BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ALESSANDRINA ROMA
F d 28
FILA 2

F. d. 28 f. 2

FRANCISCI PETRARCHAE FLO rentini, Philoſophi, Oratoris, & Poëtæ clariſ ſimi,

reflorescentis literaturæ Latinæq́; linguæ, aliquot ſeculis horrenda barbarie inquinatæ ac penè ſepultæ, aſſertoris & inſtauratoris, Opera quę extant omnia. In quibus præter Theologica, Naturalis Moralisq́; Phi loſophiæ præcepta, liberalium quoq; artium Encyclopediam, Hiſtoriarum theſaurũ & Poëſis diuinã quandam uim, pari cum ſermonis maieſtate, coniuncta inuenies.

Adiecimus eiuſdem authoris, quæ Hetru-SCO SERMONE SCRIPSIT CARMINA ſiue Rhythmos in quibus Græcorum gloriam, Latinorum copiam, uiris hac ætate doctiſſimis æquaſſe, imò ſuauitate & elegantia ſuperaſſe multum, uiſus eſt. Hæc qui dem omnia nunc iterum ſumma diligentia à mendis repurgata atq; innumerabilibus in locis, genuinæ integritati reſtituta, & in Tomos quatuor diſtincta. Quæ uerò unoquoq; Tomo continentur uerſa pagina Lectori exhibebit.

INSIGNIORVM ATQVE DOCTISSIMORVM in re literaria uirorum, de hoc autore teſtimonia in Præfatione habes.



ROMA

Baſileæ excudebat Henrichus Petri.

Ur 17

Tomo primo hæc inſunt.

De Remedijs utriuſq; Fortunæ lib. I I. fol. 1
De Vita ſolitaria lib. I I. 258
De Otio Religioſorum lib. I I. 332
De Vera Sapientia dialogi I I. 364
De Contemptu mundi, ſiue Secretorū dial. I I I. 374
Pſalmi Pœnitentiales V I I. 416
De Repub. optime adminiſtranda Liber. 419
De Officio & Virtutibus Imperatorijs Liber. 435
Rerum memorandarum lib. I I I I. 442
Vitarum Virorum illuſtrium Epitome. 551
Supplementum epitomatis 559
Beneuenuti de Rambaldis, Auguſtalis Liber. 575
De Pacificanda *Italia* exhortatio. 590
Ad ueteres Romanæ Reip. defenſores oratio. 593
De libertate capeſcenda, Hortatoria. 595
De Obedientia & fide uxoria. 602
De Auaritia uitanda Oratio. 607
Itinerarium Syriacum. 618

Tomus Secundus.

Epiſtolarum de Rebus familiaribus lib. V I I I. 631
Epiſtolarū ad q̃ſdam ex ueterib. illuſtriores lib. 780
Epiſtolarum ſine titulo Liber. 786
Epiſtolarum de Rebus Senilibus Liber. 815
Epiſtolarum Variarum Liber. 1070
De ſuipſius & aliorum ignorantia Lib. 1124
Galli anonymi Inuectiua 1169
Apologia contra Gallum 1178
Inuectiuarū contra Medicū quendā lib. I I I I. 1200
Notha quæ falſo autori tribuuntur. 1238

Tomus tertius Carminum.

De Laurea ſumenda Conſultatoriæ Epiſt. lib. V. 1251
Receptæ Laureæ Priuilegium. 1254
Bucolicorum Aeglogæ 1257
Aphrica, ſiue de bello Punico lib. I X. 1274
Epiſtolarum Lib. I I I. 1330
Teſtamentum authoris 1373

Tomus quartus.

Autoris quæ Hetruſco idiomate ſcripſit.

IOANNES HEROLD Hœchſtettenſis, Ioanni Baderio affini ſuo, S. D.

SOCIETATEM humanam, quam uitæ huius quaſi communitatem quandam dicimus, æquitate atq; huic coniuncta beneficentia cõtineri, apud bonos, BADERI optime, uerã ſemper, oraculiq; inſtar exiſtimatã ſententiam, conſtat: hinc Reſpub. benè inſtitutas innocẽtia claruiſſe quidem, at perilluſtri exemplo, omni genere benignitatis ac liberalitatis, tàm in ſuos quàm in exteros excelluiſſe: inde quoq; Ciues priuatos (in quos, omne ex ratione inſtitutæ adminiſtrationis, decus deriuat̃) ſubſidia & integritatis & ſynceritatis ſuæ accepiſſe uidemus. Qua quidẽ in re, maximè uiget & quaſi elucet BASILIENSIS hæc noſtra Reſpublica, cum hac in urbe, maiorũ conſultationes omnes ac priuatorum uoluntates, in eo uerſentur, ut iuſtæ pacis fruitio, uiolentia nulla perturbetur: ut amicitia cum exteris ſarta tectaq; habeatur: ut in eos, quos iam dudum erga genus humanũ pijs officijs defunctos norint, & grati et benefici habeantur. In eo autem albo, non immeritò, prima quidem ſerie cenſentur, ij uiri, qui eloquentiam ipſam inſtrumentis ingenuarum artium ditauerunt, iiſdemq; artibus omnem uirtutis ſplendorem adiungentes, elaborata ui dicendi, aut patriam ſuam ſæpius periculo præſentiſsimo eximerunt, aut monimentis & literis mandarunt ea, quæ neſcire, ut pudor ex ignorantia (quæ rerum humanarum peſtis eſt nocentiſsima) prohibet: ſic quæſita, audita, lecta, diſputata, tractata, in rerum & actionum humanarum diſcrimine parata habuiſſe, Rebuspublicis laudi atq; utilitati ſemper fuit. Hos inter numerandus uenit FRANCISCVS PETRARCHA, cuius ſcripta quidẽ exiſtimantium arbitrio, benignitate cœleſti, admiranda non eſſe haud potuêre, imò ingenij & animi ui æternitatem conſequi neceſsè fuit. Malo autẽ BADERI optime, teſtimonijs eorum, qui in literarũ maxima laude uixerunt, de huiuſcemodi ſcriptis, quàm meo calculo uti. ex quibus multorum inſtar erit, hac ætate Medicinæ Aſtrorumq; cognitione nobiliſsimus ille Hieronymus Cardanus Mediolanenſis, qui in exemplis geniturarũ, huius authoris natiuitatem ita delineat.

HIERONYMI CARDANI IVDICIVM.

MVlta in hoc uiro præclaro egregia fuêre. Primum, carminum ſuauitas elegans, qua per uniuerſum orbem celebratur. Secundum eſt profunditas ſenſuum cum ſtudio maximo. Tertium, perpetua manens ac indefeſſa gloria, ut etiam in Hiſpanicam linguam tranſierit. Quartum eſt cœlibatus & orbitas. Quintum, linguarum pluritas. percalluit

enim Latinam linguam ac Græcã. Suauiloquentia, inſuper qua maior præſtari non poteſt, autoritas doctrinæ & eloquentiæ coniuncta, religio cum uita longiore, ex clementi hac cœli conſtitutione illi contigit.

At multos quibus ad uirtutem indoles, Philoſophiæ quoq; amor à natura adfuit, memoriam in poſterum integritatis aut neglexiſſe, aut non deſideraſſe legimus. quum ſatis magna illa ſcriptionis gloria, quam hic noſter adeptus fuerat, non contentus, diuino aliquo animi motu, proceſſu ætatis reliquis hominibus, uitæ inſtituto ſynceriori, præſtare omnino uoluerit, eo uerò tempore, quo tanta morum licẽtia, quanta deploratiſsimo hoc ſeculo uix eſſe pòteſt: ea quoq; in urbe, quæ domus eſt habita ac aſylũ humanæ fecis: ne quid dicam de fortunæ fauore uel obnitente, omnia ſolutioris uitæ ac luxuriæ inſtrumenta obtrudente. Sed audiamus Ioannis Bocatij, ætate PETRARCHAE uiri ſimilis, teſtimonium.

IOANNIS BOCATII.

FRanciſcus *Petrarcha cœleſtis* homo profectò & noſtro æuo Poẽta clariſsimus, nonne ſpreta Babylone occidentali atq; Pont. Max. beneuolentia, quam omnes ferè Chriſtiani ſummoperè cupiunt & procurant, & pileatorum orbis cardinum aliorumq; Principum, in Vallemclauſam abijt inſignem Galliæ ſolitudinem, locum ubi Sorgia fontium rex oritur, & ibidẽ omnẽ ferè floridam iuuentutem ſuam uillici unius contentus obſequio, meditando atq; componendo cõſumpſit. Fecit equidem, ſtant ueſtigia ſtabuntq; diù, parua domus & hortulus, & dum Deo placet, teſtes uiuunt plurimi. Et paulo pòſt. Credam'ne igitur tantæ dementiæ fuiſſe Platonem, ut Franciſcum Petrarcham urbe pellendum iuſſerit? qui à iuuentute ſua cœlibem uitam ducens, adeò ineptæ Veneris ſpurcitias horret, ut noſcentibus illum, ſanctiſsimum ſit exemplar honeſti. Cui mendacium lætalis eſt hoſtis, qui uitiorum omnium execrator eſt, & uenerabile ueritatis ſacramentum, uirtutum decus & lætitia & catholicæ ſanctitatis norma, pius, mitis, atq; deuotus & adeò uerecundus, ut inde dicatur Parthenias alter. Eſt & inſuper Poẽticæ gloriæ facultatis, Orator ſuauis et facundus, cui cum omnis pateat Philoſophiæ ſinus, eſt illi ingeniũ, præter humanum perſpicax, memoria tenax, & rerum omnium, prout homini poteſt eſſe notitia plena, ex quo opera eius, tàm proſaica quàm metrica, quæ plura extant, tanto ſplendore refulgent, tanta ſuauitate redolent, tanto florido ornatu ſpectabilia ſunt, & lepôre ſonantium uerborum melliflua, & ſententiarum ſucco mirabili ſapida, ut cœleſtis ingenij artificio potiùs, quàm humani fabrefacta credantur. quid multa dixerim? profectò hominem ſuperat & in lõgum mortalium uires excedit. Neq; ego has laudes prædico, quaſi antiquum hominem, & longis ante ſeculis defunctum commendem, quinimmò, dum Deo placet, uiuentis atq; ualentis merita refero, quem morſores egregij, ſi non literulis meis creditis, oculata fide, uidere poteſtis. Nec dubito ut ex eo contingat, quod ut plurimum famoſis uiris contingere conſueuit, ut ait Claudianus: Minuit præſentia famam. imò audacter affero, quia huius ſuperet præſentia famam. tanta enim morũ maieſtate, tanta ſuauis eloquentiæ facundia, tanta etiam urbanitate & compoſita ſenectute conſpicuus eſt, ut de eo quod apud Senecam moralem Philoſophum de Socrate dici poſsit. Auditores ſcilicet eius, plus ex moribus, quàm ex uerbis traxiſſe doctrinæ.

Amplisſimum hoc quidem, & liquidò ueritati datum, etſi amicitiæ atq; amori mutuo attributum uideri poſsit, apud eos nempè, qui ſtulta æmulatione, alienas laudes in ſuſpitionem rapiunt libenter. ſyncera uerò illa atq; ſubtili teſtificatione Magni illius D. Eraſmi Roterodami, quid poteſt eſſe laudabilius? cuius quidem de hoc noſtro, uerba hæc ſunt,

Dedicatoria.

DES. ERASMI ROTERODAMI.

ITaꝙ refloreſcentis eloquentiæ Princeps, apud Italos uidetur fuiſſe Franciſcus Petrarcha, ſua ætate celebris ac magnus, nunc uix eſt in manibus, ingenium ardens, magna rerum cognitio nec mediocris eloquendi uis.

Ex hijs ſiquidem intelligi maximè poteſt, ornamenta illa innumerabilia quę dicēdi magiſtro (à quo Philoſophia abeſſe nequit) & neceſſaria & propria ſunt, PETRARCHAE cumulatè adfuiſſe. Quòd uerò raro in manibus ſit, id petulantiæ huius ſeculi tribuendum puto, quo aures teretes & religioſas, uerborum uolubilitate demulcere, quam ſententiarum pondere prehenſare magis conſuetum. Certè uirum hunc emunctiſsimi iuditij, multa & in ſe & in alijs deſideraſſe, aliam quoꝙ in eius mente reconditam habuiſſe eloquētiæ ſpeciē, quam exprimere nec illi nec alij ulli hactenus cōceſſum, in Libro, quo de Sua ipſius & aliorum Ignorantia grauiter ſanè & probè diſputat, facile deprehenditur. id quod nec Ludouicus Viues, uir in omni literatura ſingularis, nec Franciſcus Floridus præcocis & elegantiſsimi ingenij iuuenis, cenſuris ſuis diſsimularunt, quorum uerba adſcribam.

LVDOVICI VIVIS.

FRanciſcus Petrarcha ab hinc annos paulo plures ducenteis Bibliothecas tàm diù clauſas reſerauit primus, & puluerem ſitumꝙ è monumentis maximorum autorum excuſsit: quo nomine plurimum ei Latinus ſermo debet: Non eſt omnino impurus, ſed ſqualorem ſui ſeculi non ualuit prorſum detergere etc.

FRANCISCI FLORIDI SABINI.

QVid tu? cenſes'ne Dantem, Franciſcum Petrarcham & Ioannem Bocatium Latinæ linguæ fuiſſe imperitos? minimè quidem. immò & plurimum laudis inter eos meruit Petrarcha, qui primus apud Italos (niſi fallor) Latinam linguam diù ſepultam, ex ruderibus & uetuſtate, in lucem aſſerere adortus eſt. quod tamen cum parū fœliciter ſuccederet uel quia bona optimorum librorum pars deſideraretur, uel quòd opus maius eſſet quàm quod ab uno exactè perfici poſſet, ad Hetruſcam linguam ſe inuitus contulit, quod ipſe edito de hac re carmine confitetur: tantum abeſt ut quiſquam inficiari ualeat. Nec aliud ſanè clamant eius opera latinè ſcripta, quæ ſummum ingenium, nec mediocrem eruditionem oſtendunt.

Horum iuditium multo magis confirmat elogium illud maximi illius Hiſtorici Pauli Iouij, qui & parcus alieni operis laudator, ſeueræ quoꝙ auris arbitrio ſemper ſuperbus, Hetruſcæ tamen eloquētiæ palmā PETRARCHAE tribuit, ac Gothica barbarie adobrutarum literarum Latinarum, alterum facit quaſi parentem & aſſertorem. inquit enim:

PAVLI IOVII NOVOCOMENSIS.

FRanciſcus Petrarcha eodem ciue magiſtroꝙ ſuo Dante, Etruſcæ linguæ facultatem conſtitutam planè, & certis adornatam numeris, flagranter excepit, tanta ingenij ſolertia duriora molliendo & ſingulari ſuauitate, uarijs modis flectendo numeros ut enatam dudum, & uix dum flores oſtendentem eloquentiam, ingenti cultura, ad abſolutæ maturitatis fructum, ſummumꝙ ideò exactæ elegantiæ faſtigium perduxerit, eamꝙ laudem ſit conſecutus, ut in eo poëſis genere amatorioꝙ præſertim, caſtitate, candore, dulce-

dine nobilium Poëtarum & primus & ultimus, ſatis à ſcribendo deterritis, exiſtimetur. Sed tanti uiri iudicium illudens fortuna grauiter fefellit, quum hæc æternæ fœlicitatis ſpiritum habitura, tanquam temporaria deſpiceret, ut ex latina Aphrica, unde ei in Capitolio inſignis laurea præmium fuit, certiorem & nobiliorem gloriam adſequeretur. Sed debeamus plurimum ingenuo ſudore ſemper æſtuanti, dum literas à multo æuo miſerè ſepultas, è Gothicis ſepulchris excitaret, modo enim tanquam Italicæ linguæ conditorem & Principem, ab incomparabili diuini ingenij uirtute ueneremur.

Sed quid multis? in doctrina & diſſerendi ratione PETRARCHA hic noſter, religione pius, grandis uerbis, ſententijs admodum inſtructus, totus grauis apparet: in Hiſtorijs, ſi omninò perfectum neges, ſatis tamen elegantem, nuſquam infantem reperies. In Epiſtolis eſt acer, uehemens, nonnunquam dulcis & perfacetus, legendus quidem omnibus, præſertim de Rebus Senilibus, habet enim quo ingenium non ſolum acuatur, uerumetiam & ali poſsit. Quis igitur neget, uel hunc PETRARCHAM, uel etiam alios uiros huic ſimiles, à Rebus publicis benè inſtitutis, meritò coli? quum etiam in maximis Reip. occupationibus ſtudia doctrinæ nunquã intermiſerint: ſemper aliquid elucubrauerint negotijs obruti: uel à regẽdis rebus publicis, totos ſe ad rerũ cogniti[illegible] ut hominum mentes excellentiſsimorum ſuorũ ingeniorũ inuentis, ad honeſtatẽ uirtutesq; fingerent, omneq; ſuum tẽpus ea una in re conſumpſerint. Quis credet Ciceronem ipſum cõſeruatæ Romæ, quam linguæ Latinæ ac Philoſophiæ aſſertæ gloriæ fructum legiſſe uberiorem? quid enim rogo, ea ex urbe, quam ex ferro & facibus truculentiſsimi Parricidæ Catilinæ, eripuerat uigilantiſsimus Cos. præter ſtupendas illas ruinas, extat? cum tamen Oratoris illius clariſsimi in dicendo maieſtas, ac Philoſophi ſummi, præclara tot literarum monumenta, in ipſo Vrbis interitu, nõ modò Latini ſermonis puritatem, uerum penè ipſam etiam ciuitatẽ Remq; pub. tueantur, teſtimonium ac exemplar optimorũ ſuorum cõſiliorum exhibeant. Eapropter ex ciuibus huius urbis nõnulli, tales uiros ſplendidiſsimo eoq; immortali officio proſequi ſolent, deſcribẽdis atq; in plurima exemplaria ſcriptis illorũ effingendis, ſumma quidẽ artis induſtria, ſumptuumq; impenſa fermè immani. Hos inter fide & diligentia HENRICHVS PETRI uir clarus, cũ ne plurimi eorũ authorũ, qui quæ imitanda aut uitanda poſteris tradiderunt, intercidant, artis adminiculo prouidere ſoleat, FRANCISCI PETRARCHAE Florentini ſcripta omnia typis ſuis iam recudit, in quibus orationis genus uniuerſum, adipalem quandam dictionem atq; Aſiaticam magis, quàm tenue aut exile aliquid ſonat. Cæterum hæc ſcripta maiori ex parte ultimam limam authoris non ſenſerunt, uerum ab exceſſu ipſius, quum aut diſperſa paucorum manibus tererẽtur, aut in ſcrinijs abdita ſeruarentur, pio ſanè at feſtinato & penè præcipiti amicorũ officio cõgeſta ad nos perueniſſe, uideri poſſunt: quandoquidẽ innumeris in locis genuina illa dictio deprauata, aut ſententiarum corrupta integritas. qua de re, ut ſibi perſimilis in lucem tandem prodiret, ſudandũ mihi profectò fuit multum, uigiliarum autem mearum teſtem ubicunq; ueteris æditi-

onis

onis exemplum occurret, producere poſſum. Diſsimulare autem nequeo,
quantum hic debeã BONIFACIO AMERBACHIO. uiro, quo hæc urbs
BASILIENSIS, uirorum optimorum ſemper feraciſsima, clariorem, aut pa
triæ amantiorem uix protulit, cui quidem in Iuris prudentia hoc æuo nemi-
nem anteponas. is quod ex ſacro lauacro filium meum leuauit, ſuſceptio-
nis iure cõiũctus mihi atqꝫ chariſsimus, præceptoris officio atqꝫ plùs quam
paternis beneficijs mihi uenerandus, exemplar, non tamen omnium ſcripto
rum PETRARCHAE, benignitate conſueta, exhibuit quod à doctiſsimo
uiro, multis in locis reſtitutum, haud parum lucis huic emendationi attulit.
Eadem facilitate erga me uſus eſt CONRADVS LYCOSTHENES, uir
de literis optimè meritus, qui ſæpius deſpondenti animum mihi hortatu
& iuditio ſuo politori, calcar addidit, ut tandem ſuſcepti laboris ad finem
percurrerem. Nec minimus mihi labor fuit, ea quæ Etruſco ſermone au-
thor ſcripſit emendare, cum Italorum præſtantiſsimorum ingenia, id genus
ſcripti multum exerceat, plurimis uerò in locis, ac ſæpius euulgatum, ad Dia
lectos uarios, aut commentatorum opinionibus, aut typographorũ feſtina
tione detortũ ſit. Sed GESVALDI caſtigatione ac FRANCISCI ALVN-
NI Theſauris adiutus, ſumma uoluptate, hãc lectionẽ, ſtudij mei, mihi refri
care memoriam, ſenſi, quod ante uiginti annos SENARVM in urbe (He-
truriæ altero oculo Mineruæ & Martis aſylo, in ædibus uerò gentis Lan-
ducciorũ illuſtris, atqꝫ apud AMBROSIVM NVTIVM uirum ea in Rep.
per omnes honorum gradus uerſatum) in ediſcendis ijs carminibus, magno
perè me torſit. Acceſsit præceptoris mei & amici coniunctiſsimi COELII
SECVNDI CVRIONIS, uiri Itali et doctiſsimi illuſtre iuuamen, qui Ger
mano mihi, in dubijs nonnunquam & abſtruſioribus ſententijs hæſitan-
ti, non defuit, eamq́ꝫ operam præſtitit, ut facilè ſperem, lectionem hanc puri-
orem, omnibus & gratam & acceptam fore. Hæc de authore, deq́ꝫ ſcriptis
ipſius, ſatis. Iam uerò tibi BADERI optime, ut hanc meam inſcriptionem
probem reſtat, licet haud ignarus ſim, rationes meas omnes, ea qua es huma-
nitate, & ex amore tuo, à te æſtimari, cũ tibi ſim chariſsimus: extat enim hoc,
quando id mihi tuis literis oſtẽderis, unumq́ꝫ illud omnes, qui iſtinc de te ad
nos ueniunt, pleno ore commemorant, nunquam niſi honorificentiſsimam
mei memoriam te facere, in me colendo etiam alacriorẽ indices fieri. Gratum
igitur hunc in me tuum animum, mihi eſſe mirum non eſt, ingratiſsimus ue
rò omnium ſim oportet, ſi iam diù quærenti mihi, quo potiſsimũ genere uel
ſcripti uel officij, pari ſtudio & eadem uoluntate erga te affectũ me eſſe oſten
derem, nunc uel ultrò oblatam occaſionem negligam. Noui erga literas bo-
nas quo amore flagres, quo ſtudio arteis liberales, quibus à pueritia floruiſti,
amplectaris, quantum Philoſophiæ & diuinæ & humanæ tribuas. quibus
quum per omnem uitam plurimum inſudaueris, etiam Iuriſprudentiæ reli-
gioſioris ſplendorem adiunxiſti, exornatam eam quidem, & præter morem,
eloquentia ac dicendi genere haud uulgari illuſtratam, ita ut tibi genium eſſe

PETRAR.

PETRARCHAE quàm ſimillimum, eius uerò ocium deeſſe, atq; ob id huius authoris ſcripta, ritè dedicata eſſe, iurare auſim. Accedit altitudo illa animi, qua hoc turbulentiſsimo rerum ſtatu (à ſodalibus iam olim, lætis ac integris ſuffragiјs in Maiorem flaminem apud Argentoratenſes, phani Diui Petri, quem uocant Iuniorem, ſuſceptus) & dignitatem tuam & collegij res tueâre, exẽplo quidẽ hominis cõtinentiſsimi, atq;, quam noſter hic tàm probè depinxit, in utramq; fortunam parati: unde de tua uirtute illud haud contemnendũ iudicium, eorũ uirorũ præſertim, qui etiam à remotiſsimis nobis in orbis partibus, aut Romæ in Senatorum purpuratorũ numero integriores habentur, aut apud noſtrates ſummo loco nati, te colunt, obſeruant & amant. At multo magis, crede mihi, meum in te ſtudium excitauit, in literatos illa tua ſplendida munificentia atq; liberalitas, qua præter ſanguine tibi iunctos atq; fœlicis indolis, nobilia adoleſcentulorum ingenia proſequi, ſumptibusq; honeſtis ad ſtudia bona prouehere ſoles, immò omni genere hilaritatis, futuræ frugis ſignificationes in pueris allicere & excitare. Huius tuæ largitatis teſtis certiſsimus Immanuel unicus mihi, & propter infirmiorem ualetudinem incertæ ſpei puer, quem nuper dono liberali, mirum immodum ad ſtudia bona, quibus tibi ſolum placere poſſe, ſentit, incendiſti, ea quoq; de re tibi plurimũ me debere, uel aliorum exiſtimatione, fateri cogor. Quoniam uerò meritis in me tuis, nec uoluntati erga te meæ, hoc quidẽ tempore ſatisfacere potui, rogo te BADERI optime, ut hos quos lectio huius authoris fructus ſuppeditabit, ita colligas, ut hac inſcriptione, me tanq; ſaluberrimorum bellariorum indicem, fuiſſe tibi non obliuiſcaris: tibiq; perſuadeas, quam affinitatis neceſsitudo noſtra, atq; propenſus tuus in me animus poſtulat, eam erga te meam reuerentiam, aliquando me omnium doctorum & bonorum claro iudicio comprobaturum.

Vale. Baſileæ. Cal. Martijs. Anno à nato Chriſto. M. D. LIIII.

DE ORIGINE, VITA, CONVERSATIONE ET ſtudiorum ſuorum ſucceſſu, ipſiuſmet autoris Epiſtola.

FRAN. PETRARCHA POSTERITATI S.

FVERIT tibi forſan de me aliquid auditum, quanquam et & hoc dubium ſit, an exiguum & obſcurum longè nomen, ſeu locorum ſeu temporum peruenturum ſit. et illud forſitan optabis, noſſe quid hominis fuerim, aut quis operum exitus meorum, eorum maximè, quorum ad te fama peruenerit, uel quorum tenue nomen audieris: et de primo quidem uariæ erũt hominum uoces, ita enim fermè quiſq; loquitur, ut impellit non ueritas ſed uoluptas, nec laudis nec infamiæ modus eſt. Veſtro de grege unus, fui autem mortalis homuncio, nec magnæ admodum nec uilis originis, familia (ut de ſe ait Auguſtus Cæſar) antiqua. natura quidem, non iniquo, neq; inuerecundo animo, niſi ea conſuetudo contagioſa nocuiſſet, adoleſcentia me fefellit, iuuenta corripuit, ſenecta autem correxit, experimentoq; perdocuit, uerũ illud, quòd diù ante perlegeram. quoniam adoleſcentia & uoluptas uana ſunt. immò ætatũ temporumq; omnium conditor, q miſeros mortales de nihilo tumidos, aberrare ſinit interdum, ut peccatorum ſuorũ, uel ſero memores ſeſe cognoſcant. Corpus iuueni, non magnarũ uirium, ſed multæ dexteritatis obtigerat, forma non glorior excellenti, ſed quæ placere uiridioribus annis poſſet, colore uiuido, inter candidum & ſubnigrum, uiuacibus oculis, & uiſu per lõgum tempus acerrimo, qui præter ſpem, ſupra ſexageſimum ætatis annum me deſtituit, ut indignanti mihi, ad ocularium confugiendum eſſet auxilium. tota ætate ſaniſsimum corpus, ſenectus inuaſit, & ſolita morborũ acie circumuenit. Honeſtis parentibus, Florentinis origine, fortuna mediocri, & (ut uerum fatear) ad inopiam uergente, ſed patria pulſis, Aretij in exilio natus ſum, anno huius ætatis ultimæ, quæ à CHRISTO incipit M CCC. IIII. die Lunæ, ad aurorã, Cal. Auguſti, diuitiarum contemptor eximius, non quod diuitias non optarem, ſed labores curasq; oderam, opum comites inſeparabiles, non ut iſta cura eſſet, lautarũ facultas epularũ ego aũt tenui uictu, & cibis uulgaribus uitam egi lætius, quàm cũ exquiſitiſsimis dapibus omnes Apitij ſucceſſores. Conuiuia quæ dicuntur (cum ſint commeſſationes, modeſtiæ et bonis moribus inimicæ) ſemper mihi diſplicuerũt, laborioſum & inutile ratus ſum, ad hũc finem uocare alios, nec minus ab alijs uocari. Conuiuere aũt cũ amicis adeò iucundum, ut eorum ſuperuentu nil gratius habuerim, nec unquam uolens, ſine ſocio cibum ſumpſerim. nihil mihi magis, quàm pompa diſplicet, non ſolum quia mala & humilitati contraria, ſed quia difficilis & quieti aduerſa eſt. Amore acerrimo, ſed unico & honeſto, in adoleſcẽtia laboraui, & diutius laboraſſem, niſi iam tepeſcẽtẽ ignem, mors acerba, ſed utilis extinxiſſet. Libidinũ me prorſus expertem dicere poſſe, optarem quidem, ſed ſi dicam mentiar, hoc ſecurè dixerim, me quanquam feruore ætatis & complexionis. ad id raptum, uilitatem illam tamen ſemper animo execratum. mox uerò ad quadrageſimũ annũ appropinquans, dum adhuc et caloris ſatis eſſet, et uirium, non ſolũ factũ illud obſcœnum, ſed eius memoriam omnem ſic abieci, quaſi nunquam fœminam aſpexiſſem. q; inter primas fœlicitates meas memoror, Deo gratias agens, qui me adhuc integrum et uigentem, tàm uili & mihi

ſemper odioſo ſeruitio liberauit. Sed ad alia procedo. Senſi ſuperbiam, in alijs nō in me, &
cū paruus fuerim ſemper, minor iuditio meo fui. Ira mihi perſæpe, nocuit alijs nunquam.
amicitiarū appetentiſsimus honeſtarum, & fideliſsimus cultor fui, intrepidè glorior, quia
ſcio me uerū loqui, indignantiſsimi animi, ſed offenſarum obliuioſiſsimi beneficiorum per
memoris, Principum ac regum familiaritatibus, et nobilium amicitijs uſq; ad inuidiam for
tunatus fui, Sed hoc eſt ſupplicium ſeneſcentium, ut ſuorum ſæpiſsimè mortes fleant. Ma-
ximi regū, & meæ ætatis amarunt et coluerunt me, cur aūt neſcio, ipſi uiderint, & ita cū qui
buſdam fui, ut ipſi quodammodo mecum eſſent, & eminentiæ eorum nullū tædiū, cōmo-
da multa perceperim. Multos tamen eorum quos ualdè amabam effugi, tantus fuit mihi
inſitus amor libertatis, ut cuius uel nomen ipſum libertati, uel illi eſſe cōtrarium uideretur,
omni ſtudio declinarem. Ingenio fui æquo potius, quàm acuto, ad omne bonum & ſalu-
bre ſtudiū apto, ſed ad moralem pcipuè philoſophiam, & ad poëticam prono. Quā ipſam
proceſſu temporis neglexi, ſacris literis delectatus, in quibus ſenſi dulcedinē abditā, quam
aliquando contempſeram, poëticis literis non niſi ad ornatum reſeruatis. Incubui unice in-
ter multa, ad notitiam uetuſtatis, quoniam mihi ſemper ætas iſta diſplicuit, ut niſi me amor
charorū in diuerſum traheret, qualibet ætate natus eſſe ſemper optauerim, & hanc obliui-
ſci niſus, animo me alijs ſemper *inſerere*. *Hiſtoricis itaq;* delectatus ſum, nō minus tamen
offenſus, eorū diſcordia, *ſecutus in* dubio, quo me uel ueri ſimilitudo rerū, uel ſcribentium
traxit auctoritas. eloquio ut quidā dixerunt claro ac potenti, ut mihi uiſum eſt fragili & ob-
ſcuro, neq; uerò in communi ſermone cum amicis aut familiaribus eloquentiæ unquā cu-
ra me attigit, miror'q; eam curam Auguſtū Cæſarem accepiſſe. Vbi aūt res ipſa, uel locus
uel auditor aliter poſcere uiſus eſt, paulo anniſus ſum, idq; quàm efficaciter neſcio, eorum
ſit iuditium coram quibus dixi. Ego modò benè uixiſſem, qualiter dixiſſem paruifacerem,
uentoſa gloria eſt, de ſolo uerborū ſplendore famam quærere. Tempus mecū ſic uel fortu-
na uel uoluntas mea, nunc uſq; partita eſt. Primum illū uitæ annum, neq; integrum Aretij
egi, ubi in lucem natura me protulerat, ſex ſequentes, Anciſæ paterno in rure, ſupra Floren
tiam quatuordecim paſſuum millibus, reuocata ab exilio Genitrice, octauū Piſis, nonum
ac deinceps in Gallia tranſalpina ad læuam Rhodani ripam, Auinio urbi nomen, ubi Ro-
manus Pontifex turpi in exilio CHRISTI tenet eccleſiam, & tenuit diù, licet ante te pau
cos annos Vrbanus *V.* eam reduxiſſe uideretur in ſuam ſedem, ſed res, ut patet, in nihilum
redijt, ipſo, ꝙ grauius fero, tunc etiam ſuperſtite, & quaſi boni operis pœnitente. qui ſi mo
dicū. plus uixiſſet, haud dubiè ſenſiſſet, qd mihi de eius habitu uideretur. iam calamus erat
in manibus, ſed ipſe confeſtim glorioſum principiū ipſum, cū uita deſtituit infœlix. quā fœ
liciter ante Petri arā mori, & in domo propria potuiſſet. Siue enim ſucceſſores eius, in ſua
ſede manſiſſet, & ipſe boni operis auctor erat, ſiue abijſſent, & tantò ipſius clarior uirtus,
quantò illorū culpa conſpectior. ſed hæc longior atq; incidens eſt querela. Ibi igitur uen-
toſiſsimi amnis ad ripam pueritiam ſub parentibus, ac deinde ſub uanitatibus meis adole-
ſcentiam totam egi, non tamen ſine magnis digreſsionibus. namq; hoc tempore Carpen-
toras ciuitas parua, & illi ad orientem proxima, quadriennio integro me habuit, inq; his
duabus aliquantulū Grāmaticæ, Dialecticæ, ac Rhetoricæ, quantū ætas potuit didici, quan
tū ſcilicet in ſcholis diſci ſolet, ꝙ quātulum ſit chariſsime lector intelligis. Inde ad Mōtem
Peſſulanum, legū ad ſtudiū, pfectus, quadriennium ibi alterū, inde Bononiam & ibi trien-
nium expendi, & totū Iuris ciuilis corpus audiui, futurus magni prouectus adoleſcens, ut
multi opinabantur, ſi cœpto inſiſterem, ego uerò ſtudiū illud omne deſtitui, mox ut me pa
rentum cura deſtituit. nō quia Legum mihi non placeret auctoritas, q̄ abſq; dubio magna
eſt, & Romanæ antiquitatis plena, qua delector, ſed quia earum uſus nequitia hominū de-
prauatur, itaq; piguit perdiſcere, quo inhoneſtè uti nollem, & honeſtè uix poſſem, & ſi uel
lem puritas inſcitiæ tribuenda eſſet. Itaq; ſecundū & uigeſimū annum agens domū redij,
domū uoco Auinionenſe illud exilium, ubi ab infantiæ meæ fine fueram. habet enim con-
ſuetudo proximam uim naturæ. Ibi ergo iam noſci ego, & familiaritas mea à magnis uiris
expeti cœperat. cur aūt, neſcire nunc me fateor & mirari, tunc equidem non mirabar, ut q
mihi more ætatis omni honore digniſsimus uiderer, ante alios expetitus, fui à Columnen-
ſium

De origine & uita ſua.

ſum clara & generoſa familia, quæ tunc Romanam curiam frequentabat, dicam melius
illuſtrabat, à quibus accitus, & mihi neſcio, an & nunc, & tūc certè indebito in honore ha-
bitus, ab illuſtri & incōparabili uiro Iacobo de Columna Lomberienſi tunc epiſcopo, cui
neſcio an parem uiderim, ſeu uiſurus ſim, in Vaſconiam ductus, ſub collibus Pyreneis æſta
tem prope cœleſtem, multa et domini & comitum iucunditate tranſegi, ut ſemper tempus
illud memorando ſuſpirem. Inde rediens, ſub fratre eius Ioanne de Columna Cardinale,
multos per annos non quaſi ſub domino, ſed ſub patre, immò ne id quidē, ſed cum fratre
amantiſsimo, immò mecum & propria mea in domo fui. quo tēpore iuuenilis me impulit
appetitus, ut & Gallias & Germaniam peragrarem, et licet aliæ cauſæ fingerentur, ut pro
fectionem meam, meis maioribus approbarē, uera tamen cauſa erat, multa uidendi ardor
ac ſtudium. In qua peregrinatione Pariſius primum uidi, & delectatus ſum inquirere, qd
uerum, quidúe fabuloſum de illa urbe narraretur, inde reuerſus Romam adij, cuius uiden.
dæ deſiderio ab infantia ardebam, & huius familiæ magnanimū genitorem Stephanū de
Columna, uirum cuilibet antiquorum parem, ita colui, atq; ita ſibi acceptus fui, ut inter me
& quemlibet filiorum nil diceres intereſſe. qui uiri excellēus amor, & affectus uſq; ad uitæ
eius extremum, uno erga me ſemper tenore permanſit, & in me nūc etiam uiuit, neq; un.
quam deſinet, niſi ego ante deſiero. Inde etiam reuerſus, cū omnium, ſed in patris illius tæ
dioſiſsimæ urbis faſtidium atq; odium naturaliter animo meo inſitum ferre non poſsim, di.
uerticulum aliquod quaſi portum quærēs, reperi uallem perexiguam, ſed ſolitariam atq;
amœnam, quæ Clauſa dicitur, quindecim paſſuum millibus ab Auinione diſtantem, ubi
fontium rex omnium Sorga oritur. captus loci dulcedine, libellos meos, & meipſum illic
tranſtuli, longa erit hiſtoria, ſi pergam exequi, quid ibi multos ac multos egerim ꝑ annos.
hæc eſt ſumma quod quicquid ferè opuſculorum mihi excidit, ibi uel actum, uel cœptum
uel conceptum eſt. quæ tàm multa fuerunt. ut uſq; ad hanc ætatē me exerceant ac fatigēt.
ſuit enim mihi ut corpus, ſic ingenium magis pollens dexteritate, quàm uiribus. Itaq; mul
ta mihi facilia cogitatu, quæ executione difficilia prætermiſi, hic mihi ipſa locorū facies ſug
geſſit, ut Bucolicum Carmen ſylueſtre opus aggrederer, & Vitæ ſolitariæ libros duos ad
Philippum ſemper magnum uirum, ſed paruum tunc Epiſcopum Cauallicenſem, nūc ma
gnum Sabinenſem epiſcopū Cardinalem, q mihi iam ſolus omnium ueterum ſuperſtes,
non me epiſcopaliter, ut Ambroſius Auguſtinū, ſed fraternè dilexit ac diligit. Illis in mon
tibus uaganti, ſexta quadā feria, maioris hebdomadæ, cogitatio incidit & ualida, ut de Sci.
pione Africano illo primo, cuius nomen, mirum unde, à prima mihi ætate charū fuit, poë.
ticum aliquid Heroico carmine ſcriberem. quod tūc magno cœptum impetu, uarijs mox
diſtractus curis intermiſi, ſed ſubiecti de nomine Africæ nomen libro dedi, operi neſcio,
qua uel ſua, uel mea fortuna, dilecto multis, antequàm cognito. Illis in locis morā trahen.
ti, dictu mirabile, uno die, & ab urbe Roma Senatus, & de Pariſijs Cancellarij ſtudij ad
me literæ peruenerunt, certatim me ille Romā, ille Pariſius ad percipiendam lauream poë
ticam euocantes, quibus ego iuueniliter gloriabundus, et me dignum iudicans, quo me di
gnum tanti uiri iudicarent, nec meritum meum, ſed aliorum librans teſtimonia, parumper
tamen hæſitaui, cui potius aurem darem. ſuper qua conſilium Ioánnis de Columna Car.
dinalis ſupranominati per literas experij, erat enim adeò uicinus, ut cū ſibi ſerò ſcripſiſſem,
die altero ante horam tertiam reſponſum eius acciperem, cuius conſilium ſecutus, Roma.
næ urbis auctoritatem, omnibus præferendam ſtatui, & de approbatione conſilij eius, mea
duplex ad illum extat epiſtola. Iui ergo, & quamuis ego more iuuenum, rerum mearū be.
nigniſsimus iudex eſſem, erubui tamen, de meipſo teſtimonium ſequi, uel eorum à quibus
euocabar, quod proculdubiò non feciſſent, niſi me dignum oblato honore iudicaſſent. un
de Neapolim primum petere inſtitui, & ueni ad illum ſummū, & regem, & philoſophum
Robertum, non regno quàm literis clariorem, quem unicum regem & ſcientiæ amicum,
& uirtutis noſtra ætas habuit, ut ipſe de me, quod ſibi uiſum eſſet cenſeret, à quo qualiter
uiſus, & cui quàm acceptus fuerim, & ipſe nunc miror, & tu ſi noueris lector, puto mira.
bere. audita autem aduentus mei cauſa, mirum in modum exhilaratus eſt, & iuuenilem co
gitans fiduciam, & forſitan cogitans honorem, quem peterem ſua gloria nō uacare, quod

ego eum ſolum iudicem idoneum è cunctis mortalibus elegiſſem. quid multa? Poſt innumeras uerborũ collationes, uarijs de rebus, oſtenſamq́ ſibi Aphricam illam meã, qua uſq; adeò delectatus eſt, ut eam ſibi inſcribi, magno pro munere poſceret. q̀ negare nec potui, certè nec uolui, ſuper eo tandem, pro quo ueneram certum mihi deputauit diem, & à meridie ad ueſperam me tenuit, & quoniam creſcente materia, breuè tempus apparuit, duobus proximis diebus idem fecit, ſic triduò excuſſa ignorantia mea, die tertio me dignum laurea iudicauit. Eam mihi Neapoli offerebat, & ut aſſentirer precibus, etiam multis urgebat, uicit amor Romæ, uenerandam tanti Regis inſtantiam, itaque inflexibile propoſitum meum cernens, literas mihi & nuncios ad Senatum Romanum dedit, quibus de me iudicium ſuum, magno fauote profeſſus eſt, quod quidem tunc iuditiũ regium, & multorũ, & meo in primis iuditio conſonũ fuit, hodie & ipſius & mecũ & omnium idem ſentientium, iuditium non probo. plus in eum ualuit amor, & ætatis fauor, quàm ueri ſtudium. Veni tamen, & quamlibet indignus, tanto tamen fretus fiſusq́ iuditio, ſummo cum gaudio Romanorum, qui illi ſolennitati intereſſe potuerunt, lauream Poëticam, adhuc ſcholaſticus rudis adeptus ſum. de quibus etiam, & carmine & ſoluta oratione epiſtolæ meæ ſunt. hæc mihi laurea, ſcientiæ nihil, plurimum uerò quæſiuit inuidiæ. Sed hæc quoque hiſtoria longior eſt, quàm poſcat hic locus. inde ergo digreſſus Parmam ueni, & cum illis de Corrigia uiris in me liberaliſsimis atq; optimis, ſed inter ſe malè concordibus, qui tunc urbem illam tali regimine gubernabant, quale nec ante in memoria hominum habuerat ciuitas illa, nec ætate hac ut auguror habitura eſt, aliquantulum tempus peregi, & ſuſcepti memor honoris, ſollicitusq́; ne indigno collatus uideretur, cum die quodam in montana conſcendens, fortè trans Entiam amnem, Rheginis in finibus ſyluam quæ Plana dicitur adijſſem, ſubitò loci ſpecie percuſſus, ad intermiſſam Africam ſtilum uerti, & feruore animi, qui ſopitus uidebatur excitato, ſcripſi aliquãtulũ die illo, poſt continuis diebus, quotidie aliquid, donec Parmam rediens, & repoſtam ac tranquillam nactus domum, quæ poſtea empta, nunc etiam mea eſt, tanto ardore opus illud, non magno in tempore ad exitum deduxi, ut ipſe quoq; nunc ſtupeam, inde reuerſus ad fontem Sorgiæ, & ad ſolitudinem tranſalpinam redij, cũ iam quartum & triceſimum ætatis annum poſt terga relinquerem, diuq́ue & Parmæ & Veronæ uerſatus, & ubique Deo gratias, charus habitus, multò amplius quàm ualerem. Longum poſt tempus. uiri optimi, & cuius neſcio, an è numero dominorum quiſquam ſimilis, ſua ætate uir fuerit, immò uerò ſcio, quod nullus Iacobi de Carrharia iunioris famæ præconio beneuolentiam adeptus, nuncijs quoque & literis, uſque trans alpes, quando ibi eram, & per Italiam ubicunque fui, multos per annos tantis precibus fatigatus ſum, & in ſuam ſollicitatus amicitiam, ut quamuis de fœlicibus nil ſperarem, decreueram tandem ipſum adire, & uidere, quid ſibi hæc magni, & ignoti uiri tanta uellet inſtãtia. itaq; ſerò quidem Patauium ueni, ubi ab illo clariſsimæ memoriæ uiro, non humanæ tantum, ſed ſicut in cœlum fœlices animæ recipiuntur, acceptus ſum, tanto cum gaudio, tamq́ue inæſtimabili charitate ac pietate, ut quia æquare eam uerbis poſſe nõ ſpero, ſilentio opprimenda ſit. Inter multa ſciens me clericalem uitam à pueritia tenuiſſe, ut me non ſibi ſolũ, ſed etiam patriæ arctius aſtringeret, me Canonicum Paduæ fieri fecit, & ad ſummam ſi uita ſibi longior fuiſſet, mihi erroris & itinerum omnium finis erat, ſed heu nihil inter mortales diuturnũ, & ſi quid dulce ſe obtulerit, amaro mox fine concluditur, biennio non integro eum mihi & patriæ, & mundo cum dimiſiſſet, Deus abſtulit, quo nec ego, nec patria, nec mundus (non me fallit amor) digni eramus. Et licet filius ſibi ſucceſſerit prudentiſsimus, & clariſsimus uir, & qui p paterna ueſtigia, me charum ſemper atque honoratum habuit, ego tamen illo amiſſo, cum quo cũ magis mihi præſertim de ætate conuenerat, redij rurſus in Gallias ſtare neſcius. non tàm deſiderio uiſa milies reuiſendi, quàm ſtudio, more ægrorum, loci mutatione tædijs conſulendi.

VITA FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. PER HIERONYMVM SQVARZAFICHVM ALExandrinum, ad PETRVM CONTARENVM Venetum Patricium ſcripta.

QVanquam non ſim neſcius Franciſci Petrarchæ uitam, haud facilè ſcribi poſſe. tamen onus hoc aggrediendum, mei muneris eſſe duco, fateor multos illam ſcriptitaſſe, ſed multa ſibi inconuenientia, ſeu negligentia, ſeu quia nota illis non erant, ſcripta non eſſe conſpexerim. Et tam caligi noſe nonnulla referuntur, ut illũ quem illuſtrare uoluerunt, non ſeruato ſcribendi ordine, obſcurum potius reddiderunt, itaq; indolui ipſe mecum, uicem tanti uiri, ut qui literas Latinas per mille annos ſopitas, ad nos reuocauerit, ſic obliterari ferre nõ potui. et ſicuti illius cogitatio multarum rerum, nouarum & ueterum nunquam ieiuna fuit, ſic nos etiam (pro uiribus) omnes eius partes attingemus, præſertim quæ memoratu digna uidebuntur. Fuit igitur *FRANCISCVS PETRARCHA* genere Hetruſcus, Florẽtinus origine, & antiqua, & fortunæ mediocri, patre Petrarcho, matre Lætha, & ad inopiam uergente. fuit pater in ea ciuitate ſcriba reformationũ, quod officiũ, cũ dignitate multos exercuit annos. ſed cũ factioſis (quibus ſemper ea ciuitas plena eſt) à quibus Dantes Aligerius, paulò ante pulſus fuerat, in ſuſpitionem ueniſſet, unà cum uxore exili mulctatur Aretium ſe contulit. hunc ibi in exilio filium concepit & peperit. Natus eſt anno à natali Chriſtiano *M. CCC. IIII. XIII.* Cal. Sextilis, ad aurorã die Lunæ, & in feſto ſanctæ Margaretæ, tanto matris labore, & diſcrimine (& ut uerbis ſuis utar) ut non obſtetricum modo, ſed medicorum iuditio, diù exanimis haberetur. tunc Ceſareos faſces Albertus dux Auſtriæ, inter germanos potens habebat. Primum ibi annum, & nõ integrum ſuæ uitæ egit, mater deinde multorũ nobilium precibus exilio reuocatur, infantulum in uillam paternam ſecum detulit, loci nomen eſt Anciſa in agro Florentino *XIIII* millia paſſuum procùl à ciuitate. Alter autẽ filius Ghirardus nomine, quia maior erat natu, cum patre remanſit. ſperabant exules (quorum magna pars Aretium confugerat) in patriam reuerti, ferebatur Albertum Auſtriæ ducem, quem ſupra nominauimus, Italiam petiturum, & Ghibellinam factionem, quam propitiam ſibi habuerat, in ſedes paternas repoſiturum. Petrarcha cũ matre ruri cõmoranti, uſq; in annũ ſeptimũ enutrit. Petrarchus pater, uidẽs in patriã reditũ incaſſum iri, rure reuocata uxore, & filio, Piſas ſe tranſtulit, ſed prius tota Tuſcia circumuagatus. Ferebatur puellus, p̃ualidi cuiuſdam iuuenis dextra, pannis obuolutus, ne tenellũ corpuſculũ aliquo tactu offenderet. & (ut ipſe dicit) nõ aliter q̃ Metabus Camillã, nodoſo de ſtipite pendentẽ, ne periclitaretur baiulabatur. ſed in tranſitu Arni fluminis equus lapſu pedis genuflectitur, et iuuenis ille, in quibus dextris tenebatur labitur, & dũ ſibi creditũ onus ſaluare nititur, propè uiolentia gurgitis ſubmergit. Erat igitur cũ Piſas uenit annorũ ſeptem. octauũ illic egit, cũ tanta ſpe mirabilis probitatis, & laudis, ut ab omnibus deſideraretur. Tantã ingenij famã pro indole conſecutus eſt, ut inter æquales omnes excederet, & mores puerorũ, ab eo tanquam magno Cenſor cõponebantur, tanto cũ iuditio & maturitate, ut ab omnibus laudaretur. Erat facie pulchra, & elegãti, oculi uiuaces, ut coruſcantes ſcintillæ, intuitus ſapientiæ plenus, qui uigor repreſentabatur, & grauitas. Totũ uerò corpus, pro ætatis initio decorum, & ſolidum, ſic ſingula correſpondebant membra, quid de eius mirabili eloquẽtia dicã: quæ tanta eſſe demonſtrabatur, ut quibuſcũq; rebus uoluerit, ea uti poſſet. ordo, & ſumma rerũ eius pueritiæ iſta fuit, quæ deinde geſsit explicemus. Petrarchus pater cognoſcens in Italia uitam degi nõ poſſe, in Galliã tranſalpinam proficiſcendũ eſt ratus, ut aliquid lucelli ad familiã nutriendã cõſequeretur, nã mortuo Bonifacio *VIII.* Pont. Clemens. *V.* ſucceſſor fuit, & eius ſedem Auinioni poſuerat, omnes undiq; populi illuc confluebant. ſic & ipſe relicta Piſa, Auinionem perrexit. & quia onus inerat familiæ maritimum iter elegit, et nauigando haud procul. Maſſilia naufragiũ paſſus, & parum abfuit, quin cum tota familia ſubmergeretur. In curia nouæ Babylonis (ut ipſe ait) tabellionatus officiũ exercuit, ſeu ut aliqui uolũt mercaturã. queſtus enim gratia Auinioni morabatur. Sed ob magnã hominũ confluentiã, qui ſedem Apoſtolicã proſequebantur, nec ciuitas illa

tantæ gentis ingluuie capax erat, proinde publico edicto factum fuit, quos haberet quiſq; fi
lios, pariter pueros, & fœminas, & gens, quæ incōmoda uideretur proxima in oppida, & uil
las adduceret. Puer quoq; Franciſcus, Carpentorias mittitur, quod Auinioni ad orientem
proximum eſt, ſed dum in hoc oppido, per quatuor cōmoratus eſſet annos, in quo quidem
tēpore literas primum libare cœpit. inq; his duabus urbibus, Grammaticā, Dialecticā, atq;
Rhetoricā, quātū in ſcholis pcipi poteſt edidicit, cuius de ingenij acrimonia, præceptores ad
mirabantur, ut aliquod diuinum in illo intuerentur, perſæpe patri dixerunt: Te beatū repu.
tamus Petrarcho, quandoquidē filiū, ad omnes diſciplinas capeſcendū promptū habentem
ingenium, genuiſti. percreſcebat tunc temporis Dantis fama, & iam nōnulla ſui libri demon
ſtrabantur capita, qui illū magnū & ſcientiſsimum uirum, per ora doctorū hominū uolitare
faciebant, Franciſcus illū æmulabatur, & incredibili ardore ſtudiorū eius incendebatur. Inde
ut iuriſconſultus euaderet, ad mōtem Peſſulanum, famoſum eſt ob literarū ſtudia oppidum
Galliæ tranſalpinæ, patris iuſſu, ut legibus ſtuderet miſit, & ius ciuile per quatuor continuos
annos audiuit, pceptores habuit Ioānē Caldarinū Bononiēſem, et Bartholomæū de Oſſa, pa
tria Bergomēſem Iuriſcōſultos cōſumatiſsimos, à quibus diligebatur. Sed parū ipſe legibus
ſtudebat, nō ſpōtè etiā ad illas perdiſcēdas ductus fuerat, & magnus fuiſſet legū interpres, ni
ſi pposito defuiſſet. Sūma eius delectatio, haud quaq; in illis, Sed in Cicerone, & Virgilio,
& hiſtorijs cognoſcēdis erat. Ius ciuile aſperū, inſipidū tædioſūq; eſſe dicebat. Inde ex Mōte
Peſſulano Bononiā mittit. illic quidē primū cū Ioāne Andrea, & Cyno Piſtorieſe, qui pu.
blicè leges profitebātur, in amicitiā uenit, & quoad uixerūt firmiſsimā habuit. Cynus huma.
nitatis ſtudia nō abhorrēs, ſed cū uacaret ocio pſeqbatur, illius captus ſuauitate, ſæpe Fran.
ciſcum ſecū habebat, nec deſinebat etiā illū hortari, ut inceptū ſtudiū pſequeretur. cui ille ſtu
dium in quo me hortaris, ſeruile officiū reputo, & mācipiū, omnibus ſe præſtat qui illo utiť.
& ſi paterna nō foret reuerētia, ſi poſt me curreret (quia libertate uti cupio) nō acceptarem.
quis eſt qui nō dicat hæc iura uenalia eſſe? & ad bene recteq; uiuēdū lōgè alijs ſtudijs eſſe in
feriora? qd ad faciēdū uirū bonū iſta conueniūt? ſed qs nō uidet ad uirtutē conſequēdā nihil
ptinere? ſed cupidū magis, mēdacē, iracūdūq; hominē reddūt. qd mihi eſt de aqua arcēda diſ.
putare? quid de ſtillicidio? quid ſi ancillæ partus, in fructibus cenſeatur? qd ſi qs legata perſol
ui teneatur? Quinetiā ſi teſtamētū, ſeptē teſtibus caruerit, executioni mādetur, cū iſta à legū
latoribus luculentè, explicata ſint. Vos ueſtris commendationibus omnia peruertitis, ſunt
commendata ſuper commenta, quæ indies noui Legulei ſcribunt, ut iam euenit ex hoc, id
quod ait Comicus: *Intelligendo nihil intelligunt.* Sed ut dignitati tuæ, & paterno amo.
re morem gerā pſequar, & tēpus nō conteriſſe oſtēdā. ſed qs naturā urgētē euadet? nō pote
rat qdē facere, q n eloquētiæ ſtudia nō pſequereť. Excitabatur multorū amicorū hortatione,
q & ſcriptas ab eo epiſtolas, & carmina laudarēt, & in ampliſsima reponebatur ſpe, ſi in dicē
do perſeueraret, & ſui temporis omnes ſuperare, & antiqs ſe indubiè adæquaret. creſcebat
indies eius laus, & fama, & ut aliqd dignū laude promeret, à multis incitabať. ſicuti illa, qui
iam Ciceronis fundamēta, & diſciplinā intelligebat. Patri autē, quæ de filio ferebātur. quam
laudaretur, ſed excandeſcēs ira, Bononiā pergit, & filio diris uerbis increpato: quid Cicero
nem? quid Virgiliū? qd ſcriptores hiſtoriarū, & Poëtas deniq; omnes ſibi facere poſſe dice.
bat: cū ad conſequēdas opes nō ualerēt, ſed ut fabellæ, et ſomnia eſſe. Iuri autē ciuili ſtuderet,
quod ampliſsimū inde honorē, & fructū haberet hortabatur, & cōmonebat. poſtea ignem
accendi iuſsit, ut quotquot filius haberet libros Ciceronis, & Poëtarū omnes combureret,
& cū iā aliquos accēſus ira igni mandaſſet, cū rhetoricā Ciceronis & Virgilij opus manu te.
neret, ut in flammas mitteret. nō amplius ferre potuit egregius iuuenis, innocuos tali iniuria
pati, genubus flexis lachrymiſq; precibus admixtis, ut tantū nephas ne faceret, & à tanta in.
digna re abſtineret, et ſi qd eſſet peccati, à ſe nō ab illis claris uiris pœnas exigeret, exorat, ob
teſtať, adiurat, & patrē amplectitur oſculatur, pollicēdo non amplius illos legere. Sed ſtudiū
ſibi impoſitū ſeq, ex ijs patris irā placauit. atq; deinde quoad uixit pater, iuri ciuilis diligētius
operā dedit. Solebat ipſe admodū ſenex, hanc hiſtoriā iocundiſsimè narrare. Cū ſecundum
& uigeſimū haberet annū, matrē amiſit, de qua tanto dolore cōſternato, ut per aliquot men
ſes ſtetit, quod conſolari nō poterat. nō defunctæ matris tranſacto anno, patrē diē clauſiſſe
extremū audiuit, indoluit ſatis, ſed cum ſciret ſemel moriendū eſſe omnibus, & reſoluēdum
unde manauimus, cum imbecille hominis ſtatū longa meditatione cogitaſſet, eo mœrore ſe

æquiorē

æquiore animo ſuſtulit. Cũ ſui iuris factus eſſet, ſtudia legũ quæ oderat poſuit, & quos ama
bat Poëtas, & Oratores manibus ſumpſit. Bononia igitur profectus, Auinionẽ rediit, adiu-
tus uiatico à Thoma Siculo Meſſanenſi, à quo tanta proſequebatur beneuolẽtia & amore,
ut illũ nõ ſecus quàm fratrẽ haberet. Ibi iam latè cognoſcebatur, per epiſtolas multas, ad ami
cos ſcriptas, familiaritas eius à magnis uiris expeti cœperat. audientiũ qdẽ animos incitabat,
fama eius, tanta erat eius ingenii magnitudo, tanta rerũ humanarũ, ob id ꝙ legerat diligẽtia,
ut nihil ꝙ eſſet memoratu dignũ, ignorare uideret: & non minus de iis iocundè, quàm ſub
tiliter diſputabat: ex quo euenit, ut quò maior quiſꝗ eſſet in curia, eò magis affectaret uirum
hunc amatumꝗ; habere, Iacobo, & Ioanni de Columna charus in primis fuit, ii fratres in cu-
ria uerſabantur, & apud Pontificem Maximũ cũ nobilitate generis, tùm nobilitate prælatu-
ræ, ac rerũ Eccleſiaſticarũ notitia, magni erant. Ioannes Cardinalis, Iacobus Lomberienſis
epiſcopus erat, à quo in Vaſconiam, q̃ antiquitus Aquitania dicebatur, ductus eſt, ſub colli-
bus Pyreneis æſtatem propè cœleſtem (ut ipſe ait) multa, & domini, & comitũ iocunditate
tranſegit. Regreſſo in domo Cardinalis per multos annos ſtetit, non quaſi ſub domino, ſed
ſub patre, imò ne id quidem (ut Paulus Vergerius ait) ſed cũ fratre amantiſsimo imò ſecum,
& in domo eius propria fuit. Poſt hæc animus ſibi perſuaſit, ut plura uideret, unde à ſaltu Py
reneo alpibusꝗ;, quæ à Rheno & Rhodano continentur. In qua quidẽ peregrinatione, mul
ta uidit, multa collegit, plurima notauit. Et ꝙ ſummo opere delectauit Parſiũ uidit, quidúe
fabuloſum, quidúe hiſtoricũ, de illa urbe diceretur intelligere uoluit. Principes uerò quos in
iſta peregrinatione uiderat, benignè ab omnibus ſuſcipitur, ubiꝗ fama prænuncia, de eius
nomine conſpicuum illum faciebat, & apud omnes amplè, & liberaliter habitus eſt. Deinde
Romam uetuſtatis eius urbis contemplandæ cauſa profectùs, nam uſꝗ ab infantia urbem
illam uidere flagrauerat, magnitudinemꝗ eius, & omnem uetuſtatemꝗ ſupereſt diligenter
contemplauit, à magnanimo illius familiæ genitore Stephano de Columna ſuſceptus, & in
tanto honore, & amore habitus, ut nihil ſupra. Inde uero Auinionem regreſſus, & tædio cu-
riæ affectus, cum ſolitudinem locumꝗ quietis exquireret, & operam tandem rebus ſcriben
dis daret, et liberius ocio frueretur, incidit in uallẽ, quam incolæ Clauſam appellant. Locus
paruus, ſed percommodus, ad quam deſiderabat uitam Solitariam perducẽdam, quindecim
paſſuum millibus ab Auinione diſtantem, in ea fons pulcherrimus fontium oritur, in ea cœ
li ſerenitas quædam, & iocundus aſpectus, Sorgia fonti nomen eſt. Hanc igitur ad uallem, ſe
librosꝗ ſuos & ſarcinulas omnes, ad uictum neceſſarias detulit, cũ plures annos in ea com-
moratus eſt. multaꝗ aggreſſus de literis, tum legendo, ſcribendo, tum componendo, hic Bu
colicũ carmen, hic de Solitaria uita ſcripſit, ibi etiam de Scipione Africano illo ſuperiore, po-
ẽma aggreſſus, cui de ſubiecti nomine Africæ nomen dedit: de quo poſt dicetur. Illic deniꝗ
(ut Vergerius ſcribit) quicquid ferè omni ætate compoſuit, aut p̃fecit, aut incepit, aut ſcribe
re cogitauit eo fuit in loco. Captus etiam dũ ſic ſtaret amore Lauretæ, quã ipſe ampliato no-
mine Lauram uocat, & ardenter illã amauit, & multa carmina, & rithmos in eius laudẽ com
poſuit, & undiꝗ quantũ ingenii ualuêre uires, in omni genere uirtutis illuſtrem reddidit. ha-
rũ igitur rerũ meritò, nõ ab hominibus ſolũ, ſed à principibus noſcebaẽ. Fama eius iã ubiꝗ
erat ſparſa. ut uno nanꝗ die, mirabile dictù, à duobus diſiũctiſsimis ac illuſtribus è locis Ro
ma, & Pariſio, literæ uenerunt, quæ ad percipiendam Laureã poëticam euocabant, ut quaſi
de induſtria hæ duæ clariſsimæ in terris urbes, hoc iſto de honore certarent. De Pariſio Gal-
lici nominis princeps & ſcriba, qui in ea regia urbe præerat ſtudio, ex urbe uerò Senatores
utriꝗ in hanc ſentẽtiam exhortationes, & preces erant, ut quæ iure optimo deberetur ei ac
Poëtis dari ſoleret, eam apud ſe Lauream ſumeret. Princeps, & ſcriba ut Pariſio Senatores,
ut Romæ ſumeret, multis perſuaſionibus hortabantur. dubius ſecum ipſe, ad quos ſe flecte-
ret perdiù fuit. Tandem Columnenſium conſilium ſecutus, urbem Romam præponendam
eſſe conſtituit. non enim deerant qui Pariſium ob magnitudinem ſtudii, ac regiam ſedem
præponendum eſſe cenſebant, ſed Romam præpoſuit, quia imperio nomine pollebat, &
in ea etiam Poëtæ donati laurea permulti eſſent. Igitur dignũ prius hominẽ quærens, cui in
genium ſuũ excutiendũ cõmitteret, duxitꝗ auctoritas Roberti regis, iuitꝗ Neapolim ad il-
lũ ſummũ regẽ, & Philoſophũ, nõ minus literis q̃ regno clarũ, nam tãtæ erãt in ampliſsimo
Rege, ut tãtæ rei iudex optimus eſſe poſſet, neꝗ munus oblatũ inuitus ipſe ſuſcepit, ſed ma-
gni fecit, ſe cunctis p̃poni, & electũ eſſe tãti uiri iuditio, ſicut præ omnibus ipſe peritus, & ido
neus uidereẽ, et inſolitã admirãs ingenii fiduciã, tandẽ, p quo uenerat, certo deputato die, et à

meridie in ueſperas eũ tenuit, creſcẽte materia, unius diei tẽpus breue apparuit, duob. dieb. ſequẽtibus idẽ fecit, ſed poſt innumeras uerborũ collationes, diſputationesq́;, cũ de poëtica ſublimitate, tũ de hiſtorijs, tũ de eloquẽtia facultate, tũ de Rhetoricæ ꝑtibus, grauiť & peritè in omnib. ſe habuiſſet, die quarto, dignũ eũ Laurea iudicauit, et librũ Africæ oſtẽdit, cœptũ magis q̃ ꝑfectũ opus. & multis hinc inde carminib. decãtatis, ut admirareť Rex, ſeq́; tædere permultũ, ac uehemẽter dolere fatereť, ꝙ dũ iuuenis eſſet, ſtudijs illis operã nõ dediſſet, & librum nõ parua cũ gratia petijt, ut nomini ſuo inſcriberet, & ꝑſuadere etiã nõ deſtitit, ut Neapoli illam ſumeret, ſed à ſuo ꝓpoſito flectere nõ potuit. Romã ex ordine laureãdũ, priſco de more Regijs cũ literis, ac legatis ad Senatũ miſit, quibus iuditiũ ſuũ magno fauore profeſſus eſt, Vrbis tunc Senatores, Vrſus comes Anguilariæ, & Iordanus de filijs Vrſi erãt, qui tãto Regis freti iudicio, ac teſtimonio apꝓbatus, tũ ipſo in Capitolio, ſumma dudũ Romani imperij arce cũ celebritate, & lætitia ciuitatis, grãdiq́; conuẽtu nobiliũ, & peritorũ, q undiq́; ad iſtã rẽ uiſẽdã honorãdãq́; ueniſsẽt, ac frequẽtiſsimo P.R. approbãte. Petrarcha noſter id primum è more, longa, & pulcherrima oratione petẽs, declaratur à Senatoribus his eſſe hiſtoricum, et poëtã, deinde corona poëtica, ut priſcis mos erat coronať. et ad ampliãdũ munus, ciuitate acclamãte populo, donatus, et cõuenięti, (ut gratias redderet) habita oratione. Cũ magna nobiliũq́; caterua, ad eccleſiã beati Petri Apoſtoli ꝓfectus, in q̃ quidẽ tẽplo, cũ deuotione, & reuerẽtia coronã thoro applicuit, & ꝑ multos pepẽdit annos. Fuit hoc ut ex ſuis epiſtolis coniectari licet, natiuitatis ſuæ anno, ſeptimo et trigeſimo, idibus Aprilis. q̃ eccleſia celebrat ſãctũ Reſurectionis paſcha, de qua, & carmina, et ſoluta oratione extãt epiſtolæ. hic honor ꝑ multa ſæcula iã deſuetus, & ſi multũ fuit decoris, ita & plurimũ ei q̃ſiuit inuidiæ, cuius multorũ maleuolorũ dictis, alijs aliud obijciẽtibus, ſed impatiẽs ſui nominis detractionis, in omnes ſtyli acie acriter ultus eſt. Laureat⁹ uerò q̃ dixerit, q̃ fecerit, apud q̃s fuerit, quas urbes adierit, quotiẽs ad ſuũ fõtẽ Sorgiæ ex Italia iuerit, quotiẽs ad Italiã ex ipſo fõte redierit, q̃ diù ſingulo in loco mãſerit, et ſi memorari ſua cũ laude omnia poſſẽt, tamẽ uereor ſi recẽſuero, ne legẽtibus plus tædij, q̃ gratiæ ſim facturus, cũ plura enim loca ſtudio ꝑagrauerit, tũ uidẽdi, tũ gratæ ſibi uſq́; inueniẽdæ ſedis, obiuit. Quippè itinera eius, mores, ac libros quos cõpoſuit, paucis, ac ſũmatim expediã, Primũ igiť, ut laureã ſũpſit, ex urbe ꝓfectus eſt, ut Galliã trãſalpinã peteret, ad Ioãnẽ Colũnẽ. Cardinalẽ, ſed Parmæ retẽtus ab illis de Corigia, qui tũc ciuitatẽ illã gubernabãt, & aliquãtulũ illic exegit, ut in una ſuarũ epiſtolarũ ad dictũ Cardinalẽ ſcribẽs ait, hodierno die, quod tibi gaudiũ, quoq́; ſignifico, ductu, et auſpicijs amicorũ tuorũ de Corigia Parmã ingreſſus ſum, hic ergo p̃cibus eorũ uictus, qbus ueniã acceſſurã ipſi ſperãt, & ego nõ dubito, æſtatẽ agere animũ induxi, Iurãt enim p̃ſentia mea admodũ egere, q̃d indulgẽtiæ, nõ neceſsitatis eſſe certũ eſt. Et eccleſiæ Cathedralis archidiaconus (ut aliqd ſibi cõferre uidereť) deſignatur, clericalẽ qdẽ à puero duxit uitã. Et hic primũ memor ſollicitusq́; ne indignè ſuſcepti honoris ingratus uidereť, & cũ nõ urbanis ſtrepitib. ſed ſylueſtris ſilentijs delectareť, ſicuti ille, q nec legũ, aut Reipub. curis, ſed ſolitudini, et ocio natus eſſet. elegit ſolitariũ locũ, trãs Entiã amnẽ, in Regij Lepidi finibus, q̃ Plana ſylua dicitur cũ muſis amœnitate loci captus redijt, & ad intermiſsũ ſtudiũ Aphricæ ſe cõtulit, ſicq́; feruore animi, q ſopitus uidebatur excitato, modo in ſolitudine, modò Parmæ pluribus cõtinuatis diebus, finẽ opis impoſuit, ſed reuidere poſteaꝙ ſibi minimè honoris fuit, neglexit. Inde rurſus ad fontẽ Sorgiæ, et ſolitudinẽ tranſalpinam regreſſus, Amore Lauretæ ductus, in cuius laudẽ multos cõpoſuit rythmos, tanta cũ grauitate ſententiarũ et uerborũ eruditione, ut anteceſſores, & ſui tẽporis omnes ſuperauit, & uſq́; in p̃ſentẽ diẽ facilè Princeps appellari poteſt. Interdũ ſupra rythmorũ ſtylus grandiloquus efficitur, tamẽ in affectibus amatorijs explicãdis, eſt præcipuus, & ut Paulus Vergerius ſcribit, habuiſſe à Colutio Salyiato, qui dicebat ab ipſo Petrarcha audiuiſſe, melius ſe omnia q̃ ſcripſerat facturũ, p̃ter eius in lingua uernacula ſcripta, ubi ingenuè latebatur, ſeipſum in illis uiciſſe. Benedictus, qui Clemẽti in Põtificatu ſucceſſit, ne tantus amor uacuus haberetur, ut illam in uxorem acciperet perſuaſit, & ut facilius adduceret, concedebat beneficia teneri poſſe, & alia etiam inſuper rogare, ſed Petrarcha, q animũ procul à nuptijs habebat, uim tanti amoris, pro coniugio amittere non debere reſpõdit, nam quæ de ea indies dicere cogitabat, cum uſus illa fuiſſet, omnia eſſent omiſſa: Laureta q̃ mõſtrari digito gaudebat, matrimoniũ libenter cõtraxiſſet, quia in delitijs teneri minimè uerebatur, ſed opinione fruſtrata, alio nupſit. Sed interim, extincta eſt illa Columnẽſiũ gloria,

ſed

ſed nimiũ caduca familia, quorũ interitu, tãto mœrore conſternatur, ut mori ſecum uoluerit, qui diutius eſſe inuita. dum in curia in pretio eſſet, & undiq; à Principibus, & à Põtifice pol licerentur honores, erat ſoror Petrarchæ, quæ iam duodeuiginti habebat annos, quæ Auini oni ubi orta, cũ Ghirardo morabatur, eleganti forma, inſignis moribus, & uirtutibus prædi ta, cuius pulchritudine, & forma perditè depenbat Põtifex, ut illa potiretur multa fieri ſecit experimenta. Cogitauit præmijs, & honoribus Petrarcham in ſuam trahi opinionem, Car dinalem ſe facturum promittit, dummodo illa ſuo concederetur arbitrio. Franciſcus qui in omni re Deũ præ oculis habebat, cui nihil eſt occultũ, ut ille qui nihil comere, nihil fingere, nihil diſsimulare didicerat, ut debuit, ira commotus, & id q; lingua, fronte atq; animo habe bat reſpõdit, tàm fœtidũ galerũ capiti nõ eſſe ponẽdũ: ſed fugiendũ, abominandũ omnibus tanquã nephandũ, & dedecoroſũ. et ſi reuerẽtia nominis, q̃ uices Dei in terris gerebat, nõ te neret, calamo tantæ rei ſe uendicaturũ, & fecit prout Philelpho placet, in una ſua morali can tilena, q̃ incipit: Io non uo' piu cantare como ſolea: nihilominus Põtifex furori impatiẽs, Alterũ fratrẽ Ghirardũ temptare cepit, q paucis muneribus captus, ſororẽ, quo facinora au dito, et Eccleſiam Dei uidens p abrupta uitiorũ ſic trahi, Auinioni aufugit, Italiam uerſus ire cœpit, frater pœnitẽtia ductus, nupta ſorore, ſanctæ religionis habitum quaſiuit, & Chartu ſienſi ordini, in conuẽtu de Materno, q eſt propè Maſsiliã, rebus mundanis reiectis, ſe deuo uit. Ipſe cũ Parmæ ubi Archidiaconus præerat, tũ Veronæ, cũ dominis Scaligeris, tũ Medio lani cũ principibus Vicecomitum uerſatus, & in pretio, & reuerẽtia magna, ab omnibus te neretur & perſæpe euenit, ut cũ Ioanne illo magno, qui Mediolani dextera paſtoris pedum, gladiũ ſiniſtra gerebat, in prætereundo nõ parua fuit cõtentio, quis ipſorum p̃cederet. Vene tijs cũ Andrea Dandulo, cũ Michaële Celio, & Marino Falcrio Venetiarũ ducibus, & cum alijs multis patricijs, & doctis uiris, haud paruam duxit conſuetudinẽ, ut ex epiſtolis ſuis, & aliorũ multorũ uideri poteſt. Habitauit in domo, ut ipſe ſcribit, de duabus turribus, ubi nũc Lucas de Molino, quondã Andreæ habitat, & undiq; oblati erant honores, quos recipere recuſabat, quia nihil magis illi q̃ pompa diſplicuit. Cũ ubiq; charus habitus eſſet, Iacobum Carrarienſem iuniorem, Paduæ dominũ iamdudum per literas, & per nuncios uſq; trans al pes & per alia Italiæ loca, ut in ſuam traheret amicitiam requiſitus fuerat, adire uoluit, & ui dere, quid ſibi hæc magni, & ignoti Viri tanta uellet inſtantia. Itaq; Patauium pfectus, à quo, ut ipſe ait, clariſsimæ memoriæ uiro, nõ humanæ tantũ, ſed ſicut in cœlo (ut de Ambro ſio, inquit, Auguſtinus) recipiuntur animæ, acceptus fuit. qui ſciens, ut facilius retineret, cle ricalem uitam, uſq; à pueritia tenuiſſe, Canonicum Paduæ fieri fecit, et quàm diù ipſe domi nus uixit, quod breuiſsimum tempus fuit, ſecum habuit. ſed eo terris ſublato, ut dolori re medium daret, ad quem amabat fontem Sorgiæ reuerſus, ubiq; liberaliter excipiebatur. Pontifex uerò motu proprio honores, & magnos quidem offerebat, ſed Poëta ocij potius, & libertatis quàm honorum & dignitatũ amator, gratias Põtifici egit, & Italiam regreſſus. Quãobrẽ obiecta ei à maledicis incõſtãtiæ uitiũ, q cognoſcẽs, inuidẽtiũ maledicta, ut uideri ſe ſibi, et cæteris q rectè iudicaſſẽt, cõſtãtiſsimũ, q eius ſemp ppoſitu fuiſſet, nũquã quieturũ, quouſq; locũ q̃tis inueniſſet, hoc enim erat, ut oblatos honores recipere recuſaret. Aretini tanti fecerũt ipſum apud eos eſſe natũ, ut cũ ſemel illuc caſu ueniret, illi obuiã fuerũt, cũ pal lio & crucibus, & ſanctorũ reliquijs, & pro immortali memoria, ac ciuitatis ornamẽto ſtatu erunt, domũ in qua natus eſſet, uicũ appellãt Ortũ, & Petrarchæ domũ ppetuò appellari, & quo erat ſtatu, ſemp de publico cõſeruari, nec Florẽtia Ciuẽ nõ ſpreuit ſuũ, ſibi enim nõ pe tenti, neq; ſperãti, & redeundi ad patriam fecit poteſtatẽ, & quæ fiſcus habebat, omnia patris bona reſtituit, uidere ſedẽ paternã tantũ uoluit, & cum Boccatio Florentiæ amicitiam con traxit, tanta enim fuit, ut ſi una illorum anima duo habuiſſent corpora, tãta fuit uis eius amo ris, ut alterutrã faciem in gemma annuli geſtaret, ipſo dicẽte, in uno ſuorũ uerſuum epiſtola:

Dulcis Amice uale, tua te mihi ſemper imago, It præſens mecum ut ſedit, mecumq; quieſcit. Tuq; redde uices.

Hinc inde per diuerſa tẽpora uagatus, cũ iam uergeretur in ſeniũ, Pataui ſedẽ fixit, quo à ma gnificẽtiſsimo, & prudẽtiſsimo, uiro Franciſco, ſeniore eius Iacobi filio, p paterna ueſtigia. et honoratus, & dilectus. Arquade rure mõtano inter Euganeos montes, ut in ſolitudine eſſet manere uoluit, quo quidẽ in loco, multa ſcripſit, plurima uidit, & maiora meditatus eſt. Acci tus quandoq; Venetias ueniebat, tanq̃ rerũ nouarũ cupidus, & ut amicos reuiſeret, ſed q̃run dam pueriles de literis temerariasq; inſultationes, ut illorũ ciuiũ mos eſt, amplius manere ne glexit,

glexit, Patricios qui habenas regiminis habebant, ſemper in magno precio habuit, ut abūdè ſuæ demōſtrantur epiſtolæ, De Magia autē nō ſcriberē, ni ipſe referret. Fuit illa tempeſtate Poëticū nomē ita inuisū, ut q illa ſtudia ſequeretur, magū, ſortilegū, et hæreticū eſſe dicebāt. Erat tunc hæreticæ prauitatis inquiſitor, quidā Marcus Picenus de Solipodio oriūdus, frater ordinis ꝑdicatorū rudis, & bonarū omniū literarū omninò expers, q temerario auſu, in nonnullos inijcere manus temptauit, & ni prouiſum fuiſſet, maxima hic oriri uidebāt ſcādala, ſed cognita illuſtrorū hominū ſciētia, & fratrū auaritia, q̄ à zelo ueræ religionis nō proueniebat, Solipodius tanquā ſtolidus, & bonarū diſciplinarū ignarus, exploſus eſt, nō tamē ſine labore ſe purgauit Petrarcha ſenex ruri commorabatur, & ſtudijs præſertim ſacris, cū potuit uacauit. Cū iam ſeptuagēarius minus una die, eſſet apoplexiæ morbo, quo interdū uexabatur, in ſinu doctiſsimi uiri Franciſci Aſerici, ſpiritū ſuo creatori reddidit. Mors quidē eius, magna omnium literatorū factura fuit, in illa rurali eccleſia tumulatur, in loco humili, & obſcuro, in quo ipſe dū uiueret Capellam in honorē beatæ Virginis cōſtrui uolebat. Poſtea Franciſcolus de Borſanis, ne tàm uili loco ſua remanerent oſſa, ſepulchro marmoreo extructo, in arca eccleſiæ, & corpus refoſſum, denuo funere celebrato, in illo clauditur marmore cum tali Epigrammate, ab ipſo dū uiueret compoſito:

Frigida Franciſci, lapis hic tegit oſſa Petrarchæ
Suſcipe Virgo parens, animam, Sate Virgine parce.
Feſſaq́; iam terris, cœli requieſcat in arce.

Obijt *XIIII.* Cal. Sextilis, anno à natali Chriſtiano *M.* CCC. *LXIIII* Vir quidē magnus, omnibꝰ ſeculis fuiſſet, ſed ſuo mirabilis, qui inter tot uitiorū ſordes, & inter tantā ignorātiæ caliginem in clarū lumē, & uirtutis ſciētiæ euaſerit. Itaq; nūc de moribus eius agēdū eſſe cēſeo. Sed prius facetia (& hercle uera) mihi narrata, ab illo dignißimo & doctiſsimo uiro Iacobo Zeno, olim Epiſcopo Patauino. Dicebat quēdam fuiſſe ruſticū uirū Arquade, cū grauiter infirmaret, Archipresbytero ad ſe accerſito, dixit: Velle de centū aureis eccleſiæ facere legatū, ut in ſepulchro Petrarchæ poneretur. Archipresbyter re audita, Patauiū ad Epiſcopū tēdit, cui negocium expoſuit. Zenus qui uerè Epiſcopus fuit, quin ruſticū nō laudaret, facere nō potuit, ꝙ tantam clarorū uirorū exiſtimationē faceret, ꝙ in magno ſepulchro tumulari, & in miſcēdis oſsibus nobilitari credebat. tamē inhibuit præſul, & ſub graui cēſura, ne tāto facinori conſentiretur, q̄a ꝑ pecuniam ſepulchrū uiolare nō decebat, ad ꝙ uiſendū, multi docti proficiſcebant, & cū hoc tantū facinus ꝑpetratū foret, nomē in ꝑpetuū fuiſſet omiſſum. nunc ad mores ut diximus ueniamus. Fuit uenerabilis in aſpectu, & maieſtas q̄dā inerat, ut ipſum uidētes induceret. etiā q eū nō cognoſcerēt, ſolo tamē uiſu reuerendū, & ſapientiſsimū iudicarent, ꝙ uno poteſt cōprobari exemplo. ſcribit Ioſephus Briuius Mediolanenſis, in quodam ſuo panegyrico. cum Petrarcha ſemel eſſet Mediolani, in aula dominorum Vicecomitū, inter multos purpuratos, & nobiles uiros, Galeacius q tunc dominus erat impoſuit filio, qui primus poſtea Dux Mediolani fuit, tunc puer adhuc, ut ſapientiorem de aſtantibus oſtenderet. Puellus oculis hinc inde uolutis, Franciſcū adijt, & manu apprehēdit, & patri cū omniū admiratione monſtrauit. quid ab hominibus? cū à pueris eius cognoſcebat aſpectus? Conuerſatio eius honeſta, & iucunda omnibus extitit, ut nullus mœſtus ab eo diſcederet, oculi non deformes, ſed uiuaces. uiſus adeò firmus, & acer, ut non ſexagenarius literas, etiam minutiſſimas legeret nullo uitreorum oculis præſidio. Corpus habuit dexterrimum, uſq; ad ſenectutē, ꝙ pingueſcere cœpit. In fine apoplectico morbo (ut diximus) plurimum torquebatur. ob eamq́; rem, qui famuli erant, liberum ab eo acceſſum habebant, conſilia Medicorū adeò ſpreuit, ut nunquam eorū pharmacis uti uoluit, naturam ſibi magiſtram, Medicorum conſilia uana eſſe dicebat. aditus uerò ad eum cum benè ualeret nulli difficilis. nulla in eo ſuꝑbia, nulla pompa, Iraſcebat interdum, ſed ſibi potius q̄ alteri nocebat, beneficijs obliuiſcebatur nunquam. Amicitias quantum potuit officio conſeruauit, nihil illi optabilius, nil gratius, nihil iucundius, q̄ pro amicis rē agere, & benè dicere, & omnia ꝓ illorum beneficijs, cum opus eſſet poſtponere, ut nulli obeſſet ſummopere quæſiuit, & ſi qs ſibi intuliſſet iniuriam, æquo ferebat animo, nunq̄; uindictam habere uoluit, ſed patiētia & oblectatione cuncta ſedare. Diuitiarum contēptor fuit eximius, nō ut illas (ut ipſe de ſe ait) non deſideraret, ꝙ cæteri. ſed curas, & labores quibus diuitiæ retrahuntur oderet, ſic ꝙ ſupra uitæ neceſsitatem pro ſtatu ſuo, cum poſſet amplas habere, contempſit, Famulitio modico uſus, famulorum multitudines

dines, inquietũ hominem faciebãt. Menſæ apparatus nullus erat, tenui uictu, & cibis uulgari
bus uitã egit, plurimũ fructibus arborũ ueſcebatur, ut libidinẽ extingueret, quia (ut de ſe ipſe
ſcribit) cũ ad quadrageſimum ætatis perueniſſet annũ, cum adhuc ſatis caloris eſſet, & uirium
memoriam libidinis ita abiecit quaſi nũquã fœminã cognouiſſet, aut uir eſſe deſiſſet. Vi-
nũ dilutiſsimũ bibebat, & ſæpe frigida aqua ſitim ſedebat, ſtãs ſæpe cœnabat. cõmeſſationes
opulẽtas, & lauta conuiuia prorſus abhorrebat. Pompa ei multũ diſplicebat, nõ tantũ ut hu-
militati ſit contraria, ſed quia difficilis, & quieti aduerſa eſt. Auidiſsimus tamen honoris, &
gloriæ fuit, quæ res à magnis ingenijs haud facilè ſeparari poteſt. Nunquam ſine ſocio cũ fieri
potuit cibũ ſumpſit. Gratulabatur, ſi ad menſam ſedẽtis amicorũ quiſpiã ex inſperato ueniſ-
ſet. Iuuenis multũ in libidinẽ pronus fuit, filiã habuit, quã Franciſcolam nomine appellauit,
ex qua nepotẽ, & generũ uidit. Sepultura eius cũ literis marmore ſculptis adhuc Taruiſij
conſpicitur, ante oſtiũ eccleſiæ Diui Franciſci, Franciſcoli eius gratiſsimi uiri impẽſa, ex qua
muliere illã genuerit, haud compertũ eſt. ni fuiſſet id ꝙ Orator clariſsimus, et hiſtoricus facũ-
diſsimus Candidus Decẽber mihi narrauit, cũ de eo Ferrariæ ſemel loqueremur. (Magna
conſuetudo cũ uiro illo mihi fuit) dicebat audiuiſſe à patre ſuo, q Petrarchæ cõtubernio uſus
fuerat. Tempore quo Mediolani morabatur, elegerat pro ſolitudine ſibi locũ, haud procul à
ciuitate ꝙ Linternũ (ad inſtar Scipionis uillã) nominari uoluit. nũc ab incolis corrupto uoca
bulo Infernũ nũcupatur. mulier quædã illorũ de Beccarijs pulchra qdẽ, ad rus ſuũ (ꝙ parum
ab iſto diſtabat loco) æſtiuis temporibus ueniebat, amore eius capta, hãc illi genuiſſe gnatã
ferẽbatur. ſed de hoc ueritas apud ſuũ remaneat auctorẽ: Quater in ebdomada ieiunabat, ſex
tam feriã pane & mera aqua tranſigebat, tonitrua et fulgura expaueſcebat, ſomni fuit parciſ-
ſimus, ueſtitus ferè ſemper dormiebat. in media nocte (ut clericũ decet) ſurgebat, & quãtum
poterat diuinũ ſoluebat officiũ. deinde ad ſuos reuertebatur libros, aut legebat aut ſcribebat,
quæ ordinatim ad ſtudiũ pertinebant. Id quàm maximè omni ætate uitauit, ne temporis quic
quam admitteret, de ocio ut Cato ſcripſit) rationem reddere ſe debere, ad doctrinã quãcũq;
uoluiſſet applicuiſſet ingeniũ, ſed moralis Philoſophiæ cognoſcẽdæ multũ ſtuduit, & artis
Poëticæ facultatis hiſtoricos, Oratores legit omnes, ſed in Cicerone, Virgilio et T. Liuio de
lectatus, in proceſſu temporis poëtarũ libris, nõ niſi ad ornatũ utebatur. Multũ ad notitiam
uetuſtatis incubuit, in hiſtorijs ſcribendis inſudauit plurimũ, ſed multùm illorum diſcordijs
offenſus. Sed annoſior factus ſacris literis incubuit, in qbus ſenſit nõ paruã dulcedinẽ abdi-
tam, quã aliquando contẽplerat. Stilus eius copioſus eſt & magnus in cõſolãdo dulcis & in
admonẽdo liber. interdũ iocatur ſalibus, ſed ubiq; reſtrictus, ut ille q magis Senecæ dẽſitatẽ,
quàm Ciceronis amplitudinẽ imitatur, unde perſæpe ex hoc recẽtiorẽ Senecam ipſum ap-
pellauerim. Dicãt quicqd uolũt inuidi, eloquio fuit clarus & potẽti, ut ſtilus librorũ indicat,
atq; uerè dixerim, ille fuit q per tot ſæcula exultantẽ, & iam benè incognitã dicendi faculta-
tem, in noſtra tẽpora reuocauit, ſummus doctrina, ſummus & eloquio. ſcripta eius quocũq;
in genere habẽtur iſta ſunt. De uiris illuſtribus, De remedio utriuſq; fortunæ, De uita ſo-
litaria, De ocio religioſo, De ſecreto conflictu curarũ ſuarũ. Liber epiſtolarũ ſine nomine. Iti
nerariũ, & Liber Rerũ memorandarũ. Comœdia una Ioanni Colũnæ inſcripta, duo magni
epiſtolarum libri, uidelicet Iuueniles & Seniles epiſtolæ, & hæc ſoluta oratione. Duoq; ad
maternam ſiue uulgarẽ linguã Sonetorũ libri, & Triumphorũ & rithmorũ. triumphos non
emẽdauit, nam ipſo mortuo inueniũtur in carthacijs ſuis, in uno alligati faſciculo. nondũ ex
ierant in publicũ, quia ultimã non habuerant limã, ut luce clarius uideri poteſt, ut in triũpho
de Fama. in quo multæ replicãtur hiſtoriæ, quod uitium eſt maximũ. Nã duo illa capella ad
unum redigẽda erant, & alia multa addenda & reſecãda. Bucolicũ carmẽ in duodecim æglo
gas diuiſum. Liber epiſtolarum ad Barbatum, & Pſalmi pœnitentiales magnæ deuotionis
pleni. hos omnes Paulus Vergerius uerſibus ijs ita comprehendit:

Illuſtres celebrare uiros, medicamina utranq;
Porrigere in ſortem, tranquillæ munera uitæ,
Dicere Franciſcus potuit, tractatus anhelos,
Ore potens triplici materno flamine amores.
Carmina paſtorum, ſenſus condentia mutos,
Cum caneret, magnum gracili ſpirauit auenæ
Africam cum ſcriberet, fauſto rem nomine dignam,
Multaq; prætereà uario deprompſit ab ore,
Vltima ſacratis ſtudijs. dans tempora uitæ.

Poſtremò de Africa libro, pro huius Poëtæ excuſatione, dicam quid ſentio, & perſtringam
id ꝙ Vergerius in fine uitæ Petrarchæ ſcripſit. Librū imperfectū eſſe eius demōſtrat æditio,
quia ordo ipſius rei, prout res ſe habuerit non procedit. Nam ſi ſecundi Belli ſumma ſpecte-
tur, multa deeſſe conſpiciemus. Vt Scipionis ex Hiſpania tranſitū ad Syphacē. ſed quia ple-
riſq; inter temeraria numeretur, fortè de induſtria Poëta intermiſit. Sed præter, hoc neq; tra-
iectionem exercitus, in Africā, neq; caſtrorū Syphacis nocturnā exuſtionē, aut ut poſtea Sy-
phax, atq; Haſdrubal aperta acie uicti ſunt, neq; ut infidus Rex tandē in ſuo regno à Maſsi-
niſſa & Lelio ſuperatus, & captus ſit: ſed hæc omnia (ut Vergerius ſcribit) ratio inducere po-
tuit, cū ſupremā pugnam, quæ inter duos ſummos Duces, ſcilicet Sipionē & Hannibalem
fuit, deſcripturus eſſet, quæ bello finem poſuit, ne ſimilitudine rerū lectorem offenderet, ſci-
ens uolensq; hæc omnia prætermiſit. in ultimò quoq; libro in quo plurimum ſibimet loci fe-
cit, ſomnium omiſit, quod poni, ut annotata ſubſcriptio demōſtrat debuiſſet. Sed hi defe-
ctus fortaſsè dicendi non ſunt, quum cæterarum rerum ſplendore teguntur, & reliqui cor-
poris pulchritudinem illuſtriorem reddunt. ſunt præterea quod monſtrat non fuiſſe corre-
ctum opus, uerſus dimidiati, et imperfecti (ut eſt creberrimè apud Maronem noſtrū) ali-
quando et imperfectæ ſententiæ, ſunt & malè menſuratæ ſyllabæ, tamen ipſe in margine nota-
uerat, ut ex multis exemplaribus uideri poteſt, ubi ſignatæ conſpiciunt. ſed ut omnia breui
cōcludātur. Conſtat iuuenē iſtud cepiſſe Poëma, & in breui tēpore, quodā iuuenili ardore
ductum ad finem perduxiſſe ætatem, quanto futurum fuerit excellentius nemo ambigit. Ni-
hilominus refertū eſt multorū documētis, & plenū Poëticæ fictionis. Magna in eo eſt uetu-
ſtatis, & naturæ cognitio, magna eloquentiæ uis, magna ꝑcipiēdi facultas, ꝙ ſi ultimam im-
poſuiſſet manū, ſeu limare nō neglexiſſet. præclarū ſanè euaſiſſet opus. nec dubito iſtam fuiſ-
ſe cauſam, ꝙ malè de eo ipſe in fine ſenſerit. Nam cū ſemel Veronæ eſſet, & cū ad uidendum
ipſum multi proceſsiſſent uiri, & ut illi complacerēt, ad id quod loquebatur propoſitū, carmi-
na ſuæ Africæ cantare ceperunt, protinus cū audiuit lachrymas emiſit, rogans ne ulterius
procederēt. Cum percunctaretur, quare hoc faceret, reſpōdit. Vtinā datū eſſet, ut iſtud opus
abolere poſſem, profectò nulla res magis grata, neq; iocūda foret, quam illud proprijs mani-
bus comburendū. Vergerius enim nō minus clarè hoc demōſtrare uidetur, a legat eius epi-
ſtolam, quam ſcribit ad poſteritatē, in qua de ſe, deq; rebus ſuis ſcribit. ſic enim de iſto inquit
libro. Raro enim pater aliqs tàm mœſtus filium unicum in rogum miſit, ut ego librum illum
quem mihi multo labore genueram, & ſi ſcias quiſquis hæc legis, quanto id fecerim dolore,
& omnes meos labores eo in opere perditos acriter tecum uoluas, uix ipſe lachrymas conti-
neas. hæc enim ſcripſit anno uno antequā moreretur. Sed quicquid fuerit lectorem æquum
meliorem partem tenere decet. Hæc enim mi Contarene dignisſime, quæ de uita eximij no-
ſtri Petrarchæ habere potui, ſcias uelim, nihil me temere ſcripſiſſe, ſecutus enim ſum Paulum
Vergerium, Cichum Pollētanum, Leonardum Aretinum, & Philelphum & eius auctoris
ſcripta, quantum potui: ex meo Marte nihil poſitum eſſe ſcias, ſi quid iniquus fortè lector re-
prehenderit, faciat meliora hortamur, ut nomen tanti uiri clarius eluceſcat. Ego hāc uitā tibi
mitto, quæ cum priſcis illis clariſsimis uiris comparari poteſt, ut meā erga te fidē & obſeruan-
tiā aliqua ex parte notā facerē, ſi nulq; intelligeres, amare me dignitatē tuā, quā indies creſ-
cere minimè dubito. Has lucubrationes, quas, inter tot meas tribulationes, & anguſtias ſcri-
pſerim, ſicuti ille qui à maris latronibus in mari Pamphylio (Perugia buſcaglino duce) qui
olim Cantabri dicebātur, cum è Cypro uerſus Italiam nauigarem, de omnibus quæ poſside-
ram ſpoliatus exiſto, & nunc ab effera gente Gallorū bis factus ſum preda, tibi quales ſunt
mitto. Rogans, cum ab occupationib. fiſcalibus, quibus indies iuſſu ſereneſsimi Ducis do-
mini detineris, ac etiā poſt quotidianos ciuiliū, defenſionum Forenſiumq; labores, quos ob
tuam peritiam, bonitatem, iuſtitiam, & doctrinam exerces, ut oppreſſos erigas, & adiuues.
quæ eſt (ut inquit Cicero) melior in hominum genere, quam eorum qui ſe ſe natos, ad homi-
nes iuuandos, tutandos, cōſeruandos arbitrantur, præſertim ijs, qui iniuriā patiuntur. quan-
ta ſit tua æquitas, & iuſtitia, ab omnibus abundè cognoſcitur. cū igitur paulum
ab ijs uacaueris, rogo, oro, atq; contendo, ut hæc mea legere non dedi-
gneris, & ſi abs te comprobari ſenſero, me aliquid boni fe-
ciſſe reputabo. Vale, Literatorum decus.

In Franciſci Petrarchæ opera omnia,

RERVM AC VERBORVM memorabilium, Index.

A

ACtiones ſuas nemo examinat, folio 1125.
adoleſcẽtiũ amor ut ferendus 720.
aduerſa toleranda eſſe 666. & 687.
adulationẽ uitandam eſſe 426.
adulterium 145.
ædium magnificentia 42. 43.
anguſtia 180.
ædificationis ſplendor Principem ornat 425. 426.
aëris ſerenitas 84.
egeſtatis & diuitiarum collatio 685.
ægritudines humanæ ut ferendæ 214.
æquitatis præſtantia 640.
ætas qua illuſtriores quidam uixerunt 998.
ætatis floridæ ſpes uana 7.
ætatum uariatio 993.
agrorum fertilitas & cura 66. & 67.
alchimiæ uanitas 112.
alimenta plura an benè nutriant 1336.
amabilitas decet Principẽ, folio 421.
amantum iudicia cæca 757.
ambitio quãta ſit in aliquibus, fol. 876. ſpecies eius 386.
amicitia cũ quibus ineunda, folio 685.
amicitiæ fictæ ſigna & uanitas, fol. 751. maiorũ quomodo colenda 1103. & 1107.
amicitiam perfectam eſſe nullam 1164. inter abſentes durare 664.
In amicitia nihil expetendum, folio 1040.
amicitias malè fundatas nõ durabiles eſſe 979.
amicitiarũ diuerſitas, 60. 61. 62. 63. 64. 154. 155. 172. 173.
amicorũ abſentiam æquo animo ferendam, 104. obitus ut lugendus 699.
amor obſcœnus improbãdus, fol. 709. populi 94. ſpernendus 397. uis eius quanta 682.
amores uoluptuarij, fol. 76. 77.
andreæ Siculi regis mors 740.
animam in corpore multa pati 1163.
animus ſolitario quomodo regendus 284.
animi exercitationes ſenibus augendi 989.
animi paſsionibus quomodo medendum 6.
animi ſerenitas ut parãda 266. ſolatia quæ ſint 1123. torpor 224.
animæ ſera lingua 1206.
de animæ immortalitate 698.
animalium cura 69. 70. 71. 72.
annonæ caritas 177.
de anno peſtilenti 873. anni ætatis infames qui 917. anni LXIII. infamia 932.
anſerum moleſta inquies 931.
appetitus ſanitas hominis, folio 1237.
aquæ puræ potus ſalubris 996. 997. & inde 109.
de Aquenſi urbe fabula 640.
arabes uitandos eſſe 1069.
araneæ & podagræ Dial. 684.
arcium ædificatio uana 43. 44. 296. 197.
arelatenſis quæ nunc prouincia 959.
de aruſpicina 536.
artium errores uitandi 1016. inuentoribus qui honores conſtituti 274.
de Ariſtotele iudicium 1149.
aſtrologorum de fato iudicia qualia 1000. nugæ 146.
auaritia fugienda 440.
auaritiæ quæ tribuantur 386. ſtimuli 232.
auditus defectus 216.
auerrois dogmat. 1212. errores 810.
auenionis ſitus inamœnus, 1193. curiæ impietas 961.
de Augurijs 337.
auſtria an ab imperio exempta 1055.
auri potentia quanta 608. peſtis 611. præſtantia 612. uis 1042. 1043.
autores in pretio qui 1220.
autores ut notandi 1111.
autoritas Duci neceſſaria atq; utilis 449. 448.

B

BAbyloniæ occiduæ ſtatus folio 795.
bacchus pro Chriſto à quibus colatur 938. 929.
baijs quid uiſu dignum 713.
bellum ſequi quis debeat, folio 681.
belli Ducẽ quid deceat 426.
belli incommoda 186. 187. 188.
In bello quales Galli 1029.
bella ex peccatis eſſe 1029.
beneficiorum gratia 93.
beneuolentiæ ciuium Principis cuſtodia 483.
beneuenſe uinum laudatum, folio 934.
bona uera quæ 1026.
bonitas quomodo paretur, folio 1082.
brachmanorũ ſolitudo 380.

C

CAdere diuerſum eſſe à iacere 376.
cæcitatis incommoda 215.
cæſarum erga Põtifices humilitas miranda 1093.
calamitas uitæ beatæ nocere

nequit 731.
canities ſæpius ante ætatem, folio 915.
cantus uſus 30.
capitolium Colonienſe 642.
capraria montis deſcriptio, folio 672.
caroli Magni amor 640.
caroli 4. imperatoris luctatio reprehenditur 591. indoles 1132.
carceris euaſio 90.
de carcere 180. 181.
cauendũ pio quid 325.
charitas in principe max. bonum 425.
chorearum uanitas 31. 32.
chriſtus ne diſcatur 1162.
chriſto teſte omnia fiunt, folio 1186.
chriſtianæ fidei certitudo, folio 346.
ciborum diuerſitas temperamento an cõueniat an non folio 1236.
ciceronis laus & imitatio, folio 1162.
ciceronem ipſum grammaticali ſtudio laboraſſe 1125.
de ciceronis libris nonnulla, folio 1046. uſq; 1050.
ciuium amor in Principem res ſumma 423.
clementia quantũ ornet Principem 428.
cleri faſtus immanis 596. 597.
colonienſium lauacrum in feſto Ioannis Baptiſtæ 641.
color Medicis quid, folio 1293.
commendandi qui 1080.
complexiones ponderandæ, folio 1006.
confeſsio erroris ad quid, folio 709.
conſiliario regio quid faciendum 1120. 1121.
coniugij incommoda 1035. uſus 73. 44. 75.
conſilium non eloquium Medicum ornat 1199.
conſolationis exemplum, folio 652. & inde
conſtantia animi amplectenda 894.
contẽptus mundi pio quàm neceſſarius 390.
contemptus onus 16.
continentia uirtus imperatoria 440.
cõuiuiorum pompa ad quid, folio 24. 25. 26.
corporis forma inanis, fol. 8. 9. 125. labores ſenibus minuendi 989. languores ut ferendi 725. uſq; 231. moles grauat, folio 218.
corpori quantum tribuendũ, folio 1117.
cretenſium mores & fallaciæ, folio 435. 436.
crudelitas quantum uitiũ in Principe 428.
cultus corporis quid, folio 26. 27.
cupiditatis ægritudo, folio 615.
curas hominum ſuperuacaneas eſſe 675.

D

DAmna ut ferenda 134.
defenſores urbis Romanæ celebriores qui 593.
degeneres Romani, folio 1177.
delatores caſtigandi, 1121.
dentium dolor 211.
detractores aliorum operum qui 1167. 1168.
detrahere alteri iniurioſum, folio 1231.
deus quis & quid, fol. 1154. & 1155.
dei cognitio qualis 1160. ira qualis 359. patientia ultionem parat, folio 1175. ſolitudo ut intelligenda 1230.
deum noſſe quid, fol. 1151, noſtra curare, folio 1030.
Dialecticæ contentiones uitandæ 634. 649. 651.
dicaces qui 467.
diſciplina ſcholaſtica quæ 762.
diſciplinæ commodum & incommodum 164.
diſcordiæ malum 189
diſsimulationes quales eſſe debeant 1157.
de diuinationibus 524.
diuitias contemnendas eſſe, folio 698.
diuitiarum copia 64. 65.
diuitias ſeruitutem inijcere folio 1085.
diuitijs quomodo utendum folio 610.
doctores Eccleſiaſtici 563.
docti qui in Gallia floruerũt, folio 1175. 1191.
doctorum excellentia 433. uirorum ſolitudo 291.
dolores humani 205.
ex dolore mortuos eſſe aliquos 1095.
doli mali onus 179.
domini bonitas 87.
domini iniuſti uis quomodo ferenda. 162.

E

EBrietatis incommoda, folio 680.
eccleſiaſticorum uitia turbantur 727.
eloquentia quomodo utenda 13. 14. 219. 220.
eloquentiæ præſtantia 648.
eloquentiæ uis quanta ſit, folio 691.
emẽdationis ſpem præbet confeſsio erroris 709.
epicuri uita ſobria 1033.
epitaphium Andreæ Danduli, folio 1090.
equum heri oculo pinguеſcere 942.
equorum uſus 39. 40.
errores artium uitandi 1016.
ethices & Medicinæ differentia 1222.
exactiones uitandæ Principi, folio 417.

exemplum obedientiæ uxoriæ fol. 601
exercitus et bellorum inſtrumenta ad quid. 100. 101. 102.
exercitus quæ frenant. 440.
Exilium quid & quomodo ferendum. 656. 637. 660.
de Exilio. 183.
expectatio futurorum amputanda. 665

F

FActa ſapienter. 440
famæ ſpes. 118. onus, fol. 203. 204.
famam ante mortem non eſſe appetendam 636.
famuli qui ſint. 1034
famulorum petulantia 867.
famulorum uitia 740
famulatus onerosus 41. 42.
fidei catholicæ olim ſpendor fol. 306.
fidei ignorantia noſtræ qualis 1156.
fidei præconium 643.
fiducia & ſuperbia in quibus differant 1207.
filiarum incommoda. 1035
filiorum mors ut ferenda fol. 967.
fletum inutile eſſe 473.
florentinorum laus & reſpublica optime ordinata 1130.
fœlices qui & quando nominandi 1172
fœlicitas citius quærenda fol 970.
fœlicitas requiritur in principe 441.
fœlicitas ſumma quæ ſit 677.
fœlicitas uera quæ 109.
fœnoris commoda 66.
fortunæ blanditias contemnendas eſſe 813.
fortunæ ratio 923. 929. fol. 925.
francisci petrarchæ origo fol. 1015.
francisci petrarcha ſtudia 1147. fol. 1148.
friderici II imperatoris moleſtiæ 1114.
fratres ut lugendi 652.
de frugalitate 708.
funerandi modus eſſe debet fol. 435.
furoris affectus 231.
futura non anxie curanda folio 679.
futurorum expectatio amputanda 665.
furtum 178.

G

GAllus crucifixor Chriſti folio 1184.
gallorum nomen unde 1170.
gallorum mores 1178. 1179.
galliarum habitatio diſſuadetur 800.
gallica babylonia folio 806.
gemmarũ cupido inſana 44. fol. & inde
genuenſium urbs laudatis. folio 618.
gentes à Romanis uictæ 592.
gentium uariarum uita ſolitaria 314.
gentilium deorum cultus unde 360.
germaniæ ſtudia 305.
gladiatorum ludi deteſtandi folio 717.
gloria quomodo ſpernẽda 397
gloriæ onus 92.
de gloria Ciceronis libri 1049
gloriam inuidiam ſequitur folio 1167.
gophyri uirtus 1142.
grammatices regulas etiam doctis moleſtas 1125.
græcia uerborum inops 384.
græcorum ingeniorum gloria folio 1060.
gula homo animalia omnia excellit 1034.
gulæ uitium 234.

H

HAbitationis urbanæ & ruſticæ differentia 303.
hannibalis dictum de phormione 1231
hæreditas quid 111.
heremitæ ſolitarij 285. 286. folio 287.
hetruriæ deſcriptio 671.
hyppocratis præſtantia 1010.
homelia quid 1222.
hominum uita uaria 667. folio 668.
humana conuerſatio quæ poſcat 1042.
humana miſeria quanta 1034.
humana non eſſe mirabilia folio 1029.
honores oblatas petrarcha recuſat 817.
humilitas principis quæ eſſe debeat 431.
humilitas uera non ſpernenda folio 745.

I

IAcobi de Carraria indoles folio 1103.
ieiunij utilitas 1006.
ieſu chriſti ſolitudo 310.
ignorantia qualis hoſtis 1142.
ignorantiæ fama ut ferenda folio 1165.
ignorantiæ profeſsio qualis folio 1166.
illuſtriores amicos ſuos ſemper habuiſſe 360.
imitandi qui 350. 351.
imparitas ornamẽtum rerum folio 1189.
imperatoris eſt commonere pontifices 809.
imperatoris præſentia quàm efficax 1115.
imperatores clari qui 459.
imperatorum aliquot uita ſolitaria. 320.
imperatorum Romanorum aliquot uita. 575 uſque 590.
de incendijs 174.
indignatio loquax 1093
indignum laudare magnus labor 1016.
indorum ſolitudo 313.

infamia quomodo ferenda, folio 1165.
infamiæ onus 152. 153. 154.
infœlicitatem ultrò ab omnibus expeti 688.
ingenium quomodo exercendum 12.
ingenij tarditas quàm grauis, folio 218.
ingenio nobiles qui 460.
ingenio ſeruiendum, folio 646 647.
ingratitudo omnibus exoſa, folio 430.
ingratitudo Romanorum, folio 1176.
ingratitudinis uiolentia 155.
inimici morte an lætandum, folio 105.
inimicorum commodum, folio 158.
inuentioni quomodo inſeruiendum 646.
inuidia gloriæ comes 1167.
inuidiæ languor 160. 223.
Ioãnis Baptiſtæ ſolitudo 102.
Ioannis Boccatij modeſtia, folio 430
iræ tumor 223.
irouia celebres qui 414.
italia quantum Galliæ præſtet folio 937.
italiæ & Romæ præſtantia, folio 1178. uſque 1195.
italiæ faſtus 305.
italiæ laus 640. 939. 940.
italiæ motus uarij 1099.
italiam imperatoris eſſe 591.
iudex bonus qui, & ubi, folio 1146.
iuditij inopes amantes, folio 1109.
iuditiorum iniquitas, folio 182.
iuueni cur ſolitudo petenda, folio 267.
iuſſa diuina obſeruanda, folio 1125.
iuſtitia ciuitatum omniũ fundamentum 1130.
iuſtitia Duci neceſſaria, folio 439.

L

LAbor quomodo cõdiendus 1112.
laboris utilitas 1087.
laborum & itinerum negotia, folio 174. 175. 176.
abſq; labore nil mortalibus datum 1115.
labyrinthus Galliæ, folio 796.
laureæ poëticæ inanis faſtus, folio 403.
laus cui utilis, folio 887.
laus ſuſpecta, 896.
legatus quis, folio 1117
legatorum apud Romanos Coss. officium 1118.
libertas defendenda, folio 595.
libertas pretioſiſsimum boni genus 1086.
libertas quibus ſit ſuperbia, folio 1207.
libertas ſolitarij, folio 273.
libertas uerborum malum, folio 1155.
libertatis defenſio iuſta, folio 789.
libertate quomodo utendum folio 18. 19.
libidinum expultrix ſenectus, folio 922.
librorum aceruus ad quid, folio 53. 54. 55.
literæ Imperatorem decorãt, folio 438.
literarum docti cuias fuerint, folio 1193. 1194.
literarũ gloria illuſtriores qui folio 1009. 1010.
literati nomen quale, folio 1167.
lingua animi fera, folio 1206.
liuij hiſtoriam qui diuiſerint, folio 1103.
loca ſolitarijs eligenda quæ, folio 276.
loquaces contemnendos eſſe 471.
loquaculi deſcriptio folio 1424.
loquacitas facundiæ inimica, folio 1225.
luchini Vermiẽſis laudes laudes 927.
luctui modus præſcribendus, folio 435.
ludorum ſpecies ac ſtudium, folio 33. 34 35. 36. 145.
ludis inanibus abſtinendum, folio 983.
luxuriæ malum, 224.
luxus curialium damnatur, folio 934. 935.
luxus regum reprehenditur, folio 305.

M

MAcedonum regum aliquot res geſtæ 560.
magnanimitas Principis, folio 431.
mahometi & tyrannorũ comparatio 307.
malignitas temporum quanta 754.
mali delectatio peſsima, folio 1091.
maiorum frequentia ſemper folio 1196.
mariæ ſolitudo, folio 309.
marini Phalerij uirtus, folio 1140.
manuum uoluntaria uis 235.
maſsilienſium conſtãtia & fidei origo 1174.
matronarum laus 675.
medici officium quod 1001.
medici uani qui 1052.
medicorum audacia 851.
medicorũ diſcrepantia, folio 1192.
medici eloquẽtiæ ſtudere nõ debent 860.
medicis quamdiù ſit fidendũ folio 886.
medicis quomodo utẽdum, folio 994.
medicina ars qualis 1225.

medicinæ præſtantia folio 1006.
medicinæ quantum debeatur, folio 991. 992.
medicinæ ſubiectum quod, folio 1001.
mediocritas amplectenda folio 678.
mediocritatis utilitas folio 387.
memoria ſenum qualis folio 919.
memoriæ uis & labilitas, folio 12. 13. 219.
memoria clari qui 457.
mendacium Gallis amicum folio 1197.
metu ſeueritas tollitur principum fol. 422
militum animi quomodo parantur 440.
mirabile non quod humanum folio 1029.
miſeria urbium quanta, 1032.
miſeria humanæ uitæ 20. 119. 122. 129. 124. 211.
miſericordiæ & iuſtitiæ differentia 421.
de miſericordia diuina quo modo ſperandum folio 413.
modeſtia decet Imperatorem, folio 439.
modeſtia ſit in eligendis publicis munijs 427.
monſpeſſulanus olim Balearicæ ditionis. 960.
montis uentoſi deſcriptio, folio 693.
mores mali malorũ damnoſi, folio 433.
mores quorundam Eccleſiaſticorum reprehẽduntur. fol. 945. 946. 947. 948.
morum diſsimilitas pena quæ folio 1017.
mors parentum 168. 169. 170. 171. amicorum 172
mortis certitudo. 126.
mortis cogitatio quàm neceſſariam eſſe 380.
mortis metus 232.
mortem maxima cœpta interrumpere 987.
de morte 238. uſque folio 254.
mortui ut deflendi 969.
mori bene maximum 971.
mortalium inquies 1.
mortalia contemnenda eſſe folio 1040.
mundum æternum eſſe folio 1156.1158.
mundus ut contemnendus folio 378.
mundi blanditias eſſe contemnendas 553.
munera ut recipienda folio 741.742.
munificentia principis uera quæ 430.
muſices uſus 30.31.

N

NAuigationis proſperitas 89. naufragium 173.
natura doctiſsima 433.
naturæ defectus uarij folio 1005.
naturæ leges tolerandas eſſe folio 666.
naturæ mutationes uariæ folio 1008.
neapolitanæ urbis gloria folio 1036.
neapolitanorum ſtatus deploratur 710.
neceſſaria ſatis eſſe ſi adſint folio 1038.
negligentia ſtudiorum uituperanda 895.
negotiorum tituli 59.
neſcire quædam ſcientia folio 1017.
nominis immortalitatem ambire ſuperuacaneum 410.

O

OBedientia uxoriæ exemplum 801.
Obitus propinquorum quomodo ferendus 755.
obſcuritas ſacræ ſcripturæ ad quid.
obtrectatorum uerba contemnenda 728.
occaſio facit furem folio 1115.
ocium quod ſectandum folio 27.28.
ocium religioſorum quale folio 332.
ocium uirorum illuſtrium folio 442.
occupationum moleſtiæ, folio 259. uſque 263.
odoribus quomodo utendum folio 29.30.
offenſæ amicorum crebræ, folio 999.
de ominibus 544.
opes non expetendas eſſe folio 326.
opinio quid 623.
oracula uacua 519.
oratoris officium quod folio 1223.
oratoris excellẽtiores qui folio 1161.
oratorum excellentiorum ſolitudo 377.
oratoriæ artis uis quanta, folio 1088.
originum generoſitas 21. 82. 128. 129.130 131.

P

PAx pijs qualis optanda folio 340.
pacis commoda 1071.
pacem ante bellum cõficiendam eſſe 1029.
de pace 106.106.
pallor medicorum unde folio 12.13.
paraſitorum utilitas folio 650.
parentum bonitas 85.86.87. onus 185,186.187.
paſtorum exemplo ſecuram eſſe ſolitudinem 266.
patauinæ urbis laus 425.
patria à noſtris principibus negligitur 308.
patriæ amor quantus folio 1029.
patriæ obſeſsio 184.185.
patriæ ſplendor quomodo amandus 19.20.21.128.

paucitas rerum glorioſa, folio 1210.
paulæ ſolitudo 294.
pauli Hannibalenſis Romani exemplum 1095.
paupertas honeſta, quies ſumma 1025.
paupertas qualis appetenda, folio 1140.
paupertas ut toleranda 133.
pecunia amiſſa quomodo ſe gerendum 140. 141.
pecuniæ amor in Principe uituperanda 428. 429.
pecuniæ & paupertatis collatio 685.
pecuniæ omnia obedire, folio 608.
peregrinationis ſtudium quale 1134.
perfectio mortalium nulla, folio 1028.
perſecutionum genera unde, folio 796.
perſeuerantia in bono quantũ pium deceat 952. 953.
peſtis an fugienda 1019.
peſtis formido 210.
petri regis Cypri laudes, folio 1014.
petrarchæ peregrinationes, folio 959. uſq; 963.
philoſophi ſolitarij 315.
philoſophia uera quæ 2. 1151.
philoſophantium finis quis, folio 984.
phormio ab Hannibale deriſus 1204.
phœnix appellatus Petrarcha, folio 1023.
picturæ uſus 50. 51.
pio quid cauendum 256.
piorum aliquot ſolitudo, folio 296. & inde
pietas Principem decet, folio 424. 613.
pilatus Lugdunum deportatus 1190. 1191.
pilæ luſus 33.
plato quos Poëtas reiecerit, folio 1218.
Platonis præſtantia 1160.
podagræ utilis aquæ potus, folio 597.
podagræ & araneæ Dialogus, folio 684.
podagræ onus 201.
pœnitentiæ præſtantia 928.
poëtæ officium 1001.
poëtas ſolitudinem amare, folio 316.
poëtarũ aliquorũ faſtus 1110.
poëtarum laus 1203. 1204. 1205. 1206.
poëtarum uitæ uitiorum immunes 1219.
poëtas ſanctos eſſe 1203.
poëtica quid 1041.
poëticæ laureæ faſtus 403.
poëſis an neceſſaria 1215. uſq; 1221.
potentiæ accidentia 92.
pomorum eſus 1004.
pompa Medicorum 881.
pontificũ in Imperatores imperium 1093.
pontificum in Italia tyrannis, folio 594. 595.
pontificatus maximi onus, folio 108.
populi mores quomodo corrigendi 434.
populi odium quomodo ferendum 160.
porphyrij uirulentia 344. 345.
portenta uaria 547.
prandij apud ueteres nullus uſus 1010.
præterita non anxiè curanda, folio 679.
principis inſtitutio uera 1119. uſq; 1123.
principes in excelſo cur poſiti 1023.
principum ueterum & recentiorum collatio 758.
de proditionibus 104.
prolis cura & generatio 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 137. 139. 151. 165.
propoſiti mortalis inſtabilitas 857.
promiſſorum fruſtratio 161.
prudentia celebres qui, folio 515.
prudentia imperatori neceſſaria 438.
pugna ſpiritalis ſolitariorum, folio 268.
puteolis quid uiſu dignum, folio 713.

Q

Quies, quomodo impetretur 258.

R

Rapinæ 179.
raritas rerum magnarum decus 1189.
rebellio quãdo optãda & quibus 1265.
rector Reipublicæ qualis eſſe debeat 421.
reges quomodo educandi, folio 1119. 1120. 1121. 1122.
regum aliquot uita ſolitaria, folio 317.
regum ocium deteſtatur, folio 305.
regni & Regum negotia 182. 893.
religio perfecta quæ, fol. 17. 18.
religioſorum ociũ quale, folio 332.
repulſæ grauitas 161.
rerum decus raritas 1189.
res mundanas nihili eſſe, folio 355.
reſpublica quomodo adminiſtranda 419.
rethorices ſerua Medicina, folio 1224.
rhetoricam à Medicina abhorrere 1202.
reuerentia in mendacio nulla 1094.
roberti regis Siciliæ laus, folio 456. 513.
roberti regis Siculi obitus, folio 513.
romam Italiæ coniungendã, folio 788.
roma oppreſſa 806.
romanã uitia 1171.

romanæ urbis mutationes, folio 1169.
romanæ urbis præſtantia, folio 671.
romanæ urbis ſponſus Imperator 543.
romani ſanguinis nobilitas, folio 595.
romanorum illuſtrium res geſtæ 56. & inde
roſæ fragore enecatus aliquis feré 1005.
ruinæ urbis Romæ ſtupendæ, folio 672.
rumores contemnendi 115.
ruſticæ habitationis ac urbanæ differencia 1031.

S

SAcræ ſcripturæ obſcuritas ad quid 1220.
ſalutis portus ubi 787.
ſalutem alio tribuit Medicus qui ſibijpſi mederi nequit, folio 1101.
ſanitas reſtituta quomodo tenenda 10 127.
ſapienter dicta 490.
ſapientia uera quæ ſit 364. 365. & inde
ſapientiæ ueræ uis & uſus 16.
ſcabiei incommoda 202.
ſcabiei tædium 856.
ſcelera cur punienda 1131.
ſcolaſtica diſciplina quæ 762.
ſciẽtia rei militaris quæ & cui neceſſaria 437.
ſcriptori quid ſpectandum 4.
ſcribendum quomodo 842.
ſcribendi periculum 837.
ſcripta ueterum indagãda, folio 687. 707.
ſcriptionis fama, folio 55. 56. 57.
ſecreta naturæ ut indaganda, folio 1150.
ſectæ fugiendæ 729.
ſeculi fallacia quanta 786.
ſecundum uirtutẽ agere quid, folio 1182.
ſeipſum agnoſcere ſanitatis pars 406.
de ſepeliendi uarijs ritibus, folio 655.
ſepulchri cura 252.
ſeneca ſolitudinem quomodo impinguet 277.
ſene ſtulto nil moleſtius, folio 1210.
ſenis amor in adoleſcente ſignum bonum 1017
ſenes quæ deceant 989.
ſenum conſilia efficacia, folio 221.
ſenectus libidinoſa deteſtanda 720.
ſenectus uenerabilis quæ, folio 1209.
ſenectutis bona quæ 518.
ſenectutis incommoda ut toleranda 197. 198. 199. 200.
ſeruorum incommoda, folio 157.
ſeruorum malignitas deteſtatur 725.
ſeruitus quanti facienda, folio 132.
ſilentium utile & damnoſum, folio 843.
ſibyllina uaticinia quo loco habeantur 343.
ſolertiores ac ob id multum laudati qui 482.
ſoldani cuiuſdam dictum, folio 996.
ſolitudo experientia laudatur folio 677.
ſolitudo quæ commoda habeat 258. uſq; 284.
ſolitudo patrum 288. 289. 290.
ſolitudo quæ inutilis ſit, folio 1225. 1226.
ſolitudinis commendatio, folio 329. 330.
ſolitaria uita quibus grauis uideatur 267. 275.
ſolitariorum gaudia 279.
ſorgiæ fontis deſcriptio, folio 330.
de ſomnijs 525.
ſomnijs quæ fides adhibenda 718.
ſpectaculorum uanitas, folio 37. 38. 39.
ſpes quid 110. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121.
ſpiritus ſapientiæ in peccatore non habitat 372.
ſtatuarum uſus 51. 52.
ſtatus tranquillus 90. 91.
ſtatuum ambiguitas 190.
ſtephani Columnæ dictum, folio 572.
ſtephani Columnæ uigens ſenectus 1007.
ſtudium uirorum illuſtrium, folio 414.
ſtudia ætati nullæ intermittenda 1065. 1066. 1067. uſq; 1070.
ſtũdia hominum indies labi, folio 670.
ſtudiorum negligentia uituperanda 895.
ſtudiorum tituli 5758.
ſubditi exactionibus non grauandi 427.
de ſumptuum temperamento folio 708.
ſuppellectilis onus 44. 52. 53.
ſuperbia etiam in rege uitium, folio 1121.
ſuperbiæ importunitas 225.

T

taciturnitas Chriſtiana quæ, folio 1112.
taciturnitatis laus 645.
tacere & cadere diuerſa eſſe 376.
tædia hominum uaria, folio 205. uſque 209.
tempeſtatis horridæ deſcriptio folio 715.
temporis amiſsio 144.
temporis amiſsio in urbibus, folio 282.
temporum iniquitas 687.
temporũ mutatio & uarietas, folio 959.
temptationem quadrifariã eſſe folio 1061.
temptationum uehementia, folio 1022.
terræmotuum terror 209.
theo-

theologi ueri & non ueri, folio 1126.
theologi primi & qui deinde 110.
theſauri depoſitum 102.
theſauri & æris copia, folio 65. 66.
ticinenſis urbis deſcriptio, folio 874.
tormenta iniuſta 181.
tribunitia poteſtas Romæ utilis 547.
triſtitiæ onus 210.
turbã fugiendam eſſe 277.
tyrannis 95. 96. 97. 194. 195.
de Tuleinſula 673.

V

VAdimonium 143.
ualetudini non fidendum 10. 126.
uallis Clauſę ſitus & amœnitas 1127.
uarietate uires excitãdæ 1237.
uaticinium morientium, folio 818.
uaticiniorum gentilium uanitas 112. 113. 114.
uelocitas quãti æſtimãda 11.
uenatio & aucupium ad quid 41. 42.
ueneni timor 232.
uenetiarum urbs laudatiſſima 1124.
uenetorum cum Cretenſibus bellum 863. 864.
uenetorum Genuenſium bellum 1041. 1072. uſq; 1076.
uenetorum & Genuenſiũ ad ſapientiam conflictus 1100.
uergilij fictiones 867.
uerba mutari rebus manentibus 1116.
uerborum libertas malũ maximum 1165.
ueritas aduerſarios ſemper habet 1025.
ueritas ſequenda 729.
ueritas ſcriptoribus omnibus ſequenda 1111.
ueritas unde petenda 1166.
ueterum exempla cur ſæpius citanda 738.
ueterum præſtantia 307.
ueterũ ſcripta indaganda eſſe 687.
de ueterum ſcriptis quid ſentiendum 705.
uicini importunitas quomodo ferenda 158.
uictus ut metiendus 23. 177.
uictoriæ ſpes 104. 105.
uictoriæ uſus non amittẽdus, folio 676.
uictorinus ſtatuam meruit, folio 1163.
uigiliarum & inquietis onus, folio 203.
uillici mali incommoda, folio 178.
uindictæ dulcedo 103. 159.
uino deditos iactatores inanes eſſe 996.
uinum Beunenſe fidei præponi à nonnullis 1185.
uires corporis fragiles eſſe, folio 10. 11.
uirtus uera quæ 14. 15. 16. 221. 222.
uirtutis diſtinctio & quid ſit, folio 1159.
uirtutis miratores aliquot ſupereſſe 1059.
uirtutis ſcientia incerta & uaria 1166.
uirtutis uis 5.
uirtutem æmulationi expoſitam 982.
uirtutem habenti nihil deeſſe 1065.
uirtutem in ægeſtate & diuitijs locum habere 837.
uirtutem latere non poſſe, folio 1083.
uirtutem quidam quomodo æſtiment 608.
de uirtute quomodo diſputandum 3.
uirorum illuſtriũ aliquot patria 1015.
uita beata ut inquirenda 724.
uita uera quæ quæ non 327.
uitæ humanæ ſpatium 415.
uitæ longioris ſpes uana 7.
uitæ longitudo quid adferat, folio 1147.
uitæ noſtræ deſcriptio 779.
uitæ ordo rectus quis 268.
uitæ Solitariæ fœlicitas 258. uſq; 284.
uitæ tædium quantum 217.
uiuere nil magnum 971.
uiuentes ut laudandi 1062. 1063. 1065.
uitia deplorata non eſſe corrigenda 741.
uitia ſpatio temporis augeri, folio 1091.
uoluptas uera quæ. 1033.
uoluptatis illecebras fugiendas 1227.
uoluptatibus ſolitudo caret, folio 1227.
uoracitas uituperanda 1033.
urbes quare & quando relinquendæ 329.
urbium illuſtrium interitus, folio 997.
urbium luxus 1032.
urbium occupatio 279.
urbium peſtis quæ & quanta, folio 1228. 1229.
urbanæ & ruſticæ habitationis differentia 1031.
uulnerum incommoda ut ferenda 142.
uxoris incommoda 146. 147. 148. 149. 150.
uxoriæ fidei exemplum, folio 601.

Z

Zoili unde 1168.

F I N I S.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. in Libros de Remediis utriuſque Fortunæ.

PRÆFATIO.

CVm Res fortunasq́ hominũ cogito, incertosq́ & ſubitos rerum motus, nihil ferme fragilius mortalium uita, nihil inquietius inuenio. Ita cunctis animantibus naturan miro remedij genere conſuluiſſe uideo, ignorantia quadam ſui, nobis ſolis memoriam, intellectum, prouidentiã, diuinas ac præclaras animi noſtri dotes, in pernitiem & laborem uerſas. Tàm ſuperuacuis enim ſemper, nec inutilibus modò, ſed damnoſis atque peſtiferis curis obnoxij, & præſenti torquemur, & præterito futuroq́ angimur, ut nil magis metuere uideamur, quàm nequando forte parũ miſeri ſimus. Tanto ſtudio ſiquidẽ miſeriarũ, cauſas & dolorũ alimẽta cõquirimus, quibus uitam (q̃ ſi ritè ageretur, fœliciſſima prorſus ac iucundiſsima rerũ erat) miſerandũ ac triſte negocium efficimus, cuius initium cæcitas & obliuio poſſidet, progreſſum labor, dolor exitum, error omnia. Quod ita eſſe, quiſquis uitę ſuæ curſum, acri iuditio remetietur, intelliget. Quem quietum quæſo? quem tranquillũ? quem non laborioſum magis atq; anxium diem agimus? Quod unquam tàm ſecurum, aut tàm lætum mane uidimus, ut non ante crepuſculum ſollicitudo mœrorq́ ſubrepat? Cuius mali, & ſi ipſis in rebus, multa inſit occaſio, niſi tamen nos fallat amor, noſtri cauſa maior, ſiue ut ingenuè fateamur, culpa omnis in nobis eſt. Vt uerò ſileam reliqua, quibus undiq; trudimur, quod illud eſt bellum quamq; perpetuum, quod cum fortuna gerimus, cuius nos facere poterat Virtus ſola uictores, nos ab illa uolentes ſcienteſq́ deſciuimus. Soli igitur imbecilles, exarmati, non æquo marte cũ implacabili hoſte congredimur, quos illa uiciſſim, ceu leue aliqd attollit ac deijcit & in gyrũ rotat, ac de nobis ludit. Vinci tollerabilius foret, nunc ludibrio etiã habemur. Id uerò quid aliud, q̃ leuitas ac mollities noſtra fecit? Idonei uiſi ſumus, qui pilæ in morem, huc illuc tam facilè iactaremur, animalia æui breuiſſimi, ſollicitudinis infinitæ, quibus inſcijs, cui puppim littori, cui animum conſilio applicemus, pro conſilio interim ſit pendêre, ac præter præſens malum & à tergo quod doleat, & ante oculos ſemper habere, quod terreat: quod præter hominem, animantium nulli accidit, quibus præſentia euaſiſſe pleniſsimam ſecuritatem tribuit. Nobis ob ingenium & acumen animi, ſemper quaſi cum

Cerbero tricipiti hoſte,luctandum eſt,ut ratione caruiſſe, propè melius. In noſmetipſos,ætherea naturæ præſtantioris arma uertentibus, huic malo obſtare ſubdifficile eſt, uetuſtate iam & conſuetudine,radicato:enitendum tamen, in quam rem, præter generoſi animi conatum, (cui nihil eſt arduum, nihil inexpugnabile) & ſapientum hominum crebra colloquia (quamuis id genus rareſcat) & multo maximè iugis lectio,ac peruigil ſcriptorumq́ nobilium monumenta profuerunt, modò ſalubribus monitis,conſenſus animi non deſit, quem unum in terris, ſani conſilij,uiuum fontem aſſeuerare non uerear. Quamobrem ſi uel plebeis ſcriptoribus, pro affectu nudo,gratiam aliquando habitam ſcimus,pro eo quod iter aperuiſſe ſequentibus uiſi erãt, quanta (oro te) gratia, claris ac probatis ſcriptoribus eſt habenda,qui multis ante nos ſæculis in terram uerſi,diuinis ingenijs inſtitutiſq́ ſanctiſsimis, nobiſcum uiuunt, cohabitant, colloquuntur? Interq́ perpetuos animorum fluctus,ceu totidem lucida ſydera,& firmamẽto ueritatis affixa, ceu totidem ſuaues ac fœlices auræ, totidem induſtrij ac experti nautæ,& portum nobis quietis oſtendunt, & eò uoluntatum noſtrarum lenta carbaſa promouent, & fluitantis animæ gubernaculũ regunt,quoad tantis procellis agitata conſilia,tandem ſiſtat ac temperet? Hæc eſt enim uera Philoſophia, non quæ fallacibus alis attollitur,& ſterilium diſputationum uentoſa iactantia,per inane circumuoluitur,ſed quæ certis & modeſtis gradibus,compendio ad ſalutem pergit. In hoc te ſtudium hortari, amicum fortè, ſed profectò neceſſarium non eſt. Natura te uariæ lectionis,multiplicisq́ notitiæ auidum fecerat, fortuna,quæ ut aiunt,magnæ rerum partis imperium tenet,turbido quodam ac profundo negociorum & curarum pelago iactandum dedit:cæterum non ut legendi ocium,ſic noſcendi deſiderium eripuit, quò minus ſemper literatorum hominum delectatus amicitia & conuictu,& occupatiſsimis diebus, ocioſas horas,quotiens licuit furatus,quotidie inſtructior,quotidie rerũ memorabilium doctor fieri uelles:ubi illa,qua nulli cædis memoria, ſæpe te pro libris uti ſolitũ,ipſe tibi ſum teſtis. In quod ſi ab ineunte ætate pronus eras, eò nunc putandus es pronior, quò ſerotinus matutino uiatore feruentior, atque animo ſaltem promptior eſſe ſolet: quando quidem hæc uulgaris eſt quærela:Creſcere iter diemq́ decreſcere. Quod utiq́ nobis in hoc uitæ tramite accidit,ad ueſperam propinquantibus,& uiæ multũ ſupereſſe cernentibus. Non mihi igitur es hortandus,ut facias quod ſemper auidiſsime feciſti,admonuiſſe ſuffecerit,ut intendas animũ,ne qua te hinc humanarum rerum cura dimoueat,quæ pleroſq́ mortalium,poſt egregios labores in ipſa conſumatione maximorum operum,auertit.hoc adiecto, ut quia ſimul omnia uel legere,uel audire & meminiſſe non potes,utiliſsimis quidem,& quoniam breuitas eſt amica memoriæ,breuiſsimis quoq́ te fulcias. Non quod ego ſuadeam,operoſiora illa & maiora ſapientiæ conſulta negligere, quibus te in ordinario (ut ita dicam) fortunæ certamine tueare,ſed ut his interim breuibus ac præciſis ſententijs,quaſi quibuſdam expeditis atque continuis armis,

mis, contra omnes inſultus omnemq́ repentinum impetum, hinc illinc iugiter ſis inſtructus. Duplex enim nobis eſt duellum cum fortuna, & utrobiq; quodammodo par diſcrimen, cuius non niſi partem unicam uulgus nouit, eam ſcilicet, quæ uocatur Aduerſitas. Philoſophi, & ſi utramq; nouerint, hãc tamen ipſam difficiliorem arbitrantur: itaq; notum illud Ariſtotelis in Ethicis ſuo iure diffinientis: Difficilius eſſe triſtitia ſuſtinere, quàm delectabilius abſtinere. Quem ſecutus Seneca ad Lucillum ſcribens: Maius eſt, inquit, difficilia perſtringere, quàm læta moderari. Quid dicam? Auſim né tantos inter uiros hiſcere? durum quidem & temeritatis parata ſuſpitio, nouo homini, uetuſta tangenti. Hinc auctoritate igitur, hinc ætate permoueor, ſed alterius magni cuiuſdam, & antiqui uiri ſuccurrit auctoritas. Neq; enim impetrari poteſt, quin quale quidq; uideatur ei, talem quiſq; de illo opinionem habeat: Marci Bruti uerba ſunt, ſcribentis ad Atticum, quibus uix aliquid uerius dici reor. quid enim de re qualibet iudicare poſſum niſi quod ſentio? niſi forte compellar, ut iuditio iudicem alieno, quod qui facit, iam non ipſe iudicat, ſed iudicata commemorat. Ego itaq; reuerenter tantorum hominum, omniumq́ ſic ſentientium iuditia præteruectus, ſi de proprio loqui uelim. Scio quidem aliàs uariè de uirtutibus diſputatum, neq; ſemper difficilioribus principatum dari, neque fortuito ultimum inter uirtutes locum obtinuiſſe modeſtiam, ſiue eam temperantiam dici mauis: quantum tamen, ad id de quo agitur, attinet, difficilius ꝓſperæ fortunę regimen exiſtimo, quàm aduerſæ: aliquantoq́ fateor apud me formidoloſior, & quod conſtat inſidioſior eſt fortuna blanda, quàm minax. Quod ut ſic opinor, non me ſcribentium fama: non uerborum laquei nodiq́ ſophiſmatum, ſed rerum experimenta uitæq́ huius adigunt exempla, & magnum difficultatis argumentum, raritas. Nam qui damna, qui pauperiem, qui exilium, qui carcerem, qui ſupplicium, qui mortem & peiores morte graues morbos, æquo animo tulerint, multos uidi: q diuitias, qui honores, q potẽtiã, nullũ. Ita ſæpenumero me ſpectãte, cõtra omnẽ aduerſæ fortunæ uiolẽtiã inuictos, ludo facili proſperior ſtrauit, humaniq́ robur animi, q̄ minæ nõ fregerant, inflexêre blanditiæ. Neſcio enim, quomodo mox ut mitior cœperit eſſe fortuna, incipit mens emollita tumidior fieri, & ſuę ſortis obliuionẽ, adiũcta proſperitate concipere. Neq; de nihilo dictũ eſt, iamq́ apud noſtros homines in prouerbium uenit: Magni laboris eſſe, ferre proſperitatem. neq; caſu Flaccus ait:

Bene ferre magnam diſce fortunam:

Difficilẽ nempè cenſebat artẽ, q̃ niſi ſtudio adhibito neſciret. Cæterũ Seneca ipſe, fortunæ partem illam, quæ ſibi difficilior uiſa erat, (& eſt haud dubiè prima fronte rigidior) breui admodũ ſermone perſtrinxerat. is libellus paſſim in manibus eſt uulgi, cui ego, nil addere, nil detrahere meditor, quòd & magno ingenio conflatum opus, noſtram dedignatur limam, & mihi meis rebus intentio, nec comere aliena, nec carpere eſt animus. Sed quoniam & uirtus & ueritas publicæ ſunt, neq; ſtudium antiquitatis, obeſſe debet poſte-

ritatis induſtriæ, cui excitandæ atq; adiuuandæ noſcitur inſtitutum, de hoc ipſo loqui tecum aliquid, quodq; ille tunc Gallioni ſuo præſtitit, id Azoni meo, nunc quantum hoc defeſſo iam & occupato ſemper ingenio dabitur præſtare propoſitum eſt mihi. Inſuper & partem alteram, ab illo ſeu obliuione, ſeu iudicio prætermiſſam, attingere. Vtriq; autem ſciens pauca permiſcui, non fortunæ cuiuſpiam, ſed uirtutis aut uitij excellentiæ aut defectus, quod & ſi extra propoſitum, ipſa quidem effectu tamen haud diſsimili, & lætos quoq; mœſtosq; animos factura uiderentur. Quibus in rebus quo me geſſerim ingenio, tu cenſebis, occupationum memor ac temporis, qui paucißimis diebus cœptum perfectumq; opus, admirans uideris. Ego ſolus fidei iudex ſum. Studui, hercle, non unumquodque mihi ſpecioſius, ſed ut tibi atque alijs (ſi tamē alius quiſquam hæc attigerit) utilius uiſum eſt con quirere, denique finis meus is, qui ſemper in hoc genere ſtudiorum fuit, non tàm ſcribentis laus, quàm legentis utilitas, ſi qua ex me percipi aut ſperari po teſt: ad id maxime reſpexi, ne armarium euoluere, ad omnem hoſtis ſuſpitionem ac ſtrepitum ſit neceſſe, quin mali omnis & nocentis boni, atq; Vtriuſq; fortunæ remedium breue, ſed amica confectum manu, quaſi duplicis morbi, ut non inefficax antidotum, in exigua pixide, omnibus locis atque temporibus ad manum (ut aiunt) & in promptu habeas. Nam ut dixi utraque fortunæ acies metuenda, ueruntamen utraque tolleranda eſt, & hæc quidem freno indiget, illa ſolatio, hic animi elatio reprimenda, illic refouenda ac ſubleuanda fatigatio. Hanc ergo uarietatem cogitanti mihi, non modò cū de hoc uellem aliquid ſcribere, tu occurrebas dignus eo munere, quo uterq; noſtrum communiter uteretur, ut ait Cicero, ſed tu me ſolus, ut ſcriberem ex citabas, non quidem uerbo, ut qui ceptorum nihil conſcius ſis tantorum, ſed rebus ipſis, & in utranq; partem, abundante materia. Multos in aculeo fortunæ habitos, multos in delitijs ſcimus, multos magno impetu rotatos, ne ſcandentium deſunt exempla, nec ruentium, nec ſum neſcius, quoſdam ex altiore faſtigio prolapſos. Quot Romani imperatores? quot externi Reges? uel hoſtium, uel ſuorum manibus, è ſummo ſolio detracti, uitam ſimul & imperium amiſere? An'ne omnia à uetuſtate mutuemur? & exules nuper, & captiuos, & in acie cæſos, domi & capite truncos (quodq; duriſsimū relatu eſt) & laqueo enectos fœdeq; laniatos Reges, nouimus? Tibi cui cor regium natura dederat, nec dedit regnum fortuna, nec abſtulit: at quem in cæteris illa tàm uariè egerit, uix, quod ſciam, noſtra ætas inueniet. Iam in primis ualitudine proſperrima, & corporis uiribus dudum fretus, uſque ad ſtuporem omnium qui te norant, intra non multos annos, ter deſperatus à medicis, ter uitam ac ſalutem tuam, in ſolo medici cœleſtis auxilio poſuiſti: ſic ab illo tandem ſanitati redditus, ut penitus tuum illud priſtinum robur amiſeris, non inferiore miraculo dexteritatis eximiæ atque inſolitæ grauitatis: ut qui olim penè Æripes fueris, nunc accliuis aut ſeruorum manibus equi tergo impoſitus, aut humeris nixus, lentis terram paſsibus metiaris. Patria tua, uno pro-

pe tempore, te Dominum uidit atque exulem, ita tamen, ut nihil obſcurior
exilio uiderêre. Nulli ferè noſtrorum hominum par principum fauor, nulli
par fuit iniuria, ut cum pauloante certatim in amicitiam tuã niterẽtur, idem
ipſi, de nulla alia re concordes in tuum mox exitium, quaſi communicato
conſilio conſpirarent, et pars quidem tuũ caput inſidijs peteret, auro prius
ac gemmis largifluisq́ muneribus, tot per annos propitiæ ac fauentis fortu-
næ, & quæ his omnibus grauior iactura eſt, amicis atque clientibus, uniuer-
ſaq́ familia, duris quidem, ſed diuerſis tormentorum ac mortium generibus,
ſpoliatum. pars quæ clementior fuit, illud ingens patrimonium, terras, ho-
mines, domos, oppida, inuaderet, ut qui modo te uiderant, mox è ſummis
opibus, ad inopiam redactum, ceu aliquod fortunæ prodigium mirarentur.
Amicorum (ut dixi) pars perijt, in ſuperſtitibus perijt fides, fugitq́ (quod aſ-
ſolet) cum proſperitate fauor hominum, ut dubitare poſſes, an amicorum
prius an fidei fleres interitum. Acceſsit in medio rerum æſtu, ægritudo penè
ultima, & tàm morti proxima, ut quem uiuere amplius non poſſe perſua-
ſum eſſet, extinctum fama uulgaret. et hîc morbus, hæc paupertas, hic labo-
rum cumulus, pulſum patria, procùl domo, in alienis terris ac laribus circum
tonante bello ſemiobſeſſum oppreſſerant, nequid omninò interim tibi
cum his amicis, ſi quos aut uirtus fecerat, aut fortuna dimiſerat, ſeu col-
loquij, ſeu literarum poſſet eſſe commercium. Nihil omnium præter
carcerem defuit ac mortem, quamuis nec carcer defuerit, dum fidiſsima con-
iunx, & pars tuorum uiſcerum nati omnes natæq́ ab hoſtibus capti eſſent,
nullo prorſus tibi relicto ſolatio tantæ prolis. Nec mors quidem fuit, dũ &
tu ſecum aſsiduè luctareris, & unus ex filijs, iam tunc teneram & inſon-
tem animam, in carcere poſuiſſet. Quid multa? impletum in te uno uidi-
mus, quod de duobus ſummis uiris Caio Mario, Magnoq́ Pompeio legi
mus, quid boni ſcilicet, & quid mali poſsit, haud unquam læta triſtibus mi-
ſcentem, in te tuisq́ pignoribus ſecretim explicuiſſe, fortunam. Cuius olim
cum blanditias, non tàm inſolenter, ut plærique fœlicium, tùm uerò minas,
nuper atque impetum, tàm forti tamq́ inuicto animo tuliſti, ut uel, ob hoc
unum, multis qui antea tuum nomen oderant, te amandum mirandumq́
præbueris. Habet enim hoc proprium uirtus, ut in amorem ſui bonos eri-
gat, in ſtuporem malos, idq́ cum omnis uirtus habeat, tum præcipuè forti-
tudo, cuius inter fortunæ turbines ac tenebras rerum terribilium, & tran-
quillitas gratior, & lux ipſa conſpectior eſt. Mihi uerò non ſolum ad anti-
quum tuum amorem (quod impoſsibile factu rebar) multum nouæ beneuo
lentiæ adieceris, ſed aliò feſtinantem calamum, ad hæc non ſuo tempore ſcri-
benda deflexeris, ut & in ſcriptis meis, animi tui uultum uelut in ſpeculo con
templeris. Et ſiquid ibi minũs excultum apparuerit, quod bona fide diſpli-
ceat, ad h[illegible]cemodum formes, atq́ ita te inſtituas, ut ſeu ſolitis, ſeu nouis arti-
bus, quæ innumerabiles ei ſunt, tecum poſthac fortuna uariauerit, nulla te
ſpecies rerum turbet, ſed paratus ad omnia, promptus ad ſingula, dulcia

pariter & amara deſpicias. Fidentiſsime ab aduerſo Maronianum illud exclamans; Non ulla laborum

O uirgo noua mi facies inopina ue ſurgit.

Omnia percepi atq; animo mecum ante peregi.

Nec me fallit, ut in corporibus hominum, ſic in animis multiplici paſsione affectis, medicamenta uerborum multis inefficacia uiſum iri, ſed nec illud quoque me præterit, ut inuiſibiles animorum morbos, ſic inuiſibilia eſſe remedia. Falſis opinionibus circumuenti, ueris ſententijs liberandi ſunt, ut qui audiendo ceciderant, audiendo conſurgant. Ad hæc qui quod habuit egenti libens obtulit amico, quantulumcunq; eſt, pleno amicitiæ functus eſt munere. Animum enim ſpectat amicitia non rem, quæ parua, licet magni amoris indicium eſſe poteſt. Ego quidem, ut magnificum, quodque tibi opto, ſic quid aptius hoc tempore largiar, nõ habeo. quod ſi ualidum ſenſeris, ipſa quæ prætium rebus facit utilitas, commendabit, ſin inualidum, excuſabit amor noſter. Sic autem ad legendum uenies, quaſi quatuor ille famoſiores & conſanguineæ paſsiones animi: Spes ſeu cupiditas & gaudium, metus & dolor, quas duæ ſorores, æquis partibus proſperitas & aduerſitas peperêre, hinc illinc humano animo inſultent: quæ uerò arci præſidet Ratio, his omnibus una reſpondeat, clypeoq; & galea, ſuisq; artibus & propria ui, ſed cœleſti magis auxilio, circumfrementia hoſtium tela diſcutiat. Ea mihi de tuo ingenio ſpes eſt, ut unde uictoria ſtet, facile indices. Non te diutius traham, ſed ut propoſitum meum noſcas, index operis epiſtola præmittenda erat, quam ſi aſcribendam duxeris, utrunq; metiens uideto, ne longior præfatio libellum breuem, non alter quàm prægrande caput exiguum corpus premat. Nihil eſt enim, ſine menſura ac partium proportione, formoſum.

Franciſci

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. DE REMEdiis utriuſque Fortunæ, Liber I.

AD SPLENDIDVM NATALIBVSQ. CLARVM VIRVM AZONEM CORREGIVM, PRINcipem Parmenſem, amicum ſuum.

DE AETATE FLORIDA ET SPE VITAE longioris. Dialog. I.

Interlocutores.

GAVDIVM ET SPES, RATIO.

AEtas florida eſt, multum ſupereſt uitæ. R. En prima mortalium uana ſpes, que multa hominum milia & fefellit, & fallet. G. & S. Florida eſt ætas. R. Inane gaudium & breue, flos iſte, dum loquimur, areſcit. G. & S. Aetas integra eſt. R. Quis integrum uocet, cui multum deeſt & quantulum ſit quod reſtat, incertum eſt? G. & S. Atqui lex eſt certa uiuendi. R. Quis hanc legem tulit? aut quod iſtud legitimum tempus eſt uitæ? Iniquiſsima uerò lex, quæ non omnibus una eſt, immò tã uaria, ut nihil incertius in hominum uita, quàm ipſius uitæ modus ſit. G. & S. Eſt tamen & modus aliquis, & uitæ meta, quam ſapientes ſtatuerunt uiri. R. Metam uitæ ſtatuere, nõ qui accipit, ſed qui dat illam Deus, poteſt. Intelligo autem ſeptuageſimum, aut ſi natura potentior eſt, octogeſimum cogitatis annum, atque ibi metã figitis, quo prouectos, maneat labor & dolor, niſi fortè longius ſpem promouit is, qui ait: Numerus dierum hominum, ut multum, centum anni quo quàm rari ueniant, uidemus. Sed ut ſit omnium quod paucorum eſt, quantulũ tamẽ nunc etiã, ſi id eſt? G. & S. Multum ſanè. Eſt enim iuuenũ uita ſecurior, & à ſenecture remotior, & à morte. R. Falleris. Et ſi nil tutum homini, illa tamen perículoſior uitæ pars, quàm ſecuritas nimia reddit incautam. Nil eſt alteri uicinius quàm mors uitæ, cum diſtantiſsima uideantur, contiguæ ſunt, ſemper illa preterlabitur, ſemper hæc inſtat, quocunque fugieritis præſtò eſt, & ceruicibus imminet. G. & S. Iuuenta nunc ſaltem præſens eſt, & ſenectus abſens. R. Nihil mobilius iuuenta. nihil inſidioſius ſenecture, illa non ſtat, mulcendoq́ fugiens abit, iſta per tenebras atque ſilentium pedetentim ſubiens, improuidos ferit, & dum longinqua fingitur, in foribus eſt. G. & S. Aetas in aſcenſu eſt. R. Inſidioſiſsime rei fidis, aſcenſus iſte deſcenſus eſt, uita breuis, tempus inſtabile, furtim, nullo pedum ſtrepitu, inter ſomnum & iocos effluit. Et ô ſi hoc temporum celeritas uitæq́ breuitas, ut in fine ſic in principio nota eſſet. nunc intrantibus infinitum quiddam exeuntibus nihil, & quot ſecula uidebantur, uix totidem ſunt momenta: ſic tum demũ fraus noſcitur, dum uitari nequit, Vnde eſt, quod ſæpe

fruſtra huic conſulitur ætati,incredula ſimul & inexperta eſt,& cõtemptrix alieni cõſilij,in
ops ſui. Itaq; iuueniles errores, licet innumerabiles et immẽſos,his ipſis tamẽ occultos &
incognitos quorũ ſunt,nil melius quàm ſenectus detegit,et diſsimulãtiũ conniuentiumq;
luminibus ingerit,nec prius quod eſſe debuiſtis aduertitis, quàm quod eſſe uoluiſtis, ef-
fecti eſtis,fieriq́ue iã aliud nõ poteſtis. Quod ſiquis in tempore,aut per ſemet ipſum intel
ligere poſſet, aut docenti credere, ille mihi unus ex millibus præclarus ac fœlix ſurgeret
adoleſcens, nec tàm multis anfractibus ageret uitam, cuius unica, tuta & recta per uir-
tutẽ uia eſt. G.&S. Aetas indecerpta eſt. R. Quomodo indecerpta eſt, quæ ex quo
eſſe ceperit, aſsiduè carpitur, & quæ minutiſsimis portiunculis, dum datur eripitur. Siqui-
dem motu perpetuo cœlum rotat momenta,horas, horæ diem rapiunt,is aliũ diem trudit,
isq; alium & nunquam quies. ſic mẽſes prætereũt,ſic anni,ſic ætas currit & properat,& ut
Cicero ait,uolat. Quodq; ait Maro:

Celeres neq; commouet alas.

Ita ceu naui iter agẽtibus, nec ſentientibus qui uehũtur,ſæpè,nec cogitantibus finis adeſt.
G.&S. Aetas incipiens, ab extremo procul abeſt. R. Intra breuis uitæ ſpatiũ nihil eſt
procul. G.&S. At nulla pars à fine diſtantior quàm principiũ. R. Nulla quidẽ, ſed
tunc rectè diceretur, quando omnes æquis ſpatijs uiuerent, nunc pluribus uijs, & ſæpius
prima ætas in mortem incidit,quo fit ut plærũq; uicinior ſit extremo,qui remotior uideba-
tur. G.&S. Certè florentiſsima eſt ætas. R. Et ſi ad hoc pauci animũ aduertãt,tamẽ
ex quo loqui cœpimus,mutatio aliqualis inceſsit, & modo per ſingulos ſyllabarũ tractus
uitæ aliquid excidit,aliquid de caduco ætatis flore ſubtrahitur.Quid autẽ,quæſo,plus habet
hic mobilis et nitidus adoleſcens,quàm ille impurus et ſquamoſus ſenex,præter hunc,quẽ
loquimur ætatis breuẽ & caducum,immò aſsiduè cadentẽ,florẽ? Vbi quid tàm dulce, tàm
iucundũ non intelligo,cũ ſciat dicto citius ſe futurũ,quod ille nunc eſt,uel ſi neſcit inſaniat.
Niſi fortè è duobus capitali ſimul ſupplicio addictis,ille fœlicior eſt habendus, qui nouiſsi
me iuſſus eſt dare colla ſecuribus, qui mihi quodãmodo ipſa dilatione miſerior uideat: quã
quã nõ eſt par horũ cõditio et illorũ,huic enim interuenire aliquid poteſt,unde collegæ ſup
pliciũ euadat & uiuat,iuuenẽ ſenio eripere,ſola mors poteſt. Ad ſummã, paruo tẽporis in
ſpatio,nõ ſtat magna fœlicitas,et ingẽtibus animis,breue nihil optabile eſt. Expergiſcimini
conſopiti,tempus eſt. calligantesq; oculos aperite, aſſueſcite iam tandẽ æterna cogitare &
amare & optare,ſimul autem peritura contemnere. Cõdiſcite ab his ſpontè diſcedere, quæ
uobiſcum diu eſſe non poſſunt, & animo illa relinquere, antequã relinquamini. G.&S.
Aetas eſt ſtabilis uirensq;. R. Mentiuntur, qui neſcio quã ætatẽ ſtabilẽ dicunt. nil uolu-
bilius tempore, tempus uerò uehiculum eſt ætatũ omnium. hoc ſtabile fingitis? ô uanitas
nihil eſt ſtabile,nunc maximè raperis.

De forma corporis eximia. Dial. II. GAV.

FOrma corporis eximia eſt. R. Nihilo firmior eſt illa quàm tempus, cũ eo ueni-
ens,cum eodem fugit. ſiſte ſi potes tempus,poterit forſan & forma conſiſtere. G.
Forma corporis egregia eſt. R. Fragili niteris fundamento. Corpus ipſum um
bræ in mortem præterit, tu momentaneum corporis accidens, tibi manſurum ſpon
des? ruere quæunt accidentia,ſtante ſubiecto,nequeunt illo ruente non ruere. Atq;
cunctis ex qualitatibus, quæ mortali cũ corpore fugiunt,nulla uellocior quàm forma, quæ
mox ut amœnum floſculum oſtenderit,ipſos inter oculos mirantium atq; laudantium eua
neſcit. Breuis hunc pruina peruſſerit, leuis hũc aura decuſſerit, ſubitò uel inimicæ manus
ungue decerpitur, uel prætereuntis morbi calce deprimitur. Deniq; gloriare. & exulta ut
libet,uenit certè magnis paſsibus,quæ te uelo tenui latentẽ detegat, quanti etiam ſit forma
uiui hominis,mox oſtendit:nec mors ſola,ſed ſenectus,& paucorum ſpatium annorũ, im-
mò uel unius lucis repentina febricula. Poſtremò,ut nihil exter num incidat,per ſeſe ſtando

durando que conſumitur, & in nihilum redit, neque tantum gaudij ueniens tulit: quantum fugiens fert doloris. Hæc ni fallor expertus erat aliquando formoſus ille Romanus princeps Domitianus, qui amico ſcribens: Scias, inquit, nec gratius quicquam decore, nec breuis, quamuis etiam ſi durabile perpetuumque naturæ donum eſſet, non intelligo, quid tantoperè expetendum habeat, iſte non ſolidus, nec in ipſo homine, ſuperficietenus fulgens decor, multaq; fœda contegens, & horrenda, leuiſsimoque cutis obtentu ſenſibus blandiens & illudens. Veris igitur ac manſuris bonis delectari conuenit, non falſis atque labentibus. G. Forma corporis elegantiſsima eſt. R. Habes uelum oculis, laqueum pedibus, alis uiſcum, haud facilè ſeu uera diſcernere, ſeu uirtutem ſequi poteris, ſeu in altum euolare animo: multos enim ad honeſta pergentes, forma detinuit, detorſitq; contrariam in partem. G. Forma corporis mira eſt. R. Bene ais mira. Nam quid uanitate mirabilius? quot delectabilibus abſtinent formoſi iuuenes? quos ſuſcipiunt labores? Quanta ſibi inferunt ſupplicia ut formoſiores, non ſint quidem, ſed appareant? unius formæ ſtudio & ualitudinis & uoluptatis immemores. Quantum uerò interea temporis cõmodum effunditur, quot honeſta interim, quòt utilia, quot poſtremò neceſſaria negliguntur? Tuum igitur breue caducumque bonum, & inane gaudium. ſine inuidia tibi habeto. Habes hoſtem tuum domi, quidq; eſt peius, delectabilem ac blandum, habes raptorem quietis ac temporis, perpetuumq; tortorem, habes & materiam laboris uberrimam, diſcriminum cauſſas, tormenta libidinum, nec minorem querendi odij quàm amoris aditum. Fies mulierculis forſan amabilis, odioſus uiris, aut forma corporea coniugalis zelus accenditur. Nulla enim res ardentius appetitur quàm forma, nulla animum mouere potentior, atq; ideò nulla ſuſpectior. G. Forma corporis magna eſt. R. Solet hæc ſtultos adoleſcentes, quo non expedit urgere, dum bono ſuo ut libitum, ſic licitum frui putant, neque quid deceat attendunt, quæ ſæpe iam multis acerbi ac turpis interitus cauſa fuit. G. Forma corporis rara eſt. R. At breuiſsimum tempus erit, quando oris habitus hic colorq; mutabitur: cadet flaua cæſaries, reliquiæ albeſcent, teneras genas. & ſerenam frontem, ſquallentes arabunt rugæ, lætas oculorum facies, & lucida ſydera, mœſta reget nubes, leue dentium ebur ac candidum, ſcaber ſitus obducet atque atteret, ut non colore tantum, ſed tenore alio ſint: recta ceruix atque agiles humeri curueſcent, guttur lene criſpabitur, aridas manus & recuruos pedes ſuſpiceris tuos non fuiſſe. quid multa? Veniet dies quo te in ſpeculo non agnoſcas, & hæc omnia quæ obeſſe multum extimas, ne quid improuiſis monſtris attonitus, non prædictum dicas, hic iam tibi ſi uiuis, dicto citius euentura denuncio, qui ſi mihi nunc credis, tunc te partius miraberis transformatum. G. Forma interim clara eſt. R. Quid hic dicam breuius quàm illud Apuleij Madaurenſis: Expecta pauliſper, & non erit. G. Forma corporis hactenus excellens eſt. R. Quam mallem formam animæ excellentem, eſt enim & ſua animæ pulchritudo, multo ſuauior certiorq; quàm corpori, & ipſa quoque ſuis legibus decore ordinis, atque apta ſuarum partium diſpoſitione ſubſiſtens. Illam optare, illi operam impendere dignum erat, quam nec dies longa detereret, nec morbus extingueret, nec mors ipſa, nunc caduca miramini. G. Certè nunc ſaltem inſolita forma eſt. R. In hac ut in alijs multis optanda mediocritas, ſin ac tali forma, nec tibi placueris, nec niſi qua decet alijs placere curaueris, uſuſq; fueris caſtè, ſobriè, modeſtè, nõ exigua tuæ laudis acceſsio eſt futura. G. Præclara facies animum honeſtat. R. Immò quidem exprobrat, & ſæpius in periculum trahit. quid uero attinet gloriari eo, quid neque tuum ſit, neque diutius ſeruare poſsis? quod habuiſſe nulli, proieciſſe multis glorioſum fuit? Mitto alios, Spurinam, non naturalis forma nobilitat, ſed accerſita deformitas. G. Vt uirtus animi, corporis formæ iuncta ſit, ſtudeo. R. Si id effeceris tùm demum uerè mihi, tunc undiq; fortunatus fueris, formaque clarior uidebitur, & uirtus gratior. Quamuis eum errare ſibi uiſum eſſe, qui ait:

Gratior eſt pulchro ueniens è corpore uirtus.

ſcribat Seneca, mihi tamen iure reprehenſus uideretur, ſi dixiſſet, maior, aut perfectior, aut altior, nunc quia dicendo gratior, non rem ipſam, ſed ſpectantium iuditia reſpicit, non mihi uiſus eſt errare Virgilius qui hoc ait: Et ad ſummã. ut nihil in ſe ſolidum habet formæ gratia, nihil optabile, ſic ſi ultrò obuenerit, uirtuti addita, neque utriuſque de pretio error ſit, hanc illius ornamentum dici patiar, non inamœnum uiſui, breue tamen ac fragile: ſolam uerò pondus animæ dixerim, atq; infauſtum, triſtis inſigne ludibrij.

De ualitudine proſpera. Dial. III. GAV.

QVid quod ualitudo proſpera eſt? R. Quicquid de forma nõ diximus, repetitũ puta. G. Valitudo corporis firma eſt. R. En ſenectus ab aduerſo, mille morborũ armata generibus, contra ualitudinẽ interea uoluptas militat, familiare certamen. G. Valitudo corporis læta eſt. R. Inconſulta iucunditas, quæque negligentes & incautos facere ſoleat poſſeſſores ſuos, & ſæpè morbos arceſſere, quos ualitudini propriæ diffidentis intẽtio, declinaſſet. G. Valitudo corporis bona eſt. R. Bene utere, alioquin leue bonum. quin & graue malum, ſi ut ſolita eſt, culpæ cuiuſpiam cauſſa ſit. Multis periculoſa & peſtilens ſanitas fuit, qui tutius egrotaſſent. G. Valitudo corporis optima eſt. R. Res pergrata multũq; utilis, ſeu corpore quid agendum, ſeu animo eſt. Sed ut quarundã radicibus herbarum, ineſt uis ueneni, quæ dum aliarum rerum immixtione purgata eſt, ſalubre poculum è plunbus fit, quod ex uno peſtiferum fuiſſet: ſic corporea ſanitas, ne noxia ſit habenti, nõ aliter quàm adiuncta animi proſpera ualitudine temptanda eſt. Nuſquam peius ſano in corpore æger animus habitat.

De ſanitate reſtituta. Dial. IIII. GAV.

LOnga ægritudine liberatus gaudeo. R. Gratiorẽ fateor ſanitatem redditã, quã retentã. ingratiſſimi mortales ueſtra uix aliter quàm perdẽdo cognoſcitis, et perdita ergo uos cruciãt, & recuperata letificant. G. Grauiſſima febris me deſtituit. R. Grauiſsimas febres Medici dicunt, quæ ipſis in oſsibus & medullis æſtuant, quantò illo ſunt grauiores, quæ in anima intus latẽt, his te maximè liberatũ uelim. G. Aegritudo abijt. R. Aegritudo præſens ſæpe profuit, dum debilitatis uiribus corporis, animæ ſanitatem peperit. Conſequenter igitur, & digreſſa nocuit & animæ lumẽ imminuit, & corporis auxit inſolentiã. Quamuis mala, quamuis peſsima ægritudo uideatur, optabile malũ tamẽ, quod mali remediũ ſit maioris. G. Tandẽ ægritudo longior finẽ habet. R. O ſtultiſsime, ſic tu reris mortẽ effugiſſe? ad quã curris aſsidue. Nunc propinquior morti es, quã dum illi contiguus uidebaris: irremeabile uobis eſt iter, neq; ulla eius in parte ſubſiſtitur, neq; diuerſoriũ, neq; lentior uſquã greſſus. & ſomnus, & uigilia, & labor, et requies, et morbus & ſanitas æquè ſunt gradus ad mortẽ. G. Ancipiti ægritudine abſolutus ſum. R. Creditricem habes infallibilem, dilata dies ſolutionis eſt, ſed nõ caſſa ratio: habes ægrotari iterum & mori.

De uiribus corporis. Dial. V. GAV.

VIrium ſatis imò multum contigit. R. Quæ de forma ac ualitudine dicta ſunt relege: ſimilium ſimilis diſciplina eſt. G. Multum eſt uirium. R. Vide ne quid aggrediare uirium fiducia, quo imbecillis appareas. G. Abunde eſt uirium. R. Taurina gloria eſt. G. Plurimum eſt uiriũ. R. Pluſculum Elephanti. G. Viriũ nimium eſt. R. Facile crediderim id quidem, ſuperexceſſus autẽ in uitium uergit, ſeu ipſum eſt uitium. G. Nimis eſt uirium. R. Nimietas hæc, ſi ad mediocritatem redeat bene erit, quid ſi ad defectum tranſeat, quid ſi hoc robur fragilitas inſignis excipiat? Crede mihi, nullæ tantæ uſquam corporum uires. quæ uel labore immodico, uel morbo acri, uel cuncta uincente ſenio non frangantur, infatigabilis & inuicta uis animi eſt. G. Ingens robur corporis eſt. R. Nemo Milone robuſtior, clariores multi. G. Vaſtum & præualidum corpus eſt. R. Præſtantiſsima rerum uirtus, mole corporea

le corporea non eget, in animis habitans. G. Nihil his uiribus difficile. R. Immò impoſsibilia permulta, atque illud in primis ut qui in corpore ſpem poſuit in altum ſcandat. G. Iam ſupra hominem uires ſunt. R. Hac in re, qui ſuperior cunctis hominibus euaſerit, tamen animantibus inferior erit. G. Nihil his uiribus metuendum. R. Immò nunc maxime. In magnã enim uiriũ fiduciã, magnis uiribus accingitur fortuna, & interdũ ex æquo cõgredi indignãs, ut oſtendat quã fragile animal eſt homo, dum ſibi etiã robuſtiſſimus uidetur. Giganteos uiros, leni prelio confecit, Herculem ab omnibus inuictum, uis latentis mali uicit, Milonem ipſum cunctis celebratum et cognitum paleſtris, arbor una detinuit, lacerandumq; feris obtulit, ſic robur illud eximium corporis ſine exemplo, fiſſæ quercus robori impar, inuentum eſt, tu uiribus tuis fidis? G. Vires immenſæ ſuppetũt. R. Omne immenſum laborat mole ſui. G. Vires in augmento ſunt. R. Natura fermè rerum omniũ hæc eſt, ut cũ ad ſummã peruenerint deſcendant, idq; nõ æquo greſſus, aſcenſus enim lentior, deſcenſus præceps. Hæ quoque uires cum creſcere deſierint, non conſiſtent, & primo quidem clanculum, pòſt apertius tandem ruent. Omnes res mortalium præter animum ſolum æquè fugiunt, ſed non æquè omnium fugæ ueſtigia apparent, niſi fortè minus eunt animalia, quæ uel tenebris uel tacitò repunt niſu, uel quoniam id quoque traditur, itineris indicium caudis præmunt. G. Corporis mei uiribus glorior. R. Quid faceres tuis? cogita uerò quantarum ipſe ſis uirium, iſtæ enim non tuæ ſunt, ſed hoſpitij, immò carceris tui uires. Vanum eſt autem, cum ipſe ſis fragilis forti habitaculo, dicam melius, forti aduerſario gloriari. G. Viribus meis lætor. R. Quid hic dicam niſi Poëticum illud:

Non longum lætabere, inq; lætitiæ locum, uenient querelæ.

Meminiſti ut is ipſe, tam ualidus, quem bis modo memoraui, de ſuis uiribus in ſenectute conqueritur.

De uelocitate corporea. Dial. VI. GAV.

Sed pernicitas multa eſt. R. Refert quonam curſus intendatur, multos ſua uelocitas in exitium tulit. G. Pernicitas mira eſt. R. Currite mortales ut libet, cœli uelocitas uos præcurrit, & ad ſenium & ad mortem applicat, illud uobis curſum eripiet, motum illa. G. Pernicitas ſumma eſt. R. Eò tendit ubi deſinat. G. Pernicitas inaudita eſt. R. Illò properat ubi tarditas multa erit. G. Pernicitas infinita eſt. R. Sit quanta libet, ubi ſe exerceat non habebit, ſiquidem puncti uicem, terra omnis obtinuit. G. Pernicitas inextimabilis eſt. R. Hæc ingenij laus eſt, cui maria & cœlum, & æternitas et naturæ ſpacia, receſſusq; & arcana rerum omnium patent. Corpus puncti momentiq; ambitu circunſcriptum, quo ſua pernicitas latura atq; ubi depoſitura eſt, nonne enim ut latiſsimè pateat hoc ſpacium ſeu temporum ſeu locorum, nihilominus quocunque ſeſe flexerit, ad ſepulchrum currit? Illæ ſaltem anguſtiæ, ſine ullis aut Aſtrologicis coniecturis, aut Geometricis demõſtrationibus notæ ſunt, ita eò curritur, ubi profecto non curritur. G. Incredibilis modo mihi pernicitas eſt. R. Cum omnes homines exceſſeris, lepuſculum non æquabis. G. Pernicitas ſtupenda eſt. R. Hæc pleroſq; pendentibus & præruptis locis comitata, plano calle deſtituit, quoſdã per propugnacula turrium, per antennas nauium, per confraga montium innocuæ uolitãtes, pòſt leui pedis offendiculo, in uia publica prolapſos extinctoſq; nouit ætas noſtra. Anceps eſt contraq; naturam inſueta, grauium corporum hæc leuitas, uolucremq; hominem non diu facturam, & etſi inoffenſa proceſſerit, feſſa tamẽ cito deſinet, breue robur hominis, breuior pernicitas. G. Valde nunc agilis ſum. R. Et aſellus agilis iuuenta, & ſenio piger pardus. Spacio leuitas ingraueſcit. Prima ætas ſtimulos habet, frenos ultima, quicquid es, non eris diu, & ſi eſſe cupis, cura ut ſis bonus, ſenium uirtus ſola non metuit.

De ingenio. Dial. VII. GAV.

AT ingenium uelox eſt. R. Ad uirtutes utinam, alioquin quo uelocius, eò propius ruinæ. G. Ingenium expeditum eſt. R. Si & bonis artibus applicabile, precioſa animi ſuppellex, ſi minus oneroſa, periculoſa, laborioſa. G. Ingenium peracutum eſt. R. Ingenij non acumen, ſed æquabilitas atque conſtantia, ueram laudem atque perpetuam merentur, quorundam acumen, tenui cuſpide frangitur, primoq; molimine deficiet: ualidiſsima etiam, ſi ad ultimum extenuentur, infirma ſunt, ſic robur omne, tenuitas atterit. G. Acutiſsimum ingenium eſt mihi. R. Nihil ſapientiæ odioſius acumine nimio, nihil uero philoſophanti moleſtius quàm Sophiſta: ideò inuiſam Palladi finxere ueteres araneam, cuius ſubtile opus ac tenues telæ ſunt, ſed fragiles nulliq; uſui. Vt mucronis ergo, ſic ingenij acies ſit, non penetret modo, ſed ſubſiſtat. G. Promptum ac uerſabile ingenium eſt. R. Hoc Marco Catoni Cenſorio tributum eſt, quod literis ſimul atque armis bellicisq; omnibus, & urbanis ac ruſticis artibus æquè foret idoneus, quid ex parte Græci ſuo tribuunt Epaminundæ, Perſæ autem Cyro. Tuum hoc uerſabile, quo nam uergat neu uerſutum ſit, ne'ue aliquid non agile, ſed leue potius & inconſtans habeat, cauero. Aliud eſt enim non poſſe conſiſtere, aliud facilè ire poſſe quo uelis. G. Ingenium eſt excellens. R. Multum refert, quo in genere excellas: huius enim quoque uerbi ſignificatio uaga eſt, uerumq; eſt, ubi intenderis ingenium ualere. Malo igitur ingenium bonum quàm excellens, quod illud in malum flecti nequit, hoc in diuerſa uolubile eſt. Nam & Criſpus, Lucium Catilinã magni ui animi fuiſſe ait, ſed ingenio malo prauoq;. G. Ingenium magnum eſt. R. Bonum cupio & modeſtum, magnitudo ſola ſuſpecta eſt, ſæpe magnum ingenium, magnorum initium malorum fuit. Raro autem magni errores, niſi ex magnis ingenijs prodiere.

De memoria. Dial. VIII. GAV.

MEmoria ingens data eſt. R. Ampla ergo domus tedij, & atrium fumoſarum imaginum, ubi multa diſpliceant. G. Memoria eſt multarum rerum. R. Multis in rebus pauca delectant, plurima cruciant, & ſæpe delectabilium mœſta recordatio eſt. G. Rerum adeſt uariarum memoria. R. Si bonarum, benè, ſi malarum, quid hinc gaudes? Parum'ne triſtè eſt uel tuliſſe mala uel uidiſſe? niſi uel: quotidie recurſent uel ſub oculis ſint ſemper? G. Memoria diuerſarum rerum ſuppetit. R. Et culparum & delictorum & ſcelerum & ignominiarum & repulſarum & dolorum & laborum atque diſcriminum, quamuis huic ultimæ uoluptas quædam (ut aiunt) ſit adiuncta, memoriæ. In quo tamen intelligitur, non tam præteritorum malorum cogitationem, quàm præſentis boni delectationem iucundam eſſe. Itaque neminem laboris ac periculi meminiſſe iuuat, niſi quietum aut ſecurum. Paupertatem lætè meminit ſed diues, morbum ſed incolumis, ſeruitutem ſed liber, carcerem ſed ſolutus, exilium ſed reuerſus, ſola ignominiæ memoria, in medijs licet honoribus triſtis eſt, adeò nihil delicatius uel incurabilius eſt quàm fama. G. Memoria multiformis eſt & multorum temporum. R. In recordatione multiplici, multiplex moleſtia. quædam nempè conſcientiam uellicant, quædam pungunt, quædam uulnerant. alia confundunt, alia exterrent, alia deijciũt: unde fit, ut memorantium ora, rubor pallorq; uiciſsim in ſilentio occupent, quòd peſsimis hominum plerunq; accidunt, inceſſusq; ſit uarius, uox incerta & quæ ſunt eiuſmodi animi memoria laborantis indicia. G. Memoria prompta eſt. R. Mallem uoluntas pia, caſtumq; deſiderium, & honeſta conſilia, & actus innocui et uita probri neſcia. G. Memoria apprimè tenax eſt. R. Vnde hæc igitur obliuio cœleſtium præceptorũ, quæ tàm pauca ſunt numero? unde obliuio Dei unius? unde obliuio ſuimet? G. Memoria admodum tenax eſt. R. Terrenarum & inutilium rerum credo, qu'onam uerò, & quo uaga hæc uolatiliſq; memoria, quæ cum cœlum

terramq́ꝫ peragrauerit, in ſeipſam neſciẽs reuerti, quod unum neceſſarium ac ſalubre erat, obliuiſcitur: In qua & ſi forte aliquid delectationis interdum, ſæpè tamen anxietatis eſt plurimum. Nec immeritò Themiſtocles, cum ei quidam memorandi artem à Simonide tunc inuentam polliceretur, Malle ſe ait, obliuionis artem, quàm memoriæ diſcere: & licet hoc ille ſuo quodam iure reſpondiſſe uideatur, ut qui naturæ dono illo ſupra fidem excelleret, cuiuſq́ꝫ memoriam innumeræ quidem rerum atque uerborum imagines prægrauarent, ferè tamen omnibus conuenit, ita omnes & dediſcenda diſcitis, & diſcenda dediſcitis, in his tantũ, quorũ utilis eſſet obliuio, memoriã exercẽtes, inq́ꝫ id naturæ finibus nõ contẽti, inſaniã arte laxatis. G. Memoria omnipotẽs eſt. R. Titulus hic, uni ſuus eſt Deo, multipotẽs dicere uoluiſti, ſi q̃ tamẽ inſignis memoriæ uis eſt, ꝙ omni curioſitate melius fuerit damnoſa reijciat, ſtringat utilia, neq́ꝫ tamẽ ſedulò q̃ delectẽt aggreget, quã quæ proſint. G. Memoria optima eſt. R. Optimo nihil eſt melius. ꝙ ſi fidẽ dicto quæris, ut in optimis te memorem præbeas, oportet, memento peccati tui ut doleas, memento mortis ut deſinas, memento diuinæ iuſtitiæ ut timeas, memento miſericordiæ ne deſperes.

De eloquentia. Dial. IX. GAV.

AT præclarum eſt eloquium. R. Magnum fateor inſtrumentum gloriæ, ſed anceps, cuſpide gemina, & hoc quoque qualiter uti ſcias, refert plurimum. G. Eloquium torrens eſt & rapidum. R. Haud ineptè quidam, ſtulti atque improbi eloquentiam, furioſi gladio æquiparant, utrunq́ꝫ enim Reipub. expedit inermem eſſe. G. Eloquium clarum eſt. R. Clarum aliquid uariè dicitur, clarus ſol, clarum incendium. G. Præfulgidum eloquium eſt. R. Et lugubres cometæ, & infeſti gladij, & hoſtiles galeæ, fulgent. ut fulgor eloquentiæ glorioſus ſit, ſanctitate & ſapientia temperetur. G. Copia eloquij ingens eſt. R. Siquidem iuncta modeſtiæ, magnum aliquid, ſupraq́ꝫ communem hominum menſuram non inficior, alioquin mutum eſſe præſtabat. G. Eloquentiæ ſatis eſt. R. Satis loquentiæ, parum ſapientiæ, fuiſſe in homine illo ſceleſtiſsimo Catilina apud Criſpum legis, neque is quidem gloriam eloquentiæ quæſiuit ullam, quanquam altiore iuditio, non eloquentia, ſed loquacitas illa fuit. Verus enim orator, hoc eſt eloquentiæ magiſter, niſi uir bonus eſſe non poteſt. quod ſi bonus & ſapiens, putabas ad oratorias laudes perfectumq́ꝫ munus eloquentiæ, hunc uerborum impetum, qui ſæpè procacibus atque inuerecundis uberior eſt, ſiue hanc ipſam dicendi peritiam ſatis eſſe, fallebaris: linguæ uolubilitas, et uerborum copia, atq́ꝫ etiam artis quædam, ſceleratis prijſq́ꝫ communia eſſe poſſunt. Id quod quæris, bonorum eſt, non omnium quidem, ſed paucifsimorum, ita ut mali omnes huius laudis exortes ſint, ad quam ſcilicet animi bona, quibus carent, uirtus ac ſapientia requiruntur. quod ut ſic eſſe non intelligas, dicam. Sed memineris duarum, de quibus loquor, rerum diffinitiones in mentẽ redeant, quarum altera Catonis, Ciceronis eſt altera, ille ait. Orator eſt, uir bonus dicendi peritus. Iſte autem: Nihil eſt, inquit, aliud eloquentia niſi coploſè loquẽs ſapientia. Ex his uides ad oratoris atq́ꝫ eloquentiæ eſſentiam, & bonitatem & ſapientiam exigi nec tamen ſufficere, niſi & peritia adſit & copia. ita ut primæ illæ duæ uirum bonum ſapientemq́ꝫ duntaxat, hæ autem ſolæ. nec bonum, nec ſapientem, nec eloquentem quidem efficiant, ſed loquacem. omnes uerò coniunctæ perficiant oratoremq́ue eiuſq́ue artificium, quòd profectò rarius atque altius eſt quàm putent, qui in multiloquio ſitum ſperant. Tu ergo ſi oratoris nomen & eloquentiæ ueram laudem quæris, uirtuti & ſapientiæ primum ſtude. G. Eloquentia plena atque perfecta eſt. R. Pleno atque perfecto nihil deeſt, deerit autem multum, ſi præmiſſa defuerint. Ante igitur quàm de uniuerſo pronuncies, hoc unum tacitus tecum uolue. G. Eloquentia ſumma eſt. R. Supra ſummum nihil eſt. His ergo ceſſantibus, iam ſumma non erit, ſed caducum quiddam & informe, cui fundamentum faſtigiumq́ꝫ detraxeris. G. Eloquẽtia dulcis & ornata eſt. R. Dulcedo & ornatus iſte neſcio quid blandum ſeu doloſum, non uirile nec ſincerum

præfert,

præfert,ſed non pluris eſt apud rectos iudices ſuauis & compta uiri fallacis oratio, quàm uel meretricis fucus,uel mellitum uirus,uel phrenetici robur,uel auari aurum: quicquid eſt,quamuis appareat ac mulceat,ſi præcipuum eſſentiale defuerit,nihil penitus aut nihilo proximum uideri debet. G. Eloquentiæ fiducia magna eſt. R. Magna ſæpe fiducia, magnis periculis uiam fecit, ut animum attollat atq; adiuuet,frenum accipiat, ſeſe norit quid agendum inſtat, examinet: abſit inſolentia pariter & contemptus, ſin progreſſa liberius uirium obliuiſci cœperit,non iam fiducia,ſed temeritas & audacia eſt,quo nihil eſt à ſapiente remotius. Hæc in rebus omnibus agendis,ut aſpectu ſpecioſior,ſic effectu periculoſior ignauia eſt:illa enim domi pigros & inglorios tenet:hæc impellit ardentes,& quos æſtimabatur promotura præcipitat,hæc ſæpe bellaciſsimos uiros oſtendit imbelles,cautiſsimos probauit incautos,utque ad te redeam, qui diſertiſsimi uidebantur, infantiſsimos patefecit. G. Eloquentia ingens eſt. R. Vt ſit fides Hiſtorico, inter uitia infinita, eloquentiā habitaſſe, uerisq; locum teneat auctoritas,neque dubium ſit, quod eloquentiæ princeps in Rethoricis ſcribit: Eloquentiā ſine ſapientia eſſe poſſe, quæ ut liquet ſuperioribus aduerſantur, iſta tamen, quolibet modo ſumpta eloquentia, certè quo maior eò damnoſior funeſtiorq; ſi ſola eſt. G. Eloquentia ſingularis eſt. R. Hæc eſt, quæ ſingulares uiros & Græcorum & noſtros in pernitiem traxit, quod ita eſſe Demoſthenes & Cicero & Antonius non negabunt. G. Eloquentia plauſibilis eſt. R. Si innocenter & abſque iactantia utare, uix ulla re citius multitudinis amorem tibi concilies & gloriam quæras, ſi quo niſi meræ uirtutis artificio quæri poteſt:ſin arroganter atque improbè,perfacilè tibi diſcrimen, & multorum odia conflaueris. Sapientis dictum eſt cuiuſdam: Mors et uita in manu linguæ. Non unius uerò tantum hominis, ſed multorum. Quorundam linguæ totas euerterunt Reſpub. euertentq'ue, peſsimum nocentiſsimumque mali hominis membrum lingua eſt, nil hac mollius,nil hac durius. G. Eloquentia ſonora eſt. R. Et ſonorum fulmen. G. Eloquentia florida eſt. R. Et floridum attonitum, denique uerſa ut libet & reuerſa, & gloriæ uiam habes arduam,& inuidiæ pronam ualde.

De uirtute. Dial. x. GAV.

Nunquid non ſaltem de uirtute licet gloriari? R. Vt liceat, in illo tantum licet,qui uirtutis & omnis boni auctor,ſolus atque largitor eſt. G. Magna eſt animi uirtus. R. Vide autem,ne quo maior credis minor ſit. G. Spectata uirtus in rebus dubijs eſt. R. Proprium eſt uirtutis, non quid actum, ſed quid agendum ſit,nec quid abſit ſibi,ſed quid deſit attendere: unde eſt, ut ſæpè illam non de quæſito gloriantem,ſed de quærendo ſollicitam uideamus. Dicerem ſi liceret,auaram aut certæ auaritiæ ſimilem eſſe uirtutem,iugiter ſitit, quotidie inardeſcit, quò plus quæſierit,eò ſibi pauperior uidetur & plus appetit:nullus illi deſiderij modus eſt, nullus ſat magnus cumulus meritorum. G. Virtus ſupra humanum morem eſt. R. Vereor ne ſuperbiæ ſit iſta profeſsio nō uirtutis. G. Virtus longè clariſsima eſt. R. Fundamentum ueræ uirtutis humilitas, nec tanta claritas ulla eſt,quam elatio non obſcuret: ſcit ille qui clariſsimus creatus,ſeq; ipſum efferens,non obſcuris tantum, ſed princeps fieri meruit tenebrarū.quod ſi illi accidit,quid alij de ſe ſperēt. G. Virtus eximia eſt. R. Nō ſolet uirtus eſſe iactatrix aut moratrix ſui,ſed imitatrix alieni.itaq; ſemꝑ anhelans, ſemꝑq; altius aſpirans,dum ſe comparat,paruipendit. G. Virtus conſummata eſt. R. Nunquam hoc uirtus de ſe iudicat, non confidit, nihil arrogat, ſcit hoc tempus eſſe militiæ, non triumphi,atque ideò nunquam torpet,& ſemper in actu eſt,ſemper quaſi nunc incipiens accingitur.Quæ omnia perfeciſſe ſeq; undiq; conſumatam credit,crede mihi,non eſt uirtus,error eſt uirtuti obuius atq; aduerſus.Quiſquis ad ſummā perueniſſe ſe credit, in hoc primum fallitur,quod ubi credit eſſe,non eſt:deinde ꝙ illuc ferentem uiam aberrando deſeruit,dumq;,quod non habet anticipat,quod habere potuiſſet,ſponte ſua negligit. Siquidem

dem nil tam profectui aduerſum, quàm perfectionis opinio: nemo ſtudet agere quod peregiſſe ſe putat, error hic ſæpe magna parantibus obſiſtit, iamq; alta penſantibus. G. Virtus pro humana capacitate plena eſt. R. Si omnem uitam ante oculos ponis, perq; dies ſingulos actuum ac uerborum & cogitatuum rationem à teipſo exigis, incorruptus rerum arbiter tuarum, uidebis quantum uacui in anima ſit, quantum uitia occupent. G. At ſaltem cõmunis & mediocris eſt uirtus. R. In rebus altiſsimis, uix mediocritas locum habet, uerum habeat, non tamen hæc gaudij materia, ſed laboris ac ſtudij eſt. nam quod ad ſummam diſponitur, donec eò peruenitur, non quieſcet. G. Aliqua eſt uirtus. R. Huius quoque iuditium linque alijs. et ſi qua eſt uirtus: non ibi finis gaudij, ſed in illo ad quem uera per arduum uirtus ducit. Eam nempè Philoſophiam profitemur, quæ non fruendum uirtutibus, ſed utendum docet. Nondum plenè igitur gaudendi tempus eſt, tot nunc etiam uitæ periculis circunfuſis, ſed optandi potius ſperandiq;: gauiſurum te ſperare potes, ſic tamen ut metuas doliturum. G. Si quid boni eſt, ſentio, unde ſit & in illo gaudeo: quicquid autem deeſt, ſcio unde poſcendum ſit, & de illo ſpero. R. Hæc eſt uirtus, & iam tuum iter ad uerum gaudium inueniſti.

De uirtutis opinione. Dial. XI. GAV.

QVisquis ego ſum, opinio de me hominum bona eſt. R. Opinio rem non mutat. G. Bonum me, communis habet opinio. R. Quid ſi malus es? non'ne opinio falſa eſt? Scientem certè falſo gaudere, dementia eſt. G. Opinione uulgari bonus dicor. R. Nihil eſt quod non ſibi fingere poſsit opinio: bonum autem ſeu malum, quod in animis habitat, neque diuerſis opinionibus, neque ſermunculis uariatur, non ſi cuncti igitur te mortales bonum dixerint, bonus fies. G. Bonum mihi ſaltem eſt nomen. R. Melius eſſe nomen bonum, quàm diuitias multas, Hebræorum ſapiens ait, idemq; alibi: Melius eſt nomen bonum, quàm unguenta præcioſa. & ualorem boni nominis, & odorem famæ his uerbis expreſsit, comparatione ſcilicet auri & unguenti. quomodo autem ſeu nomen, ſeu aliud quicquam eſſe poteſt bonum, ſi ſit falſum? qualecunq; igitur ſit nomen impij, non fit ideò minor impietas. Nõ inani igitur nomine glorietur, ſed illud eiuſdem Sapientis audiat: Nomen, inquit, impiorum putreſcet. et illud alterius: Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. illa ſi intus tibi obſtrepit, quid tibi proderunt adulantium ſuſurri? quid blanditijs aut fictionibus partum nomen? è radice mala, nihil boni oritur. neq; hinc igitur ortum nomen bonũ dixeris, cũ uerum dicere non poſsis. G. Bene de me ſentiunt ciues mei. R. Nõ refert quid de te alij ſentiant, ſed quid tu. G. Bene de me loquũt̃ ciues. R. Noli credere, q͂d loquant̃ neſciũt, & cupidè mẽtiunt̃ pruritu quodã linguæ in utrãq; partẽ nimio, & cõſuetudine in naturã uerſa. G. Bene de me plurimi loquunt̃. R. Ignorãtibus credere, quid eſt aliud q͂ uolentem falli? G. Bene de me loquitur uicinia. R. Dulciloquio forſan aut muneribus delinita, aut de te aliquid ſperans, nunquam uel amanti crediderís uel ſpernenti. G. Vicini mei nomen meum celebrant. R. Alter alterum decipit, omnes te. G. Bonum mihi teſtimonium ciues dant. R. Eſt intus in anima teſtis incorruptior certiorq;: conſcientiam tuam interroga, illi crede. G. Bene de me homines opinantur. R. Opinio ambiguæ nomen eſt rei, certiſsima res eſt uirtus. G. Ego ipſe mihi uir bonus uideor. R. Ergo es malus, boni enim ſibi diſplicent, ſeq; accuſant. G. Et mihi uideor & alijs bonis. R. Quid ſi tu malus, illi autem ſtulti? G. Bene de me ſperant ciues. R. Cura ne ſpes ciuium falſa ſit turpe eſt de ſe ſperantes, cum poſsis aliud fruſtrari. G. Credo ſim, de quo non fruſtra ſperent multi. R. Si id eſſes id non crederes, malum eſt alios, peſsimum autem ſeipſum fallere. G. Omnes me uirum bonũ putant. R. Quid ſi tu contrarium ſcis? G. Omnes me uirum bonũ dicunt. R. Et tu credis omnibus? num te autem dici pudet, quod non es? ſed eſt hoc nobis inſitum inter cuncta mirabile, de nobis, noſtriſq; de rebus quamuis occultis, plus cuicunque quàm nobis credere. Iuxtaq; Flacci ſententiam, & mendacem timere infamiam, & falſa gloria delectari. G.

Totum

Totum uulgus una uoce me laudat. R. Nulla pronior ad errorem atque ad præcipitium uia eſt, quàm per uulgi ueſtigia, quicquid penè uulgus laudat, uituperio dignum eſt. G. Cunctis hominibus placeo. R. Placentes hominibus deus ſpreuit, & placere hominibus diſplicere eſt Deo: contraria contrarijs gaudent. G. Viri boni nomen habeo. R. Vitæ conſtantia & honeſtate ſeruandū eſt, alioquin facilè euaneſcet, uetus eſt enim. G. Multæ ſunt in populo laudes meæ. R. Sæuiſti in agro arido arbores caducas. G. Magnæ inter doctos etiam laudes meæ ſunt. R. Si ueræ, durabunt, et ut ait Cicero, radices agent & propagabuntur, at ſi fictæ, celeriter tanquam floſculi decident. G. Omnes uno ore meam prædicant uirtutem. R. Non in hominum flatu, neque in propria uirtute quamuis uera. ſed in ipſo uirtutum omnium auctore gloriandum. qui contrarium facit, non modò, non aſſequitur aſſertione hominum quod non habet, ſed idipſum quod habet uel imminuit uel amittit. G. Vulgus omne me prædicat. R. Dixi & repeto, quicquid uulgus cogitat uanum eſt, quicquid loquitur falſum eſt, quicquid improbat bonum eſt, quicquid approbat malum eſt, quicquid prædicat infame eſt, quicquid agit ſtultum eſt. I nunc, inſanorum ſermunculis gloriare.

De ſapientia. Dial. XII. GAV.

SApientiam conſecutus ſum. R. Rem magnam, ſi uera eſſet, & inſeparabilem à uirtute: ſi illā igitur approbaſſes, hæc probata eſſet, ſed utraq; opinione aliquanto facilior eſt quā re. G Sapiens ſum. R. Crede aūt mihi, nunq; ſi uerè eſſes hoc diceres, ſapiens enim quantum eſt quod ſibi deſit, intelligit, non gloriatur itaq;, ſed ſuſpirat. G. Sapientē me profiteor. R. Bene irent res, ſi tot eſſent ſapientes, quot ſapientiæ profeſſores, nūc illud perdifficilè eſt, hoc uerò facillimum. G. Sum ſapiēs. R. Si uerè ſapiens eſſe uis, noli id quidem opinari. Credere ſe ſapientem, primus ad ſtultitiam gradus eſt, proximus profiteri. G. Studio ad ſapientiam perueni. R. Vtique ſic ad illam peruenitur, ſed an tu perueneris recogita, non eſt enim res ſtudij breuis, egens aliquot annorum ut reliquæ artes, tota uel longiſsima opus eſt uita. Siquis (ut aiunt) tota die currens peruenit ad ueſperam ſatis eſt. Notum eſt illud Platonis, ut alia multa, præclariſsimum quod Ciceroni placet, & mihi: Beatum cui etiam in ſenectute contigerit, ut ſapientiā ueraſq; opiniones aſſequi poſsit. Has tu an calle medio obuias habueris, an neſcio quo pennato æquo uectus ante tempus attigeris, incertùm, tàm citò ſapiens euaſiſti. G. Sapientiæ perfectionem cœlitus accepi. R. Eſt fateor cœleſte donum ſapientia. ſed magnus certè uir erat & cœli amicus qui dicebat: Non quod iam acceperim aut perfectus ſim. G. Sapientiam cupida mente comprehendi. R. Vt pecuniæ rerumq; multarum mala, ſic ſapientiæ cupiditas bona eſt, ſed an tu tantæ rei capax ſis uideto: certè ille idem: Ego me, inquit, non arbitror comprehēdiſſe. Et ille quoque permagnus erat, qui cum Deo de ſeipſo loquens, ſic aiebat: Imperfectum meum uiderunt oculi tui, hoc eſt proprium ſapientis, imperfectionem ſuam noſſe ac fateri. G. Sapiens dicor. R. Non re tuæ neque alienæ unquam uoces ſapientem fecerunt, ſed res ipſa. G. Sapiens uulgò dicor. R. Vulgus inſanos ſapientes dicere, & ſapiētes inſanós, iure ſuo didicit, quod eſt, ut falſa pro ueris, ueraq; pro falſis habeat. Nihil eſt à uirtute uel à ueritate remotius quàm uulgaris opinio. G. Omnes prædicant me ſapientem. R. Ad famam fortaſſe aliquid, ad ſapientiam nihil omnino. Sentio autem ſuperſcriptionibus innitaris litterarum, quibus nihil eſt liberalius: non ſatis eſt facere ſapientes qui non ſunt, ſed egregios & inſignes faciunt [illegible] recundos, ſereniſſimos inſuper & illuſtres, ut iam ſimplex ſapientiæ titulus ſit pudor [illegible] quampaucis conueniat. ſtupor eſt, obſoleuit tamen inter titulos clariores, quos q[illegible] bendo ſic accumulant, ſciunt ſe mentiri, ſed urbani uel mendacio fieri uolunt. Vos q[illegible] ris nō ueros modo, ſed citrà uerū ſiſtere illos rati, publico erore fallimini. Nemo eſt [illegible] ſuis rebus interroget, omnes alijs de ſe credāt, uis autē noſcere quā ſis ſapiēs, uerte [illegible] retro, recordare quotiēs in hoc uitæ curſu ceſpitaueris, quotiēs oberraueris, quotiē[illegible] offen ſo pede cecideris, quot pudenda, quot dolēda, quot pœnitenda commiſeris, tunc ſi [illegible] audes, r[illegible] dicito

te dicito ſapientem, credo autem non audebis. G. Scio me ſapientem. R. Literatum forſan uis dicere. Sunt enim planè literati aliqui, uerũ licet pauci: ſapiẽtes autẽ penè nulli. Aliud eſt ſapienter loqui, aliud ſapienter uiuere, aliud dici, aliud eſſe ſapientem. Fuère qui dicerent ſapientem nullum, id quàm uerum falſumúe ſit non diſputo. Certè nimis præcipiti ſententia eſt, & ad deſperationem prona, & ſtudio aduerſa ſapientiæ. Hebræi ſapientem Salomonem ſuum prædicant, qui quàm ſapiens eſſet, turba coniugum pellicumq; teſtatur, multoq; maxime Dijs alienis cultus exhibitus, Romani ſapientem Lelium & Catonem. Græcia ipſa dum floruit Septem habuiſſe dicitur ſapientes: hi quoq; hoc titulo indigni ſequentibus uiſi erant. qui excuſant, dicunt non eos illum ſibi titulum aſſumpſiſſe, ſed ab errantibus populis traditum poſſediſſe. Vnus tantum fuit ſua profeſsione, ſuoq; ſapiens iuditio, ſtultiſsimus omnium Epicurus, quem titulum cum Metrodoto participare uoluit, nec honorificum amici donum ille reſpuit, ſeq; etiam ſapientem dici æquanimiter tulit, ut ſua illa qualis gloria, error eſſet alterius. Vnus quoque ſapiens Socrates oraculo dictus Apollinis, forſan ideò ut uirum illum ſapienti proximum, falſo teſtimonio, falſus Deus ad amentiam atq; inſolentiam irritaret. Hæc de antiquis ſapientibus dixerim. Fœlicior ætas noſtra, quæ non unum duosúe uel ſeptem, ſed in ſingulis urbibus, ceu pecudum greges numerat ſapientum: nec mirum ſanè multos eſſe, qui tam facilè fiant. Venit iuuenis ſtultus ad templũ, præceptores illum ſui prædicant, celebrãt ſeu amore ſeu errore, tumet ille, uulgus ſtupet, plaudunt affines & amici, ipſe iuſſus in cathedram ſcandit, cuncta iam ex alto deſpiciens, & neſcio quid confuſum murmurans. Nunc maiores certatim, ceu diuina locutum, laudibus ad cœlum tolIunt, tinniunt interim campanæ, ſtrepunt tubæ, uolant anuli, figuntur oſcula, uertici rotundus & niger pannus imprimitur. His peractis deſcendit ſapiens, qui ſtultus aſcenderat, mira prorſus tranformatio, nec Naſoni cognita, ſic fiunt hodie ſapientes. Verus ſapiens fit aliter. G. Sapiens ſum. R. Solent qui de ſe magnificè ſentiunt præfidenter maiora uiribus ea aggredi, in quíe niſu medio prolapſi ſuo, uel periculo uel pudore condiſcere, quàm iuſti rerum eſtimatores fuerint ſuarum. Præſtat igitur (mihi crede) falſas opiniones abijcere, inſolentiam deponere, inſipientiam circunſpicere, & optare, ne qua experiendæ ſapientiæ neceſsitas incidat, quæ declaret de te nihilo gloriatum. Hæc rectior tutiorq; quærendæ ſapientiæ uia eſt. G. Credo ego ad ſapientiam perueniſſe. R. At ſi mihi obſequeris, ad illam potius aſſurgendo nitendoquíe peruenies quàm credendo: Nihil altius aſcendit quàm humilitas operoſa.

De religione. Dial. XIII. GAV.

Religione glorior perfecta. R. Religio optima ac perfecta una eſt, ſupra Chriſto nomen, ſupraq; petram firmiſsimam fundata. Reliquæ omnes ſuperſtitiones uanæ, & deuia & errores ſunt, quibus eſt iter ad tartarum atq; ad mortẽ, nõ hãc momentaneam ſed æternam. Et quot putas quantiqúe uiri huius ueræ religionis inopiã miſerabilẽ paſsi ſunt, cunctis in rebus alijs altiores: habẽt illi q æternum gemant, habes tu unde glorieris & gaudeas, non in te quidem, ſed in eo, qui te ſumma in re, tanto maioribus præferre dignatus eſt, qua nil maius, nil melius tibi tribui poterat in hac uita de qua loqui aliquid uberius non grauarer, ni res ipſa cœleſti lumine penè iam omnibus nota eſſet. G. Pijs ſacris initiatus ſum. R. Pia ſacra religionis huius ſunt tantummodo, reliquarum omnium ſunt furores, ritusqúe ſacrilegi. Neque tamen initiatum eſſe ſufficit, maius eſt fortè quàm putas, deuoto licet animo dulce negotium. Non enim Deum noſſe ſatis eſt, quod & dæmones faciũt qui oderunt, amor & cultus exigitur, his ex rebus conſtans, quæ utinam tàm benè implerentur ab hominibus quàm ſciuntur. G. De uera religione mihi placeo. R. Placere ſibi ſuperbire eſt. Hæc autem uera religio, quæ te [illegible] & Deum tibi religat, humilitatem pijs mentibus inſerit, inſolentiam extirpat. Sic tibi igitur gaudere permiſſum, ut quantò lætior quantoq; religioſior, tantò ſis humilior & operibus bonis affluentior. Illi gratias agens, qui tibi ex hac mortalitate rectum iter oſtendit ad æternam uitam. G. Veram religionem (Deo gratias) ſum adeptus. R.

Bene ais, deo gratias Cuſtodi autem illam benè ab erroribus, à negligentia, à peccatis, & ſic habe, ſi hanc aſſecutus es, & in ea te exerceas ut dignum eſt, ceſſare controuerſiam, de qua modo litigauimus: cum ſit ſcriptum ſacris in literis. Pietas eſt ſapientia. Et per alium: Initium ſapientiæ eſt timor domini. Neque id ipſum tacitum in prophanis, Cuius rei Lactantius meminit. Inſtit. 2. Affirmat, inquit, Hermes, eos qui cognouerunt Deum, nõ tantum ab incurſibus demonum tutos eſſe, uerũm etiam, ne fato quidem teneri, una inquit, cuſtodia pietas. Et enim pius homo neque demoni peſſimo, neque fato ſubiacet, Deus enim liberat pium ab omni malo. namq; unicũ atq; ſolũ bonũ eſt hominibus pietas. Quid ſit aũt pietas oſtẽdit alio loco his uerbis: Pietas enim ſciẽtia eſt Dei. Eãdemq; ſententiã Aſclepium in ſermone quodam regio, latius explicaſſe confirmat. Vides ut obſtinatiſſimi duo pagani, noſtram circũuelant ueritatẽ, Tãta eſt ueri uis, ut linguas ſæpe hoſtiũ ad ſe trahat.

De libertate. Dial. XIIII. GAV.

IN libertate natus ſum. R. Non qui naſcitur, ſed qui moritur liber eſt. Multum fortunæ licet in naſcentem, in extinctum nihil. expugnat urbes munitiſſimas, armatos fundit exercitus, potentiſſima regna ſubuertit, inexpugnabilis arx ſepulchrum: illic regnũ uermibus, non fortunæ, Itaq; limen illud ingreſſi, ſoli mortaliũ uitæ huius ab inſultibus tuti ſunt, Tu te liberum iactas & ignoras, non dico ad ſepulchrum, ſed an liber hodie in cubiculum ſis iturus. Libertas noſtra tenuiſſimo nitens filo, ſicut alia quibus fidimus omnia, tremula ſemper & caduca eſt. G. Liber ſum. R. Idcirco te, ut reor, liberum dicis, quia dominum nullum habes: ſed Anneum audi Senecam: Bona, inquit, ætas eſt, forſitan habebis. neſcis qua ætate Hecuba ſeruire cœpit, qua Creſus, qua Darij mater, qua Plato, qua Diogenes: his ille te admonet exemplis. Multa ſunt alia uel tacita Senecæ uel ignota. nunquid non Attilium Regulum meminiſti, indignum prorſus hoc ludibrio, paſſum tamen? nunquid tibi recentior annis Valerianus excidit? quorum ille modo dux, *hic* autem princeps populi Romani: moxq; ille Carthaginenſium, hic Perſarũ ſeruus. ille cruci ſupplicio peremptus, hic longa & miſera contabuit ſeruitute. Quid Macedoniæ Numidiæq; reges, hinc Perſen, hinc Syphacẽ memorem atque Iugurtham? regni omnes è culmine Romana lapſos in uincula. Mitto ueteres Regum caſus, ætas tua quoſdam regum truſit in carcerem, eoſdemque una hora, & primum regem & ultimum ſeruum uidit, ſiquidem eo quiſque miſerior ſeruus eſt, quo fœlicior liber fuit. Noli igitur libertate tumeſcere, quoniam non ex liberis modo, ſed ex regibus tàm ſubitò ſerui fiunt. Nec miraberis, cum ſecundum Platonis ſententiam, Non minus ex ſeruis etiam Reges fiant, mutantur aſſiduè res humanæ, nihil ſub cœlo ſtabile. Quis in tanta uertigine firmum aliquid ac manſurum ſperet? neque uerò te liberum hinc dixeris, quòd eſſe dominum tibi non uides, quòd parentibus ortus ingenuis, nec in acie captus, nec uenundatus ſis. Sunt nobis inuiſibiles animorum domini. & in ipſa hominum origine latens peſtis eſt. Naſcendi genus obnoxium peccato, qua nulla grauior ſeruitus figi poteſt. Sunt occulti hoſtes & bella clãdeſtina, ſunt qui miſeras animas nundinentur, quas heu uili pretio uenditis, uoluptates fœdiſſimæ dominarum, quæ nos inenodabili laqueo uinctos tenẽt. Ite nunc & libertate gloriamini. Sed uos ceci, nihil niſi corporeum uidetis. Vnde eum qui uni mortali ſubeſt domino, ſeruum dicitis, illum uerò qui mille immortalibus tyrannis opprimitur, liberum iudicatis, eleganter ut reliqua. Profectò autem liberum non facit fortuna, ſed uirtus. G. Liber ſum. R. Planè ſi prudens es, ſi iuſtus, ſi fortis, ſi modeſtus, ſi innocens, ſi pius, horum ſi quid abfuerit pro ea te parte ſeruum ſcito. G. In libera patria natus ſum. R. Vrbes quoque tu liberas, tua ætate pro exiguo flexu rerum, poſt paululum ſeruas noſti. Quod ſi uel notiora uel clariora ſunt uetera, Lacedæmon & Athenæ liberrimæ urbes, ciuile primũ, mox extremum paſſæ ſunt iugum. Hieroſolyma ſancta urbs & libertatis æternæ mater temporale & Romanis ſeruiuit, & Aſſyrijs. nunc ſeruit Aegyptijs. Roma ipſa nõ ſolum libera, ſed domina gentium ſuorum primum ciuium, pòſt etiam uiliſſimorum hominum ſerua fuit, ut nemo unquam libertati, nemo uel imperio ſuo fidat.

De pa

De patria glorioſa. Dial. XV. GAV.

GLorioſa in patria natus ſum. R. Plus negocij habes ut in lucem uenias, fulgent minutiora etiam aſtra per noctem, & Bootes ad ſolis radios habet & lucifer. G. Clariſsimæ patriæ ciuis ſum. R. Bene ſi uirtutum hoſpites, uitiorum hoſtis, fortunæ enim eſt illud, hoc tuum eſt. G. Patria mihi fœlix ac nobilis eſt. R. Refert quã nobilitate. Hanc numerus incolarum, hanc inſignis opum magnitudo, hanc ſpectata fertilitas, hanc ſitus ipſe nobilitat. Salubris aër, clari fontes, mare proximum, tuti portus, opportuni amnes. nobilis patria uulgò dicitur uini ferax, olei, frumenti, frequens armentis ac gregibus, auri ſcatebris & argenti. bonam terram dicitis ubi fortes equi, ubi pingues boues, ubi teneri hœdi, ubi dulcia demum poma naſcũtur: ubi autem boni uiri, id nec quæritis quidẽ, nec quæſitu dignum dicitis æſtimatores egregij. Atqui ſumma patriæ laus, ſola uirtus eſt ciuium. Rectè ergo Virgilius, gloriã ac fœlicitatem cum deſcriberet Romanam, nihil horum ad quæ ſola reſpicitis dignatus attingere, unam urbis & imperij magnitudinẽ atq; altitudinem attigit animorum. Fœlicem deniq; prole uirum dixit, ea eſt enim uera urbium fœlicitas, uera nobilitas. G. Præclara ciuibus bonis patria eſt. R. Quid ſi tu obſcurus. Quid ſi claritas ipſa te prodet, æquè lateribus eruet, & in apertum traher, promptius in luce notaberis. G. Famoſiſsima eſt patria. R. Non tam infamis eſſet Catilina, niſi tàm famoſa in patria natus eſſet. Caio etiam & Neroni alter infamiæ aceruus. Imperium acceſſit, & mundi natos in uertice fortunæ fauor extulit, quo latius noſcerentur. G. Nobiliſſima in patria uiuo. R. Multorum aut contemptui patens, aut inuidiæ: ſine altero in magna urbe uix uiuitur. illud tutius, hoc clarius malum, utriuſq; autem hæc ipſa quam prædicas natalis ſoli nobilitas cauſa eſt, tot inter oculos mille ſunt latebræ. G. Notiſſima ex patria ſum. R. Malim ꝑ te patria, quã tu propter patriam notus ſis, niſi uerò per te fulſeris, quid tibi lux patriæ præter tenebras allatura eſt? Multos habuit claritas magnæ urbis obſcuros, quos abũdè claros parui ruris obſcuritas habuiſſet. G. Inclita mihi patria eſt. R. Eſt qui ſuas ſibi laudes habeat tuaſque participet, quicquid benè geſſeris, prima quodamodo patriæ laus erit. Fuit qui Themiſtoclis gloriam Athenis aſcribere niteretur, qui planè pergrauiter, & ut talem uirum decuit, reſpondit: Cuius enim ſibi Seriphi anguſtæ & ignobilis inſulæ: quidam incola, inter iurgia obieciſſet, non enim ſua, ſed patriæ gloria clarum eſſe. Neque hercle, ait: aut ego obſcurus ſi Seriphus, aut tu ſi Athenienſis clarus eſſes. Non ſplendori patriæ, ſed uirtuti propriæ fidebat. uirilius planè quàm Plato, maior licet ille Philoſophus. Sed exiſtunt interdum in magnis etiam ingenijs, magni & mirabiles errores. Is ergo inter cætera, magnæ ſuæ fœlicitatis claritatem patriæ aſcribebat, ut enim totum noris, hac in parte excellentis uiri animum, aiebat Plato, ſe pro multis gratias agere. Rectè id quidem, modo intelligat, cui quibuſu'e pro donis gratiæ ſint agendæ, ille uerò naturæ gratias agebat. Primum quod hominem eum, & non mutum animal, quòd marem & non fœminam, quòd Græcum & non Barbarum, quòd Athenienſem & non Thebanum, deniq; quòd ætate Socratis, non alio tempore genuiſſet: ut ſcilicet eſſet, à quo doceri poſſet atq; inſtrui. Vides inter gratulandi gloriandiq; cauſas, ut Athenienſem quoque ponat originem. quid hic dicam, forſan expectas. Ego uerò & ſi de hoc uno ſermo ſit inſtitutus, quando tamen tanti uiri merito incidit, quid de hoc toto illius ſermone & alijs ſit uiſum, & mihi etiam uideatur, dicam ſimul. Scio quoſdam claros ac diſert[illegible]os incunctanter aſſerere, nihil unquam ab aliquo eſſe dictum delyrius, quorum in ſententiam, quin (ut dici ſolet) eam pedibus parum abeſt. Nam quid quæſo attinet his gaudere? quo enim quid ſi barbarus? quid ſi mulier natus eſſet? An' nõ multi Barbari, multis Græcis & uirtute & ingenio meliores extiterunt? an' non fœminæ aliquæ, & rerum gloria, & inuentione artium quibuſdam uiris optabiliores? quid denique ſi bos? quid ſi aſinus naſceretur? Quid ad hunc ipſum de quo loquimur Platonem, qui iam non Plato eſſet? ſed potius quod natura parens edidiſſet. Niſi forte Pythagoricæ credebat inſaniæ, è corpore in corpus animas commigrare, quo nihil unquam certè ſtultius: nihil impu-

dentius, nõ dicam à Philoſopho, ſed ab homine dictum fuit, nihil magis ueritati diſſonum ac pietati, nihil demum à quo religioſæ aures magis abhorreãt. Quid deinde? an Athenienſem naſci clarum adeò, ut non æquè clarum eſſe poſſet alibi Thebis etiam natum eſſe? An non Homerus & Pythagoras ipſe, & Democritus & Anaxagoras, & Ariſtoteles & mille alij alibi quàm Athenis nati clariqúe habiti, non minus quàm qui nati ſunt Athenis? Ac ne à Thebis abeam, quas ſpernere Graij ſolent: an non ſi ingenium quæratur Thebis natus eſt Pindarus? quem imitatione prorſus inacceſſibilem Flaccus ait. Si rerum claritas geſtarum, Liber pater atque Hercules tam famoſi, ut Alexander Macedo contemptor omnium fermè mortalium, illos duos ut altiſſimum atque ultimũ ſignũ gloriæ ſibi proponeret imitandos. Sin utrunque, nonnè recenti memoria, & penè ante oculos erat Thebanus Epaminundas ſummus philoſophus, ſummus dux, Græcorumqúe omnium recto ſub iudice omnis æui princeps? Hic eſt qui Lacedæmones penè funditus euertit, & Athenienſes Platonis ſic exterruit, ut eo mortuo quaſi ſummo terrore liberati, illicò ſe in luxũ ignauiamq; reſoluerent. Quo adhuc etiam apud Thebas florente, quot Athenis inertium & ſtultorũ millia fuerint, quis facile animo metiatur? Non igitur quod Athenis, ſed quod talis natus eſſet ac genitus, hoc eſt tali ingenio, taliqúe animo, tali denique & parentum indulgentia & rerum temporalium facultate, ut erudiri poſſet, & ad omne bonum opus inſtitui, gratias agere decuit, tàm anxiè doctum uirum, illi deo qui hæc ei dederat, Non Socrati, nõ Athenis, cuius in ſchola, & in qua urbe, quot & iniqui fuerint & indocti, opinari promptius ſit quam noſcere. Et ut urbem ſileam, habuit ſchola illa inter multos Alcibiadẽ & Critiam, illum patriæ hoſtem, hunc ſæuiſſimum tyrannorum, quibus quid præceptor Socrates contulerit, Plato ipſe reſpondeat, uel ſic intelligens, quàm inane eſt, quod terreni doctrina præceptoris diſcipulorum auribus inſtrepit, niſi gratia magiſtri cœleſtis aſpiret, ſine qua nihil omnino Socratem potuiſſe, quanquam Dei mendacis oraculo (ut prædictũ eſt) ſapientiſſimum iudicatum, inter duas tamen ſimul uxores procaciſſimas anus, ipſe, uel alius quãtum libet eum excuſet ineptiſſimè conuerſatum. Sed hæc & reliqua incidenter, præter unum illud quo Platonem talem uirum hac eadem uanitate glorioſæ patriæ implicitum fuiſſe cognoſceres, non ut magni comitis clypeo tuum tegas errorem, ſed ut accuratius illum uites, cui ſuccubuiſſe ſumma etiam cernis ingenia. G. Ampla in patria uitam ago. R. Multa ſunt amplæ urbis incommoda, diſtat templum, diſtat forum, illud animo nocet, hoc corpori, diſtant opifices atque amici, qua quidem nulla durior diſtantia, quos laborioſum uiſere, negligere inhumanum: audis ut de hoc queritur Flaccus:

Cubat hic in colle Quirini, hic extremo in Auentino, uiſendus uterq;.

Quocunq; ire decreueris, ceu peregrè profecturus domui tuæ diſpone, quando & an redeas incertũ, & ipſe reditus cum labore eſt. Sæpe etiam cum errore, ferro ac magnete iter agitur, hac eas facilius, hac rectius, hac curiam, hac theatrum uites, hac balneum effugias, hac macellum. Hi & mille alij ſunt urbium ſcopuli, inter quos nauigans domum tuam quaſi alterũ orbẽ petis, uix te ad illam peruẽtura ſperãs. Et hoc quoq; apud ipſum Flaccũ legis:

Vt Philippus orator. Domum dum redit foro nimium diſtare carinas. Iam grandis natu queritur.

Hæ paruo in oppido moleſtiæ ceſſant omnes, Quicquid quæritur iuxta eſt. G. E paruo oppido in immenſam urbem cõmigraui. R. E tranquillo portu procelloſum ſponte pelagus ingredi temeritas eſt. Nec minor, ideò quia loci euentus. Fecit hoc tamen & gens Claudia è Sabinis Romam petẽs, è Tuſculo Marcus Cato, ex Arpino Marius ac Cicero, ſucceſsitq; fœliciter. Sed ubi nam tales uiri? Non tutò quidem in exemplum trahitur, quicquid raris & ſummis ingenijs attemptatum eſt. Poſtquam tamen ſoluiſti funem omni ſtudio, inter difficultates enitere, inter alta conſurge, conſilio ceptum regens, quod hic boni dixerim, plures erunt ad uirtutes ſtimuli. Erunt fortè quos ad gloriam ſequi uelis, erit ubi te exerceas, ubi cum paribus poſſis de laude contendere, pudebitq; teſtium tantorum. Multis ſæpè quod uis animi non dabat, contulit uis pudoris, & ad ignauiam profligandam, ſæpè plus ſpectator ualuit quàm uirtus. Et hi hercle quorum proximè memini, & & accitus Curibus Numa Pompilius, Corduba profectus Seneca, Leptiqúe ueniens Seue

rus, multiq; alij ex alijs locis, ubiq́ue futuri magni uiri, ut aliquanto maiores Romæ eſſent, æmulatio uirtutis & illuſtrium copia exemplorũ præſtitit. Stude ergo quod unicũ bonum eſt, in hac tua cõmigratione, ne pereat, neu nil aliud migrãdo quæſieris, quàm ut te coràm pluribus nouæ patriæ fulgor nudet.

De origine generoſa. Dial. XVI. GAV.

ORigo generoſa eſt. R. Rurſum mihi redis ad ineptias, quid ad te? G. Propago uetus & glorioſa eſt. R. Alieno gloriari ridiculoſa iactãtia, auorũ merita nepotũ degenerantium notæ ſunt, nec aliud magis poſterorũ maculas aperit, quàm maiorum ſplendor ac gloria. Sæpè alteri cõmodũ uirtus alterius tulit: Veram laudẽ niſi de proprio ſumpſeris, ab alio nõ expectes. G. Magna eſt nobilitas antiquorum meorũ. R. Mallẽ ꝑ te alij quàm tu per alios noſcereris: uerũ age aliquid & tu, unde ſis nobilis. Nam & illi niſi aliquid egiſſent laude dignum, nunquã nobiles fuiſſent. G. Multa ſanguinis eſt claritas. R. Omnis propemodum ſanguis eſt concolor, ſicubi fortè alter altero clarior inuentus ſit, non id nobilitas, ſed ſanitas. G. Magna eſt claritas parentum. R. Quid ſi maior obſcuritas tua eſt? Corpus ſemper, & patrimonium ſæpe à parentibus accipitis, claritatem & qui habet, raro in filium transfert, & qui non habet, aliquotiens in filio illam uidet. Quãtum patre clarior Cæſar? quantũ obſcurior Aſinij cani filius? qui ſi per manus tradi claritas poſſet, quã clarus futurus eſſet, intelligis: Sed amare illum potuit pater, illuſtrare nõ potuit, infinitã ſuæ lucis eclypſim paſſus in filio. Sic quod pretioſiſsimum habet hæreditas, iuditio teſtantis eximitur, nec niſi de uiliſſimis rerum, eſt tanta illa ſolẽnitas teſtamenti. Mille ego nunc tales clariſſimorũ hominũ obſcuriſsimos hæredes enumerẽ, ſi uacet & ſi expediat, ſummã tenes. Ingens claritas gentis eſt. R. Nil tibi amplius ea claritas præſtabit, quã ut latere nequeas ſi uelis, ita in primis iucundiſſimũ tibi uitæ latibulum & ſecretus rerum trames eripitur: quicquid ages erit uulgi fabula. qualiter domi uiuas, & quid cenes noſſe uicinorũ ſtudiũ, & ueluti exploratores, ad te pater auuſque remiſerint, ſic totum rei familiaris arcanũ & quotidiani uictus ratio. quid cum filijs, quid cum ſeruis, quid deniq; cum uxore, & ad unum actus omnes, ac uerba de rebus licet minimis inquirentur, quoque altius ſtomacheris, ab his maximè quorum nihilo intererit. Hic igitur tuæ claritas eſt fructus, utq; ſi uel modicum aberres, dedecus gentis, & monſtrati deſertor itineris longè inexcuſabilis habeâre. Hoc eſt enim ſuũ ac ꝑpetuũ gentilitiæ claritatis, reliqua illa cõmunia undecũq; partũ decus infeſtãt, quoniã difficile eſt clara recõdere. G. Clariſſimè natus ſum. R. Stultè: claritas non naſcẽdo quæritur, ſed uiuẽdo, ſæpè etiã quod miraberis moriendo. G. In multa luce natus ſum. R. Turpitudinem caue. quæ obiectu lucis inſignior fit atq; cõſpectior, id ni feceris, in tenebris natum fuiſſe melius foret. Adulteri & fures, & omnis turpiũ cohors tenebras quærũt, ſola lucẽ nõ refugit, fœda hæc & falſa nobilitas, cognoſciq; appetit, cui unũ uitãdæ infamiæ conſilium ſit neſciri. G. Antiqua nobilitas eſt generis. R. Antiqua igitur uirtus fuit, ſine qua uera nobilitas nõ eſt. G. Peruetuſta nobilitas eſt. R. Vetuſtas nimia claritatem rebus eripit, & parit obliuionem. quot fuerũt nobiles familiæ, quarũ hodie memoria nulla eſt? quot tu ipſe florẽtiſſimas uidiſti, quæ paucis annis fermè ad nihilũ rediere? Vnde præſagiũ facias de his modò florẽtibus, deq; his nũc primũ erũpentibus caputq; tollẽtibus. Omnia tempus imminuit cõſumitq;. ſeneſcunt non modò familiæ, urbes, mũdus ipſe, niſi fallimur, ad extremum uergit. Tu qui uetuſtate gloriaris, uide ne gloriã ipſam uetuſtas extinxerit, neu iã radix aruerit, cuius floribus uis ornari. Omne quod in tempore oritur, cũ tempore occidit. Veſtra quoq; nobilitas tempore incipit, tẽpore deſinit. Et quã longa dies peperit, longiorq; auxerit longiſſima ſubruit. Fieri poteſt, ut quo te nobilem fingis eſſe deſieris, eſſes fortè nobilior, ſi ſerius incepiſſes. G. Inueterata nobilitas eſt. R. Inanis ambitio, nec ſuo merito, ſed aliorum obliuione ſubnixa. confuſa nempè ſunt omnia, & perplexa ſucceſſionũ ſeries, hæc inter tibi accidit, non nobilior ut eſſes ſed ignotior. Origo cunctorum una eſt, unus parens humani generis, unus fons uniuerſorum, qui uiciſſim modo turbidus, modo nitidus ad

unumquemque ueſtrum peruenit, ea lege, ut quod paulo antè clarum erat, mox obſcurũ fiat, & quod obſcurum, clarum. Ita non de fonte dubitatio eſt, ſed quibus alueolis hæc clari ſanguinis (ut dicitis) ad uos unda profluxerit. Hinc eſt ut qui heri arabat hodie militet, & qui per urbes medias ardentem cornipedem aureis habenis regere ſolitus ſuperbus inceſſerat, per ſqualentem campum pigros boues humili pugione ſollicitet. Verumq́; Platonicum illud: Libet opinari neminem Regem, non ex ſeruis oriundum, neminem ſeruum nõ ex regibus. Ita uerò uiciſſitudo hæc, & conditio ſtatuum humanorum, uariabilis atque inconſtans eſt. Vt iterabilis quoque ſit ſemel & pluries, ne mireris, ſi uel arator ad militiam, uel miles redeat ad aratrum. Ingens rerum mortalium rota eſt, et quia tractus eſt longior, breuis hũc uita nõ percipit: quod niſi ſic eſſet, & ligones regum, & agreſtiũ diademata, cernerentur: nunc hominum memoriam occupatam intentamq́ue alijs, tempus fallit & hæc eſt illa tota ueſtra nobilitas, qua tumidi elatiq́ue inceditis uanum genus. G. Auorũ clara proſapia eſt. R. Quouſque uagaberis, de te agitur. Tu mihi, neſcio quos in tuum locũ ſubſtituere niteris, qui pro ſe forte aliquid, pro te nihil, niſi ipſe tuis teſtibus cauſam inſtruxeris reſponſuri ſint. Proinde aui iſti uel proaui clari fuerint. tum ſcilicet, dum è uulgari acie uirtutum ſeſe alis attollere cœperant Ea nobilitas radix ultima. Sed perge altius, exquire acrius, proauorum attauos obſcuros inuenies & ignotos. Ad ſummam, hæc nominum atq; imaginum claritas, & perbreuis eſt, & quantulacunque eſt, tua certè non eſt. deſine igitur tuum nomen alienis obumbrare uirtutibus, ne uno quoque ſuum repoſcente, nudus ipſe de proprio rideare. G. Nobilis ſum. R. Quantũ ſit nobilior ruſticus uir fortis, quàm ignauus nobilis, ſcies cũ libraueris. Quantò ſit melius nobilitatem fundare quàm euertere, ſi exemplis eges, domi militiæq́ue affluunt paſſimq́; legentibus occurunt, ut per teipſum menſor cenſorq́ue reliquorum fias. Ex omnibus duo paria hominum expendiſſe ſuffecerit. altera igitur in lance Marium & Tullium, in altera horum aduerſarios, Aulum & Clodium cõſtitue: quo examẽ uergat & quantũ Roma cedat Arpino, quis tam cæcus ut nõ uideat? G. Nobilis natus ſum. R. Iam dixi. Verus nobilis non naſcitur, ſed fit. G. Inſignis nobilitas ſaltem iſta uulgaris à parentibus eſt relicta. R. Ipſa claritas non naſcẽdo quæritur, ſed uiuendo. Vnum hic quoque bonum uideo. Familiaria uirtutum exempla nõ deerunt, & domeſtici duces, quorum pudeat deſeruiſſe ueſtigia: id ſi labi ſinis, quid niſi famoſum & difficilè malum eſt nobilitas? Neſcio autem quomodo difficilior eſt ſuorum imitatio quàm exterorum: fortè ne uideatur hæreditariũ bonum uirtus, non libens dico, ſed res ipſa loquitur. Raro excellentis uiri filius excellens fuit.

De origine fortunata. Dial. XVII. GAV.

IN magna genitus ſum fortuna. R. Vitam ab inquietudine auſpicatus es, haud equidem impropriè tempeſtatem fortunam uocant nautæ. Magna ergo fortuna, magna eſt tempeſtas, magna uerò tempeſtas & conſilijs magnis eget & uiribus. Habes non lætitiæ materiam, ſed curarum. G. In ampliſſima fortuna natus ſum. R. Tunc fortè fœlicius, cenſes magno in mari, quàm exiguo in flumine natum eſſe: quod ſi nemo ſanus dixerit, quid perinde facilius habet naſci in palatio quàm in caſa? ubiq; ortos terra parens excipit. G. In magna fortuna natus ſum. R. Aduerſo ſydere ſoluiſti funem, quod ſi in tempeſtate dies acta eſt, cura ut nox te inueniat in portu. G. In alto natus ſum. R. Turbinibus rerum pates, latitãdi ſpe prærepta: ſcitum eſt illud Lyrici Poëtæ:

Sepius Ventis agitatur ingens
Pinus, & celſa grauiore caſu.
Decidunt turres: feriuntq́; ſummos
Fulgura montes.

Vt clarum fatear, in alto naſci nec tranquillum certè nec tutũ eſt altitudo quantalibet humana, per ſcipſam inquieta eſt perpetuoq́ue fremens tonitru: unde miror quid ita diſpliceat, Mœcenatis illud: Ipſa enim altitudo attonet ſumma. Nam alij hoc uerbo uſi ſint, cur ſolus ille reprehenditur? Nil præterea tàm altum, quod non & ſollicitudini & labori & inuſ-

diæ & pa-

dix & pauori & mœrori & in finem, morti peruium ſit. Et ſanè omnem faſtum eminentiāque mortalium, ſola mors in planum redigit. G. Alto & magno in ſtatu natus ſum. R. Iam primùm ex alto graues lapſus, & magna rara quies in pelago eſt, nec in imo præcipitium metuas, nec naufragium in ſicco. G. Principium fortunatum fuit. R. Finem reſpice, ut reliquis, ſic fortunæ ſuo multum licet in regno. quo fortunatius principium: eò finis eſt incertior. Non'ne uides ut res hominum turbinis more uoluuntur? ut quietum mare, tempeſtas turbida, lucidum mane, nubilus ueſper inſequitur? ut inter initia planum iter in confragoſum deſinit, ſic proſperitatis inſolentiam improuiſa calamitas: & lætiſsimæ curſum uitæ mœſta mors claudit, & ſæpè primordio diſsimilimus finis eſt. G. In alto cœpi. R. Vide ubi deſinas. Vita omnis à fine deſcribitur, & finem planè ſenties, qui principium non ſenſiſti. G. In ſumma fortuna editus ſum. R. Et ſeruorum filios in ſolio uidimus, & filios regum in ergaſtulis.

De lauto uictu. Dial. XVIII. GAV.

IN lautiſſima educor familia. R. Multum tibi hoc uidetur, parum eſt, eritque mox nihil. An ideò magis tibi, quàm duro agricolæ uermes parcent? an cibo molliore ueſcentur auidius? Non iocor tecum nec te terreo. Scis, et ſi fortè diſſimules te illi conuiuio præparatam eſcam, & forè iam cœnæ tempus inſtare, certè autem longius abeſſe iam non poſſe. Nam & breuis eſt lux, famelicique conuiuæ & quæ menſam inſtruit mors impigra: quid tibi nunc lautitiæ iſtæ profuturæ ſint uideris. G. Lautiſſimè ab infantia educatus ſum. R. O' peſſima pueritiæ rudimenta, neglectis bonis artibus, exquiſitis cibis & peregrinis poculis aſſuefactus à puero, præclariſſimam in ſpem adoleuiſtis. Sapores atque odores noſſe mirarique doctus eximiè, opiparas menſas et uaſa aurea uenerari, neque ſerò, ut uirorum fortium mos fuit, famem ſitimque cōmunibus lenire, ſed ambitioſa ſemper nauſea, & damnoſis ſtomachi ſarcinis mane illis occurrere, cum tot in heremo ſancti uiri eſurierint, tot in caſtris glorioſis duces parcè, ſobriè atque aſperè uixerunt. An ſi tibi gemmis atque epulis obſeſſo, hinc Curius, Fabritius, Cornucanus lecta ſuis manibus olera, cœnātes fictilibus, atque arantes ad ueſperam ieiuni, Quintius ac Seranus, aut poſt hos Cato Cenſorius Cos. in Hiſpaniam nauigans, unde triumphator rediit, non alio quàm quo remiges uino uſus, omnes notiſsimi hoſtes uoluptatis occurrerent: illinc Paulus atque Antonius fontis ad ripam miſſum cœlitus partientes panem, non uerecūdia ac dolore faucibus hæreret iners cibus: & attoniti guſtus titillatio illa lenteſceret? cogitares ab his uiris uictu tàm tenui tanque humili, labore gaudētibus, & ſeruatam patriam ſubactoſque nobiliſſimos reges ac populos & quæ uictoriarū difficiliſſima, eſt carnē propriā ac mundū & inuiſibiles hoſtes animæ debellatos, te inter āplas dapes ac ſuperbā requiē uili perdomitū uoluptate? G. Laudatiſſimus uictus eſt. R. Sentio, omne ſtudiū in eo eſt, ut ad fundū miſeriæ curioſitas fœda perueniat. Nihil eſt actū cibi ac potus elegātia, niſi accedat et copia, immò uerò redūdantia atque faſtidium. Nec ſuccurrit, ut Auguſtus Cæſar (q fortaſſis paululū te lautior eſſe potuerat) cibi, ſic enim de illo traditur, minimi fuit, & uulgaris ferè. Sileo quib. ueſci ſolitus, ne quaſi ruſticanus paterfamiliâs contemptui tibi ſit, interque phaſianos & ficedulas ac pauones tuos, illius principis ſecundinus panis, & caſeus bubalus & minuti piſciculi rideantur, At quantò melius phaſiani iſti ueſtri, & menſarum decus eximium, & gulæ ſumma fœlicitas, apud Colchon ſemper & Phaſidem latuiſſent, quam huc ad corrumpendum orbem noſtrū, & irritandas illecebras aduolaſſent. Quātò fuit honeſtior ætas illa de qua Naſo ait:

Piſcis adhuc illic populis ſine fraude natabat,
Oſtreaque in conchis tuta fuêre ſuis.
Nec Latium norat, quam præbet Ionia diues.
Nec quæ pygmeo ſanguine gaudet auis.

G. Vino fruor electiſſimo. R. Malè, ſed propriè ais fruor, hic enim eſt finis ueſter, ad hoc nati eſtis: quātò autē tutius ſitim ueſtrā uinū debile, uel lymphis debilitatū, ſiue purus etiā riuus extingueret. Certè princeps ille, de quo nunc loquebar, uini quoque parciſſimus. Nā

& id ſcribitur, fuit, ter non amplius ſuper cœnam bibens, dum in caſtris eſſet: uos ter decies ante cœnam bibitis, & in cœna centies, nec numero quãtitas cedit, & caſtra ipſis uinoſiora ſunt urbibus: nulla niſi ab ebrijs uel expeditio uel certamen. Non bibebat ille inter diu, uos diebus & noctibus non ceſſatis, Ille ſi ſitis urgeret, pro potione perfuſum aqua frigida panem, uel lactucula thyrſum, uel ſuccoſi pomi morſum, uel fruſtum cucumeris capiebat: at uos ſitim omni lenocinio aucupantes, illam uinis ardentibus & bibendo aliam ſitim parituris, extinguitis, dicam uerius, accenditis. Nec in animum uenit bibere uos ſanguinem terræ ac uenenum cicutæ, dum ſic uinum bibitis, ut Alexandro Macedoni ſcripſit Androcides. Quibus ſi ille præceptis obtemperauiſſet, profectò amicos in temulentia nõ interemiſſet, ut ait Plinius, nec ipſe inſuper tandem in temulentia perijſſet. Hæc eadem cibi indifferẽtis ac potus parcitas, in cunctis ferè claris ducibus atque principibus fuit, & in Iulio Cæſare ſingularis: quæ quantum ueſtræ ſit præferenda libidini, ſomnus ueſter, illorum induſtriæ & geſtarum rerum gloriæ collatus, inditio eſt. G. Lautiſſimo fruor uictu. R. Si honeſtis etiam rebus frui uetitum, quanto magis inhoneſtis ac turpibus: nec te pudet in eo quod ad caduci corporis ſeruitium ſpectat, immortalis animæ fructum ponis, Epicureum dogma, ſed infame olimquè reiectum, denique cunctis ex uoluptatibus, quæ corporeis ſenſibus obrepunt animæ, illas eſſe fœdiſſimas diffinitum eſt, quæ tactu guſtuquè ſeſe ingerũt, quòd ille maximè uobis cum belluis ſint cõmunes, & in belluinos mores rationale animal incuruent, quo nihil abiectius humana ſors patitur. G. Lautis & uarijs cibis delector. R. Et delectare & fruere, ſi nil melius noſti, ſi nil peius pudeat amore pecudis pabulo gaudere, aut re conditorium ferculorum fieri, & ſuum dolio munus eripere: deniquè ſic habeto, non poſſe te hanc quam probas uitam di pati, faſtidio eſt uicina ſatietas, ieiunium cibos condit. Nil niſi dulce ac ſapidum guſtat fames, nil tàm lautum, quod non nauſea reddat inſipidum ac ſordidum, ipſi etiam qui delectationi huic intendunt, appetitu & raritate illam acui fatẽtur, ut reliquas copia frequentiaquè contundi & in nihilum ſæpè & contrarium uerti. Ipſe demum profeſſor uoluptatis Epicurus, tenuem uictum, quaſi unicum ſuæ profeſſionis auxilium, & laudauit & coluit, quidquè ſobrietati ac modeſtiæ tribuunt honeſti uiri, hoc ille tribuit uoluptati. Vt quamlibet uiuendi uiam eligas, diuerſis finibus unum callem conuenire noueris, uno uictu utendum tenui ſemper ac modico, niſi quem honeſtis ex cauſis, rara fortè licentia ſed illæſa ſobrietate laxauerit. Victus hic, ſiccos & ualidos & aſpectu placidos facit, & odore corporis nec ſibi nec alijs moleſto: confer his madidos, æſtuantes, tremulos, olentes, & ut Ciceronis utar uerbis, confer & ſudantes & ructantes, tunc uidebis, quid inter frugalitatem interſit & crapulam. Et ſi non uirtus, aſpectus ipſe monſtrabit, recta quo nam uergat electio, ut uix ſit quiſpiam tàm gulæ ſeruus, qui acriter re diſcuſſa, non ſobrietatem longè illi præferendam fateatur. Si hæc ſpernis ut leuia, nunquid & morbos etiam hinc naſcentes, mortemquè contemnes? Quæ licet per ſeipſum magnis animis contemnenda ſit, naturaliter atq; honeſtè ſeu certè nõ turpiter inuecta, ſic turpibus cauſis accerſita morte, nihil fœdius nilq; formidabilius. An uerò non audis Eccleſiaſticum conſultorem: Noli auidius eſſe, inquit, in omni epulatione, & nõ te effundas ſuper omnẽ eſcam, In multis enim eſcis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit uſq; ad cholerã: Propter crapulam multi perierunt, qui autem abſtinens eſt, adijciet uitam. G. Lautis & multiplicibus utor cibis. R. Aſellum tuum ſi nimis præſſeris opprimes, ſi mollius paueris, calcitrabit. Venter uerò depoſitarius malæ fidei eſt, nõ inefficax conſiliũ uideretur ad omnes, & præſertim gulæ illecebras comprimendas exitũ contẽplari.

De conuiuijs. Dial. XIX. GAV.

Conuiuijs glorior. R. Lautus uictus uoluptatis, conuiuia ſunt furoris. quid enim niſi pompaticus furor eſt, multos diuites à negotijs honeſtioribus fortaſſis abſtractos, honorifico tædio unum in locum cogere, & multos uentres aut uacuos melius manſuros, aut ſuo gratius implendos arbitrio, exquiſitis & nociuis cibis infarcire, ubi ut uni morem geſſeris palato, multis tædio fueris atque faſti

uios?

dio? Raro enim inter conuiuas conſenſus cōuenit, uerumque deprehenditur quod ait ille:

Tres mihi conuiuæ prope diſſentire uidentur.
Poſcentes uario multa diuerſa palato.
Quid dem? quid non dem?

Quid des Flacce? Sed quid facias: niſi ut penitus nihil des, et hanc curam illis linquas, quibus nulla cura altior eſt. Agant quid libet: qui agere niſi aliud ſciunt. Nam ſi tres diſcordãt, quid centum facient aut mille? Vix ſine tacitis ſaltem abeunt lamentis. Hoc malè ſapuit, illud malè oluit, hoc præferendum fuit, illud gelidum, illud intempeſtiuum, hoc mœſto oblatum, hoc irato uultu: crudum illud, hoc lacerum, ille famulus ſegnis, hic præceps, hic ſurdaſter, hic contumax, hic clamore offendit, hic ſilentio, ille illotis uaſis aquam tepidam, hic uinum molle porrexit. His querelis non tàm aulæ quã urbe ſonãt & plateæ, nec immeritò: nam quid attinet iucundius domui ſuæ pranſuros precibus fatigare, aut quorſum & ſumptus inutilis, & ſuperuacuus labor atq; unā in atrium turba conueniens, niſi te uicinæ oſtentes: & quaſi de conuiuijs tuis pedeſter agas uoluptarium triumphum. Sic tubis cymbala concrepãt, utq; appareat pompæ omnia tribui, charitati nihil. Finge poſtridie unum aliquem conuiuarum tantulo egere, quanti ſua conſtitit paropſis, nunquã id à conuiuij domino impetrabit, nempè non id illi præſtitum, ſed ſibi. Quæ quamuis ita eſſe non ſit dubium, ſolent tamen ubi ad menſam ebrij deierant affirmantq́ue aliquid, percuſſis epulis, his fermè uerbis uti. Per hanc, inquiunt, quam ſimul facimus charitatem. quibus ritè reſpondeatur: immò uerò per hanc ebrietatem & hanc crapulam. Vera enim charitas demum eſſet, ſi ieiuni & ſicci, quæ in ueſtram pernitiem effunditis, in uſum pauperum uerteretis, tunc charitatem non impropriè iuraretis. nunc ad ueſtra conuiuia faſtidioſi diuites coguntur, famelici pauperes excluduntur, uobis ſcilicet æſtimantibus glorioſum claris hoſpitibus abũdare. Nec deeſt præter uulgus, fontem omnis erroris, auctor inſignis: eſt enim ut mihi uidebitur, ait Cicero, ualdè decorum, patêre domos hominum illuſtrium hoſpitibus illuſtribus. planè uir egregiè, qui referre uicem ualeant, ſed egentibus clauſas eſſe. Qua in re, haud indignè forſitan, notatum à Lactantio Ciceronem nouimus, qui profectò illud melius alibi, ſed eodem libro: Hoc maximè, inquit, officium eſt, ut quiſque maximè opis indigeat, ita ei potiſſimum opitulari. quod contrà fit à plæriſque, à quo enim plurimum ſperant, etiam ſi ille his non eget, tamen ei potiſſimum inſeruiunt. Benè nunc ais Cicero & uerè, nam & ita fieri debet, & à plurimis contrafit. Sed ut ad rem redeam, ſi querelis ac faſtidio conuiuarum uis carere, conuiuijs abſtine. Habent utcunque fortaſsis qui conuiuio interfuêre quòd arguant, quòd grauentur, qui hoc ipſum arguit, quòd conuiuio nòn interſit, non iam ille conuiua eſt, ſed impudentiſſimus paraſitus, cuius lingua non pluris extimãda quã gula eſt: quæ non modo non metuenda eſt, ſed optanda nõnunquã dicẽte Satyrico,

Nam quæ comœdia mimus, quis melior plorante gula?

Tales aliqui apud Comicos deſcribuntur, lætiq́ue riſum excitant, quid niſi coràm audiri gaudeant facere? Hæc denique ſumma eſt, conuiualem cenſuram, non conuiuando euaſeris, paraſiticos morſus ac rabiem ridendo et cõtemnendo fugaueris, non eſt ad quietẽ uia.
G. Conuiuijs uaco. R. Pulchrũ tibi ſtudiũ elegiſti: quid huic guſtui conueniat, quid illi, quibus aut compeſcenda fames ferculis, aut irritãda ſalſamẽtis. En præclarã utilemq; Philoſophiæ partẽ qs primus, quis ſecũdus, et quis tertius ingratũ ſtomachũ cibus premat, quis uini fumus cerebro gratiores nebulas effundat. G. Conuiuis delector. R. Sic accipiatur, ut uerbum ſonat, & ut ſenſerunt maiores noſtri nominis huius auctores non modò nõ arguã ſed laudabo. Dulce eſt enim & optabile & honeſtũ amicis cõuiuere, ſed cõmeſſatiõnẽ conuiuiũ appellatis, turpiſſimæq; rei pulcherrimũ nomẽ imponitis, quaſi uerò nõ poſsit cũ amicis uiui aliter, q̃ comedẽdo & bibẽdo, & nõ melius cogitãdo & loquẽdo cũ docto homine & erudito, ut ait Cicero ipſe, uiuere ſit cogitare, et nil pfectò ſit dulcius noto ac fido

colloquio amicorum. Nolite ergo rẽ fœdam pulchro uelo tegere, translucet enim, & ꝙ cõuiuiũ dicit̃, commeſſatio eſſe cognoſcitur. Audite potius apoſtolum Paulũ, clara uoce à malis uos, inter cætera à cõmeſſationibus & ebrietatibus dehortãtẽ, & uidete ne ad turpia nominum ſplendore rapiamini. G. Cõuiuia me delectant. R. Dic quod eſt, Comeſtiones, potationes, epulationes, uiſcerationes. Hæc ſi delectãt, accipere uilis tu, uilis rei debitor: at ſi dare, ſtultus tu, ſtultæ ſollicitudinis ſeruus es. G. Cõuiuijs gloriã q̃ro. R. Mos eſt ueſter quærere ibi, ubi quod quæritis nõ eſt. G. Spero gloriã cõuiuijs. R. Falſa eſt gloria, uerus error. Alexandrũ Macedonẽ cõuiuijs indulſiſſe uſq; ad funeſtam ebrietatẽ legimus, Luciũ Verũ uſq; ad profluuiũ amentis impensè flebilẽq; imperij iacturam. Quæro alios duos: quẽ mihi ſaltũ principẽ, quẽ ſobriũ regẽ his intentũ dabis? Nã Philoſophos ac Poëtas egregios memorare neceſſariũ nõ eſt, multoq; minus ſanctos uiros, & omnino omnes grande aliq̃d piumúe animo agitantes, q̃bus omnibus haud dubiè tota ea res infamis & inuiſa eſt. G. Gloria mihi apud uulgus, & multorũ gratia, ex conuiuijs eſt. R. Vilißimæ mercis ingẽs pretiũ, coquũ fieri, ut gulæ cõplaceas alienæ. Credo autẽ, ſunt quos gula urget, frenat inopia, his nihil eſt gratius, ꝙ aliena cura & impenſa, freno illo abſolui, quodq; ꝑ ſe nequeũt, ꝑ alios adipiſci. Qui hoc eis præſtant, clari apud illos dũ id faciãt & famoſi ſunt, finge deſinere, ſimul deſinẽt clari eſſe. Tandẽ ut ego quoq; iam deſinã, hæc ſumma eſt: Cõuiuarũ cõditio delicata eſt & querula lõgeq; difficilis. De paraſitis breuẽ accipe regulã, dũ illos affatim paueris rodẽt, arridebũt, plaudẽt manibus, laudabunt uirũ optimũ, liberalẽ deniq; Patriæ Patrẽ dicẽt, nihil ad ultimũ Graiæ adulationis omiſerint, de qua Satyricus loquẽs, adulãdi gentẽ prudentißimam, & comœdam nationẽ aſſeruit, & reliqua pueris quoque notißima. Sin aliquando ceſſaueris, ſiquidẽ ſpõtè, auarũ, ſordidũ miſerũ diffamabunt. ſin inopia homunculũ nõ malũ certè ſed ſtolidum & ineptũ, teq; tuamq́ue domum fugient ut Scopulum. Tunc intelliges illud Flacci:

Diffugiunt cadis cum fæce ſiccatis amici.

De his quidem loquitur amicis. ueri enim maximè in aduerſis hærẽt, & illas domos auidius frequentãt, quas fortuna deſeruit. His ineptijs hiſq́ue difficultatibus ut occurras in tempore, & cõuiuas tumidos, & ſcurras, aridos, horumq́ue omnium uoces & ſententias diſce contemnere, & ſic habeto, nihi loci recto eſſe iuditio, ubi totum uoluptati tribuitur, nil uirtuti. Caducum denique malis artibus partum nomen, eamq́ue uulgo quæ gloria dicitur, apud doctos infamiam eſſe non gloriam.

De ueſtitu cultuq; corporis. Dial. XX. GAV.

AT egregiè ueſtior. R. Quæ pura ſunt, nuda uideri amant: mos eſt fœda coloribus abdere. G. Exquiſitißimè induor. R. Pudebit cultus exterioris, quotiens quid eo tegatur cogitabis, inſana enim ambitio eſt, fimũ tegere purpura. G. Mundiſſimè ueſtior. R. Non audiſti quid ille uir fortiſſimus apud Criſp[um] dicat: Munditias mulieribus, laborẽ uiris cõuenire. G. Veſtitus inſignis ac [nobi]lis eſt. R. Superbiæ uexillum niduſq; luxuriæ. G. Veſtis ſingularis ac inſolita eſt. Non obijciã tibi ſacros, pauperes, ſeminudos & rigidis atq; hirſutis togis hibernũ frigus arcentes, ſcio quidẽ, quòd peccatrix opulentia, ſanctã ſpernit inopiam. ille idem ditiſſimus hominũ, Auguſtus cuius altercatione retro tertia memini, ueſte nõ temerè alia quã domeſtica uſus eſt, ab uxore et ſorore & filia neptibuſq; confecta. nã & hoc quoq; de illo ſcriptũ eſt. Sic ille cunctorũ dominus, paucas quidẽ, ſibiq; iunctißimas fœminas fatigabat: tu fortaſſis aliorũ ſeruus, diſiũctißimas fatigas gẽtes, tibi nent, tibi pectũt, tibi texũt Belgæ, tibi Perſæ, tibi Seres, tibi Indi, tibi Tyrius murex natat, tibi fragrãs bacca hiſpidis pẽdet arbu[ſ]culis, tibi oues albicant Britãnicæ, tibi Indica ſandix rubet, uterq; tibi ſudat occeanus, *Auguſto* aũt uxor et filia ſororq; cũ neptib. Eouſq; decreuit uirtus creuit ſupbia, ſic cõtrario delectatis exẽpla

tris exẽpla

tis:exempla modeſtiæ uixerunt. In uictu igitur ac ueſtitu multi optimo principum contempto, poſt peſſimos abiêre, Caium dico, & reliquos, quorum neutri à tergo, nec ciuilis unquam, nec uirilis, nec Romanus certè, nec humanus, ſed inſanus & nūc fœmineus, nūc diuinus, ab omni autem parte profuſus atq; monſtrificus cultus fuit. G. Exquiſitiſſime induor. R. Operoſior ornatus & ſuperſtitioſæ curæ intentus, formoſis formæ gratiam imminuit, & fulgore ſuo deformium mendax prodit, oculoſq; prætereuntium ad ſpectandum excitat, itaq; nulla re peius ſibi cõſulit deformis homo, quàm dum formoſus uult uideri. Veſtis inſignior cultuſq; corporis, qui ad formam quæritur, riſus mouet. G. Electiſſimis coloribus exornor. R. Natura rerum humana arte nõ uincitur, ſæpè etiã quaſi indignãs ſe tentari, quo maiore niſu præſumitur tegiturq;, eò magis ac magis attollit eminetque, natiuam mortalis corpuſculi fœditatem, nec colores alterant nec odores, quin aut magis conſpectam efficiunt aut ſuſpectam. G. Pretioſis ac uarijs ornamentis ambior. R. Pone in pheretro aureo pallidum cadauer, gemmis illud oſtróque circunda, quo plus ornatus eſt, plus erit horroris. Neu quod loquor ad iniuriam trahas, origo nominis inquirenda eſt: ſiquidem à cadendo dicitur cadauer, cur non ut mortui, ſic uiuentis rectè dicitur? Nempè illud cecidit, hoc caſurum eſt caditq; continuè. G. Nouus & inſolitus cultus eſt mihi. R. Non eſt locus ut defleam, ut que execrer ludibria hæc habituum externorũ, quos uobis ab extremis mundi finibus, furibũda præſens ætas intulit: ſed Dij hominesq́ue male oderint has belluas humana effigie, ferino animo, lingua latina, barbaricoúe habitu, compto fœmineam ad mollitiem capillo, moribus ad aprinam duritiem horridis atq; incultis, hinc obſcena corporum impudentiſſimè detegentes, illinc mẽtium leuitatem, uano uertice uolucrum plumis extantibus aptiſſimè deſignantes. An uerò tam uigiles magiſtri, an tam dociles diſcipuli plus odij mereantur in dubio eſt, quorum ingenijs effectum uides, ut inter mimos duceſque, inter ſcorta & matronas, propè iam nil interſit aſpectu: nec dũ ſiſtit, ſed indies ſerpens creſcit & uariatur inſania.

De ocio & quiete. Dial. XXI. GAV.

Ocium quieſq́ue à laboribus obtigit. G. Duo humanæ uitæ bona gratiſſima niſi uſus immodicus, mala illa grauiſsima fecerit, quod multis fecit, & totidẽ corporis atque animi peſtes, tumorem corpori parientes animoq́ue rubiginem. G. Ocio fruor iucundiſſimo. R. Vtor dic, nulla hic re fruendũ, ſed utendũ multis, habet doctrina ſalubrior. G. Delectabile ocium eſt mihi. R. Refert multum hoc ipſum ocium quale ſit: duas nempe ſpecies ocij diffiniũt, Operoſi alteram, atque ipſa in requie laborantis, ac circa honeſta ſtudia ſolliciti, quo nil eſt dulcius. alteram inertis & languidi & ſolam requiem complexi, quo nil fœdius, nil ſimilius eſt ſepulchro. De primo igitur ſæpè magna quædam opera & mundo utilia, & ſuis auctoribus glorioſa proueniunt. de ſecundo autem nihil unquam, niſi inglorius torpor ac marcidus. Primum illud ritè philoſophantibus, hoc ſecundum pigris uentri ſomnoq́ue deditis peropportunũ, ubi nullo interpellante, edant licenter ac dormiant. G. Optata perfruor quiete. R. Quies illa qua perfruendũ erit, nullũ finẽ habitura, nõ eſt hîc. uide ergo, qua gaudeas quiete. G. Quietẽ optatã reperi. R. Quietẽ dicis, an accubitũ uis dicere? an ſomnũ, quem mortis cõſanguineũ Poëtæ quidã, alij mortis imaginẽ dixêre: utriq; perpropriè. G. Dormio & quieſco. R. Atqui & eũtes ſæpè animo quieſcũt, & ſedẽtes iacentesq; animo laborant. et ſomnus ipſe animaliũ quies dictus, ſuos habet abditos dolores uiſionũq; ac phãtaſmatũ turbidos tumultus, atq; horribiles. de quo Deũ familiariter alloquens ſanctus & afflictus uir ille quæritur. G. Ocioſus in thalamo requieſco. R. Vter quæſo putas dulcius quieſceret, an Vacia ſuo in rure dormiẽs, an Scipio in Aphrica cũ hoſtibus pugnans, Cato cũ anguibus, Regulus cũ utriſque? Nec quies ſine gaudio, nec ſine uirtute uerum gaudiũ eſſe poteſt. G. Reiectis laboribus grato, recreor ſopore. R. Labor eſt materia uirtutis & gloriæ, hãc qui reijcit illas reijcit: cõtrà, uitij & infamiæ materiæ ſopor eſt nimius, qui multos ad perpetuũ ſoporẽ urget atq; præcipitat. fouet ille libidinẽ, corpora ꝑgrauat, ener

uat

uat animos,fuſcat ingenia,ſcientiam minuit, memoriam extinguit, parit obliuionem. Non
ſine cauſa inſomnes induſtrijque laudantur,ſomno non laudatos cernimus ſed inflatos,
proinde ut ſomnum quidam mortem dicunt,ſic uitam alij dixêre uigiliam. Inter mortem
uero & uitam,uide quid eligas,uigilandum certè quod ſapientibus placet,ad hoc ſaltem,ut
longior uita ſit. G. Longo & minimè interrupto fruor ſomno. R. Benè ſi non curis
mordacibus,auaritia,ambitione,mœtu,mœrore,aut amore impio: Malè autem ſi non ho-
neſti ſtudij cura,cuiuſpiam ſopor abrumpitur. Profectò populis ſtertētibus uigilāt reges,
ſopitoque duces uigilant exercitu, quod & res docet,& Ilias probat Homerica: nobiliori
bus animis curæ uigiles impendent,ſed ſobriæ ac ſalubres. Auguſtum Cæſarem principum
maximum atque optimum,ſomni breuis accepimus,eiuſque etiam crebrius interrupti: tu
contrario gloriaris? G. Profundè dormio. R. Et guloſi & libidinoſi & iracundi, bru
tis animantibus, uiuis tamen,ſomnolenti ac ſopiti duntaxat mortuis comparātur : et quod
ad illā partē temporis attinet,nihil differre fœlices à miſeris, Philoſophicam ſcis eſſe ſenten-
tiam. Iure igitur ut pars illa pro uiribus euitanda, quæ ſolā inter homines differentiā linquit,
ſic ſectanda contraria eſt, nihil difficultatis allatura uolentibus. Si pro leui enim gloria, aut
lucro exiguo,& bellatores & mercatores & nautæ,totis ſub diuo noctibus peruigilant, il-
li quidē inter hoſtium inſidias, hi quolibet hoſte peiores inter fluctus ac ſcopulos, tu pro-
pter ueram gloriā lucrumq; ingens,inter Dei laudes ac libellos tuos,partē noctium uigila
re non poteris? G. Vigilijs defeſſus,ſomno totus incubui. R. Sic eſt,non mutatis ſti
lum, cuncta ferè uno modo agitis,& quæ Deus ipſe uel natura,uel ars aliqua uobis ad ob
ſequium dedit,in ueſtrum dedecus damnumq; conuertitis,potū cibumq; ad ebrietatem &
crapulam, ocium & quietem ad ſomnolentiā & marcorem, ualitudinē ad uoluptates,for-
mam corporis ad libidinē,robur ad iniurias,ingeniū ad fraudes,ſcientiā ad ſuperbiam,elo-
quentiam ad diſcrimen,domicilium ac ueſtitum ad pompā inanemq; iactantiā. Opes ad a-
uaritiam & luxū,prolem et coniugium ad mœtum & ſollicitudinem immortalem. Ite nūc,
ſtupete, & quærimini de fortuna, & malis ueſtris ingemiſcite,de bonis mala facitis, deque
cœleſtibus donis compedes uobis ac laqueos & uincula animæ conflatis. G. Somno
placido delector. R. At non modo reges & duces & principes & Philoſophi & poetæ,
inſuper & familiarum patres uigilant ac nocte conſurgunt,quod ad ſanitatē atq; œcono-
miam & philoſophiam utile ait Ariſtoteles,ſed fures etiā & inſidiatores, quodq; eſt mirabi
lius,inſani etiam amatores, quos ſuarum mulierculārū memoria & deſiderium excitat:tu
uerò non uirtutis amore,ſomnum oderis uitijs amicum,utque eleganter ait Flaccus:

Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones.

Teipſum ſerues nō expergiſceris? Pudeat ſemper tantū in uobis poſſe turpes cauſſas & nil
poſſe pulcherrimas. G. Nullo uſquā interpellāte totis noctibus quieſco. R. Videt
quidē Ariſtoteles, quod ſuperius attigi,ita uitā hominis partiri,ut dimidiam partē ſomno
tribuat,dimidiamq; uigiliæ,dum pro parte dimidia non differre ſtudioſi uitā ait à ſtulti uita.
Et ſiquidē , pro ſomno noctē,pro uigilia diem uult intelligi,recta fateor ac uera eſt diuiſio:
æquis enim partibus tempus inter ſeſe diuidunt. at ſi ſic accipitur,æquas ſpatio inter partes,
differentia certè alia ingēs eſt. Nulla enim acrior,nulla altior cogitatio quā nocturna, nulla
pars temporis ſtudentibus aptior. Si aūt ſomnū ipſum dimidiā tēporis partē dicit, mirabile
dictū eſt,ex ore tā ſtudioſi & tàm docti hominis:abſit enim ab anima benè inſtituta & ſtu-
dijs intēta,dimidiū tēporis dormire,cū quātū ſuffecerit quibuſdā et tertiū uoluptuoſis quo-
que ſufficiat. Noctu quidē ſurgere qualibet anni parte conſiliū eſt,abſit ut noctē non hiber
nā modo,ſed æſtiuā totā dormiant,qui grāde aliquid moliūtur. Cæterū ſemel illam fregiſ-
ſe ſufficiet fortaſſis, quodque uigiliarum anticipatum erit, breui ſi res poſcat meridiana ui-
ciſſitudine reſtaurari poteſt. At brumalis horæ noctis ſæpius rūpendæ,pſallendū , ſtuden-
dū,legēdum,ſcribendum,cogitandū,contemplandū,quærendū,ingenio noui aliquid ſem
per & quod ſtudio quæſitū fuerit memoria repetendum. Audiēdus quoque eſt Hierony
mu ad Euſtochiū ſcribēs:Noctibus bis terq; ſurgēdū inquit, reuoluēda de ſcripturis quæ
memoriter retinemus. Deniq; his ſtudijs fatigati, oculi alternò ſopore recreandi erunt,ne

totis

toris noctibus dormiendo, culcitræ incumbendo, ſepulta cadauera uideamini motu crebro atq; honeſto uos uiuos & uirtuti deditos comprobare.

De ſuaui odore. Dial. XXII. GAV.

SVauibus delector odoribus. R. Hi uel uictui uel ueſtitui ſubſeruiunt, de quibus quid ſententiam audiuiſti. G. Odoribus ſtudeo. R. Odorum alij gulam, alij libidinem irritant. Horum appetitus incontinentiæ notam ſubit & præſertim uehemens. alij propter ſeipſos expetuntur, horum ſtudium non turpitudinis nempè, ſed uanitatis arguitur Vnde eſt ut muliebrium unguentorum odor aut dapium, quàm florum turpior aut pomorum ſit, eadem ratio eſt earum delectationum, quæ auribus oculiſque percipiuntur. Si unquam Ethicis applicuiſti animum, noſti hæc, neq; te nũc doceo, ſed notæ ueritatis ad memoriam retraho, ut huius generis oblectamenta uideas uel fœda eſſe, uel leuia. G. Odoribus operam do. R. Bonæ utinam famæ, cuius odor bonus quoque dicitur, maluſquè maior multo latiuſq; ſenſibilis, quàm aromatum ſi terantur, aut ſulphurum ſi crementur. de his odoribus non nares ſed mens iudicat. G. Bonis odoribus delector. R. Si ſenſui pares & uoluptati inhias, ut dictum eſt, aut obſcenum, aut inane, ſi ualitudinis curam geris, excuſabile, modò condimentum rerum omnium, modus, adſit. Confortat enim tabeſcentem ſpiritum odor leuis, ſed ad omnia ualet illud Comicum: Ne quid nimis. Eſt autem ut in multis, in hoc quoq; naturarum uarietas infinita, non ſolum inter hominem atque hominem, ſed inter gentem etiam ac gentem. ſiquidem uera fama eſt, quanque magni non reſpuunt auctores, gens quæ Gangis fontem accolit, omnis cibi expers; ſolo mali ſiluestris odore alitur, peregrè profecturi, nil niſi bonum illud malum, ac uitale circumferunt, tàm fœtoris impatientes, ut ſicut eos purus nutrit, ſic infectus odor interimat: delicata complexio, quæ ſic uiuat & pereat. Hinc gens, omnis ad ortum ſolis obuerſa cœliq; mollitie delinita, ut ciborum negligẽtior, ſic egẽtior atq; appetentior eſt odorũ, & inde nimirum hæc primũ curioſitas uos inuaſit. Aſſyrij, Arabes & Sabei, ueſtris armis edomiti, ſuis uos odoribus domuère, quibus aliq; diù rigida patrũ, & inuicta ſobrietas obſtitit, uſq; adeò, ut D L X. anno Vrbis conditæ graui edicto à Cenſ. caueretur, nequis in urbẽ ipſam unguenta externa cõucheret. Nõ multo aũt poſt, modernorũ uitijs, ut aſſolet, ueterũ ſcita rũpentib. in Senatũ ipſum, edicti talis auctorẽ, uictrix laſciuia penetrauit. G. Libẽter bene oleo. R. Peregrini odores, atq; omne artificiũ benè olẽdi, proprij naturalis nõ boni odoris argumenta & latentium ſunt ſigna defectuum: ob hoc ipſum atq; ob illam, nedum uiro, ſed ne honeſtæ quidẽ fœminæ dignam curã ſolita ſenſum uiri fortis offendẽre. Meminiſti adoleſcẽtis illius, qui dũ ut erat unguẽto illitus, pro collata præfectura. Veſpaſiano principi gratias acturus, ante eum ſtaret, ille hauſto mox odore ſubſtomachãs acri ſupercilio, uoce aſpera: Mallẽ, inquit, alliũ oboleuiſſes: ſic increpitũ ſine honore inhibitis ſeu reſciſſis iã cõceſſæ gratiæ literis, benè olidũ dimiſit. Ita cũ ſemper dedecori ſint odores huiuſmodi, interdũ etiã damno ſunt, maximè ubi morum grauis ac maſculus Cenſor ſit, quodq; quibuſdã fuère periculo. nã & illud noſti: Vt Plãtius ſenatorij uir ordinis, triumuirali proſcriptione, metu mortis, Salernitanis latebris abditus, unguenti proditus odore, ſibi quidẽ perniciẽ, proſcriptoribus aũt ſuis excuſationẽ ſæuitiæ quæſiuit. Nã quis nõ iure ceſum diceret eũ, qui eo tẽpore Reip. tantoq; in ſuo priuato diſcrimine unguẽta, etiam nunc oleret? G. Artificioſis odoribus aſſueui. R. Deſueſce ſi conſiliũ meũ uis, turpius eſt enim artificioſis quã ſimplicibus aſſueuiſſe. Omne qđ turpe eſt, quò artificioſius, eò fit turpius: honeſtatis ornamentũ ars, inhoneſtatis eſt cumulus, adde qđ & fœdius hodie quã olim, quãuis enim Roma, ut dixi, et quã Græcorũ Romã propè dixerim, Lacedæmõ, huic peſti ex Aſia uenienti, quaſi armatæ hoſtiũ legioni ferreis moribus atq; edictis obſtiterint, ad extremũ tamẽ mollis unguentorũ ſimul uictorũ acies fefellit, excubias in Europã trãſijt, & fortiſſimas gentes uicit. Et quoniam ſingula proſequi longum eſt, ex unius aſperrimi atq; laborioſiſſimi uiri mollita duritie, de reliquis coniecturam facito. Siquidem in medio bellorum aeſtu, ille inuictus ac barbatus, cruento cum exercitu unctus eſt Hannibal, penetrabilia unguenta, ſed penetrabiliora ſunt uitia, Itaque eneruati ducis ac militum, quorum tam ſtu

penda primordia fuerant, qualem decuit exitus fuit. quo effectum eſt, ut cum multum Africani ſemper, uirtutibus, Hannibalis tamē unguētis aliquid deberetis: expediebat illis ut ſicci eſſent, uobis ut ungerētur. Ex illo ſane multis ſæculis ſic iſte mos inualuit, ut labor ſtuporq; ſit legere, quæ de hac re in utriſque literis ſcripta ſunt. Et quid pluribus moror? Vſq; ad illius pedes, quo nil altius unguentum uenit, quod ipſe, qui omnem mollitiem animorum, atque omnes illecebras uoluptatum extincturus aduenerat, paſſus eſt, non unguento quidem, ſed pietate delectatus ac lachrymis offerentis. Iam uerò pedetentim uſus hic abijt, ut cum in multis ætas ueſtra maiorum gloriæ impar ſit, in hoc excellere uideatur, quod unguentaria non eſt, & qui his capitur, non communi temporum, ſed proprio quodam animi uitio laborat. G. Bonis odoribus illicior & delector. R. Fieri non poteſt, quin quæ delectabilia ſunt natura & illiciāt, dū præſentia ſunt delectēt: Sapiētis Hebræi dictū eſt: Vnguento & uarijs odoribus delectatur cor: quamuis unguento quidem non tam mihi delectatio uideatur ineſſe, quàm faſtidium: ſed ut inſit odoribus, meo certè conſilio, abſentibus reſiſtendum contemptu & obliuione, præſentibus utendum modicè, neq; ullum his ſtudium impendendum, ne te uel tacitus, ultimarum uiliumq; rerum mancipium fateâre, Neue hunc articulum longius traham, inhoneſtis odoribus, ut rebus omnibus uirilem effœminantibus animum uetitis ac ſecluſis. In reliquis Auguſtini ſententiam amplector, de illecebra odorum inquit: Non ſatago nimis cum abſunt non requiro, cum adſunt non reſpuo, paratus eis ſemper carere. Idem fac ne quando bonis odoribus male oleas, aut odioſis munditijs odioſus ſis.

De cantu & dulcedine à Muſica. Dial. XXIII. GAV.

CAntu delector ac fidibus. R. Ah quanto melius lachrymis atque ſuſpirijs: Præſtat enim flendo ad gaudium quàm gaudendo ad gemitum peruenire. G. Cantibus ſoniſq; permulceor. R. Et ferè cantu falluntur & uolucres, illud mirabilius, muſica quoque dulcedine piſces tangi. Nota tibi Arionis ac Delphinis eſt fabella, tàm pro uero habita, ut ipſis animalibus ſit inſerta, multi quidē ſcriptorū illuſtriū meminêre miraculi, elegātius nemo quàm Herodotus Graiæ pater Hiſtoriæ. Aſtipulantur imagines æneæ, illic ubi e tanto periculo incolumis primum terris appulſus eſt, natantis piſcis tergo inſidens fidicen. Ad hæc Sirenes cantu fallere creditū, illud uerò non creditum ſed compertum, ut quotidie blandis uerbis homo hominem fallit, & ad ſummam, nihil ad fallendum uoce apertius. G. Muſica ſuauitate delinior. R. Et aranea, ut aiunt, antequàm mordeat, & medicus linit antequàm feriat, & auceps & mulier quem fallere uult delinit, & prædo quē perimit, & polypus quē demergit amplectitur, et quidā peſſimi hominū nūquam terribiliores ſunt, quàm dum ſe geſtu & uoce leuiſſimos oſtendūt, quod in primis de Domitiano principe lectū eſt. Vix ulla eſt ſine ſuſpitione delinitio. G. Cantu gaudeo & exaltor. R. Caue, nam ſcriptum eſt: Extrema gaudij luctus occupat. Et rurſus: Ante ruinam exaltabitur ſpiritus. G. Cano dulciter. R. Neſcis an ultimum, Ipſe prædulciter morti proximus olor canit: plures enim gaudio quàm triſtitia periêre. Solito dulcius canentem inter ipſa ſoni ſuſpiria expiraſſe, recēs fama eſt. G. Cātu ac tibijs delector. R. Non immeritò quidem, ſinguli enim dies te & horæ & momenta ad ſepulchrum uehunt, quo cum cantu ferri ueſter etiam nunc mos eſt, antiqui & tibijs efferebantur: Vnde illud Statij Pampinij:

Tibia cui teneros ſuetum producere manes.

Tibi utraque funeris pompa placet, illuc te licet ire non ſentias, abſque ulla requie properanti. G. Cantu moueor. R. At quid refert: eſt haud dubiè in animis hominum ingeneroſis maximè potentiſſima muſica, ſed effectus ſupra fidem uarij. Vtq; omittam, quibus res non eget, hos ad lætitiam inanem, hos ad ſanctum & deuotū gaudium piaſque nonnūquam lachrymas mouet. Quæ uarietas, in diuerſas ſententias magna traxit ingenia, nempè Athanaſius uanitates fugitans, canēdi uſum in Eccleſijs interdixit, Ambroſius pietatis exercitium appetens, ut caneretur inſtituit, Auguſtinus utrunque ſe paſſum, & difficile hinc ſibi negocium dubietatis exortum, inter confeſſiones ſuas piè meminit. G. Delectat canere.

canere. R. Graia olim delectatio, nunc & ueſtra, apud illos quidem cantus ac fidium ignarus quiſquis eſſet, indoctus habebatur, quod Themiſtocli Attico Græcorum clariſſimo, eò quod lyram in epulis recuſaſſet, accidiſſe: Epaminundam uerò Thebanum, hanc fortaſſis infamiam declinantem, præclarè fidibus cecinisſe, auctor eſt Cicero. Mirum & Socrates talis ſenex, fidibus operā dedit, ne miremur Alcibiadem, ab auunculo Periclæ tibiæ ſtudio traditum, apud illos honeſtiſſimo, ut inter liberales artes, hanc quoque condiſceret. Sed uerecūdum pueri laudemus ingenium, qui cū ab inſigni tibicine, ad idipſum accito oblatas tibias ori applicuiſſet, & collecto ſpiritu genas inflaſſet, animaduerſa deformitate uultus erubuit, atque obiectas tibias aſpernatus fregit, meruitq; licet tenera ætas exemplo eſſe, ut totius populi conſenſu, ex tunc Athenis tibiarum uſus obſoleſceret. Ad uos ſi non illud ardens muſicæ ſtudium peruenerit, omnium principum mentes occupaturum, occupauit tamen aliquorum animos peſſimorum maximè, Gaius quippè cantandi ſtudioſiſſimus ſaltandiq́ue fuit, Nero quantum cytharæ ſtudio deditus fuerit, & quantam curam uocis habuerit, incredibilē dictu eſt. Id enim uerè ſtultum penituſq́ue ridiculum, quod nocte illa quæ ſibi uitæ ultima, mundo autem reſpirandi uel modicum prima fuit, inter quærelas quas uicina mors, & præſens mœtus dolorq́ue dictabant, illud crebrius atq; miſerabilius defleuit, non quod tantus princeps, ſed quod tantus muſicus periret. Mitto alios, ad hanc ueſtram quæ nunc agitur ætatem licet paratior, uenit tamen aurium uoluptas, qua caſtè ac ſobriè delectari humanitas quædam, capi autem & molliter inuiſcari uanitas multa eſt. G. Suauibus uocum modis cū delectatione detineor. R. O ſi audires ſanctorū ſuſpiria, ô ſi hinc aures tuas damnatorum gemitus & lamenta præcellerent, hinc beatorū iubilus & cantus angelici, atq; illa cœleſtis harmonia (quā Pythagoras ponit, Ariſtoteles euertit, Cicero noſter inſtaurat, tibi aūt pietas fideſq́ue ſuggerit, eſſe ibi perpetuas ac prædulces uoces, & ſi nō cœlorum ac cœleſtiū incolarū, primā illam & æternā cauſam ſine fine laudantiū) ſi hæc inquàm, omnia tuis auribus inferrentur, quam clarè diſcerneres, quis concentus dulcior, quisúe ſalubrior: nunc ſurdo ſenſui, ſoni iudiciū comittis, de quo hactenus parua quidē res nonnullis fortè uidebitur, magnos tamen uiros exercuit. Nec ſine cauſa diuini Plato uir ingenij, muſicā arbitratus eſt ad ſtatū ſiue correctionē morū, Reipub. pertinere.

De choreis. Dial. XXIIII. GAV.

CHoreis gaudeo. R. Mirabar niſi fidium cātus & tibiæ choreas ſuſcitarent, & præſcripto de morte uanitatem, uanitas ſequeretur, uerum maior multoq́ue deformior. Ex cantu enim dulcedo aliqua, & ſæpe utilis ac ſancta percipitur, ex choreis nihil unquam, niſi libidinoſum ac inane ſpectaculum, honeſtis inuiſum oculis, uiro indignum. G. Choreis cupidè interſum. R. Corpus animum tegit ac detegit manuum iactatio, pes mobilis, oculus uagus ac petulans, tale aliquid arguunt in animo eſſe, qui non cernitur: itaq; cauendū ualde eſt modeſtiæ cultoribus, nequid effœminatū agāt aut loquantur, occulti enim affectus, & pectorū latebræ, ſæpè paruis indicijs pateſcunt. Motus, ſeſſio, accubitus, geſtus, riſus, inceſſus, ſermo ſigna ſunt animi. G. Dulcedinē quandā ex choreis capio. R. O dulcedo ridicula. Finge enim te choreā cernere, nec tibicinē audire, atq; ita ſtultas mulierculas, & uiros mulierculis molliores in ſilētio circūferri, redire, ineptire, quid quæſo unq; abſurdius aut delyrātius uidiſti? nūc motus inconditos, lyræ ſonus aut tibiæ, hoc eſt amentia una aliam regit. G. Choreis delector. R. Non tam ibi delectatio præſens eſt, quàm ſperatæ delectationis auſpicium, Veneris præludium illud quidem, ſono ſtupidas ac miſellas circumducere, atque urgere & ſtringere, ac ſpecie urbanitatis atterere, liberæ ibi manus, liberi oculi, liberæ uolant uoces, pedum ſtrepitus, & multorum cantus diſſoni, & tubarum clangor, concurſatio & puluis, & quæ ſæpe ludo additur, hoſtis pudicitiæ & amica ſcelerum, nox ipſa hæc ſunt quæ timorem ac pudorem pellūt, hi ſunt libidinum, hæc laxamenta licentiæ. Et hæc eſt, ne me falli facilem putes, illa delectatio, quā ſimpliciter & uelut innocuè, chorearum appellatione profitemi-

profitemini, & ludi tegmine crimen obnubitis. Et ſi enim ſolos & inter uiros, ſeu ſolas inter fœminas hæc nõnunquam fiant, illic tamen ſeparatim exercentur, quidue congreſſi iterum acturi ſint, ſimul diſcunt, ceu diſcipuli qui magiſtro abſente, quid eo reuerſo, loqui debeant meditantur. Tolle radicitus hanc ſpem ingenioſam atque improbam, tolle libidinem, ſuſtuleris & choream. Crede mihi cum Dauid rege, nemo ante Dominum ſaltabit, ne quem forte ſua uxor irrideat, cum tamen nullus irrideatur ante dominum ſaltans ſiue etiam pandurizans. G. Delectabiles ſunt choreæ. R. Sententiam meam tenes, ſi delectant, propter aliud delectant, per ſe enim tota quidem inſulſa res eſt, & plus tedij allatura quàm gaudij. Nam quid omnino eſt aliud in gyrum uolui, quàm excire uertiginem, & ſine termino uiam ire inter locales ſeptem motus, quos Plato dinumerat, hos ſcilicet ante, retro, dextrorſum, ſiniſtrorſum, ſurſum, deorſum ac circuitum: ſolus ſeptimus infinitus eſt, atque hunc ideò quæ perpetua ſunt, hoc eſt cœlum ſeruat & ſydera, hunc in terris perpetuus hominem cogit furor, in cũctis ferè actibus atque cõſilijs, nec ullus Orpheus, Ixioniam rotam ſiſtit, ſed uiſibilibus in choreis ubi animorum uolubilitas, corpora ſecum uoluit. Et idcirco cum de omnibus dici poſſit, de his perpropriè dicitur quod ſcriptum eſt: In circuitu impij ambulant. hic ludus multorum dedecorum cauſa fuit, ſæpè ibi matrona diu ſeruatum decus perdidit, ſæpè infœlix uirguncula, ipſo nuptiali die didicit, quod melius ignoraſſet. G. Honeſto tripudio libenter exerceor. R. Vellem aliud genus exercitij delegiſſes, ſed quo pergas, & quid uelis uideo, interdictum tolli, ueniam dari normam quę præſcribi. Quando igitur ſic affectus es, ſeu is morbus, ſeu conſuetudo eſt, qua mala nihil peius, bona nihil eſt melius, ea tibi in his omnibus lex erit, ut quibus carere penitus nõ potes, modeſtiſſimè utaris ac rariſſimè, ne quid ulla in re molle uel fœmineum agas, ſed ubicunque non ſuis etiam in finibus uirilis rigor emineat, ſitquę tripudium, uel quiſquis erit is ludus, fatigati animi relaxatio & exercititum corporis, nõ uoluptas eneruatrix mentium. Exemplo libentius abſtinuiſſem, ſummorum uirorum imitatio, nõ omnibus tuta eſt: non enim omne pennatum animal aquilam ſequi poteſt, imitatorum alij contrarium faciunt, alij uerò aliud, nonnulli idem aliter, pauci ad plenum quod imitantur effingunt. Cato hic ultimus Reip. curis præſſum animum, uino leuare ſolitus fertur, fecit idem apud Græcos Solon, Hos aliquis ſequi uolens, unum ſemper officium aget, bibet, quodquę illis modicum ac rarum, huic immẽſum & continuum, quod illis remedium, huic erit ebrietas. Facile idem in rebus alijs poſſet oſtendi, ſed hoc uno intelligis, quid eſt, quod nunc, tecum uerear. Ex quo tamen, damnatæ rei patrocinium ut ſuſcipere coëgiſti, ſummi uiri exemplum quod uel non ſequaris. uel non mutes accipe, his ipſis, quibus apud Senecam eſt uerbis, in eo libro, quo tranquillitatem animi ſtilo inquirit: Scipio, inquit, triumphale illud, & militare corpus mouet ad numeros, nõ molliter ſe infringens (ut nunc mos eſt, etiam inceſſu ipſo ultra muliebrem mollitiem fluentibus) ſed ut antiqui illi uiri ſolebant inter luſum ac feſta tempora, uirilem in modum tripudiare, non facturi detrimentum, etiam ſi ab hoſtibus ſuis ſpectarentur. quibus in uerbis quid de ſua iam tunc ætate ſentiret perſpicis, fœlix qui non uidit tuam. Quamuis autem ille & tripudij & uini remiſſionem probet, ueniendumq; non nunquam uſque ad ebrietatem dicat, quod à tàm rigido ingenio dictum miror. Si fideli conſilio uti uis, uino parce utere, tripudio abſtine: alia ſunt honeſtiora remiſſionum genera, quibus faſtidienti feſſoq; animo medeâre. In omnibus tamen optimum fuerit, quod hic ultimum dixit attendere, & quæcunque ages ita agere, tanquam te hoſtes tui uideant atque obſeruent. Multo quidem eſt ſatius ſic uiuere, ut abſtinentiam & grauitatem tuam inimici ſtupeant, quàm ut laſciuiam amici excuſent. Clarior fama eſt, cui nec uerum crimen obijcere quiſquam poteſt nec falſum audet, quam cui obijcitur ſed purgatur. Accuſatorem perfecta uirtus exterret, mediocris irritat. Quod ad ſobrietatem attinet, malim te Cæſari ſimilem, quem uini parciſſimum ne inimici quidem negauerint, ut Tranquillus ait, quàm Catoni, non Cenſorium illum ſenem loquor, de cuius ſobrietate iam diximus, ſed Vticẽſem cui obiectam ebrietatem, Seneca ſic refellit, ut dicat facilius effecturum quiſquis obiecit crimen honeſtum, quàm turpem Catonem. Quod ad id uerò, de quo agitur, nullo

modo

modo tripudies malim, quàm ut Scipio. quod ſi te illuc urget animus, quo nolim, his te ſaltem ducibus uti uelim, ut ſi penitus tibi inſedit illud Lyricum.

Nunc eſt bibendum, nunc pede libero pulſanda tellus.

Sic uinum bibas ut Cato, ſic terram pede pulſes ut Scipio.

De pilæ ludo. Dial. XXV. GAV.

AT delectat pilæ ludus. R. En aliud clamandi ludibrium ſaltandiq;. G. Libenter pila luſito. R. Odioſa uobis ut uidetur eſt requies, undiq; labores aucupamini, decoros utinam. Nam ſi exercitio ludus hic quæritur, utrum precor honeſtiorem fatigationem furibũda iactatio, in qua nihil animo geri poteſt, an ambulatio tranquilla præſtaret? ubi & membrorum motus utilis & ingenij agitatio honeſta eſt. quem morem Philoſophorum quidam ſic fecerunt ſuum, ut hinc ſecta famoſiſsima nomen ſumpſerit. An tu uerò Dionyſium Syracuſium, quàm Stagyritem Ariſtotelem ſequi mauis, quando ut ſtudioſa deambulatione philoſophum, ſic tyrannum ludo hoc turbido delectari ſolitum accepimus, quamuis & modeſtos interdum animos uoluptas hæc cœperit. Itaq; & Quintus Mutius Sceuola ille augur elegantiſsimè hoc ipſum fecit, & diuus Auguſtus, poſt finẽ ciuilium bellorum ab exercitijs campeſtribus ad pilam tranſijt, & Marcus Aurelius Antonius, ut de eo ſcribitur, pila luſit apprimè. nec tamen uel quia ille diuini atque humani iuris peritiſsimus uel hi doctiſsimi atque optimi principes fuerant, ideò ludus præceps & clamoſus placet, ſiquidem motus omnis uehementior, præſertim ſi clamore permixtus ſit, honeſtum dedecet ingenium.

De ludo Aleæ & Calculorum. Dial. XXVI. GAV.

ALeæ ludus & calculorum placet. R. Damnoſum illud, hoc inane, utroque tamen idem ille Sceuola, quodq; eſt altius, Auguſtus Cæſar altero uti ſolitus, fertur. Neque rurſus ideò, quod ille à ceremonijs deorum atque hominum legibus, quas excellentiſsimè calluit, iſte à curis ſummi imperij quod diutiſsimè atque optimè rexit, tale ſibi interdũ laboris diuerticulũ elegiſſet, hoc in te probauerim: ſunt enim & doctis ac magnis uiris appetitus quidã peregrini & ſui, quorũ ſi ut doctrinis, ſic in moribus imitator fueris, facilè labi queas, neq; enim omnium qui laudantũ laude digna ſunt omnia. G. Aleæ ludo delector. R. Quis non delectetur ſuper pictam tabulam, conſignatas numeris oſsium quadraturas criſpanti cubito iactare, quaq; ille direxerit trepidantibus digitis rotundas in aciem tabellas mittere? Glorioſum exercitium & præclarum nomen & currus & laureas meriturum. G. Calculis libens ludo. R. O puerile ſtudium, ô perditum tempus, ô curæ ſuperuacuæ, ô ineptiſsimi clamores, ſtulta gaudia, iræq; ridiculæ: deliros ſenes impendere alueo, & pauculis lignis, uagis ac furtim inſidiantibus atq; latrocinantibus, unde latruncularius ludus, apud ueteres dicebatur. quo luſiſſe ſimiam, auctor eſt Plinius. Miraris: at qui propriè ludus eſt ſimiæ miſcere calculos ac transferre, & poſt illidere, raptim iactare manus ac retrahere, inſultare aduerſario & colliſis dentibus minari, iraſci, altercari, fremere uiciſsimq; interim, ut Flacci, uerbo utar. caput ſcalpere, ungues rodere, & ad ſummam omnia facere, quæ prætereuntibus riſum excutiãt. Nunquid enim horum aliquid aut ullum penitus amentiæ genus omittis? nonne ita torquemini, quaſi uel ueſtra uel publica ſalus in dubio ſit? multi credo prælio uiciſſent, ſi quam ligneis aut eburneis impenderunt curam, ueris militibus impendiſſent. Vix rei ullius tam intenſum, tamq; ineptum ſtudium inuenias, ſed hoc eſt in regno ſtultitiæ commune, ut quarum rerum minor eſt fructus, & cupiditas & delectatio maior ſit. G. Alea delector. R. Oſtendam tibi ſi conſilio uti uoles, generoſam atque honeſtam aleam, qua olim Athenis docti homines uſi ſunt, ut feſtis ſcilicet diebus, in conſilio amicorum, quiſq; de literis aliquid in medium proferat, non ſophiſma lubricũ ut illi, ſed ſolidũ pro ingenio proferentis ad uirtutẽ ad beatam uitã pertinens. dehinc collatione facta, ſine inuidia, ſine ira, qui inferiores doctiorum iudicio uiſi erant, facili quidem mulctentur pecunia, hac in philoſophicas uertatur cenas, ſic res una,

cõuiuio ſumptum, exercitiũ ſtudio, calcar ingenio miniſtrabit, quod hinc uictos excitet, hinc uictores. Hoc aleæ genere quo antiqui ſaturnalia, nos pia feſta, & quo illi Atticas, uos Romanas noctes inſtruite. Habes ludum quo & ludere iuuet, & luſiſſe non pudeat.

De ludo Taxilllorum proſpero. Dial. XXVII. GAV.

IVuat ad taxillos ludere. R. O' uorago ingens inexplebilis: ô patrimoniorum fluxus triſtis ac ſubitus, ô animi tempeſtas, & famæ nubes, & ſcelerum ſtimulus, & ad deſperandum uia. ſuperiores utcunque ludi ſunt, hic merus eſt dolor. G. At mihi proſper ludi huius euentus fuit. R. Taxillorum nullus euentus proſper, mali omnes & miſeri, nam & qui perdit affligitur, & qui uincit illicitur, inq; inſidias protrahitur. G. Proſperè luſi. R. Præſens ſæpe proſperitas, futuræ calamitatis auſpicium fuit: et ſuas hæc peſtis habet illecebras, ſi qui illis ludunt omnes perderent, nemo unquam luderet, nunc lucrantur aliqui, ſed lucrum illud arra eſt damni. G. Luſi & uici. R. Benè, niſi in campum redis, alioquin nullus campus planior, nullo in campo uolubilior eſt fortuna. G. Luſi & uici. R. Ludes iterum & perdes, quod uiciſti autem hinc, atq; illinc mille diripient, quod perdideris nemo reſtituet. Adde quod ſiquid eſt iuſtitiæ, quod uincis non fit tuum, at quod perdis etſi non fiat alterius, tuum tamen eſſe deſinit. Multa ſunt undique quæ ab hac inſania bonam mentem dehortentur ac retrahant, niſi uos impetus quidam auaritia, pulſus urgeret. G. Vici in ludo taxillorum. R. Scito autem te, ab exactore impio fœnus centeſimum accepiſſe, reſtitues quod uiciſti, & de tuo adijcies, ut non ſit qui repetat, per ſeipſum euanuerit, tuquè in ſomnis fœlix eſſe deſieris. G. Vici & ditior factus ſum. R. Cum nulla ſit ſtabilis pecunia, ſed ſua potius rotunditate uerſatilis, tum præcipuè quæ taxillis quæritur. Taxillorum ludus nihil ulli donat, eorum maximè qui familiarius illum colunt, ſed mutat aliquid & extorquet, eò ſemper immitior, quo blandior uiſus erat, nulla enim amarior eſt iactura, quàm lucri dulcedinem deguſtare orſo. G. Luſi & lucratus ſum. R. Gaudere lucro taxillorum tale eſt, ac ſi dulci gaudeas ueneno, Vtrunque mox per uenas erumpet. G. Ludo proſpero delectatus ſum. R. Peior eſt delectatio peccati, quàm peccatum ipſum: ſunt qui mala conſuetudine penè coacti peccant, neque poſt peccatum gaudent ſed triſtantur, ſi fieri poſsit, non peccaſſe maluerint. Quoſdam uidimus inter ipſas libidinum flammas, quandam uelut glaciem doloris ac pœnitentiæ ſentire, & ſi dici liceat, uelle ſimul ac nolle, peiorem licet in partem mali uſus, quadam ui detortos, quos haud improbè quis ſperet uſu excuſſo, ad meliorem ſemitam poſſe conuerti: at qui de peccato exultant, quid de his oro reliquum ſpei eſt? G. Delector taxillorum ludo. R. Spero fore, ne ſemper, neu diu etiam delecteris, uoluitur aſsiduè fundatarum ſtatus urbium, tu ſtabiles taxillos putas, crede mihi uoluentur, & ſecum in lachrymas gaudium tuum uoluent. neque enim ſic uoluentur ut uidiſti, tunc inane tibi gaudium, nunc ueros gemitus parabunt. G. Delectat ludere. R. Delectatio funeſta & turpis corruptiquè animi, ita enim & conuitio dignus es, nam quis quæſo ingenuus, ſeu quis homo & non potius trux bellua, delectari queat ludi nomine, abundante nequitia atque impietate fœdiſsima: ubi præter hominum uultus, nil humanum ſit, uultusquè ipſi iracundia ac mœrore obſiti, confuſisquè, clamoribus efferati, nec iam ſint humani. ubi non decor morum, non modeſtia ſit uerborum, nec amor erga homines, non erga Deum reuerentia, ſed iurgia. & rancores, & doli, & periuria, & rapinæ, uulnera ad extremum & homicidia quoque. nil in Deum ſæuius poteſt humana temeritas, diuini nominis blaſphemiæ, quibus ante omnes ſcelerum officinas, ille ludus infœlix ſcatet: ubi ſi quos fortè tacitos pudor tenet, crebro tamen ſuſpectantes, quid labijs cordis agant, ſciunt ipſi. Quis hunc ludum uerus homo, non dicam tractare manibus, ſed ſpectare oculis poſsit, & non angi prorſus fugariquè ſceleſti ſpectaculi fœditate? G. Delector tamen hoc ludo. R. Vide'ne Cretenſium imprecatio in tuum caput inciderit, mala conſuetudine delectari, quo nil dictu leuius. nil euentu grauius propiusquè exitio eſt. G. Delector taxillorum ludo. R. Abijcienda eſt delectatio inhoneſta, & ſi non uirtutis, at ſaltem famæ

ſtudio

ſtudio & pudoris cura. Nam uix aliud in actibus hominum inuenias, ubi tàm claré mores ac uitia detegantur: uidiſti alacriter in prælium deſcenſuros, in hoc ludo tremere atque orare flebiliter, & ſuum numerum inuocare. quoſdam alibi magnanimos ac tranquillos, illic pro parua pecunia & precari, & iraſci, & in finem furere, quàm multa pro paucis nummis ſæpe ibi ſecerunt uiri fortes, quæ pro ingenti theſauro alibi non feciſſent. Ibi enim uitiorum omnium, ſed in primis iræ atque auaritiæ Regnum eſt. Meminiſti, ut Naſo, in eo libro, quo inhoneſtam quidem ac ſuperuacuam artem docet, utilè tamen interdum aliquid interſerit, amatrices monet, ut ob animi uitia celanda, ludo hoc aut ſimili abſtineant, ne conſpectat ira tumidæ: aut auaritia exhauſtæ amatoribus diſpliceant ſuis. quantò id uiris dignius præcipit, ne non modò hominum ſed Dei oculos omnia uidentis & bonos animos moresquée ingenuos amantis offendant. G. Luſi, uici, gaudeo. R. Ludus turpis, damnoſa uictoria, gaudium inane. G. Vici gaudeo. R. Omne de ſuo malo gaudium ſtultum eſt, proinde tartareus quiſpiam ludi huius inuentor fuit, cuius inſcij ludibrio ac noxæ, ſcientes uerò miraculo ſubiaceant ac ſtupori. Nam quid mirabilius quàm quod ueteri prouerbio uulgatum, uerumquée iugi experientia deprehenditur: Omnes huiuſce ludi magiſtros, nudos eſſe atque inopes & egenos.

De hiſtrionum iocis. Dial. XXVIII. GAV.

DElector hiſtrionũ iocis. R. Nobilior multa delectatio illa eſt, de modulatione muſica, liberali ſcilicet quadã arte percipit, hæc ſolius uanitatis & impudẽtiæ plena eſt. G. Hiſtrionibus delector. R. Malim pauperibus, malim amicis humilibus, malim tandẽ ſolitudine delecteris. G. Hiſtriones mihi riſum mouent. R. Quid tu illis? quotiens de ſe dominũ ridentẽ riſit hiſtrio? quotiens ſe mirantis amentiã admiratus finxit aliqd, quo falſo illũ, uerè ſe aurẽ delectaret. G. Hiſtriones doctos habeo. R. Habes de qbus rideas, quique te rideãt. Peſtis diuitũ peruetuſta, q̃ ab Hetruſcis orta, Romæ creuit, adeò eoquée fiduciæ eſt euecta, ut Aeſopus hinc quæſitum patrimonium incredibile atque immenſum filio dimiſerit, & Roſcius uagam ſparſamquée rem, arte collegerit, de hiſtrionica librum ſcribens, in quo artem ſuæ oratoriæ, ſequée perinde Ciceroni æquare non erubuit, eam ſcilicet ob cauſam, quod affectus animi conceptusquée abditos, quos Cicero uerbis ornatis uariè pronunciaret, ipſe alio modo, ſed effectu pari, geſtibus aptis exprimeret & ſanè fuit ille mirus artifex, nec ſcio quid tam durum eſſe, uel tàm triſte potuerit, quod non facilè leniſſet, non dico qui facillimi atque mitiſsimi Ciceronis amicitiam ingenio meruit, dignusquée pro quo tantus orator uerba faceret, & de quo ſcriptum opus memoriæ poſterorum traderet, eſt habitus: ſed qui tetricum ac ſuperbum Syllæ animum inflexit, & ab illo omnium contemptore, admiſſus in gratiam, anuloquée aureo donatus eſt, qui tot graues ac ſeueros ſenes, Senatumquée illum, per quem frena orbis agebantur, quotiens uoluit ad riſum, ad lætitiam coegit: qui P. R. tantùm & tàm uarium ſic illexit, ut diurnum ſalarium, de publico mille denarios, ſine gregalibus ac miniſtris ſolus ipſe perciperet. Magna merces, quamuis exigua fingatur moneta, non ſine mira quadam & inſolita agilitate animi, hoc fieri poſſe conſenſerim, ut ſiquis uſquàm Roſcius affuerit, non tibi fortè ſit uetitum, quod Ciceroni licitum fuit, non ſolum ludis interdum ſed familiaritate eius & ingenio uti. Eſt enim ingenijs, inter ſe quanquàm ſtudio & profeſsione diſtantibus, multa cognatio, ubi uerò hunc quærimus: multum breui tempore nouiſsimè artium retroceſſere, ne dicam hiſtrioniam, quæ eò redijt, ut nunc illi deditos, corrupto guſtu falſoquée iuditio eſſe non ſit dubium. Profectò enim conſequens eſt, ut quibus mala benè ſapiunt, bona illis ignota ſint, & curis nobilibus inſuetos eſſe, qui uilibus delectatur. G. Multi quotidie me frequentant hiſtriones. R. Frequentare te deſinent: cum tu diues aut largus, dicam rectius, cum tu ſtultus & prodigus eſſe deſieris. G. Magna mihi acies hiſtrionum eſt. R. Immò muſcarum, quæ te unctum comitentur ſiccumquée deſtituant, nec deſtituiſſe ſuffecerit, niſi hunc plauſum par ſequatur infamia. Sunt linguæ quibus quies ac ſilentium

pœna eſt, unquam uerò niſi de alijs loqui iuuat, aut falsò laudant, aut liuidè detrahunt, et quorum nequeant mordere diuitias, famam mordent. Vna eſt hiſtrionum atque paraſitorum lex, utrique blanditijs armati poſt fortunam eunt. Verùm illis uentrem impleſſe ſatis eſt, his alia fames, cibi mentio iniuriæ genus, eſt implenda cupiditas fundo carens.

De ludis paleſtricis. Dial. XXIX. GAV.

PAleſtricis delector ludis. R. Si ſpectator uanus, ſi luctator inſanus. G. Paleſtris exercitijs uaco. R. In ſingulis uerbis, cuius domini mancipium ſis apparet: nempè hæc ut ſuperiora corpori ſeruiunt, quod ut pauló ante commemini, & aliquanto honeſtius ſine impetu & ſine ſtrepitu fieri poteſt. Et eſt agitatio quædam animi nobilior, quàm ſi noſſes, hos corporeos conatus & ſperneres & odiſſes, ſed uos animum, quaſi hoſpitem degenerem atque inuiſum, corpus ut dominum generoſum ac dilectum colitis, illi ſeritis, illi metitis, illi aratis. iure id quidem, illud iniuſtius, quod eo omnia refertis, curaqúe animi poſthabita, noctes illi inſomnes agitis, illi ſuſpiratis, uota illi facitis, ingenuasqúe artes illi diſcitis, illi demum obſequimini ac ſeruitis, ſumptuoſiſsimo dominorum omnium atque ingratiſsimo, cui nec unquam ſatis aliquid, nec ſi quid aliquando defuerit, ulla unquam memoria ſit accepti: huic tamen tali domino, quicquid iuſſerit paretis, atque eſuriente animo, huic uni non tantum neceſſaria, ſed ſuperuacua undique ac nocitura conuehitis. Neque ea ſolum quæ ad uictum pertinent ac ueſtitum, de quibus ſuo egimus loco, ſed quæ ad ludos etiam uariamqúe libidinem, non uidentes quàm ueſtris aduerſa conſilijs ipſa ſit ueritas, quæ diſertiſsimo Ciceronis ore loquitur, unde appareat, quod qui corpus negligit, non ſe ille, ſed fragile caducumqúe domicilium: at qui animum, ille ſeſe uere negligit. neque enim ait: Tu is es, quem fortuna iſta declarat, ſed mens cuiuſq; is eſt, quiſque non ea figura, quæ digito demonſtrari poteſt. G. Paleſtræ delector exercitio. R. Quadrigarum feruor, & equorum ſtrepitus, & ardentes rotæ per anguſtias inoffenſæ, & luctantium plauſus atque colliſio, oleum, ſudor, puluis mirabilis, ſeu illa quidem oculorum ſeu aurium ſeu narium uoluptas hebetatiqúe ſenſus, indicium ingens, qui ſi ſanus integerqúe eſſet, non clamorum atq; tumultuum officinæ quas paleſtras uocant, ſed obſeruatio diligens paleſtræ huius, quam naſcentes ingrediuntur, quam uiuentes atterunt, unde digrediuntur obeuntes atque utilior quædam honeſtiorq; ſuauitas delectaret. G. Studio deditus ſum paleſtrico. R. Fuit hæc quidem apud ueteres non ultima gloria, ſed tàm magna ut ſeni illi Rhodio Diagoræ, qui et ipſe paleſtrita inſignis fuerat, cum duos uno die filios paleſtricis inſignitos uictorijs conſpexiſſet, quaſi nihil clarius iam reſtaret quo aſpirare poſſet in uita, amicus alter Lacedæmonius ſenex diceret, Morere Diagora. Nunc enim in cœlum aſcenſurus es. Tàm magnum tàmq; altum cenſebat, tres ſimul unius familiæ paleſtritas eſſe. Leuicula prorſus & Græcula ueræ laudis extimatio, ſed communis adeò ut magna etiam turbaret ingenia. Vnde & Plato tantus philoſophus Olympionices clarus fuit, inq; hac parte multis notus euentibus, adoleſcens tamen. Amplitudo quidem, unde Platonis nomen ortum putant, roburqúe corporis & ætatis feruor, iuuenilem animum impulerant, ad experimentum uirium ubi cum ſummis quoque par eſſet, acceſſu temporis, cognito quid ageret, ad meliora ſe tranſtulit, Socratiqúe ſimilis fieri maluit, quàm Miloni. Et ſanè multa ætas excuſat. facilè teneris annis ignoſcitur, uanitatis excuſatio nulla eſt uiro. G. Paleſtræ ſtudium delectat. R. In hoc ſæpè uiliſsimus omniũ ſupior fuit, & corporea mole, animi uirtus eſt oppreſſa. quẽ tu mihi ducũ uel heroum proferes, quẽ Milo ille nõ ſuperet, q ad ſtadiũ, bouẽ uiuũ geſtãs humeris, cucurrit, eundemq; nudæ ictu manus occiſum, uno die ſolus haud grauatus integrũ comedit. Mira res dictu, ſed apud Hiſtoricos uulgata. qs huic igitur in paleſtræ ſuæ regno par occurrerit? Atq nihil indignius q̃ generoſos ſpiritus, tali belluæ ſuccũbẽtes cernere, & idcircò nobilibus animis benè ſibi fidẽtibus, ſummoperè prouidẽdũ eſt, ne ſua ſpõte deſcẽdãt, ubi ab ignauiſsimis uinci queãt. Quin tu ſi cõtẽtionibus gaudeas, id tibi ſit me certamen, in quo ſemp ferè ſuperior q melior, nõ de corporũ uiribus, aut omnino de re

ulla, ubi peior idem eſſe poſsit & uictor, non de opibus ergo, non de dignitate, non de potentia, ſed de ſcientia ac uirtute contende, idquе eo animo, non ut cuiuſquam famæ obſtrepas, ſed ut alienæ laudis æmulatio, tibi ſit calcar ad gloriam. Nullæ ibi ſint penitus partes inuidiæ, ſed uirtutis. Habes & hic exemplum Catonis huius ultimi, de quo Criſpus: Non diuitijs, inquit, cum diuite, neque factione cum factioſo, ſed cum ſtrenuo uirtute, cum modeſto pudore, cum innocente abſtinentia, certabat. Honeſtiſsimum hoc paleſtræ genus quo te exerceas, non tantum olympiæ, ſed ubique, non minùs in thalamo quàm in foro, nec minùs in ocio quàm in actu, neque cum præſentibus modò, ſed cum abſentibus quoque, cunquе ætatum omnium ac terrarum uiris illuſtribus. ſemper enim memorabile ac magnificum illud Scipionis apud Liuium iudicaui: Maximo, inquit, cuique id accidere animo certum habeo, ut ſe non cum præſentibus modò, ſed cum omnis æui claris uiris comparet. Tu quoque uel de grege præſentium ſi occurrat, quod uix ſpero, uel ex omni memoria uetuſtatis, quemlibet tibi parem delige, cum quo non ulnis aut ceſtibus, ſed ingenio ac uirtute luctabere, ſine metu periculi, ſed immarceſsibilis ſpe coronæ. Hoc de paleſtris conſilium. hæc ſententia mea eſt.

De uarijs ſpectaculis. Dial. XXX. GAV.

DElector uarijs ſpectaculis. R. Circo forſan & theatro, quæ duo loca, bonis ſemper aduerſa moribus fuiſſe notiſsimum, quo quiſquis malus ierit, redibit peſsimus, nam bonis iter illud ignotum eſt, qui ſi caſu aliquo ignari adeant, contagio non carebunt. G. Circo delector atq; Harena. R. Atqui delectationes aliæ, uanum ſeu libidinoſum aliquid habuère, hæc utrunque, ſuperadditamquе ſæuitiam & inhumanitatem habet, bonis animis rem indignam. Neque excuſat quod ijsipſis Romani olim, flos hominum delectati ſunt, recto namque iuditio urbs illa, alioquin abundantiſsima bonorum omnium atque illuſtrium exemplorum, nihil omninò reprehenſibilius habuit, rebusquе deformius ſibiquе nociuum, magis quàm hinc diſcordiarum ciuilium, hinc ludorum ſtudium immodicũ: quaſi non ſufficeret bellorum cruor domi militiæquе, niſi cruenta pax eſſet, cruentæq; etiam uoluptates. Niſi Circo fortaſsis honeſtius quis theatrum dixerit, cui pariter inhiantes uideas, non modò populũ ſed Senatũ atq; ipſos mundi dominos imperatores Romanorũ, ſic ſpectaculis capiebant illi etiã, qui humano generi ſpectaculũ facti erant. Rem mirabilẽ dicam, ſed cognitã uulgatamq;. Sic cunctorũ animos theatralis furor ille perſuaſerat, ut nõ modò cõiuges Cæſarũ aut filias, ſed uirgines quoq; Veſtales, in publicũ atq; in turbas educeret, quarũ pudicitia nihil exactius, nihil Fama tenerius, nihil cõuerſatione ſecretius, uſque adeò, ut in eis omnis motus, omnis cultus, omnis ſermo laſciuior, nota dignus ac ſupplicio haberetur, & tamen ijsipſis in theatro locum aſsignaſſe legitur, non quicunq;, ſed ſummmus atq; optimus principum Auguſtus Cæſar. Neq; minor eſt ideò erroris, quo magni errant, ſed maior potius atque conſpectior. G. Libenter ſcenicos ludos ſpecto. R. Rem quæ nec honeſtè geritur, nec honeſtè cernitur, nec facilè dictu eſt, an luſor infamior, an ſpectator, & an ſcena ſit turpior, an orcheſtra, niſi quod in illam ſæpè quidem paupertas, in hanc uerò ſemper uanitas trahit. In omnique delicto plurimum intereſt, utrum inopia, an libidine, ſeu ſuperbia quis delinquat. G. Amphitheatri ſpectaculis oblector. R. Damnoſa undique & publicè priuatimque nocens delectatio. Quod facilè colliges, ſi in animum redeat, ex hiſtorijs rei huius initium progreſſusquе. quantò publici cenſu impendio, quantaquе inſaniæ cura, quantò demum Populi ſtudio ac labore conſtiterit. Equidem & tot uana dinumerare difficile eſt, & tam uulgata, ſuperfluum, mille ſimul gladiatorum paria, non ludo tantùm ſatis, gladiatoria ſed prælio Elephantorum, Tigridumquе & leonum ac pardorum greges, onagrorum quoque equorum ferocium atque animalium diuerſiſsimi generis, è toto orbe tranſmiſſos, omnium terrarum ſyluis, omniumquе gentium uenatibus Romano famulantibus theatro. Adde illam ædificandi luxuriem exemplo carentem, non imitatione carituram, conuectas terra pelagoquе marmoreas columnas in ludorum

uſum, & artificum ſummis ingenij expolitas, & uerticibus ſuperbas, auro rutilante frondentibus. Cuius princeps inſaniæ nominandus eſt Scaurus, is qui Aedilis in theatri ſcenam, opus dierum paucorum, & quod paucis lignis ac funibus attolli poterat, ſuſfecturum oculis populi talibus gaudentis, trecentarum ſexaginta talium columnarum monſtra intulit, fecitque opus, ut ſcriptum tenes, maximum omnium quæ unquam fuêre humana manufacta, non temporanea mora, uerumetiam æternitatis deſtinatione, quo promeruit, ut uerìſsimè diceretur, proſcriptione primum graui ciues, idem pòſt ædilitate leuiſsima, mores bonos in exilium pepuliſſe, ut qui multi perditi temporis inani plebeculæ, multarumque inutilium impenſarum Reipub. auctor & exemplum fuit. Sed ô mirum dictu, mos furorem hunc uicere ſequentium furores, quibus effectum eſt: ut miraculo operum ac numero fateri oporteat, præter Romam nihil mirandum fuiſſe in toto orbe terrarum. Nam & hoc itidem ſcriptum uides, penetrata terræ intima, perfoſſæ ſilices, egeſtæ rupes abditæ, auerſi amnes & in fiſtulas coacti, incluſum aut excluſum molibus iratum æquor, ſuſpenſa iuga montium, temptatique marium receſſus, denique ſtratum latè, ſignatumque nepotibus iter inſaniendi, & impleta in uobis ſpes auorum, nunquam ſcilicet defuturam eſſe luxuriam. Et ut cumulatius malum ſit publicis damnis, accedit calamitas priuatorum, qui ſpectandi cupidine compediti, & quotidiani interim quæſtus immemores, neque diem labi ſentiunt, neque armatam tergoque inſtantem reſpiciunt egeſtatē. ſic uiciſsim & priuata in publicam, & publica pridies in priuatā uertiť. Necꝫ uerò patrimoniorum iactura grauior quàm morum, ubi libido diſcitur humanitasque dediſcitur. Proinde quid de ſpectaculis ſperaretis, iam inde ab exordio primus regum ueſtrorum Romulus omen fuit, qui in his rigidam tetricamque illam Sabinarum pudicitiam circumuenit, et ſi utcunque matrimonij honor texit iniuriam, at quàm multis hoc poſtmodum non ad coniugium, ſed ad ſtuprum uagamque licentiam fuit uia? Ad ſummam enim hoc teneas uelim. Pudicitiam ſpectaculis ſæpè ſtratam, ſemper impulſam uidimus. et ut ſileam uiros, quibus is ſcelerum furor eſt, ut penè iam adulterio glorientur, multarum ibi fama perijt pudorque, multæ inde domum impudicæ, plures ambiguæ rediêre, caſtior autem nulla. Iam uerò quæ corporum clades, nequid prorſus deſit infortunij, quæ uie non ſingulorum modò, ſed populorum ſtrages inditio ſunt, & riſus ſubitò uerſus in gemitum, elataque funera è theatris, & plaudentium choris mixtæ lugentium cohortes. Audiſti, ut Curio is, qui ciuili bello, pro Cæſaris partibus in Aphrica occubuit, ut Scaurum quem opibus æquare non poterat, ingenio ſuperaret, non marmoreum ut ille, ſed ligneum theatrum, duplex tamen ac penſile meditatus, populum uictorem gentium, ludis uictum, & periculis plaudentem ſuis, mira arte ſuſpendit, ut ridentes interius ſtupentesqꝫ, ipſi exterius, ſpectatoribus riſu fierent ac ſtupori. et miramur imperij ſpe obiecta, unius licet magni exulis animum flectere potuiſſes, qui oculorum leui breuiqꝫ uoluptate propoſita, tot millia ciuium uolubili ſpectaculo circumuoluit. At nemo ibi perijt, dicet aliquis, ſed perire potuêre, & periêre alibi innumeri. Ne'ue attingam nouas ſimul ac ueteres ruinas, quibus ſæpe multi mortem ſimul ac tumulum inueniêre, ſub Tyberio principe celebri ſpectaculo apud Fidenam urbem, amphitheatri lapſu oppreſſa uiginti hominum millia meminiſti. Hic ſpectaculorum fructus, hi ſunt exitus. G. Spectaculis cum uoluptate detineor. R. Aut fictis amoribus, aut ueris odijs. primum equidem non eſt uiri, ſecundum uerò nec hominis ſpectare, quis ferrum iugulo lætus exceperit? quis feruido uulnere plus cruoris effuderit? quis minus conſpecta morte palluerit? quid crudelitatis ad ſcholam ire iuuat? Non egetis præceptoribus, nimis dociles malorum eſtis, plura per uos domi diſcitis quàm neceſſe eſt. quid tàm promptis ingenijs, artifices ſcelerum, ac magiſtram errorum plebs acceſſerint? multos quos natura mites fecerat, ſæuitiam ſpectacula docuêre. Mens hominis in uitium prona, non urgenda utique ſed frenanda eſt, ſi ſibi linquitur ægrè ſtabit, ſi impellitur præceps ruet. Multum mali auribus inuehitur, ſed multò oculis, illis quaſi feneſtris bipatentibus in animam mors irrumpit, niſi potentius in memoriam

memoriam deſcendit, quàm quod uiſu ſubit, facilè audita prætervolant, conſpectarum imagines rerum hærent etiam inuitis, nec ſe tamen niſi uolentibus ingerunt, niſi perrarò atque ocius abituræ. Quo pergis igitur, quis te rapit impetus, ut ad horam gaudeas unde ſemper doleas? ut uideas ſemel, quod uidiſſe millies pœniteat? Iugulari ferro hominem, aut ferarum dentibus unguibusque diſcerpi, aut tale aliquid quod & uigilem turbet, & ſopitum terreat, neſcio, quid hic dulce, ſeu quid non potius amarum ac triſte ſentitis, nec ullum in uobis maius inſaniæ argumentum uideo, quàm quod quotidie uos ad mortem miſeris delinimentis illectos, & uelut ſtygio ſopore dimerſos, dulcedo amara, & delectatio inamœna præcipitat. Vna eſt enim uobis lex rerum fermè omnium. quicquid cupitis, quicquid molimini, quicquid agitis, contrà uos eſt.

De equis. Dial. XXXI. GAV.

EQuo agili delector. R. Ferociſsimo & inquietiſsimo animante, inſomnique & inexpleta uoragine. G. Equo libens circumuector. R. Non multò eſt peius mari turbido, quàm frementi equo rapi, nullum animal inſolentius domino ſuo eſt, nec ineptè iam equorum domitoribus in prouerbium uenit, bis equum malè facere: quamuis hinc humile, hinc ſuperbum ſit, qui illis uiribus eaque pernicitate, pro uili cibo fieri alterius, domarique duris ſtringi faſcijs nodosque fune uinciri, freno frenari, ferro calciari, pertuſa clauis ungula ferro urgeri, ferratum ferre uectorem, turpem carcerem ac graue ſeruitium pati poſsit: inde autem quaſi indomitus, non tantum pro libero ſeſe gerat, ſed ut domini ſui hoſtis agit omnia. Si currendum eſt ſtimulos non audit, ſi ſubſiſtendum frena mordicus rapit; ſi fremendum torpet, ſi latendum fremit. Obſequioſum illud ut perhibent fidumque animal ut perhibent fidumque animal, de quo tàm multæ iactentur fabulæ, animal nobile, regium, optabile, colendumque, dignum quod enormi pretio comparetur, anxia nutriatur cura. Immò uerò animal, quod ſi conferantur cum obſequijs tedia, nemo ſapiens emat, nemo diligens paſcat: animal & ocij impatiens & laboris, illo tumidum, hoc deiectum, nunc impetuoſum animal, nunc ignauum, nunc audax, nunc trepidum, nunc uolatile, nunc caducum, hinc culicum metuens atque umbrarum, hinc dominum ſuum ſpernens diuerſisque illum uijs in diſcrimen trahens. Quis contumaciam, quis morſus aut calces explicet? quis hinnitus? & aſcenſoris patientiam ac ſeſſoris equidem, quot equorum mores, totidem equitum conſtat eſſe pericula. G. Equorum ſtudio detineor. R. Mirarer niſi ingentes uiros uſque ad ludibrium captos hoc ſtudio meminiſſem. quis Alexandrum Macedonem non audiuit amato equo, tumulum erexiſſe urbemque de equi nomine appellatam? Sed nihil in illo mirabile uiuente, impetus & animi feruor fecit, mirabilior in Auguſto, quamuis minor ineptia, neque enim urbem equo ille ſuo inſtituit, ſed ſepulchrum, idque ipſum illi grauitati atque ingenio impar fuit. Nam diui Iulij monſtroſus ſonipes, an ab ipſo, an ab alio ante ædem Veneris marmorea ſit conſecratus effigie dubitari poteſt, minor multò uel ætate uel gloria, uerum opibus, ac Cæſareo nomine penè æqualis Antoninus Verus, ut ſileam quem uictum quemue amictum equo, quem immodicè amabat, exhibuit, certè & uiuenti ſimulachrum aureum fieri fecit, & mortuo ſepulturam, quo grauius ſtomachemur, in uaticano extrui, tot inter ſacra oſſa ibi condita & condenda. Vix credibilia loquimur, uera tamen, horum ſimiliumque conſcius uates, heroum animas apud inferos quoque equorum ſtudio deditas facit, nec minor ideò, ſed maior eſt uanitas, quæ tàm magnos ad ſe animos trahere potens eſt. Neue quis priſcam tantùm, non modernam amentiam ſuſpicetur, redeat ad memoriam, nec longè ſeu loco ſeu tempore requirendus: Adhuc enim uiuit, nec dum ſenuit, & in terra Italica nobiſcum degitis quem nominare non eſt neceſſe, fortunæ utique uir ingentis, nec parui ingenij conſilijque uir, alioquin magni animi nec inſulſi, ubi quid ſerio agendum incidit, qui tamen ægrotanti equo quem amabat, aureum puluinar, ac ſericum cubile ſubſtrauit: Cunque ipſe interim podagra uinctus atque

immobilis medicorum legibus regeretur, nihilominus tamen aut ſeruorum uectus manibus, aut equo altero uix iniectus, & ſuos medicos ſecum ducens, equum ægrum ſuum bis terquè quotidie uiſitabat, illi ſuſpirans atque anxius aſsidebat, illumque leniter manu tractans blando murmure ſolabatur. quid multa? nullum medicinæ genus intemptatū, nil languēti amico debitū p̄termiſſum fuit. Fabulā fortaſsè poſteritas uocet, uera res & magno in populo nota eſt: ſic uir fortis curam equi geſsit, ut propriā, ſic extinctū luxit, ut filiū. G. Delectat equitare. R. Eſt id quidē utile interdū, & celeritati adminiculū, & fatigationi remediū & nobilitatis inſigne: nec inficior glorioſum uulgò extantem, inſigni equo uehi, & cunctis excellere, nec uertice ſolo, ſed humeris, & toto penè corpore ſuprà eſſe. contrà uerò laborioſiſsimus & ſæpè domino ſuo peſtifer immitis equus. Optes iter pedibus agere, tàm nulla eſt ſuſpirandi uel minimum facultas, equeſtre periculum pedeſtri luto ſeu puluere permutatum uelis. Proinde multos media de morte rapuerunt equi, multos in mortem impulerunt aut alliſerunt, aut corporibus oppreſſerunt. quid quod non ultimum belli ſemen equi ſunt, tolle equos, peregrinos terris incurſus, partemquè permaximam bellicæ cladis abſtuleris. Vt quod de uentis in natura, quoque de Iulio Cæſare in hiſtoria eſt quæſitum, expediens ne fuerit, aut flare uentos, aut Cæſarem naſci? et de equis ſimiliter quæri poſsit, tàm multa ſunt utrinque contraria. nec immeritò, Theſſalia quæ prima equos repperit domuitquè, prima aureum argenteumquè nummum cudit, prima pelagus rate temptauit, Martis ſeminarium uiſa eſt, quod non ſemel, tot poſt ſeculis multo claroquè ſanguine patuit. G. Quàm me putas iuuet Poëta noſter, ubi nobilis equi ſpiritum moresquè deſcripſit? R. Ne te terret Hebræorum uates ubi ait: Ab increpatione tua deus Iacob, dormitauerunt qui aſcenderunt equos. Excute ſingula, non tàm illud leue, quàm hoc aſperum.

De uenatu & aucupio. Dial. XXXII. GAV.

AT canibus gaudeo. R. Nunc intelligo adoleſcentis imberbis gaudium, de quo Flaccus: *Gaudet equis, canibus & aprici gramine campi.*
Vide autem, ne & quod ſequitur ſis:

Cereus in uitium flecti, monitoribus aſper,
Vtilium tardus prouiſor, prodigus æris:
Sublimis cupidus, & amata relinquere pernix.

Hunc te enim eſſe metuo, qui gaudium tuum in fugaciſsimis rebus loces. G. Canibus ac uolucribus delector. R. Hæc inſaniæ deerāt, non ſatis eſt currere, ac uagari, Volare etiam inſtituis. G. Rides me, non uolabo equidem, ſed uolantibus delector. R. At illæ delectationem tuam deſpicient abeuntes, nec te noſcent, & ingratæ ſe uocāti ſurdas exhibebunt, quid implumis facies, alata uoluptas tua eſt: finge redeant, damnoſa redit occupatio, iterum clamabis, & oblitus melioris negotij, diem perdes. Iterum retro accliuis & oculos fixus in nubē poſt auiculam tuam flebis, quaſi nil neceſſarij operis uita ferat, ex commodo ocioſi & lenti, uos uolucrum ſeruos eſſe gloriamini. Natura uobis duas manus fecerat, uos hanc freno curuatis, hanc unguibus occupatis. Sic inutiles undique & uolandi ſtudio manci effecti, ne nihil agere uideamini, multo cum ſtrepitu ante diem ſurgitis, & quaſi ſint hoſtes in limine præcipitanter erumpitis, tota dehinc luce iactamini, ſtagnis ſyluis ac uepribus, implentes cuncta clamoribus diſſonis & incondito ululatu, inquè hoc ſpiritum nulli maiori rei habilem effundentes, ſpiritum quo maiores ueſtri bello terrebant hoſtes, pace iuſtitiam defendebant. Serò autem re ueluti benè geſta domi ſedetis, alternantes quàm benè uel auis hæc uolauerit, uel iſta digeſſerit, quot ſint caudæ, quot alarum plumæ ſuperſtites, quot emiſſæ. Non'ne hæc omnis ſcientia ueſtra eſt, hic amor, hæc fœlicitas, & hoc totum quod creatori Deo, quod altrici patriæ, quod parentibus, quod amicis redditis, accipitres, aut herodios ueſtros ſonantes in nubibus, &

laniatas

laniatæ prædæ paululum & ſudorem & puluerem & nocturnam perditæ lucis hiſtoriam. In hac enim indefeſsi ſemper & ualidi, delicati autem & imbecilles ad ſeria, Liuij Hiſtorias, & Ciceronis orationes ſacraſqúe, nec pudet, literas prolixitatis arguitis. Quis hæc inoffenſis auribus audiat? quis uos ferat ad alíud natos, in his uiuere? ſi modo uiuitis hæc agentes. G. Canibus atque auibus delector. R. At qui ducum & illuſtrium multos, equis, quoſdam canibus delectari ſolitos audiuimus, eo uſque ut Hadrianus imperator non equis ſolum, ſicut hi quos ſuprà memoraui, ſed canibus quoque buſta conſtruxerit, oppidumqúe inſuper, eo loci ubi urſam proſpera uenatione peremerat, manu ſua, ſæpè & mactare ſolitus & leonem, auibus nullum ferè, unde & irriſum ferunt à Virgilio Marcellinū Auguſti nepotem, quòd dare his operam adoleſcentulus uideretur. G. Venatu libenter exerceor. R. Fuit hæc quondam Latinorum, nunc Gallorū ars propria eſt, quod & res probat, & illorum ſcriptores aliqui gloriantur, itaque ut ſileam reges, quorum tota uita uenatio eſt, Summus apud illos Regum, quantum ab armis ocij fuit, uenatu ut uides aſsiduo ſemper exercitus, ad extremum morti proximus, uenatu etiam laſsitudinem ſenectutis atque incommoda refouet. mirum dictu, in rege præſertim literato, nec à ſtudijs melioribus abhorrente, ſed gentilitium hoc illi erat, ut perhibent, ſitqúe gentilitium, ſinire. Neque hanc gloriam Gallis Itali eripiant, neque uelit de uanitate contendere, nam & ſi errore ſepoſito, in rem ipſam figis oculos, ſeminobilium ultimi ordinis exercitium hoc uidebis, quos à rebus arduis, torpor quidam & ignauiæ comes, diffidentia, ab humilibus autem pudor ac ſuperbia dehortantur ac retrahunt. Ad honeſtum igitur nihil idonei, ſyluas colunt, non uitam ſolitariam acturi, cui non minus quàm politice ſe ineptos ſciunt, ſed feris ac canibus & uolucribus conuicturi, quod non facerent, niſi illis ſimilitudine aliqua iuncti eſſent, qui ſi ex hoc uoluptatem quandam, ſeu ſolam temporis fugam quærunt, utcunque ſtulti, uoti compotes forſan euaſerint: ſin neſcio quàm ſeu ingenij ſeu magnificentiæ gloriam aucupantur, errant, quænam quæſo, non principibus modo, ſed ingenuis eſt gloria mechanicis, immò & ſeruilibus delectari atque negotijs? Vna horum excuſatio. nam qui liberalibus ſtudijs quæ maiores coluerunt ſui, atque omnino literis indixerunt bellum, quònam potius quàm ad hoſtilia caſtra transfugerent? Sed pudebit forſitan, ſi ad antiquam reſpiciant, ſeque cum maioribus metiantur ac comparent. Sæpè quidem legere potuerunt, & Platonem philoſophantem, & Homerum poëtantem, & Tullium orantem, & Cæſarem triumphantem, uenantem puto non legerint.

De numeroſo famulatu. Dial. XXXIII.

GAV. Magno circumuehor famulatu. G. Obſideor dicere uoluiſti. G. Magnus circumſtat ordo famulorum. R. Dic quòd eſt hoſtium, à quibus quo nihil eſt durius, nequeas cauere, qui latebras domus introſpiciant, prodantque conſilia, quæ nouerint ut effundant, quique præter futura continua, quòd nulli unquam accidit obſeſſo, ueſtiendi tibi interim paſcendiqúe ſint, inqúe ipſis penetralibus habendi. Durum ac dubium belli genus, pace carens & inducijs, ubi ſub tuis ſignis, hoſtilis muros habet exercitus. G. Serui mihi multi ſunt. R. Multi ſerui, multæ lites, multæqúe diſcordiæ, multa denique bella domeſtica, quorum uel ſpectator fœdus, uel laborioſus compoſitor ſis oporter, interqúe reos & accuſatores medius, ſeruis tuis ſeruias, iudex factus ex domino. G. Multos ſeruos habeo. R. Curioſiſsimum animal ſeruus ad inquirendum, negligentiſsimū ad obſequendum. quid agas & quid cogites noſſe uult, quid iubeas ignorare. G. Seruos multos habeo. R. Melius pauci ſeruiunt quàm multi, ſiue ideò [illegible] ob ſequium turbam uitat, ſiue quòd ubi multi ſunt alter alterius aſpiciens manus quieſcit, laborem fugere, ut induſtrijs pudor, ſic inertibus gloria eſt, quòd ita norunt omnes, nullus conſulit, nemo eſt qui non multitudine delectetur. G. Mihi multi ſerui domi ſunt. R. Vbi ſerui multi, multi ſtrepitus, pauca ſeruitia & ſecretum nullum, Quot ſeruorum linguæ, tot præconum tubæ: Quot ſeruorum aures atque oculi, tot domorum rimulæ,

quibus illa etiam quæ in fundo ſunt facilè dilabuntur, pertuſum uas ac futile ſeruilis animus, nihil continet quicquid infuderis, mox effluet. G. Multos ſeruos domi habeo. Multos ſibilos, linguas uipereas, domeſticæque pacis uirus abditum, multos quoque profundos & capaces uentres ac lubrica guttura, procellam aulæ, thalamo dedecus, peſtem penu uoraginemque perpetuam: paucos ſeruos benè regere difficilè eſt, multos impoſsibile. G. Multi mihi ſerui domi ſunt. R. Melius ſolitudo tibi eſſet. Nihil eſt peius, quàm dum malarum qualitatem rerum quantitas adiuuat aut numerus, pauci ſerui mali, multi autem peſsimi. G. Multi mihi ſeruiunt. R. Rectè quidem, ſi promiſsio & res ipſa quæ promittitur, unum eſſent, nunc inter utranque quid interſit, ſentiunt experti. promittunt fateor promiſsiq́; Deos teſtes, uocant, ne ſoli ſcilicet ſolos fallant, exige autem promiſsi fidem, nulla erit. Multum eſſet & abundè fidei ſatiſfactum, modo ne uiolarentur, neue afficerentur iniurijs, quibus eſt obſequiũ promiſſum, nunc promiſſe ſat eſt, quid quod præter ſeruiendi uotum, omnium quoq; notitiam profitentur, ubi ad experiẽtiam uentum eſt norunt. pauciſsima, uolunt nihil, niſi quòd uenter ſoporq́; ſuaſerit ac libido. Nil humilius nilq́; abiectius horum ingreſſu, nil inſolẽtius, nilq́; infidius progreſſu, nil inimicitius demũ, nil odioſius eorum egreſſu. Durũ eſt cogitare ne dicam pati, ut per dominorũ domos inflati elatiq́; ambulant, ſeruitiumq́; polliciti dominium uſurpant, exercentq́; tyrannidem, & quaſi ad uaſtandum conducti, non tantùm deuorant uniuerſa, ſed ſpargunt gulamq́; largitionibus adiuuant, de alieno prodigi, auariſsimi ad rapinam. Quos ſi quando ad ſe pudor aut neceſsitas reflectit. ut ſe ſeruos eſſe meminerint, quàm ſuperbè, quàm querulè, quãtoq́; cum murmure ſeruiant, quis ignorat? ut meritò poſsit non pretio emptum modo, ſed gratuitũ quoq; ſeruitiũ huiuſmodi faſtidiri. Ad extremum qui clandeſtinas domi agebant, ubi limen exceſſerint, cum inuiſis dominis, apertas inimicitias linguis agunt, armis ſi liceat acturi, et ſi quis horum fortaſſe conuitijs abſtinet, non id prioris amor domini, ſed ſequẽtis timor efficit, cui ob hoc uilis ſuſpectusq́; fieri metuit de ſe ſimilia cõiectanti, quibus ex rebus niſi oculos timor obſtrueret, ſole clarius cerneretis, quãtò ſit ſatius omni tali ſeruitio caruiſſe. G. Vtrumq; mihi latus ſerui ambiunt. R. Serui nomine, re ut dixi hoſtes acerrimi atq; impij, & abſq; his uiuere ſuperbia ueſtra nõ poteſt, Inq; hoc ut in multis malo ueſtro miſeri gauderis, in hoc maximè diuitias optatis, in hoc terras & maria pererratis, in hoc aurũ & cumulatis & ſpargitis, ut acies hoſtium ueſtrorũ denſior ſit indies atq; munitior. An fortaſsè nõ ita eſt: an aliud concors diuitum habet opinio? nulla ferè alia re mediocris fortunæ benè inſtitutã domũ, opulentiſsimæ Perſarũ aut Lydorũ regiæ cedere, cũ in multis excedat, quàm quod illa plures paſcit & lautius. G. Seruorũ me circũfuſa cohors. R. Immò ſub obtentu ſeruitij, urget & comprimit ſonoriſque compedibus uinctum trahit, ut & tibi iure optimo dici poſsit, quid feciſti miſer? ut tot cuſtodibus indigeres. G. Serui me undiq; circumuallant. R. Nulla fugæ, nulla ſpes igitur eſt ſalutis, Malo quidẽ ſuo pertinaciter delectari, deſperatæ dementiæ eſt. Atqui ob hoc unum & optanda paupertas, & amanda erat, ut cum certis opum malis nexibus, tum uel maximè te ſeruorum dolis ac faſtidio liberaret.

De magnificentia ædium. Dial. XXXIIII. GAV.

MAgnificentiſsimæ mihi ſunt ædes. R. Quid hic dicam niſi Tullianum illud. Ornanda eſt dignitas domo, non ex domo tota quærenda, nec domo dominus, ſed domino domus honeſtãda. G. Ornatiſsimæ ædes ſunt. R. Quid hinc tumes. Architectu[illegible] non tua. G. Aedibus ampliſsimis habito. R. Vbi fures latitẽt, tu uageris, ſerui luxurientur, uulgus hæreat, ligurient paraſiti, multiplicis tædij capax locus. G. Maximis ædibus habito. R. Vna eſt urbium & domorum lex, non ſtatim melius habitat qui latius, neq; enim quàm latè habites, ſed quàm lætè requiritur ad beatã uitam. Sæpè uel in palatijs Regum labor dolorq́; habitãt, uel in tugurijs inopũ quies et gaudium, quod ſi amplitudo domus aut forma præſtaret, nobiliſsima artium eſſet architectura. G. Regijs ædibus habito. R. Quaſi uerò curas morboſq́; locus arceat, ſiue ad præbendenda

turrium

turrium faſtigia mors egeat ſcalis. Non'ne in regia Tullus Hoſtilius habitabat, quando ictus eſt fulmine? in regia quoq; Tarquinius Priſcus quãdo percuſſus eſt ferro? in regia denique Superbus quando pulſus eſt regno? nullus locus periculis inacceſſus, nullum limen morti clauſum. G. Habitatio mihi propria atque perpetua eſt. R. Immò uero parui temporis incolatus, inſtat dies commigrandi, ciuem fingens, aduena es, conductoq; habitas, ueniet qui te nudum laribus his exturbet. G. Clara quidem & anguſta domus eſt. R. Hinc digreſſo fuſca erit & anguſta. Sed & nunc ſi uerè domum tuam reſpicis, obſcura & arta illa prorſus & caduca eſt, quæque indies tantis adminiculis uix fulta ſubſiſtat, aſſiduè fatiſcens, caſuſque ſui nuncia, & quæ certè nec à ruina ultima longè ſit, nec interim generoſum incolam delectet ut domus, ſed angat ut carcer, ubi mors aderit, unde optet abſolui. i nunc ergo, uel alienis ædibus, uel tuo carcere gloriare.

De arcibus ualidis & munitis. Dial. XXXV. GAV.

MVnitiſsimis arcibus habito. R. In ædibus aliquid boni eſt, in arcibus mali multũ, illa protegũt ab æſtibus, à uentis, ab imbribus, hæ animum poſſidẽtis ſollicitudinum procellis obiciũt, & ſecuritati politice curas afferũt & pauores. G. Arx mihi præualidis mœnibus cincta eſt. R. An excidit illud, Spartani dictũ, qui amico patriæ muros oſtẽtanti: Si hos, inquit, fœminis extruxiſtis, rectè quidem, at ſi uiris turpiter. G. Arcẽ, habeo fortiſſimam. R. Quid, niſi impatientia & ſuperbia & auaritia ueſtra fecit ut arcibus opus eſſet. Quantò eſſet honeſtius equo iure cũ hominibus uiuere, & in plano cultiſq; in agellis habitare quietos, carpentẽ ſomnos, quã te rupibus hiſpidis incluſiſſe, nocturnis excubijs ululantẽ, teq; tua miſeria ſuſpectũ & inuidioſum omnibus reddidiſſe. An & publicolæ factũ excidit, qui quãuis inter primos urbem Romã ſeruitio regio liberaſſet, ſentiẽs tamen ſe ſitu ædiũ ſuſpectũ plebi, ut ſeipſum licet indigna ſuſpitione liberaret, domum ſuam de monte depoſuit. G. Arx inexpugnabilis eſt mihi. R. An illud uetus prouerbium non audiſti. Nullum inexpugnabilem locum eſſe, in quem aſellus onuſtus auro poſſit aſcendere. Trahit oppugnationem arx munita, non impedit. Reſtitit aliquantulum Senonum inſultibus arx Tarpeia, Pœnorum Tarentina, donec utriq; opportuno remedio ſuccurſum eſt, illi Camillus affuit, huic Fabius. Sed an gemina arx Locrenſis ab ipſo defendi quiuit Hannibale, profectò nec Ilion ipſum, nec Byrſa defendi potuit, nec Corinthus, quæ una per uetuſtam inexpugnabilis famam habuerat, ſed hanc ſibi Mummius uictor eripuit. Non'ne ante hos ſeptuaginta annos, Præneſtina arx, qua neſcio an ulla uſquã fortior eſſet atq; munitior, ab illo magno hoſte, quia armis non poterat, blandiſijs ac promiſſis fallacibus capta fuit ac diruta, & uix tandem uelut è lõgeua febre fragilior reſurrexit. Ad ſummam, nil inexpugnabile, tutum nihil ab humanis fraudibus eſt. G. Arce ſublnixus munitiſſima nil timeo. R. Arces peſtiferam multis confidentiam præbuêre. Multi qui tuti ſine arcibus in pace uixiſſent, arcium fiducia auſi ſunt, unde ipſis in arcibus periêre, ut illic potiſſimum audacia domaretur, unde orta erat. Nô ſunt ad audendum irritandi animi, ſed frenandi. omnis magna ſecuritas, niſi quæ de deo oritur: ſtulta eſt. G. Habito in arce munitiſſima. R. Vt ſit aliquid arx hæc tua, quid eſt aliud quæſo quàm refugiũ quoddã, & degeneres latebræ ad perferendam obſidionem, quod ut ait Liuius, Miſerrimum eſt in bello. Quando unquã audiuiſti, ubi unquã legiſti Iuliũ Cæſarẽ, utrũq; Aphricanum, magnum Pompeium, Marium, Alexandrum, Pyrrhum, Hannibalem, alioſq; uiros magni nominis, ſe arcibus continentes, & non potius arcibus inſultãtes. Arces ſcito non receptacula fortium, ſed inertium eſſe latibula. Certè hac ætate, Stephanus Columnenſis, æui omnis illuſtribus uiris par, cum in eius auxilium ad famam ſui nominis ueniſſet nobilis quidam uir externus & incognitus, eſſentque die quadam graui & ancipiti prælio & ingenti turba hoſtium circumuenti, ille periculum uidẽs acceſſit propius. & ubi inquit, O Stephane arx tua eſt? Ille ſubridens, ut qui nec domum propriam quidem Romæ haberet, manu ad pectus appoſita: Hæc quidem, inquit, arx mea eſt. Vocem ſuo auctore digniſſimam,

ſic

ſic eſt autem, ſancti & deuoti uiri, omnem ſpem in Deo habent, Iuſti ac politici in uirtute, fortes & bellicoſi in armis, tumidi & ignaui in muris atque artibus.

De ſuppellectili pretioſa. Dial. XXXVI. GAV.

IN ampla domo ſuppellex eximia eſt. R. Superuacuo in ſpacio, pōdus inutile, illa furibus latebras dabit, hæc prædam, utraque periculum tibi, alimentum incendio atq; liuori. G. In domo ſpecioſa ſuppellex copioſa eſt. R. Illa cum te loco moueris deſerenda eſt, hæc ſi uti uolueris ſapientiſsimè transferenda eſt, & plus difficultatis allatura quàm uoluptatis, plus oneris quàm honoris. G. Multa mihi uarij generis ſuppellex domi eſt. R. Iuge bellum, non cum furibus modo, ſed cum muribus tineiſque & araneis, & rubigo fumuſquè & puluis & imber in uos dimicant. ô diuites delicati, quibus armis hos hoſtes arcebitis? G. Pretioſiſsima eſt ſuppellex. R. Non rei pretium, ſed contemptus diuitem facit, alioquin & quærendo cupiditas creſcit, & paupertas cupiendo, ita fit ut nihil magis inopem faciat, quàm auari opes quarum ſi eſtimatio, exacta ueriquè iudicij ſequ x contemptus acceſſerit, ea demum ueris diuitijs uera eſt uia, ego te diuitem, dum uana miraberis non putabo, quamuis aurea ſtellantiquè gemmis ardentibus, tectum omne ſuppellectili opertum refertumquè tibi uideam. G. Inuidioſa ſuppellex & præfulgida eſt. R. Pro captu oculorum ſeu forſitan animorum, uerè autem oneroſa rerum colluuies ac turbida, ſed auaritia nihil uſquam ieiunius, nihilquè miſerius, cuius famem & quærēda excitant, et quæſita non ſapiunt, dumquè ſperata fulgebant, poſſeſſa ſordeſcunt. Itaque ſæpè diuitias, dum quæſiſſe putaueris, ſollicitudinem & nauſeam quæſiuiſti. Hæ nunc tibi charæ ſarcinæ, ſi uel chariores aliæ ſe oſtenderint, uel ſtuporem aſsiduitas dempſerit, uiles erunt: eſto autem charæ ſint, & maneat ſtupor, nonnè etiam error manet, iſquè difficilis atque perpetuus? Siquidem quærendi ſtudium unum fuit, ſeruandi labor eſt multiplex. nūquam deerit quòd reuiſas, quod numeres, quod complices, quod excutias, quod abſtergas, quod oculos ſimul & mulceat, & offendat. G. Suppellex immenſa eſt. R. O' hominem qui impedimentorum ſuorum magnitudine delectatur.

De gemmis & margaritis. Dial. XXXVII. GAV.

GEmmarum fulgor & ſpecies delectant. R. Rerum fateor terreſtrium, & mortalium uanitatis pars non ultima, exiguo in lapillo patrimonia magna claudentium, cuius pretiū inſtabile & incertum quotidieq; uarium, quod & ſola mercantium fama, et diuitum inſanorum credulitate dependeat, unde diù ſpretæ inopinis pretijs attolluntur, & gemmarum famoſiſsimæ ſubita præmuntur infamia. Neſcio quibus notis erumpentibus non tàm ipſis de quibus agitur, in rebus, quàm in opinione hominum iſta callentium. Præclara quidem illa prudentia, quæ neglecto cultu Dei atque animi, & utriuſque notitia internoſcendis lapidum uenis inuigilat: ſed ſic eſt mos. Neque nunc primùm in pretio ſunt, quibus pretia uafrè fingunt, uera enim pretia uel nulla ſunt penitus uel ignota: quod uerò periculoſa uanitas, quàm tremulum, quanque anceps iuditium, ipſos inter artifices facilè eſt iuditium, memoria repetentis, id quod nuper accidit, ut per breuem gemmam. Carbunculus is erat, decem milibus aureorum. ille uir fortunæ maioris, quàm ingenij, cum emiſſet, diu ſe cunctatum fuiſſe iactabat, quòd naturalem & communem fulgor excedens ſuſpitionem faceret, eius artificij peritiſsimo cuidam cuius conſilio utebatur, non ueram gemmam eſſe, ſed uitrum aliquod, ſeu quiduis aliud in eam ſpeciem, non natura gentium, ſed neſcio qua ſupernaturali & mira quadam arte conflatum. quæ quidem hæſitatio quid niſi confeſsio quædam erat, uitrum tale uiſui pulchrius eſſe quàm gemmam, quamuis forſan illa ſolidior ſit? De hoc tamen ipſi iudicent, qui uel in hoc quæſtu pecunias aliò uertendas honeſtius, uel in hoc cognitu melioribus debitum tempus perdunt. Quod ſi dicta cunctatio iuſta fuerit, quid hinc ſequitur, quis non uidet, quæ nam ſcilicet ambitio et quanta ſit cæcitas non rei formam ac ſubſtantiam, ſed nudum nomen tanta mercede captantium? G. Nil mihi gemmis eſt charius. R. Credo hercle non uirtus, non fama, non patria

non patria, non uita ipſa, utcꝫ illa duo ſileam, quibus uobis nihil eſt uilius, duo hæc ultima, cuncꝫ his diuitias ingentes, & quicquid precioſiſsimū iudicatis, unius gemmæ pretio atcꝫ amori ſuccubuiſse mōſtrabo & exilio illam & inopia, & ſi illa tuliſſet morte ſeruatam. Cui enim quæſo non eſt notum Nonij conſilium? Romanus hic ſenator fuit, uir locupletiſsimus, gemmamcꝫ habuit uiginti millibus eſtimatam, gemmæ nomen Opalus. Mittit hunc India colorem penè omnium uarietate præfulgidum, huius fama excitatus accenſuſcꝫ cupidine Antonius triumuir, homo omnium ſuperbiſsimus atcꝫ auariſsimus, & cui quicquid natura libitum, fortuna licitum feciſset, cum iniuſto gemmæ deſiderio, ut fit, crudele poſſeſſoris odium concepit, hinc in illo publico proſcriptionis incendio, quo tot patriæ lumina periêre, Nonij nomen arſurum cum reliquis, ob hoc unum crimen, quod formoſæ tyrānocꝫ placitæ dominus rei eſſet inſertum eſt. Ille autem cui Ponticus ſaltem fiber exemplo eſſet, ut perniciose iactura ſarcinulæ libertatem redimeret, ac ſalutem illam ipſam, ſibi ut auguror præſenti diſcrimine chariorem ſic amplexus aufugit, ut ea ſalua, nulla ſibi uel patrimonij uel patriæ cura eſſet, cum illa paratus exulare & mendicare & ad extremum mori. Quis nō magni eſtimet, ad quam uir ſenatorius ſic affectus ſit. & profectò fatendū alterū, aut magni pretij eam fuiſſe, aut parui animi poſſeſſorem. Sed quid horum uerius, ut diffiniam non expectas, & ſi autem huius ac reliquorum ſimile iuditium ſeu contagium animorum, latè ſerpens, uulgi mores infecerit, magna tamen ingenia nec nummis delectari, nec omnino alia quàm uirtutis pulchritudine tangi decet, niſi ut per hæc breuia quæ delectant oculos, experrecta mens, in amorem ac deſiderium æternæ pulchritudinis rapiatur, quo de fonte, quicquid eſt pulchrum prodit. G. Excellentibus gemmis allicior. R. Hanc excellentiam non natura fecit, ſed opinio, quæ apud quoſdam Carbunculo palmam dedit, apud alios Adamanti. Illa uulgò ac pleriſcꝫ gemmarijs æui huius eſtimatio, iſta ueteribus quibuſdā rerū ſcriptoribus probatur, ſecundum quos non modò gemmarum, ſed rerum omnium terrenarum pretioſiſsimus Adamas, regum olim atcꝫ non omnium, ſed præcellentia gemma fuit: hodie quia nullius rei tantum & tam uelox quàm luxuria ac ſuperbiæ incrementum eſt, multorum non regum etiam eſſe cœpit, & iam plebis in digitos ſenſim uenit: huic proxima Indicam atcꝫ Aphricam Margaritam locant, et huic iidem Smaragdum, neſcio quidem qua ordinis iniuria. Nam ſi illorum rubor pallorcꝫ gratus eſt, cur non æque horum candor uirorcꝫ oculis blandiatur, iuſtiorcꝫ nunc etiam Saphiri quærela, quo uix aliud terra parit cœlo ſimilius ſereno. Verum ut dixi furor hic hominum non natura nobilitat, diuitum nugæ inanes atcꝫ ocioſorum fabulæ, qui facilè iſta contemnerent, ſi quo unquam honeſtiore pacis aut belli negotio tenerentur. G. Fulgidæ animum mouent gemmæ, & ſuauiter candidæ margaritæ. R. Mouent ais, immò ſternunt, calcant, molliunt & eneruant. Qua de re ſi pergam uirorum atcꝫ mulierum exempla congerere, non te doceam ſed obtundam. Vnum ex omnibus & id maximum attingam, ut intelligas, quàm periculoſus iſte furor ſit infirmioribus animis, qui eminentiſsimos fortiſsimoſcꝫ peruaſerit. Magnus Pompeius, continentiſsimus Romanorum ducum, horum dico nouiſsimorum, qui quantum magnitudine geſtarum rerum cæteris antecellunt, tantùm modeſtia uirorum uitæcꝫ frugalitate maioribus cedunt ſuis, uictor ab Hiſpania, pacato rediens occidente, compreſsiſcꝫ prædonibus & in unum coactis locum, cui conuenarū nomen, ob hoc indicium in ſeculum, id durat. illic Pyreneis in montibus, locorum forſan aſperitate, modeſtia adiuuante, atcꝫ ætatis uictoriæcꝫ ſuperbiam compeſcēte, maſculum tropheum, purācꝫ & rigidam ſui oris imaginē erexit, uerè tunc magnus atque magnificus, quamuis adoleſcēs annis, moribus ſenex maturiuſcꝫ animi. Idēcꝫ poſtea captis Piratis, & Oriente perdomito, quaſi cum loco mutatus ac tempore æquè alia parte orbis, ipſe alius reuerſus, non militarem ſed fœmineum, ſe diuinum potius in morem, uultus ſuos iam uiriles ac ſolito molliores, non ære fictos, aut marmore, ſed inſuetis atque exquiſitiſsimis margaritis in triumpho tulit. Exprobratio non leuis eoi faſtus unum in caput expoſiti, non ſine inſultatione quadam uictoris omnium populi atcꝫ excuſatione principū ſequētium.

Quid non

Quid non enim à tyrannis Roma iam ſerua pateretur, quæ libera, ciuis amantiſsimi talem hanc inſolentiam aſpexiſſet? neque reliqua triumphi illius humilia magis aut ſobria, non arma et equi domitarum gentium, ut mos erat, non captiui memorãtur aut currus aut phaleræ, quod uiliſsimum in eo legimus aurum fuit, gemmæ omnia & margaritæ. Inter multa alueus ingens ibi, & ingentium theſaurorum ordo bicolor, ita ut ſingulæ, gemmis è ſingulis conſtarent, & uaſa aurea & ueſtes & ſtatuæ, quin & luna quædam, ſolido ex auro immenſi ponderis lectiq́ue aurei, & coronæ plurimæ magnis & candidis margaritis intextæ. Deniq; mons aureus illic fuit, formæ illæ mirabiles in quadrum ductæ, ceruis ac leonibus & figuris uarijs animantium frequens, necnon arboribus atque omni pomorum genere conſitus, ramos aureos tegenubus margaritis, montis in uertice: iiſdem ex rebus horologium, artificio ubiq; uincente materiam uoluebatur, mirabile prorſus oſtentum his qui mirari inania didicerunt. G. At his rebus maximè delector. R. Credo id quidem, teq; hunc triumphum & cupide ſpectaturum reor, & cupidius ducturum, & cupidiſsime poſſeſſurum, id tibi paſsionati ſtatus animi ſuadet. Crede autem & tu mihi, hæc quæ uiſum uſq; adeò delectant, ſemper animi, & ſæpè corpori nocuerunt. Illius certè quem loquimur triumphantis gloriæ, nil unquam magis obfuit, non Theſſalicus dies, nõ Aegyptia calamitas: ubi enim fortunæ ſuccubuit non totus, hic uitio totus: ibi aliena uis, aliena perfidia, hic ſua fragilitas, ſua fuit ambitio. Illic ergo potentiã & uitã, hic animi popularis modeſtiæq; inſignis famã, magniſq; laboribus partum Magni nomen, imminuit. Mirum dictù, tanto uictorioſior contra Hiſpanos bellicoſam gentem, quàm contra imbelles et inermes Aſiaticos apparuit, eoq; mirabilius, quòd in ipſa quoq; Aſia, aliquandiu integer atq; inuictus, cum ſe in templo Hieroſolymæ omnium opulentiſsimo uerè erectũ atq; abſtinentiſsimũ præbuiſſet. Ad ultimum urgenti uitio nõ reſtitit, neq; iam amplius uir ſingularis atque unicus: ut ſemper fuerat, ſed quaſi unus ex multis captus deiectusq; eſt. Is gemmarum fulgor, ea uis margaritarum, idq́ue auri pondus fuit, Vicerat iam ante pari prelio Alexandrum Aſia, ſed parum eſt uitijs uictum ſuis, uincere. Illud magnum, uiciſſe uictorem ſui. Poſt quẽ nullus fermè ducum ſtetit inter Aſiæ delitias, quæ in orbem Latium trãſuectæ, ueſtra uos in patria uicerunt. Nempè ſi fateri uerum uultis, ubiq; gentium uictores, Aſiatica uictoria uicti eſtis. I, nunc & amicas oculorum animorum hoſtes, & uictrices uirorum fortium gemmas cole. G. Gemmis delector ardentibus. R. At hic uarijs, ille pallentibus, multiplex appetitus, una uanitas. Audiſti ut Pyrrho illi, qui cum Romanis bellum geſsit. Achates fuit lapis olim pretioſiſsimus, hominum iuditio, nunc eodem quo pretia rebus fiunt, uariante uiliſsimus, in quo quidẽ ſpecies rerum diuerſarum repreſentari ſolere oculis fama eſt, hominum, iumentorum, fluminum, nemorum, uolucrum, ferarumq; nulla penitus manu artificis ſed naturæ. In anulo ſanè Pyrrhi regis, ut Solini uerbo utar, non impreſsis ſed ingenitis figuris, Muſæ nouem, & Apollo erat choreæ nobilis citharista, ſparſis ita nexiſq; inuicem gemmæ notis, ut tot imaginum, in tàm paruo ſpacio una quæque ſuis diſcerneretur inſignibus præclaris ut erat anulus, addiditq; gratiæ regis nomẽ, pluris enim fiunt res illuſtrium. Sed quid, oro, illi contulit Achates ſuus, an bello inuictum, an non dicam morti, nõ hoſtili gladio, ſed ſaxo quòd fœminea etiam torſit manus, exemplum fecit? quid inquã hũc uel Pyrrho profuit habuiſſe, uel hoc nocuit caruiſſe, Fabricio Curioq́ue, quibus ille uictus atque Italia pulſus eſt ducibus? Affirmare auſim, neutri horum unquam ſeſſurum animo fuiſſe, ut horrentem galeam rigidumq́ue nec auro nec gemmis inſignem gladium anulo regio permutaret, ſic mollia quæque deſpiciunt uiri fortes. Quomodo uerò anulum regis ambirent, qui ſola uirtutis fiducia, regem ipſum & regias opes regnumq; ie contempſerant? Contra autem uos animorum diffidentia cuncta miramini, & quaſi beatos factura concupiſcitis, uirtus ſola contemnitur. Eſt & gemmæ alterius fama uetuſtior, quã Samiorum tyrannus Polycrates habuit, ferũt fuiſſe Sardonicẽ: is lapillus inter multa pretioſa ditiſsimi hominis pretioſiſsimus habitus, quamobrẽ q nihil u... quã ſenſiſſet aduerſi, palàm obſequẽtis et clãculũ inſidiantis fortunæ inuidiã placaturus, n... auigio in altũ prodijt, anulũq; ipſum in quo gẽma erat, manu propria demerſit, uel ſic falẽ... emel dolitu

rus in

rus in uita, uiſus ſibi callidè tranſegiſſe, cum fortuna ſi tot lætis hoc unum triſte penſaret. Illa uerò nec falli, nec facilè poteſt mulceri, mala bonis æqua lance componẽs, pluſculum exigebat pro diuturno fauore, breue quidem, ſed prædurum, ut qui per omnem uitam fœlicisimus ſibi atq; alijs uiſus eſſet, in morte miſerrimus uideretur, eſſetq́ue miſerrimus, hinc uit js, hinc ſupplicijs omnibus unum caput urgentibus. itaq; uelut oblatum reſpuens, ò fortunæ ludos, Piſce quodam internũcio, qui tunc ore anulum excipiens, captuſq́ue illicò menſæq́ue eius appoſitus fuerat, anulum illi ſuum, non ſine quodam ſpectantium ſtupore reſtituit. Eam gemmam, multis poſt ſæculis, Auguſtus Cæſar, & pretio tactus, & miraculo inſertam aureæ coronæ ad ædem concordiæ dedicaſſe fertur. Hic rurſus interrogo, quid hoc uel tyranno profuit habuiſſe patriã affligenti, uel Pythagoræ obfuit caruiſſe communem ſibi cum illo patriam & domum propriam, & amicos morum eius odio relinquenti? nempè tyrannus ille patibulo affixus omnium iuditio, cum ſummum ſupplicium pateretur, maiore etiam dignus erat, iſte Philoſophus in pace obiens, pro Deo cultus, domus eius pro templo habita eſt. tantum inter illius gemmam atque huius pallium interfuit. Neque uerò ſeu Policrati tunc Sardonix ille, ne morſu uolucrum ſenſus in cruce marceſceret, ſeu modo Ioanni Galliarum Regi, nec acie uictus in manus hoſtium perueniret, ſuus ualuit præſtare Carbunculus, quem die illa, in digito eius inuentum ereptumq́ue, ſibi & pòſt annos ab amico quodam, orbe alio redemptũ, remiſſumq; cernere fuit ac tãgere rem precij infiniti: ſed nullius efficatiæ nulliuſq́ue operæ, niſi cultus & reliquæ id genus. Gemmas enim lucidas non nego, ne ſenſui contra dicam, Nego utiles, nego ullam uim habere, niſi illam quæ uulgò etiam fertur, poſſunt ſeras auarorum quoque diuitum confringere, atque arculas exhaurire. G. Vtcunque in pretio ſunt gemmæ, hæq; animum delectant. R. Atqui dementiæ ſummæ eſt, multam curam rebus impendere, quæ & ſi aliquid uideantur in ſe nihil ſunt. Hoc eſt enim, errore oculorum ac præſtigio delectari. quid in his laboras, quæ non dico fœlicitati non conferunt, ſed nec miſeriæ detrahunt, præſentes neq; contrario abeuntes. Et ſi multa æquidè hîc à multis, & mirabilia ſcripta ſint, non ueritati rerum, neque utilitati legentium, ſed ſtupore operam dantibus præcipueq́ue à Magis, qui his nugis, libros integros implere (tantùm erat ocij) potuerunt. Mihi tamen hac in parte cum Plinio ſecundo planè conuenit, & ſcripſiſſe eos, ego quoque non ſine contemptu & riſu generis humani, arbitror, ut & ſtultã credulitatem uanis opinionibus implicarẽt, & ſe ipſos noſtris ineptijs oblectarent. G. Delector gemmis, quibus credibile eſt aliquam uim ineſſe. R. Quæ nàm illa ſit audiſti, ut ſi alia, quantula tamen illa, eſt mercatorum ac ſcriptorum collata mendacijs, non Graia tantum arte confictis, ſed ueſtra etiam aſſenſione auctis atque firmatis, quæ multo eſt ſatius uel prudenter arguere, uel magnificè contemnere, quàm callere omnia gemmarum precia uirtuteſq́ue & uitia. Hic enim à Plinio, cuius multa placent, ualdè diſſentio: Ille quidem falſas deprehendendi artes, ſeu notitiam quandam pollicetur, quando inquit, etiam luxuriam aduerſus fraudem muniri decet. Mea uerò ſententia non munienda neque armanda luxuria eſt, ſed inermis & ſola circulatorum inter armatas acies deſerenda, ut circumuenta ſæpius & illuſa, quando aliter non poteſt, ſaltem damnis & fraudibus caſtigetur.

De gemmarũm poculis. Dial. XXXVIII. GAV.

Iuuat gemmis bibere. R. Cauari gemmas ad pocula, luxuria uetus eſt, non uitrum modo rem fragilem ac profectò pulcherrimam mundiſsimamq; deſpiciens, ſed argentum ipſumq; aurum humanæ olim cupiditatis ultimam metam. inuentumq; aliquid quo auaritiã luxus excederet, nõ ſat digna, magni mali cauſa. Vidit hoc Poëta dũ diceret:

Hic petit excidijs urbem miſeroſq́ penates.
Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat oſtro.

Malum ingens, nec iuſtitiæ tantùm ſed humanitati obuiũ, & ut ſcires unde ortum, addidit, ut gemma bibat. En ciuilium par furorum cauſa, ut cum calix argenteus diuino cultu ſatis eſſet, aureus humano uiſui parum ſit, niſi pretium faciente periculo, gemmæ etiam pere

grino ar-

grino artificio excauentur, quibus bibat infœlix homuntio, & polluta mendacijs atque ſpurcitijs labra, iucũdius applicet, res et potui incommoda uoluptate, interpellante motu & apparatu operoſa, & cuſtodiæ difficilis, & ſaluti anceps & uenenis aptiſsima. Verum namq; eſt illud alterius Poëtæ.

Nulla aconita bibuntur fictilibus,
Tunc illa time, cum pocula ſumes gemmata.

G. Gemma bibere glorioſum reor. R. Superbia dum ſe attollat, nec deſcenſum cogitat, nec ruinam: carè libentius bibitis quàm ſecurè, ambitioſè quàm ſapidè, ſic uitia uitijs uincuntur, & gulam parcius aliquando ſollicitat uini ſapor, quàm inſolentiam cyphi color. Obſtupeſcitis ad gemmarum radios, hunc ſtuporem nullo non pretio eſtimandum arbitramini, nõ tantùm pecuniæ ſed uirtutis. Nonne enim ille Virgilianus euerſor patriæ, hoc ipſo de quo loquor, pretio gemmam quærit, Iuſtitia ſcilicet & pietate, properans his amiſſis, illam adipiſci, & ut gemma bibat ciuem atq; hominem obliuiſci? G. Libenter gemmatis utor poculis. R. Eſt fortaſſe alia deſi derij tàm intenſi radix, neq; ſolus fulgor allicit, ſed aliqua latens uirtus. Nam quis omnes gemmarum uires atq; uirtutes explicet? ita dico ſi omnium quæ de his dicuntur aut ſcribuntur, pars ſeptima uera eſſet, ſed nec ſeptuageſima uera eſt, neq; profectò centeſima. Quod ſi ut Plinius ait, nulla fraus uitæ lucroſior, quis miretur, ſi & nulla numeroſior? non quod gemmarum quàm cæterarum rerum crebrior ſit contractus, quippè quas raritas pretioſas facit, ſed quòd nuſquam rarior eſt ueritas, neq; enim alicubi uel experiendi minor copia, uel maior licentia mentiendi, uel mendacij fructus uberior, uel impudentia liberior, uel conſuetudo frequentior. Quod ſi quid prorſus ex omnibus uerum eſt, an illud forſitan uerum erit, quod & magnorum auctoritas, & ſuper illam fundata uulgi habet opinio, ebrietati reſiſtere Amethyſtos? parum uè igitur cauſæ ſit, cur ebrioſorum poculis hæc gemma deſeruiat? Ludo tecum, ſæpe ita iocos parit, nempe ut hoc uni tribuant, quid aliæ meruêre, niſi quòd uoluptatis ingenium fuit, ut cũ guſtu bibentis delectetur uiſus, atq; hinc illinc ſenſibus delinitis, ambitioſior letiorq; ſit ebrietas. Hæc ni fallor & uerior rei huius & certior cauſa eſt, cùm in reliquis, cùm in hac ipſa quæ aduerſus ebrietatem quaſi belli dux eligitur, de qua triumphare ſobrietas ſola poteſt. Vti uino modico iuxta illius conſultoris optimi ſententiam, eoq; ipſo non ad uoluptatem ſed ad utilitatem, & ſtomachi ægritudines depellendas, uino inquam exiguo & fragili lymphisq; perdomito: Meri autem potentis incendium atq; impetum, ſeu fuga euadere, ſeu aquarum diluuio extinguere ac frenare. ſcire et meminiſſe in uno magno ac feruido potuq; crebro & nimio, multam pudoris ac doloris pœnitentiæq; materiam ineſſe, eam quocunq; te uerteris oculis ingeri, neq; à quoquam ſanæ mentis poſſe diſsimulari. Hæc ſunt arma contra monſtrũ illud utilia. quis hic Amethyſto ſeu gemmis omnino ullus eſt locus? Mentiti ſunt id Magi, fueruntque qui crederent, ut hoc ſponſore ſobrietatis intrepidi biberent. Perfidè quidem Magi atq; impudenter, ut plurima, ſtultè credulum uulgus, ut omnia. Summa igitur rerum eſt, nihil aliud uobis hanc reliquaſque conciliat quàm uoluptas, difficultatibus excita & incenſa, ſed multo maximè ſuperbia & conditionis obliuio, timorque animi letifer, quo cum nil peius ſit hominum uitæ, miror quid ita nil gratius, non dico uirtus, bonum ingens ueſtro uili iudicio, ſed nec uita ipſa nec ſalus, non ſecuritas, non opes, non deniq; uoluptates, ijſdem uobis extimatoribus, ſummum bonum, cuncta hæc uni ceſsêre ſuperbiæ. Hæc præter cætera uos gemmarum cupidos fecit, quæ ſemper inutiles, ſæpè damnoſæ ſunt, neceſſariæ uerò nunquam. Hac hortante igitur effectum eſt, ut occupati ſemper ac trepidi, ſed exculti, domorum menſas, templorum inſtar altarium habeatis aureas atq; gemmatas, hoſtiæ ipſæ purpureæ ac uitiatæ, auaritiæ luxuriæque ambitionis atq; ſuperbiæ cultus expoſitæ, q̃ in uos omnes ac ſingulæ ſæuiũt, primas ſibi partes, ut eſt dictum uendicante ſuperbia. Auaritia quippe quod nomen ſonat, utcunq; fortaſsis auro contenta quieſceret, luxuria epulis & uoluptatibus ſuis, ſola ſuperbia non quieſcit, quamdiu aliquid ſupra ſe uidet, ut quæ ab initio rerum Deo par eſſe tentauit, hæc eadẽq; uos cogit laborioſè gemmas quærere, ſtudioſeque uel nectere uel cauare, ut procedentes

ſedenteſq;

ſedentesq; in foro, inq; conuiuio radiantes, ac ſtellati cœlo ſemper inuidiã faciatis. Hac duce igitur, ut ad rem redeam, in habitaculo & in ueſte, ciboq; & potu, & rebus omnibus, quæ humanæ neceſsitati ſeu iucunditati inuentæ erant, ſpecioſum aliquod fulgidumq; periculum miſcuiſtis, eoq; creſcendo malum prodijt, ut ex gemmis, non modò iam pocula, ſed pelues ac lebetes & mortaria & ahena conſpiciamus. Victrix plaude ſuperbia, gemmea pocula requirebas, omne tibi ex eadem materia uaſorum genus tui offerunt miniſtri, neque iam minus eſt commune, gemmam hos in uſus, quàm in uſum frugum terram fodere, ſic conſuetudo facta eſt uobis quæ luxuria maioribus ueſtris fuit. G. Cryſtallinis poculis libens utor. R. Parco iam gemmis, concreta illas glacies excuſat, neſcio quid plus uitro habens, æquè enim frangitur & ſarciri nequit, niſi quòd quæſitu difficilior, & uel de longinquo ueniens, uel quæ propinqua eſt inter alpium ſcopulos rupeſq́ue inuias & algentes tenui fune pendentibus eruenda, ob eamq́ue rem charior, ueſtras cupiditates irritare potentior. Itaque Neronem legis infœlici percitum rumore, ſeu damnis ex omnibus cryſtallinos duos calices fortè eliſos, grauiſsimè doluiſſe, ſeu quod alter puta uerior hiſtoriæ ſenſus habet, ira feruidum præcipiti, & ætati ſuæ infenſum & poſteris inuidentem, ne quis unquam ex his biberet manu propria colliſiſſe. En fortunæ durioris expiatio, nil inuentum, in quo grauius ſæuitiæ magiſter iracundiam exerceret, in cryſtallum ſæuit, qua nullæ tunc ſibi delitiæ chariores. Excuſatio minorum, dicat aliquis imitari principem: ſed Neronem ſequi, nemo bonus optauerit. G. Cryſtallinis gaudeo. R. Nec attendis quã caduca, quàm fragilis delectatio tua ſit, ſed hic mos eſt ueſter, naturæ propriæ ſimilia exoptatis, cum imbecillitas ueſtra firmum aliquid cui hæreret, & ueſtri melior pars cœleſtis altũ aliquid quòd ſpectaret, & optare & quærere debuiſſet, utrique debilia atque imã quæritis. Benè autem habet, quod murrhina hodie lautitijs exceſsêre. Veterum furor incredibilis, eadem illa uictoria quæ peregrina multa uobis intulit. ipſo de quo diximus, triumphante Pompeio in Italia, inq́ue urbem Romam tranſuectus, ex Aſia ſemen inutile, ſed terræ creditum præfertili coloniſq́ue impigris, itaq; in breui auctum uſq; adeò, ut murrhini unius pretium ſeptuaginta uideas talenta, calicisq; illius ab amante quodam cupide conuulſum dentibus labrum, & miri amoris mirabiliorem exitum, ut cicatrix illa nobilitans uaſculum, & famæ eius, & pretij eſſet augmentum. Non igitur hac in parte luxuria, qua nulli ceditis ætati, neque ſuperbia minor eſt ueſtra quàm maiorum, ſed utriuſque ſubducta materia eſt murrhinis, non ſolum uſui ueſtro deficientibus, ſed ignotis pro quibus noua luxuriæ ſpecies inuaſit. Auellanæ radix ad pocula generoſum lignum, ipſum quoq; cicatricibus honeſtandum, furor nunc præcipuus galliarum, uenerunt hos in uſus nuper arbores aliæ peregrinis nominibus aduenis & notis, alijs atque alijs, ſed eadem uanitate, ueniéntq́ue, nec ullus erit nouitatum modus, donec ueſtris poculis murrhinorum iactantia uita ſit. In uno planè fateor auorum ceſsiſtis inſaniæ, quod illi ſuccinos nullo uſu ſola, ſed habendi libidine mirabantur, uterque delitias numerabant, unde & Nero ipſe non principum modò, ſed hominum ſæuiſsimus, malæ dilectæ & peius occiſæ coniugis, flauos crines, hoc ſub nomine, ceu titulum meditatus eximium, adoptaſſe legitur carmine edito. Fuit atque quod ſtupeas trux illud ingenium amicum Muſis, in quo illos, quod aurei uiderentur, ſuccinos ſuos dixit: O feroces atq; infauſtæ blanditiæ decorumq́ue & laudatum caput, calce impia ad inferos detrudendum: at uos ſuccinos, & habetis et aſpernitis, aut certè modeſtius colitis & parcius æſtimatis.

De gemmarum ſignis Dial. XXXIX. GAV.

SIgnis gemma expreſsis mulceor. R. Acceſsit, non inficior ad naturæ decus quidam artis ornatus, & minutos in uultus inq́ue ſignorum uſum gemmas ſculpi, ſubtiliora quidẽ inter ingenij opera numeratũ, ubi et Amethiſtus inter lapides uel impreſsioni facilis uel ſucceſſu, ꝓſper, ut perhibẽt, & inter artifices primũ ſibi Pyrgoteles ſumpſit nomen, eo quod unus è cũctis ſui generis idoneus Alexãdro uiſus eſt, ſculpẽdæ ſui oris imagini,

qua poſtmodũ diuus Auguſtus uſus eſt, cum gemma illa, qua erat uti ſolitus, in iocos hominum abijſſet, ut Sphinx ænigmata afferre diceretur, ita ut præter exactionũ difficultates, ipſa quoqꝫ ſigni perplexitas, uerecundiſsimo principi parere uideretur inuidiam. Huic proximus uel ingenio uel ætate Apollonides fuit & Cronius: pòſt hos magni nominis in hac arte Dioſcorides fuit, cuius cum opera exprimeret, nomen ſiluiſſe Plinium miror, hic eſt enim qui ipſius diui Auguſti ſculpſit effigiem, qua ad extremum & ipſe dum uixit, & poſt eum multi principum uſi ſunt, ea uel Cæſarei oris ueneratio, uel admiratio fuit artificis. Et nunc ego tanto de gemmis habito ſermone, quas ſeu natura integras ſolidasqꝫ uoluptatibus ueſtris exhibet, ſeu ars cauſsas, quæro ex te, quantò amplius delectare animum deberet, ſine pretio aut labore parabilis ſplendor æthereus, immò ne is equidem, ſed qui huius & illius fons ac principum lucis eſt? Rutili Carbunculi, uirides Smaragdi, ſereni Saphyri, candidæ Margaritæ ſic alliciunt, nec ſolis fulgor aut ſyderum, nec terræ uiror aut arborum, nec ſerenitas aëris, nec candor nitidus tangit auroræ? Stupetis facies, manu hominum gemmis inſculptas, nec artificis ſtupetis ingenium, immò uerò neque illum ueneramini, tot quę tam claris ad uerum uijs agnoſcitis, qui gemmas ipſas, quiſqꝫ ingenium, qui manus, quiſquę oculos fecit, quibus hæc cernerentur atque intelligerentur & fierent, O ſemper uilium imitatores rerum, ſemperqꝫ nobilium contemptores.

De tabulis pictis. Dial. XL. GAV.

PIctis tabulis delector. R. Inanis delectatio, nec minor uanitas quàm magnorum hominum ſæpè fuit, nec tollerabilior quàm antiqua. Siquidem omne malum exemplum tunc fit peſsimum, quando illi uel auctorum pondus adiungitur uel annorum. Vndecunquę ortæ conſuetudinis robur ingens conſenuerit, & ut bona in melius, ſic mala in peius ætas prouehit. Sed ô utinam qui maiores ueſtros uanis in rebus facilè uincitis, eoſdem in ſerijs æquaretis uirtutemquę cum illis & gloriã miraremini, cum quibus pictas tabulis ſine fine miramini. G. Vide utique pictas tabulas miror. R. O mirus humani furor animi, omnia mirantis, niſi ſe, quo inter cuncta non ſolum artis, ſed naturæ opera, nullum mirabilius. G. Pictæ delectant tabulæ. R. Quid de hoc ſentiam, ex iam dictis intelligere potuiſti, omnis quidem terrena delectatio ſi conſilio regeretur, ad amorem cœleſtis erigeret, & originis admoneret. Nam quis unquam quæſoriui appetens, fontem odit? at uos graues, humi accliues, affixiqꝫ cœlum ſuſpicere non audetis, & obliti opificem illum ſolis ac lunæ, tanta cum uoluptate tenuiſsimas picturas aſpicitis, atque unde tranſitus erat ad alta deſpicitis, illic metam figitis intellectus. G. Pictis tabulis delector unice. R. Pennicello & coloribus delectaris, in quibus & pretium & ars placet, ac uarietas & curioſa diſparſio. Sic exanguium uiui geſtus atqꝫ immobilium motus imaginum, & poſtibus erumpentes effigies, ac uultuum ſpirantium liniamenta ſuſpendunt, ut hinc erupturas paulominus præſtoleris uoces, & eſt hac in re periculum, quod ijs magna maximè capiuntur ingenia, itaque ubi agreſtis læto & bræui ſtupore prætereat, illic ingenioſus ſuſpirans ac uenerandus inhæreat. Operoſum ſanè, neqꝫ tamẽ huius eſt operis, ab initio artis originem atque incrementa retexere, & miracula operum & artificum induſtrias, & principum inſanias, & enormia pretia, quibus hæc trans maria mercati, Romæ in templis deorum, aut Cæſarum in thalamis, inqꝫ publicis plateis ac porticibus conſecrarunt. neqꝫ id ſatis, niſi ipſi huic arti dextras atqꝫ animo maiori exercitio debitos, applicarẽt, quod iam antè nobiliſsimi Philoſophorũ Græciæ fecerãt. Vnde effectũ ut pictura diu quidẽ apud uos, ut naturæ coniunctior, ante omnes mechanicas in pretio eſſet, apud Graios uerò, ſi quid Plinio creditis, in primo gradu liberalium haberetur. Mitto hæc quoniam & intentæ breuitati et præſenti propoſito quodammodo ſunt aduerſa: uideri enim poſſunt morbum ipſum cuius remediũ pollicebar, alere, & rerũ claritas ſtupendis amentiã excuſare. Sed iã dixi, nihil errori detrahit errãtium magnitudo, imò hæc quidẽ ideò attigerim, ut liqueret mali huius quãta uis eſſet, ad quã tot tantiſqꝫ ſit ingenijs cõſpiratũ, cui et uulgus errorũ princeps,

& con-

& conſuetudinum genitrix, longa dies cumuluſq; ingens omnium malorum ſemper au-ctoritas, acceſſerint, ut uoluptas ſtuporq; animos ab altiore furtim contemplatione dimo-ueat diſtrahatq;. Tu autem ſi hæc ficta & adumbrata, fucis inanibus uſque adeò delectant, attolle oculos ad illum, qui os humanum ſenſibus, animam intellectu, cœlum aſtris, floribus terram pinxit, ſpernes quos mirabaris artifices.

De ſtatuis. Dial. XLI. GAV.

AT delector ſtatuis. R. Artes uariæ, furor idē, ipſarūq; fons unus artiū, unus finis, diuerſa materia. G. Delectāt ſtatuæ. R. Accedūt hæc quidem ad naturā propius quàm picturæ, illæ enim uidentur tantùm, hæ autem & tanguntur, integrumq; ac ſolidum, eoque perennius corpus habent, quam ob cauſam picturæ ueterum nulla uſquam, cū ad huc innumerabiles ſuperſint ſtatuæ. Vnde hæc ætas in multis erronea, picturæ inuentrix uult uideri, ſiue quod inuentioni proximum, elegantiſsima conſumatrix limatrixq;, eum in genere quolibet ſculpturæ, cumq; in omnibus ſignis ac ſtatuis longe imparem ſe negare temeraria impudensq; non audeat. Cum præterea penè ars una, uel ſi plures, unus ut diximus fons artium graphidem dico, atque ipſe proculdubiò ſint coeuæ pariterq; floruerint (ſiquidem una ætas & Appellem & Pyrgotelem & Lyſippū habuit) quod hinc patet, quia hos ſimul ex omnibus, Alexandri magni tumor maximus delegit, quorum primus cum pingeret, ſecundus ſculperet, tertius fingeret atq; in ſtatuā excuderet, edicto uetitis uniuerſis, qualibet ingenij artiſq; fiducia, faciē regis attingere. nec minor hic ideò furor quàm reliqui, immo uerò omnis morbus eo funeſtior, quo ſtabiliore materia ſubnixus. G. At me ſtatuæ delectant. R. Non te ſolum aut plebeis comitibus errantem putes, quanta olim dignitas ſtatuarum quantùmue apud antiquos clariſsimosque hominum ſtudium deſideriumque rei huius fuerit, & Auguſti & Veſpaſiani, ac reliquorum, de quibus nunc dicere longū eſſet, & impertinens, Cæſarū ac Regū uirorumque ſecundi ordinis illuſtrium, ſolers inquiſitio, & repertarum cultus, & cuſtodia & conſecratio iudicio ſunt. Accedit artificum fama ingens, non uulgò aut mutis duntaxat operibus, ſed latè ſonantibus ſcriptorū literis celebrata, quæ tàm magna utiq; parua de radice naſci poſſe non uidetur. Non fit de nihilo magnum, eſſe uel uideri oportet, de quo ſerio magni tractant. Sed his omnibus ſuprà reſponſum eſt, eò autem ſpectant, ut intelligas quanto niſu obſtandum tam uetuſto & tàm ualido ſit errori. G. Varijs delector ſtatuis. R. Harum quippè artium, manu naturam imitantium una eſt, quam plaſticen dixêre. hæc gypſo & ceris operatur ac tenaci argilla, quæ cognatis licet artibus, cunctis amicitior ſit, uirtuti aut certè minus inimica modeſtiæ in primis & frugalitati, quæ magis fictiles quàm aureas Deorum atq; hominum formas probant, quid hic tamen delectabile, quid quo cereos aut terreos uultus ames non intelligo. G. Nobilibus ſtatuis delector. R. Auaritiæ conſilium agnoſco, pretium ut auguror non ars placet. Vnam tu auream artificij mediocris, multis æneis atque marmoreis, multoque maximè plaſticis præferendam duxeris, haud inſulsè quidem, ut ſe habet æſtimatio rerum præſens, hoc eſt autem aurum amare non ſtatuam: quæ ut ex uili materia nobilis, ſic puro rudis ex auro fieri poteſt. quanti uerò tu ſtatuam extimares, ſiue illam regis Aſſyrij ex auro ſexaginta cubitorum quam non adoraſſe capitale fuit, quamque hodie multo ultrò ſuam ut facerent adorarent, ſiue illam cubitorum quatuor quam ex ingenti topazio, mirum dictu, reginæ Aegyptiæ factam legis, puto nō anxiè quæreres cuius eſſet artificis, contentus de materia quæſiuiſſe. G. Artificioſæ oculos delectant ſtatuæ. R. Fuêre aliquando ſtatuæ inſignia uirtutum, nunc ſunt illecebræ oculorum, ponebantur his qui magna geſsiſſent aut mortem pro Repub. obijſſent, quales decretæ ſunt legatis à rege Fidenatium interfectis, quales liberatori Italiæ Africano, quas illius magnitudo animi ac ſpectata modeſtia non recepit, quasque poſt obitum recuſare non potuit. Ponebantur ingenioſis ac doctis uiris, qualem poſitam legimus Victorino, nunc ponuntur diuitibus, magno pretio marmora peregrina mercantibus. G. Artificioſæ placent ſtatuæ R. Artificum ferè omnis recipit

materia, ſentio autem ut tua delectatio plena ſit ingenij, materiæque nobilitas iuncta perficietur: neque hic tamen aurum, quamuis Phidiaſque conuenerit, uera delectatio nulla eſt, aut uera nobilitas, ſex terræ licet rutila, incus, mallei, forcipes, carbones, ingenium laborq; mechanici, quid hinc uiro optabile uereque magnificum fieri poſſit cogita. G. Non delectari ſtatuis non poſſum. R. Delectari hominum ingenijs, ſi modeſtè fiat tollerabile, his præſertim qui ingenio excellunt, niſi enim obſtet liuor, facilè quiſque, quod in ſe amat in alio ueneratur. Delectari quoque ſacris imaginibus, quæ ſpectantes beneficij cœleſtis admoneant, pium ſæpè excitandiſque animis utile, prophanæ autem & ſi interdum moueant, atque erigant ad uirtutem, dum tepentes animi rerum nobilium memoria recaleſcunt, amandæ tamen aut colendæ æquo amplius non ſunt, ne aut ſtultitiæ teſtes, aut auaritiæ miniſtræ, aut fidei ſint rebelles, ac religioni ueræ & præcepto illi famoſiſsimo: Cuſtodite uos à ſimulachris. Profectò autem ſi hic quoque illum aſpicis, qui ſolidam terram, fretum mobile, uolubile cœlum fecit, quiq; non fictos, ſed ueros uiuoſq; homines & quadrupedes terræ, piſces mari, cœlo uolucres dedit, puto ut Protogenem atque Appellen, ſic etiam Polycletum ſpernes & Phidiam.

De uaſis Corinthijs. Dial. XLII. GAV.

QVem nō moueant uaſa Corinthia? R. Aſſuetum cœleſtibus, terrena nō quatiūt, ſic collata illis modicum, ſic nihil, ſic deniq; tædium atq; faſtidium grauè ſunt: quomodo aūt animus memor originis, cauernis terreſtribus inhiet, aut magnificat quod ex illis effoditur, dum cœlum ſolēq; ac ſtellas ſeipſum uidet, ſupremūq; horū omniū artificem contēplatur? G. Corinthijs delector. R. Neſcis te non gelido tantū & examini terræ partu, ſed officinæ nigrantis ac ſqualentis fabri operæ, ad poſtremum Romanæ prædæ reliquijs delectari? Ad hiſtorias redi. Mūmius dū Corinthū armis captā direptāq; flammis abſumeret, aureis ſimulq; argēteis atq; æneis quæcū que uictorū forte manus euaſerant, ſtatuis, quarū abūdantiſſima olim illa urbs fuit, pari incendio liquefactis, omniū metallorū uenæ ibi uno torrēte fluxerūt, unoq; ex omnib. iam nobiliore metallo & pretioſioribus uaſis exordiū, & à cladæ urbis nomē luxuriæ partū fuit, non quod is furor in ea urbe conſurgeret quæ ruebat, ſed uenturo furori materia parabatur. Ad hunc modū tunc Corinthus huius fons fuit inſaniæ. Nunc Damaſcus. inde hodie uaſa mittuntur ueſtros captura oculos animoſq;. G. Vaſis Corinthijs delector. R. Mirarer magis, niſi Auguſtū modeſtiſſimū atq; grauiſſimum principem, lectū eſſet apud egregios ſcriptores, delectatione hac uſque adeò correptū, præcipitēque actū proſcriptione Triūuirali condēnaſſe aliquos, nullā aliā ob cauſam niſi huiuſmodi uaſorū deſiderio putaretur, atque eius ad ſtatuā famoſā, epigrammate appoſito ad æternā laudati ducis infamiā, Corinthiarius, diceretur. Quod ſi credimus, inetr hūc optimū peſſimumq; omniū Antoniū, ac in parte quid interſit, niſi quod hūc ad iniuriam cauſa mouit humilior. et eſt omne peccatum eò maius, quo & maior qui peccat, & minor cauſa peccandi: nec peccantis magnitudo, atque imperium linguæ uel calami uulnus euadāt, iudicijſque hominum eximuntur, illos magis in ſe acuunt atq; irritant. Nō parcit Regum maculis uulgus loquax, & ſi palàm metuit, clàm libertate utitur, in cauernis ſibilat, gannit, in tenebris, dubias uoces in nubibus, acres uerſus in triuijs ferit, ſubſcribit ſtatuis, nutu loquitur, ſilentio exclamat, minaturque oculis, lingua ferit. Sic ſæpè leuibus ex cauſis graues contrahuntur infamiæ, & claris quoque nominibus obſcura cognomina, idq; ſi principum maximo euenire potuit, quid priuati ſperent, quibus eſſe debeat amica mediocritas, inimica luxuriæ. G. Corinthijs delector. R. At ſi pectus erroribus oculiq; fulgoribus clauderentur, liquidò appareret, quantum fictilia præferenda Corinthijs, quantum uel paratu faciliora, uel iucundiora uſu, uel ſecuriora ſeruatu. uel diuinis humaniſque cultibus aptiora. Certè quod ad ſecuritatem attinet, ſi uera hæc Cæſaris nota eſt, proſcripti illi ſecurius uixiſſent, ſi Corinthijs caruiſſent: at quod ad diuinum cultum, tum propitiam magis hominibus fuiſſe diuinitatem, dum fictilibus coleretur, nec mihi dubium, nec Senecæ: quod uero ad humanum uſum, fictilia

fictilia Tuberonis, quamuis ut probrum graue, apud populum cæcis domino nocuiſſe ſuffragijs certum ſit, & præturæ repulſam peperiſſe, maximoq; Valerio factum populi popula<u></u>riter excuſanti, indigna fuiſſe, publico munere uideantur, ego tamen hic quoque cum Seneca ſentio, apud quem illa multis laudibus efferuntur: Sunt enim parſimoniæ antiquæ, & Romanis aptiſsimæ moribus, quibus ut modeſti patrisfamiliâs priuata domus, ſic benè inſtitutæ urbis honeſta Reſpub. regi debet, ut frenato greſſu metam teneat eius, qui in terris eſt compoſiti atq; tranquilli ſtatus. Itaque ſi Q. Aelius Tubero, fictilibus ſuis ante cellam Iouis expoſitis, quibus ille frugalitatem atq; ſobrietatem, ut que ait Seneca paupertatem in Capitolio conſecrabat, oculos populi iam laſciuientis offendit, non eſt ciuis egregij culpa ſed temporum. Iam tunc res ab illa priſca ſeueritate ad hanc mollitiem inclinabat, quæ primum pateras cyphoſq; aureos, gemmatos, diſcum argenteum corymbiatum, lancem pampinatam, pateram hederatam mirari cœpit, & reliqua quæ Galienus Imperator, Claudio miſit imperatori pòſt futuro: deinde alias atq; alias furorum ſpecies, quæ magni ſcentiæ tribuuntur. Nouiſsimè autem his diebus, non hederas modo uel pampinos uel corymbos, ſed ipſas cum incolis ſuis ſyluas omne genus arborum, ac ferarum & uolucrū & hominum uultus, & quæcunque uel oculus uidit, audiuitq; auris, uel mens finxit, in auro expreſſa uel argento, longa iam conſuetudine non miratur, gemmis inhians, de quibus paulo antè tractauimus. quid multa? ipſum iam uileſcit aurum creſcente ſuperbia. Pridem uerò quæ laudas Corinthia uiluerunt, contemptusq; de uera rerum utilium extimatione, laudabilis futurus, de falſa nobilium admiratione damnabilis factus eſt. G. Ego uerò Corinthia nunc etiam miror. R. Corinthus ueſtris uſta facibus, ſuo uos uſsit incendio, & murorum excidium ſuorum in ueſtros animos ultra eſt: neq; id nouum, ſæpenumero uictores bellorum externorum, ſimul externis uitijs uicti eſtis. Sic uos Scipio Aſiaticus, & Manilius Volſco Aſiæ uictores, Aſiaticis delitijs lectiſque purpureis atque aureis ueſtibus exquiſitæque ſuppellectili, quodq; uiliſsimum epulis cocisq; peſſundedit: ſic Pompeius gemmis ac margaritis, ſic uos Mummius tabulis pictis atque Corinthijs ſubiugauit, ut dum de hoſtibus duces ueſtri, & de uobis ueſtrisq; de moribus hoſtilia triumpharent. G. Cupidè Corinthijs uaſis utor. R. Neque uaſa Corinthia, neque aurea meliorem cibum faciunt, neque Famia peiorem, neque omnino qualitatum rerum, ſed ex morbo animi hæc ueſtra cupiditas orta eſt, ſeu ipſa potius morbus eſt animi. Cui ut conſilens conualeſcas, pro inutilium tot uaſorum curis, unam arripe utilem ac ſalubrem, ut ſcias ipſe tuum uas in ſanctificatione & honore, ſicut ſcriptum eſt, non in paſsione deſiderij poſsidere.

De librorum copia. Dial. XLIII. GAV.

LIbrorum copia magna eſt. R. Opportunè admodum de his ſermo oritur. Nam ut quidam diſciplinæ, ſic alij uoluptati & iactantiæ libros quærunt. Sunt qui hac parte ſuppellectilis exornent thalamos, quæ animos exornandis inuenta eſt, neq; aliter his utantur, quàm Corinthijs uaſis aut tabulis pictis ac ſtatuis, cæteriſq; de quibus proximè diſputatum eſt. Sunt qui obtentu librorum auaritiæ inſeruiant, peſsimi omnium non librorum uera pretia, ſed quaſi mercium æſtimantes. Peſtis mala ſed recens, & quæ nuper diuitum ſtudijs obrepſiſſe uideatur, quæ unum concupiſcentiæ inſtrumentum atque una ars acceſserit. G. Librorum larga copia eſt. R. Operoſa, ſed delectabilis ſarcina & animi iucunda diſtractio. G. Ingens eſt copia librorum. R. Ingens ſimul & laboris copia, & quietis inopia, huc illuc circumagendum ingenium, his atq; illis prægrauanda memoria, quid uis dicam? Libri quoſdam ad ſcientiam, quoſdam ad inſaniam deduxêre, dum plus hauriunt quàm digerūt, ut ſtomachis, ſic ingenijs nauſea ſæpius nocuit quàm fames. Atque ut ciborum, ſic librorum uſus, pro utentis qualitate limitandus eſt, in rebus omnibus quod huic parum, illic eſt nimium. Itaq; ſapiens non copiam, ſed ſufficientiam rerum uult. illa enim ſæpè peſtilens, hæc ſemper eſt utilis. G. Immenſa copia librorum eſt. R. Immenſum dicimus, quod menſura caret, ſine qua, humanis quid in rebus rectum ſibiq;

conueniens, tu metire. Eſt in his etiam quæ optima iudicantur immenſitas, atque im-
moderatio fugienda, ſemperquè præ oculis habendum illud Comicum: Nequid nimis.
G. Librorum inæſtimabilis multitudo eſt. R. Maior ne tibi quàm Ptolemæo Phila-
delpho Regi Aegypti? quem Alexandrinæ bibliothecæ, quadraginta librorum millia coa-
ceruaſſe compertum eſt, qui tamen diuerſis ex locis, diu magno ſtudio quæſiti, ſimul
omnes arſerunt: quod elegantiæ regum curæquè opus egregium fuiſſe, ait Liuius, quem
Seneca reprehendit, non id elegantiæ curæquè regiæ opus dicens, ſed ſtudioſæ luxuriæ, im-
mò ne id quidem, ſed ſeipſam conquiſitis ſpectaculis inaniter oſtentantis. Et Liuij ta-
men dictum, & Ptolemæi factum, utrumque forſitan Regiæ opes excuſent, & in longum
publicis uſibus proſpiciens, regis intentio in hoc certè laudabilis, quod ſacras literas mun-
do non utiles modò, ſed neceſſarias, ſumma diligentia atque impenſa per electos ad tan-
tum opus uiros, in Græcam linguam ex Hebraico fonte transfudit. At quid facias priua-
tis, non æquantibus ſed ſuperantibus apparatus regios? Sereno equidem Sammonico do-
ctrinæ uiro ingentis, ſed maioris curæ plurimarum literarum, ſed plurium uoluminum, duo
& ſexaginta millia librorum fuiſſe legimus, quos omnes Gordiano iuniori, cuius patri
fuiſſet amiciſsimus, ille moriēs reliquit, magna prorſus hæreditas, & multis ſuffectura in-
genijs, num uerò quis dubitet oppreſſuram? Quid hic autem quæſo, ſi nil aliud egiſſet in
uita, nullum illi uel ſcribendi ſtudium fuiſſe, uel quærendi labor, nihil omnium tot uolu-
minibus comprehenſorum legere atque intelligere laboraſſet? at non ſatis habuit nego-
cij, libros ipſos ac librorum titulos, & authorum nomina, & librorum formas numerumqꝫ
cognoſcere? Pulchra uerò ars, quæ de Philoſopho librarium facit: crede mihi, non eſt hoc
nutrire ſcriptis ingenium, ſed necare mole rerum atque obruere, uel fortaſſe medijs in un-
dis more Tantaleo ſiti animam torquere, rebus attonitam, deguſtantem, nihil atque om-
nibus inhiantem. G. Libri innumerabiles ſunt mihi. R. Et errores innumeri, qui-
dam ab imperitis, alij ab indoctis editi. Illi quidem religioni ac pietati & diuinis literis,
hi naturæ ac iuſtitiæ moribusquè & liberalibus diſciplinis ſeu hiſtoriæ rerumquè geſtarum
fidei, omnes autem uero aduerſi, inquè omnibus & præſertim primis ubi maioribus agi-
tur de rebus, & uera falſis immixta ſunt, perdifficilis ac periculoſa diſcretio eſt. Vt ad ple-
num auctorum conſtet integritas, quis ſcriptorum inſcitiæ inertiæquè meditabitur
corrumpenti omnia miſcentiquè? cuius metu multa iam, ut auguror, à magnis operi-
bus clara ingenia reflexerunt, meritoquè id patitur, ignauiſsima ætas hæc culinæ ſoli-
cita, literarum negligens, & coquos examinans non ſcriptores. Quiſquis itaque pin-
gere aliquid in membranis, manuquè calamum uerſare didicerit, ſcriptor habebitur, do-
ctrinæ omnis ignarus, expers ingenij, artis egens. Non quæro iam, nec queror ortho-
graphiam, quæ pridem interijt, qualitercunque utinam ſcriberent, quod iubentur, appa-
reret ſcriptoris infantia, rerū ſubſtantia nō lateret. Nunc cōfuſis exemplaribus, et exemplis
unum ſcribere polliciti, ſic aliud ſcribunt, ut quod ipſe dictaueris non agnoſcas. An ſi re-
deat Cicero aut Liuius, multiquè alij ueterum illuſtrium, ante omnes Plinius Secundus,
ſua ſcripta relegentes, intelligent, & non paſsim hæſitantes, nunc aliena credent eſſe, nunc
barbara? Inter humanarum inuentionum, tot ruinas, Literæ ſacræ ſtant, cùm maiore ho-
minū ſtudio, tùm uel maximè protegēte ſua ſancta poëmata, ſuas ſanctas hiſtorias, diuinas-
què ſuas leges, auctore illarum Deo, ſuamquè perēnitatem ſuis inuentionibus largiente,
reliquorum nobiliſsimè pereunt, & iam magna ex parte periêre, ſic ingentis damni nullum
eſt remedium, quia nullus eſt ſenſus, neque id nouum hac in re, & uirtutum & morum da-
mna ingentia negligūtur, cum tanto ſtudio minoribus occurratur, literarum iactura, inter
minimas numeraris: ſunt qui numerent inter lucra. Fuit nuper non in agris aut in ſyluis,
ſed in maxima florentiſsimaquè, & quod ſtupeas, urbe Italiæ, neque is paſtor aratorue, ſed
uir nobilis magniqꝫ apud ſuos ciues loci, qui iuraret ſe magno pretio empturū, ne quis un-
quàm ſuā patriā literatus incoleret aut intraret, ô uox ſaxei pectoris. Fertur tale aliqd ſen-
ſiſſe Licinius infeſtus literis, ut ſcriptum eſt, quas uirus ac peſtem publicam nominabat.

ſed origo

ſed origo illum ruſtica forſan excuſet, & ſi enim uſque ad Cæſarem nomen aſcendiſſet, naturam tamen non exuerat: Verum eſt enim illud Flacci:

Fortuna non mutat genus

Sed quid de nobilibus ueſtris dicam, q̃ nõ modo perire literas patiuntur: ſed exoptãt uotis? Equidem huius rei pulcherrimæ contemptus atque odium: breui uos in profundum ignorantiæ demerſerint. Accedunt (ne à propoſito deerrem) & ſcriptores nulla frenati lege, nullo probati examine, nullo iuditio electi, non fabris, non agricolis, non textoribus, non ulli ferè artium tanta licentia eſt, cum ſit in alijs leue periculum, in hac graue, ſine delectu tamen ad ſcribendum ruunt omnes, & cuncta uaſtantibus certa ſunt pretia. Nec uerò hæc ſcriptorum magis humano more lucra captantium, quàm ſtudioſorum publicisque rebus præſidentium culpa eſt, quibus nulla unquam rei huius cura fuit, oblitis quid Euſebio Paleſtinæ Conſtantinus iniunxerit, ut libri ſcilicet, non niſi ab artificibus, iisque antiquarijs & perfectè artem ſcientibus, ſcriberentur. G. Librorum bona copia eſt. R. Quid ſi capax animus non eſt? Meminiſti Sabinum illum apud Senecam, ſeruorum ſuorum ſcientia gloriantem: quid inter te atque illum intereſt, niſi quòd aliquanto tu ſtultior, uterque equidem alieno, uerũ ille ſeruorum & certè ſuorum, ac tu librorum nil ad te pertinentium ingenio gloriaris? Sunt qui quicquid in libris ſcriptum domi habent, noſſe ſibi uideantur, cunque ulla de re mentio incidit, hic liber, inquiunt, in armario meo eſt. hoc tantum idque ſufficere opinantes, quaſi ſimul in pectore ſit, elato ſupercilio conticeſcunt, ridiculum genus. G. Libris affluo. R. Quàm mallem ingenio & eloquentia & doctrina, multoque maxime innocentia & uirtute. Sed hæc uenalia non habentur, ut libri, & ſi haberentur, neſcio an emptores totidem reperturi, quot libri. illi enim muros ueſtiunt, hæc animos. qui quando oculis non uidentur ab hominibus, negliguntur. At profectò ſi librorum copia doctos faceret, aut bonos, doctiſsimi omnium atque optimi ſæpè eſſe poſſent, qui ditiſsimi, cuius ſæpè contrarium uidemus. G. Adminicula ad diſcẽdum libros habeo. R. Vide autem ne impedimenta ſint potius, ut nonnullis ad uincendum multitudo bellatorum: ſic librorum multitudo multis ad diſcendum nocuit, & ex copia, ut fit inopia orta eſt, qui ſi ultrò adſint, non abijciendi equidem, ſed ſequeſtrandi erunt, utendumq́ melioribus, & cauendum ne qui forſan in tempore profuturi eſſent, intempeſtiui obſint. G. Multi & uarij mihi ſunt libri. R. Fallit ſæpè uiarum multiplicitas uiatorem, & qui uno calle certus ibat, hæſit in biuio, multoque maior eſt triuij error aut quadriuij, ſic ſæpè qui librum unum efficaciter elegiſſet, inutiliter multos aperuit euoluitq́. Multa ſunt onerosa diſcentibus, doctis pauca ſufficiunt, nimia utriſque ſunt importuna, ſed fortioribus humeris ſubuectantur agilius. G. Librorum nobilium magnum numerum contraxi. R. Librorum numero nemo qui nunc occurrat, præter Regem illum Aegyptium nobilitatus eſt, neque id ſibi tàm numerus dedit, quàm famoſa trãslatio. Haud dubiè mirum opus tot ingeniorum, niſi unius poſt ingenij miraculum maius eſſet. Calle alio niti oportet, ut ex libris gloriam quæras, non habendi ſed noſcendi, neq́ bibliothecæ, ſed memoriæ committendi, cerebroq́ non armario cõcludendi ſunt, alioquin uel librario publico, uel armario ipſo glorioſior nemo erit. G. Egregios multos libros ſeruo. R. Multos in uinculis tenes, qui ſi forſan erumperent & loqui poſſent, ad iuditium te priuati carceris euocarent, nunc flent taciti, multa quidem nominatim, illud quòd perſæpe unus iners affluit auarus, quibus multi egeant ſtudioſi.

De ſcriptorum fama. Dial. XLIIII. GAV.

QVid quod ipſe libros ſcribo. R. Morbus publicus, contagioſus, inſanabilis. omnes ſibi uſurpant ſcribendi officium, quod paucorum eſt, unus hoc correptus malo, multos inficit. Aemulari enim pronum, imitari arduũ, unde indies creſcit ægrotãtium numeris ſimulq́ uis ægritudinis ingraueſcit, quotidie plures, quotidie peius ſcribunt, quoniã ſequi facilius quàm aſſequi. Scitum req́ compertum, & cum tempore clarius eſt illud ſapientis Hebræorũ, Faciendi plures libros nullus eſt finis. G. Scribo. R. Suis utinã ſe

 finibus

ſinibus tenerent homines,rerumque ordo conſtaret, qui mortalium temeritate confunditur. Scriberent qui ſciunt, & qui poſſunt, alij legerent uel audirent. Itane parua enim animi uoluptas intelligere eſt, niſi manus ad calamum præſumptuoſa feſtinet? & quiſquis libri particulam intellexit, ſeu intellexiſſe uiſus eſt, ſibi illicò libros ſcribere uideatur idoneus? Hæreret utinam memoriæ unum Ciceronis noſtri dictum, in Tuſculani ſuo ueſtibulo, ne quem lateat claro ſcilicet ac patenti loco poſitum. Fieri enim, inquit, poteſt ut rectè quis ſentiat, & id quod ſentit eloqui politè non poſsit. & ſequitur: Sed mandare quenquam cogitationes ſuas literis, qui eas nec diſponere nec illuſtrare poſsit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis eſt intemperanter abutentis & ocio & literis. Sunt quidem Ciceroniana iſta uerisſima, ſed ea iam uſq; adeò uulgaris abuſio eſt, ut nemo non ſibi uni dictum putet, quod illi olim ſacratisſimo exuli, qui non de areſcentibus riuulis, ſed de ipſo ueri fonte potauerat quæ ſcribebat, dictum eſt & ſæpius repetitum: Scribe, cui præcepto, contemptores præceptorum omnium, omnes obediunt, omnes ſcribunt. Quod ſi in his qui alienos ſcribunt libros, magni diximus eſſe periculi: quanti putas, in his qui proprios recentesque, quibus dubias atque damnatas mundo inuehunt diſciplinas, ſeu quòd in his malum eſt leuisſimum, ſtilo obtundunt incondito & agreſti, ſicut cuiuis deſit ingenij, iactura ſaltem temporis laborque aurium tediumque non deerit? Hic ueſtrarum hodie non altius fructus inuentionum, aut inficere, aut afficere, reficere autem aut nunquam, aut perrarò: omnes tamen aſsiduè libros ſcribunt, nec ulli ætati, tanta uel ſcribentium uel diſſerentium copia, tanta ſcientium atque eloquentium fuit inopia. horum de libris accidit, quod ibidem Cicero idem ait. Itaque ſuos libros, inquit, ipſi legunt, cum ſuis nec quiſquam attingit, præter eos, qui eandem ſcribendi licētiam ſibi permitti uolunt. Quod quidem Ciceronis ætate rarum fuit, nunc commune eſt: omnes igitur attingunt, quia ſcilicet eandem licentiam uolunt omnes, ſic ſe mutuò cohortātur, impelluntq; ſcribentes, inania & laudantes, laudemque ſimilium falſis de laudibus aucupantes. Hinc illa igitur ſcribentium audacia, rerumq; confuſio, ne tu ualde tibi placeas libros ſcribens. G. Scribo libros. R. Melius fortaſsis illos legeres, optime autem in uitæ regulam lecta cōuerteres, tunc enim eſt utilis notitia literarum, dum in actum tranſit, ſeq; ipſam rebus approbat, non uerbis, alioquin uerum ſæpè deprehenditur, quod ſcriptum eſt: Scientiam inflare. Clarè ulociterq; intelligere, multa ſimul & grandia, eademque tenaciter meminiſſe & ornatè eloqui, & artificioſe ſcribere & pronunciare ſuauiter, hæc omnia niſi ad uitam referantur, quid ſunt aliud quàm inanis inſtrumenta iactantiæ, inutiliſq; labor ac ſtrepitus. G. Libros ſcribo. R. Forſan utilius arares campum, gregem paſceres, telam texeres, maria nauigares. multi quos natura mechanicos fecerat, illa inuita atq; obluctante philoſophantur, contrà aliquos philoſophiæ aptos, natos in aruis, aut paſcuis, in ſcamnis opificum, aut nautarum tranſtris fortuna detinuit, unde effectum, quòd mirentur cauſarum inſcij, ut in mari medio aut rure. in ſyluis, inque officinis acria & erecta reperiantur ingenia, cum in ſcholis exanguia ac deiecta ſint. Difficile enim uincitur natura ſi uincitur. G. Scribo ardenter. R. Quantò ardentius olim multi, quorum ardor ſic extinctus eſt, ut ſcripſiſſe illos, niſi id alij ſcriberent neſciretur? nullum opus humanum ſemper durat, & mortalis labor nihil efficit immortale. G. Scribo multa. R. Quantò plura alij. quis Ciceronis libros aut Varronis enumeret? quis Titi Liuij, aut Plinij opera metiatur? Græcorum unus, ſex millia librorum edidiſſe traditur. O' ardentem ſpiritum ſi uera res eſt, O' longum ocium ac tranquillū. Certè ſi unum duos ue, aut omnino paucos libros benè ſcribere, multi negotium eſt laboris, tot unum millia ſcripſiſſe, non tàm facile, eſt credere quàm mirari. Summi tamen atteſtantur auctores, quibus non credere durum ſit, quique hunc numerum non auditu ſibi, nec uiſu ſolo, ſed eorum librorum lectione compertum dicant. quos ſi unum omnes legere potuiſſe mirabile, quantò mirabilius eſt ſcripſiſſe. Longum eſt enumerare, qui uiri apud uos, qui uerò apud Græcos & quæ ſcripſerint, quorum nullus ad plenum ſtudiorum fortunatus fuit, ſed horum aliqua, illorum aut magna pars quorundam omnia periêre. Tu de tuis quid præſagias uideto.

G. Scribo

G. Scribo, & ea mihi interim uoluptas unica. R. Si ut ingenium exerceas ſcribendoque alijs te doceas, ſi ut obliuiſcaris temporum præteritiq; memoria præſens tædium effugias, excuſo, ſi ut ſcribendi morbo quidē occulto & inſanabili medeâre, miſereor. ſunt nanque, ſi neſcis, qui non ſcribunt, niſi quia nequeunt deſinere, & uelut ex præcipiti decurrentes nolentesque ſubſiſtere rapiuntur. G. Scribendi impetus ingens eſt. R. Melancholiæ ſpecies infinitas ferunt: alij lapides iactant, alij libros ſcribunt, huic ſcribere furoris initium eſt, huic exitus. G. Scripſi multa & ſcribo. R. Si poſteris profuturus nihil ſatius, ſi tibi nudum nomen quæſiturus, nihil uanius. G. Multa ſcripſi. R. O' præclaram inſaniam, & miramur ſi membranæ ſolito chariores ſint. G. Scribo, & hinc famam ſpero. R. Dixi iam melius forſitam arares aut foderes meſſem ſperans. humi enim tutius quàm in uento ſeritur. Atqui fame ſtudium, & pertinax ſcribendi opera, ut quoſdam claros, ſic innumerabiles ſtultos atque inopes in ſenium miſit, nudosque & loquaces ſpectaculum uulgò fecit. Ecce dum ſcribitis, melioribus curis idoneum tempus elabitur, extra uos rapti ſopitique non aduertitis, donec ſero uos ſenectus excitet ac paupertas. G. Scribo tamen famæ cupidus. R. Mirum ſtudium de labore uentum quærere. Certè ego uentos optare nauticum putabam.

De magiſterio. Dial. XLV. GAV.

AT magiſterio inſignitus ſum. R. Mallem fateor diſciplina, magiſterio enim indiſciplinato & rudi nihil eſt turpius. G. Magiſter ex merito factus ſum R. Vt magiſter dignè ſis, non niſi diſcipulus meruiſti, obſequentem atque humilem te docilemque præbueris oportet, alioquin aberraſti in uia, quæ ad magiſterium ducebat. Et ſi non ignorem, quoſdam ſine magiſtro ad ſcientiæ gradum altiſsimum conſcendiſſe, idque de ſe ipſis uiros magni nominis prædicaſſe literisq; mandaſſe. Sed his labor & ingenium, & diſcendi ardor, & intentio & aſsiduitas, & perſeuerantia pro magiſtro fuit, nec internus ſilentio magiſter defuit. At nunc mihi de communibus ſermo eſt. G. Magiſter dicor. R. Multis ne magiſtri ueri eſſent, magiſterij falſum nomen obſtitit, dum de ſe plus omnibus, quàm ſibi, dumque quod dicebantur, ſed non erant eſſe crediderunt, quod eſſe poterant non fuerunt. G. Magiſterio clarus ſum. R. Vidiſti uini acidi tabernam, picturis aut floribus uernis inſignem, ubi ſitiens uiator falli poſsit, ſed nunquid & caupo ſuis fallitur artibus? Sunt certè aliqui ſic fallacijs aſſuefacti, ut longo uſu fallendi, alios, ad extremum & ſe fallere incipiant: quodque diu ſuaſêre alijs, aliquando perſuadeant ſibi, & quod falſum ſciuerint uerum credant. Tu ut libet magiſterio gloriâre, quod ſi digno obtigit, nihil noui. ſin indigno, duo hæc mala ſecum attulit, ut & diſcere pudeat, & notior ignorantia tua ſit.

De uarijs titulis ſtudiorũm. Dial. XLVI. GAV.

TItulis multis ac uarijs exornor. R. Fœcunda frondium eſt uanitas, ſed inanis fructuum. G. Titulis multis abundo. R. Si ueris, grauis ſarcina, ſin falſis, & fœda & pudenda. Quid opus eſt, & titulis quibus uia latior inſit aut dedecus? Virtus, uno, ſeu potius nullo titulo contenta, ſibi eſt titulus. G. Theologiæ titulum ſum adeptus. R. Erāt olim huius ſcientiæ profeſſores, hodie ꝙ indignās dico, ſacrũ nomen, prophani & loquaces dialectici dehoneſtant, quod niſi ſic eſſet, non hæc tanta tàm ſubitò pullulaſſet ſeges inutilium magiſtrorum. G. Philoſophiæ magiſterium merui. R. Philoſophia non ſapientiam, ſed amorem ſapientiæ pollicetur, quiſquis hanc igitur uult, amando conſequitur. non eſt ut quidam putant operoſus aut difficilis hic titulus, modò uerus amor ſit, & uera quam ames ſapientia, philoſophus uerus eris. Veram ſanè ſapientiam non niſi purgatæ piæque animæ uel intelligere poſſunt uel amare. Ad id ergo res redit, quod eſt ſcriptum: Pietas eſt ſapientia. Philoſophi autem ueſtri, huius ſententiæ contemptores aut ignari, ut de Theologis nunc dicebam, ad uerboſam nudamque dialecticam ſunt redacti, itaque de Deo illi, hi autem de natura temerariè fabulantes,

illi omnipotentiſsimam maieſtatem, uentoſis ſophiſmatibus circunſcribunt, & ſubſanantiridentiq; Deo, ſuæ inſolentis inſcitiæ leges ponunt: iſti uerò de naturæ arcanis, ita diſputant, quaſi è cœlo ueniant conſilioq; Dei omnipotentis interfuerint, obliti quod ſcriptum eſt: Senſum domini quis nouit aut quis conſiliarius eius fuit: neq; noſtrum audientes Ambroſium, qui ſæpè id multis ac ualidis argumentis, eo autem libro, in quo fratris obitum luget, præcisè admodum breuiterq;. Philoſophi, inquit, de cœlo diſputantes, quid loquantur ignorant. G. Artes profiteor multas. R. Facilimum id quidem, multas noſſe difficilius, melior ſanè tutiorq; confeſsio quàm profeſsio eſt. illa enim humilitatis & pœnitentiæ, hæc leuitatis & inſolentiæ plena eſt. multò certè facilius indulgentiam cōfeſsi quærunt, quàm ſcientiam profeſsi. G. Diuinæ atq; humanæ ſapientiæ titulum conſecutus ſum. R. Sapientia titulis non eget, per ſeipſam clara eſt, Quis lucernā, quæſo, unquam ſoli ut uideretur adhibuit. Multi & cum his titulis obſcuri, & abſq; his clariſsimi euasêre: ſæpè nullum bonis, clarum malis mercibus ſignum fuit. G. Quid quod Poëtica laurea comam ſtrinxi: R. Superior unus eſt labor, uerum quærere ſed hic duplex, quærere & ornare, atq; ad auriū oblectationē fingere, magna res eſt, ardua difficilis eoq; rariſsima. Veri nempè Poëtæ utriq; operā dant, cōmunes uerò primū negligūt contenti phaleris. G. Rarū laureæ partū decus. R. Quæſitū unde Rempub. remq; familiarē uni poſthabeas curæ q̄ſitū iter ad inopiā, ni ſedenti ultrò prodiga tibi opes conuehat fortuna, quæſitum unde alijs amens, alijs inſolens uideare. G. Mihi ipſi lauream decerpſi. R. Virentiſsima arbor ſi decerpitur, confeſtim niſi ingenio uberi uigiliq; ſtudio rigetur, aruerit. G. Parta mihi laurea. R. Partus labor, partus liuor, ſeu illa ſtudiorum, ſeu armorum merces eſt. Tener ille ramulus, animo tuo nihil omnino, ſignum uertici præbuit, inane oſtendensque te multis, quos melius latuiſſes. quid aliud, quàm te morſibus obiecit inuidiæ: pace belloq; multis inſignia nocuêre. G. Artem oratoriam ſum profeſſus. R. Mirum audio. ea nempè in deſuetudinem abijſſe, iampridem uiſa erat, ut quæ immenſis & innumerabilibus rebus conſtat, unde fit ut Oratores ipſis etiam uatibus rariores ſemper fuerint. proinde fuêre qui dicerent: Oratoris proprium, de omni re copioſè ornateque poſſe dicere: quamuis ea ſententia, uelut arrogantiſsima ſit reiecta. quantis ſanè de rebus, & ſi non de omnibus dicere habeat Orator, adhibita in ſingulis artificioſa & dulci quadam eloquenquentia, quæ per ſeipſam magna res eſt, æqua ſi lance libraueris, obſtupeſces, teque fortaſsè profeſsionis temerariæ pœnitebit, ut caueas ne dum ſcire, uel infinita uel omnia uis uideri, nihil ſcire uidearis, & quod ſæpè accidit, ſub ſcientiæ profeſsione multiplicis, ignorantia deliteſcens, neceſſario in apertum exeat. G. Liberalium ſum profeſſor artium. R. Sæpè etiam plus habet ea res audaciæ, quàm doctrinæ: ad unamquanq; artium breuis eſt uita, unus tu ſufficis omnibus: una ars, uni ingenio ſatis eſt, ut ad ſummum æſtuando & anhelando perueniat: multas deguſtaſſe, quantum cœpti neceſsitas, expoſcit. idque ipſum noſſe, quàm profeſſum eſſe, modeſtius: addam quod doctiſsimis uiſum eſt, unam ipſam omni ex parte cognoſcere, nulli etiam illuſtrium contigiſſe. De ſola nempè Rhetorica notum illud Senecæ: Magna, inquit, & uaria tes eſt eloquentia, nec adhuc ulli ſic indulſit, ut tota contigerit. ſatis fœlix eſt qui in aliquam eius partem receptus eſt. Id ſanè quibus uiris, & quantis teſtibus uerum probet, audiſti: quod cum ita ſit, quid agant & quid audeant, cogitent agmina profeſſorum, penè iam uulgus æquantia, tàm ruditate quàm numero, quæ non una quidem parte contenta, ex quo omnes inuadunt. ô fiducia ingens, ſed iam publica. G. Quid de medicinæ tandem, iuriumq; profeſsione dictura es: R. Ad hoc ægri tui clientesque reſpondeant. quid illis unquam ad ſalutem corporis uictoriamq; cauſarum titulus iſte profuerit, tibi ad lucrum forſitan ſæpè profuit. In hoc artes ſiue artium nomina quæritis, & quod ſcientiæ defuerit, ſuppletur titulis atque habitu, uerumq; illud Satyrici:

Purpura uendit
Cauſidicum, uendant amethiſtina.

Nec id minus. *Vt redeant ueteres, Ciceroni nemo ducentos,*

Nunc

Nunc dederit nummos, niſi fulſerit annulus ingens.

Poſtremò hæc tibi horum omnium ſumma erit, eſſe quoſdam raros, quorum ſolida & honeſta ſint ſtudia, horum finis eſt ueritas ac uirtus. Hæc eſt rerum notitia, morumq; correctio, uel uitæ mortalis ornamentum uel æternæ aditus. reliquorum uerò quæ ingens turba eſt, pars gloriam petit, præmium inane ſed fulgidum. Maiori autem parti, unus fulgor pecuniæ, finis eſt, præmium non exiguum modò, ſed ſordidum & labori impar, nec ingenuo dignum niſu. His què omnibus titulus, & ut dixi habitus, non ſpernendus quidem (ad id enim quod intendunt ualet, mortalium & præſertim uulgi, horum ope egentis, animus ſiduumq; umbris eluditur) magna pars rerum opinionibus agitur, at uirtuti deditos, titulis gloriari alienum prorſus atque abſonum, immo uerò ne poſsibile quidem reor. G. Multa profiteor. R. Præſtat unum benefacere, quàm multa promittere. Benè irent autem res humanæ, ſi quod profitentur homines, id eſſent.

De titulis negotiorum. Dial. XLVII. GAV.

PRocurator regis ſum. R. Ergo hoſtis populi. G. Procurator fiſci ſum. R. Et Reipub. inimicus. G. Negotiorum geſtor regius ſum. R. Sua negotia gerere laborioſum eſt, quid cenſeas aliena, præcipueq; potentium, quibus placuiſſe perpetua ſeruitus, diſplicuiſſe diſcrimen, ſupercilium graue paratumque pro leui etiam offenſione ſupplicium? G. Negotia regis ago. R. Rationem duro ſub iudice redditurus, niſi omnium ſpolijs, tuo que odio & crimine uix implendam. G. Regis negotia procuro. R. Vide necum procuratio ipſa difficilis, tamen difficilior ſit ratio tamq; inextricabilis, ut quod de multis uidimus, patrimonium, famam, tuumq; caput implicet. G. Regius procurator ſum. R. Diſplicendum multis, ad extremum domino, quodque periculoſius Deo, pro què leui regis emolumento, grauia regni mala & ingentia damna populorum, uel diſsimulanda uel perpetranda. G. Procurator regis factus ſum. R. Quo primũ die inuiſum hoc officium domus tuæ limen attigit, tibi uiuere deſiſti, libertas inde & quies & iucunditas abiêre, pro his ſeruitutes, labor, occupatio, metus, dolor, afflictio, & mordaces ſubierunt curæ. Iam non uiuis & ſi ſpires, occupatorum enim ulta mors, qui cum miſeri omnes ſint, illi ſunt omnium miſerrimi, qui pro alijs maximeque pro regibus aut tyrannis, ſeu quibuſcunque potentibus occupantur. G. At ſum iudex. R. Sic iudica, qualimox ab alio iudicandus. Vnus eſt omnium iudex, unum tribunal corruptum, ancelud ſtabitis mortales, quid falſi corio iudicis ſellæ iudiriariæ impreſſo, & barbarica admonitione iuſtitiæ opus eſt? Ea in ſella quiſquis iudicum ſedet, ubi ſi iniuſtè iudicabitur, nec pecunia, nec gratia, nec falſi teſtes, nec indignæ preces, nec inanes minæ, nec diſerti proderunt patroni. G. Conſul patriæ meæ ſum. R. Difficillima gloria. rarum eſt quidem, ſic conſulere ut proſis & placeas. Vt ſit enim, in uerbo ueritas, in conſilio fides, in commiſſo ſilentium, in oratione ſuauitas, euentũ fortuna moderabitur, is conſilio pretium dabit. G. Præfectus urbis ſum. R. Belluam indomitam, utq; ait Flaccus: Capita multorum tenui frenas loro, atque immenſam ſolus agitatam magnis fluctibus puppim regis. Parua domus ægrè regitur: magnæ urbis quàm difficile ſit regimen uideto. Parum ne ubi curarum domi erat, qui publicas adoptaſti? Quid quod non difficile modò iam officium, ſed uile eſt, Præfectum urbis, uillicum Satyricus uocat, ſtatum notans temporum illorum, qui ſi tunc uillicus, quid niſi nunc ſyluicus ſeu ſyluanus ſit. Cœperat ea ætate uilla eſſe Roma, iam ſylua eſt. G. Sum præſes prouinciæ. R. Honorato exilio damnatus, ocium domeſticum, externa ſollicitudine permutaſti. Dulce nihil aut tranquillum ſperes, amara & turbida præſidentium ſors, feſtis diebus ludiſquè & conuiuijs arcentur, muneribus clauſum limen, & apertum litibus tectum, iocis uacuum, plenum querimonijs ac iurgijs, quicquid languidum, quicquid ægrum, quicquid marcidum in prouinciæ uiſceribus laret, totum tibi tractandum curandumq; obtigit, durum opus quanti nempè negotij ſit multos corrigere, hinc patet, quod ſeſe corrigunt paucíſsimi.

De titulis bellorum militia & ducatu. Dial. XLVIII. GAV.

MIlitari cingulo exornatus ſum. R. Pauca'ne tibi uitæ mala uiſa erant, niſi militiam addidiſſes, qua uel inquietus ſemper, uel inglorius, uel periculo expoſitus, uel contemptui ſis oportet.? G. Militiam ſum profeſſus. R. Hanc naſcendo profitemini, qđ profeſsione alia opus erat? hic ferro corpus, hic animũ dolis, hic argutijs linguã armat, nemo ueſtrum eſt inermis, hic ferit, hic ædificat, hic declamat, ille cauſas orat, hic pedibus, ille equo ſeu carpento uehitur, hic currit, hic nauigat, hic paret, ille imperat. Nemo ueſtrum ocioſus: Quæ'nam hæc noua militia eſt? Hic in caſtris, hic in roſtris, hic in ſcholis, hic in nemore, hic in agro, hic in pelago, hic in palatio, hic domi, hic peregrè uitam agit. Omnes militant, neque homines modò, ſed militare in ſyluis catulum, Flaccus ait. Et militantium quidem multa ſunt genera: Militia una eſt, uita hominis ſuper terram, quam qui militiam diffiniuit, ille mihi demũ uerò & acri iuditio rem librauit, modo militiæ prælium addidiſſet. G. Armatæ militiæ ſum aſcriptus. R. Quid armaris exterius, intus in anima bellum eſt, illam uitia obſident atque oppugnant, quis hîc ferro locus, niſi illud ad ornatum corporis, non ad animæ tutelam induitur? Sunt enim qui dicant, nihil pulchrius uiro armato, ego, quid pectus & quid caput ferreum pulchrius habeat, quàm pacificum & inerme, non uideo. Quando autem hæc uoluptas tibi eſt, age, ferro membra conſtringito, imbrem ſolemq́; galea excipiens, ferro indutus, clypeo operire, humi dormiens claſſico excitabere, adeptus tibi magnum aliquid uidebare ſed errabas, anceps & cruentum officium elegiſti. Multæ ſunt autem fraudes ſpei, multæ ſunt fateor catenæ, quæ animos boni illius quod omnia appetunt inconſultè auidos in exitium trahunt: neque inficior, quoſdam militia ad ampliſsimas opes, ſiue etiam ad ſummum imperium perueniſſe. Crede autem mihi, plures ad inopiam, ad carcerem, ad ſeruitutem, ad uiolentiam ſubitamqúe mortem eodem tramite peruenerunt. Tu ex quo militiam profiteri animus fuit, niſi dehoneſtare artificium tuum uis, ſemper animum in numerato habeas oportet, ſemperq́; ad res tuas Cæſarea uox illa circumtonet. Diſce ferire. diſce mori. ſillaba una breuis, aut longior tua facta uariabit, uel occides, ad utrumlibet horis locisq́; omnibus te paratum exhibe. hæ artes delitiæ tuæ erunt, Sine uerò Satyricum loqui, premia militiæ numerantem, innumerabilia equidem præfatus, uix pauciſsima colligit, in quibus prima & ſumma licentia eſt peccandi. præmium herclè non tàm iuſtis uiris optabile, quàm armatis legibus, ut aiunt, inter arma ſilentibus. G. Militiæ filium aſcripſi. R. Eſt id fermè uſitatum, ut militis filius miles ſit, non poteſt enim niſi quam habeat hæreditatem filio pater dare, arcum, ſcutum, gladium & bellum, & quod ludum conficit auro tincta calcaria. Sed quod patri diximus, ſibi filius dictum ſciat. G. Belli dux uictorijs clarus ſum. R. Quantò melius pacis dux uirtutibus clarus eſſes. G. Multa bella confeci. R. Quietem tibi atque alijs abſtuliſti, clarum opus? G. Victorijs atq́; triumphis notus ſum. R. Sæpè malum bono notius, & atra tempeſtas ſerenitate famoſior. denique paraſti buſto titulos, uulgò fabulam, tibi nihil.

De amicitijs regum. Dial. XLIX. GAV.

QVæſiui mihi regum amicitias. R. Hominũ uera amicitia rara eſt, ut tibi regum fingis amicitias, quos fortunæ ſplendor tumorqúe animi omnium imparium contemptores facit. G. Regibus charus ſum. R. Vilis ergo tibi eſt anima, uirtus, fama, quies, ocium, ſecuritas. Notus eſt mos Regum, uix diligunt niſi qui his omnibus neglectis & abiectis, illorum ſe ſæuitiæ ac libidinis & auaritiæ ſeruum fecit. Si ergo charus es regibus, non eſt quod amplius de re quæram, uilis es tibi. G. Ego autem bonitate ac uirtute ſum charus regibus. R. Quid reſpondes Criſpo? Nam regibus, inquit, boni quã mali ſuſpectiores ſunt, ſemperq́; his aliena uirtus formidoloſa eſt. G. Regi meo bonis artibus ſum charus. R. Quibus, quæſo, aucupio? an uenatu? Horum enim ſtudioſum in præcedenti quodã colloquio te notaui. an uerò militia? de qua proximè diſputatum eſt, quæ

eſt,quæ niſi largo ſanguine,magnisqúe periculis honeſtetur,non militiæ ſed militaris igna
uæ nomen tenet, non Regum modò iudicio ſed uulgi. G. Bonis artibus regi charus
ſum. R. Vanitate an periculoſ'an criminibus fortaſsis,homicidio,ueneficio, lenocinio,
proditione,blanditijs atque mendacijs.mala peſte,ſed publica quamqúe uſus excuſet, &
commendet urbanitas. Hæ ſunt quidem artes pro merendis regibus aptiores, qui-
bus inimicitius nihil eſt quàm uirtus & literæ, in his igitur nulla ſpes ad amicitias regum,
odij potius cauſa ſunt. Sic inter ſapientes ac fortunam rara eſt pax. G. Magnus apud
regem ſum. R. Maior'ne quàm apud Alexandrum Lyſimachus, apud Tiberium
Seianus, utriuſque magnitudinem & ruinam noſti,etſi de primo uarient ſcriptores, lin-
quo alios,longa eſt hiſtoria. G. Charus ſum regi meo. R. Melius eſſes incognitus,
melius forſitan odioſius,fugeres enim quod nunc ſequeris diſcrimen. Peior eſt auibus
inuitantis aucupis blanda modulatio, quàm uillici ſonitus deterrentis. G. Meo ſum
charus regi. R. Sunt quorũ dubites periculoſior'ne ſit charitas an odium, ſed peiores
ſerpentibus, quibus inſunt ueneni mixta remedia. his uerò nil niſi peſtilens ac noci-
uum ineſt, ſeu oderint ſeu diligant propè par malum, niſi quod odium fugat,amor deti-
net. Et ad ſummam, regum amicitijs, præter regna ipſa, nil uſque inquietius,nilqúe
perículoſius. Et ſi hoc periculum non ignorem, fruſtra ſæpè multis optatum, ſæpè ma-
gnis emptum quæſitumqúe periculis,(ſic eſt uſus hominum, ſic periculis emi pericu-
lum unum magnis maximum) mira res bonum ingens ſpernitur gratuitum, magnis
malis maius malum quæritur. G. Spero me regi meo charum. R. Id de quo ſpe-
ras,quale ſit cogita, fundamentum fragile, tremulum, caducum, crebræ notæqúe re-
gum indicant ruinæ. uertex nubiloſus, turbidus, inquietus quod ſic eſſe uita re-
probat triſtis occupata,difficilis. Vide ergo ubi ſtruxeris, ut fortuna ſic uoluntas re-
gum uaria, & inconſtans ac ſemper incerta, quanquam nec ſtantibus illis boni aliquid
iſta res habeat, mali multum. G. Amicitiam regis mei multis periculis ac ſudore pro-
merui. R. Heu quantò tutius,quantoqúe facilius regis omnium amicitiam meruiſſes.

De amicorũm abundantía. Dial. L. GAV.

AMicitijs abundo. R. Mirum tibi uni rei huius abundantiam eſſe, cuius qui-
dem cunctis hominibus penuria tanta ſit, ut ex omnibus ſeculis, uix paucíſsima
memorentur amicorum paria. G. Mihi amicitiæ multæ ſunt. R. Fucatæ igitur, ue-
ræ enim amicitiæ rarum bonum, uſqueadeò, ut qui unam, longa licet in ætate quæſie-
erit,negotiator rerũ talium ſat induſtrius habeatur. G. Amicitijs fœlix ſum. R. Hoc
ſcire non potes, niſi rebus alijs ſis infœlix, uerum enim eſt illud Fœlix ſe neſcit amari.
G. Amicitiæ certæ ſunt. R. Ergo, & aduerſitas certa eſt:uerum eſt enim illud quo-
que. Amicus certus in re incerta cernitur. G. Amicitiæ multæ ſunt. R. Huius rei
iudicium experientiæ committe, non famæ, multa mentiri ſolitæ, pauciores erunt fortaſ-
ſi quàm reris. G. Amicitiarum nimis magna copia eſt. R. Mitte ſuperuacua, in
rebus omnibus qui quòd ſatis eſt habet, amplius non requirat. G. Amicorum ſatis
magna copia eſt. R. Ad idipſum neque populo Romano, tum dum maximè flore-
ret,neque ulli mortalium contigiſſe apud illuſtrem legis hiſtoricum. G. Amicitiæ mul
tæ ſunt. R. Dixi iam, fictæ igitur aut equidem imperfectæ, ut Philoſophis placet,
quoniam fieri poteſt, ut uno tempore cum altero amicorum ſit gaudendum, flen-
dumqúe cum altero, aut inter illos orto odio, uel hinc fidem uel illinc uel utrinque deſe-
rere ſit neceſsè. G. Copia eſt utilium ac delectabilium amicorum. R. Sentio, ad
uulgares amicitias deſcẽdis,quæ tamen ipſæ ſimul plures uix eſſe poſſunt,quod multis re
tribuere familiariterqꝫ cõuiuere operoſiſsimũ ſit, animo p̃ſertim in executione cuiuſpiã dif-
ficilis atqꝫ ingenij operis occupato. G. Amicos q̃ proſint & delectẽt habeo. R. Cadu-
cæ amicitiæ, quarũ delectatio uel utilitas fundamentũ eſt,nã & ſtantibus illis tremũt,& ce-
dentibus ruũt,id nõ poſsibile tantũ ſed ꝑfacile,immò uerò ꝓpe neceſſariũqꝫ, hæc plerũqꝫ
uel fortunam

uel fortunam ſequuntur uel ætatem, formæquę gratiam, quibus nihil incertius. At quæ in uirtute fundantur immortales ſunt, eo quòd uirtus ipſa quiddam ſtabile firmumq; ſit, & ut uerbo utar Ariſtotelis, manſurumquę quoniam mori nequit. Ideò quos propter honeſtū dileximus, diligimus uel extinctos. G. Amicos ni fallor fidos habeo. R. Vide autē ne fallaris, neúe experiri cupias: nā ſæpè cuius rei fuerat dulcis opinio, amarum fuit experimentum. G. Amicos puto bonos habeo. R. Vnde id putes etiam examina, atq; illud in primis quantum ipſe ames, ſunt enim qui non amant & amari putant, quo nihil eſt ſtultius. iſquę communis error eſt diuitum, amorem pretio emi credunt, qui mutuo quæritur amore. Generoſiſsima res eſt, bonus animus, non herbis neq; carminibus magicis mouetur, non auro aut gemmis, non ad extremum ferro flectitur, amando uincitur colendoquę. Eſtq; hæc Hecatonis Græci philoſophi, amatorum notiſsimum, quod Senecæ placuit & mihi. Si uis amari ama, quanquam & hoc ipſum ſæpè fruſtra eſt, tàm multæ tamq; imperſcrutabiles ac profundæ ſunt pectorum cauernæ, tàm uenenoſi atq; inhumani & implacabiles quorundam animi, ut & culti ſpernant, & amati oderint, nec contenti nullam pio affectui uicem reddere, quod nec belluis quidem niſi atrociſsimis accidit, exaſperantur obſequio, & ſi credi poteſt, amore ad odium irritantur, quod periculoſiſsimum & inter ultæ mala grauiſsimum humana ſimplicitas experitur. G. Credo amicos optimos habere. R. Eſt hoc quidem amicitiæ perpetuum epitheton, quod & ſi linguæ abſit, adeſt intellectui, idquę breuius loqui potes. Dic amicos, una optimos dixeris. G. Habere amicos credo. R. Caue ne falſum credas, nequando te aliter credere ipſa res cogat. Abyſſum animi metiri non eſt hominis, nunc amicos uobis uina conciliant, lachrymæ autē probant, & quod debuit primum eſſe nouiſsimum eſt. G. Amici in hoc ſtatu rerum multi ſunt. R. Rerum credo fœlicium, ita enim fermè accidit, ut & ſi fortuna omnis amicitijs egeat, illi tamen amicorum copia maior ſit, cui rerum cæterarum indigentia minor eſt. ſic inopiam ſemper inopia, copiamq; comitetur copia. Creſcat ſiue adueniat egeſtas, decreſcit ſeu abibunt ſeu uerius detegentur amicitiæ. qui amici tui fuerunt, qui fortunæ, illa uidebitur abeunte. te tui ſequentur, illam ſui. hæc melior, illa denſior caterua. Nec eſt quod mirari debeas, uaſe exhauſto illis abſcedere, qui ſolam uini dulcedinem ſequebantur, aduerſitas ſimulatorem abigit, fex potorem. G. Innumerabiles habere uideor amicos. R. Benè ais uideor, unde tibi autem hæc opinio, cum omnium ueræ amicitiæ raræ ſint, innumerabiles tuas eſſe? Perſuaſum autem debet eſſe in primis, niſi inter bonos amicitias nō conſtare, hinc iam certius æſtimabis, quot non dicam tibi, ſed humano generi amicitiæ puræ ſint, cū numerare cœperis, quot ſint boni. G. Amicos habeo complures. R. Notos dic. Idquę quàm ueraciter ſis dicturus, in dubio eſt. nullum enim animal, nulla merx difficilior cognitu quàm homo. G. Amici multi ſunt mihi. R. Contubernales forſan aut conuiuæ, hi enim niſi epulæ defuerint non deerunt, amici autem pauci ſemper pauci, ſæpè nulli, ſæpè quod iniquiſsimum eſt, amici nomen domeſticus hoſtis tenet, & ſub uelo fictæ beneuolentiæ, familiares inſidiæ deliteſcunt. G. Supra neceſsitatem ſunt amici. R. Apprimè neceſſarius ferè omnibus maximequę potentibus deeſt ſemper, qui ſcilicet inter tot aſſentatorum mendacia, uerum loqui audeat & uelit, qua in re multis amico, utilior hoſtis fuit. G. Multos habeo amicos. R. Crede mihi pluribus indiges, ſanctiorquę eſſet orbis terrarum & quietior, ſi tot eſſent amicitiæ quot feruntur. G. Amicum habeo. R. Multum eſt. Nil amico charius, nil rarius.

De amicis incognitis niſi per famam. Dial. LI. GAV.

FAma præſens, abſentes mihi peperit amicos. R. Eſt id quidem aliquando uiſum, ut non ſolum incognitos, ſed hoſtes quoque fama faciat amicos. Fecit Maſaniſſam Scipioni, ut qui in omni Carthaginenſium æquitatu primus eſſe conſueuerat, in omni Romanorum æquitatu aduerſus Carthaginem primus eſſet, neq; hoſtes tantum proprios, ſed prædones qui publici omnium mortalium hoſtes ſunt. Eidem illi famæ ſplendor attraxit, qui Linterni ad eum in exilio habitantem facto agmine uenientes, ſicut primo aſpectu

terribiles

terribiles uiderentur, ubi ſe ſuſpectos intellexerunt, poſitis minis atq; armis, & dimiſsis ſatellitibus, inſuetam manſuetudinem induti, ſoli prædonum principes acceſſerunt, cumque ceu numen aliquod, domumq; eius ut templum deuotiſsimum uenerati, dextra illa uictorioſa multis oſculis fatigata, affixisq; muneribus domus in limine, qualia deorum aris affligimus tunc erat, quaſi ingenti lucro aucti, quod uirum illum conſpexiſſent, & tanquam cœleſti uiſione alacres abierunt. hoc illi uni contigit, quære alium, ubi eum quæſo reperies? Vt tamen alijs accidat, & nominis claritas abſentem conciliet amicum: multum enim in rebus, non inficior, poteſt fama. nunquid tamen non uerendum erit, ne quod ait quidam: Minuit præſenuia famam. quam multi quos abſentes ſtupuerunt, coràm poſitos contempſerunt. Tenera res eſt iuditium humanum, facilè flectitur. G. Fama mihi amicos trans alpes & trans maria quæſiuit. R. Veſtra ferè omnia friuola æquè & inania ſunt, nam quis uſus, aut quis fructus fuerit illius, à quo nec uiſus nec uidendus, quemúe nec uideris, nec uiſurus unquam ſis. Vitia ueſtra præſentes quoque amicitias inutiles faciunt & infidas, quamuis non ſint illæ quidem, ſed dicantur amicitiæ. quid nunc igitur de his tuis amicitijs ſperes? uide, Obſequium amicos parere, ait Comicus, immò herclè ueri amici, uix multis obſequijs pariuntur, tu credis amicum paucis, fortè & ne tuis quidem uerbis quæſiuiſſe bonæ ſpei es. G. Fama ab extremo terræ mihi attulit amicum. R. Fama contraria illum tibi auferet, eoqúe facilius, quò patentiores malis, quàm bonis relatibus aures ſunt. G. Fama mihi bonum peperit amicum. R. Vnde ſcis quàm bonus ſit, quem nunquam uideris rogo, cum illi ipſi quos quotidie uides atque allo queris, quales ſint tanto in tempore nondum ſcias. ſæpè uos credulitas ueſtra circumuenit, libenter creditis quod optatis, multum fidei famæ tribuitis mendaci, ſperas eius animum uidere: cuius nunquam frontem uideris, cum ſint inter notiſsimos quoque, tot pectorum diuerſoria, tot latebræ. Difficilè eſt enim amicum, niſi in magna aduerſitate cognoſcere, operoſius eſt illum noſcere quàm quærere, Vna ſæpè hora, paucis uerbis quæritur, qui uix multis annis atque experimentis agnoſcitur. Voco autem amicum ut uulgus: uerus enim non ante quæritur quàm probetur. Nec amicum probant aliorum uerba, certè nec propria ſed experta charitas, fides. G. Amicum mihi de longinquo fecit fama. R. De te aliquid mentiendo quiſpiam tibi amicum dedit, de te uera loquendo, uel forſitan mentiendo, itidem tibi huncipſum alter eripiet. quibus uijs fiunt creſcuntqúe omnia, eiſdem facilè reſoluuntur, et natura uult, ut citò aucta citò deſinant.

De amico unico & fideli. Dial. LII. GAV.

AMicum unum fidum & expertum habeo. R. Sæpè in experiendo ueſtrum errat acumen, & dum uoſipſos peritiſsimos iudicatis, in hocipſo ac perinde cæterarum rerum in æſtimatione fallimini. G. Scio ego, non æſtimo amicum mihi eſſe fideliſsimum. R. Et quot putas idem credentes, immò ut ſibi uidebantur & ſcientes, cũ ad arctiſsimũ uentũ eſſet examen, ſeſe luſos inuenerũt? Vnde uerò tot quotidie de amicis prodeũt querelæ, niſi qa quos fidiſsimos habebatis, inueniſtis infidos? Nullus rei tã difficilis, q̃ humani animi cõiectura extimatioq; eſt. G. Nihil cõijcio, extimo, ut dixi, ſed ſcio amicũ ueriſsimũ me habere. R. Habes rẽ aut optimã aut peſsimum errorẽ. G. Nullũ rei huius errorẽ habeo, ſed amicũ multis ac magnis expertum caſibus. R. Habes ergo rem dulciſsimam ſanctiſsimãq;, qua una poſt uirtutem, ſolã nihil homini melius in hac uita, ſeu natura ſeu caſus aliqs, ſeu labor ac ſtudiũ dedit. Dulces fateor parẽtes, dulces filij, dulces fratres, poſſunt tamen amareſcere, nec parentes ideò nec fratres quidẽ deſierũt eſſe, nec filij cum dulces eſſe deſierint, at amicus ſolus dum ſit uerus, dulcis & charus eſſe non deſinit. Chari, inquam, ſunt parentes, non'ne autem Iuppiter Saturnum regno patrem expulit? Nicomedes Pruſiam Bithyniæ regem, ſuum patrem, conſilia licet necandi filij agitantem, uita priuauit? et Ptolemeæus hinc Philopater dictus, patre ac matre inſuper & fratre occiſis, ad ultimum & uxore Eurydice interfecta, regnum Aegypti ſcortorum ſic

rexit

rexit arbitrio, ut nihil in regno proprium haberet præter nudum & inane regis nomen. Non'ne & Oreſtes Clytemneſtram matrem, Agrippinam Nero, Antipater Theſſalonicen interfecit? Chari filij: Non'ne Theſeus Hippolytum caſtiſsimū, Philippus rex Macedoniæ Demetrium filium adoleſcentem optimum, iuſsit occidi. Non'ne & Ptolemæus alter, aduerſum pietatis nomen, & ipſe quoque fidiſsimus rex Aegypti, duos? Et Herodes rex Iudeæ unum, et Conſtantinus Romanorum imperator unum quoq; Criſpum filium interemit. Non'ne Maleus dux Carthaginenſium, Carthalonem filium crucifixit? quin & matres quarum amor hinc intenſior, hinc mitior ſexus, in filios ſæuierūt. Nota omnibus Medea, quid Laodicæ Cappadociæq́; regina, quæ regnandi cupidine filios quinque mactauit. Chari inquam parentes. Repeto enim chari filij, chari fratres, at ut uno exemplo omnis claudatur impietas, Phraates rex Parthorum omnium regum ſceleſtiſsimus, omniumq́ue mortalium regnandi non cupiditate ſed rabie furijsq́ue actus, Orodem ſenem & afflictum patrem, ad hæc & triginta fratres ſuos, dicti regis filios, ſuumq; inſuper filium occidit, ne quis ſupereſſet in Parthia qui regnaret. Sed uetuſta hæc. nunquid non & recentiore memoria inter patrem & filium de regno in Britannia certatum audiuimus? & nudiuſtertius inter fratres in Hiſpania decertari uidimus? quanquam talium odiorū & maximè fraternorum crebra adeò & noua & uetera ſint exempla, ut penè laborioſius ſit exquirere qui amici fratres fuerint, quàm qui hoſtes: utrunque poſtponimus. Remedia enim nunc non exempla colligimus, quid præterea? an non chari coniuges, charæ uxores? ſed interrogabis Agamemnonem ac Deiphobum, & de ueſtris Claudium Cæſarem, ac minorem percunctaberis Aphricanum. hi tibi quàm chari fuerint uxoribus ſuis dicent. Contrà uero Octauiam ſciſcitare & Arſinoen, quid illa de Nerone ſuo, hæc de ſuo ſentiat Ptolemæo. Illa de adoptiuo, hæc de naturali fratre, utraq; de marito. illa quidem in ſeipſa, hæc in filijs experta teſtabitur. Eminentia ut uides, & clara decerpimus, uulgus & urbes & communem uitam hominum his plenam querimonijs præterimus, quibus ita ſe habentibus, cum in omni genere illorum qui chariſsimi uideantur, odijs ſæpè latētibus, ſæpe etiam manifeſtis, multa inſit amaritudo, ſola amicitia odijs uacat, nemo unquam non dicam occidit aut perdidit amicum, ſed ne læſit quidem uolens: quamobrem ſi amicum uerum, qualem prædicas inueniſti, magnas te diuitias inueniſſe credito, Illud uide, ne, ut magna pars hominum rebus dedita uilibus, nobiliumq́; contemptrix, & agris aut mercibus quàm amicitijs ac uirtutibus colendis intentior, quod optimum nactus es, negligas. Si tantam curam impenditis cuſtodiæ auri & argenti atq; orientalium lapillorum, quæ ſunt terræ feces, & pelagi purgamenta, quanta diligentia amici cultui impendenda eſt, rei pretioſiſsimæ ac diuinæ. Ne qua unquam re offenſus, ne quo unquam uerbo alienatus effugiat, ſerumq; audias illud Eccleſiaſticum: Sicut q dimittit auem de manu ſua, ſic reliquiſti proximum tuum, & non eum capies, non illum ſequeris, quoniam longè abeſt: effugit enim, ſicut caprea de laqueo, quoniam uulnerata eſt anima eius, ultra eum non poteris colligare. Proinde ingens bonum habes ac ſuaue, operoſum tamē ac difficile quæſitu, inquā, operoſum & cuſtodia. Magnus theſaurus eſt amicus, ſed magna ſeruādus cura, magno ſi pereat lugendus fletu.

De diuitiarum copia. Dial. LIII. GAV.

SEd abundo opibus. R. Iam non miror, ſi & amicitijs abundare uiſus eras, non eſt nouum neque inſolitum, locupletum limina, uulgaribus amicitijs & ſimularis obſequijs frequentari. G. Opum magna uis eſt mihi. R. Anceps & oneroſa fœlicitas, & quæ plus inuidiæ ſit habitura, quàm gaudij. G. Diuitiæ exundantes ſunt. R. Non ſtatim ideò exundans quies, exundansq́ue iucunditas, uix diuitem inuenias, qui non ſibi melius fuiſſe in mediocritate, uel honeſta etiā paupertate fateatur. G. Multi mihi accreuêre diuitiæ. R. Securitas, gaudium, tranquillitas decreuêre, quæ ſi cum illis creſcerent, non amari tantum diuitias paterer, ſed hortarer. G. Opes multas habeo. R. Habes rem quæſitu difficilem, cuſtoditu anxiam, amiſſu flebilem. G. Magnæ mihi diuitiæ ſunt. R. Sparſæ ſi fuerint decreſcēt, ſeruatæ, non te diuitem ſed occupatum, non dominū facient, ſed cuſt[illegible]

cuſtodem. G. Diuitias habeo ingentes. R. Vide nè potius habeâre, hoc eſt ne non diuitiæ tuæ ſint, ſed tu illarum, neque illæ tibi ſeruiant, ſed tu ipſis. nam ſi neſcis plures multò ſunt qui habentur, quam qui habent multoquè crebriores, quos propheticus ſermo notat. Viri diuitiarum, quàm diuitiæ uirorum. Sic uos ueſtra cupiditas utilitasquè animi, de dominis ſeruos facit, uſus quidem pecuniæ notus eſt, ut naturæ neceſſaria comparentur. Pauca ſimul & exigua longèquè facilia, quicquid exceſſerit graue eſt, nec iam diuitiæ, ſed uincula, ſed compedes, nec iam corporis ornamenta, ſed impedimēta animi & ſollicitudinum atque formidinum acerui. G. Diuitijs plenus ſum. R. Caue ne te rumpant, omnis enim plenitudo quærit exitum, multis mortem attulêre diuitiæ, requiem ferè omnibus abſtulêre. G. Opes habeo immenſas. R. Bonis moribus rem aduerſam, nimiæ opes non modò ſingulorum hominum, ſed populi Romani corruperunt mores, miramquè illam & eximiam fregêre uirtutem, qui tamdiù clarus & tamdiù iuſtus atque integer, quamdiù pauper fuit, in ægeſtate uictor gentium, et quod eſt glorioſius, uictor ſui domitorquè uitiorum, à diuitijs uictus eſt atque peſſundatus. Nota loquor, quid nūc tibi diuitijs ſit ſperandum uides. G. Diuitijs affluo. R. Quantum mallem uirtutibus abundares. G. In diuitijs requieſco. R. Conſopiti eſtis in uepribus miſeri, grauis ſopor qui non ſentit aculeos, uenit, ecce, quæ uos excitet, & exponat luce clarius id quod ſcriptum eſt: Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus ſuis.

De inuentione aurifodinæ. Dial. LIIII. GAV.

AVrifodinam inueni. R. Hæc ſpes opum multis inopiæ, nonnullis exitij cauſa fuit, dum neglectis omnibus alijs curis, huic uni deditis, & laboris plurimum, & lucri modicum res habuit, dum ad hanc auri cupidinem cœlo & ſole derelicto, in tenebris æuum agere didicerunt, cæco & noxio ante tempus uapore conſumpti. G. Aurifodinam caſus obtulit. R. Vt auerſus à contemplatione cœleſtium terreſtribus inhies, neque tantummodo humi accliuis, ſed ſub terra merſus infœlicius uiuas & breuius. G. Aurifodinā ingredior. R. Nero Cæſar ſuprema illa ſua nocte terribili & miſera, ſed ſibi debita, ut quoddam ſpecus ingrediens, ignominioſam mortem & ludibria populi perſequentis euaderet, à ſuis admonitus, negauit uiuum ſub terram ſe iturum, tu nullo metu impellente, ſed auaritia rapiente, uiuus is ſub terram, neque te hinc almum cœli lumē retinet, illinc atræ telluris horror excludit. quid mirum ſi per omnes terras quærēdæ diuitiæ hominis fatigantur, quando & ſub terra quæſitæ & effoſſæ tartareos exagitant manes? utque ait Naſo:

Itum eſt in uiſcera terræ,
Quasq́ recondiderat ſtygijsq́ admoueat umbris.
Effodiuntur opes irritamenta malorum.

G. Aurifodinam inueni. R. Vetus eſt uerbum, ſæpè unus leporem mouet, alter capit. Inueniſti prædam quam plurimi concupiſcant, unus rapiat, & tu ille forſitan unus non ſis. Circum optabilia fit concurſus, & periculum eſt inueniſſe unum, quod cupiant multi, nullus partiri uelit. Hæc eſt cauſa, cur cum Italia, ut ait Plinius, metallorum omnium fertilitate nullis cedat terris, interdictum id uetere conſulto patrum atque occultatum eſt, ut Italiæ parceretur. G. Auriferam terram fodio. R. Labor certus, euentus ambiguus: quid ſi multum fodias nihil inuenias? Quid ſi multum inuenias, ſed non tibi? quid ſi tibi inueniſſe peius ſit, & nihil inueniſſe erat melius? Humano ſæpè gaudio mœror eſt proximus. G. In aurifodinam deſcendi. R. Inter homines quæri ſolet, quod inuentum mergat in tartara. tu apud tartarum quæris quòd te tollat ad ſuperos? G. Aurifodinam reperi. R. Pronum iter ad inferos inueniſti.

De inuentione theſauri. Dial. LV. GAV.

THeſaurum reperi. R. Caue dolos & inſidias fortunæ, hamis eſca prætenditur, uiſcus & laquei blandum aliquid præ ſe ferunt. G. Theſaurū inueni. R. Multis theſauris mors fuit, ut nullum corpori periculum ſit, diſcrimen eſt ingens animæ.

Non ſatiant opes deſiderium, immò nec mitigant ſed accendunt, humana cupiditas ſucceſſibus inardeſcit, & creſcente auro, creſcit auri ſitis & quærẽdi ſtudium, minuiturq́ue uirtus, quæ una mors animæ eſt. G. Theſaurum mihi ſors obtulit. R. Pondus infeſtum contrariumq́ue modeſtiæ: nil ſibi non arrogat, quæ repens fortuna beauerit. G. Inſcius theſaurum incidi. R. Tutius forſan in colubrũ incidiſſes, cum enim diuitiæ auri & argenti, uirtutum inopiam afferre ſoleant, idq́ue ſit omnibus proprium tum præcipuè repentinis, quod aliæ ſi ſenſim nocent, dum & uerò aliquid detrahunt indies, & opinionibus falſis robur adijciunt, hæ ſubitum pariunt ſtuporem, improuiſoq́ue impetu mentem turbant. G. Theſaurum inuentum domi abdidi. R. Quod in hac tua lætitia ſummum eſt, inueniſti grauẽ & inutilem terræ fecem, pudeat cœleſtis naturæ animum his attolli. G. Theſaurus inſperatus obtigit repente. R. Hunc manſurum credis & repente deſinet? Quæcunque ferè cito creſcunt, cito occidunt. Subitæ opes quaſi fœlicitas ſomniantis.

De fœnore. Dial. LVI. GAV.

PEcuniam in tuto fœnore poſui. R. Eſt & qui benè inuentis malè utitur, & qui malè inuentis peius & peſsime, tu pecuniam inueniſti, non ut diues fieres ſed ut malus, non tàm malus ut auguror futurus, ni pecuniam inueniſſes. ſunt enim qui ſucceſsibus nequiores fiunt, non Dei munus agnoſcentes, neque illi ſaltem ſimiles, de quo ſcriptum eſt. Confitebitur tibi cum benefeceris ei: ſed apertã ſibi cœlitus nequitiæ ſemitam extimantes, Inueniſti ergo pecuniam qua dedecus mercareris, & exanime metallum, animæ tuæ ſarcinam faceres infœlix. G. Fœnus bene poſui R. Malum non benè poni dixeris, ſed deponi, ſiquidem malum pondus excuteris benè erit, alioquin ubicunq́ue poſueris, dum ad te pertineat, malum eſſet non deſinet. G. Fœnus optimum benè collocaui. R. Quomodo benè collocetur malum, uideris, ſanè quantò opimius malum, tantò & peius. Notum illud Dauidicum. Prodijt, quaſi ex adipe iniquitas eorum. quantò ergo ditior fœnerator, tantò & nequior tãtò maior auaritia, maior impietas. G. Fœnori ſtudeo. R. An nulla artium erat cui melius ſtuderes? an erant multæ, ſed huic aptius erat ingenium? an quid rei eſt, ut huic uni ſtudio animum applicares quo neſcio, an illud uſquam fœdius inuenire potueris aut uilius, aut tàm miſeri prorſus & delecti animi tamq́ue inertis indicium? Tot undiq́ue patent artes, tot uiuendi uiæ, peſsimam omnium elegiſti, quod quietior uiſa eſt ſedere, ſcilicet, & numerare dies, ac uelocisſimi finẽ menſis expectare, non intelligens tibi quoq́ue horas dieſq́ue & menſes & annos currere, & ut nexis tuis, ſic & tibi terminũ inſtare, ſic inquam illis ut tibi, ſic tibi ut naturæ debitum ſoluas turpiter parta deſtituens & incertus. Extorquens ergo à pauperibus quo ignotos dites, & futuri ſemper metuens iuditij, & obſcœnæ interim non dominus, ſed cuſtos pauidus rapinæ, fame preſſus & infamia. Mirarer in urbibus politicis huic flagitio locum eſſe, niſi eſſet & reliquis. itaq́ue cum paulo antè hoc tempus, fœderatores ut leproſi à conſortio hominum ſegregati agerent, nec tantùm ad eos nullus accederet niſi egenus, ſed etiam ut malè olentes, atque contagioſi ab obuijs uitarentur, nunciam non modò cum populo, ſed cum principibus conuerſantur, & matrimonia contrahũt, & dignitates adipiſcuntur. Tanta eſt uis auri, immò quidem quod pro monſtro audias, ipſi, quos Deus omnipotens malè perdat, principes fœnerantur, tàm leuis animæ famæque iactura, tàm ſuauis undecunque quæſitæ pecuniæ odor eſt. G. Fœnerari iuuat. R. Turpis delectatio & miſera. G. Fœnerari ſolitus ſum. R. Si Catoni credimus, hominem occidiſti. G. Fœnerator ſum, artificium aliud non didici. R. Hic auaritiæ clypeus, hæc cauſa prætenditur. quòd ſi diſcere uolenti quoque difficile eſt, quid diſcat inuitus. G. Semper fœnerabor. R. Semper igitur miſer eris, ſemper cupidus, ſemper inops.

De agro fertili & exculto. Dial. LVII. GAV.

FErtilis ager eſt mihi. R. Vim fœcũdatoris intellige, donisq́ue cœleſtib. ſic utere, [illegible] ſpliceas largiẽti, q ita demũ ritè facies, ſi et ſobrietatẽ et modeſtiã fertilitas nõ ex[illegible]

& u[illegible]

& ubertas in partẽ egeni ueniet atq; amici. Nil ſoli dulce, nil ſapidũ. G. Agrũ fertilẽ exquiſitiſsimè colo. R. Nõ homo terræ, ſed terra homini ſeruire debuerat, hominũ culpis effectum eſt, ne terra poſſeſſori ſuo ſine labore reſpondeat. Inculta meſſem horridam, lappas et tribulos paritura. Hanc ferro ſollicitare, miriſq; blanditijs mollire, mortalis coëgit indigentia. Hinc agriculturæ fluxit initium ſanctiſsimæ & innocentiſsimæ quondam uitæ, nunc uni ex multis & priſco labori & nouis uitijs obnoxiæ, poſtquam nihil inuidiæ atque auaritiæ, inacceſſum, ruſticas etiam caſas urbana piacula peruasêre. Certè ultimos hominum ruſticos malos fuiſſe conuenit, Vnde illud Poëticum:

Extrema per illos iuſtitia excedens terris ueſtigia fecit.

Sed uerendum, ne qui mali fuerant nouiſsimi, primi ſint, ut ſi unquam eſſet ad uirtutem reditus & ad priſcos mores, in hoc quoque ſint ultimi. Nunc ad ipſam agriculturæ artem redeo, quæ magnis olim tractata uiris atq; ingenijs in pretio fuit, in qua ut multis in rebus, altum locum Cato Cenſorius tenet, de quo cum ueriſsimè ſcriptum ſit: optimus ſenator, optimus orator, optimus imperator, tandem laudis, ad cumulum illud eſt additum, ſine æmulo, ſiue ſine exemplo ſui temporis agricola: quem puderet igitur cum Catone terram colere, quis omnino ſibi turpè aliquid duceret quod pulchrum, ille ſibi duxiſſet, qui præter corporis atq; animi uirtutes rerumq; geſtarum gloriam etiam de Hiſpania triumphaſſet? Quis ſollicitare atq; hortari boues erubeſceret, quos in ſulcũ urgeret illa uox, quæ tot magnos exercitus in prælium accendiſſet, tot ancipites cauſſas diſertiſsimè perorаſſet? quis raſtrũ atq; aratrum faſtidiret, quod illa triumphalis ac philoſophica manus attingeret? quæ inſignes de tot hoſtibus uictorias peperiſſet, tot de rebus optimis præclaros libros ſcripſiſſet, ſiue ad Philoſophiam, ſiue ad hiſtoriam, ſiue ad uſum uitæ ſpectantibus, quales ſunt, quos, de hoc ipſo quod nunc loquimur, ſcripſit. Primus equidem uos colendi auri præcepta collegit in formam artis, ac redegit in literas, ſecutiq; illum multi alij quorum quidem humile illud ac depreſſum artificium, nobiliſsimis atque altiſsimis uerſibus extulerunt, quos tunc memorans, nec humanæ immemor neceſsitatis, agriculturã certè non improbo. Nunquam tamen aut ſcriptorum claritas aut inopiæ mœtus coget, ut liberalibus & honeſtis artibus præferendam cenſeam, nec æquandam quidem, quamuis enim eoſdem duces ſimul illuſtres & agricolas primum illud imperij tempus habuerit, mutata iam ſpatio res eſt. neque ut fragilior nunc natura eſt, ad res tàm uarias ingenia ueſtra ſufficiunt. Hac ætate igitur excellentibus uiris agriculturæ operam dare nõ pro arte uel negotio, ſed pro ocio & curarum alternatione permiſerim, utquè interdum teneros ramos pubeſcentibus gemmis inſerere, luxuriantia folia curua falce compeſcere, laſciuos palmites prolis in ſpem ſcrobibus cauis infodere, ſitientibus pratis quærulos riuos, prono calle deuertere. Illos ſi nam ſic fodere pertinaciter at que arare, totoquè animo incumbere terris niſi neceſſitas cogat, indecorum at que indecens docto fortiquè uiro arbitror, cui nobilioris exercitij deeſſe materia uix poſsit. Natura parens optima, dum multas mortalibus artes daret, ipſa etiam diſtinxit ingenia, ut cui quiſquè erit aptiſsimus, illi inſiſtat. Videbis aliquem qui mediocri ingenio tàm ſolerter aut arua ſulcet aut maria, ut hac in re cuiuſuis acumen Philoſophi nulla ſibi conferri poſsit induſtria, ſtultum & inglorium fuerit cum alio, non in tua ſed illius arte contendere, ubi toto maior uertice minor appareas, et uictor in maximis multis ac paruis in rebus facilè uinci queas. G. Ager hac mihi æſtate præfertilis fuit. R. Proximam operire, præſens ſæpè fertilitas, uenturæ ſterilitatis arra eſt. Rara quidem ſine intermiſſione proſperitas. G. Diligenter agrum colui. R. Benè, ſi nil melius quod faceres fuit. G. Colui uineam exquiſitè. R. Lætam cum illa fortè uindemiã pactus, an & cum pruina aut etiam cum grandine pepigiſti. G. Solito largius aruum ſeui. R. Plures paſces grues rure, plures domi mures, uolucrum hoſpes ac uermium, lolij excuſſor, areæ compactor, horrei architectus, metentium ſeruus ac terentium. G. Seui agrum largiter. R. Eſto in ſpe bona metes quod ſeruiſti, triticum atque ſollicitudinem, niſi illud eſt uerius quod triticum plurimorum, ſed anxietas tua eſt, & ut propriè dixerim, ager ipſe eſt animus, cultus intentio, ſemen cura, meſsis labor, hanc uberrimam percipies. G. Rus

optime colui. R. Dicam quod mireris. Illi ipſi antiqui agricolæ, uiri fortes, quibus gloriæ fuit agricultura, colendum benè cenſuerunt, ſed non optimè: incredibilè primo forſan auditu, at experientiæ comprobatione ueriſsimum, uix enim fertilitas ſumptum æquat, eſtq́ apud ipſos ueteres, hominis atque agri comparatio non inepta, ut uterque ſi ſumptuoſus fuerit, quamuis & quæſtuoſus, reliqui nihil aut modicum ſit, neutrum magni igitur exiſtimandum. G. Summo ſtudio terrã colo. R. Te te mallẽ coleres, ſed terreſtre animal, terrã amas, nec multũ cum tu illam, quã nunc percolis impinguabis. Cole agrorũ atq; arborũ quãtũ uis, neq; multos terræ pedes ad ultimũ occupabis, neq; ut ait Flaccus.

harum quas colis arborum
Te præter inuiſas cupreſſos
Vlla breuem dominum ſequetur.

De uiridarijs. Dial. LVIII. GAV.

AMœna mihi ſunt uiridaria. R. Habẽt hæc interdũ fateor honeſtæ aliqd uoluptatis, nõnunquam etiã inhoneſtæ. Aequè igitur ſtudioſos ac uoluptuoſos uideas, umbroſis ſeceſsibus delectari. Nam & ingenium locus excitat & ad pœnitentiam quoſdam, alios ad incontinentiam & laſciuiam exhortatur: nec de nihilo eſt quod ſummus Orator dum infeſto reo adulterium obijceret, amœna in quibus id commiſſum eſſet loca deſcripſit, quaſi ad flagitiũ ſtimulos. Non locis ergo ſed animo gaudendum eſt, ſi talis obtigit, qui benè locis omnibus uti norit. G. Secretis uiretis affluo. R. Secretũ Tyberij uiretum, & ſeceſſum Capreæ quis ignorat? pudet pigetq́ue exequi, quæ itidem omnibus nota ſunt, ille ſenex hircinus, loca ipſa ſepoſita, quibus probris infecerit quantò autem glorioſius arido in rure exul Scipio Aphricanus uixerat, quàm ſuis in uoluptatibus princeps ille Romanus? Repeto igitur, non in locis, neque ullis præter animum in rebus habitat omnis ueſtra fœlicitas. unde & qui ſolitariam uitam receſſusq́ue abditos laudauerunt, ſic intelligi uoluerunt, ſi his animus ut ſciret, et non aliter: proinde quem tu de uiretis tuis fructum colliges expectandum erit, at tum demum quid pronunciem uideto, nam ſi locis tantùm gloriaris, quæ tua nudius tertius non erant, & tua forſitan cras non erunt, ac ſi ritè conſideres: tua etiam nunc non ſunt, alieno proculdubio gloriaris, quis hic gloriæ tuæ locus? quid ad te ſi gelidæ per æſtatem alpes, ſi Olympus nubibus altior, ſi ramoſus ac frondifer Apenninus? quid ſi lucidus Ticinus, ſi amœnus Atheſis? ſi ſonorus Sorga? Hæ ſi laudes ſunt certè, non ſunt hominum, ſed locorum, tuum ſit, expedit quo lauderis. G. Decoris ſpatior uiretis. R. Refert, quæ nam curæ interim tuo in pectore ſpacientur. Nam quid iuuat, arcula in eburnea, unguenta olida condidiſſe? quid pulchris in locis turpem animum? quot in rupibus horridis ſanctiſsimi floruerunt uiri? quo in pratis uirentibus turpes adulteri marcuerunt? adde, quòd non animis ſolum, ſed corporibus uitæq́ue hominum, interdum loca huiuſmodi nocuiſſe compertum eſt, non tantum hauſtu aëris immodico, ſed ferro etiam occulto q́ue impetu. Quis non legit apud Curtium amœniſsimos nemorum receſſus, & uireta illa Medorum manu conſita, regum ac ſatraparum curam & præcipuam, ut perhibent uoluptatem Atqui in illis iuſſu ebrij ac ueſani Regis adoleſcentis, interfectus eſt Parmenio clarus ſenex, & ni fallor, Macedonum primus ducum. Quis non nouit Caietam littoris flexum illum, quo nullus ſub cœlo pulchrior, nullus amœnior, illic iuſſu temulenti & crudelis Antonij occiſus eſt Cicero, & poterat utcunq; tãto uiro locus couenire, ut poſtquã ſcilicet Romæ mori fato uetitũ erat, florido in rure moreretur, florẽtiſsimus oratorũ, uirq́; optimus, ſed & modus & auctor mortis prorſus indignus fuit. Spaciabatur illis forte tunc in locis Cicero urbanas fugiẽs procellas, & uel ad Philoſophiã uitæq́; cultũ ſuo more noui aliquid cogitabat. uel Rempub. miſeratus, de ſtatu patriæ conceptum dolorem animi oculorum oblectatione leniebat, quando ab illo omnis hoſte uirtutis, immiſsi carnifices talem uirum abſtulerunt mundo, qualem ut auguror, ſecula nulla reſtituent. Sic eſt igitur, loca delectabilia ſæpè inſidijs opportuna ſunt, dum licentius ibi laxiusq́ue degitur, auerſisq́ue magis ſenſibus à circumſpectione periculi.

Nam &

Nam & laqueo denſis in ſyluis feræ, & uiſco uolucres facilius in ramis uiridibus capiuntur. G. Lætus in uiridarijs & curarum uacuus dego. R. Lætitia curarumq; uacuitas cautioni ſemper aduerſa eſt: Dum ſua nempè quiſq; pericula, dum communē humani generis ſtatum omnes acriter cogitant, uix aut lætus ualdè aut curarum uacuus quiſquam uiuet, neq; locorum ſpecies, neq; opum ſpes obliuionem attulerit impendentium malorum. G. Libenter in uiridarijs meis uerſor. R. Non herclè libentius quàm apri & urſi, non refert autem ubi ſis, ſed quid ibi agas. nunquam te locus nobilitauerit ſed tu locum, neq; id aliter quàm præclarum ibi & inſigne aliquid moliendo.

De gregibus & armentis. Dial. LIX. GAV.

GAudeo gregibus & armentis. R. Brutinum gaudium. G. Armentis ac gregibus abundo. R Belluina proſperitas quam belluæ peperêre. G. Amo greges & armenta. R. In omni amore amantis & amati ſimilitudo ſuſpecta eſt. G. Armenta gregesq; amo. R. Amatis omnia, niſi uos inuicem ac uirtutem, quæ in primis erant amanda negligitis, & quæ negligenda diligitis. G. Amo armenta gregesque. R. O' miſeri rerum uilium amatores oſoresq; nobilium, amatis quæ nec ſe amari ſentiunt, nec amantibus inuicem reddunt. Cum interea nec uos uicem reddatis amantibus, tutumq; hoc malum facit auaritia, ut non modo ſeruum ingenuo, ſed pecus homini præferendum exiſtimetis. G. Armentorū gregumq; ingens copia eſt. R. Si per teipſum illos paueris, quid niſi occupatiſsimus paſtor eris. officium uile, laudatum licet à multis antè alios à Catullo Veronenſi: ſin per alios, non tu paſtor ſed paſtorum ſeruus, paſtorumq; dolis expoſitus. Nunc uicinus obfuerit, nunc præcipitium, nunc morbus, nūc abactor, quotidie demum aliquid fingendum, unde damnum tibi dolorq; & illuſio. Magna uerò pars mali fuerit illuſor ludis. G. Armentis ac gregibus diues ſum. R. Laudatæ diuitiæ, ſed incertæ & caſibus multis obnoxium, fraudibus, rapinis, peſtibus, quæ tàm crebræ tamq; ualidæ ſunt, ut ſæpè totos greges totaq; lacerent armenta. Nota peſtis, quam Lucretius, quamq; illum ſequens Maro deſcripſit. Et quàm multas putas famoſas minus, ſcriptorū penuria ſed dam noſas æque? G. Diues ſum gregibus & armentis. R. Vagæ patentesq; diuitiæ, quæ non dicam, arcula, ut aurum, ut gemmæ, ſed ne domo licet ampliſsima claudi poſsint, iam nec à ſeruis, nec à furibus, nec à feris atrocibus tutus es, omnibus in tuas diuitias datum ius. G. Gregibus & armētis gaudeo. R. Gaudes ſemel doliturus millies nullus dies, ſine rumoribus mœſtus ibit, nunc irruerint Sabei tulerintq; omnia, necnon pueros gladio percuſſerint, ut pecuoſo illi quondam nunciatū ſeni eſt, nunc bos cornu fregerit, nunc crus equus, nunc uagantē lupus agnū, nūc infectum gregem mors inuaſerit, non ſat miſeri ueſtris malis, & mortalitate propria uiſi eſtis, niſi mortes quoq; brutorū animaliū legeretis.

De elephantibus & camelis Dial. LX. GAV.

SVnt mihi elephantes. R. Cui quæſo uſui pacis ne an bellichis duo illi notiſsimi hoſtes Italiæ Pyrrhus & Hannibal quibus Romanas dū turbare acies ſperant, ſuas turbauêre. Animal graue prorſus & enorme, quodq; ut ex hiſtorijs noſti, ſæpe ſuis exitio fuit. aſpectu mirum, & mole & ſpecie & odore & ſtridore terribile, effectu autem inutile, procuratione difficile. G. Eſt mihi ingens elephas. R. Fuerunt olim in Italia elephantes, non uenatu quæſiti quidem, ſed ab hoſtibus capti & in triumpho ducti, quiq; prima fronte terruerunt equos Italos, uictores in capitolium ſecuti, erepti autem Pyrrho, Carthaginenſibus uerò non erepti tantum, ſed etiam interdicti. Sic enim in conditionibus pacis, quam uicti petierant nominatim cautum, ut & quos haberent domitos traderent, & alios non domarent, ita ſenſim obſoleuit uſus elephantium nō ſolum in Italia, ubi longè aduenæ uiq; aduecti erant, ſed in Aphrica etiam & Aegypto, quæ illorum ſunt uiciniores origini. Itaque & in Italia auorū memoria, unicum Federico Romanorum principi fuiſſe, & nunc Aegyptio tyranno non niſi unicum eſſe fama eſt: Vtrunque uerò ad ſpectaculum potius quàm ad uſum. Sic in India atque Aethyopia exterarum tædio gentium liberari, Syluas

patrias incolunt elephantes. Tu quis es, qui elephante gloriari uideris, Alter'ne Hannibal, qui uno uectus elephante, unoq; fretus oculo Italiam fatigauit? Ego hanc belluam, & ſi humani æmulam intellectus, ab auctoribus proditam, & moribus miris inſignem, habendo tamen inutilem, & ineptam, & Regiæ potius luxuriæ quàm fortunæ habilem dico, quæ domum impleat, horreum exhauriat. G. At Camelos habeo. R. Vna eſt penè ratio utrorunque, niſi quod elephas turribus, camelus ſarcinis ferendis idoneus, eoq; utilior aptiorq;, ſi conſilium petis, utere belluis, quas his ubi uitam agis mundi partibus genuit natura parens prudentiſsima, quæ & belluas & alia ſuis quæque climatibus aptior diſtribuit. G. Camelum habeo. R. Tria millia habuit & amiſit Iob, & morbi, & raptores, & infecta paſcua & ruinæ & mille caſus ueſtra undique armenta circunſident. Campi & colles & mœnia perduntur aſsiduè, quid his facias quæ non ſtant? Bona ueſtra ferè omnia in perpetuo motu ſunt, & quam inſita uirtute animi deberetis famam quærere, peregrinorum animantium nouitate ſectamini.

De ſimijs & ludricibus animalibus. Dial. LXI. GAV.

SImia delectabilis eſt mihi. R. Fœdum animal aſpectu, triſte animal effectu, de quo quid aliud quàm tædium ſperes? quicquid domi reperit, aut corrumpet aut ſparget. Si his atque huiuſmodi delectaris, utiq; delectabilis ſimia tua eſt. Monſtroſam belluam uocat Cicero, nec minus aliquid mirum dicit, quàm urnam ſortium euertiſſe, idquè pro oſtento Græcorum in hiſtorijs ſcriptum eſſe, iure optimo doctiſsimus uir irridet, cum uerè mirum potius uideri debeat, ſi non omnia uertat ac diſsipet. G. Ludricis animantibus abundo. R. Turpe ſimul, & ludicrum eſſe aliquid non poteſt. quis enim in turpitudine ludus eſt? quinimò ab omni quod oculos aureſquè & nares & animum afficiat, fugiendum eſt, corrupti guſtus eſt, amara diligere. Sed hic ueſter eſt mos, turpibus delectari, neque uero turpia & inepta tantùm animalia, ſed quo nihil eſt fœdius. obſcœnos etiam homines linguaq; & moribus odioſos in delitijs habetis. Et ad ſummam, quantò quicque deformius, tantò uobis acceptius chariuſquè, hæc in rebus omnibus uniformis eſt regula, hic amor, hæc indoles, hoc ſtudium, hæc ueſtri iudicij laus eſt.

De pauonibus, pullis, gallinis, apibus & colūbis. Dial. LXII. GAV.

PAuonibus affluo. R. Ex illorum caudis argioculis, reperiſſe conſilium fuerit, ne pedibus noceat notiſsima regularum peſtis. G. Pauones multos habeo. R. Auem uiſu pulchram non inficior atq; amœnam, ſed hæc uoluptas oculorum multò aurium tædio penſanda eſt, quibus contrà illum tartareæ uocis horrorem, uel fugæ, uel Vlyſſeæ picis auxilio opus ſit, ut ſileam omni peius tædio, uicinorum odium ac lamenta, uos uerò dū imperioſè, & nihil intemptatum relinquenti gulæ pareatis, nec aliena, nec ueſtra incommoda cogitatis. obliti hanc uiris olim fortiſsimis ſollicitudinem non fuiſſe, quando intacti piſces & feræ & uolucres tutæ erant, & pter pennas nil in pauone placeat, ut Naſo ait: Neq; nunc ſanè quid in hac aue tantoperè placeat inuenio, præter nobilitatem carniū, q̄ non putreſcere dicuntur, longū etiam in tempus ſi ſeruenť, q & tibi licitū experiri, & expertū ſe aſſerit Auguſtinus. Ita ueſtrā famē, niſi adſit ambitio, nec cibus ſatiat nec uoluptas. Pauonē certè cibi gratia Romæ primus occidiſſe fertur Hortēſius orator, uir eloquio clarus, moribus delicatus & mollis ut fœmina, ſed qui morū plurimos, eloquij autē raros habet imitatores. G. Pullos nutrio. R. Impedimentū domui, eſcā uulpibus, areæ ſuffoſſores, quorū ungulis & puluereū ſolū ſemp & nun q̄ ſupficies æqua ſit. G. Gallinarū magnus eſt numerus. R. Vt ceſſent tædia, penè par fructus & impēſa erit, magno pretio longiſq; clangoribus exiguum ouum conſtat. G. Sed abundo apibus. R. Non mortalis modò, ſed uolatilis & fugitiua fœlicitas tua eſt. G. Aluearia multa ſunt mihi. R. Non minus in quolibet, q̄ uel in magna urbe negotij uel in caſtris ſtrepitus eſt, nūc examina fugient, nūc pugnabunt reges, nunc tinnitu æris, nunc iactu pulueris rex egebit ut ſalua ſit, ſæpè omnia expertus nil profeceris, qui cum ditior eſſe credideris, nudus ſis, proinde ſi ſernādi ſtudiū cū melle cōtuleris, uel amarū uoces. G. Sed colūbis affluo. R. Atqui apū in thalamis ſiletur per noctem, ut Virgilius ait, in columbario autem nunquam, uix eſt animal

animal inquietius columbo. G. Plena mihi ſunt columbaria. R. Sunt qui litigent & qui gemãt qui diebus domum fœdẽt, noctibus ſomnũ frangant, en magni gaudij materia.

De piſcinis. Dial. LXIII. GAV.

Piſcinas mihi deſtruxiſſe gaudeo. R. Non puto fœlicius extruxeris quàm Salomon, cum te ergo conuerteris ad uniuerſa opera quæ fecerint manus tuæ, & ad labores in quibus fruſtra ſudaueris, uidebis in omnibus uanitatem & afflictionem animi, ut unde gauiſus fueris fortaſſe doleas, iacturã exiſtimans & temporis et impenſæ. G. Feci mihi piſcinas. R. Non ſatis eſt gulæ omnes terras luſtrare, atque etiam temptantur, et in regno ſuo piſcibus carcer erigitur. G. Piſcinas impleui. R. Libertatẽ piſcibus abſtuliſti, ac naturæ domum, quoſq; illa ſanos fecerat, ægrotare docuiſti. G. Coëgi aquas in piſcina. R. Vim aquis intuliſſe in Iulio Cæſare tanto illo quidem uiro, notatum, & ſuperbiæ datum uides: quid te igitur ſperes? G. Piſcis in uiuario concluſi. R. Pennaras uolucres uinculis & imperio coërcetis, quid mirum ſi pigris quoq; piſcibus imperatis? omnia prorſus in ueſtra poteſtate et ueſtris ſubiecta ſunt pedibus, laborioſi & cupidi mortales, præter unum animum quem regere & frenare uel nõ poteſtis, uel quod eſt uerius, non cura:is. Itaq; uagus & indomitus ille uos agitat, & in omne uanitatum genus ac ſcelerum impellit, qui ſi uobis immò ſi rationi ſubditus atq; obediens eſſet, ad meliorem finem, rectiori calle uos duceret, præſtaretq; ut multa quæ cupitis ſperneretis. G. Piſces incluſos in piſcinis habeo. R. Cum omnia ſubdita ſint uobis, uide quàm decorum ſit, eſſe uos ſubditos uoluptati, rei omnium uiliſsimæ, rerum nobiliſsimos omniũ, quæ ſub cœlo ſunt. Sed ſic eſt: omnibus imperare uultis, ut libidini ſeruiatis, neq; uerò nouus hic error nec plebeius, ſed antiquus et illuſtriũ. Piſcinas ac uiuaria oſtrearũ, primus inſtituit Sergius. Orata Baiano in littore: ſub idem tempus reliquorum piſcium uiuaria incepit Licinius Murena, uterq; cognomen ſeu illud agnomen à piſce ſortitus, en præclaræ agnominum cauſsæ, quod ille ſcilicet oratã appetijt, hic murenam (Et qui Aphricani & Macedonici titulos merea ntur) et forſitan non curarum minus hi ſuis in piſcibus capiendis et condiendis, inq; ſuis uiuar:js extruendis ſuſceperant: quàm Scipio & Paulus in liberanda atque ornanda patria ſuiſq; uictorijs ac triumphis. Ita penitus uerum ſit, quod quidam dicunt, quantitate curas hominũ penè pares, qualitate uero longè impares. Atque ut mala ſemper exempla, imitatorum turbis affluunt, ſecuti ſunt Licinium hunc nobiles uiri Philippus, Hortenſius, ac Lucullus uir alioquin memorabilis, qui uiuario ſimplici non contentus, illic propè Neapolim montem ſcindi fecit, non minori ſumptu quàm quo ſibi aliam erexerat, requiem capitis piſcibus meditatus, fluctus equoteo ſciſſe rupis clauſtris, inſtar trãquilli portus immiſſo. quam obrem magnus Pompeius, ut qui non uiuaria, ſed imperia cogitaret, haud illepide hũc Lucullũ Xerxen togatum, hoc eſt montiũ effoſſorẽ nuncupabat. Quid de alijs? Murenarum uiuaria primus fecit Curus quidam, neſcio quis, nam cum omnibus murenis ſuis adhuc malè noſcitur, quatum illa copia tanta fuit, ut earum ſex millibus triumphalem cœnam Iulij Cæſaris adornaret. Vt hic quoq; ſuos imitatores habuit, nominatim Hortenſium oratorem, de quo ſupra diximus, uirum qui nunquam molli defuit exemplo. Ita ueſtræ literæ ſæpè nihil detrahunt inſaniæ, nonnunquam uerò, quod mireris adijciunt, dum licere ſibi omnia exiſtim:nt, qui literas didicerunt, et multa ſibi arrogant, quæ ſine literis nõ auderent. Et hic ergo uiuarium habuiſſe dicitur baiani tractus in littore, ibiq; inter cæteros piſces ſic murenam unam dilexiſſe, ut extinctam luxerit. En amor egregius, en docto grauiq; uiro dignus fletus, qui nec ſui temporis bella domeſtica, neq; proſcriptiones ac ciuiũ mortes fleuiſſe legitur, nec Cannenſem, ſi ſuũ in tempus incidiſſet fleturus fuerit ruinam, murenæ obitum fleuit? Tanta hæc leuitas facit, ut iuniori uenia debeatur Antoniæ, ætas ac ſexus excuſabiliorem reddit ineptiam, quæ murenam ſuam, tamen non defunctam gemuiſſe, ſed uiuentem aureis in auribus coluiſſe traditur. Sic ut Baulos: id erat uillæ nomẽ, ipſis Baianis in finibus multos ſpectaculi nouitate contraheret. Fuerunt & uiuaria

cochlearum, et aliæ piſciũ uanitates, atque in primis lupus tyberinus, inter duos præcipuè pontes captus. Sed ſatis multa de alienis erroribus. tu quo plures his implicitos uides, eò diligentius caue, ne ſimilibus impliceris, neque tibi nunc uſum piſcium, ſed nimis magnã curam rerum ignobilium interdico.

De auiarijs auibusq; loquacibus & canoris.

Dial. LXIIII. GAV.

AVes uarias in auiario concluſi. R. Iam piſcium minus mirer ergaſtula, ſunt & uolucrum, quibus latior ac liberior patria cœlum erat. Inuenit gula uenationem, inuenit piſcationem, inuenit aucupium, nec cœpiſſe ſatis eſt, quas liberas natura creauerat, niſi etiam aſſeruentur. At quantò erat honeſtius gulam cogere parabilibus, atque facilibus contentari, & ſyluas feris, maria piſcibus, aëremq; uolucribus linquere, quàm in his tantum ſtudij ponere, quantum ſi captãdis in uirtutibus poneretur, illas pridem, nam minimè ſunt fugaces, optimo ſtudio quæſitas intra animi habitum clauſiſſetis, unde nec effugere poſſent nec auferri. G. Auibus auarium impleui. R. Rem nequaquam neceſſariam, & quæſitu nec minus custodia difficilem, peruetuſtã tamen, cuius ante MCCCC. annos, Romæ auctor fuit, Lelius quidem cognomento Strabo uir equeſter, non ille quidem Lelius ſapiens habitus, qui ſi auiaria repperiſſet, nomen ſapientiæ perdidiſſet. Quædam ſunt inuentu, ut uidentur utilia ac iucunda, quæ tamen ingenia alta dedeceant. qui piſcinas, qui auiaria inuenerunt, quid alud quàm gulæ ſtudium habuerunt, quod uirtutis cultoribus alienum eſt. G. Incluſi pingues turdos & turtures. R. Sed non tardos tortores, tot illecebris irritata gula, ſupplicia exigit ſtomachi laborantis. An non Satyricum illud audiſti:

Pœna tamen præſens cum tu deponis amictus,
Turgidus, & crudum pauonem in balnea portas.

De Pauone loquitur. Formoſa etenim & famoſa eſt auis, ſed non ſola quæ præcipitẽ gulã plectat. gulæ quidem oblectatio, guſtus breuis, ipſe quoq; mox in nauſeam uerſurus, ni coërceas. Pœna autem longa, cruditas indigeſtibilis, morbi, ſæpè etiam & mors. I nunc turdis pinguibus ac turturibus gloriare. G. Habeo loquaces coruos ac picas, & pſitacos. R. Lætatus is Auguſtus Cæſar, eos magnis emit pretijs, qui uictorem ac triumphatorem Cæſarem ſalutarent, cumq; ſubinde alij atq; alij ingererentur, ſatis ſe ſalutatorum talium domi habere reſpondit, ponens illi metam uanitati, niſi coruus ipſe nouiſsimus ioco illo mirabili pluris ſe, quàm cæteros redimi coëgiſſet. Et hæc quidem in ſaturnalibus leguntur. Quid in naturali uicini noſtri Veronenſis hiſtoria, Coruùs ille tàm docilis è ſutrina ubi impensè alebatur, in publicum euolare ſolitus, & Tiberium Cæſarem, Druſumquè & Germanicum nominatim, totum denique Romanorum populum ſalutare, tanta plebis gratia, tantoquè omnium fauore, ut cum eum uicinus, uel inuidia uel ira percitus occidiſſet, ingenti omnium mœrore occiſor ipſe, ex ea uicinia pulſus primum, deinde etiam à populo interfectus ſit: coruus autem operoſis exequijs, & ſolenni funere elatus, ac traditus ſepulturæ. O ineffabilis populorum ſemper inſania, in illa urbe, fletu & ſepultum coruum, & eius interfectorem Romanum ciuem morte mulctatum, in qua nec Africanus Maior ſepulchrum habuit, nec Minor ultorẽ: quia ſi Dijs placet, coruus hic populum ſalutabat ut diximus, illi autem non ſalutabant, ſed ſalutem populo gloriamquè contulerat: adeò gratior uox coruorum quàm uirorum uirtus illuſtrium. Neget nunc aliquis, tutum ſeſe populi conſenſu iuditio, quanquam ueris æſtimatoribus non ſit mirus publicus hic uirorum fortium contemptus, cum ab his coruorum uolucrumquè loquatium mitatoribus, & diuinæ uoces & cœleſtia ſpernantur oracula. G. Formoſus eſt mihi pſitacus R. Solus nempè omnium torque aureo inſignis, niſi Phœnix & ipſe etiam auium torquatus, & preterea ſuæ unicus ſpeciei. Verum pſitacus ſalutator magnus, & præſertim principum, planè quaſi adulatorem illum fecerit natura. Vnde diſtichon illud innotuit:

Pſitacus à uobis aliorum nomina diſcam
Hoc didici per me, dicere Cæſar aue.

G. Et

G. Et mihi pica diſertiſsima. R. Cum perrari ſint homines diſerti, tibi diſertiſsima pica eſt: Loquax fateor & ſalutrix eſt iedula, unde et illud:

Pica loquax certa dominum te uoce ſaluto,
Si me non uideas, eſſe negabis auem.

Certè de huius auis intentione diſcendiq́ ſtudio, mira neſcio an uera narrantur, illud in primis uix credibilè, propoſitum ei uerbum ſi oblita ſit, angi illam grauiter & affligi, moleſtiamq́ue animi tacita meditatione teſtari, ſi ipſum ei uerbum ad memoriam reducatur, miris modis hilareſcere, at ſi prorſus ſeu uerbi difficultate, ſeu memoriæ imbecillitate uincatur, præ dolore etiam interdum mori, ut iam minus mira Homeri mors Poëtæ ſit habenda, ſi tamen illa etiam uera eſt. Neq; uerò picis omnibus hæc docilitas datur, ſed his tantum, & quæ glande cibum nomenq́ue percipiunt, & apud uos uulgò glandariæ uocitantur, picarum ſpecies, & forma inſignis & ingenio. G. Dulciſonam canoramq́ luſciniam nactus ſum. R. Et hanc quoque, & ſturnum, Græci Latiniq́ue ſermonis dociles inueniri, & turdum inſuper, ſua ætate ſermones humanos imitantem, Romæ fuiſſe, auctor eſt Plinius Secundus. Quod de ſturno nuper publicè notum fuit, quem ſeriatim plurima uerba proferentem humanis accentibus, ſæpe in ipſius Plinij patria & audire tibi contigit & mirari, nam de pſitaco tàm trita res eſt, ut mirabilis iam eſſe deſierit. quotiens hunc audiſti, cibos unum atq; alterum clara uoce poſcentem? quotiens nutritorem ſuum proprio nomine uocantem, atque ut perſuaderet, multa illi geſtuum ac uerborum dulcedine blandientem: quotiens ſic ridentem, ut aſtantes in riſum cogeret, nec omnino alitis ſed ueri riſus hominis crederetur. Quæ quamuis ita ſint, tamen hi omnes, luſciniæ præſertim multò, melius, mihi credite, ſuis in ramis canerent, quàm ueſtris in caueis, niſi quia ueſtra cupiditas nihil extimat, niſi quod ſibi proprium fecit, cum natura fecerit cuncta communia, ſic ultra ſuos fines, atq; ultra ſuum nomen, tendit auaritia. G. Aues innumeras congregaui. R. Vt multas ſiue ut omnes habeas, Phœnix puto deerit, ſiue unus, ſiue eſt nullus, ſiue illud in finem recipimus, quod quidam tradidêre anno urbis DCCC auem hãc ex Arabia in Aegyptum euolaſſe, captamq; ibi & Romam delatam atq; in Comitio ſpectaculo populi expoſitã, ſupremam tandem ut credibile eſt mortẽ obijſſe, quod ultimum falſum eſſe non dubitant, qui de primis magni dubitant auctores. Ita cum omnes aues habueris, mirabilem pulcherrimamq; omnium non habebis. dolens & indignans iocor: Vt quid enim ſemper pueri inanibus gaudijs exultatis. utq́ue ait Salomon: Vſq; quo paruuli diligitis infantiã? quin aliquando conuertimini ad correctionem meam: ut idem ait. Siquidem ipſa eadem ſunt quæ loquor Sinite ô cæci, aues in ſyluis agere, nidificare & paſci & canere & errare: uos inertis plumas animi ad cœlum pandite, atq; humo uos attollite, enitimini non uolucres captare, ſed uolucres fieri, tuq; his omiſsis, de quibus loqui pudet, ſi quid habes quo lætari uirum deceat profer.

De Coniugij claritate. Dial. LXV. GAV.

VXorem duxi nobilem. R. Mallem tibi non tantùm picas ac pſitacos, ſed bubones ſtrigesq́ue domi eſſe: illi canerent, iſta iurgabitur, illi aliquid nuntiarent, hæc peraget, illos excludere liceret, hanc non licet. G. Claro coniugio ornatus ſum. R. Specioſa uinctus es catena, unde te ſola mors liberet. G. Claro cõiugio fœlix ſum. R. Caſto fœlicior, fœliciſsimus cœlibatu. G. Pulchro cõiugio illuſtratus ſum. R. Anceps uxoris electio, deformis facilè faſtidit, formoſa difficile cuſtoditur, ea lege qua inter formam corporis atq; animi caſtitatem lis propè perpetua eſt. Sed ut quod rariſsimum eſt cõtingat, et formæ pudicitia iuncta ſit, uberius tecum agam: accedant & fœmineæ dotes aliæ, nobilitas, ſenſus, opulentia, fœcunditas atque facundia, famæ integritas, morum candor: Scito tuum limen his immixtam ſubintraſſe, ſuperbiam, ut ſcripſiſſe iure Satyricus uideat: malle Vanuſinam q̃ Corneliam Graccorũ matrẽ, Africani filiã, paternis triũphis ac gloria inſolentẽ. G. Nobile cõiugiũ & honeſtũ obtigit. R. Quid de faſtu faſtidioq; ais? parũ ne fœminei mores noti? diſce ſeruire, diſce pati, diſce charos ꝑdere, uni cõiugio uacati.

iugio uacādū eſt, amicitiarū ſcopulus uxor imperioſa, & uiri affectuū moderatrix. G. Generoſa mihi uxor obuenit. R. Grauis ſarcina, duræ cōpedes, liberos humeros, atq; olim liberos pedes p̄ment. Durū dictu, durius cogitatu, duriſsimumq; ꝑpeſſu, nō unius lucis, ſed totius uitæ hoſpes, forſitanq; hoſtis uacuā præſidijs inuaſit domū. Vnde illam, ut dixi, ueteris repudij ſpe ſublata, ſola ſcilicet mores excludat. G. Coniugem gratam duxi. R. Erras, illa te duxit, diu nimium fueras tuus, acceſsit ſponſa domina, carnifex priuignis, æmula ſocrui, familiæ iugum, coquinæ labor, onus penui, ſumptus arculæ, ornamentum aulæ, diurnum ſpectaculum feneſtræ, lux nocturna cubiculo. G. Vxor mihi uenit amantiſſima. R. Cum amore ſi neſcis, zelus & ſuſpitiones, & querelæ ſubeunt, immortale duellum domi habes, ipſis ex uoluptatibus & iocis inimicitiæ erumpent, nec ad menſam nec in thalamo tutus eris, nullum tempus litigio uacabit, media nocte pugnabitur. G. Exoptatas nuptias contraxi. R. Cum coniuge nuptias, cum pace diuortium. G. Vxor contigit cui unicè placeo. R. Melius forſitan diſpliceres, non te amando præmeret atque attereret, & cogitare, & res tuas agere, & ſomnum carpere ſineret, nunc uxori placēs, nil quod tibi placeat præter illam ſperes, totum ſibi te uendicat, nec ſufficies totus. Si quo forte ire uelis, fugere te fugæque cauſas fingere, ſi quid agas oblitū ſui, ſi quid cogites iratū ſibi, ſi cibo abſtineas ſordere res ſuas tibi, ſi ſomno ceſſeris, externa te Venere feſſum dicet: denicq; ut uxori placeas, tibi atq; alijs inutilis ſis oportet. G. Vxorem habeo, quæ me ardenter amat. R. Melius amaret caſtè, piè & ſobriè ac uerecundè. Ardens enim amor, quid niſi incendium eſt animæ, qua ardente, quis nam ibi modeſtiæ? quis reuerentiæ coniugali, quis tranquillitati locus aut quieti? Ardenter te amat uxor, niſi uiciſsim ſe amari ſenſerit tepeſcet, amoremq; odio mutabit, ſin æquandus tibi eſt amor, & tu ardeas neceſſe eſt, unique deditus ſis amanti, zelotypæ coniugis uir inſomnis, nunc blanditijs, nunc querelis fictis que criminibus excitandus, exercendusq; per noctem. Seu licentius oculum deflexeris, ſeu ridenti lentius arriſeris, ſeu uicinam ſalutaueris, ſeu formam alterius laudaueris, ſeu domum ſerius redieris: poſtremò aliquid feceris aut dixeris, quo ſuſpectus læſiq; reus ſis amoris, quæ ſi uita dici debet, quæ nam mors dicenda ſit neſcio. Et hæc quidem, de ardenti tuo amore ſententia noſtra eſt. G. Eſt mihi perpetua thori conſors. R. Et ſomni perpetuum exilium, maritalis lecti rarus ac tenuis ſopor eſt, hinc uoluptas, hinc iurgia, quies nuſquam. G. Habeo uxorem fideliſsimam. R. Fuiſſe fideles aliquas non nego, uſq; etiam ad mortem, et profectò homini qui hoc uitæ genus elegerit, magnæ diuitiæ coniunx bona & fidelis, maior tamen eſt acies aduerſa, nempè etiam illuſtrium multi dolo coniugū periêre. Sileo Danai truces & cruentas nuptias, & infamem noctem, miſeramque tot ſimul iuuenum ſtragem. non hoc illi quorum ſuprà meminimus grauis Agamémnon, non Phryx Deiphoebus neget, non ex ueſtris Africanus minor, non poſtremo recentior Alboinus rex, cuius ab impudica & ſæua fuſus coniuge, nitidi Atheſis ripam ſanguis infecit. G. Vxorē nobilē, caſtam, manſuetam, humilem & obſequioſam, piam, fidam reperi. R. Mirus auceps, cornicē candidam inueniſti. Vix eſt tamē qui inueniſſe ſe fuſcam putet.

De uxore formoſa. Dial. LXVI. GAV.

FOrmoſa mihi uxor obuenit. R. Difficilem prouinciam nactus es, uigila, dixi iam, durum cuſtodire quod à multis appetitur. G. Forma eſt uxoris excellens. R. Solet forma corporis, ut multa alia paritate gaudere, imparitatem ac diſsimilitudinem aſpernari. Si par igitur tibi forma eſt exerceberis, alioquin contemneris, utrunq; laborioſum. G. Forma coniugis magna eſt. R. Et magna ſuperbia, uix eſt aliqd quod æquè animum tumefaciat & extollat. G. Forma uxoris eſt maxima. R. Vide ne caſtitas parua ſit, ſcitum eſt illud Satyricum:

Rara adeò eſt concordia formæ atq; pudicitiæ,

Vt hæc conſtet, morum inſolentiam quis ferat: & quotidiana faſtidia? G. Formoſiſsima eſt uxor. R. Habes domi idolum ſumptuoſiſsimum, operoſum, uidebis indies peregrinos, nouosque habitus, lauda hinc corporis habitudinem, quam omnia deceant, hinc ingenium

nium inuentricis ad cuncta uerſatile, tum iacturã patrimonij lucrum uoca. G. Habeo uxorem formoſiſsimam. R. Habes idolum litigioſum inſolens, quod affuſus colas, quod extra te raptus ſtupeas, quod adores, unde totus pendeas. Submitte collũ iugo, & contentus forma coniugis, curasq́ue alias & propriam libertatem procul abijce. Dicebam modò, caue nequando aliam præter illam laudes, nequando oculos ab illius fronte diuerteris, ne ſolito parcius blandiaris, ſolito minus inſanias, quicquid reſpueris capitale erit, omnis ſanir s defectio. uiue denicꝫ ad uxoris edictũ, & nutũ dominæ ſuſpenſus obſerua, mancipiũ nõ maritus. Hæc facito, ſi tanti exiſtimas, aliquandiu formoſam thori ſociam amplectu, leniq́ue ad tempus cute gaudere, & cãdido natos ex utero, tanꝗ̃ poma nobiliora pulchro de uaſe ſuſcipere. G. Vxorem habeo formoſam. R. Venenum dulce, cõpedes aureas, ſplendidã ſeruitutem. G. Forma delector uxoris. R. Vana breuisq́ꝫ delectatio: nil forma fugacius & p̃ſertim fœmina. qui uxorem ꝓpter formã diligit, citò illã oderit.

De uxore fœcunda & facunda. Dial. LXVII. GAV.

FOecunda mihi uxor eſt. R. Multas tibi curas, multos pariet labores, uxor ſterilis unica tantum, at fœcunda quidem ſarcina domus eſt multiplex. Notum eſt illud Comicum: Vxorẽ duxi, quã non ibi miſeriam uidi, nati filij alia cura. G. Nõ fœcunda tantum uxor, ſed facunda eſt. R. Hinc filij & nutrices aderunt, hinc ſales & uerba non deerũt, habes cum qua diſputes ac declames, & Satyricum non audiſti, ubi ait:

Non habeat matrona tibi quæ iuncta recumbit,
Dicendi genus, nec curtum ſermone rotato,
Torqueat enthymema: nec hiſtorias ſciat omnes.

Coniugem quærebas, magiſtrã inueniſti, iamq́ꝫ aliquid impolitum cõmune aliquid loqui, ſine coniugis cenſura et irriſione non poteris, fruſtraq́ꝫ eiuſdẽ Satyricum illud optaueris:

Solœciſmum liceat feciſſe marito.

Inter mundi tædia, nullum importunius procaci fœmina, & tacere neſcia.

De opima dote. Dial. LXVIII. GAV.

DOte auctus ſum opima. R. Et opima tyrannide, malũ malo additum. Superbiæ cõiugalis duo ſtimuli, dos & forma. G. Multũ dotata uxor eſt mihi. R. Multũ dotata uxore nihil eſt importunius, nihil intractabilius, nil ſibi non licitũ arbitratur, q̃ ſuas opes mariti cõparat egeſtati, q̃ uirũ paſcit, dominã ſe putat eſſe nõ ſociã. G. Magna dos meũ ſubijt limẽ. R. Vnde dos ingreditur, inde libertas egredit̃, quod benè prouiderat Lycurgus, cuius lege cautum fuit, ut indotatæ nuberent, et adiecta ratio, ut uxores eligerentur, non pecuniæ, ſecuriusq́ue matrimonia ſua uiri coërcerent, cũ nullis frenis dotis tenerentur. Vtrũq́ꝫ ſapienter: nam & uerè multis in domibus, non uiro uxor, ſed pecunia nubit auaritiæ, & eſt utique magna dos, licentia coniugis, frenum uiri. G. Ingens cum uxore dos obuenit. R. Muta ordinem, immò enim cum ingenti dote uxor ſubijt, quam libentius excluſiſſes, ſi ſola poſſet excludi. Planè coniugium obſcœnum, ubi non ſpe prolis ad cubiculum uiri uirgo, ſed ad arculam, auaritiæ impulſu, dos concupita deducitur. G. Magnam mihi dotem uxor attulit. R. Dic uerius, magnũ precium libertatis tuæ, quæ ſi tibi chara eſſet, ut decuit nullo eã p̃tio uendidiſſes. G. Ditiſſima mihi uxor obtigit. R. De moribus nihil narras. Nempè nihil ut reor de moribus cogitaſti, deq́ꝫ optimis fœminæ dotibus, fide, uerecũdia, caſtitate, modeſtia, ſunt uobis iſta cõtemptui, & ſolũ in nuptijs ueſtris attendit̃ dos & forma: hæc eſt auaritia & libido, pronubæ matrimonijs his condignæ. G. Pecunioſiſsima eſt cõiunx. R. Vide, an non Themiſtocleum illud conſilium quo diffinit. Malle ſe uirũ pecunia, quàm pecuniã uiro indigẽtẽ: rectè etiã ad fœminas trahi poſsit. G. Vxor mihi p̃diues eſt. R. Quãtò melius erat, cũ inopi requieſcere, quàm laborare cum ſuperba, melius eſurire cum paupercula humili, quàm cum inſolenti diuite litigare. G. Coniugis dos immenſa eſt. R.

Conſequens eſt, ut elatio animi ſit immenſa, timor autem uiri nullus. Non audebis uitia reprehendere, dum reſpicies dotem, non præſumes humiliare illam, per quam te meminetis ſuperbire, nec faſtidia duntaxat ac tædia, ſed probra etiam & iniurias tolerabis. An fortè non Aurelij Antonij principis meminiſti, illius qui Philoſophi cognomen ob imperium non omiſit, qui cum uxoris noſceret adulteria, & amici ut eam uel occideret uel ſaltem dimitteret hortarentur, reſpondebat: Si uxorem dimittimus, reddamus & dotem. dos autem erat imperium. Vides, ut ingentis uiri animum dos frenabat, tuum forſitan non frenabit? G. Dos permaxima infinita inextimabilis eſt. R. Dos matrimonij oneribus ſupportandis, nõ auaritiæ æſtibus irritandis, inuenta eſt: itaque quo magis illam exaggeras, magis infamas, ut quæ utrinque mole ſua noceat, & hinc dantis impudentiam, hinc concupiſcentiam accipientis auctura ſit. G. Eſt mihi maxima dos uxoris. R. Non quanta ſit dos, ſed qualis ſit uxor refert, & in dote ipſa, non quantitas certè, ſed qualitas exiſtimanda eſt, unde ſcilicet profecta, quibus parta modis multæ magnæ dotes malis artibus ſunt quæſitæ. Heliopolitanum & Punicum morem noſti, quorum nuptijs non pietate patria, ſed ſtupris ac dedecore dos conſtabat.

De gratis amoribus. Dial. LXIX. GAV.

GRatis fruor amoribus. R. Gratis inſidijs opprimendus. G. Gratis uror amoribus. R. Benè ais uror: eſt enim amor latens ignis, gratum uulnus, ſapidum uenenum, dulcis amaritudo, delectabilis morbus, iucundũ ſuppliciũ, blanda mors. G. Amo & uiciſsim amor. R. Primum noſci poteſt, ſecundum in ambiguo eſt, niſi fortè nocturnum mulierculæ tuæ murmur, in teſtimonium trahis. G. Amor haud dubiè. R. Perſuaſit ut uideo, nec magnũ perſuadere uolẽtibus, Omnis amans cæcus & credulus. Quod ſi fidẽ iuramento amatorio uis ineſſe ſcriptum, ab amante chirographũ tenera in glacie, teſtibus auſtris in mediũ pfer. ſed ô inſane, nihil unquã impudicæ pſertim credas fœminas ſexus, ardor, leuitas, conſuetudo mentiendi, fallendi ſtudiũ, fructusq; fallaciæ, hæc ſingula multoq; maximè hæc omnia, qcquid illius ore prodierit ſuſpectũ faciũt. G. Amo quod iure animũ delectet, & dulciter ardeo. R. Credis ex me audire, quod ille magiſter amorũ ait: Vt fœliciter ardens gaudeas, & uẽto tuo nauiges uoluptatis. Id quidẽ nõ cõſilij eſt. Ego uerò, quo ſuauius arſeris, eò cautius ex incẽdio fugiendũ cõſulo, tũc ſunt mala periculoſiſsima, cum delectãt. ſæpè ſuauitatẽ hãc duriſsimus finis exaſperat. G. Amo amorq;. R. Vt ſit ita, quid niſi duplex eſt nodus, nexus arctior, graue diſcrimẽ: melius de te ſperarẽ ſi amares tantũ, nõ etiã amareris. Et ſi enim facilitatẽ amoris, atq; difficultatẽ æquè nociuã quidã dicãt, q facilitate animus capiatᷓ, cũ difficultate cõtendat, ego tamen ita ſentio, nihil ad amandũ efficatius quàm amari, cõtraq; nihil eſſe quod magis ab amando deterreat, quàm ſcire ſe non amari, nec amatum iri credere, quamuis id non facilè creditura ſit cæca & cupida mens amantis, qui unus eſt ex illo grege, de quo ſcribitur, quod:

Qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt.

G. Amo ego cum gaudio. R. Qui quã malè ſibi eſt nõ ſentit, obtorpuit. qui malo ſuo gaudet, inſanit. G. Apud me fateor delectabile eſt amare. R. Odioſum mallẽ ac moleſtũ, quo & fuga mali promptior foret, & ppinquior ſpes ſalutis, nunc delectatio morbũ alit, ſanus enim fieri reſpuit, quẽ delectat ægrotare. G. Vt libet, apud me quidẽ ingeniũ eſt amare. R. Vt qſq; ſapit & loquiť, apud me uerò ſeruile prorſus & languidũ, & q fortiſsimos etiã uiros emolliat eneruetq;, dicã q nemo eſt qui neſciat, nemo erit q audiẽs non miretur, ſi magnarũ rerũ recordatio, uel ſcientibus admiranda eſt. Neúe omnia ſequar, q nec neceſſariũ puto nec poſsibile, duarũ toto orbe clariſsimarũ gentiũ, duos lõgè pſtantiſſimos duces ad memoriam reuoca. Iulius Cæſar uictor in Gallijs, in Germania, in Britannia, in Hiſpanijs, in Italia, in Theſſalia, in Aegypto, idemq; mox in Armenia, in Ponto, in Africa, & rurſus in Hiſpania ſupremo marte uicturus: in medio tantarum uictoriarum ab amore regio, interim apud Alexandriã uictus eſt. Hannibal apud Ticinum, apud Trebiã, apud Traſimenũ, apud Cãnas uictor, ac demũ in patria uincẽdus ſua, prius apud Salapiam

Apuliæ

Apuliæ oppidum, quo inexcuſabilior ſit, meretricio amore ſubactus eſt. Quanta tibi uidetur mali uis, quæ tàm duros animos, tàm rigida pectora leui frangat incurſu: tàm rapidos pedes, tàm fortia brachia, fragilibus uinculis liget? Linquo fabuloſa, & uetera nimis. In beluas transformatum Iouem ridiculis, Martem uinculis implicitum duris, nentem penſa digitis Herculem, ad hæc & Leandrum fluctibus, Biblida lachrymis, Prochryn telis uiri, propria cuſpide Pyramum, Hyphin laqueo pereuntem. quodque eſt certius atque ſonantius, & Græcorum duces de amore certantes, & notis Troiam flammis ardentem, abſque his omnibus, & mille ſimilibus, ſatis duo illi quos præmiſimus ad probandum de quo agitur, uel magnitudine nominum, uel hiſtoriæ fide ſufficiunt. G. Amor, quid de odio dices, ſi amorem damnas? R. Vt tu accipis, utrunque damnabo, neque ideò bonum aliquid dicam, quod aduerſum malo ſit. Duo enim extrema, ſibi inuicem aduerſa paritérque à medio, hoc eſt à uirtute diſtantia pariter mala ſunt. G. Ergo malum eſt amare. R. Hoc eſt fateor. G. Malo hoc nihil melius inuenio. R. Credo, herclè, ut eſt animus, ſed tua rerum opinio nutat. G. Oderint quos delectat, ego amabo. R. Odium atque amorem in differentia dixerim: Nam ut odiſſe uitiũ, & amare uirtutem æquè laudabile eſt, ſic ſeu uirtutis odiũ, ſeu uitij amor, æquè dãnabile: et ad ſummã, uix inuenies ꝙ ꝑ ſeipſum ſic laude uel infamia dignũ ſit, quin paucis additis, laus ac uituperatio altera locũ ſumat alterius. Tu qd ames uideris. G. Quid amẽ niſi ꝙ cæteri? R. Non omnes idẽ amant, fuerunt qui amarent Deũ tàm enixè, ut pro amore hæc omnia quidẽ, & ſeipſos uitãq; ſuam proieciſſe lucrum ducerent. fuerunt qui nõ altius aſpirantes, pro nuda uirtute. aut pro patria idem facerent: numerarẽ niſi innumerabiles eſſent. G. Ego nec in cœlo fui, unq̃ nec uirtutẽ uidi, amo quæ cerni poſſunt. R. Si nihil amas, niſi quod cerni poteſt. nil igitur magnum amas, qd quòd directè obuias præcepto illi uulgatiſsimo: Nolite amare q̃ uidentur, ſed quæ nõ uidentur: quæ enim uidentur temporalia ſunt, quæ autem non uidentur æterna. Vos autem cæci animo, dedidiquè oculis, æternum nihil non dicam amare, ſed nec intelligere, nec cogitare quidem idonei, uobiſcum peritura ſectamini, & pudendos affectus, honeſto tegentes uelo, libidinem dicitis amorem. Illum colitis, illum fandi licentia Deum facitis, ut probra ueſtra, quæ uix cœlum tegit excuſet. Quid enim Deo auctore fit perperam? Ite iam erigite Deo ueſtro aras, ac thura porrigite, ille uos ad cœlum euehet. Immò uerò cœli Deus, illum & uos trudet in tartarum. G. Iuueniles ludos in calumniam trahis, amo, da ueniam. R. Si ab offenſo poſcenda eſt uenia, ipſe tibi ignoſce, neque enim alium quàm te lædis, & ah miſer, quos inter ſcopulos fragilem cymbam agis? G. Iuuat ita uiuere, nec intelligo quid'nam uetet. R. Miſerum eſt peccare, miſerius delectari, miſerrimum excuſare atque amare peccatum, & tum demum conſumata materia eſt, cum ad ſtudium uoluptatis, opinio quædam honeſtatis acceſſerit. G. Amo nec poſſum aliter nec uolo. R. Poſſes nempè ſi uelles, & forſan adhuc uoluentibus annis uoles: Siquidem cum in multis, tunc præcipuè in hoc morbo euenit, ut ſæpè uirtuti temptatum fruſtrà remedium, ultrò dies longior afferat. G. Nulla me dies non amantem uiderit. R. Age igitur, lude, inſani, ſomno lætare, experrectus flebis. G. Ego uerò non flebo ſed canam, mequè ipſum more amantium carminibus conſolabor. R. Eſt hoc quidem, de quo multa dici poſſunt, & quando huc me trahis inſiſtam: Inter multas fateor, mira hæc amantium amentia, non ſolum apud uulgus, ubi conſuetudine in naturam uerſa, furor omnis excuſabilis, ſed apud utriuſque linguæ doctiſsimos. Nam & Poëtas Graiorum, & ueſtros, quædam de alienis, multa de ſuis amoribus plauſibiliter conſcripſiſſe compertum eſt, atque unde morum infamiam merebantur, eloquentiæ gloriam conſecutos. Tolerabilior apud illos Sappho, ætas, ſexus, animi leuitas, puellã excuſant. Sed quid Anacreonti facias? qd Alceo? quorum uterq; non Poëta modò inſignis, ſed uir fortis, & rebus geſtis in ſua Repub. clarus fuit. Seu quid ex ueſtris Ouidio? Catullo? Propertio? Tibullo? quorum nullum fermè niſi amatorium eſt poëma, quanquam quid Poẽtas, qbus neſcio, unde maior licẽtia data eſt, & nõ potius uitæ duces arguã Philoſophos.

Vbi

Vbi herclè gaudeas, grauitatis multò plus ueſtris fuiſſe quàm Græcis, uix enim occurret horum aliquis tàm perditus, qui nō dicam, tale aliquid fecerit, ſed non liberè, totū hoc uanitatis genus irriſerit atq; damnauerit. Apud illos tamen, nō cōmunes quoſq;, ſed ſeueriſsimos Philoſophorū ſtoicos, ipſumq; quod miraberis, Platonē, in hoc errore uerſatos ſcimus. Amaturum quidem ſapientem uolunt Stoici, & ſanè ſi de amore conueniat nō falluntur. Amabit enim Deū ſapiens, ut dixi, amabit & proximum, amabit uirtutem, ſapientiam, patriam, parentes, filios, fratres, & amicos, & ſi uerus ſapiens fuerit, etiam inimicos amabit, nō propter illos fateor, ſed propter eum qui hoc iubet. In his omnibus, oro te, quis locus eſt pulchritudini? Sic enim Ciceronis Tuſculano diffinitum legimus, amorem ipſum conatum eſſe amicitiæ faciendæ, ex pulchritudinis ſpecie. quis tàm cæcus, ut non uideat, quid ſibi uelit hæc pulchritudo. Rectè ergò quærit illic Cicero? Quis eſt enim, inquit, iſte amor amicitiæ? cur non deformem adoleſcentem quiſque amat, neque formoſam anum, nimirum ætas & forma, cum delinimentis ſuis, ſunt huius amicitiæ fundamenta, quæ honeſtius ſic dicitur, quàm libido: quid ſi tamen apertis ſaniſquè oculis facilè cernitur? itaq; tota res eò redeat, ut ſi ſit amor quiſquam, in rerum natura, ſine ſollicitudine turpiquè deſiderio, ſine ſuſpirio & ardenti cura, ſit hic ſanè permiſſus ſapienti. Vacat enim omni libidine, ut Cicero idem ait, omniquè tumultu atque angore animi, quæ maximè uitanda ſunt ſapientibus. Cæterū nō ut fando rerū facies uelari, ſic mutari ueritas rerū poteſt: ſermo autē nobis, nunc non niſi de libidinoſo amore ſuſceptus eſt, qui his multiſq; alijs magnis malis uacare, nullo poteſt modo. Et hæc quidē Stoicis. Ad Platonē uenio, qui Philoſophorū princeps, immò, ut aiunt Philoſophorū Deus. et ſi in hoc multi litigent, in omni autē quæſtione, nō plurimū ſed maiorum meliorumquè iuditio ſtandum eſt. Plato, inquam, utique ſummus uir, de amoribus ſuis etiam turpibus, quanquam uero Philoſopho, nulla libido nō turpis & inconceſſa ſit, pace tanti uiri dixerim, multa licentius ſcripſit, quàm quibus Platonicū nomen ſcribendum eſſet. Scripſit tamen, & quod nollem ſcripta extant, neque tàm celebris famæ notam, neque iuditium poſteritatis erubuit, curam hanc metumquè omnē uincentem, impetu paſsionis animum urgentis, ſtiliquè dulcedine calamū excitantis, quòd uel in turpi pudēdaq; materia tāta illi eſt, ut Epicureis magis, quàm Platonicis in rebus, quaſi ſolis in luto Platonici radios cernas ingenij, & hanc ipſam poſt Platonem, multis uideo cauſam fuiſſe, ut ſcripta relinquerent, quæ uel honeſtius non ſcripſiſſent, uel conſultius deleuiſſent, multis ut idem faciant futuram eſſe conijcio, ſed famoſiorem attigi. Proinde quod ad reprehenſionem attinet inſaniæ talis, & aliqua diximus, ac multa & uaria dici poſſunt, quod ad remediū uerò nō pauca. Nam ad illam quā dicis conſolationē mali huius, quàm tibi de carminibus prouenturā fingis, breuiſsimū Flacci carmē, ac percūctatio illa, pro reſponſo ſit:

Hiſcin' ne uerſiculis ſperas tibi poſſe dolores,
Atq; æſtus curaſq; graueis è pectore pelli.

Loquendo, canendoq; amor aliū accenditurq;, nō extinguitur, nec lenitur, ut quos memoras cantus & carmina, tuorum non fomenta, ſed irritamenta ſint uulnerum. G. Credere iam tandem admonitus, expertus incipio, quamobrē ſi libet omiſsis alijs, ad remedia ſtilū uerte. R. Multi olim iſta conquirere niſi ſunt, in quibus Naſo mirus medicus, morbi amantior quàm ſalutis, cuius quædam leuia, quædam fœda uel inefficacia, tamē eſt aduertere. Scripsêre alij, inter quos Cicero, breuiter potenterquè, ad ſummam pauca, hæc ſunt, quæ de multis electa probauerim, loci mutatio, quæ ut corpori ſic animo ægrotanti ſalubris interdum eſt. euitatio omnium fugaquè diligens, quibus amati uultus in memoriam retraharis, occupatio quoq; traductioquè animi ad alias curas nouaſquè ſollicitudines, quibus morbi ueteris ueſtigia deleantur. Cogitatio uehemens & aſsidua, quàm turpè, quàm triſtè, quàm miſerum. Poſtremò, quàm breuè, quàm labilè, quàm nihil ſit omninò, quòd difficultatibus tantis appetitur, quàm facilè, quàm totq; melius, uel impleri aliter alijſq; uijs, uel cōtemni penitus poſsit atq; abijci, interq; rerū uiliſsima deputari. Multos præterea curauit pudor, quod maximè generoſis animis accidit, dum obuerſatur infamia irriſioquè, dumquè ſe digito ſignari uulgiq; fabulam fieri dolent, dum ſub oculos redit rei fœditas,

rei fœditas, fructu uacua, plena dedecore, plena periculis, plena doloribus ac pœnitentiæ cauſis. Ad extremũ, proderit excuſationibus ac falſis opinionibus reiectis, ueras induere, nihil hic naturam, nihil fatũ, nihil ſtellas agere, nihil deniq; niſi ſolam animi leuitatem atq; liberum iuditium. Eſt enim in ægrotãtis arbitrio, ut ſanus fiat, mox ut bona fide uelle cœperit, & blandæ conſuetudinis nexus dulces abruperit, laborioſum certè ſed uolenti poſsibile. Et quidem ut grauiſsimè, ait Cicero, illud quod in omni perturbatione dicitur demonſtrandum, nullam eſſe qui niſi inopinabilem, niſi iuditio ſuſceptam, niſi uoluntariam. Etenim ſi amor naturalis eſſet, & idem amarent omnes, & ſemper amarent, & idem amarẽt, neque alium pudor, alium cogitatio, alium ſatietas deterret. Nempè hoc ultimum, ſatietas à quibuſdam inter remedia ponitur, ab alijs autem amor nouus, quo ut cenſet, uetus amor quaſi clauo clauus pellitur. Quod quamuis Artaxerxi Perſarum regi, quem Aſſuerum ſacræ uocant literæ, & ſuggeſtum ab amicis, & effectum utile deprehenſum, auctor expreſsior ſit Ioſephus, de euentu quidem non litigo, de electione pronuncio. Itaque duo hæc utilia fortaſsis interdum, ſemper certè periculoſa crediderim, ſi neque horum aliquo neque omnibus conualeſcas, ad morbi cauſas animo recurrendum erit. Hæ uerò, ni fallor, primæ omnium ac maximæ ſunt, ualitudo, & forma elegans, ocium, iuuenta. Vt corporis ergò, ſic animi morbis contraria optimè medebuntur ægritudo, deformitas, inopia, graue negotium, ſenectus errorum iuuenilium, caſtigatrix eximia. Hæc mihi ſunt ultima, dura quidem, ſed pro magnitudine peſtis optanda remedia.

De ortu filiorum. Dial. LXX. GAV.

NAti mihi ſunt filij. R. Geminatum malum pondusq́ue domeſticum. G. Filij mihi ſunt nati. R. Laborioſa uxor, laborioſior amita, laborioſiſsima demũ proles. G. Nati filij. R. Dulcedo amariſsima, & fel melle circũlitum. G. Nata mihi dulcis eſt ſoboles. R. Fontẽ tibi grauium curarũ domi natũ credito, nunq̃ ſine metu atq; angoribus uitã ages. G. Filios genui. R. Nec timere, nec ſperare, nec nota facere noueras. En diſces tuo periculo, diſces & parentes orbos miſerari, diſces & in breui uita longas curas texere, teq; lõgiora negotia ordiri, diſces his qui nihil ad te pertineãt torqueri, quæ uiſurus nunq̃ ſis diſponere. Ad poſtremũ diſces amare plus aliũ, quã te, diſces ardentiſsimè diligere, tepidiſsimè diligi, duras artes. G. Filios habeo. R. Nunc primum intelligere incipis, quid ipſe debeas parentibus tuis. G. Filios procreaui. R. Seuiſti arborem, inexhauſto percolendam ſtudio, quæ te dum uiuas exerceat, cuius nullos forſitan aut ſeros & fortaſsè poſt obitum fructus legas. G. Filij mihi ſunt. R. Si boni iugis timor, ſin mali ſempiternus dolor, Interim ſolamen ambiguum, certa cura. G. Habeo filios. R. Habes unde uiuus doleas, mortuus agnoſcaris, habes & unde ſæpius mori poſsis. G. Pater filiorum ſum bonorum. R. Quantò meliores filij, tantò periculoſior conditio tua eſt. Neſcis quam dolendi materiam gignendo quæſieris, quos lachrymis aditus in tuam domum pateſeceris, quantum in te ius morti miſeriæq́ue præbueris? O' matres miſeri, ait Horatius, O' patres miſeri dico ego. G. Optimorũ pater filiorũ ſum. R. Optanda mors tibi integro eſt, ne fortè uiuus eſſe deſinas, quod delectat & aliquando cum Neſtore à ſocijs quæras, cur tamdiu uixeris. G. Votiua fœlix lætusq́ue ſum ſobole. R. Fœlicitas anxia, ſollicitum gaudium, & ſæpè mœſtum gaudium, fœlicitas miſera. Poſſem multos illuſtrium proferre, quorum fœlicitati nil magis obſtitit, quàm quod filios habuerunt.

De filio infante feſtiuo. Dial. LXXI. GAV.

INfans filius feſtiuus eſt mihi. R. Modo'ne iſta feſtiuitas in dolorem deſinat, & quo pñſens tibi lætior infans tuus fuerit, eò mœſtior ſit digreſſus. G. Infans eſt. R. Caduca antè alias ætas illa, ſæpè in ipſo flore præcidiť, utq; nil dulcius, ſic ferè nil amarius. G. Infans eſt mihi blãdiſsimus atq; multiloquus. R. O'ne iſtæ blãditiæ uertãť in lachrymas. Res eſt dulciſsima fateor, infantilis aſpectus & alloquiũ, utq; eſt apud Statium Papinium:

Syderei

Syderei uultus & uerba ligatis
Interrupta modis,

quæ dum audiuntur, mulcent. dum audiri amplius non poſſunt cruciant, nec ſine ſenſu doloris ad memoriam reuertuntur, ſic humanis in rebus, ſed in nulla magis, dulcedini oppoſita ſemper amaritudo eſt. G. Delector filio infante iucūdiſsimo. R. Nō prohibeo delectari, ne naturæ obſtē, ſed in omnibus modū q̄ro, ſine quo nihil bene agit̄. Volo te partius gaudere, ut ſi dolēdum fuerit poſsis & partius dolere, et moneo cogitare, facilè fieri poſſe, ut arundineo baculo inſiſtas, uel in caducum te parietem inclinaueris, quod ſæpè dixiſſe fertur Hadrianus princeps, cum Aelium uerum, puerū pulchrum, ſed fragilem adoptaſſet, & ſecum canere poſsis Maroneum illud:

Oſtendent terris hunc tantum fata: neq; ultra
Eſſe ſinent.

G. Gaudeo de infante meo. R. Sic gaude ut doliturus, ſiue ille, ut dixi, acerba morte defungitur, ſiue quòd eſt multò grauius, quodq; ſæpiſsimè accidit, è gratiſsimo infante, fit ingratus & inobediens adoleſcēs. G. Multū gaudeo de infante filio. R. Nemo tā ſtultus agricola eſt, q̄ de flore multū gaudeat, fructus eſt expectādus, tūc gaudēdū modicè. Interim tempeſtates, grandines & uredines metuēdæ ſunt, frenandumq; metu gaudium.

De inſigni natorum forma. Dial. LXXII. GAV.

INſignis eſt natorū forma. R. Si tuam tibi formā cōtemnendam, me docente didiciſti, quanti alienam ſis facturus intelligis. G. Forma filiorū magna eſt. R. Magnū maribus diſcrimē, fœminisq; permaximū. Imprimū pulchritudo & caſtitas raro cohabitāt, nam nec uolunt, uixq; ſi uelint liceat, cum humana omnia, tū in primis pudicitia, hodie malè tuta eſt, p̄ſertim ubi formæ egregiæ iuncta eſt. Sūt quibus inuidet̄, ſed intra ſuos fines ſe ſe tenet inuidia, dolet, iraſcitur, nihil ultrà: quidam illæſi inter multorū odia ſenuēre, quidā p̄petua & ad ultimū incōcuſſa uiguēre tyrannide. Quot aſsiduè placato mari nautæ, quot p̄ ſyluas ſaluis mercibus p̄tereunt mercatores, nec pyrata illis nec his prædo obuius, quam tu mihi formoſam intemptatam dabis? Caſta licet, obſidebitur, oppugnabitur quis animus muliebris corruptoribus tot reſiſtet? Admouentur muris ſchalæ blanditiarum, machinæq; munerum, & latentes ſub terra fraudum cuniculi. Si his artibus non proficitur, manu improba uis affertur, Si fidem quæris, famoſiſsimos raptus ad memoriam refer. Forma multos temptauit, ac temptandos præbuit, quoſdam ſtrauit, uel in crimen impulit uel in mortem. Fuit apud Hebræos exemplum temptationis acerrimæ Ioſeph, ſed diſcrimen, prouidentia cœleſtis in gloriam uertit. Apud Graios Hippolytus & Bellerophontes, apud uos Spuria, ne temptaretur proprijs ſe manibus deformauit. Non apud primos uirgo Thamar, non apud ſecundos Graia Penelope, non apud tertios Romana Lucretia, tuta fuit, non apud omnes plurimæ uel temptatæ paſsim uel oppreſſæ. Hi ſunt formæ labilis & caducæ fructus, qui perſæpè non opulentas tantum domos, ſed ingentes urbes, & magna nonnunquam imperia euerterunt. Notæ ſunt hiſtoriæ. Certè niſi formoſa adeò eſſet Helena, Troia manſiſſet incolumis: niſi tàm formoſa Lucretia, Romanum regnum non tàm uelociter corruiſſet: niſi tàm pulchra Virginea, nec tàm citò decemuirale illud imperium defeciſſet, nec Appius Claudius tantus legifer Romanus libidine uictus, famam in roſtris, uitam in uinculis finiſſet. Denique ſi formoſæ minus innumerabiles aliæ fuiſſent, non tot raptæ aut deceptæ, in probra tantasque animæ ruinas, ex arce pudicitiæ cecidiſſent. quare effectus formæ bonos quos inueheris, renuncia, ut cum contrarijs comparentur. G. Formoſiſsimus filius eſt mihi. R. Forma hæc Meſſalinæ cuiuſpiā cū libidinē excitarit, elige utrū uis, aut neget & amantis imperio occūbendū, aut annuat, & Claudij gladio pereundū erit. Caſtitate igitur mortē, adulterio autē nihil exiguā læti morulā q̄ſierit, & hoc ſibi illa inclyta & excellēs forma cōtulerit. In hoc ergo, ut in reliquis, mediocritas bona, ſi extremorū alterū eligendū eſſet, forma gratior, ſed gibbus eſt tutior. G. Eſt mihi nata pulcherrima. R. Circūſpice inſidias, uim caueto, Iaſonē putas aut

Theſeum

Theſeum aut Paridem unum eſſe? mille ſunt. Filiam habere ſollicitudo eſt laborque, formā adijce, metus fit, quem niſi morte aut ſenectute non fugias, nuptijs nanque alterius in domum metum transferes, non extingues. G. Præclara natorum forma glorior & exulto. R. Gloriari & lætari forma ſua iuuenes inane utique ſed uulgare eſt, gaudere aūt ſenem forma iuuenum ſuorum quam uanitate plenam, ni deſipiat, obiectariq; periculis uidet: ſtultum prorſus & inſaniæ proximum. G. Cœleſtis filij forma eſt. R. Legiſti reor Iliados Homericæ librum XXIIII. ubi Priamus de Hectore ſuo loquens: Non inquit, apparebat uiri mortalis filius, ſed dei. dixit hoc ille, ſed Achilles ei oſtendit hominis illum mortalis filium eſſe nō Dei, & tui nunc filij, cœleſtis forma quam memoras, memento, eripi fœdariq; poteſt, & dum durat, quanti pretij ſit extimatio prærupta eſt. Hos errores tamen & has nugas, paternus amor immodicus, & recti iudicij hoſtis parit. G. Formoſiſsima mihi filia eſt. R. Vt nil aliud, ſumptuoſiſsima domus erit.

De filij fortitudine ac magnanimitate. Dial. LXXIII. GAV.

EST mihi filius uir fortis. R. Quantò ille eſt fortior, tantò tu timidior ſis oportet. In nullos enim homines, plura pericula, quàm in ſui contēptores, hoc eſt uiros fortes, cōgerit fortuna. Nec immeritò. Cæteri enim ſeſe abdunt, euitantq; impetum, illi ſe obijciunt fulminanti. Recurre memoria præteritum tēpus. Fortiſſimos fore omnes uiolēta morte, cōſumptos inuenies. G. Fortitudo filij ingens eſt. R. Fortitudo pulcherrima uirtus eſt, ſed comitata caſibus uarijs, paratas lachrymas, & inſtructum feretrum habero. Omnibus mors uicina, uiris fortibus contigua eſt. G. Vir fortiſsimus eſt filius. R. Eſt qui patriæ libertatem, forſitan ſtragē hoſtibus, ſibi decus, tibi fletū aliquādo metū ſemper afferat. G. Natus mihi fortis ac magnanimus eſt. R. At quid aliud interfecto in filio Creon gemit, niſi magnanimum bellicæ laudis ardorem? quod Euander in Pallāte ſuo, niſi nouā gloriam armorum & prædulce decus primi certaminis? Quid aliud Priamus Hectorem paueris monet, niſi ne Achillem ſolus expectet? Quid'ne aliud hunc ipſum mater anxia precatur, niſi ut fugiat bellicoſum uirum? quid deniq; aliud uxor Hectoris, poſt uiri mortem, fati ignara timere ſe dicit, niſi probitatem uiri miſeram & feruorem animi, non ſe in acie continentem bellatorem, ſed cæteros præcurrentem, quod ipſum iam ante ab initio formidabat: ubi euntem ad bellum his uerbis alloquitur: Demonicæ, corrumpet te tua uis, neq; miſereris filij pueri, & mei miſeræ matris, quæ citò uidua tui ero? quid poſtremo Achilles genitrix pro nato timida dum diceret:

Lon pelago terriſq; meus quæretur Achilles,
Et uolet ipſe ſequi.

Dumq; illum fruſtrà iam feruentis belli motibus ereptum, & imbecillem tranquilli ſenis in regiam, inuectum uirgineis latebris occultaret? Omnes hos quidem fletus & hos metus nihil aliud quā martia uis, & uirtus animoſa pepererat. G. Valde mihi magnanimus eſt filius. R. Magnus animus, ſine magna potētia, ſtultia magna eſt. Magnanimitas recta hominum eſt paucorum, quamuis & qui potentiſſimi uidentur, quam ſint fragiles, multa etiam præter mortem. ſed præcipuè mors declarat: ut breuiter ueréque dici poſſit: Nihil imbecillius homine, nilque ſuperbius. G. Filius eſt mihi magnanimus. R. Gaude ergo, habebis magnorum conatuum pletam domū ocij uacuam & quietis, et ſæpè optabis non tā magnanimum filiū habuiſſe: ad ſummā, clara eſt fortitudo, magnanimitas ſpecioſa, utraq; uerò laborioſa & turbida, tuta modeſtia & tranquilla.

De filiæ caſtitate. Dial. LXXIIII. GAV.

CASta mihi eſt filia. R. Iucūditas magna ſed ſollicita, Quantò enim caſtitas maior, tātò in eam uigilātior libido: nihil tā ardenter inuaditur quàm quod caſtis excubijs & fœmineo pudore uallatū eſt. cōceſſo calle, corruptor it ſegnius & permiſſa tepētius appetuntur, multū concupitæ rei, difficilis ſolet eſſe cuſtodia. G. Inſignis natæ pudicitia eſt. R. Eſt ubi res optima, rei peſſimæ materiam præbet. Magna Lucretiæ forma fuit, ſed nil æque hac ſpectata, matronæ nobilis caſtitas, uelanū iuuenem in adulterium uiolentum ſti-

 mulis egit

mulis egit ardentib. ſic bonorum donis abutitur nequitia reproborũ. G. Caſtitas filiæ nota eſt. R. Opta ut perpetua ſit. Apud Poëtã legis: Variũ & mutabile ſemper fœmina. quod ſi Maro non diceret, nũquid minus ideò certũ eſſet? Quod adoleſcẽtulas pudicas primũ, poſt laſciuas anus uidemus: et ita præſentibus uitijs, cũ præterita caſtitate certantes, ut pudicè acti quaſi perditi temporis pœnituiſſe uideretur, quo nullũ fœdius illo in ſexu atque ætate ludibriũ. G. Caſtiſſima eſt mihi filia. R. Si ſeipſam cognouerit, ſcieritq́; cuius eſt donũ caſtitas, & illi gratias agens, ad cuſtodiã boni ſui totum animũ intenderit: atque in tutũ intemerata peruenerit, erit fateor, unde & ſe cũ Deo gratias agas & gaudeas, magis quã ſi illã regijs nuptijs illuſtraſſes. Et tamen interim, mihi crede, quod timeas, cum ſit enim in omnibus rara conſtantia, tum in fœminis nulla eſt.

De optimo genero. Dial. LXXV. GAV.

OPtimus gener eſt mihi. R. Debet eſſe uel filio charior, ſiquidẽ filium caſus affert, generũ electio: acceptũ igitur filiæ fer, quæ nepotũ debitrix, filiũ iã nũc dedit. G. Generũ optimũ ſors tribuit. R. Sunt hoc in genere, & fidei inſignis & perfidiæ exempla: rarò uel nunquã tàm fidelis patri filius fuit, quã Auguſto Cæſari Marcus Agrippa, quàm Antonino Pio Marcus Aurelius, erga quẽ uſq; ad illius uitæ finẽ, tribus ac uiginti annis ita ſe geſsit, ut non modò amorẽ eius ac filiã, ſed imperij quoq; ſucceſsionẽ, ut filius fide perpetua ac ſedulitate meruit. At nõ talis erga Claudiũ fuit Nero, licet is quoq; nõ ſuis meritis, ſed matris ingenio principis filiã nactus & imperium. G. Vnanimẽ & concordem generum inueni. R. Vide ne ſpes ſucceſsionis aut honorũ competitio, concordiã hanc infringat. Quis enim nõ uiuere illũ optet, cuius ſibi utilẽ uitã uidet? ſin autem uita obſtare, aliquo forſitan aſpirãti, aut utilior mors eſſe cœperit, ſeu uideri, mutantur habitus atq; affectus animorũ, occultum mox odiũ erumpit. quantæ ſanè inter ſocerũ ac generum poſsint eſſe diſcordiæ, ut ſileã antiquam Danai fabellam, & Numerianũ Apri ſoceri ſui dolo nefario interemptum, inſuper Stiliconem cupiditate imperij & defuncti ſoceri & generi uiuentis oblitum, abundè Cæſaris atque Pompeij notiſsimum eſt exemplum.

De ſecundis nuptijs. Dial. LXXVI. GAV.

SEcũdas nuptias celebrabo. R. Si noſſes ad liquidum quid eſt fœmina, quidúe de illa magni ſcribant uiri, nec primas quidẽ nuptias celebraſſes. G. Secũdas nuptias celebrare eſt animus. R. Si non te primæ nuptiæ domuerunt, iã ſecundas celebra, ſi te nec illæ domuerint, celebrabis & tertias. G. Secũdis nuptijs intendo. R. Qui ex primo coniugio prolem habens, nouercam ſuperinducit, ſuis manibus in ſuã domũ mittit incendiũ. Si iuuenta urget, aut libidinoſa uellicat ſenectus, qua nihil eſt turpius, poſſet forſan, ut ciuiliter hoc potius quàm honeſte dicam, poſſet, in quã, fortaſsis utilius niſi uel peccati materia, uel diuina lege uetitũ eſſet, concubinali obſequio ſubueniri, quã nouercalibus odijs domus trãquilla turbari, quod Tito ac Domitiano ſuſceptis filijs, Veſpaſianus prudẽtiſsimus princeps fecit, & ætate hac Stephanus Columnen, haud immeritò inter principes memorandus. G. Ad ſecũdas nuptias intendo. R. Potes id quidem ſecundũ leges humanas, diuinis quidem legibus patẽtibus magis quàm laudantibus, nota omnibus, quæ de hac re Paulus tractat apoſtolus. Certè etiã apud gentiles ipſos, quibus laxior talium libertas, permiſſam rem potius, quàm probatam intelligere eſt. Siquidem multorum matrimoniorum experiẽtiam, quaſi legitimæ cuiusdã intemperãtiæ ſignum eſſe, ueſtri maiores crediderunt. quæ amplexus Hieronymus, quàm multa cõtrà ſecundas nuptias, quãq; acriter ſcribat, non eſt promiſſæ breuitatis inſerere: quæ quamuis in fœminas, non in uiros etiam dici omnia uideantur, & haud dubiæ, ſexus ille maioris ſit debitor caſtitatis ac pudoris, plus tamen prudentiæ ac conſtantiæ debent uiri. G. Secundis mihi nuptijs eſt opus. R. Mirarer, niſi mores ueſtros nouerim, non tãtum ſuperuacua, ſed damnoſa etiam uobis neceſſaria effeciſtis. tu uerò duriſſimi oris ſis, ſi ad te frenandum uxore opus eſt altera. G. Ad ſecundas nuptias feſtino. R. Age, age dum feruor durat, cum refrixerit dolebis: non no

taſti

caſti quàm dulcis eſt ſopor in uacuo cubili? Solum illum fœdum & miſerum actum cogitas, qui tranſit & uulnerat.

De natorum coniugio. Dial. LXXVII. GAV.

NAtorum nuptijs ſobolem propagaui. R. Honeſtior aliquantò hæc quidem cura quàm ſuperior, & tamen ſæpè uitium propago quàm ſobolis utilior fuit. illa dulci mero dolium, hæc amaris curis animum impleuit. G. Nuptui natam dedi. R. Si proinde ſique fœliciter & ſi iam ſeruaſti, & filium, ut modo dicebam, uel filio melius inueniſti. ſi minus & illam perdidiſti, & tibi hoſtem, tyrannum filiæ quæſiuiſti. G. Viro filiam collocaui. R. Si bonam, dulce pignus ac ſuaue tibi ereptum, alienis laribus inuexiſti, at ſi malam, graui faſce, quò alium premeres, te leuaſti. G. Filiam uiro dedi. R. Noli nimium hinc gaudere. Multis anxiæ & infœlicis uitæ principium fuerunt nuptiæ, ut læte omnia ſuccedant operoſa res eſt coniunx, in laborioſam coloniam durumq; negotium, quã amabas miſiſti. Naſcentur filij domi, illi ſuus ſcaturiet fons curarum. finge non naſci & id ipſum miſerum moleſtumq;. ſic fœcunditas oneroſam, ſterilitas odioſam faciet, manſiſſe tecum, forſan optabit pietatemque tuam hanc oderit. G. Filiæ uirum dedi. R. Ocioſæ finem uitæ principium actuoſæ, rei ſarcinã familiaris grauem, mundi notitiã experientiam ſui ipſius. G. Filia uirum habet. R. At perdidit libertatem, uirginitatem requiret, non æqua permutatio. G. Dedi filio uxorem. R. Grauior eſt immiſſa nurus, quàm emiſſa filia, ſemper inteſtinum malum, periculoſius extremo eſt. Patefeciſti arcem hoſti, forſitã aut profectò participi iam non ſolus dominus rerum tuarum, refert qualis intrauerit. G. Generoſam filio coniugem, quæſiui, & diuitem, & formoſam. R. Cur quod ſequitur ſupprimis, & ſuperbam, & importunam? & coniugi uitæque tue æmulã? Inter ſocrum & nurum uetus eſt bellum, nec ſoceri maior eſt gratia ſed metus, una eſt amborum ratio. nullum animal tàm primi loci appetens quàm fœmina, illum ſibi ſaluis, uobis interdictum uidens, quid nunc animo uoluat, & quid oret, haud difficilis coniectura eſt. G. Vxorem filio dedi. R. Quid ſcis an immortale illi tædium tibiq; dederis, an utriq; clandeſtinum forte diſcrimen? Multæ uiros ſoceroſq; perenne confecère faſtidio, quædam uenena ferroque aliæ peremère. quot habebat filios Aegiſthus, ſi nurum nullam habuiſſet? Inuẽta eſt, quæ præcipiti libidine dominandi, & ſecundi ſortis impatientia, quo maturius uirum ſeq; regnantem cerneret, genitori proprio cauſa mortis cum fuiſſet, ſupra cæſi corpus currum ageret. ſi hæc patrum merces, quid ſperare debent ſoceri? G. Nuptijs filiæ celebratis gaudeo. R. Quotiens hanc celebritatẽ diſpar fœdat euentus, & cãtus & epulas, & choreas, luctus ſequuntur & lachrymæ & tumultus? Ineptum omne gaudium immodicum, ex his præſertim rebus quibus dolor oriri poſsit & ſoleat. G. Vxorem filio ſimul & filiæ uirum dedi. R. Sarcinas permutaſti, alienam tuis, alienis tuam humeris curam fers.

De nepotibus. Dial. LXXVIII. GAV.

NEpos ex filio natus eſt mihi. R. Ingens amor filiorum, iugis cura, habet tamen & finem & metam aliquam. Si ultra progreditur, nullus ſollicitudinum modus eſt, & ex filio natus & qui ex illo naſcitur, omnes denique tuam naſcuntur in pœnam, quorum numerus quorſum pergat, ſeu pergere poſſit intelligis. Ille quidem Iſraëlitici parens populi, ſi ſic affectus, ut tu es, primorum patrum uitæ tempus impleſſet, quanta quæſo curarum ſarcina humeris feſſi ſenis incumberet? Præter enim fœminas pueroſque, & ſacerdotes, atq; inhabiles ſuo de ſanguine paucis ſeculis ſexcenta, & eò amplius uirorum bellantium millia prodière. I nũc & nepotum exercitibus gloriare, in quibus, & ſi fortè aliqui ſunt fœlices, innumerabiles miſeri ſunt oportet. Quid ergo? Amandi ſunt nõ tantum filij ac nepotes, ſed omnes omnino homines, amandi, inquam, in illo, in quo fratres eſtis omnes, nec curis tamen, nec immodico gaudio indulgendum, ne & in præſens contrarijs crucieris affe-

ctibus,& aliquando te gauiſum eſſe pœniteat pudeatquè,quem ut infantulum ualdè dilexeris,uirum ualde oderis,quod perſæpè accidit. G. Natus eſt nepos mihi. R. Quid; quod hunc quem fauſtum putas,uel nepotis turpitudine,uel ui forſitan fortunæ infauſtum quandoque dicturus es diem? quid quod tibi natus,mox forſitan moriturus, & plus triſtitiæ allaturus eſt quàm attulerit lætitiæ? Multi ſunt uarij,ſubditi, & inopi hominũ caſus, ſed infantium innumeri. Si omnes uiuerent qui naſcuntur,humanum genus terra non caperet,uiuerent dico non ſemper,nam ſi id facerent homines non eſſent,ſed uſque in ſeniũ, uſque ſaltem ad legitimam ætatem. Stultum eſt magnum gaudium de re breui utique & incerta quo nam euaſura ſit. Quod & in filijs & in nepotibus uerum eſt, ſed eò magis in nepotibus,magisquè etiam nunc in pronepotibus,quo à radice abſunt longius. G. Nati ſunt mihi nepotes ex fratre, ex filia, ex ſorore. R. Hi iam minus ad te pertinent,hoc gaudium & hanc patribus curam cede. G. Natus eſt mihi nepos ex fratre. R. Et Anneo Senecæ Lucanus,non exigua pars Hiſpanæ facundiæ, & Micipſæ Numidarum regi, Iugurtha nõ ultimum exemplum Lybicæ perfidiæ nepos fuit,regni euerſor, fratrum interfector. G. Natus eſt mihi nepos ex ſorore. R. Et Platoni Pfeuſipp us ex ſorore nepos,ac philoſophiæ uelut hæres,fuit et Pericli talis nepos Alcibiades,turbator patriæ,& bellorum Græciæ concitator,& Tarquinio Superbo Brutus, qui regia illum ſede deiecit, & uir magnus & patriæ utilis,ſed aduerſus auunculo. G. Natus eſt nepos ex filia. R. Ennio, Pacuuius uerecundus ac grauis uir nepos ex filia & poëticæ ſucceſſor fuit. Antonino autem Pio, Commodus impudentiſsimus leuiſsimuſquè hominum. G. Eſt mihi ex filia natus nepos. R. Romulus Remusq; Numitoris ex filia nepotes,auum maternum in Albanũ regnum reſtituerunt, Ancus Martius, ex filia Numæ nepos , auitum regnum Romæ tenuit magna cum gloria, Cyrus autẽ Aſtyagis nepos ex filia maternum regno auum expulit Medorum. quæ hiſtoriæ eò tendunt,ut de hoc nepotum ortu,quantum ſperari poteſt,tantum poſsit & metui.

De filijs adoptiuis & priuignis.
Dial. LXXIX. GAV.

ADoptaui mihi filium. R. Adoptio pediſſequa eſt naturæ,& cum ſit illa nobilior, hæc cautior, quodquè illa ſine conſilio gignẽtis caſu quodam, hæc adoptantis certò iudicio operatur. G. Adoptione bonum filium quæſiui. R. Debuiſti id quidem,ſi neglectum,non ut genitura,ſic electio excuſabilis. Nihil habes in coniugem,nihil in fortunam quod retorqueas. G. Filium adoptaui. R. Opportunum hoc naturæ ſubſidium,ciuili repertum iure multis utile,multiſq; fuiſſe peſtiferum conſtat. Bonum filium adoptauit Nerua,ſed Traianum in ſua adoptione deceptum, quibuſdam ſcriptoribus uiſum ſcio. Nam Auguſtum in Agrippæ nepotis adoptioni circumuentum,mox ſecuta teſtatur abdicatio,in Tiberij autem uel adoptione uel ſucceſſione,non deceptum,ſed ſuorum moribus penè coactum uideo, quòd & ſermo eius indicat,& præfatio teſtamenti. At Micipſa ille cuius pauloantè memini, Prorſus infœlix adoptator fuit,qui non filium, ſed funeſtum draconẽ regiæ filijsq; ſuis immiſerit, quos & ſi moriens hortetur ita uiuere , ne ipſe meliores filios adoptaſſe uideatur quàm genuiſſe, ipſe tamen meliores adoptantur quàm gignuntur. Neque id mirum,cũ illud experientia & conſilio mutatur,hoc neutro,ſæpè autem contrà:non peiores modo,ſed peſsimi omnium adoprantur. Fuſca enim & ambigua merx eſt homo. G. Priuignum bonum habeo. R. Rarus eſt priuignus bonus , rarior eſt uitricus. G. Bonus eſt priuignus mihi. R. Vt ſit bonus quid ad te,niſi forſan ut coniugis procurator gaudes. Tibi enim quid uirtus aliena cõtulerit,niſi ut tuorum ſi quos genueris,pandatur ignauia. G. Priuignus eſt mihi optimus atque fidiſsimus & nulli filio ſecundus. R. Fieri id quidem poteſt, talis Auguſto fuit Druſus, ſed non Claudio talis Nero.

De excellenti præceptore. Dial. LXXX. GAV.

EXcellenti præceptore glorior. R. Alieno nec dum deſinis gloriari: quid ad te ex excellẽtia præceptoris tui: crede mihi, quod ſæpè reitero intra te ſit oportet, quod te faciat glorioſum. G. Præceptore glorior excellẽti. R. Sanè illum interim rebus ſuis ut uidetur uti, & ſi libet etiam gloriari, quamuis & ſi excellens uerè eſt minimè id facturus ſit, de te autem poſt uiderimus. G. Eſt mihi præceptor inſignis. R. Qualis tu diſcipulus ſis expecto, ante enim quid pronunciẽ non habeo, quàmmultos ſtultos atq; hebetes habuiſſe putas, ſcholam Socratis ac Platonis: quàmmultos abſq; præceptore ullo, per ſe ipſos in altum euolaſſe, ut præceptores fierent aliorũ, qui præceptoribus caruiſſent: Nullũ Virgilio præceptorem legimus, Horatius Flaccus de ſuo nihil, niſi quod plagoſum dixerit, uerberum puerilium, credo, meminerat. Cicero autem, ſuum laudibus ampliſsimis celebrare noluit nec ualuit. contrà huius filius, quantis præceptoribus patre ſcilicet & Cratippo, illius ætatis Philoſophorũ principe, ſi quid ipſi credimus Ciceroni, quãtus nebulo, quàmq; famoſæ ebrietatis euaſerit, notum eſt qui ſolo patris uel tacentis aſpectu doctus ac ſobrius euaſiſſe debuerit. Plato ipſe, & ſi, ut ſupra memini. Socratis magiſterio glorietur, maior tamen eſt gloria Socratem exceſsiſſe, quàm ſub Socrate didiciſſe. G. Scientificus præceptor eſt mihi. R. Scientia præceptoris diſcipulo utilis eſſe poteſt, glorioſa eſſe non poteſt, quinetiam quod mireris eſt, qui tibi famam minuat, ignauiã exaggeret. iactantiæ excuſationibusq́ue aditum præcluſiſti. Quicquid ſciueris præceptori dabitur, quicquid ignoraueris tuum erit, eſt ergo non unde glorieris, ſed unde aſpires ad gloriã. Habes et quem ſequi uelis atq; aſſequi, non quem te eſſe putes, quod diſcipulus eius ſis. Eſt denique non quod habeas, quod habere cupias & quod ſperes, idq; non ſine ingenti tuo ſtudio ac labore. G. Eſt mihi præceptor aſſiduus uir clarus. R. At illi de quo diximus Ciceronis filio, duo erant ſummi uiri, quorum alter libris eminus, alter uerbis cominus in eum incubuerat, & quid profecerit, audiſti. quàmmultos uerò è filijs principum, præceptores ſimul complurimos habuiſſe comperimus, ſed quid refert eſſe qui doceant, ſi qui diſcat nemo ſit: Patiente indiſpoſito fruſtrà nititur uis agentis. Certè ſi doctos uiros propius ſpectare uel alloqui, doctos faceret ſpectatores, & ſi paucos uirtutis, aut doctrinæ cupidos uideamus, magna circa eos eſſet tamen & importuna frequentia.

De inſigni diſcipulo. Dial. LXXXI. GAV.

INſignem diſcipulum penè filio chariorem caſus obtulit. R. Importunum negotium, puerilis ingenij non æquis greſſibus ingenium coaptare, & in unum ſemper infantem defixos oculos atque animum habere, ad illius tollerantiam intellectum tuum uocemq́ue ſubmittere. quod ſi diſcipuli plures ſunt, cumulatior fit congeries laborum uerti continuè huc illuc, utq́ue ait Satyricus:

tot puerorum,
Obſeruare manus oculoſq; in fine trementes.

G. Vnus isq; clariſſimus eſt mihi diſcipulus. R. Pro uno diſcipulo claro, multis obſcuris iudicijs te obijcis, quicquid ille deliquit, in tuũ caput redundabit, en doctrinam, inquient, en facundiã, en mores. In hoc magiſtrum inſpice, nulla quã ingeniorũ certior effigies. G. Diſcipulum ſum nactus illuſtrem. R. Age ergò, magna ſpes eſt, gloriæ profectus ingenio illius, defectus culpæ tuæ dabitur. cum ut Plutarchus philoſophus ad Traianum principem diſcipulum ſuum ſcribit: Sermo publicus, delicta diſcipulorum refundere ſoleat præceptores Quod multi legimus paſſi ſunt, inter quos Quintilianus & Seneca, & ipſe Philoſophorum pater Socrates. G. Præclari diſcipuli ſunt mihi. R. Melius ſi modeſti, quanquã uera claritas ſine uirtutis radio nulla eſt. G. Magni diſcipuli curam gero. R. Triformi congrederis Chimeræ, hinc ut puero proſis, hinc ut parentibus placeas, illinc autem ut Reipub. rationem reddas, quam de tuis manibus exiget, rudemq́ue illum tibi creditum, eru

ditum repetet. Pueri nobilis mihi cura cõmiſſa eſt. R. Suſpecta eſt ætas & ſuſpecta nobilitas, illa ſpõdet immemorẽ, hæc ſuperbũ. G. Pueri mihi creditus, me ueretur. R. Quid dices dũ te deſpiciet adoleſcens, uir fortaſſe uix nouerit? nota fides pueri, nota cõſtantia eſt. G. Puer mihi creditus, me amat. R. Inexpleto parieti imaginẽ impreſſiſti, illo creſcẽte delebitur, firmus amor ſolidam poſcit ætatem. G. Clarus puer edocendus in ſortem uenit. R. Inquieta ſors, euentus ambigui, quædã ingenia nullo ſtudio eriguntur. eſt ubi pater impenſam, præceptor operã, puer tẽpus amittit: docilem doce, indocilem ne fatiges, neue illũ teq; ſimul fruſtra atteras, ægrè uicit ars naturam. G. Diſcipulus tener, nec indocilis obtigit. R. Et ſi in lubrico ſtas, atq; in fluxo ſtruis, age tamen fideliter cõmiſſum. Si plena ætas acceſſerit, poterit meminiſſe, alioquin ſua erit obliuio, fides tua, magnũ ſatis ipſa ſibi uirtus eſt præmiũ. Conſcientia bonorum operum nihil eſt dulcius, non te retrahat ab honeſto deſperatio præmiorũ, quia nullũ etiã in hac uita rectè factũ præmio caret, cuius ut ſapientib. placet fructus uberrimus eſt, feciſſe atq; in ſilẽtio meminiſſe. G. Inueni diſcipulum ſpei. R. Et magnæ ſolicitudinis, & profectò ſi bonus fiat, filium tibi cor genuerit, lingua peperit. Sin malus, hoſtem qui te dum timuiſſe recordabitur oderit. G. Diſcipuli claritas ingens eſt, qua illuſtrari ſpero. R. Moderata claritas oculos delectat, immoderata perſtringit, præterea nullus te niſi tu luceas illuſtrabit, & ſi detegat uerum lumen ab intra eſſe. G. Magnus eſt mihi diſcipulus. R. Non maior puto quàm Senecæ, præceptorum alios protexit, alios oppreſſit, diſcipuli magnitudo his portus fuit, his ſcopulus.

De patre bono. Dial. LXXXII. GAV.

HAbeo patrem bonum. R. Bonũ noſſe tuum breue eſt. G. Patrẽ habeo optimũ. R. Aut ille tibi luctum pariet aut tu ſibi. G. Indulgẽtiſſimus eſt mihi pater. R. Si naturæ ordo ſeruatur, magni fletus hæreditas te manet, illumq; ſi peruertitur. G. Patrem adhuc habeo. R. Vtere ſedulò, fugitiua iucũditas pater ſenex. G. Patrem habeo grãdæuũ. R. Non eſt locus inertiæ, feſtina carpere fructus extremos, tanquã ex arbore ruinoſa. Charo latere inhære quãtũ potes, cupidè illũ uide ceu confeſtim habiturum, cupidiuſq; audi, & extremos monitus memori mente recondito, deſertumq; uelut iter acturus neceſſarijs permunito: egebis illo conſultore, quæreſq; eũ nec inuenies domi. G. Patrem habeo decrepitum. R. Propera nouiſsima pietatis officia in illum cogere dum licet, ſi quid nunc omiſeris, dolebis ſemper. G. Patrem pium habeo. R. Habes qui ante te mori cupiat, poſt te uiuere metuat. G. Habeo patrem optimum. R. Habes quem priuſquàm habere deſieris uix agnoſcas, habes & quem perditum ſuſpires.

De matre amantiſsima. Dial. LXXXIII. GAV.

AMantiſsima mihi eſt mater. R. At tu illi iugis pauor deſideriũq; perpetuum. G. Mater eſt mihi amantiſsima. R. Maximus patris amor, matris uehementiſſimus, uterq; talus tantuſquè, ut uix eum niſi rara admodũ filij pietas æquauerit. Pulchrum tamẽ honeſtumq; eſt, inter parentes & filios de amore ac pietate certamen, uincant quibus largius charitatis fons cœleſtis affluxerit, at nunc uſq; uincere ſoliti ſunt parẽtes, nec dũ adoleſcentium ea eſt pietas, aut maiorum reuerentia quæ ſperare aliud cogat, quod ſi fortè præter ſpem euenerit, nullũ in terris cœlo gratius ſpectaculum fingi queat. G. Eſt mihi mater optima. R. Eſto illi ſaltem bonus filius, ſcito te illi primum pondus ac tædium fuiſſe, dehinc acerrimum dolorem, poſt continuum laborem trepidamq; ſollicitudinẽ. Memento uteri altricumquè uberum. quot illi ſomnos, quotq; ſeu cibos ſeu iocos tuis fletibus abruperis? quot aut metus aut dolores tuis caſibus pepereris, & fortaſsè nonnunquam periculoſa quoq; gaudia? Sæpè enim ut dolor filiorum, mortis, ſic gaudiũ uitæ miſeras matres mori cõpulit. Patuit hoc ultimum eo clarius die, quo reliquiæ cladis ad Transſumenum acceptæ Romani ſparſo agmine repetebãt, duæ matres filijs, quos in acie cecidiſſe referẽtibus crediderant, conſpectis inſperati gaudij non capaces, efflarunt ſpiritus: his atq; alijs effectum, ut nulla inter homines maior eſſet ingratitudo, quã quæ in matrem admittitur. G. Adhuc

annoſa

annoſa ſupereſt genitrix. R. Quotiens hanc aſpicis ſimul terram intuens, cogita unde uenias & quo pergas, quàm te anguſtum habitaculum emiſerit, quàm anguſtum excipiet. De uentre matris propriæ, in uterum terræ matris omniū feſtinans, inter utrunq; ergo laxātibus animum atque raptantibus, ſuperbiæ atque auaritiæ frenum ſtringe.

De fratribus bonis pijſq; ſororibus ac formoſis. Dial. LXXXIIII. GAV.

Pios fratres habeo. R. Rarum, nam parentes ferè ſemper amāt, fratres ſæpè inuident, ſæpe deſpiciunt, raramquè ideò fratrum gratiam, Naſonis ore, ueritas clamat, ubi & fratrum & filiorum & omnium penè, niſi parentum notatur impietas. G. Fratres mihi ſunt optimi. R. Miror planè, bonos eſſe ſat eſt, ſæpè enim mali ſunt aliquando & peſſimi, eoq; peiores hoſtibus, quo minus cōtra domeſticas inſidias eſt cautelæ, quātus aū ſit amor fratrum, ne latentes eruam, neu præſentes lædam, ſatis notiſſima patria Mycenei Thebeniq; fratres ac Romani indicant. quæ quidem infamia, cur unius urbis potius quàm totius orbis ſit nō uideo. Primos mundi fratres aſpice: alter alterius oppetijt manu, nec dum relatu horridum ſcelus audis. Siquidem rex Parthorum, cuius ſuprà mentio eſt habita, præter parricidia in patrem ſimul ac filium, admiſſa triginta inſuper proprios fratres trucidaſſe legitur, non ueritus tanto ac tali ſanguine & regnum malè partum ſtabiliter, & metum omnem inuiſi conſortis extinguere. G. Fratres boni ſunt. R. Nondum puto patrimonium diuiſiſtis, tunc erumpet iniquitas, igne aurum, auro animus probari ſolet, magna ſæpè quæ uidetur pax, pauxillum auri ſi adhibeas lis erit. G. Pij ſunt fratres. R. Celibatus forſan tuus, aut orbitas illos tibi conciliat: coniugio detegentur tuo, ſed prole melius, ſpe ſucceſſionis amiſſa, quæ impatientiſſimos quoque multa pati docuit. G. Amantiſſimos mei fratres habeo. R. Debet id quidem ita eſſe, niſi liuor obſtet aut timor, aut cupiditas, & habendi ſitis, diuini omnes humaniquè iuris dum expleri ſtudet immemor: inter parentes enim filioſq; quantumlibet ſit amoris, conuerſatio tamen diſpar, diuerſiq; mores ſunt filij, & ſi cito patres uideant, ſerò agnoſcunt. Patres, & ſi filios ſtatim ament, ſerò illos, ſæpè etiā in ſenectute ſuſcipiunt. Fratres antequàm naſcantur, & poſtquàm nati ſunt, in eodem domicilio eiſdemquè in cunabulis, æuo pares uerſantur, ac moribus ilicet in lucem editi, ſe uiciſſim cernunt, uno cibo aliti, ijſdem parentibus, ijſdem ſocijs, ijſdem ludis, ijſdem ſcholis, ijſdem præceptoribus ac nutritoribus aſſuefacti, pariter pubeſcunt, pariter adoleſcunt. Vndique paritas multiſquè & ualidis nexibus iunctus amor, niſi hos aduentitiæ ſoluant cauſæ, duræquè mentis aſperitas frangat, quod cōmune eſt, adeò ut neſciam an fraterno ullus amor maior eſſe debeat, an ullum odium maius ſit, an indignatio, ulla profundior tàm turbida ſemper æqualitas, tàm paris impatiens mens humana. G. Aequos pioſquè fratres habeo. R. Serua illas æquitate mutua ac pietate, delicatiſſima res eſt amor, ſerua illam, difficilè quæritur, facilè perditur. G. Sed ſorores habeo bonas. R. Graue pondus, ſed iucundum ac ferè adoleſcentium primus labor, quo ſe effecti ſui iuris exerceant, unde primam pietatis atque indolis famam quærant. G. Bonas habeo ſorores. R. Cura ut illæ bonum fratrem habeant, teque ſuperſtitem, & ſi cōmunis pater obierit orbitatem non ſentiant. G. Pulcherrimæ ſunt ſorores. R. Cuſtos rei labilis, uigilantibus oculis dolos caue, circumfuſa te procorū cohors excitet, difficilis eſt unius formæ cuſtodia, quid multarum? eris tanto exactiorem pudicitiæ quàm auri curam eſſe decet, quantò & pretioſior & irrecuperabilior illa eſt. Sane uirgineam caſtitatē nulla arte melius, quàm maturo coniugio præſeruabis. G. Formoſæ mihi ſorores domi ſint. R. Ne diutius tibi ſint uide, multas aptius ornabunt domos.

De bono domino. Dial. LXXXV. GAV.

Dominum bonum habeo. R. An habeas an uerus habearis cogita, ſed loquendi mos eſt, ſic dominum habetis, ut ſcabiem ſiue ut tuſſim. multa ſunt quæ habentur in-

uitis poſſeſſoribus,moleſte opus,quibus non liceat caruiſſe. R. Bonũ dominũ habeo. R. Libertatẽ igitur amiſiſti,hunc & illam uno tempore nemo habet. Iam neque ſorores de quibus modo agebas,neq; filiæ,neq; nurus,neq; cõiunx demũ ipſa,neque patrimoniũ, neq; uita in tuto ſunt,propter unũ quem habes dominum,habere ſimul omnia deſijſti. G. Bonum mihi & patriæ dominum ſors dedit. R. Incompaſſibilia penituſq; contraria, nã ſi bonus non dominus,ſi dominus non bonus, præſertim,ſi ſe dominum dici uelit. G. Bonus eſt dominus. R. Boni ſunt parentes, boni fratres ac filij eſſe poſſunt, amici aũt ſemper boni,alioquin nec amici ſunt,dominũ bonũ dici,blãdum mendaciũ atq; adulatio nota eſt. G. Optimũ dominũ habemus. R. Rectorẽ populi fortaſſis & Reipub. defenſorem,quo nil actuum humanorum acceptius Deo ferunt,illum uerò non dicam optimum,ſed bonũ,& nõ potius peſſimũ,quis dixerit, qui quod habent optimũ, libertatem ſummũ ac præcipuũ uitæ bonum,ſuis ciuibus eripit,procq; unius explẽda uoragine,quæ expleri nequit,tot millia miſerorum ſiccis oculis intueri poteſt. Neq; eũ & ſi nõ iuſtitia aut miſericordia,ſaltẽ pudor à tã mœſto retrahit ſpectaculo,ſit licet affabilis,ſit blandiloquens, ſit poſtremò munificus in paucos de multorũ ſpolijs.Hæ ſunt aũt artes tyranorum, quos uulgus dominos uocat,carnifices experitur,hæc præſtigia attonitis ingerũt luminibus, hãc hamis & laqueis prætẽdunt eſcã,ſic credulos aucupãtur. G. Dominũ habeo præpotentẽ. R. Is in cœlo unus eſt,qui ſe iure ſuo dominũ dixit et dici uoluit. Nã terræ dominus Augustus Cæſar,edicto uetuit ſe Dominum dici.ille deorũ Deus,iſte hominũ Imperator.ille maieſtatem tenuit,iſte modeſtiã. Deniq; & ſuper hoc P. R. grauiſsimè corripuit.Sic enim de ipſo ſcriptũ eſt,& Domini appellationẽ ut maledictũ et opprobrium ſemper exhorruit. quod ſucceſſorẽ quoq; lõgè rebus omnib.imparem,tamen obſeruaſſe compertũ eſt,qui licet dominãdi auidus,titulo tamen dominationis abſtinuit,atq; ita ſe inter ambitionẽ & uerecundiã mediũ tenens, eſſe dominus uoluit,dici aũt noluit: ut qui ſciret iniuſtũ eſſe quod cuperet,ſaltem exprobrationis iniuriã uitiaret.Durũ enim ſuperbumq; et grauè nomen eſt dominus,illic maximè,ubi amor libertatis ac ſeruitij pudor eſt.Secutus horũ ueſtigia Alexãder hic Romanus princeps,ut priuato ſibi nõ altius ſcribi uoluit.Nã ille alter Macedo, non dominus modò,ſed Deus dici uoluit.Quẽ ſecuti animo huius tẽporis latrunculi, una urbe uel altera uix inſidijs oppreſſa,non tantùm dici uolũt,ſed dici homines erubeſcũt atq; ad iniuriam trahũt. G. Dominum habeo uerè optimum. R. Verè unus eſt dominus, quem ſi habes,honeſtiſsima regniſq; fœlicior ſeruitus tua eſt. G. Iuſtũ dominum regemq; optimum habemus. R. Inter regem & tyrannum non diſcernunt Graij, ſecundum quod Poëta noſter de rege loquens ait:

Pars mihi pacis erit,dextram tetigiſſe tyranni.

Apud nos autem ut interſit,non niſi propoſitum uitæq; ſeries facit.Qui iuſtitia regit ac regitur, ille demum uerus eſt Rex. atqui ex altiore faſtigio non ſalutis publicæ ſpeculator, ſed priuatæ libidinis procurator,uel rapinam cogitans,uel uindictam,cupiditati aut iracũdiæ ſuæ paret,& rapidis atq; effrenis animi motibus,cedit is malorum dominorum ſeruus, & ſi latior cunctis appareat,ſceptroq; aureo ac ueſte purpurea ſuperbus incedat, utiq; rex non eſt,ſed propter exercicitium aut ſupplicium populi promotus prædo,eoq; loci poſitus unde liberiori ſæuiẽs flagello,atq; hos probans, illos puniens,cunctos uexans & agitans, ignarus quidem ac paſsioni obſequens, nutu tamen illius, qui mala bonos uertit in uſus, iuſtum Dei iuditium,iniuſtis licet ac ſceleſtis manibus exequatur, quaſi æquam pij iudicis ſententiam tortor ſæuis. G. Iuſtum piumquè regem habet patria. R. Rarum bonum,& Reipub. fœliciſſimus ſtatus, niſi præſens gaudium, futuri metus rerum fœlicium, ſemper ſuſpecta breuitas minueret,amiſſiquè deſiderium, mox uenturas cumulaturus miſerias, obſeruaretur animis humana naſcentium: uolubilemquè fortunæ rotam, quæ nil proſperum longum ſinit:linit quidem mali ſenſum conſuetudo, inſueta deijciunt, unde optimum quidam ſemper proſpero caruiſſe diffiniunt,quod non dicerent ſi proſperitas duraret. G. Iuſtũ & clementẽ Regem. R. Illo ſuperſtite mori opta, ne mutatam

regni ſortem lugeas: bonus enim bonum raro ſequitur, malũ peior, ſæpè peiorem peſſimus.

De ſerenitate aëris. Dial. LXXXVI. GAV.

SErenus eſt aër ac iucundus. R. Iam quis arguat cœleſtem humi animum hærere? In aëre illum appenditis, & amorem ueſtrum in eo ponitis elemento, quo nullum inſtabilius. G. Aër ſerenus atq; tranquillus eſt. R. Expecta, dicto citius nubiloſus erit ac turbidus, alio te ſub cœlo poſitum credas. G. Serenus ac tranquillus aër eſt. R. Quãtò mallẽ ſerenus ac tranquillus eſſet animus tuus, utilis quidẽ illa ſerenitas ſtabiliſq; tranquillitas, quàm nec nubes occupent nec quatiãt uenti. G. Serenus eſt aër. R. Nõ ſerenũ omne ſtatim optimũ, immò uerò prouincias nubiloſas, ſerenis eſſe ſalubriores, & in hoc occidentẽ prælatum legimus orienti. G. Aër hic lucidus me delectari in operibus ac factura Dei minime uetitũ, modò in Deum uelut omnis boni fontem tota animi delectatio reflectatur, & in rebus tẽporalibus æternus rerum conditor laudetur: alioquin attende quod ſcriptũ eſt: Si uidi Solem cũ fulgeret, inquit Iob, & Lunã incedẽtem clarè & lætatũ eſt cor meũ in abſcondito, & oſculatus ſum manũ meam ore meo, quæ eſt iniquitas maxima & negatio contra Deũ altiſſimum? G. Sereniſſimus eſt aër, talis utinã ſemper ſit. R. Non ſemper modò ſed diu talem ferè non poſſis, temporum uiciſſitudo peroptima iure à multis, ſed præcipuè à Cicerone laudata eſt. G. Sereniſſimus eſt aër, atq; utinam non mutetur. R. Neſcis quã citò ſui tædiũ hæc ſerenitas allatura ſit, nil tam delectabile, quod non identitas inamœnũ reddat. Nullum efficacius remediũ contra uitæ faſtidia, quàm temporum locorumque uarietas. Hac fouetur & paſcitur mens humana, et ut ait Auguſtinus: Qui qualitate rerum non poteſt, ſaltem uarietate ſatiatur.

De proſpera nauigatione. Dial. LXXXVII. GAV.

NAuigatione utor proſpera. R. Sentio Neptunus tibi laqueos tẽdit. G. Tranquillum ſe mihi præbet mare. R. Inſidioſa trãquillitas, ut ſic ita dixerim, eſca naufragij. ſi ſemper turbidũ mare, nullus hominũ nauigaret. G. Mare mihi blandũ & ſuaue eſt. R. Suſpecta ſuauitas prædonũ, blanditiæ minæ ſunt, hæc facies maris repẽte mutabitur, eſſe aliud putes monſtroq; gelidus quæras, ubi eſt æquor illud quod laudabam? unde uerò hi tã multi tãq; horribiles aquarum mõtes? unde hic pendentiũ fremitus procellarũ? & minacibus ſpumis ſurgentes fluctus in nubila? Neſciũt niſi experti, quid eſt mare et quã ferox bellua, quidue illi à Poëta monſtri nomen impoſitum Nihil enim mõſtruoſius in rerũ natura, nihil cui ſit minus fidei, minusue conſtãtiæ. Nullius rei transformatio tã crebra, tàm periculoſa, tàm ſubita. nihil deniq; ſeu mollius dum iacet, ſeu dum ſurgit immitius. G. Placidũ nũc æquor, immotũq; eſt. R. Terræ ipſæ ſubſidũt dehiſcũtq;, tu pelago tribuis ut conſiſtat, ſimulatus torpor. noli fidere, ſæpe fortunam retentare dementia eſt. G. Nunc ſaltem placidè nauigaui. R. Nullum ferum animal ſic in laqueos ruit, ut nõ aliquid dulce præſentiat. G. Proſperè nauigaui. R. Et ſacrilegi proſperè nauigãt, & uiri ſanctiſſimi naufragantur. G. Nauigaui fœliciter. R. Crede mihi ſi pergis, infœliciter nauigabis.

De uotiua portus apprehẽſione. Dial. LXXXVIII. GAV.

IAm portum attigi, iam in littore ſedeo. R. Multi in portu pereunt, plures in littore, permutaſti periculum, non fugiſti. G. Terrã attigi. R. Ita hoc dicis, quaſi terræ diſcrimina uel minora uel pauciora quàm pelagi, quamuis occultiora ſint, non'ne hoc in æquo poſuit, is qui utrobique multu & grauiora pericula, per uarietatem pertulerat. Neque uerò ſine cauſa pauper ille ſcrutator aquarum, apud Statium moriens:

hyemes, notoſq; laudat,
Et experti meliora pericula ponti.

G. In terra ſum. R. Caſibus eò pluribus patens, quò plus hominũ terras incolit quàm maria: ſiquidem maxima pars malorum homo homini eſt, ſic inde mors peruenit, unde auxilium debebatur, ut ſileam peſtiferas animantium ſpecies, quibus ea pars rerum ſcatet. G. Terra ſub pedibus ſaltem ſtabit. R. At qui ſæpè non ſtetit, utque antiqua prætercam, Achaiamq́ & reliquam Græciam & Syriam, atque alias ubi & urbes hauſtæ olim funditus, & collapſi montes, & demerſæ inſulæ, ut omittam ueteres ueſtrorum montium caſus Aetnæ ac Veſeui: apud uos nuper ipſa urbium caput Roma contremuit, quodq́ ciuilis belli temporibus pro monſtro habitum, Alpes hac ætate grauiſſimè tremuerunt, & conuulſæ rupes altiſſimæ, ſolis radijs inſuetum à ſeculis præbuêre iter. Hiſpaniæ & Germaniæ bona pars corruit: uidiſti modo ſtãtes urbes, uidiſti ſolidas arces atque oppida, paucis poſt diebus miſerabilè ſpectaculum atque terrificum humi paſſim ſtrata omnia', quin & ſolito mœſtiorem Rhenum ipſum, quaſi flentem labi, deformatam ruinis utranq́ ripã, eamqúe præcipuè quæ ædificijs ornatior fuerat, querulis abluẽtem uorticibus. Deſine iam ſecurus eſſe, ubi ſecuritas nulla eſt. G. Sub pedibus terra eſt. R. Non tã certa ſedes domicilij, quàm ſepulchri. G. Ad terram perueniſſe gaudeo. R. Similia ſimilibus gaudent, & tu terra es. G. In terram redij. R. Nondum quidem, ſed redibis cito.

De carceris exitu. Dial. LXXXIX. GAV.

IVuat carcerem euaſiſſe. R. Eſt hæc, fateor, intermiſſa gratior libertas ac reddita quàm ſeruata, ſed non omnia quæ delectãt proſunt, ſæpè nociua ſunt dulcia, & amara ſalubria. ſæpe non carcer modo, ſed mors utilis fuit, ſæpè uita & libertas inutilis. G. Carcerem euaſiſſe gaudeo. R. At qui modo gaudebas portum apprehendiſſe, nunc gaudes portum euaſiſſe, carcer multis portus, multis refugium & arx fuit, & in libertate perituros ſeruauit, in uinculis ligata & clauſa, diligentius aſſeruantur. Neſciunt mortales cæci quid expediat, & idcirco mala ſua concupiſcunt, & aſſecuti gaudent, unde mox doleant. Ne úe longius exemplum quæras, uidiſti nuper uirum illum animoſi & magni potius quàm conſtantis incœpti, qui aduerſo tempore, ſe patronum Romanæ Reipub. profiteri auſus, ipſe ſibi tribuni nomen aſſumpſerat: dehinc uariante fortuna Vrbe depulſus, Romaniq́ primum principis, poſt Pontificis lapſus in carcerem, utrobiqúe bene habitus atque honeſtè, tandem leua alite emiſſus, gladijſqúe hoſtium non occiſus tantũmodo, ſed diſcerptus, puto moriens carcerem ſuſpirauit. G. E carcere lætus erupi. R. Ibis per roſtra turbida litibus, per plateas urbium tumultuſqúe negotiorum, & tempeſtatem libertatem putans gratulaberis, dum quem clauis una cõcluſerat, mille ſtringent laquei. cumque læti omnes è procellis portum petant, unus tu nauta mirabilis è portu lætus in procellas redis. G. E carcere digreſſus gaudeo. R. Bonum in hoc, ut in reliquis cõſilium erat, neque nimium gaudere, neque nimium dolere, ſed æquanimitatem omni in ſtatu ceu uitæ gubernaculum tenere, in tantã præſertim caligine futurorum, neq́ tàm miſerum eſt, ut fertur intraſſe, neque tàm fauſtum carcerem exiuiſſe. quotiẽs carcer libertati hoſtis propitius eſt ſaluti, quotiens optata uotis omnibus libertas in pernitiem & in mortem uerſa eſt. G. Exiui ex carcere. R. Latiori de carcere multi hominem caſus eripiunt, ex anguſtiori autem ſola mors eruit. G. Moleſto de carcere diſceſſi. R. Potes in hunc carcerem reuerti, in illum alterum cum ſemel exieris, non redibis hoc in tempore.

De tranquillo ſtatu. Dial. XC. GAV.

REbus ritè compoſitis, trãquillus ago. R. Scilicet ut tua nauis fluctibus maris, ſic animus uitæ curis explicitis, portum attigit laborum ac terrorum. Sed non ita eſt, nunc maximè metuendum, neſcis quod res hominum non ſtant, qui uolubili in rota ſedet altior, is proximus eſt ruinæ. G. Optato eunt omnia. R. Benè ais, eunt omnia, nihil. enim manet. ante ergo quàm fœlix uidearis, ſpei fortè aliquis, pòſt locus eſt metui, ad extremum luctui, gaudio autem nunquam, gaudium loquor uerum, donec ad uera &

ſtabiliora bona peruētum ſit. G. Rebus prouiſis humanitus cōquieſco. R. Sūma rerum humanarum labor & mœror. in his igitur requieſcis? durum caput & lodice ferrea & ſpinoſo recubans puluinari. G. Opiperæ prouiſa ſunt omnia. R. Expectata puto mercium nauis applicuit, periculū euaſiſti, extruxiſti domū, exaraſti aruum, putaſti uineā, rigaſti prata, compegiſti areā, inſeuiſti arbores, effodiſti riuos, texuiſti ſepē, columbarium erexiſti, miſiſti greges in paſcua, apes in aluearia, ſemētem in ſulcos, nouas merces in maria, tuto loco collocatum fœnus, plena arcula, diues aula, cultus thalamus, referta horrea, ſpumās pœnu, prouiſa dos filiæ, coniugium nato, empta populi gratia blando ambitu, parta ſuffragia, pronū ad te opibus ſummis atq; honoribus ſtratum iter. O fœlicem te. Reſtat ut gaudeas. Hæc ni fallor cōcluſio tua eſt, mea uerò longè alia reſtat, ut moriare. rarum ualdè inter homines, ut multo ſtudio quæſitis, multo fruātur tempore, longus labor, uſus breuis. G. Proſperè rebus euntibus ſtabili in ſtatu ſum. R. Quomodo aūt rebus euntibus tu ſtes uideris, ego nēpè non uideo. G. Rebus ad uota fluentibus lætus ſum. R. Nunc igitur tempus eſt moriendi, ſperas'ne hic diu aliquē lætum eſſe? Morere dū lætus es, antequā eſſe mœſtus incipias. quod iam dixi repetā. Eſt enim minimè tædioſa rerum utilium, ſed iucunda repetitio. Meminiſti ergo quid apud Ciceronem Lacon ille ait ſeni Rhodio Diagoræ, læto tunc ualde leuibus licet ex cauſis, quas audiſti ſuprà cū de palleſtricis ageremus. Morere Diagora, inquit, non cœlū aſcēſurus es, grauiter id quidē: nam quid amplius expectet animus lætus in hac rerum tanta uertigine, niſi ut lætus eſſe deſinat, eſſe triſtis incipiat. Itaq; opportunè admodū Diagoras conſilio paruit amici, ſpectāte quidem & plaudente populo inter uictorum filiorū amplexus & oſcula expirauit. Scriptum eſt hoc in libro noctium atticarum. Et ad ſummā, plures gaudio quàm triſtitia periere. Omnibus ergo qui ſapiunt, ſed maximè gaudentibus mors optanda, de hac ſemper & præſertim in tempore proſpero cogitandū, illa cogitatio reliquas frenet. G. Laboraui en quieſco. R. Omnes quidē id ſperatis, ſed erratis in hoc omnes. ſtilus enim uitæ alius, multumq; finis à propoſito diuerſus. Hæc tua requies aut breuis aut falſa eſt, aut quod eſt uerius utrunq;, quid hic requiem ſomniatis? Sic catenis uinctus libertatem æger ſanitatem ſomniat, ſic ſopitus eſuriens opimas dapes, ſed en dies ultimus aderit, isq; confeſtim diſcuſſurus hæc ſomnia. Nolite aūt falli ſomnijs atque opinionibus falſis, quibus eſt plena uita mortalis, Nolite uobis hic requiem ſpondere: Credite mihi, tota quies hominum poſt laborem mors. G. Omnia quæ in rem uiſa ſunt ſuppetunt. R. Superuacua in rebus plura ſunt quàm neceſſaria, ſed hic humani animi mos eſt, ut profeſſus aſcenſum cœli, tanto ſtudio ſe oneret, quanto uix exonerare debuerat. Itaq; peregrino faſce curuatus, dum in altum niti uult ruit & pro cœlo illi terra eſt. G. Cumulata ſunt omnia, iam in portu ſunt. R. Nauigationis in fine igitur: Eſt enim præſens uita ſimillima proceloſo mari, illius finis in littore, huius in morte, uterq; portus rectè dicitur. profectò aūt magna mortalium aceruandis uitæ adminiculis, anxia inter ipſos apparatus rerum moritur, nilq; iam uſitatius, quàm ut uitæ ſtudium mors præuertat, paucis accidit ut adoptata perueniant, hiſquè ipſis tam citò diuturni quæſtus uſus eripitur, ut gaudij breuitas quædam uelut acceſſio ſit doloris, de quo multos in morte quæri ſolitos notum eſt. G. Iam peractis laboribus ſecurus uiuo. R. Et inter uiſcum ac laqueos ſecura auis uolitat, piſcis inter hamos ludit, inter plagas fera, ſæpè ubi periculi plus eſt & pauoris minus, ars fortunæ eſt, ut licētius feriat, metum demit. G. Per omnem uitam laboraui, ut in finem quieſcerem ſecurus. R. Securitatem & quietem tuam in præcipiti collocaſti, & uixiſti mœſtus, ut lætus moreris inſulſum uitæ mortisquè conſilium modò de ſecuritatis & quietis & triſtitiæ & gaudij qualitate conueniat. G. Omnia undique conquiſiuit, quibus inſtructior uita eſſet. R. Immò uerò quibus mors moleſtior. ægroti planè negotium medicorum, iam frequentes aderunt ſtratumquè circumſtrepent, aderunt captatores teſtamentarij, erunt & qui gaudiū premāt, & qui fletū ſimulent, & qui tenacem ſpiritum, ſeram mortem taciti increpent & qui criſim ſeruēt & qui prognoſticis inhient,

inhient, & qui cadauer aureũ præſtolẽtur, tot, hæc tibi conquiſita, undiq; uitæ conferunt in ſtrumenta, non ut melius uiuas, ſed ut comitatior moriaris. Non penitus operam perdidiſti, iam & comites languenti; & libitinæ ſumptus, & funeris pompa non deerunt. G. Conquiſita ſunt omnia, quieſcendum eſt. R. Iam dixi, uitæ requiem & ſolatium quærebas, laborem mortis ac tædium inueniſti. G. Cuncta diſpoſui, proſperitas parta eſt. R. Cõgeſsiſti fallaciſſimæ ac fugaciſſimæ ſpei nidum, quæ ubi primum adoleuerit euolet, mœſtum & uacuum cor relinquens, ſæpè uel in plumis pereat. G. Longo ſuccedit quies labori. R. Breuis ipſa adeò, fortaſsis ut nulla potius dici poſsit. multorum ſæpè ſtudium annorum in momento excidit, immò cum ſemper ferè gradarij ſint progreſſus, rarò nõ repentini exitus rerum ſunt. G. Per longas curas ad ſecuritatis initia uentum eſt. R. Sollicita multum de principijs humana curioſitas, finem cæca non proſpicit: denſa uenturi caligo temporis, mortalis aciem fruſtrauit obtuitus, deliberatio utique noſtra ſit conſummatio fortunæ, Dicam melius: Dei eſt, cuius in manibus ſortes ſunt hominum, non quas ipſi uobis opinione ueſtra ſpeq; improba fingitis, ſed quas ille à præſcientia ſua uidet: eius eſt autem illa uox. Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te, quæ autem paraſti cuius erunt? Cõminatio horrẽda, quæ niſi ſpes ſomnoſq; mortaliũ interrũpat, obſorduiſtis haud dubiè.

De potentia. Dial. XCI. GAV.

POtentia magna ſum. R. Ergo & inuidia. G. Potẽtia multa ſum. R. Et in periculis multis. G. Potentia ſum ingenti. R. Et laboribus infinitis & inextricabilibus curis. G. Multa poſſum. R. Quo plus in alios potes, & plus alij in te. G. Potentiæ eſt plurimum. R. Quò potentiæ magis, eò maius in illam imperium fortunæ tepidè ſe excercet, in paruis uberem eligit materiam, in magna lignorum mole, crepitantius ſæuit incendium, magna proſperitas magnæ uiam facit aduerſitati. Nec quenquam facilè plenè miſerum uidebis, qui non ualdè fœlix habitus fuerit non poteſt ignoti hominis, nota eſſe calamitas. G. Quod uelo & poſſum. R. Cura ergo, ne quid mali uelis, & ſcieò quò potentiæ plus, eò plus eſſe negotij minus uel licentiæ. G. Potentia ingens ſum. R. Quid ſcis an diurna, piget exequi, potentes breui ad impotentiam, ſeu qui reges ad infamiæ ſeruitium ſunt redacti. Vepricoſi & lubrici ſunt humanorum gradus aſcenſuum, tremulus uertex, præcipitium horrendum ægrè conſcenditur ad eminentem ſtatum, anxiè ibi conſiſtitur, grauiter inde & repentè deſcenditur, id ſic eſſe non ſinguli tàm reges aut populi, ſed maxima etiam teſtantur imperia. G. Armis atque opibus potens ſum. R. Vera & firma potentia in uirtute fundata eſt. Fundamentum ſi detraxeris, quo maior, eò periculoſior ſtructura, quid implere opibus domos iuuat, arua ligonibus, maria claſsibus ſi intus interea domeſtici hoſtes animum oppugnant atque expurgant? Vis ut te potentem fatear, illos doma finibuſquè tuis pelle, uince iram, uince cupiditatem, uince libidinem, uince teipſum famæ atque animæ hoſtem tuæ. quæ nam iſta potentia eſt uincere alios, paſſionibus ſuis uinci? G. Fundata in ſolido potentia eſt. R. Quo pacto cum uita ipſa mutetur aſſiduè. ô quid tumes imbecillum animal, de potentia diſputas, de anima interim periclitaris, quã dicto citius uel naturæ uis occultior, uel exigui morſus animalis, uel extremi contemptiſſimiq; homines ſæpè potentiſsimis abſtulêre. G. Potentia egregiè ſtabilita eſt. R. Vbi quæſo? In harenis ac fluctibus, an in uento, an in ipſa ut perhiberat, fortunæ rota, quin tu amice, male ſuſceptam pone fiduciam. Nulla hic ſtabilis potentia, ut que uel impropriè, ex prima quod ſentio nulla potentia potens eſt.

De gloria. Dial. XCII. GAV.

SEd inueni magnam gloriam. R. Magna in exiguo qualiter explicentur nõ intelligo, ſi temporum, ſi locorum anguſtias metiâre, magnam hic gloriam non eſſe fateberis. Non ingeram tibi, ut terra omnis punctus eſt, cuius ipſius partem maximam, natura fecit

inhabitabilem atq; inacceſsibilē fortuna, ut tempus præſens pūcto minus, idq; ipſum ſemper inſtabile fugaxq; tam rapidæ, ut uix illā animo ſequi poſsis. Duæ reliquæ temporis partes ſemper abſentes, ita ut altera nos lubrica memoria, altera expectatione anxia fatiget, ut omne ſimul tempus, aut diluuijs, aut æſtu nimio, aut peſte aliqua, aut cœli inclementia uel terrarum, aut denique per ſeipſum lapſu proprio ita diſcerptum atque confuſum ſit, ut una ſæpè ætas, propè nil habeat commune cum altera. Neque minus in temporibus, quàm in locis uideas exiguo interuallo notiſſimum non agnoſci. Hæc, inquam, & quæ ſunt id genus plurima tranſeo. Vulgata ſunt omnia, quibus liquido cernitur, quænam hæc mortalis ac terrena gloriæ magnitudo eſt. G. Quam conditio mea fert gloriam ſum adeptus. R. Si indignam, breuem hercle, at ſi dignā, gaude: non quod habeas ſed quòd meritus ſis. G. Gloriam quæſiui. R. Gloria uera niſi bonis artibus non quæritur, unde tibi partum nomen uide: ſic intelliges an gloria uera ſit, famam ſi caſus dedit, eripiet. G. Multum eſt gloriæ. R. Caue ne quam gloriam ueram putas, imago falſa ſit gloriæ. In rebus hominum multa regnat illuſio. G. Primum eſt gloriæ. R. Vt nemo pauper, magnæ pecuniæ famam quærit, niſi ut fallat, ſic nemo ignauus, magnæ uirtutis opinionem, uterque tamen ſi conſcius, quicquid de ſe alij loquantur, quantum uel pecuniæ in arcula, uel uirtutis in animo ſit. G. Inſignis eſt gloria. R. Si ex merito modeſtè utere, ne ſuperbiæ illi notam applicueris, ſi minus, fac ne diu populum fallas. G. Præfulgens eſt gloria. R. Vel mereri ſtude, uel graue non tuum indumentum exue. Inglorium eſſe præſtiterit, quàm mendacio glorioſum. Vera etiam gloria cum labore ſeruatur, quid de falſa ſperes. cum omnis fictio difficilis ſit, tū difficillima eſt, quam multi undique obſeruant. Rari nempè ſunt glorioſi, hos propter diſsimilitudinem obſcurum atque inuidum uulgus odit. Graue eſt inter tot hoſtium inſidias latêre, præſtringere omnium oculos non potes, in te tanto ſtudio defixos. G. Glorioſus appareo. R. Melius forſitan lateres, & certè tutius. Hoc grauiter dixit is, qui multa leuiter: Benè qui latuit, benè uixit. G. Clarus lateque notus ſum, longeque conſpicuus. R. Liuor abdita penetrat, rimaturque, putas conſpecta prætereat? Quid quod pauci ſunt, quibus expediat apparere & conſpici, pauci quorum famæ non noceat ad plenum noſci? Notiſsimum Claudiani dictum:

Minuit præſentia famam.

Quanto magis illam minuit notitia. Raro ſunt homines quod uidentur. G. Glorioſus uideor. R. Caua nube circundatus, deliteſcis. Si parumper emerſeris, quò plus gloriæ falſæ fuit, eò ueræ plus erit infamiæ. G. At gloria uera eſt. R. Id nemo te melius nouit. ita demum ſi externi iudicis incorruptum animum, tuis in rebus aſſumpſeris. Gloria quidem, ut ſapientibus placet, quaſi quædam umbra uirtutis eſt, illam comitatur, illam ſequitur, quandoq; etiam antecedit. Quod in adoleſcentibus clarè indolis uidemus, quos ante perfectam uirtutem præconcepta de illis ſpes hominum claros facit, quæ quibuſdam uelut ſtimulis generoſos modeſtosq; animos excitat atq; erigit & impellit, ad æquandam ſpem ciuium ſuorum, ſtultos autem tumidosq; præcipitat, hinc transformatio illa ridicula clarorum adoleſcentium in obſcuros ſenes. Laus quidem ſapienti utilis, ſtulto nocet. ex his uides umbram per ſeipſam eſſe non poſſe, rei cuiuſpiam ſit oportet. uis ne igitur gloriam ueram eſſe, fac ut uera & ſolida uirtus ſit.

De beneficijs in multos collatis.
Dial. XCIII. GAV.

BEneficia in multos contuliſſe gaudeo. R. Multos ingratos experiens dolebis. G. Beneficia in multos effudi. R. Rectè ais: Nam ſi accipientium animos intueare: beneficiorum magna pars perditur. G. Multi meis beneficijs ſunt obſtricti. R. Quidam ſe obliuione relaxabunt, alij forſan iniurijs beneficia penſabunt, ut ceſſent iniuriæ, non ceſſabunt quærimoniæ, quam multi de benefactoribus quæruntur ſuis.

Iniquum,

Iniquum fateor, ſed commune adeò, ut non tàm crebræ de hoſtibus ſint quærelæ. Audiſti apud Lucanum de Pompeio quærentem Photinum, apud Senecam uerò Sabinum de Auguſto, quid uerò te ad literas aut antiquitatem uoco: urbes medias contemplare. uici omnes lamentis talibus pleni ſunt, omnis autem ingratitudinis triplex, niſi fallor, cauſa eſt Inuidia ſcilicet, quæ dum impenſa alijs beneficia, ſuas ducit iniurias, in ſe collata non aſpicit. Superbia quæ uel ſe maioribus dignam cēſet, uel præferri ſibi aliquem indignatur, cupiditas quæ muneribus non lenitur ſed accenditur, & dū quærendis inhiat, quæſita non meminit. Poſſent breuius, totius mali cauſam ſtultitiā dicere: ea uerò non huius tantùm, ſed malorum omniū cauſa eſt, ignorantia ueri boni, opinionumq́ peruerſitas & cupiditas, quibus nullum obſequium nō contumax, nulla largitas non anguſta eſt. G. Beneficus fui in multos. R. Ariſtotelica quædam magnanimitas, fertur meminiſſe collati, accepti aūt beneficij obliuiſci, quæ ſententia & ſi colore non careat, apud me tamē uerus magnanimus, contemptor mediocrium atq; humilium eſt rerū, atq; ideò quæcunque egerit, magna quamuis iudicio plurimorum, parua ſunt animo maiora quædam & rariora uoluenti: contrà ſi quid acceperit, quo alteri fiat obnoxius, quamuis exiguum, graue eſt libertatem amāti, atq; ad excellētiam aſpirāti, quouè quàm primum ſolui leuariq; uelit. De hac igitur re Annei Senecæ dictum probo: Beneficium, inquit, qui dedit taceat, narret qui accepit. elegāter nēpè, duo beneficiētiæ ſeu uenena ſeu uulnera ſunt. hinc exprobratio largiētis, hinc recipientis obliuio, utraq; mater ingratitudinis ac beneficij nouerca. illa ingratitudinē parit in altero, hæc in ſe. illa quoque beneficium in ſe extinguit, hæc in altero. His tot malis aptiſſimè illo Senecæ conſilio medeāre. G. Multis benefeci. R. At pluribus non feciſti: qui ſe ſpretos & contemptos dolent. Eſt autem, neſcio quidem unde, firmior offenſarum quàm beneficiorum tenaciorquè memoria. ſæpe ſingulis beneficijs, aut nullos aut ſingulos amicos obliuioſos & tepidos, hoſtes aūt tibi multos feceris, memores ac feruentes. G. Multus multa ac magna contuli. R. Sunt multi quibus profuiſſe periculū ſit, quidam paruo amicum, magno hoſtem beneficio quæſiêre, quod & exigui debitum leuc retributio prona eſt, magnam autem & debere pudet & piget reddere. & nihil eſt tertium, niſi ut deſinat eſſe cui debeat quiinuitus debet, ita dū debentem pudor beneficij, expertos dolor agitat, inter Scyllā & Charybdim fertur cymba benefici, effectūq; ut multos qui parcè atq; illiberaliter tuti uixiſſent, liberalitas inſignis in diſcrimē traxerit. Siquidē inter malos impunè bonū eſſe, non licet, durū dictu, ſed dicendū tamē. Animal ingratius homine nullū eſt. G. Latè me beneficiū præbui. R. Quidā ſunt benefici, nec tamen beniuoli, quos magnitudo hominum neceſsitas multa largiri cogit. his etiam, quos non modo non diligunt, ſed nec noſcunt quidem, quibus ſiie ob beneficia charos ſperant, ualdè eos fallit opinio. Nemo facilè non amantem amat. mutuus nexus animorum, ac reciprocus eſt amor. Munera ſæpè neceſſitati, amor uerò iuditio tribuitur. ut ergo beneficia benè collata, & leta fronte pioq; animo dignis exhibita, nunquam glorioſa negauerim, ſic multa, immò uerò partem maximam, ſeu hæc dantium ſeu accipiētium culpa eſt, perdi ac proijci, nemo uſquam eſt qui dubitet. Et eſt facilior breuiorquè ac rectior, quam ſuprà tibi oſtendimus, amando ſcilicet ad amorem uia, qua pergenti, uerum quoque ſi benefici nomen acceſſerit, clarum te ſupraq; fidem multis amabilem efficiet. G. Multa & magna contuli. R. In rebus non quid, ſed qualiter, quouè animo fiat, refert apud Deum atque homines, & magna ſæpe inuiſa, & modica grata ſunt, nudum præ omnibus cor attendi, & ſacrificio pauperis probatur & munere.

De amore populi. Dial. XCIIII. GAV.

Populus me amat. R. Subſiſtè paululum, mox oderit. G. Populus me diligit. R. Propera, nondum finis, ut dies unus, ſicuita omnis à fine deſcribitur. G. Populo charus ſum. R. Quis illi Scipionibus charior? Quis Camillo? Quis Rutilio ac Metello? Quid Themiſtoclem loquar aut Milciadem,

quid hoc genitum Cymonē aut Ariſtidē, quid Teſea, quid Solonem, quid Hannibalem, quid Lycurgum, qui ciues, oro te, quàm quiſq; quàm breuiter populo ſuo charus, omniū notus finis, & uel in contemptum uel in odium uerſus amor atque indigna rebus præmia, ſuri labor, accuſatio, mors, exilium, catenæ. G. Multis in populo charus ſum. R. Malis igitur, pauci enim boni, atq; malorū, malis artibus quæri amorem conſtat: ſi uerò ſimilitudo quædam parit amicitias, ut prudentibus placet, qui ſis exiſtima, qui multis in populo charus ſis. G. Populus me amat. R. Serenū hybernum, aura æſtiua, quies maris: lunæ ſtatus, amor populi, patria hæc ſi conferantur, mobilitatis ultimo palmā do. G. Populus me honorat. R. Labijs credo, cor autem eorum longè eſt à te, non eſt enim tibi fidelior quàm Deo, raro quicquam ex animo facit ulgus, niſi tumultuari & furere & ſeruire. G. Populus me ueretur. R. Non faciet diù, facilè enim ruit, quod non certo iuditio ſtabilitum eſt. G. Ardens in me populi fauor eſt. R. Ardenti principio ſæpè medium temperies, finis algidus fuit, quod aut crebrius ulla in re quàm in ſtudijs populorum cernas. G. Populus me laudat. R. Stultorum laus apud doctos infamia eſt. G. Populus me ſuſpicit. R. Leui rerum alternatione deſpiciet, ſemper enim alterum extremorum tenet, medium uerò nunquam, ut qui habitantem, ibi hoſtem metuat. G. Populus me colit. R. Mirabor ſi tā inculto cultore fructifices. G. Populus benè de me ſentit. R. Sine ullo delectu iudicare ſolitus utranq; in partem, Itaq; uulgi ſentētia ueros inter iudices contrarij argumentum eſt. G. Populus benè de me æſtimat. R. Suſpecta ſanis in genijs æſtimtaio inſanorum, mallem te populo incognitum quàm probatum. G. Populus multa de me loquitur. R. Et tu ergo popularibus auribus fidis, atq; ageris quod licet, magnis olim uiris eueniſſe noueris, non minor tamen eſt uanitas gaudere flatu tenui & incerto. G. Populus me miratur. R. Et ego te miror, qui hoc in gloriam tuam trahas. G. Populus me amat. R. Non hæc laus ſed fortuna tua eſt, populi mos eſt, ut ſæpè amet indignos, ſed à quibus indigni amoris ſæpe, digniſſimam fert mercedem.

De occupata tyrannide. Dial. XCV. GAV.

INuaſi tyrannidem in ciues meos. R. Rependiſti dignam uicem ſtultis amantibus, illi te æquo altius extulerunt, illos tu iniquo iugo ſeruitij depreſsiſti. G. Tyrannidem arripui. R. Abſtuliſti libertatem alijs, ſecuritatē tibi, requiē utriſq;. G. Tyrannidē conſecutus ſum. R. Statū certi laboris, euentus ambigui, ſed ut plurimū infœlicis. Nō te ad hiſtorias ueteres atq; externas mittā: quis Phærei Alexādri exitus? quis Dionyſij Syracuſij? quis Agrigentini Phalaridis? quis Annonis Pœni? quis Clearchi Heraclienſis? quis Ephirenſis Ariſtotimi? quis Lacedæmonij Nabidis? Quis Hipparchi deniq; Athenienſis? quem occidiſſe immortalis gloria interfectoribus fuit. nō ad recentiores atq; domeſticas, Caſsium Meliumq; & Manlium Romanos ciues, Catilinam quoq; & Gracchos: & Apuleium, non tyrannos quidem, ſed tyrannidem affectantes, inq; impijs conatibus deprehenſos, cœptoq; prohibitos atque oppreſſos. Non poſtremò ad illos qui maiores non meliores, iuſti uelo imperij trucem texère tyrannidem atque iniuſtam, Caium ſcilicet ac Neronem, Domitianum & Commodum ac Baſſianum, reliquoſquè eius ordinis, ſolo nomine principes, quorum mens tyrannica ac tyrannicus finis fuit. Sed ad alios quos auorum patrumq; memoria, ſeu etiam quos ætas ac regio præſens uidit. Hos ego ne diſtantibus te fatigem circumſpicere & contemplari iubeo, uidebis uſitatum, & communem tyrannorum exitum, aut gladium: aut uenenum, uerèquè illud à Satyrico dictum dices:

Ad generum Cereris ſine cede & uulnere pauci,
Deſcendunt reges & ſicca morte tyranni.

G. Tyrannidem in ciues exerceo. R. Prædam atq; carnificinam, auro implendus & ſanguine, auriſitiens monedula tenaxquè.

Nec miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo.

Sed qua

Sed qua fronte, quoue animo, ſeu ſanguinem illum fundis, pro quo ſeruando ſi homo eſ-
ſes, ſanguis tuus ultrò tibi fundendus erat, ſeu ciuibus tuis aurum rapis, quod diris præ-
donibus largiaris, ſpolians qui tuis paſcendi opibus fuiſſent, ditansq; à quibus omni inge-
nio extorquendum legis, ſic maiorum uel exempla, uel monita uiſuerunt. Sed hoc peſſimũ
habet tyrannorum uita, ut quibus fidendum eſt metuant, ſemper fidantq; quibus fidei ni-
hil eſt totumq; hoc malum, hinc immeritis irrogatæ iniuriæ faciunt, hinc indignis erogata
beneficia & ambitione turbatus ordo rerũ amici ex hoſtibus, hoſtes ex ciuibus. G. Tyr
rannus patriæ meæ ſum. R. Nunquid id eſſes, illam tuam eſſe patriam meminiſſes? Si ob
ſeruaretur animo, publicæ matris effigies, nunquam fratres lacerares tuos, cum quibus æ-
quam pueritiam atque adoleſcentiam egiſſes, eodem cœlo uſus, iiſdem aquis, iiſdem atque
ſacris. iiſdem ludis & luctibus, qua nunc mente de illorum tergo potes ludere, atque illis
flentibus gaudere. Quæ poſtremò impudẽtia, in ea urbe uiuis, in qua uitam tuam omnibus
ſcis inuiſam, mortem cunctis optabilem, ubi eſſe neminem certus es, qui non malè perdi-
tum te uelit, lupum mitti de grege ſæuiſſimum. G. Tyrannidem accepi. R. Si præte
rito præſens tempus confers, duram te ac miſeram ſubiiſſe ſarcinam intelliges, tutam age-
bas & quietam uitam, dehinc niſi ſceleri iungis amentiam: nulla tibi ſine metu ac tumultu
animi dies, nulla mox ibit: nullus non ſuſpectus cibus, nullus ſopor imperterritus, dum ubi
que ceruicibus impendentem uideris mucronem, quem amico opes fortunasque ſuas mi
ranti, nõ ineptè monſtraſſe traditur Dionyſius tyrannus quidem, ſed tyrannidis æſtimator
acutiſsimus. G. Ferro mihi tyrannidem acquiſiui. R. Ferro quæſitam, ferro etiam ſer
uaturus, ferro forſitan amiſſurus. Præclaras planè diuitias comparaſti, eſſe omnibus odio-
ſum, atque terrificum, quodque hinc ſequitur, tibi te perpetuo grauem mœtu. Vt enim
periculi nihil ſit, quod in quibuſdam urbibus. natura ciuium præſtat apta ſeruitio, quando
tamen pauor aberit animo recolenti, quid ille huius, quod legitimi nomen habet imperij
metator ac fundator primus audiuit à Laberio Romano non equite? Neceſſe eſt, inquit
multos timeat, quem timent multi. Cuius dicti ratio illa eſt, quam poſuit Naſo:

Quia quem metuit quiſq; perire cupit.

Poſitam prius ab Ennio ubi ait: Quem metuunt oderunt, quem quiſque odit periiſſe expe
tit. Vt tamen & periculum & metus etiã omnis ceſſet, quod nõnullos tyrannorum uel nu-
trita publicis malis audacia, uel nota ciuium ſpondet ignauia, an non ſaltem ullus eſt pu-
dor, his præeſſe, quibus te ſubeſſe ſit dignius? præter iniuſtam uim rebus omnibus imparẽ.
G. Tyrannidem indui. R. Humanitatem ergo & iuſtitiam exuiſti, ſimul procelloſam
uitam & cruentam, aut certè dubiam mortem elegiſti: Infœlix, de quo ſola patria quæ te ge
nuit atq; aluit, mortem ſperet. An uerò non ille ſat miſer eſt, quem miſerum uolunt om
nes: at non ille miſerrimus, qui tam miſer eſſe non poſſit, quin ſit dignus eſse miſerior. G.
Habeo ſummum inter ciues locum. R. Habes in ciuibus tyrannidẽ, in arenis domum,
in uepribus ſtratum, in prærupto ſedem, in rapinis inopiam, in miſeriis inuidiam.

De regno & imperio. Dial. XCVI. GAV.

ECce autem iure Rex ſum. R. Id enim uerò occultum diu eſſe non poterit, quid in
terſit inter regem tyrannumq; iã diximus: quid aũt iuuat dici regem, ſi tyrannus es?
non in ſpecioſo cognomine, ſed in uera iuſtitia regis regnique ſalus ſita eſt. Minus mali re
or inquæ ſitum dominium reformare, teque de reliquo ſic agere, ut Rex uerus appareas,
quàm regnum iure partum, in quo iuſte ſucceſseris parenti, tyrannica uexatione diripere.
Plus enim ueræ laudis in progreſſu ac fine, quã in principio rerũ eſt. G. Rex ſum. R.
Melius ſub iuſto Rege ageres atq; trãquillius, quã rex ipſe. G. Regni ſolium conſcendi.
R. Locum latè conſpectum patentemque omnium indiciis eoque periculoſum igna-
uiæ, laborioſum uerò difficilemque uirtuti. Bonus enim Rex ſeruus eſt publicus. G.
Regni ſolio euectus ſum. R. Vt meritus uideare, tuas res teque ipſum obliuiſcere,

populum

populum tuum & Rempub. cogita. quo die primum Rex fuiſti tibi mori, alijs uiuere incepiſti, quodq; duriſsimũ eſt, ingratis & iniquis æſtimatoribus laboris tui. G. In regiam ueni. R. Aliquid ibi forſitan perituræ gloriæ reperturus, ſed quietis nihil. G. Iuſte regno. R. Bene agis gratiſsimamq; rem Deo, ſcito autem ſeruire te quærulis, & uix tibi ante obitum gratiam relaturis, rarò tàm iuſtus quiſquam regum fuit, ut non charior populo ſucceſſor foret. is cum uenerit alter optabitur. Hi ſunt uulgi mores odiſſe præſentia, uentura cupere, præterita celebrare, quando ergo defuerint quærelæ, ſi omne præſens bonum ſordet, nilque omniũ placet, niſi quod cruciat, ſeu perditum ſeu ſperatum. G. Sceptrũ & diadema ſortitus ſum. R. Fulgidas compedes, claramque miſeriam, quæ ſi plene omnibus nota eſſet, crede mihi nõ totiens uno de ſolio litigarent duo, ſed plura eſſent regna quàm reges. G. Purpuram indutus ſum. R. Non cultus exterior, ſed internus habitus & mens regia, regem facit: Alexandri Romani principis dictum fuit, Imperiũ in uirtute, non in decore conſiſtere. G. Ad regnum prouehor. R. Nunc in dubio uertitur ſubiectorum ſtatus, an fœlices, ea quæ hic fingitur fœlicitas, an miſeri ſint: nempè mortalis regni fœlicitas rex bonus. te in dubio labor manet, & graue negotium G. Rex ſum, nil non licet regi. R. Nulli minus, immò uerò, quod olim licuit, iam non licet: & fortè ſi de regno licentiam aucuparis, non te regem noueris, ſed tyrannum. G. Rex ſum atque omnia poſſum R. Immò nihil niſi quod decet regẽ, cuius, ut dixi, minor licentia quàm priuati eſt. Sin hoc calle uoluptatem petis falleris, & tota, ut aiunt, erras uia. Voluptas à tergo longè eſt, hac ad laborem itur & ad gloriam. G. Rex ſum erit, quę mihi iam certa trãquillitas. R. Immò ſi qua olim fuit perijt, ſtultus nauta, qui relicto portu, in altum uela facit, tranquillitatem quærens. G. At Romanus imperator factus ſum. R. Clariſsimum nomen, ſed duriſsimum officium: Magna ſeruare difficile eſt, quid collapſa erigere, ſparſa colligere, recuperare perdita, deformia reformare, & deſerti cultura ruris multiſquę diu neglectam ſuſcepiſti, multis egent dura arua legionibus, multis prata riuis arentia, æſtuandum algendumquę tibi eſt, ſi ſucceſſerit. Tu hinc laudem, reliqua ſucceſſor tuus metet, illi ſeueris, ſera eſt meſsis, multas poſcit æſtates. G. Aſcendi ad Imperium, iam quieſcam & ſecurus uiuam. R. Falſa te habet opinio, nunquam minus, tú ne in excelſum montem, ut uentos & fulmina euaderes, aſcendiſti? Non legiſti Horatianum illud:

Sæpius uentis agitatur ingens,
Pinus, & celſæ & grauiore caſu.
Decidunt turres, feriuntq; ſummos
fulgura montes?

Et quantò aliter de hac ſtatus eminentia ſentiebant experti principes, Auguſtus & Diocletianus? quorum aliter, ut legimus, de dimittendo imperio cogitauit, alter autem dimiſit Imperium, nec reuocatus aſſenſum dedit. quantò aliter Marcus Aurelius & Pertinax? quorũ primus adoptione ad ſpem imperij euocatus, ſolito triſtior effectus, mirantibus amicis, multa de malis imperij diſputaſſe: aliter imperator effectus, ſemper imperium horruiſſe memoratur. Magnus eſt ad imperium aſcenſus, magni in imperio labores, magni quoque cum aſcenderis ex alto caſus, ſi mihi non credis, Iulium Cæſarem interroga, Caium quoq; Caligulam, & Claudium & Neronem, & Galbam, Othonem, Vitellium, Domitianum, Cõmodum, Pertinacem, de quo proximè dictum eſt. Baſsianum præterea & Macrinum cum filio Diadumeno, fœdiſsimumquę omnium Heliogabalum, longèquę diſsimilem moribus Alexandrum, utriuſque etiam quod mireris cum filio matrem. Maximos quoque & Maximianos, & Maximos & Gordianos, præterea & Philippos, & Decium, Gallumquę, & Voluſianum, & Valerianum inſigni calamitate notabilem, & contemptore paternæ miſeriæ Gallienũ. Aurelianum denique & Probũ, Iulianũ & Licinium, & Conſtantinum, & Valentem, & Gratianum, Valentinianum. Ac ne ad faſtidium cuncta complectar totam illam tyrannorum ſimul, & principum ſeriem percunctare, uno tibi ore omnes reſponſum dabunt. Eodem ſe calle ad ruinam atque imperium aſcendiſſe.

G Et tu

Et tu illic tibi requiem fingis ad ſecuram uitam, ubi omnes periculum & laborem, multi miſerabilem exitum inuenêre? non hoc ſibi fingebant illi quatuor, quos ab initio nominaui. non Antonij Pij principis maternus auus Arius Antonius, homo ſanctus, ut hiſtoriæ loquuntur, ut ego fateor, uir prudens: Neruã miſeratus quod imperiũ accepiſſet. Verè enim fruſtrà principes præmit inuidia, cum illis potius miſeratio debeatur. G. Sum imperator & ulciſci poſſum. R. In hoſtes publicos forſitan non in tuos, illis enim ſi uerus es princeps, hoc tuo aſcẽſu ſecuritas parata eſt, priuatis affectibus, pietas publica frenum ſtringet. Non potes huius aut illius hoſtis eſſe, ex quo Pater omnium eſſe meruiſti. Id in ciues Principi iuris eſt, quod in filios patri, Iuſtus princeps PATER PATRIAE eſt. Nullũ ex omnibus titulis hoc gratius ſummus ille principum Auguſtus accepit, ut qui compreſſo adoleſcentiæ impetu, patris nomen implere decreuerat, tibi ergo qui hoſtes fuerant iam filij ſunt. G. Imperator ſum, ulciſci potero. R. Vti hac potentia non debebis, & ſic habe: ſummi imperij poteſtatẽ, excellentibus & fortunæ paribus, animis eſſe ueniæ materiam, non uindictæ, cuius eò auidior quiſque, quò uilior infirmiorq́; animi ac uirium eſt. Qua in re meminiſſe profuerit illud Hadriani principis, qui ut ſcriptum eſt, uni quem capitalem inimicũ habuerat, factus Imperator dixit: Euaſiſti. Generoſum planè uerbum, ac magnificum uereq́; Cæſareum. G. Imperator ſum, eritq́; iam theſaurus par impenſæ. R. Ad rapinam uox hæc ſpectat, eſt ut aliarum rerum, ſi ſumptuum fluxus quidam ac uorago, cui nihil eſt ſatis. Longum eſt mortalium hac in parte, ſed in primis Romanorũ principum furores ſtilo æquare, paucos tamen ex omnibus, eorumq́; ipſorum pauca de multis attingam. Conſpectiſsimus ille quidem Caij furor, Baias atque Puteolos ponte iungentis, atque illum tumidi maris ſinum, primum equis, mox quadrigis triumphaliter permeantis? quid aceto liquefactas memorem margaritas pretij ingentis? appoſitosq́ue conuiuijs panes aureos atque aureas dapes, quibus non famem compeſcere conuiuarum, ut mos eſt, propoſitum illi eſſet, ſed imperij opes ſpargere, atque illorum auaritiam irritare? Adde effuſos in plebem nummos, turbidoq́ue & profundo mari iactas moles, duriſsimas rupes ſciſſas, campos æquatos montibus, & campis iuga montium terra illic addita, hinc detracta, tam ſubitò ut naturæ miraculum uim paſſæ cum celeritate certaret. Nempè, cum dilati pretium operis mors eſſet, quibus prædeceſſoris ſui Tyberij theſauro ingenti diuitijſq́ue imperij intra anni ſpacium exhauſtis, ad inopiam fœdiſsimasq́; rapinas eſt compulſus. Illud inter iſta non numero, quod Corinthium montem Iſthmum perfodi animo deſtinarat, & ſi ſumptuoſiſsimum opus, tamen ut perhibent nauigantibus utile, quo duo maria iungerentur, & à Brunduſio Athenas, aut Chalcidem Byzantium petentibus, flexus ingens remitteretur Achaiæ. Huius comes ac uictor amentiæ ſequitur Nero, cuius enormium impenſarum nullus eſt modus, in ædificando præſertim, in quo omnes prodigos & ſeipſum uicit. Nulla alia in re damnoſior, ut de illo ſcribitur, unus ex mille furoribus attingendus eſt: domus à Palatino ad Exquilinum collem porrecta, & magnam partem urbis occupans, ut non immeritò inter conuitia, quibus liberrima plebis indignatione proſciſſus eſt, illud quoque iactatum ſit:

Roma domus fiet, Veios migrate Quirites:
Si non & Veios occupat iſta domus.

Hanc auream dici uoluit, non ineptè quidem ſignans nomine pretium, auro enim & gemmis cruſtata ac ſtellata domus fuit, tantæ altitudinis, ut in ueſtibulo Colloſſus centum uiginti pedum ſtaret. intus porticus, atque aulæ laquearibus aureis, atque eburneis tabulatis, & conuexa domorum cœli inſtar, ui propria ſeſe ſenſim diebus ac noctibus ſine intermiſsione uoluentia, ſtagnum quoq; maris æmulum, edificijſq; circundatũ, littore urbis in morem: Rura præterea & paſcua, & uineta, & ſyluæ omniũ generibus animalium refertæ. In hac domo quantum coniecturis ad uerũ uia eſt, illud quod Colloſſeum uulgò dicitur, medium fuit, cuius nunc etiam ruinæ ſtuporem ſpectantibus afferunt, & hæc omnia, dum quod miraculum rei auget, Romæ medio conſumaſſet, Ita non dicam excelsiſſe, ſed nec

ſed nec impleſſe quidem imperatoriæ domus modum uiſus eſt ſibi, ut dedicans domum ipſam, non amplius miraretur, quàm ut hoc ſolum diceret. Iam tandem, quaſi homo habitare incipio. Mitto illa leuia, quod ueſtem nullam bis induit, nullum inter minus mille carrucis egit, calceatis argento uſus mulis, aureo rete piſcatus eſt, Purpureis atque coccineis funibus, ac reliqua fidem excedentia ſimul, & tædium paritura. Sed quis illa non ſtupens legit, ſtupentiorquе aſpicit? Veſtigia enim extant, piſcinam illam cœptam à Miſeno monte, uenturamque uſque ad Auernum lacum miris circunſeptam contectamquе porticibus, foſſamquе illam ab Auerno uſque Hoſtiam, per tantum uiæ ſpatium, totquе obuios montes, ut inducto mari, ſine maritimis caſibus nauigans, & terræ laborem, & pelagi faſtidium declinaret. Longitudo quidem, ut nunc incolæ metiuntur, nota omnibus, ut Tranquillus numerat, millia paſsuum centũ ſexaginta: Latitudo autem duarum capax quinqꝫ remium, ex aduerſo iter agentium, neque ſe impedientium concurſo. Quod opus ſi expleiſſet, Italiam omnemquе Rempub. exhauſiſſet, tantis autem mundi malis, mors ſola conſuluit. Hunc ſequit̃ Aurelius Verus, qui: ut omittã cætera, cœnam illam fecit, cui ſi par prandium facere uoluiſſet, neſcio an Romana res ſufficere potuiſſet: quo audito frater eius Marcus Aurelius, tàm modeſtiæ amicus, quã hic hoſtis, ingemuiſſe fertur, Reipub. miſertus & imperio collabendi. Linquo alios, nimis multi ſunt enim, nec me fallit poſſe ex uobis longiuſcula hæc uideri remedia, breuiora pollicitis: ſed delectat interdum doctum ſeu doctrinæ deditum frugiquе hominem, ſtultorum inſanias audire, quæ illi quaſi pro contrario ſigno ſint, unde ſibi, ut aiunt, remis uelоquе fugiendum ſciat. Hæc autem eò ſpectant, ut recogites quid eſt, quod theſaurum impenſæ ſperas, ut enim frugalitati & modeſtiæ haud ſane magnis theſauris eſt opus, ſic prodigalitati & luxuriæ, neque theſauri neque imperia ipſa ſufficiunt. E hæc cauſa, non tantum mediocris fortunæ homines, ſed principes quoque penè omnes, eos dico, qui nepotino uictui operam dedêre, neceſſario rapinas & prædam miſit, quæ multis feſtinatæ miſeræquе mortis occaſio fuit. G. Nunquid unius hominis impenſæ, tot urbes non ſufficient? R. Hi tibi reſpondeant, de quibus multa diximus innumerabileſquе alij, quos par peſtis pari, ˚dedit exitio. Ad ſummam uerò profundiſsimum hoc ſumptuum, ut ſic dicam, ſpecus, quaſi illud olim Curtij, non opibus expleri ullis, ſed uirtutibus antè alias modeſtia cohiberi conſtringiquе poteſt. In quod maximè proderit meminiſſe, alienum eſſe quod prodigis, & hic quoque unum aliud Hadriani uerbum ſæpè ad memoriam reuocaſſe, quod ſæpè ille & in concione & in Senatu legitur dixiſſe. Ita ſe Rempub. geſturum, ut ſciret populi rem eſſe, non propriam optimo principe dignum uerbum. G. Regno & ultio mea eſt. R. Tua quidem minimè, neque enim mentitur is qui ait: Mea eſt ultio. profecto autem ſi uerus eſt rex, nihil tuum minus eſt quàm ultio, nihi maius quàm clementia. Natura utinam, ut apum, ſic hominum reges aculeo exarmaſſet, nunc libero animali exemplum dedit, non eripuit libertatem. Meum eſt, quod illa non cogit hortari. Reſpice paruum illud ſed diuinum animal, pone & tu non in uulnere, ſed antè uulnus aculeum. plebeium enim illud, hoc regium, Alioquin ut ſine iuſtitia, ſic ſine clementia rex non eris, ac ne homo quidem, ſed quod in fabulis dici ſolet, coronatus leo. G. Imperator ſum Romanus. R. Habes & Neronem & Vitellum quem ſequaris, ad hos tres tota non modo omnium principum, ſed hominum turba reſtringitur. Hinc ergo tibi ducem elige, ſi recentioribus delectaris, habes eiuſdem ordinis Traianum, Decium, Gallienum. G. Sum Romanus Imperator, mundi dominus. R. Fuit quando id dici propè ueraciter poterat, quorſum uerò redierint res uides, ut intelligi detur, quàm ſit tutum ſtultis & ignauis magna committere, quanta prouidentia, quantum in furorem, quantus labor, quantaquе diligentia, quantum in torporem incidit. Non eſt amplius gaudij materia Romanum Imperium, ſed humanæ fragilitatis & fortunæ uariantis indicium. G. Imperio clarus ſum. R. Clara nomina res obſcuræ. mundi fraudes, humana credulitas, hi ſunt unci quibus huc illuc faciles animi trahuntur. Pulchrum imperij, pulchrum regni nomen, ſed imperium & regnum difficil'ima omnium officia, ſi ritè gerãtur. Alioquin & periculoſa prorſus & mortifera, neqꝫ de nihilo

dictum illud regium laudatur. Diadema nobilem potius, quàm fœlicem pannum, plenum curis periculiſquę & miſerijs multis, quem cognoſcens, nemo non ambiat modò, aut parto gaudeat, ſed nec oblatum ultrò recipiat, obiectum humo leuet. Proinde expergiſcimini aliquando mortales, aperite oculos, neue ſemper falſis caligate fulgoribus, uestra metimini atq; æſtimate corpuſcula, circumſpicite quibus ſepti eſtis anguſtijs, nolite Geometras ac Philoſophos contemnere, terra omnis punctus eſt, uos caduci ac fragilis & incerti exitus, & cum iuuenes & cum ſani eſtis, cum morte luctamini cum aſcendere creditis deſcenditis, & cum ſtare uidemini, tum maximè ruitis, nec ullũ animal magis ſuarũ uirium obliuiſcit, ac ſæpius uermes ſemimortui, regna & imperia ſomniatis. Mementote uos punctum perexiguum, ſeu uerius, ut ſic dixerim puncti breuis, immò ne milleſimam quidem puncti partem poſsidére. Hanc ſuperbi incolæ præmitis, mox præmendi, neque amplius ex uniuerſo poſſeſſuri, quàm quod frigentibus membris ac pallidis occupatis. Ite nunc cæci & inſani, elatoquę uultu tumidi, quod natura anguſtat laxate animis, & uincti immenſa, & moribundi immortalia cogitate, inquę hoc nihilo, ridiculoſa & inſana inſolentia, ad momentum rapidi temporis, hic rapinas, hic iniurias, hic uindictas, hic ſpes anxias, hic honores uarios, hic cupiditates inexpletas, hic furores demum ueſtros, hic regna, principatus & imperia, hic claſſes, hic acies, hic bella molimini. cum multum inſanieritis, ſiue imperatores fueritis, ſiue aratores, ſeu diuites, ſeu mendici, corpus ueſtrum putris terra uita ueſtra fumus leuis, magno flatu pulſus fuerit, & uix tandem ſerò quidem cognoſcetis, uitam hanc fuiſſe non patriam, totumquę hoc regni & imperij falſum nomen. G. Imperator factus ſum. R. Stulti cũ imperatores fiunt, homines ſe eſſe non recolũt aut fuiſſe. quale eſt illud Tyberij Cæſaris, qui amicum uolentem eum commemoratione quorundam actuum, in memoriam priſtinæ familiaritatis adducere. cum uix aperto ore, hoc unum uerbum emiſiſſet: Meminiſti: præueniẽs interrupit, nec paſſus eſt explere quod cœperat, ſed repente ait: Quid fuerim non memini: uocem improbam ac ſuperbam, nec amicitiarum modò, ſed totius humanitatis immemorẽ. G. Ad Romanum imperium aſcendi. R. Quid hinc gaudes, & in aculeum aſcenditur & in crucem. Contrà uero & in lectulum & in ſedile deſcenditur & ſæpius in imo quies habitat. nonnullis opprobrium, multis ſupplicium, omnibus labor eſt ſcandere.

De exercitu armato. Dial. XCVII. GAV.

EXercitum armatum habeo. R. Mirabar niſi regnum atque imperium exercitus, hoc eſt miſeria miſeriam ſequeretur: at qui Seneca Scipionem Africanum cœlorenus attollit, non quia magnos ducit exercitus, quos & furioſi nocenteſquę duxerunt, ſed ob egregiam moderationem, quam nunquam certè dat exercitus, ſæpè eripit, ſæpè minuit. Quæ enim tam ſolida uirtus eſt, quam tot ſceleratorum, totquę carnificum cruentorum conuerſatio exemplumq; non deterreat. G. Magnum habeo exercitum. R. Habes unde in campis uitam agas, neque enim aut urbes exercituum ſunt capaces, aut benè ciues togati militeſquę cohabitant armati. G. Fortiſsimum habeo exercitum. R. Habes belli materiam, pacis excidium, ſi hinc gaudes, ad cœleſtem certè non pertines ciuitatẽ. G. Habeo exercitum ingentem R. Habes utrunque ad latus hoſtes armatos, quos nec murus à te ſeparat nec uallum, anceps profectò negotium & graue. G. Mihi multæ ſunt & ualidæ legiones. R. Harum tædia nemo facilè atque moleſtias, inſolentiasq; dinumeret, ſed tu omnia experiendo condiſces. Et quantò ſit ſatius ſolum uiuere, quàm cum multis legionibus profectò nullæ iniuriæ, nulla perfidia, nulla crudelitas caſtrenſium moribus comparandæ ſunt. Intelliges per teipſum quàm ſit uerus pueris quoque notiſsimus ille uerſiculus:

Nulla fides, pietasq; uiris qui caſtra ſequuntur.

G. Magni dominus ac rector exercitus ſum. R. Tutius paſtor tygridum forſitan ac urſorum eſſes, poſſunt manſuefieri corda ferarum, at quorundam hominum nõ poſſunt,

& minantur antequàm feriant feræ, odia hominum improuiſo erumpunt, hi quos tuos reris, qui te Dominũ uocant, heu quàm paruo pretio uenale genus & inſtabile? quàm leuibus ex cauſis mutabuntur, & ex militibus hoſtes fient? Blandi uultus in horrorem datæque tibi dextræ, tuam forſan in perniciem conuertentur, neque ſi fiat nouum erit aut inſolitum. Ad placentiam fuit motus ille terribilis, quando aduerſus Iulium Cæſarẽ ſuus exercitus inſurrexit, de quo dictum eſt:

Quem non ille ducem potuit terrêre tumultus:

Cæſar autem illa incredibili ſua conſtantia ac uirtute, motum omnem compreſsit, & punitis auctoribus quietauit, exercitum atque obſequium reduxit. Fecit idem ad Antiochiam Alexander ille Romanus princeps, ſucceſsitq; magnificè. ſed procede paululum, breui idẽ nõ ab alio, quàm à ſuis militibus interfectus eſt. Eodem modo iam Pertinax ante perierat: ſi duo poſtmodũ Maximini pater & filius, ſic Balbinus, & Maximus, ſic Probus dux clariſsimus, ſic Gratianus, & Valentinianus iunior optimi fratres. Ille à ſuis legionibus, hic à ſuo comite proditus. ſic innumerabiles alij à ſuis hoſtibus inuicti, ſuis exercitibus periêre, & quos milites appellabant, inuenêre carnifices. Vide ergo quo gaudeas, tuus hic exercitus, trux, immitis, utque ait ille bellua multorum eſt capitum nihil non auſura, iram illam uel inopia uel auaritia irritante. G. Mihi exercitus ingens eſt. R. Pompeio quidem Theſſalico prælio, ut ait Florus, nihil maius exitio fuit, quàm ipſa exercitus magnitudo, & fermè in omnibus bellis maior ſemper exercitus ſuccubuit, & minor uicit.

De claſſe inſtructa. Dial. XCVIII. GAV.

CLaſſem habeo inſtructam. R. Et inſtructos aër uentos, inſtructos æquor fluctus, & inſtructos ſcopulos, terreſtre animal, quid tibi cũ pelago? G. Inſtructa eſt claſſis. R. Inſtructæ tempeſtates, inſtructa naufragia, periculis tuis gaudes, & laboribus & impenſis, quarum nullus eſt modus. Veſtrarum omnium inſaniarum ſumptuoſiſsima eſt claſsis. G. Claſsis inſtructa eſt. R. Hanc cœli & maris diſijciet, & quamlibet inſtructam ſparget ac deſtruet inopina tempeſtas, de qua non cogitare, dum nauiges ſtulti eſt. G. Claſſem habeo in mari. R. Parum ne terra uobis diſcriminum attulerat, niſi maria etiam uexarentur? non ſatis eſt terras unde nocẽs ferrum, quod Naſo ait, ferroque nocentius aurum eruatur effodere, ipſa quoque horrida, & quæ primi homines tantummodo mirabantur maria penetraſtis, ubiq; laborem, ubiq; periculum conquirentes, inq; hoc unum uigiles, atq; ſolliciti, ſegnes ad reliqua. R. Magna cum claſſe maria ſum ingreſſus. R. De regreſſu cogita, ingredi nempe perfacilè eſt. Solet æquor intrantibus planum eſſe, progreſsis ſæpè monſtroſum ac difficilè, tamen inter homines, natos, inter Delphines & Tritones uitã agere, mira uaſti animi uoluptas. G. Magna mihi claſsis & ualida eſt. R. At fortaſsis utilius tutiuſque, uel breui in ſcalmo, uel ſicco de littore, inſidias piſcibus tetendiſſes, quàm claſſe armata uim gentibus intuliſſes. Multis quidem claſsis eximia noxam dedit audaciam, eoque impulit, ubi optarent domi eſſe. hoc & Graij Troia reduces, Capharæum ad montem, nominatim uerò Lacedæmones Arginuſis, Syracuſio Athenienſes in littore, & Carthaginenſes ad Aegeates inſulas didicêre. Multa ſunt claſsibus pericula, non ab hoſtibus tantùm, ſed ab ipſo mari, deniq; cum moriendi genera plura eſſent, hoc unum genus eſt additum. O cæci uitæq; quàm maximè diligitis prodigi, mortem undique quàm ſuper omnia timetis, arceſsitis.

De machinis & baliſtis. Dial. XCIX. GAV.

OMnis generis machinas habeo. R. Et hic quoq; furor regius, habere unde multis noceas cum uelis, quos beneficentiſsimos hominum eſſe oportuit. Et ob hoc unum regnis *impoſiti* & reges dicti ſunt, ut regant homines, atque ab eis ceu parentes colantur amenturque. Quidam etiam patres patriæ appellati, cuncta in contrarium agunt, ut ceu tortores ac prædones publici, cunctis formidabiles atque inuiſi ſint. G. Abundo machinis ad euertendas urbes idoneis. R. Quantò melius extruendas ſeruandasque, tu

fortaſſe glorioſus putas euertere, & uideri mauis tui temporis Poliorchetes, ſed non ſemper urbes machinis euertuntur. Cæſar quidem bello Gallico, cum aduerſus Atuaticos turres maximas erexiſſet, primùm cõtemptui hoſtibus fuit, quaſi rem impoſsibilem humanis uiribus moliretur, ubi autem moueri & mœnibus applicari illas uidẽre, é contemptu in ſtuporem ac pauorem uerſi, omiſſa defenſione ad deditionem confugẽre. Ac ciuili bello ipſius Cæſaris dux Brutus, ad Maſsiliam æquè erectis atque admotis parem ſtuporem obſeſsis iniecerat, ſed non parem metum, itaque egreſsi turres & machinas incenderunt. G. Abundo machinis & baliſtis. R. Omnia ferè quibus gloriaris ad iniuriam alienam potius, quàm ad tuum decus ſpectant. quantò erat honeſtius atque homine dignius abundare miſericordiæ inſtrumentis, quàm ſæuitiæ: habere quibus hoſpitalis & amicis & egentibus eſſe poſſes, quàm quibus urbes immeritas oppugnando, quietem publicam perturbares? G. Habeo machinas ingentia ſaxa torquentes. R. Saxa torquere furioſum eſt. G. Habeo machinas & baliſtas innumeras. R. Mirum niſi & glandes æneas, quæ flammis iniectis horriſono tonitru iaciunt. Nõ erat ſatis, de cœlo tonantis ira Dei immortalis, homuncio, niſi (ô crudelitas iũcta ſuperbiæ) de terra etiam tonuiſſet, nõ imitabile fulmen, ut Maro ait, humana rabies imitata eſt, & quod é nubibus mitti ſolet ligneo quidem, ſed tartareo mittitur inſtrumento, quod ab Archimede inuentum quidam putant, eo tempore quo Marcellus Syracuſas obſidebat. Verum ille hoc ut ſuorum ciuium libertatem tueretur excogitauit, patriæq; excidium, uel auerteret uel differret, quo uos ut liberos populos, uel iugo uel excidio præmatis utimini. Erat hæc peſtis nuper rara, ut cum ingenti miraculo cerneretur, nũc ut rerum peſsimarũ dociles ſunt animi, ita communis eſt ut unum quodlibet genus armorum. G. Baliſtis affluo. R. Melius belli odio & ſtudio pacis afflueres, cum cætera quidẽ arma inquieti animi, & degeneris ſigna ſunt, nec pacificis quidem grata, & bellatoribus inuiſa magnanimis. Deniq; ſic habeto. Qui baliſtam primus inuenit, ille aut pauidus fuit, aut proditor nocendi auidus & metuens hoſtes, itaq; cogitauit quod Lucanus ait:

longè tendere neruos
Et quò ferre uelint, committere uulnera uentis.

idq; de omni genere miſsilium puta, fortis bellator congreſſum hoſtis exoptat, quem ſagittarius uitat.

De theſauro repoſito. Dial. C. GAV.

THeſaurum in bella repoſui. R. Rem malam in uſus peſsimos. Quantò tibi alijs erat utilius, hunc & amicorum patriæ uſibus aceruaſſe, maximequè neceſsitatibus indigentium, ille demum theſaurus uerus eſſet, & theſauri pretium cœleſtis, nunc pretium eſt inferni. G. Theſaurus ſuppetit in uſum belli. R. Theſaurus animi uires extenuat, bellum uiros, utrunquè peſtiferum. G. Magno theſauro ſubnixus in bellum ſum. R. Solet iſte theſaurus poſſeſſori ſuo perdendi metum afferre, hoſtibus lucri ſpem, & bellandi ſimul audaciam. Quis non alacer in bellum eat, quo quærere multum poſsit nihil amittere? pugnaſſe quidem feruidè inopem ac uiciſſe, eundemquè mox diuitem refrixiſſe, apud Flaccum legis, & profectò ſi ad clariſsima rerum exempla inflecteris, uidebis Romanos dum fuẽre pauperes, omnium gentium fuiſſe uictores, tum uinci cœpiſſe, dum diuites facti ſunt, ita ad aduentum diuitiarum diſceſsẽre uictoriæ ac uirtutes, ſimulquè opum, comites delitiæ ac libidines ſubiẽre, ut non immeritò ſcriptores quidem temporum illorum, Romanæ paupertatis interitum queſti ſint. Virtutum nutrix optima eſt paupertatis, opulentia uitiorum. Victoriam de theſauro tuo ſperas, hinc potius metuendum, multos pauidos & imbelles, omnes tumidos ac ſuperbos, nullum penitus uirum fortem fecẽre diuitiæ. G. Magnum mihi theſaurum aggregaui. R. Tibi curas & inuidiam, hoſtibus ſtimulos, furibus ſollicitudinem addidiſti.

De uindicta. Dial. CI. GAV.

HOſtis in manus uenit, ultionis oblatà eſt facultas. R. Immò, experimẽtum tui an iræ mancipiũ, an clementiæ ſis amicus. quod niſi ad utranq; ferri poſſes, incertũ eſſet: Multi enim eſſe credunt quod non ſunt, experti autẽ quid ſint, ſciunt. G. Eſt mihi hoſtis in manibus, ulciſci poſſum. R. Alij potẽtiæ fines ſunt, decoris alij, nõ quid poſſis, ſed quid deceat æſtimandum eſt, ne ſi quantũ potes uelis, nil poſſe ſit melius. G. Vlciſci poſſum, nil dulcius eſt uindicta. R. Ira nihil amarius, quàm cur quidã dulcem dixerit, mirari ſoleo, ſin dulce aliquid ineſſe conſenſeris, dulcedo effera, uiro indigna, ac propria belluarũ, earũq; nõ omniũ, ſed præmordaciũ atq; ferociũ. Nil humanũ minus quã ſæuitia & feritas, cõtraq; nil homini ſuũ magis quã miſericordia et lenitas, quibus nihil tàm contrariũ quàm uindicta eſt, & quicquid animi impetu, homo in hominẽ committit aſperius. Quod ſi omninò uindictæ nomẽ dulce eſt, oſtendam tibi quo multa cũ gloria uti poſſis. Nobiliſſimũ uindictæ genus eſt, parcere. G. Vlciſci licet. R. Multo eſt ſatius, multoq; formoſius obliuiſci iniuriã quàm ulciſci: generoſior nulla eſt obliuio, quàm offenſæ, hanc ſummus Orator ſummo duci, ſummæ laudi tribuit, quod ſcilicet nil ſoleret niſi iniurias obliuiſci. Nihil autem prohibet unius laudem illi non ereptam, ad plurimos peruenire. hoc inter multa præcipuum præ cunctis opibus habent animi bona, non decreſcunt ſparſa, nec pereunt. Summè igitur & tu tibi nobiliſſimam hanc opinionem Cæſaream, quæ te multò faciet clariorem, quam cyneam tarmadamqúe memoria ſua. Illa enim naturæ fuerit, hæc uirtutis. G. Vlciſci iuuat. R. Vltionis momentanea delectatio eſt, miſericordiæ ſempiterna. duorum nempe delectabilium, illud præferendum quod diutius delectat. Fac tu hodie quo perpetuo delecteris, nulla uerò maior, nulla firmior delectatio eſt, quàm quæ de puritate conſcientiæ, & rerum benè geſtarum recordatione oritur. G. Honeſtum eſt ulciſci. R. Honeſtius miſereri: multos clementia honeſtauit, nullum ultio. Nihil tàm neceſſarium inter mortales, nihil tàm commune quàm uenia: nemo enim qui non peccet. nemo cui non miſericordia opus ſit, quàm negata, quis tàm multos criminum & culparum extricabit nodos, aut diſſutum diruptumq; ſocietatis humanæ fœdus ſartiet? Semper inter ſeſe homines, ſemperq; in illos decertabit ira dei. Nullus erit aut litium aut pœnarum finis, nec ceſſabunt arma nec fulmina, parce igitur, miſerere & compeſce animum, fac tu homini, quod tibi ab homine fieri uelles, quod à Deo uis. Impudenter à Domino ueniam petit, qui conſeruo illam ſuo negat. Homo homini iram ſeruat, & à Deo quærit medelam? in hominem ſibi ſimilem non habet miſericordiam, & de pecatis ſuis deprecatur? G. Non infero iniuriam, ſed ulciſcor. R. Quid refert, primus pecces, an ultimus? non eſt æquum ut quod in alio improbas, in te probes. Vis ne ſæuitiam in hoſte damnatam ſequi, fieriq; illi ſimilis moribus, cui diſsimilis animo ſis, quidqúe ille peſsimum habet, tuum facere? G. Volo quidem & licitum eſt ulciſci. R. Nec debes uelle, nec ulla id licitum lege eſt, ut defenſio licita ſit, ultio uetita. Scriptum eſt: qui uindicari uult à Deo inueniet uindictam. Et rurſus ut pauloantè dixi: Mea eſt ultio, & ego retribuam eis in tempore, dixit dominus. Illud tempus expecta, ſine ille te uindicet, qui & offendentis eſt dominus, & offenſi. Solet inter ſeruos domini communis eſſe cognitio, ſiquid ingenui habes, ſi qua tibi perfectionis habitus cura eſt, opta potius atque ora, ne ille quidem uindicet. ſic hoſtis crimen in tuam uerteris ſalutem. G. Vlciſci eſt animus. R. Da iræ ſpatium, da conſilio tempus, frena impetum differ aut deſinet aut lenteſcet. Breuis hora ſedat iratum æquor. G. Vlciſcar. R. Vno actu multos offendes, una iniuria ſæpè innumerabiles hoſtes fecit. G. Vlciſcar. R. Plus teipſum læſeris quàm hoſtem, illi corpus forſitan aut opes, tibi animam famamqúe corruperis. G. Vlciſcar. R. Quotiens ulciſcendi ſtudio iniuria geminata eſt, læſo ſæpè unicum diſsimulaſſe remedium, ſæpè uel quæſtum eſſe, uel nutu tacito ſenſum iniuriæ prætendiſse periculum fuit. G. Perdere hoſtem poſſum. R. Melius eſt amicum quærere quàm hoſtem tollere, ſed utrunque ſimul optimum, quod nulla arte melius quàm parcendo fit cum ulciſci poſsis. Aptiſsimum tollendis hoſtibus inſtrumentum

 eſt leuitas,

eſt leuitas, in quo ſi creditum eſſet, Herennio ſeni ſapientiſsimo, nec Samnitum exercitus modo uictor, collo iugum Romanum, nec iugum primo cum reliquis, mox ſecurim ſolus Imperator Pontificus pertuliſſet. G. Vlciſcendi pungor aculeis. R. Reſiſte cogitationibus pijs, exemplisq́ue omnibus quæ leniorem in partem inclinare animum poſſunt, & in primis memoria uitæ breuis & ambiguæ. Hæc enim Senecæ cui aſſentior, efficaciſsima uidetur de iracundia lenienda: cui is ipſe quem memoraui doctor accedit. nam quid aliud ſentiebat, ubi ait? Memento nouiſsimorum & deſine inimicari. Sic eſt enim nilq́ue inimicitias magis alit, quàm conditionis obliuio. ſiquidem iſte cuius mortem ſitis, ne dubita, moriturus haud dubiè eſt, & idipſum citò, fortaſsè hodie, tuq; illum forſitan, quod non cogitas præcurſurus: expecta paululum, ſubſiſte, fiet quod fieri optas, & quod metuis fiet. Cæterum mors quam hoſti paras, ſine tuo illi ſcelere præparata eſt, quid iuuat fati curſum properantis impellere, & morituri ſanguine, morituras manus inficere, non ſceleſtum modò, ſed ſuperuacuum eſt impietate tua, proximum ac feſtinans tempus arceſſere, quod ſi ualde uelis, nulla poſsis pietate repellere aut differre, quantò tranquillius atque honeſtius ille integer & illæſus, tu ſiccus & innocens, quàm uterque cruentus & tu noxius hinc abibis. G. Vrgeor ulciſcendi ſtimulis. R. Caue ne ceſſeris, ſed oppone eis memoriam eorum qui non tantum mites hoſtibus, ſed fauentes ac benefici fuêre. contraq́ue illos tibi propone, qui membratim cæſis hoſtibus, ad hũc rabiem ſpirantes, nec quicquã in non ſenſura cadauera ſæuierunt. De hinc tecum elige quorũ ſimilis eſſe malis, neque actus ſolos, ſed & uerba cõfer. Pars enim nõ parua crudelitatis in uerbis eſt, crudelis pes, crudelior manus, crudeliſsima lingua eſt. Sæpe animi ſæuitiam, quam manus nõ æquauerat, lingua tranſcendit. illa uero optima, ut crudelitatis ſic dementiæ teſtis eſt. Sonet igitur ad aurem tibi illa cuius non multo antè meminimus Hadriani uox, ſimulq; illa Tyberij, de quo ſcriptũ eſt, quod cum audiſſet, unum è reis Carnulium nomine, anticipaſſe mortem, exclamauit: Carnulius me euaſit. ô uox ferox, & ſi dici poteſt, ipſo uocis auctore ferocior, quid uſitati ſupplicij cogitabat, quem ſe in uinculis manu ſua perimens euaſiſſet? Ecce duo igitur unius ſtatus ſed mentium diuerſarum, uno & eodem uerbo quàm uariè uſi ſunt. Ille ad præſentem hoſtem euaſiſti, ait, hic de abſente, euaſiſti inquit, ille ſuo hoſti uitam donauit, hic inuidit mortem. Elige quid horum potius ac te dictum uelis dici, an tranquillum illud uerè principis, an illud alterum immanè carnificis. Nec ignoro quàm ſit promptius iubere iſta quàm facere, & quid obijci poſsit intelligo. Difficilius in ſuis quàm in alienis iniurijs mitem eſſe, difficilè fateor, ſed bonum, de bono autem ac difficili omnem eſſe uirtutem, nec tu neges, uirtutis amatoribus ſunt cuncta facilia. G. Fixum eſt ulciſci. R. Vincit pars deterior, obſta illi, dum adhuc potes, uictoriamq́ue illi priuſquàm ea uti cœperit eripe, ſtratamq́ue manſuetudinem attolle. Memento te hominem, multos quidem uindicaſſe pœnituit, neminem peperciſſe. G. Vltus ſum. R. Vinci ab hoſte præſtabat, hoſtis uictorem uicit ira.

De ſpe uincendi. Dial. CII. GAV.

BEllo uictoriam ſpero. R. Cum fallax ubilibet, tùm in bello fallaciſsima eſt. Nihil ex præmeditato agitur, inopiæ erunt omnia, prudentiſsimus atque exercitatiſſimus militarium rerum fuit, qui dixiſſe fertur, nuſquàm minus quàm in bello euentus reſpondere. G. Victoriam ſpero. R. Pacem haberes utilius, eiuſdem ducis uerbum memorabile traditur: Melior tutiorq́ue eſt certa pax quàm ſperata uictoria. G. Bello uictor ero. R. Quid ſi uictus? hæc ſpes multos in exitium egit, ſine uictoriæ ſpe nemo uolens in aciem deſcendit. G. Bello ſuperior euadam. R. Futuri uerbum temporis. omnis enim de futuro ſpes, & futura omnia ſemper ambigua. G. Bello uictor remeabo. R. O ſpes hominũ inanes, nec uictor fortaſsè, nec uictus remeabis, ſic tibi reditum ſpondes, apertumq́ue inter gladios iter, acri deuotum claſsico Marti caput. G. Eſſe uictor ſpero. R. Et qui contrarium ſperet, uel falli uel utrunque uel alterum ſit neceſſe. poteſt uel alter uel uterque dux partium, ſeu alter ſeu mutuis uulneribus

ſimul

ſimul occumbere, quod & ſæpè credo alibi: et quod nunc meminerim, Thebis ultimo inter fratres impios congreſſu, & Romæ primo poſt exactos reges accidiſſe proditum ex bello, ut Superbi regis filium, Brutus Coſs. ad inferos proſecutus eſt. Amiſſo autem ſpiritu iã uictoria nulla eſt, quo ſeruato, ſæpè tamen acie pari Marte diſceſſum tenes. utrobiquè igitur ambos duces ſuæ uictoriæ fraudatos conſtat. Vnum nempè fraudari tàm commune, tamquè quotidianum eſt, quàm in aciem proficiſci. Quid ſcis autem, an unus ille tu ſis, hac qua tibi blanditiris uictoriæ ſpe fraudandus? G. Bello uincam. R. Vt anceps ſemper, ſic ſæpè triſtis & ſanguinolenta uictoria eſt, non habetur gratis, quod uitæ diſcrimine quæritur, carè emitur, cuius ſanguis eſt pretium, charius cuius mors fieri poteſt, ut pax uictrix ducem perdat, ita tuis uincentibus uici potes. Quid de uictoriæ ſceleribus dicam? Non ſunt tot uicti miſeriæ, quot ſunt peccata uictoris. Quod ſi peccato miſerius nihil eſt, nec uictus eo quàm uincitur uictore miſerior, ſed eò minus miſer quo minorum rerũ damnis afficitur. G. Vincam. R. Vt ad ſummam redigam & an uincas, & an melius ſit uiciſſe, ſi uiceris in dubio eſt.

De uictoria. Dial. CIII. GAV.

AT uici. R. Caue ne te uincat ira, ſuperbia, crudelitas, furor, rabies. hi ſunt enim uictoriæ comites & uictorum hoſtes inuiſibiles, & horrendi à quibus ſæpè clariſsimi uictores turpiſsimè uicti ſunt. Nondum te uocat ad calculum fortuna longa & perplexa rationum ſeries, creditrix uiolenta & pertinax, cum qua tibi nunc quoque negotij multum reſtat, mutuum repoſcere ſolita eſt magno cum fœnore. G. Magno prælio uici. R. Victor prælio ſæpè uictus eſt bello. G. Vici autem. R. Quotiens uicere Carthaginenſes? quotiens Galli? gentesquè aliæ: quotiens autẽ uicti ſunt Romani, ſed ſpectandus eſt rerũ finis, earum maximè quæ uoluũtur & ſtare neſciunt. G. Vici certè. R. Et ſi certus belli exitus, adhuc euentus eſt dubius, & de læti triſtitia & læta de triſtibus erumpunt. G. Magnam uictoriam quæſiui. R. Nil tàm magnum ut non nimio quæri poſsit, eſt ubi plus uulnerum ac funerum uictorioſa pars computat, ſi non credis, Xerxem atque Thermopylas interroga. G. Magnæ uictoriæ ſors fuit. R. Vix poteſt magna uictoria, paruo pretio conſtare, de bello omnium maximo, omnium maximus hiſtoricus dum ageret: Adeò, inquit, uaria fortuna ancepsq; Mars fuit, ut propius periculo fuerint: qui uicerunt. G. Plenè uici. R. Non eſt plena uictoria, ubi armatus hoſtis ſupereſt, quanquam & ſi hunc oppreſſeris alij renaſcentur, quaſdam nempè uictorias, ceu ſementem dicas eſſe bellorum, ſic odia ferro trunca repullulant, denſanturquè & rediuiui in aciem redeunt bellatores, non ut fortaſsis imaginatio uehemens olim Caſsio à ſe caſi hoſtis imaginem ſupremo illo ſuo die obuiam dedit, tàm tremendo aſpectu, ut audaciſsimum uiuentem illum non timuerat, defuncti ſpecies in fugam uerteret: ſed ita, ut pro uno multi redditi ueris manibus, uerum ferrum moueant in illos, qui uiciſſe uidebantur. G. Vici, iam ſecurus ſine hoſte ſum. R. Stulte, dum erunt homines, non deerunt hoſtes. tu Romanæ urbi poſt innumeros triumphos edomitumq; orbem non defuiſſe hoſtem legis, & tibi defuturum ſperas? quieſcenti forſan hoſtis deerit, at pugnanti nunquam. G. Victor ſum. R. Caue ne ſis fruſtrà, uti ſcientibus uictoria fructuoſa eſt, uti autem dico, non eo modo, quo Maharbal Hannibali, ſed quo Hanno Reipub. conſuluerat. Nam profectò uſus fructusquè uictoriæ optimus pax eſt, neque ad alium quàm ad pacis finem, iſta bella ſuſcipiuntur. G. Victoria mecum eſt. R. Vide ne euolet: allata eſt.

De inimici morte. Dial. CIIII. GAV.

DE inimici morte lætus ſum. R. Sperare de inimici morte aliquid, ſeu cuiuſpiam hominis uel gaudere, illi forſitan ſit permiſſum ſiquis uſquam eſſet immortalis: ſperare autem alterius mortẽ, quæ tibi poſsit ante contingere, uel gaudere id hoſti eueniſſe, quod tibi neceſſariò euenturum ſit ſtulta ſpes inane gaudium. G. Gaudeo de

inimici morte. R. De tua alius mox gaudebit. G. De inimici morte gaudeo. R. Si quam ueſtræ conditionis memoriam haberetis, nunquam homo de morte hominis gauderet, quando enim quæſo duorum, qui ſimul ad ſupplicium ducerentur, alter alterius de morte gaudium cœpit? ſciens ſibi idem ſupplicij genus inſtare, & non potius in illius morte ſuam cogitans, ingemuit? G. De inimici morte gaudium ſenſi. R. Quotiens putas, optata mors hominum uoti compotes torſerit, & optare uitam fruſtra cœperint, qui nõ fruſtra mortem prius optauerint, dũ intelligere incipiunt in ſuam ſe perniciem optaſſe. Sed præcipites ſunt effectus uiri, quicquid uultis, ualde uultis, quòd de Marco Bruto dixiſſe Iulius Cæſar, fertur. Immò uerò nimium uultis, nec feruens deſideriũ moras fert, itaq; quicquid uultis ſtatim uultis, hic non modò uota impia, ſed uenena, ſed cædes, & quicquid homo in hominem ſtruit, nocẽtiſsimum animal in ſuam ſpeciem. Multa uerò optatis, quæ ſi in conſilium ratio eſſet admiſſa, timeretis, & uarietas uotorum malæ electionis argumentum eſt, nec prius ad rectum redit impetus, quàm inconſulti affectus infauſtis caſtigentur effectibus. G. De morte hoſtis gaudeo. R. Si eſt hoſtis inglorius, de ipſius morte gaudere turpe eſt, & dolere ſuperfluum: ſin illuſtris, honeſtius piusq́ue eſt dolor, & ſi non propter hominem, at propter uirtutem quæ indies rariora habet hoſpitia. ſic Metellus Macedonicus Africani iunioris, ſic cæſar Pompeij, ſic Alexander Darij mortẽ fleuit. G. Gaudeo de inimici morte. R. Quomodo de illius morte gaudeas quẽ diligere iubearis, non ut hoſtem, ſed ut proximum eiuſdem opus opificis? De inimici morte gaudeo. R. Nõ audis forſitan, an contemnis conſilium notiſsimum Sapientis: Noli, inquit, de inimico tuo mortuo gaudere, ſciens quoniam omnes morimur, & in gaudium uolumus uenire? ſanum prorſus ſeu conſilium ſeu præceptum.

De ſpe pacis. Dial. CV. SPES.

SPero pacem. R. Melius eſt pacem ſeruare quàm ſperare, ſtulti enim eſt faſtidire res certas, ambiguas ſpes amplecti. S. Pacem ſpero. R. Tenuiſſes eam artius, nec abire ſineres quàm ſperares, quid enim ſi ad hanc ſpem impatientia te duxit tua, ut ſperando angi eligeres, quo gaudendo uti poteras? S. Pacem ſpero. R. Spes pacis multos perdidit, ſperatæq́ue paci ſuccedens, inſperata calamitas incautos obruit ſopitosq́; quos expertos inueniens non læſiſſet. S. Spero pacẽ. R. Quid tamdiù ſperas, quod mox aſſequi in tua ſitum manu eſt? rari ſunt qui pacem non inueniant, ſi bona fide uelle cœperint, ſed hi ipſi quibus dulce nomẽ pacis, pax amara eſt. Pacem itaque petentes, paci obſtant. Quatuor uobiſcum habitant pacis hoſtes, auaritia, inuidia, ira, ſuperbia, has in exter num exilium pellite, pax æterna erit. S. Spes pacis haud dubia eſt. R. Inter ſpem pacis & pacem multa incidunt, lene uerbum, geſtus facilis, compoſitam ſæpè turbauit pacẽ, ipſi tractatus pacificiq; ſermones, ferro ſæpe franguntur, animosq; acuit bellum atq; aſperat pacis ſpes. Sic amicitiæ mentionem irritam, quaſi cotem dixeris odiorum. S. De pace agitur, pax erit. R. De pace crebrò nec quicquam agitur, nonnunquam uerò periculosè de pace agebant atq; egerant, & Gallorum, & Pœnorum duces, quando illos Camillus oppreſsit, hos Scipio. S. Poſt belli finem pax firmabitur. R. Quantò firmata eſſet utilius ante belli principium: quot damnis ac mortibus tempeſtiua pace eſſet occurſum? ſed uos pueri contumaces ac diſcoli, ſine uerberibus non ſapitis, in pace bellum, in bello pacem quæritis, neq; unquam niſi bello afflicti pacem uel noſcere incipitis, uel amare, eamq́ue ut perditam fletis, ſic mox redditam pari leuitate contemnitis, donec nos iterũ atq; iterum amiſſa perdoceat, bona ueſtra non ſpernere, mala ueſtra non cupere, deniq; nõ ineptire, non furere, quod ante quàm aſſequamini pudeat. Sæpiſsimè idem uobis audiendum, nec audiſſe ſat eſt, ſæpiſsimè uidendum & experiundum dicam propriè, ut diſcatis aliquid, ſæpiſsimè uapulandum eſt. S. Bellum pax ſequetur. R. Melius præceſsiſſet bello iter obſtructura, nihil inſanius quàm ſpe remedij ultrò uulneri ſeſe offerre, auxilium non cauſam dant fomenta uulneribus. ægro ſalutem optare natura eſt, ſano ægritudinem ſpe ſalutis inſania. S. Pax futura eſt. R. Solet pax urbibus mutationem rerum afferre peſtiferam,

peſtiferam, optima quidem ipſa, ſed peſsimis circumuoluta comitibus, iniquis legibus, fluxis moribus, occultis odijs, aperta tyrannide. Recordare quid ciuili olim bello præſagus ille dixit, nec fefellit:

Superos quid prodeſt poſcere finem?
Cum domino Pax iſta uenit.

Melior eſt autem bellicoſa libertas uiris fortibus, quàm pacifica ſeruitus. S. Pacem habeo. R. Interim bellum habes.

De pace & inducijs. Dial. CVI. GAV.

PAcem habeo. R. Bonum ingens ſi ſincerum eſſet atque perpetuum, neutrum ſanè eſt. Nam neque nouum eſt, ſed commune nimisquè quotidianum eſt, ut ſub umbra pacis bellum lateat, neque pacem, quamuis puram, diurnam ſinit animorum inſtabilitas, ſecum aſsiduè nonminus quàm cum hoſte pugnantium. G. Pax quæſita eſt. R. Sed amiſſa eſt cautio & diſciplina militaris, fida urbium tutela, quæſita aut lenta ſegnities, & ſemper periculoſa ſecuritas, cum in multis nempè ſit melior bello pax, in hoc uno bellum melius quod cautius atque experientius. Nunquam Romana uirtus abijſſet, ſi bellũ Carthaginenſe manſiſſet, pax Punica, Romanæ urbis excidiũ fuit, urbibusquè alijs documentum ſempiternum, nõ ſemper populis atque impijs optimam pacẽ eſſe: idquè uir optimus Naſica, malè non ſibi creditum iurabit, & uera locutũ docti omnes fatebuntur. G. Pacem habeo. R. Modeſtè utere, bello quolibet funeſtior pax ſuperba & negligens, ſæpè armati inter gladios tuti, mox togati in gladios inciderũt, & ſeris motis optauêre bellum. Quid ruinam morum, atque ipſius humanitatis interitum loquar? quot iam bello uiri optimi, pace peſsimi euasêre, quaſi cum armis omnem penitus exuti uirtutem, mox cum toga uitia omnia induiſſent, ſic interior habitus cum exteriore mutatus eſt, cuius quidem rei, & ſi multa millia hominum in teſtimonium trahi poſſunt, tamen abundè ſuffecerint teſtes duo, Sylla & Marius, quorum primum, ut de illo ſcribitur, neque laudare, neque uituperare quiſquam ſatis dignè poteſt: quia dum quærit uictorias, Scipionem ſe P. R. dum exercet ſæuitiam, Hannibalem repræſentauit. Secundus uerò uir fuit, ut de illo itidem ſcriptum eſt, cuius ſi examinentur cum uirtutibus uitia, haud facilè ſit dictu, utrum bello melior, an pace pernitioſior fuerit, adeò quam Rempub. armatus ſeruauit, eam primò togatus omni genere fraudis, poſtremò armis hoſtiliter euertit. G. Pacem patriæ partam lætor. R. Quid ſi pax interdum, quod in homine optimum eſt, extinguit nutritq; quod eſt peſsimum? Notum eſt illud Satyrici, qui cum de cauſis priſcæ illius Romanæ uirtutis multa dixiſſet, inter quas eſt, & proximus urbi Hannibal, ad extremum intulit:

Nunc patimur longæ pacis mala: ſæuior armis
Luxuria incubuit, uictumq; ulciſcitur urbem.

Eſt'ne autem oro te, ulla pax tanti, ut non odioſa ſit uiris egregijs comitante luxuria? Certè altius cogitãti, depoſitis licet armis, pax uideri nequit, ubi bello domeſtico uitiorum inſidioſiſsimo, & carente inducijs oppugnantur animi, boni mores in exilium pelluntur, uoluptates imperant, uirtus opprimitur. G. Pax firma eſt. R. Et pacis comites licentia ac libido, & ut diſcrimina nec pauciora nec minora quàm belli. Illa enim corporibus, hæc animis peſtem ferunt, ſæpè etiam corporibus, itaque multis lorica fœlicior quàm toga, campusquè ſecurior quàm thalamus, tuba quàm tibiæ, Sol quàm umbra. Sunt quibus nil tutius bello ſit, quod Iuliũ Cæſarem prædicantẽ de ſe ſuisquè militibus audiſti, pacẽ uerò ſi ſine uitijs ueniret, & cœleſte munus, & ſecũdũ nulli bonũ fateor, rarò autẽ ſine uitijs uenit. G. Sed feci inducias. R. Dediſti hoſti ſpaciũ ad colligẽdas uires, quibus fortius te feriret. G. Inducias habeo R. Cognatæ inducijs inſidiæ ſunt, multa ꝑ inſidias hoſtiliter fieri uideas, plura etiã facta legis, ut nil aliud belli cõſilia licentius agitant, liberius cõtrahunt auxilia, quoſdã bello inuictos, induciæ cõfecêre. G. Sũt mihi cũ hoſtibus induciæ. R. Ignauũ tẽpus, nec pace lætũ, nec bellis exercitũ, ſed dubijs inter

utrunque pulſum fluctibus, ubi & tumor paci obſtat, & timor bello, neſcio an ſit grauius pendere quàm ruere, reſpirandi tempus optare fatigati eſt, miſeri autem & inſani eſt, nec pacem pati poſſe nec bellum.

De pontificatu. Dial. CVII. GAV.

AD pontificatum ueni. R. E tempeſtate in portum fugi ſolet, tu è portu in tempeſtatem ſponte fugis, tu mirus nauta. G. Pontificium ſum adeptus. R. Parū ne difficilis, parum grauis unius omine tibi cura uidebatur, niſi omnium curas in te unum, atque omnium ſarcinas tranſtuliſſes, fortes humeri, an fortis ambitio, eò animos cogens, ubi malè ſibi futurum ſciunt. G. Ad pontificium aſcendi. R. Quo tramite uideris, duplex eſt enim uia, utraq; ad laborem, altera uerò etiam ad miſeriam ducit, quacunq; perrexeris, uel te miſerū, uel ut optimè ceſſerit ex libero ſeruū ſcito. Sic qd aſcendiſſe diceris, deſcendiſti, unus iam illorū, quibus canitur propheticū illud: Qui deſcendūt in mare nauibus, facientes operationē in aquis multis. qui aſcendunt uſq; ad cœlos, & deſcendūt uſq; ad abyſſos, quorū anima in eis tabeſcēte, ꝓpter negotiorū multiplicium procellā. Turbati ſunt & moti ſunt ſicut ebrius, & omnis ſapiētia eorū deuorata eſt. G. Sūmi ſolium pontificatus aſcendi. R. Quò mare altius, & uenti plures & perículoſior tēpeſtas. G. Romanus pontifex factus ſum. R. Quò maior urbibus Roma eſt, eò maior te laborū moles manet. erunt qui te colant, qui adorent, qui obſideant ac circunſtent, qui tibi ſerico terram ſternant, auro niueos frenent equos, qui uina dapesq́ue inſtruant ac p̄lambant, priſcis pontificibus inauditum obſequij genus: ex diuerſo erunt, qui omiſsis proprijs rebus in te figant oculos, te notent, de te iudicent, & quàm iuſtè Deus uiderit, qui denique mores tuos arguant, uerba diſtorqueant, famam lacerent, uitam carpant, quicquid uſquam mali erit, quaſi è fonte unico malorum, ex te prodijſſe dicent, populi diſcordiarum, ſcelerumq́ue omnium unus tu cauſa uocaberis, quomodo, inquient, ſanum erit Eccleſiæ corpus, cùm ægrum ac languidum ſit caput? Eſt'ne, oro te, tanti uel aureum poculum, uel cubile purpureum, uel gemmatus uertex, ut quietis & famæ pretio quæri uelit? G. In ſummum pontificem ſum electus. R. Verſa ut libet hac in te tàm expetita hodie, quod eſt totum uel inane uel durum eſt, ut non immeritò quidam ſummi Pontifices tædio rerum uicti, nō ſupplicium aliud quàm fœlicitatem illam hoſtibus ſuis optauerint: nam ut paucis expediam, ſummus pontificatus ſi ritè geritur, ſummus eſt honor, ſummum onus, ſumma ſeruitus, ſummus labor. at ſi male, ſummum animæ periculum, ſummum malum, ſumma miſeria, ſummus pudor, anceps ex omni parte negotiū. G. Summi pontificatus ſedem teneo. R. Non tenebis diù, breuis eſt hominum uita, regum breuior, pontificum breuiſsima, eò quod propter pondus uaſtatricum curarum, ætas ipſa Pontificis Romani tempus anguſtat, quæ ad hoc culmen niſi ad modum feſſa uix peruenit. G. Summi pontificatus in uertice ſedeo. R. Quò ſublimior ſedet eò grauior caſus, uix ex alto ſine periculo, aut labore deſcenditur. cura ut deſcendas ſobriè, ne in illo grege reperiaris, de quo dictum eſt. Tolluntur in altum ut lapſu grauiore ruant. ex omni quidem mortali faſtigio deſcendendū nemo dubitat, ſed hoc intereſt, quod iuſtorum ac ſapientum deſcenſus, reliquorum uerò præcipitium ac ruina eſt, ideoq; Pœnus ille dux moriens, qui dixiſſe fertur: Finis ad alta leuatis, eſt ruere: non impropriè ait, ut iniuſtus. G. Summi pontificatus arcem rego. R. Solebant primi ex hoc ſtatu ad martyrium peti, nūc ad delitias uocari credunt, ideoq; certatim hic locus appetitur, & huc omnium fermè mortalium uota ſuſpirant. quis autem uel Romanum uel quemcunque pontificatum aliam cupit ob cauſam, niſi quo potentior ac ditior ſit? contra iuſtitiæ præceptum præeſſe quæritur non prodeſſe, quodq; ſacrilegium pudendumq; uel dictu eſt, magnis ſæpè muneribus, quin & pactis & ſponſionibus ſpes emitur ſacerdotij pinguioris. O uertigo morum peſsima, ad quod olim conſueuerant & deberent cogi homines, inde nunc retrahi non poſſunt, & tàm præceps feruet ambitio, ut non Chriſtianus pudor ac modeſtia uideatur, ſed ardor & peruicacia paganorum, quàm in huiuſmodi petitionibus tantam fuiſſe didicimus, ut de Iulio Cæſare lectū ſit, ꝙ Pontificatum

Maximum

Maximum perijt non ſine profuſiſsima largitione, in qua reputans magnitudinem æris alieni, cum mane ad comitia deſcenderet, prædixiſſe matri oſculanti fertur: Domum ſe niſi pontificem non reuerſurum: nec fefellit. Pontifex eſt reuerſus. Liquet autem quo impetu illud ambierit, quo non impetrato uel moriendum ſibi certè, uel exulandum eſſe decreuiſſet. hoc illi autem utrunque licuerit, cui à patria errare propoſitum ſit, regnare. ita ut iniuriam ſuam putet, ſi qua eſt orbe poteſtas altera quàm Cæſar, ſi tellus ulla duorũ eſt: at Chriſtiano homini cui propoſitum ſit ſeruire, dominiquè ſui iugum ferre, Pontificatum quomodo liceat ambire non uideo, nõ modò largitione profuſiſsima, ſed quod non multò minus eſt turpe blanditijs atq; mendacijs indignis uiro artibus, ſed communibus adeò, ut hæc ferè iam unica ſit in altum uia. G. Romanus Pontifex ſum. R. Seruorum ſeruus diceris, caue 'ne dominorum dominus fieri uelis, memento profeſsionis, memento debiti, memento Domini, qui meritò nulli magis quàm uicario læſus iraſcitur.

De fœlicitate. Dial. CVIII. GAV.

SVm fœlix. R. Pontificatu forſan, aut imperio, aut omnino potentia atque opibus fœlicẽ fieri credis. falleris, non fœlicẽ faciunt iſta uel miſerum, ſed detegunt atque oſtendunt, & ſi quid facerent, miſerum potius quàm fœlicem facerent: ſunt enim plena periculis, quibus humanarum eſt affixa miſeriarum radix. G. Fœlix ſum. R. O' miſer, qui in tot malis te fœlicem ſperes. G. Sum fœlix. R. Opinione fortaſsis tua, quæ quoniam falſa eſt, fœlicitati nihil addiderit, ſed miſeriæ multum, ſiquidem propriam non noſſe miſeriam, miſeria ſumma eſt. G. Fœlix ſum. R. Hoc inter carnificum gladios magnus ille Pompeius de ſe prædicat, quod tamen ſi profundius uerum fodis, nunquam fuerat, ne tum quidẽ, dũ florentiſsimo in ſtatu fœliciſsimus uideretur. G. Sum fœlix. R. Fœlix es, & unus uiator inſolitus, mirus curſor, qui in hoc ſerupeo & difficili calle ſis fœlix, inter mille pericula raptatus iugiter, & ignorans, quo ſi quidem hic es fœlix, quod nemo unquã fuit, nemo erit, ut auguror. Nã quis quæſo hominum fœlix in miſerijs? nemo igitur fœlix, priuſquàm ex hac miſeriarum ualle migrauerit. Duos quidẽ è cũctis mortalibus colligũt fœlices, in quibus opinatiſsimus eſt, quintus Metellus, & apud ſcriptores rerum, & uulgò etiam fœlix: ſed huic tamen quamuis latè iactatum fœlicitatis nomen, in quibuſdam exactioribus ſcriptis ereptum ſcio, iniurijs a'iquando grauiſsimis, & quod dolorem ingeminat, uili ab auctore ſuſpectis. Iam reliquorum falſa fœlicitas in aperto eſt, Sylla fœlix tantum dictus, infœlicem tamen uitæ illum ac mortis atrocitas probat. Alexandri Macedonis ac Iulij Cæſaris, & ſi fortuna proſperrima, uita tamen inquieta ſemper ac turbida, atq; ideò nunquam fœlix, utriuſque mors rapida, ille in medio bellorum curſu, hic poſt uictoriam repertè, ille ueneno perijt, hic ferro Scipionum bellicam fœlicitatem, alterius indignũ exilium, indigna quoque alterius, & inulta mors minuit. Longum eſt euoluere ſingulorum fortunas. Ad ſupremum uenio: unus omnium ferè omnibus fœlix uiſus eſt Auguſtus Cæſar, monarchia omnium altiſsima, diuturna pace, uitæ ſpatio ac fine ſuauiſsimo, quodq; omnia ſuperat, morum atque animi tranquillitate perpetua. quis hunc fœliciſsimum negauerit? ſed infœlicem negant, quibus hæc ſcrutandi ſtudium fuit. Obſtat enim extrinſecis fulgoribus interioris ac domeſticæ uitæ ſtatus, & fortuna longè alia, naturalis ac uirilis ſobolis defectus, adoptiuorum ac nepotum immaturæ mortes, & quorundã morte peior contumacia: ad hæc & uiliſsimorum quoque hominum inſidiæ, & ſuorum in ſe crebræ conſpirationes, & dilectiſsimæ atque unicæ filiæ ac neptis adulteria crebriora, denique non ſuus hæres, ſucceſſorque non placitus, & neceſsitate magis quàm iuditio electus, nec omnino ſe dignus nec imperio, ſi horum ergo nemo fœlix, uel fœlicem alium da mihi, cum quo fœlix ſis, uel ſine conſorte fœlix eſto, uel iam tandem ueriori ſententiæ aurem præbe, ſecundum quam dico iterum: Ante mortẽ nemo hominum fœlix. G. Ego animo fœlix ſum. R. Sentio quam fœlicitatem dicis, aut fœlix igitur errore tuo es, ut ait ille, quæ fœlicitas, ut dixi, miſeria eſt: aut uirtute animi fœlix, quæ nec ipſa fœlicitas plena eſt, quamuis ſit ad fœlicitatem uia. ad poſtremum cuncta diſcutiens, me mirari non

diſsimulo,

diſsimulo, quã mihi fœlicitatem quidã ſomniant promittuntq; alijs, acutiſsimi homines in multis ac parte cæciſsimi; nam ſiue omnium cumulus honorum ad fœlicitatem, isq́ue inde ficiens ac ſtabilis requiritur, & quàm multa deſint homini, uitæ ſtudium hoc agenti pro ſe quiſq; ſentit, & hæc ipſa quæ adſunt quàm incerta, quamq; labilia ſint agnoſcit, ſiue ꝙ alijs uidetur, ſola uirtus hoc pſtat, certè ipſi, qui ſecundum uirtutem uitam agunt, quos diffiniũt fœlices, quosq; fœlicitati proximos, non nego uitam ipſam perpetuis tentationum prælijs patiuntur infeſtam, periculis ſemper multis & grauibus expoſiti, nec unquam ante exitum ſecuri, quod ſiue neſciunt ſiue ſciunt, æquè miſeri ſunt habendi. Nulla enim cum errore, nulla ſine ſecuritate fœlicitas. G. Fœlix mihi ipſe uideor. R. Iam reſponſum habes, ſi fœlicẽ error faceret, pauciſsimi non fœlices eſſent, falſa ergo fœlicitas tua eſt, & ea ipſa perbreuis. Nulli errore diù cõtigit gaudere, ſola quidẽ ueritas ſolida eſt. Error tenuè quiddam & inanè, quod inter amplectentium manus, quaſi fumus aut umbra diſsiliat. Veniet quæ umbras ambigat, falſaq; gaudia in aptum protrahat, quæ fœlicitati humanæ uerũ pretium ſomnijs ponat. Quære interim ab ijsipſis quorum proximè mentio eſt habita, quære ab omnibus qui fœlices uel ſibi uel alijs uiſi ſunt, ubi 'nam gentium, quoúe nunc in ſtatu ſint: de ſua illa breui fœlicitate, quid ſentiant, tacebunt ipſi, ſed loquetur ueritas, teſtabiturq́ue habitos fœlices, fuiſſe miſerrimos.

De ſpe bona. Dial. CIX. SPES.

QVicquid in re ſit, ſpem mihi nullus eripiat. R. Hanc auferre poteſt nemo, ipſa ſeſe ſenſim eripit, & inopinis euentibus ſæpè luſa conſumitur. S. Spero multa. R. Et multa metuas oportet, ſine metu enim ſpes non habitat. S. Spero bona. R. Mala igitur times, ut enim oppoſita ſpes timori eſt, ſic aduerſo de fonte oritur, & neceſſè eſt, quod ſperare cœperis, eius contrarium ut formides. S. Spero læta. R. Sed incerta, quorum ſtudio, certa negligere dementia certa eſt, qui equidem quod non habet ſperat, quod habet obliuiſcitur. S. Sperare meliora non prohibeor. R. Quid ſi difficilia, quid ſi impoſsibilia, uenturaq; nunquam? quid ſi peiora, ſi peſsima ſunt quæ ſperas, & meliora tibi fingis? S. Iuuat in ſpe uiuere. R. Dic uerius in ſpe mori, nam & futura cogitantibus præſentia dilabuntur, & qui longinqua proſpiciunt, quæ ſub oculis ſunt non uident, & qui cras uiuere deſtinant, hodie non uiuunt, nondum eſt cuius initium ſperatur. Ita cum ſpes omnis boni abſentis expectatio ſit, conſequens eſt, ſperantem pro ea ſaltem parte qua ſperat, mali aliquid pati. S. Dulce eſt ſperare. R. Audio quidem multos hoc dicere, ſed hanc ego dulcedinem non agnoſco, nam ſi ſperare & optato carere etiam dulce eſt, quod qui dixerit haud dubiè geſtu caret. S. Sperare delectabile eſt. R. Ergo & pendêre & affici & torqueri ſpes eſt, & longi ſupplicij longa ſpes eſt, nil ſic animum fatigat, nil ſic ſenſum præcipitat: itaque ſæpè uir ſapiens, ſpem perditam lucrum uocat, ſeq; infinita cupidine liberatum ab expectationibus uanis, ad gaudendum bonis ſuis cogi, gaudet. S. De euentu ſors uiderit, ego in ſpe gaudeo. R. Vide autem ne quando forſan in re doleas, & optaſſe & ſperaſſe, & ſperata conſecutum eſſe pœniteat: multos quos ſuſpenſa diu torſerat, ad exitum ſpes ducta peſſundedit, multi uotiuis & ualdè, licet non ſat ſeris longè ſpei perſêre ſucceſsibus. S. Nemo mihi tollat ſpem. R. Nemo tibi tollat tædium ac laborem animi: audiſti ueteri dici ſolitum prouerbio. Magnus labor expectare. S. Rei bonæ expectatio blanda eſt. R. Sed & fallax & anceps & anxia, ſi hoc negas, nunquam aliquid expectaſti, ſed ſe fallentium inextimabilis turba eſt, quibus ad id quod agunt nihil prorſus inefficax ſeſe offert, nihil reſpuit, nulli ſe negat, flecti facilis & falli prona credulitas. Argumentum uerò leuitatis ingens atque amentiæ dixerim, paſsim obuias ſpes amplecti, & his illicò certis ut bonis paſci, ad quas docti omnes & experti rerum tardi ſunt. S. Bonã interim ſpem habeo. R. Interim dicis: credo dũ te illã fefellerit, hic eſt enim mos, inuiti ſpem deponitis, nunquam illam relicturi, niſi uos illa relinqueret, quin cum uos ſæpè reliquerit, mirum dictu, iterum atque iterum redeuntem cupidè ſemper excipitis, progreſsiq; obuiam quaſi oblitì ueterum, nouis armatam dolis. in-

cluſi

cluſi totiens cordis arce reponitis. S. Spem bonam uſq; ad ultimum non deſeram. R. Quid ſi diù ante illa te deſeruit? an 'ne illam retrahes, an ſequaris, an expectabis ut redeat? age autẽ ſpera, quando nihil eſt dulcius quàm falli. Non ego tibi ſpẽ quã mordicus tenes eripiam, tantum illud admoneo, non eſſe ſpem bonam quam tu reris, non eſt ſpes bona, quæ bonum ſibi propoſuit, ſed quæ benè. Bonum quidem ſperare ſceleſtiſsimi quoque homines poſſunt, immò & ſolent: Verè itaque bona ſpes eſt, quæ de uero bono ritè concepta eſt. hanc qui habet ſtringat, teneat, neque abire eam uel in ultimis ſinat, ſororesq́ue illi ſuas iungat charitatem, fidem. Hæc ſpes læta, dulcis, uerax, fœlix eſt, quæq́ue nec ſperantem fallit, nec confundit, ſed ad optimum prouehit, animumq; interim ſperati boni anticipatione lætificat. At uos ſeu uerum bonum malè meriti ſperatis, ſeu malis ueris falſum boni nomen imponitis, iure igitur ueſtra expectatio, antequam ueniat, mœſta eſt mœſtiorq́ue cum ueniret. S. Humanum ſapio, & de his loquor quæ homines uocant bona. R. Huius nominis, doctos olim inter homines longa lis fuit, quæ adhuc pendet pendebitq́ue æuum in omne, his unum in rebus, contrà autem illis bona multa ponentibus. S. Linquamus iſta Philoſophis, ego quæ uulgus dicit bona ſpero. R. Malum igitur tuum ſperas, quod uel dilatione te cruciet, uel falce opprimat exoptato. Fac ſuccedat enim, quòd ad corpus attinet, hoſti arma parauerís. quòd ad fortunam, uariæ & immitis dominæ iugum ſubieris: quòd ad animum uerò ipſum, magna etiam pars in cladem ac perniciem uerti queat, quoniam quæ delectant animum ſæpè & lædunt. S. Ieci ego ſpei bonæ anchoram nec mouebo. G. Atqui ſolent nautæ tempeſtate orta nauis anchoram præcidere ſi diuelli nequit, relictaq; illa fugã cape, nõ enim quod tranquillo mari apud Poëtã:

Dente tenaci anchora fundabat naues:

In magnis quoque pelagi motibus accidit, ubi nón naues fundat illa ſed alligat, & naufragio uinctas tradit. Nec, herclè, aliter inter ꝓcellas humanarũ rerũ, ſpes affixa & tenax, multos in exitium traxit, qui abſciſſa utique & abiecta ſpe incolumes euaſiſſent. Sæpè igitur ſubtrahenda ſpei anchora, uel ſi hæreat euellenda, ſi ne id quidem liceat, abſcindenda rerumq́ue ſub fluctibus relinquenda eſt, ut liberam uitæ pronam gubernaculo prouidentiæ dirigas ad ſalutis portum. S. Benè ſpero. R. Benè ſperando & malè habendo, tranſit uita mortalium.

De hæreditatis expectatione. Dial. CX. SPES.

HAereditatem orbi ſenis expecto. R. Modò te tranquillum prædicabas, ipſe tibi ne contrarius ſis attende, nunquam expectatio tranquillitasq́ue cohabitant, uix ullum uitæ tædium expectatione moleſtius. S. Expecto ſenis hæreditatem. R. Neſcis quid ille forſan expectet, eſt ea quidem inter homines uulgaris inſania, ut ferè omnes non coæuis tantum, ſed iunioribus quoque diutius ſe uictores ſperent, inuiti ſua de morte cogitat mortales, de aliena autem libenter, cum tamen contrarium agere eſſet utilius. S. Senis hæreditatem ſpero. R. Quid ſi ille interim tuam ſperat? falli alterutrum eſt neceſsè, quot autem ſenes inuenias mortem iuuenum expectantes? Et ſanè nemo tàm ſenex, qui non poſsit annum uiuere, nemo tam iuuenis qui non poſsit hodie mori. S. Hæreditatem orbi ſenis ſpero. R. Iuſtius hanc ſperabat filius, iuniorem iuſtior ſpes eluſit. S. Hæreditas orbi ſenis ad me uenit. R. Quid ſcis, an ad illum tua? Gaio Claudius, Neroni Galba, Domitiano Nerua, Cõmodo Pertinax ſucceſsit, & ſucceſsionũ taliũ plena hominũ uita. S. Orbi ſenis hæreditas me manet. R. Quem nõ fallere poſsit uolẽs, qui quẽ noluit fefellit, cui ſuꝑuiuere nequeat, ꝗ filio ſuꝑuixit. S. Orbi iã ſenis elogio ſcriptus hæres ſum. R. An tabellis forſan adamantinis, unde non facilè delearis? an ignoras quã leuibus cauſsis teſtamenta mutant ſenes? multis in ipſo uitæ exitu, quod per omnẽ uitam uoluere diſplicuit. S. Hæredem me uult orbus ſenex. R. At qui poteſt nolle, nihil eſt autem indignantius orbo ſene ac diuite, ubi ſua diligi ſeq; ſperni ſenſerit, actum eſt. S. Hæreditas orbi ſenis promiſſa eſt. R. Ea utinam innocentia atque ea mortalibus fides eſſet, ut & nunquã niſi honeſta promitteret, & ſemper promiſſa ſeruarẽt. Nũc nec ꝓmittẽdi

modus,

modus, nec promiſſa frangendi pudor ullus, quod in hæreditate potiſsimum licere ſibi ho
mines putant. itaq; uoluntatem teſtatoris ambulatoriam leges uocant. Non te exem-
plis premam, nota res eſt, legiſti credo, quibus hoc accidit, non ſolùm ut uiuentis promitte-
retur hæreditas, ſed ſupremo etiam morientis amplexu & oſculo anulisque aureis dona-
rentur, quod apud illos indubiæ ſucceſsionis inditium erat, cum interim & hæredes alij, &
eorum mentio penitus nulla eſſet in tabulis teſtamenti, tantum media de morte perfidia au
ſa eſt. Te'ne igitur uiuorum fraudibus immunem reris, cum dolis morientium circumuen-
tos legas ſummos etiam & illuſtres uiros? nã ne ſingulis immorer, genus hoc ludibrij paſ-
ſus eſt Lucius Lucullus uir ampliſsimus, quodque eſt alt[illegible]us Auguſtus Cæſar, horrenda lõ-
geq; mirabilis libido fallendi, quæ nefarias animas, nec in morte deſtituat, ſed ſic eſt mos
& tu promiſſa in hæreditate ſpem defigis, quam fruſtrari poſsit, & uita longior teſtantis,
& breuior fides, quanquam hic ceſſantibus, mutandi cauſa propoſiti poſsit eſſe iuſtiſsima,
ſuus hæres, noua ſeni oriens progenies. ſiquidem octogenario maior Cato filium genuit,
nonagenario iam propior Maſaniſſa, idq; hac etiam nunc ætate ueſtris ſenibus euenit, qui
utinam priſcis illis, ut gignendi ui, ſic uigore animi pares eſſent. Quæ cum ita ſint, hæres
certè legitimus, captatori obſtat atq; improbã ſpem præcidit. S. Iam teſtamẽto ſenis hæ
res ſum. R. Sed uiuentis forſitan & uicturi, teſtamenta autem in uita fiunt in morte fir-
mantur, funus & cadauer cogitas, lupus quidẽ expectatione laſſandus & inedia S. Hæ
reditas ad me recto calle uẽtura eſt. R. Quid quod ut teſtator, ſic hæreditas caſibus ſub-
iacet, ut neque ſemper quem uelis habeas hæredem, & ſæpè nil aliud quàm inane nomen
ſit hæreditas? Quid quod interim uaſto pretio parua res emitur, dũ credulum ſenem &
obſequium ſubmiſſum & indignè uiro blanditiæ promerentur? nulla eſt tanta utilitas, quæ
decoris impendio æſtimanda ſit. S. Nullo legum aut fortunæ obice, hæreditas ad me ue
nit. R. Vnde id noſti, cum ſit ſcitum illud Marci Catonis ſapientiſsimi ſenis dictum: Sæ
pè, inquit audiui inter os atq; offam multa interuenire poſſe. eſto autem nihil interuenia[illegible],
ſed ad ſperata perueniat hæreditas, nõ manebit tecum, ſed à te rurſus ad alios *migrabit. Vo
lubilia* ſunt bona mortalium, rotundam nummi præcipuè formam dicunt, ut perpetuo ro-
retur motu. quæſiuiſti hæreditatem ſucceſſori tuo, mœſtus forſitan gauiſuro, ſollicitus oci-
oſo & ſperaſti de alio, propter quod idem alij de te ſperent.

De alchimia. Dial. CXI. SPES.

SPero alchimiæ proſperos exitus. R. Mirũ unde id ſperes, quod nec tibi unquam ue
rè accidit, nec cuiquam, & ſi accidiſſe nonnullis fama fuerit, ab his ficta quibus id credi
expediret. S. Spero alchimiæ ſucceſſum. R. Et quẽ quæſo præter fumum, cinerem,
ſudorem, ſuſpiria, uerba, dolos, ignominiam? hi ſunt enim alchimiæ ſucceſſus, quibus ino-
pem nunquam ad diuitias euectum, multos à diuitijs ad inopiam redactos ſæpè uidimus.
Non tamẽ illud attenditis, tàm blandum eſt ſperare & falli, huc agit uos auaritiæ ſtimulus,
impulſa dementia, ut uerum opinioni quod optatis, falſumque quod cernitis. Notaſti ne
aliquos prudentes, in reliquis hac inſania laborare, quoſdam opulentiſsimos hac uanitate
conſumptos, dumque opulentiores fieri ſtudent & fœdo quæſtui inhiant, benè parta pro-
digere, cenſuque omni in ſuperuacuis effuſo, tandem neceſſarijs etiam deſtitutos, alios ci-
uilitate depoſita mœſtos ſemper atque anxios, dum nec cogitare aliud quàm folles & for-
cipes & carbones, nec alijs quàm ſuæ hæreſis conuiuere didicerunt, in ſylueſtres penè ho
mines euaſiſſe. Nonnullos denique amiſsis primum animi luminibus, in hoc exercitio cor
poreos inſuper oculos amiſiſſe. S. Promiſſum ab artifice aurũ ſpero. R. Refert cuius
artis artifex quid promittat, ſunt quibus promittentibus nihil credi poſsit, eoque minus ſi
promiſſum iuſiurandi religione firmauerint, Sed ô cæci, parũ 'ne erat ueris in metallis quæ
terra fert furere, niſi uos mendacio defoſſa torquerent? parum 'ne à uirtutibus aberraſſe,
niſi errori damnum, damno labor, & labori pudor accreſceret? Hic qui tibi aurum ſuum
ſpondet, cũ tuo auro im̃pulſus aufugiet. noui nihil narro, mos eſt publicus & quãuis igne
commiſſa fraus ſæpè igne purgetur, nihilominus deluſus deceptoris tui ſupplicio, non
indemnior,

indemnior, ſed notior remanebis digitoqꝫ monſtraberis, auarus ac ſtolidus, flando exhauſtus, flammis afflatus aſperſusque fuligine. S. Magna mihi promittit Alchimiſta. R. Dic ut ea ſibi præſtet quæ promittit alijs, primumqꝫ ſuam pellet inopiam: eſt enim ferè mendicũ genus hominũ, cumqꝫ ſe pauperes fateantur, ditare alios uolũt, quaſi aliena illis quàm propria moleſtior ſit paupꝑtas. Sic ut miſeri ſe alios miſerari dicere ſoleant impudenter, & ignotis etiam interdũ magna promittere. ô turpis promiſsio, & ô ſtulta credulitas. S. Alchimiæ artem didici, diues fiam. R. Immò quidẽ ſi fuiſti, eſſe deſines, ars nempè quã memoras, nullam eſſe niſi mentiendi artem dicimus ac fallendi, Age autem; quando ita fert animus & incumbe, prædico autem tibi, quod te lucrũ ex hac arte maneat, domus tua miris hoſpitibus ac miris erit impedimentis plena. Erunt ibi eſores & potores, idqꝫ haud immeritò, quos ignis exiccat & cupiditas. erunt ſufflatores, deceptores, deriſores, omnis angulus habebit pelues & lebetes & phialas olentium aquarum, herbas præterea peregrinas, & externos ſales, & ſulphur & diſtillatoria & caminos. Deque his omnibus tibi in finem curas inutiles, & ſtultitiam cordis, oris obſcœnitatem & ſqualorem, & caliginem oculorum ac ſollicitam conflaueris paupertatem. quodque his omnibus penè dixerim, circulatoris nomen & nocturnis in tenebris atqꝫ infames inter latebras furum uitam. S. Spero effectum propoſiti uotiuum. R. Sperare hinc forſitan & geſtire dabitur, non gaudere. S. Ad propoſiti terminum propinquo. R. An Mercuriũ cõgelaſti? an quid aliud uanitatis? Nunc maxime à propoſito longè es, ſemper rebus aliquid deſuerit: dolis nihil.

De promiſsis aruſpicum. Dial. CXII. SPES.

ARuſpices mihi multa pollicent̃. R. Inueniſti ecce aliud genus hominũ, cui ſi credas ſemper pendeas, ſemꝑ ſperes: nã neqꝫ res unquã aderũt promiſſæ, neqꝫ enim unquã deerunt promiſſores, ſic res hinc profugas captans, hinc promiſsis impulſus, Ixionio ſemper more rotaberis. S. Spem bonam mihi tribuunt Aruſpices. R. Non maius ſpem credulo, quàm metum pauido inferre, contantes animi neutram in partem facilè inclinat. S. Multa undique mihi promittunt Mathematici. R. Nihil promptius quàm promiſsis affluere, ijs qui careant pudore, quos mentiri autem pudet, ad promittendum tardi ſunt. S. Læta ſpondent Mathematici. R. Sponſores quære alios, ſeu pignus promiſsi, fragile genus eſt, nudo uerbo malè creditur. S. Multa promittunt Mathematici. R. Quære qui promiſſum impleat, ſatis eſt ſpem dediſſe, non poteſt unus dare omnia. S. Promiſsis Aruſpicum experrectus ſum. R. Conſopieris euentibus, nihil euenit promiſſorũ. S. Magna iubeor ſperare. R. Mirũ ut animus hominis qui uirtuti contumax eſt, uanitati uerò nimis obediens, unum aliquid idque optimum iubeat illa contemnitur, quicquid hæc iuſſerit difficile licet ac peſsimum paretur. S. Mathematici læta pronunciant. R. Miri homines, futura qui nouerint, præteritorum atque præſentium ignari. & quæ in cœlo fiunt ita nuncient, quaſi conſilio cœleſtium interfuerint, recentique nunc inde ueniant memoria, cum tamen interim quid in terris, quid in patria, quid in domo, quid in thalamo ſuo fiat neſciant. Sic penitùs uerum eſt quod apud Tullium legis: Quod eſt ante pedes nemo ſpectat, cœli ſcrutantur plagas. S. Magna nunciat Mathematicus inſignis & uerax. R. Quo diuinus inſignior, & mentiendi libertas maior, & fides pronior mendacio eſt: ſæpè quidem mirari ſoleo, noſterque non immerito miratus eſt Cicero, quid hoc in genere nouum inſuetumque accidit, ut cum in cunctis hominibus multa uera memorabili uno mendacio obſcurentur, & ſuſpecta fides in poſterum loquentis fiat, in his contrà grauibus mille mendacijs, una leuis ac fortuita ueritas, uelum quoddam & mendaci publico fidem quærit, ſi quando uel ſemel (quoniam nemo tàm mendax unquam fuit, quin quandoqꝫ uerum diceret) nolens etiam aut ignarus, uni horum ueri fortè aliquid effluxerit, actum eſt, ſi caſura hodie de cœlo aſtra denunciet credetur. Denique ſine ulla ſuſpitione mendacij mentiri poteſt omnia, quiſquis ſemel potuit nõ mentiri. unum enim illud memorat præceps in futurum prominens, & præteriti ſic oblita cre-

dulitas, ac deceptoribus ſuis fauens. S. Diuinis læta nũciantibus credo. R. Furentibus credere furor eſt. Certè quamuis hic Cicero uideatur ſenſiſſe aliter, conuenientius huic rei nomen à Græcis inditum, quàm à uiris iudico. Latini enim à diuis ſeu à diuinitate diuinationem, illi autem quod eſt μαντικὴν à furore dixerint. Vos fortaſsis ornatius, at illi uerius. Hanc ſacri doctores uno omnes ore condemnãt, Ambroſius, Auguſtinus cæteriq́; qui ſi fortè quando inter multos hic quoq; mos peſtifer inualuit, ut inter hos garrulos, in quæſtione ueri, ob ipſum profeſsionis ſuæ nomen ſuſpecti habeantur, ueræ fidei profeſſores auditi non erunt, cum omnibus idem ſentientibus, qui ſunt innumeri. Et quamuis diuinationem improbent diuini uiri, quid tandem cauſæ eſt, quid ue ſuſpitionis, ut non audiendus unus, & in multis primus, ac maximus illorum Cicero uideatur? certè is totum hoc illuſionum ac fallaciarum genus damnat, ridet ac deſpicit, et ad ſummam, omiſsis quæ locus iſte non capit, omnis non tantum pia religio, ſed uera quoq; Philoſophia, & q̃ illam calle ſuo ſequitur Poëſis, nec ſancti modò, ſed & docti omnes, hanc reſpuunt uanitatem, præter illos ſolos, qui uel hinc uiuunt, uel ab his ſeducti in eorum tendiculas lapſi ſunt, quorum damnis atq; erroribus lucrum ſibi atq; artem faciunt, in qua illud ſummũ ac p̃cipuum, obſcuritate fraudẽ tegere, & ſic biceps ambiguumq; reſponſum dare, ut prædictum uideri poſsit quicqd euenerit, quod omnibus futuri notitiã profeſsis in commune prouiſum eſt, qua in re nõ ars ipſa, q̃ nulla eſt, non ingenium, q̀ ſine literis rerũq; notitia nudũ eſt, ſed illorũ calliditas & audacia & impudentia ipſa mirabilis. Vnde quod feſtiuè admodũ ait Cato ille rigidus, Mirari ſe, quod nõ rideret aruſpex aruſpicẽ cum uidiſſet. Id ad omnes æquè augures, aruſpices, ſortilegos, cõiectores, Chaldæosq; & Mathematicos, ac totam, quã dixi μαντικὴν trahi poteſt, tàm incertum eſt, an illorum fraus turpior ac ridiculoſior ueſtra demẽtia. illorũ tamẽ argutijs atq; ratiunculis reſpõdere facilè, ſed prolixũ eſt, notũq; adeò iam que à notis ac illuſtribus agitatũ, ut nõ ſupuacua tantum repetitio, ſed temeraria uideatur. Veſtræ autẽ ineptiſsimæ uanitati, quid aliud dici poteſt, niſi dignos uos, qui ab homunculis nõ terreſtribus modò, ſed luteis & nullius niſi qua ſtultos ludãt notitiã artis habẽtibus, ſcientiæ inſignis obtentu, & cœlo inſuper auctore fallamini. S. Perſuaſum eſt mihi proſpera inſtare, quorum expectatio dulcis, læta & tranquilla eſt. R. Immò q̃dem amara, triſtis, turbida, ſed uos ſenſu perdito de obiecto ſenſuum iudicatis. Perſuaſum ſanè nullo negotio crediderim, promptum eſt perſuadere uolentibus, q̃buſdã p̃ſuaſor neceſſarius non eſt, ipſi ſibi ſunt uates, & occurſus animãtiũ, uolatusq; auiũ, & garritus lætum in augurium ducũt. At ſi quotiẽs te iſta fefellerint recogitas, ſi de hac re uicinos interrogas, niſi uel tu ultrò te fallis, uel illi participes erroris quærũt, facilè dep̃hendes, quorſum his p̃ſtigijs credendũ ſit, niſi tu es illi ſummi hominum rerũque moderatores Pompeius, Craſſus & Cæſar iurati fortè contrarium dicturi ſint, quibus quod conſtat, magno quidem omniumque familiariſsimo teſte Marco Tullio, Chaldæi omnes, aruſpicesq; promiſerant, quòd præclaro fine omnes beati ſenes in patria morerentur: id que quàm uerum fuerit non expectas audire, ferro omnes, duo miſerabilius quàm longiſsimè ab Italico Romanoque orbe ſectis fœdoq; ludibrio reconditis, ueneratis illis totoque diu formidatis orbe capitibus, reliqua inhumati ferarumq; & piſcium morſibus ac uolucrum roſtris expoſiti, cæſi & laceri, miſerandum fortunæ ſpectaculum iacuère. I nunc diuinosque nega, qui tam certa prænunciant. S. Gratum augurium notaui. R. O amentiam importunam, miſer homo ſucceſſuum notitiam ſuorum, quæ ſibi nulla eſt à uolucribus ſperat. quid hoc ſtultius fieri poteſt? quia ſi dijs placet, & Deiotarum Regem uiſa aquila impendẽti præripuit ruinæ, & Agrippæ Hebræo inſtare carceris exitum, finemque miſeriæ ac proſperitatis initium nunciauit, ſupra uerticem ſedens bubo auis, alioquin infamis, cuiusque Virgilij carmine carmen ferale deſcribitur. S. Lætum omen incidit. R. Omen ab homine dictum nomen, humanæ dementiæ argumentum eſt, quo aliquid ſemper non externorum modò rerum, ſed earum quoque quæ in uobis ſunt animos, in errorem trahat, ne deliramentis anilibus, ulla pars rerum uacet. Itaque & ſternutamẽta ſeruorum & natorum fortuito lapſas uoces eò trahitis, non quouis illarum, ſed quo ueſtra cupiditas uocat, ſcilicet quia Centurio

ille dixit: Hic optime manebimus. ne mundi caput transferetur, cauſa fuit. Aut quia Perſam perijſſe flens infantula profecturo in bellum nunciauit patri, uinci Macedonum regem conſequens iudicatum eſt. ô humana mens ebria & mirabunda, quàm facili impulſu erroris in foueam ruis? S. Læta aderant conſopito. R. Mœſta aderunt experrecto. S. Læta dormiens uidebam. R. Mœſta uigilans uidebis. S. Fœlix eram per quietem. R. Miſer eris per laborem, ſæpè nihil ſomnia denunciant, & ſæpè contrarium. S. Sæpè uera uidentur inſomnijs. R. Quantò ſæpius falſa, par eſt autem huius & reliquarum huiuſmodi uanitatum ratio, unum caſu incidens uerum innumeris falſis aſtipulatur, uenturoquè inhians præteritum mens non uidet. S. Multa nunciant diuini. R. Impoſtores ego hos non miror, qui de more ſuo paſcuntur artificio, ſed uos ſtupeo, qui illorum uentri animas & ingenia ueſtra ſubmittitis, proinde quid tu teneas uideris, ſi me ſequi uoles, expectabis æquanimis & tranquillus, non quid aſtra de te, ſed aſtrorum creator ac regnator ſanxerit, agens aliquid indies ardentius, quo illius amore fias dignior. De euentu, non tibi ueniat in animum ſollicitare iſtos, quibus ignotior eſt ueritas quàm tibi, denique ſic habebis, futura noſſe durum homini, nec licere ſi expediat, nec expedire ſi liceat.

De læto rumore. Dial. CXIII. SPES.

LAetus rumor inſonuit. R. Noli famæ credere, mendax eſt. S. Multi lætos nunciant rumores. R. Sæpè tutius uni creditur quàm multis. S. Quod tot nuncijs affertur falſum penitùs eſſe non poteſt. R. Mos famæ uulgaris notus eſt, ueris falſa miſcere, paucis ueris multa mendacia condiuntur. omnia mentienti nihil creditur. S. Rumoris auctor primus uerax eſt. R. At nemo quantum audierit aut uiderit referre contentus eſt, nihil eſt actum, niſi pro ſe quiſque aliquid auditis adiecerit aut uiſis, quod cum multi fecerint, auctum breui mendaciorum uideas aceruum, ſic per manus, ut aiunt traditum, inter manus etiam creſcit malum, quodq; ait eximius Poëta:

Mobilitate uiget, uireſq; acquirit eundo.

S. Hactenus lætiſsima fama eſt. R. Quid ſi mulcet ut feriat? ſæpè lætum rumorem mœſta clades ſequitur, creber hic fortunæ ſtilus, ut profundius uulneret, ſpem promittit cuſpidemquè uulnificam, læti cuiuſpiam rumoris illitam, dulcedine iugulo gaudentis infligit. Quod uir doctus intelligens, lætis nuncijs non quatitur, hæretquè immobilis, ſecum uoluens uel contrarium eſſe, uel idipſum quod tàm fauſtum uideatur, in contrarium uerti poſſe. S. Læto rumore moueor. R. Expecta ſaltem, dum & certus ſit, tunc quoq; uirilem animum, rumuſculis agi, turpe eſt licet ueris, falſis uerò turpiſsimum. Multos gauiſos eſſe puduit, uerumq; mœrorem auxit falſi gaudij memoria.

De expectatione filij, uel amici, uel uillici, uel uxoris. Dialogus CXIIII. SPES.

SPero filij reditū. R. Speras gaudiū ſollicitū & propinquum metū. S. Spero amicū reuidere. R. Rē prædulcē ſperas, ſed fallacē, fragili res hominū ſtatu tremūt, forſitan quē expectas iā nūc obijt, potes hoc ꝓbaſſe ſi uidiſti. Impedimentorum mille ſunt genera, unū commune omnibus mors. S. Amici conſpectū exoptatum ſpero. R. Sūt hæc fere coniuncta optare, & ſperare, ſed multis aſsiduè caſibus diſiunguntur. quàm multos credimus fuiſſe Romæ, quàm cupidis animis Marci Marcelli huius ultimi reditum expectantes? contrà autem uix medio, hoſtis illum crudeliſsimus expectabat, cuius potentior fuit immanitas, quàm uictoris clementia aduerſarium ab exilio reuocantis. Potuit igitur Cæſar precibus ſenatus Marcello ueniam dare, non potuit Marcelli cliens graue malum pati, ut is Cæſaris beneficio uteretur. S. Spero amicum & expecto hoſte quolibet carentem. R. Quis eſt hic hominum hoſte carens, ut ſit aliquis priuatorum expers, an publicis inimicitijs quiſquam uacat, ſicariorum dico & prædonum, qui auaritia duce, bellum humano generi indixère. Finge aliquod tàm be-

nignum ſydus, ut hæc peſtis terris exulet, alius quis arcebit uehiculorum & equorum lapſus, fluuiorum ac torrentium inſultus, & ruinas pontium ac tectorum, æquoreasq́; & aëreas tempeſtates? adde ferocium incurſus animalium, quibus non ſingulos tantũ homines, Dicearchus curioſiſsimus indagator rerum talium, ſed q̃dam hominũ genera docet occubuiſſe. Et ad ſummam, quot ſunt caſus humanarũ rerũ. quorũ nullus eſt numerus, tot ſunt hominũ hoſtes, q ſpem tuã, nõ dicã retardare poſsint, ſed extinguere. Vt nihil interueniat, mox q̃ dixi, & euntib. & ſtantibus ubiq; contigua eſt, niſi itinerantibus eo fortaſsè uicinior, & quo iter & uectatio & locorũ cõmutatio pluribus caſuum generibus uidetur expoſita. S. Spero amicũ proſpero exacto negotio reuerſurum. R. Quàm glorioſè quàm proſpere res geſſerat, Druſus Nero diui Auguſti priuignus, ut omnibus etiam hoſtibus domitis charus eſſet, ita ut eum paulominùs adorarent, quorum mirificos affectus, erga illius memoriam uſq; ad hæc tempora, ſi unquam Germanorum inter ꝓceres fuiſti, te ſentire arbitror potuiſſe. Certè illa geſſerat quibus uerè gloriaret̃, ꝙ Romanis in ſaxis primis aliquot ſyllabis caſu aliquo deiectis, nunc etiam ſculptum uiget his uerſiculis:

ad diuortia Rheni
Peruaſi, hoſtes depopulatus agros.
Dum tibi Roma decus æternaq; ludo trophæa.
Hiſter pacatis leuior ibit aquis.

Talem hunc iuuenem qualiter expectabat mundi dominus Auguſtus, qui eum ſibi filiũ fecerat amando, qualiter Liuia Auguſta, cui natura illũ charum fecerat, chariorem uirtus, chariſsimum reor fratris ignauia. qualiter deinde frater ipſe, qualiſcunq; erga alios tanti certè fratris amantiſsimus: ad poſtremũ qualiter Roma ipſa, atq; uniuerſa Reſpub. q̃ de nullo tunc hominũ ſic pẽdebat? quid ergo? qs tã multiplicis ſpei finis expectatum Druſum, inexpectatã mors abſtulit, morbo ꝙ cõſtat raptus, & ꝙ magni ſunt auctores ex fractura cruris, equo ſuplabẽte ſuſcepta, q uiuus uictor reuerſurus ſperabatur, in patriam exanimis eſt reuectus? Quid filium huius loquor Germanicum? nullius credo unquam hominis expectatio maior fuit, non hunc pater, non Auguſtus ambo iam defuncti, ſed Roma omnis expectabat tanto deſiderio, quaſi totius urbis unus animus, isq; & uiduæ, & non niſi unicũ habentis filium matris eſſet, Itaq; ad primum ægritudinis ſuæ nuncium attonita penitùs ac deiecta ciuitas, uultusq́; omnium atque habitus mutati & mœſtum tota urbe ſilentium fuit. Vbi autem lætior fama incertis licet auctoribus ſuperuenit, conualuiſſe illum & uiuere, ſubitus clamor atq; fœliciſsimus undiq; ſublatus, ipſum quoq; Tiberiũ excitauit, concurſusq; in Capitolium ingẽs factus & penè cõuulſæ templorũ fores, ad perſoluenda uota agendasq; dijs gratias, uicta nocte luminibus, fractoq; uocib. ſilẽtio gratulando canentiũ:

Salua Roma, ſalua patria, ſaluus eſt Germanicus.

Quis uerò tandẽ rei exitus? is nẽpè q humanis in rebus eſt creberrimus, uenit nũcius certior obijſſe Germanicũ, hinc publicus dolor ac gemitus, nõ edictis aut dieb. feſtis, aut ullis omnino cõſolationib. coërceri quit. Nota eſt hiſtoria libro Cæſarũ. *IIII*. S. Spero iuuenẽ filiũ reuerſurũ. R. An hi parũ iuuenes de qbus dixi, accipe iuniorem, Marcellinus eiuſdẽ diui Auguſti nepos ex ſorore, quantũ putas expectaret ab auunculo, q eũ ſic dilexit, ut Virgilianũ illud carmẽ nobiliſsimũ, quo ſummus uates adoleſcẽtis illius penè pueri memoriã honeſtauit, ſine lachrymis audire nõ poſſet, & auctori ſilentiũ imperaret. quo mater Octauia quæ illum ſic amauit, ut uſque ad ultimum uitæ ſuæ finem, quaſi tunc extinctum continuo deploraret, omnemque conſolatorem non tantùm contẽneret ſed odiſſet, qd hæc aũt, & qd putas niſi ꝙ cæteri nõ redijt ſed relatus eſt, & Druſum quidẽ nõ qualem acceperat Germania Romæ, Antiochia Germanicũ, Marcellinũ Baiana reſtituit, ueſtrarũ expectationũ ſors cõmunis, tu tibi nunc aliam fingis, & ſors ueniet quẽ expectas, q cũ ueniret fortaſsis ut abeat & ſperare incipiens, & optare. S. Amici abſentis aduentum ſpero. R. Quis miretur expectari uiuos, cum mortui expectentur, ut perhibet? ꝙ niſi inter fatuos ueri faciem non habet Arcturum Britannos expectare fama eſt, Neronem principem mundi ſub fine rediturum quidam ſomniant, uita ueſtra ab initio ad extremum

noſ

nõmodò uanis expectationib. plena, ſed ipſa expectatio una eſt. Id ſic eſſe ſi nõ uides, aut modicũ uixiſti aut nimiũ, qd hic agitur neglexiſti. S. Expecto uillicũ rure uenturũ. R. Aut domus arſerit, aut meſsis euanuerit, aut pratũ exaruerit, aut bos obierit, aut uites grãdo percuſſerit, arbores turbo cõuulſerit, arua torrentib. inundarint, aut apes auolauerint, locuſtæ ſatis inſultauerint, columbos corui & mures, pullos uulpecula, agnos lupus inuaſerit. hi ferè ruſtici ſunt rumores. S. Vxoris aduentum ſpero. R. Si hoc ſperas, quid iam metuas ignoro. ſic eſt tamen, ſunt & qui expectent coniugem, & qui febrem.

De expectatione multorum temporum. Dial. CXV. SPES.

SPero tempora meliora. R. Omnia ferè tempora æquè bona ſunt, quia creator temporũ æquè bonus eſt ſemper, ſed uos temporib. bonis malè ſemper utimini, inq; hoc ut in alijs culpas ueſtras rebus aſcribitis. Fac ut homines boni ſint, & tempora bona erunt. S. Tempora hæc ſtare nequeunt, lætiora ſuccedent. R. Nullum tempus ſtat cuncta prætereunt, cumq́ue tranſierint, non redeunt, uirtute & induſtria bonarumq́ue artium ſtudijs frenari poſſunt, non quin fugiant ſed ne pereant, nihil eſt autem dulcius benè impenſi temporis memoria. Sed uos nulla re uti ſcientes, ut oportet, ubi omnem uitam uel in ſomnum ac deſidiam, uel in ſollicitudinem atque uſus peſsimos effudiſtis, tempus innoxium accuſatis. Nunquid mentior, infantiam ac pueritiam in uanos ludos, adoleſcentiam ac iuuentam in libidinem atq; auaritiam, ſenectam & ſenium in querelas ac lamenta conſumitis? quæ'nam hæc temporum culpa eſt. Fluunt illa, fateor, hæc natura eſt: uos illa dum datur occupare negligitis, non eſt natura iſta ſed culpa. uos naturam culpatis, culpam excuſatis, res non noua. S. Spero lætiora tempora. R. Lætitia ſeu triſtitia temporum, ut dixi non in temporibus, ſed in uobis eſt, eo autem quo intelligis non modo lætiora tibi ſperanda eſſe, ſed triſtiora perpendes, ſi ad ætatem ipſe tuam reſpicis, quæ indies triſtior, ut à Poëta deſcribitur, & plæriſq; in ſenibus inuenitur, & ſanè ſi oculos in terga reflexeris & numerare atq; æſtimare annos tuos cœperis, ſimul incipies deſperare qd ſperas. Non eſt cur mutari curſum rerũ ſperes, non meliora inſtant tempora, uereor potius ne peiora. Cur quæſo, niſi qa peiores erũt, homines q; & magni diuinarunt uiri, & apertis inditijs res declarat, niſi uos mortales bonæ ſemper ſpei magnum aliquid de ueſtra nobili ac modeſta iuuentute concipitis, à qua ego quidem opinione longè abſum, nihil enim boni penitus mens præſagit, ſic in uitium ac ruinam prona ſunt omnia. S. Mala ſunt tempora, meliora uenient. R. Omnem ætatem de moribus ſuis queſtam inquit Seneca, addo ego omnem habuiſſe quod quereretur, habituramq́ue omnem cunctis ſeculis quod queratur. S. Spero lætiora tempora. R. Vna eſt ad hoc uia, qui lætiora ſi habeas non expectes. Fac ipſe tibi lætiorem animum, quod ſine uirtute fieri nequit, ubi hoc feceris, læta erunt omnia, triſte nihil. S. Meliora tempora expecto. R. Vt ueniant, quid eſt dubium, certè illis uenientibus tu recedis. Quantò eſt tutius ritè uti præſentibus, quàm anxiè expectare quæ uel fortè non ueniant, uel minimè ſis uiſurus.

De ſperato principis aduentu. Dial. CXVI. SPES.

PRincipis aduentũ ſpero. R. Vt multa timentur quæ optanda, ſic multa ſperant q̃ timẽda ſunt. utrãq; in partẽ penuria iuditij multa eſt. S. Spero principis aduentũ. R. Quantò ſperares honeſtius libertatẽ, nã ꝓfectò q dominũ ſperat, ſeruitutẽ ſperat. S. Spero principẽ uenturũ. R. Et illius cõmune omniũ malũ ſperas. Fuit enim quando & principes imperij, & principẽ populi poterant ſperare, nunc imperium principi labor eſt, princeps populi pernities. S Principẽ uenturũ ego & Reſpub. ſperamus. R. Tu uerò quid priuatim ſperes uideris, in q ipſo facilè falli potes, ſpes hæc Reipub. ſtulta eſt, qs enim niſi amẽs ſperet, aut cupiat, q pestiferũ totiens ſit expertus. S. Spero principẽ uenturũ. R. Et ſecũ ſimul motus rerum uarios, mutationes urbium, noxias nouitates, famem, peſtem, bella, diſcordias, hæc uel uniuerſa uel ſingula modernis cum principibus uenire ſunt ſolita. Si hæc placent, principem ſpera, ut nihil horum formidabile ſit, ipſum certè inane

iam imperij nomen eſt, plenum famæ & rumorum. Boni autem omnis effectum & ſolius, umbræ uetuſtatis innixu. S. Spero uenturum principem. R. Ego te uerò munitũ uelim, ut quotiens aduentantem audieris, credas te tonitruum aliquod præambulum fulminis audire, nec ſperare incipias, ſed timere potius, ſi etiam alterum labi oportet. Timere enim aduerſa & ſi contrarium ſit uirtuti, conſentaneum eſt naturæ. Sperare autem mala, & naturæ eſt oppoſitum & uirtuti. S. Spero mox principem affuturum. R. Cum præſentem uideris, ſcito te infauſtũ Reipub. ſydus aſpicere, uel memoriam ipſe tuam, uel parentes interroga tuosqúe auos & proauos, ita eſſe reperies, ut dico, idqúe tu filijs & nepotibus tuis annuncia, ne ipſi quoque aduentum principis ſtulti ſperent. Dic enim quæſo, quando unquam uel minutæ leonis aduentum feræ, uel affuturam aquilam auiculæ ſperauerint? Liceat uerum loqui ſtultiſsimum, & mali ſui ſemper auidiſsimum animal eſt homo, cæteris capiendis eſca opus eſt, homo ſolis famæ ſibilis capitur.

De ſpe famæ poſt obitum. Dialogus CXVII. SPES.

MEritis poſt obitum famam ſpero. R. Multi famam ſe mereri ſperant, cũ infamiã mercantur, & ceu uiatores erronei, dum accedere æſtimant retrocedunt. S. Famoſus ſum in uita, famoſiorq́ poſt mortem ero. R. Eſt hoc fateor in nonnullis uerũ, unde & Annæus Seneca in epiſtola quadam, habiturum ſe gratiam apud poſteros uaticinatur. Et Statius Papinius præſentem famam, benignũ iter ſuo operi, ad futuros ſtrauiſſe ait. Et Ouidius Naſo ſibi nomen indelebile futurũ, ſeq́ ore populi legendum, per q̃ omnia ſecula fama uicturũ p̃ſagit. Neq; hercle ullus horum fallitur. Sed q̃ multos putas idem ſperantes ſuam fefelliſſe ſpem. multi hoc idẽ de ſeipſis crediderunt forſitan & ſcripſerunt, nec q̄ ſibi promiſerunt impleuerũt. S. Si famoſus ſum dum uiuo, cur non famoſior ſim poſt mortem? R. Quia hoc quotidianum & uulgarè eſt, ut multi in uita famoſi & clari, poſt obitũ ſint incogniti & obſcuri. Miraris cauſa rei huius in promptu eſt, affabilitas quædam, ſermo comptus ac lepidus, blandum ſupercilium, clara frons, benigna ſalutatio, beneficia in uicinos, protectio in clientes, hoſpitalitas in externos, in cunctos urbanitas. Hæc & his ſimilia uiuentibus famã quærũt, ea uerò mox ut hinc abierint, non durant, niſi forſitan quamdiu q̃ illos nouerant ſuperſunt, q̄ ipſum quàm breuè ſit conſpicis. Quomodo aũt durarent, non in ſolido radicata, naturale eſt ut fundata debiliter leniterq́ aucta breuiter dilabantur. Vt ſit fama durabilis, aut uitæ ſanctitas, aut geſtorũ claritas, aut inſignis ſcriptorũ p̃ſtabit elegantia. Rarũ decus, loquaces iſti & urbani, q togati ac gemmati populorũ digitis oſtenduntur, nõ niſi quantũ loq poterũt, aut pauloamplius cognoſcentꝰ: durũ hos apparatus tàm celeriter & has põpas, hãc ſcientiæ nubẽ, hæc uerborũ tonitrua, in tenuẽ fumũ euaneſcere, durũ fateor, ſed ſic eſt, nã nec ipſi de ſe teſtimoniũ p̃buerunt, ambitioni aut lucro aut ſomno dediti, nec qui præbeat meruerũt. S. Famã inueniam poſt mortẽ. R. Fama nil unquã mortuis ꝓfuit, uiuis ſæpè etiã nocuit, qd enim pernitiẽ ac mortẽ Ciceroni ac Demoſtheni, niſi inſignis literarũ fama cõſeruit? idẽ de Socrate ac Zenone & mille alijs dici poteſt, noti omnes. qd uerò niſi fama ſcientiæ & ingenij dedit cauſam filio Gnoſij regis Androgæo, ut ab Athenienſibus mactaretꝰ? qd Oetæ Colchorũ regi Argonautas attulit delectos, ut aiunt uiros, uerè aũt prædones, niſi fama diuitiarũ. nam quid ſignificaſſe aliud credimus famoſum illud aureum uellus arietis, niſi opes multas lateq́ uulgatas, quibus diuites beſtiales opumqúe inopes uerarum, uelut arietis uelleribus ueſtiuntur. S. Famoſus ero. R. Vt ſit ita, quid hinc magnũ cõcipis, eſſet aliquid fortè fama, ſi noxia comes eſſet, ut plerunq; accidit in uiuis. Nunquid laudari proderit ab his q te ſi uideant nõ agnoſcãt: dic enim quæſo, ſi Homerum uideas & Achillem, ſi Virgilium & Auguſtum, nunquid non ignoti abibunt, cum tam nota & tàm clara ſint nomina? crede mihi, ſpes ueſtræ, magna ex parte dupliciter uanæ ſunt, quod nec ſperata proueniunt, nec ut proueniant afferunt, quod promittunt. Ferè enim plus in ſpe ſunt humana omnia, quàm in re. Mittite igitur ſpes inanes, & uana deſideria contemptisqúe terreſtribus. iam tandem & optare diſcite, & ſperare cœleſtia.

De

De gloria ex ædificijs ſperata. Dialogus CXVIII. SPES.

EX ædificijs gloriam ſpero. R. Neſciebam calce & harena,& lignis & lapidibus gloriã quæri,credebamque quod rebus geſtis & uirtutibus quæreretur. S. Aedificando mihi gloriam paro. R. Sed fragilem ac caducam,omnia quæ manu hominum facta, ſunt uel manu hominum euertũtur,uel ſtando & durando deficiunt. habet enim manus longè prævalidas,longa dies,è cunctis ueſtris operibus nullum ſenio reſiſtit: euentibus ergo ſuper quibus hæc tua gloria fundata eſt,ipſam quoque corruere eſt neceſsè, ſi fortè nõ credis,reſpice ad antiqua quæ ignota tibi quidem eſſe non poſſunt, ubi eſt nunc Troianũ illud Ilion ſuperbum? ubi Byrſa Carthaginis,ubi turris & mœnia Babylonis, belluarum nunc habitatio & ſerpentum. De Babylone loquor antiqua:altera nempè propinquior atque recentior adhuc ſtat,citò itidem caſura, ſi eſſetis uiri. Vbi ſunt denique ſeptem illa opera Græcis ſcriptoribus celebrata? atque ut ad propinquiora ueniamus,ubi eſt, quæſo, illa Neronis domus aurea,quæ quantum fatigauerit Architectos cogita, lectores etiã nũc fatigat,quæ quidem domus unà cum alijs ædificandi furoribus,quibus omnes exceſsit, ad inopiam illum compulit & rapinas? ubi ſunt thermæ Diocletianæ, & balneum Antonianũ,& cymbrum Marij,& ſeptizonium Seueri,& eiuſdem thermæ Seuerianæ? Demum ut ſummam rerum attingam, ubi eſt Auguſti forũ,& ædes Martis ultoris, ubi ædes Tonantis,Iouis in capitolio,& Apollinis templum in palatio, ubi eiuſdem porticus ac bibliotheca Græca pariter & Latina,ubi porticus altera & baſilica Gaij Lucijq; nepotum ſub nomine dedicata & extructa,& porticus tertia Liuiæ coniugis & ſororis Octauiæ,theatrũque Marcelli? Vbi tot opera per illuſtres uiros iuſſu eiuſdem principis & hortatu, multis urbis in locis,tanto labore,tantis impenſis ædificata? Martij Philippi ædes Herculis & muſarum,Lucij Cornificij ædes Dianæ,Aſinij Pollionis atriũ libertatis,Munacij Plancij ædes Saturnia. Theatrum Balbi Cornelij,Amphiteatrum Statilij Tauri? innumerabilia præter hæc opera Marci Agrippæ? neue eam per ſingulos,ubi ſunt tot luxurioſa principum palatia? Quæ in libris inuenies nomina. quære urbem totam aut nihil inuenies, aut perexigua tantorum operum ueſtigia, Tu de tuis quid ſperes uideris. Certè Auguſtus omnium ſupremus,niſi aliud quàm ædificia reliquiſſet,iampridem omnis eius gloria corruiſſet. Nec uerò ſolum templa Deorum quæ parauerat,in ipſos ædificãtes ruere,ſed pia etiam loca hac ipſa ætate in eadem urbe alia ceciderunt,alia tremuerunt,& nunc uix põderibus ſuis ſtant, præter unum Pantheon Agrippæ,quod dijs erectum ſancti poſsident,& Maria, quæ antiquiſsimam illam domum ſui nominis uirtute ſuſtentat. Crede mihi alijs quàm lapideis fundamentis eget gloria ut manſura ſit. S. Ex ædificijs gloriam quæro. R. Quære illam igitur ubi eſt,nihil unquam inuenies ubi non eſt,uera quidẽ gloria nõ eſt in mœnibus neq; in ſaxis,ſunt fateor rerum uulgò iudices,qui dicant tribus modis gloriam quæri, gerendo magnum aliquid quod de te ſcribant auctores idonei,uel ſcribẽdo aliquid quod mirentur & legant poſteri,uel inſigne aliquid opus extruendo,ut ſit ita,ultimum tamen omnium & minimum ac caducum. S. Relinquo opera ædificiorum,quibus moriens ipſe mecũ glorior,& à poſteris gloriam ſpero. R. Gloriatus eſt Auguſtus ipſe de quo dixi, quod urbem marmoream relinqueret,quam lateritiam accepiſſet,quæ tamen gloria niſi alijs rebus adiuta eſſet,quo nam fuerit peruentura conſpicimus,proinde cum melioribus curis more ſtabileſque ſpes amplectere. iſta etenim quibus fidis,& nullius pretij ſunt,& te illicò cõſequentur inque ipſam unde ſumpta terram reuertentur. S. Aedificaui domos unde laudẽ ſpero. R. Laudabunt forſitan illas inhabitabũt,breuis laus & anguſta,q poſt uenient,uel illas nõ inuenient,uel à paganis,ut uulgò dicitur,factas dicens,tuum nomen ignotum erit.

De ſperata gloria ex conuictu. Dial. CXIX. GAV.

SPero gloriam ex conuictu. R. Refert multum quibus cõuiuas,ſunt quidam utinamque non plurimi,quorũ conuerſatio ſit infamis. S. Scio niſi bonis artibus,aut bonorũ cõtubernio gloriã nõ quæri,ego hoc ultimo ſubnixus ſpero,uel bonorũ exẽplo bonus

fieri, uel ſi nihil aliud horum uel familiaritatis ſolam gloriam mihi fore. R. Eſt id quidẽ in adoleſcente præcipuè ſignum optimum, qui niſi bonum animum haberet, nequaquam iungi bonis optaret: eſt enim amicitiarum ac familiaritatum ferè omnium cauſa nexusqúe ſimilitudo quædam. Age ergo, ſi quos imitaris æquaueris benè erit, ſi minus, modò quod in te eſt nihil omiſeris, ipſa uolũtas bona laudis & gloriæ præmio non carebit. Prima enim & maxima pars uirtutis, eſt bonum uelle, quod niſi præceſſerit nõ ſequetur uirtus. S. Familiaritate bonorum glorior. R. Laudo id quidem modò, nec te lucri cuiuſpiam, nec alia ſpes inducat. eoque tua tantùm pergat intentio, ut ſimilis illis fias. alioquin ꝙ propter gloriam ſolam fit, ueram gloriam non meretur. S. Ex bonorum conuictu gloriam ſpero. R. Spes quidem magna nec improba, quando & in ſcientia & in eloquentia & belli pacisqúe artibus obſeruando & imitando fit. Multi olim illuſtres ex conuictu illuſtrium euasẽre. Illud uide, ne aut tibi pro bonis ducibus malos elegeris errore aliquo, aut bonorum flebili raritate & uirtutũ huius ætatis inopia, prorſus aſſeq nequeas ꝙ intendis.

De multiplici ſpe. Dial. CXX. GAV.

MVlta ſpero. R: Multa in ſpe, multa eſt uanitas multusqúe fallendi aditus fortunæ. S. Spero multa. R. Spem multiplicem, multa deſtituunt. Qui modicũ ſperat, iter caſibus artauit atque nihil obſtruxit. S. Valitudinem bonam ſpero. R. Mortalitatis obliuionem. S. Spero longam uitam. R. Diuturnum carcerem, ubi multa feras, multa uideas quæ nolis. S. Membra uiuacia. R. Vincula tenacia, grata tamen unde metuas abſolui. S. Formam corporis elegantem. R. Voluptatum ſtimulos. S. Annorum proſperos exitus. R. Pudendi materiã dolendiqúe. S. Amicæ communem mortem. R. Breuè fœdumq; neſcio quid. S. Peccandi licentiam. R. Infœlix gaudium, pœnitentiam longæuam. S. Vltionis occaſionem. R. Aditum ſæuitiæ. S. Agile corpus ac ualidum. R. Mancipium contumax & rebelle. S. Diuitias multas. R. Grauem ſarcinam ex lappis & tribulis. S. E' diuerſis æquoribus uenturas naues. R. Latè diſperſam ſortem, intra monſtra maris, ac ſcopulos agitatam fluctibus, tractam funibus, pulſam uentis. S. Lucrum de conceptis mercibus. R. Eſcam quæ te perpetua ſollicitudine capiat, lucroqúe unico in multa credulum damna præcipitet, mercator nouus eſt facilis ad credendum, expertus multa circunſpicit. S. Honeſtas filiæ nuptas filioúe. R. Nulla fermè res tàm crebro fallit & tàm grauiter. S. Magnam potentiam. R. Inuidioſam miſeriam, opulentam inopiam, pauidam ſuperbiam. S. Regnum & imperium. R. Præcipitium & procellas, & ſub ſtellanti diademate fuſcum ſupercilium, cor anxium, infœlicem uitam. S. Honores fori. R. Puluerem ac ſtrepitum. S. Coniugium & natos. R. Litigium & curas. S. Mihi militiam, & uxorem filio. R. Tibi laborem ac dilecto pœnam. S. Vetulæ obitum uxoris & coniugem iuniorem. R. Attrito laqueo diſſolui, ut nouo & ualido uinciaris. S. Ingenium, linguam literasqúe. R. Incudem, malleum & maſſam, quibus tibi atq; alijs ſomnum frangas. S. Laudationem funeri. R. Philomenã ſurdo. S. Auream pyramidem. R. Domum pictam cæco. S. Gloriam poſt mortem. R. Leues auras poſt naufragium. S. Nomen apud poſteros. R. Teſtimonium ab ignotis. S. Hæredem meum. R. Patrimonio amicum tuo, & tibi ne tedeas.

De pace animi ſperata. Dial. CXXI. GAV.

ANimi pacem ſpero. R. Quid ſperare mauis quàm habere pacem? hãc mox ut bona fide uelle cœperis inuenies. S. Spero pacẽ animi. R. Pacẽ ſperare bellantis eſt, quis animo tuo bellum infert, niſi unus tu? quod ipſe tibi abſtuleris, impudẽter ab altero poſtules aut ſperes. S. Spero animi pacem. R. Vnde precor? aut quãdo ſperes quod ipſe tibi nunc potes dare? ſic ut illam tibi nemo alius, quàm tu poſsit eripere? pone arma cupidinum atque irarum, plenam animo quæſieris pacem. S. Spero pacem & quietem animi. R. Quid igitur ꝙ agis aduerſum paci eſt, contraq; tuã ſpem tanto pœniteris? uix tantũ deberẽt niti homines ut ſalui eſſent, quantũ nitũtur ut pereãt. Pluris penè bellũ ſuge animi laborqúe emitur, quæ emenda pax eſſet ac requies. Sic pugnant ſpes mortalium

ac uota

æ uoti cum ſtudijs, ut non unius hominis unū pectus, ſed multorum eorumquè de omnibus diſsidentium uideatur. S. Quietem ſpero. R. Mirum, unde uobis hæc libido ſperandi ſemper, ô mortale genus, ſiquidem quod ſperatis adepti eſtis, rurſus ſpem in longinqua transmittitis, & inde rurſus aliò, ita ne craſtinus dies hodierno ſit clarior, & meliora ſemper futura præſentibus, ſunt nēpè quibus nihil ſit gratius quàm ſperare, qui ſpem ipſam ſperatarum rerum nullis euentibus permutatam uelint, quibus ego quid optauerim niſi ut procraſtinantes omnia, bonisquè ſe ſuis interim ſpoliantes, inter irritas ſpes ſeneſcant, quo uel ſic intelligant, inaniter ſe ſperaſſe, & in tergum uerſi uideant fruſtrà ſe alibi quæſiuiſſe quod ſecum erat. S. Spero pacem requiemquè animi. R. Magna pars rerum humanarum umbra eſt, magna pars mortalium uento paſcitur, & in ſomnijs gaudet. ô quam multi cum hac ſpe ad æternos labores & bella deſcendunt.

De ſpe uitæ æternæ. Dial. CXXII. GAV.

SPero æternam uitam. R. Nulla maior, nulla pulchrior, nulla ſanctior ſpes, modò non cæca præceps ue ſit: ſunt enim qui ſemper, qui malè agendo bonum ſperent, quò nihil eſt ſtultius. S. Aeternam uitam ſpero. R. Ea eſt uirtutum conſanguinitas atque connexio, ſicut à Philoſophis diſputatum eſt, ut neceſſe ſit eum qui unam habet, omnes habere uirtutes, cui illud eſt conſequens, una uirtutum carētem, cunctis carere uirtutibus: quod ſi de mortalibus uerum eſt, quid de theologicis opinemur, itaque ſi ſpem habes, charitatem ſimul habeas oportet ac fidem, ſi qua harum deſit, non iam ſpes ulla, ſed præſumptio in cōfulta eſt. S. Vitā ſpero æternā. R. Rem bonā, immò optimā ſperas, illud uide, ut quod bonū agis, agas bene. Sūt & q bona malè agant, nec minus infallibilis æſtimator, quiſqualiter ꝙ qd fiat aſpicit, nec minus aduerbia quā uerba librat ac nomina. S. Spero uitā æternā. R. Nū cœleſtes tantùm ſed terreſtres domini de ſe ſeparari amāt, ſed à quibus profectò ab his qbus ſe charos ac delectos ſciūt, aut q ſi quando forſitā odioſi fuerint ac rebelles, redire in gratiā optātes ad miſericordiā cōfugerunt. S. Vitā æternā ſpero. R. Vitā tēporalē corrige, hac ad illā pergit. S. Spero uitā æternā. R. Vna omniū ſpes eſt, quæ ſi ritè illā cōcipis, & fœlicē te faciet & iam facit. S. Aeternā uitam ſpero. R. Primum eſt ut miſericordiā, dehinc uitā ſperes, utranq; ſobriè ac modeſte. S. Spero æternā uitā R. O fœlix, niſi te ſpes iſta fefellit.

FINIS LIBRI I.

IN LIBRVM DE REMEDIO VTRIVSQ. FORTVNÆ, SECVNDVM, FRANCISCI PETRARCHAE. V. C.

PRAEFATIO.

EX omnibus quæ mihi lecta placuerint uel audita, nihil penè, uel inſedit altius, uel tenacius inhæſit, uel crebrius ad memoriam rediit, quam illud Heracliti. Omnia ſecundum litem fieri, ſic eſt enim, & ſic eſſe propemodum uniuerſa teſtantur. Rapido ſtellæ obuiant firmamento, contraria inuicem elementa confligunt, terræ tremunt, maria fluctuant, aër quatitur, crepant flammæ, bellum immortale gerunt uenti, temporibus concertant, ſecum ſingula, nobiſcum omnia: uer humidum, æſtas arida, mollis autumnus, hyems hiſpida, & quæ uiciſsitudo dicitur, pugna eſt. Hæc ipſa igitur quibus inſiſtimus, quibus circumfouemur & uiuimus, quæ tot illecebris blandiuntur, quam ſi iraſci ceperint ſint horrenda, indicant terræmotus & concitatiſsimi turbines, indicant naufragia atque incendia ſeu cœlo ſeu terris ſæuientia. quis inſultus grandinis, quænam illa uis imbrium, qui fremitus tonitruum, qui fulminis impetus, quæ rabies procellarum, qui feruor, qui mugitus pelagi, qui torrentium fragor, qui fluminum excurſus, qui nubium curſus & recurſus & concurſus? Mare ipſum præter apertam ac rapidam uim uentorū, atque abditos fluctuum tumores, incertis uicibus alternantes, certos ſtatutosq; fluxus ac refluxus habet, cùm multis in locis, tùm conſpectius in occaſu, quæ res dum manifeſti motus latens cauſa quæri-

tur, non minorem Philoſophorum in ſcholis, quàm fluctuum ipſo in pelago litem mouit. Quid quod nullum animal bellis uacat? piſces, feræ, uolucres, ſerpentes, homines, una ſpecies aliam exagitat, nulli omnium quies data, leo lupum, lupus canem, canis leporem inſequitur. Eſt & canum ſtirps audentior, non lupis modò reſiſtere, ſed leones, pardos, apros, urſos, inſectari ſolita atque aggredi. quorundam uerò tam generoſa ferocia, & tam nobilis fertur elatio, ut urſos'q; faſtidiant, inq; ſolos elephantes aut leones dignentur irruere, qualem unũ Alexandro regi miſſum, contemptu'q; tali mali cognito, contemptum occidiq; iuſſum legimus, miſſumq; inde alterum probatumq; qua decuit, dilectumq; regi unicè atq; in delicijs habitum. Nam ipſius canis erga hominem cui ſeruat amiciſſimus quanta ſit charitas, niſi quam conciliat ſpes cibi, præter morſus & latratus implacabiles, non tamen Actæonis fabula, ſed diſcerptus uerè probat Euripides. Vulpina fallacia una quidem ex multis audita eſt: piſcatores cum ad urbem piſces deferrent, quod æſtate libenter noctu faciunt, aliquando uulpeculam cui exanimem calle medio tranſuerſam habuiſſe, quam arreptam decoriaturi ex commodo, cum ſupra ſarcinam proieciſſent illam ubi ſe piſcibus affatim impleſſet ſubito proſiluiſſe, mirantibus'q; illis atq; indignantibus effugiſſe. Iam qui tam alij uulpium doli, qui luporum ululatus. quod murmur ad caulas, quæ cornorum miluorumq; circa columbarum domos ac pullorum nidos uigilantia, quod inter ſe, ut perhibent naturale æternum atq; odium? Alter alterius inuadit nidum, effractis'q; ouis ſpem prolis interimit: nam cuculo enim unus quidem alterq; eſt hoſtis, omnes ferè auiculæ illi inſultant, profugo ſemper & querulo. Quæ nam præterea & quales muſtellarum contra aſpides inſidiæ? quod circa diuitum thalamos acumen furum? Quæ nam ex diuerſo cuiuſq; pro ſe ſuo in genere excubiæ, quantaq; quamq; uigil repugnantia eſt? quis uenatorum, quis de aucupum artes ac laqueos, quis piſcatorum hamos ac retia, horumq; omnium labores uigilias'q; explicet? aut hæc contra, ferarum, auium, piſcium ingenia? quæ cuncta quid ſunt aliud, quàm litium inſtrumenta? Age quæ nam aſylorum aculei ueſparum'q; hiſq; cum peſtibus? quæ boum prælia, qui ſudores? nec maior canum equorumq; aut reliquorum quadrupedum pax quieſcit. Quæ muſcarum æſtiua tædia, quæ uinium, quas muſcas albas ludo dicit, hibernæ moleſtiæ? Quæ ſoricum perennis inquietudo, quæ pulicum pernox obſidio, quæ culicũ lis diurna, quæ anguium ranarumq; cum ciconijs, quæ pygmæorum bella cum gruibus? quas inter Arimaſpos & Gryphes pugnas excitat auri ſitis, ut quorum maior improbitas, haud facilè iudicem, niſi quod illi rapinam, hi cuſtodiam moliuntur, illos auaritia ſtimulat, hos natura. Idem & cuſtodiæ ſtudium, & prædæ diſtantiſſimo mundi tractu apud Indos inuenio, illic quoque ſuum aurum, contra parem gentis auaritiam formicis quibuſdam incredibili mole & mira feritate tuentibus. Baſiliſcus angues reliquos ſibilo territat, aduentu fugat, uiſu perimit. Elephantem draco ſpiris implicat ſeu peroſis, eſt enim incertum. Vnde nonnullis animantibus inter ſe naturale odium, ſeu æſtate algidum ſuum cruorem, quod & quidam tradidere, & pugnæ exitus facit, ut credi poſſit, ſi uerum eſt, alterum exanguem exire atque emori, alterum uerò fuſi hoſtis hauſto ſanguine, ceu bello uictorem, uictumq; delitijs & nimio potu raptum commortuumq; procumbere. Multa præterea genus hoc, atque in primis acerrimus epotæ dolor hirundinis, & uiſi uel audita muris, faſtigia offendant, mirum dictu, tantum animal & tantarum uirium, tàm puſilli hoſtis horrere conſpectum ſed ſic ſine lite atq; offenſione nil genuit natura parens. Leo ipſe generoſum ac ſecurum animal, pro defenſione ferarũ ſerum ſpernens, nec ſore uiſum terreat, nec aſpiciens quidem rotarum ſtrepitum uacuos currus agentium, & gallinaceorum criſtas, quis non ſtupeat, ſi uera fama eſt, magisq; etiam cantus, ſuper omnia uero flammas metuere crepitantes traditur. ea ergo hoſte generi lis propria eſt, præter illam communem feris omnibus uenationem. Eſt & ſua lis tygribus raptæ prolis, & profugi hoſtis ludificantis inſtantem atq; ingenio retardantis. Lupo una ſemper cum fame perpetua ruſticiſque ac paſtoribus lis manet. uenenoſa loquor & ferocia. Quænam uerò manſuetis gregibus eſt quies? Quantis uiſibus quantiſque odijs confligunt ſues? quantis armentorum duces? quænam inter illos certamina? quænam fugæ? quæ uictoris inſolentia? quis uicti dolor? quæ iniuriarum recordatio, qui reditus ad uindictam, quis non legendo perpendit ut poëtarum ingenia, & bellaces exercent tauri, & inter ſe aduerſis luctantes cornibus hœdi, quid de alijs lis omnibus una eſt. Nihilq; non ſecundum litem fit, quando nouum ad præſepe hoſpes equos, quando pullus adiens quietum cibum inter pares ſumpſit? quis non illud aduertit gallinis ſæuientibus pro imbecilli familia, quantus ardor, impatientia quanta ſit, quanquã eſt id quidem commune omnium? Nullum tam mite animal, quod non amor ſobolis ac metus exaſperet. Galli ſe calcaribus impetunt & natura, & cruore rutilas criſtas inter uulnera detinent, totis corporibus obnixi, tantumq; ſuperbiæ paruo regnat in pectore, tanta uincendi cupiditas tantus cedendi pudor eſt. Anatum atq; anſerum pertinaciam quis non uidit, ut pectoribus ſe perurgent, clangoribus increpitant, alis diuerberant, roſtris hærent? Et quidem in ferocibus minus miri uſitatum enim & commune eſt, ut animalia maiora minorum pernicies ac ſepulchrum ſint, fera feram, auis auem, piſcis piſcem, uermem uermis rodit. Qui & littoreæ uolucres, aquaticæq; quadrupedes, æquor, ſtagna, lacos & flumina rimantur, exhauriunt, & infeſtant, ut mihi omnium inquietiſſima pars rerum aqua uideatur, & ſuis motibus & incolarum perpetuis acta tumultibus, quippè quæ nouorum animantium ac monſtrorum feraciſſima eſſe non ambigitur, uſq; adeò, ut uulgi opinionem, ne docti quidẽ reſpuant, omnes propè quas terra uel aër animantium formas habet, eſſe in aquis, cum innumerabiles ibi ſint, quas & aër & terra non habet, & in his quidem fermè omnibus, præda uel odium litẽ parit. Quid quod his ceſſantibus lis nõ ceſſat? Age enim in amore quantus zelus, quanta in coniugio diſſonantia, quot querelæ, quãtæ ſuſpitiones amantiũ, quæ ſuſpiria, qui dolores, quanta non dicã dominorũ ac ſeruorum, qui non ideò minus infeſti, quia domeſtici hoſtes ſunt, cũ quibus nulla unquã pax ſperanda, niſi quã uel mors fecerit, uel paupertas. Non dicam fratrũ, quorum gratiã rarã ipſam ueritas ore Naſonis teſtata eſt, non filiorũ in parentes, quid eiuſdem poëtæ carmẽ canit, ſed parentũ quorum opinatiſſimus eſt amor, quanta indignatio in filios, quos dum bonos cupiunt, malos lugent. Atq; ita quodammodo dum uidè diligunt, oderunt, & fraternum quidem paternumq; uincli nominum artiſſimi, ſæpe ſine amore, interdumq; cum odio uidemus. Veniam ad amicitiæ ſanctum nomen, quod ab amando dictum, abſq; amore nec eſſe certè nec intelligi poteſt: quanta uerò in amicis, quamuis finium concordia, uitæ tamen actuumq; diſcordia, quanta opinionum atque conſiliorum conflictatio eſt? ut uix Ciceroniana diffinitio ſtare queat. Sit enim licet inter amicos beniuolentia & charitas, deeſt tamen illa omnium diuinarum humanarumque rerum conſenſio, ex qua ille diffinitionem conficit: quid in odio ſperes igitur? Eſt & in amore odium, & in pace bellum, & in conſenſione diſſenſio. Oſtendam tibi ſic eſſe, ex ipſis quæ aſſiduè in oculis ſunt, feras aſpice, quas ferro indomitas, omnipotens amor domat, intende animum, leænæ, tygres, urſæ, quanto cũ murmure ueniũt, ad id quod cupidiſſimè faciunt? nõ cupidas, ſed coactas putes. Ferarum aliæ dum coëunt magnis ſtridoribus, aliæ rapidis unguibus inquietæ ſunt, iam ſi credimus quod de natura uiperæ magni ſcribunt uiri, quanta rerum contrarietas, quantumque litigium. Maris caput ſua quadam naturali, ſed effrenata dulcedine, in os uiperæ inſertum, illa precipiti feruore libidinis amputat, inde iam prægnans uidua.

cum.

cum pariendi tempus aduenerit, fœtu multiplici prægrauante, & uelut in ultionem patris uno quoq; quàmprimum erumpere feſtinante, diſcerpitur. Ita duo animantium prima uota, proles & coitus, huic generi infauſta penituſque mortifera deprehenduntur, dum matrem coitus, matrem partus interimit. Apum aluearia contemplare, quæ illic contentio, qui ſtrepitus, quæ nam non modo bella cum proximis, ſed ciuiles, ut ita dixerim, diſcordiæ, ac bella domeſtica. Columbarum nidos intuere, ſimpliciſſimum animal, & ut memorant felle carens, quantis, quæſo, cum prælijs quantiſq; clamoribus uitam ducit. Indiſciplinatus in caſtris ac barbaris eſſe uideâre, adeò nec luce pacati aliquid, nec nocte quidem uideas, mitto autem inſultus in alterutrum, ipſum in ſe uinculo mutuæ uoluptatis aſtrictum par, eamq; ob cauſam ueneri ſacrum, quantis querimonijs ad optatum fertur, ut ſæpè columbam circuit, ſæpè alis roſtroq; perſequitur ſuus amans. Ad minutiſſima me remittam, quæ non ut minor, ſic & minus ſpectabilis, minus ue laborioſa materia eſt: quænam ergo aranearum inſidiæ & quàm uigil intentio, quæ captandis infirmioribus telarum ſcena, qui rerum obtentus fallacis ac rapinis? quid pannis tineæ, quid canes tignis, nocturniq; uermiculi non ſine tædio, & obtuſo quodam ſub ſtrepitu, trabium uiſcera fodientes, illarum maximè quibus cædendis lunæ ac menſium obſeruatio diligens ſit neglecta. quæ latens peſtis ut fumoſis tectis agreſtium, ſic auratis regum laquearibus inſultat, templis quoq; ſacratis & altaribus, ſacriſq; opibus philoſophantium non parcit, quin & librorum poſtes & mẽbranas & literas, addam quod niſi pice liquida, leuiq; incendio ſit occurſum, nõnunquã periculi uel naufragij etiã cauſa eſt, & maria ingredi, & carinas nauium terebrare auſa, ſæpe bellum graue neſcientibus intulit. Præterea quid bruchus oleribus, quid ſegetibus locuſta, quid meſſibus ſeu anſer aduena, ſeu paſſer indigena, ſeu grus domicilijs translatrix, uolucreſq; aliæ importunũ genus? Vnde illud Georgicum Virgilij, quod mirari ſoleo, iam non miror ut aues ſonitu terreantur. Rure enim nunc Italico habitanti, unum hoc ex multis æſtiuis tædijs eſſe cœperit, ſic mihi ad ueſperam & inſultus uolucrum, & lapidum colliſio, & uillici clamor durat. Ad hæc quid ericius uindemiæ, quid ærugo herbis, eruca frondibus, talpa radicibus? quid poſtremo areis horreiſque

Curculio: atq; inopi metuens formica ſenectæ.

Vt ait ille, quis feruor & perexigui animantis inquietudo, ut dum brumæ ſuæ conſulit, noſtram turbat æſtatem? Tardus eſſem ad credendum alijs, expertus ſcio, quantò non ſolum tædio ſed & damno ſit puluerulentum illud, ac trepida ſemper expeditione feſtinum agmen, ut non tantum agros, ſed areas & thalamos & promptuaria populentur. Iam cedere incipiam, Piſanis in finibus, caſtrũ quod haud longè à nauigantibus oſtenditur, formicarum ſcatebris ac diluuio deſertum: tale aliquid Vincentinis quoq; memorant in finibus, & ego uel utrobiq;, uel ubiq; fieri poſſe crediderim. Sic me nuper non agreſti quidem, ſed urbana paulominus pepulerunt domo, ut ignis & calcis, ad extremum fugæ rerum remedio opus eſſet, Apuleioq; fidem habeam, conſumptum ab his hominem, & ſi deſit mel: mirariq; me non negem, quid eſt, quod quidam ſollicitudinis exemplum propoſuêre formicam, alij de hac longos texuêre ſermones, parſimoniam, atq; induſtriam prædicantes? Benè hercle, ſi omnis ſollicitudo laudabilis eſſet, exemplum fortaſſe igitur prædonibus idoneum, non his quibus de ſuo uiuere, ſine cuiuſquam iniuria mens eſt. At ſollicitum animal, quis neſcit, ſed improbum, ſed iniuſtum, rapto uiuens, nullius induſtriæ, niſi ut malum, nullius uſus, ac incommodi tædijq; multiplicis. Cur igitur hoc exemplum dederint, cur hoc animal laudauerint, dico iterum miror, præcipuè cum adeſſet apis induſtrium prouidentiſſimumq; animal, nulli noxium multis utile, ſibiq; & alijs arte quadam naturaliter inſita, & ſuo illo nobili labore ſubueniens. Quid nunc ego damnoſam eloquar ubertatem, & excreſcentiũ luxuriem foliorum, cõtra quàm peruigil excubat, & præduris unguibus armatus agricola, & ultrici ſuccinctus falce frondator? quid lappas & tribulos, atq; annuam tempeſtatem, renaſcentium ſtirpium ac radicum, litium ac laborum materiam immortalem? quid imbrium bella furentium, & moles niuium, & uredinem pruinarum, & aſperitatem, & uiolentiam glaciei, & torrentium repentinos impetus, & uaga fluminum excrementa, totas ſæpe regiones & magnos populos, ſed in primis ruſticorum ſepta quaſſantium, quorum in tot malis, uix terreſtris, & in terra ſemper acclinis agitur uita? Atq; ut delicatorum ac diuitum de tædijs aliquid dicam. quis nocturna auium bella non pertulit? bubones ſtrigeſq; & oblatrantium limine canum ſuperuacuas excubias, & catas in tegulis nundinantes, ac tranquilla ſilentia horrendis occentibus, & clamore tartareo infeſtantes, & mæſti ſoricum occentus, & quicquid inter tenebras importunum ſtrepit? His accedunt & nocturna ranarum coaxatio, & matutini planctus hirundinum ac minæ, adeſſe Ityn putes ac Tereum: nam diurnam an ram quietem & cicadæ ſtridulæ, & procaces corui, & rudentes impediunt aſelli, & balatus pecudum, & mugitus boum, & magno pretio parua oua uendentium gallinarum concentus inconditus fine carens. Super omnia uerò uel ſuillus grunnitus, uel uulgaris clamor, & ſtultorum riſus, quo incepto res ineptior nulla eſt, ut Catullus ait: & ebriorum cantus ac gaudia, quibus nihil eſt triſtius, & litigantium querelæ & anile conuitium ſeu garritus: & puerorum nunc prælia, nunc lamenta, & nuptiarum uel conuiuia turbida, uel choreæ & uxorum uiuos ante lugentium leti fletus, & parentum uernatorum in mortibus eiulatus. Adde his fori turbas, ac ſtrepitum altercantiumq; mercantium & ementium, hinc contempens, hinc uendentium iuramenta. Adde hinc artificum laborem uoce mulcentium mœſtos cantus, hinc fidibus lanas ac uellera conglobata pulſantium, iniucundam muſicam, & udas pectinis peterrantis, hinc follium fabrilium raucos flatus, & acutos ſonitus malleorum, quibus ſciſſa æquis partibus hyberna nox additur, ut nullum uel quieti datum tempus, litibus ſit immunè. Vt uerò inſenſibiliũ rerum genus attingam, quid uel cum ferro magnes habet, uel cum magnete adamas, quorum & ſi cauſa litis occultior, lis aperta eſt. Magnes ſiquidem ferrum trahit, adhibe adamantem, trahere definet remittetq; ſi traxerit, utrobiq; uis mirabilis, ſeu quod pigro & informi lapidi natura, quaſi manus atq; uncos dederit, aduerſus rigidum ac præualidum metallum, ſeu quod illos ſibi de lapide altero aſtante ſurripuerit, quæ non primæ litis finis, ſcilicet noua lis eſt. & ſi hoc ultimum [illegible] negent. Mihi enim experiendi haſtenus uel occaſio defuit uel uoluntas, Itaq; nihil affirmo: primum uerò notum ideò, ut ne affirmari quidem ſit neceſſe. Verum ego breui nimis in tempore & anguſto in ſpatio, opus ingens, magno animo aggreſſus, iam hinc uideo, ad hanc rem plus mihi animi eſſe, quã otium. nec mihi nec cuiquam ſanè unum hoc agenti, ex commodo facilè futurum, ſingula proſequi, ex quibus appareat, omnia ſecundum litem fieri, quæ ſeu magna, ſeu parua magno miraculo fiant, licet nondũ tamen illud maximũ ſtupendũq; inter ſumma & extrema naturæ prodigia numeratũ attigi, ſed attingã paucis. Echineis ſemipedalis piſciculus, nauim quamuis immẽſam uentis, undis, remis, uelis actã, retinet, ſolus elementorũ atq; hominũ uim retundẽs, nullo quidem actu alio, quã nauigij poſtibus adhærendo, nullo demũ conamine ſed natura ipſa. quod & ſi ſcriptis illuſtribus inſitũ, è numero tamẽ incredibiliũ haberetur, ſi de oceano Indico fortaſsis aut Scythico ſcriptũ eſſet, & nõ potius in noſtro mari monſtrõ hoc Romanis imperatoribus accidiſſet: Animaduerſa enim moræ cauſa, quod tota claſſe, prodeunte, nauis una uelut in anchoris ſtaret, neq; prorſus loco moueretur, dimiſsis pelagi expertis, manu ut dicitur, comperta ueritas, & limacis inſtar piſcis, clauo inſidens inuentus atq; oſtenſus eſt principi indignanti, tãtum in ſe potuiſſe tantillum animal, idq; unum

præcipuum

præcipuum admiranti, quod nauigium receptus, tantam illam exterius inhærendi efficaciam amiſiſſet. Nam illud alterum monſtri genus, non ſiluiſſe equidem quàm affirmaſſe maluerim, cuius apud nos neſcio, quàm uerax, ſed noua utique, & ob id ipſum ſuſpecta mihi eſt fama. Eſſe circa mare Indicum inauditæ magnitudinis auem quâdam, quam Rochum noſtri uocant, quæ non modò ſingulos homines, ſed tota inſuper roſtro præhenſa nauigia ſecum tollat in nubila, & pendentes in aëre miſeros nauigantes, aduolata ipſo terribilem mortem ferat. quâta uerò uis auaritiæ eſt, quæ neq; alijs multis, neque hoc uno tàm immani periculo à nauigatione deterritos, ſequaces ſuos prædæ auidos prædā facit? Iam uero ut de inuiſibilibus aliquid ad inceptum traham, quanta commixtione contrariorum ſic motiua tempeſtates, inter quas contrarietates aduerſantium extremorum ad medium uirtutis, per quas differentias, quantâq; diſcordiam uocum ad muſicam concordiam peruenitur? denique quæcunque ſunt excute, & percurre animo cœlum, terras, maria: æquè in ſummo æthere & in fundo pelagi, inq; imis terræ certatur flatibus, æquè in ſyluis & in agris, æquè in deſertis arenarum, & in plateis urbium lis æterna eſt. Ne cum uarietate rerum ab incepto deuiem, taceo quod iam inde ab ipſo mundi primordio inter æthereos ſpiritus, in ipſa cœli arce pugnatum eſt, hodieq; in hoc tractu caliginoſi aëris pugnari creditur. taceo, quod in illo cœleſti congreſſu, uicti angeli uictoribuſque iam ſuis facti impares, dum in nos mortales terræ accolas ulciſci, ſtudent immortale nobis bellum temptationum uariarum, durumque negotium atque ambiguum peperēre. taceo quod ut omnia, & quæ ſenſu carent, & quæ ſentiunt in unū cogam, à ſupremo cœli uertice, ut dixi, uſque ad infinitum terræ centrum, & à principe angelo, uſque ad minimū & extremum uermem, iugis & implacabilis pugna eſt. Homo ipſe terreſtriū dux & rector animantium, qui rationis gubernaculo ſolus hoc iter uitæ, & hoc mare tumidum turbidumque tranquillè agere poſſe uideretur, quàm continua lite agitur, non modò cum alijs, ſed ſecum de quo mox dicam. Nunc de primo agendum: ſiquidem nihil mali eſt, quod non homo in hominem machinetur, ut cætera hominum mala undecunque uenientia ſeu à natura, ſeu à fortuna, huic una collata, leuia quædam incommoda uideantur, id enim uerò, ſi ad plenum aperire uoluero, id quod nolim, quodq; à propoſito longè eſt, & omnis humanorum actuum ſcena retegenda, & omnis æui hiſtoria retexenda erit, hoc unum dixiſſe ſatis ſit, quia ſi nulla unquam alia quàm Romanorum bella toto fuiſſent orbe terrarum, abundè bellorum eſſet & litium. adde ſententiarum diſſonantiā, & inenodabiles rerum modos, quis ſectarum uarietates, aut philoſophorū bella dinumeret? Populorum & regum prælia quieuēre, Philoſophi non quieſcunt, & pugnant illi de eo, quod cum huius eſſe cœperit, eſſe deſinit illius. hi de ueritate litigant, quæ una ſimul omnium eſſe poteſt, neque hanc litem aut quæſitæ ueritatis ſplendor, aut Academicus unquam ualuit finire Carneades, philoſophicæ ſequeſter pacis anxius ſed irritus, ut non ineleganter mihi quidem dixiſſe uideatur, Annæus Seneca, ubi horologia Philoſophis confert, quod ſcilicet par utriſque diſcordia eſt, idque quàm uerum ſit, quiſquis & Philoſophis animum & horologijs aurem dedit, intelligere potuit. Nec uerò aliorum doctrina tranquillior, quæ grammaticorum adhuc ſub iudice lis exiſtens? qui conflictus Rhetorum, quæ Dialecticorum altercationes? quæ denique artium omnium diſcordiæ? qui clamores inter Cauſidicos? quàm benè conueniat ipſarum cauſarum immortalitas probat. De concordia medicorum teſtimonium ſit ægrotorum, uitam certè quàm breuē dixēre, ſæpè ſuis litibus fecēre breuiſſimam. quanta eſt præterea de ſacris & de religione diſ[illegible]mitas animorum, non tàm literatorum uerbis hominum, quàm populorum armis, & campo ſæpius commiſſa quàm ſcholæ, ita cum una ſit ueritas, unumq; ſit in rebus uerum, cui, ut ait Ariſtoteles, omnia conſonant, de hoc tàm diuerſæ pugnanteſq; ſententiæ, ipſos ueri agitant profeſſores. Quid de communi uita deq; actibus mortalium loquar? duos in magna urbe concordes, cum multa tum maxima ædificiorum habituumq; uarietas arguit: nam quiſnam quam tàm locupletis delicatique patrisfamilias uactus eſt domum, ut non ibi multa mutauerit, ut quod uni ſtudium fuit extruere, alteri ſit uoluptas euertere. Teſtantur mutatæ ſæpius feneſtræ, obſtructa oſtia, paſſimq; uetuſtis: in parietibus nouæ indicāt cicatrices, Neque in alienis id tantum, ſed in noſtris patimur, ſua dum cuiuſque ſententia ſecum pugnans: quod ait Flaccus:

Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis?

Quo luce clarius fiat, quis noſtrum quiſque cum alijs, quis ſe ſecum ſit. Iam qui ueſtigium modus, quiſue habitus uiduum totum noſtris durat in urbibus, quæ municipiorū ſcita, non ut longæua eficiat cum ſuis laboribus deſerunt. Adhæc quænam ducum in ordinanda acie, quænam magiſtratuum in ferendis legibus, quænam naturarum in capiendo conſilio diſparitas, quæue diſcordia eſt? Didici hoc ego ultimū magnis ſæpè periculis meis, dum mari cœloque mortem minantibus, nocte ſimul ac nubibus cuncta terrarum ac ſtellarum ſigna tegentibus, puppe iam fatiſcente, & ſemiopplera fluctibus, nautæ de ſumma rerū, media in morte, contrarijs ſtudijs atque opinionibus obſtinatiſſimè litigarent, adde in quibus ſine aduerſario lis eſt. Quæ ſcriptorum prælia cum membranis, cum atramento, cum calamis, cum papyro? quæ fabrorum cum malleis, cum forcipibus, cum incude? quæ aratorum cum ſtiua, cum uomere, ipſiſque cum glebis & cum bobus? quæ militum, non dico cum hoſte, ſed cum equis atque armis proprijs, dum & illi rebellant, & prægrauant aut comprimunt? quid dictantibus ſcribentibuſq; negocij eſt, dum hos in explerum loqui multa cogit intentio, illos uel explera percipere uetat, hinc inſcitia, hinc uolatilis & inconſtans animus, ſemperq; aliud cogitans quàm quid ait? ſed quid ſingillatim ago? Nulla mechanicarum difficultatibus ſuis uacat, reliquæ uerò, ut quædam notæ dulcedinis, ſic latentis amaritudinis multum habent, nilque eorum etiam quæ delectare ſine lite agitur. Iam quæ infantium bella cum lapſibus, quæ puerorum rixa cum literis amariſsime ferentiū, quod prædulciter meraut? quænam inſuper adoleſcentium lis, cum uoluptatibus dicam uerius, immò quanta ſecum illis affectuumq; colliſio? cum uoluptatibus eſt nulla lis, penitus, ſed conſenſus eſt omni lite funeſtior. Credo expertus, nulli hominum generi, nulli ætati plus litigij eſſe, plus inextricabilis, laborioſiq; negocij, nullos hominum tàm lætos uideri, nullos eſſe tàm miſeros aut tàm mœſtos. Poſtremo quænam fœminis puerperij difficultas, quantumq; diſcrimen? quænam uiris cum paupertate atq; ambitione luctamina? quanta uitæ plura quàm expedit ſatagentis anxietas? quod deniq; illud ſenum cum ætate ac moribus propinquante morte, quod omnium ipſa cum morte, quidq; ipſa quoq; eſt morte moleſtius, cum perpetuo mortis terrore certamen? Poſſem hunc ſermonem mille rerum argumētis extēdere, ſed ſi ut libro ſuperiore uoluiſti, ſic epiſtolam quoque hanc, prologi locum obtinere, & libri huius partem eſſe uolueris. Iam hinc uideo, quantum hæc ipſa præfatio libri modum excedat, itaq; frenanda curioſitas, & cohibendus eſt ſtilus. Ad ſummam ergo omnia, ſed in primis omnis hominum uita lis quædam eſt. Verum hac externa lite interim omiſſa, de qua paulo antè diximus, & quæ minor utinam, & ob id minus omnibus nota eſſet, lis interior quanta eſt? neq; enim ſolum contra aliam, ſed contra ſuam, ut dixi ſpeciem, neque contra aliud indiuiduum, ſed contra ſemetipſum. Idq; & in ſuperficie iſta corporea, quæ noſtri pars uiliſsima atq; ultima eſt, & in intimis animæ penetrabilis quiſq; ſecum ſe aſſiduè bellum habet, nam & corpus hoc, quàm contrarijs æſtuet ac turbetur humoribus, ab his quos Phyſicos dicūt, quærimus quàm diuerſis quanque aduerſis ſecum pugnet affectibus, unuſquiſq; non alium quàm ſeſe interroget, ſibiq; reſpondeat,

reſpondeat, quàm uario quàmq; reciproco mentis impulſu, modo huc rapitur, modo illuc, nuſquam totus, nuſquam blandus, ſecum ipſe diſſentiens, ſe diſcerpens. Nam ut ſileam reliquos motus, uelle, nolle, amare, odiſſe, blandiri, minari, uidere, fallere, fingere, iocari, flere, miſereri, parcere, iraſci, placari, labi, deijci, attolli, titubare, ſubſiſtere, progredi, retrocedere, inchoari, deſinere, dubitare, errare, falli, neſcire, diſcere, obliuiſci, meminiſſe, inuidere, contemnere, mirari, faſtidire, deſpicere ſimulq; ſuſpicere, & quæ ſunt eiuſmodi, quibus utiq; nihil incertius fingi poteſt, quibusde ſine ulla requie ab ingreſſu uſq; ad exitum fluctuat uita mortalis. Quęnam tandem, illa paſsionū quatuor tempeſtas ac rabies, Sperare ſeu Cupere & Gaudere, Metuere & Dolere. quæ rerum inter ſcopulos, procùl à portu miſerum alternis flatibus animum exagitant, quas alij fortaſsè, immò certè, aliter ſub uno ne integro quidem uerſiculo, & ut Auguſtino placet, notiſsima ueritate Virgilius ſtrinxit, de quibus ad utramque partem, & plura quidem & pauciora dici poſſe ſcio. Verum ego nec breuitati admodum ſtudui, nec copiæ, ſed quæ de communi uita hominum, quo ſe obtulerunt ordine ſcriptis inſerui, ne legentem, uel inopia uel faſtidio fatigarem. Neq; uerò te moueat fortunæ nomen, non tantum in ipſis inſcriptionibus ſed operæ repetitum, ſæpe quidem ex me, quid de fortuna ſentiam audiſti, ſed cum his maximè qui doctrina minus fulci eſſent, hæc neceſſaria præuiderem, noto illis & communi uocabulo uſus ſum, non inſcius, quid de hac re latè alij, breuiſsimeq; Hieronymus ubi ait: Nec fatum nec fortuna. cōmunis ergo acies ſuū hic loquēdi morē recognoſcet. Docti autem, qui pertari ſunt, quid intendam ſcient, nec uulgari cognomine turbabuntur. Bipartiti ſanè operis, paſsionū ac fortunæ, de parte altera, quæ uiſa ſunt diximus, de altera quæ dehinc uiſa fuerint, dicemus.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. DE REMEdiis utriuſque Fortunæ, Liber II.

AD SPLENDIDVM NATALIBVSQ. CLARVM VIRVM AZONEM CORREGIVM, PRINcipem Parmenſem, amicum ſuum.

DE DEFORMITATE CORporis, Dialog. I.

Interlocutores,

DOLOR, RATIO ET METVS.

EGiſſe mecum nimis illiberaliter naturam queror, quæ deformem genuit. R. O'quot faces extinxit, quod occurrit incendijs. D. Deformem genuit natura. R. Non dedit quod delectet. ſi quod ꝓſit dedit, ſatis eſt, mitte querelas. D. Non dedit formæ gratiam natura. R. Dare noluit, quod ægritudo corrumperet, quod ſenectus eriperet: dedit fortè quod nec mors ipſa contingere audeat. D. Formam corporis natura negauit. R. Si formam animi largita eſt, maximi debitor, exigui repulſam, alta mente deſpicito, & offenſam ſpeculi conſcientia ſolare. D. Inuidit natura formam corporis. R. Non inuidit, ſed erubuit dare, quod quotidie minuatur & pereat, uera liberalitas manſuro munere noſcitur, putria & caduca auari etiam donant. Forma fugax & fragile naturæ donum. paucis ad utilitatem, multis ad pernitiem, nulli ad ſalutem ueramq; gloriā data eſt. D. Forma mihi corporis negata eſt. R. Raro admodū forma, inſignis honeſtaſq; uno ſub lare habitant. Benè tibi accidit, ſi peiori excluſa, hoſpes melior tecti eſt.

D. Nullum

D. Nullum formæ decus obtigit. R. Quid hinc doles, aut quid penitus ſanctũ piũq; animo uoluis? in quod tibi neceſſariam, aut omnino uſui, & nõ potius impedimento eſſe corporis formam putes? multos forma facit adulteros, caſtum nullum: multos per lubrica uoluptatum duxit ad infamem mortem, qui deformes ſine dedecore periculoq; uixiſſent. & quid multos dixi? Innumerabiles in diſcrimen, ferè omnes in crimen trahit. D. Cur me deformem genuit natura? R. Vt ipſe te ornares, ac formoſum faceres, ea forma quæ tecum eſſet in ſenio, in grabatulo, in feretro, in ſepulchro, eſſetq; tua non naturæ laus aut parentum. Pulchrius eſt pulchrum fieri quàm naſci. illud enim caſus, hoc ſtudij eſt. D. Corporis multa deformitas me premit. R. Deformitas quidem hæc, apud quoſdam infœlicitatis quædam portio eſt, tu crede dicentibus, non deformitate corporis fœdari animum, ſed pulchritudine animi corpus ornari. Non te hoc igitur inhoneſtat ut premit, ſed honeſtandi animi materiam aſſurgendiq; aditum per uirtutes aperit. D. Deformem natura parens genuit. R. Si deformem Helenam genuiſſet, uel ut uiros loquar, ſi deformem Paridem, fortaſsè Ilion adhuc ſtaret. D Deformis in lucẽ editus quæro. R. Pauci boni, formam corporis amarũt, nullus optauit, quidam etiam proiecerunt. quod feciſſe laudatur ille Tuſcus adoleſcens, qui præclari uultus eximiam ſpem, quàm ſuſpectam multis aduerſamq; famæ ſuæ ſenſerat, & pudicitiæ alienæ illatis ſibi ſponte uulneribus deformauit, quàm tibi diſsimilis qui id optes quod ille ſibi obſtulit, & quo rari nunquam innocuè uſi ſunt. D. Forma careo. R. Tutius eſt caruiſſe, quo in experimentum tui anceps, ac laborioſum ſæpè uenturus ſis. multis forma nocuit, cunctos exercuit, quoſdam poſt inſultus uarios moliuit, & uinci faciles dedit, atq; ab honeſtate tranſuerſos in culpam truſit. D. Deformis & breuis nimiũ ſtatura eſt. R. Non eſt ut reris proſequendũ querelis, incõmodum, longè conſpectior eſt ſtatura, breuis expeditior agiliorq;. D. Statura perbreuis eſt. R. Quid uetat, ut in parua domo, magnum uirum, ſic in paruo corpore magnum habitare? D. Corpus exiguum eſt. R. Id ſcilicet lamentaris, quod teipſo non es ornatus ſed leuis & facilis & ad cuncta uerſatilis. D. Perexiguũ eſt corpus. R. Quis unquã de exigua conqueſtus eſt ſarcina? iuxta herclè dolendi cauſa, quod non preſſus mole corporea ſed indutus, neque ipſe tibi tædio ſed uſui ſis. D. Contemptibili ſum ſtatura. R. Vt glorioſum nihil niſi uirtus, ſic contemptibile nihil niſi uitium. nullam uirtus reſpuit ſtaturam. D. Exigua corporis ſtatura eſt. R. Non ſtaturam corporis uirtus exigit ſed animi, hunc, ſi longa, ſi recta, ſi ampla, ſi magnifica, ſi decora eſt, ſit illa altera qualiſcunque, nihil ad rem. non ſolum domi, ſed ne militiæ quidem, niſi magis obeſſe uideretur. Noſti ut Marius ſummus dux, non longus, ſed toroſos & ualidos milites eligebat, id quàm fœliciter, quàm conſultò faceret, crebræ & ingentes iudicant uictoriæ. Habet corporũ proceritas maieſtatis pluſculum, non uigoris. D. Breuis eſt ſtatura. R. Hæc non impedit, quin uir bonus & magnus eſſe poſsis, inſuper & rex, ſi ſors tulerit & imperator, & ſi enim Affricanus Scipio celſus corpore, Iulius Cæſar ſtatura fuerit excelſa, breui tamen Alexander Macedo, & Auguſtus Cæſar, nec eorum magnitudini breuitas obſuit, nec detraxit famæ. D. Vellem eſſe altior & maior. R. Aſſurge animo, creſce uirtutibus, maior eris atq; altior. hoc utilius, hoc facilius incrementum. D. Cuperem eſſe formoſus R. Diſce amare atq; optare meliora, Stultum eſt amare periculum ſuum, ſtultum optare quod nullo ſtudio quæri poteſt, nempè ſi contra naturam formoſus fieri ſtudeas, nil ultra proficies, quã ut deformior uideare. D. Formoſus eſſe ne quicquã nitor. R. Nitere autẽ bonus eſſe, id nõ fruſtrà enim facies, hoc inter multa præcipuum uirtus habet, quæri poteſt eripi non poteſt. Cum reliqua in arbitrio ſint fortunæ, nec obſtante illa quæri ualeant, nec ſeruari. Sola uirtus fortunæ legibus libera eſt, atq; illa obluctante clarius nitet.

De imbecillitate. Dial. 11. DO.

NAtura me genuit imbecillẽ. R. Vt in putri uagina enſis ferreus, ſic in fragili corpore foris ſæpe animus latet. D. Imbecillis natus ſum. R. Nõ eris idone' uectandis oneribus

oneribus aut auro fodiendo, ſed honeſtis ſtudijs, ſed iuſtis imperijs, ſic in naui robuſtior quiſque remum agit, at prudentior clauum regit. Vita quaſi nauis rerum fluctibus, & mundi pelago iactata, ſuos remos habet ſuumque gubernaculum, à uilioribus repulſus officijs ad nobiliora conuertere. D. Imbecilla genuit natura. R. Quid ſi robuſtiſsimum genuiſſet? an perpetuum robur erat, an non robuſtior ægritudo? Vt ſileam caſus innumeros, qui repentè totum hominem debilitant, atque eneruant, animi robur optabile eſt, quod nec dies minuit nec fortuna. D. Corpore imbecillis ſum. R. Animum foueat que exercere ſuis artibus, quas meliores eſſe diuturnioresque non ambigis, laborem corporis linque ruricolis, nautis, fabris. D. Nullæ mihi ab origine fuêre uires. R. At id ipſum non habuiſſe, quàm perdidiſſe tollerabilius eſt, nempè ſi fuiſſent non manſiſſent, nam & Milonis ſenuerunt uires, & Herculis ſenuiſſent, non ſic Socratis, non Solonis, nõ Neſtoris, non Catonis. Melioribus utere. nil poteſt delectare magnum animum, quod non duret. D. Corpuſculum imbecille eſt. R. Si organum inhabitanti animo ſufficiens fuerit, ſatis eſt uirium, corpus namque propter animi ſeruitium feciſſe naturam, nemo tam corporis ſeruus eſt, qui neſciat, id ſi proprio munere fungitur, quid accuſas, ſeu quid amplius requiris? Nam qui ingenio fragiles, corpore præualent, hi belluis proximè accedunt, & ſæpè quod miſerum eſt, alijs ſeruiunt, ſæpè uerò quod miſerrimum, atque ubi humanæ miſeriæ ſumma eſt, animum ipſi ſuum ſeruire corpori ſuo cogunt, ſeruitute fœdiſsima. D. Corpus inualidum eſt mihi. R. Vera & generoſa uis hominis in animo eſt, Corpus eſt quaſi quædam domus animi, quàm robuſta, quàm fragilis, nihil ad hoſpitem, paucorum præcipuè dierum, modò ne corruat, tunc migrandi neceſsitas in illud, idque perpetuum domicilium, hinc excluſos transfert. Plus dicerem ſi plus capere poſſes, nec uulgari ſtrepitu prorſus obſurduiſſes: corpus ipſum non animi domum eſſe ſed carcerem, nec amicum certè, ſed domeſticum hoſtem, cuius tibi fragilitas ſit optanda, quo tu liber maturius ſis ac uictor. D. Nullæ ſunt mihi uires. R. Nullæ penitùs dum ualeas, non ſunt, quod ſi non uales, alia eſt querela. Non ergo nullas uis dicere, ſed paruas uires: Non es robuſtus, ut ille coëtaneus tuus, neque is, ut ille alius, neque ille ut bos, utque elephas, ſuus cuique uirium modus eſt, cuique quod ſat eſſet, indulgentior natura diſtribuit parens optima, & ſuorum fœtuum amantior quàm quiſque ſui. Non poteſtis de defectu quæri, de imparitate queritmini, turbidum genus & querulum, qua ſublata mundi decor intereat neceſſe eſt, ſic quod optimum eſt in rebus, id fertis egerrimè.

De aduerſa ualitudine. Dial. III. DO.

AT aduerſa ualitudo eſt. R. Quod expectabam audio, cognatæ etenim ſunt querelæ, ut ſi caro ſpiritui hoſtis eſt, uiciſsimque contrà ſe militant, quod in ſe expertus ille magnus ueri amicus, in omnibus uerũ dixit, conſequens eſt, ut quod alteri obeſt, proſit alteri, quod ſi ſpiritus carne nobilior meliorque eſt, cui maximè ſit fauendum uides, ac fortaſsis intelligis ualitudinem, quam aduerſam dicis eſſe proſperrimam. D. Inualida ualitudo eſt R. At eſt ualida hortatrix parſimoniæ, dehortatrixque libidinũ, & magiſtra modeſtiæ. D. Mala eſt ualitudo corporis. R. Si ualitudo animi bona eſt, pone ſolicitudinẽ, quicquid corpori euenerit, ſaluus es. D. Corpus ægrũ infirmũque eſt. R. Multi ad ſalutẽ animæ profuit corporis ægritudo, ille uir altus ex humili, ex aquis uectus ad ſydera, cœlique clauiger effectus, cuius umbra ſola morbos corporum moleſtiasque pellebat, interrogatus aliquando, cur filiã ſuam graui morbo preſſam fineret, reſpondit. Sic expedit ei. tu quid ſcis, an & tibi ſic expediat? D. Diu corpore ſic affectus ſum. R. Ille idem de quo loquor, filiam mox ut tuto ſanam fieri poſſe cognouit, & ſanauit, & ſanandis alijs habilem fecit. & tu facito ut ſecura tibi ſanitas tua ſit, fortaſsè ſanabere, Denique quod tuum eſt, animum cura, cœleſtique medico curandum offer. De reliquo unum hoc intrepide dixerim, & ſi nõ quod iuuat, at profectò quod expedit ſpera. D. Valitudo anxia eſt. R Eſt quæ obliuionem ſomnumque diſcutiat, & torporem abigat. D. Valitudo infirma eſt. R. In infirmitatibus gloriare, & uirtutẽ perfice, duo hæc unius magiſtri ore didiciſti. D.

Valitudo

Valitudo miſera eſt. R. Comes iniucunda,ſed fidelis,quæ te crebro uellicet,iter ſignet, & conditionis admoneat, optimum in periculis monitor fidus. D. Valitudo corporis extrema ſine remedio eſt. R. Sile & gaude, ruinoſo carcere uinctum te, egredi ere facilius ac citius.

De ignobili patria Dial. IIII. DO.

IGnobilis patriæ ciuis ſum. R. Eſto tu nobilis, nam nil uetat, nihil cum patriæ nobilitate tua nobilitas mixtum habet. D. Paruæ urbis incola ſum. R. Et magnæ urbes paruos ciues habent,immò ferè ex his conſtant,& paruæ magnos quoſdam habuêre.quin in ſyluis abiectus ac nutritus Romulus, omnium urbiũ reginam urbem Romam condidit,quam euertere uoluit, in maxima urbe genitus Catilina. D. In exigua patria natus ſum. R. Magnificare illam ſtude:nihil æquè ciuitates amplificat,ut ciuium uirtus ac gloria: qui hoc ædificijs aut fertilitate melius atq; opibus fieri putat,fallitur, ut ſingulos uiros, ſic & urbes & regna & imperia,non uetuſtas,non turres ac mœnia,non plateæ,non palatia ac templa marmorea,non ſtatuæ,non picturæ,non aurum, non gemmæ, non campi legionum,& claſsium pleni portus,non peregrinis referta mercibus emporia, & lucri amore equor omne ſulcatum,non poſtremò ciuium forma uel numerus, non rerum copia exundasq; cibis forum,non purpureæ chlamydes uirorũ,onuſtæq; miris cultibus, non faſtus, non delitiæ, non uoluptates, ſed uirtus ſola nobilitat, geſtarumq; rerũ fama,quàm uiri pariunt,non muri. D. Parui municipij ciuis ſum R. Neſcis Biantem Prienæum fuiſſe, Pythagoram Samium,Anacharſim Scythem,Democritum Abderitem,Ariſtotelem Stagyritem,Theophraſtũ Lesbium, Tullium Arpinatem. Chous Aegei maris breuis inſula, & poëtam non ignobilem Philitem tulit,& medicorum patrem, & ſculptorum ac pictorum principes, Hippocratem ſcilicet & Phidiam & Apellem, ut intelligi poſsit ingeniorum magnitudini locorum anguſtias non obſtare. D. Ignobilis eſt patria. R. Nobilitare tu illam pro uirili parte ſi uelis,potes,cum te illa facere non poſsit ignobilem.nec Numæ quidem Pompilio ad Romanum regnum, nec Septimio Seuero ad imperium obſtitit ſoli natalis humilitas, ſummo hominum Auguſto,& ſi recens Romana, quia ipſe ſcilicet in palatio natus ſit origo,tamen gentis antiquior Veliterna eſt, Caio Antias, Veſpaſiano autem uici incogniti Reatini:contrà uerò Lariſſeæ famã uulgauit Aeacides, & Pellæum à ſeculis ſuſcum nomen,atque humile,quod Philippus erexerat, Alexander ad cœlum tulit. Non ſatis eſt ciuibus obſcuritatem patriæ non nocere,niſi ciuium claritas patriæ proſit. Aſylum ignobile atque opus paſtorium Roma fuit, quæ nõ antè clareſceret,quàm res illam geſtæ & ſuorum uirtus excellens ciuium illuſtraſſet. D. Obſcuræ patriæ ſum addictus. R. Lumen uirtutis accende,quo inter tenebras niteſcas, in quibus hoc ſaltem boni erit,ut uel parua luce clariſsimus uideare, ſic uel illa te clarum faciet, uel tu illa. D. Humilis patriæ habitator ſum. R. Eſto & tu humilis habitatorq; tui animus humilis ſit,habes publicæ matris exemplum,ne te nido latius extendas, niſi his tantum quas tibi uirtus alas fecerit:his enim uti licitũ,uſosq; fœliciter cõplures modò diximus. Proinde mortalis hoc ſaltem inſolentiæ frenum tene, quidã de ſola patriæ nobilitate ſuperbiũt, ſtultũ genus.

De originis obſcuritate. Dial. V. DO.

OBſcuris parentibus natus ſum. R. Non eſt forſan ut tu reris odioſa conditio, neſcio an & optabilis,ignobilem naſci, utramuis uitæ uiam ſpectes.nam ſeu uoluptatibus obſequi,uulgiq; ueſtigijs tritum iter ſequi ſtatuis,excuſabilior fiet, ueri ducibus domeſticis carens error, ceſſabitq; improperium illud acerrimum, degenerantium à parentibus claris,eo quòd nulla tibi domi ſit claritas quàm obſcures.ſin uirtutis ſemitam raro pede ſignatam eligis,eò clarior fies,quò maioribus tenebris preſſus ac circumuentus emerſeris, tota claritas tua erit, rerum particeps tuarum ullus occurret. nullam partem gloriæ decerptura erit imitatio,nihil tibi parentes eripient,nihil aui proauiq;,nihil conſiliarij ac magiſtri quicquid benè geſſeris, ſolus inde famã metes,ſolus inde laudaberis, ſolus auctor generis

fundatorq;

ſundatorque uocaberis, quod non fieret ſi nobilis natus eſſes. Vides'ne igitur quanta tibi nouæ laudis occaſio data eſt, nobilem per te fieri, & nobilitatem dare non accipere, dabis hoc poſteris tuis, ut nobiles naſcantur, quod parentes tibi non dederunt tui. Plus eſt multò nobilitatem fundare, quàm fundatam ab alijs inueniſſe. D. Noua & rudis origo eſt. R. Atqui clarior eſt habitus ille paſtorius urbis Romæ conditor, quod in ſyluis arcem poſuit, & facili culmo exiguam ac ſquallentem regiam texit, quàm tot poſtea principes, qui ingentia mœnia teſtudinesqúe marmoreas atq; aureas erexere, tanta ſemper nouitatis egregiæ ac magni principij laus eſt. D. Ignobili primordio genitus ſum. R. Stude ut fine ſis nobili, de principijs enim labor, de fine fructus, qui ſi immaturus carpitur, longæuus eſſe non poteſt. D. Radicem gloriæ præcidit ignobilitas. R. Non præcidit quidẽ, ſed inſedit altius, ut ualidior licet ſerior ſurgat, cæterum non ignobiles modò, ſed ignotos ex omni genere hominum dabo, qui uirtute atq; induſtria euasêre notiſsimi. Et ſanè ſi uerum nobilem uirtus facit, non intelligo, quid quenq; uolentem fieri nobilem impediat, aut quid ita facilius ſit nobilitate alios quàm ſeipſum. D. Ex ignobilibus parentibus deſcendo. R. Quid Socrates, Euripides, Demoſthenes, quorum primus marmorarium patrẽ habuit, obſtetricem matrem: ſecundus matre patreque, ultimus non ſolum humilibus, ſed incertis. Veſter ille Virgilius ruſticanis parẽtibus fuit, nec ſe libertino & præcone patre natũ Flaccus erubuit, ambo tamen ad inſignẽ gloriã, & ſummi principis gratiam peruenêre, uſq; adeò, ut cui reges omnes colla ſubmiſerant, cuius è manibus magna poſcebantur, atque unde omnium fermè mortalium præcipueque nobilium ſpes pendebant, cuius demũ familiaritatem promeruiſſe notitiam ſummis licet hominibus ſummum erat, ipſe horum duorum ignobilium, quos Romam ſcilicet, Mantuanum Venuſinumq; rus miſerat, amicitiam & conuictum ceu grande aliquid, blandis ac dulcibus epiſtolis flagitaret, & quã multos tunc in palatio nobiles ut ſæpè ſunt inutiles atque indoctos credimus fuiſſe, quibus horũ *nobilis* ignobilitas atq; inuidioſa, nec immeritò uideretur. D. Parentibus ſum obſcuris. R. Non mouent animum hæc exempla. altioribus agam, Marcus Cicero, ut de illo ſcriptum eſt, ex ordine natus equeſtri, de radice humili, per egregias artes, perq; honeſtos gradus, ad Conſulatum uenit, quo neſcio, an alter unquam ſalubrior Reipub. Conſulatus fuerit. D. Ruſtica & ignota patrum ſeries eſt mihi. R. Sordent hæc ut uideo. altius etiam nunc aſpiras. Certè & Marius ruſticanus uir, ſed uerè uir, ut conciuis ſuus ait Cicero, diu arator apud Marſos fuerat, Romæ ſepties Coſs. tanta gloria, ut bis Italiam obſidione & metu ſeruitutis liberaſſe eum, compatriota licet idem ſuus, uerè dixerit: & Marcus Cato plebeiæ uir originis, paruiqúe oppidi diu quidẽ obſcurus incola, pòſt in maxima urbe clariſsimus aduena, mox ciuis eximius & Coſs. & Cens. fuit. Si ne id quidem ſatis eſt, & fortaſsè regnum cogitas, profectò neque illud ſperare ſuffragio meritorum, humilitas uetat originis. Tertium & quintum & ſextum Romanorum regum ad memoriam refert Tullius Hoſtilius, ut probati perhibent auctores, & ſi apud alios de illo tale ſcriptum ſit, infans in agreſti tugurio educatus, in adoleſcẽtia paſtor fuit. Tarquinius Priſcus, patre negotiatore aduena, nec Italicæ ſup originis. Seruius Tullus, ſerua, quamuis ut alij uolũt, captiua quidẽ, alioquin uerò nobili matre natus, uirtute regnũ Romæ meruit: nec mirabe ris ſi Platonicũ illud tenes. Neminẽ regẽ non ex ſeruis, neminẽ ſeruum non ex regibus deſcendere. ſic res hominũ, lõga ætas, ac fortuna permiſcuit, ſileo cæterarũ reges gentiũ è pecudũ gregibus uiliſsimarũq; artium tabernis, ad inopinum ſubitò diadema ſubuectos. Alexander Macedo hortulanũ in Aſia regem fecit, et fuit ex illis actibus laudatis iſte nõ ultimus. Contraq; alios ſileo è regni faſtigio ad ſeruitium uſque prolapſos, ſic ſuas res fortuna moderatur, tamen plurimum poteſt uirtus, per illam tuto conſcenditur ad ſupremos gradus, cuius calle deſerto, ſciant reges ſe in tremulo ſtare, neque deſcenſum modò inſtare ſed ruinam. Quæ'nam igitur ut ad te redeam iſta calamitas naſcendi, cui nec ſpes regnandi eripitur nec ſucceſſus? D. Obſcura de radice prodeo. R. Omnis radix obſcura & ſqualida eſt, unde tamen & floridi & frondẽtes rami prodeunt, nõ unde quicquam prodiderit, ſed quale ſit quæritur. D. Parentibus infimis natus ſum. R.

Sentio ſummum ad imperium ſtilum uocas. Septimius Seuerus, de quo ſuprà diximus, equeſtris & ipſe ordinis Aelius Pertinax, & ipſe libertini filius, & lignorũ uilis utiq; negotiator mercis, uterq; Romano præfuit Imperio, cui & Philippus pater, ac filius, Arabes, humillimi generis, & Maximinus & Maximus præfuêre. Obſcuriſsimis ille parentibus ac barbaris, quorumq́ue cum arrepto imperio, puderet, hic ferrario an lignario patre genitus incertum. Certè Veſpaſianus inter bonos principes numeratus, è non clara ſtirpe clariſsimus, & rempub. geſsit eximiè, & duos ex ordine filios ſucceſſores imperij uirtutis unũ habuit. quid minora proſequimur, cũ ſuper ipſius Auguſti Cæſaris origine ambiguitas multa ſit? ſumma eſt, humanæ curſum ſortis origine non præuerti, undecunq; licet aſſurgere, ſeu fortuna manũ porrigat ſeu uirtus. D. Humile nimis atque infimum genus eſt. R. Quod ad humanæ potentiæ gradum ſpectat, exempla poſuimus, quibus iam iri altius non poſsit, unum reſtat, nõ imperio aut regno, ſed ſuapte alia quadam maieſtate memorabile. Ventidius Baſſus Aſculanus, matre humili, patre ignoto, capta patria, tã pubes in triũpho Gnei Põpeij Strabonis, qui Põpeij Magni genitor fuit, inter captiuos alios ductus, idẽ poſtea uariãte fortuna, dux P. R. cõtra Parthorũ regẽ, & antiqua potentia & recenti uictoria inſolentẽ, fœliciſsimo pugnauit euentu, & filio regis interfecto, cæſisq; hoſtium legionibus, quod ad eũ diẽ nulli Romanorũ ducũ fata ꝓmiſerãt, inſignẽ illã Romanorum ſtragem & Craſſorũ mortẽ magnificentiſsimè ultus, ipſum in quo uictus alienos currus ornauerat, ac carcerẽ uinctus intrauerat, uictor ac triũphans Capitoliũ ꝓprijs curribus honeſtauit, & Romanũ carcerẽ acie captiuorũ hoſtiũ impleuit. et quò gratius ſpectaculũ eſſet mirabiliorq; uictoria, eodem ipſo die parta erat reuolutis annis, quo clades illa terribilis apud Carras accepta fuerat. quis ambitioſus adeò tamq; auidus regni eſt, nõ hanc gloriam ſine regno, quàm inglorium regnum malit? et quid, oro, nocuit Ventidio ad fœlicitatem & ad ſummũ decus, quod humiliter natus eſſet, & prima ætate fortuna humili uſus ac miſera? certè uirum Aſculi deſpectum, Roma ſuſpexit, & claris ſuorum ciuium nominibus, illud peregrini fuſcum nomen inſeruit. Hæ ſunt ad aſcenſum ſcalæ, hi uirtutum gradus, quibus non ad gloriam modò altioremq́ue fortunam nitendo, ſperando, uigilando, ſed ad cœlum uſque perueniás, proinde & tu natus humiliter, ut conſcendas enitere, primum & ultimum uirtutis in ueſtigio pedem figens, nec declinans alicubi, nec ſubſiſtens. D. Humile principium fuit. R. Illud præterijt, quæ ſequuntur cogita, nec me latet ut primus & ultimus uitæ dies, quibuſdam uiſi ſunt humanæ conditionis ſtatum maximè moderari, ſiue ut ipſi dicunt, continere. de ultimo nempè conſenſerim, de primo autem nõ ita. Et ſi enim ut ipſi uolunt, plurimum interſit, quibus auſpicijs inchoetur, et ſi cum his ſentiens Satyricus, ubi de ipſo loquitur Ventidio ita ſcripſerit:

diſtat enim, quæ
Sydera te excipiant, modo primos incipientem
Edere uagitus. & adhuc à matre rubentem.

Nos tamen iſta reſpuimus, & hæc auſpicia, & hanc tantam ſyderum uim negamus, conditori almo ſyderum omnia relinquentes, à quo creatum nullum penitùs ab hoc uirtutis & fœlicitatis & gloriæ calle ſecludimus. D. Humilitas generis multa eſt. R. Quid tu autem? mu tam ne ſuperbiam eſſe malles? aut quid hinc tibi nunc deeſſe ſentis, niſi ne fumoſis imaginibus atrium, truncisq́ue ſtatuis buſtumq́ue familiæ ſemeſis plenum titulis, ſpectaculo prætereuntibus, tibi inſaniæ ſit, quàm in triuijs de his quos non noueris elato ſupercilio fabuleris? D. Ignobilis natus ſum. R. Ignobilem non naſci tantum, ſed & uiuere quibuſdam fœlicitas uiſa eſt. an in Tuſculano ſaltem à Cicerone poſitum, non legiſti illud potentiſsimi regis anapeſtum, qui laudat ſenem & fortunatum eſſe, dicit quod inglorius ſit, atque ignobilis ad ſupremum diem peruenturus.

De obſcœna origine. Dial. VI. DO.

ORigo non tantum humilis ſed obſcœna eſt. R. Vera & ſumma obſcœnitas una eſt animi, illam ſi dempſeris pulchra ſunt omnia. D. Malè natus ſum. R. Qui

bene

benè uixit, benè naſcitur, benè moritur, at qui malè uixerit, benè natus eſſe non poteſt. nã quid refert quàm fulgido tramite cæcus inceſſerit, aut quid refert, unde uenias, ſi in miſeriam & in culpam uenis? D. In peccato genitus ſum. R. Deflet hoc quidem ille uir maximus, et profectò nemo non in peccato naſcitur, cauete autem grauiora ſuperaddere, quanquam ne his quoque purgatio ſua deſit, ſed prima illa deformitas, in ipſo ſæpe uitæ limine ſacris undis abluitur, niueusq́ue animam candor ſubit. D. Malè me parentes genuêre. R. Quid ad te quiſquis malè genuerit, tu benè genitus fuiſti, niſi alieno flagitio tuum iungis. D. Fœdæ pudet originis. R. Iam quod alieno tumeſcitis non miror, & alieno ſimul erubeſcitis, et omnino ubique potius, quàm in uobis bona & mala ueſtra reponitis, quæ alibi tamen, quàm in uobis eſſe non poſſunt. Quod niſi pudendum ipſe aliquid pœnitendumúe egeris, quod tuum crimen, aut quis pudor impudicus pater? tu modo ne paterni dedecoris hæreditatem adeas caue, atq; illi diſsimillimis hac in parte fieri ſtude, quis te ignarum genuit, inuito tibi ſuas maculas impreſsiſſe non potuit, in te ſit, & ex te prodeat neceſſè eſt, unde obſcurus aut clarus fias. D. Inhoneſtis parentibus in lucem ueni. R. Omnis parens honeſtus filio uideri debet, ſed non ut uerendus, ſic ſequendus omnis filio parens. Eſt ubi deſeruiſſe conſilium ſit eia igitur, in diuerſum abi, ſi uerus eſt parens, deſeri uolet, ſeq; non ſuum uitium amari optabit. Vnus hic inuentus eſt modus, quo parentum nomen premere & calcare glorioſum filijs ac decorum ſit, uiuendo aliter, caſtius ſcilicet ac ſanctius. De parentibus inhoneſtis lingua filij taceat, diſsimilitudo uitæ, morum, actuum non taceat. Pulchra laus filij, cui à tergo dicitur: O quantũ ſene ſuo modeſtior adoleſcens, contraq́ue nulla grauior ſenilis nota laſciuiæ, quàm admota illi pudentia iuuenilis. Equidem ſi parentum gloria filijs malè uiuentibus oneroſa eſt, quantò ſæce uerecundiæ filiorum laus patrum malè uiuentium premit infamiam. D. Damnata de Venere procreatus ſum. R. Atqui malle debes impudici patris honeſtus filius eſſe & dici, quàm honeſti impudicus, in omni enim ſeu laude ſeu uituperatione, illa præcipuè æſtimanda ſunt, quæ cuiuſque ſunt propria. De alieno nemo iuſtè reprehenditur ſeu laudatur, et ſi ut dixi ueſtrum, quicquid id eſt, conſpectius fiat, ſuo contrario admotum. cæterum ut cuiuſque propria laus aut infamia eſt, ſic laudis aut infamiæ propria cauſa ſit oportet, neque uerò ut unius gladio alter perit, utq́ue unius flammis res alterius uritur, ſic unius culpa etiam fama perit alterius, eò quòd animi bona ſolidiora ſunt quàm corporis aut fortunæ, ut inuito nequeant poſſeſſore uiolari. D. Contra fas contraq́ue leges genitus ſum. R. Nil tu contra leges ſed parentes tui egerunt, tu ſecundum leges age omnia, in hoc quidem nullum penitus tuum crimen fuit, de ortu tuo alij, tu de moribus tuis rationem reddes, & quamuis odio uagæ libidinis in immerentes filios ultio legum ciuilium extendatur, Deus tamen quenquam ſuis finibus metitur, nec filij iniquitatem patri imputat, nec filio patris. Ipſam quoque Philoſophiam iudicare aliter ſoliam, quàm leges ab ipſis Philoſophis accepiſti. Legibus ergo oppreſſus, diuino ſimul ac philoſophico iudicio releuatus, habes animum unde ſoleris, neque enim tibi ut priuati patrimonij, ſic publicæ uirtutis hæreditas interdicta eſt, illa enim inſtitutis hominum, hæc meritis datur, & antequàm naſcereris, ut nil gloriæ, ſic profectò nihil infamiæ meruiſti. D. Origo illicita & inceſta eſt. R. Quid de inceſtu? quidúe de adulterio naſci queat, indicio ſunt Romulus & Alcides, Perſes Macedoniæ, Iugurtha Numidiæ Rex fuit, uterque legitimis fratribus regno excluſis, malo quidem more, peſsimisq́ue artibus, ſed excluſis tamen. Alexander Macedo Philippi dictus, cuius uerè ſit creditus audiſti, denique Philippum extremo uitæ, Alexandrum non ſuum filium prædicare ſolitum, idq́ue ſibi ultrò confeſſam Olympiadem, hancque ob cauſam repudio dimiſſam ſcriptores rerum prodidêre. Conſtantinus ipſe, ex concubina genitus, licet inſigni, præ legitimis fratribus ad imperium uenit. Adderem his Arcturum regem, niſi quòd hiſtorijs miſcere fabulas, nihil eſt aliud quàm mendacio ueri fidem imminuere. ad ſummam uerò, non eſt quod te deijciat origo, undecunque ortos uirtus extulerit, ſatis eſt gloriæ. D. Malè natus ſum. R. Benè uiue, benè morere, qualiter natus ſis, nec tuum eſt, nec meminiſſe quidem potes, nec

magnoperè inquiras, quod ad te non pertinet, niſi fortè, ut humilior mitiorquè, non ut mœſtior ſis. D. Turpiter natus ſum. R. Morum candor & claritas uitæ, non maculas modò, ſed memoriam omnem fœdæ originis delebunt: hoc remedium dum licet arripe, aliud mihi crede nullum eſt. D. Pudet infamiam parentum. R. Pone hunc pudorem, unus omnium pater Deus, una omnium mater terra.

De ſeruitute. Dial. VII. DO.

SEruus in hanc uitam intraui. R. Ne doleas, liber egrediere uelis modò, ſicut multi qui ex aduerſo intrarunt liberi, ſerui exibunt. D. Seruiliter natus ſum. R. Liberaliter uiue, meliore tui parte liberum eſſe nil prohibet, una eſt peccati ſeruitus grauiſsima, ſed quæ premere neſcit inuitos, illam excute liber eris. D. Seruum fieri uoluit fortuna. R. Poteſt uelle contrarium, et ſi moribus ſuis utitur, ſcis quid ſperes, noſti monſtrum illud, noſti ludos & præſtigia, non liber modò, ſed domini tui dominus fieri potes, quanquam quid uelit aut quid nolit, nihil ad rem, ut ſit inexorabilis, quod interdum eſt, nullum ita tamen in animum ius habet. In omni autem aduerſus illam certamine, ab illius hoſte poſcendum auxilium. ſæpè quem fortuna ſeruum, liberum uirtus fecit. D. Seruitio premor graui. R. Iugum qui fert uolens, leue efficit, oſtendam tibi leuimen unicum ac peculium immortale, dominiquè tui quamuis potentis arbitrio exemptũ, quod te liberum atque ipſo domino ditiorem faciet. Sapientiæ ſtudio incumbe. illa te in libertatẽ aſſeret, dictum Catonis eſt, à Cicerone firmatũ: Solus ſapiens liber eſt, ea ſcilicet libertate, qua certior nulla eſt. D. Sub duriſsimis dominis uitã traho. R. Nulla re melius quàm fide & obſequio mollientur, & fortaſsis adeò, ut quod multis accidit, inde tibi uentura ſit libertas, unde te ſeruũ luges, forſan & aliunde. hunc ſiquidẽ tẽporalis dominus liberat, hunc æternus. Scis quãto periculo Malchus minas heri pſequentis euaſerit, ſed euaſit tamen: interim de domino ſic cogita, hic te nutrit tuiq; curã omnem in ſe trãſtulit, cũ libertate ſollicitudinẽ amiſiſſe, quid niſi utile damnũ uoces? Multis ſerua libertas, multis eſt libera ſeruitus, nõ tàm graue iugũ hominũ, quã curarũ eſt q hoc excuſſerit, illud ferat æquanimis. Huic tu ſeruus, huic uni es deditus, immò hic tibi, hic tuus eſt dominus, immò pcurator eſt tuus. Nõ habebis honores equidẽ nec labores publicos, nõ ſimultatũ ſtudijs, nõ forẽſibus pcellis, & cõſiliorũ uolubilitate rotaberis, nõ nauigij tarditas, nõ agri ſterilitas, aut annonæ caritas te torquebit. has moleſtias domino tuo linquens ſæpè illo dormies uigilãte. D. Difficilis & imperioſus eſt dominus. R. Nõ ſine cauſa illi in ſortẽ obueniſſe in animo tuo pone, qcqd igitur iuſtũ iubet, Deũ ipſum iubere credito: ſin iniuſtũ aliquid, maioris domini meminiſſe cõueniet, q ut te ad honeſta quãuis difficilia ſeruũ patiť, ſic ad inhoneſta uult liberũ. Sic intelligo quod glorioſorũ terræ ueræq; fidei principũ, alter ſeruos dominis carnalibus obedire per omnia, alter uerò ſubditos eſſe in omni timore dominis præcipit, illud adijciens: Vt hoc non tantùm bonis & modeſtis exhibeant, ſed etiã diſcolis. neq; enim de domino iudicare ſeruum decet, ſed mores eius qualeſcunque perferre. Quò enim immitior dominus, eò clarior patientia ſerui eſt, et hæc eſt gratia, cuius apud horum alterum fit mentio. Nec tamen ut mores pati, ſic & imperia & exequi ſemper oportet, ſunt enim quæ iuſtiſsimè recuſenť, niſi imperio domini ſuperioris aduerſa ſint, cui ſi conferať hic tuus dominus, nõ dominus ſed conſeruus habebitur, ſic ergo per omnia dominis obediant ſerui, ſi iuſta pcipiunt, non difficultas retrahat, non labor, non obſequia uel negata præmia, uel quod eſt tu rebus amariſsimum, irrogata ſupplicia, in omnibus obediant modò iniuſtitia atque inhoneſtas abfuerit: alioquin contumacia & libertas, atque ipſum pectus & iugulus iniquis præceptis ac turpibus opponendus eſt, ſeruandumq; memoriter, quod præmiſſorum alter ait, qui conſeruos obedire per omnia dominis præcipiſſet, addidit: Non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed in ſimplicitate cordis timentes Dominum. ex his uides ſtatus tui conditio quæ 'nam ſit, non totus eſt ſeruus, qui ad indigna imperia cogi nequit. D. Superbo domino ſeruio. R. Quid ſcis an ille ſuperiori domino ſeruiat? Forſan uxori, forſan meretriculæ, forſan his ipſis quibus imperat, quot ſuorum

ſeruorũ

ſeruorum ſeruos undique cernimus: poſtremò quæ duriſsima omnium eſt ſeruitus, forſan & ipſe ſibi, hoc eſt uitijs & paſsionibus ac uiolentis affectibus ſuis ſeruit. quid uis dicam? Pauci in ueritate ſunt liberi, & ſi qui ſunt, eò illis laborioſior uita eſt, quò altior. multò enim citius multoq́ue facilius fidelis ſerui, quàm iuſti regis implētur officia. Diocletiani iam priuati & de præterito iudicantis, & experientia edocti, dictum memorabile eſt: nihil difficilius quàm benè imperare. propter quod uideri poteſt, ipſum quidem imperium dimiſiſſe. tu igitur ſortem tuam lætus amplectere, fuſcam fateor atque humilem, ſed facilem ac tranquillam, niſi fortè fœliciorem reris in ſpectaculo anhelantem, quàm in cubiculo quieſcentem. D. In ſeruitiū mea me ſors impulit. R. Libens facito quod oportet. eſt & illud quoque notiſsimum, ac neceſsitatibus humanis aptiſsimum conſilium, cupias quodcunque neceſſè eſt, ſic uim ipſam neceſsitatis eluſeris. Fer fortunæ ſarcinam patienter, quam quidam etiam ſponte ſubiêre, ut q́ue alios ſeruitio liberarent, ſibi ſeruitium delegêre. in quibus eſt clariſsimum Paulini nomen Nolani præſulis, cuius ſpontaneæ ſeruitutis exitus fœlix, ut debuit, fuit. quidam paruo pretio uendidêre, ut ſerui effecti, ſuos dominos peccati uinculis abſoluerent, atq; ad ueram reducerent libertatem in quibus Serapion quidam Aegyptius, hæremicola nobilitatus eſt. Hæc tibi magis exempla profuerint quàm lamenta. Experire & tu tale aliquid, quo uel utilis alteri, uel facilis tibi ſaltem ſeruitus tua ſit. non id quidem quod nō habeas optare, ſed eo quod habeas benè uti ſapientis eſt. Illud omnibus contingit, hoc paucis. D. Mortali domino mortalis ſeruio. R. Immortali ſeruire incipe, ille tibi & libertatem ſpondet & regnum, quamuis & in hoc ſtatu nec honeſtis artibus operam dare, nec ſperare meliora ſit uetitum. Et Terentius ſeruus fuit & dicit, haud ſeruili quidem ingenio, & Comœdias ſcripſit haud ſeruili ſtilo, quo & libertatem & inter Poëtarum duces meruit locum. Quomodo ergo uirtutem ſolidum animæ bonum ſeruitus impediet, quæ nec aduentitia ſtudia, nec externam gloriam impedire poteſt? Plato ipſe in ſeruitium delatus, tamen ut ſcriptum eſt, quia Philoſophus maior emente ſe fuit. Generoſa profeſsio, quæ maiorem domino ſeruum facit. Et eſt haud dubiè ſeruus eruditus eò maior indocto domino, quò fortuna qualibet maior eſt animus, & in libero corpore ſerua mens habitat, & in ſeruo libera. Obſtare ſeruitus poteſt fori actibus, non animi, curia ſeruū reſpuit, at non uirtus, non induſtria, non fides. Tyro Ciceronis ſeruus fuit, ſed his artibus libertatem adeptus, elegantem de patroni iocis librum poſteris liquit. Non poteſt ſeruus imperator exercitus aut ſenator eſſe, at Philoſophus, at Orator, at uir bonus poteſt, aliquando etiam diſcuſſo ſeruitio imperator & rex, ſquecq;. Neque ad regnum modò & imperium ab hoc gradu perueniſſe aliquos nouimus, ſed ad cœlum ipſum. Non poteſt ſeruus militare homini, Deo poteſt, eiusq; militiæ ſtipendiū eſt regnare, Dei ſeruus rex eſt omnium, ſocius angelorū, horror dæmonum, Dei autē ſeruus & ſeruus hominis eſſe poteſt, atq; ita cœleſti fœlicitati, terrena ſeruitus nihil nocet. D. Seruus ſum. R. Si ſemper fuiſti, cōſuetudo luctum leniat, ſi minus, ſpera poſſe te iterū non eſſe, quod quandoq; nō fueris. D. Seruus ſum. R. Si ſperas mali finem, minuat ſpes dolorē, ſi deſperas, patientia, neq; malū malo cumules, neq; te angas ſuperuacuæ ſciens uolensq;, quæ totius humanæ dementiæ ſumma eſt. Sed certè nihil eſt deſperandum, ſi cūcta defuerint, mors aderit, quæ te inuito domino diſſoluat ac liberet.

De paupertate. Dial. VIII.

DO. PAupertate preſſus ſum, aſſurgere nequeo. R. Sæpè quidē paupertas modeſtiam perſuaſit reluctanti animo, quodq; nequaquā Philoſophia tēptauerat, hæc impleuit. D. Paupertas meum limen obſidet. R. Non obſidet ſed cuſtodit, neque hoc illi nouum aut inſolitum, ut quæ urbem Romam multis olim ſeculis cuſtodiuit, inter tentoria equidem paupertatis ſobriæ atque ſollicitæ, luxus iners, ſopor marcidus, ac uitia languida & eneruata, non ſubeunt. D. Domum meam paupertas inuaſit. R. Vltrò illi ut occurras conſulo, uenienti læto animo bipatentibus ualuis excipiens atque amplectens, prima enim fronte rigida ac ſubtriſtis, nec immeritò uiatori ac uiro armato exæquata, eò

quod celer minaxque ſit aduentus eius: at cum in familiaritatem admiſſa fuerit, & minimè ſumptuoſa & ſecura ac facilis hoſpes erit. D. Foribus meis paupertas inſultat. R. Aperi ocyus antequàm uectes ſubita ui confringat, atque oſtij uulſis à cardine uictrix introeat, ut enim reſiſtentibus permoleſta, ſic cedentibus periucunda eſt. D. Domum meam paupertas irrupit. R. Aduerſus fures, & peiores furibus uoluptates, peruigil excubitrix, aduerſus uulgi morſus & inſulſa iuditia, atque auaritiæ ſeu prodigalitatis infamiam, quæ raro alibi quàm locupletum ſedet in limine. ab his malis nullo melius ingenio cuſtodiri potuit domus tua, quàm illam cuſtodiret paupertas. Vt diues & ſi largus ſit, ſi quid tamen ſibi reſeruat, auarus uulgò dici ſolet, ſic pauper cupidus quoque largus habebitur, inuidet opibus uicinia, pauperiem miſeratur, illas cupit ac uituperat, hanc horret & laudat. D. Domum meam occupat paupertas. R. Iam nullus tibi ſuperbiæ locus erit, nec inuidiæ, nec damnis inſignibus, nec damnorum metui, nec ſuſpitionibus mille, nec inſidijs, nec nauſeæ, nec podagræ diuitum hoſpitibus: quibus excluſis habitatura latius, tecum quies & tranquillitas & uirtus, cui eò plus loci erit, quò fortunæ minus. D. Lares meos dura ſubijt paupertas. R. Quid quæraris ſcio. mollius diuitiæ ſubijſſent, ſed paupertas tutius. nullæ autem opes ſunt, quibus non ſit anteponenda ſecuritas. Cum ad fœlicitatem enim omnia quæcunque agunt cupiuntúe homines diſponantur, eſſe illa ſine opibus quidẽ poteſt, ſine ſecuritate non poteſt. D. Paupertate importuna diu premor. R. Vt nihil importabile diu fertur, ſic nihil breue difficile. ſed hoc dicis grauius: Excute autem illam cum diuitijs, an plus auro tribuis quàm uirtuti? an & hoc in Paradoxis Stoicis non legiſti, quod ſolus ſapiens diues eſt. An legiſti forſitan, ſed ſpreuiſti, quod plerique faciunt legentes, ut fabulentur ornatius, nõ ut melius uiuant, nihil ad honeſtatem, omnia ad ſcientiam atq; eloquentiam referentes, quo nihil eſt uanius.

De damno paſſo. Dial. IX. DO.

OPes cunctas trux fortuna præripuit. R. Non tibi fecit iniuriam ſuum tulit, ſed uetus & nota hæc ingratitudo eſt, dati immemores, meminiſtis ablati, itaque raræ accepentes gratiæ, crebræ ac feruidæ ſunt querelæ. D. Fortuna ferox, uitæ quoque neceſſaria ſubtrahit. R. Neceſſaria ſubtrahere poteſt nemo, quandoquidem uerè neceſſarium eſt, nihil ſine quo benè uiuitur dico autem benè, non uoluptuosè, non inſolenter aut ſplendidè, ſed prudenter, ſed ſobriè, ſed honeſtè, in quibus nullum ſibi ius eſſe quamuis inſolens fortuna fatebitur. Et certè cum nec toto quod eſt uſquam auro, neque omni gemmarum pompa atque omnigenum rerum copia, cupiditas expleatur, paucis admodum, & ſi deſint, leui linguæ uel manus artificio comparandis tollitur, aut lenitur neceſsitas naturalis, ſic uirtuti modicum, uitio nil ſufficit. D. Victum ueſtitumque neceſſarium auara ſors negat. R. Aliunde petendum. Virtus liberalior quàm fortuna eſt, nihil negat, niſi quod & permiſſum noceat & negatum proſit, nihil eripit niſi quod habuiſſe damnoſum, amiſiſſe utile ſit. Non differt, non imperat, non retrahit manum, non rugat frontem, non attollit ſuperciliũ, nullum deſpicit, nullum deſtituit, nullum fallit, non ſæuit, non iraſcitur, non mutatur, una ſemper & ubique eſt, niſi quod magis magisque deguſtata dulcior indies, & propius conſpecta ſit pulchrior. Vt ſis igitur uerus diues, ab hac poſte non te faſtidiet nec repellet, quãuis exerceat, difficilis habet aditus primos, cætera prona, iucunda, facilia. Semel uerò ubi ad illam perueneris, nõ ſenties paupertatem. D. Spoliauit me bonis meis omnibus fortuna. R. Fallit te opinio, malum commune mortalium: nam profectò non bonis, & ut bona permiſerim, non tuis, ſed quæ tua forſitan uulgi more credideras, mirorque ſi nondum intelligis aliena. D. Fortuna me nudum liquit atque inopem. R. Virtus te ueſtiet ni reſpuis ac ditabit, niſi fortè pluris aurũ & purpuram quàm decorum generoſæ mentis habitum facis, quod ſi faceres, tunc uerè inopem nudumque te dicerem. D. Cõtra fortunæ impetum, & inopiæ moleſtias, nullo ſatis artificio tutus ſum. R. Quid miraris? artificium tuum omne, & arma quibus te tueri cogitas, in manibus hoſtis ſunt, illa capulum tenet, in te cuſpis obuerſa eſt, ſi conſilium quæris, his

amiſsis, age aliud, artibusq; illis ingenium applica, in quibus fortuna ius non habet: non diuitijs uirtus, ſed uirtute diuitiæ quæruntur. Virtus una contra fortunam omnem, contra pauperiē ars optima. Legiſti ut ad littus Rhodiū naufragio eiectus Ariſtippus, & ipſe nudus inopsq́ue rerū omnium, quas dare poteſt fortuna uel auferre, dum locorū nouitate captus, ut fit, oculosq; circūferens, fortè illos in quaſdā deſcriptiones Geometricas defixiſſet, exclamans cōſolatus eſt comites, et bono animo iuſsit eſſe, neq; enim deſertis locis applicuiſſe, cernere ſe hominum ueſtigia. Inde oppidum introgreſſus, ad gymnaſium literarum recto calle contendit, atque ibi Philoſophicis diſputationibus admirationem primò, dehinc amicitias optimatū & munera meruit, quibus non tantū ſibi, ſed etiā ſocijs uictum ac ueſtitum, & ꝓfectioni neceſſaria miniſtraret: cūq; digreſſuri q̄rerent, quid ille nunciari domi uellet, hoc unū iuſsit, nūciarent eas opes filijs parādas, q̄ naufragio nō perirent, quas nec maritima, nec urbana, nec bellica tempeſtas eriperet præclarè. D. Rerum atq; animi inops ſum. R. Primum te expeditū, ſecundū planè inopem facit & miſerum. Sed ut Ariſtippi cōſiliū, ſic & Theophraſti dictū te legiſſe arbitror. quid uerò lectio ſola profuerit, & meminiſſe oportet, & in uſus tuos lecta conuertere. D. Domo, familia, neceſſarijs atq; ornamentis omnibus ſpoliatus, qd agā, quo me uertam? R. Ad eas opes quibus ſpoliari nequeas, quæ te undique comitatum diuitem & ornatū præſtent, et quoniā ut uideo, excitanda memoria eſt, Theophraſti ꝙ memorabā dictū, ad hunc ſe habet modū. Doctū ex omnibus ſolū, neq; in alienis peregrinū, neq; amiſsis familiaribus & neceſſarijs inopem amicorū, ſed in omni ciuitate eſſe ciuem, difficileq; fortunæ ſine timore poſſe deſpicere caſus: at qui nō doctrinarū, ſed fœlicitatis præſidijs putaret ſe eſſe uallatum, labidis itineribus uadentem, nō ſtabili, ſed infirma cōflictari uita. D. Patrimonium paternum habui, perdidi, qd cōſilij capiam. R. Patrimoniū paternum duplex: alterum ex rebus pereuntibus, quod fortuna moderatur, ex uirtutibus & doctrinis alterum, ꝙ extra fortunæ regnū procul in tuto poſitū, lædi nequit. hoc eſt illud quod in primis amātiſsimi patres filijs tradunt, ꝙ niſi repudiet, eos in finē & poſt finē uitæq; exitū, exornat poſſeſſoribus ſuis, & non æquorum modò, ſed uiuacius multoq́ue perennius, idq; attendēs illa nobilis morum & eloquentiæ & legū parens Athenarū ciuitas, cū Græcarum omniū leges urbium, indiſtinctè, filios ad pſtanda parentibus alimēta cōpellerent, eos ſolos ſtatuit ali oportère, q liberos erudiſſent, quod hi ſoli patrimonium certum ſuis ſtabile relicturi eſſent. D. Multa mihi ad uitam deſunt. R. Cui pauca ſufficiunt, quomodo deſinit multa nō uideo: ſed deeſſe uitæ dicitis, quod auaritiæ deeſt, ita fit ut nō multa tantū, ſed omnia uobis deſint, & q̄ habetis, & q̄ cupitis, quod & illa tangere nō audetis, & hæc aſſequi non ualetis, utrobiq; par uel miſeria uel egeſtas. D. Nimium pauper dego. R. Solare animum comitibus magnis & illuſtribus, Valerius Publicola unus, & Romanæ libertatis auctoribus Menenius Agrippa Romanæ ſequeſter pacis, unde ſepelirentur, quia de proprio non erat, de publico habuere. Paulus Aemilius Macedonum regum uictor, finitorq́ue regni famoſiſsimi & antiqui, tàm diues gloriæ, tàm pecuniæ inops fuit, ut niſi agello tanti uiri uendito, reſtitui coniugi dos non poſſet. Attilius Regulus, Gneus Scipio, Quintius Cincinatus Romani imperij defenſores tantæ rei familiaris inopia fuêre, ut primus in Aphrica maximas res gerens, ſecundus in Hiſpania, ille propter uillici mortem, hic propter filiæ dotem, miſsionem à Senatu petere cogerētur, & obtinuiſſent, niſi Senatus reipub. conſulens, optimorum ciuium ſuccurriſſet inopiæ. Quintio autē quaterna agri iugera aranti, Senatus & Populi conſenſu, rebus in extremis ſummū imperium deferretur. His accedant Curius hortulo diues, & Fabricius paruo potēs, qui oblatas contempsêre diuitias, & nihil præter ferrum dextrasq́ue & animum habentes ditiſsimum, Græciæ regem ac potentiſsimum Italiæ populum domuêre, auro ipſi æquè ac ferro inexpugnabiles & inuicti. Et quid loquimur ciues, cum & ipſe P. R. omnis eximiæ fons atque exemplar hiſtoriæ, tamdiù bonus fuerit, ut dicere cœperam, quamdiù pauper fuit at libidinibus probriſq́ue Nero obrutus, opes ſuas metiri ac dinumerare nō poterat: at Varius Heliogabalus effœminatiſsimus turpiſsimusq; hominū, at ueſtri pudor imperij, uentris onus, dictu fœdum & auditu, ſe pro fœda

cupiditate mortalium forſitan non ſilendum, non niſi auro excipi dignabatur, cum non ſu
periorum modò talium uirorum cœnas, ſed Deorum ſacra fictilibus agi ſolere meminiſ
ſet. O urbs miſera, ad tàm turpes manus ſatis lapſa uoluẽtibus, ſed aurum auaritiæ uorum
ingens. O ſpes ultima & laborum terminus humanorum, in quos uſus oculorum ſtupor
ac mentium uertebaris? laudare factum, aut certè nõ arguerem, quod errori hominum tam
obſcœno nulla aptior eſſet irriſio, ſi ab homine ſanæ mentis id fieret, nũc præclaras optan
dasq; diuitias, quis negare audeat, q̃ ſi ferro ac ſcelere peti uelint dum ſic ſpretis optimis, ſic
peſsimis affluunt? D. Pauperem in laboribus uitam duco. R. Cleantes hauriendæ
aquæ & rigandis oleribus, Plautus ſarcinas molæ manuariæ locare operas, urgente inopia
coactus eſt: quãtus ille philoſophus: hic poëta: ſimulq; quàm paup illehortulanus, hic pi
ſtor reliquias temporũ neceſſariæ debitas quieti, tãta animi uis erat, philoſophicis ille uigi
lijs dedicans, hic ſcribendis quas uenderet Comœdijs. Lactantius Firmianus uir doctri
næ multiplicis, rariq; inter ſuos eloquij, filij quoq; ſummi principis magiſter, idẽ ſumma re
rum omniũ etiã cõmunium egeſtate uitam egit. Pauper natus eſt Flaccus, inops uixit Pa
cuuius, inops Statius, uterque uictus cauſa, fabulas uenditauit, inops demũ aliquando Vir
gilius, donec p̃ter ſuũ morem, opes ingenio acceſsẽre. Multa ſunt talia quolibet hominum
in ſtatu. Et omitto illos, quoniã nimis multi ſunt, qui cœleſtiũ opũ deſiderio, non inopiam
modò, ſed famem, ſitim, nuditatem & extrema omnia in terris non æquis tantum, ſed læ
tis atque exultantibus animis elegerunt. Si his quaſi exemplis humilibus atque terreſtri
bus nõ moueris, ipſe cœli dominus Hic paup fuit, ut exemplo doceret hãc inopiæ uiã eſſe,
qua tamen ad ueras diuitias pergeretur. Ipſe inquam, per quem reges regnant, pauper
natus, paup uixit, nudus obijt, cui cuncta interim obſequebantur elementa. tu hominum
clo domini tui ſortem fers moleſtè, nec ineptæ pudet inſolẽtiæ. Certè quiſquis illũ cogitãs,
ſe uirtute uallauerit, in ipſa paupertate ditiſsimus, nulliusq; egens rei, opes regias nõ requi
ret. D. Nulla mihi opũ copia eſt. R. Vt animo inopi ac deiecto nullæ ſufficiũt opes,
ſic diuiti atq; erecto nulla nõ ſufficit paupertas, nempè ille alieno nititur, hic proprio fid.
Aedificare in alieno iactura eſt, quæſtus in proprio. D. Paupertimus ſum. R. Si ne
ceſsitatibus obſequeris, pauper nunquam eſſe potes, ſi cupiditatibus, nunquam diues. D.
Hactenus pauper, immò mendicus ſum. R. Fortuna hominum non ſtat, & ut ſummis
ex opibus ad inopiã extremã, ſic à paupertate ultima ad diuitias magnas creber eſt trãſitus.
Legiſti reor apud Quintũ Curtiũ hiſtoricũ, ut Abdolominus quidam Alexandri iuſſu ſeu
p̃miſſu, ex hortulano inopi Sidonis rex, & cõtẽptu regni maior eſt habitus quàm regno.
Certè q̃ nõ legiſſe nõ potes, et Romulus è paſtorali tugurio, tantæ urbis cõditor Romanũ
primus diadema ſuſcepit, et Regũ Sextus ex humillima, utq; aliqui credidẽre è ſeruili for
tuna ad ipſum regni culmen aſcendit, nec Alexandri Priamidæ, nec Cyri, illius inter Perſa
rum reges famoſiſsimi inter opulentiora primordia, aut alia ferè ſunt rudimẽta, quàm Ro
muli. Gaius Marius qui fuiſſet, & futurus ſæpè eſſet Romæ Coſs. honorũ gradus ullos at
tingeret, mercenarius arator, primos in aruis uitæ annos egerat, & deinde poſt tot uicto
rias ac triumphos, interque illos ſuos ſeptem Conſulatus, præter latebras paluſtres ac car
cerem exiguum quoque mendicauit panem. Iulius Cæſar, futurus mundi dominus, & te
ſtamento dominos mundi relicturus, adoleſcens pauper fuit. tu hac talium comitiua non
potes aut ſperare opes, aut contemnere? D. Solito pauperior ſum. R. Benè habet, &
ſolito eris humilior, expeditior, liberior. uacui amãt incedere, q arduum iter agũt. carebis ſo
liris opibus, ſimulque ſolitis muribus ac furibus & proteruis ſeruis, hisque quibus ſolent
abũdare diuitiæ, fictis amicitijs, ſequacibus atq; tenacibus paraſitis, totoq; illo grege dome
ſtico arridentiũ, tibi teq; ridentiũ atq; rodentium. Deniq; ſi amiſſas opes, cũ amiſsis tædijs
cõferas, luerũ, uoces, certè ut ſecuritatem ſileã, humilitatẽ, ſobrietatẽ, requiem, modeſtiam
paupertatis comites, ſi nihil boni aliud illa ſecum afferret, quàm q̃ & fallaciũ gregibus adu
lantium, & ſeruorum tyrannide ſuperborum liberat, abundè erat cauſæ, ut non ferenda mo
dò eſſet, ſed optima, immò etiam arceſſenda pauperies. Sed hi ſatis ſit. Maior enim quã pro
re querela eſt, quàm in te mirarer, niſi olim fermè in omnibus notaſſem nullum grauius,
nullum

nullum crebrius lamentum, adeò nihil inter homines paupertate melius, nihil odioſius. D. Pauperior ſum in uita. R. Eris lætior in morte, nemo tàm pauper uixit, ut moriens nollet uixiſſe pauperior.

De tenui uictu. Dial. X. DO.

TEnuis uictus eſt mihi. R. Et tenuis uoluptas & munda ſobrietas: an tu gulæ ſtudio contrarium malles? D. Aſper eſt uictus. R. Aequanimis fer gulæ illecebris caruiſſe, cum ad manum ſint aliæ dulciores, & quæri faciliores & ſeruari, habet & ſuas uirtus illecebras, Ciceronis utor uerbo, has guſtare & ruminare cum cœperis, illas magnopere non requires. D. Durus eſt uictus. R. Durities amica uirtutibus, mollities uoluptati. quot autem magni uiri ultrò ſe uoluptatibus abdicantes, hunc quem tu refugis uictum eligere, quorum aliqui cum poſſent lautè ueſci, panem & aquam in delitijs habuêre. An uerò uoluptati quenquam ſic obnoxiũ opinemur, ut nõ illã ualdè oderit, ſi adiunctum illi dedecus intueri oculis poſsit, ſed funeſta ſuauitas, uirtutum hoſtis acerrima & titillatio beſtialis, quã qui ſequitur, homo quidẽ uideri poteſt, uerè autem animal brutum eſt. Ad hæc & familiaritas contracta cum uitijs, & conſuetudo rerum peſsima, mortalẽ præſtringit obtuitum, ut diſcerni nequeant, quàm decorũ ſit, quod torqueat fœdumq; quod mulceat. D. Nimis anguſtus eſt uictus. R. Immò nimis ampla, nimiumq; capax gula eſt, unum uiſu anguſtum, re autem, unũ omnibus in animam irruentibus uitijs patẽs iter. Hac flamma libidinum, hac torpor ingenij, hac irarum & iurgiorum feruor ingreditur, hac imperioſa cupiditas, omnia pati iubens, atq; facere, dũ neceſſaria creditis, quæ damnoſa ſunt & munimen uitæ dicitis, quod ruina eſt. Hac inuidiæ faces & æmulatio implacata indignantibus animus, tàm gulæ alium obſequentẽ, quàm uos eſſe gloriamini, idem laudem ſperantes, unde pudor metuendus erat: hac poſtremò ſuperbia dum inflatus, ne ſe capiẽs uenter, animoſum affricat tumorem, & perſuadet illi eſſe ſe homine aliquid maius, quod ambroſia & nectare paſtus ſit. Vides ut uitium unum eſt omnibus aditus, neque hunc ſi aliter nequit, inopiæ uectibus clauſum cupis. O paupertas amabilis, quæ continentiæ tibi ſumis officiũ, ut ille ſit cogi ad id quod facere tua ſponte debueris. D. Tenuis me uictus extenuat. R. Malles ne igitur tumefieri, hæc tenuitas podagram tuis pellet è finibus, dolorẽ capitis auferet, cerebriq; uertiginẽ, uomitum què & ructũ & nauſea, & ſudorem tædiumq; & faſtidium, tui ipſius pallorẽ alternum ac ruborem: odorem quoque & oris & corporis, tibi atq; aliis importunum ſiſtet. præterea pedes inſtabiles, manus tremulas, nutans caput, quodq; eſt optimum, animũ ipſum moderabitur frenabitq;. Et quid igitur tàm multa corporis atq; animi bona, paruo cibi deſiderio, ac momẽtaneo guſtus incommodo, tibi parta cõquereris, dignus his perditis guſtui deſeruire. D. Tenuis uictus me fatigat. R. Contrarius fatigaret, niſi fortè otius requiem uocas, num legiſti lautioris uitæ tædia magna eſſe, ita ut quinque diebus continuis, non poſsit ſine faſtidio tolerari ab hominibus temperatis altiora ſpectantibus, quàm pallatum & uentrem. D. Supramodum uictus eſt tenuis. R. Fuit ætas, quando hic fuiſſet, & eſt ad huc gens aliqua, ubi eſſet uictus ampliſsimus. Verũ mundo in deterius lapſo, uos deterrimi omniũ eſſe nitimini, publicæ ſemper principem ruinæ, ut q optimi omniũ fuiſtis, uerſis uſq; quaq; ueſtigijs ſitis omniũ peſsimi & in [illegible] uitijs ac locorũ præcipuũ teneatis gradũ. D. Victus tenuis mihi nõ placet. R. V[illegible] tenuẽ & uirtutis & uoluptatis amatores ac patroni laudãt, tu quã hæreſim ſis amplexus neſcio, Plato Syracuſias damnat, nec ullo modò ſibi placere ait, bis in die ſaturũ fieri Epicurus in [illegible]bus ſuis uoluptatẽ ac delitias ponit, & hunc quẽ tu fugis uictũ, rebus ac uerbis probat. Deniq; ut ait Cicero, nemo de tenui uictu plura dixit. tu duarũ notiſsimos ſi uiarum duces ſpernis, quod eſt reliquum niſi ut impetu tui erroris & uirtutis hoſtem, ne amicam uoluptatis oneroſam ſequeris ingluuiem, fœdum finem nec tàm hominis qui iumenti, quodq; indignãter ac dolenter dixerim, iumẽta multũ qdem, ſed pro captu ſuo uẽtri ingerũt, ſoli uos animãtiũ domini, menſurã ueſtrã & neſcitis & frangitis. Neq; de nihilo eſt qđ multi miranĩ, quia patrum & auorum memoria, uineæ multo pauciores eſſent,

hominès autem totidem aut plures, uina tamen uiliora erant: Sic indies creuit ebriorum ſi tis D. De lauto uictu ad tenuem ſum redactus. R. Benè habet quod modeſtia neglexit, implet inopia. Optimum eſt ſpontè agere quod debeas, proximum uel coactè.

De originali inopia. Dial. XI. DO.

IN paupertate etiam natus ſum. R. Quis non nudus utero matris egreditur? nil hic præcipuum habent reges. D. Antequàm naſcerer pauper fui. R. Bonæ memoriæ es ſi meminiſti, delicatiſsimus ſi ſenſiſti. D. In paupertate ſum genitus. R. Antiquæ tibi querimoniæ parum ſunt. hæc non tua quidem, ſed parentum fuerit. D. In paupertate natus ſum. R. In paupertate moriturus, ſimilis principio finis manet, niſi fortè morientis lãguoribus mederi aurũ cẽſes, quod in arculæ fundo eſt. D. In paupertate uitæ mihi principium fuit: R. Medium falſæ ſæpè diuitiæ, at principium & finem uera paupertas tenet, nudum naſci, nudum mori, humana uerè conditio eſt. Nam quid quæſo purpureum cubile, quid funeralis lectus aureus, & quæcunque ſub ipſum uitæ finem mortalis ambitio meditata eſt, quid ad febrem, quid ad mortem ipſamque de qua loquimur morientium nuditatem? An ut equum phaleræ, ſic parietem aulæ delectant? mulcere iſta oculos poſſunt intuentium, ſenſu carentibus delectabile, aliquid ineſſe poteſt, delectatio autem nulla eſt. D. Nudus inops natus ſum. R Humanas res penè omnes alterna ſors uariat, eadem quaſdam æquat, quo reliquarum ſoletur imparitatem, harum prima & maxima eſt ipſa hæc originis ac mortis æqualitas. Multi & uarij uiuentium ſunt amictus, nuditas una naſcentiũ atque morientium, niſi quod illi multa reperiunt ignari, hi omnia deſerunt ſcientes, ut exigui damni ſenſum debeat ipſa rerum pereuntium lenire cognitio. D. Nudus in hanc miſeram uitam ueni. R. Id recolens, animo æquiore abibis nudus.

De numeroſa prole grauis ſarcina. Dial. XII. DO.

NVmeroſa prole prægrauatus ſum. R. Auro etiam atque opibus imbecilles humeri præmi poſſunt, nemo tamen id queritur ſed ſic præmi gaudet, at qui prima inter ueſtræ fœlicitatis dona numerantur filij, his nè te igitur prægrauatum & non potius ſubleuatum dicis? D. Multos inter filios inops ſum. R Immò uerò filij diuitiæ tuæ ſunt: quo modo inter diuitias ſis pauper uideris, id enim non niſi & auaris & bonorum ſuorum ingratis accidit. D. Filiorum in turba egeſtate ſordida laboro. R. Filij non labor, ſed requies ſunt parentum lenimẽ laborum, atque omnis ſolatium fortunæ ſi boni ſunt, alioquin non de numero ſed de moribus eſt querela. D. Filiorum acie coartatus ſum. R. Cur nõ potius comitatus & uallatus & ornatus? certè non tantum patres, ſed & matres ornamenta ſua filios uocant, non audiſti, ut Cornelia Aphricani magni filia, dum prædiues mulier Campana, quæ fortè in domum eius hoſpitij rure diuerterat, muliebriter gloriabunda, ſua illi longè pretioſiſsima oſtentaſſet ornamenta, generoſam uelut ad æmulationem prouocata, colloquiũ de induſtria produxit, donec à ſcholis filij eius remearent. parui tunc pueri, qui magni poſt fuêre uiri. quibus illa conſpectis uerſa in hoſpitam. Ornamenta mea, inquit, hæc ſunt, præclarè quidem, & ut tanti patris filiam decebat. Tu autem ornamenta hæc tua uocas impedimenta. D. Quis tot paſcet filios? R. Is qui te à iuuentute tua paſcit in ſenium, qui non ſolum homines, ſed piſces & quadrupedes paſcit & uolucres. D. Quis tot natorum corpora ueſtiet? R. Is qui non tantum animantia, ſed agros herbis ac floribus & frondibus ſyluas ueſtit, & quid ſcimus adhuc forſan hi filij te non modò paſcent ac ueſtient, ſed etiam tuebuntur, ſed etiam honeſtabunt. Humanarum rerum ut à uoluptate aliæ incipiunt, in laborem ac dolorem deſinunt, ſic econtrà aliæ amaro principio inceptæ, dulci fine clauduntur. Qualis eſt ſors uirtuoſarum omnium ferè actionum, quæ ingreſſos cruciant, ac progreſſos mulceant. D. Pauper cum filijs multis ſum. R. Miraris quaſi fœcundam uirorum non legeris paupertatem, diuerſa ſunt operum genera, & uaria dona fortunæ: nulli omnia contingunt, alijs uagæ merces, alijs rigens tellus exangue, alijs metallũ, uiuæ tibi diuitiæ obtigêre filij, an uerò boues & pecudes & aſini, cameli & profugæ,

apes &

apes & columbæ & pulli & pauones, ſerui denique & ancillæ in diuitijs habebuntur, ſoli ſi hi excludentur? D. O' quàm multi mihi ſunt filij. R. O' quàm plures alijs, quinquaginta fuêre Priamo, triginta Orodi Parthorum regi, centum quindecim regi Perſarum Artaxerxi, Septingēti autē Erothinio regi Arabum, quorū fiducia fines hoſtium alternis aggreſſus incurſibus, Aegyptū, Syriamq; uaſtauit. Et eſt ſanè potētiæ genus quoddā multos filios habere, ſcio autem quid dicturus ſis, hi quos memoras, magni omnes reges fuerant longè alias ſors eſt. nunquid uerò rex fuit Appius Claudius profectò ne diues quidem priſco illo ſeculo, uidelicet quo propriū diuitiæ habebant, & paupertati cæci acceſſerat, ac ſenectus, & tamen de eo ſcribēs Cicero: Quatuor, inquit, robuſtos filios, & quinq; filias, tantam domum, tantas clientelas Appius regebat & cæcus & ſenex. Neque id mirati eſt, quod priuata benè regere, cum tot obſeſſus incommodis, ipſam quoque rempub. gubernaret. Humanorum defectuum magna pars in moribus, non in rebus eſt: non erat Appio ſors regia, ſed nec optabat ſua ſorte contentus, exiguos non lautitijs ſed uirtutibus adornabat lares, & uictu tenui amplam familiam nutriebat. Quodq; multi reges mœſti faciunt & querùli, lætus ille & æquanimis faciebat. Non enim fortunam appetitui, ſed fortunæ æquauerat appetitum. Non erat Appio ſors Crœſi regis, nec conciuis quidem ſui Craſsi, ſed fœlicior quædam alia, quamuis anguſtior ſua ſors, nec ad alienam ſortem, ſed ſicut boni omnes faciunt, ad ſuam propriam ſe formabat, ac ſuos. Certè nec ego exigo ut tu ſorte alia, quàm tua in tuis utaris, & in te neq; ut cibo aut amictu regio tuos paſcas aut ueſtias. Veſcuntur lautius regij iuuenes & ueſtiuntur inſignius, ſed non uiuunt melius, nec diutius nec lætius, & quod conſtat, nec ſecurius, nec honeſtius certè nec ſanctius. Pro his omnibus unum habent quo excellant, pompoſius, hoc eſt ſtultius uiuunt. Suus cuique uiuendi modus, ſua eſt menſura: nec idcircò melior quò maior, unde fit ut in tugurio ſæpè lætos uideas, mœſtos in regia. Non eſt omnium una capacitas, ſed unus eſt fons gratiæ, unus ille cui dicitur: Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Quid ad rem uaſorum ſeu magnitudo ſeu paruitas, ubi par eſt omnium plenitudo? ſed multa deſunt pauperibus, quantò plura deſunt regibus, cū ſit illud Flacci uerisſimū expertūq;:

Multa petentibus
Deſunt multa.

D. Laborioſum negotium multos filios genuiſſe. R. Quid ſub cœlo mihi nō laborioſum dabis præter unam, ut creditur, uoluptatem, qua tamen nihil eſt in fine laborioſus, nihil quod tot inanimis linquat aculeos, an non legis apud Flaccum:

Nil ſine magno
Vita Labore dedit mortalibus.

At non audis, quid Poëta alius non ineleganter, hac in parte luſerit: cum enim bona omnia gratis nobis donata eſſe diuinitus, pij omnes uno ore fateantur, non donata dicit ille, ſed uendita, & pretium ſtatuit labores, ſic enim ait:

Laboribus uendunt Dei nobis omnia bona.

D. Moleſta eſt tantorū ſollicitudo filiorū. D. Non inter ueras ſentētias illa eſt. Non poſſe inueniri uitam hominis carentem moleſtias? Nec minus illam. Omnem uitam eſſe tormentum. quid filij meruêre qui ſi deſint, curæ illæ ſubibunt? crede mihi, quocūq; te uertas, quemlibet fortunæ, gradum arripias, & labores & moleſtiæ difficultates uitæ aderunt. quid lamentationibus opus eſt? D. Filijs multis premor. R. Sic dicis, quaſi fœlicitate deprimaris tua, & uota prima mortalibus tibi cumulatius obueniſſe fers grauiter, mirum genus impatientiæ. D. Quid uerò tot faciam filiabus? quis tot dotes expediet? R. Vnus eſt, & fœminarum Deus & marium, is & filios tibi paſcet & filias. utque illis ingenium & uiuendi artes, ſic is ſuas dotes dabit. Itaque ſic ſcriptum eſt: Spera in eo & ipſe faciet. Quod in te eſt, optimum dotis genus fuerit, ſic filias formare, ut uel abſq; dote recto iudicio placere ualeant atque amari. Dotem habuit Romanum imperium

Fauſtina, & quot reris indotatæ caſtiores, eacq́ fœliciores fuerint? Non facit fauſtum coniugium dos, ſed uirtus, fac ſi potes, ut tuarum non pecunia optabilis ſit, ſed pudor, ſed integritas, ſed modeſtia, patientia, fides, humilitas. His ornatæ gemmis filiæ tuæ, hoc onuſtæ auro, his ancillis comitatæ, limen adeant coniugum non diuitum, ſed proborum, ubi tutior ſæpius pudicitia uitacq́ dulcior, quàm in thalamis atcq́ atrijs regum fuit.

De amiſſa pecunia. Dial. XIII. DO.

PEcuniam amiſi. R. Et cum illa curas multas periculumcq́ perpetuum. D. Perdidi pecuniam. R. Et laborem cuſtodiæ, & perdendi metum. ſic perdendo pecuniam, duo bona, unumquodcq́ & præſtantius amiſſo, ſecuritatem & requiem inueniſti. D. Pecuniam perdidi. R. Benè ſi te illa nõ perdidit, quòd iam multis poſſeſſoribus ſuis fecit: noxia enim pecuniæ forma eſt, uenenoſus fulgor ac peſtifer, itacq́ uelut ſerpens ſquamis aureis placens, mulcendo oculos, animam ferit. proinde ſi hinc ſanus es, gaude tibi ablatum, unde infici poſſes, tecq́ illæſum inter pericula tranſiuiſſe, lætus ſtupenscq́ recogita. ſin infectus extirpatam mali cauſſam ſcito, quò facilior ad ſalutem reditus ſit. D. Amiſi aurum atcq́ argentum. R. Quid cœleſti animo cum terreſtribus purgamentis? qui uirilius philoſophantur, argentum atcq́ aurum inter bona non numerant, qui mollius, bona dicunt, ſed non animi. horum quicquid elegeris, ſiue non bonum, ſiue non tuum fuit, æquè nulla tibi materia eſt querelarum. Nã ut omninò bonũ dici uelis, quod multi magnicq́ negant uiri, nõ tuum certè ſed fortunæ bonum uel inuitus dices, ita nec tu de tuo aliquid, nec de ſuo illa quidem perdidit, ſed tranſtulit. D. Amiſi pecuniam. R. Ut non amiſiſſes ſi tua eſſet, ſic ſi tua non erat amittere nequiuiſti, uerè autem non tua, ſed illius erat quem ſecuta eſt, immò ne illius quidem, ſed fortunæ, ut dixi, quæ eam cui uiſum fuerit, breuem ad uſum magno ſub fœnore mutuat. Diſce iam tandem à proprijs aliena ſecernere. D. Pecuniam amiſi. R. Si te adeò non tuæ, quocq́ cruciant iacturæ, tibicq́ uel alienum aliquid demi doleas, diſce illa cõquirere, quæ tua ſint propria atcq́ perpetua, quorum & acquiſitio facilior & poſſeſsio nobilior certiorcq́. Virtutem ſi quæſieris non amittes. Vos autem ſapientiæ contemptores, cultores què & amatores pecuniæ facti eſtis? obſorduiſſe uidemini ſalubribus conſilijs ac monitis, quæcuncq́ per ſanctos atcq́ eruditos uiros, contra hanc præſertim humanæ partem inſaniæ dicta ſunt. Audiſtis Satyricum ueſtrum proteſtantem. Nam diues qui fieri uult, & citò uult fieri, atcq́ his dictis addentem:

Sed quæ reuerentia legum?
Quis metus aut pudor eſt unquam, properantis auari?

Hanc ſententiam Hebræorum ſapiens quàm paucis abſoluerat: Qui feſtinat ditari, inquit, non erit innocens. Audiſtis alium ex ueſtris, ſeu Satyricus ſit ille, ſeu Lyricus dicentem:

Non domus, non fundus, non æris aceruus, & auri,
Aegroto domini deduxit corpore febres:
Non animo curas.

Dixerat hoc externus ſapiens ille breuiſsimè. Non proderunt diuitiæ in die ultionis. & addiderat quod prodeſſet. Iuſtitia enim, inquit, liberabit à morte. Cum ergo pecunia quã amiſſam luges, in neceſsitatibus ſummis, nec corpori poſsit opẽ ferre, nec animo, mirum, cur tantopere uel optari abſens ualeat, uel amari præſens? His atcq́ alijs motus Orator uester, nihil eſt, inquit, tàm anguſti animi, tàmcq́ parui, quã amare diuitias. At Orator Eccleſiaſticus: Auaro, inquit. nihil eſt ſceleſtius nihil eſt iniquius quàm amare pecuniã. Et quàm multorũ in hoc unũ conſentit, immò quã nullius diſſentit auctoritas. Fruſtra quidem præualuit ſapiẽtum ſententijs uulgi furor, itacq́ ut nullum iniquius, ſic nullum ardentius uotum quàm pecuniæ eſt, ut ex qua pendẽre omnia quæ optantur perſuaſum ſit. Clamant ab aduerſo doctiſsimorum uoces hominum, clamat experientia & ueritas, clamat uetus & recens exemplorum turba, magnam pecuniam nulli utilem, multis fuiſſe peſtiferam, cum peccato ac labore quærẽdam, cum ſollicitudine ac pauore ſeruandã, cum querelis ac mœrore perdendã. Dicant pecuniæ amatores, quid uel in his uerbis falſi, uel in ſuis operibus boni ſit.

Et ut uera

Et ut uera ſit æſtimatio tàm laudatæ rei, qd de hoc qſq; uiderit aut legerit integrũ ac ſincerũ ſpretis uulgi clamoribus ſepoſitiſq; fulgoribus metallorũ, ad memoriam reuertat̃: quia ue rò nõ eſſe omnibus uidendi experiendiq; ſors eadẽ fuit, illa animũ ſubeant, quæ famoſis ab auctoribus ſcripta, nu'li unquã docto legẽdi audiendiq; defuit facultas. Nonnè ergo pecuniã peregrinos mores intuliſſe, & molles diuitias turpi luxu, ſæcula prius integerrima fregiſſe? nonnè ipſas quoq; diuitias, auaritiam, & abundantes uoluptates, deſiderium per luxũ atq; libidinẽ pereundi perdẽdiq; omnia inuexiſſe, & ſcriptum, & re ipſa ſæpè compertũ eſt? nonnè auarum ſemper egere? nonnè uoces ferrum ferroq; nocentius aurum, ſacrãq; auri famem, nil non mortalia, pectora cogere, pecuniæq; aſpectu debilitatos ſpiritus? Nonnè aurum per medios ire ſatellites, & perrumpere ſaxa potentius ictu fulmineo, atq; pudicitiæ ſimul ac uitæ inſidias prouenire? Imbre aureo Danaës expugnata uirginitas, ac uatis Amphiarei, Argolici caſus probat, auaræq; ſimul coniugis una ſiquidem ruinæ duplicis cauſa fuit aurũ fatale, q̃d benè ſpretũ, Argiæ Eriphilæ male optatum, male partũ illius pœnates eripuit, ſcelerũq; ingentia ſemina nouit, nonnè opes falſas & caducas, neq; præſtare poſſe quod ſpondeant, neq; lenire animi ſitũ ſed accendere, neq; curas fugere ſed arceſſere, neq; neceſsitates tollere, ſed augere, uerìſsimeq; & propriè dictum?

Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit.

Et illud: Neminem pecunia diuitem facit, immò cõtrà, nulli non maiorem ſui cupidinem incuſsit. Neq; illud minus.

Creſcentem ſequitur cura pecuniam,
Maiorum'q; fames.

atq; illud:

Multa petentibus
Multa deſunt.

Et permultis eos indigere, qui permulta poſsideant. Deniq; quicquid ſint, nõ eſſe perpetuum, nec longæuũ quidẽ, ut quod poſitũ ſit in manibus fortunæ, ſine intermiſsione uolubilibus ſubiectũ caſibus, & ſaltem morte perdendũ. Diues enim cũ dormierit nihil ſecũ auferet, Aperiet oculos ſuos & nihil inueniet, neq; id ipſum ſuũ nihil in quem uolet transferre, quia in imagine pertranſit homo, ſed & fruſtrà conturbat̃, theſaurizat, & ignorat cui congregabit ea. His ac mille ſimilibus circunquaq; ſonãtibus doctorũ uocibus hominum, obſtruxit aures infinita cupiditas, ut iam fruſtrà diuitibus huius ſæculi præcipiatur. Non ſublime ſapere, neq; ſperare in incetto diuitiarũ, ſed in Deo uiuo, qui præſtat nobis omnia abũdè ad fruendũ, benè agere, diuites fieri in operibus bonis. Nam qui uolunt diuites fieri harũ ſcilicet quæ uulgò optant̃ diuitiarũ, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & deſideria multa & inutilia & nociua, quæ mergũt homines in interitũ & perditionẽ. Radix enim omniũ malorũ eſt cupiditas. Non magis hunc audiunt conſultorem, quàm qui ait. Nolite ſperare in iniquitate & rapinas nolite concupiſcere, diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. neq; hũc magis quàm ipſius filiũ dicentẽ: Qui cõfidit in diuitijs ſuis corruet. neq; rurſus his omnib. magis illũ q̃ ſup omnes eſt, cuius doctrina cœleſtis, niſi ab inſanis planeq; furẽtib. contemni nequit, qui profectò diuitias & diuitiarũ comites, uoluptates atq; ſollicitudines ſpinas dixit, ſemen uerborum ſalubrium ſuffocantes. Dixit hoc cuius in ore non eſt inuentum mendacium, Veritas iua, inquam, hoc dixit ueritas: ueruntamen putas inuenerit fidem in terra? nullam prorſus aut ratam. Quas igitur ille ſpinas, ſuauitatem unicam atq; dulcedinem mundus uocat, & quod ait quidam, gemmas & lapides, aurum & inutilem ſummi materiam mali, ſummi omnis materiam boni putant, certatimq; omnes ut ſummum bonum præ omnibus appetunt. Iamq; in urbium plateis haud ironice proclamatur:

O ciues ciues quærenda pecunia primum eſt.
Virtus poſt nummos.

atq; illud alterius:

Vnde animum lucro, mercare, atq; excute ſolers.
Omne latus mundi,

Sic nondum intellectum Dei munus, ſed magnum Dei pauperies opprobrium iubet, quid uis & facere & pati. Verumq; quotidie cernitur, quod ab alio dictum eſt:

Pars ul-

Pars uiliſsima rerum Certamen mouiſtis opes.

Quis enim quæſo non hodie ſceleris inſigni præmio, & occaſione propoſita,

Fas omne abrumpit Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur?

Pone fidos fratres, pone unanimes amicos in conſilio, in conuiuio, in chorea, dehinc modicum inter illos non dicam pomum aureum, ſed pomi fruſtum iaciat diſcordia: his olim armis uti ſolita, gladijs ſeria iocíq; frangentur. Sicut autem auro nihil ſcœlſtius quæritur, ſic, ut ad rem redeam, nil mœſtius perditur. Peccatum nempè ingens animæ iactura contemnitur, proximumq; illi famæ damnum ſpernitur, & amiſſum tempus inter leuia numeratur. Lente flentur fratres perditi, lentius parentes, lentiſsimæ coniuges, ſæpè uerò lætiſsimè: ſolæ opes flentur acriter, ueriſsimumq; eſt illud:

Ploratur lachrymis amiſſa pecunia ueris.

Sed multa iam diximus, de quo nunquam ſatis, nunquam parum, ſemper minus dicitur, quia pecuniæ ad amorem obſtinatis animis, nil dicendo aliud quæritur niſi odium aut contemptus, quicquid uulgatis obſtat erroribus, uel ſimulatum creditur uel inſanum. D. Perdidi pecuniam. R. Experrectus es, te diuitem ſomniabas. D. Pecunia quam amabam perijt. R. Pecuniæ neq; amorem neq; odium, ſed frugalitatis ſtudium auaritiæq; fugam, laudo. ut amare enim puſilli animi, ſic pati non poſſe aurum, infirmi eſt parumq; ſibi fidentis, atq; auro ſuccumbere metuentis. Magnus ille eſt, inquit Anneus, qui fictilibus ſic utitur quemadmodum argento, nec ille minor eſt, qui ſic argento utitur quemadmodũ fictilibus: ut intelligas, ſeu uitium, ſeu uirtutem, non in rebus eſſe, ſed in animis. Nec amatorem pecuniæ nec oſorem, ſed abſentis contemptorem præſentisq; diſpenſatorem egregium, magnum putes. Hanc ſententiam me dictante ſcripſit Cicero. Cum amorem enim diuitiarum anguſti paruiq; animi dixiſſet, adiunxit: Et nihil, inquit, honeſtius magnificentiusq; quàm pecuniam contemnere, ſi non habeas, & ſi habeas ad beneficentiam liberalitatemq; conferre. Vtor in re certa claris teſtibus, & O utinam mihi ſimulq; illis omnibus fides eſſet, nuſquam enim humanum genus tàm incredulum, ſeu tàm ſurdum eſſet. inexhauſtus labor hominum quærendíque ardor terraſq; & maria uerſans, probat auaritiæ, atque amore cultuq; diuitiarum non modò uirtutibus, ſed uitæ odium indictum. D. Pecuniam magnam amiſi. R. Magnum pondus, & durum & graue ſimul cuſtodis officiũ, ut incipiens dixi. nempè de dominis uos cuſtodes imperioſa cupiditas fecit, omnia facere atque omnia pati iubens, ſola ut pecunia cumuletur ac ſeruetur, itaq; in opportunitates uſusq; hominum inuenta erat, in metum ac ſollicitudinem uerſa eſt, timere & angi & circumſpicere domorum incendia, furum inſidias, & ſeruorum fugam, neq; alijs prodeſſe neque ſibi, ſed exanime tantum & inutile aurum incubare, hæ diuitiæ ueſtræ ſunt. D. Pecuniam domi dimiſſam, abſtulit neſcio quis. R. Vile & caducum eſt, & certè non proprium quod furto uel ui eripi poteſt. D. Pecuniam in loculis conſignatam non inuenio. R. Dicam tibi non antiquam rem: Fuit nuper apud Italos nobilis & egregius quidã uir, poſſeſsionum antiquarum diues ſatis, ditior uirtutum, ſed pecuniæ non ita, ut cuius non cuſtos, ſed diſpenſator ac dominus eſſe didiciſſet. erat illi filius primogenitus, fori negotijs apprimè induſtris, qui uigili cura & parſimonia ingenti, magnas opes multumq; auri quæſierat, & erat mirum uiſu, in patre ſene iuuenilis largitas, & in iuuene filio ſenilis tenacitas. ſæpè illum pater hortabatur, ne ſuum ingeniũ fraudaret, ne pietatis obliuiſceretur ac famæ, ne uie in comparationem auari, & decus & debitum, & naturalia ſibi iura uileſcerẽt, deniq; ut ſibimet & annoſæ matri, & fratribus paruis, & conſanguineis, & amicis, & egentibus prodeſſe aliquando diuitias ſuas uellet. In hos enim uſus, non cuſtodiam tantùm ac ſupplicium partas eſſe dicebat: hoc pater, ſed fruſtrà uel ſurdo canitur uel auaro. Contingit tandem pro Rep. filium abeſſe, & cum electis uiris ad Romanum pontificem proficiſci, quo digreſſo, ſtatim pater occaſione arrepta, nouis thalami arculæq; clauibus introgreſſus, theſaurum nulli utile, è latebris eruit, ſeq; coniugem & filios familiamq; omnem exquiſitiſsimè induit, emit equos ornatiſsimos, uaſa argentea, ſuppellectilẽ ſpecioſam, ultimo domũ amplam,

amplam, ſed minimè cultam, nouis auxit ædificijs, & picturis inſignibus adornauit munivitque rebus omnibus, quas liberalis & lauta & abundans uita exigit. multa præterea pauperibus dedit: Sacculos uerò in quibus aurum illud filij fuerat, harena lapillisque flumineis plenos obſtructosque & obſerata, omniaq; quo prius in ſtatu fuerant dimiſit. quæ cuncta breuiſsimo tempore geſta ſunt, quòd & uoluntas egregij ſenis & pecunia prompta eſſet. Redeunti dehinc filio fratres obuij fuêre, quorum ille occurſu hæſit, indumenta atq; habitum miratus, qualem antea non uidiſſet, quæſiuitq; cuius eſſent equi, unde illæ ueſtes, hi atq; omnium ignari ſimplicitate puerili domini patris eſſe, multosq; alios domi in ſtabulo ſubſtitiſſe dixerunt, utrunq; etiam parentem multiplici ac regio eſſe ueſtitu: magis ille magisq; ſingula cœpit mirari, inde ubi paternæ domus limē attigit, uix parentes, uix ipſos parietes recognoſcens, nec admiratione iam ſimplici, ſed ſtupore plenus atq; extaſi thalamum atque arculam feſtiuus adijt, ubi cum exterius nil mutatum cerneret, parumper animo conquieuit. Et quoniam collegarum præſentia ac feſtinatio amplius non ſinebant, raptim arculam aperuit, ſacculisque conſpectis ſolito more turgentibus atque obſtruſis, iam ſecurus abijt, mox negotio publico expedito domum rediens, in thalamo ſe incluſit, arculam aperuit, ſacculos introſpexit, aurumque in harenā uerſum reperiens exclamauit: Accurrit pater, & quid inquit rei eſt fili? quid quæris, aut quid fles? Amiſi inquit ille pecuniā, quàm multis quæſitam uigilijs, multisq; laboribus in his ſacculis dimiſerā, ſpoliatus tua ſum in domo pater. Ad hæc genitor, quomodo ait ſpoliatus es? nonne ſacculos omnes plenos uideo? ille autem gemens. Harena, inquit, pater non pecunia eſt. ſimul hæc dicens, apertos patri ſacculos oſtētabat. tū ſenex fronte nihil mota, quid, inq̄, refert fili apud te harenane an pecunia plena pleni ſint? Memorabile dictum, præclaræq; ſententiæ: ſiquidem apud multos ocioſa pecunia eſt, nilque ait aliud niſi quod locum occupat atque animum, apud plures malè atque improbè operoſa, apud paucos demum fructuoſa eſt. D. Amiſi pecuniam quam amabam. R. Turpi amore relaxatus es, nam amor pecuniæ auaritia eſt, minus hanc amabis, minus hanc optabis: nam & illud Satyricum, experimento cognitū, quod minus hanc optat qui non habet, optanda autem amiſſo eſt. Magni etiam boni, cui inſeparabiliter malū maius adiunctum ſit. D. Amiſi dulce uitæ præſidiū. R. Quid ſcis an amarum potius excidiū, plures multò propter opes quàm propter inopiam periêre.

De Vadimonio. Dial. XIIII. DO.

VAdimonio exagitor. R. Amiſſam pecuniam quærebare, iam porrectā quæreris, Nonne te ultrò obligans pecuniam proiecisti, uulgaris inſania plurimorum, qua perfacilè & pecuniam perdideris & amicum? D. Pro altero fidem obſtrinxi meam. R. Pro teipſo eam ſolues, & nil debere, ac ſine compedibus agere, quàm iucundum ſit tuo diſces incommodo. D. Vadem pro amico dedi me. D. Da poſthac amicis egentibus, aurum, argentum, uinum, oleum, frumentum, ueſtes, domos, prædia, conſilium, ſolatium, cum amicis demum omnia partire, unam tibi habe, nullique unquam tuam dederis libertatem. D. Promiſi pro altero, en ſoluendi dies adeſt. R. An tu affuturam ignorabas, an te uicturū non ſperabas, an non hæredem ſaltem tuum cogitas, quem ſpontaneis uinculis inuolueres? Bene autem habet quod in caput errantis pœna redundat erroris, ſentio autem, dilatio te feſellit: Media promiſsionis inter ac ſolutionis diem ſpatia, uana mente metimini. quæ utrinque tempora longa uidentur, dū ſpectes, dū præteriêre breuiſsima. uolant enim horæ, dies, noctes, hebdomadæ, mēſes, anni, luſtra, ſecula & quæ diſtantiſsima iudicātur, in foribus ſunt, itaq; quod in paucorū interſtitio mēſiū tūc ſtupetis. ſi aperti eſſent oculi, clare quidem multis in ſeculis uideretis. Sed uos quaſi tempus deſiderio ueſtro pareat, nō naturæ ſuæ, non euenturum uobis terminū, nec ituros dies fingitis, atq; hac ſpe uelut oculis clauſis, præcipitiū præteruecti. uerbo placidi uobis eſſe uidemini urbani, p̄ alio promittētes, quaſi nō uerba hæc & promiſſa clādeſtina mox in publicū eruptura, tumulusq; rerū

maximos

maximos allatura ſint. D. Deſpondi pro meo amico. R. Amicorum indigentijs ſis præſenti, ſi quod adeſt remedio ſuccurrendum. non te illaqueas utcꝫ in craſtinum nihil promittas, quod non dicerem, ſi ſuccurri aliter, quàm promittendo non poſſet, nunc quid attinet promittere, quod ſi implere non poſsis, ſtultè facias, at ſi poſsis ſuperuacuè: ſed uos rerum auariſsimi eſtis, & prodigi promiſſorum, quaſi uerò res ipſas promiſſa illa nõ exigant. Quod ſi dicas defuiſſe in tempore ferendæ opis facultatem, fuiſſe autem de futuro ſpem, qua poſtmodum deſtitutus ſis, nondum ergo didiceras, ut fallaciſsima rerum omnium ſpes eſt: nihil inuenias quod tàm crebrò uos fallat, nihil eſt tamen cui tàm cupidè credatis, tam ſubdola & tàm blanda eſt, ita ſe dulciter ac latenter inſinuat, ſic inuita diuellitur. D. Vadimonio me addixi. R. Credo oblitus illud Thaletis Mileſij celebre documentum: Vadimonio adeſſe noxam, & quid de hoc ille uir ſapiens dixerit, quod memoraſſe non inutile crediderim, quodcꝫ in latinum uerſum ab Auſonio: ad hunc modum ſonat.

Sponde inquit, noxa præſto tibi eſt.

Per mille poſſem currere exempla, ut probem predes uadeſquè pœnitudinis reos, ſed nolo nominatim quenquam dicere, ſibi quiſque uerum dicat & ſecum putet, ſpondere quantis damno fuerit & malo. D. Memetipſum ſpontè obligans erraui. R. Error hic purgatorio igne poſt obitum nõ egebit, ubi admiſſus eſt purgabitur, de illorum enim genere eſt, quæ ſuum ſupplicium ſecum ferunt. D. Promiſsione me obſtrinxi. R. Solutione ſe libera, & quẽ lingua uinculis innexuit, manus ſoluat, proderit uinctum fuiſſe cum euaſeris, laqueos ſemper horrebis.

De amiſsione temporis. Dial. XV. DO.

TEmporis amiſsionẽ fleo. R. Eſſet hæc eò iuſtior quàm ſuperior querela, quò leuior eſt pecuniæ iactura quàm temporis, quod nec neceſſaria ad benè uiuendum eſt pecunia, & amiſſa reſtaurari poteſt, tempus & neceſſarium & prorſus irreparabile eſt, niſi quia nolenti pecunia, uolenti autem tempus eripitur, quamuis illud fatear, grauiora damna eſſe quæ culpam patientis exaggerant, iuſtàm tamen querelæ cauſſam nego, ubi qui patitur, uolens patitur. D. Nolens ego tempus amitto. R. Quis uolentem cogit, niſi cupiditas occupationum mater? Solum hoc unum uitium, ait Comicus, affert ſenectus hominibus, Attentiores ſumus ad rem omnes quàm ſat eſt. Senex hic quidem notat: omnes uerò iam ſenes, in hac attentiores facti ſunt, omnem ætatem, omnem ſtatum, omnem ſexum inuaſit auaritia, hæc tempus miſeris & aſpectum uitæ breuis hominibus eripit, in hanc unam rem ſolliciti, æuum omne conſumitis ueſtri & ueſtrarum penè iam immemores uoluptatum, quæ peſtis ſi nolentes inuaderet, poſſet & nolenti tempus eripi, & iuſta eſſet ſuper preti oſiſsimæ rei amiſsione querimonia. D. Non mihi cupiditas tempus extorquet ſed neceſsitas. R. Quænam quæſo neceſsitas iſta eſt, quæ tibi præripiat, quod unum ex omnibus tuum eſt? ita dico diuitias, honores, potentiam, clientelas, imperia, & quæ ſunt huiuſmodi ſuo iure dat atcꝫ eripit fortuna, tempus inuitò nõ eripitur, ſed ipſum per ſe ſenſim defluit, non utenti paulatimquè conſumitur, nec ante perpẽditis quàm conſumptum eſt, tùm querelæ ſonent ſeræ & inutiles, fletur temporis amiſsio, ſed ſiletur culpa. D. Me neceſsitas ſola cogit tempus amittere. R. Quæro iterum quænam hæc tàm uiolenta neceſsitas? niſi forte dominorum negotijs implicitus, tua negligis, quaſi uerò non ad hæc te ſola cupiditas & inexplebilis lucri ſpes impellat? pone cupiditates proprias, dominorum cupiditatibus non parebis, ſed hoc uirus immedicabile uenis infuſum & pererrans uiſcera, ſenſum hebetat, & non ſolum tempus, ſed libertatem uitamcꝫ ipſam non ſentientibus eripit. Quod ſi fortè nec tuis nec alienis cupiditatibus, ſed curis honeſtioribus, tuæ Reipub. tempus impenditur, non hæc temporis amiſsio, ſed laudabilis eſt impenſa, rem caram rei omnium cariſsimæ quæ in terris ſunt largitus, & uiri boni & ciuis egregij functus officio es, quamuis non ignorem homines, quicquid præter auaritiæ ſtudium agitur, uulgò tempus perditum uocare, cum id demùm maximè uerècꝫ ſit perditum, quod illi ſtudio tribuitur. Et quid ſcimus,

an tu quocꝫ

an tu quoque populariter perditum tempus uoces? quod ſi crederem, omiſsa incurabilis morbi cura, non iam tempus, ſed teipſum malè perditum faceret: nam ſi tempus quod maluerim, Deo tuo, non dicam donas ſed reſtituis, quod ſine uera non geritur pietate, ingens atque inextimabile lucrum ſcito, pro paruo enim temporis impendio, æternitatem quæris, quis unquã mercator permutatione tã proſpera uſus eſt? D. Prorſus alia mihi perdendi temporis cauſa eſt. R. Non intelligo quam tu mihi cauſam dicas, nam ſi propter mœſtitiã, propter amorem ſeu aliam animi paſſionem cogi credis, Falleris, omnium eadem eſt ratio: quã auaritiæ diximus, omnes uoluntariæ, nulla eſt uiolẽta. quod & ſano patet intellectui, & à Cicerone multis in locis diſputatum, & creberrimè repetitum eſt. Si nil horum in cauſa, quod aliud eſt quã torpor & ignauia? ſic ad id reuertimur ꝙ ait Seneca: Turpiſſima eſt iactura quæ per negligentiam uenit. D. Vt amittam tempus, mœſta neceſsitas me cogit. R. Nondum capio quid rei ſit, nam ſi te hoſtis in uinculis habeat, ſi mors inſtet, poſſunt fateor actus bonos impedire, ſed non pios ſanctosque cogitatus qui maximè in eo ſtatu eminent atq; affulgent, quibus enim curis tempus certè non perditur, ſcio an alibi uſquam minus. Quæ profecto & in dolium Reguli, & in taurũ Phalaridis introire poſſunt, & in crucem Theodori Cyrenenſis aſcendere. ſic quocunque uerteris, in te unum omiſſi temporis culpa reflectitur. At uos ex more naturam accuſantes, quæ uolubile tempus fecit, cum hic non eſſet æternitas, in omnibus uos metipſos abſoluitis, cum rei omnium ſoli ſitis: omne enim ferè tempus perditis immò proijcitis, & quaſi rem uilem abiectamq; contẽnitis, quod utinam in uirtute ſaltem aut gloriam poneretis, non in ſumma ſemper infamia inexpiabiliq; dedecore, quanquã uerè, quicquid non in eos uſus quæritur in quos datum eſt, perditum dici poſsit. Ad hoc ſanè naſci hominem, ad hoc tempus dari conſtat, ut creatorem ſuum colat, amet, cogitet, quicquid hinc excidit, perditur haud dubie. Vide igitur, quantum perditi temporis, quantumq; non perditi.

De aduerſo ludo taxillorum. Dial. XVI. DO.

TAxillorum in ludo perdidi. R. Non'ne tibi dixeram, dum uinceres fœnus id eſſe non lucrum? D. Ludo exhauſtus ſum. R. Hic eſt ludo illi mos, qui medicis per exiguo ingeſto plurimum exhaurire: Crede autẽ mihi, nunc potius gaudendum, quàm dũ falſo gaudio exultabas. melior eſt acris caſtigatio, quàm blanda fallacia. Illud te lucellum ad ludi uoraginem uocabat, hoc te damnum inde retrahet, ſatius eſt turpi freno rectum iter agere, quàm habenis aureis præceps in deuium agi. D. Amiſi in ludo taxillorum. R. Viciſti in ludo morum, ſi quid egeris profundius attendiſti, alioquin morbo inſanabili fruſtra remedia cogerentur, ſi ab hoc baratro nec te damnum reuocat nec pudor, ubi rebus nil proficitur, nec quicquam uerbis aggrediare.

De ſponſa alteri adiudicata. Dial. XVII. DO.

SPonſam mihi, ſententia iudicialis eripuit. R. Aſt alijs fraus, alijs uis aperta. D. Iudiciali ſententia ſponſam amiſi. R. Quidam dolis, ferro alij, quidem quod fœdiſsimum genus auro ipſas coniuges amisêre. nihil proprium eſt homini, hinc furta & inſidiæ, hinc rapinæ, hinc preces, hinc pretia, hinc ultima rerum mors. per hanc rotam temporalium bonorum, dominia uoluuntur, quodq; eſt unius fit alterius, mox ad alios trãſiturum, quod ſi in rebus utilibus ferẽdum. in damnoſis ac grauibus plaudẽdum eſt. quid miri autem uolui humana? Homo ipſe uoluitur & nõ ſtat, ſed ut ſcriptum eſt, quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit uelut umbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. Tu ſponſam quæreris amiſiſſe, qui fugiendo & in horas decreſcendo, aſſiduè te amittis. D. Sponſam in iuditio amiſi. R. In campo alij, tutius eſt iure congredi quàm bello, legibus decertare quàm gladijs: Legiſti apud Virgiliũ inter illos Lauiniæ competitores quãta lis, & quis belli finis, Victorem ſponſa ſequitur, uictum mors, tibi ſponſa perdita, ſalua eſt uita. D. Iudex me priuauit ſponſa. R. Adulter aut raptor forſitan te priuaſset, leuius eſt ſponſam amiſiſſe

quàm coniugem, in illa enim ſpes perditur, in hac res. minor eſt autem ſperare, quàm poſ.
ſeſſæ rei ſiue ut aliter idem, leuior ſpei iactura quàm rei. D. Amiſi ſponſam in iuditio. R.
Non amiſiſti, ſed tuam non eſſe didiciſti. D. Amiſi ſponſam. R. Qui amittit coniu.
gem multiplici ægritudine liberatur, at qui ſponſam, præſeruatur, utrunque bonum, ſed ſe.
cundum melius. quid ni autem ſit melius, nullum pati uulnus, quàm inflicto uulneri reme
dium inueniſſe? ſed uos animorum impulſu, ut Satyricus ait, & magna cæcaque cupidine
ducti, coniugium optatis, quod adepti perpetuis tedijs & immortalib. agitetis querimo.
monijs, & tum facti pœniteat, cum non factum eſſe nõ poteſt, cunque inefficax pœniten
tia & inanis eſt. D. Sponſam & ſpem prolis amiſi. R. Noli lamenta miſcere, illa e.
nim pars eſt altera præcipitis mortalium uoti, ſic enim ait, coniugium optatis, partumque
uxoris, at non ſemper placitura, ſed profutura dant ſuperi. Tenes apud Apuleium Ma
daurenſem, ut latronum lapſa in manus miſella illa uirguncula, unam triuij in partem, ubi
periculi plurimum loro flectit eum, cui inſederat aſellum, ille in aduerſum nititur, qua ſecu.
rum iter erat, & incautam puellam in ſua damna tẽdentem tacitus arguit. quibus ita luctan
tibus, latrones quos euaſiſſe uidebantur interueniunt, à quibus in captiuitatis miſerias uir
go, in ſuam pernitiem ſtudioſa retrahitur. haud abſimilis inter diuinam prouidentiam &
humanam ſtultitiam, de itinere uitæ huius eſt quæſtio, illa futuri præſcia, eò uos agit,
ubi dulcia & ſecura ſunt omnia, hæc obnititur cæca quidem, & miſerijs ſuis fauens. inter
moras ſæpè quæ uitari poterant, obſequendo & credendo, inopina uos mala corripi.
unt. D. Succubui in iuditio & amiſi ſponſam. R. Dignus es uiciſſe, nam duo.
bus de una muliere certantibus, qui mulierem habet is perdidit, qui uicit is eſt uictus, qui
uincitur is eſt uictor ac liber.

De uxoris amiſsione. Dial. XVIII. DQ.

VXorem heu perdidi. R. O' præpoſterum ingeniũ ſtupendumq́; hominẽ, qui u
xoris in funere lugeat, ſaltet in nuptijs. D. Vxorem perdidi. R. O' demens.
Himeneum cane: nunc tempus coronatum, uinctum: uidimus dignioribus iam ſertis
accingere, magno prælio uiciſti, & longa obſidione liberatus es. D. Vxorem per.
didi. R. Sic dicis perdidi, quaſi qui febrem perdit aut ſcabiem, interdum lucri ſpecies eſt
perdere. D. Vxorem perdidi. R. Nunquam tibi fortaſſis opimiorem quæ.
ſtum una lux attulit, quantis compedibus elapſus es, quanto naufragio enataſti? D. Sed
uxorem bonam perdidi. R. Solent id quidem omnes dicere, & qui contrarium ſci.
unt, ego autem & ſi bona uxor, uel omnnio mulier bona, rarum miſerumque animal ſit in
terris, uitandæ tamen altercationis cauſa, permiſerim uxorem tibi qualem dicis amiſſam.
neque ideò reſpondebo, quod olim dum hæc eadem queſtio ageretur apud Senecã, reſpon
di: poſſe te aliam bonam, uel ſi feceras facere, uel ſi inueneras inuenire. muto ſententiam:
nolo te ſæpius rem periculoſiſſimam retentare, quod & ſi ſemel benè ceſſerit ſtultè repeti.
tur, citius centum ſui ſimiles mulier mala, quàm unam bonam reperiet, quamobrem qui
malam habuit, ſimilem timeat. at qui bonam, ſimilem ne ſperet, ſed uterque pariter, ille
aduerſitatem cumulare, hic proſperitatem ſuam deformare caueat, ſic in omnem caſum ſe.
cundo coniugio abſtinendum. Tu nunc ergo, ſi ut ais bonam coniugem amiſiſti, præte.
rito potius gratulare, quàm futuri ſpem conſpicias, neque quod puppe integra littus atti.
geris, crebrò nauiculam uentis credas. D. Coniugij uinculum quo tenebar, mors
diſſoluit. R. Noli te rurſus innectere, cogita quàm optabilis, quanque incompara
bilis ſit libertas, et conſilium Ciceronis amplectere. qui uxorem uiuaciſſimam, & aduer.
ſus quam fruſtra mortis auxilium expectandum eſſet, dum repudio dimiſiſſet, hortanti.
bus amicis ut aliam duceret, non poſſe ſimul ſe uxori & ſapientiæ ſtudio dare operam re.
ſpondit. D. Vxorẽ bonã perdidi. R. Quid ſi hoc etiã nõ iactura ſed lucrũ, & magni fuga
pericul

periculi eſt, ut enim ſit bonã aperire, conſtantem ubi quæreremus. notũ illud ſummi uatis:

Varium & mutabile ſemper fœmina.

D. Vxorem bonam ac iuuenili æuo floridam amiſi. R. Parum'ne igitur noti fœminei mores ſunt, quàm multas pudiciſſimas adoleſcentulas, impudicas ac laſciuas anus uidimus? ardor nempè libidinis, quotiens uetulæ oſſibus incubuit, quaſi ignis in ligno arido uinolentius æſtuat, uel inſtantem ergo uitæ mutationem, uel ut inde periculum non eſſet, uenturæ utique ſenectutis pondus ac faſtidium, declinaſti. graue iuuenibus coniugij iugum ſenibus grauiſſimum, durum, importabile. D. Amiſi iuuenem uxorem. R. Seu proles ex coniugio quæritur, ſeu uoluptas, quorum alterum mariti eſt, alterum adulteri, ad utrumlibet aptior iuuentus, ſiue his autem ab uxore præceptis ſiue horum altero, eò illam peruenire optabas, ubi inhabilis ad utrunq; eſſet, ſiue ad hæc natura inhabilem ſenio fieri poſſe habilem ſperabas, quid niſi uotum ſuperuacuum, ſpes inſulſa eſt? D. Amiſſa dulci coniuge ſolus ſum. R. Inuidioſa uerò ſolitudo eſt, magis caruiſſe comitibus, uacuo nihil mollius eſt cubili, nihil durius occupato, animis dulces ſomnos, & uigilias honeſtas, amantibus honeſtum q; aliquid altum q; uerſantibus. Nil egregijs coeptis infeſtius muliebri conſortio, nec me fugit, q́d aduerſus hæc dici ſoleat, ab his quos miſeriæ delectant ſuæ: Matrimoniorum, inquiunt, expertes, matrimonia condemnant. & ut eſt in prouerbio uulgari: Vxorem uerberat, qui non habet. Ego contrà nullos de coniugio queri ſolitos audiui, niſi qui ſarcinam coniugij pertuliſſent. D. Coniugem amiſi optimam. R. Et quæ optimæ, quæq; uirorum amantiſſimæ uidentur, zelo ac ſuſpitionibus aliquantò cæteris acrius inardeſcunt, quo incendio conflagrare, pacem domeſticam eſt neceſſe. quorſum igitur querelæ? Perdidiſti uxorem, inueniſti libertatem, cælibatum, pacem, ſomnum, requiem. iam tranquillam ſine litigio noctem ages. D. Sine uxore ſum. R. Et ſine aduerſario iam, tui rerumq; dominus tuarum eſſe incipis, ante lucem lectulo matutinus domo egredi, ueſpertinus regredi, ſolus aut cum quibus uoles totos dies agere, nullo rationum exactore permitteris. D. Vxorem perdidi. R. Perdita dudum ac repudiata requies, in cubiculum reuocanda erit, illa tibi uxore qualibet utilior comes. D. Vxorem bonam ac decoram perdidi. R. Stulti eſt cõpedes ſuas quãuis aureas amare.

De importuna uxore. Dial. XIX. DO.

VXorem patior moleſtam. R. Fœlicius amiſiſſes, at qui modo perditam querebare. D. Vxorem patior inquietam. R. Primo labori uenia forſan aut miſeratio, ſecundo non niſi odium debetur, & quem una uxor non caſtigat, dignus eſt pluribus. D. Infeſtam patior uxorem. R. In alijs utcunq; fortunam culpes, In uxore autem & præſertim altera, non alium quàm teipſum, hoc tibi malum tu feciſti. D. Vxorem patior procacem. R. Vdas ſuccende paleas, tegulas frange, de reliquo tibi prouiſum eſt: ita uerò cumulatæ quæ te domo pellant aderunt, fumus, ſtillicidium, atq; uxor. D. Perfidã patior uxorem. R. Iam periculo res non uxor Agamemnonem, uxor Aphricanum morti dedit, ut Amphiaraum, ut Deiphœbum, ut Sãſonem ſileam, alioſq;, quos numerare longum eſt, illi quidem prorſus innumerabiles, quos uxores nec mori cogunt, nec uiuere patiuntur. D. Mala mihi nouiſſima explicas, remedium quæro. R. Erunt qui ſuadeant ut caſtiges, & prauos mores ad rectum reuoces, totum te huic uni negotio impendas. ego autem caſtigandam uxorem ſi caſtigando, quid proficias, non nego, ſi id fruſtrà eſt, ſola reſtat patientia, hanc amare quidq; inuitus faceres uolens fac. Eſt Varronis Satyra, Menippeam uocat, de officio mariti. Ibi de hac re illius docti uiri conſilium breue, ſed efficax his uerbis expreſſum leges:

Vitium coniugis aut tollendum eſt, aut ferendum.
hic tollendum ponit pro corrigendum. & dicti
breuis quoq; ſed elegans ratio hæc effertur:
Qui tollit uitium commodiorem coniugem præſtat,
Qui fert ſe ipſum efficit meliorem.

Quod dictum ſcriptores alij ſic interpretati ſunt. Eiuſmodi uitium uxoris, ſi corrigi non poſſit, ferendũ eſſe, quid fieri à uiro ſalua poſſit honeſtate, quod uitia nēpe flagitijs leuiora ſint, eamquė non aliam ſententiã fuiſſe Varronis. D. Procax & moroſa eſt uxor. R. Fer mores, ſi immutari nequeant, & qualiter foris uiuas domi diſce cum Socrate, & ſi ille duas ſimul pertulit, alij plures, uni ne ſuccumbas ſarcinæ. D. Moleſtam uxorem habeo. R. Cui uerò non poſſit uxor moleſta contingere, niſi qui ſe nuptijs conſtanter abſtineat, cum & Hadriano principi, & quo nil altius nil mitius Auguſto, Sabina illi, huic Scribonia, utraq; coniunx dura ac peruerſa, moribusquė aſperis digna repudio. Et Catoni Cenſorio tàm rigida tàmquė inuicti uiro animi, cum Paula quædam uiolenta uxor ac ſuperba contigerit, quod mireris, humili etiam orta progenie, ne quis hominum ſperet ignobilitate uel inopia, uel omnino aliter quàm perpetuo cælibatu coniugij ſubterfugiſſe moleſtias. ſed quas fugas non euaſerit, patientia perferendas ſciat, nec luctando nec calcitrando ſe torqueat, ac iugum ſponte ſuſceptum, iactabundus exaſperet. D. Importunam proterſus & indomitam fero uxorem. R. Bene agis, ferendum eſt etenim, quod deponi nequit, & ſi premat. D. Moleſtiſsimam habeo uxorem. R. Habes unde patientiæ laudem quæras, unde diſcas requiem optare, unde peregrinari ames, reditum que oderis, ubi uocem exerceas ac bacillum.

De raptu coniugis. Dial. XX. DO.

VXor mihi præripitur. R. Violentum omne moleſtum, patienti fateor, at res ipſa ſi per te illam æſtimes, quàm quæſo tantæ moleſtiæ cauſam habet, cum profectò ſi importuna eſt uxor, eius amiſsio magni oneris ſit leuamen? D. Rapta eſt coniunx. R. Si incommodum corporis curanti premium debetur, quid non leuanti animi angores ac moleſtias debeatur? ſiquis tibi medicus tertianam febrem abſtuliſſet, & gratiã illi haberes & pretium dares, quid nunc facies continuam auferenti. D. Rapta eſt uxor. R. Neſcis quid raptori debeas, cura ingens indeciſumquė litigium, unà cum coniuge, forſitan & graue periculum, tuæ domus limen exceſſerit, multi perierunt qui uixiſſent, ſi uel rapto uel aliter coniugibus caruiſſent, inter uitæ mala nihil peius quàm inteſtina diſcrimina. D. Rapta uxor abijt. R. Si coacta iuit ignoſcito: at ſi uolens, uno actu duplex tibi quæritur uindicta, nam & adultera ſuum ad raptorem abijt, & ille tuum uirus, ſuam tranſtulit in domum. qualem enim mœcho ſperet, quæ talis fuerit marito? D. Vxor cum raptore libens abijt. R. Sine paululum, alteri quidem alterius faſtidium non longa dies attulerit, ſi ante flagitium cogitarent homines, non eouſquė præcipites ad peccandum eſſent, nunc feruidos appetitus, ſera damnat pœnitentia, nil niſi poſt factum cernitis, à tergo oculos habetis, cæca frons eſt. D. Rapta eſt uxor mihi. R. Hoc genus iniurium nec reges euadere potuêre, & Syphaci Maſaniſſa, Philippo Herodes ſuam abſtulit. D. Rapta eſt mihi coniunx. R. Quod ſemel tibi, bis accidit Menelao.

De impudica uxore. Dial. XXI. DO.

IMpudica uxor domi eſt mihi. R. Mallem rapta eſſet, aut etiam importuna moribusquė aſperis, potiùs quàm laſciuis ac turpibus, ferenda tamen omnia ingenti niſu ingentiquė animo, & rerum mortalium contemptores, innumerabiles ſunt hominum miſeriæ, quibus omnibus una uirtus obijcitur. D. Impudica eſt mihi uxor. R. Pudicitia inſignis, imperioſas efficit matronas, nihil metuit quæ ſibi nihil eſt conſcia, huic malo igitur, hoc ſaltem boni ineſt, eſſe iam moleſta minus increpier, minusquė inſolens: Læſa enim conſcientia, fœmineum premit animi tumorem, & ſæpè obſequentior in reliquis uiro eſt, quæ ſe meminit impudicam. D. Laſciua eſt uxor. R. Non mirandum ſi formoſa, non curandum ſi deformis. D.

Vxor

Vxor impudica eſt. R. Pulchra dũ limen uxor ſubit, ſubire debet animũ illud Satyrici:

Rara eſt adeò concordia formæ,
Atq; pudicitiæ.

Nam ſi turpis inſaniat, propè gaudẽdũ eſt, cauſſam adeſſe diuortij. D. Adultera uxor eſt. R. Adulterium ſæpè quidem æque ardentius expetiti coniugij, ſæpè unum alterius adulterij pœna eſt, eoq; iuſtior ſi multorum. cogita tu, unquàm alij feceris, unde hoc tibi fieri, ab alio, nunc dignum ſit. iniuſta enim atq; impudens eſt quærela, pati quod fecerit indignantis. et ab alio expectare, alteri quod feceris, lex moralis iubet. et, Facere alijs, quod tibi ab alijs fieri uelis, ſanè adeò digna eſt, ut illud prophani etiam cogente ſententiæ grauitate atq; æquitate laudauerint. Sed mortalis petulantiæ licentia, legum ſalubrium abrogatrix, omne fas nefasq; confundit, itaq; paſsim adulteri occurſant, qui cum thalamos uicinorum coniugiaqúe fœdauerint, ſuas interim coniuges, uel in publico cerni nolint, et ſi quis in illas oculum deflexit inſaniãt, ſic ſeuerus alijs, ſic indulgens ſibi, ſic iniquus rerum arbiter quiſq; eſt. D. Coniugalis mihi fides frangitur. R. Vide'ne tu hanc alijs, non maritis tãtùm ſed uxori tuæ fregeris, nam ſunt qui ab uxore exigũt, quod non præſtãt, qui laſciuiam ſuam titulo urbanitatis excuſent, alienam ut grauiſsimum ſcœlus ſeueriſsimè punientes, qui cuncta ſibi permiſerint, cuncta negent iniquiſsimi iudices, qui de pudicitia iudicent impudici, impunè paſſim agunt omnia, & ceu ſoluti legibus, uaga libidine rapiuntur. Vxor ſi oculum parumper inflexerit adulterij rea fit, quaſi uerò domini non mariti ipſi quidem, illæ autem non uxores, diuinæ atq; humanæ domus ſociæ, ſed captæ ex hoſtibus aut emptæ pretio ſint ancillæ, cum & ſi obſequij pluſculum, fidei nihil, plus tua tibi coniunx debeat, quam tu ſibi. par debitum, æquus amor, mutua coniugij fides eſt. non excuſo uxores, uiros arguo, primamq; illius culpæ partem tribuo. perſæpe enim uxori dux atq; exemplum laſciuiæ uir fuit, & inde mali proceſsit initium, unde remedium debebatur, quàmuis autem pudor fœminæ proprius, uiro certè prudentiæ atq; conſtantia ſua eſſe debet. Itaq; omnis in uiro, quàm in muliere dementia animi leuitas, eò eſt fœdior, quò uiro debita magis eſt grauitas. D. Coniugis adulterio mœſtus ſum. R. Vſitatus dolor, uetus iniuria, nec minus crebra, uix crebrior coniugij quã adulterij uſus eſt. denique hoc eſt, quod ut ait quidam, nec permitti, nec prohiberi poteſt, quia ſcilicet alterum honeſtas, libido alterum fieri uetat. Tu'ne tibi ergo fœminam unam, tuam totam atq; integram uoluiſſes, quod nec feroci ſsimus tyrannorum, nec regum maximis potuit tua ætate contingere; nec priore potuerat; mitto recentia, ne quos fortè præſentium offendam: tutius eſt Herculem ferire quàm uillicum. Nec uerò cuncta ueterum attingam, formidatiſsimorum ſummorumq; hominum famæ parcam, noſti aũt hiſq; uel in ſilentio gemitum tuum frena, alioquin urbem luſtra, ſcrutare uiciniam, dextera læuaq; aderũt, qui uel neglectum genium calcatamq; thori fidem lugeant, uel ignari ſoli uulgò noti decoris rideantur. Crebriora illa quidem nunquam quæ non auribus modò, ſed oculis quocũq; terrarum perrexeris defutura, at maioribus maior ineſt conſolatio. Reges cogita quos uidiſti ac terrarũ dominos, de hinc ſcriptis famaq; cognitos recordare, reſpice & Arthuri fabulam, & hiſtorias reliquorum, in mentem redeat Olympias Philippi, Cleopatra Ptolæmei, Agamemnonis Clytemneſtra, Menelai Helena, Paſyphæ Minois, Phedra Theſei, neúe ipſam urbem Romam, olim quoq; dum quoddam quaſi pudicitiæ templum eſſet, mali huius expertem credas. redeat ad memoriam Metella uxor Syllæ, illius qui ſi eius noſcet adulteria, non tantùm Romæ, perq; omnem Italiam uulgata, ſed quæ Athenis etiam per Græciam cantabantur, minimè ut arbitror fœlicis nomẽ ſibi prorſus indebitum uſurpaſſet. Poſt hãc Iulia Agrippæ, quam hinc à flagitio uiri uirtus, hinc maieſtas patris abſterruiſſe debuerat, ſimulq; huius filia & nomine & laſciuia matri par, harumq; ſeu uitæ ſeu fortunæ ueſtigijs hærens Iulia Seueri, non ſat pudicitiæ Fauſtum nomen. Quid Domitiani coniugem Domitiam? quid Herculanillam Claudij, ſeu quãdo hic adulterarum fortunatus coniugum princeps fuit, eiuſdem Meſſallinam ſummum imperij probrum loquar, quæ ſecordem uirum ac cæſare-

um deſerens cubile, noctu lupanaria circuibat, illa faciens quæ referri etiam pudor prohibet? quid has ego, quid'ue alias ſtringam, ſeu quis tàm fornix anguſtis meretricibus non anguſtus ſit, quarum commemoratio fateor, nec honeſta eſt, nec ulla ex parte adulterij crimen leuat, quin potius grauat? Habet tamen haud ſpernendam conſolationis efficaciam, ſimilitudo conſpecta miſeriæ ac paritas ærumnarum, non quod alieno quiſquam, niſi maliuolus delectetur malo, ſed quod humilioris fortunæ homine, indignanter pati quæ totiens mundi dominos paſſos nouit, uel non ferenda mollities, uel ſuperbia uideatur. Toleranda cuiq; ſua ſors, illa æquius, quam communem paruis conſtat ac maximis inuidioſiſsimiſq; mortalium. Proinde non hominibus tantum nuptas, ſed deo etiam deſponſatas, in hæc flagitia labi ſolitas uides: ac pròh pudor, nec tanti ſponſi reuerentia, infœlicem præcipitemque animam frenat, cui autem parcet effrenis ac rabida libido, quæ nec cœlo parcit, nec cœleſtem metuit uindictam, ſeu quibus abſtineat, quæ nec deo ſacris corporib. abſtinendum cenſet? Nec uerò tãtùm hac ætate, monſtra hæc tam fœda libidinum cernuntur, quamuis nulla unquam recto iuditio fœdiora eſſe potuerint, læſiq; maioris iram merita, ſed æuo illo, quo ita prodigium ſcœlus erat, ut nunc uirtus uiſa, equidem ac punita noſcuntur. Virgines ipſæ Veſtales, quarum exactiſsimæ caſtitati, Tribunitiam ac Cenſoriam poteſtatem ceſsiſſe non puduit, quas ſuorum triumphantium curribus inſediſſe, ne quoquã forte triumphus impediretur, quas poſtremò noxios caſus obuios à ſupplicio retraxiſſe, legũque & capitalis ſententiæ uim fregiſſe, ſola uirginitatis maieſtate comperimus, quarum præterea ex diuerſo non facinus tãtùm turpe, ſed habitus aut ſermo liberior, pœna grauique infamia non carebat, & honoris tamen & decoris immemores, & terroris inceſtûe damnatæq; & defoſſæ ſub terrã, uitæ per hiſtorias occurſabunt. I nunc, tot exemplis & tàm claris & ſacris obrutus, in tanta pudicitiæ ruina, tot probris illuſtrium, concuſſam paululi humilioribus cubiculi fidem defle. D. Vxor adultera eſt. R. In nonnullis mutandæ in melius uitæ cauſa fuit, qui maritali compede liberati, reiectoq; graui faſce ire altius cœperunt, quid te uetat coniugis fœditatem primùm, quoque tibi gradum facere ad uitæ liberioris aſcenſum? ſæpè & pondus, ſæpè & comes pedes expeditiſsimos retardauerit, ibis ocius quocunque decreueris ſolus ac uacuus. D. Turpitudine uxoris infamor. R. Ex alieno peccato damnum dolorq; naſci poteſt, nõ infamia, ſicut ex aliena uirtute gaudium, non gloria, tua te uirtus aut uitium glorioſum efficiet aut infamem. D. Coniugis uror infamia. R. Vel ſile, uel fuge, uel ulciſcere. Medium fecit ille uir ſanctus nactus de ſimplicitate cognomen, & profectò primum molle nimis, tertium prædurum, medium honeſti humaniq; conſilij uideatur, his præſertim quorum media itidem eſt fortuna. Nam ſuperbis potentibus fruſtrà lex ponitur, uoluntas, libido, ira, impetus, hæ potentis inſolentiæ leges ſunt. Omne uulnus ferro reſcindendum putant, multa ſunt autem quæ non ferro egeant, ſed fomentis. D. Impudica eſt uxor. R. Si pari eligis, ætas fortaſsis illam franget, & labor & filij, & morbi & rei familiaris anguſtia, quibuſdam frenum utile pudor fuit. D. Vxor infamis abijt. R. Opta ne redeat, ne abierit ſerum uotum. D. Vxor adulterum eſt ſecuta. R. Malles'ne tuum in cubiculum adulterum induxiſſet? hic ſaltem pudor impudicæ fuit, turpem uitam procùl agere, pepercit oculis erubuitque præſentiam tuam, impudicitiam potes accuſare, non fugam. D. Fœda uxor abijt. R. Si de hoc doles, dignus es ut manſerit, dignus ut redeat.

De uxore ſterili. Dial. XXII. DO.

STerilis uxor eſt mihi. R. Vnum coniugalis incommodi remedium, ſterilitas obſequioſas facit atque humiles: quæ plurimos parit, iam non uxorem ſe credit eſſe ſed dominam ſterilis aut flet & tacet. Annam Helcane meminiſti. D. Vxor mihi ſterilis obtigit. R. Modò de coniugis impudicitia quærebaris, nunc de ſterilitate cõqueretis, atqui, ſi ea querimonia iuſta fuit, hæc iniuſta eſt. Expedit impudico uiro, ut ſterilis

uxor

uxor ſit, non paſcet filios alienos, quod eſt in omni uxoris iniuria ac fœditate duriſsimum, ſi miſerum uxor adultera, miſerrimum & fœcunda. D. Vxor eſt ſterilis. R. Quid ergo tu puerperam eiulantem audire, & nutrices litigantes, & uagientes infantulos maluiſſes? ſterilitas omnia tædia hæc ſubmouit. D. Sterilis uxor eſt. R. Vide'ne, quod multi faciunt, uitium tuum alteri obijcias. multæ uni uiro nuper uiſæ ſteriles, nuptæ poſt alijs peperere. D. Sterilis eſt uxor. R. Quid ſcis qualem tibi filium pareret, ſi fœcunda eſſet? quarundam partus fœcunditatem odioſam, & ſterilitatem fecit optabilem. Non tuliſſet imperium Romanum portenta illa feralia. C. Caligulam, Neronem, Commodum, Baſſianum, ſi Germanicus, ſi Domitius, ſi Marcus Antoninus, ſi Septimus Seuerus, aut nullas uxores aut ſteriles habuiſſent.

De filia impudica. Dial. XXIII. DO.

DElicata nimis eſt filia. D. Duas ſe habere filias delicatas, ſed ferendas tamē, Rēpub. ſcilicet & Iuliam dicere ſolitus fertur Auguſtus Cæſar, Iuliæq; animum lætum quidem uſq; ad ſpeciem procacitatis, ſed reatu liberum. in utraque tamen ita ſentiens princeps ſapientiſsimus fallebatur. Nam Reſpub. iam pridem ab illa ſua priſca uirtute fornicari cœperat, & non tàm delicata quàm probris ſolum patrem latentibus deformata erat, qua tandem ſerò licet erumpere: Secundum tamen hanc ſententiam, delicata poteſt eſſe filia ſed pudica. quod ut permiſerim, negari illud certè nō poteſt, pronum & breue iter ad impudentiam eſſe delicias. D. Filia laſciuire incipit. R. Occurre principijs, dura ferro, tenera digitis conuelluntur. qui ſibi uel alteri habitum quærit, à teneris annis incipit, facilè & tractantur mollia & flectuntur. D. Laſciuire incipiat filia. R. Lautas dapes & ueſtes illi molles ac fulgidas, anulosq; & armillas detrahe, & quicquid eſt aliud, quo & ipſa ſibi placeat & placere alijs ſtudeat. Obijce illi domeſticas curas, penſa, acus & colos, & ſiquid eſt operis, quod ſuaues ac molles manus in callum duret, ſeduc eam à ſpectaculis, à cōcurſu populi. Feſtis etiam diebus illam domi contine, nullū uagis ac diſcolis cogitantibus tempus linque, occupatio & labor, & incultior habitus & uictus aſperior & ſeceſſus, inquietum aliquid iugis intentio. Ad hæc teſtis charus ac uerendus frequens admonitio, dulces minæ & ſi quando res exigat aſperæ, hæ ſunt caſtitatis aduerſus impudicitiā feræ ac uectes qui & inſultantes ocioſo animo paſſiones arceant & ingreſſas eijciant. D. Filia impudica eſt. R. Eccleſiaſticum conſilium, Super filiam luxurioſam confirma cuſtodiam, ne quando faciat te in opprobrium uenire. Et ſi autem nihil penè triſtius pati poſsis, modò tamen paterni officij nihil omiſeris, eſt unde mœſtum te ſoleris, tuus enim poteſt eſſe dolor, ſed non pudor quidem nec crimen. Nam præcipitem in libidines animum frenare difficile eſt ualdè, & niſi deus ipſe manum adhibeat, impoſsibile homini. Tantus eſt enim impetus tanq; effrenis, ut contra eum fruſtrà ſæpenumero parentes, fruſtrà & fratres, fruſtrà etiam ipſe uir laboret. nec id mirum cum ſit ſcriptum: Aliter non poſſum eſſe continens niſi Deus det. Neu tibi hinc pudicitiæ excuſatio ulla ſit, dat hoc Deus pia fide poſcentibus, quodque in ſe eſt annitentibus, ac ſciētibus cuius ſit donū, riteq; & ipſum æſtimantibus, & auctorē. D. Filia adultera eſt. R. Si nupta, habes participem generum doloris, Habes & ipſum Cæſarem Auguſtum & iniuriæ comitem, & ultionis exemplum.

De aduentitio dedecore. Dial. XXIIII. DO.

ALieno crimine infamor. R. Dicebā modo & ſic eſt, alieni te criminis dolor attingere poteſt, non infamia. uerum loquor, Falſa enim ut ſit dura, durabilis non erit & infamiam & gloriam ut longæua ſit, tuo tu quidē ex agello animi propria uitam falce meſſueris. D. Alieno crimine mœſtus ſum. R. Credo hercle, eſto autem tua lætus innocentia, niſi magis alieno tangeris quā tuo, non patrimonij hæreditas ſic & famæ eſt, & ſi eſſet repudiari poſſet. oneroſam & infamem hæreditatem adirè nemo cogitur. Nunc ut dixi, nominum ſucceſsio nulla eſt, nulli agnationum aut cognationum gradus, hac in re, ſeu tu

clarum tibi,ſeu tu fuſcum nomen optaueris,à te illud non ab alio petendum erit,tuis opus
eſt meritis. Eſt quando quidem alienis nec fœdari potes nec ornari. quid tabellionem aſpi
cis,quid teſtantem,quid amātiſsimo clariſſimoq́ue ſeni tuo fidis,ſeu quid horres obſcurū,
nec uerum decus inde nec dedecus: non legatur fama ſed quæritur. D. Meorum grauor
infamia. R. Immò quidem tua te premit opinio,humanæ miſeriæ radix ingens, pone il-
lam,falſo faſce leuaberis. D. Meorum criminibus infamor. R. Nego id quidem fie-
ri poſſe,ſed ut fatear,præſtat tamen alienis te flagitijs infamem eſſe, quàm alios tuis. multo
eſt enim grauius peccati pondus quàm infamiæ,ubi peccatum,illic miſeria uera eſt. contrà
autem falſa infamia,ueræ miſeriæ nihil habet falſa gloria,plebeios licet animos,illa pungat,
hæc mulceat. D. Meorum infamia non tangi nequeo. R. Tangi pium,ſterni miſe-
rum,proinde dum reliquæ ſpei ſunt,ſummo ſtudio tuorum famæ,atque inde ſuſceptæ per
turbationi tuæ conſule, ſi ſpes omnis abierit, illis omiſſis,ſollicitudinem atque angores de-
ponendos cenſeo, nam & incaſſum niti, & triſtitiæ materiam aucupari par dementia eſt.
D. Seruilibus probris notor. R. Meritam patiētiæ pœnam luis,cū diluere notam poſſis
ſcelerum pulſis auctoribus. D. At meorum qui tam facilè pelli nequeunt uror probris.
R. Quorum quæſo: Iam parentum caſtigatio,filijs nullo iure permiſſa eſt,inde tibi igitur
nihil infamiæ,quin potius recto iuditio, quaſi quidam fulgor ex tenebris naſci poteſt. Nā
cum uirtutis proprium difficultas ſit, multò difficiliùs eſt obſcuris, quàm claris ducibus re
ctum iter tenuiſſe. Sin uxoris,quid hic uerò te agere oporteat,& quorum pro remedio me
miniſſe, paulò ſupra monui. ſi natorum reſpice qui uiri,quos filios habuēre Fabius Maxi-
mus ac Scipio Aphricanus & Pōpeius Magnus(non enim imperij atq; opum: ſed ætatis
& gloriæ ſequor ordinem(quem aut Veſpaſianus ultimum,aut Aurelius Antoninus uni-
cum, aut Seuerus primum. quos in genere alio Hortenſius ac Cicero,quam poſtremo fi-
liam Auguſtus Cæſar, aut quem filium Germanicus: magna de luce magnas tenebras ui-
debis & intelliges hoc prolis infortunium,neſcio quidem unde,ſed in maximam quanq;
familiam ſuo iure familiarius ſcādere,& cuiq; ſuas Comicas domi eſſe, uel ignotas uicinæ
uel neglectas, Nec fratrum nepotumq́ue deerant exempla, illa poſui, quorum propior
& grauior uideri pudor ſolet,omnium una eſt regula, alterius quiſquis ille ſit maculas in
uito alterni nec affigi poſſe nec hærere.

De infamia. Dial. XXV. DO.

MEa premor infamia. R. Timui tua ne conſcientia premereris. D. Infamia
premor graui. R. Si iuſtam,non infamiam,ſed infamiæ cauſam defle: ſin iniuſta,
errores hominum alto animo proculcans,tua te conſcientia ſolare. D. Graui infamia la
boro. R. Ventoſo faſce ſuſpiras,ſic ſuapte natura leuem ſarcinam ferentis imbecillitas
grauem facit. D. Grauis in meum nomen ſurgit infamia. R. Refert quibus orta radi-
cibus,ſi ueri uiuet,augebitur,alioquin mox areſcet ac defluet. D. Magna mihi infamia
conflata eſt. R. Benè ais,Flatus eſt enim fama,ſæpè etiam impurioris qui uos adeò qua
tit ac territat,atqui magna infamia,magnæ famæ principium multis fuit. Puduit uulgus, &
ut iure ſuo errori adhæret,errorem rebusq́ue modum cunctum excluderet,modicam infa
miam immodicis laudibus tandem uicit. D. Multa undiq; pulſor infamia. R. Circū
flantibus uentis in portum redi,& ab aurium procellis,in cubiculum cordis ingredere,cui
ſi tranquillitas ſua eſt,habēs ubi iurgiorum feſſus requieſcas,& ut dici ſolet,in ſinu gaude-
as. D. Fuſca fama,conſcientia clara ſum. R. Tu'ne igitur fama eſſe clariſſima, con-
ſcientia turpi cuperes atq; obſcura,ita'ne penitùs uerum eſt illud Flacci:

Falſus honor iuuat,& mendax infamia terret.

O rem uanam,uera quidem & iuuare poſſunt & terrere,umbras metuere non eſt uiri. D.
Infamiæ ſarcina ingens eſt. R. Si flagitio collecta, grauis fateor. ſi caſu facilis, ſi honeſti
ſtudio glorioſa. ſiquidē bonis artib. quæſita infamia laus eſt,inſultēt fatui,tu exulta lucro no-
bili

bili, uirtutem nempè rariſsimā mercem, magno licet, & quo nullum maius famæ pretio comparaſti. Is uirtutis cultor uerus eſt, qui in illa nihil penitus præter illam cogitat. Sed cum reliquorum clarus, tum clariſsimus eſt contemptus famæ, uirtutis ſtudio ſuſceptus; cum profectò fama uiris fortibus, non auro tantū, ſed uita etiā ſit charior, qui amore uirtutis hanc ſpreuerit, is ſpreturus omnia credi debet, quod præclarum, ſed perrarum ſcio, quandoquidem magna pars eorum, qui uideri uolunt uirtuti operam dare, fama eius apprehenſa, ſic confeſtim in actione lenteſcant, ut intelligi detur, unum hoc illos quod apprehenderint intendiſſe. D. Multi grauiter me infamant. R. Plures olim Fabium, & grauius plures etiam Aphricanum, quæ res illis eximiam in gloriam uerſa eſt: communē cum talibus ſortem quæri deſine, paucisſimis accidit omni ſemper infamia caruiſſe. Delicatiſsima res eſt fama hominis, & quæ ſæpè rubiginem leuibus contrahit ex cauſis, & ad ſummam. ut nil clarius fama eſt, ſic nil obſcurari pronius, nilquè peregrinarum, ut ſic dixerim, capacius impreſsionum. D. Graui uror infamia. R. Peſtis hæc uerendis maximè infeſta nominibus, uiris quoque ſanctiſsimis non pepercit, quorum princeps omnis expers culpæ, & ipſe tamen ab impijs infamatus, oſtendit mali huius immunitatem, quæ nec Deo obtigiſſet hominibus non ſperandam. D. Dura atteror infamia. R. Virtutem inuidia non temptari uix poſsibile dixerim, ſufficiat non conuelli, ſiue gloriam cum obtrectatione collidi, ſi pura, ſi ſolida eſt, ſplendeſcet attritu. D. Acri uexor infamia. R. Vulgaris aura cæcis ignorantiæ pulſa turbinibus, ſummā rerum cacumina uerberat, ſed non quatit, uel ſi quatiat non euertit, excellentiæ tibi cuiuſpiam ſignum ſit, in uulgi linguas quaſi ſcopulos incidiſſe, humilia enim & circa terram depreſſa nomina, nec præclaræ laudis lumen excipiunt, nec magnæ infamiæ tempeſtatem. Sæpè quod ſpernitur & quieſcit. D. Malè de me uulgus loquitur. R. Benè quod in linguas, non in calamos incurriſti, uehemens ſermo uulgi eſt, at minimè diuturnus, leuibus aut falſis orta cauſis, breuia ſint oportet, tacebunt cum multa latrauerint, fatigari citius ſolent qui cœpēre feruentius. D. Vulgi linguis exagitor. R. Quid ſi oratoris aut poetæ inſignis in ſtilum impegiſſes? ut multi olim, quos infames poſteritati traditos inimici eloquentia uidemus, ut ſicut nobile mihi ſuſpirium Alexandri regis Homerum Aeacidem inuidentis, ſic mœtus nobilis Alexandri principis uideatur, literatos doctos diſertoſquè uiros, ne quid de ſe aſperum ſcriberent formidantis, quanquam nec literatis obtrectationibus ſuccumbendum, ſed uel pari ſtilo refellenda calumnia, quod Tullius Criſpo, quod Demoſthenes Aeſchini, quod innumerabilibus fecit Cato, uel inſigni fiducia & omne theatrum ſuperante animi teſtimonio reſiſtendum eſſet; dicendumquè quod Caluo Vatinius perorante. Non quia ipſe diſertus, idcirco ego damnandus ſum, at nunc periculi nihil eſt, ſiquidem uulgus ut multum ſtrepat, quādiu tamen id faciet, cito, uel uolens, uel coactum deſinet, ueniet dies quæ ſtrepidulis his cicadis loquacibuſquè ſilentium [illegible] paucis ponat. D. Malam famam apud uulgus habeo. R. Vt apud teipſum ut [illegible]e apud bonos bonam ac perpetuam ueramquè habeas enitere, nempè iſta quàm quæreris euaneſcet, Inane genus ac trepidum mortalis, quid ad uos uel adulantium uel detrahentium, breuè iſtud & obſcurū murmur? uenient qui liberius iudicent atq; æquius, & qui ſunt, inquies, hi iudices. Noſſe illos non poteſtis, ſed ab illis noſci, illos dico, qui poſt uos naſcentur, quos nec ueſtri odium, nec liuor, ſed nec amor, nec ſpes torſerit aut metus, ſi ueſtrarum æſtimationem rerum ac ſententiam incorruptam uultis, hos iudices expectate, breuis eſt mora. Properant ecce moxquè aderunt. D. Infamiam factis egregijs & uirtute contraxi. R. Eſt ubi amor damnis alitur, creſcitquè laboribus, inq; amaro dictu mirum & maligno ſolo radices agit altius, unde fit ut factionum amantiſsimos ſæpè illos uideas, qui multa & grauia pro factionibus paſsi ſunt. Nota quidem & nimium trita res ueſtris in urbibus. Proinde nemo uel iuſtitiæ uel ueritatis amātior, quàm qui pro hac flagellis ſeſe obtulit ac morti, & tu igitur uirtutē ama, magiſq; ac magis illā cole, pro qua famam, rem pulcherrimā atq; chariſsimam amiſiſti, pro qua, nō leue ſupplicium fers infamiā, per[illegible]riſq; & ſpretis omnib. eam ipſam quā tibi nemo unq; eripiet uirtutē ſo-

lam ſolus amplectere,atq; illi dicito. Hæc quidem ô regina,pro te uolens patior,ut me in integrum reſtitues,aut certè una mihi pro omnibus ſatis es. tu me ſola ſinu piu refoue, ſic non famæ tantum,ſed uitæ quoq; damna non ſentiam. D. Vulgò paſsim in triuijs lacer or. R. Boni conſule,notum te uulgus faciet,clarum uirtus,conſcientia ſecurum.

De quæſito ex indignis laudibus pudore. Dial. XXVI. DO.

LAudaſſe arguor indignum. R. Malum quidem è bona ſæpè oritur radice, boni enim & innocui quales ipſi ſunt,tales alios opinãtur,hinc ad laudandum æquo etiam proniores ſunt,& quamuis indignum laudare,malũ fatear,uituperare tamen immeritum, malo eſt peius. D. Laudaui indignum. R. Si id ſciens,repræhenſibilis,at ſi ignorans excuſabilis,minus eſt malum falli, quàm fallere,falli enim alienũ, fallere autem proprium fallentis eſt crimen. D. Aliena laus in meam uergit infamiam. R. Immò quidẽ tua, uel culpa,uel ignorantia,ex alieno enim ut laus,ſic infamia nulla eſt. D. Laudaſſe indignum ualdè doleo. R. Vide ergo ne idipſum ſæpe doleas: caue ne temere ad laudandum uituperandumq; proſilias,eſt enim utriuſq; rei libido,& ut dicam propriè,morbus ac pruritus quidam linguæ mobilis,& quietis inſciæ: cuius frenũ ac cuſtodia,inter opera perfectionis eximiæ numerantur,dicẽte ſcriptura: Si quis in uerbo non offendit,hic perfectus eſt uir. qua in re nimis ſæpè fallimini,& heu nimis illud eiuſdem Apoſtoli uerum fit: quod linguam nullus hominum domare poteſt inquietum malum. ad mentiendum ergo quotidie uos illa præcipitat,quos hinc ſuus urget impetus, inde falſa rerũ ſpecies trahitur: ſunt enim qui aſpectu uel eloquio uitia morum tegunt. quod de Alcibiade accepimus de multis uidimus. Sunt qui uirtutes uelo occultant cõtrario,ſeu id natura uultus ſcilicet, aut ſermonis auſteritate inſita,ſeu etiam arte quadam ſtudioq; aduerſus id quod uulgò concupiſcitur adhibito. Nam ut multi qui ſe bonos,ſic aliqui qui ſe malos fingerent ſunt reperti, quo uel humani fauoris peſtilentem auram,uel inuiſam honorum temporalium ſarcinam declinarent. quod de Ambroſio lectum eſt. Accedit amor atq; odium, accedit ira & inuidia,ſpes & mœtus affectusq; animi uarij & occulti,hisq; ipſis interdum,quorum ſunt incogniti,ſemper autem iudicij ueri hoſtes. Accedit quod uiuentis laus,diuino eloquio propter uitæ mortalis inconſtantiam prohibetur,quanto igitur magis uituperatio? Deinceps itaq; ad laudandum tardus,ad uituperandum tardior ueni,cum uterq; enim ut dixi malus error ſit,peior eſt ultimus. D. Laudando immeritum erraui. R. Errando dicitur, & ſæpe error unus multis obſtat erroribus,dumq; erraſſe ſemel pudet, ne ſimilis iterũ error obrepat occurritur. Laudaſti incautè, linguam frena. hoc boni ſaltem illi inſit,malo. D. Indignum laudaſſe pudet aut pœnitet. R. Pudor & pœnitẽtia,& dolor ſcalæ ſunt & gradus quidam,ad reſipiſcentiam & ſalutem: Pauci ſunt qui ad rectum iter,niſi per deuia multa ceſpitando perueniant, multosq; ideò uoluptatis ſeruos,in iuuentute uidimus, qui uirtutis amici in ſenio euaſerunt.

De amicis infidelibus. Dial. XXVII. DO.

DE amicis quæror. R. Quid hic hoſtibus faciat, qui de amicis querimoniam inſtituit. D. Amicos experior infideles. R. Impoſsibilem rem narras, ne fortè autem amicos crediderις qui non erant,nempè id non modo poſsibile,ſed commune eſt. D. Infideles ſunt amici. R. His quærelis plenus eſt orbis terræ,uerum amicitia infidelitasq; non coeũnt,qui infidelis eſſe incipit deſinit eſſe amicus,ſeu quod potius ut crediderim,nunquam fuit,cumq; omnis uirtus immortalis ſit,omnis fictio æui breuis, nõ fides eſt ſublata,ſed fictio. D. Infidos experior amicos. R. Amici falſo habiti,ſi nũc primum infidelis animi latebras pandunt,erroris tui finem lætus aſpice,& caueto interim,ne morbi contagia in te ſerpãt. Sed quicunq; illi fuerint,ut amicitiæ fidem ſerua,& ſi non propter immeritos,at propter te meritum aliena peſte non infici,quod libentius facies, ſi quantum tibi diſplicეat illorum perfidia,ipſe tecum acriter excuſſeris. Sæpè uitij odium,calcar ad uirtutem fuit. D. Immeritus amicorum odia traxi. R. Odioſi ciues,odioſi ſocij, odioſi cognati,

cognati, odioſi coniuges, odioſi fratres, odioſus demum patri filius & filio pater, & ad ſummam, nulla neceſſitudo eſt, quæ non odijs eſſe poſſit infecta, ſola quidam amicitia ſyncera mali huius ignara eſt, intercꝫ hanc & reliquas hoc intereſſe diffiniunt, quod illæ omnes adiuncto odio durant, nomenque ſuum retinent, huic uni non modò ſi odium acceſſerit, ſed amor abſceſſerit, amicitia iam non eſt, necꝫ uerò magis odioſus amicus eſſe poteſt, quàm amor etiam odioſus. D Perfidos patior amicos. R. Si quid ſpei reliquū perfer, dum in fidem redeant & ardenter ama, multi enim tepido amore amicitias extinxerunt, aut parum fidendo perfidiam docuêre. ſi nec ita proficis, ſpesquè omnis interijt, utere conſilio Catonis, qui amicitias quæ non placent, ſenſim diſſuendas cenſuit, non ſubitò diſcindendas, ne geminum graue damnum ſimulquè & amici perditi uideantur, & quæſiti hoſtes, niſi fortè acrior caſus ac more impatiens maturo conſilio uti uetet, qui ſi incidat, inter ærumnas amicitiarum ultimas numerandus erit, ferendus tamen alto animo, ut reliqua cedendumquè neceſsitati, & parendum tempori. Sed hic caſus ueræ uix amicitiæ nunc notus eſt.

De ingratis. Dial. XXVIII. DO.

MVltos experior ingratos graue uitium. R. Ingratitudinem uituperare ſuperuacuum, om[illegible]um nempè mortalium hanc ſermo condēnat, non eſt laborandū ut ſuadeas, quod omnib[illegible]s perſuaſum eſt, & inextirpabiliter inſitum, eſt qui ſolum in uirtute bonum locet, eſt qui [illegible]utrū, ſed in uoluptate uirtutis hoſte ponat omnia, ſunt qui caſtitatē pulcherrimum orna[illegible]ntū uitæ dicant, ſunt qui hāc ipſam in ſe ſpernant, in alijs uerò uel ridiculam, uel difficilē ce[illegible] longecꝫ laborioſam putent, quod Auguſtinus tantus uir futurus, in ſe ſenſit, ubi Amb[illegible]ſij cælibatū laborioſum ſibi uiſum ait, qui alijs non laborioſus modò, ſed damnabilis uit[illegible] ſtatus uiſus erat. Vnde illud Platonis, qui cum cælibē caſtamcꝫ uitam diù tenuiſſet, ad [illegible]remum ſacrificaſſe legitur naturæ, ut ſibi illam placaret, quàm ſic uiuendo uiolaſſe, & in q[illegible]ā grauiter peccaſſe uideretur. Mirum id tàm docto homini uideri potuiſſe, ſed uiſum e[illegible] non eſt dubium, erunt quocꝫ qui fortitudinē eminentiſsimā clariſsimamcꝫ uirtutē du[illegible]nt, uulnera aduerſis excepiſſe pectoribus, campū rutilo ſanguine cruentaſſe, intrepidis [illegible] demū animis mortē oppetijſſe, erunt qui hæc omnia ſummæ tribuant inſaniæ, & nil meliū[illegible]s ſecuro atcꝫ imbelli ducant ocio. Veniēt denicꝫ qui Iuſtitiā gubernatricem rerum hum[illegible]narū, & uirtutū matrem cenſeāt, qui religionē iter ad æternā uitam credant & ad cœlū ſc[illegible]lam, uenient cōtrà, qui iuſtitiā ignauiæ, religionem auaritiæ ac ſuperſtitioni aſcribant. Hi [illegible]nt de quibus ſcriptū eſt, quoduis habēt in uiribus, qui omnia uirorum fortiū eſſe confir[illegible]ent. Necꝫ ſolū ex hoc genere uiolentorū hominū raptorūcꝫ, ſed ex ipſa doctorū acie, quā[illegible]s oppugnatores habeat iuſtitia facilè eſt in libris Reipub. Ciceronis aduertere. Sunt qui [illegible]dē & promiſſorum obſeruantiā magnis & meritis laudibus efferant, ſunt qui fidem fra[illegible]gere non fallere dicant eſſe, ſed plus ſcire & eſſe ingenij, quæ licet uulgò multorum ho[illegible]æ ſit opinio & multorum uox, apud Lactantium nominatim Mercurio tribuitur dictū, ſi[illegible]t ille ait: Nō fraudis eſſe decipere, ſed aſtutiæ. Pulcher enim ingenij Deus & eloquij. & a[illegible] ſummā, nulla uirtus tàm laudata eſt, quin uituperatores inueniat. Gratitudinem nulla ba[illegible]rbaries gentium, nulla morum immanitas non laudabit, nemo uſquam non uituperabit i[illegible]gratitudinem, ſit fur, ſit ſicarius, ſit proditor, ſit ingratus uitium ſuum excuſare nonu[illegible]le[illegible]bit, ſed negare, quæ quamuis ita ſint, nihilominus tamen innumerabiles ſunt ingrati. Nec eſt ferè uitium aliud quod tam multis uerbo damnatum, tàm multi rebus ipſis am[illegible]plectantur ac teneant. Quid concludam? Damnandum utique non ſolum uerbo, ſed [illegible]animo maximè atque iuditio & in ſe, cuique bono fugiendum ac uitandum, in altero tol[illegible]erandum, ſicut cætera quibus humanum ſcatet genus, quibus mali abundant, boni exercentur. Perfer igitur & gaude potius ingratum ferre, quàm ingratus fieri. D. Ingratos multos inuenio. R. Vide ne quid in te culpæ ſit, multi enim dum benefici dici uolunt, iactatores ſunt, atcꝫ exprobratores, oneroſum genus, quorū beneficia plus offenſæ præferunt quàm gratiæ, idquè nihil eſt aliud, quā pretio odium parere.

Mercl.

Mercimonium inſanum. D. Benè meritus, multos malè memores & ingratos patior.
R Tu'ne hoc illis inuides, tuamq; cum illorum ſorte cõmutatam cupis? noli obſecro
cuiuſcunq; ſit uitium, uirtus tuam ueniat in partem. D. Multos habeo ingratos. R.
Quid expectas audire, benefacere ut ſinas, deq́; alterius culpa tuum ipſe damnum faci-
as? quin tu potius contrarium fac, & qui multos habes, cura nunc etiam ut habeas plures,
habebis autem ſi multis benefeceris. Multi enim ſemper ingrati, ſed plures hodie, uereorq;
ne confeſtim gratum eſſe portentum ſit, ita indies retrò eunt omnia. Ea petentium impro
bitas, & ea debentium obliuio atque ſuperbia eſt, neque ideò deſiſtendum neque cæco-
rum æmulatione eruendi oculi, quos potius facere debet aliena cæcitas chariores. D.
Mihi multi ſunt ingrati. R. An tu multis idem fueris recordare, una enim ingrati-
tudo aliam punit, ſicut in reliquis unum ſæpè peccatum alterius pœna eſt. D. Multis in
gratis profui. R. Multis indignis profuiſſe ſatius, quàm uni digno defuiſſe, proinde
perge, neu malorum odio bonos mores exuas, nec prodeſſe alijs ceſſes, quod ab alijs ma
lè ſit cognitum. Cognoſcent hi fortaſſe melius, ſi ne id quidem, noſſe Deum, noſſe te
ſatis eſt. Non eſt uera uirtus cui conſcientiæ præmium non ſufficit. D. Profuiſſe mul-
tis infœliciter ceſsit. R. Caue ne unius crimen obſit alteri, quodq́; eſt grauius tibi expe
rire alios cedet fortè fœlicius. Quidam præterea diu ingrati, urgente animum pudore, tan
dem fuêre gratiſsimi, magnoq́; cum fœnore ſpes amiſſa rediјt. Ad hæc ſæpè quod requi
ſitus debitor negauit, ultrò non dubitor obtulit: nullum bonum opus unquam periјt, qui
benè agit antè alios ſe cogitet, una quidem uirtus multis prodeſt, ſed prima & maxima
pars uirtutis in agentem rediјt, itaque ut mali omnes & ingrati ſint, non idcircò uir bonus
beneficio ceſſabit. Namque in multos ſpargit, in ſe cumulat, ſibi ipſe beneficus uni ſaltem
non ingrato. D. Proieci beneficia in ingratos. R. Atqui gratis dare nec auarus me-
tuat, eò autem liberalitas maior, quò ſpes præmij minor eſt.

De ſeruis malis. Dial. XXIX. DO.

MAlis ſeruis obſideor. R. Nunc rectè ais obſideor, olim tibi circunfultus uideba
re, ſed obſeſſus eras, non familiari ſolum exercitu, ſed hoſtili. D. Indomitis ſer-
uis premor. R. Tuæ acies contrà te militant, inſuaue negotium. D. Superbis ſer-
uis obſeſſus ſum. R. Eosq́; qui te obſident paſcere cogeris, inamœna neceſsitas.
D. Seruis obſideor peſsimis uoracibus, furibus, mendacibus, impudicis. R. Quid
ſeruorũ epithetis affluere eſt opus? ſeruos dic, omnia dixeris. D. Seruis obſideor quid
conſulis. R. Quid conſulam, ſeu quid dicam niſi Terentianum illud:

Here, quæ res in ſe neque conſilium, neque modum
Habet ullum, eam conſilio regere non potes.

Nota ſunt tamen hac in re Senecæ conſilia: Viuendum cum ſeruis familiariter, comiter,
clementer, familiarem eſſe iubet. At quibus? nempè his quorũ familiaritas contemptus
eſt genitrix, addit: Non uerberum, ſed uerborum caſtigatione utendum, erga ſurdos, ſcili-
cet, torpentes dominicamq́; manſuetudinem duro pede calcantes: admittẽdos, præterea
in ſermonem, in conſilium, in conuictum. Et quos quæſo? utiq; procaces, ſtultos, ebrios,
perfidos, inſolentes, non neq; ſermonem teneant, neq; conſilium habeant, & conuictum
fœdent, ſalutis utræq; domini & patrimonij & famæ ſegnes, gulæ autem propriæ atq; libi
dinis uigilantiſsimi curatores. Verum ille ideò fortaſsis hoc conſuluit, quia in ſeruo ue-
rum opinatur, quòd iam antè de amico dixerat. Fidelem ſi credideris facies, credo, non co
gitas ex optimo genere hominum amicos eſſe ſolitos, ſeruos ex peſsimo. equidem non
ſi malè agnis lupum agnum credideris, agnus fiet. D. Obſideor à ſeruis, quid conſilij
affers? R. Nunquam aliunde quæſieris quod in te eſt, non obſideberis niſi dum uelis,
neque uerò nunc obſiderent, niſi quod in urbibus male pacatis accidit, una pars animi,
quaſi factio ſeditioſorum ciuium obſidentibus faueret. Vis hoc malo liberari, purga ani
mi tui ſtatum, ſeruos enim caſtigare, neq; his Senecæ conſilijs, neque alijs potes, te ſi ue-
lis componere, nemo uetuerit, pompas abige, pelle ſuperbiam, ita enim, uel fugabis ſeruo

tum inimicam aciem, uel imminues. D. Multis ſeruis obſideor. R. Benè, ſi ſtrepitus
uel inanis quæritur iactãtia, ſin obſequiũ aut iucunditas nil peius. Serui & ſi boni ſint, quod
inter prodigia numerẽ, nunquã tamen multi benè ſeruiunt. inter ſe enim diſsident, murmu
rant, altercantur, alter ad alterius reſpiciẽs manus, ipſe interim ocioſus, cõploſisq; ſuis ſedẽs
manibus, domini habitũ induiſſe, ſuũ decus exiſtimat, & nil cenſet honeſtius, quã nihil age
re, cuncta pollicitus. De his nãq; nunc loquimur, qui falſa profeſsione, uẽtris ignaui nego
tium agentes, ſeruitio humili, non tantũ uoluntariè, ſed importunè ſeſe offerunt, innumera
bilis turba ſed uilis, qui cum tot pateant artes abiectiſsima elegerũt, alieno uiuere, & id ip-
ſum nulla alia re mereri, quàm titulo famulatus. nempè illorum quos non uoluntas pro-
pria, ſed aliena uis & ſua ſors, ad ſeruitium traxit, ut numerus rarior, ita crebrior uirtus &
notior fides. Nimirum aliud eſt ſeruire uelle, aliud cogi. Hi ergo fortunæ memores,
ut eoſdem ſe in omni ſtatu prebeant, neu uirtutem cum libertate perdiderint, quod inuiti
faciunt, aliquando fœliciter faciunt, cum id nequeant, quos uolentes ſomnus, uenter, gu-
la, cui cupiditas mali duces in ſeruitium deduxêre, in quo mirum non eſt, ſi ducibus ſuis ſtu
dent, atque id agunt quod ſecuti falſum ſimul atque humilem titulum ſeruitutis aſſumpſe-
runt: Contrà, hi qui tale nihil quod ſequerentur habuêre, naturam ſecuti ac fortunam, ſæ
pè quod liberi fuerant, ſerui oſtendunt. Et ſi fortaſſe de talibus intellexit, poſſum in offen-
ſis auribus Senecam [illegible] audire. D. Multi domum ſerui occupant. R. Multæ igitur li-
tes, multa bella, de [illegible]e qualibet pugna erit, noua quotidie crimina proferantur ac purgen
tur, & tu medius i[illegible]er partes ſedeas oportet, iudex factus ex domino non potes litigium
domo expellere, li[illegible]gantes potes. D. Obſideor famulis ſine quibus uiuere nequeo,
quid agam? R. Si eouſque peruentum eſt, ut ſine hoſtibus tuis eſſe non audeas, pau
citate illorum ac u[illegible]itate tibi conſule, pelle formoſos, pelle comptos ac callidos, pelle uel
facie ſibi placentes [illegible]el ingenio uel genere, inter paucos eoſque hebetes atque incultos tu
tius ages, non quia [illegible]eliores, ſed quia minus auſuri, quos uelut hyeme ſerpẽtes coacta uis
ueneni, atque uilis [illegible]ertiæ torpor obſtrinxerit, denique hæc ſumma eſt, ut in ſeruo ſola qui
dem, aut certè pri[illegible]a fides æſtimanda ſit. Si quid hac in parte prætuleris, crede mihi, ma-
gno cum fœnore [illegible]tiorum, qualiſcunq; illa breuis tibi ueniet uoluptas. quia ſanè perrara
eſt fides, proximu[illegible] remedij genus, ipſa quàm dixi paucitas uilitaſque, non plus habẽs bo
ni, ſed minus auda[illegible].

De ſe[illegible]uis fugitiuis. Dial. XXX. DO.

DIſceſſerunt ſe[illegible]ui. R. Quorum moleſta præſentia erat, gratus debet eſſe diſceſſus,
nihil fermè [illegible]plicet, cuius contrarium nõ delectet. D. Abierunt ſerui. R. O'
ſi tedeant uideasq; [illegible]culis, quod animo iam uidiſti, quot illos uitia circunſtent, quot nequi-
tiæ, quot doli, qu[illegible] mendaciorũ artes, quot ſcelerum ſpecies, quot furtorum, quid ni hor-
reas comitatum, li[illegible]enq; redeuntibus obſtruas, meritoq; gaudeas, tuam domum malis ex
hauſtam leuatam[illegible]ie ponderibus. D: Serui ſimul omnes abiêre. R. Simulque cum
illis curæ graues [illegible]oleſtæque ſollicitudines, metuſque perpetui. cogita quot implendi
uentres, quot teg[illegible]adi humeri, quot armandi ſtringẽdique pedes uagi, quot acuti ungues
obſeruandi, duro [illegible] negotio liberatum dices. D. Fugierunt ſerui. R. Et cum his odia
in dominum, & co[illegible]temptus & murmura, & querelæ, quin & execrationes tacitæq; deuo
tiones immeriti ca[illegible]pitis, quibus immeritò ſeruitio caruiſſe, quis tàm ambitioſius ut neſciat
aſcribendũ tibi [illegible]. D. Diffugierũt ſerui. R. Quis unquã de fuga hoſtiũ queſtus eſt? Iulio
Cæſari tribu ſupe[illegible]rbiæ, quod hoſtem quem intercipere cogitabat, fugientẽ mœſtus aſpe-
xerit, at modeſtius [illegible] uictoribus terga hoſtiũ uidiſſe ſatis eſt, quin & idem ipſe alibi fugienti-
bus parci iubet, ſol[illegible]a hoſtium contẽtus fuga, idem facito. Et ſi tui hoſtes grauiore ſupplicio
digni eſſent, fugiſſe ſufficiat, atque illorum fuga, tam metire uictoriam ablatamque tibi
neceſsitatẽ uindictæ ſeuerioris intellige. D. Serui fugiêre. R. Sponte igitur fecêre
quod cogendi erant, gratiam habeto, depellendi immanes belluas tibi demptus eſt la-
bor, hinc quæreris, fugierunt qui niſi fugiſſent, tu fugere debuiſſes. fugierunt qui

aut ſugiendi erant aut fugandi. Nunc tu liber, nunc ſecurus, nunc domus tuæ dominus remanſiſti. D. Fugierunt ſerui. R. Fugitiuos iudicādi ius eſt domino, tu te dominū diſſimula, neúe hoc iure utere, ſi boni eſſent nō fugiſſent, malos amiſiſſe nō iactura, ſed quæſtus eſt, uenenoſa animalia tutiùs eſt uitare quàm capere. D. Serui me ſolū reliquerunt. R. Verè ſolum, uereq́ inopē, ſi ne ſolus ſis ſeruili ægeas comitatu, ita nec amicos habes, nec teipſum, quid autem, ſerui ne igitur tui ſine te eſſe cupiunt, tu ſine illis eſſe non potes? uide, ne hoc ipſo ſeruis tuis ipſe miſerior ſis, quod ſi fortè non ſeruos cogitas, ſed pretium non deſiderium inane, ſed turpis auaritia caſtiganda eſt, de quo ſatius eſt dictum, dum de amiſſa pecunia loqueremur.

De uicinis importunis. Dial. XXXI. DO.

VIcini importuni ſunt mihi. R. Vide'ne tu illis importunior. R. Graues uicinos perfero. R. Multū cunctis in rebus ualet opinio, leues finge animo, leues erunt. D Vicinos malos habeo. R. Multi ſuam culpā proximis imputant, acutius aliena cernuntur, diſcutiuntur exactius, ſeuerius iudicantur, ſuarū rerum nemo non & mitis arbiter & pius eſt iudex. D. Acres amaroſq́ patior uicinos. R. Ne fortaſsis in guſtu ſit uitium non in re, faſtidioſis etiā dulcia amareſcunt. D. Vicinos duros ac ſuperbos queror. R. Multum ſibi quiſq́ permittit nihil alteri, hinc in iuditio rerū multiplex obliquitas & iuges offenſionū cauſæ, & ſæpè unde culpa eſt, inde primum oritur querela, quid nōſcimus, an tu illis qui tàm duri tibi uidētur, durus & tetricus, & intractabilis uidearis? D. Aſperos patior uicinos. R. Duplex eſt remedium. Patientia & fuga, primum probo, ferendi artificio omnis miteſcit aſperitas. D. Vicinos peſsimos ferrè non ualeo. R. Si nec ita proficis, quis te tenet, migra ilicò, non ut procaces, ita & ſequaces erunt, quod ferre non potes pondus excute, & quem pugnando hoſtē pati nequis, fugiendo euade, quid refert quo te tramite in tutum eripias? Nullū iter ad tranquillitatē animi difficile iudicādum eſt, quod ſi ſæpè idem feceris nec profeceris, ſcito culpā tuam eſſe, nec minus forſitan alienam. Magna pars litiū uulgariū duos fontes, & ſi fortè nocentiorem alterum, nullū habet innoxium, quāuis nempè politicū & ſociale animal dicatur homo, ſi uerū tamē inſpicitur nullum minus, uerūq́ eſt illud Satyricū: Maiorē eſſe ſerpentū ferarumq́ concordiā quàm hominum. Siquidē urſi, apri, tygres ac leones, deniq́ uiperæ, aſpides, crocodili & ad ſummam omne animal præter hominē, utcūq́ in ſua ſpecie quieſcit, interdū aūr nunq́, homo hominem premit ſemper atq́ atterit, perpetuis bellis ac litibus inquietā uitā ſibi præſtat ac proximo. Sic enim ſe res habet, ut ubi maior eſt locorū uicinitas, ibi uideas maiorē diſtantiam animorum. Rara ſine iurgijs ac rancore uicina eſt, nemo ueſtrū, ſi fallor Arabum aut Indorum regibus inuidet, Lippus eſt liuor, longinqua non aſpicit. D. Vicinis obſideor infeſtis. R. Si penitus ab hac peſte uis abſolui, in ſolitudinem te reconde.

De inimicis. Dial. XXXII. DO.

INimicitias habeo. R. Fac ut iuſtitiæ ſis amicus, nullū certius præſidiū, uera uirtus fortunæ minus calcat ac deſpicit. D. Inimicitiæ mihi ſunt. R. Et cautior eris & notior, multos inimicitiæ illuſtrarunt, qui obſcuri manſiſſent ſi hoſtibus caruiſſent. D. Hoſtes undiq́ mihi ſunt. R. Obſtabunt ne inuiſibiles animorum hoſtes, ſubeant uoluptates, non tā hoſtes tibi ſors obtulit, quā cuſtodes, malo malū maius arcebitur. D. Hinc illinc hoſtib. premor. R. Illi quoq́ ſuis premūtur affectibus, eſtq́ apud illos ultor tuus, iſq́ non unus, pro te partes faciunt ira, metus, odiū, inquietudo, nec dum peracti pœnam criminis exigūt, ſic interdū ultio præit offenſam, & fortaſſe nō ſecururā. armabūtur, laborabūt, ſudabunt, æſtuabūt, anhelabūt, trepidabūt, & fortaſsis horū nihil ad te. multi ſæpè grauibus odijs ſibi non alijs nocuêre. D. Eſt mihi pugna cū hoſtibus. R. Et illis ſecum, & tutius aliquādo cum hoſtibus, quàm cū uitijs pugnatur, quiſquis alium odit, primū animæ ſuæ uulnus infligit, proximum nonnunquam ſuo corpori, nimia nempè cupiditas ferendi nocendiq́ue, multos incautos nudatoſq́ dedit hoſtibus. ſic ſemper prima pars malorū in

ſuum

ſuum auctorem uertitur, interdumq́ꝫ nouiſſima, cum ſæpè interim ſit illæſus, in quem perni
ties parabatur. D. Vndiq; mihi bella conſurgunt. R. Nunquā clarior ſanctiorq́; fuit
P. R. quā dum multis ac grauibus bellis occupabatur, pax initium mali fuit, ſecum namq;
ſubijt libido, blanda hoſtis ac peſtilens. D Graues inimicitiæ mihi ſunt R. Magnæ
inimicitiæ plerunque magnarum amicitiarum fuêre principium. D. Habeo inimicos.
R. Habe & fidem ſimul & clementiam, de reliquo quicquid euenerit, cura ſaltem ut hu
manitate ſis ac uirtute ſuperior. ſunt & ſua iura cum hoſtibus, cum quibus ita rem gere, ut
amicos fieri poſſe non dubites. Atq; hoc ſanius conſilium ſcito quàm Biantis, qui ſic ami
cos diligi iubet, ut inimicos fieri poſſe memineris. Quod dictum, quamuis ab alijs lauda-
tum, nec mihi certè nec Tullio probatur, eſt enim uerū amicitiæ uenenum, in odio ergo co
gitandus amor, nō odium in amore, longeq; Ariſtotelicum illud in rethoricis Bianteo con
ſilio præferendum: Non oportet, ut aiunt, amare tanquā oditurū, ſed magis odire tāquam
amaturum. Quod profectò ſcribens Ariſtoteles Biantē ipſum, callidamq; eius & maliuo-
lam ſententiam notabat. D. Inimicitias habeo. R. Sed inuitus habe, & armato ſem-
per in pectore cor amicū pacis habitet, atq; ita bellū exerceas ut coactus uideâre, nō fortè
odio ſuccumbat humanitas, neu tam uindictæ ſtudeas quàm gloriæ aut ſaluti. Scis ut Ro-
manis inuiſior eſt Hannibal quàm Pyrrhus, cum uterq; hoſtis & prior Pyrrhus Italiā in
uaſerit, at non dolendi. Omnibus euitandum modis, aut in actu quolibet uera uirtus emi-
neat, ſic ut nihil bello quæri aliud quàm pax honeſta uideatur.

De prærepta facultate uindictæ. Dial. XXXIII.

D O.

OPtata facultas eripitur ultionis. R. Cui peccatū eripitur, nihil eripitur, multū q;
tribuitur, quæ[illegible]dā habentib. eripi lucrū eſt, ea ne habeantur obſtare lucrū maius. D.
Facultatē ultionis perdidi. R. Fœlix iactura ꝙ noceat amiſiſſe. D. At optata & ſpera
ta ultione prohibeor. R. Primū erat nolle male agere, proximū prohiberi. D. Neceſſe
eſt occaſionē ultio[illegible]s omittere. R. Si pulcherrimū uindictæ genus eſt nolle ulciſci, pul-
cherrima eſt neceſsi[illegible]tas non ſini, ultrò uirtutē amplecti optimū, proximum eſt cōpelli. D.
Ereptā mihi uindi[illegible]ā doleo. R. Veniet tēpus citò fortè, quo gaudeas, neq; alter acci-
diſſe ullo uelis mo[illegible]o, quidā ad te coacti ueniunt, uelle incipiūt & amare, & de neceſsitate
conſenſus oritur, d[illegible]mq; uoluntas fieri incipit, deſinit eſſe neceſsitas. D. Videbar ulci-
ſci poſſe nec potui. R. Non poſſum malū agere, potētia magna eſt, nempè quæ omni
potentis eſt propr[illegible]. D. Vindicta mihi præſens excidit. R. Colubrum tibi è mani
bus excidiſſe cred[illegible]o, uide ne iterum ſurrepat. Nil homini tàm contrarium quàm inhuma
nitas, per hanc eni[illegible] homo eſſe deſinit, idq; ſic eſſe, ipſum nomē indicio eſt: nullus morbus
tàm contrarius, ne[illegible] mors quidem, illa ſecundū naturam accidit, hæc aūt contrà. Sæuire in
hominē inhuman[illegible] eſt, quāuis meritū, non oportet exulcerati animi motū ſequi, & priuati
memoria doloris [illegible]turæ cōmunis obliuiſci. D. Me ulciſci uetitū in perpetuum dolebo.
R. Forſan in pe[illegible]etuum gaudebis, quotiens putas poſt inimicitias depoſitas, & in gra-
tiam reditum cor[illegible]uiſſe, aliquos amicorum in amplexibus cogitantes, hūc ego perditum
uolui, & interdu[illegible] à ſucceſſu impio parum abfuit o ſors optima in quam piam partem
conſilium crudel[illegible] uertiſti. D. Iuſtam iram exequi non ſinor. R. Iuſtā iram uix inue-
nias, cum ſit ſcri[illegible]tum: Ira uiri, iuſtitiam Dei non operatur, & rurſus ab altero:

Ira furor breuis eſt.

Optimum igitur [illegible]non iraſci, poximum non ulciſci, ſed frenare iram ne animum rapiat quo
non decet, tertium [illegible] eſt ulciſci non poſſe, etiam ſi uelis. D. Pulchra mihi præripitur uin-
dicta. R. Pulchrior uenia relinquitur, & pulcherrima omniū obliuio. hæc inter omnes
principes Iulium Cæſarem illuſtrauit, innumeræ & ingentes uiri huius uictoriæ, glorioſiſsi
mi ſunt triumphi, incomparabilis rei militaris excellentia, altiſsimum ingenium, præclara
eloquentia, nobilitas generis, forma corporis & inuicti animi magnitudo, cum cuncta col
legeris, nihil in eo clarius clementia, & offenſarum obliuione reperies, quæ quanquam ſibi
mate immortis attulerit, ut iure Pacuuianum illud in funere caneret:

Men

Men' ſeruaſſe, ut eſſent, qui me perderent?

Ex quo tamen neceſſario moriendum erat, poteſt quodammodo tali ex cauſa optabilis mors uideri.

De odio populari. Dial. XXXIIII. DO.

POpulus me odit. R. Habes quem prædixeram popularis finem gratiæ, pro dilectione odiũ. D. Populus gratis odit me. R. Miraris quod ſine cauſa odit, quod ſine diſcretione dilexerat, cõſequens hoc illius, unde modeſtia exulat, ibi regnare impetum eſt neceſſe. D. Odit me populus. R. Hæc bellua iniuriæ prompta eſt, ſegnis officio, uulgi amor leuis, odium graue. D. Populus mihi ſuccenſit. R. Ab amante plauſus, ab irato populo pernities, impar periculum ac ſpes. D. Populo odioſus ſum. R. Nihil impetuoſius ſtultorum turbis, ubi inſaniam ſingulorum publicus furor, & furorem publicum ſingulorum rabies impellit alterq; alterum trudit, nihilq; periculoſius quàm incidere in illorum manus, quibus pro iuſtitia ſit uoluntas, pro maturitate præcipitatio. D. Odit me populus. R. Non amaſſet utinam, ne nouiſſet quidem. Amor malorũ odio finitur, utrunq; anceps, ſola ignorantia pura eſt. D. Populo ſum inuiſus. R. Populus odioſus leniendus aut linquendus.

De inuidia, paſsiuè. Dial. XXXV. DO.

INuidetur mihi à multis. R. Præſtat inuidioſum eſſe quàm miſerabilem. D. Inuidia exerceor æmulorum. R. Et quis unquam uirtutis amicis exercitio hoc caruit? percurre animo omnes terras, omnia ſecula, cunctas hiſtorias euolue, uix inſignem uirum hac immunem peſte reperies, nolo nunc narrationem ingredi, quæ nos longè nimis à propoſito diſtrahat, ſed ſi aliquid meminiſti omnium, quæ legiſti, non poſſunt ignota tibi eſſe, quàm plurimi quorum comitatu non tantum conſoleris, ſed etiam glorieris. D. Inuidetur mihi. R. Linque honores & officia publica, deſine inceſſu elato & ſuperbo comitatu per ora ciuium uolitare, ſequeſtra teipſum, quantum potes, ab oculis malorũ inuidorum, nec uultu, nec uerbo, nec habitu, digito te notandum prebeas, Vulgus & liuor in plateis habitant, ſicut & mala fermè omnia, quidam hoſtes nullo melius modo, quàm fuga uincuntur ac latebris. D. Et profugũ & latentem liuor inſequitur. R. Tolle mali materiã, malũ omne ſuſtuleris, nimijs opibus modũ pone, quicquid eximia ſpecie inflãmare animos poteſt, uel abijce uel abſcõde. Si quid eſt quo carere nolis aut nequeas, modeſtè utere, inuidiam quã inſolentia exaſperat, humilitas lenit. Sunt qui illam extinguãt efficatia quidem, ſed morbo ipſo peiora remedia, miſeria, ſcilicet, & infamis uita. De quorũ altero dictum eſt, miſeriam ſolam inuidia carere. de altero Socraticũ illud, interroganti enim Alcibiadi, quibus modis inuidiã declinaret? reſpondit Socrates. Et uiue, inquit, ut Therſites, cuius uitam ſi neſcires, in Homerica leges Iliade, Ironicum planeq; Socraticũ reſponſum. non eſt enim conſiliũ ut inuidiã uites, uitare uirtutem, ſatiuſq; eſt Achillem eſſe, cum inuidia, quam Therſitem ſine: quãuis illud conſtet, magnos interdũ uiros, ut ſecuri uiuerent, & uirtutem ad tempus & ingenium occultaſſe. D. Inuident mihi multi. R. Inuidiam niſi uel ignauia uel miſeria uix euades, quàm ſi ſic euaſeris, in contemptum incides, utroq; caruiſſe difficillimum. D. Inuidia multorum premor. R. Eſt ut perhibẽt calcandæ aliud iter inuidiæ, per excellentem gloriam, ſed perrarò ueſtigio ſignatũ, ita ut plures hoc calle gradientium, in id quod fugiunt relabuntur.

De contemptu. Dial. XXXVI. DO.

SEd contemnor. R. Si iniuſte quidẽ eſt, non inficior quod doleas, feras tamẽ, alioquin eſt, quod rideas, nihil eſt enim ridiculoſius, ſed nil crebrius, quã contemni ſapientem ab inſanis. D. Spernor. R. Circa hoc uerbũ unũ, quatuor bona eſſe dixêre aliqui: Spernere mundum, ſpernere nullũ, ſpernere ſeſe, ſe ſperni, hoc tibi ultimò opus eſt. D. Spernor à multis. R. Si à maioribus fer, ſi à paribus patere, illi ſuo iure utuntur, ferè namq; contemptui ſunt minora maioribus. Hi ſe contemptui offerunt, & maiores fieri quando

aliter non poſſunt, hac temptant uia. Sine minoribus, ſine illos inſanire, neq; magnifacias contemptũ, qui illis infamiæ ſit, tibi gloriæ. ſpreuit Achillẽ Therſites, de quibus modò diximus, Homerũ Zoilus, Auguſtum Antonius, Virgilium Euangelus, Ciceronem Caluus, & q ex Euangelio didicimus, quod quę eſt maximũ, Herodes peſsimus miſerrimusq; hominum CHRISTVM ſpreuit. quid uel contemptis hoc nocuit, uel cõtemptoribus profuit? D. Spernor & irrideor. R. Irriſiuum neſcio quid & hiſtrionicum etiam eſſe animis ſolet, eoq; magis quo minoribus, ꝙ minus eſt opus alter alterũ ridet. D. Spernor ab alijs. R. Recordare, an tu alios aut ſpernas, aut ſpreueris. hic eſt mos humanus, ſpernere & ſperni, mutuo uos uiciſsim odio, mutuoq; premitis cõtemptu, & uultis alijs eſſe uenerabiles, neminem uenerantes. Placere uultis Deo, cuius operum nullum uobis placet, eo quo placere debet modo, in quo præclarè quidem noſter Cicero, ſi præclarum aliquid ſub Deorũ nomine dici poſſet. Minimè, inquit, conuenit cum ipſi inter nos uiles neglectiq́ue ſimus, poſtulare ut dijs immortalibus chariſsimi & ab his diligamur. Illud ergo præclarius Malachiæ prophetæ: Nunquid non pater unus omnium noſtrum? nunquid non unus Deus creauit nos? quare ergo deſpicit unuſquiſque ueſtrum fratrem ſuum? D. Sperni grauiter fero. R. Et ſi nemo ſperni uelit, multi cupiant timeri, multò tamen eſt ſperni ſecurius quã metui. Itaque quod ait Anneus in epiſtola quadam, Non minus contemni quàm ſuſpici nocet. Nõ admitto. illud ab eodem a ibi dici rectius æſtimo: Periculoſius timeri eſſe quàm deſpici. Proinde c[illegible]n ueteri ſapientũ edicto, tria hæc uitanda didiceris: de quibus totidem continuis tractati[illegible]s egimus, & ſint mala omnia, haud dubiè tamen malum minus, hoc ultimum quamuis ig[illegible]obilius, nec deeſt ſuum, cuique remedium. Odium obſequio lenitur, liuor modeſtia, co[illegible]temptus amicitijs illuſtrium, & honeſtis artibus ac uirtute. Nemo primùm Bruto conte[illegible]ptior Romæ fuit, nemo minus poſteà. Age & tu bonum magnumq; aliquid, quo conte[illegible]nni nequeas.

De promiſsi muneris tarditate.

Dial. XXXVII. DO.

SEro promiſſa [illegible]plent. R. Quid ſingulariter de hoc quereris, ꝙ omnibus eſt cõmune? Nulla q̃dem [illegible]res magis munus inquinat, q̃ dura frõs & lẽta dilatio. ſed hic eſt mos, citò uultis accipe[illegible], tardè aũt dare, ad illud alacres, ad hoc mœſti, ad illud præcipites, ad hoc ſegnes. Ingratitu[illegible]nis duplex radix, duplex materia q̃relarũ, dũ & illos mora, & celeritas hos cõſtringat. [illegible]. Multa mihi ꝓmiſſa ſunt nihil implet̃. R. Magnis promiſſoribus minimũ fidei eſſe [illegible]ebet, nota uanitas, notæ blanditiæ, nota hominum mendacia. multa tibi unus aliqs ꝓmiſi[illegible]ſufficit ꝓmiſiſſe, quære alium q ꝓmiſſum impleat. non poteſt unus omnia facere, ſed o h[illegible] ꝓmiſſor ut eũ interim diligeres. D. Quod mihi ꝓmittit̃ nõ fit. R. Duarum cupidit[illegible]tum, potentior eſt quæ tenet, quàm quæ poſcit. D. O quot ille pollicitis abundabat [illegible] R. Aut irridebat, aut ad tempus diligi uolebat, ut dictum eſt, & fortè dum tibi mul[illegible] promitteret, unum aliquid à te poſcebat, quod uel magni pretio mendacij benè parti[illegible]ſtimaret. Sæpè autem qui diuites ſunt uerborum, eſſe inopes rerum noſſe debueras [illegible] D. O quàm multa mihi promiſſa ſunt? R. Si mihi credideris, multa promitte[illegible]ibus nihil credas.

De repulſis.

Dial. XXXVIII. DO.

REpulſam pa[illegible]ſſus indignor. R. Vis'ne igitur q̃cunq; popoſceris adipiſci, ita ut negari tibi [illegible]poſsit, uide ne intollerandæ ſupbiæ ſit hoc uelle. meminiſſe Magni Pompeij decuerat, quo neſcio an quis maior unquam fuit, de quo tamen ſcriptum eſt:

Quæq; dari uoluit, ſibi poſſe negari.

Quàm multa Cæſaribus ſupra humanam magnitudinem ſummo etiã imperio glorioſis, negata cognouimus, & tu grauiter unam aũt alteram fers repulſam? Denique quàm multa quotidie Deus poſcit ab homine nullius rei indigens, nec impetrat. D. Non poſſum æquo animo repulſam pati. R. Cur petendi tibi arrogas licentiã, & negandi alijs carpis

 libertatem?

libertatẽ? quid ꝙ ſæpè indigna petitio, dignã repulſæ præbuit materiã? quid ꝙ ſæpè etiam petenti repulſa utilis fuit, cui ꝙ petierat impetraſſe, dãnoſum erat. D. Iniuſtã patior repulſam. R. Si iniuſta eſt repulſa, iuſta ergo petitio, gaude cuiuſcunq; potius culpã eſſe quã tuã. D. Vnde nõ merui repulſam tuli. R. Multi ſe magna meritos putant. unde penitus nil merẽtur, hinc repulſæ dolor, hinc q̃relæ iſtæ, quibus orbis terræ & omnis uita hominum plena eſt. D. Pudendam patior repulſam. R. Pudendũ nihil præter culpã, quę pudorem tibi inferre potuit, quod tui non erat arbitrij? D. Repulſam patior unde non credidi. R. Credulitas incerta eſt, certa autem res. non poſſe quod petitur negare, non eſt liberi, ſed ſerui. non poſſe repulſam pati, non eſt ciuis ſed tyranni. D. Optatæ ſperatæq; rei paſſus ſum repulſam. R. Si quicquid ſperant cupiuntquè homines aſſequerentur, dij eſſent omnes, tu uerò ut indignationes multas ac dolorem fugias repulſarum, diſce optare poſsibilia & honeſta, non aſſequi uelle quicquid inconſultus & inexplebilis appetitus optauerit, quicquid ſpes una ſuggeſſerit. D. Non tantùm repulſus ego, ſed indignus mihi antepoſitus fuit. R. Et quotiens indigni dignißimis præferuntur, & quotiẽs indignos indignißimi iudicant, alienarum ſeuerior, ſuarum quiſque fauorabilis rerum iudex. multi ſe indignos dicunt, pauci credunt. D. Paruæ rei patior repulſam. R. Multis parua negata magna ultrò oblata uidimus, ſi repulſis compenſentur munera, fortunæ lances æquabunt, ſed uos illas indignatione augetis, hæc obliuione atque diſsimulatione minuitis. D. Dignus eram, ut arbitror non repelli. R. Vt ſit ita, an tu omnia pro dignitate hominum dari exiſtimas ac negari? utinam ita eſſet, ut & plures bonos ſpes præmij, & pauciores malos faceret metus pœnæ. ſed non ita eſt. Amor, odium, ſpes, cupiditas, affectus incõditi, cũcta ꝑmiſcuẽre. In te uno fortunæ ſtilũ publicũ uis mutari, & nõ te potius ad cõmunẽ curſum humani moris inflecti. D. Quantò indignior mihi anteponit cõpetitor. R. Et Lucius Flaminius mox ob indignũ facinus iudicãdus, & ordine Senatorio amouendus, Scipioni Naſicæ prælatus fuit, uiro omnium optimo, Senatus & populi ſententijs iudicato. et Vatinius Catoni, illaudatus laudatißimo, non ſolum populi amicorum ſimulquè hoſtium iuditio, ſed toto etiam Ciceroniano uolumine. quid hic dicis? ut ſint grauia, non ſunt noua quæ pateris. D. Multum ſperabam, modicum non mereor. R. Vt multum quoque merearis, dixi iam, non omnia pro meritis dari. quid quod ſemel negatum, eidem idipſum mox conceſſum uidimus? quod in ipſo de quo loquor Scipione accidit, repulſarum duritiem ſæpè pertinax uirtus infregit. teſtes ſunt Aemilius Paulus, Metellus Macedonicus, Lucius Mumius, qui Cõſulatus repulſam paßi omnes, ijdem ſpecioſißimis conſulatibus ac triumphis poſtmodum honeſtati, ſuis ciuibus quibus contemptui fuerant, ſpectaculo fuẽre, nunquam ad id peruenturi ſi repulſas populi lamentis potius acerbare, quàm uirtutibus ſuperare uoluiſſent. Lucius Sylla, quamuis in finem ciuilibus diſcordijs irritatus, famam ſuam nota crudelitas infecerit, nobilitate tamen & gloria inſignis ciuis, non Conſulatus ſed Præturæ, tanto minoris rei repulſam cum tuliſſet, ſummam Reipub. poſt adeptus, & præturas & Conſulatus & imperia, non tantùm conſequi potuit, ſed donare. Non debet repulſa ſpem auferre, ſed afferre ſollicitudinem ac uirtutem acuere, quæ nil tàm aſperum quod non leniat, idquè etiam ſi quando non fecerit, non tamẽ ideò deſerenda eſt, ne propter ſe ipſam ſuumq; propriũ finẽ culta uideatur. deniq; hi repulſas ſuas forti animo tulẽre. At Publius Rutilius repulſa fratris audita, quam erat paſſus in petitione Conſulatus, ſtatim morte obijt repentina. Elige utrum ſequi malis.

De iniuſto domino. Dial. XXXIX. DO.

INiuſtum dominum patitur Reſpub. R. Sed fortaſsis id merita, & id ſceleri ſcelus eſt debitum, non ſolum apud inferos, ſed ubique fieri iudices, ubique iuſtitia ſuum opus exercet, & ſi ſæpius cunctetur interdum properat. uerumquè re ipſa fit quod ſcribitur, utique eſt Deus iudicans eos in terra. Dæmones ex hominibus fieri, quidã opinati ſunt, ꝑpetua criminũ licentia peccãdiq; libidine, ꝙ ut fortè tollerabiliter dictũ ſit, malarũ uoluntatũ ſimilitudo effecit, qua homo malus, atq; in malis obſtinatus penè dæmonẽ æquat.

Cui ſententiæ, ſi recipitur, illud fortaſsè nō diſſonū fuerit, ut permiſſu diuinæ iuſtitiæ dæmonē dæmon premat. qua in re illud duntaxat, ut uidetur, eſt miſerū, quòd nōnunquā ſceleratorum ſupplicijs miſcentur innoxij, & nimis uerum crebrumq; cōprehenditur illud Flacci:

Sæpè dies pariter neglectus inceſto,
addidit integrum:

quod ipſum non ſine certa, licet uobis occulta iuſtitia Dei, fieri, indubitata fide credit. D. Crudelem dominū perpetimur. R. Crudelitas mala quidem, & naturæ hominū aduerſa, ſed utile uitijs, & laſciuienti populo, frenū, pauor, undecunq; oriens. Amare inferijs expedit timere, quicquid quidē ſit: nemo tàm trux dominus, ut nō truculētior ſit uoluptas, proſperitatis comes ac filia. malè agentibus nihil peius quàm ſecuritas ac libertas. qui nihil metuit, proximus eſt ruinæ. D. Iniquum dominum infauſta plebs patitur. R. Nullus, mihi crede, miſera in plebe miſerior quàm Tyrannus. quod ſi dubitas Dionyſium contemplare, ille uir improbus nec indoctus, de ſeipſo ſuaq; Tyrānide quid ſentiret, aptiſsimè pendentis ſupra amici uerticem gladij cuſpide, declarauit. Nota eſt hiſtoria. Timet plebs Tyrannum, & Tyrannus plebē, ſic reciproco pauore ſe cruciant, hoc refert, quod miſeria plebis apparet, & Tyranni latet. Non minus tamen affligit purpureo uelamine tectum uulnus, neque minus aureæ grauāt compedes quàm ferreæ, eſt & ſua, ut in ſordibus, utque in fumo, ſic lautitijs ac ſplēdore miſeria. Aurea quidem tyranni ueſtis extrinſecus, obuerte illam, ardentibus intus aculeis plena eſt, ita ut uides non penitùs aut impunè ſæuiunt tyranni, aut inulta plebs premitur. D. Inclementiſsimus nobis eſt dominus. R. Non tot paſsim eſſent domini, nec tàm latè furerēt, niſi populi inſanirēt, & cuiq; ciuiū pro ſe charior foret res priuata quàm publica, uoluptas quàm gloria, pecunia quàm libertas, uita quàm uirtus. D. Vnum dominum ſerua fert patria. R. At non unum, ſed triginta ſimul, illa legum nobilis mater Græciæque lumen alterum Athenæ. D. Patria dominum unū fert. R. Multos autem Roma, quis Caligulas neſciat ac Nerones, & Domitianos ac Commodos, & Heliogabalos & Baſsianos & Gallienos, ac ne ſingula imperij probra exequar, Maximinos & pietatis hoſtes Iulianos ac Decios? Sardanapalum Aſſyria pertulit, Cyrum Perſis, Alexandrum Græcia, atque Aſia. Reges dictos, Verè autem tyrannos acerrimos & immanes tulit, & Dionyſios Sicilia, Phalaridem, Agathoclem: Lacedæmon Cleomenem, Nabidemque: quē Argi quoque perpeſsi, fœmineamque uxoris auaritiam, quæ uiro ipſo rapacior in ſexu ſuo tyrannidem miris modis exercuit. ſed quo feror? quis aut ueteres aut nouos numeret tyrannos? qui tàm multi hodie, tamque altè, hinc ſuis opibus ac potentia populorum, illinc moribus atque dementia radicati ſunt, ut nec numerari iam ualeant, nec conuelli, neque minus apud uos quàm apud Aegyptios aut Medos libertate peſſundata ac ſepulta, uerſa ſeruitus in naturam ſit, ſicut pars maior populorum Tyrannum ſi non habeat, quæſitura precario ſeu pretio emptura uideatur, uſque adeò patres ueſtros eſſe quondam nati erant puduit, uos enim penè omnes in ſeruitio nati atque educati, ue doloris antiquā, etiam nouā querelæ materiā non habetis. D. Potentis domini graui premimur iugo. R. Ariſtophanis Poëtæ utilis fabella, quæ monet non nutriendum in urbibus leonem, tamen ſi nutritus fuerit, obſequendum illi eſſe. nec Tyrannidis naturale malum impatientia cumulandum, quanque ipſe feceris potentiam detractandum, raro equidē tyrannis abſque culpa ciuium ſurrexit in populo. Vetus eſt autem uerbum. Ede quod intriſti. D. Dominum importunū patimur. R. Si omnis poteſtas à Deo eſt, ſeu ad bonorum exercitium, ſeu ad malorū pœnam, par eſt ut diuino imperio te ſubiectum ſentias, nō humano. cuius ſi miniſter immitior uidetur, patiētia fortaſsis efficiet ut miteſcat. Vix eſt enim ullū tam ferox ingeniū, ut nō obedientia & obſequio leniatur, uel ferendū deniq; uel ponendū eſt omne quod premit, nempè nihil eſt tertiū præter impatientiā, quæ ut dixi, moleſta nō minuit, ſed aceruat. D. Malus nobis eſt dominus. R. Omnes uos unū habetis notū hoſtē, unus ille multos habet incognitos, periculoſior ſtatus. D. Dominus nobis eſt peſsimus. R. Sed nō erit diù ſi bene Philoſophis uiſum eſt, uiolentū nihil eſſe diuturnum. et ſanè ſi uel unū patria ciuem bonum habeat, malum dominum diutius non habebit.

De indocto præceptore. Dial. XL DO.

EST mihi præceptor indoctus. R. Et ſi doctum facere non poſsit indoctus, uerumque ſit cõmune illud ſignũ, ſcientis eſt poſſe docere, ſub indocto tamẽ præceptore, doctus aliquis fieri poteſt, uel per ſeipſum, uel quod eſt uerius, influentia cœleſti atque inſpiratione & ut Ciceronis utar uerbo, aliquo afflatu diuino, ſine quo nec doctum certè, nec bonũ uirũ fieri poſſe credendum eſt. hoc enim non ſolum uera religio ſentit, ſed gentilis quoque Philoſophiæ conſentit auctoritas. D. Indoctum præceptorem nolens audio. R. At cœleſtem præceptorem audi libens, qui fecit aures tibi, non has tantum quas uidemus, ſed inuiſibiles alias intus in anima, illum audi, qui docet hominem ſcientiam: ſicut ſcriptum eſt. quo inſuper tacente, fruſtrà præceptor, quicunque mortalis, quamuis doctiſsimus laboraret. D. Præceptorem indoctum ægrè fero. R. Vel ab illo fugiens alium quære, uel ad teipſum redi, & memento Epicurum ſæpè à Cicerone licet irriſum, uiſum tamen Senecæ magnum uirum, nõ indoctum modò præceptorem habuiſſe, ſed nullum, ut gloriabundus idem ipſe commemorat. Auguſtinum uerò quod de ſeipſo teſtatur, cui non omnia credere nefas eſt, et Ariſtotelicas cathegorias, quæ inter difficillima numerantur, & artes liberales quas ſingulas à præceptoribus didiciſſe magnum ducitur. nullo hominum tradente, ut idem ait, omnes intellexiſſe. nouiſsimumque Bernardum, uirum doctrina & ſanctitate clariſsimum omnes ſuas literas, quarum inter cunctos ſui temporis abundantiſsimus fuit, in ſyluis & in agris didiciſſe, non hominum magiſterio, ſed meditando & orando, nec ullos unquam alios, ut de ſe etiã ipſe ait, p̃ceptores habuiſſe, quã quercus & fagos. hæc ſi facta ſunt, cur nõ iterum fieri poſſunt? quod niſi ſic eſſet quid feciſſent primi hominũ, qbus nec p̃cept[illegible] ullus erat, nec reperti aliqui? mirando igitur, cogitando, aſſurgẽdo, & ingenium acuendo, ea ipſa quæ uos cũ omnibus præceptoribus ueſtris uix intelligitis inuenêre. Aude & tu aliquid, teque magnis inſerere ne diffidas, ſi mortalis defuerit, æternus aderit præceptor, à quo ſunt omnes, & omnia ille fecit, & ingenia & ſcientias & magiſtros.

De diſcipulo indocili ac ſuperbo. Dial. XLI. DO.

DIſcipulum habeo indocilem. R. Perdis operam, littus aras, ſemina proijcis, natura non uincitur. D. Diſcipulum indocilem ſors dedit. R. Terræ aridæ colonus, ſolue boues, quid te torques? illi parce & tibi, cum tot ſint labores neceſſarij & ineuitabiles, ſuperuacuos quærere ſtultitia eſt. D. Diſcipulum habeo literarum indocilem R. Si docilis eſt uirtutum, illic inſta, melioribus illum artibus ornaueris: quod ſi neutrum capit, uacuum ſine, neue quid in pertuſum uas effuderis, quod neque ibi ſubſideat, teque iugi tædio exhauriat. Sic habeto enim. omnes qui ſunt, quique erunt, aut fuerunt uirtutibus aut doctrinis clari, non poſſe unum ingenium accendere, niſi aliquæ intus in animo ſcintillæ ſint, quæ præceptoris ſpiritu excitatæ & adiutæ, generoſum diſciplinæ fomitem arripiant, alioquin algidum in cinerem, ne quicquam flabis. D. Intractabilem diſcipulum ac ſuperbum habeo. R. Superbia hoſtis ingenij eſt, dumque ſubeſſe dedignar̃, & diſcere negligit diſcipulus inſolẽs, ægrè manũ ferulæ ſubijciet, doctrinæ animum rep̃henſionibus aurem, collum iugo. D. Habeo proſperitate tumidum diſcipulum. R. Sicut tumor oculorũ uiſui, ita tumor animi ingenio nocet, ut diſciplinis aditus fiat, comprimenda eſt omnis elatio. Scis ut Alexander Macedo, cum aliquando Mathematicis animũ applicaſſet, & Geometrica ſibi quædam obſcuriuſcula traderentur, difficultatibus offenſus præceptori imperat, ut id ipſum clarius tradat. & quid ille reſpondeat. Hæc, inquit, æquè omnibus difficilia ſunt, ut ſcilicet omnem illi ſpem regij faſtus excuteret, ſic eſt enim hercl'è, nullæ ſunt fortunæ partes in ingenij rebus, quiſquis doctus ac ſapiens fieri uult, obliuiſcatur interim ſe potentem. D. Diſcipulum rudem elatumque habeo. R. Contra uentum aduerſo flumine nauigas, contrahe carbaſa, terram pete. D. Contumacem habeo diſcipulum proteruumque. R. Non harenam

tantum fodis, ſed ſerpentem nutris, aconitum excolis, hoſtem doces. D. Duræ diſcipulum ceruicis inſtruo. R. Surdo canis, ſed ſic eſt, hos clamor, hos ſilentium delectat. potentiſsima ſemper in rebus omnibus conſuetudo eſt, uide ut piſcator tacitus, clamoſus uenator, at clamoſior aliquãto ſcholæ arbiter quàm ſyluæ. D. Duricordem diſcipulum nactus ſum. R. Sæpè facilius urſi caput mollias quàm hominis, quid uis autem? eſt in fabulis lupum ac uulpeculam literas didiciſſe, nam elephantis ſtudioſi non anilis fabula eſt, ſed naturalis hiſtoria. et hic tuus forſitan ſtudio naturam leniet, apud me autem, una ferè paſtoris ac præceptoris uita eſt, mirum niſi uterque tandem à conuictu mores traxerit. Ille belluas regit, hic pueros.

De nouerca. Dial. XLII. DO.

NOuercam habeo. R. Ergo & patrem, ſic ſunt fermè res humanæ, ut triſtitia lætis, & amara dulcibus temperentur, atque utinam ex æquo impermixtum hic dulce nõ habitat. D. Iniuſta mihi eſt nouerca. R. Non ineptè Virgiliano epitheto uteris, quãtò autem illa iniuſtior tibi, tantò in illam ut ſis iuſtior enitere. D. Nouerca mihi ſuperbiſsima eſt. R. Eſt fœminæ proprium ſuperbia, & nouercæ eſt, ſi geminæ cauſæ unum pariunt effectum, non eſt quod ſtupeas, eſt quod feras teque & priuignum ſimul & filium bonum probes. D. Superbiſsima eſt nouerca. R. Nulla re melius quàm humilitate uincitur ſuperbia. D. Nouercam ferre nequeo. R. At fer patrem, ſi hunc ualdè diligis, facilè illam fers. D. Nouerca impia atque importuna eſt mihi. R. Eſto illi pius ac patiens, pietatem patri debes, patientiam fœminæ, reuerentiam nouercæ. D. Inſolens eſt nouerca. R. Noli pati ut potentior ſit illius inſolentia, quàm pietas tua. nihil durum, nihil arduum eſt pietati, hæc ad Deum homines erigit, Deumque ad homines inclinat, quotiens nouerca ſæuierit, non tu illam, ſed patrem cogita. G. Iniurioſa eſt nouerca. R. Muliebres iniuriæ contemptu melius quàm ultione plectuntur. D. Grauem patior nouercam. R. Benè ais patior, ſuccumbere enim, & mulierculam pati non poſſe, non eſt uiri. D. Odit me nouerca. R. Ipſam ama, nam & inimicos diligere, Diuinum eſt præceptum, & amare ut ameris, Philoſophicum eſt conſilium. D. Nouerca me odit. R. Si patrem tuum amat ſatis eſt tibi, odiſſe patris amatricem filio non licet, ſin & illum oderit, quem non oderit? nam & ſi alterum plus quàm uirum amat, tu ille ne fueris. D. Nimis me odit nouerca. R. Minus malum forſitan nouercæ odiũ, quàm nimius amor, Phædrã noſti & Hippolytũ, certè odium quod ulciſci nefas leniendum, aut fugiendum aut ferendum eſt, nihil eſt quartum, querelæ ſæpè odium exaggerant.

De duritie paterna. Dial. XLIII. DO.

DVrum patior parentem. R. Durities patris ſæpè filio ſalubris, ſemper damnoſa mollicies, non linguæ tantum, ſed nec uirgæ parcendum docti conſulunt. His duobus animorum iuuenilium conſtat in primis cura, quæ ſi fruſtra ſint, grauioribus morbis, grauiora remedia adhibentur, abdicatio & carcer, quin & more ueteri Romano, ad extremum ſupplicia & mors, quod non Conſules modò & duces, quibus imperium in omnes publici conſilij præſtaret auctoritas, ſed priuatos illos priſcos ac ſeueros patres, quibus ſola patria poteſtas ius in filios daret, ſæpè acerrimè obſeruaſſe legimus, in quibus maximè Caſsij ac Fuluij nobilitata ſeueritas. I tu, nimis blandũ patrem, dic durum. D. Patrem patior durum. R. Quale putas ille te paſſus eſt puerum, qualemue deinceps adoleſcentem? difficile id quidem perſuadere his ſibi ualdè placentibus, ſed crede mihi, nihil durius, quàm ætatis illius inconditos mores pati. D. Patior durum patrem. R. Quid ſi durus es filius? dura duris efficacius leniuntur, & ſæpè medici mollioris deformior eſt cicatrix. D. Patrem durum habeo. R. Si pater uerus eſt diligit, & ſi diligit nõ quæ mulceant, ſed quæ proſint cogitat. D. Duriſsimus pater eſt mihi. R. Quæ tibi duriſsima, illi forſan utilia uidentur, cui & certius iudicium & incorruptior eſt effectus. Adoleſcentia non niſi quæ ſub oculis ſunt metitur, ætas maturior, multa circumſpicit. D. Pater

eſt mihi duriſsimus. R. Vide 'ne tu illi durior, ut dũ ille dedecori tuo obſtat, tu illius uitã perditis moribus inquietes. D. Perdurus pater eſt mihi. R. Qui ſalutẽ filij negligit, ille demum durus eſt pater, & ſi fronte mitiſsimus, at qui filium ad rectum iter trahit ope conſilioqúe adiuuans, & ſæpè uerborum, ſæpè rerum ſtimulis impellens, ſæpè uel tardum increpitans, uel inuitum cogens, quamuis ſeuerior ſit aſpectu, durus eſt minimè. Fructuoſior filio ſeueritas, patris ſolet eſſe, quàm comitas. D. Durus eſt pater. R. Supercilium paternum, zelus, dolor, metus, ætas excuſant. D. Durum patrem ægrè fero. R. Quid ſi quod multis ſic affectis iure accidit, ferre duritiem cogaris alterius, quid ſi ipſe contumacis filij pater eſſe incipias? tunc intelliges quàm ſuaue patris iugum, & quàm iuſtum ſit imperium, nunc non niſi unum intelligis ꝙ delectat, inque hoc uno, iuditium tuum habes, non delectatione animi, ſed titillatione ſenſuum circũuentum. D. Durus mihi pater eſt. R. Vt ſit durus, illũ tibi non te ſibi iudicẽ dat natura, quã ſecuta lex ciuilis, caſtigatores parentũ filios erubeſcit. Pudeat te audere, ꝙ ulli filio licere legẽ puduit, ſine de te iudicet, qui te genuit aluitq́;, tu de illo iuditium linque alijs, patremq́; ſi ueræ laudis non eſt capax, decoro ſaltem ſilentio. D. Duris pater eſt moribus. R. Nõ arguendi mores patrum, ſed ferendi ſunt, nihil turpius in Alexandro ſonat, quã ꝙ nõ dicã patrẽ cõuitijs attemptaſſe, ſed paternis laudibus inuidiſſe uiſus eſt. De patre uel gloriosè loquendũ, uel tacendũ. D. Habeo durũ patrẽ. R. Habes ubi amorẽ, ubi pudorẽ, ubi patientiã, ubi obedientiã tuã ꝓbes, nullũ in terris imperiũ iuſtius quã patris, nulla honeſtior ſeruitus q̃ filij. nil tàm ſuũ cuiq; eſt, q̃ filius patri, nil cuiq; indignius eripit. Sed uos ꝑcipiti ac intẽpeſtiuo deſiderio ſubeſſe nati cõtẽnitis, ꝑeſſe cõcupiſcitis, ſic & patribus uos aufertis, & patrũ ante uobis imperiũ uſurpatis. Duplex indignitas, ita fit ut inſolentia iuuenilis undiq; rerum turbet officia. Hinc fortè prohibiti de patrum aſperitate quærimini, ueſtro digni iuditio, quibus omnia liceat, ob id unum, quod nati eſtis, & placerẽ uobis ad ſpeculum didiciſtis, tùm demum cũ præeſſe cœperit ſenſuri, quàm id uobis turpiter ante tempus optatũ eſſet. D. Rigidus pater eſt mihi. R. Quid ſi pius eſt rigor, pater filio rigidam pietatem. patri filius obſequium reuerens, obedientiamq́; humilem debet: de Manlio Torquato in hiſtorijs, & apud Marcũ Tullium legiſti, ut perindulgens in patrem, idem acerbè ſeuerus in filium fuit, uulgi fortè iuditio reprehenſus, in altero ab incorruptis æſtimatoribus in utroq; laudatiſsimus: tanta diuerſitas rerum eſt. D. Pater durus eſt mihi. R. Serò bona ueſtra cognoſcitis, ò mortales, at cum noſſe cœpiſtis. nimis agnoſcitis, hinc & ꝓſentia faſtiditis & amiſſa lugetis, alterũ ſupbè nimis, alterũ nimis humiliter, & ubi agẽdæ grates, & ubi habẽda patientia, utrobiq; querimoniæ, nuſquã æquanimitas, ſic in Deũ atquę homines grati eſtis? D. Durus eſt pater mihi. R. Veniet tempus quando hũc ipſum patrem ſuſpires, nec reſpõſurũ uoces, et qui nunc uidetur ſaxis durior, plumis mollior uideatur. D. Durum patrem habeo. R. Patrem dum habueris non agnoſces.

De contumaci filio. Dial. XLIIII. DO.

HAbeo filiũ contumacẽ. R. Aequũ eſt ut qui patrẽ ferre non poteras, filiũ feras, atque ſarcinã grauiorem, magis animum premit pũgitq́; acrius ſuperbi filij uerbũ unũ irreuerentius prolatum, quàm ſeueri patris quæcunq; durities. Ille enim iniuriam facit, hic iure ſuo utitur. D. Filium habeo rebellantem. R. Impudenter de minorũ rebellione conqueritur, qui maiorum iuſta contempſit imperia. D. Filius cõtumax eſt mihi. R. Tandẽ fortaſsis intelligis, qd tuus ille tã durus pater uiſus eſt tibi. D. Filiũ patior inſolentẽ. R. Si ætatis eſt, uitiũ, cũ ætate trãſibit, multorũ ferox adoleſcẽtia, progreſſu tẽporis, ad uirtutẽ mirificis prouectibus flexa eſt. D. Rebellem filium habeo. R. Non ſolus, et Dauid, & Mithridates Ponti rex, & Seuerus imperator Romanus rebellantes filios habuêre, & multis poſt ſeculis Britãnici pacẽ regni ut fama loquitur, turbauit regij adoleſcentis in patrẽ concitata rebellio, ſed quiſquis ſua deflet incõmoda, nullus aliena uel publica. D. Impius ac rebellis eſt filius. R. Magna tibi portio paternæ moleſtiæ dempta eſt, mortem filij timere. D. Habeo ignauum & inertem filium. R. Neſcis ut

Africanus ille uir magnus, diſsimillimum filium ſibi longeq́ue degenerem amauit unice. Et profectò maior non dicam amor, ſed miſeratio debetur ei, quem minus adiuuat natura. Nullius rei eget qui uirtutum diues eſt, quarum indigentia uerè miſeros ac proinde miſericordiæ egentiſsimos facit, tu in filio & ſi non uirtutem, ama quod filius, ſi ne id quidem, at quod homo eſt, poſtremò ſi nihil eſt, quod ames, miſerere. Proprium patris, ut ſeueritas, ſic miſericordia eſt. D. Perditæ filius eſt uitæ. R. Pondus infauſtum, eoq; grauius, quod dum ferri poteſt, nequit abijci, perfer, & qua datur corrige. ſic enim aut filium curaueris, aut certè patris officium egeris, hoc tibi debitum, illud optabile. D. Impius, inhumanus, intractabilis eſt filius. R. Siquidem mollities ac uoluptas in perfidiam ac ſcelus eruperint, uenenoſum animal exigendum domo eſt, neque ubi, ſed quid natum æſtimandum, & in ſyluis ortas auiculas paſcitis, & domi natos ſcorpiones occiditis. D. Impius filius eſt mihi. R. Periculoſa ſeponere, antequàm noceant ſapientis eſt, non te pietatis umbra decipiat, nulla impio debetur impietas, eſt ubi ſit crudelitatis ſpecies pium eſſe, ſed dum aliquid uel minimum ſpei eſt, ſemper ad miſericordiam inclina, mementoq; te patrem eſſe, non iudicem, neque hic tibi Terentianum illud excidat:

Pro peccato magno paululum ſupplicij ſatis patri.

De diſcordi fratre. Dial. XLV. DO.

HAbeo diſcordem fratrem. R. Quid autem ille? ne igitur te concordem habet, una nimitas fraterna. quæ unum ex duobus facere debuit, in duo non iam diuerſa, ſed cõtraria penitùsq́ue pugnantia ſciſſa eſt. Grauè ſed antiquum malum, quod & mundus, & mũdi caput ab initio habuêre, ſiquidem uetus urbis Romæ, ſed uetuſtior orbis infamia eſt, fraterno ſanguine maduiſſe. Tu quod in ſingulis paribus fratrũ uides, & altero, quinetiam adhuc ſolo, in uno tot millium, quid ſtupeas non habes. D. Eſt mihi diſcors domi frater. R. An & hoc miraris eſſe magna in domo, quod in ipſius materni uteri fuit anguſtijs, ubi olim, & ſi maioris myſterij uelamentum eſſet, certè non diſcordes tantum fratres legimus ſed bellantes? Eſt'ne igitur nouum, ſi armati faciunt, quod non nati ſolent? D. Nulla mihi apud fratrẽ gratia eſt. R. Multò prius hoc in ſcholis edoctus, quàm domi expertus eſſe debueras, prouiſa uerò nec quærimur nec miramur. D. Odioſum fratrẽ habeo ac diſcordẽ. R. Vt fermè nullus amor æquior fraterno, ſic nullum ubi inceperit iniquius odium, nulla acrior inuidia. ſic paritas incitat animos atque incendit, cum cedendi pudor, & amor excellentiæ, eò ardentior quò incunabulorum recordatio, & quæcunque beneuolentiam paritura uiderentur, ubi ſemel à recto calle deflexum eſt, odium et contemptum pariunt: hic natura rebellantis ardor animi, optimè quidem pro obſequio atq; humanitate placabitur. Vix eſt enim tàm immitè nullum, tamq; aſperum ingenium, quod nõ tandẽ molliat uera, ac iugis humilitas uerborũ & rerũ omniũ lenis & nõ ficta retractatio. Sin id ſerũ atque inualidũ deprehẽdas, ſeu fortè huc tu cogere, tuũ ipſe animũ nõ potes, quo honeſtè quidẽ atq; utiliter cogerẽ, tũc antequàm in ꝑnitiẽ res erũpat, ultimo remedio utendũ erit, extirpãda mali radix, & diſcordiarũ mater ꝓpellenda cõmunio, in quo ita te facilẽ præbueris, ut quantum iuri tuo demptum, tantùm uirtuti famæq; additum inuenias. Impiæ ac ſuperbæ cupiditatis aculei, nulla re melius, quàm pia & miti liberalitate franguntur. Bonum autem quo pax domus & charitas fraterna redimitur, uetus ualdè, nec uerum minus eſt uerbum, magnam diſcordiarum bellorumq́ue materiam, duo hæc eſſe pronomina, Meũ & Tuũ, quæ ſi de uita hominũ tollerentur, haud dubiè tranquillius uiuerẽt.

De amiſſo patre. Dial. XLVI. DO.

PAtrem amiſi. R. Iuſtum eſt ut quem præſentem quærebaris, abſentem quæras nec inuenias, nihil æquius quàm faſtidita imperia fruſtrà optari. D. Pium patrẽ amiſi. R. Pium ille filium dimiſerit, gratulare autẽ ſeni tuo, illud tandem illi accidit, quod ſemper optauerat, te incolumi rebus humanis abijt. D. Piũ patrem perdidi. R. Pius filius, nullã magis ob cauſam fortuitos caſus timet, quã ne qua ſibi incidens calamitas patris ani-

mum mœrore cõficiat, tuo iam tantũ periculo ſecurior uiues, non erit quẽ rumores de te impugnent, quẽ tua frangat aduerſitas, quem tuæ debilitat ægritudo, quem tua mors perimat. D. Patrem amantiſsimũ amiſi. R. Incipias de alijs curare, q de te curet amplius non erit. pietatẽ ab altero tibi exhibitã repende alteri, rarò illi rependitur, cui debetur. D. Piũ patrẽ miſer pdidi. R. Si pietatis ratio tibi cõſtat, ſolare fortunã tuam recordatione pteriti tẽporis, coluiſti parentẽ, & dum licuit pia ſemper in illũ officia cõgeſsiſti, pater obijt, pietas uiuit, alioquin eſt fateor, unde perpetuò mœſtus ſis. D. Pater me moriens deſtituit. R. Fer naturæ ordinem prior, exijt qui prior intrauerat, nec te ille deſtituit, ſed præceſsit. D. Amiſi patrem. R. Neſcis quid ſit patrem amittere, niſi filium habuiſti.

De amiſſa matre. Dial. XLVII. DO.

MAtrem perdidi. R. Altera tibi ſupereſt mater quam non pdes, & ſi uelis ex illa ueniens, in hãc pergis, illa tibi paucorũ menſium domum dedit, hæc multorum dabit annorum, illa dedit corpus, hæc aufert. D. Mater obijt mitiſsima. R. Mater ſubſiſtit duriſsima, quæ te & matrem quam requiris, in uno gremio ſeruabit, cuius in utero tecum erit, te & illam ut credimus, die ultimo paritura. D. Pia me deſeruit mater. R. Deſeri metuens feſtinauit, gratamquè illi ſuam mortem fuiſſe credibile eſt, tuam non uiſura amplius, atque unde maximè metuebant ſecuritate parta. D. Defuncta eſt mater optima. R. Fœliciter hæc exceſsit, te ſuperſtite, quo præmiſſo, ut fœminei ſunt affectus flebiliter abijſſe. D. Obijt mater. R. Obeundum erat, idquè ambobus, nec de morte quæri potes nec ordine.

De amiſſo filio. Dial. XLVIII. DO.

SEd amiſi filium. R. Melius dic, præmiſi, ſecuturus citò quidem, & fortaſsis hodie, & quid ſcimus an hac ipſa hora? nulla fides uitæ eſt, cũ tanta ſit fides morti. ſecuturus dixi, ſequens dicere debui, continuè ſequeris, nuſquã in uita pedẽ figere permiſſum homini, uno ſemper gradu itur ad mortem, mirum dictu, ſeu ille uinctus, ſeu ſolutus, ſeu ſtãs, ſeu ambulans, ſeu ſedens, ſeu ſanus, ſeu æger, ſeu uigilans, ſeu ſopitus ad metã fertur, atq; illorum more qui uehuntur nauibus uel quieſcens properat. D. Amiſsi filij deſiderio excrutior. R. Cõpeſce animũ, quoniã quẽ cupis inuenies, nulla eſt mora, non poſſe pati deſideriũ parui tẽporis, puerile ſeu fœmineũ eſt, uiro enim nihil breuè, difficile. Noſti credo quibus uerbis deſideria huiuſmodi apud Platonem Socrates, apud Ciceronem Cato & Lelius conſolentur, uirtute quamuis & gloria ſupremi uiri, hac ſpe tamen longè impares. Noſti prætcrea quid animi Aemilius Paulus, quid Cato ipſe, quid Pericles, quid Xenophon ille Socraticus condiſcipulus Platonis atque æmulus, quid innumerabiles alij natorum in mortibus habuêre. Nec te præterit, ut Propheta idem & rex, filium quẽ languentem fleuerat, non fleuit extinctum, cogitans quod irrecuperabilia lugere, ſuperuacuæ dementiæ uerius quàm pietatis eſt. Quibus ſe uirilibus exemplis interſerit, Spartana illa mulier, apud ſcriptores quidem innominata, ſed non pariter illaudata, quæ audito quod filius in prelio excidiſſet. Ideò ait illũ genui, ut eſſet qui mori pro patria nõ timeret. par Liuiæ uirtus maiorisquè Corneliæ, ſed clariora ſunt nomina, quarum prior ingentis nati, & ad ſummum ſpectantis imperium, ut terræ traditus fuit, luctum mox depoſuit, nunquam uerò memoriam intermiſit: altera filijs multis, immò omnibus amiſsis, quorum aliquos à populo interfectos inhumatosquè conſpexerat, cõmmiſerantibus & illius ſortem fœmineo more deplorantibus, miſeramq; uocantibus: Non ſe miſeram, ſed fœlicem eſſe, reſpondit, quæ tales filios genuiſſet. Inſignis mulier, nec pſentibus miſera, & pterito etiam fœlix, q̃ contra publicã opinionẽ & cõſuetudinẽ miſerorũ, ſe fœlicitate pterita, & læti tẽporis memoria ſolaretᷣ, grata q̄ habuiſſet, q̄ amiſiſſet æquanimis, ob hoc unũ digna uti pſperiore ſucceſſu. et illa qdem mulier, tota grauibus fortunæ uulneribus inconcuſſa pmanſit, tu uir unico deiectus luges? D. Amiſi filium. R. Amiſiſti ſimul & metus multos, infinitamquè materiam ſollicitudinum & curarum, quibus ut careres, uel tibi uel filio

moriendum

moriendum fuit, ſecurum patrem ſola mors facit. D. Filium amiſi. R. Si pium, nil eſt quod illi metuas, in tuto eſt, at ſi impium, tuorum numeratorem annorum, tuæ ſtimulum ſenectutis extuliſti. D. Filium perdidi. R. Si uirtute præditum, gaude quod habueris, at ſi uitio præditum, graue ſaltem quod amiſeris, utrobique naturæ beneficium agnoſce, ſeu quod talem dedit, ſeu quod talem abſtulit. D. Ante tempus mihi filium mors rapuit. R. Non fit ante tempus, quod in omni tempore fieri poteſt, in omnem ætatem multi ſunt aditus morti, in adoleſcentia infiniti. D. Sine filio remanſi. R. Et ſine angoribus, & ſine pauoribus, iam nõ erit cui noctes inſomnes, cui ſollicitos dies agas, cui ſpes longas atque inextricabiles ordiâre, qui canos tuos rugasque conſideret, hæreditatem æſtimet, ſumptus arguat, moram mortis incuſet. undique tibi ſecuritas & quies, geminum bonum ingens, titulo licet mortis aſperius D. Acerba filij morte deiectus ſum. R. An non Anaxagoram audieras? an oblitus eras, te genuiſſe mortalem? an id potius forſan luges, quod qui ſequi debuerat anteceſsit? equidem cum in multis inordinata uita hominũ ſit, nullum penitùs mors habet, & ſenes decrepiti cunctantur, & feſtinant iuuenes, & præcipitant pueri, & infantes primo uitæ de limine retrahuntur. hic tardius licet, ille ocius, hic maturus, ille acerbus, nemo non moritur. hæc ſumma eſt, ubicunq; uerò hoc qualibet ætatis parte, quis obierit & ſi acerbus fuerat, morte maturuit. D. Extinctum fleo filium. R. Si fleturus eras morientem & naſcentem fleſſes, tunc mori cœperat, tunc deſijt. noli autem tuam & illius ſortem optimam lugere, ille iter ambiguum à tergo habet, tu ſecurum ante oculos, non iam amplius, aut caro oneri timens, ut Maro ait, aut alteri. D. Cum filio uitæ dulcedo omnis extincta eſt. R. Magnum fateor ac dulce ſolatium patri filius bonus, ſed ſollicitum ac graue, & ſæpè dulciſsima offendunt, & chariſsima impediunt, & pretioſiſsima rerum premunt. Et fortaſsis hic filius obſtabat altiora animo uolucnti, iam mœſtior licet ac liberior factus, aſſurge bona de malis elicere ſapientis eſt. D. Mors me filij mœſtum fecit. R. At quod reſtat alacer exige, illi uixeras, uiue iam tibi.

De infantis filij caſu miſero. Dial. XLIX. DO.

INfantis filij miſerabilem caſum fleo. R. Humanum nihil flendum, homini præmeditata omnia eſſe debent, ſi non ſunt. Non caſum filij, ſed inſcitiam tuam defle, & conditionis obliuionem. D. Filij infantis miſeram mortem quæror. R. Nulla mors miſera, quàm mors animæ non ſequetur, à quo periculo infans tuus immunis eſt. D. Infans meus præcipitio perijt. R. Qualiter quis pereat, quid refert, modò ne turpiter pereat? & perire turpiter non poteſt, qui ſine peccatis perijt. D. Præcipitio perijt infans meus. R. At Archemorus ſerpente, alij grauidæ lacte nutricis, alij morbis, q penè plures illã in ætatẽ, quã in ſenectutẽ incidũt. D. Perijt infans meus p̃cipitio. R. Repẽtina mors innocẽtib. optanda, nocẽtibus metuẽda eſt. D. Infans meus ex alto præceps perijt. R. Languidæ pereuntibus, mors durior, ſæpè & anguſtiæ longiores, dolor omnis eò tolerabilior quò breuior. D. Perijt præcipitio infans meus. R. Præcipitari & ruere illius ætatis eſt proprium, fecit infans tuus quod faciunt omnes, & ſi non omnes caſu pereant. At tu ſine illum perijſſe, pereundum erat, & fœliciter ſecum agitur, prius pereundo, quàm uitæ malis implicaretur, quæ quàm multa ſint, ſciunt experti & intenti, nemo enim non expertus eſt, non intenti autem, multi qui quaſi ſomnium uitam agunt, cuius reminiſci nequeant experrecti. Perijt innocẽs infans tuus, qui fortaſsè ſi uiueret, nocentiſsimus perijſſet. Noli illũ in tuto poſitũ deflere, fortunæ minas omnes euaſit, & præoccupauit. D. Lupus meũ deuorauit infantẽ. R. Iſta iam uermiũ eſt querela. D. Infantis miſeri corpuſculũ, lupus rapuit in cauernam ſuam. R. Fœlicis animam infantis, in cœlum angeli rapuêre.

De filio qui alienus inuentus eſt. Dial. L. DO.

ET (quod morte grauius) qui meus credebatur alienus eſt filius. R. Si ad cõmunem ſpectaretis patrẽ, Comici conſilio, humani nihil à uobis alienum putaretis. D. Diu

alienum filium ut meum paui. R. Suum filium pauiſſe natura fuerit, alienum charitas, modò pòſt factum non pœniteat ſed delectet. D. Filius ille meus dictus alienus apparuit. R. Aperta tibi ad magnum & ſingulare meritum uia eſt, ſi hunc ipſum, ut hactenus, ſic deinceps quaſi tuum paueris: id illi quidem longè gratius atque acceptius Deo erit, ſolent enim ingrati filij, ceu ſibi naturali quodam iure debita patrum alimenta contemnere, & præterea ſcelus eſt amare filium, qui ex te genitus ſit, & à Deo creatum hominem non amare, ita undique apud Deum atq; homines pietatem, eximiam tibi quæſieris ex alieno flagitio. D. Paui pro filio qui non erat filius. R. Pauiſti ut filium, paſce iam, ſi nõ ut filium, at ut fratrem omnium qui ſunt, quique erunt, fueruntúe, unus eſt parens, unus rector. Noli te per inſolentiam diſsimulare, aut per inuidiam atque odium ſacrum naturæ uinculum reſcindere, omnes inuicem fratres eſtis. D. Filium quẽ putabam meum non eſſe audio. D. Vide à quo audias & cui credas, multi enim malis ſtimulis impulſi, falſos rumores ſtudio confingunt, alij linguæ fluxu quodam effrenic; impetu, & quæ ſciunt & quæ neſciunt pari loquuntur audacia, difficilis eſt autem de filiatione ſententia. D. Filium qui meus dicebatur alienum eſſe audio. R. Cur hoc alijs potiùs quàm uxori credis, qua hoc unum ſaltem nemo certius nouit? Illa tibi certè filium dedit, quem nunc alij nituntur eripere, audiſti credo ut patrum memoria, uir illuſtris fuit, cui forma & genere par uxor obuenerat, ſed fama pudicitiæ ambigua. Ex hac unicus infans pulcherrimus natus erat, quem cum die quodam in gremio habens mater, grauem curis & ſuſpirantem uirum animaduertiſſet, quæſiuit quæ tanti cauſa ſuſpirij. rurſus ille ſuſpirans: Vellem inquit, dimidia dominij mei parte paciſci, ut ita mihi conſtaret hunc puerum meum, ſicut tibi conſtat eſſe tuum. ad hæc illa nihil fronte mota uel animo: Enimuerò, inquit, nequaquam tanto pretio eſt opus. Da mihi centum prati iugera ubi greges meos paſcam, de hoc ipſo certum ego te faciam. Cum ille impoſsibile prorſus id diceret, conuocatis qui propè aderant proceribus, & ſponſione interpoſita, natum illa ulnis extulit. Et eſt ne, inquit, hic uerè meus? cumque uir annuiſſet, Illa brachijs protentis, ei puerum porrexit: Et accipe ait, dono eum tibi, iam haud dubiè tuus eſt. Riſu aſtantium oborto, pro uxore diffinitum, & uir omnium ſententijs condemnatus eſt. Crebræ nimis inter homines huius generis lites ac lamenta ſunt, proni in nuptias, immò lubrici ac ruentes, uix uidere diem creditis quo mariti, hoc eſt uiri ſitis, quaſi aliter non poſsitis, dehinc præfuſi in gaudia, ſeu uerius in furores, coniugij dies primos, in ſtrepitu inter epulas & choreas agitis, inter epithalamia & iocos & cantus & tympana, reliquam uitam omnem inter ſuſpitiones & iurgia: utrobique reprehenſibiles. Nam neque rem adeò ancipitem ſic amare, neque tàm inſeparabilem ſic horrere, neque tàm amabilẽ ſic odiſſe decuerat, coniecturisqúe fallacibus apud homines, ſanctiſsima diuinæ atq; humanæ domus iura cõfundere, atq; artiſsima uitæ huius uincula diſſoluere. D. Quid quod meũ uxor nõ eſſe ipſa confeſſa eſt. R. Singulare uelut aliqd narras, quotidiana ſunt hæc. Aliæ uiuentes hoc fatenť, aliæ morıẽtes, quarum aliquæ nunciandum uiris pòſt obitũ reliquerunt. D. Non eſſe meũ filium ipſa mihi faſſa eſt, coniunx. R. Faſſa eſt idẽ Olympias Philippo, magno uiro, magni filij iacturam, nec fletum, nec ſuſpirium, nec querelam legimus. Nunc fabellam accipe ridiculam, ſed materiæ non ineptam. Circa littus Oceani, quod Britanniam ab aduerſo conſpicit, ante non multos annos, fama eſt, fuiſſe mulierculam inopem, ſed forma appetibili, & inſigni laſciuia, hæc duodecim paruos filios, totidem ex uiris genitos habebat, annuis ætatũ interſtitijs inter ſe diſtantes. Inſtante antè mortis hora, uocari, propè uirum iubet. Et non eſt, inquit, amplius ludi tempus, nullus horum puerorum ad te ſpectat, præter maiorem ſolum. primo enim anno noſtri connubij caſta fui. ſedebant tunc fortè pueri omnes humi circa ignem, more gentis aliquid manducantes, ſtupente igitur uiro, atque illis rei nouitate ſuſpenſis, illa ſingulorũ patres ordine nominat: quod audiens omniũ minimũ minus, qui triennis erat, panẽ quẽ dextera, & rapã quam habebat in manu altera, in terram poſuit, at tremens deſiderio & ambabus manibus in altum erectis adorantis in morem. Da inquit, quæſo, mihi genitrix aliquem patrem bonum, cumqúe illa in fine uerborum patrem paruuli nominaſſet, & famoſum quendam di

uitemque

uitemque hominem, reaſſumpto in manibus cibo, benè habet, inquit, bonus eſt pater.

De amiſſo fratre. Dial. LI. DO.

FRatrem perdidi. R. Nondum audio propter quod ualdè lugeas, nimis enim uerè ait Naſo: Rarum eſſe fratrum gratiam. D. Fratrem amiſi. R. Fieri poteſt enim ut & fratrem & domeſticum ſimul hoſtem amiſeris, en iactura, rem malam, boni nominis perdidiſſe. D. Fratrem perdidi. R. Perdidiſti forſitan, qui te perditum optabat, quique in rebus obſtabat tuis, multis quidem magnæ laudis aditum fraternus obſtruxit liuor. D. Amiſi fratrem. R. Filiorum fortaſsis ætatulæ, quod ſæpè uidimus graue iugum, uitæ tuæ æmulum, gloriæ obicem, id quod conſtat patrimonij participem amiſiſti. Fratre impio nullus hoſtis infeſtior. D. At amiſi pium & beneuolum. R. Sed mortalem: non tutela corporis eſt uirtus, uerum animi ornamentum, illi gloriam immortalem præſtat corpuſculum mortis imperio non eximit, immò quidem ſæpè illud ante tempus in mortem trudit, quod ſi naturæ ſuæ linquitur, æquè boni pereunt maliquè, quin & uulgò imbecilles bonos, & uiuaces malos cernimus, immortalem nullum. D. Bonum & glorioſum fratrē perdidi. R. Si frater perijt, ſuperſtes eſt gloria, uirtus anima, præter quas humana omnia, pari mors turbine propellit, ac diſsipat: Has tu igitur ceu totidem filios fratris amplectere, atque his bonis immortalibus mortalia damna compenſa, quod ſi filij ſuperſunt, alij uera illos pietas tuos facit. D. Amiſi germanum optimum. R. Auidè illo uti debueras, id ſi lentius egiſti, nō mortis iniuria, ſed ſegnities tua eſt, illa ius ſuum exercuit, tuum tu neglexiſti. D. Mors me luſit, non putabam tàm citò moriturū. R. Omnia quæ nolentibus accidunt, citò fieri uidentur, quæ optantibus autem ſerò. D. Vix illum mori poſſe credideram. R. Cuncta ſibi uehementiſsimus amor indulget, nilque ſibi non ſpondet, amaroſque cogitatus, & quicquid eſt guſtui aduerſum uitat, ac refugit. Vnde & qui amant penè ſibi æternas delitias ſuas fingunt, tu ſi fratrem natum noueras, & mortalem noſſe debueras, & idcircò ſi prouiſam mortem inopinum uelut aliquid doles, longè erras, ſi improuiſa autem fuit, erraſti. D. Sciebam mortalem, ſed de morte non cogitabam. R. Inconſultè. ſed hæc diſsimulatio ueſtra eſt, uix unquam mori creditis mortales, cum & contingens mori ſemper, & aliquando etiam ſit neceſſe. immò uerò cum nō mori nunquam, mori autem ſemper ueſtræ lex immobilis ſit naturæ, ſed uos aſsiduè morientes, ſenſum à præſentibus, animum à fine diuertitis, uulgare malum, quod quid eſt aliud, quàm ultrò oculos claudere, ne radios ſolis aſpiciant, tanquam lucis ut oculis damnum ſit, illam non uidere, nec minus clarum, quod nō uideas, nec minus uerum eſſe, quod neſcias. Quis tàm cæcus ut non uideat, quis tàm hebes ut neſciat, ueritati rerum nihil detrabit, ſenſuum aut intellectus infirmitas, uos equidem neque infirmi neque obtuſi, ſed quod excuſatione careat, diſsimulatores eximij, & ad fallendum, uoſmetipſos ingenioſiſsimi, qui tanto ſtudio inutilia diſcitis, neceſſaria neſcire nitimini, nequicquam tamē, clauſis nam que ſeſe oculis ingerunt, & neſciendi auidum ingenium irrumpunt, & obliuiſcendi cupidam memoriam interpellant, & multa indies fert uita hominum, quæ uos cogitare adigant, quod nolletis, quæue diſsimulationes ueſtras aut proprijs, aut externis excitent argumentis. Sed ad plenum fateor: figmenta mortaliū, ſola mors diſcutit. D. Et mortalem & moriturum fratrem ſciui, mortuum tamen fleo. R. Magna pars humanorum actuū ſuperflui, quid fles mortuum, aut quid illi, quid tibi, quidue alij tuus hic fletus prodeſt, ut ſit malum mors, quod docti negant, quod nemo negauerit, mali irreparabilis eſt fletus inutilis. Et certè ſi quid præter animi uitij miſerum decet, ſi quid penitus in rebus eſt flebile, flendum potius dum impendet, quàm dum tranſit. quod Regem profectò illum non latebat, cuius paulò ante meminimus. D. Optimi fratris morte afficior. R. Nullus affectus intenſior quàm paternus, quamobrem, ut quæ in morte filij dicta ſunt, fratris ad interitum transfer, & quæ utrobique dici ſolet, amicorum etiam in morte profuerint, quæ iactura par ſummis eſt, ferenda tamen ut reliqua. Vno enim animi robore tolerāda ſunt omnia, quæ uidentur grauia, & ſi creditur oppreſſura ſunt. D.

Amantiſsimum

Amantiſsimum fratrem amiſi. R. Inuiſum amiſiſſe peius fuerat, illius enim amor, huius autem ipſa quoque memoria dulcis eſt. D. Gratiſsimum ipſis ab incunabulis uitæ comitem perdidi, ſolus ſum. R. Non eſt ſolus, cum quo uirtus & honeſtas habitant, inter quas affixam præcordijs fratris imaginem eſſe, nec mors ipſa uetuerit, ſic nec frater tuus perditus, nec tu ſolus.

De morte amici. Dial. LII. DO.

AMiſi amicum. R. Si ut debes, in amico uirtutem amaſti, illa certè non perditur, nec moritur, ideò ueras amicitias immortales dicunt, quod nullo unquam diſsidio amicorum, nec ipſa demum morte ſoluuntur, ſic diſcordiam uitiumq; omne uincit uirtus, ipſa uerò nulla re uincitur. D. Amicum amiſi. R. Cætera cum amiſeris non habes, amicos carosúe omnes, tũ maximè habeas, dũ uideanť amiſsi, præſentia enim delicata, ne dicã faſtidioſa itidem ac ſuperba, minimis rebus offenditur amicorum, recordatio iucunda & ſuauis eſt, nil amarum retinens, nil dulce non retinens. D. Amicum optimum morte amiſi. R. Si commoditates perditas quæreris, utilitatis mihi tu calculum, nõ amicitiæ quidem ponis, ſi conuictum, cogita, quàm parua pars temporis uiuentium, quoque præſentiam exhibet amicorum, quantùm curæ, quantùm morbi occupant, quantum ſopor ac uoluptas, quantùm quoque peregrinantium diſcurſus, ſollicitudinumque diuerſoria, & ſeceſſus, quantùm deniq; ſtudia, quantùm ocia quantùmq; negotia, nũc aliena, nunc propria, & illa rerum multiformium iugis atque inuicta neceſsitas, cui nulla proſperitas eximitur, conuictui detrahunt exoptato, quod congreſſus rari, quàm breues ſollicitæq; moræ, quàm duri digreſſus, quàm reditus ſeri, qui obices, quæ nam impedimẽta, qui laquei. His ac ſimilibus uitæ difficultatibus amicitiæq; compedibus ad memoriam reducti, intelliges quantulum que eſt quod tibi mors abſtulerit, nam ſi id in amicitia ſolũ libras, quod unum illi perpetuum ac ſtabile fundamentum eſt, prorſus nihil ibi mors potuit auferre. Audiſti apud Tullium, ſe ſolantem Lelium, ut illi Scipio ſuus uiuit, ut in memoria eius, nec extincti amici fama, nec uirtus extinguitur. quid Scipionem tuum tibi nunc uiuere prohibet? Sed uos quoniam Scipiones & Lelij non poteſtis eſſe, nec uiri quidem eſſe uultis, & quia ſumma non præhenditis, media deſperatis aut ſpernitis, quaſi ut poëſim, ſic uirtutem mediocrem nec Dij nec homines ſint laturi. D. Amicum mihi mors eripuit. R. Amici corpus eripere mors poteſt, non amicitiam nec animum, ſunt enim ex illorum genere, quæ nec morti nec fortunæ ſubiacent ſed uirtuti, quæ humanis in rebus libera, & quæcunque illi ſubſunt, libertate donare potens eſt. non eſſet tanti pretij amicus, ſi tàm facilè perdi poſſet. D. Sine amico remãſi. R. Si ritè colis amicitias, nec tibi ueteres deſunt, nec noui unquam defuerint amici, quin ex hoſtibus tibi amicos ea quidem reddit opinio: nihil magis Auguſtum Cæſarem conciliauit Herodi, quàm quod is hoſti ſuo amiciſsimum, ſequé illum inimiciſsimum ſe fuiſſe profeſſus eſt, ſua dignum amicitia iudicauit eum, qui tanta fide, ſui licet hoſtis amicitiam conſuliſſet. Tanta eſt uirtutis & amicitiæ pulchritudo, ut etiã in hoſte delectet cogatqúe illum quoque amare, qui ſe oderit. D. Amicus mihi fidiſsimus obijt. R. In memoria tibi ſplendidus eſt tua, ubi clàm ſæpè tecum ſit, & nunquam totus obierit. qui ſi tibi fortè aliter quàm morte perierit, non tu amicum, ſed opinionem falſam amicitiæ perdidiſti.

De abſentia amicorum. Dial. LIII. DO.

AMicorum torqueor abſentia. R. Solet id quidem euenire: ſed qui amici mortem ferre didicerit, aliquanto facilius ferret abſentiam nec franget abitus, quem non fregerit obitus. D. Abeſt mihi optatiſsimus amicus, dextra manus dexterq; oculus meus abeſt. R. Et ſi irredituri abeſſent, nihil tamen non ferendum uiro dicerem, nunc redibũt, & tua tibi reſtituetur integritas. D. Abeſt amicus dimidia mei pars. R. Dimidium animæ ſuæ Virgilium uocat Horatius, quod à multis poſtea uſurpatum, iampridẽ in prouerbium uenit. ſed ſi amicus non naturaliter tantum, ſed ciuiliter poſsidetur, quid amicitiæ

nocet

nocet abſentia, quo minus tecū ubicunq; ſit amicus, ſedeat, ambulet, colloquat̃ uel iocoſa, uel ſeria: & q̃d pſens forte non faceret, abſens faciat. Nā ſi nil aliud uideritis, niſi q̃ ſunt ante oculos, & ſola uos præſentia delectarēt, breuis admodū uiſio, & anguſta delectatio ueſtra foret. D. Amici abſentis dulci deſiderio laboro. R. Atqui amaris ſoliti eſtis laborare non dulcibus, accipere uerò nunc, quod uulgi aures uix captant, dici nequit, quàm tenera, quanque faſtidiens præſentia ſit interdum etiam amicorum, ſæpè paruis offenditur, ut quos ualdè dilexeris, quorum uię præſentiam uehementer optaueris, non amicos modò, ſed fratres aut filios, quod fortè ſollicitudinis ſtudio, uel occupationibus tuis obſtent, abeſſe nonnunquam malis. In abſentia nil amarum, nil quod pungat præter deſiderium, quod dulce tamen, ne tu ipſe quidem negas. D. Dilecti abſentia me affligit. R. Eſt id fateor commune mulierum, atque omnium muliebriter amantium, quorum delectatio omnis in ſenſibus eſt: nihilominus de ijs ipſis Poëta loquebatur ubi ait:

illum abſens abſentem auditq; uidetq;.

Id ſi ita eſt, cur non amicus abſentem quoque amicum audiet & uidebit, niſi fortè purgatiores ad huiuſmodi uiſionē laſciuiæ ſunt oculi, quàm uirtuti, aut plus aliq̃d dignitatis inſano quā caſto tribuitur amori, cui præter honeſtos ac uolucres cogitatus, quos pro libito uagari, & eſſe ubi uelint, nulla diſtantia, nulla uis prohibet. epiſtolari quoq; remedio cōſultū eſt quo neſcio an præſentia ulla ſit gratior. Romæ quidem erat Marcus Cicero dum ad Quintum Ciceronem fratrem ſuum proconſulatum Aſiæ adminiſtrantem ſcribens: Cum tua, inquit, lego te audire, cum ad te ſcribo tecum loqui uideor, & mox eum ad gloriæ excellentiam exhortans: efficaciſſimum id dicit, in dictis factisq; ſuis omnibus fraternam ſibi animo deſinxiſſe præſentiam. Neſcio an Athenis an ubi eſſet Epicurus dum amico ſcribens, Sic fac, inquit, omnia tanquam ſpectet Epicurus. certè in Campania erat Anneus, dum Lucilium ſuum in Sicilia degentem literis alloquēs, ut ſecum ſtudeat, ſecum cœnet, ſecum ambulet hortatur, quæ facere ille non poſſet, niſi animo fierent, et non oculorum neque aurium, non manuum, neque pedum miniſterio indigerent. D. Oculi mei abſentem amicum anxiè requirunt. R. Non poſſum negare quin oculis aliquid per abſentiam detrahatur, animo autem nihil, immò, nec oculis quodammodo, ut prædixi, ſi tamen amicitia uera eſt. unde & illud apud eundem Poëtam & legimus & laudamus: ubi de Euandro ac Pallante eius filio agit: quem ſenex Aeneæ comitem belli contra Turnum adiunxerat, atque abeuntem dimittens Poëta infit:

Stant pauidæ in muris matres oculisq; ſequuntur,
Puluream nubem.

quaſi in ipſis omnia ſunt oculis. & Cicero ipſe in epiſtola quadam, Balbum amicum ſuum in Gallijs ſub Cæſare militantem, non ſolum in animo habere, ſed in oculis ferre, ſe dicit. D. Amicus abeſt meus. R. Interdum non cognoſcitur amicus, niſi abeſſe cœperit, ſicut cūctis in rebus, ſic in amicitijs, copia ingēs guſtum hebetat, penuria acuit. Quod ſi magiſter amorum intermiſſionem amantibus utilem dici, quibus omnibus in præſentia eſt uoluptas, cur non eadem utilis ſit amicis, quorum in uirtute iucunditas tota eſt, quæ abſentiæ nullum ſentit incommodum, cum ubilibet præſens ſit? Noli ergo deſiderio ſuccumbere, ſed amicum mente complectere, quem tibi nec diſceſſus eripiat, nec mors ipſa. D. Amici dulcis abſentiam amarè fero. R. Perfer modò, & molliores partes animi præſenti uirtute conſolida. amariuſcula enim hæc quam defles abſentia, forſan in tempore chariorem *tibi* amicum, & amici præſentiam effecerit dulciorem.

De graui naufragio. Dial. LIIII. DO.

GRaui naufragio iactatus ſum. R. Maris tu mihi memoras naufragium, animi au. ē ſiles, quaſi uerò uel grauius uel crebrius ullū ſit: ibi eſt tempeſtas illa cupidinum & affectuū, ceu uentorū repugnātia, quæ uos tenſis concupiſcentiæ ſpeique uelis, gubernaculo mētis excuſſo, cōſtātiæq; ancoris in alto perditis, per omnes littorū fluxus perq; omnia maria circumuolauit. illud naufragium in hoc traxit, tolle cupiditatem, nauigationem ipſam aut certè periculum nauigandi, magna ex parte ſuſtuleris. Illa non in naues ſolum,

ſed in

ſed in ſcopulos & in mortem cogit miſeros, itaque ferè omnes, qui in ſuis auſpicijs in mari perierunt, prius in animo periêre, priuſquè illos auaritiæ demerſit unda quàm pelagi. Rara eſt quidem ſine præcipitatione cupiditas, quicquid enim uult, confeſtim uult, moras omnes & illarum comites ſummè odit, ea breuis in exitium uia, & crebri prima naufragij cauſa eſt. D. Magno naufragio uexatus ſum. R. Didiciſti Deum orare, uotaquè facere, & paciſci multa, quorum & ſi metus cauſa fuit, tu tamen agnoſce fidem terræ redditus, non impunè Deus luditur, odit ille fidefragos. D. Fœdum naufragium paſſus ſum. R. De naufragio non quæritur, niſi quid euaſit, gaude igitur ſaluus & doctior, tranſacti periculi grata ſolet eſſe memoria, ſicut ex diuerſo finitæ proſperitas amara recordatio. Quãti uerò olim faceres uidiſſe tritones æquoreos, & montes ſpumeos aquarum, atque aſſurgentes fluctus pelagi monſtra natantia? Habes unde brumali nocte ante focum fabellas horrificas nares, attonitis, trepidulamquè familiam admiratione ſuſpendas, iam quid ſit Poëtica tempeſtas intelligis, & qui malè credulus ſtupor fuit, iam notitia certa eſt, quàm benè uel metu mortis, uel iactu mercium ſis adeptus. D. Duro naufragio laboraui. R. Sine labore nihil diſcitur, hoc ſi ſapis, perpetuum documentum tibi erit, ne quando amplius credere uitam uentis in animum inducas. D. Paſſum ſum triſtè naufragium R. Si primum, caue ne ſecundũ adeas, ſi ſecundum ſile. ſcitum eſt illud Publij mimographi:

Improbè Neptunum accuſat iterum naufragium facit.

D. Terribili naufragio uix euaſi. R. Neſcio quid terribilius adeò ſit in aquis mori, quàm in terris, quandoquidem in alterutro moriendum eſt, ſeu quid optabilius uermium cibus eſſe quàm piſcium. poſtquam tamen enataſti, cura ne iterum fracto uitam remo, aut laceræ credas tabellæ, diſce terrenũ animal terrã pati, & cœlũ potiùs ambire quã pelagus.

De incendio. Dial. LV. DO.

EX incendio uix abij. R. An'ne igitur euaſiſſe fortunæ trahis ad iniuriam? ſine quæri Alcibiadem, qui hoſtili ex incendio non euaſit, quanquam & terreſtre præuideris, cœleſtibus quis iã obſtet ex incẽdijs? Romanus mihi rex Tullus Hoſtilius & Romanus reſpondeat Imperator Carus, quorum primus Romæ in regia, alter in caſtris Tygrim amnem, ſi communibus hiſtorijs eſt fides, igne arſit æthereo. D. Bonis meis omnibus amiſſis nudus, ex incendio euaſi. R. Quando precor hoc diceret ſeu Bias ut omnes uolunt, ſeu Stilbon, ut uult Seneca, qui incẽſa patria admonitus ſeu increpitus, quod nihil ſuorum bonorum ex incendio efferret ut cæteri: Bona, inquit, mea omnia mecum porto. Præclarè ſiue horum alter id dixerit, ſiue uterque, quamuis hæ uoces ex ore primi ſemper auctoris clàrius ſonent, ſed omiſſo auctore, dicti ueritas utiq; nota eſt. Hærent nempè præcordijs uera bona, quoq; nihil eripitur poſſeſſori, ſed ne mortuo quidem, in anima enim ſunt, quo nec fortunæ nec mortis dextra ſe porrigit, tu ſaluus & incolumis perijſſe tibi aliquid corũ doles, quæ ſi tua fuiſſent, proculdubiò tecum hodie ſalua eſſent. Mihi etenim crede, uera bona non pereunt, non eſt aurum uirtute nobilius, ne par quidem, quod non igne conſumitur ſed purgatur. D. Magnum me afflauit incendium. R. Cæculus neſcio quis famã diuinitatis igne quæſiuit. apud Virgilium Iulij comas flamma corripiens, prima dubiæ ſpem ſalutis attulit, Seruio caput arſiſſe, non poëticum ſed hiſtoricum regni omen fuit, conſtat ex flammis Iliacis prodijſſe Romani Imperij fundatores, deniq; & Heliam incendio obijſſe, Deumq; ipſum in flamma ignis apparuiſſe, ſacræ loquũtur hiſtoriæ, ut non immeritò ueſtris in urbibus index hic ſoleat eſſe lætitiæ, qui tibi materia eſt doloris. D. Domus igne ſubitò conflagrauit mea. R. Et templum Dianæ olim arſit Epheſiæ, quo nil ſecula illa formoſius uiderunt: arſit & templum cœli Deo ſacrum Hieroſolymis, ipſis etiam qui illud incenderant miſerandum hoſtibus, & ætate hac Lateranenſis arx illa religionis ac decus eximium orbis terræ, bis flammis exuſta eſt, euidens & apertum, ut mihi uidetur, iræ cœleſtis indicium, nõ mirabile fateor, ſed tremendum. Ad extremum ut minores taceam, Saguntum, Numantiam & Corynthum, innumeraſq; alias, & ſæpè tentauit Romam & nonnunquam penè ad ultimum, & Carthaginẽ, ſemel & bis Troiam flamma combuſſit.

Arſit

Arſere urbes, arſurumq́ue mundum ipſum credimus, tu in tuam domum auſum ignem, qui in cœlum ac terras arſurus eſt, quæreris. D. Ex incendio uix euaſi. R. Euaſiſti igitur, an id doles? niſi euaſiſſes ſiluiſſes, nunc autem uiuus cinis, cinerem fles extinctum.

De graui negotio ac labore. Dial. LVI. DO.

GRaui negotio defatigor. R. Nulla ſine difficultatibus gloria, nulla nō uirtus in excelſo habitat, haud facilè adeunda, confragoſum huc durumq; & ſcrupeum eſt iter. D. Nimio labore fatigor. R. Labor area eſt uirtutum, requies uoluptatum: nil ſine labore laudabile, nil excelſum. Proinde laudis Herculeæ fundamētum, labor: nulla re magis Vlyxes quàm labore cognoſcitur, quantalibet prudētia fingeretur, ſi ocioſa fuiſſet, ignota eſſet. Labor Romuleos duces, Scipiadas & Camillum, labor Fabios, labor Curios, labor Fabritium & Metellos, labor Magnum quoq; Pompeium, labor Hannibalem, labor Iulium Cæſarem illuſtrauit, Labor Catonibus, labor Mario famam dedit, Papyrium Curſorem ac Feſcennium Nigrum laborioſa militia claros fecit. Vt Philoſophos, ut Poëtas ſileam, quorum uita omnis, quid niſi clarus ac delectabilis labor eſt? quid de artificibus dicā, quibus ipſa qualiſcunq; eſt gloria, quo ſtudio quærenda ſit noſti, à quibus induſtria & antelucana uigilia præueniri, deq; hoc quæri ſolitum Demoſthenē accepimus, qui profectò nō paruus ſtimulus eſſe poteſt magna tractantibus, quando minima, quoq; ſic animos acuūt atq; exercent, proinde omne genus hominum percurre ubi famæ multum & plurimum eſt laboris, & omnino uirtutum amatoribus amandus eſt labor, ſine quo ad eam quā amāt & quam cupiunt gloriam peruenire fas non eſt. D. Labore exerceor cōtinuò. R. Parum profecerit magnus labor niſi ſit iugis: nam & ipſa quæ labore quæritur gloria, niſi ſit perpetua nec magna uidebitur. D. Nimis crebris exagitor laboribus. R. Nimiū & parum pro uarietate patientiū accipitur, ignauo labor omnis eſt nimius, nullus induſtrio. D. Multi me cruciant labores. R. Non te cruciant ſi uir es, ſed acuunt & exercent, uis autem noſſe quid inter laborē & delitias interſit, Sardanapalum cōfer cum Alcide, Sergium Oratam cum Attilio regulo, Apitium cum Caio Mario. D. Labor me iugis extenuat. R. Multis pro remedio labor fuit, & quos quies infecerat, defecauit, deterſitq;, nam curare illum animos conſtat, & orientibus uitijs obſtare, & radicata conuellere. Deniq; inter priſcæ uirtutis ac ſeculi exemplaris cauſas, hinc labor à ſcriptoribus ponitur, hinc paupertas, optabiles corporum moleſtiæ, quæ medentur moleſtijs animorum. D. Durus eſt labor. R. Dura uirtus, durus labor, mollis uoluptas, mollis inertia, ſimilia benè cohabitant. Inter diuerſa diuortium eſt. D. Nimium laborioſa ſors eſt mea. R. Oneratum te ingrate accipis, neſcis ut nocte media dum dicatæ Deo uirgines ſtratis ſurgunt, algent, uigilant, diuinis obſequijs exercentur, adulteræ ſuis interim perfruūtur illecebris, dum pro defendēda patria miles in caſtris, pro augenda dux in tabernaculo, pro ornāda ſtudioſus inter libros excubat, leno infamis inter ſuas acies, inq; ſuis tentorijs conquieſcit, quibus uerò ſit melius diffinire, nemo cui uel modicum ingenui ſit pudoris, hæſitet. D. Labore urgeor acerrimo. R. Benè ſpera, cauſa tantum laboris honeſta ſit, honeſtus eſt labor, quo uel uno claris aſcribare nominibus, omnes quidem qui ad gloriam nituntur, laborioſus atq; arduus trames agit. ad ignauiam deuexa & facilis uia eſt, denique quiſquis naſcitur, ad laborem naſcitur, nec regum filios excipio. Labor & uirtus ueſtræ artes ſunt, non ocium & uoluptas quibus quiſe applicant, hi demum à natura hominum degenerant, atque in pecudem ſe transformant. D. Graui atteror labore. R. Idem cedentibus grauis labor, qui nitentibus leuis eſt, perfer modò forti animo, & aſſurge præſentiq́ue moleſtiæ finem confer. Multos quidem labor extulit, multos induſtria, ſopor nullum.

De duro itinere. Dial. LVII. DO.

DVrum iter pedibus meis ago. R. Quid tu igitur alienis malles? atque neque alienis manibus operari, neque alienis oculis uidere, neque alienis auribus audire, neq;

alieno

alieno palato deguſtare, neque alienis naribus uultis olfacere, quid hoc unum ſingulare habet, ut tantum pedibus ambulare delectet alienis? D. Pedes eo. R. An uero in hunc mundum intraſti eques, an exibis, quid per mundum ire niſi eques doles? O principium humile, & ô finis humilior, quã ſuperba iter utrunque ſunt media, & in breui curſu, quanta prorſus obliuio terminorum, nec unde certè, nec quo pergitis meminiſtis. D. Longum cogor pedes agere. R. Cogi quidem durum fateor, cogi autem uolens nequit, indignatio & dolor neceſsitatis pondus exaggerant, patientia & conſenſu animi fortunæ culpis obtunditur. uis non cogi? fac ſponte quod cogeris. uis ut iter longum breue fiat? uolens I. D. Equitare uellem, pedes ambulo. R. An inſaniæ parum eſt, unũ ob quadrupedem, cuius uſum neſcis, quamdiù tibi fortunæ cõceſſerit naturæ numerum obliuiſci? quod multi faciunt, qui uilis atque intractabilis & caduci equi fiducia dediſcunt pedibus ſuis ire, quibus quæſo, quid aliud quàm diuitem cupias podagram, hoc eſt pedes inutiles, equos multos. D. Longum iter pedes ibo. R. Ibis pro libito, nemo te tranſuehet, nemo morabitur, nemo concutiet, nemo deijciet, nemo aget in præceps, unus tibi labor uiæ, unum opus ire, nil tibi tuo cum uectore negotij. Non cogeris enim equum frenare, non pungere, non adaquare, non ſubſternere, non circunducere, non fricare, non paſcere, non aut tergum ungere, aut arentem pedis ungulam & tractare digitis ancipites clauos, aut nocturnos ſudibus arcere concurſus, & ſomno exciri, trepidus ſemperq; ſollicitus, quid bellua peruigil, cum uicinis agat, ſaltem noctibus quieſces, nam qui equitant noctu etiam laborant. D. Pedibus longum iter ago. R. Calceatus forſitan, ſancti autem patres nudis pedibus deſerta luſtrabant, nuncij Dei omnipotentis Apoſtoli, mundi climata circuibant, hic ad orientem, ille ad occidentem, hic arcton, ille ad meridiem, nauigantes interdum rarò id quidem, neque aliter quàm cogente locorum ſitu, ſed quem precor equidem legis, præter unum ex omnibus Ioannem? neque id amplius quàm ſemel, idqúe perexiguo uiæ ſpatio, dũ quod Clemens ſcripſit, & eccleſiaſtica habet hiſtoria, ad recuperandam perditi adoleſcentis animam, pia illũ feſtinatio perurgeret. quomodo autem equitarent, quorum dominus pedes ibat? Vix aſellum ſemel quidem, ille mox in crucem aſcenſurus aſcendit. quod ſi ſanctitate inacceſsibili hæc exempla te prægrauant, at Romanæ legiones, quæ orbem terrarum ſubegêre, magna ex parte pedeſtres fuiſſe noſcuntur, in quibus non ſe ſolum atque arma ſuis pedibus quiſque portabat, ſed multorum panem ac uiaticum dierum, uallum quoque, quo in finibus hoſtium caſtra indies circumſepta nocturnis ab inſultibus tegerentur. Vnde eleganter Cicero noſter, quodam loco de militibus Romanis agens, cum fortibus uiris cæterarum gentium, arma, non impedimenta, ſed quaſi ueſtimentum eſſe dixiſſet, hoc præcipuum illis dedit ut diceret: Romanis ſolis arma non ueſtem eſſe, ſed ut humeros ac lacertos: at cũ eas quas dicebam militares ſarcinas ſubijſſent, tùm demùm uideri ſibi eſſe ueſtitos, neu quis moderni ſermonis conſuetudine labi poſsit, militum appellatione pedites accipi, eoſqúe ab equitibus, quamuis uterque militet, hoc ſecerni nomine ſolitos, multis Romanæ hiſtoriæ locis aduertere eſt. proinde magnum tibi lenimen ac ſolatium laboris horum recordatio præſtare poteſt, non inermi tantum ac uacuo & duro, licet tuto tamen calle pergenti, ſed amaro etiam atq; onuſto & periculoſo tramite peditanti. Siquidem nihil ad tollerantiam aſperarum rerum efficatius, quàm cogitare eadem multos fortibus animis fuiſſe perpeſſos, pudet enim generoſum ſpiritum, non poſſe unum, quod innumerabiles potuere, quæ cogitatio non in laboribus modò qui difficiles, ſed in his quoque qui miſerrimi uidentur cruciatibus, in doloribus corporeis, maximè in ipſa demùm morte profuerint. D. Longum ego durumqúe iter pedibus mœſtus ago. R. Nihil æquè durum iter lenit, mœſtum animum ſerenat, ut nobiles ac ſuaues curæ, quæ niſi boni & docti uiri pectus incolere, uiaſqúe omnes comitari neſciunt. His ſi grata ſocietas, amici læti & eloquentis acceſſerit, non tantum leue iter, ſed & breue uidebitur. Multos iucunda confabulatio, ſic affecit, ut & uiæ duritiem non ſentirent, & de breuitate longi licet itineris quererentur, neque iuiſſe, ſed uectos eſſe ſe crederent. eſt &

illud enim

illud enim inter Mimos Publij notiſsimum:

Comes facundus in uia pro uehiculo eſt.

De ſterilitate annua. Dial. LVIII. DO.

STerilitate premor annua. R. Iam tibi fertilitas grata erit, optimè res omnis contrarij collatione cognoſcitur. D. Fefellit ager meam ſpem. R. Non te ager fallit, ſed improbitas cupiditasqúe animi. Cuncta uobis ad nutum ſucceſſura promittitis inſolentes, ueſtro digni iuditio, quibus ipſa rerum pateat natura, quæ ſi ſuum ius ſeruare auſa, profundam ſemel auaritiæ ueſtræ perruptamq; uoraginem, cui nihil eſt ſatis inexpletam liquerit, inſolens uobis & auara atque iniurioſa uidebitur. Non ſunt hæ autem iuſtæ nec modeſtæ ſpes, ſed immodici figmenta deſiderij, ea quidem fingitis euentura quæ cupitis, ſi quid deeſt damnum dicitur. Tuus ager ſuum morem tenuit, & tu tuum tenes, terræ etenim ubertas & ſterilitas alterna, ſed cupiditas ueſtra perpetua eſt. Vos iniquiſsimi omnium interpretes, cum illam gratè & ſobriè, hanc patienter ac fortiter ferre debueritis, illam contemnitis, hanc defletis, illa tumidos facit, hæc querulos. D. Ager meliora pollicitus me fefellit. R. Terram bobus ac raſtris, cœlum uotis ac precibus fatigatis, uentorum ſpiritus, opportunitas imbrium, germinum decor, agri ſpecies, puluis hybernus, lutum uernum, æſtiui ſoles, maturitas autumnalis, omnia cupidos in ſpem trahunt. Vt arentem ſtupam flamma omnis incendit, ut inanem puluerem flatus omnis impellit, ſic auarum animum lucrum omne ſuſpendit atque erigit, omnisqúe nõ rei modo, ſed uel tenuis ſpei iactura confundit ac deijcit. Sed frenate miſeri motus inconditos, infinitam concupiſcentiam coërcete, & ſpem credulam mille tandem deluſam ſucceſsibus caſtigate, quid nunc cœlum terramq; reſpicitis? Non aliunde fertilitas quàm à Deo eſt. Illum mortales agere ſinite, & uidete quid agitur & laudate, ſinite opificem operari, & unius artificij perito homini exhibendam reuerentiam non negetis, Deo pudeat terrea uaſcula, cœleſtem figulum arguere, ſed in omnibus illi uoce atque animo gratias agite, qui neceſsitatum conſcius ueſtrarum, neque cupiditatum neſcius, illis ſuccurrit, his occurrit. Vtrobique miſericors, utrobique terribilis, In conſilijs ſuper filios hominum: ut de illo ſcriptum eſt. Sperate iam tandem non in agris ueſtris, ſed in domino & facite bonitatem, & inhabitate terram, & paſcimini in diuitijs eius. Delectamini in Domino & dabit uobis petitiones cordis ueſtri, quæ ubi cœperitis in Domino delectari, auarè eſſe non poterunt, neque iniuſtè. Reuelate Domino uiam ueſtram, & ſpectate in eo, & ipſe faciet. Iactate ſuper Domino curam ueſtram, & ipſe uos nutriet. Quid cœleſti manu æditi, non niſi terram cogitatis? terramqúe diligitis? nolite has ſacras uoces ut ſoletis ſpernere. nolite auras p'uuiasq; & tempeſtates idoneas aucupari aut precari, nolite in terram ſpem habere, ſed in illo qui reſpicit terram, & facit eam tremere, qui de ſaxo duriſsimo fontes liquidos elicit, qui te denique ab agello tuo falli paſſus eſt, ut in illo ſpem poneres qui non fallit. D. Multum ſolita de copia demptum eſt. R. Id modò ſubducitur quod plus æquò uel dederunt anni præcedentes, uel ſequentes dabunt: modeſtiæ quantulumcunque ſat eſt. Auaritia lucro creſcit, eòqúe fit pauperior, quo plus habet, magna uitiorũ genitrix, magna nutrix atq; hortatrix eſt copia, patere malis tuis demi aliquid, quo minus copiæ, minus erit inſolentiæ, minusqúe libidinis. Adde quod hæc tui ruris iniuria, apud multos beneficium ac largitas haberetur, tuqúe ipſe ſi aſſueuiſſes inopiæ, ubertatem hanc & copiam iudicares, tantùm in iuditio rerum ſemper conſuetudo præiudicat, tantamqúe uim habet, nunc quid mirum ſi temperata faſtidiunt, qui ſuperuacuis aſſueuêre, qua nulla maior procella modeſtiæ eſt. D. Sterilitas urget inſolita. R. Sæpè quidem fortiores uiros plaga fert ſterilis, fertilior molliores, neq; fert modò, ſed facit atq; alibi natos, durat aut mollit, ſic molliuit Gallos primùm, pòſt Romanos Aſia, Alexandrũ Babylon, Hannibalem Capua. contrà uerò Romanam indolem durauit & cotis in morem acuit illa arens & ſcopuloſa pars Ligurum, te quem copia molliebat, duret. Sobrietatem te doceat ager tuus, & quod libri uberes ne-

quiuęre, glebæ faciant aridulæ. Nemo deſpiciendus eſt magiſter diſciplinæ utilis, diſce benė uiuere, diſce uel ſenex, diſce uel nolens, diſce uel indignans.

De uillico malo & ſuperbo.
Dial. LIX. DO.

Villicum inſolentem patior. R. Inſolentem tantùm & non furem, benė tecum agitur. D. Villicus malus eſt mihi. R. Malum fer æquanimis, uillicus niſi peſsimus, bonus eſt. D. Villicum durū ægrėfero. R. Mollē delicatumq; ferres ægrius, duritìes ruſticorum epitheton eſt, duris cum bobus, cum ſtiua & uomere, cum ligonibus & raſtris, dura deniq; cum tellure lucrantur, quid ni ipſi etiam duri ſint, ſi nil aliud eſt quàm durus, bonus eſt uillicus. D. Ruſticum importunum ferre nequeo. R. Atqui uel feras uillicum, uel ipſe uillicus ſis oportet, uel incultum rus elige: dura ſunt omnia. D. Ruſticus intractabilis, indigeſtus eſt mihi. R. Nil horum impræmeditatum tibi eſſe debuerat, mox ut terram habuiſti, labores uarios præſagire, ſterilitatem & uillici faſtidia debuiſti. Dixi dum rure gloriareris, excultos ruſticos, ultimos hominum terris abeuntem iuſtitiam reliquiſſe, ſi unquam genus humanum reuiuiſceret, eoſdem illos puto ultimos reperturā, ita quos ſequebantur præceſſerunt, maiorumquė omnium peſsimi facti ſunt. D. Aſperrimus uillicus eſt mihi. R. Vbi ueritas dixit, quod terra homini ſpinas & tribulos germinaret, ſubintelligendum fuit, & ruſticos tribulis cūctis aſperiores. D. Villicus eſt mihi nequiſsimus. R. Aut uillici nequitiā tolerare condiſce, aut famem perpeti, mutare enim uillicum non proderit, ad unum modū fermė omnes facti ſunt, niſi quod ſemper peior eſt ultimus. D. Villicus fur eſt mihi. R. Dixiſti tandem quod dicturum præſtolabar, ita enim furtis addicti ſunt, ut eis aliquanto ſit dulcius, id modicum quod furantur, quam quicquid ex omni iuſto labore percipiunt, & hoc ipſum tandem eſt ferendum, nec queri unus debet, quod omnibus eſt commune. Profectò autem & ſi Poëta ruſticos ultimos à iuſtitia derelictos faciat, ut bis dixi, apud uos tamen hominem primum humano ſemine genitum, & agricolam fuiſſe conſtat & parricidam, ut fuiſſe ſemper peſsimi uideantur, dumq; id recolis nō mireris fures. D. Villici culpa rus perditū ac deſertū eſt. R. Hoc quotidie multis clarioribus Anaxagoræ accidit, & Architæ, uterq; credo doluit, neuter excanduit.

De furtis. Dial. LX. DO.

ID modicum quod ſupereſt à furibus uix defendo. R. Rure te uillicus tuus patientiam mali huius edocuit, quam quęc in urbibus exhiberes. D. Me fures infeſtant. R. Contra hoc malum nil querelis agitur, ſupplicijs opus eſt, interim cuſtodia proficit uigilanti. ſunt qui nihil cuſtodiant & accuſant fures, cum uetus ſit prouerbium: Occaſio furem facit. D. Limen meum fures obſident. R. Claude oſtium, obde ſeram, aperi oculos atque intende, ſi neglexeris temetipſum culpa, raró fur intentis obfuit. Illi tuſtius quæruntur, quibus non ſunt domus, quales ſunt quidam populi ſub meridiem & ſub arcton, & ideò apud Scythas, ut ſcriptum uides, nullū ſcelus furto grauius, & ſequitur ratio, quid enim inter ſyluas ſupereſſet ſi furari liceret? D. Fures mihi ſubtrahunt res meas. R. Suas fieri uolunt, nec tu uetas, puta ergo negligentiam tuam plecti, rerumq; te tuarum cuſtodiam hoc pretio doceri. Vtilia non diſcuntur gratis. D. Mihi moleſtiſsimi fures ſunt. R. Importunum planė genus hominum, iure optimo bonis omnibus odioſum, non modò ut peſtilens, ſed ut uile, ſic enim habe, non enim aliter quàm ſumma animi uilitate aliquem ad hoc trahi. haud immeritò igitur Aurelius Alexander princeps iuuenis, ſed bonus, tanto furum odio flagrauit, ut de illo ſcribat Aelius Lampridius, ſi quem talium uidiſſet, paratum digitum habuiſſe, ut illi oculū erueret: tantiq; eum ſtomachi fuiſſe in furtorū infamia laborātes, ut ſi eos caſu aliquo uideret, cōmotione animi cholerā euomeret, toto uultu inardeſcente, ita ut nihil loqui poſſet. Nobilis prorſus indignatio generoſi

animi,

animi, uerè ingens furum fœditas, quæ uiro forti & ſublimi ſic ſubitò nauſeam extorqueret. Quinimmò cum quidam ex honoratis aliquando furti reus, ambitioſè tandem fauore quorundam amicorum regum ad militiam aſpiraſſet, & ſtatim in furto deprehenſus eſſet, (uix enim illi uitio aſſueti deſiſtere, unquam ſciunt) quæſiuit Alexander à regibus qui illum promouerant, quid apud eos paterentur fures? cunquè illi reſpondiſſent: Crucem. illicò eum de illorum ſententia crucifixit. D. Furtis infeſtor. R. Contrà furta bona eſt uigilantia atque cuſtodia, ſed optima eſt paupertas: quamdiù aliquid erit quod furibus dulce ſit, eorũ uel manus certè uel oculos non euades, uis fures non metuere: pauper eſto.

De rapinis. Dial. LXI. DO.

A Prædonibus ſpoliatus ſum. R. Quamuis ciuili lege, niſi fallor, ſcriptum ſit. Quod nullus fur improbior quàm qui ui rapit: ſunt tamen clandeſtini fures me iudice uiliores, illi enim fraude agunt, hi autem ui. Et ideò iuxta ſententiam Ciceronis, illi uulpeculis, hi leonibus aſsimilantur. adde quod fures rebus ſpoliant, ingeruntquè ſuſpitiones, at prædonibus ſpoliaſſe ferè ſat eſt, ſuſpitionibus non relinquunt locum. D. In prædones incidi qui me nudum reliquerunt. R. Incidit in prædones Cæſar, à quibus non ſpoliatus modò ſed captus, magno ſe tandem pretio redemit, futurus rex dominus, quamuis huic damno ſolatium ultio mox ſecuta præbuerit, non exiguum lenimen iniuriarum. Incidit in manus hoſtium Regulus totiens iam uictor, qui magno cum imperij ueſtri damno atque diſcrimine, eundem immani ſupplicio peremerunt. Incidit in hoſtes quoque Valerianus Imperator, qui eum multo cum imperij dedecore, fœdo ſenili ſeruitio confecerant. Tu ſi nihil ultra quàm ſpoliatus es, & fortunæ tuæ & prædonibus gratiam habe, qui tibi libertatem uitamquè reliquêre. Non eſt enim aliud beneficium latronũ, quàm quod Cicero ait in Philippicis, ut commemorare poſsint, his ſe uitam dediſſe quibus non ademerunt. Fer tu igitur ſortem tuam communem, tibi cum magnis his atque alijs claris, & ſi compareſ, facilẽ etiã atq; optandã, neq; fœlicior eſſe uel is his, qui dicuntur fœliciſsimi.

De dolo malo. Dial. LXII. DO.

A Circumſcriptoribus ſum deceptus. R. Miraris: Mirarer ergo, ſi inter homines cõſeruando illæſus euaderes, quis homo enim hominem non decipit? Fides exulat, regnat fraus, hoc ne nunc nouiter perpendis? non tanto ſtudio, neque tot laqueis uenatores atque aucupes feras ac uolucres captant, quot uerſuti homines alios quoſque ſimpliciores, quod ſi unquam uerum fuit, ueſtra ætate ueriſsimum eſt. Monſtrantur digito fraudũ magiſtri, & ille prudentior iudicatur, qui peritior eſt fallendi, uis ne igitur non decipi? Aut morere, aut fuge hominum conſortia. D. Dolo malo unde non timui circũuentus ſum. R. Si timuiſſes deceptus fortè tàm facile non fuiſſes, & nunc cogita, an tu quenquam aliquãdo fefelleris: Eſtis enim ferè omnes ad fallendum proni, feres autem facilius ab altero tibi fieri, alteri quod feceris ſed uos & quæ facitis alijs non ſentitis, & quæ ab alijs fiunt uobis, pati non poteſtis, rerum omnium iniquiſsimi iudices. D. Dolo amici damnum tuli. R. Erras ut in multis: nullus in amicitia dolus eſt, ſed in hac etiam uulgò erratis, amicos creditis, qui non ſunt, amicitiamquè rem inextimabilem atque ſanctiſsimam facili probatis experimento, uſque adeò rerum utilium curioſi, leui commeſſatione, aut breui confabulatione quæritis amicum. nec citius quæritis quàm perditis, ſi tamen quod non habetur perdi poteſt. Poſtea ab amicis uos deceptos dicitis, & hanc infamiam amicitiæ iniuriis innocenti. D. Dolo damnificatus ſum. R. Multis profuit falli, eris cautior in reliquis. quidam paruæ rei damno, maximarum rerum pericula declinarunt. D. Circunſcriptor iniquiſsimus me fefellit. R. Immò tuum exercuit atque excitauit ingenium, docuitquè non fidere niſi expertis & probatæ fidei. enumerarem exempla, quibus caſum tuum ſolareris, niſi eſſent innumerabilia. quis enim uiuens non decipitur? quicquid mali mortalibus accidit, minus eſt quàm quod homo patitur ab homine. et quoniam ſequi omnia nec poſsibile nec neceſsè eſt, memento Caninij, qualiter Syracuſis fuit dolo malo

quondam à Phitio circumſcriptus. Habet tamē Caninius quo ſolari queat, eques Romanus ab extraneo & uiuente deceptus, cum Auguſtus Cæſar Imperator Romanus, à romano ciue moriente deluſus ſit. Nota res eſt, ut Marius quidam, qui ipſius Auguſti beneficio ab infimo militiæ gradu ad ſummos honores atque opes aſcenderat, ſemper publicæ prædicare ſolitus ſe illum unum hæredem habiturum, eique bona ſua omnia relicturum, à quo omnia percepiſſet, idipſum cum pridie quàm obiret eidem affirmaſſet Auguſto, fraudulentum ſpiritum emiſit, tandem nulla Cæſarei nominis, uel tenui mentione in teſtamento habita. Dignus uerè cuius cadauer unco in Tyberim traheretur, qui dominum ac benefactorem ſuum fallere, nec morte dediſceret.

De habitatione anguſta. Dial. LXIII. DO.

ANguſtè habito. R. Anguſta domus ad multa eſt habilis, inter alia contra fures utilis, de quibus pauloante quærebaris, qui in ea latebras non habent, ſicut ex aduerſo de magna domo rectè dicitur, quod dominum fallit, & prodeſt furibus. Artam ſanè uel amplam domum pro numero inhabitantium accipio, tu nunc ut tibi uideris anguſtè habitas, at quantò habitat anguſtius anima tua, quantoque fœdius inter ſaniem & cruorem, nec migrare illam inde ſi fieri poſsit unquam uelis. D. Arta domus eſt mihi. R. Domus lutea cœleſtem animum non anguſtat, ſæpè parua domus magnæ gloriæ capax fuit, cum magna interim multæ infamiæ plena eſſet. non format domus animum, ſed ab illo formam accipit: ut læta igitur atque honeſta pauperum tuguria eſſe poſſunt, ſic infames mœſtæque regum arces diuitumque palatia. Nulla tàm parua domus eſt quam non amplificet magnanimus habitator, magnoque hoſpiti ſe præſtet idoneam. D. Parua domus mea eſt. R. Parua Euandri regia, magnum cœpit Alcidem, modicis ædibus, futurus mundi dominus natus eſt Cæſar, paſtorali caſa, Romulus ac Remus, tàm magnæ urbis auctores educati. non amplis atrijs habitauit Cato, uolubili dolio Diogenes, anguſto tugurio Ilarion, imis terræ ſpecubus ſancti uiri, in exiguis hortulis magni Philoſophi, ſub diuo modicisue ſub tentorijs ſummi duces, in ſtupendis palatijs Caius & Nero, tu cum quibus habitare malles elige. D. Anguſta eſt mihi domus & humilis & inculta. R. Muri fures uentosque ſubmoueant, & utriuſque pelora uulgi tædia, tecta, frigus, æſtum, ſoles, imbres arceant, turres aëreæ uolucribus, domus ampla ſuperbiæ, ornata luxuriæ, referta cupidini, nullum uirtus ſpernit habitaculum, niſi uitijs occupatum. D. Peranguſtè habito. R. Vis ne tibi domus omnis ampliſsima uideatur, ſepulchrum cogita.

De carcere. Dial. LXIIII. DO.

CArcere claudor indigno. R. Melior eſt indignus carcer, quàm indigna libertas, multoque ſatius immeritum pro iuſtitia mala pati, quàm per ſcelus bonis affluere, quamuis nec mala illa dici debeant, neque hæc bona, ſed loquor ut uulgus, quod dolorem malum ingens, uoluptatem ſummum bonum iudicat. D. Carcere clauſus ſum. R. Quis non carcere clauditur, aut quis inde digreditur, niſi dum moritur? Vetus hæc tua omniumque ſors eſt, unde propriæ, unde nouæ igitur querelæ? Ita enim ſcito, ex quo die natus es, & antequàm naſcereris in carcerem atque in uincula miſſum te, illius imperio, cui omnis cœli ambitus exigua domus eſt. & ſi quid ſummo creditur Poëtæ, tenebroſum utique carcerem & cæcum. Illius carceris exitum, ſi fœlicem cupis, huius anguſtias non horrebis, ſicut nec ſupplicia, nec mortem, nec humani aliquid, ad quorum patientiam & contemptum niſi præparatus armatusque erit animus, in quacunque fortuna calle graditur ancipiti. D. Turpi carcere claudor atq; anguſto. R. Nullus carcer turpior, & anguſtior nullus quàm iſte corporeus, quo uſqueadeò delectaris, atq; unde tantoperè ſolui times. D. Carcere detineor importuno. R. Multos periculo inſtanti atq; hoſtilibus manibus carcer eripuit: multis limen carceris pro clypeo fuit, & q intraſſe profuerat, exiſſe nocuit, ut exitu admoniti, quod horruerant utile, quod optauerant miſerum, fa[illegible] terent. B

Carceri

Carceri mãcipatus ſum. R. Quid ſcis an fortaſsè non carcer, Sed ut dicitur cuſtodia ſit? quotiens uinculis explicitos hoſtilis mucro, ſiue hoſte ſæuior paupertas, inuaſit? quotiens euaſiſſe pœnituit? & carcerẽ quæ diuturnam quæri cœperant, non fuiſſe perpetuũ queſti ſunt? Vidimus in carcere quoſdam lautè uiuentes, mox inde digreſſos tenuem ac difficilem uitam, mœſto fine clauſiſſe. D. Miſeram in carcere uitam dego. R. Quidam libros in carcere texuerunt, tu querelas texis inutiles, quidam literas in carcere didicêre, tu patientiam dediſcis. D. Carcerali cuſtodia uinctus teneor. R. Plerique cauernis ac ſpeluncis, alij ſe murorum anguſtijs incluſêre, carcerem ſpontaneum, uel Dei amore uel mundi odio uulgique faſtidio eligentes. Tu ſi hoc animo non es, tuique carceris finem cupis, expecta, aut te hinc homo eruet, aut mors, quæ clauem carceris alteram habet, unus quidem introitus, exitus multi ſunt. alium miſericordia, alium ius eruit, alius innocentia ſua, alius cuſtodum negligentia euaſit, alius pretio, alius ingenio, & uel ſubterraneis cuniculis, uel tenebras amicæ noctis elapſus eſt, quibuſdam patrum memoria terræmotus & ruina carceris uiam fecit, ad poſtremùm quos nihil emiſerit, mors abſoluit. Nec minus uarij euadentium euentus, Marium Conſulatui carcer dedit, Iulium Cæſarem Pyratarum cuſtodia ſummum miſit ad imperium, hac ætate quidam de lumine carceris ad dominium tranſiuêre, & catenam ſibi excuſſam iniecêre alijs, denique Regulum & Socratem multosque alios, non tam carcer extinxit, ut uiſus eſt, quàm carceri clarus finis eripuit. et ad ſummam, quoſdam carcer ad inſignem gloriam, alios ad eximiam fortunam, ad regnum alios, multos ad cœlum miſit, ad ſepulchrum omnes, nullum cœpit quem non redderet.

De tormentis. Dial. LXV. DO.

INiuſtè torqueor. R. Quid nũc diceres ſi iuſtè? nullum nempè tormentũ conſcientia maius eſt, illa incolumi, hæc externa deſpicito, intra te eſt conſolator tuus. D. Torqueor prorſus indignè. R. Tortoris miſerere tui, ille te grauius torquetur, quamuis enim mundus obſtrepat, minus mali eſt pati iniuriam quàm inferre. D. Torqueor. R. Nouum mali uereris lamentum, nunquid enim non antea torquebaris, inter tormenta moriturus, quid nunc noui accidit? Mutantur tormentorum ſpecies tormenta non deſinunt, excute totum tempus ætatis, quem ſine tormentis diem egeris recordare, aliqua falſis forſan gaudijs adumbrata reperies, ueris autem plena tormentis, quibus ſi acriter æſtimes, nullam uitæ partem uacare fateberis. Vnde non immeritò quibuſdam omnis uita ſupplicium uiſa eſt, ſed uos nihilominus quàm hæ philoſophicæ uoces tangunt, hærent quidem aurium ueſtibulo, mentis clauſtra non ſubeunt, hic ad omnem corporis offenſiunculam ingemiſcitis, animi iuge mortiferumque ſupplicium non ſentitis, illic impatientes, hinc hebetes. D. In aculeum leuor. R. Quid refert in aculeũ an in lectulum torquendus aſcenderis? te carnificis nodus premet, at hunc febris, hunc podagra, hunc uxor, hunc filius, hunc amica, hunc diuitiæ, hunc paupertas, hunc medici manus, hunc magiſtri ferula, hunc nequam ſeruus, hunc dominus inſolens, hunc infinita cupiditas ſpesque anhela, hunc tortore quolibet peior metus. Perquire mortalium ſtatus, uix ullum inuenies non in aculeo pendentem, ſed cum mille ſint aculei, niſi ligneum non timetis? D. Torqueor. R. Aut innocẽtia in tormentis, aut iuſtitia teipſum conſolare, nam ſi iniuſtè torqueris, gaudendum eſt, experimentum tibi atque alijs, & fulgor quidam tuæ uirtutis acceſserit, attractati ac ſublati fragrantior, ac notior fama erit: ut benè oleant, teruntur aromata, & pulcherrima rerum ne lateant attolluntur. ſin id iuſtè peteris, acquieſce remedio, & concretæ ſordes flammis aut aſperitatibus eluuntur, & magni mali medicina triſtior ſit oportet. Quem morborum tædet, amara non reſpuat, quem ſcelerum pœnitet, ſupplicia non recuſet. D. In aculeum tollor. R. Si immeritus, habes unde ex alto ſæuitiam alienam deſpicias, at ſi meritus, unde à terra

diuulſus, ipſe tuum clarius aſpicias crimen, quodqúe commiſſum, doles non doleas plecti. D. Torqueor. R. Aut temptatur uirtus: aut punitur uitium: alterum ſæpè utile: alterum ſemper expediens. Bona exercitatio iuſti eſt, peſsima nocentis impunitas. D. Torqueor. R. Diſce iter ad patientiam & ad mortem.

De iniuſto iuditio. Dial. LXVI. DO.

INiuſto iuditio damnatus ſum. R. Vnius iudicis, aut paucorum uoce teſtium damnatus, populi uocibus, aut tacito iuditio, quodq; eſt melius conſcientia ipſa, quodqúe eſt optimum diuina ſententia abſoluendus, ſiquidem ad tribunal æternum iudicis iuſti prouocatio ſalua eſt. ſolet is perperam iudicata reſcindere. D. Iniuſtè iudicor. R. Vt iuſtitia iniuſtos, ſic iniuſtitia iuſtos premit, ubi igitur iniuſta damnatio, ibi iuſtus eſt reus. Nemo autem tàm demens, niſi inſaniat, ut hæc peruerti ſequé iniuſto iuditio premi uelit, nemo tàm pauidus, niſi ſit peſsimus, ut non potius damnari eligat iniuſto iuditio, quàm abſolui. Tantò enim id ſatius, quátò eſt melior oppreſſa iuſtitia, quàm imperioſa nequitia, quantoqúe eſt optabilior mens bona, quàm propria fortuna, quamuis illa laboribus, hæc delitijs affluat. plus dicam, tantò eſt melius iuſtè etiam damnari, quàm iniuſtè abſolui, quantò eſt peius, impunitum quàm punitum crimen. in hoc enim ſceleri iuncta iuſtitia eſt, malo quidem magno, bonum ingens. In illo autem ſcelus & impunitas, quæ neſcio an ſcelerum ipſo peior ſit una certè & iuſtitiæ hoſtis & multorum radix eſt ſcelerum. D. Iuditio grauor iniquiſsimo. R. Mens in ſolido fundata & benè ſibi conſcia, humeros habet inexpugnabiles, ſuperimpone quantumlibet damni, infamiæ, ſupplicij, nullo faſce curuabitur, & uiribus ſuis & multò maximè cœleſti ope conſiſtit. Erunt præterea quorum ſeſe paribus ſoletur euentibus, haud ſpernendi comites, Romæ Furius Camillus ac Liuius Salinator, Athenis Ariſtides atque Melciades, multiqúe alij, inter quos quidem quod mireris Cicero & Socrates, an te horum alicui, an Publio Clodio ſimilem fieri malis, atque horum quiſque ciuis optimus, & in ſua urbe clariſsimus, ſed iuditio damnatus, & uel in exilium, uel in carcerem, uel in mortem actus. ille uerò ſceleſtiſsimus, & inter multa flagitia notiſsimi quoque conuictus adulterij, uiolentarumqúe religionum concordibus omnium iudicum ſentẽtijs abſolutus eſt, quiſquam ne adeò falſæ metuens infamiæ eſt, qui non illius abſolutioni, Ciceronis hoſtis ſui, damnationem atque exilium anteponat? Sed humana hæc atque communia, ſin altius aſpicis, uidebis preſſum falſo iuditio cœli Regem familiamqúe eius electiſsimam, tanti ueſtigijs hærentem ducis, & qui hunc poſtea ſecuti ſunt, tanta innocentia tantisqúe uirtutibus in hos ipſos iudiciarij turbinis incurſus ac ſcopulos incidiſſe. D. Falſo iuditio offendor. R. Eſt qui te iudicet, is qui facit iuditium iniuriam patientibus, quiqúe ait: Mea eſt ultio & ego retribuam eis in tempore. eſt & ubi non cogitas, ipſo iudicis aut teſtis in pectore, magni ibi habitant ultores, nullus belluæ morſus eſt acrior quàm conſcientiæ. D. Iniuſto iuditio læſus ſum. R. Illatis iniurijs benè uti, ars non ultima eſt, qua inſtructo ſæpè profuit iniquitas aliena, cum ſua cuique ſemper noceat, proſit nunquam. D. Innocens damnatus ſum. R. Quid igitur nocens malles? Sic enim Xantippe coniugi, Socrates moriens reſpondet muliebriter lamentanti, quod is innocens moreretur. Atqui & ſi aliqui contrarium opinati ſint, longè tamen eſt innocentem condemnari tollerabilius, quàm nocentem. hîc enim ſolum ſupplicium graue eſt, illîc & cauſa ſupplicij. D. Iniuſto populi iuditio damnatus ſum. R. Expectas ut populus in te rectum uideat, quod nec in ſe nec in alio unquam uidit? magnũ tuæ innocentiæ argumentũ fuerit, à nocentibus condemnari. D. Populus immeritũ me condẽnat. R. Idem, hercle, nõ immeritũ, ſed multa & magna promeritum Camillũ, de quo nũc loq̃bar et Liuiũ ipſum, deniq; Scipionẽ Aphricanũ, aliosq; Cornelios tales uiros, iniuſtis iuditijs agitatos ad uoluntariũ coẽgit exiliũ. D. A' Rege innocẽs cõdẽnor. R. Et regũ plerũq; ſentẽtiæ nõ iuſtitiæ, ſed uindictæ ſunt, quiſquis liberius uerbum

contra

contra licentias regias emiſerit, cuicunque in intuitu libertatis frons obductior fuerit, is læſæ reus erit Maieſtatis. D. Sed condemnor à iudicibus. R. Iniquo iudice nullum uenenoſius eſt animal, à ſerpente læſos ſe dolent quidem homines; non queruntur, fecit enim ſerpens quod ſuum erat, quamuis non quod placitum patienti. Certè iudices erant, qui eos etiam de quibus dixi Socratem condemnarunt, Clodium abſoluerunt, quorum utrum eſſet iniquius, dubitari poteſt, proinde in populis, aut ſub regibus, atque iudicibus degenti, propoſitum animo eſſe debet, aſpera quælibet & iniuſta patienda ſi ueniant, non deflenda cum uenerint.

De exilio. Dial. LXVII. DO.

EXilio pellor iniuſto. R. Quid tu igitur? iuſto pelli malles exilio? nempè quod ad iniuriæ cumulum, animum in diuerſum trahit? habes enim iniuſti exilij ſolatium, comitem iuſtitiam, quæ iniuſtos ciues deſtituens, te ſecuta tecum exulat. D. Iniuſto exilio pulſus ſum. D. An te rex expulit, an tyrannus, an populus, an hoſtis, an tuipſe? Nam ſi rex, aut iniuſtū exilium non erit, aut ipſe non iuſtus, atque ita nec rex quidem. ſi tyrannus, ab illo te pulſum gaude, ſub quo boni exulant, fures imperant, ſi populus, moribus ille ſuis utitur, bonos odit, & his quoque multiceps tyrannus nunquam ſui ſimilem pepuliſſet. Non te igitur patria, ſed malorum cœtibus arceri, neque in exilium, ſed in partem bonorum ciuium cogi putes. At ſi hoſtis, agnoſce iniuriæ leuitatem, non hoſtiliter ſæuit, qui omnia cum poſſet, patriam abſtulit, ſpem reliquit, ſin tuipſe, mores populi peroſus, aut Tyranni Habitum elegiſti, non modò ne doleas, ſed etiam gloriâre uirtutem patriæ prætuliſſe, non tu flebilem ſed honeſtam & prorſus inuidioſam bonis atque optabilem, non iam exilij, ſed abſentiæ cauſam habes. ſponte Pythagoras Samon liquit, Athenas Solon, Lycurgus Lacedæmona, Romam Scipio. D. Exilio damnatus ſum. R. Multos exilium honeſtauit, multos acrior aliqua fortunæ uis atque iniuria notos reddidit & illuſtres, quid te uetat illis inſeri, qui quaſi ignem de ſilice claram famam colliſionibus quæſîere? D. In exilium agor. R. Habes in hiſtorijs magnos rei huius ſocios, quorum ſpecioſiſsimus comitatus, non ſenſum modò doloris imminuat, ſed obliuionem afferat. Non minor in exilio Camillus fuit, quàm fuiſſet domi, quantus ciuis, quantus exul, qui uictorias ac triumphos, non iuſtitia minus, quàm proſperitate conſpicuos, in Capitolium duxit: mox hinc pulſus, pro accepta iniuria, ingratæ ſalutem patriæ rependit. Non facile aliud tàm clari exulis exemplum fateor: ſed Rutilius & Metellus tàm nihil exilio fracti ſunt, ut Rutilius reuocatus ab illo, cuius nutui non parere capitale erat, exilium amplexus, reditum contempſerit, ſeu ne ulla in parte Senatui iniuſtisquè licet legibus patriæ obſtaret, ſeu ne fortè exul iterum fieri poſſet? at Metellus eodem quo in exilio profectus erat uultu atque animo remearet. His Marcellus accedat, hic ultimus, qui in belli ciuilis tempus incidit, pulſus nempè, non ſolitam modò conſtantiam honeſtarumquè artium ſtudium non omiſit, ſed ſtrinxit artius, & publicis liber curis, uni excolendo animo tàm ardenter incubuit, ut ad ſcholas miſſus honeſtiſsimas, non ad exilium uideretur. quod quidem in Cicerone, conſpectius operum ſplendor & literarum copia maior facit, non exilij modò ſed carceris dulce ſolatium. D. Exilium patior. R. Exilium breue citò te patriæ tuæ reddet, longum uerò aliam tibi patriam dabit, unde exulent qui te exulem uoluère, dediſſerquè nunc, ſi ad naturam rerum non ad opiniones hominum aſpiceres: ualde enim anguſtus eſt animus, qui ſic ad unum terræ angulum ſe applicat, ut quicquid extra ſit exilium putet. multum abeſt exilij deplorator ab illa animi magnitudine, cui totus orbis carcer exiguus uidetur. Interrogatus Socrates: Cuias eſſet? Mundanus, inquit, ſum. uerè Socraticum reſponſum, Athenienſem ſe alius reſpondiſſet, Socrati autem patria omnium Mundus erat, non hic ſolum, quem uulgò mundum dicitis, cum pars ultima mundi ſit, ſed cœlum ipſum, quod hac rectius appellatione comprehenditur.

prehenditur. Illi patriæ deſtinati eſtis,ad quam ſi ſuſpirat animus, qualibet in parte terrarum peregrinum atque exulem ſe nouerit, nam quis patriam uocet,ubi non habitet niſi ad breue tempus? illa uerè cuiuſque patria dicenda eſt, ubi quiſque perpetuò ſecurus ac tranquillus deget. quære hanc in terris, puto irrita erit inquiſitio. Vt naturæ autem lex eſt data mortalibus,ac præſcripti fines,dum hic uiuitur,terra omnis patria ueſtra eſt, intra quam,qui ſe exulem facit,non tàm rei,quàm animi uitio laborat. Non habemus hic manentem ciuitatem,dixit Paulus:

Inquit Naſo: *Omne ſolum forti patria eſt.*
Ait Statius. *Omne homini natale ſolum.*

His te uocibus armatum uelim, quibus ubique unus, & uel nunquam uel ſemper in patria tua ſis. D. Ire in exilium iubeor. R. I ſpontè, peregrinatio erit non exilium,& memento quibuſdam exitum, quibuſdam uerò reditum pro exilio fore. D. In exilium cogor. R. Cupiendo quod cogeris,efficies ne cogaris,omne uiolentum patientia uincitur,& deſinet eſſe uiolentum quod uolenti fit. D. Ire in exilium eſt neceſſe. R. Tu fac uolens,quod uel nolens faceres,fac lætus omnia,nequid mœſtus patiaris: ita omnem uim neceſsitatis,omnes clauos quos adamantinos illi tribuũt,catenasque, omne tædium moleſtiamq́; diſcuſſeris. ſed uos impoſsibilia cupitis, neceſſaria fugitis,utrunq́; nequicquam. D. In exilium eo. R. Immò forſan in requiem,ſub obtentu falſæ miſeriæ uera fœlicitas,iam ſaltem ab inuidia tutus eris,propera mixtamq́; cum gloria ſecuritatem arripe,tutis & honeſtis latebris nihil eſt dulcius,nullæ his conferri poſſunt urbium plateæ. D. Pellor è patria. R. Pulſum te peſsimis,optimis inſere,neque te patria,ſed patriam te indignam rebus proba. ſentiat illa quid perdidit,tu nihil perdidiſſe te ſentias, mali ciues tui,tædio ſimulque præſentis odio ac ſuſpitione careant,boni autem amore abſentis ac deſiderio teneantur,ſequanturque oculis atque animis abeuntem. Illi ſe ſolos linqui doleant,tu te comitatum gaudeas proficiſci,neque te in tergum reſpicias,neque reditum cogites,neque cum illis eſſe cupias,qui te cupiunt abeſſe. neque demum quod à te fieri debuit, ab alio factum ægre feras. Debuiſti cedere ciuium inuidiæ,utq́; illam fugeres ultrò in exilium ire. Huius ego conſilij dux eram: nec exempli duces deerant clariſsimi, nam in primis tres magnos Scipiadas id feciſſe noueras,tamque perſeueranter, ut patriam ſua præſentia, qua nil clarius habebat,ſpoliatam indignam quoque cineribus defunctorum, quidam inſuper,famoſo dignam epigrammate iudicarent. Nomina ſunt immortali memoria, quæ tibi per famam perque omnis hiſtoriæ fidem ignota eſſe non poterant. Aphricanus, Naſica,Lentulus. D. Mittor in exilium. R. Immò in experimentum tui, uideris quem tu in exilio præbeas, ſi ſuccumbis exul uerus, ſi conſiſtis exilio clarus, ut multi olim qui inuicti & fulgidi per aſperitates inceſſerunt,ut ſequentibus rectum iter oſtenderent. Sine tyrannos ſæuire, ſine populum furere, ſine hoſtes ac fortunam fremere, pelli potes, capi,cædi,perimi,uinci autem niſi manum extuleris non potes,neque ornamentis tuis ſpoliari,cum quibus quocunque ieris,& ciuis & patriæ principum unus eris. D. Exulatũ pergo. R. Perge alacer,I ſecurus,neſcis quàm longa ſint brachia tui regis. Nihil illi longè eſt,ubique te proteget qui protexit in patria.

De obſeſſa patria. Dial. LXVIII. DO.

OBſeſſa eſt patria. R. Obſeſſa fuit Troia, obſeſſa Tyrus, obſeſſa Carthago, obſeſſa Hieroſolyma,obſeſſa Numantia & Corynthus,euerſæque omnes,quẽ iam pudeat obſideri: Ipſa urbiũ caput Roma,obſidione tẽptata eſt,ſed cũ iã Roma eſſe deſijſſet: quid Capua,quid Tarentum,quid Syracuſas, quid Athenas,quid Veios minoresue alias loquar: ſunt & ſua urbibus fata,& paucæ fatum obſidionis euaſere,ſed longitudo temporũ,notitiæ rerum obſtat, ut ipſis etiam ciuibus ſuarũ fata urbium ſint ignota. Tu præſentẽ ſentis obſidionem,nec futuras præuides,nec præteritas meminiſti,ſic eſt uſus, q́ te premit

defles.

deſles. Valdè ſenſibus dediti eſtis belluarum more. D. In patria ſum obſeſſus. R. Dicebã te incommodum tuum flere, iam optabile uideri poſsit exilium, eo quòd minus officiat libertati, neutrum tamen officit, ſi libertas animi uera eſt. ille & incluſus egredi, & excluſus regredi, & ubi uoluerit eſſe poteſt. D. Obſeſſus in patria mea ſum. R. Obſeſſus & Priamus, non ciuis ſed Rex in patria ſua fuit, cum tota illa famoſa magis quàm fortunata familia. Obſeſſus Argis Antigonus Macedonum rex, & Eumenes Pergami, obſeſſus hac ætate, intra urbem Ianuæ rex Siciliæ Robertus, nullo ueterum regum minor, ſi quæ ueros reges facit, uera uirtus attenditur, tu homuncio ſortem regiam lamentaris, obſeſſus Ambroſius, obſeſſus Auguſtinus, ambo ſimul intra Mediolani ambitum. Obſeſſus ad ultimum Auguſtinus idem, intra epiſcopij ſui muros, quo tempore, miſeratus lachrymas ſuas, Deus à terrena illum obſidione, ad cœleſte regnum tranſtulit. D. Obſideor. R. Et quis oro non obſidetur? hos peccata obſident, illos morbi, hos inimicitiæ, illos curæ, hos negotia, illos ocia, illos diuitiæ, hos paupertas, illos infamia, hos laborioſa celebritas, omnes corpus quod tantoperè colitis, & amatis, ille uos carcer artiſsimus circumcingit atque obſidet obſidione perpetua. Ipſe orbis terræ, ubi fremitis & bellis aſsiduis inſanitis, ubi imperiorum terminos ac regnorum tanto ſtudio prolatatis, qua à uobis incolitur, quid eſt aliud, quàm quod ait Cicero, quaſi quædam parua inſula, circunfuſo illo mari quod magnum, quod oceanum, quod athlanticum appellatur in terris, quod tamen tanto nomine, quàm ſit paruum uides? Vndique obſeſſi eſtis omnes, tu te obſeſſum ut rem nouam narras, uide potius, ſi quid in te opis aut conſilij eſt, quod poſsit ad tutelam patriæ conferre. Hoc fac potius ac memento Syracuſij Archimedis operoſi ſenis, que relæ enim nec tibi nec patriæ profuerint. D. Obſideor intra patriam meam. R. Quid tu igitur an alibi malles obſideri? poſſes id fateor malle, & quidem piè quo ſcilicet te obſeſſo illa non eſſet. cæterum quod ad te attinet, an ſolamen exiguum uidetur, quicquid ſit in patria tua pati, ut quantum lædit aduerſitas, tantum leniat locus ipſe. D. Intra muros patrios coartatus ſum. R. Ita hoc dicis, quaſi nullæ maiores [illegible]bis ſint anguſtiæ quã murorum. quàm multi ex his qui in urbibus habitant, ſic aſsidui in curia atque in foro ſunt, ut uix toto quàm longus eſt anno ſemel portas urbis aſpiciant. Adde nomen obſidionis erumpere geſtient, & uincti ſibi compedibus uidebuntur artiſsimis, non hoc facit obſidio ſed opinio, qua nihil eſt in ueſtræ mortalis uitæ fluctuatione potẽtius. Fabulam locus poſcit. Decrepitum quendã ſenẽ fuiſſe nuper Aretij fama eſt, qui nunquã patrium limen exceſſerat, id cum ad aures præſidentium perueniſſet, ludendi ſtudio hominem ad ſe uocant & ſibi compertum dicũt, illum clàm urbem egredi ſolitum, occulta cum hoſtibus habere colloquia. ille autem per ſanctos iuuare, ſe non ſolum tunc præſentis belli tempore, ſed nec unquam ulla pace, per omnem quamuis longam uitam muros urbis egreſſum, cõtrà illi incredulitatem fingere, & ſuſpectum eum Reipub. dicere. quid multa? Graui ni pareat pœna impoſita, ne egrediatur imperant. Illum ferunt impatientia prohibitionis irritatum, die poſtero, quod nunquam antea uiſum erat, extra muros patriæ deprehenſum. ſic inuentum ſemper peruicatia animos urgente nitimini, & tu nunc te artatum dicis, & tibi urbs tota non ſufficit, cui niſi obſidereris, fortè pars minima, domus forſitan una ſufficeret quod maximè ſtudioſis euenire ſolet. Quid quod ferè omnis obſidio breuis eſt? Adeſt loci ſolamen ac temporis æquanimitas, ſola deeſt ut lugeatis & quæramini non natura rerum, ſed mollicies ueſtra eſt.

De patria euerſa. Dial. LXIX. DO.

QVid ꝙ euerſa fũditus eſt patrĩa. R. An nõ fortunas quarũdã ex his quas pauloantè nominabã, & ſimiles aliarũ innumerabiliũ audiuiſti? Tyrũ & Thebas & Perſepolim Perſici regni caput euertit Alexander Macedo, ꝗd mireris, ad ſuggeſtionẽ ſcorti unius. Magnæ urbis tenuis fortuna eſt, Troiam euertit Agamemnõ, Saguntũ Hãnibal, Carthaginem atq; Numantiã Aphricanus minor, Hieroſolymam Titus, aliasq; alij, Romam nullus in totũ diruit: ſed ſenectus attriuit, ciuilibus adiuta diſcordijs. & quid refert quis

euerterit, quàm conſtet euerſam? Ruinæ Mediolanenſis, recentior fama eſt, ſub Federico imperatore barbaro & immani. quid tu ergo tuam patriam rebaris exemptam impio fortunæ? cui urbes maximæ atque imperia ſubeſſent, an uſque adeò te fefellit amor, ut urbem unam, quod tu ibi natus eſſes, fingeres immortalem, cum ſit mundus ipſe mortalis? Cœlum ruet ac terra, montes & maria mouebuntur, & creata de nihilo in nihilum redigētur, tu ruiſſe tuam patriam aut miraris, aut quæreris? ſunt quod pauloantè dicebam, ut hominibus, ſic urbibus mortes ſuæ, non tàm crebræ illæ quidem, quod & pauciores urbes & diuturnioris æui ſunt, morti tamen obnoxiæ, non ſunt enim ſoli homines, ſed præter animos, humana cuncta mortalia. D. Patria ruit. R. Reſurget forſitan, nam & aliquæ ſurrexerunt, & quibuſdam cecidiſſe materia fuit fœlicius reſurgendi: nempè hodie Saguntum & Mediolanum ſedibus ſuis ſtant, at Mediolano proxima laudem Pompeij ultima ut aiunt, mutauit locum ijſdem barbaricis manibus, & ſub idem tempus euerſa. Similiter & Hieroſolyma & Carthago. Spera ergo ſi ſpes cecidit, & de patria actum reris, caue te ſuccubuiſſe fortunæ. peior eſt enim animorum deiectio quàm murorum. Virilis non fœminea, uirum decet pietas, quamuis doleas patriam cecidiſſe, noli tamen ſimul occumbere, quando tua nil iam ruina Reipub. collatura eſt. Quin te ipſum & ſi quæ ſunt ciuium reliquiæ, ad fœliciora tempora reſeruare ſatage, factis prius non lamentis opus eſt, ubi ſit etiam ipſa fuga laudabilis (audiſti ut Terentio Varroni, cuius culpa ac temeritate penè ruerat imperium Romanum, publicæ ab omnibus gratiæ actæ ſunt, quod de Repub. non deſperaſſet, quod feciſſe Collega eius uir clariſsimus, & culpæ omnis illius expers uidebatū) ſi aliud nihil eſt reliqui. At tu ſaltem cum Biante bona tua tecum portans, quamuis nudus muros patriæ tuæ cadentis egredere, & illam patriā aſpira, cuius regni non erit finis. quo cum tandem Deo te uocante conſcenderis, non obſidionem metuas, nec ruinam, nec eorum aliquid quæ ueſtris in urbibus metuuntur.

De metu perdendi in bello. Dial. LXX. ME.

BEllo uinci metuo. R. Pacem quære. M. Valde uinci metuo. R. Timor modeſtus cautionem, uehemens uerò deſperationem parit, quarum altera nil in bello melius, altera peius nihil in rebus omnibus. M. Magni prælij quatior terrore. R. Quid bellantium timor mali ferat, atque ex timore oriens mœſtitia, Flaminius ad Thraſumenum, Craſſus apud Charras, Pompeius in Theſſalia expertus eſt, quibus in locis, & ſæpè alibi uerum Poëticum illud apparuerit:

Peſsimus in dubijs augur, timor.

M. Euentum pugnæ nimis horreo. R. Differ interim dum ſpes redit, malè pergitur, unde abſtinendum mens terrorquè denunciant. Solet ineſſe animis præſaga quædam uis, cuius obſtare fortaſsis non ſit uſquequaque conſilium, non eſt exemplorum numerus, ſeu ueterum ſeu nouorum, clariſsimis tribus uti ſatis habui. M. Inſtantis pugnæ caſum metuo. R. Excute res tuas, quas te melius nemo eſt qui nouerit. Vide ne non rei natura, uel uirium defectus, ſed præſagium ſibi fingat ignauia: cui nihil uſquam non formidoloſum, ac difficilè eſt. Hæc ſi libertati igitur, ſi gloriæ, ſi ſaluti tuæ officit, uirtutis auxilio cōprimenda eſt, excitanduſquè animus, & monſtrandum illi, ſæpè pauciora eſſe et leuiora pericula, quàm pauores obuerſari, ſæpè oculis falſas imagines rerum terribilium, quibus conſternati quidam, ſine ferro paratam ſibi uictoriam tradidêre hoſti. Non eſt enim falſus atque inanis, metus uerò lentior ſed eò ſæpè uehementior, quo pauentem, maiora omnia ſibi fingens error quoque præcipitat. atq; itaque Poëta idem ait:

Male cuncta miniſtrat impetus.

Si nec his attollere iacentem animum potes, ſed uirtutē pauor exuperat, campo abſtine, uix benè geritur, quod pauidè geritur, ſic affectus in aciem ſi deſcendas tecum erit, qui contrà te dimicet, tui enim ipſius aduerſus te melior pars rebellat. Malus ſemper hoſpes, animi peſsimus in bellum comes, metus.

De ſtulto & temerario collega. Dial. LXXI. DO.

STultū habeo ac temerariū collegā. R. Eſt aliquid cauſæ fateor, ut timeas, ſed exaduerſo aliquid eſt ut ſperes, hoc enim ut quibuſdā calamitatis, ſic alijs gloriæ præbuit materiam. Temeritas Terentij Varronis, Aemilio Paulo mortem peperit, at L. Furij & Minutij temeritas, M. Furio Camillo, & Q. Fabio Maximo, ſingularem gloriam quæſiuit. notæ ſunt hiſtoriæ. D. Eſt mihi collega præceps & inconſtans. R. Eſto tu conſtans & modeſtus, nuſquam uirtus clarior eminet, quàm ſuo admota contrario: cur non tu potius illum regas quàm te ille præcipitet. D. Eſt inſolentiſsimus collega. R. An tibi excidit, ut ipſi de quo nunc diximus Camillo tribuni militum conſulari poteſtate, quinque ſimul collegæ, imperio pares ultrò ſeſubmisêre. habet hoc uirtus excellēs, poſſeſſoribus ſuis auctoritatem, miratoribus reuerentiam ac pudorem confert, nullo melius modo collegæ inſolentiam repreſſeris, quàm induſtria ac uirtute. ſic efficies, ut illum tibi parem dici pudeat, ſicut puduit Minutium, & aut ſe ſpontè ſubijciat honeſtiore ſuffragio, quàm ſi eum tibi populus ſubiecisſet, aut omnes intelligant, illum tibi parem nomine, rebus imparem, & quicquid benè geſſeritis tuum eſſe, quicquid ſecus illius. D. Collega mihi ſtultus obuigit ac peruerſus. R. Quædam per contrarium diſcuntur, ſolent magiſtri tardiuſculis diſcipulis ineptum aliquid proponere, quod cum reſpuerit diſcentis ingenium, ad uera facilius retrahatur: redit ad memoriam obſcuri hominis clarum uerbum. Antè non magnum tempus, cum Florentia ciuitas ſtatum mutaſſet, quod crebrò nimis ac libenter facit, atque ad imam plebē frena Reipub. perueniſſent, unus ex inſolenti grege, qui diù tenuerat illa, & mœſtus amiſerat, uicini inopis mechanici humilitatem ſpernens & tu inquit, qui neque literas noueris, neque unquàm patrios fines exceſſeris, uili ſemp artificio uitam trahens, cum paribus tuis, qualiter hanc tantam & tàm mobilem urbem reges: ille autem nihil motus. Et quid negotij, inquit, eſt? Quid uos egeritis nullus ignorat, ſi per omnia contrarium agimus, aberrare non poſſumus. ô uerbum dignum docti hominis ex ingenio prodijſſe. Tu nunc igitur in collega tuo contrarium tibi ſtatuas exemplar, cui diſsimilimus fieri uelis.

De inconſulto & præcipiti magiſtro militiæ. Dial. LXXII. DO.

ESt mihi magiſter militiæ inconſultus ac præceps. R. Hoc aliquanto periculoſius non negem. legiones ueſtras interroga iacentes ad Trebiam, ad Thraſumenum, & ad Cannas multisquè alijs in locis. Si remedium uis, dubiam linque militiam, ſi fortè non datur, at tu fortiter atque induſtriè miniſteriū tuum age, ut inter tui ducis errores, tua uirtus emineat, nec te ruina opprimat aliena, ſed tu potius, ſi qua eſt uia, publicæ humeros ſubijcias ruinæ. Rem difficilem, ſed neque impoſsibilem, neque inſuetam habeo. ut enim ſæpe multis militibus obfuit, unius ducis ignauia, ſic interdum unius uiri uirtus, & exercitium ſeruauit & ducem. Neu ſi longior quàm oportet, tu res ſuis in locis quæres, mihi nominū & temporū commemoratio ſola ſufficiet. Publicus Decius bello Samnitico, Calphurnius Flamina bello Punico primo, Aphricanus minor bello, Punico tertio, tribuni omnes militum ducumquè & exercituum ſeruatores, tanta eſſe tua uirtus ac fœlicitas poteſt, ut aliena infamia eximiam in gloriam tuam: anceps ſanè negotium, ſed extrema in neceſsitate unicum. proinde utruncꝫ alios rotauerit, tu uirtutis gubernaculū ſi mihi obſequi uolueris, nec in pace, nec in bello, nec in uita deſtitues, nec in morte.

De infauſto prælio Dial. LXXIII. DO.

AT prælio uictus ſum. R. Iam timor euanuit, ſperare incipies, hæc eſt horū ſeries affectuū. Nam cū ſpes & metus de futuro ſint, tā ut futurū poteſt eſſe, quod ſperes, ſic futurū eſſe desijt, quod timebas. D. Magno prælio uictus ſum. R. Tanto ne animo

uictus ſis, nempè ille ſi cecidit actum eſt, meminiſti, ut Marcellus prælio uictus, die proximo in aciem rediit, uictoremq; ſuum maiore quàm ab illo pridie uictus erat, prælio uicit. & Iulius Cæſar ad Dyrrachium inferior, ad Pharſaliam mox ingēti prælio uictor fuit. multi prælio uicti, bello fuêre uictores. Non cadunt animi uirorum fortium unius lucis euentu, non magnanimi tantùm, ſed longanimes ſunt. uictus hodie, cras pugnabis cautius, ducis artem, infauſta prælia, quaſi triſtes fidique edocent magiſtri, atque ubi ſit errarum plagis admonent, ſic agricolam ſterilitas, architectum lapſus ædium, equitem caſus crebri, nautam graues acuunt procellæ errando diſcitur. D. Victus ſum. R. Non eſt uictus niſi qui ſe uictum credit, cuius ſpes obruta & extincta eſt, cuius animus amara depoſuit. Aſpice Romanos animos, cùm ſuperiori tum præſertim bello Punico ſecundo, non tàm defectione ſociorum, nō conſpiratione regum ac gentium, non tot infœlicibus prælijs ac ruinis penè ultimis uicti ſunt, nulla unquam apud illos mentio pacis, nullum diffidentiæ ueſtigium, nulla denique niſi alta prorſus & inuicta conſilia. Hoc ſanè quid eſt aliud quàm uirtute animi fortunæ duritiem mollire, atque illam in pudorem ſui & amorem tui cogere, tandem igitur ut dignum erat emersêre, & millies ſtrati ſurrexêre altius, ut non honeſtes tantùm ſuos modò tàm formidabiles, ſed totum mox ex ordine terrarum orbem, uirtus illis ac fortuna ſubijceret. D. Victus ſum fateor. R. Nunc demum incipis noſſe fortunam, & hoc ſaltem boni fugiens inueniſti, nemo fermè res magnas gratis diſcit, multos docet experientia, quos ſchola non docuit, & præceptoribus ſurdum caput hauſit oculis, quod auribus non ualebat. Nulla rerum humanarum certior magiſtra quàm aduerſitas, nulla diſcutiendis erroribus aptior. D. Magno fortunæ uulnere corrui. R. Surge ne iaceas, nuſquam clarius quàm inter fortunæ uulnera, prominet animi magnitudo. nunc noſce teipſum, quantarūq; ſis uiriū ualdè ictus intellige. D. Speratā uictoriam amiſi. R. Si inſperatam, prudentiā quæſiuiſti, non ſperanda rerum permutatio uideri debet. D. Victus ſum bello. R. Bello uictus libertatem retinet ac uitam, uitio autem uictus utranq; amittit, quiſquis igitur illi ſuccumbit uerè uincitur. D. Victus ſum. R. Quid ſcis an illud Magno Pompeio Theſſalico dictum, dicere & tibi conueniat?

Vincere peius erat.

Vt damni plus, ſic peccati minus ſolet habere qui uincitur, lucrum ingens, quod optantes quidam non uinci modò, ſed mori etiam elegerunt & profectò mercantur egregiè, qui morte corporis quærunt animæ ſalutem, ſed plerique malis ſuis gaudēt, bonis aguntur, tanta hominum mentes habet cæcitas. D. Victus ſum. R. Poteſt id quidem tibi non ſcientiæ militaris inopia, ſed fortuitò contigiſſe. Nuſquam enim fortunatior, ut ita dixerim fortuna, quàm in prælio cum multa alibi, illic omnia poſſe illam perhibent. D. Prælio uictus excesſi. R. At non continuò nudus, poſſunt arma uictis auferri, uera autem bona, quæ ſunt arma animi, etiam qui uidentur, uicti retinent. ea enim ex incendio ac naufragio, ſic aduerſo ex prælio efferuntur. Nec illa tantùm, quæ in animis abdita ferro tangi, nequeunt, ſed illa quoque quæ maximè periclitari in prælijs ac ferro expoſita uidentur, ita que non quiſquis bello uincitur, bellicis ſimul ſpoliatur laudibus, licet etiam armis amiſsis ex acie fugientem, quodq; eſt maius, in acie pereuntem, ſecum ducis eximij nomen ferre. nam & ad Thermopylas Leonidam non tàm uictum quàm uincendo fatigatum, inter ingētes ſtratorum hoſtium tumulos occidiſſe, cum ſuis Græcæ memorant hiſtoriæ, quàm Deiphœbo famam Maro approbat, & in campis Aemachijs, ſi Lucano creditur, ſtetit ordine certo infœlix acies. Et nouiſsimo prælio quod in Africa cum Hannibale geſtum eſt, nec melius inſtrui aciem, nec acrius potuiſſe pugnari, ut de uictore uictus, ſic & deuicto itidem uictor ipſe, confeſſus eſt, uterq; ingens rerum talium æſtimator. quid amiſit autem, qui ueram artis ſuæ gloriam, & benè geſtum rei conſcientiam, non amiſit?

De bello ciuili. Dial. LXXIIII. DO.

BEllo quatimur ciuili. R. Nomen hoc à ciuibus tractum, & tu unus es ciuium. uide ergo ne & tu unus ſis huic malo fomenta præbentium, & uirili parte culpæ non careas?

cretas: hic enim eſt mos, alter alterum inflammat, donec ſinguli furorem publicum excîuerint, tùm demùm furor publicus ſingulos urget, ac præcipitat, nec unquam publicum malum à ſe incipit, quamuis acceſsione auctum, totam infecerit, ſiue etiam euerterit ciuitatem, ſi primam tamen quæris originem, ſingulorum in erroribus radicatum eſt. Hoc eſt autem quod cauendum moneo, ne tu quoque unus fueris ex his, qui uel materia uel flatu ciuile incendium aluerint, multi enim faciunt unde mox quæratur, & quaſi ab altero inflictum uulnus ſuis manibus factum lugent, multi iam ſui incendio periêre, quod ſi tibi nihil es conſcius, pius eſt dolor boni ciuis, in calamitate publica, ſed quem ſoletur innocentia. Humanis enim malis, nullum flebilius culpa eſt, immò quidem, ut quibuſdam maximis uiris placet, nullum aliud eſt malum. D. Ciuili uexamur bello. R. In furore ciuium te ſequeſtrum pacis exhibe, ſi id fruſtrà eſt, at tu ſaltem pro libertate, uel ſolus pro iuſtitia partes fac, quod & ſi patriæ fortaſsis inutile, at tibi certè laudabile. utriuſque rei exemplum, una tibi urbs dabit, Menenium Agrippam, & Portium Catonem hunc nouiſsimum. D. Implacabile ciuibus bellũ eſt. R. Si nihil opis in te eſt, ambi alios, increpa, deprecare, obſta, caſtiga, obiecra, ingere, quibus potes publicam ruinam, quæ priuatas in ſe continet, & cum nullius propria uideatur, eſt omnium denique hinc pietate, hinc terroribus animos placa. ſin nil apud homines proficis, Deum ora, opta ciuium reſipiſcentiam, & ſalutem patriæ, modisque omnibus boni ciuis officium imple. D. Bello ciuili Reſpub. in extremo eſt. R. Nequid uel ciuilibus uel externis bellis inopinum accidat, ne quis imparatum caſus opprimat, ſemper hoc unum uolue animo, non homines modò, ſed præter animos, humana omnia eſſe mortalia, & ut hominibus, ſic urbibus & magnis imperijs, ſuos morbos, nunc extrinſecus obrepentes, nunc ipſum intra corpus exortos, in quibus ſunt ſeceſsiones, & ſimultates & diſcordiæ & bella ciuilia. eſſe omnibus conſtitutum terminum, qui præteriri non poterit, ſuum finem cunctis quæ uidentur inſtare, & ſi paululum differatur, affuturum tamen, ubi ſunt urbes clariſsimæ, fuiſſe ſyluas aſperrimas & futuras eſſe. ſtulte deſperare urbem aliquam, quod aſſequi regina urbium Roma nequiuerit. hoc inter fata hominum atque urbium intereſſe, quod illa propter innumerabilem infinitamque frequentiam, & uitæ breuitatem quotidie in oculis ſunt, hæc propter raritatem atque æuum longius, uix ſemel multis in ſeculis & cum ſtupore cernuntur. Hæc te cogitatio firmiorem contrà omnes caſus tàm publicos quàm priuatos faciet, hæc tibi demum & ſi non amœnam atque utcunque tollerabilem uiam ſternet, ad inopiam, ad exilium, & ad mortem, docebitque hoc proprium patriæ tuæ malum, quod omnibus eſt commune.

De diſcordia animi fluctuantis. Dial. LXXV. DO.

ANimi diſcordia laboro. R. Nullum hoc bellum peius nec ciuile quidem, illud enim ciuibus inter ſe, hoc homini ſecũ eſt, illud inter partes populi, in plateis urbiũ, hoc intus in anima, interque ipſas partes animæ geritur, itaque cum ſit belli quædam ſpecies, quæ plus quàm ciuile bellum dicitur; ubi non ſolum ciues, ſed cognati etiam inter ſe pugnant, quale inter Cæſarem ac Pompeium fuit de quo dictum eſt, ille locus fratres habuit, locus ille parentes, quanto hoc bellum iuſtius nomen id uendicat, ubi non pater contrà filium, nec frater aduerſus fratrem, ſed homo ipſe contra ſe litigat, quo durante litigio, nulla quies animo, nulla poteſt eſſe ſecuritas. D. Diſcordat animus & diuerſis ſecum pugnat affectibus. R. Diuerſitatem illam abijce, unum uelle incipe tunc compoſita erit, & immota pax animi, cum diſcordes affectus, quaſi ſeditioſi ciues in unam conuenerint uoluntatem: alioquin ut contrarij & corrupti humores febrem corporũ, ſic contrarij affectus febrem pariunt animorum, quæ tantò eſt periculoſior, quantò & animus corpore eſt nobilior, & æterna mors terribilior temporali. utrobique tamen adhibitum temperamentum & æqualitas quædam, ad ſalutẽ eſt uia. D. *Pugnat animus nec q̃d uelit eligit.* R. Malũ ſimul maliq́; cauſam ſtringis, quia nẽpè nõ

eligit ideò

eligit ideò pugnat, eligat & confeſtim pugna ceſſabit, eligat dico bonum uelle, nam ſi ma-
lum, magis magisque certabit, uitia enim inter ſe pugnant, Semper uirtutum concordia
ſumma eſt. D. Animus in partes ſciſſus diſſidet. R. Animum in tres partes diſtinxê
re Philoſophi, quarum primâ in arce, hoc eſt in capite locauêre, moderatricem uitæ huma
næ, cœleſtem, ſerenam, ſemper Deo proximam, ubi tranquillæ honeſtæq; uoluntates habi-
tant, duarum reliquarum alteram in pectore, ubi iræ æſtuant utque impetus, alteram ſubter
præcordia ubi concupiſcentiæ atque libidines, duplex huius pelagi tempeſtas, quid agen-
dum igitur tibi ſit uides. Fac ꝙ Menenius ille, cuius paulo antè memini, perſuaſi plebi ut
ſubeſſe patricijs in animum induceret, quo impetrato, urbem ſciſſam in duas, ad unitatem
ſalubri conſilio reduxit, & tu coge uel conſilio, uel ui partes ignobiles parêre nobilibus,
tum demum, & non aliter animi pacem ſpera, qua ſublata, quid aliud quàm uaga ſemper
& propoſiti inſcia, & fluctuans & incōſtans uita hominum eſt, & cæca prorſus & miſera?
multi prius ex hac uita abeunt, quàm quid uelint ſciant. D. Fluctuo in cōſilijs, nec quid
uelim ſcio. R. Iam dixi multis hoc accidere, non uno aliquo tantum in tempore, ſed &
in omni uita & uſque poſt uitæ finem. & profectò ex omnibus quæ dixiſti dicturus ue es
uix hoc malo peius aliquid inuenies. D. Fluctuo & in diuerſum agor. R. Maxi
mum argumentum malè ſe habentis animi, fluctuatio eſt, ut enim corpus ægrum ſæpè tho
ro uoluitur, ſic æger animus conſilijs agitatur, de quo uix ulla mihi ſpes ſalutis, parumper
abeſt, quin melius ſperem de homine uitijs pertinaciter inhærente, qui ſi conuerſus fuerit ad
uirtutes, in his forſitan conſtans erit, quàm de homine uario, nullis ſe conſilijs applicante,
qui & ſi boni aliquid incœperit non conſiſtet, neque perſeuerabit docilis inſtare. Et fieri
poteſt ut de hoc intelligere liceat Senecæ illud obſcurum: Quod tota uita elabitur aliud agē
tibus, modò enim hoc, modò illud agentes, nunquam idem ſemper aliud agere ſunt dicen
di, quamuis & alios ſenſus locus ille recipiat. D. Inter uarias curas iactor. R. Quaſi
inter tumidos fluctus uitæ tuæ puppis, conſilij inops & magiſtro deſtituta concutitur nau
fragio proxima, ni tu illam dum nondum manu clauus excidit tuto aliquo & ſalubri ſiſtas
in portu, iactiſque ancoris conquieſcas, prius quàm te animi tēpeſtas oppreſſerit. D. Flu
ctuo, propoſiti incertus. R. Hinc præter animæ periculæ, quæ innumerabilia & im-
menſa ſunt, ipſæ quoque oris habitus prodit uarius & inconſtans, ſimiliſque animo à quo
uultus fingitur, ut ait Cicero, dumque hoc in ſtatu fueris, nunc lætus, nunc triſtis, nunc pa
uidus, nunc ſecurus, nunc celer, nunc tardus incedes, inſigni uarietate conſpicuus, quale ali
quid traditur de Lucio Catilina. At ubi te primum compoſueris, atque ad unum aliquid
direxeris, unum uelle cœperis, quod bonum utique ſit oportet, quoniam natura malorum
ſemper uaria eſt, ubi hoc, inquā, feceris, præter animi quietem, rerum optimam, uniformi
tas quoque uultus ac tranquillitas conſequetur, nec ſpe ulla, nec mœtu, nec mœrore mutan
da nec gaudio, res quidem uenerabilis & paucorum hominum, quæ apud ueteres Græ
cos in Socrate apud ueſtros in Lelio laudata eſt, poſtremò uerò in principibus ueſtris, Mar
co Antonio & Aurelio Alexandro.

De ambiguo ſtatu. Dial. LXXVI. DO.

AMbiguo in ſtatu ſum. R. Quid eſt quæſo de quo ambigis? Moriendum ne morta
libus, an ſpernanda quæ fugiunt & nullam in proſperis ſpem habendam, an ineuita-
biles caſus rerum eſſe ſed tollerabiles, nec flecti quidem ſed frangi poſſe fortunam? at hæc
omnia certa ſunt. D. Ambiguo in ſtatu poſitus, quid de me futurum neſcio. R. Vbi
quando, qualiter moriaris ambigere quidem potes, mori autem oportere, nec malè mori
poſſe, qui uſque in finem benè uixerit, nec citò mori, quibuſuis in ſpatijs uitæ uiri boni mu
nus impleuit, uel ſi id non licuit, at ſpeciem dedit, nec alibi quàm in patria, qui mundum om
nem ſibi patriam fecit, nec alibi quàm in exilio, qui ueram ſuſpirat ad patriam dubitare, ni
deſiperis nullo potes modo. Vnde igitur iſtæ ambages? de fortuna forſitan, an tibi fidem,
quod uix ulli unquam fecit? an ſuos potius mores ſeruat tanquam pelagus procelloſum,
nunc

nunc ficta tranquillitate fallax, nunc fluctibus altis minax, nunc horrida naufragijs? Ne de hoc quidem ipſo, ſi qua tibi experientia rerum eſt, dubitatio ulla ſupererit, quamuis enim euentus ambigui, ipſa tamen ambiguitas, ipſa & uirtus, quæ te inter incerta certum facient certa eſt, cui cum te totum dederis, prouiſa omnia nihil erit ambigui. D. Ambiguus ſtatus eſt mihi. R. At non ambiguus Deo, id ſat eſt, illi teipſum fidens crede, & dic ei, in manibus tuis ſortes meæ, id cum piè feceris, pone metum, pone ambiguitatem, pone ſollicitudinem, ille ſcit quid de te acturus ſit, nullius rei dubius, parua quidem, ſed firma in nauicula magnum ſulcas mare. Fidus tuæque ſalutis amantiſsimus gubernator eſt. quid refert, an uiam uector ignoret, ſi magiſtro nauigij nota eſt.

De uulneribus acceptis. Dial. LXXVII. DO.

VVlneribus crucior grauiſsimis. R. O ſi animæ tuæ uulnus aſpicias, quàm tibi hæc leuia uideantur, ſed uos delicatiſsima corpora, inſenſibiles penè animas habetis, altera ueſtri parte nihil, altera pati omnia parati, quodque eſt funeſtius non ſentire. D. Vulneribus inflictis afficior. R. Hoſtilis mucro loricam penetrat, non animum, ille niſi ultrò ſuis ſe le armis ſpoliet, inuiolabilis ferro eſt. diſputatum habes à magno quodam uiro, paruo quidem, ſed arguto uolumine, neminē lædi poſſe niſi lædatur à ſeipſo. Cui ſententiæ, quātumuis ab opinione hominum uehementer abhorreat, pro ueritate ſubſcripſerim. D. Grauiſſimis multiſque uulneribus laniatus ſum. R. Nullū uulnus grauius eſſe poteſt quàm ad mortē, talia uerò uno corpore multa eſſe nō poſſunt, ſi unū ergo grauiſsimum, reliqua omnia leuia ſint oportet. Tribus & uiginti uulneribus cōfixus Cæſar, unum nō amplius letale habuit, ut ſanè fuerint cuncta letalia, plus ne quàm ſemel mori potuit? multa licet ac profunda ſint uulnera, unus eſt uulnerū effectus, quorum ſæpè etiā in corpus extinctū, inhumana repetitio nō uulnerati pœnā, ſed ſæuitiā uulnerātis exaggerat. D. Vulneribus debilitatus ſum. R. Sic utinam ſimul debilitata ſuperbia, cū ſororibus ſuis acceſſerit uulnerū comes humilitas, ne de nihilo ſcriptū ſit: Humiliaſti ſicut uulneratū ſuperbum. bonū uulnus & utile, quod plurimum ac maiorum uulnerum medicina eſt. D. Vulneribus deformatus ſum. R. An adoleſcentis illius obliuiſceris, cuius mentio bis in hoc ſermone incidit, ſerò quidem ſponte faceres, quod ab alio factum gemis. D. Tranſuerſo uulnere facies exarata eſt. R. Non uulnus ſed cauſam uulneris attendo, iuſto cicatrix bello parta, miris modis honeſtat faciem, uiri fortis ſpecioſum pro iuſtitia ſuſceptum uulnus, multoque ſpecioſior eſt mors. D. Vulnere accepto claudus ſum. R. Dictum tenes Horatij Coclitis, qui cum die illo, quo mirabili magis quàm credibili fortitudine atque conſtantia, ſolus Tuſci regis exercitum ſublicio in ponte ſuſtinuit, teſtudine ſuorum manibus à tergo fracta & collapſa, hoſtibus clauſum iter ſentiēs, utque erat armatus, et mille hinc atque illinc miſsilibus circumuentus, ex alto ſe in Tyberim proieciſſe, unoque cum uulnere unde claudus manſit, inter ruendū accepto, nando ad ſuos, corpore reliquo incolumis perueniſſet, idque unum ſibi poſt tempus in petione honoris obijceretur, ſic eluſit aduerſariū. Minimè enim, inquit, claudico, ſed ita dij immortales uoluēre, ut per ſingulos paſſus meminerim triumphi mei. Præclarū planè factiſque par dictū. D. Manum uulnere perdidi. R. Si leuam, damnum leuius, at ſi dextram, Marci Sergij uiri fortiſsimi remedio uti licet qui hac manu, bello Punico amiſſa, ſibi ferream fabrefecit, cum qua multis ac trucibus prælijs, nō ocioſus bellator interfuit: id ſi parum ſucceſſerit, dextræ officium in ſiniſtram transfer. Noſti ut Cæſareus miles Attilius, bello Maſſilienſi, cum iniectam puppi hoſtili dextram amiſiſſet, læua præhenſam tenuit, donec pelago mergeret. D. Vtraque manus ferro abſciſſa eſt. R. Vbi plus licentiæ fortuna, tibi plus negotij uirtus habet, fortunæ tamen omnis aculeus, uirtute cōtunditur, hac armatus, etiā ſine manib. fortis erit. Memēto Cinigeri Atheniēſis qui poſt Marathoniā pugnā, opus immortale, Miltiadis hoſtibus ad naues profugis imminens, obtruncata manu dextra, qua una nauium fugæ plenam ſtrinxerat, ſiniſtram mox adhibuit, qua rurſus abſciſſa, feræ in morem, morſu poſt affixo ſic tenuit, quos

aliter non

aliter non ualebat, nec tibi miles ille Cannenſis exciderit, qui uulneribus uſu manuum priuatus, contrà ſuis intentum ſpolijs uictores, quod unum ſibi ſupererat dentibus quidē, pro manibus uſus eſt, ceruicemq; eius arreptā ulnis implicuit, nec laxauit prius, quàm auribus truncis ac naribus, os hoſtis lacerum tuens, ſeq; ultus moriens iam lætior expiraret. Ferocia hæc, illa ſuauiora mitibuſq́ue animis aptiora remedia, ut ſemper ceu rem fragilem caducamq́ue teq́ue uelociter deſerturam corpus aſpicias, ut cum id euenerit, nec concidas nec mireris quidem, ſed exteriore membrorum miniſterio amiſſo, in ipſos animæ ſinus intimos te conuertas, ubi inuenies aliquid magnificè loquendum agendumq;, nec lingua opus eſſe nec manibus. D. Vulneribus deformatus ſum. R. Dixi iam, immò ſi cauſa uulnerum pulchra eſt, honeſtatus ac inſignitus, uiri quidem fortis, pro iuſtitia magnum aliquid aggreſsi, durumq́ue aliquid propeſsi, non fœdis frons ſulcata uulneribus uideri debet, ſed notis ſtellata fulgentibus, neque uerò cicatrices aut uulnera, ſed uirtutis ſunt dicenda ueſtigia, & præclaris affixa frontibus ſigna meritorum. proinde ſi Cæſareum illum quoque centurionem Caſſium Scæuam miræ uirum fortitudinis, ſed iuſtitiæ nullius, mille lacerum perfoſſumq́ue uulneribus hoſtes quoque uenerati, & propter unius uirtutis admirationem uulnera ipſa deoſculantes, armorum fragmina & ſagittas, & tepenti cadauere eductas, Deorum templis ceu ſacrum aliquid affigebant, quid de fortis iuſtiq; uiri pretioſis uulneribus ſentiendum ſic intelligis. D. Vuneribus multis infirmus ac deformis ſum. R. Cura te miſeri uulnera, niſi nunc ſanentur hæſura perpetuò, de his enim terra uiderit, quæ illa con teget conſumetq;, cicatricoſaq; corpora excipiens, plana reſtituit. D. Inflicto uulnere hac aut illa parte corporis truncus ſum R. De partibus litigas totum illicò relicturus.

De rege ſine filio. Dial. LXXVIII. DO.

Regnum eſt mihi, non filius. R. Parum ne tibi igitur ſollicitudinum & curarum regni onus impoſuit, niſi filij inſuper pondus acceſſerit? Sarcinis ueſtris delectamini, & dulce eſt uobis ſub faſce ſuccumbere, nullum publicum regno grauius, nulla priuata ſarcina grauior, quàm filius, etſi nulla charior. D. Cui regnum dimittam, nullus eſt filius? R. Dimitte ciuibus libertatem, nil illis gratius, nil te dignius potes: fuerunt qui uiuentes, nec ſucceſſore carentes, hoc ipſum facere meditati ſunt. Hiero Syracuſius & Auguſtus Cæſar, quantò uerò ſatius fuerit, multis benefacere cum poſsis, quàm optare ut uni maleficias? quid eſt autem melius, quid dulcius, quàm in libertate uiuere. quid peius, quid periculoſius quàm regnare? D. Non eſt filius quem hæredem regni faciam. R. Non eſt tibi materia perpetuandæ tyrannidis, nam quid ſunt aliud regna quàm uetuſtæ tyrānides? non fit bonum tempore, quod natura eſt malum, adde quod perſæpè qui in regna ſuccedunt, à maiorum ſuorum calle diſcedunt. exemplo ſunt Hieronymus Siculus tyrannus, & Iugurtha Numidicus, qui Romanorum amicitiam tanta fide, ab auis tam q́ue fideliter diù cultam, cum ſua uterque pernitie. alter inſolentia, alter perfidia uiolarunt. Non habes igitur ſucceſſorem regni, non habebis tuorum actuum euerſorem, ſed habebis populum, tui nominis amatorem & cultorem, tui memorem, libertatis tibi per ſecula debitorem. Benè tecum egiſſe fortunam credito, & melius multò, quod filium tibi uel abſtulit uel negauit, quā quod regnum dedit. D. Sine filio rex ſum. R. Nunc honeſtius atque liberius regna, ſæpè amor filiorum ab amore uirtutis animum deflexit. Legiſti ut apud Taprobanem inſulam ingentem, quæ longè trans Indiam in orientali ſedet Oceano, per tranſuerſum diametrū obiecta Britāniæ, rex arbitrio populi cōſentientis eligitur, uir ex omnibus optimus, nihil ſanguis, nihil opes proſunt, omne ſuffragiū de uirtute oritur, ita ut nunquā iuditio fauor officiat. Sancta & fœlix electio, quæ ad noſtros reges utinā perueniſſet, neq; malis peiores, & peioribus peſsimi ſuccedentes, orbē terrarū, tradita per manus nequitia ac ſuperbia corripuiſſent. illic tamē quantūlibet optimus ac perfectus uir, unanimi ſententia omniū comprobatus, ad regnum tamen non perueniat, niſi & ſenex & filij scarēs, ne aut ætatis feruor, aut filij

aut filij amor, tranſuerſum quo non expedit animum agat: ita qui & filiũ habet ad regnum non aſſumitur, & ſi poſt regnum illi fortè filius natus ſit, ſtatim regno cecidit. Neq; enim prudentiſsimi uiri poſsibile opinati ſunt, ut idem animus, ſimul & populum curet & filium.

De regno amiſſo. Dial. LXXIX. DO.

REgno excidi. R. Iam ſolatij genus eſt filium non habere. D. Regno excidi. R. Vtilis caſus, in præcipiti ſedebas, ſaluus in plano depoſitus, & periculoſam altitudinẽ poſt terga reſpiciens, uidebis te regni ſolio deſcendentem, ad priuatæ uitæ requiem aſcendiſſe. Et ſi nulla eſt ſine ſecuritate iucũditas, nulla fœlicitas, aliquãto iucũdius te, aliquantoq; fœlicius atq; ita altius eſſe q̃ fueras cognoſces. D. Regno depulſus ſum. R. Habeto gratiã depellenti, durũ auribus animo, liquidũ quod iubeo, depulſus enim es unde erar abeundũ, quod ſpontè debueras, coactus facis. Optanda uis equidẽ non deflenda, nam quis ꝓ pudor hominem natum, aut regnum ſuper homines optare, aut ſe parem factum hominibus indignari, ſe excellere pulchrum atque optabile, quid ni omnium pulcherrimæ rei excellẽtia exoptanda ſit. non ſuperbiæ igitur, neque licentiæ, ſed uirtutis, ex qua uera diademata regum, non ex gemmis auroq́ue fieri: nemo tam auri cupidus aut gemmarũ eſt qui neget, quis autem quæſo hominum non uidet, inter homines principatum humanitati debitum, non opibus quæ opulentum hominem faciunt, non humanum magis, atque ita nec meliorem certè nec hominibus altiorem? Sed hic unus ex multis erroribus ueſtris, eſt in excellentiæ appetitu, quam in ſua ſede contentam ubi non eſt quæritis, non uidentes conſequentiam rerũ ueram & cauſarũ, ſicut enim inter diuitijs, inter robuſtos uiribus, inter formoſos forma, inter diſertos eloquẽtia, ſic ꝓfectò inter homines humanitate præcellitur. D. Regia de ſede cecidi. R. Si incolumis, perrarũ, ſolent enim qui decidũt perire, regnoq; ſimul atq; anima ſpoliari, q̃bus illa relinq̃tur, tranquillior gratiorq; ſi ſapiũt uita eſt. q̃d illos minime latuit, qui nõ collapſi, aut depulſi ſed & ſtãtes & uolẽtes, aut Imperio ceſsêre, aut Põtificatũ, iã ſublimiorẽ regnis & imperijs reliquêre. In q̃bus Diocletianus clarũ nomen habet, qui dimiſſum ultrò, ad Imperiũ reuocatus, ſpreuit opes turbidas, ancepſq; faſtigiũ & quæſitum ab alijs, quærendumq́ue tantis cedibus, ruſus oblatum expertus exhorruit: & Philoſophicè grauiterq́ue cum amicis iocans, Oleribus quæ in hortulo ſuo priuatus ſibi ipſe plantauerat poſt habendum cenſuit. D. Regia arce detruſus ſum. R. Latentium illa diſcriminum plena erat, inter quæ dudum cæcus animi, quibuſdam uelut aureis nec minus urgentibus, quia fulgidis manicis atq; compedibus, tenebaris, quibus nunc ſolutus, lumine reddito, quod fortuna ſuis auferre ſequacibus ſolita eſt, illius circulatricis inſtabiles ludos uides & quis auarus adeò, ut nõ auro uiſum redimat, eligatq́ue inopem magis integritatem nobiliſsimi ſenſus, quàm diuitem cæcitatem? At qui non minus nobilis, ſed ſine comparatione nobilior animi uiſus eſt quàm corporis. Illum gaude regni nutantis impendio redemiſſe, rem magnam paruo pretio, neq; rem unam tantum, non modò enim cæcitas cum regno abijt, ſed libertas redijt, publico ſeruitio liberatus es. D. Regia exuor maieſtate. R. Chlamys regia ſceptrum que & diadema, crede expertis, ponderoſiſsima rerum ſunt multiplici leuatus faſce quæri deſine. D. Regnum amiſi. R. Immò quidem euaſiſti, & nudus ex ingenti faſtigio enataſti, ſolent terræ redditi querelas premere uotaque ſoluere. D. Regni fœlicitatem perdidi. R. Seu fœlicitatem miſeram, ſeu fœlicem miſeriam dici mauis, hanc fateor perdidiſti, ſeu utranque ſimul falſam fœlicitatem ueramq́ue miſeriam. D. Regnum ſimul ac potentiam, regiaſq́ue opes perdidi. R. Gaudendum perditis quæ te perdere potuiſſent. D. Regni poteſtate careo. R. Et regni curis & caſibus, quorum tædio atque odio quidam ſolio excedere uoluerunt, quod ut uellet Auguſtum modeſtia, Neronem metus impulit. nonnulli etiam exceſſerunt, ut pauloantè memoraui, id qui uelle non poteſt (ſunt enim peruicaces & indomitæ uoluntates) neceſſitati ſaltem uictoriq́ue ſuo gratias agat, ad

cum ſtatum ui redactus, quem optaſſe debuerit. Primum boni animi uotum eſſe debet, honeſta cōſilia libenter amplecti proximū uel coactè, quod magnum illum Syriæ regem non præterit Antiochū, qui omni quæ cis Taurum eſt Aſia priuatus, S. P. Q. R. gratias agebat, ꝙ eū magna nimis ſollicitudine liberatū, ad mediocria redigiſſent. Facetè quidem illæ ſi fictæ, ſapienter grauiterꝗ ſi uerè. D. Regni è ſolio deſcendi. R. Dicebam ſuper hæc impudentis, addam & amentiæ negligētis eſſe, conditionis oblitum, faſtidire, quod ſcis eſſe, uelle quod nequeas. nō poſſunt omnes homines reges eſſe, ſit ſatis eſſe homines, quid non ſui regni auidis ſua ſordet humanitas, quieſcite miſeri, bene ſecum agi putāt hi, qui reges eſſe deſierint, cū enim dura omniū mortaliū, tum duriſsima regū ſors, quorum & uita innocens labori, & ſcelerata infamiæ, atque utraque periculis expoſita quocunque ſe uerterit difficultatum ſcopulos, rerumq́ue naufragia circa ſe uidet. Hinc erupiſſe tu miſerum ducis, nil unquam tibi fœlicius accidit, quàm quod miſerrimum arbitraris. D. Regnū meum ad alium translatum doleo. R. Non tuum certè, ſed fortunæ, quæ ſi donare illud tibi potuerat: cur auferre cum uelit & transferre non poſſit? Vide autem ne præter transferentis uoluntatē, quæ ſola ſufficiens eſt, aliæ etiam cauſæ fuerint transferendi, ille ſcilicet, quas quidam ſapiens uir expreſsit. Regnū, inquit, à gente in gentem transfertur, propter iniuſtitias & iniurias & contumelias & diuerſos dolos. D. Rex eſſe deſij. R. Homo eſſe incipis, ea eſt enim regum inſolentia, ut quod eſſe dignatus eſt Rex regum did ſe homines dedignentur.

De Proditione. Dial. LXXX. DO.

PRoditus ſum ab amicis. R. Hoſtibus credo, ſi amici enim eſſent, non te proderent. D. A' familiaribus ſum proditus. R. Ambiguū eſt nomen & familiaris amicus, & familiaris hoſtis dicitur, quo periculum maius uita hominum non habet. D. Proditus ſum ab eis, quibus ante alios fidebam. R. Vix fallitur qui non fidit, enimuerò quò maior quiſque, eò minus poteſt tutè fidere, eoq́ue plus fidere ac pluribus eſt neceſſe, unde fit, ut cùm commune, tùm uel maxime regium ſit prodi, neque omnino ullum genus tam obnoxiū huic malo. Proditus à ſuis, ut fama eſt, Priamus, proditus Minos, Niſus, Aethes, Agamemnon, Alexander, & ante ipſum Darius, prodiri ex noſtris Romulus, Tarquinius Priſcus, Seruius, Tullus, Africanus minor, magnuſq́ue Pompeius & Iulius Cæſar, & & mille alij, uel reges, uel regibus altiores. Et quid proditos loquor quaſi quærendi ſint? quis autem non proditur, & in paruis quotidie & in magnis, niſi cui nullus eſt penitus à quo prodi poſſit? proditus ad extremum Chriſtus, nec regum peſte terreſtrium, cœleſtis ille rex caruit. D. Proditus ſum magiſq́ue meorum fraudibus, quā proprijs tangor incommodis. R. Piè id quidem ac magnificè, nam & Africanus ille, cuius proximè memini, ſe ſe territum, non tàm mortis metu quā inſidiarū à ſuis, apud Ciceronem dicit, uerumtamen neutro nimiū tangi debes, quādo enim ita iacta ſors eſt, ut lucrū ac perfidia proditoris, bona fides, damnumq́ue ſit proditi, elige utrum mauis. D. Proditor me fefellit. R. Plus ille ſibi nocuit quàm tibi, te prodidit, ſe perdidit, te pupugit, ſe confodit, te dum ſpoliat ſe perimit. tibi enim regnum fortè uel opes, ſibi animam, famam, conſcientiæ quietem, conuictumꝗ hominū eripuit: nil ſceleſtius proditore, nil turpius ſol uidet, cuius obſcœnitas tāta eſt, ut artificio eius qui egent, exercentur artificem, & qui cæterū ſcelerū famam quærunt, huius infamiā reformident. D. Proditus ſum. R. Proderit forſan ne tàm facilè iterū prodi poſſis, multi ſæpè paruis damnis admoniti, magnis occurrere didicerunt.

De amiſſa Tyrannide. Dial. LXXXI. DO.

TYrannidem amiſi. R. Si utile damnum eſt amiſiſſe regnum, quantò eſt utilius tyrannidem amiſiſſe? & ſi enim, ut dixi, cum de rege ſine filio loqueremur, penè omnia regna tyrānides fuerunt, tēpore tamen quæſierunt robur, ac obliuione hominum

uelum

udum ſibi iuſtitiæ texuère, tyrannidis iniuſtitia ſimul ac nouitas odioſa eſt. D. Tyrannidem depoſui. R. Sarcinam Reipub. grauem, tibi periculoſam, nulli bono utilem, damnoſam multis, omnibus odioſam. D. Tyrannidem exui. R. Ne ſis nudus, indue iuſtitiam, modeſtiam, parſimoniam, honeſtatem, pietatem, clementiam, charitatem, ueſtes optimas, quibus comparandis, nullo opus eſt auro, ſed ſola animi uoluntate: ueſtes paratas bonis omnibus, tyrannis uel incognitas uel inuiſas, qui margaritis ac purpura obuoluti, humanitate interim ac uirtutibus nudi ſunt. D. Ciues mihi tyrannidem extorſerunt. R. Libertatem ſibi debitam receperunt, uitam tibi inde debitum reliquerunt, tu hanc ciuibus tuis debes, qui tibi præter odium nihil debent, ita pro gratiarum actione querimoniã inſtituis, at iam pridẽ mos iſte percrebruit, ut qui fecit iniuriã quæratur, qui paſſus eſt ſileat. D. Longa tyrannide ſpoliatus ſum. R. Seruierunt tibi, quibus forſitan te ſeruire dignius fuit, nunc iniuriam longi & iuſti ſeruitij finem uocas, cum iuſtitiæ principium iniuſtitiæ finis ſit, ut ſi multorum calamitates populorum, unius hominis pauiſſe licentiam turpe fuit, pulchrum ſit paſcere deſijſſe, deq́ue hoc conqueri impudentiæ ſit extremæ. D. Longa tyrannide ſum deiectus. R. Sponte deſcendiſſes melius, optimé uerò non aſcendiſſes. nunc qualitercunque deſcendiſſe, bonum ideò, quia iuſtũm meliorq́ue coacta iuſtitia, quàm uoluntaria iniuſtitia. Audite impium tyrannum apud inferos exclamantem:

Diſcite iuſtitiam moniti.

Audite & me apud ſuperos exhortantem: Diſcite iuſtitiam uel coacti. Hæc enim tempeſtiua, hic utiliſq́ue ni reſpuitur, illa ibi admonitio utique ſera eſt, fruſtra enim diſcitur, quod fieri amplius non poteſt. Ponite uero iam tumentes animos, ſuperbumq́ue & ferox dominandi uotum ponite, & ſi non prius, ſaltem poſt tyrannidem amiſſam, tyranni eſſe deſinite, & optandi, quod iam aſſequi non poteſtis, finem facite, ſi non iuſtitiæ, ſaltem uerecundiæ hoc præſtate, ut mutatis morib. & nouo habitu mentis aſſumpto, amiſsione diuitiarũ ditiores facti, quantũ fortunæ detrahitur, tantũ animis addidiſſe uideamini. Nunquã ne igitur aduertiſtis, ut nõ ſolus ille rex regũ & dominus dominantiũ omnipotẽs, à quo omnis poteſtas eſt in cœlo & in terra, manum munerib. ſuis plenã & extẽdit & retrahit, occultis ſæpè, iuſtis ſemp̃ ex cauſis, ſed tẽporalis quoq; rex regẽ, tyrannus tyrannũ, & gens gẽtem deijcit atq; peſſundat. An uerò nõ Prophetã illũ querulũ audiuiſtis: Et cõgregabit, inquit, quaſi harenam captiuitatem, & ipſe de regibus triumphabit, & tyrãni ridiculi eius erunt? Coaptate animũ fortunæ, ſeu diuinæ potius uoluntati, & cauete ridiculum fœdumq́ue illud exẽplum Dionyſij tyrannorum peſſimi, qui patria pulſus, in exilio puerilium literarũ ſcholas tenuiſſe dicit̃, ut quã in ciues non poterat, in pueros tyrannidẽ exerceret: Trux ingenium affixumq; propoſito, honeſtiq; inſciũ atq; æquè iuris impatiẽs. D. Tyrãnide amiſſa ualdè doleo. R. Quantũ doleres iuſtæ poſſeſſionis amiſſionẽ, qui tã doleas iniuſtæ, quantũ te propria ſpoliari qui ſic doleas aliena? D. Tyrannide me deiectũ grauiter fero. R. Feres leuius, ſi cauſam libres, multi quidẽ tyrannorũ, ſolo nominis odio ceciderũt, plures tamen certas cadẽdi cauſas habuiſſe, notiſſimũ eſt & quotidie fit notius. Apud Ariſtotelẽ quidẽ legis in Politicis, q̃ propter uxorũ iniurias multæ tyrannides perierunt, id quoq; modo, ſeu actiuè ſeu paſſiuè acceptũ fuerit, uerũ erit, hoc eſt ſeu propter iniurias à tyrannis illatas uxoribus alienis, ſeu alijs illatas ab uxoribus tyrannorum. Primi exẽplũ habes, non modo tyrannidũ, ſed regnorũ Troiani ſcilicet & Romani, ſecundi uerò Agidem Lacedæmoum tyrannum, qui cũ ipſe ſibi ſubditos ſpoliaſſet, ad ſpoliandas eorũ uxores, amantiſſimã ſuam cõiugem deſtinabat, quæ ſibi cauſa nõ ultima eſſe potuit, maturãdæ calamitatis, quamuis hic Ariſtoteli notus eſſe nequiuerit, qui ætate floruit Alexandri, neque tàm longæuus fuit, ut ad huius ætatẽ peruenire potuiſſe uideatur, cum tamen eiſdem in libris non ſine admiratione quadã, Hieronis ac Gelonis nomen inueniam, qui qualiter ſibi noti eſſe potuerint, attenta ratione temporum non ſatis expedio. D. Nec ego alienis iniurioſus uxoribus, nec mea uxor alicui, tyrannide tamen excidi. R. Sæpè ſe nocentiſſimi innocentes putant, ſunt tamen & aliæ non minores cauſæ præcipitandæ tyranni-

dis, Inſolētia ſcilicet, quæ Iulio Cæſari apud Hiſtoricos obijcitur, Illa præſertim, ꝗ ſenatui ſe honorificētiſsimè adeūti non aſſurrexit, quæ hodie nec cauſa quidem ulla eſſet. crudelitas quoque, quæ Mezentium apud Virgilium ad ſupplicium repoſcebat, C. uerò Caligulam, & Neronem, & Domitianum ad ſupplicium traxit. Et:

Inuidia Siculi non inuenire Tyranni
Maius tormentum.

Flaccus ait, neque ueſtros hodie maius inuenire res loquitur. Poſtremò nulla tyrannorum aut maior peſtis aut crebrior, auaritia eſt, itaque reliquæ ſingulorum, hæc eſt omnium, reliquæ ſingulos ciues afficiunt, hæc populum uniuerſum. ſuperbia & inuidia ipſos inter tyrannos regant, crudelitas inter paucos ſæuit, auaritia inter omnes. quieſcit illa nonnunquam ac minuitur, hæc ſemper creſcit ac uigilat. Qui præeſſe igitur in populis uolunt, uitare in primis hoc uitium decet, omnemque uitij huius infamiam omnemque ſuſpitionem, nihil eſt enim quod odioſum æquè faciat tyrannum, æquè præſidentia ac dominio indignum, reliqua interdum magnanimitatis aut iuſtitiæ ſeſe uelo tegunt, hoc unum uilitatem animi miſeriamque non exuit, & contra communem humani moris errorem, ut nil miſerius, nil uilius auaritia eſt, ſic nil quoque miſerius creditur, nil uilius. ideoque hoc uitio laborantes, indigniſsimi honore & imperio iudicantur. Indignantur homines illi ſubijci, ꝗ auaritiæ ſit ſubiectus, atque illū alienum in corpus ius habere, quod ſuū nō habeat in metallū, uelle ſibi licitum aliorū uitā, ne dicam pecuniā extorquere, ſuam tangere non audenti. Prima quidē igitur ad ſecuritatē, & quietē uia eſt, nō modo tyrānidis appetitū, ſed omnē regnādi cupidinē abieciſſe, nā quid ſtultius, quid laborioſius, quid'ue periculoſius, quamuis totius in ſe unū populi ſarcinas transferre, fragilē forſitan ſuis proprijs perferendis? Si uerò eligere meliora, conſuetudo ueri hoſtis, & opinionū peruerſitas nō pmittat, illud eſt proximum. Ariſtotelici dogmatis meminiſſe, ut ſcilicet nō tyrannum quis ſe prebeat, ſed Reipub. curatorē. Introitus, inquit, & oblationes oportet uideri, colligere diſpoſitionis gratia & ſi quādo opportunum fuerit, uti ad bellicas opportunitates, uniuerſaliter aūt exhibere ſeipſum cuſtodē & camerariū, tanquā communiū nō tāquam propriorū. Et iterū: Præparare, inquit, oportet & ornare ciuitatē, tanquā procuratorē exiſtentē non tyrannū. Et rurſus: Oportet nō tyrannū, ſed œconomū & regalē uideri eſſe ſubditis, & nō ſuimet curantē, ſed procuratorē mediocris uitæ pſequi nō excellētias. His quidē horūque ſimilib. ut Ariſtoteli placet, & mihi, ſit durabilior principatus, ita tamē talē uideri expedit, ut uerè etiā talis ſit. Simulatio enim tot ſub oculis hominū, quos res tāgit, qualibet arte uel ingenio longa eſſe nō poteſt: uide nūc igitur, an in parte horum aliqua erraueris, & quæri deſine & mirari, neque enim tyrannidē his uitijs obnoxiā deſinere, ſed durare mirabile eſt. Ad ſummā, & reges & tyrāni omnes, quicunque in potentatu aliquo ſunt, debēt ſi regnare diu uolūt, acriter excutere memoriterque dictū illud Catonis apud Liuiū: Auaritia & luxuria omnia magna imperia euerterūt. D. Amiſſa tyrānide priuatæ redditus ſum fortunæ. R. Hoſtis ciuiū eras, factus eſt cōciuis, æquā diſce ciuilitatē, & beneficiū fortunæ humilioris agnoſce, cūm honeſtius, tū tutius inter ciues bonos, quā ſuper omnes ciues uiuatur. Iā tibi trāquillior rerum ſtatus, iam ſecurior uita erit, ſine metu, ſine ſuſpitionibus, ſine excubijs, ſine ferro quibus in malis, quæ nā uitæ ſuauitas ſperanda ſit neſcio. D. Tyrānide perdita priuatus dego. R. Elige an lamētis acerbare fortunam malis, an æquabilitate lenire. profectò enim ſi nō uulgi ſtrepitū, ſed animū ipſe tuū & in ſilentio præteritique memoriā interroges, multis te explicitum atque elapſum malis inuenies. Iam tutus uiuere, ſiccusque iam mori poteris, nec ſanguine madidus nec ueneno.

De perditis arcibus. Dial. LXXXII. DO.

VAlidis arcibus ſpoliatus ſum. R. Adhuc ergo tyrānidis ſupererant ſemina, quæ iā tandē amiſſis arcibus abieciſti. non eſt ſatis uenenoſum ſtipitē præcidiſſe, ni radicem uulſeris, ꝗ arcibus fidit, tyrānus eſſe non deſijt. D. Montana arce priuatus ſum. R. Vbique arces ſunt cōpedes libertatis, at in montib. nymbi etiā quidā ſunt quodāmodo, unde uel ira ſuperbia in ſubiectos tonet ac fulminet, his priuari nō modò nō flebile ſed optandū eſt.

eſt. Sunt enim aliqua ex his etiã, quæ bona uulgus appellat, quibus boni quoque mo-
deſtiq; animi tenerẽtur, atq; ad illicitum urgeantur, quibus motibus ſi obſtare uirtutis ope
non ualeas, quid ni optanda ſit amiſsio earum rerum, quæ hos pariũt motus? D. Arcem
fortiſſimam amiſi. R. Tu fortiſſimã dicis, fragilem probat euentus, amiſiſti potius rem
uſu ineptã, difficilemq; cuſtodia rem inutilem tibi, uicinis omnibus odioſam, iam dormire
noctibus incipies, & dormire alios ſines. D. Tutiſsima mihi arx diruta eſt. R. Quo
modo eſſet tuta quæ perijt, ipſe tecũ cogita, ego aũt tibi oſtendã, munitiſſimã tutiſſimamq;
arcẽ ſine muris, ſine turribus, ſine ullo prorſus operoſo rerũ apparatu: ſi uis tutò uiuere, be-
nè uiue. Nil uirtute ſecurius, bene aũt uiuere, nõ hoc dico ſuperbè, lautè, pompaticè, ſed iu-
ſtè, ſed ſobriè, ſed modeſtè. Nullis opus eſt arcibus, que nõ tutum te præſtiterint, ſed ſollici
tum formidabilem ac moleſtum. Quæ eſt autem hæc uoluptas, metui nec amari? an illud
Laberij notiſſimum non audiſti:

Neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent?

Hoc ille dixit in Iuliũ Cæſarẽ: quãtò id in alios illo, & minores, formidabiliores, rectiùs dici
poteſt, neſcio quidẽ, cur tã multi cupiãt timeri. Nemo enim gratis metuitur, unà & metuit,
& periculoſius uni eſt multos metuere, quã multis unũ. Non'ne ſatius multò eſt ꝙ nullus
te metuat, & tu nullũ, quàm ꝙ te multi metuant, & tu multos? ſegregari enim iſta nequeũt,
ſemperq; metu metus quærit̃. poſcis huius dicti cauſã, illa profectò eſt, quã Ouidius Naſo ait:

Quia quem metuit quiſq; perire cupit: dictum prius eſt ab Ennio:
Quem metuunt, inquit, oderunt.
Quem quiſque odit periſſe expetit.

Eras in tua arce metuẽdus, ſed & metuẽs. & quos inquies metuebã? Immò uerò quis non
omnes metuet, qui metui cœperit, ſed illos in primis à quibus ipſe metuitur? nã Cicero En-
niũ ſecutus. Qui ſe, inquit, metui uolẽt à quibus metuent̃, eoſdẽ metuãt ipſi neceſſe eſt. ſæ-
pè idẽ repeto, quia ita ſe res habet, nec aduertitis in hoc cæci, ut in reliquis dum ſuprà om-
nes eſſe uultis, uimini infrà omne eſtis: quid eſt timore depreſsius, ſic conatus omnis ueſter in ad
uerſum deſinit. D. Arcẽ mihi chariſſimã amiſi. R. Fac tibi chariorẽ aliã quã non per
des, circũualla animũ pijs intẽtionibus, honeſtis uitã actib. prudentiam ac fortitudinẽ ante
fores loca, iuſtitiã atq; modeſtiã in ꝓpugnaculis, humanitatem ac manſuetudinẽ undiq; in
muris, ſpẽ, fidẽ, charitatẽ arcis in medio, prouidentiã ſupremæ turri in uertice, bonã famam
in circuitu, Dei atq; hominũ abſit metus, dignos cole, cæteros præteri, neq; cultos neq; of-
fenſos, ita nec te alius, nec tu aliũ cõtremiſces, & in domo humili tutius uiues, ꝗ in arce ui-
xiſti. hãc tibi arcem nemo uſquã inuadet, hãc tibi nemo poterit aut uolet eripere, hac malos
in ſtuporem, bonos in amorem imitandiq; ſtudiũ excitabis. ô quã facile erat, tranquillã ſere
namq; uitã agere, ni uos eã inquietam ac turbidã feciſſetis? omnia fermè & ueſtrã & proxi-
morũ in pernitiẽ conquirẽtes. at quid enim arces iſtæ, niſi ad ueſtrã ſimul alienamq; moleſti
am, ut neq; uos unquam ſcilicet quieſcatis, & inſtar aranearum muſcas captantium præte
reuntibus inſultetis, atque cunctis animantibus luſtrantibus, luſtra ſufficiunt ac nidi, ſo-
lus homuncio arces quærit, quo nullum animal ſuperbius nullumq; timidius.

De ſenectute. Dial. LXXXIII. DO.

SEnui. R. Viuere optabas, & uixiſſe te pœnitet, an quid aliud rei eſt? D. Senui. R.
Ibas aſſiduè & perueniſſe te ſtupes, ſtupendũ potius niſi ꝗ ſemper ires aliquando per-
uenires. D. Senui. R. Quid ni uiuendo ſenueris & eũdo proceſſeris? an tu ætatem
retrogradã expectabas? ut uelox utq; inſtabile, ſic & irremeabile tẽpus eſt. D. Velociſſimè
ſenui. R. Dicebã tibi tẽpus fugere, iã credere incipis, dici nequit, nõ modò inter opinio
nes hominũ diuerſorũ, ſed unus eiuſdẽ nominis quid interſit. Iuuenis antè oculos ætatẽ ha
bens, longiſſimã opinat̃, hãc ipſam ſenior à tergo reſpiciẽs, uidet eſſe breuiſſimã. ſemper fu-
tura præteritis lõgiora uident̃, cũ uel æquè ſint breuiora, quo ad finem properãtibus, natu-
ralis motus ſolet eſſe uehementior. D. Senui. R. Eſt unde gaudeas, ſi tamen non in-
ter uitia ſenuiſti, aut ſi uel ad ultimũ ſurrexiſti, bona tibi & utilis eſt ſenectus, nec exiguũ

diuini fauoris inditium. Meminiſti ut Aegyptiũ illum ſenem Cæſar alloquitur, nec ingratum deis ætatis aſſerit argumento. D. Senui. R. Hac in re ſaltẽ unus ex paucis, ex tot enim millibus milliũ eorum qui naſcuntur, quota pars illorũ eſt, qui ad ſenium uſq; peruenijant. Ex hiſipſis paucißimi ſunt, quibus iuſtũ ſenectutis ſpatiũ explere datũ ſit. D. Senui ualdè. R. Prodigiũ ac ſtupor ualdè ſenis occurſus metienti animo, quot ille periculoſis paßibus huc ueneris, inſignis quidem ſenũ raritas, ingẽs caſuũ uitæ mortalis argumẽtũ eſt. D. Senui. R. Durũ ac difficile ſtadium cucurriſti, mirũ niſi iã feſſus & quietis appetẽs, lætè proximã metam ſpectes. D. Citò ſenui. R. Vitæ curſus nũc breuis, nũc breuißimus, longus nunquã, durus ſemper aſperq; & ambiguus, huius ultima pars ſenectus, finis aũt eſt mors: quid hic habes querimoniæ ſingularis? ſenuiſti, peregiſſe iam debes uitæ munus, ueniſti ad exitum, quieſce. amens uiator eſt, qui labore uix exhauſtus, uelit ad initium remeare. Nihil feſſis gratius hoſpitio. D. Senui. R. Multũ tibi placuit uita ſi eũ tranſiſſe fers grauiter. D. Senui. R. Si uiuere delectabar en uixiſti, ſi oportebat paruiſti, & quis ſanæ mentis, uel quod fieri optauerit factum doleat, niſi malè ſe optaſſe ſentiat, uel q; neq; omitti, neq; ſine multo labore, agi poterat, actum eſſe non gaudeat: undiq; igitur gaudendum tibi eſt, ſeu uoti compos delectabilis, ſeu neceſſario & grauis functus officio. D. Senui & uoluptates corporis fugauit ætas. R. Vtere animi uoluptatibus, quæ nec minores & ꝑfectò ſtabiliores ſunt, nec unquã fugiunt niſi cũ anima huic hærent, hanc ſequuntur. At corporeæ uoluptates uenientes, culpã ferunt abeuntes, pœnitentiam pudoriſq; & dolores materiã relinquunt. His te explicitum ac liberum gaudere debes, & liberatrici tuæ gratiã habere, quæ te manibus tuorũ hoſtium eduxit, tibiq; debitũ munus, ſed neglectum dilatumq; ſuſcepit. D. Senui, ſolitiſq; uoluptatibus careo. R. Nouis aſſueſce, habet & ſenectus uoluptates ſuas, quas guſtare ubi cœperis, quæ nunc doles amiſſa faſtidias & reuerti nolis. D. Senui & incanui. R. Boni ſenis uerenda canities plus habet, non modò auctoritatis, ſed honeſtæ etiã uoluptatis, quàm fœdæ omnes iuuenũ illecebræ. neque uerò mutati coloris te pœniteat: nã quis tã corrupto ſenſu, tanq; obliquo poteſt eſſe iuditio ut non candidorũ calathos liliorũ, quàm nigrantium carbonum ciſtas aſpicere, ſeque ſi trãſformãdus ſit, cygno ſimilẽ malit eſſe quàm coruo? D. Senui & ſqualentes arant uultũ rugæ. R. Et tellus arata fructũ fert uberius, & uitæ maturiores fructus benè culta in ſenectute, pueniũt, rugæ te offendunt oris, uultũ animi cõpone, non illũ rugæ occupant, non uariãt anni, niſi ut formoſior ſit indies. deniq; ſemper te, ſi nõ tu eũ neglexeris, honeſtabit. D. Senui rugiſq; & informi ſitu obſitus, uix me ipſum agnoſco. R. Hoc tibi iam ab initio euenturũ dixi, minus quidẽ auidè ſpeculo imminebis, minus tuis forſitan, minus haud dubiè muliercularũ oculis placebis, quibus placere uelle maior 'ne uanitas, an libido ſit neſcio. at q fidẽ, qui conſtantiam, qui grauitatẽ, qui prudentiã quærũt, certius inter has rugas, quàm in planis ac mollib. maxillis, ſe quod cupiunt reperturos ſperent. D. Senui melior quę poſt tergum ætas remanet. R. Immò deterior, non ſemper quæ delectant magis, atque optantur meliora ſunt, multi malum ſuum concupiſcunt, quod non eſſet, niſi quia illud Satyrici uerum eſt:

Pauci diſcernere poſſunt uera bona.

D. Senui & lætiores abiêre dies. R. Omnium fermè dies temporum inter ſe ſimillimi, animi hominum diuerſi, quin unus idemquę animus, ſecum diſcors, hinc iuuentæ furor, hinc impatientia ſenectæ, talibus uitam impleuêre iuditijs, ut melius putet eſſe quod peius eſt, optimumquę quod peßimum. Cæterum dies omnes in ſe boni, bonus enim Rex eſt & conditor ſæculorum, itaq; hic feruidus, hic gelidus, hic ſiccus, hic humidus, hic nubilus, hic ſerenus, hic turbidus, hic tranquillus, ſi ad uniuerſi decorem naturæquę ordinem aſpicias, boni omnes. Ad uos autem ueſtrumquę iuditium relati, ex æquo propè omnes mali, mœſti, dubij, ſolliciti, laborioſi, anxij, amari, queruli, flebiles, ærumnoſi. In his tu mihi neſcio quos nominas lætos dies, qui dum aderant triſtes lamentiſquę ſuis pleni erant, nunc ut læti uideantur, nihil eſt cauſæ niſi quod abierunt, quidq; illis pretiũ, deſideriũ tibi auget

irrediturí,multaqúe ſecum tibi olim ſegnius forſan armata rapientes. Stultus enim nihil penè amat niſi quod perdidit. D. Senui. O'ſi dilapſa redeat iuuentus. R. O'non minus ſtultum quàm inane uotum ut tu ſentis, at ſi altius aſpires,non inefficax, redibit enim in tempore, & ut ſcriptum uides. Renouabitur ut aquilæ iuuentus tua. D. Senui & ætas bona retrò eſt. R. Omnis ætas ut bona bonis, ſic malè uiuentibus mala,utriſq; autem breuis,prorſus & extrema proxima eſt,ubi uos manet,hinc bonorũ merces,hinc ſuppliciũ malorũ,quæ'nã hæc igitur ætas bona,ubiq; aſpera ſemperq; fugax,niſi quantum ad æternitatem uia eſt? Alioquin & ſi dulce aliquid ineſſet,omnem fuga dulcedinem extinctura uideretur: quis enim fugiens deguſtat? fugiẽti Dario fœtidæ atq; obſcœnæ potus atque ſuauiſsimus fuit, ſitis ut putat Cicero,ut ego ſentio,guſtum metus extinxerat. Vrgebat in tergum Alexander uictor. Vos à tergo rapidum tempus premit, anni celeres, præcipitesque dies,horæ uolatiles.ante oculos autem mors eſt. nec artis reditus, nec impulſis mora,nec præuentis eſt tranſitus. Vitæ huius,tot difficultatibus tantiſqúe terroribus obſeſſæ, quæ nam, quæſo,pars bona eſt,ſed intelligo,nempè ætatem probris ac libidinibus aptiorem bonam dicitis.Eſt hic quidem fandi mos,ut bonum dicatur, quod affectui intentis aptiſsimum eſt, quamuis effectus ipſe ſit peſsimus. ſic catenam prædo captis inſontibus,ſic tyrannus arcem libertati plebis impoſitam,ſic ueneficus præſentaneum aconitum,ſic ſiccarius pugionem,promptum cedibus bonum uocat,ſic uos igitur ætatem bonam,quæ ad id ſcilicet,quod maximè cupitis apta eſt, uocatis.Ita neminem iſtorum, qui annos irreduces deplorant,pueritiam quidem uel infantiam uideas optari, quæ profecto optimæ partes eſſent,ſi abeſſe quàm longiſsimæ à ſenio bonum eſſet,ut memorant,ſed nec adultam ac ſolidam iuuentutem,nec incipientem,nec adhuc uir, idem ſenectam peſsimam omnes & periculoſiſsimam uitæ partem,adoleſcentiam requirunt: ô quintum uigeſimũ annũ dicũt, ubi te reliquimus,ne quẽ lateat,quã uos præteritarum pœniteat fœditatum, qui nõ niſi tẽpus apprimè illis idoneum exoptatis. D. Senui,cur non cum Virgiliano rege ſuſpirem:

O'mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos.

R. At nil tale ſuſpirantem legimus Socratem,nil Platonem,nil Fabium,nil Catonem & fuiſſe ſenes: ſed ſunt fateor ſapientes regibus rariores, itaque ſi rex Euander fuit ſapiens, nõ reqſiſſe ſanè illud Euandrium ſuſpiriũ,iam cõmune noſtris ſenibus uulgatumq;. Surdam ſtulti ſenes,& profugã adoleſcentiã,reuocãt ac ſuſpirãt,nec ſuſpirijs tantũ ſeu tacitis uotis, ſed medicaminibus irritis,atque inani artificio naturæ uis affertur indomitæ,qua in re facetè admodum luſit Hadrianus princeps,caneſcenti cuidam, cui aliquid negauerat, eũdem poſtea ad eaſdem preces medicato interim crine redeuntem,ita repulit. Vade,inquit, hoc iam patri tuo negaui. D. Senui, ô ſi mea nunc redeat iuuentus. R. Reuerſuram modò illam dixi, iam reuerſam dico. ſi tàm facile uotorum omnium compos fias, nihil incaſſum uoles. pauper certè diuitias optare poteſt, libertatem ſeruus, ſpeciem deformis, ſanitatem æger,feſſus requiem,exul reditum,at iuuentã optare,uerus ſenex nequit,puerile potiùs uotum eſt. D. Senui,heu cur tam citò dulcis me iuuenta deſeruit? R. Nunquam non citò deſeruit quod iuuabat,nunquam non preproperè affuit quod angebat,uanum autem eſt optare quod haberi nequit,nocuitq; habitum,& ſi redeat nociturum ſit, ſed iam parce ſuſpirijs,dum hoc animo fueris,cito canus fieri potes,ſenex nunq;,deſideriũ enim iuuentutis in ſene,quid eſt aliud,quàm quædam pueritia ſenectutis? D. Senui incuruatusq; ſum. R. Iam iam terram aſpice,unde uenis & quo pergis cogita,hinc egreſſus, huc redis: natura te principij ſimulque finis admonet , poteras aberrare publicũ tibi iter oſtenditur,ſanè id quidem eſt ſatis,ingredi uel curuatus intẽde.Solẽt cæci in uia manu retrahi. D. Subitò ſenui. R. Immò ſenſim,pedetentim,paulatim,leniter,ſed nihil cogitantibus omnia ſubitò eueniunt,ſicut econtrà cogitantibus omnia nihil eſt ſubitum,quod ſi flenda tibi fuerat ſenectus,ſinguli dies uitæ flendi erant: illis enim paſſibus ad hunc terminum ibas. D. Heu ſenui. R. O' uotorum inſtabilitas,huc maximè anhelabas,huc peruenire optabas, huc non poſſe pertingere formidabas,quo cum peruentum eſſet ingemiſceres,monſtrum incredibile,niſi tam crebrum eſſet, ſenes fieri uolũt omnes,ſenex eſſe uult nemo,immò ue-

rò ſenex eſſe ad miſeriam, ſenes dici ad iniuriam trahunt, quaſi ſit probrum ſenuiſſe, quod profectò nullis uideri debet, niſi quibus dedecus ſit uixiſſe, quæ ingens non inficior turba eſt, cui te tamen exemptum eſſe oportet, ut noſtro colloquio frui poſsis, alioquin ut auribus illabantur, ſana conſilia in animum non deſcendent. D. Tandem ſenui. R. Et quos ager, & quos æquor, & quos bellum, & quos alea decipit, ſingula detrimenta dinumerāt, tu unus in finem expergiſceris, & tu quæri incipis, dum iuſta eſt querelarum finis omnium D. Senui. R. Stultum eſt ſenectutem non cogitare niſi cum uenerit, nam profectò ſi uenturam, ſi aſſiduè uenīētem proſpexiſſes præſentem imperturbatus aſpiceres. D. Heu mihi iam ſenex ſum. R. Hoc ne igitur defles, durum ac difficile munus impleſſe, damnoſumq; iter ac ſcrupeum tranſiſſe atq; inamœnā hanc fabulam peregiſſe: atqui Comico more plaudendum erat. D. Senex ſum. R. An oblitus es, ut nuper tibi perfamiliariter notus unus, modernorum ſentētiam, rei huius ex tempore protulit, non modernam ſed antiquis parem: amico enim dicenti: Compatior tibi, nam ut uideo iam ſeneſcis, eſſes utinam qualis eras quandò te primum noui: ſubitò ille reſpondit: Parum ne tibi ergo amens uideor, niſi ampliorem mihi nunc etiam amentiā impreceris: noli quæſo mihi compati quod ſim ſenex, ſed compatere quod iuuenis fui. ô quantum ſenſum tegit breuis iſta reſponſio, quod metiri nequit, niſi qui ætatis huius bona probauerit, & illius mala meminerit. Bono tuo igitur gratulare, quanquam illud quoq; uerum ſit, quod ſæpè bona inuitis eueniunt & mala nolentibus, uiro autem bono & uirtutum amico, & paſſionum hoſti, pluris eſt haud dubiè dies unus huius quod accuſas temporis integer, quàm illius alterius integer annus. D. Heu mihi, nā ſenui. R. Iam ſi præſtas, tibi quoq; cū uulgò iure dicitur non ſenuiſſe miſerum, ſed uixiſſe, ita ut hæc ſub uitæ finem tam ineptè diceres. parcite autem iam lamentis, querulum genus & uolentes ite ſub imperium, naturæ nihil flendum, quod illius immota lex ſtatuit. quid naturale autem magis homini nato, quàm uiuentem ſeneſcere, ſenem mori: at uos conditionis immemores utrunq; reſpuitis, cum uel alterum uel utrunque neceſſario obeundum ſit: quod ſi neutrum uolebatis, & tertio abſtinendum erat, naſcendū mihi credite non fuit. patimini ſeneſcentibus ſtatim membris animos aliquando ſeneſcere, neq; ſemper in uobis prouerbium uerum ſit: Poſſe unum animum corpora multa conſumere, ſinite ſine murmure corpus, ſimul atq; animum ad extremum ferri, ſimul intrauêre, ſimul exeant, neque altero ad metam properante alter retrorſum niti uelit alterumq; retrahere, fruſtra tergiuerſamini, ire oportet, nec redire licet nec ſubſiſtere: idq; uobis facilius debet eſſe, immortalitatē animæ, & corporis inſtaurationem expectantibus, quā cæteris quibuſcunq;, quibus uel horum alterum defuit uel utrunque. Fruſtrà, inquam, obluctamini humanumq; iugum quod naſcendo ſubiſtis excutitis. D. Senui & uires corporis imminutæ ſunt. R. Si auctæ uires animi, bene eſt, fœliciter permutaſti, maiora enim geſta eſſe ſemper & geri poſſe, animi uiribus quā corporis, nemo niſi animi inops eſt q neſciat, ſin uires etiam animi ut ſæpè accidit, p ignauiā decreuêre, fateor inutiliter uixiſti, tuū crimē non ætatis. D. Senui & res meas agere nequeo. R. Si qd animo ſit agendo, tātò id à ſene melius fieri conſtat, quantò experientiæ illi plus eſt rerumq; notitiæ & paſſionū minus, ac malis uinculis expeditior animus. at res alias non agere ſenē decet, ſed egiſſe, cui corporeus labor omnis à tergo eſt, cui ſi nunc etiā inhæret nec auelli uult, ridiculū illud antiquū renouat Romani ſenis, qui iuſſus à principe fori laboribus abſtinere, quorum ferias imbecillis hinc ætas, hinc fortuna opulens merebatur: ſic indoluit, ut ſe quaſi mortuum fleret atq; ab omni familia fleri uellet. mirus ſenex, qui quietem ceu ſpeciem mortis horreret, cum nihil ſeni aptertius quiete, nihilq; ſit turpius ſene laborioſo ac ſollicito, cuius uita omnis tranquillitatis exemplar eſſe debet. Didiciſſe & potes à Philoſophis, quid eſt illud quanq; optabile, ſenibus bonis uiuere, uita ut memorāt peracta, qua maxima tamē pars mortaliū inexpleta morit. D. Senui & repēte fugit ætas mea. R. Forma, ualitudo, uelocitas, uires, ueſtra ferè omnia fugiūt, uirtus manet nec ceſſura ſenio nec morti. illi uno bono ſtabili ab initio inſiſtēdum erat, ſi neglectū fuit, difficilius ad extremū fateor, ſed uirtutis ſtudiū nulla ætas reſpuit, immò quò difficilior eò clarior uirtus. Multi noſſe ſeipſos ac ſapere uix tandē in ſenio

cœpere,

eccepere, quidẽ at intẽpeſtiuũ minimè, & ſi enim non iam uitæ deſinẽti ac inſtãti, ſaltẽ mor-
ti unde, cui, hercle, uni horæ ut ſine horrore mœſtitiaq; tranſigi poſſet, ſi non ultimum mo-
dò, ſed totum uitæ tempus impenderetur, benè niſi fallor, impenſum eſſet, nam nec fruſtrà
naſcitur qui benè moritur, nec inutiliter uixit, qui fœliciter deſijt. D. Senui, iam uicina
mors eſt. R. Mors æquè omnib. uicina eſſe poteſt, & ſæpè ibi quoq; uicinior eſt, ubi ui-
detur abſentior, nemo tàm iuuenis qui nõ poſsit hodie mori, nemo tàm ſenex qui nõ poſ-
ſit annum uiuere, ſi nil aliud quã ſenectus incidat. D. Prorſus ſenui. R. Immò matu-
ruiſti an hoc defles, an poma cum maturuerint quærantur, ſi ſenſus illis ac ſermo datus ſit,
& non potius gratulentur ſe ad id perueniſſe, ad quod nata erant. Eſt ut cæterarum re-
rum, ſic ætatis maturitas quædã, quæ ſenectus dicitur, quod ita eſſe uideas, & ætas & mors
iuuenum acerba quidem, & dicitur & acerba eſt, acerbitati autem obiecta maturitas, quæ
cum in pomis ac frugibus bona ſit, quid niſi in homine ſit optima, non quod neſciam an-
tequàm matureſcant multa marceſcere, ea uerò nõ ætatis culpa, ſed peruerſitas eſt naturæ,
non quidem omnium, ſed multorum, qui ad bonum nati, magno niſu in aduerſum ten-
dunt. Maturuiſſe igitur debes ſi quid in te ſucci nobilis fuit, iam meſſoris tui manum ſe-
curus expecta, non mors illa, quam metuis, ſed laborum finis ac principium uitæ eſt, non
mors, inquam, ſed difficilis uitæ terminus, ad quem pauci tranquilla nauigatione perueni-
unt, ſed penè omnes nudi flentes ac naufragi. Tu per mediam ſenectutem, leuiter in fi-
nem, proſpero agens uento, è multis rerum fluctibus portum ſubis, ſubducenda iam feſſa
puppis in terram tibi, & quocunq; te flexeris, de fine cogitandũ, idq; utilius fuerit quàm
ætatem bonam, quod ſtulti ſolent, & naturam matrem optimam accuſare.

De podagra. Dial. LXXXIIII. DO.

TVrpi torqueor podagra. R. Neſciebas ſenectutis morem? incomitata non ue-
nit, magnam ſæpè morborum aciem ducit. D. Podagra crucior moleſta. R. Ex
trema, & ignobili parte corporis laboras, quid ſi nobiliſsimis laborares corde uel capite?
D. Pigra coërceor podagra. R. Vaga mens hominis freno eget, hunc paupertas te-
net, illum carcer aut grauior morbus, ludens te pedibus alligat fortuna, non podagra, ſed
pedicæ ſunt, iam diſce conſiſtere. D. Podagra inutilis factus ſum. R. Ad curſum cre
do uel ad ſaltum, ad choreas, ad paleſtram, an te autem ad hæc natum putas? ad alia ſi ne-
ſcis altiora quædam officia natus es, quæ ſi caput non ægrotat exequi nil prohibet. Studere
licet artibus ingenuis, dare operam pietati, ſeruare iuſtitiam & fidem, fragile corpus & fu-
gacem mundum ſpernere, odiſſe uitia, amare uirtutes, colere amicitias. conſilio patriam iu-
uare. hæc ſunt uiri boni munimina, quid hic pedibus loci eſt? D. Debilitatus ſum po-
dagra. R. Pugnare cum hoſtibus forſitan morbus uetet, non cũ uitijs, quod neq; faci
lius & certè crebrius eſt bellum. Et quid ſcimus, an hic ipſe dolor corporis, contra quẽ di
mices, tibi ad exercitium animi datus ſit? D. Pedibus conſiſtere nequeo. R. Vide
quam de reliquo ædificio ſpem habeas, cuius fundamentũ tàm inualidũ ſentis, uigila ne te
incautum opprimat ruina, contrahe ſarcinulas, teq; ad migrandum para. D. Podagra
me urgens habet. R. Solet hic morbus, ut perhibent, diuitias comites habere, en ubi
remedium aliud, bene ſpera, aut languoris amaritudinem opum dulcedo ſolabitur, aut ino
piæ pellet aſperitas, ira uel ſolatium aderit uel finis, ſi hæc fallunt, ueniet quæ non fallet,
illa uitæ malis omnibus finem dabit. D. Pedum præmor ægritudine. R. Si ſalu-
tem cupis, aut pauper ſis oportet, aut ut pauper uiuas, multos hac ægritudine liberaſſe tra-
ditur paupertas, uera defecatrix corporum, quoſdam uerò frugalitas, quàm uoluntari-
am ſeu fictam & imaginariam paupertatem dixerim, uidiſti aliquos perpetua ui[illegible]
abſtinentia curatos, ita fit, dolor dolore, clauus clauo pellitur, ut antiquo dicitur prouer-
bio. Vix moleſtum aliquid ſine moleſtia curatur, ut præterea cum hoc morbo, cum quo
alijs multis pacem habeas, non Baccho ſolum, ſed & ueneri bellum indixiſſe profuerit.
Sed quid agimus, animorum remedia promiſimus, non corporum? Habes tamen quàm
puto unicam morbi huius curam, hanc ſi probas utere, ſi minus, non te fallant opifices

fomentorum. Potentia enim in aduerſis efficaciſsimum atque optimum, & ſæpè unicum remedij genus. D. Podagræ uitio curuatus ſum. R. Ad iter inhabilis, minus idoneus ad laborem, non ineptus ad reliqua gerere, non rei modo familiaris, ſed reipub. & ſummi, ſi ita fors tulerit, imperij curam potes. Itaque memorandum ualde Septimij Seueri Romani principis dictum unum, qui ſenex ac podagricus, dum coniurationem nobilium, qui ſe uiuo filium eius Auguſtum dixerant, deprehendiſſet, comprehenſis auctoribus ſeditionis, ac filio omnibusq; ante ſolium eius affuſis, metuq; ultimi ſupplicij tremefactis ac territis, ipſe manu ad caput relata, Tandem, inquit, ſentitis caput imperare non pedes. D. Podagra me miſerum miris modis torquet. R. Noli ſolas aſperitates rerum flerè, ſed memento, ſi quid dulce aut iucundum tibi obtigit, quo incommodum hoc ſolari poſsis. Vnus ex multis peſsimis uulgi mos eſt, ut in aduerſis querulum, atq; impatiens, obliuioſum in proſperis, & ingratum ſit, quo nihil iniquius fieri poteſt. nam quis æquis auribus audiat, exempli cauſa, uel Seuerum ipſum quem diximus de podagra, uel Domitianum de caluitio, quod ægerrimè dicitur tuliſſe, uel Auguſtum ſenem de ſiniſtri debilitate oculi, uel Iulium Cæſarem de timore nocturno, & quiete uiſis turbida, uel poſtremò alios fortunatiſsimos uiros, de una ſeu de altera naturæ ſi dici licitum ſit, aut fortunæ iniuria, ſic quærentes, ut imperij atque opum, uictoriarum, ac tantorum ingrati atque immemores ſint honorum, dum ſe homines meminerint, quos plenam perfectamque fœlicitatem hic ſperare dementiæ ſit, amara dulcibus temperare modeſtiæ, hoc podagræ proprium, hoc morborum omnium commune remedium inuenies, ſanumquè conſilium ſanctumq; fateberis, ſenis illius læta multa adepti, dura multa perpeſsi, qui bonis de manu Dei lætè acceptis, mala quæq; patienter ſuſcipienda cenſebat, quamuis mali aliquid dare uel facere, manus illa non nouerint, ſed humanam reſpexit opinionem. D. Podagra me in lectulo nodis inſolubilibus preſſum tenet. R. Te iacente, ſtare animus poteſt, cœlumq; & terras ac maria permeare.

De ſcabie. Dial. LXXXV. DO.

SCabie premor importuna. R. Iam non miror, ſi angores meros ægreſers, quando id luges cui dulce aliquid immixtum eſt. D. Graui uexor ſcabie. R. Sunt qui hanc ſalubrem dicant, ego autem ne tàm mœſtæ rei lætum nomen tribuam, arram potius ſalutis ſiue ad ſalutem uiā dico. Mollis eſt qui aſperitatē uix breuem reſpuit, cuius exitus ſit iucundus. D. Arida me ſcabies exercet. R. Iam horologio non egebis, erit tecum quæ te noctibus excitet, teq; honeſto cuipiam fortaſsis officio uigilem reddat, nemo tam piger, quem non ſcabies ſollicitum faciat. D. Scabie torqueor. R. Morbus ignobilis, ſed nobilis cura eſt, labor, æſtas, balnea, peruigilium, dieta, ſi nec iſta profuerint, ad patientiæ medicinam recurrendum erit, illa omnibus morbis utiliſsima eſt. D. Scabie crucior tædioſa & fœda. R. Neutrum nego, ubi ergo Publius moleſtum otium podagrici pedes dixit, me ſinente potes addere, mœſtum negotium, ſcabroſi manus. ſed quid dices, ſi quò fœdior morbus: eò pulchrior patientia eſt? Quid ſi paruo ex malo bonum ingens eliciſ? hæc nimirum unà eſt rerum quæ contemptum corporis maximè pariunt, quo nihil eſt melius mortali. D. Totum me ſcabies occupat. R. Totum te, uerum eſt, id quidem metuo, ſed plus eſt forſitan, quàm quod dicere uoluiſti, totum enim corpus intelligis, ſed eſt uobis inuiſibilis animorum ſcabies, cupiditas ac libido, & pruritus quidam ulciſcendi quærendiq;, qui quo magis ſcalpitur, acrius æſtuat, hunc nec tolli nec leniri poſcitis, nec ſentitis quidem, tantò minor uobis eſt ſemper ueſtri cura quàm corporis.

De uigilia. Dial. LXXXVI. DO.

DOrmire non poſſum. R. Vigila & gaude, uitæ tibi tempus auctum, inter obdormire enim, atq; emori quid intereſt, niſi quod alter temporalis perpetuus, alter eſt ſopor. itaq; neſcio an non ſatis propriè, & ſomnus breuis mors, & mors ſomnus longus ſiue æternus dici poſsit. D. Somnū perdidi. R. Non ui quidem, ſed blanditijs reperēdus

eſt, ſi

eſt,ſi incumbas perdis operam,cogi nequit,age aliud,da requiem temporibus tuis,animo curas leues,improuiſus aderit,facilè animis uagis & corporibus feſsis obrepit. D. Sæpè mihi ſomnus interrumpitur. R. Fac quod ſolitus fertur Auguſtus Cæſar,lectoribus aut fabulatoribus accerſitis,interruptum reintegra,ſin grauioribus curis hoc accidit, pone illas,hunc receperis,de huiuſmodi enim loquebatur Maro ubi ait: Salubres curas,ſomnos abrumpere. D. Somni requiem amiſi. R. Et terrorem ſomniorum , nocturnoſquè metus, quamuis enim ſapientis meliora fantaſmata Ariſtoteles opinetur & uerum ſit, tamen & uir ille ingenio æquè magnus & imperio,ille autẽ alter ſanctitate & patientia æquè inſignis,de quibus paulo antè ſimul diximus,ſomniorum graues ſensêre moleſtias. Nam quid alij ſentiant quiſq; nouit in ſe,& lectulum propoſitum ſuarum teſtem habet illuſionum atque ambagum & formidinum. certè horum alter tempore extremo per ſomnium exterreri ſolebat,ſicut de illo ſcriptum eſt , alter ut dixiſſe dudum uideor,dum de ocio & quiete differerem,inter cæteras uitæ moleſtias quæritur,quod terreant eum ſomnia & uiſiones horrore concutiant. D. Solito minus dormio. R. Solito igitur magis uiuis, Nempè quod doctis placet,ut mors ſomnus,ſic uita uigilia eſt. D. Somnũ morbus expulit. R. Sanitas reducet. D. Somnum amor excluſit. R. Bis rem unã dicis. Morbus eſt enim amor & morborum maximus. D. Somnum metus extinxit. R. Securitas ſuſcitabit. D. Somnum ſenectus eripuit. R. Mors uicina reſtituet.

De inquietudine ſomniorum. Dial. LXXXVII. DO.

SOmnijs inquietor. R. Si uerum eſt quod ſapiens quidam ait,Multas curas ſequuntur ſomnia: quod ueſtri quoq; approbant auctores,radicem mali amputa,curas pelle, ſomnia quoque pepuleris,quo enim quæſo tot curas,& tam nihil profuturas,in tam breui uita,de qua iam ab initio promiſſum eſt,quid torqueri iuuat,& turbidam curis , uitam & infeſtam ſomnijs quietem,ueſtra uobis facit amentia? Diuinam prouidentiam ueſtro uultis ſuperare conſilio,neque ſentitis,ut ex alto ueſtræ ridentur inſaniæ, ueſtræq; deliberationes illo de tempore,quod non ſolum extra ueſtrum arbitrium,ſed etiam extra notitiam ueſtram eſt , neque auditis Flaccum exclamantem:

Prudens uenturi temporis exitum
Caliginoſa nocte premit Deus
Rideta; ſi mortalis ultrà
Fas trepidat.

Omne tempus in ueſtram trahitis perniciem , de præterito mœſti, de præſenti anxij, de futuro pauidi trepidiquè, deque his curis ſuperuacuis dignos metitis manipulos, laborem uigilantes,conſopiti ſomnia. Sin illud fortè uerum eſt,quod uacantem quoq; curis animam,inquietam ſomnijs eſſe,uel natura hominis,uel peccatum cogit, non'ne cum ex mille ſomnijs,nec unum uerum eſſe uerum ſit,poſtquàm alterutro falli oportet, ſatius eſt inquietari ſomnijs quàm mulceri,& amara ſomniare quàm dulcia,mœſti enim ſomnij fallacia læta eſt,læti autem mœſta. D. Somnijs fatigor. R. Sperne totam hanc ineptiam & quieſces,ſi id nequis,his te ſolare comitibus,qui ſimilia paſsi ſunt,his duobus nominatim,quos modò dicebam,dum de uigilia quæreris.

De celebritate nominis importuna. Dial. LXXXVIII. DO.

CElebrior ſum quàm uellem notiorq;. R. An tu hoc ſpernis quod maximi exoptarunt duces ac principes,philoſophi & poetæ? quid enim tot laboribus, quid tãtis bellis ac ſtudijs agitur,nec aliud inſignes artifices moliuntur? Declarat hoc Phidias in Mineruæ ſtatua,quod opus omniũ quæ hominũ manib. facta ſunt,primũ aut inter prima poſuerim,niſi cũ aliquid inſcribere uetitus fuiſſet,uultũ ſuum clypeo ſtatu ſic inſculpſit, ut & ab omnibus noſceretur,& cõuelli inde,niſi toto opere diſſoluto nullo poſſet ingenio,noſci in premium ſui laboris optabat. ſi quis enim non famã ſed pecuniã cogitare dixerit artifices, in cõmunib. fortaſsis aſſentiar,in illuſtrib. negẽ. Multi ſunt rei huius iuditia,ſic cũ iactura tẽporis dãnoq;,etiã ſæpè operi inſiſtũt,ac ne quid famæ excidat,lucrũ ſpernũt,Cõprobauit

hoc

hoc maximè nobilis illa conſtantia eorum quatuor artificum, qui ad famoſiſsimum illud
opus, quod Artemiſia Cariæ regina dilectiſsimi coniugis memoriæ extrui fecit, magnopre
tio acciti, cum antè perfectum opus obijſſet regina, ipſa unde operis pretium ſperabatur,
perſtiterunt tamen unanimiter in finem, nil iam aliud quàm ſuum decus, & facti memori-
am cogitantes, proinde omnes homines claritatem famamq; deſiderant: ſolus tu, ne paruo
illas tædio emptas uelis. D. Immò & ego apud poſteros clarus eſſe cupiam, inter coæta
neos recuſem. R. Quid ita cũ hoc maius, eoq; difficilius ac rarius ſit, obſtante quæ præ
ſentium famam interpellat inuidia? D. Quia inter abſentes mera eſt gloria, nullus ob
ſtrepit, nullus obſtat, inter præſentes autem & contradictio & labor, Magnus enim labor
eſt magnæ cuſtodia famæ, ut non ineleganter ait quidam. R. Nimis aut delicatus aut ſe-
gnis es, qui ſine labore magnum aliquid ſperes, cum pro minimis tot ſe offerant labores.
D. Ego uerò non labores reſpuam, ſed tædia: nam quis ferat aſsiduè uiſitari, obſideri, po
ſci, exagitari, & ſui interim negligentem totos dies ac magnam breuis uitæ partem alijs da
re, ut tua neceſsitate poſthabita, alienæ inſeruias uoluptati, quod malum ſi ab initio incidiſ-
ſet, nunquam ad hanc ipſam famam quæ me cruciat uentum eſſet, ſed & nunc præclaros
animi conatus, & egregia, potẽs eſt impedire negotia, importunũ. R. Id quidẽ ita eſſe
non nego, durum certè ſed tollerabile, immò & inuidioſum & optabile, cæterum utcunq;
tuo iuditio acceptum erit, penè ineuitabilè, nam quæ ad euadendum uia, niſi uel ſuperbia
uel ignauia? altera honeſtum deſideriũ te petentiũ arcebit, altera etiam extinguet, ſi quod
eſt remedium, urbium fuga eſt, quanquã ſi claritas poſſeſſorem ſuũ quocunq; perrexerit,
& ubicunq; conſtiterit ſecũ erit, nec rure unquam, nec in ſyluis quidem deſinet clarus eſſe,
qui in urbibus clarus fuit, non poteſt famæ fulgor abſcondi, inter tenebras eminet, & ad ſe
oculos atq; animos trahit. Nunquid non audiſti Dyndimum Brachmanorum ſenem præ
clariſsimum, ab Alexandro Macedone uſq; ad ultimas Indorum ſolitudines, Cynicumq;
Diogenem ab eodem uſq; ad illud ſuum dolium, quo pro uolubili utebatur hoſpitio, uiſi-
tatos? Nunquid non uſque ad ſqualidam ac deſertam Linterni uillulam, à placatis ſola uir
tutis ueneratione latronibus, Scipionem Aphricanum eũdemq; ab ipſis hoſtium ducibus
uſque tranſmaria? nunquid non Titum Liuium ab ultimis Galliarum extremaque pro-
cul Hiſpania uſque ad urbem Romam? nunquid non denique ſanctos patres, uſque ad
intimas & horrendas hæremi latebras à Romanis etiam Imperatoribus uiſitatos? & ſi-
leo Salomonem, immò uerò quis unquam uir clarus uiſitationibus caruerit? Amici & no
ti mutuis alloquijs & confabulationibus delectantur, ignoti autem ſolo recreantur aſpe-
ctu, habet enim uirorũ illuſtrium præſentia dulce aliquid, quod non ſentit niſi ipſe qui frui-
tur, hoc tu laborioſum, ne dixeris, operoſum eſt fateor, ſed & glorioſum. D. Celebrita
te nominis atteror. R. Si hanc uis abijcere, uirtus abijcienda eſt cuius è radice oritur,
id ſi meritò refugis, ferre hãc ſarcinam æquo animo eſt neceſſe, ad quã multi ne quicquam
omni ſtudio uitæque ipſius impendio aſpirant, & tu forſitan aſpiraſti, patere te uideri ab
his, qui hoc niſi te tuumq; nomen diligerent, non optarent. D. Multi me undiq; uſq; ad
importunitatem faſtidiumq; concelebrant. R. Quid tu igitur an contemni malles at-
que abijci? D. Innumerabiles uſq; ad tædium me honorant. R. Tu uerò Dei munus
agnoſcito, ille te honorat, ut te illum & honorare delectet, & inhonoraſſe pœniteat, omnis
honor & omne quodcunque homini ab homine bonum fit à Deo eſt. D. Permole-
ſtia res eſt honor immodicus, & crebra uiſitatio. R. Et hæc fateor, at prædulces ſunt
huius moleſtiæ radices, amor & ueneratio, his ſi animi guſtum applicueris, benè ſapere in-
cipient quæ moleſtant, amara dulcibus tempera, non in hoc tantum, ſed in omnibus quæ-
cunq; fers præſens uita, in qua non facile reperias mel cui nõ ſit admixtũ fel, & ſæpius ama
ra præpõderant. D. Celebritate nimia fatigor. R. Sæpè id quidẽ accidit, de quo que-
ſtum diuum Veſpaſianũ nouimus triũphantẽ, dum ſolennitate pomparũ, expectatione ac
tædio eſſet affectus, increpantẽ ſeipſum, qui triumphũ nec ſibi nec maioribus ſuis, aut debi
um aut ſperatum tàm inaniter in ſenio appetiſſet. quãuis aũt non ſit optãda celebritas per
ſeipſa, ferenda eſt tamẽ & amãda, cauſæ ipſius uirtus & induſtria, neq; unquã ut *illa cæteras*

deferendæ,

deſerendæ, multò glorioſus eſt labor occupatior, quàm ignaua requies. D. Salutatoribus obuijs offendor. R. Habes huius quoq; tædij participẽ Cteſippum philoſophum, immò quem non habes, præter illos qui popularibus auris, ut Maronis utar uerbo, gaudent: ille tamen inſignis quæſtus eſt. credo ideò quòd acutiſsimum uirum, talis enim traditur, & ſuis ſtudijs acerrimè deditum, ſalutatio crebra & improuiſa turbabat, utq; idem ipſe ait, perducebat ad mortem. Nihil eſt autem quod quæraris, quod optabas, accidit, notus in populo ut eſſes, alioquin tot ſalutatorum incurſibus non paterêres, poteras latere, poteras quieſcere, poteras, quod aiunt, in gremio gaudere, quod optimum uitæ genus aliqui diffiniunt. At uos magnis in urbibus noti & clari eſſe uultis, & otioſi ſimul & liberi & tranquilli, quod nihil eſt aliud, quàm in magnis pelagi tempeſtatibus, ut immobilis ſit optare. Deniq; ſuperbi fuerit, obſequentium amicorum uoces pati, non poſſe æquo animo, cum ſint hoſtium patienda conuitia.

De dolore ex malis moribus hominum concepto.

Dial. LXXXIX. DO.

MAlos mores hominũ ægrefero. R. Si charitate motus laudo, ſi ira uel indignatione non laudo, quòd ad te enim, quibus moribus ſint alij, modò tu ſis bonus. an nunc primùm intelligis uulgi mores, an tibi negotij parum ſentis ultram tuam componere, niſi inuigiles alienæ, & illud aggrediare, quod nec ars unquam efficere ualuit nec natura, unde nihil unquam ſperes niſi tædia & labores? Fuerũt hæc tamen & Philoſophis curæ, quorum alter in publicum egrediens ſemper flebat, alter contrà mores hominum ridebat, neuter ſine cauſa, ſed illud pietati, hoc ſuperbiæ propinquabat. D. Quis enormes ac ſubdolos hos habitus ferat. R. Malo te per uim dehoneſtari, ferres ſi neceſſe, qui ſponte ſua alios deformatos pati nequeas, ſine illos indui ut libet, tu ut licet atq; ut decet induere, atq; ſta te ulciſcere, non minus laſciuos oculos honeſti habitus offendunt, quàm modeſtos inhoneſti, illi igitur uoluptatem conſilio adhibeant ſuarum rerum, tu adhibeas honeſtatem. Nuſquã alibi quàm inter tenebras gratior lux, nuſquã alibi quàm inter uitia uirtus eſt clarior. quid quæreris? Aliena fœditas, tuo adijciet decori. D. Quis hos morbos animorũ atq; hos perferat inuidos. R. Linque inuidos ſibi, neque illis alium cupias tortorem, ſatis ipſi ſe torquent, & ſuis malis & alienis aguntur ac tabeſcunt, bonis non eſt cõpatiendum ſponte languentibus, non ſunt autem contagioſi, ut corporum ſic animorum morbi non tranſeunt ad nolentes, immò uerò nobilis animus, uitiorum odio, ad amorem uirtutis accenditur. D. Quis tot ferat inſolentias? R. Humilitas eò acceptior, quò pluribus eſt obſeſſa ſuperbijs. D. Quis tot fraudes, quis tot artes auaritiæ, quis tot ſpecies libidinum? R. Quæ tibi meritò diſplicent declina, & quæ in alijs damnas ne in te damnent alij, caueto. D. Quis hoc gulæ regnum. R. Maxime inter ebrios ſpecioſa ſobrietas; ubi æque boni omnes, nullus excellit. D. Quis tàm multa mendacia? R. Si mendacio offenderis ueritati ſtude. D. Quis tot ubiq; tyrannides? R. Non te hinc arma nec opes expedient, ſola uirtus eſt libera. D. Totus orbis odio mihi eſt. R. Miſerari miſeros magis decet quàm odiſſe, niſi ut dixi ſponte ſint miſeri, quin tu mundo ſuos mores linque, tuos reformare ſtude, & ab alijs auerſos, in teipſum oculos reflecte, ſic & tædium euaſeris, & cum mundum nequeas, id quod potes & debes, temetipſum corriges, non eſt quo te fruſtrà natum credas, ſi hoc feceris.

De minutis tædijs rerum uariarum. Dial. XC. DO.

TVrbidos odium clamores rerum uariarũ odi. R. Ruris ſilentium ſyluaſq; ama, quæ fieri fugariq; nequeunt fugienda ſunt. D. Vulgi contentionibus feſſus ſum. R. Vulgò aures dum prebueris non quieſces. D. Vulgi ſtrepitu fatigor. R. Vulgi uerba deſpicito, penè enim quicquid uulgus loquitur aut nihil, aut falſum eſt, at ſtrepitum illum omnem & confuſas uoces ſi uitare nequeas, uetitum tantùm auribus excipe, idq; non aliter, quam mugitus boum aut balatus pecudum aut urſorũ murmur, quid enim niſi

belluarum

belluarum uoces ſunt uel inertiũ uel ferarum. D. Vulgi fragore perturbor. R. Finge animo te aquarũ exundantium ac ſcopulis illiſarũ ſonitum audire, perſuade tibi eſſe uel ad fontem Sorgæ, ubi ingenti ſtrepitu, exhorrendo ſpecu, luciduſsimus amnis emanat, uel ubi Reatini gurgites, quos Nar in Tyberim conuehit, alto de colle deſcendunt, uel abi ad ea quæ Cataduſſa nominãtur, ut ait Cicero, Nilus ſe ex altiſsimis montibus præcipitat, uel ubi ſimiliter ut ferunt, Hiſter in Euxinum ruit. denique ubi uel Liguſticæ rupes æthneis fluctibus furenti auſtro, uel charybdis oblatranti Scyllæ Sicanis uorticibus torta reſpondet, conſuetudo præſtabit, ut quod tædioſiſsimum ſentis, quadam cum uoluptate percipias. D. Latratibus canum uexor. R. Qui uulgi latratus ferre didicit, nullos horrebit canes, nam neque tàm multi alij, neque tàm rabidi aut mordaces. D. Immitis equus ac fremens, infidus ſeruus ac contumax, non tantùm tædio, ſed periculo etiam mihi ſunt. R. De utroque animali quid ſentirem dixi olim, & nil nunc muto. addo aliquid, ut uitare quidem poſsis equi tedium, ſi nil aliud pedes tibi, ſerui aut manus dare poſſunt, necla mentis dignum quo carere ualeas, cum uelis. D. Muſcarũ tædio affectus ſum. R. Vide'ne muſcarum tædio muſca fias, & ab alio quàm à Deo creatam muſcam credens, ſind. lius qui muſcarum princeps dicitur poteſtatem uenias. quod affecto cuidam tædijs ſimilibus accidiſſe, auctor eſt Auguſtinus, Principium illud Ioannis famoſiſsimum exponens. Et muſca & pulex, & bruchus, & culex, & cinifex, & locuſta, cæteraq; huiuſmodi creata, non ſine certa cauſa ſunt ab illo, qui uidit cũcta quæ fecerat & erant bona ualdè, & ſi nulla etiã alia, illa ſola ſufficeret, ut his armis humana ſupbia domaretur, potuit enim Deus Aegyptijs leones, tygres uel dracones immittere, minuta & uilia immiſit animantia, quò clarius & cœleſtis potentia & terrena fragilitas nota eſſet. D. Pulicibus inquietor. R. Sanis cogitatibus conquieſce, cogita nihil mali præter peccatum homini contingere poſſe, multis non hæc modo facilia, ſed quæ uidentur grauiſsima proferunt. quid ſcis an ſi pulices abirent, ſopor nimius, aut malæ libidines ſubirẽt? crede benè in omnibus tecum agi, benè erit. D. Nocturno publicum prælio uictus ſum. R. Quid ſuperbis igitur umbra & cinis, quid erigeris iners lutum à pulicib. uictus. contrà Deum calcitras, iumentum indomitum ac ſtolidum? D. Offendor pulicibus. R. Vis ne tu homines offendere, à pulicibus te defendere, uiliſsimo impar animali, nobiliſsimum aggrederis, & pulicum cibus homines uoras? D. Pulicibus agitor. R. Terrena omnia hominis ad obſequium facta ſunt, pars ut paſcat, pars ut ueſtiat, pars ut uehat, alia ut defendant, alia ut exerceant doceantq; & conditionis admoneant, quædam denique ut delectent feſſumq; rebus animum leuent, quædam uerò ut delectationem noxiam frenent, ac ſalubribus tædijs contemptuq; huius lucis ſimulq; deſiderium uitæ melioris incutiant. Quantum enim quæſo, mors timeretur, quantumúe ſi tædijs uacua eſſet placitura mortalibus erat hæc uita, cum tædijs plena ſic placeat, ſic habitus timeatur, nec uitæ iucũditas uiuenti, nec amœnitas uiæ ſemper eſt utilis uiatori, expeditq; nonnunquam durum aliquid occurrere, quo optabilior finis ſit. D. Nocturnæ aues flebilibus notis infeſtæ ſunt. R. Non ut arbitror philomena, quæ apud Vergilium:

Flet noctem, ramoq; ſedens miſerabile Carmen
Integrat: & mœſtis latè loca queſtubus implet.

Dulcis enim fletus, & ſuaue carmen, & delectabiles ſunt querelæ, mœſtior te forſitã ſtrix offendit, neque tàm proprio, quàm Poëtarum carminibus infamis bubo, qui quibuſdam tamen quàm læti fuerit augurij, apud Ioſephum legis, quamuis utrunq; ridiculum, hinc ſpem, ſcilicet metumúe concipere. Huius enim & multorum triſtis aſpectus, & lugubris cantus, at uterque naturalis, non ſic canunt ut uobis aliquid nuncient, ſed quia canere aliter non norunt. da illis philomenæ uocem flebunt dulcius, nunc naturæ parent ſuæ, uos naturam ipſam ſuperſtitionibus ueſtris, ut pareat, cogere delirãdo nitimini. D. Proxima in turre pernox noctua importuna mihi eſt. R. Noctuam inquietas noctes Auguſto facere ſolitam audiſti, & quẽ quæſo uerebitur, quæ mũdi dominũ inquietat? D. Mures thalamum infeſtant. R. Quid ſcis an hoc ipſo in thalamo exorti, quẽ tu forſitan peregrinus

grinus inhabitas,de te iuſtius quæri poſſunt,qui natale illis aduena ſolū turbas. ſed omiſſis iocis,horum omnium ratio una eſt,idcircò equidem his infeſtam uitam agitis, ut diſcatis alteram optare. ac illic animū habeatis,ubi nec mures,nec fures,nec araneæ, nec tineæ; nec damna,nec tædia ulla ſunt. D. Procaces ranæ ac ſtrepidulæ tædium pariunt cicadæ. R. Finge ſolatium parere,ſolatium erit,opinio rem quocunq; uult trahit, non ut uerum mutet, ſed ut iuditium regat & ſenſibus moderetur. Inuentus eſt nuper,qui rure habitans, ad fugandas nocte luſcinias,ſaxis armatus ſudibuſque conſurgeret,quo cum parum proficeret,circunfuſas arbores iuberet abſcindi,ut uel ſic prærepto frondente domicilio abirent, quibus manentibus,abire illum oporteret,iamq; importunis cantibus pulſus ſopor abijſſet,is tamen proximæ paludis in ripa, nocturnos ſtrepitus ranarum modulatiſsima quaſi ſidium harmoniam incertiſsimus hauriebat,inhumanum ferumq; hominem, uixque inter homines numerandum,& moribus quidem qualem audis forſitan & uidiſti, uulgaribus tamen negotijs haud inſanum,qui nunc ideò ad memoriam redijt,ut conſtaret, quantum in rebus omnibus poſsit opinio. D. Ranarum & cicadarum ſtrepitu offendor. R. Non illæ quidem ut offendant ſtrepunt,ſed naturæ communis beneficio utuntur, at hoc ipſum ſuperbam impatientiam ueſtram lædit,ſicut reliqua quæcunq; aliter fiunt dicunturue,quàm exigit oculorum ueſtrorum atque aurium uoluptas,ſed ut fabulam ueſtri erroris,ad antiquas fabulas remittam,cogita nunc uel ranas ſuam ueterem querelam, & ultricem Latonam raucis uocibus, uel cicadas uerſum in ſuam ſpeciem Titonum, ſtridulis plauſibus memorare, ſineſque forſitan ſuum illas agere negotium,& tu tuum ages. cur iniuſti naturæ ſemper accuſatores,innocuis animantibus ſuccenſetis,nec aduertitis, quantò maiora ſunt tædia quæ uiciſsim ipſi uobis infligitis? ſileo raptoreſque urbium & mille iniuriandi lædendique artes, mille uiolentias,mille dolos, quorum pleni ſunt uici omnes & compita, taceo latrunculos toto orbe diſperſos, & itinera interrupta prædonibus, quibus magna pars terrarum hodie inuia eſt,ſpectacula mundi pulcherrima prærepta mortalibus,diſsimulatum illud & miſerrima iam conſuetudine roboratum, quis dignis quæſtibus explicet,aut humanæ pondus ignauiæ uerbis æquet, quod pacatis quoque regionibus,paſsim legitimus prædator occurrit, qui ſollicitum uiatorem exhauſtumque laboribus & onuſtū curis,ære ſuo ſpoliat, iniuſtiſsimi neſcio cuius iuris obtentu,quo effectum ut quod amœniſsimum fuiſſet, orbem terrarum permeare, id alicubi periculoſiſsimum, ubique ſumptuoſum ac tædioſum ſit. ſic ueſtri Principes & Patres Patriæ, immò uerò ueſtra patientia, ueſtri mores, libertatem publicam paruo pretio uendiderunt. quid cuſtodias loquar ſuperuacuas,& obſtruſos paſſus,ac ſuſpitionibus uarijs plena omnia, abſentiumque ſolatium unicum literarum commertium interdictum? quod ipſum quia mutari iam non poteſt,forti animo ferendum eſt, uerum ut naturæ opera ferre non renuat, qui tot inſolentias, tot immanitates hominum, tot tædia,tot rapinas pati ſolitus didiciſſe debuit,quàm iniquè natura parens leuibus ex cauſis quotidie laceretur,cum tot acerba & grauia pati hominem,ab homine ſit neceſſe. D. Magno torqueor calore. R. Expecta hyemis tædium hoc pulſura feſtinat. D. Frigore crucior importuno. R. Ecce tibi æſtas accelerat,huius ipſius allatura deſiderium. D. Frigoribus urgeor. R. Vix incommodum inuenies,cui non inuenerit natura remedium, & ſæpè unius,remedia multa ſunt: Arcent frigus tectum,ueſtis,cibus,labor,exercitium. raro quiſquam frigore uincitur, niſi uictus inertia, piget ignem inter remedia numerare. magnum mortalis ignauiæ argumentum, nō tàm facile dolio immixta aqua,linteo madente detrahitur,quàm è turba hominum hyeme accenſo igne,inertes à fortibus ſegregantur,omnes eò confugiunt, quibus nihil ſanguinis neruorumque animi eſt, uidere licet, ſed non liber,iuuenes noſtros ut formoſi uideantur,deformatos abſciſſoſque pubetenus ſeſe ignibus ingerentes, quantò erat honeſtius pudenda contegere,quàm ſemiuſtis natibus,inamœnum naribus nidorem reſpirare. D. Nunc tremo,nunc æſtuo. R. Credo id facillimè, mores noui,& te loquente quod occurrit dicam. Recens at breuis hiſtoria eſt: pater in Gallijs pro capitali cauſa cum adoleſcente filio cōprehenſus,& ſecundum ritum gentis in ahenum miſſus

ac deco-

ac deco qui iuſſus erant, cum fortè igitur in aquam hyeme gelidam nudi ac uincti pariter deſcendiſſent, cœpit adoleſcens tremere, & frigus magna dentium colliſione teſtari, ubi ſubiectis ignibus cœpit aqua ferueſcere. Ille lamentis ac gemitu impatientiam caloris exprimere, contrà immotus ad utrunque & toruo illum uultu reſpiciens ſenex: Viliſsimæ, inquit, meretricis fili, nec frigus igitur, nec calorem pati potes? uerbum mali forſan, ſed conſtantis ſolidiq́ animi, dignumque quo illæſus è uaſe mortifero proſiliret: cæterum ueſtris nunc adoleſcentibus conuenientiſsimum, quibus nihil effœminatius, nihil eneruatius eſt, æſtate ſolem execrantibus, ut Athlantes ſolent, hyeme ignem adorantibus ut Chaldei. D. Nix me tædio afficit. R. Delicati etiam iucunda faſtidiunt: atqui niuem ſine uentis deſcendentem, quidam inter pulcherrima ponunt, porrò ſi quid eſt niue pulchrius, nil certè candidius. D. Nunc æſtibus, nunc frigoribus nimijs, nunc ſiccitate, nunc imbribus angimur. R. Impatientiſsimum caloris Alexandrum ferunt, nempè qui & diræ & proſperæ fuit impatiens fortunæ, cõtrà uero caloris ac frigoris patientia parē dant Hannibali, cur non tu aliquam tibi uel diſsimilis partem laudis arripias, æquè ille utrunque potuit ferre, tu neutrum? hoc uobis primum tribuit uoluptas quæ emollit eneruatque, & ut uerè dicam, caſtrat animos, ut non hoſtiles tantum gladios aut mortem, ſed impreſsiones aëreas formidetis. clamo autem & ſæpè fruſtra quidem, quoniam ſurdis clamo, Linquite ſuum officium naturæ, nihil ſine æternis agit illa conſilijs, ſtulti & ignari, ne una prorſus aquæ ſtillula, plus minusúe quàm expedit in terram cadit, & ſi non ſingulorum libidini, at ſaluti omnium conſulitur. D. Hic luto, hic puluere, hic nubibus, hic uentis ac tonitru turbor. R. Atqui terræ uarietas, cœli uarietatem ſequitur, udus aër lutum parit, ſiccus puluerem, ſic de motu aëris uenti, de uaporibus nubes, de uentis ac nubibus tempeſtates ac fulmina prodeunt, qui rerum cauſas nouit, & naturæ ſe præbuit, obſequentem conſequentiam affectuum non deflebit. Et de uentis licet apud quoſdam magna ſit quæſtio, non'ne tamen tibi aër omni carens uento, penè ſemianimis uideatur, ut non ineptè quidam, uentum animam dicant ſiue ſpiritum? puluerem certè apud multos uiris fortibus dulcem uides, idq́ ut de luto etiam credi poſſit, diuerſorum operum una uirtus efficiet. Tonitrua uero & concitatiores cœli motus, quid niſi comminationes & monitus miſeràtis Dei ſunt? qui certè non minaretur, niſi amaret hominem ſed feriret, cum multæ & graues nunquam deſint feriendi cauſæ: ad terrorem uerò hæc fortitudineq́ mortalium ſpectare, ſed antè alios illorum qui rebellant Deo, non ſolum naturæ gnarus meminit poëta, ſed uates illa etiam diuini conſcia conſilij, quæ ait: Dominum formidabunt aduerſarij eius, & ſuper ipſos in cœlis tonabit. formidate uerum tonantem aduerſarij, enitimini in gratiam redire, ut amici Dei effecti nihil omnino niſi eius offenſionem timeatis. hoc potius agite, & querelas mittite. D. Fuſco & nubilo contriſtor aëre. R. Nulla tempeſtas durat, & ſereno nubes ſuccedunt, & ſerenum nubibus frequens immò iugis alternatio, & ferendum ſine quæſtibus quòd tam breue eſt. D. Offendor nubibus. R. Offenſio admonitio quædam eſt, ut iam hinc tibi prouideas, ne tenebras quas momentaneas ægrè fers, aliquando perpetuas patiaris. D. Igne cœleſti turbor & grandine & procellis. R. Hæc & his ſimilia ad timorem ſalutiferum, uel ſi ſpernitis ad uindictam ſunt. audi unum: Ignis, ſulphur & ſpiritus procellarum pars calicis eorum. audi alterū: Ignis, grando, fames & mors, hæc omni ad uindictam. D. Tempeſtatibus turbor æquoreis. D. Noli hic naturam, ſed tuam uel ſtultitiam uel auaritiam accuſare, quis huc te coëgit? D. Tenebroſus nubibus & contrarijs uentis afficior. D. In tenebris natus, & in tenebris moriturus, inter rerum contrarios uentos uiuis. diſce quod ſemper pateris tandem pati. D. Tonitru ac fulmine quatior. R. Plus hic aliquid quàm tædium eſt, in primo equidem mœtus ingens, niſi ſtultis quibuſdam contemptoribus: in ſecundo autem mors. Itaque quibuſdam uiſum eſt de fulmine non niſi inexpertum quæri, at quis oro niſi amæns hæc non metuat, cum cautum apud fortiſsimos hominum Romanos uideat, ueteri ſtatuto, ut comitia populi Ioue tonante non habeantur? Cæterum metus hic, niſi ad emendationem uitæ ſpectet, inutilis eſt. Quid prodeſſe enim poteſt timor, ubi nullum eſt remedium formidatæ rei, huc

uertenda

uertenda res igitur. ut licet naturalibus cauſis tonet ac fulminet, nihilominus tamen commonitorium exiſtimetur illius, qui nullis obſtructis cauſis, ipſe fons omnium cauſarum eſt. Ille quidē ideò tonat in cœlis, ut tu in terris benè uiuas & obliuione diſcuſſa, iraſcentem dominum recognoſcas, quodq́ amore debueras, ſaltē metu facias. Nolite queri, omnia æquè bona & mala, expedit uobis, mihi credite, ut ſæpius tonet, & quàm ſæpè tonuiſſe memoriæ traditū eſt eo anno, quo uerus Dei aduerſarius ac pietatis hoſtis Domitianus interijt, non ut exclametis, ſicut ille, Feriat iā quē uolet: ſed ut iram Dei pijs lachrymis ac humili prece uincatis. D. Ebriorum cōgreſsibus lætitiaq́ contriſtor. R. Vinum lætificare cor hominis, & bacchum lætitiæ datorem, & ſi Dauid Virgiliuſque non dicerent, notum eſt. & quamuis illud quoq́ uerum ſit, quod horum non facundior, ſed ſanctior Vates ait: Fluminis impetus lætificat ciuitatē Dei: plus tamen feruidi gaudij ſeu lætitiæ geſtientis, ut Philoſophi uocant, pauca potētis uini dolia, q́ multa nitētis aquæ flumina cōtinent. fateor quę ebriorum lætitia nil triſtius, nil opificibus & tabernarijs, quos meritò ciuitatum fecem Cicero uocat, ineptius, uel ferendum tamen, uel urbibus abeundum, uel foro ſaltem ac plateis & tabernarum ſcenis, tanquam ſcopulis abſtinendum. D. Turbis premor frequentiaq́ ciuium importuna. R. Trux & inhumanum uotū eſt, optare Patriæ ſolitudinem, quo ipſe ſis latior, ob hoc enim illa, olim ut noſti ſoror Apij Claudij mulctata & illa innocens ultimo apud ſcriptores celebrata eſt, ut uerò iſtud iniquum & ſupplicio dignū, ſic uitādi ſtudio faſtidij te turbis eripere, & ſi res poſcat Vrbi cedere, modeſtū ac ſapiētibus uſitatū eſt. D. Lōgo & ſegni iuditio laboro. R. Adquid inuēta tranſactio eſt, niſi ut litem finiat, & tarditatem iuditij antecedat? D. Mœſto & turbido atteror litigio. R. Pro te apertis epithetis uſus es, ubi enim lis, ibi nec gaudium nec tranquillitas eſſe poteſt, tu ſi litibus uis carere, litium contemne materiam, auaritia lites parit, & partas alit.

De terræmotu. Dial. XCI. ME.

TErræmotum timeo. R. Magnum fateor naturæ parentis incommodum, nec immeritò à parentibus ſegregatum. nempè cunctis grauius, ſed rarius, idque remedij loco ſit. Sæpe quidem inſtans tonitru, cœli facies mœſta prænunciat, terræmotus præſagium nullū eſt & ſi eum Pherecydes aqua putei hauſta prædixiſſe feratur. Adde quod aduerſus culminas aliquod fortaſsè refugium, ſubterraneæ offerunt cauernæ, quale illud legitur Auguſti Cæſaris fulgura metuentis, quod adhuc Romæ uia cernitur Flaminia, & nomen ſeruat auctoris. contrà terræmotum nullæ ſunt latebræ, nulla fuga, quo enim extra terram fugiat terrenus homuncio, aut quid fiet ſi & ſupra uerticem cœlum tonat, & ſub pedibus terra tremit, niſi fortè quis in pelagus fugiendum dicat, quod & cœleſtis & terreſtris uarietatis eſt particeps, & ſuis inſuper motibus inquietum? M. Non tu mihi remedium das ut ſoles ſed periculum exaggeras. R. Sentiebam ita tibi uiſum iri, & ſic haud dubiè ſe res habet. ſunt quæ diſsimulari quæunt & uerbis extenuari, ut quæ fama terribilia uiſa erant, re ipſa nunc tollerabilia, nunc & contemptibilia uideantur, id ſanè de quo agitur tale eſt, ut ſua quadam ui humani eloquij argumenta diſcutiat, unum eſt ſolamen ut dicebam raritas. Vidiſti ætatem penè integram terræmotibus uacātem, quo in ſpatio innumerabiles obijſſe non eſt dubium, qui in uita ſolum rei terribillis nomen audierit, nullum res uiſa terruerit, alioquin quem non conſpecta promoueant, uel antiqua illa, uel hæc noua, quorū uel in libris uel in animis hominum qui uiderunt, memoria recens eſt: quando & olim uno eodēq́ die, motu horrifico & cōcuſſa Rhodus, & nouæ inſulæ profundo maris emerſerunt, & uetuſtæ urbes Aſiæ duodecim corruerunt, nonnullæ etiam terræ hiatibus hauſtæ ſunt. Dehinc eadem peſtis in Achaia Macedoniaq́ deſæuijt, demum in Campania illa pulcherrima, non Italiæ tantùm, ſed totius etiam mundi parte, circa Senecæ ætatem, qui inter quæſtiones naturales rei huius meminit, quando & Herculanum & Pompeios urbes tractus illius nobiliſſimas, ipſam quoque Parthenopen ea peſte uexatam legis, At ne cūcta ſequar, quæ infinita materia eſt, nuper alpes aëreas, quæ Italos à Germanis ſeparant,

quarũ motus inſolitos Maro ait, & motas multis in locis diſiectas cernere potuiſti. & confeſtim poſtea ipſam urbium reginã, grauiter agitatam uſq; ad ruinã turrium ac templorũ, aliquotq; aliàs humi ſtratas, moxque uelut perpetuo malorũ ordine, Germaniæ partem illã, quæ nobilior habetur, totã ſcilicet Rheni uallẽ tremuiſſe atque in ripis Baſilcam urbem funditus, & octoginta eoq; amplius caſtella, uno ſimul temporis momento corruiſſe notum eſt, horrendum planè negotium, niſi arcem terribilium mors teneret. hanc qui timere deſierit, nil timebit, ut que eleganter ait Flaccus:

Si fractus illabatur orbis.
Impauidum ferient ruinæ.

Nam quid refert an in te lapis exiguus ſic deſcendat ut perimat, an te ingens obruat Apenninus, ſeu potius fractus orbis, ut eſt dictum, ſi utrobique nil amplius eſt quàm mori, niſi quia quibuſdam fortaſſe mors clarior uideri poteſt, qua maiore infligitur inſtrumento. Hæc tandem noſtri conſilij ſumma eſt, quando & aduerſus fulmen aliquid diximus eſſe remedij, & utrumq; uel obſtando uel cedendo reliquis malis occurritur, contrà hoc unum nec fuga ualet, nec ingeniũ, nec uis ulla, hunc qui unus horribilia cũcta facit, ponendum ante omnia metum mortis: aliquãto nõ inficior factũ difficilius, quàm dictu, ſed nequaquam impoſsibilè. Et quoniam ab hac peſte, nec tempus ullum, nec locus immunis eſt, omnibus locis atq; tẽporibus ad omnium que uel naturale, uel fortuitò euenire poſſunt, tolerantiã præparandũ armandumq; animum, quod niſi uirtutis amor uitijs'q; odium acceſſerit, uiq; fieri neqt. deniq; quando nõ cœlum modò, quòd in cõtinuo motu eſt, & elementa undiq; cõminant, ſed & terra cui inſiſtitis, & quæ periculorũ omniũ firmiſſimũ præſidium ſperabatur, ipſa quoq; concutit, incolas'q; ſuos fallit ac territat, ad cœlũ animi uolatibus aſcendendum, Interq; hos rerum motus, atq; hominum omnẽ, in illo ſpem habendam, qui reſpicit terrã, & facit eã tremere, de quo ſcriptũ eſt: Ego dominus & nõ mutor. Quiſqs in illo ueſtigia deuotæ mentis affixerit, iã in ſolido & in tuto erit, neq; amplius aut ipſe mouebitur, aut ullos metuet terræmotus. M. Non poſſum terræmotibus non moueri. R. Potes aũt à terra omnem ſpem atque omne deſiderium remouere: hoc fac ut ſecurus uiuas, eáq; uel tremente uel ruente conſiſtas, ſtultum eſt firmam in re tremula ſpem habere.

De peſte latiſsime ſæuiente. Dial. XCII. ME.

PEſtem latiſſimè ſæuiẽtem horreo. R. Et hic quoque nil amplius, quã mortis eſt metus, quo depoſito, plena ſecuritas parta erit cũ non his magnis animis, non depoſitus modò, ſed ne admiſſus quidẽ eſſe debeat. nã quid minus uiri eſt quam horrere communia? M. Peſtem timeo. R. At quid aliud tibi, ſi morieris ad uſitatum genus moriendi, peſtis addiderit, quã ut comitatior moriare, ſin euaſeris, ut dulcior uita ſit, tot circumfuſis erepta periculis, ſi mori periculum non natura eſt, neque enim omnes peſtis perimit: alioquin ex hac peſte nouiſſima, cui par à ſæculis nõ fuit, nullus hominum euaſiſſet. Euaſerũt multi, qui melius obijſſent, hinc ut uides ferè ſolita nũc etiã mundus exuberat, quã nulla unq; peſtis, nulla mortis manus exhauriet, tã cõcreta eſt. M. Peſtẽ metuo. R. Dic q; eſt uerius mori times, de quo nobis, ut te uideo in querelas pronum, antequàm res deſinat diſceptãdum reor, præter hoc enim, quid eſt quod peſtis nomen exhorreas, cum potius ut eſt dictum, ſolatij genus ſit perire cũ plurimis. M. Peſtem horreo. R. Si ad hoc te humani generis charitas quædam trahit, eſt quod laudẽ, nihil eſt magis hominis, quàm humana incommoda miſerari. ſin tui tantum, eſt quod arguam. nam quid peſtis nociturã mortali, niſi ut facias quod facturus es, niſi illud inter damnum connumeres, non lugerĩ quod in talibus accidit, & fœliciores cenſes, qui multum fleti ad ſuperos euaſiſse, apud *Virgilium* memorantur.

De triſtitia & miſeria. Dial. XCIII ME.

TRiſtis ſum. R. Refert qua ex cauſa triſtis ſis aut lætus, iſta enim ut alia multa, indifferentia dixerim, quæ leui momento poſſint eſſe bona uel mala. Triſtitia nempè depec-

tato

cato utilis,modo ne deſperationi ſurrepenti clanculum manum det, at gaudium de uirtu-
te,deq; memoria bonorũ operũ honeſtũ,modò ne ingerenti ſe ſuperbiæ forespandat. ha
rum igitur paſsionum præmitterentur cauſæ, uituperatio illic locum laudis inuaſerit,nunc
tu ipſe quid ſis,triſtis cogita. D. Huius uitæ miſeria mœſtus ſum. R. Fœlicitas te læ-
tificet alterius uitæ, neque enim tàm hæc miſera, & ſi profectò miſerrima ſit, quàm illa eſt
fœlix. D. Mœſtus ſum. R. Mali huius tot radices, quot ſunt quæ uno nomine ad-
uerſa dicitis,de quibus & multa iam diximus, & ut te pronum in querelas uideo, multa
nunc etiã ſunt dicenda. Eſt autem quando nulla prorſus apparens cauſa,nõ morbi, non
damni,nõ iniuriæ,nõ ignominiæ,nõ errorũ mores, neq; ullus omnino rerũ taliũ & inopi
nus rumor,ſed dolẽdi uoluptas quædã,quæ mœſtã animã facit,peſtis eò funeſtior,quò ig-
notior cauſa atq; ita difficilior cura eſt,itaq; hanc ceu animæ ſcopulum,omni uelorũ,ut dici
ſolet,ac remorũ auxilio,fugiẽdã cẽſet Cicero,cui in hoc quidem ut in multis,aſſentior. D.
Præſentis me miſeriæ cogitatio mœſtum facit. R. Miſeriam conditionis humanæ magnã
multiplicemq; non nego,quã quidam integris uoluminibus defleuêre,ſed ſi in diuerſum a-
ſpicias, multa itidem quæ fœlicem uitam ac iucundam faciant, uidebis, & ſi de hoc, nemo
hactenus, niſi,fallor,ſcripſerit,aggreſſiq; aliqui deſtiterint,quod difficilem & cõtrariam ſcri
bentibus,ſteriliorem longeq; imparem materiam ſe ſortitos intelligerent,eò q; humana mi
ſeria,nimis multa prorſus euidenter emineat,fœlicitas parua & latens ſtilo altius fodien-
da ſit, ut oſtendi poſſit incredulis. An autem ut ex multis ſummam deliberem, parua uobis
gaudij cauſa eſt, imago illa ſimilitudo Dei creatoris, humana intus in anima, ingenium,
memoria, prouidentia,eloquium,tot inuenta,tot artes huic animo famulantes,huic corpo
ri,quibus neceſſitates ueſtræ omnes diuino beneficio, comprehenſæ ſunt, tantæ quoque
opportunitates, neceſſitates & tàm uariæ rerum ſpecies,non neceſſitati tantũ ueſtræ, ſed
oblectationi ſeruientium miris & ineffabilibus modis,tanta uis radicũ, tot herbarum ſuc-
ci,tot florũ tàm iucunda uarietas,tot odorũ & colorũ & ſaporum & ſonorum, ex contra
rijs orta concordia,tot animalia cœlo, terris ac pelago, non niſi ueſtris uſibus debita, ho
minisq; ſolius ad obſequium creata. niſi enim peccati iugum ſpontè ſubijſſetis, omnium
quæ ſub cœlo ſunt dominium haberetis.adde colliũ proſpectus,apricationes ualliũ,umbro
ſos Saltus, algentesq; alpes,& tepentia littora.adde tot ſalubres ſcatebras aquarũ, tot ſul-
phureos fumantesq;,tot nitidos ac gelidos fontes,tot infuſa terris maria,tot amnes aſſiduè
mobiles,& immobili ſtabilitate certiſſimos regnorum fines. adde lacus maris æmulos, &
ſtagna iacentia,& riuos inter montium conuexa præcipites,& floreas ripas,riparumq; cho
ros, & prata recentia riuis: ut Virgilius ait. quid ſonoris littoribus ſpumantes ſcopulos,an
traq; roſcida,& flaueſcentes agros,& uineta gemmãtia,& commoditates urbium, & ru-
ris ocia,& ſolitudinum libertatem? Quid ſpectaculorum omnium lucidiſsimum & angu-
ſtiſsimum ſtellantis cœli ambitum,incomprehẽſibili celeritate uolubilem? inque illo fixas,
& errantes, quas dicitis,ſeu uagantes ſtellas,ſolem in primis, ac lunam clariſsima mundi
lumina,ut Maro ait,ſeu lucidum cœli decus,ut Flaccus ait. Hinc terræ fruges, hinc ui-
gor animantium,hinc uarietas tempeſtatum,hinc nos annum,hinc menſes & dies & no
ctes & momenta metimur,ſine quibus uita faſtidio non careret. His accedit corpus licet
caducum & fragile, imperioſum tamen aſpectu,ſerenũq; & erectum,aptumque cœleſti-
bus contẽplãdis, accidit immortalitas animæ,& ad cœlum iter,ac pretio exigua merces,in-
extimabilis,& que in finẽ ſciẽs diſtuli, quia tã magna erãt,ut per me illa nõ capere,niſi fidei
magiſterio didiciſsẽ,& reſurgendi ſpes,& hoc ipſum corpus poſt interitũ,agile quidẽ luci-
dumq; & inuiolabile, multa cũ gloria reaſſumẽdi, & quod omnẽ non humanã modo, ſed
angelicam dignitatem ſupereminet, ipſa humanitas ſic coniuncta diuinitati, ut Deus erat,
homo fieret,idẽque unus numero, perfectè duas in ſe uniens naturas, eſſe inciperet Deus
& Homo,ut hominem Deum faceret,factus homo. Ineffabilis dei pietas atque humilitas,
ſumma hominis fœlicitas ac gloria, altum undiq; occultum myſterium, mirum & ſalutare
commertium, quod neſcio an cœleſtis,ſed profectò mortalis lingua non æquat. Parum'ne
tibi aũt uel hoc uno nobilitata cõditio humana,parumq; expurgata miſeria uidet, ſeu quid

O 2 oro altius

oro altius non dicam ſperare,ſed optare,ſed cogitare.homo potuit quã ut eſſet Deus? ecce iã deus eſt.Quid iã reſtat oro,quo uota ueſtra ſuſpirent, nedum reperire quidem, ſed nec fingere maius aliquid relictum, certè cum ad ſalutem ueſtram ſe diuinitas inclinaret,non aliud cum poſſet,niſi humanum corpus humanamqúe animam aſſumpſit, nec angelicæ ſpeciei aſcribi uoluit,ſed humanæ,ut ſic quantum te Dominus tuus amet agnoſcas & gaudeas.Ita enim ut præclarè ait Auguſtinus,demonſtrauit carnalibus & non ualentibus intueri mente ueritatem,corporeiſqúe ſenſibus deditis,quàm excelſum locum inter creaturas habeat humana natura.quid quod idem ipſe uos,qui hac ſua dignatione tàm mirifica Angelis quoque prætulerat,ipſos uobis Angelos cuſtodes adhibuit,ut modis omnib, ueſtrum inter creaturas excellentiam demonſtraret? ait nempe Hieronymus,tãtam dignitatem eſſe animarum,ut unaquaque ab ortu ſuo habeat angelum,ſibi ad cuſtodiam deputatum.Paterna uerè & pluſquàm paterna de uobis deo cura eſt.& ut dictum Satyrici parũper inflectam.Verè charior eſt illi homo quàm ſibi.quis hæc inter triſtitiæ locus aut querelæ? nõ natura igitur noſtra ſed culpa mœſtos uos & querulos facit. D. Mœſtum me originis uilitas, & naturæ fragilitas,nuditasqúe & inopia, & fortunæ aſperitas, & uitæ breuitas & finis incertus facit. R. Multa ſtudio conquiris, ut mœſtus ſis,contrario inſtandum erat,ut honeſto gaudio lætus eſſes.noui autem mores,cupidè malis ueſtræ incumbitis,proinde quod ad utilitatem originis attinet,aut corporis fœditatẽ, quicquid quorumlibet ingenijs aceruatum eſt,non ſolum admota reſurrectione illa,quàm uera mortalium fides ſperat,& glorificandorum corporũ nobilitate diluitur,ſed præſenti etiam decore munitur,interqúe omnia diuinæ manus opera ſingulari quadam hominis maieſtate. Nam quid ortus obſcœnitas,humanæ detrahit dignitati? non'ne fœda è radice proceræ frondentesqúe arbores herboſum ſolum gratis umbris ueſtiunt? non'ne fœdiſſimo fimo, ſegetes lætæ fiunt,nec faſtiditur origo uiliſſima rei optimæ? uos ſegetes Dei eſtis in area iudicij uẽtilandæ,ſummæqúe patrisfamilias in horreo reponendæ: terreſtris fuit origo, quanquã nobilis ac cœleſtis ex parte ſit,ſed fuerit qualiſcũque ortus, quantumlibet difficilè incrementum: ſedes ultima cœlum ſit.Quid illa nuditas imbecillitasqúe corpora multarumqúe rerũ grauis indigentia,quæ humanæ conditionis infamiæ aſcribuntur? uariarum non'ne artium, ac multiplici remediorum ſupplentur auxilio? ut magis ad gloriam hominis quàm miſeriam trahi poſſit quod animantibus cæteris ratione carentibus præualidam cutim , unguesqúe & uillos mater natura prouiderit, homini unum repertorem omnium contulerit, intellectum ut illa ſcilicet alieno, hic ſuo quodam proprio & interno præſidio tutus eſſet, cætera quantum naſcentibus obtigiſſet,& nõ amplius unus hic tantum haberet, quantum uiuendo meditandoq; ſagaci aſſequi poſſit ingenio, ſic ſeruis dominus ac bubulcis,ſi quid fortè cibi nobilis largiatur,ſuam cuique portiunculam aſſignat, uxori nihil, aut filio, ut illic hoc tantùm,hi pro eorum captu plus minusúe percipiant, ſic illis frenum præponitur his libertas.animantibus igitur quæ uel ſenio uel ſcabie depilata, aut caligãtia oculis aut pede clauda conſpicimus,remedij nihil eſt niſi ab homine conferatur,homo autem per ſe nudus, ingenio ueſtitur atq; ornatur,& ſi res poſcat armatur,claudus atque debilitatus equo aut naui fertur,aut uehiculo aut auxiliantibus bacilis innititur,denique modis ſeſe omnibus adiuuat attollitqúe, quin amiſſis artubus pedes ligneos,manus ferreas,naſos cæreos,fabricari didicit,& fortuitis caſibus obſtare, ualitudinem fatiſcentem,medicaminibus erigit, guſtũqúe torpentem ſaporibus excitat,uiſum languidum ocularibus refouet, qua in re maioribus ueſtris acutius cogitaſtis,qui uaſculis uitreis aqua plenis,ut Seneca meminit, utebantur propè delectabilis naturæ ludus,blanda parens ac benigna, quod hinc filio eripit inde reſtituit,& cum triſtem fecerit conſolat̃. Quid quod equus,bos,elephas,camelus,leo,tigris,pardus & ſimilia quantarumlibet uirium,cum ſenuerint cõtemnentur, cum obierint nõ ſunt, cædunt ſenio,ſuccumbũt morti,ſolum hominem uirtute præditum,quæ hominis ſolius eſt propria, & uenerabilem ſenectus & mors glorioſum ac fœlicem facit, transferens non extinguens, & ad ſummam,animalia quædam robuſtiora ſunt homine quædam ueločiora , quædam ſenſibus uegetiora,nullum dignitate præſtantius, nullum cuius

par cu

par cura creatori fuerit. Dedit ſphericam capitis figuram effigiemque ſideream:

Pronaq; cum ſpectent animalia cætera terram,
Os homini ſublime dedit, cœlumq; uidere iuſſit,
Et erectos ad ſidera tollere uultus.

Vt præclarè ait Naſo, dictum licet prius à Tullio. Dedit oculos, dedit frontem, in quibus ſecreta animi relucerent, dedit rationem, dedit orationem, dedit lachrymas, dedit riſum, affectum, ſigna latentium, quæ quamuis ad argumentum miſeriæ quidam trahant, quod fletus præcox riſus ſerus ſit (ortus enim ſtatim flet, ante diem quadrageſimum non ridet) id uel maximè prudens animal arguit, uenturiq; præſcium non equidem finis, quem uirtutis gubernaculo felicem dico, ſed difficilem, quod ingreſſus eſt ſtadij atq; inſtantium laborum. Denique quodcunque robur eſt alijs, quæcunque uelocitas, quæcunque opportunitas, quæcunque commoditas, tota homini deſeruit, ille indomitos boues ad iugum, & feroces equos ad frenum cogit, urſos unguibus, apros dentibus, ceruos cornibus metuendos, decus fecit ille menſarum. linces, uulpes & infinita id genus, quia eſui non erant uſui, pelles ac coria reſeruauit ad ueſtem; retibus maria, canibus ſyluas; uolucribus cœlum omne luſtrauit, & quibus cũ nullum erat homini commertiũ, humanas uoces intelligere & humanis nutibus obſequi docuit, ſic ex omni naturæ parte partium aliquid. Non eſt tibi bouis robur, at tibi bos arat. non eſt tibi equi celeritas, tibi tamen equus ambulat, non eſt tibi herodij uolatus, ſed herodius tibi uolat, non eſt tibi elephãtis autem cameli moles, ſed tibi turrem uehit, hic ſarcinam, non eſt tibi cerui corium, non agni pellis aut uulpeculæ, ſed illi hæc tuo nomine poſſident. An'ne igitur ijs qui uos inopes talium dicunt, haud ineleganſ reſponſum illud ſit Romani ducis: Habere iſta hominem nolle, ſed hæc habentibus imperare? & hæc quidem modò breuiter, preſertim philoſophicè partim catholicè dixerim. Ad ægritudinem uerò animi, ita enim hanc Philoſophi appellant & depellendam, & tranquillitatem reuehendam, proderit noſſe, quid de primo Cicero, in Tuſculano ſub tertia luce diſſeruit, quid de ſecundo Seneca, in eo libro quem de Animi tranquillitate compoſuit. Feſtinanti quidem ad alia ſpectanti metam non uacat uniuerſa complecti, pro tempore igitur alligatum uulnus, omniſq; medici animorum, quibus ſi hæc non ſufficiunt uti queas. Iam tria illa quæ ultimo queſtus es, ne reſponſo quidem digna credidi, quando & aſperitas fortunæ ipſa eſt, de qua magna pars huius ſecũdi colloquij noſtri fuit, & futura eſt, & aſperitatem ipſam breuitas lenire debet ac minuere & incertum uitæ finem ſtatuit natura, ut præſens ſemper aut proximus crederetur.

De dentium ægritudine. Dial. XCIIII. DO.

DEntium uexor ægritudine. R. Quantum fidas inteſtinis uide, quando ipſa te oſſa deſtituunt. D. Tremere dentes incipiunt. R. Quid mollibus ſpei eſt duri & ſolidi nutant artus? D. Dentibus æger ſum. R. Inualidum & caducum animal eſt, homo cui etiam quæ præualida uidebantur, infirma ſunt. D. Magnus me dentium dolor habet. R. Et quæ ad decus præcipuum oris robur obtigerant, doloris in materiam uerti uides, ut intelligas quàm manſura ſit hæc, cui tàm ſecurus inſides, mortalis compago domicilij. D. Iam mihi unus alterque dens cecidit. R. Iam ergo uel hinc exiſtima, quantum Deo debeas, tot tantiſq; muneribus, quorũ pauciſſimis ac minimis caruiſſe, ſupplicitũ & flebile damnum ducas, digna ingratitudinis pœna eſt, Seruus ut domini largitatẽ, quã præſentem ſpernit, abſentem lugeat, & quam lucris intelligere noluit, dãnis intelligat. D. Iam dentibus exarmatus ſum. R. Iam inermis cum uoluptate luctaberis, minus comedes, parcius ridebis, lentius mordebis alienam famam. Loqui parantem fracta ſepes dentium frenabit, & ſi non caſtitas, ſaltem pudor, ab illicitis oſculis ſenilem petulantiam cohibebit. D. Iam mihi ſenectus dentes fregit. R. Iure ſuo illa uſa eſt, tu naturæ gratias age, quæ tibi hoc ſuo dono uti permiſit in ſenium, quod à multis in iuuentute repetijt. qualis fuit apud uos ille modò regum maximus, qui adhuc uirenti æuo penè dentibus caruit. & ſi iuuenilem hanc iacturã, ſenili poſtmodũ eximio oculorum, ut ipſe aiebat, quodq; ipſe

tacebat, ingenij atque animi uigore ſolabatur, exemplum utile omnibus aliquo uel naturæ uel ætatis incommodo affectis, ne ſingula defleant, ne omnem ſolutũ teporem munificentiæ cœleſtis iniuriam uocent, ſed ſeruatis perdita mulceant, aſpera lenibus, dulcibus acria. D. Dentes mihi rapuit ſenectus. R. Hos ſi illa non raperet, raptura mors fuerat, plena oſsium ſepulchra inſpice, teſtarum dentes arentium, primum quidẽ terrifice albicantes, mox ruptis uulſos radicibus atq; effuſos uideas, non hic numerus, nam hic robur decorq; ualuerit. Filia Mithridatis Põti regis, utroq; gemino ordine dentium fuiſſe legitur, Pruſiæ uerò Bithinyæ regis filius, pro ſuperiori ordine dentium, unũ inferioribus cunctis parem, hoc eſt unum os ab una in alteram maxillam, nec inuenuſtè, nec incommodè protentum habuiſſe. At Zenobia regina orientis, inter cæteras formæ laudes, tantò dentium nitore deſcribitur, ut inter loquendum ridendumq;, non dentibus ſed candidis margaritis plenum os habere uideretur. horum quoq; nunc buſta perquire, ſingulare nihil inuenies, cuncta pridem æqua omnibus ſparſit & attriuit mors, nimis corpus amatis ac membra mortalia, nimis animum mortalem ac uirtutẽ ſpernitis. ô cæci ſemper & iniqui rerum æſtimatores. D. Iam ſine dentibus ſum. R. Iam ergo dentiũ dolor nullus, ſed nullũ quoq; præſidiũ, nullus uſus ſine dentibus cũ labore præmolendus cibus, & niſi diſsimulas, cogitandum eo tibi iter inſtare, ubi nil editur, atq; ubi ſolo gaudio cibiſq; animæ uiuitur.

De ægritudine tibiarum. Dial. XCV. DO.

Tibiarum uexor ægritudine. R. In omni ædificio periculoſiſsimum eſt illud uitium quod fundamentis inſidet, cætera enim utcunq; corrigas, hoc ruinam trahit, qua inſtante, quid eſt reliquum niſi ut quàm primum è fatiſcenti migretur hoſpitio. D. Tibiarum ægritudine ſum affectus. R. Huius ægritudinis ut multarum cauſa ferè omnis non aliundè, quàm ex uobiſipſis eſt, iure igitur in uos, ex uobis orta reflectitur, obliti enim illud conſilium ſapientis: Palpebræ tuæ præcedãt greſſus tuos: & illud alterius. Primum argumẽtum compoſitæ mentis exiſtimo poſſe conſiſtere, & ſecũ morari, neq; conſiſtere poteſtis, neq; greſſus ueſtros attendere, ſed ut cæci præcipites hac illac palpitãdo diſcurritis, quid miri igitur, ſi nunc ad lapidem, nunc ad lignum offenditis, illud planè mirabilè eſt, quod culpas ueſtras inſonti tribuitis naturæ, quin etiam uoluptas mira dementiæ, equorum uos frementium turbis ingeritis, unde ſæpe feratorum calcium ueſtigia reportatis. non'ne tibi uidetur quid apud Ciceronem uni dicitur, penè omnibus conuenire? Hæc mala, inquit, ſtultiſſimè tota ipſe tibi addidiſti. ſic eſt hercle nolite uos fallere, mala ueſtra magna ex parte uobis ipſi facitis, quæ poſtea deploretis, tu ſi domi perſtitiſſes, hoc eſt tecum, neque hãc forſan ægritudinem, neque harum querelarum materiam inueniſſes. Vaga uita & inſtabilis, quod uarijs afficiatur incommodis, non iniuſtum eſt. D. Tibiæ doloribus agitor. R. Si tu cauſam doloribus prebuiſti, gaude culpam plecti, ſi minus exortem culpæ animum ſolare. & ſi doles moleſtiam adeſſe, at abeſſe culpam, gaude, utcunque ſe res habeat, dolorum cuſpidi, patientiæ clypeum oppone, perpetuum in omni anxietate documentum, quo nulla unquam medicina ſalubrior reperitur. D. Tibiæ doloribus prægrauatus ſum. R. Conſulent medici ut iaceas, nec te de lecto moueas, haud ineptè illi quidem, ut poſt damnum facias, quod ante debueras. ego autem de illorum cõſilijs nil amplius dicam, ſed tu ipſe, quanti ea ſint pretij, tuo diſces impendio, idem tamen conſulam quod medici, ſed reſpectu alio. Illi enim te iacentem fomentis adhibitis inſtaurari poſſe facilius opinantur, dum ad locum dolentem, nec ſpiritus adeò confluunt, nec humores ut ſtanti confluerent aut eunti, ego te in tuo lectulo compoſitum, quicquid de ſalute corporea euenturum ſit, ſepoſitis interea curis omnibus tranquillo tantiſper accubitu, mitigatis angoribus, de ſepulchro aliquid cogitare, qualiterúe ibi ſis iaciturus, & præſentis ſtatus tui conditionem metiri uelim, mortemquè ipſam antequàm ueniat tam familiarem tibi efficere, ut non horreas uenientem. Mors enim ſola eſt, quæ poſſit mortale corpuſculum, ab omni ægritudine liberare.

De cæcitate

De cæcitate. Dial. XCVI. DO.

OCulos perdidi. R. O' quot ſimul uitæ faſtidia perdidiſti, quot fœda ſpectaculorũ ludibria, non uidebis? D. Amiſi oculos. R. Frontis fortaſſe non pectoris, hi ſi ſuperant, bene habet, ſalua res eſt. D. Cæcus ſum. R. Non uidebis ſolem amplius, ſed uidiſti, & qualis ſit animo tenes, aut ſi non uidiſti, ut in parte ſors durior, ſic deſiderium lentius ignotæ rei. D. Oculis careo. R. Cœlum terramq́ non aſpicies, ſed cœli terræq́ dominum ſpectandi facultas non eripitur: multum illa clarior eſt uiſio. D. Cæcitate perpetua damnatus ſum. R. Non uidebis ammodo frondoſas ualles, aëreos montes, floreos ceſpites, umbroſos ſpecus, lucidos fontes, uaga flumina, prata uirentia, quodq́ pulcherrimum uiſu dicunt, humani oris effigiem. ſed nec cœni cumulos, nec undantes cloacas, nec laniata cadauera, & quicquid aſpectu fœdo ſtomachum lædit. D. Oculorum luce priuatus ſum. R. Vt malo huic nihil aliud boni inſit, quanquam hos ludos enormium penituſq́ deformium habituum non ſpectabis, optanda cæcitas, quam & optabilem fuiſſe ſæpè olim fatear, æque unquàm nego, quandoquidem ſpes fugæ nulla eſt, quocunque terrarum uerteris, par inſaniæ regnum, par uirtutis exiliũ, hoc eſt in ſtatu perdidiſſe oculos, fugæ & ſolatij genus eſt. D. Viſum perdidi. R. Et fœminei uultus aſpectum, gaude igitur, clauſæ unde mors intrabat ſunt feneſtræ, multiſq́ uitijs obſtructum iter auaritia, gula, luxuria, peſteſq́ue aliæ, ſuos miniſtros ac ſatellites amisêre, quantum animæ tuæ hoſtibus demptum eſt, tantùm accreuiſſe tibi credito. D. Perdidi oculos. R. Perdidiſti duces malos, qui in præcipitio te ducebant: mirum dictù. Sæpè quidem lucidiſſima pars corporis totam animam in tenebras trahit, iam uocãtem ad meliora ſpiritum, ſequi incipe, & ueritati præbe aurem clamanti. nolite quærere quæ uidẽtur, ſed quæ non uidentur: quæ enim uidentur temporalia ſunt, quæ autẽ non uidentur æterna. D. Luminibus careo. R. Culpis careres plurimis, ſi his perpetuò caruiſſes, nunc uenturis malis occurant uirtus ac cæcitas, præterita deleant, dolor ac pœnitentia, neu lugeas cæcitate mentis oculos aperturam, lugendum forſitan, ꝙ dilata eſt. D. Lumẽ oculorũ perdidi. R. Lumen animæ uerũ ſerua, ſolent qui alterũ oculũ amiſerũt, altero, ut aiunt, acutius uidere. Id ſi ita eſt, quid rear, niſi ut duobus perditis acutiſſimè uideas, & tuũ facias illud Tireſiæ cæci uatis, ſed famoſi.

Obruit ora deus totamq́ in pectore lucem, Detulit.

Infœlicem te, uereq́ cæcum & prorſus exoculatum ſi hanc etiam perdidiſti, quod ut ſuſpicer, tuæ ſi pergis facient querelæ, perditur nempè flebilius quod unicum eſt habenti. D. Oculos mei capitis perdidi. R. Purga igitur & abſterge quas non perdas, & exernis pereuntib. ad interna reflectere, illinc, mihi crede, non in oculis habitat, fœlicitas illa quam quæritis. D. Lumen oculis non uideo. R. Diſce uel in tenebris gaudere, an tibi Antipatri philoſophi reſponſum excidit, laſciuum fortaſſe ſed proprium, cuius cæcitatem cum amicæ mulierculæ deplorarent, iocans: Nulla ne inquit, uobis uidetur uoluptas eſſe nocturna facetè illæ quidem breuiterq́, multa enim ſunt & in obſcuro gaudia, ſicut & in luce dolor multus, ego autem tibi honeſti ſolius hortator ſum. D. Amiſsos oculos queror. R. Si uſurus malè, gaudendum potiùs, præterea tibi nequitiæ inſtrumẽta, ſin benè, nec ſic quidem eſt quod doleas, rem decoram uiſu, ſed pietati ac ſancto propoſito minimè neceſſaria, amiſiſti, non membra, ſed animum quærit Deus, purum illi totumq́ ei offer, quem ubi acceperit, quicquid eſt reliqui acceptum feret, nil ſibi retinuit, qui animum dedit. D. Corporeos amiſi oculos. R. Si ad cœlum niteris conſolare cum Didymo, quem cæcum ab infantia, inq́ hac cæcitate uſque ad exitum ſummo uirtutum exercitio inſignem, facer Antoninus ſenem uiſens, nihil moueri debere ait, eò quod oculos amiſiſſet, comunes ſibi cum muſcis & muribus & lacertis. ſed gaudere, quod oculi communes illi cum angelis ſalui eſſent. Antonianum uerè cœleſtiſq́ magiſtri diſcipulo dignum uerbum. Sin ad liberalium ſtudiorum decus aſpiras, Homerum & Democritum contemplare, quorum alter ut fama eſt, dũ mira illa ac diuina dictaret, oculis non uidebat, animo lynceus: alter ſibi oculos eruit, ne uideret multa, quæ ut ipſe arbitrabatur ueri uiſus aciem impedirẽt, cuius factũ

quam uel laude uel uituperio dignum fuerit, non diſputo, ſed inuenit imitatores. Quod ſi picturã forte ſculpturamue, Apellis aut Phidiæ artem tibi mente delegeras, amiſiſſe te aliquid non negem, niſi hoc ipſum lucrum eſt, ab incepto humili, retractum cogi altius. D. Cæcitate inops & inutilis ſum. R. Quid teipſum cæce deſeris, nam Tireſias de quo ſuprà diximus, cæcus uiſu, uaticinio clarus fuit, non Diodorus Stoicus. ſed familiaritate Ciceronis, quàm ſecta notior ſua, uiſum perditum auditus ſolatio leniebat, cum ei ut Cicero idem ait, libri noctes & dies legerentur, quibus in ſtudijs oculis nõ agebat: hic & philoſophiæ ſimul & fidibus, quodque ſine oculis fieri poſſe uix crederes, Geometricis quoque deſcriptionibus operam dabat, & alienis manibus lineas protrahi iubens, ſuo de illis ingenio diſſerebat. Caius Druſus abſque oculis, ſed iuris ciuilis notitia tanta fuit, ut domus eius conſultorum frequentia quotidie repleretur, & uidebant illi qua iretur ad forum rectius, qua iretur ad cauſæ uictoriam non uidebant, atque ideò cæci ducis patrocinium implorabãt. Sed clariſſimus omnium quos famoſos cæcitas habuit Appius Claudius & re cæcus & nomine, qui cæcitate preſſus ac ſenio, non priuatis modo conſilijs à populo noſcebatur, quiſque in iure uel in facto ſcrupulus incidiſſet, ſed auctoritate ac ſententia Senatum regebat, uniuerſamque Rempub. gubernabat. tu confeſtim uno deſtitutus ſenſu reliquos omnes atque inſuper mentẽ ipſam abijcis, haud aliter, quã qui unius dãni leuis impatiẽtia & uitã & uitæ inſtrumenta proijciunt, deſperatione præcipiti. D. Cæcus ſum, nec quo pergam uideo. R. At dux tuus uidet, ſiue is animus, ſiue unus aliquis ex more cæci greſſum dirigens, cuius ductu non modo rectũ iter inuenias, ſed ad contemptum uitæ nobilem & præclaræ uirtutis actus, ultimos ad faſtigia ſumma peruenias, neque niſi uis animi defuerit, generoſum facinus, lux amiſſa præpediet. Meminiſti quid ſacris Samſoni in literis, quid ciuili bello apud Lucanũ Maſſyliæ Tyrrhenus agat in æquore, de quo quidẽ ſi poëticæ tubæ minus eſt fidei, illud certius atque recẽtius recordare, quid ætate geſtum tua uidere oculis potuiſti. Vt Ioannes rex Bohemus duorum ſine medio Romanorum principũ, alterius filius, alterius pater, oculis ſemper infirmus. multos ad extremũ annos cæcus, bello hoc quod inter Gallum cui ille fauit, ac Britannũ regem, ſex iam luſtris agitur, dum pugna illa omnium aſperrima, cui ambo reges interant inclinare fortunã ſuæ partis intelligeret, duces ſuos clara uoce cõpellans. Dirigite me, inquit, ocius in eam partem, ubi rex hoſtium eſt, atque omne robur exercitus ſui quod cũ mœſti ac trepidi feciſſent, ille equo ſtimulis adacto, eò ſe præcipitem dedit, quo ſpectare alij cæcum que oculis proſequi uix audebant, ubi cum fortiſſima hoſtium acie nõ fortiter modo, ſed horrifice pugnãs ruit, ipſis mirãtibus & laudantibus que uincebãt. Rem narro notam omnibus, ſed niſi mandata ſit literis obliuione perituram: & quid oro gloriæ uiri fortis obſuit uiſu caruiſſe, niſi ut quẽ uirtus & natura mirabilem fecerant, ſtupendũ cæcitas faceret. D. Cecus ſum. R. Iocari incipiam ni deſiſtas queri, nam quid aliud ſi uires attuliſſe tibi cæcitas quiuit, quã quòd de ſeipſo cæcus effectus Aſclepiades ait, uno ſcilicet ut puero comitatior gradiare.

De auditu perdito. Dial. XCVII. DO.

PErdidi auditum. R. Iter ecce aliud tædio præcluſum eſt, multa oculis, multa auribus hauriuntur tædia multa utroque calle faſtidia in animum penetrant, quibus euitandis ex æquo penè optabiles uideãtur cæcitas ſurditas que, habẽt tamẽ hæ ſuas incõmoditates, ut reliqua ferè cũcta mortaliũ amatũ que aliquid nõ nego, ſed patiẽtia mollius ac uirtuti impar. ubi quæ nã ſit has inter, ꝓportiones incommodior haud facile dixerim, niſi quod illa periculoſior, iſta ridiculoſior: nam quodammodo amentes uideri ſolẽt, qui ſurdaſtri ſunt, cæci uerò magis miſeri iudicantur, itaque ſurdos riſu, cæcos miſeratione proſequimur. Sapiens utrunque contemnit, nec quid alijs uideatur æſtimat ſed quid ſit. D. Auditum perdidi. R. Adulantium iam ſuſurros, atque obtrectantium iurgia euaſiſti, diuerſimodum ſed par malum, niſi quod aliquanto uirilius eſt, iurgijs quàm blanditijs adhibere aures, illa namque medicamentum aliquando, his uenenum ineſt ſemper. Illud ergo ſæpè mordendo ſanat, hoc mulcendo inquinat, atque ita peior eſt falſus amor uero odio.

D. Amiſi

D. Amiſi auditum. R. Iam quod ars Vlyxi præſtitiſſe fertur, tibi uel natura præſtitit, uel caſus aliquis, ut ſi Syrenum cantus, ſurda tutus aure pertranſeas, fœlicem te ſi æſtimas, quot inde pericula penetrare in animum potuiſſent, quotq́ olim inde mẽdacia, quot errores, quot demum moleſtiæ ſubiêre? D. Auditum amiſi. R. Philomenã credo, uel cytharam tibiaſq́ non audies, ſed nec rudentes itidem aſellos, nec grunientes ſues, nec ululantes lupos, nec latrantes canes, nec ſæuientes urſos, nec rugientes audias leones, nec gementes pueros, nec altercãtes aniculas, nec poſtremò his omnibus grauiores undiq́ perſonantes ſtultorum riſus ineptiſsimos, & inconditos fletus, & confuſas uoces, quo nullus uſquã ſonus inamœnior. D. Auditu careo. R. Multiplicibus ereptus es fraudibus, nulla re crebrius falluntur homines quàm uerbis, nihil hinc periculi eſt ſurdo. D. Obtorpuêre aures mihi. R. Periculoſa pars corporis, præcipueq́ue principibus, qui per illam adulatorum flatibus tumefacti, ſæpè cum populorum riſu ſuaq́ue pernitie crepuêre. D. Auditus hebet. R. Si cum alijs loqui prohibitum eſt, tecum loquere, Ciceroniani memor illius, qui ſecum loqui poteſt, ſermonem alterius non requiret, quamuis & colloqui ſurdo quoq́ permiſſum, legendo ſcilicet ſcribendoq́ue, cum antiquis nempè loquitur qui legit, & cum poſteris qui ſcribit, ad hæc cœleſtis Philoſophiæ libros & qui legit Deum audit, & qui orat alloquitur. in hoc quidem gemino colloqui nec lingua, nec auribus opus eſt, ſed oculis digitiſq́ue ac deuoto animo. Et hic igitur, ut in multis noſtri conſilium Ciceronis amplectimur, ut ſicut cæcus aurium, ſic ſe ſurdos oculorum ſubſidio conſoletur. tu proinde ſi audire homines non potes, ſcriptos ab hominibus libros lege, & legendos ab hominibus libros ſcribe, cœlum præterea ac terras & maria reſpice, horumq́ omniũ auctorem in ſilentio contemplare, nil ad hoc ſurditas iſta nocuerit, multũ fortaſsè profuerit. D. Auditus me deſtituit. R. Quibus tonis aut numeris diapente conſtet aut diapaſon, quibusúe proportiones aliæ quæ tractantur à muſicis noſce uel ſurdus poteſt, & quamuis humanæ uocis fidiumq́ue uel organi modos auribus non audiat, ſi tamẽ cauſas animo tenet, delectationem intellectus, haud dubiè præfert aurium uoluptati. Finge autem & hos ipſos muſicos numeros, ſurdo ignotos, modò uirtutis numeri noti ſint, ſeq́ue in illis exerceat benè eſt, nil hic quoq́ ſurditas nocet. Melius enim multo eſt bonum fieri, quàm doctum, & ſi abundè doctus ac ſapiens ſit, quiſquis abundè bonus eſt, at qui malus idem & inſipiens, & indoctus omnium licet quæ ſub cœlo ſunt eruditiſsimus literarum. D. Auditus elanguit. R. Benè quod hoc tibi prius non accidit, quàm fidem quæ auditu maximè conſtat acciperes, illam habens. quid quæreris, ſeu quid quæris? ſi hominum cantus aut uolucrum non percipis, cantibus cor intende cœleſtibus, internamq́ aurem Deo applica. D. Non audio. R. At cogita & dic tibi, ſi non audio, quid ſeu ad me, ſeu de me homines loquantur. Audiam quid loquatur in me dominus Deus, illi enim ſæpè bellum, hic loquitur pacem ſemper. D. Nihil penitus audio. R. Multi ſilentium appetẽtes, longis peregrinationibus fatigati ſunt, ut aliquibus abditis & ſemotis in locis quod cuperent inuenirent, tu quod ab alijs operosè quæritur, ubi libet tecum habes, diſce iam bono tuo uti, & tranſacti memor ſtrepitus ueterumq́ tumultuum, tandem incipe ſilentio delectari.

De tædio uitæ. Dial. XCVIII. DO.

VItæ me tædium ingens tenet. R. Ex præmiſsis ortum malum, quo neſcio an uix aliud periculoſius, quippe moleſtiſsimum per ſe deſperationi quoq́ contiguũ atque ad illam uia eſt. pro quo nominatim inſtitutum eſt ueſtris in templis auxiliũ implorare fœlicium animarum, quæ terrenis tædijs uinculiſq́ corporeis reſolutæ, cœleſtibus perfruuntur gaudijs ac ſerenitate mentis æterna. D. Multa me undiq́ uitæ tædia circundant. R. Propellẽda tædia cogitationibus lætis, ac ſpe bona, & amicorũ bona ſolatio, & librorum & delectationũ honeſtarũ alterna uarietate atq́ exercitijs iucũdis, & inertiæ fuga, ſed in primis patientia rerũ & longanimitate inuicta. neq́ uel præſentiũ odio, uel futuri deſiderio nec metu deniq́, nec ſpe ulla anticipandus uitæ finis, quod ſtulti quidam ac miſeri fecerunt, qui dum paupertatem uitæq́ tædia ac labores temporales fugiũt, in æternos incidunt.

Sine Ciceronem noſtrum loqui, mortem Catonis huius ultimi, ſuis in libris officialibus excuſantem: ſine loqui Senecam, & hanc ipſam, miris laudibus celebrantem, & multis in locis diſputantem, certis ex cauſis arceſſendam manu mortem, uerior altera multoque melior Ciceroniana ſententia, qua & tibi & pijs omnibus retinẽdus eſt animus in cuſtodia corporis, ne niſi iuſſu eius, à quo ille uobis eſt datus, ex hominum uita migrandum, ne ſcilicet aſsignatum munus diffugiſſe uideamini, quin & illud, è cœlo tibi autem dictum crede, Niſi te Deus is, cuius eſt templum hoc omne quod conſpicis, iſtis te corporis cuſtodijs liberauerit, huic tibi aditus patêre non poteſt. & ad ſummam, caue ne aut ullo unquam uitæ tedio ita mortem cogites, ut occupare illam tibi licitum putes, aut ullo gaudio ita nõ cogites, ut incautum illa animum improuiſa dejciat.

De grauitate corporis. Dial. XCIX. DO.

GRauis ſum corpore. R. Quæri poſſes, ſi ut uolueris ad uolatum, non ut uir ad uirtutem natus eſſes. D. Graue corpus & inhabile eſt. R. Hãc querelam Roſcio dimitte atque Aeſopo, tu ſi uel per arctum circulum flecti, uel per funem aẽreum labi, ne quis, quid ad rem, ito cum uiris bonis, greſſu ſobrio, geſtus ac ſaltus hiſtrionum ſunt. Sapientem ut in actibus, utq; in uerbis, ſic in inceſſu grauitas decet atq; modeſtia. D. Graui corpore ſum. R. Hæc grauedo una comitũ ſenectutis eſſe ſolet, ne qui illam amiſerit, hanc excludat, quamuis interdũ non ætatis, ſed naturæ comes inueniatur. Vnde fit ut & iuuenes graues & ſeniculos agiles uideamus. Cæterum & ſi graui ſub corpore ſæpè animus leuis, & ſub leui grauis habitet, corporis tamen atque animi proportio, quædam parilitasq; ſi obuenerit, haud ſpernẽda eſt. D. Moles corporis ingẽs eſt. R. Non minor quæuis inuiſibilis animi moles & conſtantia, hanc illi obijce, nihil graue erit. D. Mole corporea demergor. R. Agilitate mentis emergere, & illã extenuare ac diſcutere laborãdo ſtude, circumẽundo, res multas & difficiles agẽdo, exercitio mẽtis & corporis, exilio uoluptatũ, pelle ocia, arceſce negotia, ſperne libidines, odi inertiã, curas ama, molliciem abijce, ſectare duritiẽ, aſperis delectare, cibo, potu, accubitu, ſeſsione, intenſione ꝑpetua, ſomno breui ac ſollicito. D. Mole corporea laboro. R. Alius cõtrario alius alio laborat, nullius ſine labore uita agitur, ſed quiſquis ſuum nouit, alienũ uel deſpicit uel ignorat. D. Multum corporeæ molis excreuit. R. Si hominis nomen quod mortale eſt animal, ab humo ducitur, ſic maximè homo eris, multa humo obſitus, non poteſt tamẽ ſic cœleſtem naturam terreſtris obruere, quin & aſſurgat, niſi ſe ſurdam uirtuti, & malè ſuadenti credulam præbeat uoluptati. D. Graue corpus animum premit. R. Ipſum collige, animum & enormem ſarcinam magno niſu perfer, ac cogita ſæpè cœleſtia ingenia ex hoc faſce corporeæ molis erumpere, & miram ad altitudinem peruenire. D. Corporis onere prægrauor. R. Et ſi uinci nequeat natura, omni tamen ſtudio enitere, ut indies & uiribus tuis accedat aliquid, & ſarcinæ detrahatur.

De grauis ingenij tarditate. Dial. C. DO.

AT graui duroq; ſum ingenio. R. Grauedo moleſtior, ſed hæc quoq; minuitur ſi diligenter intenderis. D. At pigro obtuſoq; ſum ingenio. R. Quid tu igitur, huic morbo indignatione an lamentis ſuccurrendum putas? longè alio remedio res eget, non eſt indulgendum ſomno, non libidini, non cibo, non uino, non inanibus fabulis, non captandæ excuſationum cauſæ, & reflexa in naturam culpæ inertiæ ſuccumbendum, ſed uigilandum, cogitandum, ſuſpirandum, anhelandum, enitendum, aſſurgendum, incitanda uis animi, excutiendus torpor, propellenda ſegnities, abſtinẽdum uoluptatibus, incumbendum ſtudijs. nil tàm graue quod non leuet, nil tàm durum quod non leniat, nil tàm obtuſum quod non acuat, nil tàm pigrum quod non urgeat, nil deniq; tàm defoſſum tàmq; obſtruſum, quod non eruat, tàm ſopitum quod non excitet intentio. D. Ingenio tardo ſum. R. Qui uelocitatem ingenij laudem dicunt, tarditatem dicturos infamiam certè ſcio, malim tamen ingeniũ tardum ac modeſtum quã uelox & præruptũ: nã ut inde non

inſignis gloriæ nec ſpes operum magnorum, ita hinc errorum grauium & turpis ignominiæ metus eſt, tolerabilius autem multò eſt fieri inglorium, quàm infamem. D. Ingenio ſegni ſum. R. Quod æquis ſegnibus fieri ſolet, ſtimulos adhibe, non hinc tibi corporis excuſatio, ſed laboris occaſio data eſt. ſunt qui ſtatim quòd non ultrò prouenerit deſerendum putent, ac tu preme, inſta, contende: generoſum animum difficultas erigit, alit labor, illic maximè nititur, idquè pluris æſtimat, ubi reſiſtentiæ plus inuenerit. Factum ſtudio ingenioſum Socratem legis, diſertumq́ Demoſthenem, & quàm multis idem accidit. Singulare quidem nomen pauci occupant, rarior eſt fama quàm meritum. D. Ingenio hebes ſum. R. Non tibi profectus, ideò ſpes erepta, ſed induſtriæ inuenta neceſſitas. Glorioſius autem tantò eſt ſtudio prouehi, quàm natura, quantò ſatius propoſito boni aliquid agere, quàm caſu. D. Ingenio tardo prorſus & inualido ſum. R. Si literis non potes, uirtuti ſtude: nemo non ad illam ſatis ingenioſus, ubi non acumen quæritur, ſed uoluntas, ad quam literas nil prodeſſe, alij obeſſe etiam opinati ſunt. ideoquè deſertis ſtudijs, in ſolitudines abiêre, & eximiæ illis ſcientiæ loco, fuit ignorantia literarum, de quorum iuditio pronuntiare difficile eſt. Id de quo conſtat extremum accipe. nemo te fallat, nec te uulgi ſtupor, nec ſtultorum uoces moueant. Maius tutiuſq́ eſt uirtute, quàm literis clarum fieri. itaque ſemper illud optabile, ſæpè iſtud formidabile res oſtendit, quod ſi ad uirtutem animi, literarum lux acceſſerit, tum demum conſummatum quiddam atq́ perfectum eſt, ea quidem, ſi qua in rebus humanis poteſt eſſe perfectio.

De inopi & infirma memoria. Dial. CI. DO.

SEd memoria inopi & infirma ſum. R. Eſt hæc alia ſenectutis infamia, haud uerior quàm reliquæ, ſed ut uera ſit, huic quoque ſtudij ope ſubuenias. D. Memoria labaſcit. R. Adeſto ne corruat, & labentem iugi exercitatione ſuſtenta fac. quod muro ruinam minanti fieri ſolet, adhibe repagula opportunis locis, & fragilem crebris ac ualidis adminiculis circumualla. D. Memoria fluxa eſt. R. Diligentia & artificio illam ſtringe, cunctis ingenij memoriæq́ defectibus occurrit, induſtria, nil patitur induſtria perire, nil minui, hæc eſt quæ Philoſophos & Poëtas ſenes, uirentiſsimo ingenio ac ſtilo, hæc eſt quæ decrepitos oratores uoce ſolida ualidiſq́ lateribus ac tenaci memoria, ſeruari poteſt. Quod niſi ſic eſſet, nunquam Solon, & quotidie diſcens aliquid ſeneſceret, & ſupremum agens ſpiritum, ad colloquium aſsidentium amicorum, ex ipſa iam quaſi morte conſurgeret. Non Chryſippus acutiſsimum illud ac profundiſsimum uolumen cœptum, iuuenis in extrema perficeret ſenectute: non Homerus illa ætate diuinũ & cœleſte opus excuderet, non Simonides octuageſimo uitæ anno pierium in certamen, iuuenili feruore animi, ſenili autem maturitate deſcenderet. non quarto & nonageſimo Iſocrates ardens illud opus ac mirabile, & propè centeſimum Sophocles tragici ſummum ſtili decus, ſuam compleret Oedypoden. non octogenario maior Cato, nulla mutatione uocis aut laterum, nullo memoriæ lapſu, uel in graui ſeipſum accuſatione defenderet, uel clariſsimos oratores ultrò ipſe ad iuditium euocaret. D. Infida memoria eſt. R. Noli ergo illi fidere, ſæpè calculum ſecum pone, quicquid credideris confeſtim exige, & quod cras facturus fueras, tunc facito. non eſt tuta dilatio, ſi ex malis ſi quid boni potes elice. Fides ſocij deſidiam parit, diligentiam perfidia. D. Memoria penè nulla ſum. R. Ea eſt rerum conditio humanarum, ut qui pauciora meminerit, minor illi fletuum cauſa ſit, ubi nec emendatio, nec pœnitentia utilis locum habet, quid ſupereſt aliud quàm obliuionis auxilium?

De eloquentiæ defectu. Dial. CII. DO.

ELoquium deeſt. R. Altero quærendi odij inſtrumento cares, naturæ beneficium agnoſce, quæ ut magnum tibi in ancipites reos, ſic in te non paruũ fortunæ ius eripuit, multi propter eloquentiam periêre, ſi hinc dubitas, utriuſq́ eloquij principes interroga: nam minorũ ob hanc cauſam paſsim pereuntiũ, plena ſunt omnia, in quib. idẽ ipſe periculo, qui excellẽtiæ eſt propior ac notior fama. Sũt quibus obſcurum nomẽ propugnaculum

eſt ſalu-

eſt ſalutis, finge autem abeſſe periculũ, diſertis nunquam abeſt labor. nil eſt in rebus tàm
inane, pro quo tanti labores tantæq; uigiliæ ultrò ſuſcipiantur, flatus uolatilis ſic exercet
animum, ſolida quaſi uirtus in uerbis ſit. D. Eloquentiæ nihil eſt mihi. R. Fortaſſe
multum ſecuritatis, quod non eſſet, ſi eloquentiæ multum eſſet, multorum quoq; in qui-
bus & tuta forſitan ut uita, ſic & tutior fama erit, D. Nihil eſt eloquentiæ. R. Cura
ut ſapientiæ ſit aliquid, ut innocentiæ, ut uirtutis, illa enim paucorum, hæc ſunt omniũ. Non
te inſignis Poëtarum, non te maior Oratorum raritas trahit, immò uerò uide, ut ſubito di
ctum mutem, ſi te raritas allicit hoc age, hac ad illam itur uia. Indignum quidẽ, ut nihil me-
lius, ſic nil iam rarius, uirtute, eloquentia ipſa quam paucorum dixi, multo eſt crebrior
quàm uirtus, adeò, quod omnes poſſunt, omnes negligunt, quos pauci poſſunt omnes ap
petunt, omnes experiuntur. D. Verborum inops ſum. R. Rebus intende animum,
in uerbis enim flatus & labor & eloquium, in rebus quies, uirtus ac fœlicitas. D. Loqui
neſcio. R. Multi quæ minus ſciunt magis agere geſtiunt, equitandi inſciũ equo impone,
uix illum inde diuulſeris, te loquendi ignarum, ſaltem pudor ad tacẽdum cogat, & ſi loqui
neſcis, quod alij audiant, diſce loquentes alios audire, non eſt minus artificium tacere, quã
loqui cum ſit tutius atque facilius. D. Non poſſum exprimere quod in corde eſt.
R. Si intellectu polles, magniſq; & altis, qui in animo ſunt ſenſibus, iucunda uox & uo-
lubilis lingua non ſuppetit, quieſce, noli quod infœliciter ſuccedit, retentare. quid ergo?
Bono tuo non tãtum æquanimiter, ſed læte utere, alienum linque, alijs neu linguam ſtilum-
qúe ſuperuacuo atteras. Sine, inquàm, loqui alios, tu intellige, cum ſecretior, cum maior ex
ingenio uoluptas, quàm ex eloquio percipitur, magiſque continua, & plus quietis & inui
diæ minus habens. D. Coràm multis loqui pudor impedit. R. Magnis hoc uiris ac
cidiſſe notum eſt, frontis imbecillitate, non uitio linguæ uel ingenij. quod ſi cum multis re-
fugis, at cum paucis & cũ uno loquere, ut clariores fatear conciones, dulciora eloquia non
negabis. Si ne id ipſum potes, ad te redi, tecum loquere, quod iam ſuprà monui, tuumque
domeſticum collocutorem excita, ſemper ille quidem præſtò eſt, non inſidiatur, nõ irridet,
non inuidet, non faſtidit, non exactam atq; laborioſam quærit eloquentiam, confabula-
tionibus gaudet, familiaribus interruptiſque ſermunculis, quin & multa ſæpè loquenti ſi-
lentio acquieſcit. diſce tu illo teſte contentus eſſe, qui non qualiter ſed quid dicas, ſeu poti
us quid dicere uelis attendit. diſce tibi theatrum honeſtiſsimum, medio pectoris extruere.
diſce non hominũ, ſed ueritatis applauſum optare, & aliquando ſine ſtrepitu gaudere, con
tentaqúe modeſtia, quàm perfecta nonnunquam extinguit, eloquentiam, diſce denique
non ad pompam uiuere, non ad pompam loqui, quo uix maius malum uita hominum ha-
bet. D. Bleſi oris ſum. R. Fles ne aliquid ubi commune cum Moyſe tali uiro & tàm
Dei amico? atqui ſeu antiqua repetis, ſeu moderna circumſpicis, ut multi occurrẽt bleſi ui
ri optimi, multiqúe diſertiſsimi ſcelerati, ſic perrari quibus utrunq; contingerit, ſingularis
eloquentia & excellens uirtus.

De amiſsione linguæ & loquelæ. Dial. CIII. DO.

QVid quod linguã ac loquelã perdidi. R. Quid ſi ſecuritatẽ & requiem inueniſti?
quã multos manu innoxios, lingua peſſundedit? eſt uoluptas ſtulta quidẽ, ſed cõmu
nis uolentiũ uideri feciſſe quæ hæc faciũt, nec poſſunt. Mentitus eſt qui Iſraëliticũ regem fi
liumq; eius occidiſſe ſe dixit, & facti innocens, mẽdacij pœnã luit. Vt periculũ ceſſet, quan
tus eſt labor loqui, reſpondere, fabulari, fingere, comere uerba, ſententias librare, cogitare
quid & qualiter dicas, quãq; ſuauiter aërem uerberas. ita enim uocẽ ipſam diffiniunt, qua-
liter quoq; nõ linguã modò, ſed reliquũ corpus moueas. Nam & huic ſe porrigit pars una
rhetorices, qualiter meditabundus humi frontem defigas, qua quorſum ue manum porri-
gas, quo terram ferias pede, an non ſatis hæc operoſa cõcinnitas, & prærepta penè muſicis
opera, ut dulciter ſones angi? an non uerè loqui labor & ſilentiũ quies? D. Nullatenus
loqui poſſum. R. Quæ deficiente eloquentia dicebam, multa dignius perdita reperiun
tur lingua, quando igitur loqui nequis tace, & quod neceſsitas iubet, uolens facito. quod
ipſi qui loqui poſſunt, ſæpè utilius facerẽt, ſæpe dolẽt non feciſſe. Tace, inquã, neu te dam-
num

hum pati putes, tacens cogita, & quieſcens tecū loquere, quæ meliora eſſe, quàm perorare ne diſerti quidē negent. D. Mutus factus ſum. R. Si muti fuiſſent Cicero & Demoſthenes, diutius uixiſſent & leuius obiiſſent. D. Linguæ uſum omnē perdidi. R. Et mentiendi cōſuetudinē, & fallendi artes, & inimicitiarū quærendeque infamiæ inſtrumentum. plures enim lingua ſunt, quā factis infames, nulla pars corporis ad nocendū promptior, ad frenandū difficilior. Meritò ergo quaſi magnū aliquid ac rarū protulit ille qui dixit: Cuſtodiam uias meas, ne delinquā in lingua mea. quod cum ſanctus quidā uir, qui ad diſcendū ſacras literas acceſſerat, audiuiſſet, abiiſſe dicitur, nec amplius audire uoluiſſe, cūq; poſt longum tempus præceptor ſuus, illum admirans, ſciſcitaretur. Quid tàm diù abſens cœptum opus omiſiſſet? reſpōdiſſe dicitur. Quòd primū illud ei uerbum, ſat ſuperq; negotij attuliſſet, nec dum illud unum omni ſtudio poſſet implere. Hanc tibi cuſtodiam & hoc frenum ſeu à natura quidem, ſeu à fortuna oblatum, ne contempſeris, libenſquè te regendum præbe neue contra tuam ſortem calcitres. D. Linguam amiſi. R. Nunc maximè quod ſapiens iubet, omnia cuſtodia ſerua cor tuum, è duabus cuſtodijs ad unam redactus, & dimidia laboris parte liberatus, facilius pauca cuſtodies, & precioſa uigilantius. D. Linguam perdidi. R. In quibuſdam paucis, nobile & argutum membrum, in magna autem parte hominum, nocens atq; peſtiferum, & quo multis caruiſſe ſit melius. ſic non ſolum in ſeruo uerum cernitur, quod Satyricus ait:

Lingua mali pars peſſima ſerui.

Sed in pleriſq; etiam liberis, quib. nihil peius dedit natura quā linguam. Bella, doli, adulteria, corruptelæquè omnes penè ceſſarent, niſi lingua malū ſemen & ſpargeret & foueret. D. Linguam perdidi. R. Si malam, lucratus es plurimū, magnæ enim diuitiæ ſunt, eſſe inopem malorum, hæc qui non habet diues naſcitur, at qui perdit diues fit, & nouo auctus cenſu, perdendo inuenit, quod inueniendo perdiderat. quod ſi bonam perdidiſti dico iterum, cor conſerua, amiſiſti quidem quo placeres hominibus, ſerua quo placeas Deo, cui ſi lingua non potes, corde loquere, ſi enim de malis ſcriptum eſt. Labia doloſa, in corde, & corde locuti ſunt: cur non piorum in corde, pia labia eſſe, & ipſi corde etiā loqui poſſunt, ubi ſunt aures Dei? uerūq; ſit quod alibi ſcribit idem. Non eſt occultatū os meū à te, quod feciſti in occulto, nulla enim ſecretiſsimarū quoq; cogitationū abſcondita eſt Deo, nec tacitos minus quā clamantes audit: immò, non eſt apud illū clamor altior uehementiorquè quā cordis clamor, ille ſilentio delectatur. hunc clamorē cōpreſsis labijs promebat ille gregis primum, poſtmodum populi paſtor famoſiſsimus, qui audire meruit uocem Dei dicentis ſibi: Quid clamas ad me? non loquebatur & clamabat, immò quidem loquebatur, ſed corde. Sicut autem qui Deum audit, ſurdus non eſt, ſic quem Deus audit, non eſt mutus.

De uirtutis inopia. Dial. CIIII. DO.

AT uirtutis inops ſum. R. Verum damnum iuſtus dolor, niſi quod aliæ omnes inopiæ naturales, aut fortuitæ, ac uiolentæ eſſe poſſunt, hæc una proculdubiò uoluntaria eſt. cæteræ namq; uel in corpore, uel ingenio memoriaq;, uel eloquio, ſeu externis in rebus ſunt, quæ quidem omnia, non qualia exoptantur obueniunt, ſed qualia cuiuſq; ſors tulerit, hæc una autem in uoluntate conſiſtit, quàm pro arbitrio ſibi quiſque moderatur acque efficit. Neq; uerò alia poteſt eſſe homini bona uoluntas, niſi quā uult is, cuius illa eſt, qua & hoc ipſum uult, & quæcunq; uult alia: alioquin ſi ut uirium, utq; ingenij, ſiue opum defectus inuito accidit. ſic accideret uoluntatis, nec premio digna uirtus, nec ſupplicio digna aſſet iniquitas. nunc autem non uoluntas uobis hæc aut illa, ſed huius atque illius electio ac libertas naſcentibus data eſt, quæ in bonum flexa, bonos fecit, in aduerſum malos, uti licet, hac ut libet: & ſi ut libet benè uti libeat, haud dubiè Dei donum, ut malè autē perverſitas ſit uolentis, illud penitus non licet, ut non & uoluntas bona uirtutis, & mala uitij radix ſit, atque ita uirtutis, inopiam non patitur, niſi qui uult, quoniam prima & maxima pars uirtutis eſt uelle. D. Quid quod uirtutem uolo nec aſſequor. R. Multi ſe id putant uelle quod nolunt, id nolle quod uolunt, ſic quiſq; ſe fallit, ſeque boni auidum

non

non modo alijs, ſed ſibi etiam perſuadere nititur, nec cuiquam facilius perſuadet, quàm delectabilis uera uirtus, falſa uirtutis opinio ſic delectat, ut & populum & amicos fallere, & falli inſuper dulce ſit. D. Scio me uelle, nec poſſe, ideò bonum fieri. R. Vt ſit ita, uelle non ſufficit, deſiderio opus eſt, eoque non modico, ſed uehementi: uos autem mala ueſtra feruentiſsimè cupitis, bona uultis tepidiſsimè, unde fit, ut diuites multi ſint, boni autem pauciſsimi: nam quid miri eſt, ſi citius adoptatum ardens intentio, quàm uoluntas lenta prouehitur. D. Vellem bonus eſſe ſi poſſem. R. Stude nam poteris, & ſi bona fide uis eſſe iam incipe, ſed ſegnitiem uita. ſi enim minima rerum non habentur gratis, quid de uirtute ſperes, qua nil in rebus hominum maius eſt, nil altius? non tu illam quaſi diuerticulum curarum, ſed ut tectum atque unicum iter ad fœlicitatem cogita, Vaca illi & inſiſte, ſummo niſu totoque animi pondere, neque uerò temporis particulam, ut iucundo quidam exercitio, ſed ut ordinario uitæ officio, quod te beatum & nullius egentem rei faciet. Vniuerſum tempus, omne ſtudium impende, quod rebus ſæpè utiliſsimis impendiſti, & ad memoriam refer illud ſanum magiſque efficax quàm comptum uerbum Marci Varronis, ex Satyrarum eius libro. Si quantum opere ſumpſiſti, inquit, ut tuus piſtor bonum faceret panem, eius duodecimam philoſophiæ dediſſes, ipſe bonus iampridē eſſes factus, quod ſic accipias uelim, nō ut terrenæ philoſophiæ, quæ ex frequentatis actibus habitum ſpondet, cuius quanta ſit promiſſi fides experti ſciunt, ſed cœleſti ſapientiæ ſoſpitatrici optimæ, ſuiſque conſilijs atque auxilijs te uirtutis, quæ ue per hanc quæritur ſalutis, debitorem ſtatuas, ſentiasque pia confeſſione, grato animo, quodque eſt ſcriptum: Nemo poteſt eſſe continens niſi Deus det (& hoc ipſum erat ſapientiæ, ſcire cuius eſſet hoc donum) tibi nominatim dictum credas, atque ad omnem uirtutem intelligas referendum. D. Valdè quidem eſſe cupio, nec ſum bonus. R. An ualdè cupias res docebit, intenſæ uolūtatis indicium, perſeuerantia eſt, ſiue autem gratuitum Dei donū uirtus, (& profectò eam largitor ille ſydereus, niſi conſtanter optantibus inſtanterque precantibus uix tribuit) ſiue in tanta re ullæ ſunt partes ingenij humani, & cū intentione feruida res egeat, tum & cōtinua eget & diuturna, nam quod ſtudio quæritur, repentè non prouenit, ſic quocunque te uerteris, perſeuerānti opus eſt animo. Omiſsis ergo neglectiſque omnibus hic incumbe, idque fiat alacrius, ſi memineris ſemperque deſcriptum antè oculos habueris, ad hoc unum atque ad nihil aliud, te ueniſſe ad hanc terrenam habitationem, & hoc à te unum exigi, ut uirtutum gradibus cœlum petas, ita ut quicquid agis aliud, uel ſuperuacuum uel damnoſum ſit.

De auaritia. Dial. CV. DO.

AVaritiæ ſtimulis urgeor. R. Benè ais ſtimulis, nam & quærendarum opum cupiditates ſtimuli quidam, & quæſitæ opes ſpinæ ſunt. ita enim illas uocat qui mentiri neſcit. Præclaræ uerò diuitiæ, quæ & querulæ torqueant & quæſitæ, at ſi corpuſculum, ſi naturam, ſi uitæ reſpicias breuitatē, uidebis te fruſtra ſuperuacuis curis angi, & paucorum egentem multa deſiderare, inſuperque dum quærendis inhias, parta non cernere, atque ita quodammodo quærenda perdere, quo nihil eſt ſtultius. D. Multa quærendi urgeor appetitu. R. Nec aduertis, quod inter quærendum, tempus, & uita cui illa quærebātur elabitur, ſic mira perplexitas incidit, dum uita abundare uidemini, diuitijs indigetis, dumque indigentia illa præterijt, ſuperuenit altera & diuitijs abundātes indigetis uita. Non hoc ignorabat ille ſapiens, ubi loquitur de eo parſimonizante qui dicit: Inueniam requiem mihi, & manducabo nunc de bonis meis ſolus, & neſcit quod tempus prætereat, & relinquet omnia alijs & morietur. & idem alibi: Qui aceruat iniuſtè, alijs congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. ô terribile dictum, ſed commune quotidieque ſe oculis ingerens, nec idcircò proficiens in animis auarorum. Idem rurſus. Auaro: inquit, nihil eſt ſceleſtius, & nihil eſt iniquius quàm amare pecunias, & ut ſcias quoniam uerò omnia conſonant, ut ait Ariſtoteles, ecce ut Eccleſiaſtico ſapienti conſonat ſecularis. Pecuniæ, inquit Cicero, fugienda cupiditas, nihil eſt enim tàm anguſti animi tamque parui quàm amare diuitias.

De inuidia.

De inuidia actiuè. Dial. CVI. DO.

INuideo. R. Superior affectus, ut benè tibi eſſet optabat, hic ut malè ſit alijs, tanto hic
illo auaritia peior liuor: benè ergo ſapiens idem, de quo modo dicebã, Nequam, inquit,
eſt oculus liuidi, inſatiabilis oculus cupidi. D. Inuidia torqueor. R.

Inuidia Siculi non inuenère tyranni
Maius tormentum :

Flaccus ait, idq́ue ad ueſtros tyrannos peſtilenti auſtro impellente, translatũ eſt. D. In-
uidia crucior. R. Simul & peccas & plecteris expedita iuſtitia. D. Fœlicitas uicini
mihi parit inuidiam. R. Credo hercle, nemo ueſtrum regi Parthorum aut Perſarum
inuidet, nec illi quidem uobis, fuit quando uiciſsim inuidebatis, quia uicinitatem faciebat
Imperij magnitudo. ſed an non ſatis eſt; proprijs malis angi, quæ tàm multa ſunt, niſi &
aliena bona uos crucient undique miſeri & inſani? D. Vicinis inuideo. R. Tritus
mos, inuidia lippa eſt, longinqua non uidet, uicinitas atque proſperitas inuidiæ ſunt paren-
tes. D. Inuideo alienis bonis. R. Si es inuidus, & puſillanimis ſis oportet, omnibus
ex uitijs nullum pigrius inuidia, altos in animos non aſcendit, nullum quoq; miſerius, ita-
que reliqua omnia bonum aliquod licet falſum præſupponunt, hæc ſolis malis paſcitur &
torquetur bonis, & quod alijs optat, iam ſibi habet malum. Alexandri ergo Macedo-
nis dictum placet: Inuidos homines, nil eſſe aliud quàm tormenta, ſeu tortores ſuos pro-
prios, leuis adoleſcentis uerbum graue.

De Ira. Dial. CVII. DO.

SEd iraſcor. R. Ego aduerſis opem polliceor non uitijs, non fortuita enim illa, ſed uo
luntaria ſunt, & in ueſtra poteſtate, quis te igitur cogit iraſci? D. Iraſcor offenſus.
R. Is fortaſſè, qui offendit te arguitur, ſe offenſum abſq; te quæritur: non tãtum eſt offen
ſarum, quantum inſolentiæ. D. Ira æſtuo. R. Furis ergo.

Ira furor breuis eſt.

Inquit Flaccus. Fit autem à pleriſq; mala conſuetudine, & impatientia longus furor. En
nius autem iram initium dixit inſaniæ, cum pleriſque nimis illam ſequentibus finis & inſa
niæ ſit & uitæ. Siquidem hæc etiam peſtis ut ſuperior, & ſi ſæpè alios, ſemper tamen antè
alios poſſeſſorem ſuum torquet & cruciat, ut mirer unde quibuſdam uideri potuerit, huic
neſcio quid melle dulcius ineſſe: habet fortaſſe ultio dulce aliquid, efferum, inhumanum ira
nihil niſi amarum habet. D. Iraſcor ob iniurias. R. Vix iracundus unquã adeò quiſ-
quam fuit, ut nulla re laceſsitus iraſceretur, niſi fortè Cælius Senator iracũdiſsimus ille mor
talium, qui clienti ſuo in omnibus ſibi conſentienti, atque omnia confitenti, iraſcens excla
mauit: Dic aliquid contrà ut ſimus duo. durũ caput, qualiter tuliſſet iniurias qui obſequi-
um non ferebat? D. Iraſcor quia offendor. R. Hac in parte uulgò plurimùm erra-
tur, quæruntur cauſæ, finguntur offenſæ, inq́ue iſipſis quæ ueræ ſunt cauſæ, iræ modus
exciditur, in omnibus peccatis uelum aliquod excuſationis obtenditur, & eſt excuſatio ip
ſa peccatum. tu quia non tibi, ut Deo paretur iraſceris, & tamẽ Deus ipſe quotidie uerbis
ac rebus offenditur, nec ſemper iraſcitur, uos omne uerbulũ caſu elapſum, ad iniuriam ca-
pitalem trahitis, impatiens genus. D. Iraſcor ſic meritis. R. Si de te quidem malè,
ſi de Repub. modò non ira, ſed iuſtitia illa ſit, optimè. & ad ſummam, mordicus, ut dici ſo
let, Ciceronianum illud eſt tenendum. Ita procul ut abſit cum qua nihil rectè fieri, nihil
conſiderate poteſt, iure ergo laudatur Architæ Tarentini dictum, & Platonis amici ſui fa
ctum, quorum primus, dum ſe ſtudijs dedito, poſſeſſiones ſuas culpa uillici deſtructas aſpi
ceret, in eum uerſus. Sumerem, inquit ex te debitas pœnas, niſi tibi iratus eſſem. alter ira-
tus ſeruo, non impunem dimiſit ut Architas, ſed amico commiſit ut ſupplicium exigeret,
ueritus ne ſe iræ impetus quo non deceret impelleret, hoc horumq; ſimilia fre-
nare iram debent, ne ſequaces ſuos, ut ſolita eſt in in-
famiam cladem q; præcipitet.

De gula. Dial. CVIII. DO.

GVla uellicor. R. Dixi iam,his medemur quæ inuitis accidunt, nam quis ſponte
ægrotãtibus medeatur? D. Gula ſollicitor. R. Propriè id quidem,nulla res tàm
uilis tàm ſollicitos uos habet,Stupor & pudor eſt cogitare,quò ſe humanum inclinat inge
nium,ad maiora creatum,niſi reſpueret terrarum tractus, cœliq; & maris abdita penetra.
tis.Meditati eſtis retia & hamos,& uiſcum & laqueos,& rapaces uolucres imperio pare
re,& prædari uobis docuiſtis,ad nil aliud,niſi ut gulæ ſatisfiat,quam non modò explendo,
ſed onerando fatigatis,& anguſtum uentrem,uaria arte laxatis, ac premitis obſequendo,
cui aliquanto utilior fames eſſet,utiliſsima uerò ſobrietas,& fœdo illi ac miſero ſacculo, ſi
mulq; & ſyluis & nubibus & fluctibus pacem linquens.Ita tamen eunt res, hic eſt mors
nobilium antè alios,hæ ſunt artes,quæ liberales fuerant,mechanicæ euasêre, ipſiq; qui bel
lorum duces ac philoſophi,ac rectores urbiũ ac Patres Patriæ eſſe ſolent, uenatores atq;
aucupes facti ſunt,utq; intelligas nullã eſſe reliquã ſpem ſalutis, nobilitati tribuitur, quod
eſt gulæ,aut proculdubiò uanitatis.Hoc malum nullo melius modo,quàm generoſa qua
dam indignatione,& rei ipſius extimatione cõtunditur,uel ſenſim ut Ciceroni placuit,uel
repentè,ut Ariſtoteli uiſum eſt. Multũ confert cogitatio exitus,quod cum omnibus uitijs
ſit commune,tamen huic proprium atq; luxuriæ.

De torpore animi. Dial. CIX. DO.

TOrpeo in agendis. R. Quis miretur,ſi poſt gulæ ſtudium prægrauatum corpuſcu
lum animi torpor obrepat? D. Animi aggrauor torpore. R. Torpor hic ex
imperfecta uolũtate oritur,mox ut bonum uelle cœperis,ardor erit atq; impetus,qui cum
ad multa ſit peſsimus,eſt optimus ad uirtutem. D. Torpeo & ad bona opera lętus aſ
ſurgo. R. Eſt torpor quidem animis obſitus,nec minus ardor quidam generoſa pars
animæ,ſed & hic ardor accendetur,& ille torpor excutitur,fuga temporis intellecta, quæ
tanta eſt,ut uix metiri eam quamuis celer animus poſsit, & ſpecie uirtutis adamata,quæ ta
lis eſt,ut ſi corporeis oculis cerni poſſet, quod uult Plato,mirum ſui amorem paritura eſ
ſet.Huic te amor igitur,illinc metus excitet,utraque res in ſomnis,neque qui amat enim,
neque qui metuit torpere ſolet,& tamen hoc ipſum,nec torpor ſoporq; uos noxius pre-
mat,ad diuinas laudes ſurgentes nocte precamini,nõ eſt ſomno locus aut inertiæ, ubi uos
hinc mors territat,hinc honeſtas allicit. Quis enim inter magna pericula, magnaq; præ-
mia conſopitur? ubi ad iſta reſpexeris,redibit uigor ad animum, fugiet ſomnus ab oculis
cogitantis, quantum nunc etiam ſuperet imperfecti,quantum tranſierit ocioſi, quod quia
non fit,longas ætates inutiles effluxiſſe conſpicimus & ſenes attonitos ac ſtupentes dice-
re,quid hic in tot annis egimus? Comedimus,bibimus, dormiuimus,ſerò tandem exper-
recti ſumus. Cuius mali præcipua cauſa eſt torpor iſte,quem quæreris,abigendus in tem
pore,ſtimulis induſtriæ,freno prouidentiæ, ne cunctando ad inglorium finem,cum multi-
tudine rapiaris.

De luxuria. Dial. CX. DO.

AEſtu quatior libidinum. R. Atqui libidinem torpor gignit,gula autem illã parit:
quid miri igitur,filiam poſt parentes ſequi? Gulam certè & luxuriam cõmunes uo-
bis eſſe cum belluis,maximeq; beſtialem uitam ueſtram facere,ſapientibus uiſum eſt, itaq;
cum ſint alia grauiora mala,nullum uilius. D. Libidine rapior. R. Quoniam uerò ni
ſi ad mortem animæ & corporis & infamem notam,ſeramq; pœnitentiam & fortaſsè inu
tilem? I nunc igitur,& raptantem ſequere,quæ te tales raptet ad exitus. Cogita autẽ innu
merabilium caſus miſerabiles ac famoſos,nõ modò ſingularium hominum, ſed urbium &
regnorum,qui tibi partim uiſu,partim auditu,& maximè lectione debent eſſe notiſsimi,ra
ptãti nequaquam ut arbitror,manum dabis.Audi enim quid hinc doctiſsimi uiri ſenſerint
ac ſcripſerint.Voluptatis ait Cicero, blandiſsimæ dominæ, maiores partes animi à uirtute
detorquent.

detorquent. In hoc inquit Seneca nos complectuntur ut ſtrangulent, non aliter ergo quàm latrunculi uiatoribus inſidiantes, eosqúe ſeducentes ac perimentes declinādæ ſunt. in quo ualdè proderit, ſi illud præclariſsimè apud Liuium à Scipione Aphricano dictū quoque Maſaniſſæ dictum, ſibi quiſquis hac peſte laborabit, accipiat. Vince, inquit, animum, caue deformes multa bona, uno uitio, & tot meritorum gratiam, maiore culpa, quā cauſa culpæ eſt corrumpas. Idqúe facilius fiet, ſiquis acriter rei utilitatem, obſcœnitatem, breuitatem, finē cogitet, at longū dedecus horæqúe fugacis forſitan, aut momēti unius illecebras, multorum annorum pœnitentia, uel æterno fortaſsè ſupplicio puniendas.

De ſuperbia. Dial. CXI. DO.

SVperbia extollor. R. Quid ſuperbis autem terra & cinis? Tu ne tantorum malorum faſce obrutus atque oppreſſus extolleris, qui ſi te omnibus malis explicitus, uirtutum omnium alis euectus attolleres, hoc uno bona omnia corrupiſſes. Nihil eſt enim odioſius Deo quàm ſuperbia. per hanc enim ille pulcherrimus creatus raptim corruit, per quā tu peccator uis aſcendere, ſi ſic illi ob id unum accidit, quid per hoc alijs culpis adiectum tibi euenturum arbitraris, malum ſarcinis tuis cumulum ſuperimpoſuiſti. D. Superbia uehor. R. Cur quæſo? an non te mortalem, an non aſsiduè fatiſcentem, an non peccatorem, an non mille caſibus expoſitum, an non morti obnoxium incertæ, an non denique te miſerum meminiſti? & non famoſiſsimum illud Homericum audiuiſti. Nihil miſerius terra nutrit homine? ſcire uelim, quid te horum potiſsimè ad ſuperbiam cohortatur, an fragilitas membrorum, exercitusqúe morborum, an uitæ breuitas, an cæcitas animi, inter ſpes uaniſsimas metusqúe perpetuos fluctuantis, an præteritorum obliuio, an ignorantia futurorum ac præſentium, an hoſtium inſidiæ, an mortes amicorum, an aduerſitas perſeuerās, an fugitiua proſperitas. Hæ non aliæ uobis ſunt ad ſuperbiam ſcalæ, his aſcenditis ad ruinam: at qui cætera hominum pericula, & ſi iniuſtam aliquam, tamen excuſationem ſuperbia & inuidia nullam habent. D. Doleo me ſuperbum. R. De peccato dolere primus ad ſalutem gradus eſt, & ſicut ſuperbia eſt extollere, ſic humilitas eſt dolere ſeqúe ſubmittere, quod quidem facilè factu erit, mox ut oculos in teipſum tota intentione reflexeris, quod cum ita ſit, nolo tibi, nec oportet librorum partes ſcriptas aduerſus peccata congerere, hoc ſatis eſt, cuncta arbitrij tui eſſe, deſitura illicò ut bona fide uolueris, utqúe aiunt receptui cecineris, teqúe ad tua ſigna conuerteris, quod ad præſens malum attinet, unum illud adiecerim, ſuperbiam eſſe ægritudinem miſerorum ac ſtultorum. tales nempè ſunt haud dubiè qui ſuperbiunt, neque enim aliter ſuperbirent. neque uerò ſine cauſa in libro Sapientiæ ſcriptum eſt: Omnes inſipientes & infœlices, ſupra modum animæ ſuæ ſuperbi ſunt. certè animæ ſuæ ſi ſaperent modulos, eſſent humiliores condirionis imbecillitate cognita. ſic enim eodem libro ſcriptum legis. Rex hodie eſt, & cras morietur. cum enim moritur homo, hæreditabit ſerpentes & beſtias & uermes. Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo: quoniam ab eo qui fecit illum receſsit, quoniam initium omnis peccati ſuperbia eſt. nota ſunt reliqua, quibus acriter circumſpectis, monſtrum eſt ſuperbus homuncio.

De febribus. Dial. CXII. DO.

FEbribus æſtuo. R. Aeſtus hic aut tempore finiendus aut frigore, utrumuis fecerit, benè erit. D. Febribus urgeor. R. Omnis hic contra naturam motus, plus habet impetus quàm diuturnitatis, & ſæpè duorum facit alterum, aut corpus expurgat, aut animam abſoluit. D. Febribus teneor. R. Non longum teneberis, expecta, citò te uel ſanum oportet eſſe uel liberum, utrunq; optimum. D. Febribus laboro. R. Illicò requieſces, natura cum morte confligit, operire exitum duelli, propè eſt hora, uel huic te morbo, uel omnibus exemptura. D. Febribus ardeo. R. Minus mali eſt corpus ardere quàm animum, de quo præcedentes tuæ ſeptem proximæ ſunt querelæ? quid ſi ardor alterius, ſalubris eſt alteri? quid ſi hic ardor quamuis aſper optabilis eſt? quantum deniq; boni eſt, præ-

eſt,præſentis uitæ mala,breui guſtu, perennis admonere ſupplicij, ut infinitas amaritudines declinare ſtudeant,qui tàm grauiter paucis horis amariuſcula tolerant, atq; his anguſtijs diſcant illas euadere,quibus nec Phyſicus,nec herba medebitur, nec dies criticus nec mors quidem. D. Febribus uror. R. Vermium cibus excoquitur, fer te alijs uri, cui totiens alia iuſta ſunt,& de ſupplicio conſilium cape,ex quibuſdam malis remedia conflantur.ſæpè paruus dolor ac præſens,ut uenturis ac grauibus occurreretur admonuit,fitq; utilis qui moleſtus erat:fœlix incendium breue,quod æterni refrigerij cauſa eſt. D. Febribus exerceor. R. Eris iam bonæ ualitudinis æſtimator idoneus,uos enim homines Dei dona niſi amiſſa,uel intermiſſa,non noſcitis ingratum genus. D. Febre uexor importuna. R. Diù ſimul eſſe non poteſtis,nemo diù ardet,aut illa te deſeret,aut tu illam.

De dolore iliaco atque extaſi. Dialogus CXIII. DO.

ILiacũ patior dolorẽ. R. Sperare incipe,quãdoquidẽ q̃ iã triſtius metuas nil eſt.ſicut autẽ ad extrema gaudij peueniſſe,principium gaudij ſit oportet, contrariorũ hæc lex eſt, alterũ ex alterius fine oritur. D. Dolore torqueor iliaco. R. Spes eſt fateor acerba ſolatij,nil acerbius pati poſſe. D. Iliaco crucior dolore. R. Qui dolet ac metuit ille miſer eſt,undiq; tibi pars altera miſeriæ,metus eripit̃,nam quid,oro, metuat, qui ipſam quæ ab omnibus præquè omnibus metuitur mortem ſperat. D. Iliaco dolore diſcrutior. R. Diſce uiuens mori,quodq; nõ niſi ſemel fit ſæpius experire,facies ſecurius tandẽ ſi mel, q̃ tàm ſæpè temptaueris,nihil enim noui facies,ſimillimus dolor iliacus morti eſt,niſi q̃ mors facilior breuiorquè,ut qui hunc fortiter tulit,niſi metus alter interueniat,multò illam fortius ſit laturus. R. Dolore rumpor iliaco. R. Magnitudo ipſa doloris finem ſpõdet: nemo enim diù moritur. D. Quid quod dolor extaſim parit? R. Longos febrium dolores,breui tranſigi ſuſpirio. D. Aduentare extaſim intelligo. R. Vix id quidem intelligere eſt,nam & repentè aduenit, & præſens intellectum uiribus ſuis priuat. D. Linqui animo incipio. R. O'fœlix qui rem neceſſariam,utq; aiunt duriſsimam, ſine ſenſu ſis ſubiturus. D. Sæpè extaſim incurro. R. Sæpè mortuus reuiuiſcis. D. Sæpè extaſim mortiferam experior. R. Hanc pluſquàm ſemel experiri nequis,nemo enim plus quàm ſemel moritur,quod autem mortis genus eſſet,inter doctos ac præclaros uiros aliquando quæſitum eſt,ubi Iulius Cæſar interfuit,ſummus uir & imperio & doctrina, qui & ipſe tempore extremo,ut de illo ſcriptum eſt,repentè linqui animo ſolebat, quam quæſtionem ille ſic abſoluit,ut repentinum atque inopinum interitum commodiſsimũ diffiniret. quæ ſententia & ſi pietati ueræq; religioni fortaſsis aſperior uideatur, ſic tamen & cuilibet ſapienti,& præſertim pio uereq; religioſo uiuendum eſt,ut ſibi nil repentinum aut ſubitũ eſſe poſsit,& quid tale incidat animo,celeritas ipſa non noceat & proſit corpori.

De totius corporis dolore ac languore uario. Dial. CXIIII. DO.

TOto corpore langueo. R. Si non languet hoſpes corporis animus benè eſt,quicquid tuguriolo ſuo ſaluus eruperit. D. Toto corpore crucior ingens malum. R. Stoici unum in rebus omnibus humanis bonum dicũt uirtutem,et quamuis alij aliter,hæc uerior tamen uiriliorq; ſententia uiſa eſt,cui conſequens eſt, unum quodq; quod huic bono obijcitur malum,eſſe uitium,quo fit,ut dolor corporis moleſtiſsimus ſit,malum tamen utique non ſit. D. Hei mihi miſero, ego torqueor, tu diſputas, Philoſophicæ fabellæ. R. Iure te miſerum dicis,uel hoc ipſo,quod humanæ uitæ regulas fabellas uocas. D. Sonora hæc in ſcholis,famoſa per libros,ſed nec aculeos nec ægrotantium aſcenſura grabatulos dicuntur ſcribunturquè facilius,quàm probantur. R. Immò uerò & ad dolorem,& ad ægritudinem,& ad mortem proſunt,ſed non omnibus,quippè quæ non omniũ

inſedère

inſedere pectoribus, & profectò quibus credita non ſunt, ſalubria eſſe non poſſunt. D. Heu ego crucior tu diſputas. R. Iſte tuus dolor neceſſariò, aut lentus erit, aut intenſus, atque ita uel facilem uel breuem patientiam requirit. D. Hei mihi ſummo crucior dolore. R. Si ſummus, nempè breuis eſt dolor, parce gemitibus, aut fugiet aut fugiat eſt neceſſè, ſic utrinque libertas in foribus, interim forti animo ferre mortalia ſpecioſum ac uirile eſt. D. Specioſum dictu fateor, factu ne poſsibile quidem reor. R. Non impoſsibilitas rerum eſt, ſed mollicies hominum, quæ uirtutis innumeros deſertores fecit, & faciet, dum omne difficilè reſpuitur, uirtus perijt: cuius materia difficultas quidẽ, ſed honeſta eſt. D. Sumus homines non dij, & moribunda corpuſcula uim doloris ferre non ualent. R. Fragilia corpora humana non negem, uſque adeò qui uſque ad tolerantiam omnis aduerſi, ſat uirium habitura ſint, niſi maior multò eſſet infirmitas animorum, illa eſt, quæ uiro indignos eiulatus, & muliebres atque humiles uoces elicit. quid eſt enim, oro te, cur impoſsibile homini cenſeas, quod ſæpè olim & potuiſſe uides hominem & feciſſe. D. Heu mihi, rurſus ad hiſtorias uocor, & in medio dolorum æſtu, uix præſentium, uix mei ipſius memor, ad memoriam protrahor antiquorum. R. An non ergo clarorum recordatio uirorum, qui ſimilia fortiter paſsi ſunt, magnum affert in omni rerum aſperitate ſolatium & & leniment? D. Sentio ad imitandum rariſsimos hortaris, glorioſa conſilia, ſed alta nimium ſupra quę hominem. R. Quid ſupra hominem dicis, non deorum tibi ſed hominum rationes, hominumq́; exempla proponimus. D. Hominum fateor, ſed paucorum, eſtquę ultima & exacta raritas, nullitati proxima: non multũ inter Phœnicem & Chymeram intereſſe dixerim, illos ſequor, qui Chymeram nihil eſſe uolunt, apud alios namq́; Siciliæ mons eſt. R. Quaſi uerò imitandus tibi ꝓponatᷣ Phœnix & nõ acies uirorũ, q̃ quò rarior, eò dignior, cui ſimilis fieri uelis, q́ſquis raros ſeq negliget, rarus eſſe uir nõ poterit. D. Video unũ ex paucis fieri iubes, unus ex multis ſum. R. Propè nullũ te maluerim, quàm ex multis unum: neſcio enim an non eſſe, an ſtultum eſſe ſit melius, atqui plurimorum idem, & ſtultorum è numero ſit oportet. D. Ego uerò nil peius eſſe quàm nil eſſe ſcio. R. Neſcis quid mali ſit eſſe aliquid, nec eſſe quod debeas. D. Ita hoc dicis, quaſi quod uni fortè accidit, debitum ſit omnibus, idquę ad omnes trahi uelis. R. Malè ais fortè, uirtus enim non fortuita, ſed deliberatiua prorſus, & electiua eſt, nõ caſu equidem quærenda, ſed ſtudio: neque ego quod uni caſus dedit, ad cunctos, ſed quod uirtus multis tribuit, ad unum traho, ad omnes tractura libentius, ſed in uno etiam defatigor. D. At non omnia poſſumus omnes. R. Non poëticum modò ſed paſtorium eſt uerbum. ſcio, ſed te poſſe aliquid, quod non omnes poſsint, immò iam potes, uelle cupio. D. Quid, heu, miſerum inquieras, non'ne ſatis igitur torquet dolor? R. Quietem potius afferre, & hunc tibi tortorem afferre meditor, quod niſi tu, qui potes, manum dederis, ſola non poſſum. D. Pape, quid hoc eſt quod me poſſe ais? an poſſum dolorem non ſentire quem ſentio, aut malum negare quod peſsimum experior? R. Primũ non requiro, obſtat enim natura, alterum ne impetrem, non natura, non ueritas, error ſolus obſtiterit. D. Proh ſuperi, quorſum hæc inania quæ philoſophica dicitis, ſcio planè dolorem non eſſe animi uitium ſed corporis, ſcio dolorem aliud eſſe quàm perfidiam, dolere aliud quàm furari, hæc me ut noua ne doceas ſatis magnum, & ſi nil aliud addideris, per ſe dolor malum, cuius ego non noſcendi conſilio, ſed ferendi ſeu quod malim depellendi egeo, noui enim noſſemq́; utinã minus, quid eſt dolor. R. Et ego dolorẽ rẽ acerbã ſcio, immitẽ, horridã, amarã, triſtẽ, naturæ aduerſam, ſenſibus odioſam, ſed quæ uirtutis ope non dico dulceſcere, ꝙ Epicurus dixit, ſecũ ipſe diſſentiens, ſed leniri frangiquę ſorsquę etiã, ſi uera animũ uirtus armauerit, aut ſentiri partius, aut q̃dãmodo nec ſentiri quidẽ poſsit. D. Armatus an inermis, ego dolorẽ ualdè ſentio, & malũ grande profiteor. R. Profeſsionẽ aliam ex te optabam. D. Si rurſus ad ſpecioſa retrahimur, delectant aures uerba magnifica, ſed uera animum, quid ſi dolor enim corporis animi patientia maior ſit? R. Quid ſi nullæ corporis uel illecebræ uel moleſtiæ, nulli angores ſtantis atque obſtantis animi uiribus pares ſunt? quid ſi in omni luctamine modò non uolens terga dederit,

ſed toto niſu ac bona fide reſiſterit, ſemper animus ſuperior fuit, ſemper abijt uictor? D. Quid uerò ſi doloris intolerantiam, morbi fœditas grauat & faſtigium & pudor? quid ſi lepra putre corpus ac miſerum inuaſit? quid hic mihi ſermo tuus iſte contulerit? R. Multum ſanè ni reſpuis, oſtendet tibi, te qui cuncta reſpiciens, te non uides, iubebit meminiſſe terreum & mortale corpuſculum tibi eſſe, non aëreum neque æternum, nec mirari quidem oportere, nec indignari, ſi putredo in terram ſuam, ſi in ſedem fluxerit: eſſe hominis mentem & ſuprema eius, ni rebellet ad fœlicitatem perpetuitatemquę diſpoſitam, eiuſdem partes infimas, & morti obnoxias & omnis miſeriæ capaces. ſeu lepra igitur ſeu epilepſia ſeu quid his turpius aut triſtius inciderit, cogitandum tibi acriter, in miſeriarum uaſculum deſcendiſſe, quod ſuum erat, deſtinatumq; illi figulo ab æterno, contra quem lutea uaſa ne murmurent admonentur, quod illud in honorem, hoc in contumeliam, uerum cuncta fragilia finxerit atq; mortalia. D. Ergo ego te conſule ſine murmure & gemitu lepram feram? R. Planè me Conſule atq; auctore, cui ſi oſtenderis, murmur aut gemitū utilem tibi, leuamenq; aliquod mali eſſe, uerſis ultrò conſilijs, utrunq; pmiſerim ſeu iuſſerim. Quod ſi indignatio & querelæ nil aliud, quā acceſsio mali ſunt, quid morbo corporis addere animi morbum iuuat, teq; miſeriorem flendo facere, & illum tibi forſitan infeſtiorem, qui labores hominū ex alto uidet, patientiamq; conſiderat, quàm aut remedio cōpenſet aut præmio? an uerò aduerſus omnes corporeas peſtes (ſed quoniam nominatim unam defles) ꝑarum ſolatij contrà hanc ipſam eſt, noſſe lepram ſuperficiei uitium, uel coloris eſſe, non ualitudinis aut integritatis ſenſuum atq; membrorū, ut Auguſtino uiſum ſcimus, nec Phyſici contradicūt: ſed ut cutē penetret, artusq; dilacerans in præcordia ima deſcendat, ꝙ ſcæliſſe legitur Plotino ingenti Platonico, in animam certè deſcendere, niſi ipſa conſenſerit, nō poteſt, qua incolumi, nō pluris extrinſecus corporis ſui habitus apud illam erit, quàm bene ualentē apud hoſpitem, quàm hoſpitij fortè paries extimus uentis ac imbribus ſcaber ſit. quid ꝙ lepra poſſeſſorem ſuū uulgò eripit, cōſortioquę hominū ſæpè eorū, quos ut fuger[...]cuſandū nihil, nulliusquę nō auxiliū implorandū erat: ut ad calculum res redeat, mu[...] corpus tædijs implicans, multis animū explicuit. D. Heu quid credam rerū peſsi[...]dandi. R. Rerū peſsima nō corporis, ſed animi uitia morbiquę ſunt, nec idcirco ego[...] ſed æquanimitatē & patientiā laudo, nec indignanter nimiūq; flebiliter ferre ſuade[...]narū tuā propriā rerū ſortē, cū ſummo tibi pſertim Imperatore ac philoſopho Cōſtantino ſcilicet ac Plotino, de quo modò diximus, cōmunē. poſtremò ante oculos habere cœli dominū, nō lepram odiſſe, ſed uitium, cūq; ipſum angelorū iudicem atq; hominū, de quo ſcriptū eſt: Neq; habitabit iuxta te malignus, neq; permanebunt iniuſti ante oculos tuos: non tamē leproſos horruiſſe ſeu fugiſſe, ſed illorū domos adijſſe atq; cōuiuijs interfuiſſe. D. Tu me uerbis ſuperas, dolor rebus, ego aūt non philoſophorū nugis, hac in re, ſed ſenſibus meis credo, illi mihi qd renūcient ſcio. R. Primū quidē philoſophorū aliquot, ut uerè ais, nugis, quas nec excuſare poſſum nec negare, philoſophiæ totius grauitas nō perit, ꝗ in eo ꝙd nūc agitur, ut in multis laboranti animæ, una in terris tuta procul dubio arx eſt. deinde nihil abſurdius inter mihi amicos, quàm ſenſuum fallaci iudicio uerum quæri, ingenio ac ſtudio ueritas eſt quærenda, non ſenſibus. D. Heu, quid me crucias, & dolori meo addis tædium, proferas remedium, iam nunquam tu, nunquam philoſophia tecum faciet, ut non ſentiam quod ſentio. R. Mos gerendus delicato ac faſtidienti ægro, permittendumquę aliquid interdum, quod per ſe nociuum, ſed utentis deſiderio fit utile. itaque facilè patiar, ut ſi languor, ſi ſupplicium, ſi offenſio afflictioquę corporis mala ſunt, quæ incommoda Stoicis dici uidentur honeſtius, ipſe quoque dolor hinc oriens, dici uideriquę malum, & ſi ita uis ingens poſsit, ſed uirtute ſuperabile. utque iam litigio uerbi cedam, amicus noſter Cicero nos reducet in gratiam, Non enim dolorem, inquit, dolorē eſſe nego, cur enim fortitudo deſideraretur? ſed eū opprimi dico patientia, ſi modo eſt aliquid patientia, ſi nihil eſt, quid exornamur philoſophia, aut quid eius nomine glorioſi ſumus? hæc Cicero, multa ibi præterea diuinè cōtra hoc, ſeu incōmodū, ſeu malū in Tuſculano ſuo, ſcilicet ſecunda luce diſſeruit, quinq; dierum diſputationes, pari librorum numero complexus,

complexus, quem ſignaſſe tibi locum uolui, ualet enim miris modis, ad id quo nunc
eges, maximè patientiam roburquíe animi, quo eneruato atque amiſſo, falſæ uulgi ſubeũt
ſententiæ, & indigni uiro gemitus erumpunt. D. Nunc languori meo propius adhi-
bes manum, docens ubi illa reperiam, quæ in hoc ſtatu Stoicorum opinionibus inhuma-
nis ac ſaxeis potiora, & mihi opportuniora confido, quamuis et confidendo diffidam,
quia dum remedij auidus ſæpè locum illũ repeto, ad tollerantiam doloris, nunquam mihi
per me, nunquam uel Ciceronis ipſius, uel cuiuſquam ope, uirium ſatis inueni. R. Ego
hanc diffidentiam non reprehendo ſed laudo, nemo ſibi multum fidat, inquíe omni diffi-
cultate non ab homine, ſed à Deo ſperet auxilium, at non ita ut armatos uenturos ſibi de
cœlo Deos credat, malis forſan interdum, nunquam certè diuinitas inertibus fauit, ut ſub
ſidio dignus ſis, quod in te eſt facito, excitandus, attollendus & armandus eſt animus, con-
traquíe ſuos hoſtes in aciem educendus. D. Reliqua, niſi fallor, intelligo, unum quæro,
quæ'nam ſunt hæc arma animi quæ memoras? R. Benè habet. iam concipio ſpem ſa-
lutis tuæ, inter aſperitates enim rerum flere muliebre eſt, conſultare autem, niti, obſtare,
implorare conſilium, atque auxilium, id uirile eſt ad uincendum efficax. Arma quidem
animi, & bellandi artes, pro diuerſitate hoſtium multæ & uariæ ſunt. nec ullum philoſo-
phiæ munus utilius aut ſanctius, quàm de his agere, quæ ut reor aliquanto magis ad uos
pertinent, quàm noſſe quid agant aſtra, quid naturam Iupiter intuens promittat, quid Sa-
turno iunctus Mars minetur, quos Mercurius interpres uagus à patre fratrequíe mores ca
piat, quos ab obuijs quibusque, unde imber & æſtus, unde tremor terris, qua ui maria al-
ta tumeſcant, & non noſſe, unde æſtus ac tumor tremorquíe ac debilitas animorum, qui-
busq; remedijs temperetur æſtus, compeſcatur tumor, tremorq; ac debilitas roborentur ac
firmentur. quo in ſtudio & ſi Socratem ludat Ariſtoteles, idem tamen mutato fortaſsè
animo, rei non mediocrem operam dedit, ſed hæc paſsim in Philoſophorum uolumini-
bus ſparſa ſunt, quæ ignaris ingerere operoſum nimis, neque compendij huius eſt, ſcienti
uerò ſuperuacuum, cui non doceri expediat ſed moneri. D. Scio ita eſſe, neque de om-
nibus quærebam, ſed hoc unum quæ tu mihi contra hunc hoſtem, cui nunc congredior do
lorem, arma mõſtrares. R. Ad id tibi nec melius poſſum, nec breuius reſpõdere, quàm
Cicero: quærit enim ut tu, Et quæ ſunt, inquit, iſta arma? reſpondetquíe illicò, contentio,
confirmatio, ſermoq; intimus. D. Ediſſere, oro, ſingula: legi quidem hoc ſæpè olim ta-
men uereor ne mihi accidat quod multis ſolet, qui apud ſe legentes intelligere ſibi om-
nia uidentur, apud alios locuturi, tùm demùm nihil intellexiſſe ſe intelligunt. dic ſi libet
quæ'nam iſta contentio eſt? R. Satis id quidem, ſi parum ultra progrediare, in ipſius
Ciceronis uerbis apparet, ſed ne quid me fruſtrà popoſceris, dicam idem aliter. Multa ſunt
animis corporibusq; ſimilia, & ut nullum tantum corporis robur, ſic nullus animi tantus
eſt uigor, qui non improuiſo & graui faſce curueſcat. Fac prouideant, erigentur, ne utrun-
que ſua moles opprimat, ſed deprehendat intentum, ſæpè ad ſubitum magni hoſtis curſum,
uir fortiſsimus licet expauit, da ſpatium colligendi ſeſe, inq; inſtans diſcrimen animum in-
tendendi, uenientem hoſtem ſecurus excipiet, uiſis cæſtibus pugnaturi athletæ, brachia, ui-
ſo onere, ſubituri illuc ceruix intenditur, & illa pugnam firmius obeunt, & hoc pondus in
tenta fert leuius, cui negligens ac remiſſa ſuccumberet. Ad hunc igitur modũ inſigni diffi-
cultate conſpecta, animus contra illam intendendus eſt, quod ſi ad plenum fiat terribilium
omniũ uictor euadet, alioquin incredibile dictu eſt, lentus atque imparatus animus, quàm
paruis ſæpè deijcitur. Hæc eſt illa animi, Ciceroniana contentio, ſeu ſic dici mauis intentio,
quæ (ad hoc enim duobus his uocabulis ſenſus idem) & origo, quæ ut uides, apud illum in
promiſcuo uſu ſunt, decq; unius uerbi fonte deſcendunt. D. Video tequíe libens audio,
ſed quid eſt confirmatio? R. Dicam, eſt in ipſis quoque fortiſsimis animis neſcio quid
admixtum diffidentiæ, & ueris imbutos, falſa circumſonant, tantumquíe coit errorum po-
pularium ad arcem mentis expugnandam caterua, ut iudicium tenere difficilè ſit. ſubit in-
terdum torpor quidam, ſubit dubitatio, an uera ſint quæ à doctiſsimis atque ſanctiſsimis

uiris de uirtute patientiæ, de honeſti ſpecie, de ſplendore gloriæ dici ſolent, an id uerius, ꝙ ab alijs diſputatum uulgus probat, uacuitatem doloris optimam, peſsimum dolorem, uoluptatem boni finem, & illæ quidem paucorum, hæ fermè omnium uoces ſunt: quarum ſæpè tantus eſt ſonitus ut paucæ illæ uoces adhortantium audiri nequeant, & cuſtodes arcis exterriti, omiſſa defenſione fugam cogitent. In hoc ſtatu dubium nutantemq; præſidijs firmare animum oportet, ne de ſententia excidat ut olim Dionyſius Heracleotes. qui cum Zenonis præceptoris ſui, de dolore ſententiam dolore uictus abijceret, à Cleante condiſcipulo irrideri meruerit. non, inquam, excidat, ſed reſiſtat inque arrepto ueſtigio pedem figat, intelligens quid in rebus uerum, quid umbratile, neque laruas horreat, neque clamoribus moueatur, certus dolore nihil niſi ignauiam, uirtute autem & ignauiam & dolorem & mortem & dura omnia uinci poſſe: inque hac ſententia fixus & immobilis perſeueret, promptus pro uirtute pati fortiter, quod multis cogitare terribile eſt, quodque nunquam ab homine fieri poſſet, qui non ſuper auri atq; gemmarum ſpeciem, ſuper muliebrē formam, & ſuper omne concupiſcibile uirtutis pulchritudinem adamaſſet. Hac confirmatione animi, & falſæ opiniones, & uani metus infirmantur, & acies doloris obtunditur. fitque quod Cicero idem uult, ut ſicut in prælio pauidus miles, abiectisque armis uiſo hoſte diffugiens, ſæpè ipſe ſibi periculū fecit, ubi impauido periculum non fuiſſet, ſic ignauum animum & ſenſibus obſequentem ſola cogitatio doloris exanimat, qui uirtute firmatus atque armatus incolumis, ac doloris uictor, & propè nil moleſti ſentiens, euaſiſſet. Patientia enim non modò animi uim augeri, ſed aſperitatē ipſam doloris imminui, & penè ad nihilum redigi, atq; hinc eſſe, ut acerrimo in dolore, recti quidam & immoti, alij etiam læti ſint, ꝙ fieri non poſſet, niſi animus à ſenſu doloris auerſus, ipſam de qua loquimur firmitatē atq; conſtantiam induiſſet. M. Intelligere uideor, ſed perge quid eſt ſermo intimus. R. Et hoc dicā: Generoſa mens æquè uoluptatū dolorūq; contemptrix, & utriſq; pariter cedere neſcia, ubi adeſſe periculum, ſeque circumuentam hoſtibus ſuis uidet, arma capit, obuiamque progrediens, ſeq; in præliū cohortans, multa ſecum, multa cū Deo ſuo loquitur, quamuis hoc ultimum, Cicero uel neſciuit, uel non ritè ſciuit, non defectu ingenij ſed gratiæ. Tali ſanè colloquio ad decoris obſeruantiam, atque ad illa quæ diximus, ad incendendas uires, ad conſumanda conſilia nullum efficacius, alijs tamen uerbis contra uoluptatum blanditias, atq; alijs contra dolorum minas eſſe utendum, & quibus utrobique pronū eſt, aduertere ſcienti, quænam uel illæ blanditiæ, uel hæ minæ, quanquam impares ſint uirtuti. Sed quoniam horum de altero ſermo erat, exemplo agam unico, ſed inſigni, quo in reliquis omnibus inſtructior fias. quis eſt hic in dolore ſermo intimus? Meminiſti quibus uerbis Lucanus magnum Pompeium inter carnificū gladios uſum facit? ſed quia hoc pro qualitate perſonæ à Poëta fictum, & ſecundum ueri ſimilitudinem, animo uiri illius in eo ſtatu conuenientibus uerbis expreſſum eſt, exemplum uerum, recensq; alterum adijciam. Hac ipſa ætate ſuperant, qui uiderunt adhuc multi, Samnitem *illum imperterritum* & inuictum ſenem, qui dum iuſſu illius, cuius nomen ſuppreſsiſſe ſilentio melius fuerit, curru per ciuitatem duceretur nudus, inter duos carnifices candentibus forcipibus, hinc illinc membra carpentes, populo ad tam miſerum tamque indignum ſpectaculum lachrymante, ſiccis ipſe oculis, graui & inconſtanti uoce ſeſe alloquens dicebat. Quid facis anime? noli, oro, ſuccumbere, nihil aut iraſcaris aut metuas, grauia ſunt iſta. ſed breuia, pro noſtra æterna ne dubites ſalute, grauiusque ſupplicium hoc iubenti fuerit, quàm ferenti. erige te anime & depelle formidinem, ſpera in Deo, ſtatim erit finis. quibus uerbis, quantum ſibi conſolationis, certè pectoribus audientium, incredibile dictu eſt, quantam cum miſericordia firmitatem, conſtantiam, ſecuritatem, patientiam inſuderit: & ſi arctius æſtuanti, non ille intimus, de quo agimus, ſed extimus ſermo eſſet, nempè qui ut dixi, à multis exterius audiretur: ſi hæc & his ſimilia, & ab alijs in ſilentio dici poſſunt, & ab hoc ipſo forſitan dicebantur, uiciſſim enim nunc tacebat, nunc in uoces quas diximus erumpebat. Poteſt & aliter

ille idem

ille idem ſermo intimus uideri, unde non quo prodeat cogitanti, & huius quidem ſecum ac cum Deo loquentis in doloribus, inq; periculis nullum clarius exemplum, quàm Iob primo, Theodoſius ſecundo. ille manu Dei tactus atq; ulceribus obſitus, quanta Deum libertate, iurganti ſimilis, compellet, ſeq́ue ardenti & querula deuotione in Deum erigebat: hic cum paucis, innumerabili ac barbarico circumuentus exercitu, quo feruore quibusúe ſuſpirijs, ceu præſentem Deum inuocet audiuiſti. M. Audiui plane, & memini, & exemplis doceor quid uelis, gratiamq; non mediocrem Ciceroni habeo, de cuius tribus exiguis granis, tres ingentesq; ariſtas meſſui, ex quibus cultu adhibito, meſsis uberior naſci queat. R. Ita ſe res habet, doctorum hominum uerba prægnantia ſunt, plus continent ſenſuum quàm prætendunt, ut nihil aliud, me loquente, uiſus es mihi dolorum & querelarum tantiſper oblitus, unde elicis uehementem quoque cogitationem rei cuiuſpiam honeſtæ, atq; in illam à rebus alijs quibuſcunque, animi totius abſtractionem, multum & dolori & moleſtijs omnibus poſſe remedium afferre. M. Poteſt eſſe ut dicis, ſed mihi nunc etiam multum deeſt ad ſalutem illam, quam intendis, animi: magnoq́ue ſum in dubio, an his omnibus leniatur ſeu tollatur dolor, an uerba ſint animos occupantia aureſq́ue mulcentia, ad dolorem nihil. R. Verba corporibus non medentur fateor, niſi forſitan incantationes & anilia carmina, fidei aliquid merentur: at medentur morbis animorum, quorum profectò ſanitas corporeum dolorem aut extinguit, aut mitigat. Nunquam ſi patientia nulla eſſet, tàm multa de illa uiri doctiſsimi diſſeruiſſent, nunquam tot huiuſce rei argumenta, animo oculisq́ue & auribus hæſiſſent, quot memoria imagines rerum tenes, quàm multa uidiſti aut legiſti, quot hiſtorias audiſti, quibus non probatum tibi, ſed demonſtratum eſſe debeat, ita eſſe, ut dico, & ſi non doloris omnem ſenſum patientia eripi, quod ipſum tamen & fieri poſſe & factum eſſe contendimus, at doloris certè uictoriam ferendi q́ue uiriliter uires dari. Quid uerò te plus habuit C. Marius uir literarum inops, ſed uirtute diues militarium? an non ipſe carneus atque oſſeus fuit? quid plus Mutius Pompeiusq́ue? quid plus habuit Zeno? quid Theodorus? quidúe Theodatus, Poſsidonius, Anaxarchus? innumeriq́ue alij, quorum quidam ſeruili conditione, ſed animorum ingenuitate mirabili omne ſupplicium pertulerunt, non modò fortiter, ſed iucundè? quid ſi ad ueſtros animum memoriamq́ue reflexeris, inuenies in hoc numero pueros etiam ac puellas, tuliſſe cum gaudio, quod uos uiri ſine fletu & queſtibus non ferretis. ſed iam de re ut aiunt, omnium aſperrima, plura quàm pro conſuetudine diximus, deſinendum eſt, dolorem enim ſi non lenit uirtus, uerba non lenient. M. Heu hinc tu me urges, hinc dolor, & cui credam neſcio. R. Crede nobiliori, in quod illud quoque plurimum adiuuerit. Meminiſſe ſummum illud & eximium mundi decus, eum ſcilicet qui diuinam atque humanam in ſe unijt naturam, tot tantosq́ue pro te paſſum cruciatus, ut quæ pateris, illorum collatione facilia, immò uerò dulcia longeq́ue ſuauia iudicari poſsint: ualidiſsimum hoc remedij genus, ſcrutantes cuncta, Philoſophi neſciuerunt.

De furore. Dial. CXV. MB.

NImius dolor ne furorem pareat metuo. R. Obſta illi cogitationibus bonis & placidis, quidam furori uiam paſsionibus faciunt, ex multis affectibus non ſanis, uera tandem prodit inſania, ſic ut ex contrarijs uera uirtus frequentatis actibus quæri habitum, philoſophicum dogma eſt. M. Furere metuo. R. Si animi uitio, ille tibi armandus armatura animi uirtus eſt, at ſi corporis, conſulendum, ſuccurrendumq́ue illi eſt, ſi qua rei huius ars eſt, ipſos apud corporum magiſtros qui Phyſici nuncupantur, quæ ſi in hoc ut multis alijs, aut nulla eſt, aut profeſſoribus ſuis incognita, ego artem hanc unam tibi præſcripſerim, abſtinentiam & omnis exceſſus fugam. notum illud atque antiquum: Viri ſancti uirtutibus corpus ædificant, multum conferunt, animo ſimul & corpori frena libidinum ac gulæ. multos ſtrauit luxuria, multos oppreſsit crapula, multos ſomnus, multos ebrietas ſepeliuit, multorum uitæ feruor atque impetus, & furibunda licentia uerum abijt in furorem. M. Timeo naturaliter in furorem agi. R. Quod natura infert

durum poteſt eſſe, non miſerum. culpa enim caret, quæ miſeriæ eſt radix. quando autem prouidendi obrigit facultas, unum facito, ut te furor ſi uitari nequit, in ſecuro ſaltem ſtatu animæ reperiat, innocens ſi furere cœperis, aut innocens reſipiſces, aut innocens morieris. nulla ætas, nulla ſanctitas, nulla cuſtodia, ſic innocentia conſeruat ut furor, qualem inuenit talem reddit. M. Furere metuo. R. Heroäs comites ac reginas metuis, an faſtidis Herculem & Aiacem, Hecubam & Caſſandram, an ex alio genere Lucretiam ſpernis & Empedoclem? M. Furere pertimeſco. R. Multa uaticinari ſolitos furentes accepimus, ſic quo nullum acumen ſani capitis perueniſſet, uagus & rapidus furor uenit, atqui hinc Graij, quam uos diuinationem dicitis à furore μαντικὴν dici uolunt. M. Horreo uim furoris. R. Et ſanos mœſtos & furentes lætos uidimus, falſa quamuis opinione, habet & error uoluptatem ſuam. M. Furendi pauor animum exagitat. R. Laborum ferias quidam ſimulato furore quæſiêre, uerus furor ferias ueras dabit.

De ueneno. Dial. CXVI. ME.

VEnenum timeo. R. Potu abſtine ciboqúe permiſcuo, expertorum fides amicorum excubet, ſuſpectos limen arceat, uina turbida fuſca exulent, pulmenta dapumqúe permixtio, cautio adſit, & ſobrietas & tarditas. Præcipitatio autem abſit, quæ & alijs, & præſertim genere hoc mortis multos perdidit, ſit ad menſam læta manus, oculus celer, animus uigil, memorqúe diſcriminis, nec tuis tantùm ſed tuorum oculis atque animis obnixus inuigila, magnis periculis, magna obſtat intentio, nihil non turbat incautum. M. Venenari metuo. R. Operoſum remedium audiſti, uis audire facillimum. Pauper eſto, ueneni metum periculumq; diſcuſſeris, hoc ſiquidem mali genus, humilior fortuna non recipit, una ſecuritatis parens & terrorum omnium extirpatrix, medicina alia quidem optima atque promptiſsima, nulliqúe hominum negata, multis etiam ingeſta nolentibus, neque uerò efficax minùs quàm parabilis, tuta, hercle, quamuis amariuſcula atque horridula. Comprimit animi tumores, liuores diluit, bilem purgat, curat hydropiſim, cauſaq; periculorum omnium à radice conuellit. Veſtræ opes plenæ inſidiarum, plenæqúe formidinum, nõ minus cyathos metuunt quàm gladios, nec minus paropſides quàm ſagittas, nõ menſa, non domus, non cubiculum periculis ſuis uacat. Dubia quælibet atq; ſuſpecta:

Præſentemq́ uiris intentant omnia mortem.

Quod in tempeſtate ait Maro, in tranquillo uobis accidit, & hoc ueſtræ illæ tam dilectæ uobis afferunt diuitiæ, paupertas uerò præter immeritò apud uulgus infamati nominis notam, tuta habet omnia. & ſi quando turbæ inſciæ puluis ac ſtrepitus conquieſcat, optabilia ac ſuauia penitus & tranquilla. Tandem ergo fictilibus & uitreis uaſculis terreni homines bibite, atque edite, ſi ſecuri bibere uultis ac edere, aureis uaſis ac gemmatis uenena miſcentur. quorſum pergis auaritia? Ipſum quoque iam uenenum gemmas amat atque aurum. contra hanc peſtem neque Pontici regis, neque alterius efficacius antidotum quàm paupertas M. Venenum hauſi, mors præcordijs innatat. R. Vbi ſemel moriendum eſſe decreueris, quod decretum eſſe debet omnibus, qui ſe meminerint mortales, quid refert an id ſitiendo facias an bibendo? et rurſus, an tuo ſanguine madidus an uino? Magnos compotores factiqúe huius habes comites Alexandrum, Hannibalem, Philipomenem, Mithridatem, ipſum Claudium, Theramenem, Socratem.

De metu mortis. Dial. CXVII. ME.

MOri timeo. R. Hic non timor ſed cogitatus eſſe debet, qui ſi nouus incipit, nec à prima ætate tecum creuit, ſi per interualla rediens non aſsiduus fuit, improuidè uixiſti. inhæſiſſe medullitus ultimum illud Flacci carmen debuit:

Inter ſpem curamq́ timores, inter & iras
Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum.

Vt is eſſes, de quo idem alibi:

ille potens ſui
Lætuſq́ deget, cui licet in diem
Dixiſſe uixi. Cras uel atra
Nube polum pater occupato,
Vel ſole puro.

Hoc eſt nempè illud à Philoſophis laudatum, ſed perpaucis datum uiuere uita peracta. M. Mori timeo. R. Et naſci timuiſſes & uiuere, Vitæ limen initium mortis eſt, uita ipſa curſus ad mortem, ſeu uerius mors quædam, uiuendo uel ad moriendum ibas, uel quod ſapientibus uiſum eſt, in horas certè moriebaris. quid nunc igitur times, ſi mors uitam uel comitabatur aſsiduè, uel neceſſariò ſequebatur? illud quidem docti tantùm, hoc etiã uulgus intelligit, quicquid eſt natum moritur, quicquid moritur natum erat. M. Timeo mori. R. Mori times animal rationale, mortale, at qui ſi primũ uerè eſſes, ſecundũ ut arbitror non timeres, humanã quippè naturã duo hæc in unum iuncta perficiunt, ratio ſcilicet, & mors, illam animam concernit, hæc corpus, ſed inopia rationis metum mortis induxit. M. Mortem metuo. R. Nihil eſt metuendum quod affert neceſsitas naturæ, qui naturalia enim odit aut metuit, naturam ipſam oderit oportet aut metuat, niſi fortè partem eius alteram amplecti licitum & laudare, reſpuere alteram ac damnare, quo nihil eſt inſolentius, non ſolum homini cum Deo, ſed hominibus inter ſe, itaque uel totum recipis, uel totum reijcis amicũ, ne ſi tantum grata decerpſeris, non æquus amicitiæ cultor atque arbiter uideare. M. Mortem horreo. R. Si quid in morte mali eſt, idipſum metus mortis exaſperat: at ſi nihil, magnum ipſe metus malum eſt. Stultitia eſt malum ſuum uel augere uel facere. M. Nomen ipſum mortis exhorreo. R. Nomen mortis infame mortaliũ fecit infirmitas, ſi quid animi uirium ineſſet, nihilò plus terroris eſſet in morte quàm in cæteris, quæ per naturam fiunt. quid enim magis mori timeas quàm naſci, adoleſcere, ſeneſcere, eſurire, ſitire, uigilare, conſopiri? quod ultimum planè ſimillimũ morti eſt, atque ideò ſomnum, alij conſanguineum, alij uerò mortis imaginem, dixêre. Neúe ſeu Poëticus lepos æſtimetur, ſeu Philoſophicum acumen, ipſa ueritas amici mortẽ ſomnũ dixit, & ſemel facere metuis, quo quotidie delectaris. incõſtantiã quidem hanc docti miranẽ atq; arguũt. M. Trita hæc apud Philoſophos ac uulgata ſunt, delectantq́ue dum reſonant, interpone ſilentium, timor redit. R. Immò equidem manet, nam ſi abijſſet non rediret, & eſt non inficior uulgi præcordijs timor mortis innatus, ſed eruditum uirum uulgaria ſapere deforme eſt, quem deceat ut modò dicebam, non turbæ ueſtigia ſed paucorum ſequi. Nam quod de Philoſophis dicis, miror quid ita, cum à nautis nauigandi, ab agricolis ſerendi, à ducibus bellandi conſilium capiatis, uiuendi conſilia à Philoſophis ſumpta, contemnitis & pro corporis cura Medicos euocatis, pro cura animi Philoſophos non aditis, qui ſi Philoſophi ueri ſunt, utique & animorum Medici & artifices ſunt uiuendi: Nam ſi falſi & ſolo philoſophiæ nomine tumidi, non modò non conſulendi, ſed uitandi ſunt, quibus nihil eſt importunius, nihil inſulſi, quorum abundantior eſt, quàm uellem ætas hæc, cum egentiſsima ſit uirorum. Et quoniam à præſentibus præter meras nugas nihil eſt quod ſperes, ſi ad priſcos reditum, inuentum q́ue aliquid apud illos fuerit, quod ægritudinem tuam leuet, noli ſpernere & dicere, quod indocti dicunt, à Philoſophis iſta ſumis. reſpõdebo enim tibi cum Cicerone: Metuebam ne à leonibus diceres, & reuera. ubi nam piſcari uenariq́ue, niſi ubi piſces feræq́ue habitant in aquis atque nemoribus? ubi fodi aurum, ubi gemmas legi, niſi ubi hoc naſcitur? illæ ſcatent in terræ uenis, mariſq́ue littoribus, unde niſi à mercatoribus merces, unde ſtatuas ac tabulas pictas, niſi à ſtatuarijs, atque pictoribus. unde demum Philoſophica niſi à Philoſophis peti iubes quæ & ſi apud illos pro theſauris abdita atq; ab illis inuenta ſint, eadẽ tamẽ ab alijs in apertũ erui, et uel aceruatius uel clarius atq; expreſsius uel breuius, poſtremò uel aliter dici poſſunt, audiẽdi ſimilia omnib. ſpẽ datura, ſucceſsum paucis, ea eſt uis ordinis ac iũcturæ q; et in poëticis elegantiſsimè Flaccus

docet, & ſæpè aliter atq; aliter, & aliquando potentius affectura animos, tanta eſt gratia,
uel notiſsima re narrantis, tanta uetuſtis nouitas. tanta lux fulgidis, tantus formoſis decor
additur, quod non hic ideò dixerim, quia alibi non poſſem, ſed quia tu hic materiam obtuli
ſti: nolo enim quia ignaræ ſuperbiæ mors eſt, ſemel audita, nec fortè intellecta, dum repetun
tur, quaſi trita & uulgata faſtidias. M. Acquieſco rectè quidem, in his monitis te uerſa-
tum uideo, & ſi ab incepto procul, adhuc enim mortem nihilominus horreo. R. Sunt
quædam nomine & opinione hominum maiora quàm re, multa horrori eminus fuerant,
quæ uicina ſunt riſui, temerè creditur inexpertis. nemo ex his mortis infamatoribus, com-
pti aliquid loqui poteſt, nihil ipſe expertus, nihil ab experto didicit. Mortuum quemuis
interroga ſilebit, is cui iam rei ueritas nota eſt, garrient quibus incognita, & uanis augurijs
aſtruent quod ignorant, hinc apertiſsima, hinc occultiſsima. rerum mors arcanum & con-
iecturale negotium, ſuſpitionibus agitur, in dubio bonis opinionibus inhærendum, tenen
dumq; potius quod iucundum faciat, quàm quod mœſtũ animũ. M. Animus mortem ti
met. R. Si ſibi ſuperuacuus timor, immortalis eſt enim ipſe, ſi corpori ſui hoſtis curam
gerere pietas indebita: ſin diſſolui metuit, nimis carcerem & compedes ſuas amat ſtultus
amor. M. Timore mortis exagitor. R. Stulti omnes mori meruunt, neq; id miror
quibus fœlicitas omnis in corpore eſt, quod extingui morte non eſt dubium. Iure igitur bo
ni ſui finem pauidi cogitẽt, mœſti uident: natura enim hominis hæc eſt, ut infœlix eſſe nolle
nequeat, uirum doctum, cui non alia corporis quàm uilis mancipij cura eſt, cui in cultu ani
mi omne ſtudium ſemper fuit, omnis amor, omne deſiderium, omnis ſpes mortem corpo-
ris non aliter quàm digreſſum matutinum è nocturno quodam inamœno & incommodo
prorſus hoſpitio ſpectare decet. M. Mortem non timere non poſſum. R. Poſſes uitæ
huius exitum non timere, ſi alterius ingreſſum ſperare poſſes, aut optare: tuus hic timor in
de oritur. quamuis enim formidati uulgò exitus multæ tradantur cauſæ, omnes tamen uitæ
illius ſpe propoſita euaneſcunt. M. Mortem metuo. R. Metum hunc parit impræ
meditatio, maximè & inopina neceſsitas moriendi, in uiro docto ac ſapiente turpiſsima. &
præſertim ſene, cuius ſi ritè doctus uereque eſt ſapiens, uita omnis meditatio mortis eſt,
quod ſi Philoſophiæ uiſum fuit antiquæ, quid nũc nouæ pietati, quæ ſumma Philoſophia
& uera eſt ſapientia uideatur? aſpice ut qui alieno imperio parent ſubitò longũ iter iuſsi age
re, ſollicti & triſtes, raptim complicandis ſarcinulis inhiant, ut queruli quod prædictum
eis antè non fuerit, indignanteſq; abeunt, ut ſæpè in tergum uerſi, & nunc quoque hoc, nũc
illud obliti murmurent. atqui nulla uia eſt longior quàm mori, nulla durior ut perhibent
infeſtior que latrunculis, nulla denique obſcurior, ſuſpectior & incertior, quæ ut cuncta ceſ
ſarent certè irremeabilis uia eſt, quo attentius prouidendum, ne quid obliuiſcamini, quo-
niam, hic digreſſus non licebit, quod uiantibus cæteris, atque aliud quodcunque iter agen
tibus, literis ſcilicet aut amicis oblita committere, quæ ad ſuos perferant, nec remandare
aliquid, nec obſiſtere quidem, nec diuertere licitum nec reuerti: iter neceſſariũ, impoſsibilis
reditus. ire illò neceſſe eſt milites, unde redire non eſt neceſſe. hoc militibus ſuis dux Ro-
manus apud Senecam, hoc dux uobis ueſter edicit. Itaque cum oporteat ire nec liceat re
dire, cumq; itineris ſit certa neceſsitas, hora autem mortis incerta, unum eſt remedium, ut
parati animo ſitis ſemper, & uocati reſpondere, & iuſsi obtemperare, compoſitiſque om-
nibus ad primũ ducis imperium, iter illud alacriter agere, quod utique uobis aut lætis aut
triſtibus peragendum eſt. Ea res maximè & metum motis imminuet & dolorem. nec ſe
curos modò ſed cupidos hinc abire uos faciet, alioquin improuiſis & incautis eueniet,
quod Bruto ſuo in epiſtolis uerè olim uaticinatus eſt Cicero. Opprimemini, mihi crede
Brute inquit, niſi prouideritis, ſic eſt inquam, ſic illi accidit, ſic omnibus qui uentura non
prouidẽt. Sed cum cunctis in rebus prouidentia neceſſaria ſit, tum in his maximè quæ am
plius quàm ſemel fieri nequeunt, in quibus error unus ſufficit, ubicunq; pes lapſus fuerit,
actum eſt. M. Valdè nunc etiã mortem horreo R. Altè radicata non facilè diuellun
tur, ſcio ut dixi, metum mortis ſenſibus inſitum præcipueque uulgarium, Philoſophi
uerò mortem, neque malum neque bonum, eo quòd per ſeipſam nec timendam diffi-

niunt, nec optandam, inter indifferentia numerantes, quæ pro qualitate, fruentium, nunc mala, nunc bona fieri uolunt. quod illi etiam ex ueſtris uideo probari, qui peccatorum peſsimam, pretioſam uerò ſanctorum mortem ait. M. Mortem metuo, mortem odi. R. Equidem unde hic mortalibus metus mortis, unde hoc odium miror, niſi mollities animorum nota ſit, qua hunc ſcilicet alioſque degeneres augetis, atque alitis pauores, an non uides, ut magna pars mortalium, ipſum nomen mortis exhorreat? quod quid eſt aliud, quàm naturam propriam horrere atque id odiſſe quod natus ſis, quo nihil inter homines ſtultius, nihil ingratius in Deum. quàm multi autem nomen illud ægrè audiunt, quod ſemper internam aurem pulſare debuerat, nempè ſine quo non eſt, qui ſeipſum cogitare poſſit: quid namque ſe cogitet, niſi quod eſt animal mortale? quotiens in ſe quiſque reflectitur, nonne ſibi illicò nomen mortis occurrit, ſed refugitis, quaſi per aurem mors irrumpat, & auertitis animum, atq; id cogitis obliuiſci, quod mox ſui memoriam uel inuitis ingeret. Recuſatis ecce mortem cogitare, quam confeſtim & cogitare oportebit & pati, cuius paſſio facilius ſequeretur, ſi cogitatio præceſsiſſet: nūc ſimul in anguſtijs altera alteram exaſperat, omne enim inopinum ac ſubitum animam quatit: Aequè ſtultum eſt, uel appetere aliquid fruſtrà, uel uitare uelle quod nequeas, eoq; ſtultius utrunq;, quo damnoſius futurum impleſſe quod cupias: atque nil damnoſius in humanis malis, quàm Dei ſuique ipſius & mortis obliuio, quæ tria numero ſic connexa ſunt, ut uix ualeant diſſolui, at uos ueſtri memores uideri uultis, et principij & finis, immemores. obſeruaſti hos q domui ſuæ diſponūt, uix eſt qui dicere audiat, cum moriar, ſed ſi moriar, quaſi in dubio ponitur quo nihil eſt certius. Neque idipſum ſi moriar clarè ſonat, ſed ſi quid de me eſſet aliud, quid nam eſſet hoc aliud quæſo, & non potius idem ipſum, quod de omnibus fuit, eritue. uel qui nati uel qui naſcituri ſunt, quibus ut uitæ, ſic & mortis, & multa ſunt genera, neceſsitas una moriendi? hanc tu cupis excutere, quam nec patres tui nec ulli unquam reges gentium excuſsêre, nec excutient quidem. tergiuerſamini ut libet, ita uobis eueniet, ut his qui contra hoſtilis ferri aciem oculos claudunt, quaſi periculum quod non uident, nec ſenſuri ſint, feriemini, moriemini, ſentietis. an cæci autem, an uidentes, id in ueſtra manu eſt. optate igitur benè mori quod ipſum niſi benè uixeritis fruſtà eſt: optate, inquā, & enitimini, & quod in uobis eſt facite, reliquum illi committite, qui quos in hanc uitam ultrò non uocatus intulit, egreſſuris non niſi uocatus, & rogatus manum dabit, non mori autem nolite optare, non modò enim impudens arrogāsq;, ſed inefficax etiam & inane uotum eſt. aſſueſcite ô mortales naturæ legibus, & ineluctabili iugo colla ſubmittite, & ſi uoſipſos amatis, quod nati eſtis amate, nā quod nati non eſſe uelletis, neque enim natura uobis, ſed uos illi obſequi fas eſt. M. Pauorē mortis abijcere diù quidem fruſtrà nitor. R. Miror quod tàm diù niteris, quo te debuit cogitatio prona perducere: turpis eſt enim tàm breuis periculi, ſi periculū nō natura & periculorū finis eſt mori, turpis eſt inquā, uiro tàm momētanei diſcriminis, tàm lōgæuus pauor, & tot anni anxij atq; ſuſpenſi, ad horæ ſeu ſuſpirij unius euentū. uis ne autē mali huius ultimū remediū, uis mortis metu perpetuo liber eſſe: Benè uiue, uita laudabilis mortē ſpernit, ſæpè etiā cupit, deniq; hæc terribiliū omniū ſūma eſt, ſi quidē labor, dolor, aduerſitas, infamia, carcer, exiliū, damnū, bellū, ſeruitus, orbitas, paupertas, ſeniū, ægritudo & mors, fortib. uiris nihil ſunt aliud, niſi experientiæ ſchola, cāpus patiētiæ, gloriæ paleſtra.

De uoluntaria in ſeipſum manuum iniectione.

Dial. CXVIII. ME.

MOrtē mihi conſcire propoſitū eſt. R. Rem unā nunc metuere, nunc optare, hæc tamē conſtantia ueſtra eſt. nūc tu mortē muliebriter formidabas, nunc eandem inhumanè appetis. rogo, quæ nam ſubita mutandi animi cauſa eſt. M. Cogor ipſe mihi manus inijcere. R. Si coneris iam non uoluntaria manuum iniectio eſt, quamuis dicatur, quod coacta uoluntas, uolūtas eſt, ſed profectò non libera, nec uoluntas propriè, quæ uolendo fit, à quo autē cogeris noſſe uelim: inijci autē manus uel inulto poſſunt, tu tibi illas inijcere niſi uolens nequis. M. Magnæ ſunt cauſæ quæ me mori uelle cogunt. R.

Magnæ

Magnæ fateor ſi cogunt, ſed non cogerent ſi uir eſſes, nunc in ueſtram animi mollitiem nihil eſt inualidum, uide autem an quæ ſint hæ cauſæ ritè præſagiam: Ira, indignatio, impatientia, furor quidam in ſe uerſus, obliuio denique tuijpſius. nam ſi te hominem meminiſſes, humana omnia æquo animo toleranda cognoſceres, neque parui mali, immò ne mali quidem odio, maximum malum uelles incidere. M. Inijcere mihi manum cogor extremis malis. R. Non ſunt extrema quæ te premunt mala, ſummũ illud & extremum malum quod te urget, deſperatio. cæteris enim malis aliquid, huic uni nihil poteſt eſſe remedij. quæ ſunt autem hæc extrema quæ dicis mala, niſi labor, forſitan & paupertas, hæc ſunt enim quæ Poëta commemorat, de his agens:

qui ſibi letum
Inſontes peperêre manu, lucemq́ perosi,
Proiecêre animas.

de quorum ſera poenitentia mox adiecit:

quàm uellent æthere in alto,
Nunc & pauperiem & duros perferre labores?

Sunt ne autem tam grauia mala hæc, quorum primùm boni omnes, forti atque æquo animo tulêre, de quo ſuo loco diximus, quidam ſponte inſuper elegerunt, atque hinc glorioſi ac in æternum diuites facti ſunt. Seculum uiris conuenire, apud Criſpum, atque ad id naſci hominem, apud ſanctum illum & afflictum ſenem legimus. at uos inquietiſsima animalia, quicquid non ad nutum auaritiæ ueſtræ fluit, ueſtræque libidinis, iuſtam uoluntariæ cauſam mortis opinamini, tàm delicata, tàm præceps luxuria ueſtra eſt, ut leuibus ex cauſis non fortunæ tantùm, ſed uobiſipſis iraſcamini, inque ipſum Deum calcitrantes, impia ora laxetis, quaſi quicquid id eſt, in quo non uobis dominus ueſter obſequitur, iniuria grauis ſit. D. Magnis malis uictus mori eligo. R. Tædio uitæ credo, familiari uitio ſtultorum omniũ, ſapientibus enim omnis uita iucunda eſt, lætam libenter, triſtem ferunt patienter, & ſi in rebus ipſis nequeunt, patientia delectãtur. nil in rebus lætius, nil dulcius eſt uiuere. illa eſt quæ moleſta lenit, obliqua dirigit, dura mollit ac mitigat, ardua atque aſpera quæque complanat. ceſſant querimoniæ, ceſſant præcipitia, & ad ſummam, Sapientis uita nil ſerenius neque tranquillius. Hi autem animorum fletus atque angores, hæ nubes ac procellæ, quæ in ſcopulos fragilem uitæ cymbam trahunt, è ſolida ſtultitia oriuntur. D. Morbi impatientia mori eligi. R. Stultè eligis ac ſuperbè, ſine dominum de corpore tuo, quod ipſe fecit arbitrio ſuo, ſtatuere, an quod tibi tuo in ædificio uis licêre, in quo non lingua, non lapides tu feciſti, in quo denique præter ſtructuram nihil eſt tuum, id in ſuo licitum domino omnium non uis, qui non in illo tantùm carnem & oſſa & ſanguinem & ſpiritum, ſed coelum & terras et maria, & omnia quæ in eis ſunt, creauit ex nihilo? Ne dicas apud temetipſum, Corpus meum graui dolore angitur, nec tu dominum, ſed uſum corporis accepiſti, breue ad tempus, an tuæ luteæ domus te dominum credis? inquilinus es, qui fecit omnia, is eſt omnium domus. D. Dolore nimio cogor ut mori uelim. R. Hic fortaſsis ad experientiam dolor datur, qui ſi moleſtus eſt, eſſe poterit utilis, ſi intollerabilis, longus certè non erit. expecta domini reuocantis edictum, cumque uocatus fueris, reſponde & non prius. fixa eſt dies tua, quàm nec anticipare fas eſt, nec differre poſsibile, præoccupauerunt tamen hoc multi, & dum parua fugiunt breuemque moleſtiam, in æternas ſe atque irremeabiles demerſerunt, habuitque hæc opinio, magnos auctores Anneum Senecam in primis, qui ad eam tàm conſtanter, & tàm ſæpè reuoluitur, ut mihi quidem ueritus uideatur, ne non propria ſua ſit, mirarique cogat interdum, unde tàm triſtis ſententia, tanti uiri pectus inuaſerit: utque alia ſileam, quæ proſequi longum eſt, quadam ad Lucillum epiſtola, Si inutile, inquit, miniſterijs eſt corpus, quid ni oporteat educere animam laborantem? Dehinc paucis interiectis. Proſiliam, inquit, ex ædificio putrido ac ruenti. Malè ais ô Seneca, & multa benè dicta uno polluis maledicto, nõ migrandum nempè ſed expectandum eſt, ſine ædificium tuum ruat, ut ante quàm fugias opprimaris. D. Non poſſum pati quæ imminent, mori malo. R. Ab hoſte forſitan inferendam mortem, quæ fortiter lata ſit, turpis eſſe non poteſt, cum hæc uoluntaria non poſsit

non poſsit eſſe, non turpis, quia contra domini ſuperioris imperium eſt, contrà quod nihil benè fieri poteſt. D. Mori malim, quàm quæ inſtantia ſunt uidere. R. Non eſt uiri non poſſe erectis oculis utranque fortunæ faciē ſpectare, muliebrè eſt trepidos oculos auertere, quid eſt autem quod te urbat uſque adeò, ut ſolius opem mortis implores? tua ne forſitan, an tuorum, an patriæ laborantis aduerſitas? Lenta illa duo quidem: nil enim poteſt fortuna, cui non poſsit uirtus obſtare, tertium hoc pium, ſed pietate languida & inerti, ſiquidem patriæ ſeruitus, & tyranni facies, morte potius repellenda, quàm declinanda ſunt, id eſt enim uiri opus, hoc fœminæ. qua tamen in re, Catonis mortem miris laudibus Seneca idem effert, ſua illa peculiari opinione de qua diximus, non ſic Cicero, excuſaſſe contentus, laudibus abſtinet. ait enim Catoni. Incredibili grauitate, naturæ perpetuaque conſtantia moriendum potiùs quàm tyranni uultum aſpiciendum fuiſſe, quem tamen Brutus aſpexit, et illius potius mortem tollendum, quàm ſua morte fugiendum cenſuit, quod quàm benè ſeu quàm malè fecerit, nō laboro, fecit tamen. Cicero autem dum Catonem excuſat, ſuæ illius ſententiæ melioris obliuiſcitur, quam ante annos plurimos, libro ſexto Reipub. poſuerat, ea uerò eſt huiuſmodi, dū Publicū Africanū minorē, in cœlo cū patre atq; auo colloqui, ſomniantē & audita immortalitate animi, ac fœlicitate uitæ alterius moriendi, auidū induxiſſet, patrem mox inutile deſideriū caſtigantem, fecit his uerbis. Non eſt ita inquit ille, niſi enim cū Deus is, cuius hoc templū eſt omne quod cōſpicis, iſtis te corporis cuſtodijs liberauerit, huc tibi aditus patêre nō poteſt. Homines enim ſunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medium uides, qui terra dicitur, quare et tibi Publi, inquit, & pijs omnibus retinēdus eſt animus in cuſtodia corporis nec iniuſſu eius, à quo ille uobis eſt datus, ex hominū uita migrādū eſt, ne munus aſsignatū à Deo diffugiſſe uideamini, an non ſatis Ciceroniana hæc, excuſatū arguūt Catonē? & planè ſi ab Imperatore terreno, ad cuſtodiā loci cuiuſpiā deputatus, non auderes iniuſſus te remouere, ferretq; ille hoc grauiter, ſi cōtrariū feciſſes, quid cœleſtis putas imperator, cui tantò plus obedientiæ debes, quantò maior Deus eſt homine? Fuit nuper priſcæ uirtutis Stephanus Columnēſis, nō hac ſolū ſed omni ætate uir clariſsimus futurus, hic ab ingenti illo ſuo hoſte, cui potētia impar erat obſeſſus, turrim ubi plurimum periculi uidebatur, uni ſuorum conſeruandam, certus de illius fide commiſerat, quæ dum cuniculis ſuffoſſa latentibus tremeret, ac ruinam minaretur, fugientibus ſocijs atque hortantibus, ut ſaluti ſuæ deſcēdendo conſuleretur, cum iam nihil utilis mora eſſet, ſibi uerò periculoſa & funeſta: Non deſcendam, inquit, niſi ille me reuocet à quo hic poſitus fui. id dum Stephano nunciatum eſſet, & ipſe illi metuens atque eum reuocaturus accurreret, turris fundamentis fatiſcentibus magno corruit fragore, ſic fidelis cuſtos oppreſſus eſt, quem uix erutum ruinis, dominus ſuus mœſtus ac lachrymans ſepeliuit, eumquè dum uixit & piè deſiderauit, & fidem eius ſæpè meritis laudibus in familiari colloquio proſecutus eſt. Quid his uerbis uelim uides: talis enim tibi commiſsi corporis cuſtos eſſe debes Deo, qualis hic creditæ ſibi turris domino ſuo fuit. Fuiſſe tamen nihilominus non latet, mortem Catonis illa ætate laudatam, à multis, opinione hominum glorioſam: notumquè eſt illud Iulij Cæſaris, qui dum uictor Vticam properaret, ubi ille ſe peremerat, audita eius morte Cato meæ gloriæ, inquit, inuidit, & ego ſuæ inuideo, præclarum aliquid haud dubiè uidebatur, cui uir maximus & glorioſiſimus inuideret. D. Quid igitur obſtat mihi, aut quid prohibet ſapientis uiri mortem inuidioſam, ſummo hominum & excuſatam ſapientibus ac laudatam ſequi, uitæquè difficultates innumeras auxilio ſpontaneæ mortis euadere? Mori uolo. R. Vide ne te inanis ſpes rerum fallat: ſunt nempè alij quàm pares eloquio, nihil ad rem, at certè ſententia potiores, qui Catonis hanc mortem neque laudent, neque excuſent, ſed grauiſſima reprehendant, in quibus Auguſtinus ſcrutator ueritatis acerrimus, non hanc fuiſſe illi arcendæ mortis cauſam, diſputat, ne ſub Cæſaris imperio uiueret, cū filio ſuo ipſe auctor fuerit, ad Cæſarē cōfugiendi, deq; illius clemētia ſperādi omnia, nec fefellit. q; ſi turpè credidiſſet, non filiū ſecū uel ueneno uel ferro uel morte qualibet ab eiuſmodi turpitudine Manlius Torquatus ſit laudatus, q̄d filium ipſe ſuū, qui contrà patris imperiū pugnaſſet

ac uiciſſet,

ac uiciſſet, occiderat (neq; enim turpius dici poteſt, procacis hoſtis eſſe uictorẽ, quã ſuperbo parere uictori) quũ ergo Cæſarem dignũ iudicauit, qui filio uitam daret, ea ſeſe uel indignum cenſuit, uel inuidit: & ad ſummã, mortis illius ſolã fuiſſe deprehenditur, inuidiã, q̃d nec Cæſar ipſe diſsimulauit, ut modò diximus. aliud enim timere quid poterat, aut q̃d principẽ non tuliſſet, à quo pridẽ Coſ. curia eiectus fuerat, & cõiectus in carcerẽ, & qui ſe tanta tãq; preſenti iniuria nõ occidit, quo inani motu, qua ſe falſa opinione ſuperbiæ aut crudelitatis occiderit, q̃d tã horrificũ uultus Cæſaris habuit, ut eſſet morte etiã fugiẽdus, uiri omnium nõ tyrãnorũ modò, ſed principũ clemẽtiſsimi atq; mitiſsimi, & ſi potentiorẽ nullũ, multos certè ferociores ſua ille uiderat ætate. immò uerò nullũ uiderat mitiorẽ: iure igitur alter quidã ſcriptor egregius & fide clarus & eloquio. Mihi, inq̃t, Cato uidẽt cauſam quæſiſſe moriendi, nõ tã ut Cæſarẽ fugeret, quàm ut Stoicorũ decretis obtemperaret quos ſectabatũ, ſuumq; nomẽ grandi aliquo facinore clarificaret. cui quid mali potuerit accidere, ſi uiueret non inuenio: C. enim Cæſar, ut erat clemens, nihil aliud efficere uolebat etiam in ipſo belli ciuilis ardore, quàm ut benè mereri de Repub. uideretur, duobus optimis ciuibus Cicerone ac Catone ſeruatis. En tibi alia præter inuidiã cauſa moriendi uanitas ſtulta, utraq; nec Catone digna, nec illa prorſus anticipandæ mortis ſufficiens cauſa eſt. D. Mori malim quàm ſic uiuere. R. Quid ſcis an hæc tibi tàm triſtis uita, multis optabilis, multis inuidioſa ſit: ſed impatientia res cunctas exaſperat. D. Mori opto. R. Vt timidis metum mortis, ſic deſperatis uitæ odiũ extorquere difficile eſt, uitã tamẽ æquanimiter perferendã, mortem fortiter expectandam, hæc noſtri remedij ſumma ſit.

De morte. Dial. CXIX. DO.

MOrior. R. Ad extrema peruentũ eſt: iã nec mortem metues nec optabis, de quibus duobus, totidẽ me proximis tractatibus fatigaſti, iã præterea nec dolebis, nec corporis animiq; defectibus ſubiacebis, nec rerum tædijs aut moribus, aut ſenio, aut hominum dolis, aut fortunæ uarietate laſſabere, quaſi mala ſunt, mali finis utiq; bonus eſt. Tu pauloantè de his omnibus quærebaris, nunc eorundem de fine conquereris, uide ne ſis iniquus, unam rem qui ſimul doleas eſſe & finiri. D. Morior R. Iter patrum immò omnium latum triumq; iter gradieris, ſolus ne tibi neſcio quid aliud demum maluiſſes. Perge autem non eſt aberrandi metus tot ſunt uitæ duces comitesquẽ. D. Morior. R. Si quis eſt quem flentem mori deceat, ridere dedecuit uiuentem, cum inſtare ſemperq; e ſupra uerticem uideret, unde mox flendũ ſciret, riſum illud haud dubiè, fletus hic non longo ſeiunctus ſpatio, ſequebatur. D. Morior. R. Non eſt ferendus, qui ſui generis ſortem luget, non morereris utique, niſi mortalis eſſes. ſin id defles quod mortalis ſis, non eſt flendi locus ubi eſſe deſinis, quod inuitus es, flendum erat ab initio, dum inciperes eſſe quod nolebas, nunc gaudẽdũ, eſſe enim incipies immortalis. D. Morior. R. Omnes hi qui lectulũ tuũ modò ambiũt, omnes præterea quos uidiſti unquã, omnes de quibus audiſti aliquid aut legiſti, & quantula ea pars hominum, uel quàm noſſe potueris, omnes omnino, qui uel olim nati ſunt, uel omnibus terris aut ſeculis naſcentur, inter hoc egerunt acturiq; fur ne animo longam præcedentium longamq; ſequentium cateruam, comitum que hac ipſa hora tecum ſimul obeuntium, non paruum numerum, pudebit credo for blicam, priuatis urgere querimonijs, dum ex omnibus uel unum cui inuideas non [illegible] D. Morior. R. Hoc eſt impaſsibilem fieri, & iugum fortunæ pariter ac mortis excutere. geminum ingens bonum, quod uiuendi nulla unquam proſperitas, largiretur, cogita autem quæſo, quot tibi & quàm graues curæ qui ſuperant labores. ſi non dicam infinitam, ſed annorum mille, quibus iam præteritæ diei ſpatio comparantur, certam uitam accepiſſes. quod optimè æſtimabis, ſi huius breuis ac fugacis & incertæ uitæ tædia, proquẽ hac toties ſuſceptos labores moleſtiasquẽ memineris. D. Morior. R. Ita mortẽ fletis, ô mortales, quaſi magnũ aliquid uita eſſet, quod ſi eſſet magnũ aliquid muſcæ haberent & araneæ & formicæ, ſi ſemper beneficiũ uita eſſet, ſemper maleficium eſſet mors, quæ magnum beneficium eſt interdum, dum uel intollerabilius mala

lis, uel

lis, uel ab his quæ ſumma ſunt mala, peccatis inſtantibus animam eripit, præſeruatquē. atqui ut magnum aliquid inter uos ſola eſt uirtus, ſic ſi per ſe ſpectet uita hæc, miſeriarum innumerabiliū officina eſt, quam qui claudi dolet, is ferias reſpuit malorū & quietem odit, quàm qui appetit laborioſæ finē uitæ cupiat neceſſe eſt. quando nullus alius uel laborū uel malorū finis, quid fles igitur? Dies adeſt, qui ſi traheretur uotis erat optandus, & fortaſſis, ut res hominum ſunt & fortunæ uis immenſa, & inſultus uarij, ſæpè etiam uotis optatus eſt tibi. D. Morior. R. Immò è terrea & è caduca domo ad æthereum, atque æternum migras habitaculum, & in limine pedem habens, mœſtus auelleris atque inuitus, & neſcio quid retrò anxiè reſpectans, an ſordium quas dimittis oblitus, an bonorum ad quæ pergis incredulus. profectò ſi quod pauloantè dicebā, & quod magni dixerunt uiri, ueſtra quæ dicitur uita mors eſt, illud eſt conſequens, ut eius finis quæ mors dicitur uita ſit. D. Morior. R. Rex te tuus carcere liberat, iam uincula franguntur, quæ feciſſe mortalia pium patrem libuit, idq; uel maximè ad illius miſericordiam pertinere, & Plotino uiſum, & ueſtris approbatum ſciens, quid quæraris neſcio. D. Morior. R. Vocat te rex tuus fœlix nuncius, ſæpè eſt enim, nec uidetur fauſtum quod inuitis acciderit, conſenſum adhibe, tunc ſentire incipies quàm benè tecum agitur, hic quem metuis carceris exitum, & malæ uitæ reputans & mortis bona præſagiens, quaſi olor ille Socraticus diuinationis particeps, & ob id ſacer Apollini, moriendo cantabis, ſi non uoce ſaltem animo. & niſi, quod abſit, graue nimis inexpiatorum te criminum pondus premit, quod feciſſe Veſpaſianus corpore legitur, tu facies mente, ut aſſurgas moriens, nec te dignum cenſeas iacentem mori, neque minus hac in parte tibi tribuas, quàm ille ſibi, quod non ut ille ſis princeps. mors enim neſcit imperium, principes non agnoſcit, adæquatrix optima. Multa forſan in uita, certè in morte nihil illi licuit, quod non liceat tibi, quin & pluſculum diuinæ opis tibi, ni reſpuis affuturum ſpero, non quia tu melior, ſed quod tu gratuito Dei amore fœlicior, qui negata magnis & ſapientibus abſcondita, conceſsit paruulis & reuelauit indoctis, adde quod tum utilius, tum facilius tuum erit aſſurgere, illius enim conatus corporis uiribus egebat, quas morbus extenuat, mors extinguit, tibi ad aſſurgendum, non niſi animi uiribus eſt opus, quæ uicinia ſæpè mortis augentur. D. Morior. R. Quid in tuto trepidas? quid in plano ceſpitas? quid in prono hæſitas? non tibi ingeram, quæ hoc loco diſputant Philoſophi, multa ſunt enim quæ morientis occupatio, & anguſtiæ temporis non admittunt, debuit tibi profundè admodū hæſiſſe, quicquid ubique de hac re ab antiquis Philoſophis diſputatum eſt. ut enim ipſi idem uolunt, aſperarum rerum omnium remedia ſuperuacua facere poteſt, rara quidem ſed in finem rara proſperitas, quæ aduerſus mortem diſſeruntur, ea ſemper utilia ſemperquē neceſſaria, ut ſint moriendi non fortuita, ſed naturalis & inuicta neceſsitas facit. Inter cæteros ſanè multa & ualida, in Tuſculano ipſo, cuius ſuprà memini prima luce recolligit Cicero, quæ niſi olim didiceris, nunc docendi ſpatium nō eſt. quibus efficit, ſiue in malis ſit qui moritur, ſiue in bonis eſſe uideatur, quia tamē ex quo fortunæ iaculis patet omnis hominum ſtatus, à malis eū non à bonis morte diſcedere, quod acer quiſq; humanarū obſeruator rerū, haud dubiè uerū ſentit. morte igitur nō offēſum ſe, ſed ſibi conſultū iri exiſtimat, iam lætè illam cogitās, & cū uenerit uiſurus, liberatoris ſui nunciam ſeu miniſtrā, & cū tranſierit reſpecturus, ceu feneſtrā, unde mundi laqueos & carcerem carnis euaſerit. Illud Cicero idem diſputando conſequitur, ſeu perit animus ſeu transfertur, ut uel malim nihil, uel boni plurimum ſit in morte, argutè fortaſsis apud ſuos, apud nos nempè nō Philoſophis modò, ſed nec uulgò dubiū, credo herclè, ne apud eum ipſum, de quo ſæpè loquimur Ciceronē, quod magnificentiſsimè multis teſtatus eſt locus, ſed uel ſui collocutoris, uel illius æui diffidentiæ ſeruiebat. ad ſummā igitur ſic teneto, ut ſcias immortalē eſſe animā, quod nō ſolū concors ueſtræ gentis opinio, ſed Philoſophorum omniū excellentiſsimi tenuerūt. nulla tibi ſpes in occaſu animæ quæ naturalis eſt ut mori nequeat, neq; hinc fidas nil mali ſupereſſe poteſt obitū, quod nulla ſit futura anima quæ pati poſsit. ſed quia creator animæ ipſe eſt mitis, ipſe pius ac miſericors, opus ſuum non deſpiciet. ſeq; ueraciter inuocantibus

uocantibus propè erit.in illum preces, in illum uota,in illum ſpes ultimæ ferantur,in illius nomen extrema deſinant ſuſpiria, i ſecurus,nil timeas,natura parens benigniſsima,nihil ſe cit horrificum,mortem formidabilē error facit, hominū nō natura rei prouidæ.Si quid magnum uoluis animo,ſiquid altum ſtruis,humiles & ineptas, uulgi uoces actaq; deſpice,uerū illos ſuſpice, quorum imitatio ad ueram gloriam uia eſt.apud noſtros quidem lætè fœliciterq; morientium innumerabilia ſunt exempla,ſin antiquiora perquirimus,multi occurrent.qui mortem non modò ferant fortiter,ſed arceſſant,quod in Marco Catone ſicut modò diximus,Marcus Cicero excuſat,Seneca autem & laudat,nobis uerò neutrum ſat probatur,ſed ſecundum minus,quia tollerabilius eſt errorē excuſare quàm laudare: nos utrūque reijcimus,quoniam ut uocatum reſpondere,& reuerenter parere laudabile,ſic imperatoris iniuſſu commiſſa de cuſtodia, & corporis ſtatione diſcedere capitalis eſt habenda defectio,& uel exilio graui uel ſummo plectenda ſupplicio.ſciens repeto ut altius imprimam abundè enim,niſi fallor,hæc omnia ſuperior tractatus explicuit. D. Morior. R. Immò carnis tributum, naturæ debitum,perſoluis,mox futurus liber,fac libens quod uel nolens faceres,& ut benè ait quidam mortis hortator, cupias quodcunque neceſſe eſt. Non eſt utilius,immò quidem non eſt aliud in neceſsitate conſilium,quicquid fit à uolente,fit leuius,& deſinit eſſe neceſsitas, ſi uoluntas acceſſerit. D. En morior. R. Ente dominus præſtolatur,accelera ne titubes,neu cuncteris, ponè ſuſpiciones non tu tibi charior es quàm illi. quis uocatus ab amante diffidit? Adhuc fortè miraberis timuiſſe quod optandum eſſet,multa iam ſolutus ſcies,quæ uinctus nullo unquam ſtudio didiciſſes,uſque adeò ut arcana rerum noſſe uolentibus,ad quæ mortali uelo obſita acies ueſtra nō penetrat,quæ profectò cupiditas naturalis eſt homini,ſed uehemētior ſtudioſo, nil morte melius putem, nilq́ue quod breuius adoptatum ferat.. D. Morior. R. Immò obdormis uitæq́ue feſſus ut arbitror requieſcis. D. Morior. R. Vade in æternam requiem, nūc primum uiuere incipis,Bona mors,initium eſt uitæ.

De morte ante diem Dial. CXX. DO.

QVid quod ante diem morior? R. Ante diem nemo moritur, ſed non omnibus dies idem,immò ut Vates ait eximius:

Stat ſua cuiq; dies:

ad quam quiſque cum uenerit metam attigit,& quoniam nec redire datum,nec ſubſiſtere, tranſeundum eſt. D. Ante diem morior. R. Poſſet id uerum eſſe ſi in diē debitor fuiſſes,purus debitor ſemp debet, ſemp itaq; nutū ſui creditoris obſeruet,& ſemper in numerato habeat quod debet. habet autem ſemper, dum mortale corpus habet,nullo mutuo,nullo opus eſt fœnore, domi habet.immò quocunque ierit ſecum habet,ut dicitur, in manu habet,unde ſe liberet, quo ſoluto nil naturæ amplius, & nil iam cœleſtius ulli debet, ut Virgilius ait,pone igitur hanc querelam. Ante diem non repoſcitur,quod omni debetur die, quin pro eo quòd dicebam gratias age, quia ſcilicet ad id debitum nec præda, nec poſſeſſione,nec pignore,nec uſura indiges,quod ultimum dixiſſe fertur Spartanus ille uir fortis incognitus,ſed dignus agnoſci,cum ad mortem ductus, ob hoc ipſum imperterritus iret atque alacer q capite ſuo,ſatisfacere Lycurgi legibus poſſet. D. Morior ante diem. R. Non intelligo quid ſit antè diem mori,niſi quod uulgò dicitur:Ante lucem,ſeu cum primum eluceſcit,quæ exercitijs eius quam nunc agis animæ aptiſsima hora eſt.alioquin quis omnino hominum ante ſuum diem moritur, cum ille ſit ſuus dies, in quo non moritur alius? D. Ante tempus morior. R. Neque ante tempus neque poſt tempus, ſed in tempore morieris,niſi ſic fortè tempus accipis,quod tu tibi, non natura ſeu fortuna præfixerat,ante illud enim ſic non mori potes,ſicut nec poſt illud uiuere. D. Morior ante tempus. R. Quis niſi amens quæritur ante tempus abſolui uinculis & carcere relaxari? Lætandum mediuſfidius, ſi ante tempus accidiſſet, ſed nec accidit nec accidere potuit, ſuum tempus habet omnia hic te terminus manebat, hic metam fixerat, qui te in hoc

uitæ ſtadiũ induxit. Si de hoc fine quereris, & de alio quolibet queri poſſes. D. Citò morior. R. Citò natus eras, nõ moritur citò qui iã ſenuit, q̃ ſi nõ ſenueras, ceſſet altera pars querelæ, quãuis ſi portio uitæ, ultima eſt ſenectus, nõ ſenuiſſe nõ poteſt, qſqs moriť. ſed, intelligo ſenectutẽ ut uulgus, annorũ cõgeriẽ multorũ, cui nõ ut reliquis finis eſt, alius q̃ mors, de initio diſcrepant uarijs ſententijs, ſed pro uiribus ſeneſcentium, procq; ualitudine corporũ atq; animorũ habitu, ad cõcordiã redigẽdis. tota deniq; res huc redit, ut uel mortis incuſare celeritatem deſinas, uel moleſtias uitæ, prolixioris, quæ de mortis ipſius tarditate proueniunt. ſed uos uobiſcum diſſidẽtes, nec mori uultis nec ſeneſcere, cum utrũq; certè uel alterum ſit neceſſe. D. Amplius uiuere poteram. R. Immò certè non poteras, nam ſi poſſes, puto uiueres. ſed hoc dicere uis, uolebam ſeu ſperabam. Et ut eſt animus mortaliũ uitæ auidus, ſpei credulus, utrobiq; perfacile tibi aſsentiam. at ſi dicere uis, debeam, quia pauculos adhuc dies uiuere ætati non indebitum uideretur, non æquè cõſenſerim: quidam enim ſerius obeunt, multi ocius, nunquam nullus hæc inter nihil in commune prouiſum, niſi ut omnes mortales una lex teneat, unum mortis imperium, alio tamẽ atq; alio moriẽdi genere diuerſisq; uitæ ſpatijs, ſic rei unius modus multiplex tempusq; peruarium eſt. Aequo animo igitur quiſq; ſuum mortis genus, ſuum diem mortis expectet, ne auiditate uitæ, nec faſtidio quod indocti ingratiq; omnes faciunt, de naturæ legibus quæratur aut litiget. D. Modicum uixi. R. Nullus tantum uixit, ut non ſibi modicum uixiſſe uideretur, & eſt planè modicum quicquid hic uiuitur, itaque ſi diù uiuere delectat, uitam illam quærite ubi ſemper uiuitur, quæ & ſi hic non ſit, tamen hic quæritur. D. Vixi modicum. R. Quid ſi plus uixiſſes, nunquid ideò non uixiſſes modicum? ſpatia uitæ huius imparia & incerta ſunt, unum omnibus eſt commune, cuncta ſunt breuia. uixit aliquis octoginta annos, quid hic quæſo plus habet quã qui octo. Verte acriter te in te, nec te fallat uulgi furor, quid plus, inquam, habet qui diutius uixit, niſi forte curas laboresq;, & dolores & tædia, ac peccata in lucro ponitis? aut quid plus haberet ſi uixiſſet octingentis? Eſt in expectatione fateor plus ſolum aliquid, at cum ſpatium utrunq; tranſierit, mihi crede, nihil inuenies quò plus uixiſſe fœlicius ſit. D. Morior dum benè agere cogitabam. R. Quid agere cogitabas nec agebas? ſic forſitan in perpetuum cogitaſſes, ſunt qui benè agere ſemper cogitent, nunquam tamen incipiant, quod ſi benè agere cœperas, ne dubites, quamuis boni operis finem mors præuertat, apud cæca hominũ iuditia fortaſsè aliquid ſed ſpernendũ, apud infallibilem rerum æſtimatorem nil tibi ſubtrahitur, integra merces tua eſt, non actiuum modò ſed uotorum. D. In medio rerum apparatu morior. R. Hoc non mortis, ſed moriẽtium culpa eſt, qui breuiſsimam uitæ telam, tũ maximè ordiuntur dum præcidenda erat, q̃ niſi ſic eſset, non tam ſæpe inexpletis uitæ munerbus morte præuenirentur, ſed expletis ac tranſactis uiuerent, qua profectò nulla dulcior uita eſt. hanc tamen dulcedinem, non tam uitæ breuitas, quã uiuendi torpor hominibus eripit, quibus nulla ideò longa eſt uita, quia quantacũque ſit temporis nunquam uiuunt, ſemper uiuere meditantur, & iam ſenes inter noua uitæ conſilia fluitantes, celeri fine ſerum principium antecedunt. D. Morior, dum magna pararem. R. Hoc multis magnis uiris ferequé omnibus accidit, falluntur homines cum in multis, tùm in morte præcipuè, quam uenturam nemo eſt qui neſciat, dilaturam ſperant, & abeſse procùl fingunt ſibi, quam uicinam ſemper hinc uitæ breuitas & fuga tẽporum facit, hinc fortunæ uis & caſuum humanorum circumfuſa uarietas. & ô cæcitas mira quod quid uobis ſit ſperandum, in alijs ſaltem, aliquando non diſcitis. ſed ſic eſt, ægrè ad amaras cogitationes animus redit, itaque dum ſibi quiſquis longiſsimum uitæ ſpatiũ ſpondet, dumq; uel æuum Neſtoris, uel ut ait Cicero, Metelli fortunam ſperat, deniq; dum ſe quiſque prædilectum naturæ filium credit, de primordijs agitantes finis occupat, & multa deliberantes improuiſa, repente mors aggreditur, medioſq; intercipit apparatus. D. Viridi morior ætate. R. Vt nil in hoc aliud boni ſit, prouiſum tibi eſt ſaltem, ſenio ne marceſcas, ſenectus enim quamuis non ſit grauius, ut apud Ciceronẽ ait Lælius, utq; à nobis ſuprà diſputatum eſt, aufert tamen eam uiriditatem, in qua quidem, ut Scipionem ille, ſic tu

nunc etiam & te fuiſſe commemoras, multis tu fortaſſe deſiderio, nulli iam faſtidio futurus ſis, quod in longa ætate uitare quantalibet uirtute ſubdifficile eſt. D. Iuuenis morior. R. Nosti quid in uita paſſus fueris, quid paſſurus ignoras, & mihi crede, in hoc tam uario tamque immiti fortunæ regno, qui præmoritur comitem fallit. D. Morte præpedior ne cœpta perficiam. R. Iuſtè id quidem, agitis enim ſemper quæ peregiſſe pridem decuit, pactique nihil eſt, hoc maximè uobis grauem mortem facit ac miſeram, & ſiquidem abſque tua culpa, cœpta peragere nequiuiſti, ſufficiat noluiſſe. ſin per ignauiam diſtuliſti, diſpliceat neglexiſſe, quod ſi forſan hæc lamentis cauſa prætenditur, uerè autem nihil aliud quàm uitæ prolixitas, & dilatio mortis optatur inanis, licet publici uoti tandem uel ſerò pudeat. Audi te tamē me mortales uſque adeò uitæ cupidi, quæro ex uobis, ſequeſtrato uirtutum exercitio quid omnino aliud uita hæc, quàm ſegnis & inutilis mora eſt? quæ quātulacūque fuerit, neque nō eſſe breuiſsima. dictum ergo placet, illius cuius Auguſtinus meminit, quem in extremis agētem, cum amici ſolarentur ac dicerent, ex eo morbo quàm minimè periturum eſſe. reſpondit: Si nunquam benè, at ſi aliquando cur non modo? D. Interruptis rebus morior. R. Si ad mentem redeunt, aut rebus geſtis aut ingenio clariores, magna pars inexpletis operibus obiêre, paucis in hac breui uita contigit, ut cōcepta ſeu iam incœpta perficerent. Tu uerò, quoniā communi hominum more, has te in anguſtias impegiſti, nec præterita retractari poſſunt, unam hanc emergendi uiam arripi, non ut ad multa interrupta flebiliter inutiliterque reſpicias, ſed ut uiriliter quod unum reſtat expedias, benè mori.

De morte uiolenta. Dial. CXXI. DO.

SEd uiolenta morte pereo. R. Si nolens moreris, uiolenta mors omnis eſt, at ſi uolens nulla. D. Per uim morior. R. Siquidem uitæ uis aufertur quid intereſt febris an gladius, dum libere egrediare, quid refert, an ergaſtuli tui fores ſponte pateant, an frangantur? D. Vi morior. R. Multæ ſunt ſpecies mortis, ſed mors una, quæ an uiolenta ſit, an non, morientis arbitrium eſt, uim uis maior ſuperat, conſenſus extinguit. Sapiens ſic inſtructus eſt, ut quibus non poteſt obſtare conſentiat, quid tu, inquies, Percuſſori meo ut conſentiam iubes? quidam non conſenſerunt modò ſed gratias egerūt inuentus eſt qui percuſſorum ſuorum ignorantiam excuſaret, & ſupremo illis anhelitu ueniam precaretur. neque ego te cruento conſentire carnifici iubeo, ſed inuicti forti, cui qui nō ſpōtè paruerit ui parebit. D. Morior hoſtili manu. R. Quid tu igitur amici manu mori poſſe credideras, quando id tibi niſi ab ignorante contigeret? D. Hoſtili dextra pereo. R. Hoſtiles euadis manus, ille dū iræ ſuæ obſequitur libertati tuæ conſulit, poteſtati ſuæ detrahit, nil quie amplius in te poteſt. D. Hoſtili manu occumbo. R. Satius eſt ſub iniuſto hoſte procumbere, quàm ſub iuſto rege, illic enim occiſoris eſt crimen, hic occiſi. D. Hoſtili ferior manu. R. Quid tua magis intereſt, quàm dextera, quàm quo gladio feriare? non de manu, ſed de uulnere quæritur, quamuis & Pompeius manu Cæſaris ferri pro mortis ſolatio, uideatur apud Lucanum optare, & apud Statium Capaneus Hippeum, apud Virgilium Aeneas Lauſum, Camilla Ornithum, quòd illorum manu occidantur conſolentur. D. Ferro morior. R. Communis tibi cum maximis fortuna, cumque optimis uiris, bona pars eorum, quos uel præſens uita fœlicißimos habuit, uel æterna ſanctiſsimos habet, gladio periêre, quos ſi numerem non breuiloqui monitoris, ſed longi operis erit hiſtorici. D. Gladio pereo. R. Alij aliter, quidam laqueo, quidam lapſu, quidam unguibus leonis aut apri dentibus, multis ferri copia defuit, dum optarent gladio perire. D. Ferro ferior. R. Quid ſcis an maiori exitio ſubtraharis, quodque miſerrimum cenſes, grauioris miſeriæ fuga ſit. dixi ſuprà, ut Plotinum alterum à Platone philoſophiæ decus, peſtilens lepra percuſſit, id non dixi, ut alterum ab Homero Poëticæ Graiæ lumen Euripidem canes morſibus lacerarunt, Lucretius ueſtrorum uatū primo proximus, cui tā multa Virgiliū auferre nō puduit, amatorio poculo accepto, in morbū rabieque cōpulſus, gladio ad poſtremū pro remedio uſus eſt. Herodes rex Iudeæ tā fœdo morborum

agmine

agmine circumuentus interijt, ut compendioſior fieri mors inuidioſa ſibi eſſe potuerit, atque ut auguror fuerit Romanus princeps Hadrianus morbi tædio uictus, impatientiam doloris ferro abrumpere, ſi ſicuiſſet optauit. Magnum quendam uirum hac ætate uermes toto ſcatentes corpore, mures alium exediſſe narrantur, inter tam multa ludibria humani corporis, ſi electio tribuatur, quis imbecillis adeò, ut non ferrum ambiat? D. Ignibus pereo. R. Quidam animæ uim naturamq; igneam extimantes, id facilimum mortis genus opinati ſunt. D. Flammis abſumor. R. Vermibus ereptum corpuſculum non putreſcet. D. Fluctibus obruor. R. Piſcibus conuiuium, buſtum tibi amplum, nobile, nitidum. & quid refert corpus terreum, terræ reddas an pelago? D. In freto morior. R. Non ubi, ſed qualiter moriaris ad rem pertinet, ubiq; benè mori licet, ubique malè, non in loco, ſed in animo eſt, quod fœlicem mortem facit aut miſeram. D. In mari pereo. R. Perſuaſum multis ſcio in mari miſerum mori, quod æthereus atq; ardens ſpiritus, ſuo contrario uideat opprimi, ſed ut dixi, nihil locus ad miſeriam, animus totum itaque de hac re nautæ neſcio cuius reſponſionem probo, quem cum quidam interrogaſſet, ubi'nam pater eius obijſſet: In mari inquit. cunque idem ille de auo & proauo atque attauo nominatim ex ordine quæſiuiſſet, reſponſumq; idem de ſingulis accepiſſet, intulit: & nunquid tu, inquit, mari ingredi non times? reſpondit nauta diſsimulans, & ubi nam tuus obijt pater? Suo ait in lectulo, ubi auus, inquit? & is ait, & proauus, & maiores mei omnes ſuis in lectulis obiêre. tum nauta. Num tu, inquit, tuum non times in lectulum aſcendere? eleganter quidem, aliquantoque plus quàm nauticè. De morte igitur natura uiderit, quæ mortales fecit, at de genere mortis, de loco, de tempore uiderit fortuna. D. Veneno morior. R. Comites tibi illuſtres pridem, dum de hoc uno ageretur expoſui: regia quidem mors eſt gladius, ſed ueneꝛium magis, & ad ſummam, ridiculum ualdè eſt, ubi de morte decreueris, de inſtrumentis eſſe auxilium.

De morte ignominioſa. Dial. CXXII. DO.

SEd ignominioſa mors eſt. R. Mortẽ ignominioſam facit nõ genus aut qualitas, ſed cauſa ſupplicij. D. Ignominioſè morior. R. Nemo bonus malè moritur, nemo malus benè honeſtã mortem non funeralia, non miniſtri, nõ purpuræ faciũt exuuiæ nõ inuerſi clypei atq; enſes, & flens dominum familia, & uulgi clamor & lamenta, & mœrore uxor inſignis & pietate filij, & deiecta ceruice ante feretrum nigro indutus, ac lachrymis grandibus humẽs, & homo nõ poſtremò funereus laudator, & imagines aureæ diuitis ſepulchri, defunctiq; titulus, uicturus in marmore, donec ſua quoq; licet ſera lapidibus mors ſit. ſed uirtus, & clarum meritis uiri nomen, non uulgaris egens auræ; ſed ſuapte eminens maieſtate, quod non præceps & cæcus fauor hominũ, ſed rerũ ſeries & innocẽs uita peperit, atq; uſque ad mortem ueritatis & iuſtitiæ ſuſcepta defenſio, interq; medias mortis minas imperterritus, atque infractus animus, ac generoſa fiducia. Contrà his decoribus honeſtam mortem, quis ignominiæ, quæſo, locus eſt, aut quomodo turpiter mori poteſt, qui ſic moritur. ſeruilem in modum uirgas adhibe, & tortores & laqueos & ſecures, fige cruces & rotarum radios attolle, & quadrigas in diuerſum age, lacera huc & illuc membra rapturas, adde ignes & craticulas prunis impoſitas atq; oleo uaſa feruẽtia, & ferarum dentes fame armatos, adde uncos & gæmonias, ac tracta per uicos laniata cadauera, & quicquid iniuriæ atq; opprobrij, ſeu uiuum, ſeu exanime corpuſculum pati poteſt, dura mors fortaſsè uidebitur, ignominioſa certè non fuerit, immò uerò nonnunquam eò clarior, quò durior. Itaque apparatus hic exterior & tumultus, & tubæ & carnificum truces uultus, & irata uox tyranni, nihil prorſus ad rem, intra teipſum te reflecte, ibi te quære atq; excita omnibusq; quæ ſuperſunt animi uiribus, ad extremos caſus accingere, aures ab inuiſo ſtrepitu, à ſupplicij pompa oculos auerte, tacitusq́ue totam animam recollige atq; hortare, reſque ipſas examina non umbras rerum, tu ſi mortem ipſam rectis oculis ſpectare audes, ne ferrum puto, nec reſtim, nec liuẽtes calices, nec ſtillãtes carnifices horrebis. Vanum eſt enim cũ ipſum hoſtẽ contẽpſeris, eius faleras aut ſigna metuere. D. Ignominioſa morte

damnatus ſum. R. Sæpè actor ſeu delator infamis, & obſcœni teſtes & obſcurus iudex, reus autem ipſe clariſſimus. ſæpè ignobilis uulgò mors, nobilis uerò glorioſuſq; qui morit, iā ut ſileā reliquos, ꝙ & nimis multi & multo impares ſunt, quæ uſquā ignominioſior mors quā crucis: in qua pepēdit eximiū illud & prænitidum cœli decus ac terræ, ne tale aliquid ignominioſum ſibi cenſeat, illa ſors hominis. & quoniam ſummo nihil eſt altius in hoc deſino. Omne genus mortis honeſtare poteſt uirtus, uirtutē nulla mors inquinat.

De morte repentina. Dial. CXXIII. DO.

AT repēte nimis morior. R. Pauloantè ſi recolo ſenuiſſe te dicebas, miror quomodo repētina mors ſeni eſt, qui niſi nō dicā, delirat, ſed inſanit, ſemꝑ antè oculos mortem habet, nāq; cum omni ætati ſalubriter ſit cōſultū, ut omnem diē ſibi ultimū credat, hoc amplius ritè cōſulitur ſenectuti, ut omnem horā ſibi putet extremam, neq; illud modò nō audiat ꝙ eſt apud Tulliū, Nemo tam ſenex qui ſe annum nō putet uiuere, ſed id quidem quod Seneca ait, diē. D. Subitò morior. R. Quid hic dicam, niſi ut reperā, quo ille olim ſummus hominū, nec minor ingenio quàm fortuna, uno ne integro quidem ante ſuū obitū die, quaſi iam uerū experientiæ uicinitatē præſagiens, dum de hoc ageret, repētinam atq; improuiſam mortem cōmodiſsimā iudicauit, quod iuditiū, ab ea uidebitur religione diſſentiens, quæ ab hac morte liberari flexis genubus deum orat. Neque ego hanc ſententiā ubi ſit libertas amplector, aliud tibi nempe cogitandum eſt. neque uerò hanc optabilē, ſed ubi ſit tollerabilem mortem dico. ſiquidem ſapienti qui que eminus cuncta præuiderit, inopinum nihil accidere poſſe, non ambigitur. Vnde ſit, ut improuiſa mors, non ſit cuius prouida uita fuit, nam quo pacto rerum maxima negligat, qui parua qui minima etiā librare ſit ſolitus: humanis aūt in rebus, quid mihi maius morte mōſtraueris, quid par morti? D. Velociſſimè morior. R. Impræmeditata modo non ſit mors, quo uelocior, eò facilior. ſupplicium enim ſi quod eſt, uti breue eſt, ſenſumq; ipſum celeritati præueniens, & morti detrahitur, quod eſt in morte duriſſimum, metus mortis.

De ægrotante extra patriam. Dial. CXXIIII. DO.

ALiena in patria ægroto. R. Quid refert cuius ſit patria, ægritudo utiq; tua eſt. D. Ludis me, ego extra patriam ægroto. R. Quid extra unam patriam eſt, intra aliam ſit oportet, extra omnem patriam neq; ægrotare nec ſanus eſſe quiſquā poteſt. D. Diuerticula uerborū quæris, extra meam patriam ægroto. R. Vnum hoc bonum huic ineſt malo, nemo grabatulum tuum premet, non importuna uxor aut filius, ſui uterq; ſollicitus, negligens tui. quotiens putas uiro uxor, patri filius, fratri frater, in ultimis laboranti puluinar iniecerint, & mori adiuuerint, quem alienigenæ uetuiſſent? Sæpè ibi maior eſt charitas, ubi minor credit. certè nullus aſtantium morbo tuo gaudebit, nullus tibi mortē optabit. quæris cauſam? nullus hæreditatem tuam expectabit. Omne in facinus ſpes & cupiditas impellunt, hæc tranquillitas non facilè tibi in patria contigiſſet, multi ſtratum circumſiſterent ſub officij ſpecie funeri inhiantes, quæ cogitatio ægrotanti ægritudo, niſi fallor. altera eſt obſeſſum hinc lupis, hic uulturibus ſe cernenti, iam cadauer mente captantibus. D. Extra patriam ægroto. R. Quid ſcis, forſitan nunc in patriā redis, rectum & breuè iter in patriā eſt mori. D. Extra patriā æger ſum. R. O ſuper uacuæ ſemper & inanes hominū querelæ, quaſi uerò ardentior extra patriam febris aut durior ſit podagra, malum hoc omne quod uidetur uoluntarium atque in ueſtra poſitum poteſtate, ut peſtes aliæ quaſcūque falſa animis inuexit opinio.

De moriente extra patriam. Dialogus. CXXV. DO.

MOrior extra patrios fines. R. An peregrino id accidit an exuli, Iam *ſeu te in his* terris uiſendi diſcendiq; ſtudiū, ſeu religioſa deuotio detinebat, & gaudendum ꝙ honeſto te mors reperit in actu, ſeu iuſta ſententia, & ferendum non modò fortiter ſed libēter, nullo enim melius modo iniuſti ſcelus hominis, quàm & iuſti ſupplicij ſpontanea ac

tranquilla

tranquilla perpeſſione diluitur, ſin potentioris iniuria, neque id tamē ideò dolendum, ſed ſatis, ut arbitror, de exilio diſputatum eſt. D. Extra patriam morior. R. Dicebam modo hoc eſt in patriam redire, nullus rectior trames erat, nullus breuior, an tibi Eudemus ille Cyprius familiaris Ariſtotelis è memoria lapſus eſt, de quo & Ariſtoteles idem ſcribit & Cicero: qui cum grauiter in Theſſalia ægrotaret, uidit in ſomnis ſe quàmprimum ægritudine liberandum, poſt quinquennium in patriam reuerſurum, tyrānum uerò urbis illius ubi tunc erat Alexandrum Phereum illicò periturum. cunq; ipſe paucis poſt diebus inſperatæ redditus ſaluti, & tyrannus à cognatis eſſet occiſus, atque ita ueram per omnia uiſionem ratus, promiſſo tempore reditum in patriam expectaret; quintij anni ad finem pugnans Syracuſis occubuit, eoq; illum modò in patriam ſuam rediſſe ſomniorum interpretes dixêre, ne qua penitus pars ſomnij falſa eſſet (Ego quid de ſomnis ſentirem dixi alibi) de hoc in patriam reditu, quid occurrererit modo dixerim. D. Extra patriam mori cogor. R. Dixi dum de exilio loqueremur & repeto, aut nemo extra patriam moritur, aut omnes, doctis quidem uiris placuit omne mundi plagam patriam eſſe & præſertim forti animo, quem non huius aut illius partis amor aſtrinxerit, alijs eam tantū ubi benè eſſet. contrà nullam hic eſſe homini patriam quibuſdam uiſum eſt, illa cōmunis, hæc altior philoſophia eſt. D. Morior procul à patria in qua natus ſum. R. Vbi moreris illa demum uerior patria tua eſt, illa te diutius poſſidebit, nec uagari ſinet, & propriū perpetuūq; incolā ſinu amplexa conſtringet, diſce hanc terram pati, quæ te ortum alibi transformabit inſe. D. Procul à patria mors me manet & ſepulchrum. R. Et cœleſtes illi diuiniq; homines, quos una ætas & eadem, media mundi parte genuerat, toto orbe diſperſi ſunt mortib. ac ſepulchris. illū Epheſus, illū Syria, illum Perſis, illū habet Armenia, illū Aethiopes, illum Indi, illū Achaia, illos Roma, illum ultima ſeruat Hiſpania, quoſdam tamen ex his locomortuos ablatos eſſe, nunc in Italiæ urbibus fama eſt, qua terreni erant pars quidem, ætherea pridem haud dubiè cœlum tenet. D. Extra patriam mori oportet. R. Quid ſecundi ordinis uiros loquar? Illum Stridoni Bethleem priùs & pòſt Roma: illū Gallia Pānonię, atq; illū Athenis abſtulit Pariſius, hunc Græciæ atque hūc Hiſpaniæ rapuit Roma, hunc Mediolanū Romæ uiuum, hūc defunctū Africæ Sardinia, mox Sardiniæ, Ticinum occidētis duo lucida ſydera, æqua meritis iuncta animis, uicina corporibus, qui ſunt de quibus loquor intelligis, atq; ideò multa feſtinās tranſeo: ſed ne tertij ordinis exemplū deſit, illū Paleſtinæ Cyprus tulit, illū Nurſiæ Cāpania, hos Hiſpaniæ Italia, illū quidē Bononia, hunc Patauiū. D. Intelligo planè ſingula, ſed huc inuitus procul à patria morior. R. Et ego planè cauſam rei huius intelligo, q; ſcilicet ſanctiſsimis ſpiritibus cœloq; ſemp hærentibus nulla iam terrenæ patriæ cura eſſet, quæ nōdum tibi depoſita, ſed mihi crede, ſi cœlo inhias deponēda eſt. Attingā tamē dehinc alios uirtutis amicos, cœli memores, nondū tamen cœli ſtudio, terræ oblitos. Samij oſſa Pythagoræ Metapontus texit, Ciceronē Arpinorum, Romæ altū, Caietæ ſinus exanimem uidit: Plinium quē infantem lauit Atheſis, grandæuū Veſeui cinis extinxit. Virgilium mūdo dedit Mantua, Brūduſium, ſiue ut alij perhibēt, Tarentum rapuit, nunc Neapolis tenet. Ouidiū Sulmo compegit, Ponticum ſolum texit. Terentium Comicum, ut fama eſt, Carthago genuit, Roma docuit, Archadia ſepeliuit. Flaccum Horatium Apulia, Ennium Callabria, Statium prouincia Narbonenſis, Auſoniū Vaſconia, tres Anneos, ſiue ut alij uolūt, quatuor, duos Senecas uidelicet, Galionē & Lucanū miſit Corduba, & hos omnes, & Plautum Arpinatem, & Lucillum Aruncum, & Pacuuium Bruduſium, & Iuuenalem Aquinatem, & Propertium Vmbrum, & Valerium Anciatem, & Catullum Veronenſem, & Varum Cremonenſem, & Gallū Forliuienſem, & Actium Piſaurenſem, & Caſsium Parmenſem, & Claudianum Florentinū, & Perſium Volateranū & mille alios Roma retinuit, ac magna ex parte humo condidit. Tito Liuio Patauino uix ſerum uelut ad ſepulturā patriæ reſtituto. Sic ex diuerſo multos Roma eadem genuit alibi morituros, Orbis terræ quaſi domus anguſta eſt, & ipſe quadrāgularis, cuius ab extremo ad extremum tranſitus, & hic uiuere, illic mori, non pluris eſt fortibus animis quàm ꝓ uario uſu balneum triclinio, ſeu brumali æſtiuum thalamum muta-

re. trita eſt omnibus maximeq́ illuſtribus, alternario hæc originis & ſepulchri. D. Scio ſic eſſe extra patriam tamen mœſtus morior. R. Nihilo lætior in ea ipſa quàm tuam dicis patria moreris, ſed indulgetis fletibus dolendiq́ cauſas aucupamini, tanquam ſua illis inſit delectatio, quod ſi animum uulgi erroribus circumuentum ſanctæ doctæq́ ſimul ac diſcretæ paupertatibus exempla non adiuuant, fortunatioribus agam, ſi quod doles regibus ac Cæſaribus accidiſſe monſtrauero, ducumq́ clariſſimis maximorum, ne hominum fortunam ſis recuſaturus uidero. D. Quid dictura quosúe in medium prolatura ſis ſentio, ſed quid opus eſt uerbis, doleo extra patriam mori, mortisq́ moleſtiam locus grauat. R. Medicam manum horres, uideo pergam tamē, quàm fœliciter tu uidero, mihi uerum dixiſſe ac fideliter monuiſſe, ſat fuerit. Alexādrum Pella genuit, Babylon peremit, Alexandria conditoris ſui nomen ac cinere cuſtodiuit, alterum Alexandrum Epiri regia pauerat, Lucanus amnis obruit. Cyrum Perſis regem tulerat. Scythia truncum tulit: Marcum Craſſum magnumque Pompeium Roma & Romanum imperiū omne ſuſpexerat, quæ uiuorum magnitudinem toleraſſet, utique mortuorum ſi ſors ſineret, ſuffectura cineribus, ſed alterū trans Euphraten tellus preſsit Aſſyria, alterū Aegyptiaci gurgitis unda contorſit. Catoni huic ultimo Roma principium ac nomen, finem cognomenq́ue dedit Vtica, Cornelios Sciplones Roma progenuit nobiliſſima & Reipub. ſaluberrima germina quibus ſeruanda ſæpe eſſet & ornanda, hos ſic ſua ſors diſtribuit, ut duo hi qui dicuntur magni, Hiſpana tellurre obruti, ſuperior Africanus Literni, Naſica Pergami, Lentulus intra Siciliam, ſeiunctis habitent ſepulchris. ſoli ex hoc numero Aſiaticus atque Africanus minor Romæ iaceāt, melius quolibet in exilio iacturi, ille carcere mulctatus, hic morte. ſic perſæpè ubiq́ melius uiuas, melius moriare quàm in patria, nuſquam durius iaceas quàm domi. Tres Decij, & ſi duos tantùm fama celebret. extra patriam animoſiſsimè ceciderunt cum latinis pugnās pater, cum Hetruſcis filius, addidit Cicero & cum Pirrho nepos. quid nunc ex ordine occurrētes eximios duces ſequar, omnes Romæ genitos, ſed extinctos alibi, Attiliū regulum pro ſeruāda patria ſimul atq́ hoſti fide, quò crudelius eò glorioſius morientem uidit Africa, & ſequenti bellum Gaium Flaminium Cortona, Aemilium Paulum Cumæ, Claudiū Marcellū Venuſia, Tiberiū Gracchum Lucania procumbentem uidit, nulli horum Romæ mori contigit, duæ ſpes ingentes imperij Romani in ipſo ætatis flore ſuccciſæ Druſus & Marcellinus, & ſi ambo in patriā reuerſi, ambo tamen procul à patria, ille in Germania obijt, hic Baionæ. quid nunc, tu ne Tarquino ſuperbior, tu ne potentior Sylla es? atq ille Cumis exul, hic dominus Puteolis expirauit. quid minores loquar? Auguſtus Cæſar pater patriæ, extra patriā obijt apud Cāpaniæ Nolā, Tyberius diſpar morib. imperio par, apud Cāpaniæ Miſenū, Veſpaſianus ac Titus optimi principes, ut patrē & filiū decebat una & eadē uilla, q̄buis propè, extra urbē tamē obière. At Traianus in occidēte natus, in oriēte defunctus eſt, Septimus Seuerus in Africa humilē habuit originē, Romæ ſuperbum imperiū, Eboraci aūt in Britannia ſepulturā, Theodoſiū in Hiſpanijs ortū, defunctūque Mediolani, Cōſtantinopolis accepit. quæ iā prius aliūde æditū ſui nominis poſſidebat auctorē. Quid de alijs dicā? Lycurgū Sparta profugum, Creta ſuſcepit, eadem Creta *Saturnū* regē pulſum à filio abeuntē uidit, Italis finibus abditū humatūq́ audiuit. Africæ *lumen* Hānibalem tegit urna Bithynica, Theſeū, Themiſtoclē ac Solonē, tres Athenienſiū coronas, ſic fortuna diſperſit, ut primū Syria, ſecundū Perſis, tertiū Cyprus ſepeliret, imparia tātis cadauerib. ſepulchra. Dies me deficiet ſingulis immorantem, neq́ te hiſtorijs obruere propoſui, ſed monere. D. Teneo, ſed hos omnes, & quoſcunque enumerare alios potes, extra patriā defūctos fateor, ſed uolētes nego, dolēteſq́ arbitror. R. Vnde hoc tibi, niſi q̄ ſtulti omnes, ſecūdū ſe alios æſtimāt, neq́ q̄ ſibi difficile eſt, cuiq́ poſsibile ſuſpicari poſſunt. & fortaſsè illi ueteri potius prouerbio prebuiſti aurē, Bonū eſt peregre uiuere, mori malū: cū utrūq́ potius bonū ſit, modò benè fiat, lōganimiter atq́ honeſtè. Malū uerò utrūq́, ſi *male*, ſi flebiliter atq́ ignauè. Dicā q̄ mireris, quodq́ prouerbio penitus ſit aduerſum, ſi qua *locorū* querimonia iuſta eſt, hanc ego facilius uiuenti promiſerim, cuius utcūq́ forſan interſit, q̄ morienti, cui omnis loci cura ſuperuacua eſt, iā locis omnib. abituro. D. Tāgis animū,

adhuc

adhuc tamen,in patria mori mallem. R. Voluntas humana,niſi uirtus ac ſapientia illam frenet,per ſeipſam indomita & effrenis eſt,quod ſi altius attẽdas,totum hoc ad te nihil pertinere fatebere,quãdo neq; hic amplius eſſe potes,neq; oſsibus tuis ſupereſſe ſenſus aliqs, quo diſcernant ubi durius aut mollius cubent,neq; quo tendis aliunde facilius perueniſſes aut breuius.Eleganter Anaxagoras peregrè moriens,an in patriã referri uellet amicis interrogantibus,nihil neceſſe eſt inquit,& adiecit cauſam.Vndique enim ad inferos tantundem uiæ eſt,quod reſponſum non minus conuenit ad cœlum aſcenſuris,quàm caſuros ad inferos. D. Vtinã domi morerer. R. Si illic eſſes,forſan alibi eſſe optares, ſic enim habe,& quod uiuens debueras,diſce uel moriens, perdifficilè eſt uobis ô mortales morem gerere,delicati & queruli, quibus quod habetis omne uiliſsimum eſt ſemper & ſolum id optimum quo caretis. D. O ſi domi morerer. R. Multa ibi forſitan uideres, quæ mortem tibi efficerent grauiorem,unde ideò te ſemotum crede,ut reiectis curis omnibus,Deum ſolum atque animam cogitares.

De moriente in peccatis. Dial. CXXVI. DO.

MOrior in peccatis. R. Hæc iam nec naturæ nec fortunæ,ſed tua propria culpa eſt. D. In peccatis morior. R. Primum peccare quis te compulit? deinde quis uetuit commiſſa diluere? poſtremo quis nunc etiam ſeram licet pœnitentiã impedit? uſq; ad extremum ſpiritum liber eſt animus. R. Peccata mea moriens mecum fero. R. Caue ne id facias,uenenoſum mortiferumq́ue uiaticum depone dum uacat,dumq́ue eſt qui illud tollat ac deleat,ut ſcriptum eſt: Proijciatq́ue poſt tergum ſuum in profundum maris: & quantum diſtat ortus ab occidente longè faciat abs te.hanc tu horam ne neglexeris,quæ ſemel elapſa non redibit.quod licet horis omnibus ſit cõmune,ut eant ſemper nunquã redeant,in una tamen omiſſum hora,in altera forſan reſtaurari datum ſit, at extremæ horæ negligentia prorſus irreparabilis eſt,itaque quod in arcanis animæ diſputationibus inuentum ferunt,uitæ huius errores quaſi leues quidam lapſus in plano ſunt,unde facile poſſis aſſurgere,at peccatum mortis,graui & ex alto præruptoq́ue ſimillimum eſt ruinæ, unde facultas nulla eſt reſurgendi. Huic tanto diſcrimini,cui poſthac nunc ſuccurrere ualeas,nunc occurre dum uales,& memento non modò quid ueſtri dicant,ſed quid Cicero,qui de morientibus in diuinatione ſua diſputans. Tu uel maximè,inquit,laudi ſtude,eos namque qui ſecus quàm decuit uixerunt,peccatorum ſuorum maximè pœnitet. quid à quoquam quæſo religioſius,quid utilius dici poteſt? fiat modò quod dicitur pœniteatq́; uel ſero? Anceps fateor ac periculoſa dilatio,& quæ plurimos fallit,qui purgationem animæ,quæ feſtina nimis eſſe non poteſt,ſcientes uolentesq́ue procraſtinant,& in finem trahunt,quo tempore circumuenti & artati, uiciniaq; mortis attoniti, nihil conceptis expediunt. de quo quoniam multa dicuntur à ueſtris haud impertinens eſt audire,quid hic quoque Virgilius & ipſe externus dicat, quibus uerbis hanc deſidiam neglectamq; confeſſionem notet ex illius ore mirabile,ubi apud inferos iudicẽ illũ facit iuſtitia & æqtate notiſſimũ, q ut ipſe ait:

Caſtigatq; auditq; dolos,ſubigitq; fateri,
Quæ quis,apud ſuperos furto lætatus inani,
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.

Sed quamuis periculoſum adeò ſit, nihil tamen deſperatione periculoſius, nihil peius ueſtræ ſalutis hoſtis inuenit,cætera enim ſuis cuncta remedijs leniuntur,hoc malorum maximum atque ultimum,abeuntem ubi animam oppreſſerit,nullus iam remedio locus eſt. Huic ergo cùm ſemper, tùm in fine uehementius obſiſtendum eſt, quod & tunc urgere acrius ſolet,& nihil iam eſt reliqui,quo ſalutis conſilia cunctando reijcias. Neq; uero te hinc metus arceat,nec te pudor dolorq; dilationis impediat,peius eſt nunquam,quã ad ueſperã expergiſci,& omnino quicquid male differtur,peius omittitur. D. Morior abſque ulla ſpe. R. Malè ais,immò uerò ſpem proiectam recipe,& admotam pectori,totis animæ ulnis amplectere,ſtringe, conſerua. D. Magnum eſt peccatum meum ualdè. R. Nullum tam magnum peccatum hominis eſſe poteſt, quin multo maior,miſericordia

Dei ſit. D. Quis poterit tot peccata dimittere? R. Et quis putas, niſi ille de quo ſui hoſtes admirantes litigabant & quærebant. Quis eſt hic qui etiam peccata dimittit? D. Quis tantorum ueniam merebitur peccatorum? R. Nullus fortaſſe merebitur aut meritus fuit, multis tamẽ data eſt gratis, & dabitur, ſit modo qui illã fideliter ac reuerenter imploret. nullam quidem eſſe remiſſionem criminum ingentium, perſuadere aliqui, ut perhibent Conſtantino principi uoluerunt, at id falſum eſſe, non modo apud ueſtros conſtat apud quos remiſſio peccatorum per baptiſmum, & per pœnitentiam nota eſt, ſed apud Paganos etiã fama fuit, falſa licet, quorũ morbis ideò inefficax erat medicina, ꝙ eis nondũ medicus cœleſtis aduenerat, ꝑinde niſi mundari à peccato animus, & deleri poſſet iniqtas, fruſtra id totiens peccator ille primũ maximus, poſt modũ uir ſanctiſſimus precaretũ. D. Peccati cõſcientia ſpẽ præcidet. R. Peccati memoria pœnitentiã ac dolorẽ animo afferre debet, nõ utique ſpẽ auferre, ſed uos omni ex parte fallimini, in peccato feruidi, poſt peccatum gelidi, peccando quidem exultatis, memorando autem deſperatis, multi paſſim peccant ſpe ueniæ, contrà uerò multi cum peccauerint, ueniam deſperant, & utrique errant. nam & illis & ab initio ſpem damnoſam pellere, & his in finem ſalutiferam ſpem tenere, conſilium erat. D. Grauẽ culpis mors præcipitat quid agam? R. Quid niſi quod egiſſe iam pridem decuit, ut infauſtam ſarcinam feſtinanter abijcias, qua leuatus ibis planè non præcipitabere, ibisq́ue non curuus non titubans, ſed erectus certo ac ſtabili ueſtigio & ſpe bona, age ergo, ne differas, neu diffidas, eſt qui exoratus ab humeris illam tuis transferat, qui grauiora iam tranſtulit, cui nil graue, nil difficile eſt. & quamuis pigra dilatio excuſatione careat, laude nõ caret emendatio, ſera licet. Satiùs eſt enim ſerò, quã nunquam reſipiſcere. confortare, reſpira, multos à liminè tartari paucæ piæ lachrymulæ reuocarunt. ſtat dexter ad lectuli tui caput, qui non ſolum infecto illi ſe mundare uelle reſpondit, ſed quatriduano iam fœtenti ut ſurgeret, imperauit, teq́ue etiam nunc expectat, ut mundari uelis ac ſurgere, non minus ipſe hodie, quàm tunc pius, nec ſolito minus potens, adhuc quo in ſtatu mori uelis in te eſt, adhuc ſine peccatis mori potes, non quod peccata non fuerint, ſed non erunt. Et ſi enim in præteritis, nullum ius niſi obliuionis habere Deum, Plinius ſecundus exiſtimat, habet tamen quod ille uir curioſiſſimus non uidit, ius etiam abolitionis, itaq; facta licet infecta eſſe non poſſint, ex facto tamen oriens peccatum ſic deleri poteſt, ut iam amplius non ſit, ita ut ſicut ſcriptum eſt. Quæratur peccatum & non inuenietur. non quod peccati uinculis abſoluere potentiæ ſit humanæ, ſed quod piæ hominum uoluntati contritoq; cordi, diuinum nunquam deſit auxilium.

De moriente ſollicito quid de patrimonio ac liberis futurum ſit. Dial. CXXVII. M. R.

QVid de patrimonio ſperem, quid de liberis? R. Et patrimonijs dominos inueniet, & liberis ſua ſors erit. M. Quid de tãtis diuitijs fiet? R. Ne dubita, ne hæredi nimiæ uideantũ, nunquã tãtæ erũt quin aliqd deſit, de his tamẽ illa uiderit, quæ res ueſtras hasq; tam dilectas opes huc illuc iaculatura cõtorquet. M. Quid facient filij. R. A terreno patre deſertos, in ſuã cœleſtis pater accipiet nõ relicturus ut tu, neq; orphanos facturus, ille eos nutriet & docebit à iuuentute eorũ, modò dociles ſe præbeant, & uſq; in ſenectam & ſeniũ, uſque ad mortẽ & ſepulchrũ non deſtituet. Spes naſcẽtis hominis Deus eſt, nõ genitor quãuis diues, quamuis rex ille ſit. nõ eſt ædificandũ in arena ſed in petra, omnis ſpes de homine breuis & caduca eſt, filij igitur tua ſpe deluſi, ponẽt in Deo ſpem ſuã, & cãtabũt cum Dauid, Pater meus & mater mea dereliquerũt me, dominus autem aſſumpſit me. Multorum indolem filiorum, & uirtutum ſemen mentibus inſitum, parentum blanditiæ extinxerunt, ſicut ex diuerſo molliciem ſæpè diſcuſſit orbitas ac paupertas. M. Quo deuenient opes. R. Vnde uenerunt reuertentur. hoc eſt ad fortunæ manus, inde curſus ad alios atque alios abituræ, apud neminem diu manſuræ. Vagæ ſunt enim, ſtare neſciunt neque ſine myſterio. Rotundam nummi formam opinati ſunt, ſed uolubilitatis indicium eſſe dixerunt quidam facetè non inficior, ſed non minus triangularis, aut quadra

uolubilis

uolubilis haberetur, quod attinet ad diuitiarum fluxum, quarum natura eſt labi aſsiduè ac uolui, odiſſe unius ſeras arculæ, crebris ac uarijs poſſeſſoribus delectari, ſiue ut rubiginem motu uitent, ſiue ut fallant circuitione quàm plurimos, ſiue ut cum dominis ſuis de inſtabilitate contendant. Hanc tu igitur moriens, uel uiuenti ſuperuacuam curam pone, quin ſi locuples moreris, agnoſce fortunæ fidem raram, & uſque ad exitum euita diuitiaſq; iam tibi non neceſſarias alijs linque. At ſi pauper expeditus proficiſcere, ſeu ingentes, ſeu exiguæ, ſeu nullæ opes tibi fuerint, modicum ad te olim, poſt hac uerò nihil ad te pertinet, niſi quod inopem uixiſſe ſecurius, quando laborioſa hæc uitæ uel præſidia, uel tormenta morte quoq; ſollicitant. M. Quid erit de filijs. R. Erit ubi uiuat tuum nomen, ſi ſint boni ſi qua ea conſolatio mortis eſt, non totus interijſſe uideberis, in illorum uultibus inq; actibus te ſibi redditum amici credent & gaudebunt, at ſi mali, eſt cur cupidè deſeras, quos corrigere nequiuiſti, & corrigendos ac domãdos mundo tradas ac fortunæ, neúe illos moriens ſuſpires, qui te mori ſegnius ſuſpirant, & fors ocius mortuum ſuſpirabunt. M. Quid de opibus. R. Times'ne à te dimiſſæ non ſint dominos reperturæ? expectantur, exoptantur, æſtimantur, neque tàm de contemptu quàm de certamine metuendum, proinde iam nunc hæ diuitiæ tuæ eſſe deſinent, cuius autem ſint futuræ, quid filios aſpicis? ſciri autem non poteſt quidem nec oportet, ſat eſt ſcire tuas fuiſſe ſi fuerunt tuæ, & non potius illius rerum dominæ tranſeuntium atque mortalium quæ fortuna dicitur, ſed ſic tuas dico, hoc eſt tibi ad breue tempus obſecutas, iam uerò tempus eſt abeundi cedendiq́ue alijs, ſine illis parumper obſequantur, & uiciſsitudinem ſuam ſeruent, niſi ambitiosè mori (& quod ſtulti quidam fecère) tua tecum tumulo uis inferri, quandoque ſepulchrorum effoſſoribus profutura. Denique iam terræ metalliq́ue curam proijce, cœlum tandẽ teq; ipſum cogita. M. Opes meæ fugiũt à me. R. Putabas ne manſuras cum fugeret uita, cum tu ipſe continuè rapereris. M. Quid de opibus meis erit, poſtquam meæ eſſe deſierint? R. Quid de eis erat, antequàm tuæ eſſe inciperent? M. Opes tantas linque nudus abiens. R. Nudus intraſti, nudus egredere, non eſt quod quæraris, ſed eſt unde gratias agas. Alieni uſus medio tempore tuus fuit, nil tuum tibi præripitur, ſed expleto uſu repoſcitur alienum. è uicinia migrantes aduenæ ultrò, ſiquis eſt pudor, commodata uaſa reſtituunt. M. Heu nil tantis ex opibus mecum fero. R. Aufer quantum attuliſti, uel ſi maius, quantum reges auferunt. M. Quid impuberes nati agent? R. Adoleſcent ſi uixerint ac ſeneſcent, & ipſi ſuas agent uias fortunamq; ſuam, & labores uitæ obibunt, interim ſub tutela Dei erunt, & tu forſan ſine patre impubes uixiſti.

De moriente anxio, quid uxor eo mortuo ſit actura:

Dial. CXXVIII. ME.

QVid dilecta uxor poſt me faciet? R. Nubet forſitã, quid ad te? M. Quid faciet chara uxor? R. Tuo iugo abſoluta, uel ſubibit aliud, uel libera ceruice uagabitur, uel iam feſſa ſubſiſtet, & quietem ſola meditabitur. M. Quid aget uxor amantiſsima? R. Quid cum te euaſerit actura ſit cogitas, cum tibi ſubiecta quid egerit neſcias? magna pars mortalium quid domi ſuæ fiat neſcia, quid in cœlo agatur, quidúe in terris ſit agendum quærit, ſanè quid deinceps agat uxor, ipſa eadem uel maritus alter uiderit, ad te amplius cura iſta non pertinet. M. Vereor ne poſt meum obitum nubat coniunx. R. Quædam uiuentibus uiris nubunt, fecit hoc, apud Hebreos Herodias, apud Aphros Sophoniſba, apud Romanos Martia & Liuia, quamuis has duas uirorum cõſenſus ac iuſſus excuſet, tuæ uni uiro licet mortuo nubere non licebit? at qui paucæ uiuis cõiugibus fidem præſtant, tu gelido etiam cineri fidem poſcis? ſi fida tibi uſq; ad diem uitæ ultimũ uxor fuit, quid ni, totum coniugalis fidei munus impleuerit? M. Ne ſecũdo uxor nubat metuo. R. Ne primo nuberet, magis forſitan metuendũ erat, id ad te pertinuit, hoc ad alterũ pertinebit, ſic eſt autem, metuenda cõtemnitis, ſpernenda metuitis, nil in rebus iuſto pretio æſtimatis. Martialis thori duellum ſecurus intraſti, non cogitans quid periculi adires, id intrarẽ alium times? M. Nollem fateor uxorem alteri nubere. R. Perfectè quidẽ pudicitiæ, ſecundæ nuptiæ quantum licet fateor uitandæ ſunt, ſed uitanda magis periculoſa ui-

duitas, eſt ubi nubere non tantum permittitur, ſed oportet. Difficile eſt formoſam ſolam caſtè uiuere. M. Dulcis alteri coniunx nubet. R. Raræ ſunt earum etiam quas honeſtas dicunt, quibus non ſuper præſentem coniugem, alter iam animo deſponſatus ſit: Mortalis mihi inquiũt uir eſt, quid ſi hic obeat, num ille mihi aut ille erit aptiſsimus, quem nobilitas, quem gratia, quẽ facundia, quem forma cõciliet. M. Vxor mea nubet alteri. R. Tua quidem uxor minimè, ne tua enim ſit amplius mors faciet, nec mirabere ſi coniuges ſeparat, quæ corpus atque animæ uincula diſſoluit. M. Nubet iterum uxor mea. R. Et Romanorum cæcum nupsêre iterũ uxores, fer communem cum maioribus fortunam. M. Nubet uxor alteri. R. Et Romani duces, & principes uiduas duxêre, & ſanctiſsimus rex Dauid uiduas duas in coniugiũ duxit, quæ minorum fuerant uxores, & fortaſſe re maior aliquis tuam ducet, hanc tu illi, tum linque ſollicitudinem, qui eò pergis, ubi non nubitur. M. Nubet alteri dulcis uxor. R. Si meliori nupſerit, gratulare proſperitati eius quam amaſti, ſin peiori, gaude ſaltem quod tu illi notior chariorquè futurus ſis. Multæ primos uiros noſſe, ac diligere ſecundo demum matrimonio didicerunt.

De moriente ſollicito, quid poſt ſe patriæ euenturum ſit. Dial. CXXIX. ME.

QVid poſt me de patria mea erit. R. Bonorum omnium patria una eſt, & malorum altera, harum cui te aſcribi in ciuem feceris uideto, tertia enim patria nulla eſt, ſed diuerſorium aut trãſitus. M. Quid de patria mea erit. R. Patria illa quàm petis, uno ſemper in ſtatu eſt, iſta quam deſeris (quod ſæpè iam diximus) non patria ſed exilium tuum fuit. M. Quid patria poſt me aget. R. Regia cogitatio eſſe ſolet, quid poſt ſe regnis atq; urbibus euenturum ſit, qualem fuiſſe legis aut magno illi regi Aſſyriæ, aut Romano illi principum maximo, priuatam fortunam hæc cura ſupereminet. quando uerò ad ultimum ſic affectus es, ut illam miſeriæ officinam, atque illud hoſpitium doloris. ubi rapidum uitæ, tempus multis in laboribus, ne dicam gemitibus exegiſti, patriam nunc etiam tuam uoces, & uis ſcire quid actura ſit, dicam faciet nempe quod fecit, & quod faciunt aliæ. at quid inquies? Tumultuabitur, diſsidebit, nouarũ rerum ſectabitur & partium ſimultates, mutabit dominos, innouabit leges, utrunq; ſæpè in peius, in melius raro. calcabit præterea egregios ciues, attollet indignos, pellet immeritos, prædones ærarij colet, blandos diliget: ueridicos oderit, bonos ſpernet, uenerabitur potentes, libertatis hoſtes adorabit, defenſores Reipub. perſequetur, flebit ac ridebit inaniter, aurum gemmaſquè mirabitur, uirtutes abijciet, amplexabitur uoluptates, hi ſunt mores urbium. Nemo tibi certus non horum uates fuerit, niſi qui ſemper rure uixerit, uel obtuſis auribus ac oculis urbes intrauerit. M. Quid poſt me patriæ accidet. R. Quid ſollicitus, quid tie anxius es, quicquid patriæ acciderit, tua iam domus ab incendijs, à furibus, à ruinis tuta erit. nihil ad te peſtilens annus, nihil annus exuberans, nihil æſtus, nihil ſiccitas, nihil imbres, ac grandines niueſq; & glacies, & nimium gelu, nihil feræ uel uolucres, nihil brucus aut locuſta, nihil denique terræmotus ac fremitus procellarum, nihil annonæ caritas, nihil hoſtium incurſus aut bella ciuilia. M. O' quis patriæ ſtatus erit, ſeu quis demum finis. R. Quis putas, niſi qui maximarum urbium fuit, qui omnium erit puluis, cinis, ſparſi lapides, nudum nomen, poſſem id innumeris argumentis oſtendere, ſed rem tenes. Ad ſummam, nil ab homine ſit æternum, nil humanum præter animam immortale. ſcepra deſinent, fata deficient, ſtructa ruent, quid plus æquo angelis, quid æſtuas, ſi in cœlo eris, & hoc ipſum & mortalia cuncta deſpicies. nam qui ad inferos deſcendunt, charitate amiſſa Deum atque homines, deiq; opera ſimul atque hominum odiſſe credibile eſt.

De ſtudio famæ anxio in morte. Dial. CXXX. DO.

QVid de me poſt fata dicent homines. R. Intẽpeſtiua ſollicitudo hoc à iuuentute prouiſum eſſe debuit, qualis ferè uita hominum, talis eſt fama. D. Quid de me loquentur.

loquentur. R. Quid reſpondeam, niſi illud doctiſsimi atq; omnium eloquentiſsimi Ciceronis. Quid de te alij loquantur ipſi uiderint, ſed loquentur tamē. ſermo autem omnis ille anguſtijs cingitur his regionum quas uides, nec unquam de ullo perennis fuit, ſed obruitur hominum interitu, & obliuione poſteritatis extinguitur. D. Quid de me dicent homines, qui poſt me naſcentur. R. Dicerem aliter iſta quam Cicero, ſi melius dici poſſe crederem, Quid autem, inquit, intereſt ab his qui poſtea naſcentur ſermonem fore de te, cum ab his nullus fuerit, qui ante te ſunt nati. Vnum addidit, quod nunc forſan dubitabile, forſan falſum, nunc certiſsimum & abſq; ulla prorſus hæſitatione ueriſsimum eſt, qui nec pauciores, inquit, & certè meliores fuerūt uiri. Nam quis eſt, oro iam qui dubitet, nunquam quales fuerint futuros homines, ita in peius inclinata ſunt omnia ruinæq; proxima, cura ergo mirabilis, ignotorum atq; imparium dicta metuere, cum excellentium ac uotorum opiniones ac uerba contempſeris. D. Quæ mihi fama erit extincto. R. Facilè melior quàm uiuenti cum ſiluerit liuor, rarò enim uitæ hominum ſuperſtes inuidia eſt, ut autem uirtus radix eſt gloriæ, ſic deceptrix inuidia, utq; liuidus pollex præſens impedit, ſic amotus ueræ laudis reſtituit incrementum, itaq; multis buſti limen inuidiæ in acceſſum, magnæ gloriæ ueſtibulum fuit. D. Quantum me longa manet fama. R. Longa forſitan, ut uos longum dicitis, uerè autem apud uos nihil eſt longum, ut uerò non modo lōga ſint omnia ſed æterna, ſola uirtus efficere potens eſt, præcipueq; iuſtitia de qua ſcriptum eſt; In memoria æterna erit iuſtus. quod ut potuit poëta ueſter expreſsit, ubi ait:

ſed famam extendere factis
Hoc uirtutis opus eſt.

D. Quali poſt obitū fama ero. R. Quid refert quale ſit, quod mox uel neſcies uel contemnes, quid ad te hominum flatus, dum tu flatu cariturus ſis, Spirantē ueſci delectariquè auris non miror: at defunctū ſtupeo. D. Quid de me poſt obitū dicetur. R. Et quid putas, niſi quod mereberis bonum, malū, multū, parum, nihil in quibuſdā mendax, ſed in pluribus uerax fama eſt: alioquin longa utiq; non eſt, diuturnitatis fundamentum ueritas ruinoſum atq; imbecille mendacium. D. Qualis mihi poſt exitum fama erit. R. Qualis ante exitum fuit uita, nec minus in exitu, de hoc ergo tempus omne præteritum, ſed in primis præſens hora uiderit, ſic enim habeto, quali quiſq; dignus ſit fama, poſt mortē nulla re melius quàm morte cenſeri. quippè cum multos per omnem uitam inglorios, & obſcuros ſola (dictu mirabile) mors illuſtrat.

De moriente ſine filijs. Dial. CXXXI. DO.

SIne filijs morior. R. Eo alacrior mori debes atq; expeditior proficiſci, nil poſt tergum linquens quod te uellicet. Ille ingens morientium dolor ceſſat, ex commiſeratione oriens, deſerendæ prolis immaturæ præſertim, & paterno præſidio indigentis, perq; ætatem inopiamquè conſilij & iniurijs & caſibus multis expoſitæ. D. Nati quos optabam ſperabamque ſuperſtites præceſſerunt. R. Habes ad quos ire cupias, non à quibus doleas abire, non exiguum ſolamen. D. Mors acerba, filiorum orbus ut moriar cogit. R. Hoc ſi miſerum cenſes, quid eſt quod uel orbum mori cogat, uel uixiſſe coëgerit, cum unde tibi filios eligas ingenuorum iuuenum tanta ſit copia, eò fortaſsis obſequentiores & tui amantiores habiturus, quàm quos tuo de ſanguine genuiſſes, quàm illos caſu quodam, hos certo iudicio qua fuiſti filij illi antequàm noti, hi autem noti & dilecti & delecti antequàm filij. Itaque totum illi hoc naturæ, hi beneficio tuo imputent, quod filij tui ſint, unde fit ut ſæpè hæc fuerit fauſta ſucceſsio, cui tuto non mediocrè tantum patrimonium, ſed ſummum imperium crederetur. Noſti ut Iulius Cæſar prole carens, ſibi Auguſtum, ille Tyberium penè inuitus quidem, ut poſt Nerua Vlpiū Traianum, ille Elium Hadrianum, ut is rurſus Antonium pium ille Marcum Aurelium ſibi filium fecit, feciſſetquè ille alium quemcūque felicius quàm Commodum genuiſſet, nulli Commodum, cunctis incommodum unicum tanti patris infortunium, unumquè ex paucis Romani Imperij probrum, ingens atque apertiſsimum argumentum, quanto adoptio ſit fœlicior genitura, quod cū primi ex ordine diu ac fœliciter imperaſſent, hinc tātorū ueſtigijs ducū ſpretis,

iter

iter deuium ingreſſus, breui & turpi non imperio ſed tyrannide, cum Rempub. fœdaſſet miſero quidem, ſed ſe digno fine procubuit, publicumque ludibrium in ſe uertit: iam inde præterea, ante hos longè ſecundum illud fulmen belli Punici, malleumque Carthaginis Aphricani illius magni filius, in decus gentis aſſumpſerat, hoc ſcilicet fato, ut quā urbem auus concuſſerat, hanc nepos eius euerteret, ut Florus ait hiſtoricus, ex Aemilia in Corneliam familiam translatus, utriuſque decus ultimum fateor non minimū. Ex his uides, quod nec tibi nec principi deeſſe filius poteſt, quodque eſt optimum, bonis bona non deſit electio, quæ ſi adſit, talem ſibi fortaſſe filium dabit, qualem non dediſſet uxor, & uotiuū matrimonij effectum, coniugabibus expeditus uinculis inuenies, ſic naturæ defectui lex prouidit. D. Quomodo nunc domui meæ diſponam, orbus morior? R. Magnam uerò pietatis, magnam laudis oblatam, tibi ne reſpuas materiam, & quod filijs forſan ingratis ac uel malè cumulaturis, uel quoniam uterque mos eſt, in uſus peſsimos uerſuris, breuique omnia profuſuris conferre decreueras, confer honeſtius, confer utilius, confer ſtabilius. Pergami quidem rex Attalus, P. R. nec egentem certè, & Aſiaticis profectò diuitijs corrumpendum teſtamento ſibi hæredē fecit. ego tibi alium populum, quem inſtituas oſtendam. Hinc te amicorum, hinc egentium turba circunſtant, ex utraque tibi filios adoptare permitteris, quorum alij te digreſſum dulci ſecum commemoratione detineant, alij te quo pergis pia precum feſtinatione præueniantur, ut quæ hic erogaueris, illic centuplicata reperias, fœnus uberrimum certiſsimumque uiaticum iter iſtud acturis. D. Morienti mihi nullus eſt filius. R. Quid ſi multi eſſent, an ex his tibi, ſeu cuſtodem domus ac pecuniæ, quæ tua certè amplius non erit eligeres, ſeu in prælio mortis athletam ipſum quoque mortalem, ſeu denique comitem ad ſepulchrum, ultra enim nec te tui quidem comitentur, nec Metellum ſui. Breuis à lectulo mortis ad ſepulchrum uia eſt, quid refert an hic ſolus iaceas, an ibi? Friuolæ prorſus & ineptæ cauſæ filios optandi: nam ſi in illis ut uulgò dicitur ſeruari ac perpetuari tuum nomen optabas, ipſe quoque uulgariter fallebaris. Siquidem filiorum obſcuritas, profectò creberrima nec illuſtrare ipſa, utique nec ſeruare paternum poteſt nomen. At perrara filiorum claritas, ut ipſos ſemper filios claros facit, ſic parentes interdum uicinitate ſua contegit obſcuratque, quaſi minora ſol ſydera, quod nuſquam euidentius quàm in Iulij Cæſaris patre cognoſcitur, quem penè ignotum filij ſplendor ſecit. Et ad ſummam, quiſquis in filio ſui nominis ſpem reponit, rem pertenuem labilemque in uaſe fictili locat ac ruinoſo, quodque eſt incōſultius non ſuo, rem maioris apud uulgus, quàm apud doctos pretij, neutris tamen contemnendam, ſed cum honeſtius, tum certius locandum in ſuis incorruptibilibus uaſis, ac ſolidis in uirtute propria, in rebus geſtis in literis. D. Sine natis morior. R. Non ſunt in quos tuæ ſeſe ſpargant curæ, in te uerſæ omnes, quo inſtructior liberiorque digredere, te unum reſpiciens, te metiens. Sis quàm miſer & quàm fœlix moriare, nec incertus morieris, an uel miſeriæ ſit addendum uel fœlicitati detrahendum tuæ, aliena ſeu turpitudine ſeu fortuna. & ſi enim alijs aliter uideatur, in quorum ego ſententiam ſum pronior, ut magnis tamen ſcimus uiſum eſſe Philoſophis, filiorum euentibus imminuitur paterna fœlicitas. Imbecille bonum, quod in craſtinum prominet, & pendet ex altero, quod ſi opinionem hanc admittimus, quid hinc ſit intelligis, dubitare enim nequit quin multi fœlicius obituri fuerint, ſi ſine filijs obijſſent.

De moriente, qui metuit inſepultus abijci.
Dial. CXXXII. ME.

INſepultus abijciar. R. Alitibus inuides, an feris, an piſcibus, nam ſi metuis tibi baculum ſeu cuſtodem iuxta te poni iube, quo à cadauere depellantur. M. Ludis in malis meis, nam profectò nihil ſentiam. R. Quid igitur times, quod non ſentias? nam ſi ſentias probes, ſentientem enim ſepelire necare eſt. M. Inhumatus iacebo. R. Tu niſi te tellus preſſerit illam premes, te niſi terra contexerit, cœlum teget. Notum eſt illud:

Cœlo tegitur qui non habet urnam.

Illud

Illud quoq; nociſsimum: *Facilis iactura ſepulchri.*

Facilis inquã ſic, ut nulla facilior. M. Inhumatus ero, graue dictu. R. Dictu neſcio, re autem profectò leuiſsimum multoq; tolerabilius ſepulchro exui, quàm domo quàm lodice quàm ſagulo. M. Inhumatus ero, fœdum uiſu. R. Fœdum fortaſſe alijs, tibi autem nihil minus, omnẽ quidem ſepulturam non niſi uiuorum cauſa inſtantiam eſſe doctorum, omnium auctoritas & res ipſa cõſentiunt, idq; ſic eſſe ſepulchrorũ ſpecies indicio eſt. quæ introrſus inculta & horrida, rude incolis ſuis ſaxum obijcit, exterius multa impenſa & artificum ingenio elaborata marmoreas ſpectantib. atq; aureas prætẽdit imagines. M. Inſepultus ero, turpe aſpectu. R. Parũ ne oro negocij tui habes, ni ſuſcipias alienũ, prouideant quos res tãgit, hanc tu enim turpitudinẽ nõ uidebis. M. Inſepultus linquar, miſerum. R. Et magnus Põpeius tantus uir inſepultus iacuit, immò nec iacuit, ſed iactatus eſt fluctibus obrutuſq;. neq; adeò te delirum reor ut opinione tua factus ille fœlicior ſit ſepulchro, ſicut nec collega eius Marcus Craſſus infœlicior, quod qui eum ſepeliri iuberet nemo affuit. In reliquis enim penè pares exitu fuère, niſi quod Craſsi caput ut ditiſsimum auariſsimumq; omnium decebat, auro grauius fuit ſeruatum, tamen utrumq; ludibrio, niſi fortè tertius horum collega fœlicior, quod altiſsimi atq; pulcherrimi Coloſsi ſitus in uertice oſtenditur, celſa etiam templa deſpectans, bello quidẽ fortunatiorem fateor, buſto negem. ſic hoc ſaxum illo pulchrius, fateri oportet non fœlicius. quæ enim iſta fœlicitas non ſentientis ſeu ſaxi, ſeu ſaxo abditi. Alioquin ſi ſepulchro fœlix, ſit nemo fœlicior Mauſolo. M. Inhumatus ero. R. Inhumati eſſent Paulus Aemilius & Claudius Marcellus tales uiri, niſi hoſtis illos infeſtiſsimus ſepeliſſet, admiratione uirtutis, niſi fallor, & uerecundia uictus non pietate ulla, quæ in illius uiri præcordijs nulla fuerat. ut ſepulturã ego illam penè inuiſam futuram ipſis arbitrer ſepultis, & ſi eis optio data eſſet, inhumatos ſe iacere maluiſſe. Inſepultus quoque Cyrus iacuit Perſarum rex, neque id ſibi, neque uter Scythicus infamiæ fuit, ſed cruenti mores, quibus acerrimam illam exprobrationem iniuriamq; promeruit: quid uerò nunc ſingula nuda cadauera colligo, & uel Romanos principes uel externos reges, non ſolum ſepulchri ultimo & optato quidem, ſed inani honore ſpoliatos, quin etiam laceratos diſcerptoſquè & membratim ſparſos, ut inuidioſum diceres integro cadauere iacuiſſe, cum obſeruentur animis inhumatarum ſtrages gentium, atque ut ita dixerim, inſepultus orbis. nempè cum ipſo quem dicebam Cyro, ducenta Perſarum millia, & cum Craſſo ſexdecim florentiſsimæ legiones, & ad Cannas Romanorum ciuium ac ſociorum octoginta quinque, & eo amplius millia, quinquaginta ſex millia Pœnorum, Hiſpanorum, Ligurum, & Gallorum ad Metaurum amnem, ipſo cum duce hoſtium & ad aquas Sextias, id eſt loco nomen, ducenta Theutonum haud procul ab alpibus, utrobique duce Mario, cẽtum quinquaginta, ut quidem ſunt auctores, & qui minus dicũt ſexaginta non amplius Cimbrorũ millia inſepulta iacuerũt. Apud Philippos uerò regum gentiumquè omnium auxilia, & Italici ſanguinis flos uigorq; ſic placitum ſuperis, hoc ſepulchro carentes, campos Hemonios feraſquè & uultures impinguarunt. Quid ad Aegeates inſulas deleta Carthaginenſium claſsis? quid Maſsilientium antè portus ſui hoſtia, inquè ipſo fidelis patriæ profectu? quid (ne ſemper Italos labores loquar) claſsis Athenienſium, antè urbem Syracuſiam demerſa, quale habuit ſepulchrum? ſileo Salaminam & Marathonem trecentaq; millia illic fuſa Perſarum, & ſi alij duplo amplius dicãt. Tranſeo Hebræorum conflictationes, Scytharumq; & Amazonidum Arabumq; & Parthorum prælia, & Medorum. Prætereo Alexandri Macedonis in oriente uictorias ſtragéſquè illas inermium populorum, peſtes taceo, tales ſæpè, ut cadauer charum licet abſtraxiſſe, parumper pietas fuerit: incurſus quoque ſerpentum atque immanium belluarum, quarum impetu Dicearchus docet, ut ait Cicero, quædam hominum genera eſſe conſumpta. Tempeſtates præterea & quotidiana naufragia, nam qui flammis pereunt, non egentes buſti dixeris. omitto furores domeſticos inteſtinamq; miſericordiã, de qua dictum eſt, Belli ciuile ſepulturã uix ducibus præſtare poteſt, quod de externo uerius etiam eſt bello. Nec ruinas urbium ſequor, Troiæ, Hieroſolymæ, Carthaginis, Corynthi, Nu-

mantiæ

mantiæ ac Sagunti, aliarumq́ multarum, ubi magna pars ciuium muris oppreſſa, labentibus & ſic patriæ conſepulta eſt. Mitto deniq́ terræmotus, quibus multi ſæpè mortales, obruti, pro ſepulchro totum terræ matris uterum habuerunt, quod cũ olim nuperq́ crebrum malum fuerit, diuerſis in locis, nuſquam tamen quàm in Aſia inſignius, ubi duodecim urbes uno die horrificis terræ hiatibus hauſtæ memorantur, hæc tàm multa dixerim, ut ridiculum tibi metum eripiam, qui morte magis, damnum metuis ſepulchri, atq́ illud huic uni corpuſculo deeſſe fers grauiter, quod tàm multis hominũ & bellatorum, & quod fuit indignius, ſanctorum inſuper millibus defuiſſe compertum eſt. M. Defuncto mihi terra negabitur prædurum. R. Non id durum, ſed tu mollis, qui nec ſentiens lædi quæras. M. Mortuo mihi terra negabitur indignum. R. Quid ita, illa'ne tibi igitur, an tu illi debitus? atqui terra tibi fortaſsè negabitur, non tu terræ, poterit buſtum tibi caſus aliquis, uel iniuria hoſtilis eripere. Tu è terra ueniens in terram redeas oportet, id tibi domini tui ore prædictum, falſum eſſe non poteſt. M. Non me gremio tellus teget. R. At tu illam teges nudo corpore, quid ad te, plus hoc poſt mortem pertinebit, quã nunc pertinet, ubi olim unguium aut crinium excrementa, ubi febris erutum ſanguinem, ubi denique puerilis tunicæ, ſeu faſciæ infantilis fragmenta dimiſeris? An oblitus es Theodori Cyrenei, apud Tullium elegans reſponſum, cui cum Lyſimachus rex mortem crucis, ut auguror minaretur? Iſtis, quæſo, inquit, iſta horribilia minitare, purpuratis tuis, Theodori quidem nihil intereſt, humi'ne an ſublime putreſcat. te niſi tellus ſinu excipiat ac ſuperficie ſuſtinebit, hinc te gramina ueſtient, hinc ornabunt flores læti hoſpite, hinc te imbres madefacient, hinc ſol uret, hinc glacies ſtringet, hinc mouebũt auræ, & fortaſſe naturalius fuerit, ut compactum ex quatuor elementis corpus in totidẽ reſoluatur. M. Inhumatus linquor horridum auditu. R. In opinione horror non in re, quandoquidem apud alios horridũ terra tegi, pulchrum igne conſumi, quod maioribus ueſtris uſum ſcimus, apud alios pulchrum à feris aut canibus laniari: innumeri de hac re ſunt gentium ritus, quos curioſius à Criſpo collectos ſtrinxit Cicero. Tu nuda iacebis humo, aſt illum premit lapis horridus, illum putres glebæ obruet, illum merſum uoluent undæ, illi uenti pendulum agitabunt, grando feriet, lacerabunt corui, demum precioſiſsimè conditos ac uelatos purpura, uermes rodent, quid nam uerò habet amplius qui marmore tegitur, atq́ auro, quàm qui flens apud Poëtã ait:

Nunc me fluctus habet, uerſantq́ in littore uenti?

Et ſi ille erroris publici morem ſequens, inijci ſibi terram oret, niſi forte nunc etiam fabulis acquieſcis anilibus, centum annos errare animas inſepultorum hominum circa tartarei amnis ripam, quas ſana utique ac religioſa mens reſpuit. M. Buſtum mihi patrium eripitur. R. Patrius ceſpes ſi relinquitur benè eſt, habens quod tibi Phocion uir magnus inuideat, quem ciuem de ſe aliter meritum, ingrata Athenarum urbs, defunctum quoque ſuis finibus expulit, inaudita crudelitas. M. Inſepultus abijciar. R. Age res tuas, curam hanc relinque uiuentibus.

FRANCISCVS PETRARCHA PHILIPPO HIEROSOLYmarum Patriarchæ, S.

NIſi tandem tibi Pater expetitum ſæpè promiſſumq́;,ſed uides,dilatum mul-
tis annis opuſculum,cum nempè olim ſolitarius,& tu ruri in ſilentio ocio
ſus & tranquillus agerem propè felicem uitam ſi diuturnior fuiſſet, neſciẽ
autem incomitata ſolitudo eſſet,aut iners ocium,quotidie noui aliquid me
ditarer aut ſcriberem,contigit ut duo mihi libelli, totidem continuos per
annos,in diebus quadrageſimæ,& ſacro tẽpori,& loco illo tuo & ſtatui meo
ex parte conuenientes occurrerẽt,de Solitaria alter uita, alter de Ocio religioſo. primùm tibi
inſcripſi, illorum tunc locorum Præſuli, quod eiſdem ortus in finibus, unde origo tibi eſſet
ac dignitas,nulli alteri tàm debitus uideretur, neq; ex illo unquam fuit hora,qua,non dicam
me iudicij pœniteret,ſed uel tenuis hæſitatio,ut fit,nouæ cuiuſpiam deliberationis ambiguita
te ſuſpenderet. Cur igitur antè non miſerim quod & tuum erat,& alterius eſſe nec poterat,nec
debebat,ſi me rogas,dicam. non una quidem differendi,ſed plures fuerunt cauſæ,occupatio
mea ingens ac perpetua,item tarditas quædam expediendarum rerum animo inſita, utraq; ti-
bi cauſa notiſſima, qua niſi uiciſſet interdum amicorum feruor,quibus animo aliquid negan-
di,nec mens fateor,nec frons mihi,nec lingua eſt,& ardentibus pretium inſtantijs algẽtis ani-
mi glaciem reſoluiſſet, multa hodie à ſcholaſticis quæ leguntur mea,ſparſim atq; diſcerptim,
melius latuiſſent. quamuis ego illa ut ſunt,non mea quidem,etſi domi meæ nata profitear,ut
qui ea poſtmodum partim aliam in faciẽ relecta ſimul & collecta redegerim,partim uerò pror-
ſus abdicauerim,& pro exercitio pruriẽtis ingenij,dudum mihi iuueniliter elapſa proiecerim,
de quibus Lector uiderit. ſenſi enim illa nonnullis gratiora,quàm quæ maturius digeſſiſſem,
mulierum more prægnantium,quæ acerbitatibus delectantur,quorum guſtui non obluctor,
de me autem teſtor, Nihil quidem,cui non ex propoſito ſubſcripſerim ſeu præſcripſerim me-
um uoco,neq; enim quod quiſq; loquitur ætate qualibet aut cauſa,quando aſsiduè res rem, ſer
mo ſermonem,affectus affectum trudit,mox in fidem promiſcuè trahi debet. alioquin nemo
fermè mortalium erit,qui non milies dixerit quid retractatum,quidùe non dictum uelit.

Acceſsit ad cauſas,mora ſcriptorum, perfida ſemper inertia inersq; perfidia, qua quantum
deluſus ſim tuo metieris augurio: Ego enim memoria non amplector, ſed omiſsis ueteribus
querelis,hoc ipſum decies uel eò amplius ceptum opus,breue licet,fidus tandem uix explicuit
ſacerdos quidam,litera non tàm anxiè exculta,quàm noſtrę atq; omni ætati niſi fallor idonea.
Adoleſcentia enim cunctis ſuis in actibus improuida,& inſulſa miratrix inanium, cõtemptrix
utilium,perexiguis atque compreſsis,uiſumq́; fruſtrantibus literulis gloriari ſolita eſt, aceruãs
omnia,& coartans,atque hinc ſpatio,hinc literarum ſuper literas,uelut equitãtium aggeſtio-
ne confundens,quæ ſcriptor ipſe breui poſt tempore rediens,uix legat, emptor uerò non tàm
librum quàm libro cæcitatem emat. Hoc tu igitur qualecunque eſt, non modo patienter ut
te noui,ſed cupidè etiam accipies ac lætè, dilationemq́; ipſam iam decennem,boni conſules,
quæ tibi uoluptatem eximiam,quàm ex literis primam ſumis,in hũc diem tanto lapſu tempo
ris,indecerptam atq; integram præſeruarit. Vileſcunt properata,ſed dilata dulceſcunt,ſpes,a-
mor,expectatio, difficultas,condimenta ſunt uoluptatum.Nil facilè pretioſum,& quæ in pre-
tio habentur,ſi quæſitu facilia eſſe incipiant,prætium amiſerunt. Iocor tecum Pater optime,
quodq́; inuitus & coactus feci,atq; unde petẽda eſt uenia,uertere nitor in gratiam,& tibi impu-
to,quo te offendi forſitan uel certè alium offendiſſem.orandum potius ut ignoſcas,neq; rem
minimam tàm diu expectatam ægrè feras . impedimentorum memor,quæ paſsim conſilijs atq;
conatibus hominum intercurrunt.unum hoc ſub fine dixerim quo excuſer,non tàm tibi qui
facti cauſam planè uides,quàm mirantibus,ſiqui erunt,in primordio tibi deſtinati operis,non
præſens Patriarchæ nomen,ſed Epiſcopi : neq; hanc tuam nouam, ſed antiquam illam appoſi-
tam di-

tam dignitatem. Et ſi enim hac illuſtrior atq; altior ſis, illa tamen rebus accommodatior, atque aptior uiſa eſt, quarum libro illo memoriam feci, quē in rure tunc tuo me dictaſſe, prima eius in parte præfatus ſum, in parte ultima, ut uicini ruris ad ſolitudinem ac ſilentium te inuitans, ubi multa ſunt propria illius tantùm ſtatus ac temporis, uſqueadeò, ut ſi ad hunc tuum ſtatum ac titulum transferantur, aut mutanda ſtili portio, aut delenda aut certè ſi maneat in ijs ſaltem illorum mentio ſit habenda & uel demenda operi, que de te, tuiſq; de locis ſcripſerim, uel addendum, quid tunc fueris dum ea ſcriberem, quæ poſtea uariaſſent, ne qua rebus inſit obſcuritas, quo minus intelligar. Hieroſolymitano etenim Patriarchæ quātuis ſolitario, quid cum uera in ſede quàm tenebas me ſcribente, quidue cum illo quid tunc incolebā rure negocij eſſe poteſt: quid Clauſa cum ualle, & non cum ualle Ioſaphat? quid demum commune cum Sorgia & non potius cum Iordane? Poſſent hæc nomina ignarum rei lectorem in ſtuporem agere, cui cum in ueſtibulo operis Cauallicenſis Epiſcopus Phœniceis literis inſcriptus occurrerit, cuncta conueniēt, nilq; erant ambigui aut perplexi, quem ſi poſt id tempus aſcendiſſe cognouerit, tarditatem mirabitur, non aſcenſum. denique pristinum illud nomen abradere parui Epiſcopi; ſed ingentis uiri non ſuſtinuit manus, quod inſigni totiens honeſtauit Epigrammate, quid ad huc mihi prædulciter ſonat, ſub quo & multa diuerſis à me ſcripta tēporibus, nominatim liber ille, & ego tibi familiaris effectus, multos tecum in tua illa parua quidem ſed honeſta ciuitate, inque illo tuo rure inopi, ſed quieto, lætos ac placidos dies egi, ſub quo nomine multa ad te familiariter ſcripſi, quæ mutari iam non poterāt. Stet igitur nomen Epiſcopi, ne ſi mutatum fuerit, citò etiam ſit mutandum Patriarchæ nomen. aſcendiſſes enim pridem altius, niſi ætati noſtræ diſsimiles, tui tibi mores obſtitiſſent, at deinceps ſub hoc optimo extimatore meritorum, niſi ſpes animū fallit eueniet, ut nec liuor alienus, nec tua tibi obſtet humilitas, & neceſſe erit, ut aſcendas, non pro tui quidem deſiderij feruore, quo præter Deum ac uirtutem nihil appetis, ſed pro eccleſiæ decore, proque tuo honorifico labore ac multorum requie. Viue fœlix & uale. Venetijs *VIII.* Idus Iunias.

FRANCISCI PEtrarchæ V. C. in Libros de VITA SOLITARIA,

Præfatio.

PAVCOS homines noui, quibus opuſculorū meorum tanta dignatio, tantusq; ſit amor, quantus tibi fidentiſſimè, non uidetur eſſe, ſed eſt, dixerim: nam neq; de ſincero & niueo candore tui pectoris, fictum fucatumue aliquid ſuſpicor, neque fictionem ſi qua eſſet, tamdiù tegi potuiſſe arbitror. Vt enim immortalis eſt ueritas, ſic fictio & mendacium non durant, ſimulata illicò pateſcunt, & magno ſtudio compta cæſaries, uento turbatur exiguo, & operoſè licet impreſſus fucus, leui ſudore diluitur, & argutum quoq; mendacium uerò cedit, coramq; preſsius intuente diaphonum eſt, opertum omne detegitur, abeunt umbræ, natiuusq; rebus color manet, & latere diutius magnus eſt labor. nemo ſub aquis diū uiuit, erumpat oportet, & frontem quam celabat aperiat. His argumentis inducor, ut credam, quod ualdè cupio (ſumus autem faciles ad credēdum quod delectat) poſſe tibi res meas Pater optime placere, quæ ut paucis placeant elaboro, quando ut uides, ſæpè res nouas tracto, durasq; & rigidas peregrinasq; ſententias, & ab omnia moderantibus uolgi ſenſibus atq; auribus abhorrentes: ſi indoctis ergo nō placeo, nihil eſt quod quæram, habeo quod optaui, bonam de ingenio meo ſpem. ſin uerò doctis quoque non probor, eſt fateor quod doleam, non quod mirer. nam quis ego, aut quid eſt, unde mihi in tanta præſertim uarietate iudiciorum interblandiar aut arrogem, quid nec Marco Tullio preclara illa cœleſtiq; facundia contigiſſe ſcio? cuius liber de Optimo genere dicendi Deus bone, quale quātum ex alto ſumptum opus, quid idem in epiſtolis indignanter attigit, Marco Bruto, ad quem & cuius precibus ſcriptus erat, erudito uiro licet & amico ſcribente non probatur, ut grauiora præteream, quæ ab illuſtribus quidem longè tamen

rem. en imparibus oratoribus, tantus ille uir patitur, Aſinio utroque & Caluo, qui eloquentiæ principi, libertate nimia in ſultant, & quæ cæteri mortalium mirantur uenerantur'q́, condemnant. quis tecum ſeu igitur ſtyli examen, ſibi commu nicet cum Tullio? Quanquam mihi quidem apud te nullus talis eſt metus, ut ſanè probet ego ſeu placeam tibi, non me me ruiſſe eſt, ſed uel ingeniorum ſimilitudo fortè aliqua, uel quod potius credo, & propius uero eſt, facit hoc ſingularis quidam & eximius amor tuus, non paruus hoſtis, recti iudicij. quis enim ualdè amans rectè iudicat? ſi cernere rectum et dicere uel cernere poſſet amor, cæcum cur finxiſſet antiquitas? at non ut cæcus, ſic & mutus, ſed perſuaſorum optimus, oſten dit ſæpius quod non uidet, ſæpè quod non eſt. Magna patris indulgentia nil ſibi non permittit, parcit filij defectibus, ſæpè etiam delectatur utcunque eſt. Siquidem in hoc erras, gaudeo, neque hunc errorem excidere tibi unquam poſſe uelim, glorioſum mihi, tibi delectabile, damnoſum nulli: ſin fortaſsè non erras, quod opto, quidem potius quàm ſpe ro, quid ni magis magisq́ gaudeam ac gratuler, & ipſe mihi tali ſim charior probatoriq́ iudicio? In dubijs nonne inl. quus ocij mei diſtributor fuerim, niſi rationem habeam illius, quem primum ſtyli atque ingenij miratorem habeo? Perfecto autem magnus teſtis Cato ille ſenior, Non minus ocij quàm negotij rationem, claris atque magnis ingenijs habendā eſſe: in primordio ſuarum ſcripſit Originum. quod dictum cum multis placuiſſe uideam, tamen præcipuè Cicero noſter amplectitur, magnificumq́ ſibi ſemper ac præclarum uiſum eſſe, in ea qua Plancium defendit oratione teſtatur. id mihi quoque, ſi uel pro ingenij mediocritate, uel pro non mediocri gloriæ cupiditate, ſi tamen hanc non dum freno animi ac ratione perdomui, prouidendum eſt, quod primum præſtare nitar, niſi ut ſicut ego à negotijs, ſic a... cio, modò procul abſit inertia. & ſiquid fortè manſurum ſcripſero, his potiſsimum inſcribam, quorum gloriæ quadam uelut participatione, clareſcere tenebriſq́ reſiſtere ualeam, quas mihi temporum fuſca profunditas, & nomi num conſumptrix illuſtrium oblinioſa poſteritas intentant. Quod uerſanti animo, ſæpè equidem tuum nomen oc currit, & uſqueadeò fulgidum in ſe, atque ita de me meritum, ut ſeu præclara ſeu mihi chara complectar, præteriti ſine graui quadam non poſsit iniuria, accedit quod ex more inſtitutoq́ meo ueteri, nunc in rure tuo poſitus, ut fru gum cæteri, ſic ego tibi decimas ocij debere uideor, primitiaſq́ uigiliarum: itaque quot annis plus minuſue pro inge nij ubertate uel ſterilitate annua perſoluere aliquid eſt animus, quo uelut unus è colonis tuis, his ſaltem fructibus, quos agellus meus fert, agnoſcere intelligat bonam fidem. Et ſi probè norim, nil ſilentio tutius, his quibus obtre ctantium linguas euadere cura eſt, quod ipſe mecum reputans, ſæpè animum fateor, ſæpè calamum freno, ſæpè multa pauens reprimo, neu me prodant obſecro, neue ultrò non ſtyli tantùm, ſed quod pergraue eſt, morum quoque noſtro rum chyrographum contra nos promant, fortè, etiam ad abſentes ac poſteros peruenturum. qualis enim ſermo fue rit talis uita cenſebitur, quando rerum ſublatis iudicijs, ſola uerborum ſupererunt argumenta. Quid multa? perſua ſiſſem forſitan, ut & ſibi & mihi & famæ noſtræ parcerent, niſi quia ut aiunt, iam neque res integra, neque ſilentio li berum eſt latere. iam noſcimur, legimur, iudicamur, iamq́ hominum uoces euadendi celandiq́ ingenium nulla ſpes. & ſeu prodeuntibus in publicum, ſeu domi ſedentibus, apparendum eſt. Quid uerò nunc prius ex me ſperes, quam quod & in ore & in corde ſemper habui, & ipſe qui modo ſub oculis eſt locus hortatur, Solitariæ ſcilicet ocio ſiq́ uitæ præconium, quam cum ſæpè olim ſolus, tum præcipuè nuper mecum breui quidem, nec niſi dierum quinde cim ſpatio degustaſti, mecum, inquam, quamuis enim ego aſsiduè tecum eſſem, tu tamen huc, non niſi mei cauſa re uenìſſe, neque niſi propter me manere, ſæpè tàm rebus ipſis, quàm ſermone profeſſus, oſtendiſti qui mecum tuus eſt ... quanta ſit in exæquandis imparibus uis amoris. quamobrem perſuadere tibi perfacilè fuerit, quod tacito me, no ſti expertus. idem ſi probare uulgò uelim, fruſtrà nitar, nec uulgo tantùm inſcio, ſed multis quoque, qui ſibi literatiſ ſimi uidentur, fortaſsè etiam nec falluntur. ſed copia literarum non ſemper modeſtum pectus inhabitat, & ſæpè inter linguam & animum, inter doctrinam & uitam concertatio magna eſt, de his autem loquor, qui literis impediti & one rati potius ... nàm ornati, rem pulcherrimam ſcire, turpiſsimis moribus miſcuerunt, tanta animi uanitate, ut ſcholas nunquam uidiſſe multò melius fuerit: qui hoc unum ibi didicerunt. ſuperbiæ & literarum fiducia uanitores eſſe cun ctis hominibus, qui quietorum libenter Ariſtotelem, uentilantes per compita, cuneatim uulgo mirante, prætereunt, quiq; uicis atque porticibus effuſi, numerant currus equosq́ & quadrigas, qui plateas & mœnia metiuntur, fœmineoq́ inhiantes ornatui, quo nihil eſt fugacius, nihil inanius, obſtupeſcunt: neque ſolum in uiuis, ſed & marmoreis hærent imaginibus, & ceu collocuturi ſubſiſtunt attoniti occurſibus ſtatuarum, quæque nouiſsima pars inſaniæ eſt, turbis & ineptia delectantur. hi ſunt, qui quaſi tritam uenalemq́ ſupellectilem tota urbe circumferunt, ſtultitiam literatam. hi ſunt ſolitudinis inimici, ſed & propriæ domus hoſtes, quos primo mane digreſſos, ad inuiſum limen ueſpera uix tandem reuehit. hi ſunt quibus in prouerbium uenit: Bella res eſt gentes uidere, cum hominibus conuerſari. melius quidem uidere rupes ac nemora, uerſari cum urſis ac tygribus, neque enim uile tantummodò fœdumq́, ſed quod in uitus dico, quodq́ utinam non tàm latè notum experientia feciſſet, aſsiduèq́ facere pernicioſum quoque. uarium & inſidum & anceps & ferox & cruentum animal eſt homo, niſi quod ratum Dei munus eſt, humanitatem induere fe ritate deponere. denique niſi de homine uit eſſe didicerit. quod ſi hos ipſos interroges, cur tàm cupidè cum alijs ſemper, ... ſi uerum loqui uolent, nil aliud reſpondebunt, niſi quia ſecum eſſe non poſſunt: de quo ſuo loco plura fortaſsè dicturus ſim, hoc unum modò dixerim. Altè radicatos errores non facilè uerbis extirpari, & ne quicquam ſua dendo ... quid, quibus perſuaderi nunquam poſsit, neque enim perdere uerba leue eſſe, ſilentij auidis. Itaque deſinant opinionibus ociis obſtrepere, nam neque me talibus loqui, neq; magnifacere, quonam iſta ſupercilio lecturi ſint, quæ utique non ſibi, ſed longè alijs ingenijs ſcripta ſunt. & hæc quidem illis. Tibi uerò Pater amabilis, ut dixi, perſuaſo re ſ... ito non eſt opus, cui perſuadere contrarium poſſet nemo, cuique iampridem conuulſis erroribus, ſententiæ ueriores, medullis ac præcordijs inhæſerunt. & tamen ut rem certam loquendo, non certiorem tibi, ſed clariorem fa ciam, autorem CHRISTVM inuocans, ac paucorum dum id explicem dierum inducias petens, ab alijs maio ribus & antiquioribus curis meis, quæ me obſident atque circumſonant, conceptum opus aggrediar. tu cum tuis Pa tres, ut ſoles meas, quæſo, & maximis interim rebus abſtractum, mihi animum accommodes: non ſemper exquiſitiſsi ma delectant, ſed interdum ut diuitibus ciborum, ſic ſapientibus ſtudiorum uiciſsitudo gratiſsima eſt.

adeſis igitur, audies quid mihi de toto hoc ſolitario uitæ genere cogitanti uideri ſoleat,
pauca quidem ex multis, ſed in quibus, paruo uelut in ſpeculo, to-
tum animi mei habitum, totam frontem ſerenæ
tranquillæque mentis aſpicias.

R FRAN.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. DE VITA ſolitaria, Liber I.

AD VIRVM SVMMAE REVERENTIÆ DIGNVM PHILIPPVM PATHAM EO TEMPORE CAVALLICENSEM EPISCOPVM MOX PATRIARCHAM HIEROSOLYmitanum, deinde S. R. E. TIT. S. Sabinæ Cardinalem atq; Legatum, literis ornatum ac literatorum patronum.

SECTIO .I.

Quid neceſſarium ſit illis, qui quietem habere cupiunt. Cap. I.

CRedo ego generoſum animum, præter Deum ubi finis eſt noſter, præter ſeipſum, & arcanas curas ſuas, aut præter aliquem multa ſimilitudine ſibi coniunctum animū, nuſquam acquieſcere: & ſi enim uoſuptas tenaciſsimo uiſco illita, & blandis ac dulcibus plena ſit laqueis, fortes tamen circa terram alas detinere diutius non poteſt. atqui ſiue Deum, ſiue noſipſos & honeſta ſtudia, quibus utrunq; cōſequimur, ſiue conformem nobis quærimus animum, à turbis hominum urbiumq; turbinibus quàm longiſsimè recedendum eſt, id ſic eſſe ut dico, illi ipſi etiam forte non negent, qui concurſu populi mulcentur, ac murmure, ſi modò ita obruti depreſsiquè falſis opinionibus non ſunt, quin interdum ad ſeipſos redeant, ſeq; ad excelſam ueri ſemitam, uel reptando conuertāt. quod utinam non tàm multis accideret, & ut agri multarumq; rerum uſlium, ſic ſaltem ex colendi animi mortalibus cura foret: ut enim pinguis ager ſentibus, ſic humanus animus abundat erroribus, quibus niſi diligenter euulſi erunt, niſi uterque iugi ſtudio ac labore purgabitur, utriuſque ſimiliter in ipſo flore fructus extinguitur. ſed nos canimus ſurdis. De his ergo alij ut libet, quanquam facilè conſenſuros uerò eruditorum animos atq; ora confidam, quod ſi omnes negent, tu mihi ſaltem non negabis (nempè qui negantem primus argueres ſic eueniet, ut & tu in uerbis meis ſententiam agnoſcas, & ego ſupremam metam cuiuslibet eloquentis attigiſſe uidear, auditoris animum mouiſſe quo uolui, idquè nullo negotio. tunc enim ſuadenti magnus eſt labor, quando in ſuam ſententiam trahere nititur animum reluctantem: contrà quid difficilè habet oratio in illius aures uentura, qui quod audit ſecum conferens, non exempli imaginem, non auctoritatis pondus, non rationis aculeum, ut credat, nihil denique niſi ſuiipſius teſtimonium quærit, & tacitus dicit ita eſt.

Dequi-

De quibuſdam qui de uitæ ſolitariæ laudibus ſcripſerunt, & quem auctor in hoc opere uelit imitari. Cap. II.

SCio quidem ſanctos quoſdam uiros, multa hinc ſcripſiſſe, nominatim uerò magnus ille Baſilius, librum paruum de Solitariæ uitæ laudibus inſcripſit, de quo præter titulũ nihil teneo. & quod illum in quibuſdam uetuſtiſsimis codicibus, ſic interdum Petri Damiani opuſculis inſertum uidi, ut dubium me fecerit, an Baſilij eſſet an Petri: in hoc autem tractatu, magna ex parte ſolius experientiæ ducatũ habui, nec alium ducem quærens, nec oblatũ admiſſurus: liberiore quidem greſſu, quanquã fortaſsis incautius, ſequor animũ meũ quã aliena ueſtigia. plura ergo audies ab his q̃ uel plura ſunt experti, uel ab expertis acceperũt, A`me nũc audies ꝙ occurrit ex tẽpore, neq; enim magno ſtudio incubui, neq; id neceſſe ratus ſum, aut aliàs haud defuturam ueritus materiam, de re uberrima ſcribenti: ꝙ ad ſuperficiẽ ſaltẽ eius attinet, ſæpè mihi hactenus agitata, multimodè familiariterquè notiſsima. Nõ excuſsi libros igitur, neq; magnoperè ſtilũ compſi, ſciens me illũ alloqui, cui uel implexus placeo, ſed ſentẽtijs ueris atq; cõmunibus, & ſermone domeſtico cõtẽtus, partim è medio uitæ huius, partim ex alterius recẽti memoria, q̃ legis elicui. quorũ te ante alios teſtẽ uoco, nõ diſsimulans inter multa, q̃bus ualdè me uolentem cogis ut te diligã, illud eſſe non ultimũ ꝙ amore ſolitudinis, & huic coniuncto libertatis ſtudio, uicinam tibi nunc & propè cõtiguam Romanam quam uocant curiam fugis, ubi non mediocrem fortè hodie ſortireris gradum, ſi quantum ſolitudo tibi ſemper angelica, tantũ tumulus ille tartareus placuiſſet.

De modo tractandi materiam huius operis, ac diſtantia inter uitam ſolitariam, & uitam in frequentia hominum occupatam. Cap. III.

VIſus aũt ſum mihi faciliimè fœlicitatẽ ſolitudinis oſtenſurus, ſi ſimul frequentiæ dolores miſeriasq; mõſtrauero, ꝑcurrens actus hominũ, quos uel hæc uita pacificos atq; tranquillos, uel illa turbidos atq; ſollicitos & anhelantes habet: unũ enim eſt his omnibus fundamentũ, hanc uitã læto ocio, illam triſti negotio incũbere: quod ſi quando fortè cõuulſus caſus aliquis, aut naturæ fortunæq; uis oſtenderit, quamuis id perrarũ, & uelut inter portenta numerandũ ſit, tamẽ ſi accidat mutare ſententiã, nõ pudebit & iucũdã ocioſamq; frequentiam, ſolitudini mœſtæ ac ſollicitæ præferre non metuam. neque enim ſolitudinis ſolum nomen, ſed quæ in ſolitudine bona ſunt laudo. Nec me tàm uacui receſſus & ſilentiũ delectant, quàm quæ in his habitant ocium & libertas: neq; adeò inhumanus ſum, ut homines oderim, quos edicto cœleſti diligere iubeor ut me ipſum, ſed peccata hominũ, & in primis mea atque in populis habitãtes curas & ſollicitudines mœſtas odi. de quibus omnibus (ni fallor) ſignificantius agetur, ſi non quicquid ad hanc aut ad illã partẽ dici poſſe uidebitur ſeorſum explicuero, ſed utrunq; miſcuero, nunc hoc, nunc illud attingens, ut uiciſſim huc illuc flectatur animus, & alterno uelut oculorum flexu, ad læuam dextramquè reſpiciens, facilè iudicet quid inter res diuerſiſsimas iuxta ſe poſitas interſit. Conſultò aũt amariora præmiſi, quo dulciora ſubnecterem, & ſuauior guſtus extremus ubinam deſinendum eſſet, ipſum animum admoneret.

SECTIO II.

De miſeria occupati, ac fœlicitate ſolitarij, in ſomno & ſurrectione eorum. Cap. I.

SEd quid opus eſt multis? Agamus ipſam rem, & ꝙ promittimus ꝓſoluamus duos homines cõtrarijs moribus, quos tibi deſcribam, ante tuæ mẽtis oculos pone, & quid in illis uides: in cunctis exiſtima. OCCVPATVS. Surgit occupatus infœlix habitator urbiũ nocte media, ſomno uel ſuis curis uel clientiũ uocibus interrupto, ſæpè etiã lucis metu, ſæpè nocturnis uiſis exterritus, mox infœlici ſcãno corpus applicat, animũ mẽdacijs,

in illis eſt totus, ſeu ille mercibus pretiũ facere, ſeu ſociũ, ſeu pupillum fallere, ſeu uicini cõiugem pudicitia armatam expugnare blanditijs, ſeu litigio iuſtitiæ uelum fando prætendere, ſeu deniq; publici priuatiq; aliquid corrumpere meditatur, nunc ira præceps, nunc ardens deſiderio, nunc deſperatione gelatus, ita peſsimus artifex, ante lucem diurni telam negotij orditur, qua ſeſe atq; alios inuoluat. SOLITARIVS. Surgit ſolitarius atq; ocioſus, fœlix, modica quiete recreatus, ſomnoq; breui, nõ fracto ſed expleto, & interdum pernoctantis Philomenæ cantibus experrectus, thoroq; uix dũ leniter excuſſus, pulſisq; corporibus quietis horis pſallere incipiens, ianitorem labiorum ſuorum, ut egreſſuris inde matutinis laudibus aperiat deuotus expoſcit, & cordis ſui dominũ in adiutoriũ ſuum uocat, nihilq́ue iã uiribus ſuis fidens & imminentiũ cõſcius, metuensq; diſcriminũ, ut feſtinet obſecrat, nullis texẽdis fraudibus intẽtus, ſed Dei gloriam & ſanctorũ laudes nõ indies tantũ, ſed in horas, & indefeſſo linguæ famulatu, & pio mentis obſequio repetens, nequando forſitan ingrato animo diuinorũ munerũ memoria euaneſcat, & ſæpè interea (mirũ dictu) ſecuri timoris ac trepidæ ſpei plenus, memorq; præteriti, ac futuri prouidens, læto dolore & fœlicibus lachrymis abundat. quem ſtatum nulla uoluptas occupatorum, nullæ unquam urbanæ delitiæ, nulli regnorũ faſtus æquauerint. inde ſuſpiciens cœlum ac ſtellas, & illic habitantem dominum deum ſuum tota mente ſuſpirans, et patriam cogitans, de exilij ſui loco, protinus ad honeſtæ cuiuſpiam iucundæq; lectionis ſtudium conuertitur, atq; ita cibis paſtus amœniſsimis, multa cum pace animi uenturæ lucis initium præſtolatur.

De miſerò occupato, & fœlice ſolitario cum diei iam lux aduenit. Cap. II.

OCC. Diuerſis uotis expectata lux adeſt, ille uel hoſtibus uel amicis limen obſeſſum habet, ſalutatur, poſcitur, trahitur, truditur, arguitur, laceratur. SOLIT. Huic uacuum limen, & libertas in limine manendi ſcilicet eundiq; quocunque fert animus. O. Vadit ille mœſtus in forum plenus querelarum, plenusq́ue negotiorũ, & immitis diei primordium litibus auſpicatur. S. Vadit iſte alacer in uicinam ſyluam, plenus ocij, plenusq́ue ſilentij, & cũ gaudio fauſtum limen ſerenæ lucis ingreditur. O. Ille ut ad potentũ ſuperba palatia, ſiue ad formidata iudicum ſubſellia uentum eſt, ueris falſa permiſcens, aut iuſtitiam premit inſontis, aut nocentis rei paſcit audaciam, aut prorſus aliquid uel in proprium dedecus, uel in alienam pernitiem molitur, mordente animũ cõſcientia, ſæpè metu etiã uerba rumpente, & ſæpè uera pro mendacijs, uerba pro uerbis referens, plenusq́ue ruboris ac palloris, ſeq́ue uiciſsim increpitans, quod non potius deſerti famem, q̃ diſerti famam concupierit, & arator quàm orator eſſe maluerit. Raptim infecto negotio domũ redit, & turpibus latebris, nõ magis hoſtium quàm clientum ſuorum ſe furatur aſpectibus. S. Iſte ubi primũ floreum ſedile, ſalubremq; nactus collem conſtitit. iubare iamq; ſolis exorto, in diurnas Dei laudes, pio lætus ore prorumpens, eoq; ſuauius ſi deuotis fortè ſuſpirijs lene murmur, proni gurgitis aut dulces auium concinant querelæ, innocentiam imprimis, linguæ frenum litis neſcium, uiſus tegmen uanitatibus obiectum, puritatem cordis, uecordiæ abſentiam, & domitricem carnis abſtinentiam deprecatur. nec multo pòſt, tertijs in laudibus, tertiam in trinitate perſonam ueneratur, & ſancti ſpiritus poſcit aduentum, linguam quoque & mentem confeſsione perſonantem ſalutifera, & charitatem cœlico igne flammantem ac proximos accenſuram. quæ ſi deuotè poſtulat, iam habet multum hoc mentis ardore, quàm quolibet auri ſeu gemmarum ſplendore fœlicior: inde autem pedetentim ſua relegans ueſtigia, ſcandente iam in altum, & qui mane nouum illuſtrauerat, meridiem accedente ſolis radio, nil potius quàm extingui flammas litium, quas certatim flatu & fomentis alter ſuſcitat, & quo ille cupidè pruritur. hic omnem malarum cupidinum calorem noxium auferri flagitat. denique quod unum Poëta Satyricus ſine periculo poſci docet. In corpore ſano mentẽ ſanã orat. quis horum oro, hactenus horas ſuas expendit honeſtius.

De

De miſeria occupati, ac fœlicitate ſolitarij cum prandij tempus inſtat. Cap. III.

OCC. Venit prandij tempus, ille ſub ingenti & ruinam minitantem aula componit, puluinaribus obrutus ſepultusque, reboant uarijs tecta clamoribus, circunſtant canes aulici muresque domeſtici, certatim adulatorum circunfuſa acies obſequitur, & corroſorũ turba familiarium, cõfuſo ſtrepitu mẽſam inſtruit: uertitur putre ſolum, & fœdo puluere cũcta cõplet: uolat atrijs argentũ auro infectũ, & pocula cauis gemmis expreſſa, ſcamnũ ſerico ueſtit, oſtro paries, terra tapetibus, dũ ſeruorũ nuda interim cohors tremit. inſtructa acie datur tandẽ lituo ſignũ pugnæ. Coquæ duces aulæ ducibus cõcurrunt, ingens fragor exoritur, cõuehuntur terra mariq; cõquiſitæ epulæ, & uiua priſcis calcata Coſs. ardent rutilo in auro noſtræ Graiæq; uindemiæ, uno in ſcypho Gnoſos, & Meröe Veſuuius Phalernusq; miſcentur, Surrentiniq; colles & Calabri: nec ſatis eſt, niſi Bacchus Auſonius uel Hybleo melle uel eorũ ſucco medicatus arũdinis, baccisq; nigrantibus odoratus, naturã arte mutauerit. Parte alia par diuerſi generis pompa conſpicitur, feræ horribiles, piſces incogniti, uolucres inauditæ, puluere precioſo oblitæ, & oblitæ ueteris patriæ quædam, uoce teſtantes originẽ nomenq; iã ſolũ de phaſide retinentes. fumãt ipſis edentibus ſtupenda fercula, & omne coquorũ paſſa ludibriũ, q̃ ſiquis ualdè licet eſuriens cernat, quã fœdè quantoq; ſint coagulata lenocinio, ſolo ſpectaculo ſatur abſcedat. Ita mixta uidebit inuicemque certantia noſtra exteris, marina terreſtribus, nigra candidis, acria dulcibus, hirſuta pennatis, manſueta ferocibus, & quaſi Ouidianum Chaos illud antiquum renouatum, atque in anguſtias ſit coactum, non ſolum corpore in uno, ſed in una paropſide:

Frigida pugnabunt calidis humentia ſiccis,
Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus.

Sub hac tanta colluuie diuerſarum ſimul & aduerſarum rerum, ſub tot croceis atque atris liuentibusque pulmentis, ſuſpectum non immeritò uenenum ſedulus prægustator explorat, quin & aduerſus cæcas inſidias, aliud remedij genus inuentum eſt. Inter uina dapesq; liuida ſerpentũ cornua prominent, aureis inſita ſolerter arbuſtulis, & quaſi uoluptuaria ex arte cõtra mortẽ miſeri mira res ipſa mors excubat, ille autem ſedet obducta fronte grauibus oculis, ſupercilio umbroſo, rugoſa nare, geniſque pallentibus, ægrè uiſcoſa labra diglutinans, uix caput attollens, fulgoribusque & odoribus attonitus, ubi ſit neſcit, ueſpertina tumens crapula, & matutini negotij confuſus euentu, futuriſque in fallacijs intentus, quo ſe uertat, aut quid agat, ſudet, olet, ructat, oſcitat, ſingula morſitãs, uniuerſa faſtidiens.

SOLIT. Iſte uerò uel paucis, uel uno uel nullo famulo cõtentus, heſterno ſobrius uegetusque ieiunio, modeſto ſub lare mundam menſam, nulla re magis quàm ſua præſentia exornat pro tumultu requiem, pro ſtrepitu ſilentium habet, pro multitudine ſeipſum, ipſe ſibi comes, ipſe ſibi fabulator ac conuiua eſt: nec meruit ſolus eſſe, dum ſecum eſt pro aulæis nudus paries, ex agreſti cemento, pro ſolio eburneo, quercus eſt ſibi uel fagus pura uel abies: cœlum ſpectare non aurum, terram amat calcare non purpuram, fidicen gratus & aſſidenti conſurgentique dulciſsimus cantus eſt, benedictio & gratiarum actio. Villicus ſi res poſcat, pincerna, coquus & uerna eſt, quicquid is appoſuit, hic æquanimitate & modeſtia precioſum facit, Cibum omnem peregrinis ſyluis aut littoribus aduectum, omnem potum, Ligurum atq; Picentum collibus expreſſum dicas. ea frons eſt, isque animus utentis, ſic in Deum inque homines gratus, ſic communibus inemptisque lætus dapibus, non tantùm, ut Maroneus ille ſeniculus regum opes æquat animo, ſed tranſcendit. Nulli penitus inuidet, nullum odit, ſorte contentus ſua, & fortunæ iniurijs inacceſſus, nihil metuit, nihil cupit: ſcit non ſpargi uenena fictilibus, ſcit uitæ hominum pauca ſufficere, & ſummas uerasque diuitias nil optare, ſummum imperium nil timere, lætum agit atq; tranquillum æuum, placidas noctes, ocioſos dies, & ſecura conuiuia, it liber, ſedit intrepidus, nullas ſtruit aut cauet inſidias, ſcit ſe amari & non ſua. ſcit mortem ſuam nulli utilem, nulli

damnoſam uitam, neque multum intereſſe arbitratur quamdiù, ſed quàm benè uiuat, nec ubi, aut quando moriatur magni exiſtimat, ſed qualiter. In id unum ſummo ſtudio intentus, ut benè actam uitæ fabulam, pulchro fine concludat.

De miſeria occupati, ac fœlicitate ſolitarij cum finitum eſt prandium. Cap. IIII.

OCC. Labitur ſenſim dies & fugiunt horæ, ac iam prandio finis eſt: turbant illũ familiaris exercitus hoſteſq; collaterales, & ruina menſarum & hominum uaſorumquè colliſio, et ebriorum iocis tecta mugiunt, & querimonijs fameſcentum: habet enim nõ ultimum hoc malum menſa diuitum, iniquiſsima eſt, itaq; hic fames, hic nauſea, temperies nuſquam: aulæ quidem inſuauis odor, inamœnus color, iter incertũ, ſolum omne ſalſamentis effuſis latè olidum cruentumquè, idem & uino lubricum & fumo nubilum, & ſpumis horridum & aſpergine tepidum & adipe tabidum & oſsibus albicans & ſanguine ruſſũ, denique, ut uerbo utar Ambroſij, non coquinam, ſed carnificinam dicas. et licet ut maioribus placet, à parando prandium, quaſi p:tanidũ dictum ſit, quod bellatores ad prælium paret, non parari tamen aliquid, ſed fieri uereq; prælium ibi geſtum putes eſſe, non prandium. ita dux ſaucius ac tremens, ita mero percuſsi omnes nutanteſq; abeunt, menſa pro acie fuerit, pro blando & fallaci hoſte uoluptas, cubilia pro ſepulchris, conſcientia pro inferno. SOLIT. At huic noſtro diuerſa omnia, angelorũ aula conuiuijs quàm hominũ aptior, odor colorq; optimus, index morum teſtiſq; modeſtiæ, menſa pacifica, luxus ac tumultus neſcia, gulæ domitrix, expers immunditiæ, ubi gaudia habitent, unde uoluptas fœda exulet, ubi ſit regina ſobrietas: cubile caſtum & quietum, conſcientia paradiſus. Surgit ille igitur uel ebrius uel indignus, Iſte tranquillus & ſobrius, ille de morbo dubius ac pauens, iſte frugalitatis ſibi conſcius omniumquè quibus humanum corpus ſubiacet ſecurus. ille uel iraſcitur uel ludit, hic utrunque declinans Deo gratias agit. Tota dehinc illi dies inter luxuriam ſomnumquè & curas anxias & dura negotia dilabitur, huic inter laudes Dei & liberalia ſtudia & nouarum inuentionem rerum ac ueterum memoriam, & neceſſariam quietem, & honeſta ſolatia nihil aut modicum perit.

De exercitijs miſeri occupati, & fœlicis ſolitarij cum meridies adeſt. Cap. V.

OCC. Iam cœli medium ſol tenet, quando ille æſtuat, angiẽ, accelerat, omnia fallaciarũ machinamenta cõgeminat, ne quid ei p ſegnitiem illa luce depereat, ne'ue ullus torpor mali conſilij, fœcundam animam optatis fruſtretur effectibus, ut latentes doli ante crepuſculum erumpant. eſt enim hoc ferè malis conatibus adiunctum, ut præcipites etiam ſint, iniqua mens impatiens eſt moræ. quicquid optauerit differri uel momento temporis ægrè fert. neq; ſoli auaritiæ cõuenit illud Satyricũ: Diues q fieri uult, & citò uult fieri, habet hoc commune cupiditas, indiuiſumq; cum ſororibus ſuis ira & libidine, quæ patre conceptuquè tartareo æditæ, confuſionem & præcipitium, & horrorem & materiam propriæ originis nõ dediſcũt. hæ ſunt enim furiæ quas nõ immeritò Acherontis ac noctis filias Poëtæ dixerunt, q ignorantiæ tenebras pœnitentiæq; materiã ſecũ ferãt. & hæ quidẽ inferni, unde ortas phibẽt, nec nõ & ciuitatũ incolæ occupatorũquè pediſſeqꝫ ſtimulis ſemp ardẽtibus cæcũ atq; trãſuerſum animũ exagitãt, ut q peſsimũ inſtituit, primũ expleat, ne qd fortè cũctando reſipiſcẽtiæ ſanæ, ſi mẽtis obrepat: nulli equidem uitio frenum placet, & ut honeſtati grauitas atq; maturitas, ſic conſilijs inhoneſtis, incõſulta ſemp amica celeritas. SOLIT. Cõtrà aũt hic noſter nil pproperè, ſed fugiẽtis tẽporis curſum uidẽs, & cupiẽs illic eſſe, ubi ſine fluxu tẽporũ, ac ſine metu mortis degiẽ, iterũ uerſus in preces, nõ unius tantũ lucis, ſed totius æui claram ueſperam, & nunquam occidentis uitæ gloriã, eamquè non ſuo merito, ſed ſacræ CHRISTI mortis poſcit in præmium, ſciens plus eſſe quàm quod homini debeatur, niſi temporalis illa mors peccatum habentis, tantæ eſſet efficatiæ, ut de natura mortalibus peccatoquè iam mortuis facere poſſet æternos. Nec ita multò poſt labentem

cœlo

cœlo diem, ſeque ſimul collabentem humi cogitans, terramque caliginem illabentem, terris præuidens, ſuperni luminis poſcit auxilium. Et ſeu ne mens ſuorum criminum preſſa ponderibus, cœlo exulet, cum lachrymis precatur, ſeu fideri puram lucem, ſeu mentis aduſtæ refrigerium, abſterſionem ſordidæ, eliſæ ſuſtentaculum, litigioſæ pacem flagitat, matutinoque laudum carmini ueſpertinas preces & laudes, de inexhauſto pietatis fonte continuat.

De miſeria occupati. ac fœlicitate ſolitarij cum abeunte ſole ueſper accedit. Cap. VI.

OCC. Cogitur ille iterū abeūte iā ſole tecto egredi, urbē luſtrare, cœnū terere, cōcurſare obuijs, ſudare, laborare, anhelare, æſtuare, cumq; in omnes ſeſe formas fraudū uerterit, omnes laqueos ingenijq; nodos explicuerit, ſerò tandē feſſus rediens, & multum de artificio ſuo quæſtus, bonæ famæ puræq; conſcientiæ, nihil omnino auri fortè aliquid, plurimùm ſceleris atque odij domum refert. SOLIT. Iſte uel apricum fontem, uel herboſam ripam, uel æquoreum littus adijt, gaudens diem illum ſine dedecore tranſiuiſſe, & lucis ante terminum, aduerſus ſecuturæ noctis pericula, doloſque & inſidias, ac rabiem leonino more rugientis, aduerſarij uigilem ſobrietatem, atque orationis & fidei clypeum, aduerſus ſomnia pollutionemque & nocturna phantaſmata, excubare ſibi ſolitam clementiam ſui creatoris implorat, atque in manus eius commendato ſpiritu, & angelis ſuis ad habitaculi proprij cuſtodiam inuocatis: ſeſe in domum ſuam recipit, ut nihil iniuſti quæſtus, ſic nil malæ cupidinis, multū uerò decore laudis referens, multumque quotidie in melius mutati animi. ad ſummam, totis ille diebus uiuos ſpoliat, hic pro defunctis orat, ille matrum ac uirginum pudicitiam atentat, hic uirginem Matrem officioſiſsimè ueneratur, denique ille martyres facit, hic celebrat, ille ſanctos perſequitur, hic honorat.

De miſero occupato, & fœlice ſolitario cum redeunte nocte cœnandum eſt. Cap. VII.

OCC. Ecce redit nox, ille redit ad crapulam, pompa ingens, ante retroque longum agmen: uiui hominis funus putes, p̃cedunt funeralia & tibiæ, ne quid deſit exequijs, et ſumptuoſiſsimum cadauer, perfuſum caris odoribus, rurſus inter puluinaria ſepelitur adhuc tepidum, adhuc ſpirans, inde grauem cœnam indigeſto ſuperaddens prandio, uenturæ luci nauſeam parat, & alteri prandio præcludit iter. S. Iſte uel ſe cœnaſſe perſuadet ſibi, uel ita cœnat ut Platonicum illud ipſa reprobet: nullo modo mihi placet, inquit, bis in die ſaturum fieri.

De miſeria occupati: ac fœlicitate ſolitarij dum eundum eſt cubitum. Cap. VIII.

OCC. Poſt hæc multum diſsimili habitu corporis & animi cubitum uadunt, ille plenus curis, plenus epulis, plenus mero, plenus metu, plenus inuidia, deiectus, repulſus. ſuperbia elatus, mœrore contractus, ira tumidus, impar ſibi, impos animi, obſeſſus ſatellitibus, obſeruatus æmulis, pulſatus clamoribus, ſollicitatus literis, interpellatus nūcijs, ſuſpenſus fama, rumoribus territus, ſtupefactus augurijs, eluſus mendacijs, feſſus querimonijs, et ne noctu quidē litibus immunis, paruita dæmonibus, odioſus præterea uicinis grauis, ciuibus uel formidatus uel irriſus ſuis, ſuſpectus omnibus, fidus nulli, diù in ſomnis, purpureo inuoluit grabato, omneſq; libidinum ſpecies expertus, & ad fruendū præſentibus, ſollicitato infœlici corpuſculo, ad abſentes uago animo tranſmiſſo, uix tandem uictus, ſomnum oculis admittit, ſed uigilant curæ, uigilat mens anxia, quam urit ignis, & immortalis conſcientiæ uermis rodit. Tum diurna negotia, deceptos clientes, oppreſſos paupéres, pulſos finibus agricolas, ſtupratas uirgines, circumſcriptos pupillos, ſpoliatas uiduas, afflictos necatoſq; innoxios, cunque his omnibus ultrices ſcelerum furias uidet, ſæpè itaque dormiēs exclamat, ſæpè cōqueritur, & ſæpè metu ſubitò ſomnus abrumpitur. SOLIT.

Iſte autem plenus honeſto gaudio, plenus ſancta ſpe, plenus amore pio, non furiali ut Niſus, ſed ut Petrus CHRISTI, plenus cõſciẽtiæ, integritate, ſecuritate, hominũ, Dei metu, nocituri cibi, & inutiliũ uacuus curarum, ſolus, tacitus, trãquillus, angelo ſimillimus, Deo charus, formidabilis nemini, cunctis amabilis. Cubiculũ ſomno non impudicitijs idoneum ingreſſus, dulcẽ & imperturbatam excipit quietem, & ſiquid conſopitus uidet, plærunq; ſimilia uigilantis operibus ſunt ſomnia dormientis, & hac etiã uitæ parte fœlicior, meliores aſpicit uiſiones, neq; ſolum lætiore animo, ſed ſaniore etiam corpore, membrorũq; miniſterio promptiore utitur. Conſtat enim animi uirtutes præcipueq; modeſtiã, ſanitati multum conferre corporeæ, & frequenter, qui plus corpori ſeruiunt, plus obeſſe.

SECTIO III.

De tractatorum epilogo, ac tranſitu ad miſeriam illorum, qui alienis negotijs occupantur. Cap. I.

EN Pater unius occupati, & unius ocioſi hominis, unũ diem ante oculos tuos poſui, omnium hominum, dierumqúe omnium una ratio eſt, niſi ꝙ quotidie illius labor, tantò amarior, tantoqúe huius quies eſt dulcior, quantò ualidior fit tractu tẽporis habitus animorũ, quantoqúe ꝑ tẽporales motus accedit, ad æternitatis ſtatum & uiuendo proximior efficitur. Illi ꝗdem ſine fine labor, huic requies. niſi fortè fœlicior eſt illorũ cõditio, qui alienis negotijs occupant̃. Alieni nutus arbitrio reguntur, & quid agere illos oporteat, in aliena fronte cõdiſcunt: omnia illis aliena ſunt, alienũ limẽ, alienũ tectũ, alienus ſomnus, alienus cibus, & ꝗd eſt maximũ, aliena mẽs, aliena frons, nõ ſuo iuditio flent & rident, ſed abiectis proprijs, alienos induũt affectus, denique alienum tractant, alienum cogitant, alieno uiuunt. De his Poëta nobiliſsimus loquebatur ubi ait:

Penetrant aulas & limina regum.

Hos alter mordacius atque liberius notabat in Satyra illa, qua curialem uitam arguit, & amicum notans inquit:

Si te propoſiti nondum pudet atq; eadem mens eſt,
Vt bona ſumma putes, aliena uiuere quadra.

Equidem inter hos, & perpetuis dominorum ac regum carceribus addictos quid interſit, neſcio niſi quod illi ferreis, iſti aureis compedibus uincti ſunt. Specioſior catena, par ſeruitus, maior culpa, ſponte etenim ſua faciunt, ad quod alij ui coguntur: ego uero iſtos ut ſententiam meam breuibus abſoluam, occupatorum omniũ extremos ac uerè miſerrimos miſerorum uoco, quibus nec breuiſsimo ſaltem præmio malarum artium uti licuit. uixêre alieno imperio, ſuo periculo morituri, & alijs laborando peccauerunt, ſibi fœlices ſi ſine culpa, & ſine præmio laboraſſent: nunc crimen duntaxat eſt proprium, quæ ex crimine uenit, fallax licet & fugitiua delectatio aliena eſt. atqui duræ dicimus conditionis agricolam, qui cum labore ſerit arborem, cuius fructum nunquam ſit uiſurus: Quis enim, ait Apoſtolus, plantat uineam & de fructu eius non edit? qui tamen ſortem ſuam conſolari poteſt, eo quòd alteri ſaltem ſeculo profuturus ſit, itaque non modò dubitans quod agit ad ſe non pertinere, ſed ſciens etiam non omittet, interrogantiqúe cui ſerat, quod eſt apud Ciceronem, dijs ſit immortalibus reſponſurus, ſeu rectius immortali Deo: quantò miſeriores qui ſerunt, unde ipſi pœnas ſolas, alij uerò pœnales uoluptates legant? qui quod inutiliter agunt, ſibi, alijs imputare non poſſunt, non ætati ſuæ, cui ſæpenumero laborando præceptam ſibi libertatem eripiunt, non poſteritati cui ſeruitium parant, non Deo quem offendunt ut hominibus placeant, denique non his ipſis quibus placendo nocuerunt, quibusqúe perpetua morte ſua breuem peccandi, hoc eſt, in æternum quoque moriendi licentiam pepererunt, cæci nimium dementesqúe, aduerſisqúe ſyderibus in lucem, immò in tenebras proiecti, qui cum altè alios extulerint, ipſi continuò iacuêre, ab eiſdem illis, quod ſæpè iam uidimus, forſitan opprimendi. Interim cum

multa

multa alijs quæſierint, multa cupidinum inſtrumenta conflauerint, tantorum ſemper commodis caruêre facinorum, hanc unam ferialis induſtriam gloriam conſecuti, principũ auaritias, dominorumq́; libidines, conſiliorum ſuorum pauiſſe ſucceſsibus. quid uis amplius dicam? non equidem minus mordax noſtrorum mihi, quàm Cretenſium uidere ſolet imprecatio. cum enim ſono uerborum neutra terribilis ſit, ſubeſt uirus utriq; mortiferum, illi hoſtibus ſuis optant, ut mala conſuetudine delectentur, noſtri autem ut occupati atque ſolliciti nunquam eſſe deſinant. quo ſi profundius, nõ uerba, ſed ipſam rem inſpicias, quid triſtius dici poſsit uix inuenio. De his occupatis loquor, quos uidemus, & quorum plena eſt uita uulgaris, alij enim nulli uel tàm rari ſunt, ut nuſquam appareât, ubi ſanè ueritas quæritur, ficta phantaſmata loqui piget.

Quod quanquam ferè omnis occupatus ſit miſer: ſint tamen aliqui licet paucíſsimi qui laudabiliter occupentur. Cap. II.

ITaq; ut iam tandem ſemel expediam, parum abeſt, quin meo certè iuditio, omnis occupatus miſer, occupatusq́; ſub alio bis miſer, quod & miſeriam ſuam habet, & ipſo miſeriæ fructu caret, nõ quod ignorem fuiſſe, & fortaſsis eſſe occupatiſsimos quoſdam ſimulq́; ſanctiſsimos uiros, qui ſeipſos & ſecũ CHRISTO deuias animas adducerẽt, quod ubi accidit, ingens fateor, & inextimabile bonum eſt, ac geminata fœlicitas, duplici de qua multa diximus obiecta miſeriæ, qd enim fœlicius, quid aut homine dignius, aut ſimilius Deo eſt quàm ſeruare & adiuuare quàm plurimos? quod qui poteſt & non facit, præclarum mihi quidem humanitatis officium obieciſſe, & ob eam rem hominis nomen ac naturam amiſiſſe uidebitur, Itaque ut hoc poſſe datum ſit, deſiderium proprium, utilitati publicæ ſponte ſubijciam, deſertaq́; ſolitudine, unde mihi ſoli obſequebatur, ultrò repetam, unde utilis mũdo ſim, Ciceronis noſtri iudicium ſequens: Magis eſt enim, inquit, ſecundum naturam pro omnibus gentibus, ſi fieri poſsit, conſeruandis aut iuuandis, maximos labores moleſtiasq́; ſuſcipere (imitantes Herculem illum, quem hominum fama, beneficiorum memor, in conſilio cœleſtium collocauit) quàm uiuere in ſolitudine, non modò ſine ullis moleſtijs, ſed etiam in maximis uoluptatibus, abundantem omnibus copijs, ut excellas etiam pulchritudine et uiribus, quo circa optimo quiſque ſplendidiſsimoq́; ingenio, longè illam uitam huic anteponit. Hæc Cicero. cui ſic ſe rebus habentibus, haud coactus aſſentior, ſed de his omnibus iuditium meum habe, paucíſsimis quidem inſtantijs, uniuerſale uerum dogma non quatitur, multi ſunt qui occupationes in commune utiles, & ſanctiones ſolitudine qualibet profitentur. Scio: ſed quot, quæſo te uidimus, qui quod profitebantur impleuerint? ſunt fortaſſe aliqui, ſunt plurimi, oſtende mihi unum & ſilebo. non inficior doctos quoſdam & facundos uiros, & qui multa ſubtiliter aduerſus hæc diſputent. Cæterum non de ingenio, ſed de moribus eſt quæſtio, ambiunt ciuitates, declamât in populis multa de uitijs, multa de uirtutibus loquuntur, uix temperare mihi potui, quominus unũ Satyrici dentis morſum huic loco ualde, niſi fallor, congruentem interponerem: ſed cogitans ad quem mihi ſermo eſt, ſtilo potius aliquid, quàm uerecundiæ ſubtrahendum credidi. Multa quidem, inquies, loquuntur utiliter auidi, & ſæpè alijs proſunt, credo, ſed non ſtatim ſanus eſt medicus, qui conſilio ægrum iuuat, quin eodem ſæpè morbo, quo multos liberauerat interijt. Verba ſtudio elaborata atque arte compoſita, pro multorum ſalute non reſpuo, & quicunque ſit opifex, utile opus amplector, uerum hæc nobis non rhetoricæ ſchola, ſed uitæ eſt, nec inanem linguæ gloriam, ſed ſolidam quietem mentis intendimus. neque mihi excidit Seneca, cũ dixiſſet, Omnia impedimenta dimitte, & uaca bonæ menti confeſtim addidiſſe. Nemo ad illam peruenit occupatus. quàm ego non præſtare quidem ſolitudinem, ſed conſeruare & plurimum adiuuare contendo, nam nec illud eiuſdem auctoris oblitus ſum: Non multũ, inquit, ad tranquillitatem locus confert, ut ſit ita ſine dubio tamen confert aliquid. quod niſi ſic eſſet cur idem dixiſſet alibi: Non tantum corpori, ſed etiam moribus ſalubrem locum eligere debemus, & idem alibi: Conſpectum quoque & uicinam fori

 procul

procul fugiam. nam ut loca grauia, etiam firmiſsimam ualitudinem tentant, ita bonæ quoque menti, necdum adhuc perfectæ & conualeſcenti, ſunt aliqua parum ſalubria. unde ergo hæc morum mentiſque ſalubritas ac diſcrimen, ſi nihil eſſet in locis? Eſt in locis aliquid pace, Senecæ dixerim, eſt multum, ſed non totum fateor illud quidem, ut ſibi uidetur in animo eſt, nã ſic ait: Animus eſt, qui ſibi cõmendat omnia. id enimuerò ſuo more rectè dicitur. unde autem animo lumen ueri æquitaſque iudicij? aliunde procudubio.

De laude tranquillæ ſerenitatis animi, quæ largitur in ſolitudine conſtitutis & quomodo animus non poſsit in diuerſas res eſſe intentus. Cap. III.

ITaque quod de locis dixi, de animo repetam, eſſe in illo aliquid, multum eſſe totum minimè, ſed in eo tantum, qui opportunitatem locis tribuit, animo rationem. magna enim & diuina quædam res eſt, animi tranquilla ſerenitas, & quæ non alterius donũ ſit, quàm ſolius Dei, ſed quàm ſæpius ille largiri ſoleat, in ſolitudine conſtitutis: quod utrunq; pro breuitate temporis, uel ratione uel contrariorum collatione monſtratum eſt, & mox exemplis illuſtribus aſtruetꝛ. Quòd ſi forè datũ ſit, ut aliquis ueri capax, non ad linguã, ſed ad cor horum, cuiuſpiam, quos credulum uulgus ſtupet, penitus aurem cordis admoueat, puto ſine contentione fatebitur, quod conſcientiam nudam ingenuè confitenttem, audierit, fœlicitatem non uerbis ſonantibus, ſed rebus tacitis & ueritate intima, non externis plauſibus aut fallaciſsima hominum opinione conſtare, multa quidem illic audiet, multum his contraria, quæ in pulpitis cum populo mirabatur, & intelliget, quod inter cutim & præcordia interſit, & ni mirum hæc animi natura eſt, ut in unã rem uehementer intentus, multas negligat. Hinc eſt ut eloquentiæ ſtudioſi, ſæpè ſint ad actum tardiores, & qui res magnas agunt, ſunt incultiores eloquio. ſic & modeſtiæ cultores, uoluptatem fugiunt, & quibus uoluptas in pretio eſt, modeſtiam aſpernantur, ſic & quos augendæ rei familiaris ſtudiũ tenet, ſæpè Rempub. atque amicitias contemnũt, & illiberabilius uitam ducunt. atque liberalitati animũ applicant, quique Reipub. curam habent, ſæpè uideas rei domeſticæ negligentes. Non poteſt uentus idem ex æquo placere, his quorum nauigatio contrarios fines ſpectat. quæ idcircò dixerim ne mireris, ſi in eo quoque, quod nunc agimus idem cernas, & ſi ſollicita uita ſtrepitum amat, multiloquio delectatur. contemplatio autem omnis amica ſilentio eſt, quæq; ſe nibus ſuis tenet, & uiceuerſa, illa ſilentium odit, hæc ſtrepuit

Quomodo ex periculo paſtorum diſci poſsit, uitam ſollicitam minus eſſe tutam, & quod ea ratione auctor ipſe uitam elegerit ſolitariam. Cap. IIII.

QVæ nam uerò tutior uia eſt, hoc eſt pater quod hodierno colloquio ueſtigamus: dic igitꝛ mihi ex his ipſis, quorũ mentio nobis oborta eſt, quotiẽs putas paſtorẽ officio periiſſe, quotiens ouẽ & dum uagam alligat in laqueum incidiſſe, & dũ profugam ſequitur corruiſſe? quotiens credis aut medicum benè ualentem, dum ægros circumit ægritudinem contraxiſſe, aut buſtuarium dum mortuos ſepelit, cauſam mortis contagio reperiſſe? nemo uerò fallatur quaſi minora ſint animorum contagia, quàm corporum, maiora ſunt, grauius lædunt, altius deſcendunt. ſerpuntque latentius. Multis, inquiũt, prodeſſe meritoriũ, multis ſubueniſſe laudabile, qs negat? ſed ordinatæ charitatis initiũ ſcimus. crede autẽ mihi, nõ eſt paruæ fiduciæ, polliceri opem decertantibus, conſilium dubijs, lumen cæcis, lætitiam mœſtis, ſecuritatem metuentibus, ſpem deiectis, ſalutem ægris, requiem feſsis, refrigerium afflictis, monſtrare iter errantibus, ſubiectare humeros cadentibus, dare dextram proſtratis. magna quidem ſunt hæc ſi fiant, parua ſi promittantur: neque enim magnæ quàm paruæ rei promiſsio, ſed exhibitio eſt maior. Verum ego non tam alijs legem pono, quam legem tibi me æ mentis expono, quàm qui probat teneat, cui non placet abijciat, & relicta nobis ſolitudine, ſollicitudines ſuas ſibi habeat, contemptorq; ruris noſtri, uiuat contentus in urbibus.

bibus. Optarem fateor talis eſſe qui prodeſſe poſſem quàmplurimis, uel ut ait Naſo:

Totiq́ ſalutifer orbi,

Sed primũ paucorum hominum, proximum CHRISTI ſolius eſt proprium, & profectò quiſq; in tuto eſt, ut uel tantiſp diuerſũ ſentiẽtibus condeſcendã, peccat in legẽ naturæ, niſi quibus poteſt laborantibus opem fert. Mihi qui ad huc magno naufragio laboro, ſufficit illius opem implorare, qui ſolus potens eſt, præſtare quod poſcitur. cuperem magna, ſed modicis contentabor, uellem cum omnibus ſaluus eſſe, ſi minus, cum multis. ultimo quid expectas ut dicã, mihi nõ pereo ſatis eſt, multũ eſt abũdè fœliciter. Et heu quã uereor, ne q forſan ex his, qui ſe cuſtodes infirmarum ouiũ dici uolũt, lupi ſunt, ſanasque dilanient.

SECTIO. IIII.

Quod uita ſolitaria præcipue literarum ignaris grauior morte &, mortem allatura uideatur. Cap. I.

AT ne diutius me conſideratione non mea implicem, de ſe illi, nos de nobis libret unuſquiſque quid præferat, impoſſibile eſt enim, & ſi unum omnes finem ultimum intendamus, ut unam omnibus uitæ uiam expediat ſequi. qua in re, cuique acriter cogitandum erit, qualem eum natura, qualem ipſe ſe fecerit. Sunt enim, quibus ſolitaria uita morte grauior ſit, & mortem allatura uideatur, quod præcipuè literarum ignaris euenire ſolet, quibus ſi confabulator deſit, quid ſecum, quidue cum libris loqui ualeant non habent, itaque multi ſunt, equidem ſolitudo ſine literis exilium eſt, carcer, aculeus. Adhibe literas, patria eſt, libertas, delectatio. nam de ocio quidem illud Ciceronis notum. Quid dulcius ocio literato? contràque, non minus illud Senecæ uulgatum: Ocium ſine literis mors eſt, & uiui hominis ſepultura. Et ſi planè norim duo iſta tam dulcia Philoſophorum diuerticula, ſolitudinem atque ocium, ut incipiens dixi, interdum literatis etiam hominibus permoleſta, in promptu tamen eſt ratio. His enim hoc accidit qui uel uoluptate aliqua compediti, carcerem ſuum amant, uel uulgi commertia & uulgari negotio uictum quærunt, uel ad lubricos honorum gradus populorum uentoſis ſuffragijs aſpirant, et quibus (quæ ingens his temporibus turba eſt) literæ non animi lux atque oblectatio uitæ ſunt, ſed inſtrumenta diuitiarum. Ad quas hodie diſcendas, magno rei familiaris impendio, ſed multo maxima lucri ſpe pueri à parentibus, non quaſi ad gymnaſium, ſed uelut ad ſeruile mercimonium deſtinant, ut mirari nemo habeat, eos uenaliter & auarè literis uti, quas ut uenderent quæſierunt, E quibus improba ſpe, non ſibi centeſimum fœnus, ſed milleſimum ſtatuerunt: quæ omnia diligenter & in uitæ electione tractanda eſſent, neque enim tales in ſolitudinem uoco, neque ſi ueniant admitto libens. Quàmmultos igitur excludam, hinc uides, nam quid piſcis longè ab aquis, quid hi procul ab urbibus acturi? quòd illi olim molli & effœminato cauſidico ſæpè dixi, qui hæc loca non quietis amore, quam non nouerat, non appetitu ocij quod aderat, ſed neſcio quo nam imitandi ſtudio frequentare cœperat, incertum an ſibi ipſi moleſtior an mihi: uerum ille confeſtim tædio locorum & urbanorum deſiderio uoluptatum uictus abijt. quod niſi ſic eventurũ animo præuidiſſem, ultrò ipſe ceſsiſſem locis, tam nulla rerum opinionumue proportio erat, quamuis amicum ille ſe diceret, & eſſemus eiſdem ſtudijs à pueritia uerſati, ſed ut res docuit, ſtudiorum finibus longè diſparibus. Redeo autem ad inceptum.

Quod quanquã optimum eſſet, ut in iuuentute quiſq; ſibi aliquid rectæ uitæ genus apprehenderet, tamen ſi quis iuuenis neglexerit, conſultũ eſt ut ſaltẽ ſenex hoc faciat. Cap. II.

OPtimum quidẽ eſſet, niſi conſilij inopia iugis adoleſcentiæ comes obſtaret, ut ab ineunte ætate, circa unum aliquod uitæ genus apprehendendum, unuſquiſque noſtrũ accuratiſsimè cogitaret, nec ab illo calle quem ſemel elegiſſet, niſi magnis ex cauſis aut graui neceſsitate diuerteret. quod initio pubertatis feciſſe Herculem auctor Xenophon ille

Socraticus teſtis eſt & Cicero.ſed quia id nō facimus,neq; enim noſtro iuditio plærią; ui-
uimus,ſed uulgi,atque adeò per deuia raptamur,& quaſi per tenebras alienis ueſtigijs inſi
ſtentes,ſæpè periculoſas & inexplicabiles ingredimur uias,& eo uſque prouehimur, ut an
te ſimus neſcio quid,quam quid eſſe uelimus, circumſpicere atque examinare præmiſſum
ſit. Idcircò quam ſibi perſonam uel natura uel fortuna uel error aliquis impoſuit, ſi iuue-
nis non potuit,quiſque ſecum ſenex cogitet, & quod ſolet errans uiator, ante ueſperam
quantum licet ſaluti ſuæ conſulat, unum ſciens, naturam totam haud facile poſſe conuel-
li. Cui autem in ingreſſu uitæ huius, quando ut dixi, ſcintilla noſtri conſilij nulla erat,
cœleſte aliquod lumen affulſit,ut uel ſecurum uel periculi minoris,& facile remediabile iter
arriperet:habet unde ſemper Deo gratias agat. At cui ſiniſterior ſors fuit,plus negotij eſt
poſtquam tamen aperire oculos cœpit,& quàm dubium iter agat intelligere, omni ſtudio
incumbat adoleſcentiæ deuium, & errores uel in ſenectute corrigere, memineritquè Te-
rentiani ſenis in Adelphis,qui mutandæ ſub extremum uitæ conſultor idoneus,ſimul et de
lectabit & proderit. Difficile negotium imprimis, ſed & imprimis utile & nequaquam
impoſsibile. Neque uerò ſerum putet,quod ſalubre cognoſcit, aſſunt huius ſententiæ non
ſpernēdi auctores, ſapientiſsimus principū,Auguſtus Cæſar ait:Sat celeriter fieri quicquid
fiat ſatis benè,autem princeps Philoſophorum Plato ait,beatum cui etiam in ſenectute cō-
tigerit,ut ſapientiam uerasq; opiniones aſſequi poſsit.

Quæ in ordine mutandæq; uitæ tenenda ſit uita. Cap. III.

IN omni quidem ordine mutandæquè uitæ conſilio, illud imprimis ante oculos haben
dum,ut non concupiſcentia inani, ſed natura duce freti,uiam teneamus, non quæ ſpe-
cioſiſsima uidebitur,ſed quæ aptiſsima nobis erit. Vbi maximè rectum ac ſeuerum ſuip
ſius æſtimatorem ac cenſorē exigo, ne oculorum aut aurium uoluptate deceptus aberret.
quod quibuſdam accidiſſe ſcio, qui dum mirantur alios, immemores ſui atque aliena ten-
tantes, ridendi materiam populo præbuerunt. Hoc unum ſumptum à Philoſophis con-
ſilium eſt mihi,ſecundum quod uel ſolitariam uel urbanam uitam,ſiue aliam quamlibet na
turæ moribusq; ſuis comparans,norit quiſque quid ſuum ſit.quod ſi ingredientibus utile,
quantò progreſsis utilius,quibus ſuper eligendi laborem,extirpandæ etiam ueteris radica
tæquè ſententiæ labor eſt? Apud me ſanè cui nihil quod quidem nouerim commune cum
populo,& cui literularum tantum obuenit,quantum nō inflet animū ſed delectet,& ſolitu
dinis amicum faciat,ubi illas ſine loquaci doctore,ſed & ſine tenaci torpore,atque utinam
ſine ſequaci liuore didici, quem non amica, non coniunx, non uadimonium, non uſura,
non depoſitum,non lucellum,non roſtra,non balneum,non taberna,non cœna,non porti
cus in urbe deuinciūt,apud me,inquā,cui ut uerū fatear, nō tàm proprio ſtudio,alioue mo
nitu, ut ita ſentirem, quam naturæ ipſius perſuaſione conſultum eſt,uita proculdubio ſin-
gularis ac ſolitaria,non modo tranquillior,ſed altior eſt atq; ſecurior. Et ut extimare alios
iubeo ſuas res,& ut ipſa res meas noui, ualde ſolitudinem atque ocium, de quibus multò
hodie tecum, ueluti quaſdam ſcalas, ad id quo mens noſtra ſuſpirat, amplector ac teneo,
turbas atque ſolicitudines ceu repagula uecteſquè permetuo. ſed ita, ut ſi qua me
neceſsitas in urbem cogat,ſolitudinem in populo,atque in medio tempeſtatis portum mihi
conflare didicerim,artificio non omnibus noto,ſenſibus imperitandi,ut quod ſentiunt nō
ſentiant. Quod cum per me ipſum experientiæ creditum,in conſuetudinem deduxiſſem,
multo poſt tempore, acutiſsimi cuiuſdam doctiſsimiquè uiri conſilium eſſe cognoui, me-
moriæquè mandauit, eo quidem attentius,quo gaudebam factum meum uetuſtatis aucto
ritate fulciri. Nempè Quintilianus in eo libro ubi oratorem à Cicerone armatum bullis
ac phaleris, curioſiſſimè perpoliuit, de hoc loquens. Eſt, inquit, lucubratio quotiens ad
eam integri ac refecti uenimus, optimum ſecreti genus, ſed ſilentium & ſeceſſus, & undi-
que liber animus, ut ſunt maximè optanda,ita non ſemper poſſunt contingere. ideòquè

nõ ſtatim ſi quid obſtrepet abijciendi codices erunt, et deplorandus dies, uerum incommodis repugnandum, & hic faciendus uſus, ut omnia quæ impedient uincat intentio, quam ſi tota mente in opus ipſum direxeris, nihil eorum quæ oculis uel auribus incurſant, ad animum prouenient. An uerò frequenter etiam fortuita hæc cogitatio præſtat, ut obuios nõ uideamus, & ita ne decrremus, non conſequemur idem, ſi & uoluerimus, non eſt indulgendum cauſis deſidiæ, nam ſi non niſi refecti, non niſi hilares, non niſi omnibus curis uacantes ſtudendum æſtimauerimus, ſemper erit propter quod nobis ignoſcamus, quare in turba, itinere, conuiuijs, etiam ſibi faciat cogitatio ſecretum. hæc Quintilianus, quæ libentius inſerui, quia ſecretior locus erat, nam Senecæ de hoc ipſo uulgatior epiſtola eſt, ideoq; nihil apposuit præter finem ſolum: cum enim multa tractaſſet, qualiter aduerſi uulgi ſtrepitum durandus eſt animus ſtudioſi, tandem ad ſe uerſus. Quid igitur, inquit, non aliquando commodius eſt carere conuiuio? & reſpondens ſibi. Fateor ait, itaq; ego ex hoc loco migrando, quaſi quæcunque dixerat, neceſſariæ moræ ſolitaria, hoc ultimum uoluntariæ profectionis conſilium daret. Et profectò ſic eſt. Nam & ego unum hoc in neceſsitate remedium inueni, ut in ipſis urbium tumultibus imaginariam mihi ſolitudinem, ſeceſſu aliquo, quantum ſinor & cogitatione conficiam, uincens ingenio fortunam. quo remedij genere, ſæpè quidem hactenus uſus ſum. & quoniam futuri ſemper incerta conditio eſt, an adhuc uſurus ſim neſcio. Certè libera ſi contingat electio, ſolitudinem ueram proprijs in ſedibus quæſiturus.

De commendatione ſolitudinis. Cap. IIII.

QVod & dum licuit ſemper feci, & quàm cupidè nunc faciam uides, ſolitudo æquidem ſancta, ſimplex, incorrupta uereq; puriſsima rerum eſt omnium humanarum: cui etenim ſeſe oſtentet in ſyluis, cui ſi comat inter uepres? quem præter piſces hamo, quem præter feras ac uolucres uiſco fallat aut laqueo? quem cantu, quem geſtu mulceat, quem coloribus delectet? cui purpuram explicet, cui oleum uindicet, cui uerborum florida ſerta contexat? cui demum ſeſe approbet, cui placere ſtudeat, præter illum, cui in intimas ſolitudines penetranti, ſolitarium nihil eſt? neminem illa uult fallere, nihil ſimulat aut diſsimulat, nihil ornat, nihil palliat, nihil fingit. Nuda prorſus aut incompta eſt: ſpectaculis enim caret & plauſoribus, ueneficis animarum uitæ rerumqúe omnium, Deum unicum teſtem habet, nec uulgò cæco & mendaci, ſed cõſcientiæ propriæ de ſe credit: de quibusdam quoque parum illi fidens dubitat, recolens ſcriptum eſſe: Delicta quis intelliget? Et illud etiam: Si ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea. Nec tamen illud oblita, quod Suauis dominus uniuerſis, & miſerationes eius ſup omnia opera eius. quod Alleuat dominus omnes qui corruũt, & erigit omnes eliſos. q Prope eſt omnibus inuocantib. eũ, quod Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis, neq; ſecundũ iniquitates noſtras retribuet nobis, quoniam ſecundũ altitudinem cœli à terra corroborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe. quod Quantũ diſtat ortus ab occidente, longè fecit iniquitates noſtras. deniq; non iudicialiter, ſed paternè aſpiciens, quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt dominus timentibus ſe: quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum, & recordatur, quoniam puluis ſumus, & homo ſicut fœnũ & flos agri egreditur & conterit̃, & fugit uelut umbra. Miſericordia autẽ domini ab æterno & uſque in æternũ, quoniã ipſe fecit nos, & nihil odit omnium quæ fecit. atq; ita hinc minantibus ſcripturis, hinc ſpem dantibus, de ſe incerta, & neſciens, an amore an odio digna ſit, trepidat ſed & ſperat, ac ſeipſam de certa & nota regis ſui miſericordia conſolatur. Sic ſe ſic dæmonum uigil inſidias inqúe id ſolum occupata circumſpicit & diuino præſidio fulta contemnit. Sic undique fœlix ac tranquilla, & ut propriè dicam, arx munita, tempeſtatumqúe omnium portus eſt. quem qui fugit, quid ſibi aliud præter, portu careat, uoluatur rerum pelago, uiuat in ſcopulis, moriatur in fluctibus? Nec tamen uſque adeò propoſiti improbus ſententiæqúe tenax ſim, ut deſipere

ut deſipere alios putem, uel in uerba iurare cogam mea, ad fatendum multi, ad credendum nemo cogit. nulla maior quàm iudicij libertas, hanc itaq; mihi uendico, ut alijs nō negē. ſit ſanè, poteſt enim eſſe, ſit honeſta, ſit ſancta omnium intentio, eſſe autem occultiſsimè profundiſsimèque rei humanæ conſcientiæ iudex nolim. Et poſſunt omnes Deo largiente benè uiuere, nullum reſpuit infinita clementia, ſed à multis ipſa reſpuitur, ipſa etiam humanæ Philoſophiæ inſtitutio gradiaria eſt, non poſſunt enim ſummum locum præhendere, alioquin ima omnia uacarent, tantum ut uitetur obſcœnitas, & quæ in imis eſſe ſolent ſordes, id enim omnibus neceſſe, qui quolibet in genere uitam agere procul ab infamia decreuerunt. Sic obſcœna uitare debitum, in altum niti uirtus eſt, peruenire fœlicitas.

De quadruplici diſtinctione uirtutum, à Plotino inducta, & à Macrobio comprobata. Cap. V.

NOn ſum oblitus diſtinctionem illam quadruplicem uirtutum, à Plotino ingenti Platonico inductam, à Macrobio comprobatā, ſed in ea ipſa politicæ uirtutes infimum gradum tenent, quæ occupatorum eſſe poſſunt, eorumque non omniū, ſed illorum quibus occupationum finis uirtus, propria & multo maxima reipublicæ ſalus eſt. Cernis ad quam paucos uno uerbo tota occupatorum innumerabilis acies ſit redacta. Proximum aſcendē do gradum poſſident purgatoriæ uirtutes, haud dubiè linquentium urbes, atque orioſorū & uerè philoſophantium ornamenta, & paſsiones quidem animi, quas primæ temperant, hæ conuellunt. Tertius gradus, altior illarum eſt, quas purgati animi uirtutes uocant, quarum munus eſt proprium, paſsiones, quas politicæ mollierint, purgatoriæ conuulſerint, obliuiſci hæc perfectorum ſunt, qui ubi ſint, neſcio, ſed & qui fuerint, ſolitudinem amarunt. & ſi quis uſquam ſupereſt, quamuis hoc uirtutū gubernaculo tutus in alto nauiget, puro tamen ſolitudinis portum amet. Quartus ac ſupremus exemplarium eſt locus, quæ ſupra hominem ſunt, & ut aiūt, in mente ſolius Dei habitant. unde quod ipſum nomen indicat, tanquā ab exemplari aliquo æterno, Siue ut Plato uocat, ab ideis, quas in eadē Dei mente, ut cæterarum rerum, ſic uirtutum poſuit, tres alias humanarum uirtutum ſpecies ortas uolunt. in his autem aduerſus paſsiones, non modo non eoſdem effectus eſſe quos in cæteris, ſed ipſum paſſionis nomen audiri nefarium prorſus atque ſacrilegum. De iſtis ſanè nil dicturus fueram, nihil enim ad id, quod nunc agitur, niſi enim cum de politicis purgatorijſq; uirtutibus loqui aliquid tempus admonuiſſet, Plotini quadrifidam catenam, multa arte cōſertam, ſtilo ſoluere ac diſſociare non libuit.

De delectatione ac dulcedine uitæ ſolitariæ & ſpiritali pugna ſolitariorum. Cap. VI.

VIdes'ne quāto uerborū ambitu, utcunq; cū occupatis in gratiā redire uoluerim, tempus eſt, ut his iā digreſsionibus modus ſit. ad me igitur, & ad ſolitudinē reuertor. Cuius ego uerā intimamq; dulcedinem, utinam profundius hauſiſſem, ut fidentius in hoc te, cum ſermone uerſarer. nunc de re ſanctiſſima, profanum ingenium fari pudet. quis enim fando æquet, quod uix percipit cogitando: cœleſtis & prorſus angelica uita eſt, de qua terrenus eſt, ne dicam terreus homuncio loqui uult, ſplendore nominis captus, famaque rei optimæ, & ut uerè dicam, odore magis quàm ſapore delectatus, haud aliter quàm ſi natus in ſyluis paſtor, & in ſyluis educatus ſitim fluuio, herbis, famem ſedare ſylueſtribus, humi cibum ſumere ſolitus dumoſoq; requiem ſub antro, caſu aliquo ad ampliſsimæ cuiuſpiam atque opulentiſsimæ urbis muros acceſſerit, & dum in ueſtibulo feſſus ſedet, oculoſque auidè circunflectit, inque urbem ipſam inijcit cuſtodum domos aut cohærens portis angiportum uiderit. Exinde reuerſus in ſyluas, ſocijs narret, quid in ea urbe conſpexerit, quid in atrijs, quid in uicis, quid in curia, quid in foro, quid in officijs artificum, quid in thalamis procerum, quid in publicis priuatiſque conſilijs agatur. Aut ſi quia primum fortè religioſiſsimi templi limen attigit, idcircò quicquid amictum ſeu uaſorum imis penetralibus

abditum

abditum ſeruatur, cunctas librorum formas, ſingula ſacerdotum officia, omnes ſacrorum cærimonias noſſe putat. Re enim uera quantum ego ab huiuſcemodi paſtore differo, niſi quod is urbem ſemel adijt, aut templum, ego ſæpè ſolitudinē, is exterius ſubſtitit. ego introrſi, ille mox abijt, ego permanſi. Quid tamen ego certiùs noui, qualis ſolitariæ uitæ ſtatus interior ſit, antra, colles & nemora, æquè omnibus patent. Nemo arcet intrantes, nemo pellit ingreſſos, deſerti nullus eſt ianitor, nullus cuſtos. ſed quid locorum ſolus introitus, quid ambiti uehunt amnes, quid luſtratæ iuuant ſyluæ, quid inſeſſi proſunt montes, ſi quocunque iero, animus me meus inſequitur, talis in ſyluis qualis erat in urbibus? ille ante omnia deponendus, ille, inquam, ille domi relinquendus erat, ſuppliciterq; poſcendum à domino, ut cor in me crearet mundum, & ſpiritum rectum his in uiſceribus innouaret. Tum demū uitæ ſolitariæ abdita penetraſſē, hæc enim, quid alieno glorier? hæc ſolicitudo utique, non ſolitaria uita eſt, ea ſcilicet quam ſuſpiro, quamuis exterius ſimillima uideatur, æquè hominum turbis educta, ſed non æquè paſsionibus expedita. O ſi uidiſſem quæ'nam dulcedo illa ineffabilis ſanctarum animarum, quam de præteritorum commemoratione diſcriminum, & uenturi gaudij expectatione percipiunt, ſine quibus triumphatus hoſtis, ſine quibus ſæpè quidem uictus, ſed uincendus adhuc, & in acie nunc etiam ſtandum eſt, non ſine ſpe certa uictoriæ, militandumque non ſolis, ſed ſuffultis Angelico comitatu. Et quibus indutis armaturam Dei loricamque iuſtitiæ, ut uerbo utar Apoſtoli, munitus ſcuto fidei, gladio ſpiritus, & ſalutis galea, aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, iterum atque iterum nullo quidem ſpectante mortalium, ſed cœlicolarum maximò conſenſu & eximio omnium fauore CHRISTOQ. IESV ſpectaculis præſidente pugnandum eſt. Quæ'nam illa ſuſpiriorum quies, de profundis ad excelſa tendentium, fatigato animo gratiſsima? quæ'nam ſuauitas lachrymarum, de puriſsimo cordis fonte cadētium? quæ'nam militum CHRISTI uigiliæ excubiæque, Pſalmorum in turribus Hieruſalem, & in propugnaculis Sion aduerſus exercitum Babylonis, tota nocte canentium uallumque & caſtra ſeruantium, loco arduo & munito, ubi nec pabulū deſit nec aquatio, ubi fidāt hoſtibus inſidijs, tētari ſe poſſe nō obrui, eoq; ſe gratiæ ſubuectos, ut ferociſsimi hoſtis incurſus ipſis obſequiū, ſuppliciū illi ſit, ut qui ſaluti tā amplius nō obeſt, ſæpè proſit ad gloriam, exercendoq; fiat cautior, militia fortior uictoria, clarior triumphus, CHRISTI pugilū in uitæ huius agone certantium.

Quantum ſit ſolatiū, quantaúe iucūditas pro breui ſolitudine hominum, perpetuam ſperare frequentiam angelorum. Cap. VII.

QVod illud ſolatium, quāta iucūditas, gaudere præſentibus, ſperare meliora, pro breui ſolitudine hominū perpetuā frequentiā angelorū et diuini uultus aſpectū? ubi totius ſacræ cōcupiſcentiæ & deſideriorū omniū eſt finis, pro paucis lachrymis interminabilem riſum, pro temporalibus ieiunijs æterna cōuiuia, pro uoluntaria paupertate inæſtimabiles ueriſsimasque diuitias, pro incolatu ſyluarum ius ciuitatis æthereæ, pro fumoſo tugurio ſtellantia CHRISTI palatia, pro agreſti ſilentio cantus angelicos, et cœleſtis dulcedinē harmoniæ, quæque omne melos exceſſerit, illam Dei uocem, tot tranſactis laboribus, ſuos æternam in requiem euocantis, pro his omnibus ſponſorem ueraciſsimum ac locupletiſsimum habere. Cogitare quotidie quid eſt quod reliqui, quid eſt quod ſecutus ſum, quale eſt quod patior, quale quod expecto, quantum eſt quod ſeui, quantum eſt quod metam, extimare quā breuis tēporis iactura, immò uerò nō iactura, ſed lucro, & innumerabiliū tædiorū fuga, fœlicitatē negotiētur æternā, & dimiſsis hominū faſtidijs, urbiumq; periculis, ubi uerè eſt infernus ille uiuentiū, cuius meminit Pſalmiſta, ad ſupernam patriam properantes, iam hinc cœperint eſſe fœlices. Siquidē miſeriæ finis fœlicitatis initiū eſt, natura cōtrariorū exigēte, ut ubi hoc deſinit, illud incipiat, poſtremò & cogitatus altiſsimos, & collocutores ſpiritus, & uiſiones beatificas habere, & ſæpè p̄ſentē CHRISTVM familiarius cōpellere. Semp enim p̄ſens eſt, q ubiq; ſemp eſt. qs eſt aūt hic, niſi de quo ſcriptū eſt: Si aſcendero in cœlū tu ĩllic es, & ſi deſcēdero ad infernū ades. Si ſumpſero pēnas meas diluculo &

habitauero

habitauero in extremis maris. cui ſi facilè fuit oculos nobis atque aures intellectumq; largiri, multò eſt profectò facilius nos uidere, audire & intelligere. Videt ille igitur nos, audit quę prius etiam quã loquamur, ipſe eſt enim igit, qui tacito Moyſi ait: Quid clamas ad me? Præuenit uota noſtra & affectus anticipat, cogitationes noſtras intelligit de longinquo, hoc eſt multò antequã fiant. preces noſtras exaudit antequàm ſonent, neceſsitates noſtras aſpicit antequàm ueniant, exitus noſtros ſpeculatur antequàm nati ſumus. ſed ita nos aſpicit, ut indignos licet inueniat, miſereatur tamen, niſi forte quod procùl abſit à nobis, contumacia pertinaci miſericordiam repellamus.

Quod habentes uerum teſtem CHRISTVM, teſte imaginario non egeamus. Cap. VIII.

HAbentes ergo teſtem Patrem iudicem, teſte illo imaginario non egemus, de quo alibi ſcripſi, quem Philoſophorum quidam quærendum nobis eſſe dixerunt. Epicurus quidem, quibuſdam licet opinionibus infamatus, magnorum tamen iuditio magnus uir, amico ſcribens. Sic fac, inquit, omnia, tanquàm ſpectet Epicurus. Marcus Cicero in epiſtolis, quas ad Q. Cic. F. ſuum ſcribit, poſt adhortationes magnificas ad uirtutem, concludẽs: id, inquit, facillimè facies, ſi me, cui ſemper uni magis quàm uniuerſis placere uoluiſti, tecum ſemper eſſe putabis, & omnibus his rebus quas dices, & facies, intereſſe. multum haud dubiè confidebat ueram præſentiam, profuturam eſſe germano, qui memoriam ſui ſolam, efficacem adeò uirtutis ad ſtudium, extimaret. Secutus hos Seneca, ſed non auſus ſibi tribuere, Lucilium ſuum monet, ut alicuius clarioris uiri præſentiam ſibi fingat: Ait enim, prodeſt ſine dubio, cuſtodem ſibi impoſuiſſe & habere quẽ reſpicias, quem intereſſe tuis cogitationib. iudices: nec multò poſt: Sic facies, inquit, quæcũq; facies. tanquã ſpectet aliquis. & poſt pauca aliquorũ te, inquam, auctoritate cuſtodi, aut Cato ille ſit, aut Scipio, aut Lelius, aut cuius interuentu prodiri, quoq; homines, uitia ſupprimerẽt. Et ut intelligas hãc etiã eſſe Epicureã doctrinam, Seneca idem alibi, Aliqs, inquit, uir bonus nobis eligendus eſt, ac ſemper ante oculos habendus, ut ſic tanq̃ illo ſpectãte uiuamus, et omnia tanq̃ illo uidẽte faciamus: hoc mi Lucili, Epicurus præcepit, cuſtodẽ nobis & pedagogũ dedit. deinde quibuſdã interpoſitis quibus hoc conſiliũ annumerat: adiecit. Et elige itaq; Catonem ait, ſi hic tibi nimis uidetur rigidus, elige remiſsioris animi uirũ Leliũ, elige eũ. cuius tibi placuit, & uita & oratio, & ipſe animũ ante ſe ferẽs uultus. Vides ut aliquot enumeratis, utrobiq; nobis liberũ linquit eligere quẽ uelimus, modò aliquẽ eligamus, cuius nobis non genus, non potentia, non opes, ſed uirtus & conuerſatio & teſtis animi frons, & motura animũ uerba placuerint. & hoc quidem de imaginario teſte uitæ philoſophicũ conſiliũ, inter ſuos nõ inutile nobis, non neceſſarium, hunc in his literulis obtineat locum, ut quod diximus appareat tali teſte, Chriſtianum hominem non egere, cui non Epicurus aut Cicero non Cato, non Scipio, nõ Lelius imaginatione fingendus, ſed angelus bonus uitæ *cuſtos*, comeſq; datus homini, quo ſpectante, ſi quis eſt pudor, audere non debet, quod cor*am homine* non auderet. Et quod ſummum & terribile dixerim, CHRISTVS ipſe locis omnibus atque temporibus eſt præſens, non actuum, ſed & cogitatuum omnium uerus teſtis, quos & ſi uerè afforet teſtis Epicureus, non uideret. Figere hic animum libet & cogitare, quis tàm impudenti rabie unq̃ fuit, tantamque ſcelerum licentia, qui non dicam CHRISTVM, ſed amicorum CHRISTI aliquem coram cernens, non raptanti ſe præcipitantiq; libidini frena ſubſtringeret? Atqui CHRISTVM ipſum in abditis etiam animæ penetralibus ſemper aſsiſtere, & quid illis geratur introſpicere, aperta omnia uidere, nemo uſquã Chriſtianus eſt. qui dubitet, nec ab omni dedecore tanti teſtis metu ſaltem & ueneratione deſiſtitur. quod hic præſtigij eſt, niſi quia quem præſentem corde credimus, oculis non uidemus, eoque relabimur, in quo ueteres Cicero, qui CHRISTVM certe non nouerat arguebat, ubi ait. Nihil animo uidere poterat, ad oculos omnia referebant? q; & ſi nobis accedit, & conſilium optamus, idem nobis audiendus eſt Cicero, non quod alij præcipuè ex noſtris deſinit, cum Auguſtinus ex hoc maximè librum ueræ religionis mihi texuiſſe

uideatur,

uideatur, ſed iuuat in re noſtra peregrinũ, ut ita dixerim, hominem audire, p̃ſertim cũ unus idẽq; locus ſit, ubi & uulnus aperuit, & medicamenta cõpoſuit. ait enim: Magni autẽ eſt ingenij, reuocare mentem à ſenſibus, & cogitationem à cõſuetudine abducere. in hoc ergo ſummis & nos uiribus enitamur, ut ſenſibus domitis, & uicta conſuetudine aliquid animo uideamus, aperiamus iam tandẽ, atq; purgemus oculos illos intrinſecos, quibus inuiſibilia cernuntur, CHRISTVM adeſſe uidebimus. & ſi de Marco Catone ſcriptũ eſt, ꝙ puduit gementẽ, illo teſte, mori, quantò magis pudebit CHRISTO ſpectãte malè uiuere, malè mori, aut omnino facinoroſorũ aut turpè aliqd tanto ſub teſte cõmittere. Sanè noſter hic teſtis infallibilis atq; perpetuus, ut ad ꝓpoſitũ ſermo redeat, & ſi ubiq; p̃ſens ſit, nuſq; tamen eſſe p̃ſentior, nuſquãq; familiarius nos audire & nobiſcũ colloq quã in ſolitudine dignaĩ, nimirũ, nã & nullus interſtrepit, & q̃d ab intentione mentẽ diſtrahat non eſt, ſic humanus animus aſſueſcit cœleſtibus, freq̃ntiq; colloqo fiduciã ſalutarẽ cõcipit, & ex hoſpite atq; aduena fit domeſticus Dei. Magno enim ex amore continuoq; & fideli cultu inter Deũ & hominẽ, familiaritas tanta eſt, quanta inter hominẽ & hominẽ nõ eſt: quamobrẽ ut laborioſos homines, & mortalibus ſemꝑ rebus implicitos, ac terrenis occupationibus tota intẽtione demerſos, iam nũc occupationum immortalium et inferni laboris habere primitias credideim, ſic ſimillimum ueri putem, ſolitarios Dei amicos, pijs aſſuetos curis, iam hic æternæ uitæ præſentire delitias. Nec incredibilè dixerim, poſſe aliquem ex hoc numero, cui ſecularis cœni ueſtigium nullum extet, ad eum gradum miſericordia ſubleuante conſurgere, ut adhuc terris incluſus, concinentes in cœlis angelorum choros audiat, & uideat in exceſſu mentis, quod ad ſe rediens non poſsit exprimere. Sed quid horum omnium ſcire, quid'ne de his loq poſſum peccator, infœlix, & peccati mei pondus ac uincula circunferens, qui uel amore literarũ amicũ ocio, & literis locũ amo, uel fortaſsè odio quodã ex diſsimilitudine morũ orto, populũ fugio, & fortaſsè conſcientia uitæ meæ, multiloquũ teſtem uito.

De libertate ſolitarij, & ſtudio mentali. Cap. IX.

HIs igitur prætermiſsis, quanquam bone IESV, ad hunc finem creati abs te, ut in te requieſcamus, ad hoc nati, & ſine hoc inutiliter atque infœliciter nati ſumus. quanti tandem Pater æſtimes illa communia, uiuere ut uelis, ire quo uelis, ſtare ubi uelis, uere inter purpureos florum thoros, autumno caducarum inter frondium aceruos acquieſcere, apricatione hyemem, umbris æſtatem fallere, neutram ſentire, niſi quam uelis: in utraque tuum eſſe, & ubicunque fueris eſſe tecum, procùl à malis, procùl ab exemplis ſcelerum, non impelli, non collidi, non affici, non urgeri, nondum eſurire malis, in conuiuium trahi, dum tacere cupias ad loquendum cogi, non importunè ſalutari attrectarique ac detineri in compitis, & urbanitate incondita & inſulſa totos dies in aculeo pendẽre, obſeruare prætereuntes. Quis te ut monſtrorum aliquod intueatur admirans, quis pedem figat occurſu, quis flexus in tergum hæreat, & aut neſcio quid raucum in aurem comitis inſuſurret, aut de te obuium, interroget, quis in turba uel moleſtè urgeat, uel aliquanto moleſtius lococedat, quis manum porrigat, quis ad caput illam referat, quis multa in anguſtijs loqui paret, quis tacitus oculo ſignum det, & ſtricto tranſeat labello. Demum non inter tæderc, ſeneſcẽre, interque ſaltantium greges premere ſemper & premi, artari ſpiritum, mœſtisque uaporibus afflatum, hyeme licet media ſudare, non humanitatem inter homines dediſcere affectumque faſtidijs, odiſſe res, odiſſe homines, odiſſe negotia, odiſſe quos diligas, odiſſe teipſum, non obliuiſci tuarum rerum, ut multis ingratis uaces. Sine præiuditio tandem apoſtolicæ ſententiæ, ad Romanos quæ eſt: Quod nemo noſtrum ſibi uiuit, & nemo ſibi moritur, ſiue enim uiuimus domino uiuimus, & ſiue morimur domino morimur, ita tibi uiuere & mori, ut non alijs quàm Domino uiuas et moriaris. Stare interim uelut in ſpecula, res curasque hominum ſub pedibus intuentem, uidere omnia teque imprimis, cum uniuerſitate tranſire, nec ſenectutem tacitè ſubrepentem, prius moleſtam pati, quàm proximam ſuſpicari, quod omnibus propemodum occupatis accidit: Sed eam

multo ante proſpicere & præparare illi integrum corpus, æquum animum noſſe, uitæ umbram hanc non uitam, diuerſorium non domum, uiam eſſe non patriam, non cubiculum ſed palæſtram, non amare quæ fugiũt, optare quæ permanent, hæc ipſa dum aſſunt, ferre pacifice: ſemper te meminiſſe mortalem, ſed cui ſit immortalitas repromiſſa, mittere retro memoriam, perq́ue omnia ſecula, & per omnes terras animo uagari, uerſari paſsim & colloq cum omnibus, qui fuerunt glorioſi uiri, atque ita præſentes malorũ omnium opifices obliuiſci, nonnunquam & teipſum, & ſupra ſe eleuatum animum inferre rebus æthereis, meditari quid illic agitur, & meditatione deſiderium inflammare, teq́ue uicisſim cohortari, & ardentium quaſi uerborum facultas calidis admonere præcordijs, qui quod inexperti nõ intelligunt, non ultimus ſolitariæ uitæ fructus eſt. Inter hæc ut notiora non ſileam, & lectioni dare operam & ſcripturæ, & alternum laborem alterno ſolatio lenire, legere quod ſcripſerunt primi, ſcribere quod legant ultimi, & beneficij literarum à maioribus accepti, qua in illos non poſſumus, in poſteros ſaltem gratũ ac memorem animũ habere, in eos quoque qua poſſumus, non ingratũ, ſed nomina illorũ uel ignota uulgare, uel obſoleſacta renouare, uel ſenio obruta eruere, & ad pronepotum populos ueneranda tranſmittere, illos ſub pectore, illos ut dulce aliquid in ore geſtare, denique modis omnibus amando, memorando, celebrando, ſi non parem, certè debitam meritis referre gratiam.

Quomodo quarundam artium inuentoribus diuini honores attributi ſint. Cap. x.

INuentores artium quarundam, poſt mortem diuinitatis honore cultos audiuimus, gratè quidem potius quàm piè, nulla eſt enim pietas hominis, qua Deus offenditur, ſed erga memoriam, de humano genere benemeritorum, inconſulta gratitudo mortaliũ, humanis honoribus nõ contenta, uſq; ad ſacrilegas proceſsit ineptias. hinc Apollinem cythara, hinc eundem ipſum atq; Aeſculapium medicina, Saturnum liberumq; & Cererem agricultura, Vulcanũ fabrica Deos fecit, hinc Aegyptus Oſirim Athenæ docta urbs Mineruã coluère, q illi lini, hæc olei uſum artẽq; lanificij reperiſſe fertur. longũ eſt ſingula pſequi, q apud ueteres huiuſcemodi uanitatũ nullus eſt modus, quas palã damnare, nõ auſus ille poëtarũ maximus atq; cautiſsimus, ut qui uerò paratum fortè ſupplicium uerebatur, latenter utique, nec minus eleganter irridere non metuit, quandoquidem animas eorum inuentas, qui uitam excoluère per artes, quorum nomina uulgus mendax, & omnium fons errorum in cœlum cœli domino indignante, locauerat, apud inferos ponit. nominatim inſuper ipſum medicinæ repertorem, omnipotentis dei fulmine detractum, ad ſtygias undas canit. uerũ hæc quæſtio inter eos maneat, apud nos enim nulla de dijs eſt q̃ſtio, nec uerò mirari unquã ſatis poſſum, uiros in cæteris omnibus tàm perfectos, in ſolis ſuperſtitionibus tã deliros, & quaſi uelocisſimos curſores euntes in diuerſum, & ante oculos metam poſitam non uidentes, ut quorũ pernicitatem miror, miſerear cæcitatem. Sanè ſi taliũ rerum primis auctoribus honor aliquis debetur, quem deberi magnum, modò humanum, m q́ue non inficior, quid non literarum artiumq́ue nobilium repertoribus debeat uomerẽ ſulcis, nõ telã lateri, non fidiũ tinnitũ auribus, non oleũ aut uinũ gutturi, & auribus & gutturi ſuos ſonos ſuaſq; delitias, ſed fœliciora q̃dam inſtrumẽta ad cib & ornatũ cultũq; & medelã animi peperère? Enim uerò id debitũ, ubi q̃ſo potisſimũ pſoluat, aut quis eſt q dubitet, hoc ipſum literarũ negotiũ, q̃ uel noſtrum uel alienum conſecremus nomen, quo multo perennius quàm ære, uel marmore uirorum illuſtrium imagines excidamus? nuſquam omninò melius, nuſquam liberius, quàm in ſolitudine po tractari, expertus hoc ſaltem loquor, ſentio quos animo ſtimulos, quas alas ingeni, *quod illa* operi uacuum tempus accommòdat, quæ omnia præter illam ubi quæram neſcio. *Vacuitatem* uerò ſeu uacationem dici mauis literarum atque artium fontem eſſe, ſi mihi fortè nõ credis, Ariſtoteli crede, q primo Metaph. ſicæ ſuæ libro, circa Aegyptũ conſtitutas mathematicas artes ait, rationem aſſerẽs, quod ibi gens ſacerdotum uacare dimiſſa eſt, quod nec

Plato

Plato ipſe tacuerat, de eiſdem loquens in Timeo, quod ſacerdotijs præditi, ſeparatim à cætero populo manent, ne contagione aliqua prophana caſtitas polluatur. de quorum uita, ut unus è ſacerdotibus noſtris ait, Cheremon Stoicus, uir eloquentiſsimus narrat, quod omnibus mundi negotijs curisqúe poſtpoſitis, ſemper in templo fuerint, & rerum naturas cauſasqúe ac rationes ſyderum contemplati ſint, nunquam mulieribus ſe commiſcuerint, nũquam agnatos nec propinquos nec liberos quidem uiderint, ex eo tempore, quo cepiſſent diuino cultui deſeruire, carnibus & uino ſe ſemper abſtinuerint. Addit ad hæc, ꝙ biduana ac triduana inedia, humores corporis ex ocio atq; immobilitate naſcentes, acerrimè comprimere & caſtigare ſint ſoliti. multa quoque de cibo, de potu, de accubitu, quibus moribus, diuinam ingenij ubertatem facilè crediderim contigiſſe.

SECTIO. V.

De rationibus, quibus aliqui uitam ſolitariam reprehendunt. Cap. I.

NEc ſum neſcius, ut hoc loco mihi uiolenter occurritur, ab his quibus ſolitudo & literis inimica uidetur & uirtutibus, dicunt enim in primis carere ſolitudinem magiſtris quibuſdam, quaſi literarum diſpenſatoribus, atq; ut ita dixerim, tenerorum altoribus animorum, ſine quorum ope continua, profectò rara nunquã ingenia ſurrexêre. Ita uerò hoc dicũt, quaſi ego pueris loquar, & nõ his q domi ferulã pædagogũ dimiſerint, inſtant tamẽ acrius, & eruditis etiam uiris diſtrahi ingeniũ, huc illuc proſpectu uago & cœlo liberiore, cõfirmant. ꝙ quidẽ ubi grande aliqd molitur, rapidi more cornipedis, magno quem ſaltui præpares frenandum colligendumq;, doctus nemo negauerit. huius ſententiæ patronum Quintilianum habent, q libro Oratoriarum inſtitutionũ, niſi fallor nona, cũ ſecretũ & liberũ arbitris locũ, & quàm altiſsimum ſilentium ſcribentibus maximè cõuenire, deq; hoc neminem dubitare dixiſſet, procul dubiò hac in parte mecum ſentiens, mox adiecit, unde diſſentiens uideretur, Et non tamen, inquit, protinus audiendi, qui credunt aptiſsima in hoc nemora ſyluasq;, ꝙ illa coeli libertas locorumq; amœnitas, ſublimem animum & beatiorẽ ſpiritum parent, mihi certè iucundus hic magis, q̃ ſtudiorũ hortator uidetur eſſe ſeceſſus. namq; illa ipſa q̃ delectant, neceſsè eſt auocent ab intentione operis deſtinati, neq; enim ſe bona fide, in multa ſimul intendere animus totũ poteſt, & quocunq; ipſe reſpexit, deſinit intueri ꝙ propoſitum erat. ſatis utique dixerat, & tamen ut penitùs ita ſibi perſuaſum ſcias, inſiſtit ac repetit: Quare, inquit, ſyluarum amœnitas & præterlabentia flumina, & inſpirantes ramis arborum auræ, uolucrumqúe cantus, & ipſa latè circunſpiciendi libertas ad ſe trahunt, ut mihi remittere potius uoluptas iſta uideatur cogitationem, quàm intendere. Ecce igitur ut aduerſum me non ſpernendus teſtis in iuditium uenit, qui uelut auctoritati propriæ parum fiſus, Demoſthenis haud uulgaris equidem notæ uiri, ſed abſque æmulo Graiæ facundiæ principis, factum profert, opinioni ſuæ conſentaneum. Et Demoſthenes quidem, inquit, melius qui ſe in locum, ex quo nulla audiri uox, & ex quo nihil proſpici poſſet recondebat, ne aliud agere mentem cogerent oculi: habes ô ſtudioſe ſyluarum ſectator miratorqúe, dicat aliquis, qui ſyluas & colles & ſeceſſus auios, non tantum inutiles ſtudijs opinetur, ſed damnoſos. quid hic dicam? negem aut locutum uera Quintilianum, aut rectè feciſſe Demoſthenem, immò uerò uel in ſententiam horum ibo, uel hos in ſententiam meam traham? conuenire ſecurius, quàm luctari. Poteram nempè perfacilè hos incurſus auertere, quod Oratores ambo, hic quidem clarus, ille clariſsimus. nec dubium, nulli ſtudioſorum generi minus ſyluas, & ea de quibus hic loquitur, atque omnino ſolitudinem conuenire (ꝙ expreſsius dicam cum ad exempla peruenero) ſed nõ hic euadere eſt animus, nec fuga nec bellum placet, concordiã quæro, itaq; quamuis ego nuſquam fœlicius, quàm in ſyluis ac mõtibus ingeniũ experiar, nuſquam mihi paratius & magnifici ſenſus occurrãt, ſicubi tamẽ magnificũ aliquid occurrit, & æqua conceptibus uerba reſpondeant, nolim tamen, quod mihi forſan ſingulare eſt, ad uniuerſos trahens dictum factumúe tãtorum hominum damnare, quin utrũq; potius amplector, & probo neutrum

noſtro propoſito aduerſum. Neq; enim ſtudioſis impero, ut in ſyluis aut in mõtibus libros ſcribãt, ſed pmitto ut tali ſpectaculo recreatũ animũ, in anguſtias cogant tacitas atq; recõditas, quas tamen nullo loco aptius, quàm in ſolitudine poſſe cõtingere, quis eſt, qui non, quamlibet urbiũ amicus, intelligat? fuſcum igitur ac ſilentem locum, qui ad ſcribendum uenit eligat, hoc enim iubentibus nõ obſiſto, q̃d diurno ſcriptori dictum, nocturnus non reſpuat lucubrator. qua in re, ipſius Quintiliani cõſilium non inefficax expertus, tecum ſtudioſiſsime Pater, & cum lectore communico, ille enim laudans Demoſthenis hunc morẽ, ad extremũ ait: Ideò lucubrãtes ſilẽtiũ noctis, & clauſum cubiculũ, & lumẽ unũ uelut rectos teneat, nihil horũ ut arbitror ſolitudini obſtare, ſed fauerẽ cũcta fateberis, itaq; ſi inter tantas uoces audior, cõſiliũq; nouũ nõ deſpicit, & hos ſequor, & longius euectus, ſi loci optio integra eſt, ſcripturũ noui aliquid admoneo, quotiens ſe exemplo Demoſthenes includet.

Quod ſyluæ, loca uirentia, & amnes plurimum conferunt ſolitarijs. Cap, 11.

ILlud ante, puiſum ſit, ut poſt ſecũdos ingenij ſucceſſus, egreſſu facili in ſyluas & loca uirentia, quoq; nihil eſt Muſis amicius, queruli amnis in ripam grauedinem poſsit fatigationemq; deponere, nec ideò minus in aruũ ingenij rerũ ſemina iacere, & inter ipſum quietis reparandiq; animi tẽpus uenturo labori materiã pparare, utile ſimul, & iucundũ opus, & actuoſa req̃es & q̃etus labor, ut cum ad anguſtã illã Demoſthenis ac ſecretã aream reditum fuerit, ſententiarum ſementem, inutilibus excuſsis, uotiua uerborum meſsis æq̃paret, atq; ita nullũ ſtudio tempus iners aut inane pterfluat, q̃d his præcipuè dictũ ſit, q̃ orationes texũt aut hiſtorias, namq̃ philoſophiã, ac maximè q̃ poëticã meditanẽ, q̃bus acuta potius & arguta, q̃ multa cõgrere mens eſt, eos libertati ppriæ relinquendos cenſeo, impetũ ingenij ſequanẽ, cõſidãt ubicũq; eſt animus, ubi locus tempusq; ſuaſerint, aut ubi ſe ſtimulis maioribus adigi ſenſerint, ſeu cœlo apto, ſeu clauſæ tecto domus, ſeu ſolidæ rupis obtentu, ſeu patulæ pinus umbraculo. non multorũ euolutione uoluminũ eſt opus: Illis ẽi ante plectis in animo legũt, ſæpè etiã in animo ſcribũt, lectione pterita, ſed pſenti ingenio ſeſe attollũt, nempè ſupra humanũ modũ rapianẽ oportet ſi ſupra hominem loq̃ uolũt, id ſanè locis aptiſsimis expeditiùs geri interdũ, & alacrius animaduerti. unde ſæpè mõtanum carmen, quaſi hœdũ è toto grege lætiſsimum atq; lectiſsimum uidi, & nitore inſito admonitus originis, dixi mecum: *Gramen alpinum ſapis, ex alto uenis.*

Equidem ut huic tandem articulo finem faciam, & Marcus Tullius, & Virgilius Maro, quos eloquentiæ principes Latinæ nemo eloquens negabit, huic conſilio hærebant, dum alter cum ſæpè alias, tamen præſertim ad tractatum legum Ciuilium acceſſurus, frondoſas quercus & delectabiles ſeceſſus, quodque ibi ſcriptum memini, ripam & umbram, & proceriſsimas populos, & concentum auium, & ſtrepitum fluuiorum, atque æquas in partes ſciſsi amnis in medio inſulam paruam, & huic noſtræ ſimillimam quæreret: alter autem ſuum Alexim, quiſquis is eſt, paſtorio carmine laudaturus:

Inter denſas umbroſa cacumina fages,

Aſsiduè ueniens, ſolus in mõtibus & ſyluis id faceret, Platonem ſecuti ambo, qui inter odoſa cupreſſeta & ſpatia ſylueſtria, de inſtitutis Rerumpub. deq; optimis legibus diſputarat. Nota nimirum & uulgata cõmemoro, multum tempore poſterior Cyprianus, fide aũt prior & martyrio clarus, nec obſcurus eloquio, tale quiddam & ſenſiſſe uidetur & ſcripſiſſe, quod unum ex multis ingens mirator eius Auguſtinus in libris ſuis, quaſi illius ingenij experimentum & eloquentiæ guſtum ponit, quæ in eo quanta eſſe potuerit, niſi grauitati rerum dedit, uerborum neglexiſſet ornatum, loci illius commemoratione notum nobis eſſe uoluit. Vbi ingenium exercens nõ ait, hunc thalamum loco abditum, cinctum muris, communitum ſeris, marmorea opacum celatumq; teſtudine, aut tale aliquid, ſed Quid petamus, inquit, hanc ſedem dãt ſeceſſum uicina ſecreta, ubi dum erratici palmitum lapſus pendulis nexibus, per arundines baiulas repunt, uiteam porticum frondea tecta fecerunt. ecce quam porticum, & quam ſedem uir ſanctus & eloquens appetebat, uites, palmites, frondes,

frondes, arundines, & inter hæc ſtudioſis ſemper amabile ſecretum, quod utique non optaret, ſi præter muros ac tectum nullis benè ſucceſsibus ingenium crederetur. Poſſem nunc apud alios hoc ipſum quærere, & plurium teſtimonio rem firmare, ni uererer, ne aut fidei minus habuiſſe tantis teſtibus, aut curæ amplius ſuſcepiſſe dicerer quàm oportet. Hactenus ea lege diſſerui, quid ſentirem, ut nullam ingenijs legem impoſuiſſe me ſentiant, quæ hæc legent, ſiquis adeò abundans ocio erit, ut ocium noſtrum legat, ſingula igitur examinent de ueritate rerum, non tàm mihi uel alijs quàm experientiæ credituri.

De interpretatione uerborum Senecæ. quibus ſolitudinem impugnare uidetur. Cap. III.

IAm uerò qui ſolitudinem uirtutibus inimicam uolũt, aſtipulatorẽ uidenr̃ inter cæteros Annæum Senecam habere, q̃ epiſtolarum ſuarum quodam loco, Omnia nobis mala ſolitudinem perſuadere, & rurſus alio loco: Mala ibi conſilia agitari, cupiditates improbas ordinari, audaciam acui, libidinẽ irritari, iracundiã inſtigari, ait, q̃ ſi indefinitè aut uniuerſaliter dicerenr̃, haud dubiè uel Senecæ reſiſtendũ, uel ſolitudinis patrocinium deſerendũ erat. ſed non ita eſt. ea enim nõ niſi de ſtultis, & qui paſsionibus uincuntur dicta eſſe, luce clarius, in ipſis Senecæ uerbis apparet. Lugentem, inquit, timentemq́ꝫ cuſtodire ſolemus, ne ſolitudine malè utatur, audis aliquem ſolitudine prohiberi, ſed aduerte cauſam: luctum ſcilicet & timorẽ, acerrimas animi paſsiones, quod ipſum latius extendens, Nemo eſt, inq̃t. ex imprudẽtib. q̃ relinq̃ ſibi debeat. id utiq́ꝫ uerũ eſſe quis nõ uidet? q̃ enim ſui impos eſt, mox ut ſibi relinquir̃, oportet ut ruat. talibus quidem ego nõ inimicã modò ſolitudinẽ, ſed nec amicam urbẽ iudico, eò tamen amiciorem, ꝙ illa ut criminũ miniſtros, ſic & ſcrutatores habet & uindices, hæc impunitatis & latebrarũ ſpe, reijcit legũ metũ & reuerentiã honeſtatis: cæterum altera libertatẽ impudentiamq́ue peccãdi, altera fautores ſcelerũ atq́ꝫ inſtrumenta ſuppeditat, utrũq́ꝫ peſtiferũ, uerũ ea natura ꝑuerſitas, nõ ſolitudinis culpa eſt. Quod ut prorſus ita eſſe, nec aliud Senecã uoluiſſe ꝑuideas, eadẽ epiſtola illã ipſam ſolitudinẽ mœſtis ac pauidis & imprudẽtibus interdictã, Lucillo ſuo nõ modò ꝑmittit, ſed ſuadet ac p̃cipit. Sic eſt, inq̃t, nõ muto ſentẽtiã: fuge multitudinẽ, fuge paucitatẽ, fuge etiã unũ, nõ habeo cũ quo te cõmunicatũ uelim, & uide ꝙ iuditiũ habeo, audeo te tibi credere. Durũ niſi fallor ac p̃ciſum dogma. Fuge, inquit, multitudinẽ, libẽter id quidẽ. fuge paucitatẽ, patior non moleſtè. Fuge etiã unũ, nil eſt quo me ulterius trudas, ad extremã ſolitudinẽ coartaſti. quid iam reſtat niſi ut meipſum fugiam? ſi & tunc tamen unum fugero, non habeo cum quo te communicatum uelim. mirum. ego uerò habeo cum quo te, & fortaſsè plures, ſed profectò unum habeo. O ſi nunc tale aliquid amico cõſulam, exclamabunt undiq́ꝫ ſolitudinis ac uirtutis aduerſarij, meq́ꝫ ſaxeũ & inhumanũ dicent, atqui Seneca tantus uir, chariſsimo omniũ amico p̃cepit, etiam unũ fugere, ac ꝑfecto cõſumatoq́ue uiro loquir̃. hoc ſi q̃s dixerit cũ bona uenia, negabo, ꝓficientiũ potius q̃ perfectorũ ex numero fuiſſe Lucillũ iuratus teſtis Seneca ipſe fatebitur, quem & ſi frequenter laudet, qui amantium mos eſt, ſi perfectũ tamen noſſet, nec totiens hortaretur, nec aliquando reprehenderet, at ſi ſtudijs ſaltẽ uirtutiq́ue dedito dixerat aliquis, hic fatebor, ſed eò planè reuertimur quo uolebam. neq́ꝫ enim ego alijs quàm literarum & uirtutum ſtudioſis loquor, reliquis ſalubre conſilium nullum habeo, niſi ut ante omnia uitam mutent, tum de loci opportunitate uidebimus.

Quod ijs quibus opportuna eſt ſolitudo. non ſit ſuadendum, ut amicitiæ iura contemnant, & quot turbas non amicos fugiant. Cap. IIII.

CAeterũ his ipſis, q̃bus ſolitudinẽ opportunam dixi, nunquam ſuaſi. ut ſtudio ſolitudinis amicitiæ iura cõtemnerẽt, turbas nõ amicos fugiendos dico, ꝙ ſiquis eſſe ſibi amicorũ turbas extimat, primum uideat ne fallar̃, id uerò maximè deteget repẽtina neceſsitas, mutatioq́ꝫ fortunæ, q̃ ſicut optanda nõ eſt, experiendi cupidine, ſic ſi accidat experientiæ &

diſcutiendis erroribus multũ cõfert. deinde ſi ut reliquarũ rerũ, ſic amicitiarũ, alter altero ditior fuerit, nõ mouebor, nec tàm amicos fugere ſolitarium monebo, quàm optare, ut ad ſe uiſendum ſingulatim potius, ꝗ cateruatim ueniant, non ocio tædiũ, ſed ſolamen & auxilium laturi: ſit ocium modeſtũ & ſuaue, non inſolens, ſit ſolitudo tranquilla, non ferox, ſit denicꝗ ſolitudo non immanitas, in quam qui uenerit, miretur humanitatem, quæ ab urbibus exulat, ſyluas incolere, ſequé urſos in populis ac leones, in ſolitudine angelicum hominem inueniſſe, ita planè ſentio, atcꝗ hũc medium inter extrema callem teneo. Alter non niſi inter turbas gaudet, huic miſericordia magis quàm redargutio debetur, alter autem, inquit, fuge, etiam unũ huic neſcio qd dicam. tangis fateor Seneca, & auctoritate premis tua indinaturus forſitan, niſi alter obſiſteret non te minor, & ſi maiorẽ dixero, credo non indignabere. Marcus Cicero amicitiæ legẽ tractans, nõ hos tantum, quibus amicitia poſt uirtutem iucundiſsima rerũ eſt. ſed aſperos etiam & immanes, humanamcꝗ ſocietatem atcꝗ cõgreſſum fugientes, quorũ uix unicum exemplum toto orbe reperit, pati nõ poſſe ait, niſi acquirant aliquem non dixit amicum, natura enim obſtabat, ſed apud quem euomant uiros ſuæ acerbitatis, ſumptaqué hinc occaſione, Tarentini Archytæ dictum refert, cuius ea ſententia eſt. Neminem non modò in terris, quantalibet rerum affluentia, ſed ne in cœlo quidem præſenti ſyderum conſpectu, mundiqué notitia fœlicem eſſe poſſe, niſi habeat, cum quo illa participet, ſic naturam nihil omninò ſolitarium amare. Idem famoſiore alio quodam loco, ſi omnia nobis, inquit, quæ ad uictum cultumqué pertinent, quaſi uirgula diuina, ut ſuppeditarentur, tamen optimo quiſque ingenio, negotijs omnibus omiſsis, totum ſe in cognitione & in ſcientia collocaret. deinde ut ironicè locutum ſcires, apertè ait. Non eſt ita, nam & ſolitudinem fugeret. ecce quàm paucis uerbis, quæcunque de ſolitudine loquimur damnaſſe uidetur, & fecerat niſi ulterius proceſsiſſet, ut nõ tàm Ciceronis dictum exponendum nobis, quàm oratoris teſtimonium, licet in philoſophiæ libris ſcriptũ, ſeu ſuſpectum ab hoc iuditio repellendum eſſet. Sed ut liqueat de extrema & inhumana tantũ ſolitudine illũ loq, quam qui ſugit profectò unũ etiam nõ fugit, atcꝗ ita nõ noſtrã, ſed diuerſam potius damnare ſententiam, nec fuga ſolitudinis in turbam iri uelle, ſed id ſolum ne amore ſolitudinis humanitas fugiatur. Vide quid addidit: Cum enim dixiſſet, & ſolitudinem fugeret, non dixit & ſocios, ſed & ſocium ait ſtudij, quæreret, tum docere uellet, tum audire, tum diſcere. Cum igitur tantis bonis ornata ſolitudo, ſi participe careat intolerabilis, etiam ferocibus animis, humanumqué peroſis commercium uideatur, quid mitibus & humanitate præditis uideri debet? quod ſi amicitiæ ignaris collocutor unus, tantùm ſolatij afferre creditur, quid ueris amicitiæ cultoribus fidelis amici cõuerſatio allatura ſit, in quo ſeſe uideant, ex quo uerũ audiant, cũ quo ut Cicero idẽ ait, ſic omnia loq audeãt, ut ſecum de quo nulla ſuſpicio, ſub quo nulla fraus, pro quo nullus labor non ſuauis, ſine quo nulla ſit dulcis quies, à quo demũ & aduerſæ pſidia, & proſperioris fortunæ proueniant ornamenta? Hunc ego ſi à ſolitudine ſecludendũ arbitrer, durus ſim? Nec uerò unquam mihi amici præſentia interrũpi ſolitudo uidebitũ, ſed ornari. ad poſtremũ ſi alterutro carendum ſit, ſolitudine ipſa priuari maluerim quàm amico. Sic itaque ſolitudinem amplector, ut amicitiam non repellam, neque fugiam etiam unum, niſi forſan is ipſe ſit, cuius mores etiam in urbibus fugiendos uitæ tranquillitas non negligenda ſuadeat. Tota res igitur ad hoc redit, ut ſicut cætera omnia, ſic ipſam ſolitudinem cum amicis partiar, nullius boni, ſine ſocio iucundam poſſeſsionem, humanius ab eodem Seneca dictum credens, ſolitudinem uerò magnum & dulce bonum eſſe non dubitans, ab ea autem non ſceleſtos modò ſed inertes & ignauos arceam. Vt enim Tyberij ſolitudo odioſa eſt, qua Capreas inſulam immeritam, perpetua commaculauit infamia, ubi ſeuitiæ ac libidinis officinam inſtituit, ferus & fœdus ſenex, ſic Seruilij Vatiæ ſolitudo ridicula eſt, qui non procùl inde Neapolitano in littore, prope Campaniæ Cumas latens ſenuit, ocio famoſus inutili, & intra uillulæ ſuæ ſeptum, non tàm habitans quàm ſepultus. & quàm multos eſſe credimus, ubique Seruilios: ſed hic antè alios occurrit, quem irriſor nobiliſs. notum fecit, & præſtitit, ne inferre coætaneis noſtris ueritatis iniuriã, exemplicꝗ moleſtiam

cogerentur, iam intelligis ad quos q̃cunq; de ſolitudine dicta, ſeu dicẽda ſunt referã. Verũ quã nõ omnibus eſt datũ, uel ſanctitate, uel literis excellere, præclaroq́ue ocio poſteritatis amorẽ ac notitiam ꝓmereri, ut nec p̃ſens gloria, nec ſequentis æui fama ſolliciter, ꝑ qua multi iã uolũtariè profuderũt, & ob idipſum clari ſunt habiti, quanti facies ut iã tandẽ ad ꝓpoſitum reuertar, hoc quantulũcunque uitæ tẽpus, cuius cũ ſemel effluxerit recolligendi reparandiq́ue ſpes, nulla relinquet̃ tuũ eſſe: quoq́ue nulli mediocriter erudito uetitũ eſt, cogitando ſaltẽ legendoq́ue placidis fotũ curis, & rerum uinculis explicitũ animum habere, Deo & rationi ſubditum, cætera liberum, corpus quoque graui iugo eductum, animoq́ue ſoli ſeruiens. & ſi quando inſolentiam rebellaret, mox imperata facturum, ereptum mille laboribus, mille periculis, mille ludibrijs, poſſe ire pro libito, ſedere, conſiſtere, loqui, conticeſcere, meditari non interpellantibus negotioſis atque ſollicitis, quibus miſeris eſſe non ſufficit, niſi ad miſeriæ cumulum alienis q́ue miſerijs abutantur.

De ſingulari gaudio ſolitariorum in dimiſsione temporalium. Cap. v.

QVid de præterito, gaudiũ dicam, q̃ uelut à tergo uenit? & quidem illud Virgilij notiſsimum forſan, *& hæc olim meminiſſe iuuabit:*

Nec illud ignotum: *iuuat euaſiſſe tot urbes*

Argolicas, mediosq; fugam tenuiſſe per hoſtes.

Apud eundem Poëtam, duo hæc diuerſa uerborum ſono, ſed eodem ſpectantia unus idemq́ue loquitur Aeneas. Audis ut propriè inter labores futuri temporis, uerbo uſus, illis exactis præſenti utitur, & ubi dixerat, Iuuabit meminiſſe, iuuat, inquit, euaſiſſe. ſic eſt enim, dulce nonnunquam eſt amara recordari, demulcentq́ue animum tranſmiſſa pericula, quamlibet in partem, habet enim & proſperitas pericula ſua, nec pauciora certè, nec leuiora, & profectò fallaciora quàm aduerſitas:

Quàm metui nequid Libyæ tibi regna nocerent?

Apud ipſum Virgiliũ anxius pater ait. quanta ergo delectatio, quãta ſecuritas ſolitudinis, metu uitæ q̃libet emenſæ & à tergo procul ſua mala numerãtis. quàm delectat illæſum tranſiſſe peſtifera, & in biuio ubi ad læuã mors erat, dextrorſum tenuiſſe, eoq́ue magis quo in partẽ alterã deliberatio ꝓnior fuit. Habet enim hoc natura, ut ibi maius p̃ſentiusq́ue diſcrimen fuiſſe recolitur, ibi de præterito plus gaudij ſit. q̃d ita eſſe nunquã clarius quàm poſt ancipites ægritudines, poſt horrenda naufragia, poſt hoſtilẽ carcerẽ formidataq; bella perpendẽ, itaq; ſanitati redditos portũq́ue tenentes, & ex inſperato uinculis elapſos, aut uictores crebro audias, periculorum hiſtorias ſuorum cum gaudio renarrantis. quod uerò ſ…ter in animum redeunt, uel ſpretæ mundi blanditiæ, uel cõtempti honores, uel benè ſparſæ diuitiæ, uel deſpectæ uoluptates, neglectæq́ue minæ uel alto animo calcata calamitas, uel quicquid omninò fallere potuit nec fefellit. ſed tamen potiſsimum hæc delectant, cum prorſus euaſeris, ut nullus iam periculi metus ſit.

SECTIO VI.

De tædio ac ſtultitia occupatorum, & urbium habitatorum. Cap. I.

ET ut minima etiã q̃ uidentur attingã, parũ ne tibi uidetur, quotidiano illo tædio caruiſſe, quo uix habitator urbiũ unquam caret, q̃d ſcilicet nõ tantũ homini homo, ſed ſibi etiã ægra mẽs parit, ſecũ ipſa diſcordans: occurrent tibi paſsim in plateis urbiũ ſtultorũ greges, q̃bus nihil ſit in ore frequentius, quàm uerba illa Grammaticorũ, piger, tædet ac pœnitet. Et illud Terentij: Nec quid agam ſcio, credo ſingula, præcipueq́ue nouiſsimum: nam ſi quid agerent ſcirent, cõfeſtim querelæ omnes cõquieſcerent. cuius enim rei tædet, oro te, niſi ignorantiæ ſtultitiæq́ue ꝓpriè? Senecæ uerbũ eſt: Omnis ſtultitia laborat faſtidio ſui. nõ placet eis uita, nec immeritò: nihil enim habẽt ſtabiliti conſilij, nihil firmi, nihil ad extremũ placiti, quoniã ut ibidẽ ait, Idem niſi ſapienti ſua nõ placent: neſciunt quid agant, ſeq́ue id

neſcire nõ neſciũt, neq; diſsimulãt. conſequens eſt, ut ad qd uiuãt neſciant. Quomodo igitur amẽt, q̃d cui uſui ſit ignorant? plerięq; ita uiuunt, quaſi ad nihil aliud, q̃ ad ſeruiendũ gulæ ac uentri ſeſe natos putẽt, ꝓrſus infauſta mancipia, tàm turpibus dominis addicta. ꝙ ita ſe habere, ne qua dubitatio ſit, quæri inter eos ſolet, ſi qua naturæ parentis indulgentia, homini uitam daret, nõ ſomni neque cõcubitus, nõ cibi neq; potus indigentẽ, ſed cui abſque his adeſſet & quies & ſoboles, & ſobria iugiſq; ſatietas, an optabilior ea uita eſſet, an hæc noſtra, q̃ neceſsitatibus tàm multis obiecta ſemper atq; ſubiecta eſt? & quotiens caſu aliq̃s his diſceptationibus interfui, & in finem tacitus intendens, rarò aliquẽ ex his audiui, qui nõ hanc noſtram miſeriã, illi beatitudini ꝑferendã intrepidè diffiniret. Qui illud inſania exultãtes dicere ſoliti ſunt, nam quid ſi ſomnum, ſi concubitum, ſi cibum potumquè ſubtraxeris acturi ſumus? aut quæ nam uita futura eſt, uitæ muneribus & officijs ſpoliata? ut penitus præ ſe ferant & impudentiſsimè fateantur, ad nil ſe aliud uiuere, quàm ad ea, quæ communia brutis animantibus ſunt nobiſcum. quaſi uerò non perditum illud tempus, quo breuiſſimam hanc uitam, cum ſomno & uoluptate partimur, in melioribus curis, & uel in contemplatione Dei, uel in cognitione rerum, uel in exercitio uirtutum poſsit expendi. quoq; grauius ſtomacheris, omni ferè ſanioris conſilij ſpe ſublata, Deum memoriamquè meam teſtor, hæc me ſæpius ex ore ſenum audiſſe quàm iuuenum.

De errore quorundam ſenum occupatorum, & urbium habitatorum. Cap. II.

EA noſtrorũ ſenũ grauitas atq; maturitas eſt, ut à uoluptate diuelli miſerũ ducãt, mortẽ ante oculos habẽtes, mox è putri ruinoſoq; mẽbrorũ habitaculo, miſeros auulſurã, adeò uoluptatis nomẽ ab adoleſcẽtia dilectũ uſq; in ſeniũ dulce eſt, ut ſi uoluptas deſit, uoluptatis effectũ ſpernãt, nec niſi fœdo & cœnoſo tramite uelint q̃ cupiũt ꝑueniſſe, ꝓrſus infœlices & erronei uiatores, q terminũ oderint, uiã amẽt iã termino ꝓpinquãtes. Quorũ ſi quis ad fatendũ talia tardior appareat, ita tamen dubitantẽ, ita diſputantẽ audias, ut intelligi detur, pudore cũ à falſo magis retrahi, quàm animi iuditio uerũ ſequi: de his in libro ueræ religionis Auguſtinus. Quibus, inquit, utilis eſt corporis ſalus, malunt ueſci quã ſatiari, & malunt frui genitalib. mẽbris, quàm nullã talem cõmotionẽ pati, inueniuntur etiã q malint dormire, quàm nõ dormire, cũ omnis illius uoluptatis finis ſit, non eſurire ac ſitire, & non deſiderare concubitum, & non eſſe fatigato corpore. nec longè poſt. Qui ſitire, inquit, & eſurire, uolunt & in libidinem ardeſcere & defatigari, ut libenter edant & bibant & concũbant & dormiant, non dixit amant miſeriam & dolorem, nemo eſt enim tàm auerſus à ſalute, ut doloris & miſeriæ nomen amet, ſed amant, inquit, indigentiam, quæ eſt initium ſummorum dolorũ. Conſtat autem, ſicut effectus in cauſis, ſic in amore cauſarum amorem effectuum contineri, itaque cõcludens terribiliter. Perficietur ergo, inquit, in eis quod amant, ut eis ibi ſit ploratus & ſtridor dentium. uides ut ex cauſa effectuũ elicit, quia amarũt indigentiã, miſeriam cõſequenẽ. Multa ibi præterea diuinè in hanc ſententiã diſſeruit. Res eſt aũt uulgi ipſius cõfeſsione notiſsima, ita ꝑ ꝙ ait, inueniri qui hoc malint dicere poſſumus, inueniri iã paucos qui aliud uelint, ꝙ & ſi oculos paulò altius attollere nituntũ, uulgari fumo ac puluere excæcati nequeunt, neue ad meliora uocantib. aurẽ præſtent, ſtrepitus ac populariũ errorũ fragor impedit. Ita pars magna mortaliũ, ſe uolẽs ſeu coacta bellarũ moribus ꝓcurua, in terrã & corpori obſeq̃ns, animi negligẽs, ſine uirtutis illecebra, ſine ulla notitia ſuimet ſpiritum trahit ingloriũ atque anxiũ, quamuis enim natura melior interdũ purgat ac uellicet, & admoneat ſui, obſtant tamẽ impedimenta quæ dixi. Hinc uitæ odiũ, hinc tedij radix, hinc illa inquietudo animi, qua nil peius patiẽ mortalis homo dũ uiuit, quid igitur miri eſt, ſi horũ actus & cõſilia fluctuãt? ſi quicquid inceperint nõ delectat? nõ eſt enim ꝙ uolebãt, cũ nil penitùs certi uelint. Certũ & ſemꝑ unũ uelle, ſapientis eſt ſignũ: uotorũ incõſtantia ſummũ ſtultitiæ argumentũ eſt, nõ deſinam tibi Senecã inculcare, id oranti, quem portum petat, nullus ſuus uentus eſt, itaque ſimul eunt, redeunt, & utrunque cum tædio. Vidiſti aliquando ut ſe raptim loco moueant, ut gregatim prodeant, ut

repentè

repētè diſſentiant. Cū unus hac ire cupiat, alius illac, q̄modo enim inter multos cōueniāt, cū ſecum quiſq; diſsideat uſq; adeò. libet enim immorari, ut quem pauloantè uideris, nō agnoſcas, & quem nūc noſſe uideare, poſt paululum percontari oporteat cuiâs ſit. Ita nunc læti, nūc triſtes ſunt, nunc humilès, nunc elati, nunc ſenio graues ſunt, & immobiles, nūc pueri li leuitate uolubiles, ut illam iam parium colluſio & temeraria iræ collectio, poſitioq; & mutatio in horas, quæ infantibus, Flaccus attribuit, propria & peculiaria ſenum ſint. quorū inſtabilitas eò damnoſior, quo liberior & monitores aſpernatur, & auctoritate ſe contegit, & exemplo nocet. Et ſi enim cuiuſq; natura ſuis uitijs abundet, magna tamē pars malorū, ex æmulatione quadam imitandique libidine nata eſt. nam quis unquam imitator ſui, ducis errore contentus fuit? tranſcendere delectamur & conſpici, & quos ſequebamur poſt terga relinquere. dedit hoc præceptū (fateor) eloquētiæ ſtudioſis Quintilianus, ut imitator quiſq; contendere, quàm ſequi malit, ea ſcilicet ratione, quia forſitan quē tranſire nitimur, & ſi nō tranſierit æquabit. Eum uerò, inquit, nemo poteſt æquare, cuius ueſtigijs ſibi utiq; inſiſtēdū putat, neceſſe eſt enim ſemper ſit poſterior, qui ſequitur. ad hoc quod plerunq; facililius eſt inquit, plus facere quàm idē. Alias quoq; cauſas affert dicti huius, quæ ut illic cognitu pulcherrimæ, ita hic relata ſuperuacuæ ſint. cæterum quod utiliter in oratoria, hoc eſt benè ornateq; loquēdi arte præcipitur, ad artem malè turpiterq; uiuendi damnabiliter eſt translatū, & quod ille iuſsit impleuimus, contendimus, æquauimus, uicimus, iā de ſequacibus duces, ſumus, uenient, qui nos ſequātur & ſuperent, ut una eademq; res uariè ſit propoſita, erat imitatio, dicta cōtentio in utraq; tibi Quintiliane paruimus, uerū alio ſine propoſito, tu uerborum claritatem imitandam dicis, nos actuū tenebras imitamur, inq; hoc unū ſtudiū, & feruēs ille conatus noſter impenditur, itaq; utinam tam citò boni imitatores (ſi qui ſunt) duces ſuos æquent, quàm citò mali uincūt ſuos, q; ad nos attinet, datū de orationis uirtute cōſiliū peſsimo artis additamento, morū uitijs applicantes, relicta nobis à patribus magno cū feruore ad pòſteros errorū exempla, trāſmittimus. & miramur auctū inſaniæ cumulum, cui omnes adijciūt, detrahit nemo. potius mirer ſiquid iā ad amētiæ ſummā deſit, tot in unū undiq; coēuntibus ingenijs, tantòq; ſtudio magiſtrorum. & quāuis actuum uitæq; periculoſior ſit imitatio, ubi maxima ſcilicet res agitur, tamen etiam in minimis furor iſte uerſatur.

De uoluptuoſa imitatione uulgarium, & uarietate habituum eorum qui urbes inhabitant. Cap. III.

VNde enim hæc habituum atque inceſſuum indies mira ſimul ac ridenda uarietas, & nunc pedes contegens, nunc pudenda nudans ueſtis, nunc terram tergentes, nunc cubitum arantes manicæ, nunc mammillas conterens, nunc ſub unguina fluens zona? unde illa muſici modulaminis, non ſine graui diſcrimine Rerumpub. ut Platoni uidetur? poſtremò unde ſta uel ſtili, uel quotidiani etiam ſermonis tàm crebra mutatio? nimirum has odio [illegible] & amœnas nugas, nihil magis quàm præceps & importuna, nec ſuis unquam contē[illegible] finibus inuexit imitatio, inuectasq; aluit auxitq;. Quomodo enim fieri poteſt, ut uiuendi [illegible] mos idem maneat his, qui non ſe uirtuti, non ſuo iuditio, non amicorum conſilijs regēdos ſed æmulatione, ſed alienæ dementiæ, ſtultorumq; furoribus, ſe uoluendos tradunt. deniq; qui naturam propriam ſic exuunt, patrios mores abijciūt, nihil niſi peregrinū atq; aduenticiū uenerātur, totiens mutentur oportet, quotiēs aliquid occurrerit quod mirētur. Nullus itaq; mutādi, quia nullus imitādi modus, cuncta illis aliena placent, ſua omnia diſplicēt, qd libet eſſe malint quàm q; ſunt, idq; unū hercle non immerito, ſi non animi leuitate, ſed graui aliqua ſuarū rerum æſtimatione cōtingeret, unus apud Senecā imitator Saluſtij, Aruncius ridetur, ſed mihi crede, uicus omnis Aruntiū ſuū, immò uerò Aruncios multos habet, non uerborum modò ſed rerum ſimias. quo habitu, quo ſermone, quo animo, deniq; quem ſe eſſe uelit nemo determinat, & ob eā cauſam quiſq; diſsimilis ſui eſt, ueſtigijs ſenū delirātiū ingreſſa, nimiū docilis iuuētus, magno ſpiritu ad ſupremum ſtultitiæ acumen euaſit, primos ſecundis ac ſecūdos tertijs, atque ita deinceps facile uincentibus, ſic per manus traditus, & inter manus auctus furor, quātus ad nouiſsimos peruenturus ſit, metiri animo difficile eſt.

quamuis & illud forſan eſt uerum, iam ad extremam peruentum eſſe, & in nobis eſſe completum, quod ante tot ſecula dictum erat.

Omne in præcipiti uitium ſtetit:

Vt ſine ruina nullius ulterior ſit progreſſus, & fortè licentius inſtitiſſe uideatur, huic loco quàm ſat eſt. Quod ſi cui nota ſit moleſtiarum mearum prima & maxima, ex humani generis, atq; imprimis Italiæ commiſeratione proueniens, unde olim uirtutum exemplaria patebantur, qua, heu nunc uideo peregrinorum rituum imitatione corruptam, & domitarum à ſe gentium, ut quondam ſpolijs, ſic nunc erroribus exundantem, fortaſſè mirabitur tantū me dolorem, tam breuibus abſorbuiſſe gemitibus. Nam quis tacitum ferat hoc neſcio, unde oriens rerum noſtrarum indignū & turpè faſtidium, unde turpior admiratio, & cultus indignior naſcitur externarum: an non ſic maiores noſtri, quorum dici utinam poſteri mereremur, ſua illis placere poterant, & placebant. non Rheni uallem, non Danubij fluenta luſtrabant, ad conquirendas has inſanias, quibus Italicum decus in obſcœnam barbariem, degenerare compellerent, ſed imperij dilatandi ſtudio, quærendæq; gloriæ peregrinabātur, ſignis erectis & armatis exercitibus, nō deformitatē patrij habitus, ſed triumphos & clara cognomina relaturi, nec tamē uſq; adeò ſuis delectabantur, ut cuncta paſsim aliena contemnerent, amabant quicquid uſquam uera dignum erat, æquè apud hoſtes, atq; amicos, æquè apud alienigenas ac uicinos. Sicubi uirtus, ſicubi morum ſplendor, ſicubi belli, ſicubi pacis artes, ſicubi linguæ uel ingenij ſuppellex ornatior aut opulentior doctrina, cupidè ſuam in domo conuehebant, nulla omnium ſpolia opimiora cenſentes. nec uerò fallebat æſtimatio, nullæ enim profectò diuitiæ certiores, quàm quæ animo poſsidentur. Sicubi autem turpè aliquid, uel caſtigare uel ſpernere ſtudium erat, noſtra uerò glorioſa poſteritas, magnum ſe aliquid aſſecutam credit, ſi quis adoleſcens, & quod magis ſtomachor, ſiquis ſenex, uel ignoti aduenæ turpe ſagum, uel ſtipendiarij militis ridiculam togam ſumpſit, aut eò profectus eſt, unde puberenus abſciſſa ueſte, domum redeat, ſeu inſigni aliquo ludibrio deformatus, & tale aliquid paſſus liber, quale Dauid in ſuis ſeruis ultus eſt, iàm grauiter, & quale nūc eſſet, ſi reſurgat inſani auus imitatoris, & miſereat & ſtupeat in nepote. quæ quidem omnia non aliter, quàm ſi ad me dedecoris aut gloriæ ſumma pertineat, iam pridē neſcio, cur mœſtus intueor, & poſtquam obſeruare primùm cœpi, mirum in modum fateor, animo ſuſpenſus, expecto quis nam uarietatum modus, aut ubi res deſinat, hac ſum, & mallem ætate alia qualibet natus eſſe. Et ſi enim nulli æuo querelarum cauſa defuerit, & ſi tempus talium inuentor & cooperator, non bonus ut ait Ariſtoteles. ſed malus, iamdudū hæc portenta decoxerit, nondum tamen ea conſumator peſsimus tempus excuderat, certè primi illi, quod omnes audiuimus, maiores noſtri uirtutem & gloriā mercabantur, quæ repoſita eſt illis in memoria hominum ſempiterna: nos quod omnes uidemus, obprobrium immortale, & meras ineptias nūdinamur, quod ſæpè, nā nemini, & uerbo & literis queſtus ſum nequicquam, tamen incubuit nobis ira Dei, & iuſta nos ultio perſequitur, ſic ſe læſus omnipotens, ſic ſe dominus orbis ulciſcitur, ille de ingratis ſeruis, iſte de ſuperbis dominis ſuppliciū ſumit. Exclamare liber: Quo pergitis, ah, miſeri, quo uos ultima rapit inſania, cohibete gradū, ſubſiſtite & uidete quo ruitis, deſeruiſtis patrū ueſtigia, ut ambuletis uias hoſtiū, & q̄s armis uiciſtis, eorū erroribus uicti eſtis. Repetite mores patrū, alienos ſinite, nō ut honeſtius tantū, ſed ut letiùs uiuatis, & aliquādo diſcatis unū uelle, de quo nō quorūcūq; libidini, ſed rationi inſitæ iuditium tribuatis. hæc dicerem, & quiquid in rem præſentem, & indignatio dolorq; dictarēt, niſi obtorpuiſſe animos, actumq; de rebus noſtris crederem.

De quibuſdam cauſis errorum, & temporis amiſsione habitatorum urbium. Cap. IIII.

NEmpè qui alijs iter rectum oſtendere ſolebamus, nunc quod exitio proximum eſt, cæci cæcis ducibus, per abrupta rapimur, alienoq; circumuoluimur exemplo, quid uelimus neſcij, nam ut ceptum exequar, totum hoc malum ſeu noſtrum proprium, ſeu potius omnium gentium commune, ignoratio finis facit. neſciunt inconſulti homines quid

agant,

agant,ideò quicquid agunt, mox ut cœperint, uergit in nauſeam, non agenda enim agunt, ſed quid agant quærunt, & in denſiſsimis fruticetis, difficultatum cauſas ac negotia aucupantur. Hinc ille diſcurſus, ſine termino, hinc medio calle diſcordiæ, & ante exitum damnata principia, & expleti nihil. quærunt quomodo diē fallant, & quaſi parum Sol ad occaſum properet, ingenio curſum iuuant. Et quàm communis illa uox talium, Pellamus hanc diem, agamus aliquid, ut interim dies hæc tranſeat. atqui frenanda dies erat non urgēda, ſed longa nimium illis dies, multumq; nox longior, poſtremò longa ad faſtidium uita eſt, nec tantùm hyeme æſtatem, æſtate hyemem, ſed mane ueſperam, ſero autem auroram expoſcunt uotis, utranq; cum uenerit cōtempturi, impletur in eis ad literam quod ſcriptum eſt: Sicut ceruus deſiderat umbram, & ſicut mercenarius præſtolatur finem operis ſui, ſic & ego habui mēſes uacuos, & noctes laborioſas enumeraui mihi ſi dormiero dicam quandò conſurgam. & ruſus expectabo ueſperam, & replebor doloribus uſq; ad tenebras. quod inops afflictiſque Iob dicebat, hoc ualitudine proſpera, diuites noſtri dicunt, queruntur repleturque doloribus, expectando, & cum rerum natura perpetuò litigantes, ſegnes horas increpant, pigra momenta præcipitant, cum, ut dixi, freno non calcaribus res egeat, ſi modò frenum ulla arte rapidiſsimum tempus exciperet. iſti autem puto mortem, quam præ omnibus timent iam adeſſe, uitamq; quam præ omnibus optant abijſſe iam uellent, tanto niſu fugam temporis impellunt, quàm exitij multis cauſam fuiſſe certiſsimum eſt, qui futurorum anxij, et præſentia ſemper exoſi, uiuendi tædio manu mortē arceſſere ſunt coacti.

Quomodo iucunditas uitæ ſolitariæ, præſeruet ab iſtis malis & tædijs. Cap. V.

QVid autem hæc tàm multa ad id unum, de quo agimus forſan interroges. Nempè ab his malis, & ab huiuſcemodi tædio præſeruat ſolitariæ uitæ iucunditas. lætè præſentibus utitur, futura æquanimiter expectat, non pendet in craſtinum, nihil in poſterum diem differt, quod hodie fieri poſsit aut debeat. nec immeritò. quid enim ſtultius, quàm futuro deſiderio aut ſpe, quod alienū eſt, & mille caſibus ſubiacet, expetere præſens, q̄d unū tuum eſt certumque negligere? nunquam pendere deſinet, qui in craſtinum pendebit: nullus enim dies præter ultimum craſtino carebit, nullus præter primum, non alicuius diei craſtinus fuit. Quæ res uitæ noſtræ malum, quo uix illum maius intulit, uiuendi ſpe nunquam uiuere, & more canis ociorem ſe leporem inſequentis, ſemper inanes auras morſibus captare, nunquam apprehendere quod intendas? ſiquidem dies craſtinus ubi aduenerit, iam craſtinus eſſe deſierit, ecce iam uel craſtinus alter apparet, uel idem ille clam progreſſus, & ſi enim dies alter eſt, uterque tamen eſt craſtinus. illum ſequimur, ille ſemper iuxta, ſemper tamen antè eſt, & uicinitate nos fallit, & cum ad eum uenerimus, improuiſus abibit, ſic interim atque interim è faucibus noſtris ereptus, & ſemper antè nos fugiens, nunquam conſecuturos ad ſequendum incitat. ita interim nihil fit eorum quæ hodie fieri poſſent. Solitario cui non modò de partibus, ſed de tota ætate ſemel eſt conſtitutum, non dies aut nox longior, ſæpè uerò breuior eſt quàm uellet, dum honeſtis in rebus occupatum deſerit, & ante ſuſcepti finem operis lux finitur. Non tamen & diei noctem, & nocti diem addere, & ubi res exegerit utranque miſcere: alioquin utriuſq; partibus officia, & id omnibus modis agens, ne datum tempus, cui neque ſtimulos addere uult neque frenum poteſt, inutiliter effluat: in hoc omne conſilium, omne ſtudium ponit, & hic ſe totis animi uiribus excitat, demum hæc illic curam omnium ſumma eſt, omnem malitiam, omnem moleſtiam, omne tædij ſenſum demens, hodiernum diem hodie uiuit, craſtinum ſi dabitur cras uicturus. Illius interea ſpe ſuam rem agere non omittit, ſciens illum multos fallere ſolitū, & multa mētiri, huic potius fidē habet quod enim ille pollicetur, hic præſtat. Et tanta eſt cæcitas mortaliū, ut ſpē quā rem ipſam, cupidius amplectant̄, nouit prætera quis habitus, q̄s ſermo, q̄ mores iuuentā, qui ſenectā deceāt. his animū coaptat, nulla mutatio eſt, niſi quam ætas ipſa ſuaſerit, quippè non abſunt quos imitari uelit, quibus ue

ducibus

ducibus inſaniat, ad naturam reſpicit, hanc ut ducem, ut parentem ſequitur. à qua non uerisimile eſt. ut ait Cicero, cũ cæteræ partes ætatis benè deſcriptæ ſint, extremum actum, tanquam ab inerti Poëta eſſe neglectum. Scio hominem, nõ dicam ut Paulus, ſed hominem in corpore uerum, & in ſolitudine conſtitutum, agreſti uictu, & ſtudijs contentum ſuis, cui & ſi multa deſint ad fœlicem uitam, hoc non exiguum ſolitudinis munus adeſt, quod ſine concurſu hominum & ſine tædio, ſine ullis angoribus, totus illi annus lætè ac tranquillè quaſi unus dies agitur. Cum iſti interim delicati urbani, inter uina & epulas, inter roſas & unguenta, inter cantus & ſpectacula, Baccho madidi, ſomno marcidi, rerum feſsi, undiq; tædio ſimul & uoluptatibus defluentes, diem unum anno iudicent, eſſe longiorem, & uix paucas horas poſsit ſine murmure faſtidioq́ue traducere.

Quod ſolitarius debeat regere animum, ſicut boni reges regna. Cap. VI.

HActenus hæc quæ pro tempore, cuius mihi ingens penuria eſt, partim uiſa uel audita commemini, partim ex uiſis auditisq; conijcio, & de altioribus quidẽ, ut peccator trepidè, de cõmunibus ut expertus audacius, quod mihi conuerſatio hæc, et libertatis ſtudium notusq; literarum ac ſolitudinis amor præſtant. quibus iã tandem finis eſto, ſi unum addidero, ſolere prouinciarum præſides rectoresq; urbium, ubi primum fines ſuæ ditionis ingreſſi ſunt, edicto denunciare, maleficis ut abſiſtant, qui mos adoleſcente me per Italiã frequẽs erat, an ſit adhuc neſcio. nam & inde nunc abſum, & ubiq; terrarum cuncta paulatim in deterius cedunt. omnes boni mores breuis æui ſunt, mali autem immortales. Videbamus paſſim ſub præſidibus nouis, manifeſtam ex urbibus circumſcriptorum furum & lenonum fugam. quanquam ſi ad antiqua reſpicimus, aliquantò uetuſtior illa conſuetudo eſt, quàm opportunè admodum uſus fertur clariſsimus ille dux in exercitu Numantino, quem ſuperiorum ducum ſecordia licentiaq́ue militum corruptum, acerrimo correxit imperio, quando caſtris coquos & lenones, & inſtitorum magnam aciem, cæteraq; id genus fomenta libidinum, cum duobus ſcortorum milibus, quæ luxuriari & fugere ſolitum exercitũ ſequebantur, eodem illo die, quo primum caſtra contigerant una præconis denũciatione ſubmouit. quæ res multũ præclaræ illi, & quaſi iam deſperatæ uictoriæ, contuliſſe creditur, ſecuti ſunt alij clari duces, ſed clariſsimum nominaſſe ſuffecerit. Nobis ut ad rem ueniam, qui non urbes non regna, non exercitus, ſed noſtri pectoris ſtatum regendum corrigendumq; ſuſcepimus, parua quedam uideatur obueniſſe prouincia, uerum ubi ad comprimendos motus rebellantes animi, rationis imperium acceſſerint, tùm primum intelligitur, quàm graue bellum difficilisq; prouincia eſt. ſe ipſum regere. quid igitur hic agendum? Nempè ſi me roges quod præſides ducesq; ſolitos dixi, maius illis fortè negotium, numero quidem fatear, illis enim magnorum populorum aut exercituum, nobis unius animæ cura commiſſa eſt, periculo autem negem, quid eſt periculoſius quàm perire, quamuis ſolus pereas, cum quibuſdam potius mali ſolatiũ uideri ſoleat, perijſſe cum multis. itaque nobis quoq; pellenda flagitia, noſtris è finibus fugandæ libidines, comprimenda licentia, caſtiganda mollities, erigendus ad meliora animus, & quod eleganter ait Flaccus:

Scelerum ſi benè pænitet
Eradenda cupidinis
Praui ſunt elementa, & teneræ nimis
Mentes aſperioribus
Formandæ ſtudijs.

Alij regant urbem populi, alij militum exercitum, et nobis urbs animi ueſtri eſt, noſtrarũ exercitus curarum, bellis ciuilib. & externis quatimur. An putamus ullã inquietiorẽ eſſe Rempub. q̃ humani ſtatus animi eſt? an credimus leuiores nobis hic hoſtes eſſe quã apud Numantiã Scipioni? ille unã urbẽ, & unũ populũ oppugnabat, nos aduerſus mundũ, carnẽ ac dæmonia certamus. quales hi tibi uidẽtur hoſtes, quàm concordes, quàm ſoliciti, quam feroces? uenit ille dux ut dictũ eſt, ad exercitũ corruptũ uictis fugatisq; ducibus ſucceſſit

quid nos

quid nos, numquid non ſatis in languidum corruptumquе urbem uenimus, & exemplis
ignauiæ refertum, non alienæ tantùm ſed & noſtræ: quot cadentes audiuimus: quod pro-
ſtratos uidimus: quotiens ipſi cecidimus: quod cadendi pericu'is ſubiacemus: omnia circũ
plena terroribus, noſtri molles & eneruati affectus, hoſtes multi & indomiti, ingens pa-
riũq; diſcrimẽ, nullus ſomno locus aut inertiæ, ſi ſalutẽ, ſi uictoriã optamus, utamur exẽplo
uictorioſi ducis, quando & nos rerum noſtrarum duces ſumus, & periculi paritas par ẽ exi
git cautionem, quid loquor, immò quidem & periculum nobis maius & præmiũ, illi enim
aliena tantùm uitia, nobis propoſitum eſt & noſtra corrigere, ille mortalis aliquandoq; pe-
rituræ patriæ ſtatum, ſibi uerò temporalem gloriã procurabat, nos immortalis animæ ſalutẽ
& æternam uitam, quamobrẽ ſi maiora minoribus, & ſi alienis noſtram præponimus, ſum
ma diligentia quæcunq; officiunt, huic propoſito propellamus. & quomodo inquies hoc
fiet: tu'ne uitia in exilium pelles, quod nec leges unquam potuêre nec reges: tu'ne nouis ar
tibus res inenodabiles, ut abſoluas, deſperatus ad hoc tempus iter aggrediêre, luxum diuiti
bus, furta ſeruis, lamenta pauperibus, inuidiam plebi, nobilitati ſuperbiam, fraudem curiæ,
uoluptatem foro, diſcordiam multitudini, auaritiam ferè omnibus extorquêre: uellem poſſe
ſed non ſpero, & facilius fateor omne ſulphur ex Aethnæ uiſceribus, omne cœnum è cun
ctis paludibus egeri poſſe, quàm mala hæc, hos ſcelerum ardores, has morum ſordes ex ur-
biũ ſentina, ubi taliũ peſsima merciũ ſedes eſt, inter quas infœliciter fœlix, licet ingẽtiũ coa
leſcat, & unde fœlicius ſit, abeſſe: quid ergo: Ad meum illud familiare conſilium recurro, ut
peſtes quas fugare non poſſumus, fugiamus. In quam rem, unicum ſolitariæ uitæ portum
ac profugium ſcio, de quo tam multa diſſerui, ut iam uerear, ne faſtidio tibi ſim, neuе ipſis
urbibus ſolitudo tibi loquatior uideatur.

FRANCISCI PETRAR- CHÆ V. C. DE VITA SOLITARIA LIBER II.

AD VIRVM SVMMÆ REVERENTIÆ DIGNVM PHILIPPVM PATHAM, EO TEMPORE CAVALLICENSEM EPISCOPVM, MOX PATRIARCHAM Hieroſolymitanum, deinde S. R. E. TIT. S. Sabinæ Cardinalem atq; Legatum, literis ornatum ac literatorum patronum.

SECTIO I.

Qui patres ſolitudinem illuſtrarint. Cap. I.

SEntio tamen adhuc aliquid deeſſe, & uideo nunc etiã quid ex
pectes, rẽ ſuapte naturæ ualidam, exemplis armari, longa eſt
hiſtoria, qui Philoſophi aut Poëtæ, quo ſeſe altius attollerent,
primum pedem in ſolitudine poſuerunt. nam de ſanctis & uul
gatior & notior & longior, qui urbes ſpontaneo, damnantes
exilio, ſacra ſui præſentia ſolitudinem illuſtrarũt, de quibus, ſi
exactiùs loqui uelim, nõ poſſum non inculcare notiſsima, ete
nim hac in parte, quid incognitum eſt tibi, illud ne expectaue
ris, ut trãſcribam tibi, quas uocant patrũ uitas. quem libri titu
lum, ſumpſiſſe noſtros à Marco Varrone arbitror, qui & ipſe
de uitis patrum ſcripſerat, ſed alio quodammodo, nõ tam inflammãdis deuotione animis,
quam

quã notitiæ rerum ſtudens. Non dicam qua in ſpelunca ſexaginta annos latuit Dorotheus, ut pater Amon coniuge dimiſſa, quæ ſecum cõtinentia uirginali diu uixerat, ſolus reliquũ uitæ tempus in deſerto Nitriæ mõtis habitans, nouiſsimè fœlicem Deo animam reddidit, quam comitantibus & gaudentibus Angelis, ad cœlum euntem tredecim inde ſpatio dierum ſemotus Antonius uidit. Non referam qualẽ eodem in monte uitam duxerit, aut Pambo ille, qui cautis reſponſionibus à nonnullis ſcriptoribus, ipſi quoq; nõ tantùm Antonio comparatur, ſed præfertur, aut diſcipulus unus ex multis, Antonius, quèm dũ ſtudiũ ac notitia literarũ ſacrarũ clarũ faceret, proptereaq; per uim in epiſcopũ peteretur, fugere aliter nõ ualens, captũq; ſe cernens, ne ſolitudine priuaretur, aurẽ ſibi præſecuit, ſic ſaltẽ pontificio futurus inhabilis, cum nec ea quidem arte proficeret, minatus urgẽtibus, ſi perſtarẽt linguã ſe propter quã ea ſibi importunitas fieret abſciſſurũ. non loquar fœlices ſolitudines utriuſq; Macharij, in quibus mirabiliũ patratores operũ, alter ad nonageſimum, alter ad centeſimũ uitæ annũ uenit: non attingam qualiter Moyſes quidã æthyops, de latrone factus eſt p̃ſbiter, ſolitarius CHRISTI ſeruus. q̃liter Arſenius è ſenatore glorioſo, maximus & CHRISTI amator, & ſuimet cõtemptor euaſerit. ad quem eſt illa uox cœleſtis: Fuge homines & ſaluaberis. & illa. Arſeni fuge, tace, & quieſce. qualiter Paulus ſimplex, cognomen nactus ex moribus, dũ cõuictũ fugiens uxoris adulteræ, ſolitudinem petijſſet, in tantam familiaritatẽ CHRISTIq; gratiam uenit, ut ſpirituum principem impurorum, quem à ſe pelli non poſſe Antonius fateretur, ille de obſeſſo pectore, puriſsima & quidẽ & efficaciſsima prece depelleret. Non exponã quas tẽtationes corporis, atq; animi ſolitarij ſenes uicerint Pachomius ac Stephanus, nõ inquirã quo conſilio Paphnucius tres Dei amicos ex urbibus ad deſerta perduxit, quaſi ad tutiorem, & Deo propinquiorẽ locũ, qua uirtutis admirationẽ monachorum turmas, in ſolitudinem traxit Helpidius qua charitate Serapion bis ſe hominũ ſeruũ fecit, ut dominos ſuos peccati ſeruitio liberaret. Non narrabo pietatẽ Diaconi Effrem, Pioris conſtantiã, ſudores Adolij, miſericordẽ Innocentij ſeueritatẽ, Euagrij induſtriã ac labores, non ſcrutabor qua in ſolitudine Malchus immitis, domini gregẽ pauit, quo in ſpecu ſimulata cũ coniuge latuit, & leena pro trepidis decertãte, furorẽ heri perſequẽtis euaſit. Nõ oſtendã qua Ioannes Aegyptius uirtute claruit, quantaq; præſentia futurorũ, à quo tam lõgè poſito Theodoſius Imperator, anceps animi, reſponſa depoſceret, & conſilio ſolitarij pauperis armatus pia, ſed maxima & incredibilia bella conficeret: à quo alter quoq; licet inferior dux Romanus, graui Aethyopũ incurſu infinitaq; multitudine atq; aliq̃d infauſtis congreſſibus exterritus, cum præliũ decertaret, & in eo ſtatu nõ per internũcios, ſed p̃ſens ipſe uirum Dei pro conſilio adijſſet, ad ſpem certæ uictoriæ, erectus, præfixa etiã & pugnæ die quodq; & uictor hoſtiles prædas ageret, & ſuorum res præreptas ab hoſte, reueheret, & Imperatoris ſui gratiã mereretur: iuit iam ſecurus, pugnauit, ſtrauit hoſtẽ, ſpolia retulit, gratiã eſt adeptus, cui uiro tã ſancto, tãq; futuri præſcio, ſi quid de præſentibus & expertis creditur, accipe quid hic idẽ de ſolitudine ſenſerit: nequid enim me propoſito fauentẽ immutaſſe quiſquã credat, ipſa eius uerba ſcripſi, ab his relata qui ex ore loquentis acceperãt. Multũ, inquit, prodeſt ſecretior habitatio & ſolitaria conuerſatio. & iterũ: Ad effugienda pericula, inquit, uel lapſum, & conquirendam Dei gratiã, atq; ipſius diuinitatis euidẽtiorẽ notitiã capiendã, plurimũ prodeſt ſecretior cõuerſatio, & heremi interioris habitatio, utq; quod uerbo docebat, facto probaſſe eum ſcias. Ipſe Hieronymus horũ quæ in ſerui uerborum ſcriptor, hunc Ioannẽ, inquit, uidimus in Thebaidis partibus in heremo, quæ adiacet ciuitati Ligo, in rupe quadã montis ardui cõmanentẽ: aſcenſus ad eũ difficilis, aditus monaſterij eius obſtructus & clauſus, ita ut à quadrageſimo ætatis anno uſq; ad nõageſimũ, quẽ tunc gerebat, cũ eũ uidimus, monaſteriũ eius nullus intrauerit, aduenientibus uerò per feneſtrã ſe uidendũ præbebat. Nõ deſcribã habitaculũ Heliæ monachi propè cũctis mirabilius, ut deſertum horrendũ, ut ſolitudo uaſtiſsima & nulli æquanda ſermonibus, ut ſpelunca ſcopea, ut aſper ad illã & anguſtus trames, quiq; uel ſuſpenſos pedes læderet, uel intẽtos adeuntiũ oculos fruſtraretur, ut illic corpore tremulus, ſed animo cõſtans, ſenex ad centũ ac decẽ annis quos habebat ætatis, totus ſeptuaginta tranſegerat. Cogitabis autem per te ipſum, quantus, & hic ſolitariæ uitæ magiſter eſſe potuerit, qui tantũ in eo ſtudio, tanq; cõtinuum

tempus

tempus exigiſſet, cum noſtri homines ambitionẽ & auaritiæ ſtudium, ne dicam popinas ur
bium ac tabernas & lupanaria, reliquiſſe uel triduo, grande ſupplicium opinentur. Non in
medium traham, Eutychianum illum, circa Olympum Bithyniæ degentem, & cœleſti gra
tia & terreni principis amicitiæ inſignem. non Theonem mitem ac modeſtum hominem
& iuramenti expertem, & mendacij inſcium, & triginta annorum, iugi ſilentio in ſum-
ma omnium ferè literarum eruditione mirabilem. non Thebaidis incolam Apollinem,
qui quadraginta annis in intima ſolitudine abditus, nec ſic latuit miraculorum fulgore, tan
dem proditus. non Beniamin ſenem, hydropicum morbo clarum, & cum interim ægrotan
tes ſibi adductos eximiè curaret, de ſua enormi licet ægritudine non curantem, ſolantemq́
alios atque orantem, ut pro anima orarent ſua, non pro corpore addito uerbo illo memo
rabili. Corpus enim hoc, aiebat, & dum ſanum eſſet, nihil mihi profuit. Non Epiphanium
quem famoſum prius heremicolam, ſolitudo epiſcopum Cypro dedit. non ſeu Aphratem
inopem ac pannoſum ſeniculum, quem pietas fideiq́ue zelus è ſpeluncis in urbes medias
eduxit, imperatori imperio reſponſurũ præmordaciter atque acriter: ſeu Iſaac monachum,
illius impietatem diuini comminatione, iudicij retundentem: ſeu Macedonium iugi ſylue-
ſtris habitatorem, uirum infinitæ ſimplicitatis. atque conſtantiæ, frenandum pij quidem
ſed irati principis imperum, montis è uertice deſcendentem. Non Acepſenam ſexaginta
annis in cella reconditum, ſemper tacitum, nulli uiſum. nõ Ceumatium aut Didymum am
bos cæcos illuſtres, & uidentium ac piorum omne munus implentes, alterum uerò inſuper
& in literis clarum. nõ denique innumerabiles alios, quorum uel nomina non capiunt libri.
Poſtremò ut ſumma etiam, quia peruulgata erant, omiſiſſe me noueris, nõ inſiſtam eloqui,
ut adhuc inhoſpitam ac penè ſolis heremum notam feris, orientalium atque orientium mo
nachorum princeps Antonius penetrauit, ut crebreſcente fama nominis, & ad gratiam ſa
nitatũ turbis ægrorũ confluentibus tædio affectus, & metuẽs ne tanta illa celebritas, aut ſibi
inanis gloriæ, aut alicui erroris & falſæ cuiuſpiã de ſe opinionis materia eſſe poſset, dũ pau
cis panibus prouiatico aſſumptis, ad ripam fluminis ſederet, fugam cogitans, uox ad eum
de cœlo facta eſt. quæ nã uerò uox? illa forſitã. Fuge ſolitudinẽ, urbes cole, locus hic tædij,
ille gaudij locus & quietis, Alexandriã pete, in patriã tuã redi, & non potius illa uox fuit. Si
quieſcere cupis Antonij, uade nunc ad interius deſertum? Cui mox obtemperans, oblato
diuinitus, uiarum duce profectus eſt, ut in deſerto manẽs, & ſemper in acie armatus, omnes
dæmonũ uicit inſultus, ut Philoſophia mundiq́ ſapientia tumidũ nomen, ab humili & illi-
terato ſeniculo, ualidiſsimis atque clariſsimis rationibus cõfutata atque conculcata eſt. Vt eum
Romani Imperatores, miraculo famæ eius electi familiaribus ad illũ epiſtolis, quaſi patrem
ueneraci, & quod reſpõſo dignati eſſent uehemẽtiſsimè ſunt gauiſi ut tot iã ſpiritalibus bellis ui
ctor, tot inuiſibiliũ hoſtiũ exercitibus triumphatis, cũ ad nonageſsimũ uitæ annũ perueniſ-
ſet, nullo uſpiã apparente hominũ, ſe iã ſolũ heremicolam cogitaret, multo uetuſtiorẽ atque
remotiorẽ ſolitudinis incolã alterius, Paulũ Thebæum quærere admonitus, reuelatione no
cturna claruit, quæſiuit, inuenit horrificis in itinere primùm mõſtris inuentis, ut congreſsis
tandẽ, & poſt longum ſilentium collocutis, ad ripam fontis exigui, & ueteris umbram pal
mæ, ſecretiſsima in ſpelunca, miſſus è cœlo panis unus, duobus CHRISTI fortiſsimis uete
ranis, multo ieiunio exhauſtis, abũde ſuffecerit: denique ut paucis poſt diebus, mœſtus ani-
mi, multisq́ue cũ fletibus hoſpes, Paulũ ſepeliuit, in effodienda humo, leonũ unguibus in
ſueto pietatis officio adiutus. ad ſummam, qualiter in deſertis latitans, & intantum omnis
gloriæ fugitans, ut ſepulturam quoque ſuam uellet abſconditam, ne qua uel gelidum ci-
nerem mundani fauoris aura contingeret, adeò nobilitatus & gloriosus effectus eſt, ut
CHRISTVS homunculum ſuum Aegyptiacæ ſolitudinis latebris abditum, ut ipſius Atha
naſij hæredis atque hiſtorici ſui uerbis utar, alio penè orbe cælatũ, Africæ, Hiſpaniæ, Gal-
liæ, Italiæ, Illyrico, ipſi etiã qui urbiũ caput eſt Romæ, ut in exordio promiſerat, demonſtra
rit. Nõ exequar ut in ſolitudinẽ quoque fugit Hilarion, Antonij uirtutum nobilis æmulus, fa
ma uiri primùm, mox bimeſtri obſeruatione uitæ eius, ac monitis præſentiq́ concitus exem
plo, ubi ab adoleſcẽtia in ſeniũ perſeuerans, brumæ primum & æſtatis intemperiẽ auguſto
tuguriolo,

tuguriolo, poſt autem cella nihil anguſtiore, neq; tàm domus quàm ſepulchri ſpeciem habẽte ſubmouit, ut inde dũ ad uiri nomen turbis coẽuntibus, & ſolitudine una multarum inquieta negotijs fugam meditaretur, re cognita decẽ et eò amplius hominum millia iter eius impediêre. quo dolore, cum inedia conſumptus penè eſſet, populo patiente ſed dolente & proſequente, tandem abijt in profundiſsimas ſolitudines, & ad Antonij locum, qui paulò antè tanto uacuus habitatore remanſerat, perueniens, atq; ibi diſcipulis eius inuentis, auditu flebile, pium dictu auidiſsimè cuncta perquirens, hortulanũ eius & lectulũ unde ad cœlum fœlix ille condeſcenderat inuiſit, atq; in eo dulci quadam tanti uiri memoria procubuit, ipſũ recenti uelut Antonij accubitu calentẽ, ſæpè cõplectens. atq; deoſculans, quidq; non tam lectione quàm opinione fretus addiderim, alienum ſtratũ ſuis lachrymis rigans, ut inde alias atq; alias ſolitudines petẽs ꝙ exoptatã ſibi inuidens quietẽ, ſemper cum ſua fama præcurret, interdũ etiã ad barbaras nationes clàm decreuerit proficiſci, ubi nec intellectus nec cognitus reſpiraret. at eadem fama nominis eũ perſequente, primo quidẽ in Siciliã nauigauit, inde in Dalmatiã, poſtremò autẽ in Cyprũ inſulã ſuis moribus longè diſsimilẽ, cuius tamen una rupes, duro uiri propoſito conueniret, ubi locũ nactus terribilẽ ualdè, ut ſcriptoris præconis quẽ ſui Hieronymi uerbum ponam, ac ſemotum ſubſtitit, & ut cunctis eum, ne furtim dilaberetur obſeruantibus quod uno in loco diu illum non poſſe ſubſiſtere, publicè perſuaſum erat, ibidem laborum uitæ finem habuit, in terris inuitatus fuerat, ad cœlos ſecutus Antoninum.

De tranſitu præteritorum exemplorum ad exempla minus trita. Cap. II.

BIs igitur breui admodum & ſuccincta commemoratione præteritis, ut ſic dicam, atq; ſuppoſitis & reliquis ſilentio obrutis, quotquot ſunt id genus, qbus ſola heremus cœlũ fuit in terris, quæ copioſa & amœna & uaria & penetrabilis atque ignea lectio eſt, & quæ pretioſæ materiæ filum habens magnis texta ingenijs, natura pariter atq; arte delectet, aliquot exempla minus trita, per ſecretiores ſcripturarum receſſus ſparſa recolligam.

SECTIO II.

De ſolitudine parentis humani generis Adam. Cap. I.

ET ut à primis ordiar, Adam publicus ille parens generis humani, quamdiù ſolus fuit, nemo fœlicior, mox ut comitatus, nemo miſerior, ſolus ſtetit, comitatus ruit: ſolus beatæ ciuis patriæ, comitatus infœlicis exilij peregrinus, ſolus in requie & gaudio, comitatus in laboribus & doloribus multis, Denique ſolus immortalis fuerat, iunge ſociam, mortalis efficitur. iam tunc clarum & inſigne præſagium, quid de ſocietate fœminea ſperare poſteritas deberet.

De cultu ſolitudinis Abrahæ. Cap. II.

SEd ne in limine hæream, magnus ille multarumq; gentium pater Abraham, non in palatijs interq; delitias urbanas, ſed in tabernaculis inq; cõuallibus collocutorẽ Deum meruit, promiſſa illa, quæ iugiter in nobis extremis, utinamq; nõ peſsimis hominũ implentur, idẽ nõ in aula cortinis obſita, & uillis inſtrata criſpãtibus, ſed in ſolo herbido & agreſti, utq; Geneſeos textus habet, in conualle, ut Ioſephus, ad Ilicẽ Mambræ ſedebat, quãdo dignus eſt habitus Dei angelos habere conuiuas: Neue quid fortè aliud, quàm quod uerba ſonãt ſuſpicemur, non equidẽ ſub auratis laquearibus tectorũ, ſed ſub quercus umbra glandiferæ rurale cõuiuiũ celebratũ eſt. & ille certè ſanctiſsimus atq; omni diuino fauore digniſsimus uir, fuit tantæ obedientiæ, ut dum Dei iuſsis obſequitur, unigenito filio non parceret, ut reliqua laudũ eius ſileã, de quibus dicẽdi tẽpus fortè aliud, alterq; locus opportunior dabit. Ex quibus omnibus, minime mirum ſit, ſi talem uirũ arcius eſt amplexa diuinitas, illud magnũ quod ſuo merito ancilla eius Aegyptia fugiens, ab angelo reuocata & iterum in extremis poſita,

poſita, atque deſperans, rurſus ab angelo recreata eſt. Et ut ad propoſitum ſpectet, alterum iuxta fontem aquæ, alterum ſubter unam arborem, utrunq; certe in ſolitudine geſtum eſt, ut ne id mirum ſit infantem ſuum, quem fugæ comitem geſtabat, in ſolitudine ſeruatum cœleſtiq; beneficij memorem, & ipſum poſt ſolitarium euaſiſſe.

De ſolitudine Iſaac. Cap. III.

QVid hoc patre ſatus Iſaac? quãdo ſibi de terra longinqua fœcũda uxor aduecta eſt, quid putas agebat? erat forſan in foro, perorabat cauſas, exercebat iuditia, emebat aliqd, aut uẽdebat, dabat mutuũ uel poſcebat, uel datum exigebat, acceptumq; ſoluebat? nihil horum omnino: Quid igitur? Deambulabat, inquit, eo tempore, per uiam quæ ducit ad puteum, cuius nomen eſt uiuentis & uidentis. Vere autẽ uiuens & uidens, hoc eſt in æternum uiuens & uidens omnia, non Sol, ut Ouidius & Apuleius dixerunt. ſed creator ſolis & ſyderũ rerũq; omniũ omnipotẽs Deus, apud quem puteus, ſiue ut Pſalmiſta loqtur, Fons uitæ eſt, quo non dormiendo nec per inuia gradiẽdo, ſed per uiã deãbulãdo peruenitur & ſequitur. Habitabat enim in terra Auſtrali, & egreſſus fuerat ad meditandũ in agro inclinata iam die. Vbi ſimiliter nihil eſt. quod myſterio uacare putẽ, habitabat enim in terra auſtrali, terra humili & deuexa, & clara & ætherei ſolis uicinitate præferuida. Et egreſſus erat, unde reris, niſi extra corporis ſui domum? egreſſus, inquam, extra ſeipſum, & miſeriæ mortalis ergaſtulum, nõ ad infame ocium ſed ad meditandum. nam quæ oro alia hominis uita eſt, aut quid aliud agens ab animalibus brutis differt? Præclare Cicero: Docto uiro, inquit, uiuere eſt cogitare: in hanc rem, non urbem aliquam, non theatrum, ſed agrum locum prorſus idoneum, inſuper & inclinatæ diei commodiſſimum tempus elegerat. nullus enim locus, nulla pars ætatis aptior meditanti, quàm & agreſtis ſolitudo, & iuuenili feruore præterito, relictiſq; ut ita dixerim, meridianis horis, à tergo placatioris uitæ tranquillitas iam uergentis ad ueſperam.

De ſolitudine Iacob. Cap. IIII.

QVid huius etiam natus magniq́ue nepos Abraæ Patriarcharum maximus Iacob, quando ſcalam illam cœlotenus erectam, aſcendentes deſcendenteſq; angelos, & innixum ſcalæ dominum uidit? ubi fuiſſe illum opinamur, quàm magna in urbe, quàm pulchra in domo, quàm locuplete cubiculo? erat ille non modo procùl ab urbibus, ſed etiã procul domo, ut enim ipſius Ioſephi uerba non mutem, propter odium prouincialium, apud nullum quidem ſuccedere uoluit, ſed ſub diuo iacebat, caput ſuum lapidibus ſubditis ſupponens. Eidem gemina coniuge & natorum turba ſeruiſquè & ancillis, omnigenumque gregum poſſeſsione aucto, in patriam remeanti, occurſus affuit angelorum, ſed ubinam quæſo? nunquid in urbibus quieſcenti? non uerum cœpto itinere abeunti, quo nondum peracto, eidem luctatori ille nocturnus, nomen unde nouum ſibi inditum clarum manſit in poſteris, non in urbis amphiteatro, neq; inter turbas hominum, ſed cum remanſiſſet, ſolus in tranſitu torrentis apparuit.

De ſolitudine Moyſi. Cap. V.

VBi erat ille familiariſſimus Deo uir Moyſes, quando legem colloquiumq́; Dei quando ſalutẽ populi, memorabilemq́ue uictoriam, abſens ſolus & ſolis precum armis obtinuit? nempè non in aliqua ciuitatũ Syriæ uel Aegypti, ſed in ſyluis & altiſſimi montis in uertice. In ſolitudine erat dũ aquas, amariſſimas coëgit ligni unius immiſsione dulceſcere, dũ prodigia illa fecit, quæ uix perlegere ne dicã recenſere ſufficimus. Idem certè immẽſo exercitui, in quo tã multi iniuſti atque in Deũ & in homines ingrati erãt, nõ de ſolio aureo, ſed de ſolitudine horrida prouidit, & in ſumma inopia, miram neceſſariarũ rerum abundantiam procurauit, quando in caſtris coturnices ortygias affatim cœlo lapſas, populus legit eſuriens, & de rupe percuſſa, dulcis aquæ copiam ſitiens bibit, quando diuinum illum atq; incredibilem, & neque cupiditati neque parſimoniæ ſubiacentem cibum, non quidem in

T urbibus

urbibus, nec è foro cupedinario petitum, ſed cœlitus deſtinatum quadraginta annis habuit in deſerto. uides ut ſolitudo diuinis beneficijs atque colloquijs, & angelicis ſit amica cõgreſſibus? quo minùs miror, ut præclaræ uitæ uiri illius, ſic & glorioſæ morti ſolitudinem deputatam, dum ex hominibus migraturo, quod fratri eius iam antea acciderat, loquens Deus: non in hanc aut illam urbem, ſed aſcẽde in montem, inquit, & morere. quod nobis in omni uitæ mortisquè conſilio, niſi fallor ſummopere trutinandum eſt.

De ſolitudine Heliæ. Cap. VI.

QVid ſingula replicem? plena exemplorum ſunt omnia, ubi erat Helias quando clarioribus portentis emicuit? quando populis intra urbes fame pereuntibus illũ iuſſu Dei in ſolitudiue latitantem corui pauêre ſolliciti? quando ex ſummo Carmeli montis pronus humi, triennem ſiccitatem, terras ac populos affligentem, inſperato imbre leniuit? quando octingentos & quinquaginta falſos prophetas, in eodem monte Carmeli, Deo iudice, ſacrificio teſte, ſuperatos in torrente Cylon populo fauente mactauit. quam ob cauſam iratæ Reginæ minis ac furori cedens, cum deſerti latebram petijſſet, ſub umbra iuniperi conſopitum excitauit Angelus, & ut manducaret admonuit, non magni pretij cibum, ſed tantæ uirtutis, ut in fortitudine illius, quadraginta dierum iter ac totidem noctium ieiunando perficeret. Quo peracto, inde ut in ſpelunca manens, dominico uſitatus alloquio, reges inũgere mittitur ac prophetas, ut in cacumine mõtis ſedens, imperat inopinabili fiducia, ut ignis è cœlo deſcendat, ſuper quinquagenarios regios, & paretur ſtatim, ut ſciſſo amne, tactu pallij Iordanem ſicco pede pertranſit, ſolitarium ſanctum uirum uenerantibus elementis. ubi inquam erat Helias dum hæc ageret? profectò in ſolitudine, unde tandem ad cœlum flammante uehiculo raptus eſt; ubi erat Heliſeus quando geminum rapti ducis cõſecutus eſt ſpiritum? quando ferrum contra naturam & conſuetudinem ſuam natans, flenti reſtituit amico? quando tribus regibus totidemquè regijs exercitibus, ne periret ſiti, repleto ſine ullis imbribus torrente ſubuenit? priora quidem ad Iordanis ripam, tertium in deſerto Idumeæ contigit. Illud quæſiſſe ſuperuacuum, ubi erat dum pallio magiſtri diuiſis aquis, per arentem Iordanis alueum ſolus tranſijt, qui tranſierat comitatus? Vbi erant denique tot prophetæ quando tàm certis, & tàm præſagis uiſionibus illuſtrati ſunt? de quibus ſingillatim nunc agere longum eſt. Neque ſoli prophetæ, ſed filij etiam prophetarũ, quos monachos ut Hieronymus ait, in ueteri legimus teſtamento, ædificabat ſibi caſulas ꝓpè fluenta Iordanis, & turbis & urbibus derelictis, polẽta & herbis agreſtibus uictitabãt.

De ſolitudine Hieremiæ. Cap. VII.

IPſe quidem Hieremias, ſilentio ſupprimendus non uidetur, qui uerò etiam huic uitæ teſtimonium manifeſtum præbuit, ubi ait, Bonum eſt cum ſilentio præſtolari ſalutare domini. Bonum eſt uiro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. & quaſi hæc niſi in ſolitudine fieri non poſſe diffiniens, cum hæc dixiſſet, adiecit: Sedebit ſolitarius & tacebit, quia leuauit ſe ſuper ſe. En audio fœlicem patientiam expectantis, audio libertate qualibet meliorem, dominici iugi tollerantiam, audio quietem ſeſſionis, & non ſemel, ſed in principio poſitum, & in fine ſilentium, cuncta tamen audio, intra unam ſolitudinem contineri.

De commendatione uitæ ſolitariæ, incidens. Cap. VIII.

O Verè uita pacifica cœleſtiquè ſimillima. O' uita melior ſuper uitas, uita laborum uacua, bonorumquè tantorum capax, ubi expectatur ſalus, ſuaue iugum domini portatur, tacetur & ſedetur, & ſedendo conſurgitur. Vita ſalutaris hominibus, formidabilis & inuiſa dæmonibus, quod niſi ita eſſet, haud quaquam id uitæ genus ingreſſos, tàm multis & tàm uarijs temptationum generibus infeſtarent. uita reformatrix animæ, reparatrix morum, innouatrix affectuum, lotrix ſordium, purgatrix ſcelerum, conciliatrix Dei & hominum, ruinarum innumerabilium inſtauratrix corporum, cultrix ingeniorũ, moderatrix

trix

trix præcipitum, torpentium excitatrix appetituum, genitrix nobilium, alma uirtuum nutrix, uitiorum domitrix peremptrixque, palæſtra luctantium, arena currentium, campus pugnantium, arcus triumphantium, bibliotheca legentium, cella meditantium, penetrale orantium, mons contemplantium, & quid dicam, niſi ſimul omnia, uita fœlix, ad omne bonum opus aptiſſima, uita philoſophica, poëtica, ſancta, prophetica, uita non immeritò ſingularis dicta, & ſi dicere audeam, quod ſentio, uita tàm ſingularis, ut ea ſola uera uita ſit, reliquis omnibus conueniat, quod ait Cicero, & Ciceronem ſecutus Auguſtinus, quod hæc noſtra quæ dicitur uita, mors eſt. Vita demũ niſi expertis incognita & ut habẽti peramabilis, ſic ſuperoptabilis non habenti. quod non ignorabat Hieremias idem, quo duce, ad hæc eiuſdem uitæ præconia præmiſſis accumulanda peruenimus, dum in illa calamitate publica, pias ſimul lachrymas, & lachrymis opportunã ſolitudinem exoptabat. Quis dabit, inquit, capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? ſciẽsq́ fontem hunc non in urbibus aut in turbis nitidum ſcaturire, ſubſecutus adiunxit: Quis dabit mihi, in ſolitudine diuerſorium uiatorum? Cogitatù perfacilè eſt, quibus nobis expediat, quando uir ubilibet deo proximus, Deo plenus, ad honeſtũ illud ſeque dignum officium, hoc eſt ad lugendum interfectos populi ſui, quaſi unam ſine altera non ſperaret: ſimul utranq́ poſcebat ſolitudinem & pietatem. Vbi illud minimè negligendum rebar, quod cum in ſolitudine diuerſorium optaſſet, addidit: Et derelinquam, inquit, populum meum, & recedam ab eis, quia omnes adulteri ſunt, cœtus præuaricatorum, & reliqua deinceps: quæ cogitare ne dicam loqui horret animus, tàm propriè noſtris hodie conueniunt populis, tàm parum immò uerò tàm nihil eſt fidei, nihil ueri uſpiam, nihil tuti, nihil denique uel humani, hi cum dicantur homines, & effigie ſunt humana, ut ea mihi uel ſola certè, uel maxima atque iuſtiſſima percolendæ ſolitudinis, & declinandarum urbium cauſa ſit.

SECTIO. III.

De ſolitudine ſancti Silueſtri papæ. Cap. I.

NEſtorè autem uetuſtatis reuerentia, uel immemor recentium uel contemptor appařtam, latuit in Soractis montè, Silueſter diuitum primus ille Pontificum, & locum moribus & loco conſonum nomen habens. Atqui niſi audire uerum pudet, è ſolitudine humili & inculta opes iſtæ, bonæ utinam, quas modò uix urbes capiunt fluxêre. Hinc calceus auratus, hinc eburneus ſcipio, paſtoralis in morem baculi recuruus, ſuburbano cultu ruſticæ memor originis, hinc chlamys coloribus inardeſcens, hinc ſtellatũ diadema carbunculis, hinc niueus ſonipes, thronus aureus purpureumq́ uerendi capitis umbraculum, hinc denique totus habitus triumphalis, totus hic ut dicitur militantis, ſed & latè iam regnantis eccleſiæ ſtatus, quem è ſyluis egreſſum ſtupent reges, & quem qui diligenter inſpexerit, neſcio an ſolitudinem tantæ uenerationis initium uenerabilẽ negaturus ſit. ſed progredior.

De ſolitudine ſancti Ambroſij. Cap. II.

AMbroſius, apud Mediolanũ, magni populi curam, Deo uolente ac cogente ſortitus, & ſi tàm neceſſarij debiti tantiq́ ſibi conſcius officij, continuè ſolitariam uitam degere non auderet, quotiens tamen, & quibus potuit modis quid optaret oſtendit. habitauit ut nunc eſt ambitus murorum, in extremo ciuitatis angulo, ubi adhuc ſacrum corpus habitat, & ab eodem fundata ſacra domus ſtat, ſumma deuotione percelebris, & magnis populi frequentata concurſibus, tunc quantum certis inditijs intelligi datur longè ſemotus penitusq́ ſolitarius locus erat. ad hæc quotẽs epiſcopalibus curis liber ac laborib. relaxatus, quos impellendis Arrianis ab eccleſia graues diuturnosq́ue pertuli, aliquantiſper ſe negocijs ſubrahere furariq́ue poterat, in ſecretiorem ſolitudinem ſe conferre ſanctiſſimus uir ſolebat. Sylua erat, quamuis proxima contemplationi, tamen idonea, in medio parua domus, ingenuis certè, ſed humilis uiri capax, quæ multo dignius quàm domus

olim Metapontina Pythagoræ, in templi licet exigui ſpeciem uerſa eſt. nunc ſylua conuulſa eſt, mutatoq; loci habitu, manet nomen, Ambroſij nemus uulgo dicitur, ſiniſtrorſus ad orthoum latus, quod amnis hic undiq; magnis motibus, & multa rerum colliſione memorabilis intra urbem ipſam, & extrema rapto molimine aucti ambitus ſepta concluſit. Illic ut audio, & ut auguror, librorum mellifluos flores ſparſit, quorum hodie per omnes tractus eccleſiæ guſtus ſuauiſſimus & fragrantiſſimus eſt odor. ut uero non actuum modò ſed uerborum, unum quidem ex omnibus, teſtimonium uiri huius proferam, in epiſtola quadam ad Sabinum: Pergã, inqr, frequẽtius te in meis ſcriptis, & cum ſim ſolus alloqui. deinde ſuum faciens Scipionis uerbum, de quo pòſt dicam. Nunquam enim, inquit, minus ſolus ſum, quàm cum ſolus eſſe uideor, ne minus otioſus, quã eũ ocioſus. certè pro arbitrio arceſſo quos uolo, atq; adiungo mihi quos magis diligo, & quos aptiores arbitror, nemo interpellat, nemo interpolat, tũc ergo te magis teneo, et de ſcripturis cõfero, & prolixiorẽ ſimul ſermonẽ cædimus. Sola erat Maria & loquebaẽ cũ angelo, ſola erat, quãdo ſuperuenit in eam Spiritus ſanctus, & uirtus altiſſimi obumbrauit eã. ſola erat & operata eſt mundi ſalutem, & concepit redemptorem uniuerſorũ. ſolus erat Petrus, & totum per orbem conſecrandarum gentium cognouit myſteria, ſolus erat Adam & non eſt præuaricatus, quia mens eius adhærebat Deo, poſtquam uerò ei mulier adiuncta eſt, non potuit adhærere mandatis cœleſtibus.

Quod nullum uirus adeo peſtiferum & uitę ſolitariæ contrarium ſit, ſicut muliebre conſortium, incidens. Cap. III.

VBi ut me Ambroſij dicto parũper immiſceam, illud non ſiluerim, quod omnibus notum multi diſsimulant. Nullũ uirus adeò peſtiferum uitam hanc ſectantibus, ut muliebre conſortium. fœmineus enim decor, eò formidoloſior funeſtiorque, quo blandior, ut ſileam mores, quibus omnino nihil inſtabilius, nihil ſtudio quietis infeſtius. quisquis requiem quæris, fœminam caue, perpetuam officinam litium ac laborum, raró ſub eodem tecto habitant quies & mulier, Satyrici uerbum eſt:

Semper habet lites alternaq; iurgia lectus.
In quo nupta iacet, minimum dormitur in illo.

Niſi fortè, tranquillior eſt concubinæ accubitus, cuius & fides minor, & maior infamia, ſi litigium par. Scitum eſt & illud clari Oratoris dictũ: Qui nõ litigat cælebs eſt. quid uerò melius quàm non litigare? Aut quid per IESVM CHRISTVM oro te, quid, inquam, ſolitudine præſertim nocturna ac ſilentio & quiete, & lectuli libertate fœlicius? nihil ergo fœlicius cælibatu, nil uerò cælibatui aptius quã ſolitudo. quisquis ergo litem fugis, & fœminam, fuge, uix alterã ſine altera effugies. fœminæ & ſi quod rarũ eſt, mitiſſimi mores ſint, ipſa præſentia, atq; ut ita dixerim, umbra nocens eſt. cuius ſi quã fidẽ mereor, uultus ac uerba, cunctis q ſolitar itã pacẽ quærunt, nõ aliter uitandi ſunt, nõ dico, quã coluber, ſed quàm baſiliſci cõſpectus ac ſibilã. nam nec aliter oculis quàm baſiliſcus interficit, & ante cõtactum inficit. De quibus autem potius quàm de nobis dici æſtimes, quod in longinqua materia uerè nec magis an propriè ait Maro:

Carpit enim uires paulatim, uritq; uidendo
Fœmina. nec nemorum patitur, meminiſſe nec herbæ.

Sanè φ uiſu ſolo corporis, atq; animi uires carpantur urãturq;, tangere poterat uniuerſos, quos ea peſtis extenuat & accendit, at quod nemorum herbæque memoriam eadem peſtis eripiat, ſi ut de equis ac bobus dixit, ſic de hominibus dixiſſet, quos alios quàm nos intellexiſſe uideretur, quibus præcipua nemorum & herbarum oblectatio eſt. Proinde muliebres illecebras, tum omnibus, quibus ſuum uas ſanctè & honorificè cuſtodire propoſitũ eſt, tùm nobis maximè fugiendas uitandasque denuntio, quod qui neglexerit, norit ſe nõ aliam ob cauſam è paradiſo ſolitudinis pellendum, quàm è paradiſo uoluptatis primus hominum pulſus fuit. Hæc interfatus ad Ambroſium reuertor, qui illam ad Sabinum epiſtolam concludens: Liquet, inquit, ex his, quia ſoli cũ ſumus, tunc nos offerimus Deo, tunc

mentem ei noſtrā aperimus, tunc amictum fraudis exuimus, quibus dictis, primo iterum parente ad memoriam reuerſo, ſolus, inquit, erat Adam quando in paradiſo eſt conſtitutus, ſed non erat ſolus, quando de paradiſo eiectus eſt. Solus erat dominus *IESVS*, quando mundum redemit: non enim legatus, neque nuncius, ſed ipſe dominus ſaluum fecit populum ſuum, Et ſi nunquam ſolus eſt, in quo pater eſt ſemper? Ad poſtremum cum cõſilio clauſurus epiſtolam, Vnde & nos inquit, ſoli ſumus ut dominus nobiſcum ſit. quod conſilium ne ſoli Sabino datum ſit, ut ad nos trahamus noſtrumq; faciamus, obſecro.

De ſolitudine ſancti Martini. Cap. IIII.

HVnc ſolitariæ uitæ ſtatum & ab infantia quodammodo concupiſſe Martinum, & cum primum per ætatem perque neceſſariæ militiæ occupationem licuit, apprehendiſſe nouimus, tanto ardore animi, ut in uita priuata, ceptum morem nec Præſul factus omitteret: auctor eſt Seuerus, qui res eius quibus interfuit uitæq; ſeriem ſcripſit. quo tempore quæti ſolitum accepimus, ante epiſcopalem curam, ſe maioris fuiſſe uirtutis. Mirum, quamuis enim nihil illi uiro, niſi ſummum ſemper atq; perfectum fuiſſe credendum ſit, tamen pontificali faſce curuatus, neſcio quid in ſe dum eſſet expeditior altius atq; perfectius recolebat, temporis illius memor quo liberius ſolus erat, ne quis fortè miretur eundem an tea liberum frequentaſſe ſolitudines, qua & duri ſeruus officij, dum licuit frequentauit. Ne enim cuncta ueſtigem quod longũ atque difficile eſt, in ipſa prius urbe Mediolano, ubi quod conſtat primum ex multis, quæ diuerſis in locis ab eo fundata ſunt, monaſteriũ extruxit, aliquantum tempus exegiſſe fertur, uicino quondam Ambroſianæ domui, ac mœnibus urbis habitaculo. loco etiam nunc ſolitario ac repoſito. ad quem iam præſul Ambroſius tanto lætus hoſpite, clam ſolus exire conſueuerat, ſecumq; dum poſſet auidius immorari, bone *IESV*, quale hominum par, quæ ſuſpiria, qui ſermones? Quicquid principes imperant, quicquid Coſs. deliberant, quicquid prætores edicunt, quicquid ſtatuunt legiferi, quicquid fabulãtur populi, quicquid philoſophi diſputant, quicquid rhetores declamant, quicquid ſophiſtæ cauillantur, ſacro illi tranquilloq; colloquio admotum, meras nugæ dixiſſe non uerear: Sinueſſæ quidem erat Horatius poëta, dum ſibi Plotius & Varus & Virgilius occurrerunt, pulchra nempè ſocietas doctiſsimorum hominum, inuicemque familiarium amicorum itaque ait:

O qui complexus & gaudia quanta fuerunt,

Credo Edepol, & multa ibi pro tempore facetiſſimè inter tales uiros; ac diſertiſſimè dicta nõ dubitem, ſed dulciores amplexus, & ſanctius gaudiũ fuiſſe crediderim Mediolani, inter Ambroſium & Martinũ, locus oſtẽditur, ubi cõgredi & colloqui ſolitos fama eſt. Quibus ego congreſſibus atque colloquijs, ſi datum eſſet, interfuiſſe maluerim, quàm regum omnium conſilijs, quæcunque uino uel auaritia uel feritate ebrij cum purpuratis ſuis agitant. Fœlix ergo & quanquã minus aduſta, minus horrida nõ minus fortè glorioſa, quàm Thebaidis ſolitudo, quæ tales duos accolas uno tempore meruiſti.

De ſolitudine ſancti Auguſtini. Cap. V.

NOndum nos Mediolano egredi, magnus alter eiuſdem urbis habitator ſinit Auguſtinus, quem Ambroſio malis erroribus infectum, quaſi filium docto medico pius Pater dedit, ut is eum undis ſalubribus ablutum, curatumq; Deo redderet. Ille ergo cum ignarus omnium, quæ erga ſe clàm diuina pietas ageret. Mediolanum ueniens, ubi tunc ſacer florebat Ambroſius, uitam tandem mutare decreuiſſet, ciuitate relicta, ſolitudinem ruris appetijt, ut qui cum multis inſanierat, ſolus reſipiſceret, Caſeatum, uocat ipſe, & id manet haſtenus ruri nomen. quinetiam ipſo die, quo primum hoc ſancto deſiderio exarſit, in ciuitate poſitus, in illas fluctuantis animi procellas, per quas conſilij nauigium regente Deo ad terram uiuentium, & ad portum ſalutis applicuit, quid egerit, qualiterue ſe geſſerit, eodem ipſo narrante cognouimus. Certè non proceſſit in publicum, neque populi concionem claſſico aduocans, quid acturus eſſet expoſuit, ſed dimiſſo ſocio fidiſſimo, conſurgens, eò

gẽs, eo ꝙ ut ipſe ait ſolitudo ſibi ad negotiũ flendi aptior ſuggereretur, & ſecedẽs remotius, quã ut poſſet ei oneroſa eſſe etiã talis amici præſentia, quod unũ loci qualitas ac tẽporis permittebat, ſecretum horti angulum pro ſolitudine habuit. Vbi amariſſimè ſecum loquẽs, inter ſingultus & lachrymas, inter uulſum capillum percuſſamq́ frontem & conſertis digitis amplexum genu, & quæcunque magnus ac ſanctus dolor elicit, tandem ſemel de ſe ſtatuit, unde in perpetuum exultaret. Denique per omnem uitam ſolitarijs & quietis locis ac que inter cætera Piſani montis ocio delectatus, & illic heremitico habitu traxiſſe moras creditur, & ad loci illius heremitas, liber ſuo quidem præſcriptus eſt nomine. cæterũ de hac re, quia non uacat infinita nunc hominis illius ſcripta reuoluere, unico eius quod occurrit, breui utique, ſed aperto teſtimonio cõtentus ero. is ergo Euangelium Ioannis exponens: Difficilè eſt, inquit, in turba uidere IESVM, ſolitudo quædam neceſſaria eſt menti noſtræ, quadam ſolitudine intentionis uidetur Deus, turba ſtrepitum habet, uiſio iſta ſecretum deſiderat. Audis ut cautè uidendo Deo neceſſariam, non quamlibet ſed ſolitudinem dixit intentionis, intelligi uolens, dum ſuas intus turbas tumultusq́ ſuos humana mens habeat, acuendis ad tantum lumen, purgandisq́ oculis ſolitudinem corpoream nil prodeſſe. Iam uerò maximis tribus explicitis, non Mediolano tantum, ſed Italia digredi ſtilum ſinã.

De ſancto Hieronymo, mirifico ſolitudinis ueneratore. Cap. VI.

Sileo nũc præconem uitæ huius Baſilium, ſileo Magnum uirum Gregorium Nazianzenum, præclarum huius uiri diſcipulum non ſilebo. Hieronymus urbe Romana dimiſſa Romanisq́ opibus contemptis, æternæ patriæ ſpe ac deſiderio illectus, & ut ipſe fatetur, ob gehennæ metum, in illam primo uaſtam ſolitudinem, horridum monachis habitaculũ præſtantem, quam de uirginitate ad Euſtochium ſcribens, Saluſtiano uerbo uſus ab ardoribus exuſtam dicit, ſeſe abdidit. ubi aliquot annis aduerſus indomitæ carnis inſultus, & cõſpirantis animæ conſenſum, laborioſa militia exactis, quamuis uictor non ex acie Romã, quaſi iã ſecurus ad triũphum redijt, ſed in Bethleemitas latebras feſtinandus aufugit.

De ſancta Paula, quibuſdamq́ alijs matronis deuotiſsimis, ſolitariæ uitæ cultricibus. Cap. VII.

LAtuit ibidem Paula ſancta & pia & illuſtris, & ut multa breuiter dicam, uerè Romana mulier, ſummũq́ ſuis temporibus fœmineæ ſpecimen uirtutis, & ut ad præſepe Dominicum mori poſſet, ubi & qualiter orta eſſet, oblita eſt. cuius etiam præclaram uitam, & felicem exitum Hieronymus ipſe, tam fulgido pinxit epigrammate, ut poſt eũ mihi modeſtius ſit tacere. Quid enim dignum ſim dicturus in tranſitu, inq́ anguſta opuſculi mei parte clauſurus, ubi ille tanto uir ingenio hæſit, & amore ac dolore dictantib. modum iuſti uoluminis impleuit, & quãuis nõ defuiſſe ſciã, quod Hieronymus ipſe nec ignorat nec diſſimulat, qui utriusq́ ocium liuido dente momorderint, nec morſum ſcriptis mandare timuerint, ita uix ulla uirtus uel alta uel abdita eſt, ut inuidiæ iaculis non tangatur, ſed ſolidam ueritatẽ uulgaris aura non cõcutit. Sanè quicquid de ſua alijs uiſum ſit, ſolitudinem ſapiẽtis, idem ipſe Hieronymus contra Iouinianum ſcribens, commendat his uerbis: Sapiens nunquam ſolus eſſe poteſt, habet enim ſecum omnes qui ſunt, & qui fuerunt boni, & animum liberum quocunque uult profert & transfert, & quod corpore nõ poteſt, cogitatione complectitur. & ſi hominũ inopia fuerit, loqtur cũ Deo, nunq́ minus ſolus. quo'nã uerò nunc uertar, cõfundor multitudine, & acie occurrẽtium in diuerſum uocor, ſed Paulæ nomẽ admonuit, ut ante omnia, eidem & gẽti & ſexui ſolitariæ gloriæ partem darẽ, pauca igitur ex multis excerpam, nec uerebor ne Romanarũ in laudib. matronarũ nimius dicar, quibus par eſſe non ſpero, prætereo Euſtochiam Paulæ filiam, præcone Hieronymo inſignem, & Marcellam & Aſellam, & Fabiolam & Bleſillam, aliasq́ clari nominis uirgines aut uiduas qđ autem de re dicam fœminarum optima & glorioſa Melania: Nõ ego tãtas concíues ac uicinas, quas

rias, quas ætas, patria, CHRISTI fides, animi pietas, utriuſque cõiungunt ſtilo ſegregem, iuxta Paulam ſedebis. tu quidem Romani filia Coſ. Romani Prætoris mater, genus, opes & paternum decus uirtutibus ſuper greſſa, uiduitatis ſtatum tanto pudicitiæ ſtudio, tantisq; miſericordiæ operibus honeſtati, ut uirginitatis laudem propè tranſcenderes, oblita potentiæ, ſoliusq; memor, CHRISTI utq; illũ indueres, exuta ſoli natalis affectũ, exuta natalitiũ reſpectũ, & amorẽ tuorũ & corporis tui curã exoſa. deniq; CHRISTI conſilio animam tuam in hoc mundo, ut in uitam æternam cuſtodires eam, mira ſollicitudine ſanctos patres in deſertis ſolitudinibus quæſiuiſti eoſq; etiam ad exiliũ proſecuta, de labore tuo ſanctum illis obſequiũ, de facultatibus piã alimoniam præbuiſti. honoratrix ſanctorum, reuocatrix errantium, peregrinorum mater, tuorum in CHRISTO tutrix atq; conſulutix. Cum ingentes enim opes immẽſumq; patrimoniũ, in egentiũ alimenta fœliciſſima libertate diſpergeres, & quaſi quidã inexhauſtus fons bonorum, nulla largitionũ exundatione deficientes, inq; aliud nihil intenta, ſeptem & triginta annos, indeficiẽte rerũ facultate, & indefeſſa charitate animi peregiſſes, iam ſexagenariã, tuorũ reuiſendorũ, non carnale, ſed diuinũ & ſpiritale deſiderium cœpit: Itaque Romã rediẽs, natũ, nurũ, neptem, ut nominis hæredem, ſic animi propoſitiq; tui, ac ne longum faciam. tuos omnes, tua per ueſtigia diſtractis patrimonijs, in uiã Chriſti & amorẽ uitæ ſolitariæ direxiſti. Stupor eſt meminiſſe, quod aurũ quẽ argentũ, quas ſericas ueſtes, quãtas pecuniarũ ſummas, tua illa quoq; neptis egregia & ſedula tuarum uiarum obſeruatrix, eccleſijs ac religioſis egentibus toto orbe diffuderit, quot pro CHRISTI ſeruitio, ſuorũ milia ſeruorũ libertate donauerit, quas poſſeſsiones nõ modo Romæ, ſed in Aquitania etiam & Gallijs & Hiſpanijsq; uendiderit, pretio in miſericordiã uerſo, & his tantum agris, quos intra Campaniam, Siciliam atque Aphricam poſſidebat (tam latè ſe fortuna muliebris extenderat) non ad aliud, quã ad uſum pauperũ, & iuge pietatis exercitium reſeruatis. Qua præterea ætate hæc ageret, cum uigeſimo ſcilicet, ætatis anno, tuis accenſa monitis, & exemplo, ſeculoq; renuncians, ipſum (ut ita dicã) purpureum uitæ florem, & præclarum coniugium, & tantas diuitias ac delitias neglexiſſet: quarum ſanctas intentiones, adiutus cœlitus, uel hinc patet, que illa iunior Melania, ita illud ingens pretium è tantis poſſeſſionibus redactum, theſaurumque ſuum omnem opportuno tempore diſperſit deditque pauperibus, ut ſi paulum diſtuliſſet, ad Alarici manus illicò Romam Italiamque uaſtantis uẽturum omnem fuerit, quod illa iã tunc in meliores uſus magnis opum ponderibus, expedita cõuerterat, quaſi teipſam ſuaſq; res prærepturas lupi faucibus, CHRISTO libens ſub multiplici fœnore largiretur. Tu autem fœlix anus, omnibus tandem, quæ iter ad cœlum pandunt, non fœminea leuitate tranſactis, & quaſi iam tẽporis tui curſu ac laborum agone plauſibiliter cõſummato nil in terris agendum ſupereſſet, ante duos menſes, ex quo Hieroſolymam redieras, relicto ibi monaſterio, finem rerum tranſeuntiũ, & beatũ uitæ laudabilis exitũ, inueniſti, eumque tibi honorẽ CHRISTVS exhibuit, ut propter fœminam unam, tot uirorum ac fœminarum milibus pepercisse, & decretum ſeu promiſſum ſupplicium diſtuliſſe uideretur. ſiquidem mox ut patria & rebus humanis exceſſeras, urbem Romam irruptio illa barbarica & horrenda uaſtatio conſecuta eſt. ò ingens & pio mulier inſignis exilio, & neſcio quidem, an tali uita an morte fœlicior, multo certè clarior iaces ſolitario in puluere, quàm ſi Romæ carens his meritis, inanibus titulis, in ſculpto ſepulchro marmoreo iacuiſſes, multoque ibi glorioſius ædes CHRISTI tuis manibus fundata cõſpicitur, pauperibus ſeruitura, quàm Romæ palatium auitum, aut barbaricis flammis arſurum, aut ſenio ruiturum. ſed diù, fateor me tuæ uirtutis admiratio in hoc ſermone detinuit, & iam ſatis multa de fœminis, deque tranſmarinis rebus, ad uiros & ad patriam redeat ſtilus.

De ſancto Gregorio papa magno ſolitudinis amatore. Cap. VIII.

QVid ergo Gregorius hic noſter Romanæ ſedis magnus antiſtes? non ne magnificas ac frequentes domos, in ſolitaria templa conuertit, antiquaſque poſſeſſiones ſibi præcipiens CHRISTO dedit? ita ſibi quantum licuit, in maxima pleniſſimaque omnium

urbe, ſolitudinem fecit, ut ubi auos attauosq́; ſuos creber obſequentis populi concurſus ornauerat, illic ipſe ſuo domino ſolus obſequeretur, & ſi famæ illũ ſplẽdor eductũ latebris, magno curarum in pelago ſupremiq́; tandem dignitatis arce locauerit. quem ſuum aſcenſum cũ ſæpe alibi, tum ſuper Ezechielem ſcribẽs, mœſta commemoratione conqueritur. Et quidem, inquit, in monaſterio poſitus ualebam, & ab ocioſis linguam reſtringere, & in intentione orationis penè continuæ mentem tenere, at poſtquam cordis humerum ſarcinæ pontificali ſuppoſui, colligere ſe ad ſemetipſum aſsiduè, nõ poteſt animus, qui ad multa ſpargitur. alia ibi deinceps contrà ſe præſentem quie tunc ſtatum ſuum loquitur, ſed multò plura in proœmio dialogi, quem librum incepturus, ſecretum locum amicum mœrori ſe petijſſe teſtatur, ubi uel modicum à rerum ſecularium tempeſtate quieſceret. illic ergo dilectiſsimo filio & familiariſsimo amico reſpondens, Infœlix, inquit, animus meus, occupationis ſuæ pulſatus uulnere, meminit qualis aliquando in monaſterio fuit, quomodo ei labentia cuncta ſubtererant, quantum rebus omnibus quæ uoluuntur eminebat, quod nulla niſi cœleſtia cogitare conſueuerat, quod etiam retentus corpore, ipſa iam carnis clauſtra contemplatione tranſibat, quod mortem quoq; quæ penè cunctis pœna eſt, uidelicet ut ingreſſum uitæ & laboris ſui præmium amabat. quibus commemoratis, ad contraria triſtior ſe conuertens. At nunc, inquit, ex occaſione curæ paſtoralis, ſeculariũ hominum negotia patitur, & poſt tàm pulchrã quietis ſuæ ſpeciem, terreni actus puluere fœdatur. quæ ſequuntur, attexere longum eſt, & minimè neceſſariũ. Finis eſt, ut & ſe recordatione uitæ præteritæ torqueri acrius, & in comparatione quiete uiuentiũ miſerũ fateatur, quorum plurimos, in hac de qua loquimur uita ſecretiore placuiſſe diffinit. Nec minus & illa ſuperuacuũ ſequi que in eo libro ſcripſit, ubi Iob afflictũ afflictus expoſuit. Propterea q̃ & uterq; peruulgatus eſt liber, & hæc in utriusq; ueſtibulo ſcripta ſunt, mitto alia propè flebiliora, ubi ob hũc ipſum ſuum aſcenſum & inceſſanter ſe ait flere, & amicos orat, ut ſi eum diligat, ſecum fleant, ac pro ſe Deum roget, ut intelligas ſuum illum intellexiſſe periculum, q̃ quaſi genus mortis exiſtimans, ſolitariè uiuere deſijſſe, amicorum auxiliũ in eo ſtatu, tàm ſuppliciter imploraret. In epiſtolã aũt ad Narſetẽ Patritiũ, de hoc ipſo loquẽs, tanto ſe mœrore percuſſum dicit: ut uix loqui ſufficiat. Ex quibus apparet, & pontificatus permoleſtam illi ſarcinã, ſicut eſt omnib. profectò, qui illæſam immaculatã'q; cuſtodiũt, & ſolitariæ uitæ dulcẽ fuiſſe memoriã, niſi collatione diſpariũ, mutari ſtatus amaritudine acerbaſſet.

De ſancto Benedicto ſingulari ac deuotiſſimo ſolitudinis habitatore. Cap. IX.

SEd ubi iã dux Occidentaliũ monachorũ Benedictus remanet? at quis eũ CHRISTI fideliũ nõ nouit, quis ſanctũ iuuuenile conſiliũ nõ audiuit? qui quãuis à prima ætate uirtutũ hoſpes, uoluptatũ hoſtis, arduã cœli uiã eſſet ingreſſus, ut cõpendioſius tamẽ ac tutius pergeret, Romam Nurſiã'q; dimiſit, quarũ in altera educatus, ortus ex altera, utriusq; amorẽ, uſu ac natura cõtraxerat, uicit tamẽ carnales affectus animæ cura petijtq; fœlix puer, nõ modo ſolitudinẽ, ſed deſertũ & illud immanè, ſed deuotũ ſpecus, q̃ qui uiderũt, uidiſſe quodãmodo paradiſi limẽ credũt. ubi qualiter uixerit ſciẽs ſileo, cũ & cũcta nobiliũ ſcriptorum fides lateq; loquax fama uulgauerit, & iacta illic ingẽtia præclariſſimè religionis fundamẽta teſtẽtur, id nũc mihi ſuffecerit, & ſolitudines noſtras honeſtaſſe cõmemoratione tàti incolæ, & propoſitum meũ præſens tali teſte firmaſſe. Longũ eſt enumerare, qui deinceps uiri & quales huius ueſtigia ſecuti, & uel claritate ducis & exempli ſtimulis, uel inclinatione naturæ, uel diuinis oraculis admoniti, religionũ uenerabilium fundatores, uarios ſolitudines petiẽre. Inditio nunc etiam ſunt cœnobia, & inter ſpelea ſylueſtria deuotiſſimæ domus CHRISTI. Ciſtertium, Maiella, Cartuſia, Vallisumbroſa, Camaldulum, Innumerabiles'q; aliæ: quarum religionum riui, & ſi cœleſti deuotionis augmento, poſtmodum longè lateqúe diffuſi ſint, & plana compleuerint, ſi tamẽ ut magnorũ fluminum fontes, ſi harum quæris origines, ex aſperrimis mõtib. emanaſſe cõperies. Clarũ quidẽ ex omnibus & famo

ſum Benedicti nomen cuius hiſtoriã uitæq; modũ quiſquis noſſe cupit, non ſcrutari abdita
iubeo, Gregoriani dialogi cuius ſuprà mentio eſt habita, ſecundum librum perlegat, qui
ex illis actibus eſt totus, & ubi rerum claritas ſtilo etiam illuſtratur.

De ſolitudine ſancti Florentij. Cap. x.

SIn oculus ſeriè rerum ductus, intra libri tertij metas exceſſerit, uidebit illa ſolitudinis Ita
liæ congeſta miracula, occurret enim Florentius, qui in monaſterio ſolus agens, dum à
Deo cui cum iugis oratio & multa ſimplicitas familiariſsimum fecerant, aliquod ſolitariæ
uitæ ſolatium poſtulaſſet, protinus eidẽ rurſus áſtitit, quo deinde feritate depoſita, ceu pa-
ſtore aliquo paucarum ad cuſtodiam pecudum uſus eſt, dequé eiuſdem ultione quem quo
rundam fratrum liuor occiderat, imprecatio irati, dicto citius ad cœlum uenit, ut illis mox
horrendo ſupplicio affectis, obſtupuerit, ſe qué perpetuo fontem uocans, & tàm celeriter
exauditum gemens, omnia reliqua uita ſine lamentis & dolore non fuerit. Rogo quæ le
giones, aut qui reges ad hanc potentiam laborando perueniunt, ad quam ſolitaria humi-
litas quieſcendo? occurret inde Martinus ille Marſici montis accola, cui de rupe ſolida
fluens perennis aquæ tenuis ſtilla, dure rupis ſtillantis olim in deſerto prodigium renoua-
uit, quiq; cum ſerpente terrifico, ſub cuius ſpecie uetus ſerpens terribilior latebat, uno eo-
demqué ſpecu, continuè ſine offenſa toto triennio uerſatus, illo demum mira patientia pro
cul pulſo, ipſe uictor ſolus ſubſtitit. Occurreret alter ſine nomine, ſed cuius nomen in cœ
lo eſt, Argentarij montis inhabitator, qui cum defuncti faciem puluere fricuiſſet, incredi-
bile ac ſtupendum, niſi quia credenti nihil impoſſibile eſt, exangue cadauer, & mox futu-
rum puluere ſuſcitauit. Occurret ſolitarius Mænas, tantæ uir Innocentiæ tantæq; fiduciæ,
ut non ſolum barbaros, tunc uicinia uexantes reuerentia, ſui nominis famaqué cõpeſceret,
ſed maximos atque immanes urſos, è ſylua proxima, ſancti uiri aluearibus inſultantes, feru
la quam de more geſtabat, quaſi domeſticos catulos caſtigaret, trepidanteſq; depelleret.

De ſolitudine ſancti Franciſci. Cap. x i.

OPeroſum fateor cuncta complecti, nec ea mihi nunc cura eſt, neque enim ſcripturus
hiſtoriam, ad calamum ueni, ſed undique decerpturus illuſtria, nec ea quidẽ omnia,
ſed quæ cœp:i operis ſeruato calle præteriens poſſem, an uerò uel horum aliquem in patria
ſua, ut Benedictum Nurſiæ unquam ad id gloriæ uenturum, uel Franciſcũ ſeu uolucrum
audientiã, ſeu ſeraphicum raptæ mentis ardorem, ſtupendumqué illud inſigne ſacrorum
CHRISTI ſtigmatum, & uulnus animi membra teſtantia, tantumq; & tàm breui de pau-
pertatis coniugio genitæ ſobolis incrementum, habiturum credimus, ſi manſiſſet Aſsiſij.
qui licet, ut aiunt diuinitate conſulta, & reuelatione cœlitus accepta, pro ſalute multorum,
inter uitæ hominum bella, periculoſas nõ tàm ſibi, quàm militibus ſuis excubias elegiſſet,
ipſe tamen, magnus amator ſolitudinis, hæremiq; ſectator fuit.

De triplici ſolitudine. Capitulum incidens. Et de ſolitudine Baſilij & aliorum. Cap. x i i.

TRiplex nempè ſi rite complector ſolitudo eſt, loci, ſcilicet, de qua maximè mihi nunc
ſermo ſuſceptus eſt. temporis, qualis eſt noctium, quando etiam in roſtris ſolitudo ſi-
lentiumqué eſt animi, qualis eſt eorum, qui in profundiſsimæ contemplationis abſtracti,
luce media & frequenti foro, quid illic geratur neſciunt, qui quotiens & ubicunq; uolue-
rint ſoli ſunt. Has quidem ſimul omnes ſolitudinum ſpecies, nulli quàm Franciſco magis
frequentatas uideo, luſtrabat hæremos, in templis ſæpè ſemirutis pernoctabat, ſæpè per di-
em inter turbas à præſentiũ rerũ ſenſu rapiebatur, & pulſo huc illuc corpuſculo, colliſione
hominũ cœleſtib. mens affixa erat. Hinc illa ſecuritas in quãtalibet hominũ frequẽtia, quã
ſibi ferueitiſsimus *CHRISTI* amor, & caro mirũ in modũ ſpiritui ſubiecta preſtabat, unde
arbitror effectũ, ut ſibi & ſuis ſtationẽ in populis acceptaret, ratus facilè futurũ, omnib. q;

poſsibile ſibi eſſet, quia enim anima illa ſeſe deijciendo ſublimis & illimis, ac defecata ab omni colluuione terreſtrium, nullis tumultibus à CHRISTO ſeparari poterat, quod in ſe experiebatur, id uel multo facilius in alijs præſumebat, ſic illum in iuditio cæterorũ, propria fallebat humilitas. quod ut ſic opiner, opinio illa me cogit, quã de ſe uir ſanctus habuit, peccatorem ſe maximum ex omnibus, quod cuidã è fratribus percontanti, quid de ſe ille ſentiret, reſpondiſſe legitur. Et quamuis hæc ita ſint, ſæpè tamen audiui, religione ſcientiaq; præditos, ſucceſſores ſuos, ſi patris ſcita permitterent, ſolitariam uitam eximijs præcordijs ſuſpirantes, ipſe etiam ut dixi, quãtum ſolitudinem ſemper amauerit, teſtis eſt uita eius literis ædita, teſtis uitæ regula, quam ſibi primum & poſteris in monte dictauit, mox perditã, non niſi in ſolitudine reformauit. Teſtis demum ſua peculiaris habitatio, nam ut Benedicti, ſic huius quoque locus oſtenditur, unus ex multis, quo nõ altius ferè uſpiam remotior, Aluerna loco nomen. utriq; igitur ſolitudo calcar incuſsit acutiſsimum, & ad alta diſpoſitos ſollicitauit animos. Itaq; dum latitant, mundiq; gloriam ſpernunt, toto illos orbe notiſsimos atque clariſsimos fecit. Inter eos ſanè, quos nobilitauit hæremus nec ſilendus eſt Blaſius màrtyr, quem ſpeluncis abditum, & uiſitatum à feris & ab auibus paſtum ferunt, nec Leonardus & Liſtardus fratres, ambo monachi, ambo ſolitarij, nec Veridimius hæremita clariſsimus, nec comes eius prætereundus Aegidius, qui Athenis regio genere ortus, ut perhibent, & genus & patriam, & opes & literas Græcas, quibus abunde pollebat, Gallicanæ poſthabuit paupertati, ſtudio ſolitudinis uniuerſa contemnes, ubi & miraculis emicuit, & inter cætera blandiĕtis ceruæ lacte nutritus, & alumnam ſuam uenatorum canibus inuiolabilem præſtitit. ita ut miraculo rei tactus, Galliarum Rex ad ſpeluncã uiri ſentibus obſitam penetraret, non ſine multo militum labore, ferro aditum pandentium. Veneranda deniq; uiſi ſenis effigie, & iuxta ſenem accubantis ſpectaculo permotus altricis, ſubmotis omnibus ad eum ſolo quodam cum præſule Rex acceſſit, & talem uirũ reperit, ut magnis ei muneribus oblatis, magnificeq; contemptis, inq; uſus alios uerti iuſsit, tandem & cœnobium cõſilio eius extrueret, illis in locis uſque nunc celebre, & deinceps ad eum uiſitandum, ſæpè ſubmiſſo faſtu regio ueniret, quem ſibi hominem non originis ſplendor ac patrias, ſed ſolitariæ uitæ decor ac ſanctitas peperêre.

De ſolitudine ſancti Remigij. Cap. XIII.

QVid Remigium loquar? qui ad illam famæ claritatem, quæ immaturo æui pontificale pondus impoſuit, quod amplius quàm ſeptuaginta annos ſumma uirtute & induſtria geſsiſſe traditur. quam Francorum & regem & gentem ad CHRISTI fidem primus iſte conuertit, & cœlitus ut aiunt miſſo chriſmate, regem unxit, unde in ungendorum illic Regum nata ſolennitas, in ſeculum noſtrum durat. Ad hæc, inquam & ad hanc altitudinem, unde oro, niſi ab ipſis humilibus uitæ ſolitariæ rudimentis aſcenderat? quid Narciſſum Hieroſolymorum epiſcopum, uirum clarum atque mirabilem, quem & perſecutionis indignitas, & ſecretæ uitæ deſiderium in ſolitudinem egêre, ubi multos annos, deſertis in locis degens, nõ modo perſecutorũ calumnias declinauit, ſed ueri Philoſophi ſummum munus impleuit? Quid Guillielmum denique uirum fortem, & uetuſtæ proſapiæ, qui ætatis florem ipſum, cum terrenæ militiæ dedicaſſet, in deſerto ſeneſcere maluit, & mori ultimis uitæ fructibus cœleſti militiæ conſecratis? quid alium eiuſdem & propoſiti & ſtatus & nominis Guilhelmum, ſeculari primum faſtu, pòſt autem monaſtica humilitate conſpicuum, qui derelicto ſpretoqué opulento oppido, ſolitudinem paupertatem & ſilentium exoptauit? Montis enim Peſſulani dominus cum eſſet, grãdis ſyluæ monachus factus eſt, inq; illo cœnobio, tanquam portu iecit ancoram, uitæ tempeſtatib. ereptus, uir magnificus in ſeculo, ut uerè de illo quidam ſcribit, ſed magnificentior in ſeculi fuga.

De ſolitudine beati Bernardi. Cap. XIIII.

QVid Bernardum, cuius & recentiora & notiora ſunt omnia, qui & forma corporis clarus & genere, in ipſo adoleſcentiæ flore fructum animæ ſuæ cogitans, ſolitudinem

dinem adijt, ſed non ſolus, ſiquidem quinque germanos in eiuſdē propoſiti uiam traxit, ubi illa relatu digna narrantur. Nam & cum Gerardus unus fratrum, ſed armatæ ſtudio militiæ, à fraternis conſilijs abhorrens, melioribus cœptis & illuderet & obſtaret, ille cœleſti zelo concitus prædixit fore, ut poſt non longum tempus, prædurum illud & diuinis monitis imperuium latus, hoſtilis haſta perſtringeret, admoto inſuper ad locum digito ubi uulnus inſtaret, ſic, inquiens, ferieris, & cum dolore ſaltem corporis, ſubintrabit ſalus animæ. quod ut uaticinatus eſt accidit, & intellectu malis exercito, militaris aſperitas in monachalem manſuetudinē flexa eſt, ut mox ultrò quod antea irridebat appeteret, & fratrum alter natu minimus, cum fratres omnes in ſolitudinem pergentes cerneret, fortè tunc puerilibus intentus ludis, eique primogenitus ualefaciens, inter blanditias diceret. Ad te Lunarde frater, id enim erat puero nomen, totius terræ, quæ omnium fuerat peruētura poſſeſſio eſt: ille ſupra ætatem. Minime, inquit, æqua diuiſio, uos cœlum habebitis omnes, ego terram? quod reſponſum breui rebus ipſis impleuit, & ipſe nouiſsimus fratrum iter gradiens, & tellure dimiſſa, per ſolitudinem cœlum petens. Ita nullus omnium penitus terris hæſit. quorum profectuum pia mater, haud dubiè particeps uideri debet, quæ ab infantia ſic natos inſtituit, ut uictu tenuiſsimo contentos, & ſolitariæ religioſæque uitæ, quàm urbanis uoluptatibus aptiores uirilis ætas exciperet. his moribus, his domeſticis inſtitutis creuit ſimillima matri proles, uerè nobilis ac ſancta familia, & fœcundæ uitis generoſi palmites, etiam ſi alibi quàm inter Alobroges germinaſſent. Sanè cum omnes feruidi, promptique omnes ad patriæ cœleſtis aſcenſum, unus tamen omnium dux Bernardus, qui naſcendi ordine tertius, in renaſcendi propoſito primus fuit, ad poſtremum & annoſum patrem & ſororem unicam poſt ſe trahens, huius ego facundiæ abſtinentiæque omiſsis laudibus, quoniam omnibus notæ ſunt, illud egregium ac præclarum dictum, & his quæ inter manus habeo, ualdè conſentaneum nō ſilebo. Solebat enim dicere, omnes ſe quas ſciret literas, quarum neſcio an alius ſua ætate copioſior fuerit, in ſyluis & in agris didiciſſe, non hominū diſciplinis, ſed meditando & orando, nec ſe ullos unquam magiſtros habuiſſe, præter quercus & fagos. quod ideò libenter refero, quia ſi quid & mihi noſſe datum eſſet, idem de me uerè dicere uellem, & niſi fallor poſſem. Iure ut arbitror hunc locum occupauerit Arnulphus, territorij Metenſis heremicola, nobilis atque eiuſdem urbis epiſcopus, nec minus Eucherius qui primum claritate ſanguinis & ſenatorij ordinis dignitate conſpicuus, multum poſtea religione ac ſolitudine clarior, ſpeluncæ horridæ perſeuerantiſsimus incola fuit, in territorio Lugdunenſi, ad cuius urbis epiſcopatum, & hic demum non ſuo ambitu, neque humano ſuffragio, ſed cogentibus meritis & angelica glorioſè admodum reuelatione conſcendit, utque ueracem ſanctarum ſolitudinum terram ſcias, ijſdē in finibus & Romanus & Domitianus primum ſolitarij heremitæ, poſt Abbates celeberrimi claruêre, atque ut tranſmarinas ſolitudines tranſalpinis miſceam. Vrſacius ſeculari primum cognitis militia, illa poſt reiecta, notior CHRISTI miles apud Niceam Bithyniæ ſolitariam uitam, non ſanctitate tantum, ſed miraculis claram egit. ſed iam ſatis exteras ſolitudines circūiuimus, ad Italicas redeundum eſt.

De ſolitudine Carlomani. Cap. XV.

QVis non eius, quem magnum uocant Caroli patruum, Carlomanum memoretur? qui cum Pipino fratre regni particeps, & regno ſimul & regijs curis cedens, Romam adijt ociandi propoſito, atque ibi monaſtico habitu aſſumpto, Silueſtri latibulum Socratis montem petijt, ubi cum uotiua reliquiæ biennium exegiſſet, tandem quia crebro & nimis honorifico peregrinorum ſuæ patriæ concurſu, locus is, ut qui Romam petentibus ſecus iter longeque notus atque conſpectus eſt, minus indies ſolitarius uotoque ſuo conueniens uiſus erat, ad ſecretiorem atque ſemotiorem Benedicti domum Caſsinenſe cœnobium commigrauit, ibique quod optabat & quærebat, fratre interim ac nepote pro caduca ſede laborantibus, & quietas latebras, & tranquillum uitæ finem habuit.

De ſo-

De ſolitudine Romualdi. Cap. XVI.

SEquitur hunc alius ætate poſterior, meritò autem prior Romualdus Rauennatium ur
bis nobiliſsimus incola, & illuſtri ducum ſtirpe progenitus. hic ab adoleſcentia quam
uis opũ & ætatis & generis inſolẽtia tumidus, & deuinctus illecebris, animo tamen aſſur-
gens, inter illius temporis uoluptates & iuuenilia ſtudia, ſanctum ſemper ſolitudinem ſu-
ſpirabat, itaq; dum uenanti ſæpè taciti nemorum receſſus occurrerent, cœleſti, mox deſide
rio percuſſus hærebat, atq; ad ſe uerſus aiebat: O' quàm delectabilis, quàm tranquillus, &
quàm Deo ſeruire uolentibus opportunus locus, quãdo melius hic amici Dei, quàm in ur
bibus habitarent. itaq; generoſæ indolis adoleſcens, ad captandas feras profectus in ſyluã,
captandarum CHRISTO negociũ animarũ, iam florenti, nec dum matura pietate cogita-
bat, neq; uerò diù inefficax cogitatus eſſe potuit, ne quẽ ſpiritus ſanctus aleret, aſsiduè &
augeret. In ipſo igitur ætatis flore gloriam, uoluptates, opes, patrem, patriam, mundum de
niquè, & ſeipſum talem fugiens, ut ſe alium inueniret, totum ad heremiticæ ſolitariæq; uitæ
ſtudium ſe conuertit. Et primus illi quidem è ſæculo exeunti, haud procul à patriæ mœni-
bus, ad Claſſenſe cœnobium ſaltus fuit. Inde autẽ exacto fermè triennio, fratrum uitijs of-
fenſus abſceſſit, & ad Marinum quendam, ſolitarium degentem in regione Venetorũ, ſan
ctum utiq; ſimplicemq; hominem, quem per famam nouerat, deuotiſsima raptim humili
tate perrexit, eumq; præceptorem ac magiſtrum fidelem potius quàm diſcretũ patientiſsi
mè pertulit, eiusq; nõ ſolũ uerba ſed uerbera, tàm æquanimis ac ſubmiſsis excepit, & eum
ipſum meritum in ſtuporem cogeret, qui deinde ſecum magnis & honeſtis ex cauſis, pro
ſalute animæ, ſcilicet Petri Vrieoli Venetorũ ducis, & ducatum & ſeculum his comitibus
relinquentis, tranſgreſſus in Gallias, breuiq; poſt tempore in Romualdo, ſpiritalium uirtu
tum incrementa conſpiciens, diſcipuli tandem ſui diſcipulus fieri non erubuit, & cui paulò
antè præceperat obedire. Inde autem multo cum dolore gentium illarum, inter quas ali-
quantum tempus exegerat. uſque adeò ut de eius etiam cede cogitarent, quatenus quem
uiuentem tenere non poterant, mortui ſaltem corpus theſauri inſtar, ingens ad præſidium
ſuæ patriæ retinerent, ſimulata dementia elapſus, & ſic in Italiam non minus iuſtus reuer-
ſus ex cauſis, quàm abierat, ſed aliquanto etiam iuſtioribus, ut uidelicet patrem ſuum
Sergium imminenti animæ periculo, tempeſtiuus eriperet. Ipſum quidem, qui in monaſte
rio ſancti Seueri propè Rauennam ſuſceptus, in monachũ fuerat, religioſo iugo colla ſub
ducere meditãtem, ut nunciatum illi erat, & ad ſeculum redire properantem reperit, cumq;
nil uerbis ac precibus ageretur, non patrem cui ſubeſſet, ſed monachũ cui ſpiritali præeſſet
auctoritate conſiderans, ſalubribus uinculis peſtiferum coërcuit appetitum, piè ſeuerus in
parentem, ut eum patris æterni ſeueritate liberaret, ſucceſſitquè fœliciter, nam Sergius ma
lis admonitus, ad cor redijt, & caſtigationem non ut filij, ſed ut patris amplexus, mira com
punctione propoſitum immutauit, atque ita in uirum alterum uerſus eſt, ut mox & lachry
mis peccata dilueret, & beatifica uiſione recreatus, amatum ſimul pondus corporis, & op-
tatus mundi laqueos uotiua morte deſereret. Longum eſt deinceps laborioſam uiri militi-
am ſub ſeruitio IESV CHRISTI deuotosq; diſcurſus, non Italicos modò uel Tranſalpi-
nos, ſed etiam tranſmarinos uerbis amplecti, qui tàm crebri ac difficiles fuerunt, ut ab illo
qui uitam eius deſcripſit, meruerint excuſari, quia ſcilicet ad hunc uirum, ne quicquam lati
tare cupientem, ubicũq; terrarum eſſet, innumerabiles Deo ſeruire cupientium turba con
flueret, non humilium modo, ſed illuſtrium, ut quotiens locum unum ſuis monitis CHRI-
STO quæſita familia impleſſet, rectore illis impoſito, neceſſe haberet, omnis expers deſidiæ
& quietis inſcius, in locum alterum commigrare, ſanctiſſimus animarum paſtor nouũ do-
mino ſuo grege, nouis in paſcuis quæſiturus. Longum præterea nominatim exequi, quot
quã claros CHRISTO ſeruos, ſibi diſcipulos ambiendo quæſierit, in quibus & duces & co
mites & filij comitũ fuerunt, quin & ipſe Romanus imperator Otho, licet is differens atq;
procraſtinans, uotum in ſancti manibus uiri factũ, implere præuẽtus morte nequiuerit. lon
gum deniq; quib. locis habitauerit, quas heremos diſcipulis ſanctis impleuerit, quæ deſerta
frequen-

frequentauerit, quæ templa conſtruxerit, in quibus præclariſsimũ nomen habet heremus: Camaldulenſis, Aretinis in finibus, cuius ille & loci & ordinis inſtitutor ac princeps fuit; tanta deuotione ſingula faciens, tantis ieiunijs, tantaq; cibi lautioris abſtinentia, ipſæ gulæ ſuæ illudens, tantis ſuſpirijs, tantiſquè cum lachrymis eoq; impetu & ardore animi, quem nullus unquam ſtylus æquauerit. Ea demum ſollicitudine tàm iuſti, tamquè anxia & uſq; ad ultimum indefeſſa, ut more Cæſareo, ſed intentione alia, nil actum credẽs, dum quid ſuper eſſet agẽdum, his ſacris ædificijs ad exitum uix perductis, ſemper incipiens ac feſtinãs noua iaceret fundamenta, prorſus quaſi totũ urbem unam heremũ, omnes homines monachos facere decreuiſſet: & hæc inter quas perſecutionum moleſtias, non dæmonũ modo ſed hominum, & præſertim ſuorum quam patienter tulit ac fortiter. quanta illi in aduerſis alacritas atque lætitia, magnum ſolidæ mentis indiciũ, & in ſtatu quolibet frons una perpetua ſerenitate notabilis, quod imprimis Socrati Lelioq; tribuitur, quibus hic ſanctus de quo loquimur, uniformitate par fuit, pietate autem ac religione ſuperior. Quãta uerò huic oris hilaritate iuncta eſſet auctoritas, & neſcio quid diuinum in illis uultu uenerabile, pariter ac tremendum, quo & boni illum colerent, & timerent mali, magni licet at potẽtes, & tanquàm corã Deo poſiti contremiſcerent, uſq; adeò, ut & imperator Romanus Otho iunior, eum familiariter ac reuerenter inuiſeret, inq; illius lectulo per noctem conquieſceret: & imperator alter Henricus, cum uir ſanctus ad eum, & illius & diſcipulorum ſuorũ precibus expugnatus, uix ueniſſet, ſibi lætus ac uenerabundus aſſurgens, pio ſuſpirio in hæc uerba prorumperet: O` utinã eſſet anima mea in corpore tuo, & imperialium Comitum uiro Dei circunfuſa acies, atque humiliter accliuis, pellicie, qua tunc ille erat indutus, uillos pro charis ac ſanctis reliquijs in patriam relatura, nõ ſine ipſius graui mœrore, deuota undique certatim importunitate decerperet, opinatiſsima ſanctitate barbaricos etiam ſpiritus molliente. Ad hæc & Raynerius Tuſciæ Marchio, neq; Imperatoris, neq; cuiuſquã mortalium, quantũ Romualdi ſolius aſpectum, ſe metuere fateretur. neq; illo præſente ſibi omnino linguam aut ingenium conſtare. poſtremò, quæ per illum ſeu uiuentem ſeu defunctum diuinitus ſunt geſta miracula, quæ præſentis Dei potentia ac uirtute geri multis & claris innotuit argumentis, illis duobus inter plurima, quod & Gregorij cuiuſdam fratris intolerabilem capitis dolorem ſola ſanauit anhelitu, & alterius non dolorem, ſed inſaniam uno pepulit oſculo, qui curatus ſe mox quidam, & ſacra uiri labia contegiſſet, uehementioris auræ ſpiritũ ſenſiſſe illius ex ore prodeuntem aſſerebat, quo afflatus ſubitò, ſalutem priſtinam recepiſſet. Id ſanè quid aliud fuiſſe crediderim, quàm ſpiritum illum, qui ubi uult ſpirat, quo profecto uir Deo acceptiſsimus plenus erat. Longa, inquam, hæc relatu & minimè neceſſaria, cum ab illo ipſo, quem prædiximus eius hiſtorico cõtemporaneo, & conciue ſuo, ſanctitate ac ſcientia uiro inſigni, & ipſo quoq; ſolitario, de quo ſine medio, poſt hunc dicam, de his æditus liber extet. Summa igitur re comprehendat, ſiquidem centũ uiginti annis, quos habuit uitæ, uiginti primi in ſeculo acti ſunt, tres in monaſterio, cuius regimen coactus accepit uolensq; depoſuit, reliquis omnibus ſeptem & nonaginta, heremiticam uitam duxit, ſemper uigilantiſsimus, nunquã ceſſans, ubiq; fructificans, & ut de illo ſcribitur, ſterilitatis impatiẽs, ac propterea omnibus locis & temporibus, toto corpore, totaq; anima ad nihil aliud, quàm ad lucrum ſollicitus animarum. Ad extremum uerò morbo uictus ac ſenio, ad Italiæ notam partem, uel Piceni uel Vmbriæ regionem, & ad monaſterium Vallis, quæ de Caſtro dicitur, quod ipſe cõſtruxerat, & ubi antè uiginti annos moriturum ſe prædixerat, ſeu ad hoſpitium feſſus uiator, ad ueſperam properauit. atq; ibi tandem poſt lõgiſsimos labores exactos, fœliciter requieuit, & quid neſcio, an de alio quàm de Paulo primo heremita legerim, ſolitariam uitam, ſolitario fine concluſit. ultima enim & diei illius & uitæ ſuæ horam ſentiens adeſſe, fratribus qui aderant egredi iuſsis, & mane proximo reuerti, pia illos fraude decipiens, ut qui ſolitariæ CHRISTO ſeruierat, ſolitarius ad CHRISTVM & mercedem ſui ſeruitij repoſcendam iret, ſeſe & beatum ſpiritum languidumq; corpuſculũ recollegit, atq; ita incomitatus hominibus, comitatus Angelis hinc abijt, ad æternam uitam.

De ſolitu-

De ſolitudine Petri Damiani. Cap. XVII.

PEtrus nunc occurrit ille, qui Damiani cognomen habet, quamuis & de hoc ipſo, & de uita rebuſque uiri huius agentium diſcordia multa ſit, quod eum alij è ſolitudinis ocio ad eccleſiaſtici negotij curas, contrà alij ex ipſa curarum area ſtrepituq; negotiorum, ad ocioſi ſilentij pacem trahunt. utraq; uitæ huius commendatio, ſeu tanto illum officio dignum fecit, ſeu ipſa digna uiſa eſt, quæ tanto faſtigio præferreretur, alij rem permiſcēt, nam cum exactius uerum quærens, uſque ad cœnobium ubi is floruit miſiſſem, qui mihi comperta omnia reportarent, religioſorū loci illius aſſertione didici, fuiſſe eum primo quidem ſolitarium, inde altius euectum, demum ultrò ad ſolitudinem rediſſe. quod ſi ita eſt, & Indicium eius extremum patet, & in unum exemplum ſolitudinis geminum decus coit, quæ tales uiros ſeculo commodat, eoſdemq; ſic recipit, Ita uerò eſſe ut credam, epiſtolæ quædam eius hortantur, quas nunc maximè his auditis, ad memoriam reuoco, diuerſis ille quidem temporibus, & alio atque alio uitæ ſtatu aditæ, quarum in alijs, ut mihi uidetur occupatus, amiſſi ocij requiem ſuſpirat, in alijs ocioſus trāſacti negotij inquietudinem recordatur, quæ huius mihi nūc certior memoria eſt, cæteris igitur extra propoſitum ſunt omiſſis, utique, inquam Petrus hic, quantum ex nouiſſimis eius ſcriptis elicio, Romanum cardinem, non ſine laude poſſederat, uir haud dignitate clarior quàm lingua, quid tamē & hic conſilij cœperit iam audies. Siquidem ſtatum illum pompaſq; ſeculi contribulibus ſuis linquens, ipſe Italiæ medio, ad ſiniſtrum Apennini latus, quietiſſimā ſolitudinem, de qua multa conſcripſit, & quæ uetus adhuc fontis Auellanæ nomen ſeruat, perituris honoribus præferendam duxit, ubi non minus glorioſè poſtmodum latuit, quàm innotuerat primū Romæ, nec dedecori illi fuit alti uerticis rutilum decus, ſqualenti cilicio permutaſſe.

De ſolitudine Celeſtini papę qui Petrus ante papatum dictus fuit. Cap. XVIII.

HVius Petri clariſſimum faceret raritas ipſa contemptum, niſi eum Petri alterius Romani pōtificis, quem Celeſtinum dixerunt, recentior contemptus, & clarior obſcuraſſet, qui Pontificatu Maximo uelut mortifero, faſce depoſito, in antiquam ſolitudinem tàm cupidè repedauit, ut hoſtili compede liberatum crederes. quod factum ſolitarij ſanctique patris, uilitati animi quiſquis uolet attribuat, licet enim in eadem re, pro uarietate ingeniorum non diuerſa tantùm, ſed aduerſa ſentire. ego imprimis & ſibi utile arbitror & mundo, utrique enim propter inexperientiam rerum humanarum, quas multa diuinarum contemplatione neglexerat, longumque ſolitudinis amorem, periculoſa eſſe, anceps & turbida poterat altitudo. Nam quid CHRISTO uiſum ſit miraculum, quod per eum Deus oſtendit die, qui poſt renunciationem primus illuxit indicio eſt, quod profectò non fieret,, ſi quod geſtum erat diuinitas non probaret. Ego prorſus altiſsimi cuiuſdam & liberrimi, & iugum neſcientis uereque cœleſtis animi factum reor, atq; ita ſentio, non potuiſſe id ab homine fieri, niſi qui res humanas iuſto pretio æſtimaſſet, quique tumidū fortunæ caput pedib. ſubieciſſet. Ambroſij patrocinio locus eget, ex eo præſertim libro, quo ad ueræ humilitatis obſeruantiam ſacram uirginem Demetriadem cohortatur. Non ut dilectores, inquit, huius ſeculi putant, parui cordis aut ſegnis eſt animi, terrenas opes ſpernere, honores occiduos faſtidire, nec ibi gloriā quærere, ubi laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & qui iniqua gerit, benedicitur, unde ſi uerè intelligatur cōtemptus iſte rerum præſentium, ad quæ tēdat, & qualia concupiſcat, nihil huiuſmodi mentib. rectius, nihil inuenietur erectius, quæ ſacratiſsimis deſiderijs uniuerſa tranſcendunt, neq; ad ullam creaturā quam uis potentem, atq; mirabilem, ſed ad ipſum omnium uiſibilium atq; inuiſibilium ambiunt creatorem, cui appropinquare clareſcere eſt, quem timere gaudere eſt, cui ſeruire regnare eſt. Huius præconio laudis, quis uſquam quæſo, ſeu quis unquam dignior Celeſtino? Reliquerunt alij nauiculas ſuas ac retia, alij poſſeſsiunculas, alij teloneum, alij etiam regna uel regnorū ſpem, ſecutiq; CHRISTVM dominum, facti ſunt Apoſtoli, facti

ſunt

ſunt ſancti & amici Dei, papatum uerò qui nihil eſt altius, (rem tàm exoptatam tamq; mirabilem, ut ab admiratione ac ſtupore dictum ferant) quis ulla ætate, præſertim ex quo tanto in precio eſſe cœpit, tàm mirabili & excelſo animo cōtempſit, quàm Celeſtinus iſte, priſtinum & nomen & locum, & amicam bonis moribus egeſtatē appetens, atque dum cœlum ſuſpicit, terræ immemor? quem in ſtatu quolibet æquè Deo placitum, quis non uidet, qui mira eius opera, ſed alio digna ſtilo, trifariam diſtincta perlegerit, quæ geſsit, aut antequàm aſcenderet, aut poſtquam deſcendit, aut dum ſedit? Quid miri autem, ſi uirtus operum nō defuit, cuius & animi tenor unus, & qua licuit uitæ mutatio nulla fuit? ſiquidem in ſupremo rerum culmine, & intra anguſtiſsimum ac papalem thalamum, anguſtam ſibi heremiticamqúe cauernulam meditatus, in alto humilis, inter turbas ſolitarius, inter diuitiis pauper uixit: adde quod & ſtatim ab initio tentauit fugam, cum diſcipulo quodā ſuo Roberto Salentino, tunc iuuene, ſed inopinata & ſubita populi multitudine circunuentus, cum euadendi nulla ſpes eſſet, in diſcipulum uerſus, quæſiuit: An ſe ad excelſa tractum & coactum ſequi uellet? ille autem, qui à magiſtro didiciſſet mundū ſpernere, CHRISTVM uerò & quibus ad CHRISTVM itur uirtutem, pacem, ſilentium, & ſolitudinem amare. Quæſo, ait, ut & labori & periculo meo parcas, mequé potius cellæ inopis & tuti ocij ſucceſſorem, quàm diuitis ac ſollicitæ gloriæ participem uelis. quod & factum eſt. Subſtitit enim patre Romam abeunte, cuius non multo pòſt animam è carcere gemino, ad ſydereas ſcandentem ſedes conſpexiſſe dicitur, ignarus rerum, & miraculo ſtupens atque interrogans: An ſe tunc etiam ſequi, an quid aliud agere iuberet? quem ille, ut in ſolitudine perſtaret, admonuit, & ſic cœlū petens, inter uerba diſparuit. Diſcipulus autem ille cōſilij memor, uſque ad tempora noſtra perueniens, & dierum plenus ante hos paucos annos, poſt magiſtrum abijt, magna quidem apud ſuos ſanctitatis opinione, & mirabilium fama operum relicta. Sed ad Celeſtinum redeo, cuius aſcenſus quàm mœſtus, quāquam cōtra animum ſuum eſſet, deſcenſus lætus & ſpontaneus declarauit. Audiui narrantes, qui uiderunt, tanto illum fugiſſe cum gaudio, eaqúe ſigna lætitiæ ſpiritalis oculis ac fronte geſtantem, dum à conſpectu Concilij, iam tandem ſibi redditus ac liber abſcederet, quaſi non humerum blando oneri, ſed collum diris ſecuribus ſubduxiſſet, utq; eius in uultu neſcio, quid angelicum reluceret. Nec immeritò, norat enim quid repeteret, nec quid dimitteret, ignorabat. Certè à laboribus ad requiem, ab inſanis diſceptationibus ad diuina colloquia remeabat, linquebat urbem, ibat animo, & niſi ſucceſſoris faſtus obſtaret, pedibus ibat in montem hiſpidum fateor ac præruptū, ſed unde ſibi planum iter eſſet ad ſuperos: cum quo utinam uixiſſemus, quod idcircò præcipuè de hoc uno, inter tot ſolitarios optauerim, quia nuſquam rei optatæ propinquius uotum erat. Neque enim magno diſiungimur interuallo, modicumqúe uel cunctandum illis, uel nobis accelerandum fuit, ut iter hoc uitæ pariter ageremus, quod ille cum patribus noſtris egit. Et quam breui ſpatio temporis per omnem Italiæ tractum, uſque ad alpes quot ab eodem inſtituti ordinis conuentus ſacri, iamq; ut audio, alpes ipſas, deuotio propagata tranſcendit, durat religioſa ſucceſſio, durabitqúe, & quos in ſolitudine genuit, uiuunt nati, cum in palatio geniti, quoſque uel ad Eccleſiæ cardinem, uel ad alios gradus extulit, iam pridem omnes obierunt, tanto ſtabiliora ſunt ſacræ ſolitudinis fundamenta, quàm ſæculi. Irrideant, licet igitur, qui uiderunt, quibus præ fulgore auri & purpuræ ſqualidus opum ſpretor & paupertas ſancta ſordebat, nos hominem hūc miremur, interq; rariſſimos numeremus, damnumq; uocemus nō uidiſſe, cuius uiſio lucrum ingens, exemplumq; clariſſimum præſtare poterat, altioris uitæ confragoſa tentantibus. cæterum præſens fama conſecratumq; uiri nomen, & laudatoribus ſuis fauent & arguunt inſultantes. Gratias autem Deo, tam magnanimes facti ſumus, ut hos duos Petros æmulis carituros, & puſillanimitatem huiuſcemodi, ſine exemplo noſtri temporis futuram ſperemus.

SECTIO

SECTIO IIII.

De Petro hæremita, præcipuo ſolitudinis cultore, occaſione cuius, commemoratæ querelæ introducuntur. Cap. I.

SEd ecce quod non putabam, rurſum uocor in Gallias, dumq́ inter ſolitarios claros uiros tranſeo, tertium quendam Petrum ſe præteriri non debere, uelut à tergo uociferantem eminus audire mihi uideor, cogorq́ue ſubſiſtere, is eſt Petrus hæremita, qui olim in territorio Ambianenſi ſolitariam uitam duxit, qualem ſanè non latuit, dum enim indignari & iraſci iam CHRISTVS inciperet, hæreditatem propriam tamdiù ſuis & noſtris ab hoſtibus conculcari, non ulli regum Chriſtianorum pingues, ſomno in plumis purpuraq́ captantium, non Romano Pontifici Vrbano, graui licet ornatoq́ uiro, occupato tamen, ſed Petro inopi, ocioſo, ſolitario, & humiliore grabatulo quieſcenti, quid fieri uellet aperuit, primo quidem inſpirans, ut Tranſmarinæ peregrinationi ſe feſtinus accingeret, præſenti miſeriarum ſpectaculo, pio promptior negotio futurus, deinde dum quo iuſſus fuerat peruieniſſet, & Symeonis qui tunc patriarcha Hieroſolymitanus erat, cæterorumq́ fidelium miſerando ſeruitio, ac ſacrorum triſti ludibrio locorum, concuſſus ac gemēs, & orationes uigiliasq́ nocturnas agens, tandem ſuprà nudum eccleſiæ pauimentū, ſomno ſuccubuiſſet, conſopito iterum CHRISTVS apparuit, iubens ut ad uindictam ſui nominis, paſtores ac principes Catholicos excitaret, tantam uerò legationem, tanq́ue ſupra uires ſuas, quàm deuotè ſuſceperit, quàm impiger, quamq́ fideliter executus ſit, CHRISTOq́ pijs conatibus aſpirante, quàm uotiuè ſucceſſerit, non eſt huius temporis exponere, præſertim cum & ſtilo tolerabili. & ſermone uulgari, duobus non paruis uoluminibus, ea res in populis etiam nota ſit. & ſi de hoc quoque ſcribentium uariè affectos animos uideam, ſed ſequor in dubijs, quibus potius credendum cenſeo, & quos rerum non hominum ſtudio agi reor: atq́ utinam qualis exitus, talis euentus, & ut fœlix CHRISTI ultio ſic perpetua fuiſſet, neque peccatis hominum è tanto uictoriæ ſucceſſu, ad antiquas miſerias reditum eſſet, eò fœdius, quò iterum amiſiſſe quod noſtrum erat, quàm nō recuperaſſe deformius nobis, hoſtibuſq́ formoſius, & nobis ſpei minoris illiſq́ue maioris aduerſum nos, uel cuſtodiæ in poſterum, uel crudelitatis occaſio eſt. Nunc uerò quid defleā, aut quid querar, præſepè, caluariā, buſti ſaxum, oliueti montem, uallemq́ iudith, & reliqua dilecta ſingulariter CHRISTI loca ubi homo factus eſt & in lucem editus, ubi natus uagijt, ubi infans reptauit, ubi puer luſit, ubi uir docuit, ubi uiuificum nobis ſpiritum exhalauit, ubi exanimis iacuit ſurrexitq́ue, unde ad inferos deſcendit, unde conſcendit ad ſuperos, ubi poſtremò uiuos ac mortuos irretractabili ſententia iudicabit. terram maioribus noſtris promiſſam, nobis ereptā, nobis debitam ſi uiri eſſemus, ſpei noſtræ ſedem, arram patriæ æternæ, nunc Aegyptiacus canis tenet? heu, quid præter gemitum & querelas relictum eſt miſero, quando & noſtri Reges nil niſi delitias, & noſtri Pontifices nil niſi diuitias amant, populi uero uel ſerui flent, uel inſaniunt liberi, & omnes quæ ſua ſunt quærunt, que CHRISTI autem nullus, cuius peculiare patrimonium nobis ſpectantibus otioſèq́ue ſedentibus laceratur? quid loquor, aut quid omnium occupatiſsimos ocioſos uoco, immò uerò dum fremimus, & meditamur inania, dum cœno uoluimur ac libidinibus exercemur, & nitimur profugas retinere, dū nummos pauperū numeramus atq́ abdimus, dum ſuperuacuas & ineptas turres in nouiſsima Babylone conſtruimus, ut cœlotenus ſcādat ruitura ſuperbia, humillimam CHRISTI ſedem, non eſt qui tueatur aut uindicet? deniq́ dum fratribus noſtris inſidiamur, impijs hoſtibus incuſtoditum & inerme latus obtulimus, aditumq́ue præbuimus in thalamum regis noſtri, crimen ingens, & noſtrarum frontium pudor æternus, quibus CHRISTI uexillum impudenter affigimus, ut tàm magnifice CHRISTI iniurias ulciſcamur, quas ipſe nutu quidem poſſet uel ulciſci, & fortaſsis ulciſcitur ſecretiore iuſtitia, ex alto tamen interea proſpiciens fidem noſtram.

De re-

De reprehenſione Regum & principum noſtrorum, qui ſomno, uoluptatibus, turpibus lucris, ſubditorum ſpoliationibus, ac cæteris uitijs incumbunt, & nullus eorum Terræ ſanctæ diſpendio mouetur. Cap. II.

NOs autem uel torpemus uel ardemus animorum æſtibus, ecce nunc, ut inexpleta cupidine & flammante odio, de prophanæ ſeu barbaricæ telluris anguſtijs altercantur reges & principes terræ, & eſto conueniāt in unum, quid inde publicum bonum ſperes: nunquam Herodes & Pilatus, niſi aduerſus dominum & aduerſus CHRISTVM eius, atque illius iuſſu conuenient. quieſcente forte, ſomnoq; & uoluptatibus incumbent, turpia lucra captabunt, & ſubiectos quos armati ſpoliant, togati ſpoliabunt, dumque neceſſitas belli eſt, licentia pacis erit. Coniugem ac ſobolem omnes diligent, Deum nullus ac proximum, par corporum cura erit, & incurioſitas animarum: aurum, gemmas, pretioſamque ſuppellectilem aggregabunt, uirtutum ornamenta deſpicient, amabunt proprios agellos, pro his pugnare & digladiari & perire non metuent, nemo erit qui terræ ſanctæ uniuerſali diſpendio moueatur: cur quæſo, niſi quia ueriſſimum eſt quod dixi, hæc ſingulorum uidētur eſſe, illa autē CHRISTI: ſic ita creatoris ac liberatoris noſtri gloriam ſpernentes, noſtram quærimus, nec redit in mentem, his olim moribus cœlo cecidiſſe Luciferum, quibus nos cœlum hodie ſperamus aſcendere. quod ſi ad credendum uerbis es tardior, utiq; rebus crede, quæ mentiri, ut dicitur, non ſolent. Circumſpice, oro, & percurre prouincias, & quære quid agatur apud nos, Gallus & Britannus litigant: quinq; iam luſtra uoluuntur, ex quo non CHRISTVS & Maria, ſed Mars & Bellona inter illos Reges regnāt, cumq; iam ferrum, utrinq; leneſcat, nihil ferrei animi molliuntur, necdum imber ſanguineus tantas irarū lenit ardores, itaq; tametſi quod inopinabile apud nos, apud auos ac proauos inauditum erat, hunc modo longe noſtrorum regum maximum, multo impar hoſtis in uincula traxerit, nec fortuna amplius tanti regni pondus ferri potuerit, nullus tamen ideo rerum finis, primogenito capti regis arma retentante. unde ut uides nunc maxime bellum tonat, nunc ex integro regi coëunt exercitus, & Chriſto refundendus ſanguis inuidiæ conſecratur. Hiſpanus illemaior hæreticus per ignauiā ſinit intra ſuos fines Fratres, propudor, anguſto in ſcopulo maieſtatem CHRISTI nefarie blaſphemari, hic uero qui littora noſtri maris incolit, nil præter aurum Venetorum, ac ſanguinem Ianuenſium ſit & cogitat, auaritiæ imperio illorum ſatelles, horum hoſtis. ab illis auro uinctus, ab his ferro uictus. Ille autem extremus regum ſonoris ac refluis Oceani fluctibus obſorduit, ut de tam longinquo ſuſpiria noſtra non audiat, & in occidente ultimo ſepultus, quid agat oriens non curat.

De Romanorum Cæſaris & pontificis accuſatione, Germanos & Græcos adijciendo. Cap. III.

CÆſar hic noſter, rapto diademate, in Germaniam abijt, patrijs latebris & nomine contentus imperij, cuius extrema membra complectitur, caput ſpernens, quem recuperaturum perdit ſperabamus, ſuum ſeruare non audet, nulloq; fugiens perſequente, ſpōſæ ſacros amplexus, & pulchræ faciem horret Italiæ, tanquam ſub cœlo aliquid pulchrius. Arguit eum, fateor illa callens & temeraria fides in ea quæ ſumma etiam perflare non metuit, excuſat ſe, & eccleſiæ iuraſſe ſe iurat, ne amplius quā unū die Romæ ageret: O infamē diē, O pudendū fœdus, O ſuperi, en iuſiurādū, en religio, en pietas, Romanus Pōtifex ita Romam ſuam deſeruit, ut eam nolit ab alio frequentari, & de hoc cum Romano Imperatore paſcitur. quid hic loquar, neſcio, & ſi ſcirem, tacere conſilium eſt, Vnum eſt quod me taciro res loquatur. Quoniam qui habitatorem urbi eripit, aratorem ſi poſſet induceret, quod quàm iuſte uelit uiderit: Germania nil aliud ſtudet, quàm ſtipendiarios latrones in Reipub. exitium armare, & e ſuis nubibus, in noſtras terras iugem ferreum imbrem pluit, dignum non inficior, quia uolentibus accidit, Italia ſuis ipſa ſe iuribus conficit, & ſi quando reſpirat, auri amor CHRISTI amore potentior, animos occupat, & per omnes terras ac

maria diſtrahit. Græcia uel ſuis erroribus,uel noſtris auerſa ſuperbijs,ouile priſtinum & paſcua noſtra contemnit.

Qualiter fides Catholica fuerit olim, quaſi per uniuerſum mundum dilatata, ſed nunc negligentia ſuperiorum,multum minorata. Cap. IIII.

IAm de Regibus alijs ac terrarũ dominis,deq; pontificibus noſtris loqui,ſuperuacuus labor,uulgata ſunt omnia,& hic quidem Europæ ſtatus,piget hinc longius proficiſci,ſed attingenda ſunt uulnera,quæ quanquam haud procul à capite,& uitalibus membris, ſitu tamen & longa ſegnitie putruerunt. Auguſtinus quidem oriundus ex Aphrica,in confeſſionibus ſuis,Homeri librum ſibi difficilem dicit, quod externis Virgilij facilem, quod ſuis hoc eſt Latinis literis ſcriptus eſt, atqui nunc Aphricam metire, & à Nili alueo ad Atlanticum oceanum,uolucri meditatione perambula, puto nullum ibi reperies, qui literas noſtras norit aut diligat,niſi peregrinus fortè uel mercator,uel captiuus ſit Hieronymus ad Euandrum ſcribens, poſt Gallias atq; Britannias, prouincijs noſtri orbis,Aphricam & Perſidem & Orientem & Indiam omnemq; barbariem unũ CHRISTVM adorare cõfirmat,unam ſeruare regulam ueritatis,id quàm uerum hodie ſit,ne dici quidem expedit,ſed ut recentius teſtimonium noſtri dedecoris attingã,non'ne Gregorius quodam loco gratulatur & exultat, quod ſua ætate Aſia tota iam crederet:nunc,heu, ut à læua Tanais uſq; ad dexteram Nili ripam,per Eoi littoris ampliſſimos flexus ambiendo peruenias, & quicquid illos longè diſtantes mundi terminos, noſtrique maris æquor interiacet, ſiue terrarum ſiue hominum excutias,quamuis ad huc fortè ibi aliquis ſit, qui CHRISTI nomen in ore habeat,qui tamen ueram CHRISTI fidem habeat in corde, niſi ex eodem genere, qui peregrinatione,merce uel carcere teneantur,nullus ut arbitror eſt ibi,ſed ut notiſſimè ueritati,quartus nunc etiam teſtis accedat,certè in hanc ueram CHRISTI religionem,ſuis temporibus concordaſſe omnes Eccleſias, non ſolum in Hiſpania & Britannia ut incipiamus ab ultimis,nec non Gallijs,Italia,Sardinia,Cypro,Creta & Dalmatijs conſtitutas,ſed in Cappadocia etiã & Myſia et Macedonia,& uniuerſa ſimul Helladia,inſuper & uniuerſa Aphrica,Pãphilia,Lycia,Iſauria,& in omni Aegypto & Libya & Põto,totoq; oriẽte præter paucos Arrij ſectatores,ad Iouinianum Auguſtum miſſa,fidelis Athanaſij teſtatur epiſtola,non famam ſequentis,ſed comperta referentis,& ut ipſe ait,experimento ſententiam omnium cognoſcentis, & literarum pignus hominumq; notitiam habentis. Sin fortè pluribus teſtibus res eget,Ambroſius ſecundo Vocationis omnium gentium libro, & poſt eum Auguſtinus ipſe in Pſalmo CXV. Chriſtianæ fidei latiores,& quàm Romani imperij fines ponunt,nec peruenire potuiſſe iugum populi ferro regnantis,quo regnatis à ligno peruenerit fides CHRISTI.Id ſi de uero imperio loqui eos conſtat,non de illo quod iã non imperium,ſed imago quædam,& imperij umbra eſt,utinam noſtris quoque temporibus uerum eſſet:profectò non tota inſaniret Aphrica, non Perſis, non Syria, non Aegyptus,non Aſia ferè omnis, non deniq; quod eſt grauius, maxima pars Europæ. Romano enim imperio illi antiquo, ut præclari teſtantur auctores, nihil omniũ defuit niſi modicum Orientis,nobis,heu,propè omnia deſunt,niſi modicum Occidentis,quibus cum per ſe ſingulis,tùm ſimul omnibus in hac ipſa querimonia,quanta inſit auctoritas ac fides,neminem tàm infidelẽ tamq; hebetẽ puto eſſe,qui nõ ſentiat: quicquid tamẽ hi omnes dicũt & plus aliq̃d paucisſimis uerbis amplectiť Auguſtinus libro Veræ religionis,haud procùl à principio:Per omnes,inquit,terrarum partes,quas homines incolunt,ſacra CHRISTIANA traduntur. dictum breue,ſed flebile nobis,& quo facilè damni totius cumulũ metiare. Quanquam quid teſtimonijs ſingulorum nitor, Eccleſiaſticæ relegantur hiſtoriæ, quot ibi ante annos mille catholicorum nomina præſulum,à ſeptentrione ultimo,uel oriẽte uel auſtro, ad roborandum uulgandumq; ſacrum Chriſti dogma coẽuntium occurrent,ubi hodie nõ dicam nullus Epiſcopus,ſed ne Chriſtianus quidem uir inhabitabat. Et ut leuiora præteream ſileamq; alias,quibus idem principium,par exitus, ipſa uenerabilis urbs Nicea, ubi

Apoſtolorum

Apoſtolorum fidei fundamentum, ab illis ueri opificibus tot tàm ſacris ſenibus tanta rationum calce compactum atq; uallatum eſt, ſimul & tota Bithynia, cuius illa pars eſt, ab hoſtibus fidei poſſidentur, ira regimur, ea noſtris principibus Reipub. cura eſt, ſic aliena concupiſcimus, ut noſtra perdamus. Sed in alijs quidem facile me ipſum ſilentio aut obliuione conſoler, tibi quid dicam prodita ac deſerta Hieruſalem, hoc uulnus aſſiduè recens in oculis & fronte geſtamus, hoc tegi diſſimularíq; nullatenus poteſt, aliquantoq; facilius damni ſarcinam ferimus quàm pudoris. Cæterum hæc ſalutis ſpes, hoc ſtudium gloriæ, ſic calcantur ſacra, membriſq; languentibus noſtrum caput impune nunc ab Aegyptiaco cane diſcerpitur, & inſultant pedes impij ſanctuario IESV CHRISTI, eodem ipſo propter noſtrum dedecus, uel ſuas iniurias patiēte, uel ut dictum eſt, forſan occultius uindicante. & eſt in tot tàm publicis malis quiſquam, qui ueterum Romanorum gloriæ detrahere, talibuſque mendatijs ſuum os inquinare audeat? O nos prorſus indignos, quibus tanto cœli fauore, tàm nullis omnino meritis ſit conſultum, ò uerè gratuita dei dona, hic enim quando & æſtu doloris & feruore animi rapior, & audax dolor, & indignatio loquax eſt, & opima materia querularum incidit.

De excellenti uirtute antiquorum Romanorum, in comparatione Regum modernorum. Cap. v.

DIc pater, libet equidem percūctari, ſi hodie Iulius Cæſar ab inferis, remearet, animū illum potentiamq; ſuam referens, & Romæ, hoc eſt in patria ſua uiuens, ut haud dubiè faceret, CHRISTI nomē agnoſceret, diutius'ne paſſurū credimus, q̄ Aegyptius latro.

Peluſiaci tàm mollis turba Canopi,

Vt ait ille non dicam Hieroſolymam & Iudeam, & Syriam, ſed ipſam Aegyptum atque Alexandriam poſſideret, dum meminiſſet olim ſe, non tyranno impio, ſed legitimo quidē regi, regnum ſimul & coniugem & uitam abſtuliſſe, terraſq; illas ut Cleopatræ dono daret, ſuo periculo domuiſſe (non quæro quàm id iuſtè egerit, ſed animi uim & acrimoniam illam miror, ac neceſſariam temporibus noſtris dico) quàm facilè enim fidelis effectus CHRISTO, ſuum reſtitueret, à quo ſe ſpiritum accepiſſe & æternam gloriam accepturum crederet, qui illud adulterij pretium donauerat concubinæ. An ſi Cæſar Auguſtus, ſi uterque Scipio Aphricanus, ſi magnus Pompeius, ut mille alios taceam, eiuſdem Chriſtianæ fidei ſacris initiati, & in eadem urbe reuiuiſcerēt, pati poſſent, aut primus in Hiſpania, quàm multis ante ſæculis fluctuantem nominis ſui maieſtate compoſuit, aut ſecundus in Aphrica, quam tributariam alter fecit, alter euertit, aut tertius ſub Arcto & per Orientem, ubi tot colla regum uinculis innexuit, CHRISTI ſui nomē eſſe conceptui? ſi enim pro terrena patria, ueræ fidei luce carentes tanta ſunt auſi, quid non auſuros CHRISTO duce fœliciter crediderim pro æterna?

Qualiter noſtri principes comparantur Mahometo. Cap. vi.

NOſtri autem principes ac duces elatiſſimi hominum, in thalamo leonibus fortiores, in campo ceruis timidiores, ora uirilia mulieribus animis dehoneſtant, ad nocturna bella prōptiſſimi, imbelles ad reliqua, & ad nil aliud animoſi, quā ad luxuriæ ſtudiū uirtutiſque odium, quos imitari nequeūt, quoſq; uel uenerari uel mirari ſaltem taciti debuerant inſectantur ac ſpernunt, nihil autem inſoliti eſt, ſi uirtutis exempla, uirtutis hoſtibus ſunt moleſta, aut ſi Mahomethi fautores, ut in multis, in hoc quoq; ſecū ſentiūt, Ille quidem ut ſcriptū teneo. Mecham ex urbibus ac Hieroſolymam benedicens, Romam & Antiochiā maledixit, & quoniam iuuatur impietatum ſuarum cogitando cauſas quærere, in Mecha equidem & Roma nihil eſt quo mouear. quid enim noui eſt, ſi Mecham urbem, mæchus & impurus homo dilexit prophanū, omnis impietatis habitaculū dignūq; cōmaculati & inceſti ſui corporis hoſpitium? ibi enim ſceleratus & infamis predo ſepultus eſt luporum coruorūque uiſceribus dignior: & iacet ille carnifex in medio gētis ſuæ ſummo cultu ac reuerentia prorſus indigna, cū tamē heu dolor CHRISTI tumulus irreuerenter ab hoſte poſſeſſus, nō ſine graui periculo & infami penſitatione tributi raro furtim à fidelibus adeatur.

Rurſum uerò quid miri eſt, ſi nefandæ ſuperſtitionis artifex, ſuis artibus infeſtam almam
Vrbem aſperſam ſacro ſanguine martyrum, eminentiſſimamq; arcem religionis ac fidei,
oderit, præcipuè metuens, unde potiſſimum uenenato dogmati ſuo poſſe uerſimiliter ex
eidium prouenire, ſimul id recolens, tot inde ruinas & graues caſus, diuerſis iam tempori-
bus Perſis, Medis, Aegyptijs & Chaldeis, ac maioribus ſuis Arabibus proueniſſe, iuſtum
penè odium ſibi conflauerant metus & dolor? Miror magis, ſi non & Niliacas ſolitudi-
nes odio habuit, in quibus audierat Antonios atque Macharios tot miracula, tot uirtutes,
ſolo CHRISTI nomine peregiſſe, nec dubito, & illas odiſſe eum, magiſtrum uoluptatum,
& totius obſcœnæ libidinis incentorem: illud animum tãgit, unde uel amor Hieroſolymæ,
uel Antiochiæ odium? Sed inducor ut ſuſpicer, ciuitatẽ ubi aduerſarium eius CHRISTVM
aduerſarium planè, quamuis fortè de ipſo propter maieſtatem & gloriam nominis eius pa-
làm obloqui non auderet, tot contumelias, tot flagella, tàm crudelem mortem pertuliſſe me-
minerat, & gaudebat amaſſe illum, quaſi locũ odij ſui in CHRISTVM inuidiæq; participẽ,
& ſi amorem quem ferino in corde pepererat CHRISTI mors, eiuſdẽ reſurrectio extin-
xiſſe debuerit, ſed illam homo inſenſatus & impius, & cæcus regnandi cupidine non uide-
bat. Antiochiam uerò odiſſe, quod illic primo cognomen Chriſtianitatis exortum eſ-
ſet, quod Apoſtolorum actus indicant, & Petrus Apoſtolus CHRISTI amicus, & Chri-
ſtianæ dux ac ſignifer cohortis, illic primam pontificij cathedram conſcendiſſet, quaſi
harum altera quantum in ea fuit & CHRISTVM & CHRISTI nomẽ oppreſſit, altera Chri-
ſti & nomen & uicarium celebri ueneratione ſuſtulerit. Nullum ſane locum odioſiorem
illi quã Bethleem fuiſſe coniecto, tacuiſſe autẽ nomen illud, hominẽ licet indoctũ, naui ta-
mẽ ingenij calliditate uerſutũ, ne nimis apertas odiorum cauſas exprimere uideretur. Ha-
ctenus gratum mihi, & lectori non ingratum puto diuerticulum præbuerim.

De deteſtatione Catholicorum principum, eò quod præcipuam curam patriæ negligant. Cap. VII.

TEmpus eſt ut unde diſceſsimus reuertamur. ego itaq; mœſtitiæ ſtimulis impulſus, qd
ſolũ potui candenti & ignita literarum acie indebilem hãc infamiæ notam populis at-
que principib. noſtris incuſſerim, qui tot inutilibus, immò dãnoſis & impijs curis impliciti,
honeſtam hanc & debitam præcipuãq; curam patriæ, negligunt, patriæ, inquã, æternæ no-
ſtræq; Hieruſalem, non huius quæ in terris, ſed quæ ſurſum eſt in cœlis matris noſtræ, unde
nũc exulamus, cuius imaginẽ hæc importat, quæ ſi per ſe ipſam extimetur, nec patria eſt no-
ſtra, & meritum caſum paſſa, & grauiore odio digna eſt, quippè quæ Deum ſuũ, qui ſub
ueſte humili eam ſaluare deſcenderat, multis licet & magnis de nube carnis miraculorum
fulgoribus coruſcãtè, auſu ſacrilego & cõſenſu nefario crucifixit, ea ꝙuis impietas ſibi peſti-
lẽs, mũdo utilis foret, dũ in crucẽ actũ, quaſi de loco altiori, adorandũ gẽtibus demõſtrauit.

Quod non pro omni, ſed pro qua patria ſit meritò pugnandum. Cap. VIII.

NOn ꝓ patria qualibet audenda ſunt omnia, quanquã q auſi ſunt, multis ad cœlũ lau-
dibus efferãtur. Laudatur ex noſtris Brutus, laudatur Mutius, laudaĩ Curtius, laudã-
tur Decij, Fabij, Cornelij, ꝙ ſanguinẽ ſuũ pro patria effuderint. laudanĩ & exteri, Similis
enim uirtus, non diſſimilem laudem meretur: Codrum ac Themiſtoclen Athenæ laudant,
Lacedæmon Leonidem, Epaminundam Thebæ, Carthago Philenos fratres, aliæque ur-
bes ciues alios, de quibus omnibus ſi quid ſentiã quæris: cœleſtis amãda Reſpub. eſt, quã
non tumultus tribunitij, non ceſſiones plebis, nõ ſenatus inſolẽtia, nõ inuidia ſimultatum,
non bella ciuilia, non externa perturbant, pro qua quiſquis ſanguinem ſuum dedit, bo-
nus ciuis & premij certus eſt: non quod ideò temporalem hanc terrenamque patriam de-
ſerendam rear, pro qua ſi res exigat pugnare etiam iubemur, ſed ita demum, ſi iuſtitia re-
gitur & legibus æquis uiuit, qualẽ aliquo tẽpore fuiſſe Rẽpub. Romanorũ Saluſtius ac Li-
uius multiq; alij ſcripſere. De quo in primis acriter coploſeq; diſputat Cicero, in his libris,

quos

quos de Repub. ſcripſit, quibus facilè conſentirem, ut tunc etiam, dum toti orbi uim faceret, & uiolentiſſima uideretur iuſta eſſe quod hiſipſis qui cogebantur expediret cogi, & unum idq; non niſi optimum & excellens rerũ caput eſſe mundo, licet guſtu aſperũ, certè neceſſarium foret, niſi quod dicam huic ſententiæ uehementer obſtaret, quod ſcilicet, & ſi inter homines iuſtitiam ſeruarent Cuiq; ius ſuũ tribuendo, & illis Romanis artibus à Poëta deſcriptis, paci morem imponendo, parcendo ſubiectis & ſuperbos debellando, quamuis ut præclarè, ait Cicero, idem alibi. Imperium P. R. beneficijs tenerentur, non iniurijs, bella aut pro ſocijs, aut de imperio gererentur, exitus bellorum eſſent aut mites aut neceſſarij, Regum, populorum, nationũ portus eſſet & refugium Senatus. noſtri autem magiſtratus Imperatoresq; ex hac una re maximam laudem capere ſtuderent, ſi prouincias, ſi ſocios æquitate & fide defendiſſet, eſſetq; ueriſſimum, quod illud patrocinium Orbis terræ uerius quàm imperiũ poterat nominari, quãuis hæc, inquã, ſic erga homines ſumma iuſtitia & innocentia Romanorum illius temporis acta conſenſerim, iniuſtos tamen in Deum fuiſſe non ambigitur, cui non leue aliquid, ſed ſeipſos abſtulerant fugitiuorũ more ſeruorum, ſui furtum damno facientes, quodque grauiſsimũ furti genus, cultum illi debitum eius hoſtibus exhibẽtes, quæ nimirum iniuſtitia multo eſt maior, quàm ſi uicino fundus auitus, aut mancipiũ raperetur. qui locus ab Auguſtino in ſuæ cœleſtis Reip. libro excuſſus curioſe quẽ tractatus eſt. Quid uerò ſi quis naſcendo patriam nactus, iniuſtam malis moribus, quales ferè nũc omnes uides, nũ pro tali ſanguinem fudiſſe laudabitur? nihil minus quippe qui malis uiris, improbis ciuib. impunitatẽ publicã facinorũ, propria morte quæſiet. Hũc tu mihi laude dignũ, ac memoriã, quã multis ob hanc cauſam cõtigiſſe quidẽ legimus, hunc tu mihi per gloriam uiuere dixeris. Ego & uitæ prodigum, & bis mortuum dicã, qui ſimul corpus atq; animam ſimul hãc uitã proiecerit & æternam. contrà aũt ne lõgius uager, pro cœleſti Hieruſalẽ, pro patria illa perpetua, quæ beatũ nobis ſpondet habitaculũ, ſine fine, ſine labore, ſine ſollicitudine, ſine metu, ſine ulla deniq; moleſtia, in qua nil turpe, nil impiũ, nil iniuſtũ habitat, quid nõ uel audere uel aggredi iuſtũ eſſet, ſi quid pietatis aut iuſtitiæ eſſet in nobis. Iam uerè ut Petrus à patria, ſic ego longius ab incepto peregrinatus ſum, hos quẽ mihi animos unius ſolitarij ſenis occurſus dedit, ut orĩetale noſtrũ obprobriũ, Occidẽtis principibus ac populis exprobrarem. Qua in re tàm efficax, utinã dextera mea ſit, quã illius lingua fuit, quod fruſtrà me optare certè neſcio, uereor magis ne importune nimiũ & audacter hæc locutus uidear, inter illos quibus libertas animi temeritas, & ueritas furor & admonitio omnis iniuria eſt, utcũq; res accepta erit, ego his uerbis, & digreſſione hac, leuatus graui & moleſto faſce q̃relarũ, ad ſuſceptæ narrationis iter alacrior redeo.

SECTIO. V.

De ſolitudine ſanctiſsimi Ioannis Baptiſtæ, atq; beatæ Mariæ magdalenæ, quæ ex hoc ſorori præfertur. Cap. I.

QVid uerò nunc minoribus immorer. Ille inter natos mulierum maximus Ioannes ſanctus ab utero, quem è cœli faſtigio uenturus ad terrã CHRISTVS, ut rex nunciũ, ut præconem iudex, auroram dies, & luciferum ſol præmiſit, non ſe tutum credidit, niſi deſerti antra tenera ætate ſubijſſet. Fecit idem Maria poſt peccatum, non populus longum conſpici, aut habitare in palatijs elegit, ſed patriam fugiens, in has terras, uelut in orbem alterum delata, perſeueranter latuit hic in finem, & pro domo habuit nudam, & concauam illam rupem quam uidiſſe te arbitror neque enim procul hinc abeſt, & locus eſt ſacer, quodam horrore uenerabilis, ac uiſitari de longinquo etiam non indignus, ubi & ſæpè me fuiſſe, & tres olim noctes totidemquẽ dies, non ſine uoluptate alia quàm quæ in urbibus capi ſolet, exegiſſe memini. Illic dulcis ac fœlix CHRISTI hoſpita, non ornat cum ſeruitio puellarum, ſed obſequentium miniſterio angelorum uiuens ac moriens uſa eſt: at nil tale fecit Martha ſoror, dicat aliquis, & tamen ſancta eſt? non inficior id quidem, ſed certè multo ſanctior Maria quæ id fecit. Iure igitur, ab illo ſummo & infallibili rerum extimatore, de

optimæ partis electione laudata eſt, ut ſi uerum eſt, quod doctorum hominum habet aſſertio, ſub duarum ſororum integumento, præter hiſtoriæ ueritatem duplicis etiam uitæ myſterium contineri, nullus dubio relinquatur locus, quin contemplatiua actuoſæq; uitæ, & CHRISTI iuditio prælata ſit, & electione præſertim CHRISTI fidelium præferenda.

De ſolitudine IESV CHRISTI domini & ſaluatoris noſtri. Cap. II.

QVis ergo miretur, ſi peccator tot circumſeſſus ab hoſtibus, tutas cupidè fugit in latebras, & imbecillitatis ſuæ memor, & tot exemplis admonitus, non humanis tantum, ſed diuinis? Cum enim ualida omnia, tum illud inexpugnabile, quod ipſe ſaluator fons omnium ſalutarium exemplorum, quanquam nec egens ſolitudinis, nec frequentiæ metuens, ut doctrinam tamen ſuam factis aſtrueret, in montem oraturus aſcendit, ſolus orauit. in ſolitudine ieiunauit, in ſolitudine tentantem uicit aduerſarium, poſt in multitudine licet uolens ad aduerſarijs perimendus, in ſolitudine bis paruo cõuiuio, & pauculis panibus paucioribusq; piſciculis, inextimabilẽ ac famelicam turbam pauit, cum ſaturitate mirabili tum ingenti miraculo fragmentorum. In ſolitudinem tanquam locum conſolationis & pacis, audita Ioannis morte ſe contulit, deniq; in loco campeſtri turbas docuit, in excelſo monte transfiguratus eſt, ubi ſupra eum, uox æterni patris intonuit, in monte etiam pernoctauit orans, & rurſus in montem oraturus ac moriturus aſcendit, non contentus, niſi paulumper auulſus à ſuis, orationi propè nouiſsimæ magis magiſq; ſolitarium locum quæreret, facto docens, ut & nos artis in rebus ſolitudinem quæreremus. Idem & offerendum regni pondus reſpuens, ſolus in montem fugit, etiam nondum tempeſtiuæ mortis periculum in ſolitudinem declinauit, ut nos & fortunæ blanditias & minas in ſolitudinem fugere & ex alto contemnere doceremur. quæ ſi uera omnia, ſi teſtimonijs Euãgelicis nota ſunt, dubitamus adhuc Chriſtiani homines, quid nobis de ſolitudine ſentiendum ſit, de qua ita ſenſiſſe magiſtrum & ducem & dominum noſtrum ſcimus? cuius ut dictum eſt præcurſor ab ipſo primordio in ſolitudine uitam egit, cuius tot amici idem uitæ genus & prius elegerãt, & poſtmodum elegerunt, cuius poſtremò mater uirgo, Deo grauida confeſtim in mõtana perrexit, in ſolitudinem antequàm naſceretur ſacri uteri beatiſsimum põdus ferens, cui profectioni ſpiritum ſanctum, ducem fuiſſe fidelium nullus hæſitauerit.

Ex dictis uita ſolitaria commendatur. Cap. III.

HIs autem, & ſi qua ſunt eiuſmodi, nam neq; cuncta concludere, uel neceſſarium fuit, uel tàm parua licuit papyro, ingens & ſolitudinis laus eſt, & ad imitandum ſtimulus exemplumq;. Profectò enim quiſq; hæc audiet, ſi eadem aſpirat, idem faciet, nec ad unum terminum diuerſa feretur uia, præſertim cũ neq; compendioſior ulla ſit. & nimirum à populis propoſito atq; opinione diſtantes, haud abſonum uideri debet, ſi ut ſtudiorum, ſic locorum quoq; diſtantia uel diſſimilitudine ſeparemur, diuerſos animos, diuerſi habitus decent diſtinctæq; manſiones, plerunq; contraria infœliciter miſcentur, amanda nobis & in familiaritatẽ admittenda ſolitudo eſt. Idq; nõ honeſtatis tantum, ſed ſecuritatis cauſa. ut enim rarus luxus in ſyluis, ſic in urbibus perrara modeſtia eſt, quiſnam uerò rationi aut uirtuti locus eſſe poteſt, ubi & exemplis & conſilijs malis eſt imperium, ubi opinionibus falſis occupata omnia, & conſuetudini datum regnum ac præſcriptus error, quaſi quicquid delectat & deceat? Vbi non quæritur quid in re ſit, ſed quid agi ſoleat, aut quid plurimis uideať, quo fallacius teſtimonium nullum eſt. Crede igitur mihi quiſquis aut uirtutem ſequeris, aut uitium fugis, ut hanc teneas, neúe ab illo tenearis, anceps tibi in populis eſt mora. quid enim ibi uideas niſi contentiones, adulteria, fraudes, iniurias, furta, rapinas, homicidia? hæ te artes excipient, primo urbis in limine, hæ rerum imagines circumuolabunt, hæc exempla circumſtrepent, difficilimum erit, quin & ſi alius fueris quales cunctos inueneris, talis fias.

De Dauid rege quibusdamq; patriarchis ſolitariæ uitæ cultoribus. Cap. IIII.

NE tibi nunc fortè ſpes melior blandiatur, quaſi aliud auditurus uiſurusúe, uel inter lubrica conſtantiore ueſtigio manſurus ſis innocentioris æui, & altioris uiri exemplo diſce, quid ſperes, Dauid certè rex erat & ſanctus & ſapiens, & propheta, & tamen contriſtatus & conturbatus, & formidine mortis & timore ac tremore obrutus, tenebrisq; cōtectus quid aliud uidit, niſi iniquitatem & cōtradictionem in ciuitate, ut ſuis utar uerbis, & ſuper muros eius iniquitatem, & laborem in medio eius & iniuſtitiam, & non deficientes de plateis eius uſuram & dolum; propter quod ipſe quoque tantorum rector ac debitor populorum, pro ſalute propria elongauit, fugiens & manſit in ſolitudine, expectans dominum qui eum à tempeſtate animi ſaluum fecit. nempè meminerat ſibi in ſolitudine diuinitus oblatum regnum, ſeq; non fratribus tantum ſuis, qui in ciuitate erant maioribus natu, ſed regi etiam Iſrael, qui erat in regia diuino iuditio prælatum, eumqúe ipſum regem ſibi implicabiliter aduerſantem, in ſolitudine ac ſpeluncis, bis in manus ſuas traditum ac dimiſſum, tàm manifeſtis inditijs innocētiæ ſuæ, ut ora chlamydis haſtaqúe regia procul oſtēſis, immitem licet animum, beneficio uictum flere compelleret. reputabat tamen inde ſecum, ut bis in ſolitudine magni hoſtis, & qua nulla clarior uictoria bis animi ſui uictor, in Hieruſalem uerò uictus libidine, indignum maieſtate regis ſcelus, turpi adulterio degenerem fraudem, & homicidium crudele coniunxerat. Conferebat cum Iſaac ſolitudine, ſortem ſuam urbanam cogitans, ut illi poſt diei medium, meditanda gratia in agrum egreſſo, per uiam deambulanti, fœlix caſtumq; coniugium, ſibi poſt meridianum ſomnum uoluptuosè deambulanti, in ſolario regiæ domus, aliena coniugia fœdandi uoluntatem impiam ac ſuperbam, & occaſionem pœnitēdam ac miſeram contigiſſe. iure ergo periculoſam & infauſtam urbem fugiens, tutam ac fœlicē in ſolitudinē properabat. Quod ſi de CHRISTO dictum accipimus, ut quidam uolunt, eò maius ad id de quo agitur argumentum eſt, quò non modo Dauid, ſed omnium maior eſt CHRISTVS, non ſine cauſa equidem ut ſermonis illius extrema cum primis iūgam, de ipſo Abraham ſcriptum opinari licet, quod eduxit eum dominus foras, & ait illi: Suſpice cœlum. meo namq; iuditio, qui cœlum uult ſuſpicere, quiq; cœleſtia contēplari, educēdus eſt foras, eò ꝙ in urbibus obiectu multarū & malarū rerū mortalis obtūdit̄ ac præpedit̄ obtuitus, ita dico educēdus foras, ſed educēdus à domino, alioquin nuſquā tutus, piaculis noſtris in media nos deſerta ſequētibus, & maria alta tranantibus. Vnde eſt ꝙ non ducem Deum, ſed concupiſcentias ſuas ſecuti quidam, in ſolitudine corruerunt: nec ignotū habeo, ut Loth iuſtus in Sodomis, in monte peccauit, quanquam enim quid fecerit ignorauit, ut ait Hieronymus, & quanquā uoluntas nō ſit in crimine, tamen error in culpa eſt. Hoc eſt ergo, in quo excuſari uir in cæteris iuſtus & integer nō poſſit, ꝙd ita ſe uino obrui paſſus eſt, ut uel ignorans probrū illud admittere, quod cogitare ſciēs ac ſobrius horruiſſet: læuo pede igitur aſcēdit in montē, melius fortè māſurus in Segor, quā imbecillitati ſuæ ſedē ſpōtè delegerat. Sanè clarior teſtatiorq; res eſt, quā ut tot opē exēplorū flagitet, eos qui cœlo inhiant, nō ſonoros urbiū cōuentus, ſed tacitas ac trāqllas ſolitudines optare, ubi Deus illis aſsiduè ſupra uerticem eſt, mūdus atq; humana ſub pedibus.

SECTIO. VI.

De uita moribus ac ritu Brachmanorum, & ſolitudine famoſi uiri Calani. Cap. I.

TEmpus erat ut finem facerem, & deſtinatus operi modus exceditur, & me aliæ uocāt curæ, tu uerò iam nimium ſermone hoc, ab officij maioris intentione diſtraheris, ſed tēperare mihi nequeo, quo minus aliquot exempla, ex alio genere hominum attingam, eorū qui aliquam rarioris famæ materiam ingenio moliuntur. Sileo autem Gymnoſophiſtas, quos per ultimas & umbroſas Indiæ ſolitudines nudos, quod ipſum nomen indicat, ac uagos philoſophari ſolitos ferunt: prætereo Brachmanos, de quibus Ambroſij nomine præ-

notatus liber à nonnullis oſtenditur qui trans Gangen in Orientis extremo, ſaluberrimis auris & ſolitaria regione habitāt, quæ quantum opinione aſſequor, haud longè ſemota ab illis eſt locis, ubi terreſtris paradiſus eſſe creditũ, & ipſi per ſyluas uagi & nudi, quos dicerē à Gymnoſophiſtis nec ſecta, nec morib. differētes, nec re ulla, niſi loco forſã aut homine, niſi Bardaſanes uir Babylonius, et ob id ſaltē uicinitate plagarũ fidē meritus, Gymnoſophiſtas apud Indos, in duo dogmata diuiſiſſet, quorũ unũ appellat Brachmanos, alterũ Samanicos cuius contra Iouinianũ meminit Hieronymus, ut appareat generis nomē eſſe Gymnoſophyſtas, Brachmanas ſpeciei, quãuis nõ me lateat, ex his q̃ in proœmio diuinarũ ſcripturarũ Hieronymus idē narrat, lõgè aliã ſententiã naſci poſſe. ſed ne hic ſcrupulus ceptũ opus impediat, ꝑteruehar, & id potius ſequar ꝙ inſtitui. Eſt itaq; Brachmanorũ gēs, ut aiũt, & cõtinētia & puritate mētis eximia, & cõtemptu diuitiarũ & graui multũ uenerãda ſilentio, in q̃ illis nõ in fabellis anilibus, & multis, ſumma auriũ uoluptas, id nõ hominum clamor, aut ſymphoniacũ carmen obrũpit, ſed uel cãtus auiũ uel hymnorum ſonus, ꝙ unũ linguæ exercitiũ habent, omne illi deſiderium, omnis ſpes non niſi in futuri ſæculi uita eſt. Cibus ex herbis aut arborũ baccis, ueſtis ex frondib. ſi qua tamen eſt ueſtis. poſtremò tectum ex ramis, lectus ex floribus, potus ex fontibus: horum unus Calanus ille fuit, cuius ad Alexandrum Macedonem fertur epiſtola, cui etiam inſtantem uitæ exitũ, iocando prædixit, cum ipſe ſuccenſa lignorũ ſtrue, more gentis ad uolũtariã mortem iret, cuius & Græci & noſtri ſcriptores meminerunt. Vir apud nos famoſus, infamis inter ſuos, quod quaſi diſciplinæ ſeuerioris & moris patrij deſertor, ad uerboſam Græciæ Philoſophiam, & delitioſam mollic em transfugiſſet, in quem acriter quidem omnes, ſed acrius cunctis inuehitur illi uenerabilior nudus ſenex Dyndimus coëtaneus ſuus, ſed nec externis moribus, nec dogmatibus peregrinis infectus: cuius quoq; epiſtolam, neſcio animoſam magis an uerboſam, ad eundē Regem in aliorum ſcriptis inuenio. Nam Calani epiſtolam quam dixi, ne quis dubitet, ipſe Ambroſius epiſtolis ſuis immiſcuit, huius uerò non epiſtola, ſed cum ipſo rege colloquiũ extat. Longum quidem & ab omni parte liberrimum, in eo libro, quem de Brachmanorũ uita ſuo nomine ſcriptum, ſupra retuli, qui licet non plenè mihi redoleat Ambroſij ſtilum, inter Ambroſij tamen libros medius eſt, ingenti quodam & uenerabili & uetuſto uolumine librorũ eius, quod in Archiuo Ambroſianæ Mediolanenſis eccleſiæ cuſtoditur, quantũ ſanè haud fortuitis ſuſpitionib. auguror, nõ Ambroſij ſed Palladij liber eſt, quiſquis aũt ſit auctor, narrat certè, ꝙ auditu forſitan nõ fuerit iniucundum, detuliſſe illi regem munera, aurũ, argẽtum, ueſtes, panes, oleum, illum omnia præter ultimum contempſiſſe, ꝙ aurum & argentũ diceret, uſq; adeò nullius eſſe momenti, ut nedum uiri animum capere, ſed nec ullam qualibet circumuolitãtium auicularũ ad canendum dulcius poſſent inducere. ueſtes non ut ſuperuacuas modò reſpueret, ſed ut impedimẽtũ libertatis ac uinculum abhorreret. panē ignis quaſdã quaſi reliquias irrideret. ſed ne ad unum regalium munerũ contemptor exiſteret, ſumpſiſſe oleũ refert, & mox magna lignorũ congerie ſuccenſa, ſuperfudiſſe, flammaq; clariſſima erumpente, perbreuiter quidem, ut in omnibus omnipotenti Deo gratias egiſſe, quaſi hoc illi ſacrificij gens eſſet. Et de hoc quidem ſolitario ſene hactenus: de quo rurſum deque omni ritu gentis illius pronunciem ignoro. nuditas nanque illa non placet, quantalibet elementorum clementia, neque enim tantum frigoribus, ſed pudori modeſti amictus honeſtate conſulitur: quamuis ut ſcriptum eſt, Genitalia uelare ſoleant, cætera nudi. Non placet incurioſitas belluina, ſomni cibiq; ne dum extremum curioſæ uitæ fugimus, in contrarium relabamur, placet hac in re, ut multis Ciceroniana temperies, Adhibenda, inquit, eſt mundicia non odioſa, neque exquiſita nimis, tantumq; fugiat agreſtem & inhumanam negligentiam. eadem ratio eſt habenda ueſtitus, in quo ſicut in pleriſque rebus mediocritas eſt optima. hic inquam, mihi uitæ modus placet. Sit ſomnus breuis, cibus leuis, potus facilis, humilis toga, modò aliquid inter habitum ac thorum menſamque hominis & pecudis interſit: non quæro tectorum diuites caſus, atque aureas ruinas, non quæro celato argento & æſtuantibus epulis graues menſas, non immemor adeò mei ſum, ſed in omnibus modum quæro, non prohibeo interdum humi diſcumbere

cumbere aut ſopiri, ne familiarem, meum improbaſſe uidear, qui ait in Epiſtolis:

Cœna breuis iuuat, & prope riuum ſomnus in herba.

Totum uerò ſub diuo tempus agere, non tàm hominum quàm urſorum iudico, quamuis ille ſe cœlum pro tecto, terram totam pro lecto, habere glorietur, uerum hæc in comparatione grauiorum leuiſsima dixeris. Ille peruerſus mos mortis anticipandæ, ut quaſi uita eorum, non ab alio quàm ab eis ſit, & ſtatione corporis in iuſſu Dei abire liceat, cum uelint, quod non ſolum fides CHRISTI deteſtatur, ſed Philoſophorum quoque clariſsimi, ut uerò dementiæ hoc, ſic illud importunæ ſuperbiæ eſt, quod ſe peccatum non habere confirmant, ſeducentes ſe & mendacem facientes Spiritum ſanctum, qui per os Ioannis Apoſtoli, inſolentiam hanc retundit ad confeſsionem & pœnitentiam nos inuitans. Hæc ſunt quæ me offendunt in hac ſecta. & ſi neſcius non ſim, ſenem ipſum, qui Alexandro in frontem multa cum libertate reſtiterit, & mihi, ſi adſit pro ſua hæreſi magnificè reſponſurum. Ex diuerſò autem placet ille contemptus mundi, qui iuſto maior eſſe non poteſt, placet ſolitudo, placet libertas, quæ nulli gentium tanta eſt, placet ſilẽtium, placet ocium, placet quies, placet intenta cogitatio, placet integritas atque ſecuritas, modò temeritas abſit: placet animorum æquabilitas, unaq; ſemper frons, & nullius rei timor aut cupiditas, placet ſylueſtris habitatio, fontisq; uicinitas, quem ut in eo libro ſcriptũ eſt, quaſi uber terræ matris incorruptum atque integrum in os ſuũ mulgere cõſueuerat. mouetq; me, fateor, collocutio illa grauiſsima cum Brachmanorũ omniũ, tum præcipuè Dyndimi, de qua paulò antè dicebam, cum Alexandro habita. In qua non illi uni, ſed uniuerſo propemodum generi humano, exprobrantur ſcelerum innumerabilium aceruí, nominatim inexplebilis auri ſitis, inhumana feritas, odium omnium contemptuſqúe Dei, puerilis diuitiarum admiratio fœmineuſqúe marium ornatus, tumor animi, tremor mortis, incõſultus appetitus gloriæ, ad hæc linguæ lapſus, multiloquium inane, & loquenti ſæpè noxium, Philoſophia omnis in uerbis, ſenſus in labijs, uitæ ſermo contrarius, inconſideratio actionum, pœnitentiæ proxima, infinita rerum indigentia per auaritiam inuecta, affectuum inteſtina diſcordia, & exterior membrorum multa rebellio, multa morum peruerſitas, atq; antè alia cedis amor, ac bellorum ſtudium, domeſtici quoq; uictus enormitas, præceps ebrietas, & gula ſui hoſtis ac perniciei alumni, ridicula ciborum conquiſitio, & in primis æſus carnium, ubi præmordaciter nos, non bobus equiſq; uel ceruis, ſed lupis ac leonibus pares dicit, atq; ardentiore conuitio mortuorum etiam corporum ſepulchra uiuentia. In hoc quoque te ſermonis diuerſorium chare animo meo Pater, non inuitus adduxerim, quoniã licet ut audiſti, non omnes Brachmanicos mores probem, ſolitudinem tamẽ ac ſolitariam uitã probo, de qua ſcribens, prætereundos non credidi, quos ac uita ſingulariter, præq; omnibus gloriari ſolitos accepiſſem. Tranſeo tamen hinc uelut è regione ſuſpecta, ne diutius inſiſtens, tàm longinquis in rebus, ueris fortè falſa permiſceam.

De quodam ſolitario apud Indos. Cap. II.

QVamuis nunc etiam dum hæc ſcribo, non deſint aliqui ex noſtris, quibus nulla natio orbem luſtrare curioſior, qui aſſerant apud Indos eſſe hominem, his moribus incredibili innocentia ac doctrina, ad quem uiſendum populi ac reges Indorum plus quàm dici poſsit, humiliter atq; ſuppliciter accedant. Interceſsionem eius apud Deum, & reſponſa in dubijs ac uitæ conſilia poſcentes, & quem per omnia propè diuinis uenerentur honoribus, cum ille grandæuus, nudus, humi recubans, nec ipſis aſſurgens regibus, uix motis labijs pauca reſpondeat, cuius uoces pro oraculis excepta, magnum omnis caſus ſint ſolamen, & longiſsimarum refrigerium uiarum, Reges ipſos perhibent (quod cum his quæ feciſſe Alexandrum legimus ſatis conuenit) cum ad eam quàm is inhabitat ſyluam uenerit, ſolitos ex equis deſilire, purpuream chlamydem exuere, diademata & annulos & armillas & ſceptra deponere, dimiſsiſquè ſatellitibus, ſolos aut cum paucisſimis electis uiris ad eum, non ſine ſtupore quodã ingredi, atq; ad pedes eius procubuiſſe, uel ſemel colloquioquè dignatum eſſe, æternæ gloriæ haberi. Quod penitus fabuloſum ſuſpicari poſſem, niſi Bardaſanes ille, cuius paulò ſuprà memini, Hieroſolymuſq; poſt eum dicerẽt, ꝙ ab his, niſi

V 5 quia di-

quia dicitur breuius, non abhorret, eſſe ibi hoſce homines, ad quos cum rex uenerit adorare illos ſolitus ſit, pacemq́; prouinciæ in illorum precibus arbitratur ſitam. qui ſi olim plures fuerant, quid uetat unum eſſe hodie? multa præterea de his dici poterant, quæ perſequi longum eſt.

De ſolitarijs, trans aquilonem monteſq́; Ripheos, ac gentem Hyperboream, & cæteras inſulas exiſtentes. Cap. III.

SEd quoniam iuuat, inter ſingulares ſolitudinis amicos, ſolitarias etiam, ut ita dicã, gentes attingere, longè alio mundi tactu, trans aquilonem monteſque Ripheos, ubi ex-gente cœli ratione, non niſi unam toto anno diem atque unam noctem ferunt, & utranq; ſemeſtrem. Hyperboream gentem eſſe, ijſdem propè moribus fama eſt, niſi quod de nuditate nihil credo propter imminius cœlum, eadem tamen uoluntariæ mortis conſuetudine peſsima, ſed alio genere moriendi, ſicut enim Indi in flammas eunt, ſic hi ubi, ut aiunt, non tædium, ſed ſatietas uitæ & deſiderium mortis inceſſerit, ſertis ornati, lætum uelut ad feſtum ac ſolenne pergentes, ſe in proximos fluctus maris ab altiſsima rupe præcipitant. hic percelebris uitæ finis, hoc ſepulchri genus eximium. Gentem ſanè in reliquis certè innocentiſsimam eſſe iuſtiſsimamq́; mortalium, & longioris & beatioris uitæ, bellorum expertem, ac neſciam iurgiorum, ocioque ſemper pacifico fruentem, & inter lucos ac ſolitudines habitantem. cuius gentis & Pomponius Melas in Coſmographiæ libris, & multi alij meminère. Addunt Plin. Secundus, & Solinus curioſiſsimi talium ſcrutatores, gentis alterius, ſed uicinæ & huic perſimilis mentionem, Arimpheos uocant, quibus ſedes nemora, alimenta ſint baccæ, eam gentem ſeriem & clementem dicunt, habitare autem ubi Ryphæorum montium iuga definiunt, gentem ſacram baberi, cuius auctoritas tanta ſit, ut inter tot ferociſsimas nationes non ipſi ſolum, ſed quicunque ad eos confugerint, quaſi ad templum aliquod, ſalui inuiolatique ſint. Apud hos coma probrum, ſexus uterque tondetur. Hinc ad Occaſum uerſus tranſeo Philoſophos Gallorum, quorum inter ſcriptores crebra mentio Druidas dixēre, ſolitos in ſpecubus ac remotis in ſaltibus docere nobiliſsimos, gentis ſapientiam atque facũdiam, & naturas rerum & ſyderum motus, & deorum arcana, & immortalitatem animarum & alterius uitæ ſtatum. tranſeo Thylen & Hyberniam quarum altera ſcribentium uarietate famoſiſsima ſed ignota eſt, altera uero notiſsima., cuius gentem, opum rerumqúe ciuilium contemptricem, inſuper & agriculturæ negligentem, paſcua & ſyluas incolere compertum habeo, cui pro delicijs ocium, pro ſummis opibus ſit libertas. Fœlicem gentem dicerem, niſi alia, ſi modò uera eſt infamia, & morum malignitate retraherer. Prætereo Fortunatas inſulas, quæ extremo ſub occidente, ut nobis & uiciniores & notiores, ſic quàm longiſsimè uel ab Indis abſunt, uel ab Arcto, terra multorum, ſed in primis Flacci lyrico carmine nobilis, cuius peruetuſta fama eſt recens: Eò ſi quidem & patrum memoria, Ianuenſium armata Claſsis penetrauit, & nuper Clemens VI. illi patriæ principem dedit, quem uidimus Hiſpanorum & Gallorum regum mixto ſanguine, generoſum quendam uirum. Qui meminiſti enim, dum eo die corona ac ſceptro per urbem ſpectandus incederet, repentè tantus cœlo imber effluxit, atque ita domum madidus redijt, ut omen eſſet incubuiſſe illi uerè pluuialis & aquoſæ patriæ principatum: cui quidem in dominio extra orbem ſito, qualiter ſucceſſerit non noui, ſcio tamen, quod multa ſcribuntur & feruntur, propter quæ non plenæ Fortunatarum cognomini terrarum, fortuna conueniat? Cæterum gentem illam, præ cunctis fermè mortalibus ſolitudine gaudere, moribus tamen incultam, adeoqúe non abſimilem belluis, ut naturæ magis inſtinctu, quàm electione ſic agentem, non tàm ſolitariè uiuere, quàm in ſolitudinibus errare, ſeu cum feris ſeu cum gregibus ſuis dicas. Sed iam ſatis curioſitate hac, longè latequè diſiunctos mundi angulos peruagatus ſum, quorum omnium non apud me, qui lecta uel audita refero, ſed apud auctores rerum primarios fides erit, ego autem his decurſis, ad clariora & nobis notiora progrediar.

SECTIO

SECTIO. VII

Commemoratio clarorum philoſophorum, ad ſolitudinem confugientium. Cap. I.

QVid ergo philoſophi, quid poëtæ? Philoſophos autem dico, non iſtos quos qui cathedrarios primum dixit, ille mihi proprium rei nomen impoſuiſſe uiſus eſt. in cathedris enim philoſophantur, in actionibus inſaniunt, præcipiunt alijs, præceptiſq; ſuis primi obſtant, primi legibus à ſe latis derogant, & ſigniferos ſe profeſsi, primi ordines deſerunt, primi uirtutis imperio rebellant. Non hos igitur dico, ſed illos ueros, qui ſemper pauci, nunc neſcio an penitus nulli ſint, qui quod profitentur exhibeant amorem ſtudiumque ſapientiæ. Rurſum & poëtas intelligo, non hos quibus contexere uerſus ſit ſatis, & ut ait Flaccus, uerſus inopes rerum nugaſque canoras: quibus uſque ad faſtidium abundamus; ſed eos, qui, ſi quid Ciceroni credimus, fuerũt ſemper ipſis quoque philoſophis rariores, Poëtas, in quam, ueros quibus ingenium ſit Flaccus idem ait, & mens diuinior atque os magna ſonaturum, & quibus ex merito huius honor nominis debeatur. Hi tales uel philoſophi uel poëtæ, qualem nec unum digito monſtrare, & ſi multos poſsim cogitatione mihi fingere, ſi quos tamen uel noſtra habet ætas, uel poſteritas habitura eſt, non ne & urbes fugient, & ſolitudines ſectabuntur? De his enim qui fuerunt, conſtat, Platonem interroga, credo Academiam ſuam multum laudatis præferet Athenis, interroga Plotinum inter Philoſophiæ profeſſores, cum Platone principem, ut Macrobius ait, reſpondebit Campanum ſibi ocium, de toto orbe ſufficere: cuius & ſi miſerabilis finis, tamen electio glorioſa. Percunctare Pythagoram, dicet ſe non modo ſolitudines amœnas, ſed uaſtas etiam & horrendas, & ſæpè laborioſiſsimas peregrinationes, deſertis regionibus, ueſtigandæ ueritatis ſtudio quæſiuiſſe. nam doctrinæ eius, ac nominis ſucceſſores Pythagoreos, uoluptatum procellis expoſitam frequentiam declinantes, in ſolitudine deſertiſque locis habitare ſolitos, teſte quoq; Hieronymo certum eſt. Quære à Democrito, fatebitur ſe ſibi oculos eruiſſe, ut uideret uerum & ueri hoſtem populum non uideret. ſciſcitare Parmenidem & Athlantem, inuenies eos nomina propria, his in quibus habitarunt montibus reliquiſſe, ipſe Prometheus ſi ueritas requiritur, non negabit hinc fuiſſe locum fabulæ, qua in Caucaſo religatus, edaciſsimo uulturi rodendus exponitur, quod magna cum intentione animi incumbens, totius indagini rerum archanarum, quæ haud dubiè ſtudioſum extenuat, montis illius ſolitudinem uſurpaſſet. Sæpè locus ingenio ſtimulos admouet, ideò aptus & liber optandus eſt, his qui animum rebus altis applicuêre, quem in populis innumeræ uariatum formæ deprimunt atque diſcerpunt, & mille uias per feneſtras ingreſſura mors inuenit. quibus rationibus inuitatos multos philoſophorum, non modo frequentias urbium reliquiſſe, apud Hieronymum ipſum lego, quaſi primas inquietudinis ac laborum ſedes, ſed hortulos etiam ſuburbanos quos ſuſpectos, ſcilicet, uel eorum nimis culta mollities, uel tumultuoſarum urbium uicinitas faciebat. Quamobrem idem quoque de Socrate deque Ariſtotele atque alijs, ut opiner, multa me inducunt, niſi quantum fortè uel diſcipulorum maieſtas & imperiũ, uel Rerum pub. iuſſus aut neceſsitas, uel caſus aliquis ſolitarijs, ut cumque uotis obſtitit. Iũgam tot ueteribus recentiorem unum, nec ualdè ſemotum ab ætate noſtra, quã rectè neſcio, ſed apud quoſdã ut audio ſuſpectæ fidei, at profectò non humilis ingenij, Petrum illum, cui Abaëlardi cognomẽ eſt, qui ut in hiſtoria ſuarum calamitatum, longa narratione idem ipſe meminit, inuidiæ cedens, ſolitudinis Trecenſis abdita penetrauit, & ſi non ſine magno undiq; ſtudioſorum conuentu, quos è multis urbibus illi ſolitario diſcipulos doctrinæ celebris fama contraxerat, ſine requie tamen optata, quàm ſibi radicitus tenax liuor odiumq; conuulſerant. Hinc ad antiquiora rerum ſtudiorumq; genus aliud redeundum, quibus idipſum quoq; quod tendimus roboretur.

De Poëtis ſolitudinem eligentibus. Cap. 11.

QVid loquar Homerum Poëtarum patrem, quando ſuperiorum Orphei ſcilicet & Lini & Muſei, ſiue hos poëtas, ſiue muſicos, ſiue propter artium cognationẽ, quod quibuſdam placet, & muſicos credimus & poëtas, ad nos uix nomina nuda perueniunt. Hic uerò non tantum Græcas ſolitudines, ſed Italicas ſic deſcripſit, ut quæ ipſe non uiderit, ſicut ait Cicero (cæcus enim traditur fuiſſe) nos ut uideremus effecerit, ut illius ingenij non poëſim, ſed picturam quodammodò uideamus, an putamus id eum facere potuiſſe, niſi eadem loca ſollicitè ante cæcitatem, ac memoriter obſeruaſſet? quid Virgilium noſtrum loquar, qui fugiens urbem Romam, ubi & ingenij laude, & toto orbe regnantis principis amicitia florebat, ac ſolitariam libertatem petens, mortem quidam immaturam obuiam habuit, quæ omnibus eum talibus curis abſolueret? ille tamen ſic cenſebat, ope ſolitudinis opus eſſe, ut diuinum illud ſuum opus poſſet abſolui, Latinis ingenijs mors inuidit, nocitura amplius, niſi pietas mitiſſimi & literarum amãtiſſimi principis obſtitiſſet. Horatius Flaccus, non iam ſibi regiam Romam placere palàm prædicat, ſed uacuum Tybur, aut imbelle Tarentum, quibus in uerbis quid intelligi uult aliud, quàm ſolitudinẽ & quietem, utriuſque contrarium expertus Romæ, cuius urbis tædia ex populi concurſatione naſcentia, ſic diligenter enumerat, ut facilè uideas affectum loqui. Epiſtolarum eius ultima eſt ad Florum ſcripta, quem non ſemel interrogat, de re certa ut expreſsior fiat: ait enim:

Romæ me ne poëmata cenſes
Scribere poſſe, inter tot curas, totq́ labores?

Deinde autem eleganti tædiorum narratione interpoſita, ironice concludeus ait:

I nunc. & uerſus tecum meditare canoros.

neq; his contentus, iterum quærit:

Tu me inter ſtrepitus nocturnos atq; diurnos,
Vis canere, & contacta ſequi ueſtigia uatum,

Nec dum ſatis eſt, niſi rurſus interroget: *hic ego rerum.*

Fluctibus in medijs & tempeſtatibus urbis
Verba lyræ motura ſonum connectere digner?

Ne uerò iratis percontationibus ironicisq; ſententijs, contentum credas, clarè de populo nihil loqui, breuem quidem, ſed uniuerſalem tibi dat regulam, quæ eſt quod:

Scriptorum chorus omnis, amat nemus & fugit urbes.

Quem ſecutus ego in epiſtola quadam, eademq; reſtringens apud poëtas dixi:

Sylua placet muſis, urbs eſt inimica poëtis.

Idem Flaccus & Baiani ſinus tempore captus, & ſyluas ſuas atque agellum quinque focis habitatum, multis laudibus accumulans, amatiq; ruris aſpectum, inter grauia & inuiſa negotia ſpirans, urbanam profectò damnat ac deſpicit ſtationem, de hoc cum amico, ut ex omnibus his nulli ſit dubium, quid ſentiret. In quodam uerò ſermone ſui domeſtici ocij mentione facta. *Hæc eſt, inquit,*

Vita ſolutorum miſera ambitione grauiq́.

Quam quanti faceret, in epiſtolis expreſsit: *Nec, enim inquit,*

Otia, diuitijs Arabum liberrima muto.

Laudat igitur ſolitudinem, ocium præfert magnis opibus, atque & ocij eius opera extant, & ſolitudinis memoriam locus ſeruat, Campus Horatij dicitur, & tot poſſeſſoribus mutatis, adhuc famoſioris domini nomen tenet. cui quidem hoc in genere uix quempiam aduerſarium inuenire poſſe arbitror: quippè cum ferè nullis hominibus, tàm uel neceſſaria uel amica ſolitudo ſit, præter unum Ouidium Naſonẽ, ſeu qui fortè illum ſequuntur, uel quos ille ſequitur. Ille mihi quidem magni uir ingenij uidetur, ſed laſciui & lubrici & prorſus mulieroſi animi fuiſſe, quem conuentus fœminei delectarent, uſq; adeò, ut in illis fœlicitatis ſuæ apicem ſummamq; reponeret, itaq; amatoriam artem ſcribens, inſanum opus & meritam, niſi fallor, exilij ſui cauſam, non modò urbem Romam ceu matronarũ puellarumq; præfertilem quærendam docet, ab his qui ad illam inſaniam præter naturalem ſtimulum, artis quoq; cuiuſdam calcar adijciũt, ſed loca etiã urbis & feſta diſtinguit, quibus uberior

materia ſit furori, ut ſileam uotum illud infame, & relatu etiam fœdum, ex ore licet deſperati cuiuslibet perditiq́ hominis, quod ſtilo quoque non puduit, ad omnis æui notitiam praeferre, quo ſcilicet in actu uenereo reſolutum, fœlicem diffinire, & in eò ſtatu mortem laudare auſus, in quo maxime turpis & inutilis uita eſt, hanc eandem ſibi à dijs optat læti cauſam, & hoc utiq; ut idem ait, ſibi ſuæq́ uitæ conueniens, in ſe uerò miſerrimum genus mortis, & ipſa proculdubiò peius morte. qui niſi his moribus & hoc animo fuiſſet, & clarius nomen haberet apud graues uiros, & Ponticum illud exilium, atque Iſtri ſolitudines, uel non adijſſet uel æquanimius tolerasſet. ſed ad rigidioris ingenij exemplum tranſeo.

SECTIO. VIII.

De ſolitudine Senecæ Cordubenſis ciuis ac Senatoris Romani. Cap. I.

SEneca ex ciue Cordubēſi, Romanus iam ciuis ac ſenator, & Romæ clarior quàm ſalutis ratio latendiq́ ſecuritas poſtulabat, in quadam tragœdia, cum animi non parua dulcedine ſolitudinem Corſicam recordatur, & illam ocioſi exilij ignominiam, præſenti occupatæ gloriæ, haud immeritò anteponit. lege locū illum, intelliges ex contrariorū collatione, quid tu quoq; præferendum cenſeas. De hoc præterea quid eidem uideretur, ſat conſilium illud Lucillo datum indicat, cuius ſupra memini, in hanc omnino ſententiā tàm præceps, ut mihi etiam cui ſolitudo ſemper placuit, ſolitudinis conſilium non placet. & quanquam uiri huius exitus, in re dubium eſſe non ſinat, habet tamen is, quem dixi locus tragicus, etiam ſtuporē, quod ille, cui deſerta in ſolitudine libertas integra, & imperturbatum philoſophiæ ſtudiū, in urbe autem regia, ne uita quidem ab inclementia hominū ſalua fuerit, caſum ipſe ſuum & ruinam grauem, tanto antè præuiderit literiſquè mandauerit.

De ſolitudine Tullij Ciceronis. Cap. II.

VNum hoc in genere Ciceronem uideo, nō ſat æquo animo ferre ſolitudinem, quod contigiſſe arbitror, nō tàm ideò, quia rem ipſam, quā quia rei cauſam odiſſet, legum ac iuſtitiæ interitum, quod ipſe querelarum ſuarum tenor indicat, accedit quod præter philoſophiam Oratorum maximus, quidq́ nec ipſe diſsimulat, de hac ſtudiorum parte præcipuè gloriam quærens, nuſquā profectò illā, niſi in turbis & magno in populo uidebat. itaque coram Iulio Cæſare, Deiotarū regem defenſurus, quæritur quod intra domeſticos parietes, & non coram P. R. cauſam illam agat. & illud Oratoribus ſingularè & propriū, ut pro magnitudine ingenij magnis urbibus ac populorū frequentia delectentur, ſolitudines execrentur, iudiciorumq́ ſilentium auerſentur atq; oderint, ut ergo minores alij, ſuam quiſq;, ſic Cicero urbem Romā, non ſolum ut ſuam patriā, eo ſibi chariorem, quo in eam conſeruandā atq; ornandā curæ plus ac laboris impēderat, ſed ut patriā ingenio ſuo parem exoptabat, in quo quidē teſte Seneca uterer, qui ſolā Ciceronis uocem uerè uiuam dicere, quanquam id errore ſermonis publici multis attribuatur, ſolum Ciceronis ingenium P. R. imperio par affirmare non timuit, niſi quolibet teſte ueracior, euidentiſsima rerum fides oſtenderet, fuiſſe ut P. R. imperij & gloriæ, ſic Ciceroni ingenij & eloquētiæ monarchiā. Cæterū quid eidē licet inuito Ciceroni, ſolitudo illa contulerit notū eſt, fecit enim magnū de ſummo Oratore philoſophū, ex quo quantum ſtudijs Latinis accreuerit, nemo ſtudio ſus eſt qui neſciat. certè idem de ſe loquens cum dixiſſet. Nam & à Repub. forenſibusq́ negotijs armis impijs uiquè prohibiti, ocium perſequimur, & ob eam cauſam urbe relicta, rura peragrantes, ſæpè ſoli ſumus, quærelam ſuam tali fine ſolatus eſt. Plura enim inquit, breui tempore euerſa, quàm multis annis ſtante Republica ſcripſimus. Equidē nec feſellit, nam quis præclara ocia uiri huius, & ſolitudines glorioſas explicet atque æſtimetē Arpinatem, Cumanam, Pompeianam, Formianam, Tuſculanam, ibi fundauit leges, ibi uallauit Academiam, ibi armauit oratorem, ibi deſcripſit officia, ibi deorum formas, ac naturas pinxit, ibi diuinationem radicem errorum multiplicium conuulſit, ibi bonorum ac malorū fines ſtatuit, ibi ad philoſophiā magnificentiſsime cohortatus eſt, quem librum ad

brum ad uitæ imitationem & ad ſtudium ueri ducem fuiſſe, ſibi tantus fidei noſtræ pugil Auguſtinus, ingenuè profitetur. Poſtremò ne de multis agens, poſt unum amore captus aberraſſe uidear. ibidem mortem ſpernere, dolorem corporis patientia uincere, ægritudinem mœſtitiãq; animi ratione depellere, extirpare morbos & morborũ cauſas, & quod maximè philoſophiam totam, ut uerbo eius utar, illuſtrat, uirtutem ad benè beatéq; uiuendum nullis adminiculis egere, ſed ſeſe eſſe contentam docuit, contra ſententiam maximorum hominum. Et quod alij aridè ieiunéq; garriunt, id ille copioſiſsime florentiſsiméq; diſſeruit, & ut utilitati delectatio & maieſtati rerum, uerborum ſplendor ac dignitas nõ deeſſent. accendit ergo uiri illius ingenium ſolitudo, & quod miraberis odioſa, quid putas factura eſſet optata, aut quantum putas optanda eſt, quæ uel nolentibus tantum prodeſt? quodlibet tamen ipſe ſibi uitæ genus optaret, certè quid Philoſophis ſit optandum, in eo libro quo omnis generis hominum officia explicat, exequitur. Ait enim, multos tranquillitatem appetentes, dimiſsis publicis negocijs, ad ociũ profuiſſe, & in his fuiſſe nobiliſsimos philoſophorum longéq; principes, necnon & quoſdam homines ſeueros & graues, ferre populi mores ac principum non ualentes, quorum aliquos in agris uixiſſe ait ſua re familiari delectatus, atque unum idémq; propoſitum habuiſſe, quod reges, licet non iiſdem artibus, ne cuius rei egentes, ne cui hominum ſubiecti in libertate uiuerent. Deinde collatione facta, & ſi actuoſam uitam Reipub. fructuoſiorem dicat, quod nos in parte etiam non negamus, ocioſam tamen & faciliorem & tutiorem, & minus alijs grauem aut moleſtam confitetur, unde & eam cum omnibus, quibus aliqua iuſta cauſa eſt tum his præcipuè permittit, qui excellunt ingenio & doctrina, quamuis Cicero idem, primo uitæ huius impatiens ut dixi, eandem multis tandem doloribus & in primis amantiſsimæ filiæ morte deiectus optauerit, & ſibi Attico ſuo ſcribens: Nunc inquit, omnia reſpuo, nec quicquam habeo tolerabilius quàm ſolitudinem, & iterum: Mihi, inquit, ſolitudo & receſſus prouincia eſt, ualde urbem fugio, multas ob cauſas. Item: Nec enim eſſe in turba poſſum, & rurſus: Nil hac ſolitudine iucundius, in qua, inquit, careo omnium colloquio, cumq; mane in ſyluam me obſtruſi, denſam & aſperam, non exeo inde ante ueſperum. quod uerbum quotiens lego, ſic aſſentior, ut à meipſo non ab alio dictum putem, ita mihihi ſæpè idem accidit. Demum ut iam Ciceroni ualedicam. idem ipſe mox dulci blandiens amico: Secundum te, ait, nihil eſt mihi amicius ſolitudine. & adiecit. In ea mihi omnis ſermo eſt cum literis, non colligo ſingula, ex his enim uides, ut amator ille urbis & fori, & amara oderit, & literatam ſolitudinem rebus omnibus anteponat.

De ſolitudine Demoſthenis. Cap. III.

QVa in re unanimem cum Cicerone Demoſthenem fuiſſe auguror, & niſi forte aliquam mutandi quoq; conſilij ratio inceſſerit, quod non legi, idem ſenſiſſe illũ, ſemper quod hic noſter aliquando ſenſerit, Nam & profeſsio eadem amborum, & eſt ille leuiculus, quod Cicero idem ait, qui delectaretur illo muliercularum ſuſurro, ut fit à tergo inſibilantium. Hic eſt ille Demoſthenes: & ſi conſtet cum Oratoriam illam uim, quàm in urbibus tàm potenter exercuit, maximè in ſolitudine didiciſſe. De quo Quintilianus inde inquit, Ille tantus amator ſecreti Demoſthenes, in littore, in quo ſe maximo cũ ſono fluctus illideret meditans conſueſcebat. concionũ fremitus non expaueſcere, nec te moueat quod ſuprà dictum eſt, hunc ipſum Demoſthenem locum tacitum atq; undique abditum eligere ſolitum, hic undiſonum patentem qúe, ibi enim ingenium acuebat, hic uocẽ exercebat, utrũq; tamen in ſolitudine faciebat. Diſcebant ſoli quod in populis uenderent, meditabantur in ſyluis, quod in urbibus oſtentarent, excuſabatq; profeſsio, quibus intentio unà eſſet, uel loquendo uel tacendo rem augere, quod de Cicerone non memini, Demoſthenẽ conſtat, quod in noctibus Atticis ſcriptum eſt, pretium quoque ſilentij pepigiſſe, nobis quibus uenale nihil penitus, nihil oſtentui eſſe debet, ſed omnia ad ſalutem uitæq; legem temporalis & æternæ ſpem, in ſolitudine diſcendum eſt, quod reſtat in ſolitudine exercendum, in ſolitudine uiuendum, in ſolitudine moriendum. quod cupio quidem ualdè, & ſi Deus piè nos aſpicit ſpero etiam.

De Anaxagora alijsq; clariſsimis uiris uitam ſolitariam amantibus. Cap. IIII.

VT tamen ab oratoribus diuerſum ſemper ſenſiſſe philoſophos credam, & diuerſitas morum facit, & omnino alius intentionum finis. Illis enim plauſum populi captare animus, horum labor, ni falſa profeſsio eſt, circa notitiam ſui reflectendum ad ſe animum, & circa contemptum inanis gloriæ uerſatur. Nã qualem fuiſſe arbitramur Anaxagoram, uel qualem conſtantia illa abſtinentiaqúe ſua Xenocratem ſeueriſsimum philoſophorum, ut ait Cicero, uel Zenonem Stoicorum patrem, uel laborioſiſsimum ex omnibus Carneadem? cuius exactiſsimam illam ſtudioſæ mentis intentionem, quæ ut legimus diſcumbentem ſæpè ſibi fecit immemorem: an putamus uſq; poſt nonageſimum uitæ annum, tàm fixam tamq; continuam inter tumultus & tædia hominum peruenturam fuiſſe, & non potius in ſolitudine, ubi animum à propoſito nullus auerteret? Mihi quidem haud facilè perſuaderetur, & ſi præter coniecturas nihil habeam, aut horum cuiuſpiam, aut Chryſippi domum, aut dolium Diogenis in plateis urbiũ fuiſſe, cum & illũ ſalutatio hominum, & hunc umbra etiam ſummi regis offenderet, niſi Hieronymus illorum propinquior ætati, habitaſſe Diogenem diceret in portarum ueſtibulis, & porticibus ciuitatum. quod non cuilibet crediturus, ut credam ſibi, & ſua cogit auctoritas, ac uaria & multiplex lectio, tale enim aliquid profectò non ſcriberet, niſi apud idoneum legiſſet auctorem, & de his quidem ſatis eſt dictum. Ipſe autem Solon, cuius inter illos ſeptem Græciæ ſapiẽtes præclariſſimum eſt nomen, & ſi primũ legifer ſuæq; Reipub. dux moderatorq;, ætate tamẽ ultima, ut Timæus indicat Platonis, & alijs ſe ſtudijs dedit, & inter ſolitarios deputãdus eſt, quando & patriam liquit legibus ornatam ſuis, & cupiditate diſcendi ignotas terras adijt, peregrinatione delectatus Aegyptiaca.

SECTIO. IX.

De Iulio atque Auguſto Cęſaribus, qui ſolitudininem optabant & amabant. Cap. I.

QVis'nam uerò mirabitur ſtudioſis hominibus ſolitudines placuiſſe, quæ quod admiratione non uacat, Imperatoribus ac bellorum ducibus placuerunt? tranſeo Iulium Cæſarem, qui licet admodum iuuenis, dum è procellis forenſibus in ocium Rhodium ſecedere decreuiſſet, atque ibi literis operam dare, prohibitus tamen tunc incurſibus pyratarum, & poſtea hinc ciuilium, hinc externorum æſtibus bellorum, implere non potuit quod optabat. Auguſtum Cæſarem, penes quem potentiæ mortalis & humani faſtigij ſumma eſt, & ſi interdum habitantem rure, atque in ſyluis ſpatiari ſolitum inueniam, quia raram tamen, ut auguror, priuati ocij licentiam publici negocij moles dabat, ut ſolitarijs inſeruiſſe non auſim, ſic ſolitariæ uitæ miratoribus, annumerare nõ uerear: huius enim uitæ requiẽ ſempter optauit, quicquid cogitabat, quicquid loquebatur, in ociũ deſinebat, hoc ſolamen præſentium laborum, hæc præteritorũ merces, hæc uenturi temporis ſpes erat. Omnis huic ſtatui collatus diuitiarum honos, omne onus imperij, ſeu graue ſibi aliquid ac uile ſordebat. denique in ſumma omnium quæ fortunatiſsimo homini contingere poſſunt, bonorum copia defeſſus, in ſolo huius uitæ nomine reſpirabat. Cuius rei & ſcriptores aliqui meminère, & quæ in manus meas uenit, quædam eius ad Senatum epiſtola eſt teſtis. quanta cum uoluptate igitur eò peruenturum fuiſſe æſtimamus, quo tàm dulciter oculos mentis intenderat? Nec uerò ſenatum modo per literas orauit, ut ſibi iam tandem uiuere, patiente Republica, priuatamqúe ſenectutem agere, liceret, ſed aliquando etiam præſens Senatu & magiſtratibus domum accitis, rationarium imperij tradidit, ut Tranquillus ait: Siue autem reputans, & ſe priuatũ non ſine periculo fore, & Rempublicam plurimum arbitrio temerè committi, in retinenda perſeuerauit, ut eidem placet hiſtorico, atque ita propriæ ſimul & publicæ ſaluti, modeſtiſsima uota habuit. ſiue ũt

opinari

opinari licet, Senatus ac Populi precibus id tribuit, quorum quod conſtat nemo princi-
pum fuit amantior, ſiue nullis omnino precibus motum, nullo publico priuatoquе metu,
ipſa eum rerum natura turbabat: ab altiſsimo enim fortunæ culmine, cui mũdi dominus
ac rector inſederat, ad illud humile ſubmiſſumque deſiderium præreptus, fortè cogitanti
animo deſcenſus uidebatur, & ut dici ſolet, quædam cerebri uertigo altitudinem tantam
metientis inceſſerat, itaque & deliberans & circunſpiciens hærebat, nec unquam niſi mor
te deſcendit. Quo circa licet ut dictum eſt, inter ſolitarios atq; ocio fruẽtes, nullus huic oc-
cupato magnoque Principi locus eſſet, quia tamen boni huius quanta dulcedo eſt, non a-
lio clarius teſte cognoſcitur, non fuit iſta tractantibus prætermittendus Cæſar. qui cum
omnia dare poſſet, hoc ſibi unum dari optabat, cunque omnibus præeſſet, ſolum hoc ſolio
ſuo altius uidebat.

De Diocletiano atque Antonino Pio uitam ſolitari- am colentibus. Cap. II.

AT quod Auguſtus optauerat, Diocletianus impleuit, ille qui primus ex noſtris im-
peratoribus adorari ſe ut Deũ iuſſerat. quiq; calciamentis ac ueſtibus inſerens mar-
garitas, & onuſtus gemmis incedens, habitum Cæſareum ex Romano atque humano,
Perſicum ſeu diuinum feciſſe uidebatur, qui captiuis inſignibus antè currum actis, præla-
taq; Parthorum præda, paulo antè triumpharat, poſtquam frementis aulæ pretioſæq; ſarci
næ, ac ſatellitum aciei, & ſeruitutis publicæ pertæſum eſt, mutauit repente animum, ut ſo-
lus & pauper & liber eſſe concupiſceret, interque fluctus imperialium curarum, in por
tum uitæ humilioris, quaſi gubernator nudus è magno naufragio enataret. Et miramur
Cœleſtinum, cum tamen, quod propter uitã æternam ſanctus ille uir fecit, tantus ille pec-
cator propter breuiſsimas & incertas ſenectutis reliquias, iam feciſſet. qui quietis extremæ
deſiderio priuatæ fortunæ redditus, non ſibi mutatæ ſedẽ uitæ Romam ſtatuit, ne quis no-
uam requiẽ dimiſsi funus aut odor imperij turbaret, ſed antequàm patriam Salonas Dal-
matiæ repetijt, illic quoque non intra, ſed propè muros patrios, in uilla propria moriens,
quam idipſum præcogitans fortè cõſtruxerat, ut multum tranquillitatis ſenio additum, ſic
ſupremis honoribus nil detractum, per ſolitariam atque humilem uitam ſenſit, ſolũ omni-
um priuatus Eutropio atque Euſebio teſtibus, relatus in numerum deorum. Sanè quod
poſt imperium Diocletianus fecit, id antè imperium Antoninus Pius fecerat, quem Iuli-
us Capitolinus hiſtoricus, omni priuata uitã in agris frequentiſsimè uixiſſe, clarumque lo-
cis omnibus fuiſſe commemorat.

De ſolitudine Numæ Pompilij ſecundi Regis Romani. Cap. III.

SEd nimium propero, retrocedendum eſt, omitto autem Quintios, Curios, Fabricios,
Serranos, aliosq; quorum magna pars uitæ in agris acta eſt, hanc ego uitam iam inde
ab initio, & ante initium Romanæ Reip. prudentiſsimo ac optime regum placuiſſe mon-
ſtrabo. Numa Pompilius illius ordinis, ſi attẽdas numerum ſecundus, ſi iuſtitiam primus,
peregrinus, inſperatum ad imperium accitus, cum ad ciuilium ac ſacrarum curam legum
totum intendiſſet animum, ut ardentem & ferocia primi regis imbutũ populum ingenio
regeret leniretq;, pro re ſæpe ſolitarium & opacum locum, quem his oculis ipſe conſpexi,
quindecim aut non multo amplius milibus paſſuum, ab urbe diſtantem, fertur petere ſoli-
tus. Eſt illi Aricino ſub colle cauus & umbroſus lapis, unde perpetuus ſons emanat, circũ
migrantibus illicibus, denſum nemus altumq; ſilentium. Ibi ergo leges hominum, acceri
monias deorum, rex ea tempeſtate doctiſsimus inuenire, ſeu alibi forſan inuentis auctorita
tem dare, artem fecerat. Ibi diu tacitus ſolus ſedens, atq; inde poſt lõgum tempus, ſolus ac
meditabundus egrediens, ſcriptas leges efferebat, quibus adhuc rudis & inſolens, ſed mox
futurus dominator gentium populus teneretur, quamuis ut nouos & indomitos animos
religionis laqueo quodam, & freno metus obſtringeret, imitatus, ut aiunt Minois Creten

ſui regis exemplū, & calidiſsimo cōmento, nocturnis ſe Deorum congreſsibus alloquio- quie frui, ſimulās, cōſilio fidē quæreret. Quā fictionē, unà cū ſacris à ſe repertis, in morte dānauit, libris Græcis Latiniſq; editis, per eos utriuſq; linguæ doctoribus, ut poterat indicaret, ſe pro tempore ad auxiliū ueri, uel patrocinio falſitatis uſum eſſe. Cū uerò iā fundamētis ſuis, legū à ſe latarū auctoritas ſtaret, non placere, ut populus ſuperuacuis implicaretur erroribus, licet neſcio, an quia libros ueræ religionis aduerſus crederet, quā facto cauſam prætendiſſe dicit, ad id q; pronior ſum, quæſito colore, hoc uerè autē, ne populus metu liber, iugum nobilita- tis excuteret, multis poſt ſeculis iuxta ſepulchrum regis inuentos libros exurendos prætor Romanus Senatu conſentiente decreuerit. quanta uel uanitate uel impietate prætereo, illud cum nunc innotuiſſe ſenectutis ſuffecerit, multarum optimarum rerum ſolitudinem fon- tem eſſe, ex qua Romanarum quoque legum fluxêre primordia.

De Romulo, Achille atq; Hercule, qui ſolitu- dinem diligebant. Cap. IIII.

ARdentior atq; acrior ſucceſſore ſuo Romulus, & ipſe tamē in ſyluis inq; paſtorali ca ſa tātis aſſuefecit animū rebus, ut ſummi imperij fundamento, nō niſi ſolitarius Ar- chitector idoneus haberetur. cogitatū arduū, ſolitudo omniū aſperrima, Reginæ urbium & matriam & nomen & aream præbuit & auctorem. Achillem in ſolitudine didiciſſe le- gimus, quod eum mox & urbibus Aſiæ terribilem & Græciæ clarum fecit. Ipſe Hercu- les in ſolitudine ſanum illud conſilium uitæ cepit, cuius libro priore mentionem feci, quan- do uelut in biuio diù multumque hæſitans, ad poſtremum ſpreta uoluptatis uia, ſemitā uir- tutis arripuit, quam indefeſsè gradiens, non ad humanæ modò gloriæ uerticem, ſed ad opi- nionem diuinitatis euectus eſt, quamlibet altè lateq; ramos porrigat uiri fama, ſi radicem quæras, ad ſolitudinem erit animo recurrendum.

De ſcipionibus ſingularibus ſolitudinis amatoribus. Cap. V.

DVos aūt illos longe ducum maximos ubi dimittimus Africanos, uerè duo fulmina belli, ut Maro ait, quod à quibuſdam de alijs intellectum miror. quorū primus ex quo ui- rilem togā ſumpſit, ut eſt apud Liuiū, nullo die prius ullam publicā priuatāq; rē egit, quàm in Ca pitolium iret, ingreſſusq; ædē cōſederet, & plerūq; tēpus in ſecretū ſibi terreret. hic mos per omnē uitā ſeruabatur, ita uir ille unicus, neq; Græcorū fabulis ac ſuperſtitionibus, ſed Roma nis iudicijs celebratus, & ipſe quoq; uirtutis admiratione diuinæ ſtirpis opinionē cōſecu- tus, principia gerendarū rerū à religione poſcebat, religioni ſedē optimā ſolitudinē depu- tabat. Inde quicquid id eſſet aggredi cōſuetus, pluſquā humana fiducia, & proſperrimos ſibi ac ſuis ceptorū exitus polliceri, ita ut nunquam falleret. Cæterū ne tàm iunctos, & tàm pa- res ſeparem, hos eoſdē duos, ſuis quiq; temporibus, ut uirtutis ſic ſolitudinis amatores fu- iſſe nota res eſt: & poſt ſudores bellicos, poſt uictorias, poſt triūphos uel Liternū, uel For- mias, uel Caietam ſolitos cōmigrare, ibiq; cū ſingulis amicis ſolos cōquieſcere. O præclarū ſpectaculū, quodq; omniū regū pōpas & ſceptra tranſcenderet, cernere tales uiros, ſerua- tores Reipub. liberatores ciuiū, defenſores Italiæ, domitores gentiū, fœliciter rebus geſtis, dimiſſo in libertate & lætitia populo uictore, relictis Romæ ſtipatoribus laterū ſuorum, de- poſito habitu triumphali, ac purpura pcupidè reſtitutis inſignibus dignitatū, ſolos, ocioſos & humi- lium neſcios curarū, per colles & littora uagari, & ſæpè cōchulas littoreoſque lapillos interle- gere uarios, candidulos ac nigellos. deniq; quod uerecundè admodū reuerenterque ſcriptū apud Ciceronē uideo, incredibiliter repuераſcere ſolitos, cū rus ab urbe, tanquā è uinculis euolaſſent. Sed illā profectò ſolitudinem, cogitationes pulcherrimæ ſequebantur, & in illo ocio ſemper grande aliquid gerebatur. Itaq; Cicero ipſe, ubi ſuam luget, ibidem Africani ſuperioris ſolitudinem admiratur, uocemq; illius, ut ipſe ait, magnificam, & magno ac ſa- piente uiro dignam ponit. Catone coætaneo illius atque æmulo teſtefretus, Nunquam ſe minus ocioſum quàm cum ocioſus, nec minus ſolum quàm cum ſolus eſſet. Cuius rei glo riam Ambroſius, mirum dictù, conciuique ſuo tentat eripere, nec ubi unquam Romanū genus ciuilibus bellis uacet, ipſis in libris pugnant. Ecce enim Cicero officiorum tertio,

hanc Africano laudem tribuit, Ambroſius in officijs ſuis, ubi cum in multis, tũ in nomine ac numero librorum Ciceronem ſequitur, ut apertè obuiet eodem libro, eodemq; libri parte, hoc eſt in ipſo principio libri tertij, eam laudem Scipioni Africano ereptam, ad prophetas domini Moyſen & Heliam atq; Heliſeum, operoſa nititur diſputatione transferre, quos fuiſſe uelut ante Africanũ diù, & in ocio negotioſos, & in ſolitudine comitatos. non obluctor Ambroſio, nam & uera loqui illum ſcio, & ſi neſcirem, multo ille potentius quàm Ciceronẽ, Plato ipſa auctoritate me frangeret. magna eſt enim apud me, nec immeritò eius auctoritas, cuius ore loqui ſpiritũ ſanctum credo. Quomodo ego Moyſen unquam fuiſſe ſolum ſuſpicari auſim, qui non ipſe ſecum tantùm, quod ipſum ſapientis doctiq; uiri eſt, ſed cum quo Deus facie ad faciem loquebatur, quaſi amicus cum amico? quomodo ocioſum, qui tacitus & inermis ſedens & clamabat ad Dominum, & uſque in cœlum audiebatur, alteriusqúe uix auxilio feſſas manus attollens, unus tot præualidas manus hoſtium uincebat, quod ſine eo armatæ non poterat legiones? Quomodo ſolum putem Heliam, cum quo Deus itidem & angeli loquebantur? aut quomodo ocioſum, qui pluuiæ imperat, & mulieri hoſpitæ famis interitum metuenti, indeficientem farinæ hydriam, & inexhauſtum olei uaſculum uerbo facit, ingentiqúe niſu fidei defunctum illi filium uiuum reddit? quomodo ſolum dicam diſcipulum eius Heliſeum, qui pauenti hoſtem puero miniſtro inuiſibiles, alijs auxiliares currus & equos, atque acies oſtendis angelicas? quomodo ocioſum, qui filium hoſpitæ Sunamitis ex marito ſene pollicitus & dedit & reddidit, natum ſcilicet, & primis annis extinctum ſuſcitans, ut puer unus propheticæ uel fidei uel potentiæ argumentum eſſet? quid magni autem ſi uiuens ſuſcitat, qui ſolo contactu ſacri corporis mortuus, mortuos ſuſcitaſſe noſcitur? quis præterea hunc æſtimet ocioſum, qui in ipſo ſedens ocio, conatus omnes abſentium, & cogitatus atq; conſilia hoſtium, quaſi præſens nouerat, ſuis cuncta denuncians? quo cognito, iuſſu regis Syriæ toto circumuallatus exercitu, legiones obſidentium, ſe linguæ ſolius imperio, in cæcitatem captiuitatemqúe perductas, uerbo etiam liberauit. imperioſi ocij ſunt hæc, & ſolitudinis præpotentis. Sed ſit ſanè penes prophetas antiquior rerum gloria, quos uel ætate uel merito primos conſtat, an ideò minor Africani laus eſt, quod eum aliquis eodem in genere laudis anteceſſerit, præſertim cũ ut mihi certus uideor, nulla prorſus interueniente notitia, omnis ceſſet imitatio, quam de rebus humanis laudum famæqúe particulam deliberare atque decerpere ſolitam, non nego, profectò autem quiſquis in partem rerum uenerit, dictum illud unde poſt tãtùm interuallum, ad hoc prophetarum nomina reddi, quod ipſe mihi non neget Ambroſius, unius eſt primum ac proprium Africani.

Ex ſententia Africani declarat de quali ſolitudine quoúe ocio uelit intelligi. Cap. VI.

CVius dicti ſententia. quid tot uelim uerbis admonet, uolo ſolitudinem non ſolam, ocium, non iners nec inutile, ſed quod è ſolitudine proſit multis. q enim ocioſi, prſus, languidi & ſegnes & ſoli ſunt, eos mœſtos ſemper miſerosqúe conſentio, quibus nec honeſti actus exercitium, nec nobilium ſtudiorum illuſtriumqúe nominum poſsit eſſe commercium. Hæc igitur ſumma eſt, admitto ad ocium, non hæc uento mobiliora, ſed manſura negotia, quorum finis eſt non labor, non quæſtus & dedecus, ſed delectatio & uirtus & gloria. corpori nõ animo ferias indico, ueto in ocio ingenium quieſcere, niſi ut aſſurgat & intermiſsione fœcundius fiat. Solet enim ut aruis, ſic ingenijs intermiſsio prodeſſe, rurſus & generoſas curas in ſolitudinem non tantùm recipio, ſed arceſſo, quarum comitatu nullus omnino facilior, nullus amœnior fingi poteſt, & ſine quo miſera uita eſt, æquè uel in urbibus uel in ſyluis. Libros præterea diuerſi generis, & ſimul per quos aut de quibus ſcripti ſunt comites gratos & aſsiduos, & promptos, uel in publicum prodire uel ad arculam redire, cum iuſſeris paratosqúe ſemper uel tacere uel loqui, & eſſe domi, & communicari in nemora, & peregrinari, & ruſticari, & confabulari, & iocari, & hortari, & ſolare & monere, & arguere & cõſulere, & docere ſecreta rerũ, monimenta geſtorum, uitæ

regulam

regulam mortisq́ue contemptum, modeſtiam in proſperis, fortitudinem in aduerſis, æquabilitatem in actionibus atque conſtantiam. Comites lætos, doctos humiles ac facundos, ſine tædio, ſine impendio, ſine querela, ſine murmure, ſine inuidia, ſine dolo. inter quæ tot cõmoda, nullo cibo interim, nullo potu & ueſte inopi & anguſta domus parte cõtentos, cũ ipſi potius hoſtibus ſuis inæſtimabiles animi diuitias, amplas domus, fulgidas ueſtes, genus, de quo & iocũda conuiuia ac ſuauiſsimos cibos parent. Admitto & in ſolitudinẽ amicos, dulce genus, de quo multa præmiſimus, ſine quibus truncam ac debilitatam uitam, & quaſi luminibus captã puto. Quotiensq́ꝫ ſub noctẽ, ut aſſolet, fores noſtras amica manus impulit:

Ac mihi ſeu longum poſt tempus uenerit hoſpes.
Siue operum uacuo gratus conuiua per imbrem

(quos mihi uerſiculos è profunda grati conuictus experientia, & ex ipſo naturæ gremio uidetur Flaccus elicuiſſe) quotiens ergo tali aliquid & mihi accidit hoſpes, ſed poſt longũ tempus gratus conuiua, ſed uacuo operum, ne me fortè uel frequentibus conuiuijs, uel impedimentis operum delectari credas, tunc ego non alium inueniſſe, ſed meipſum, quodãmodo geminatum cenſeo. Non penitus duo ſunt quorum unus eſt animus, nouit amor è duobus unum facere, alioquin impoſsibilem rem iuberet Pythagoras, ut in amicitia ſcilicet unus fiat ex pluribus. Quod cum ita ſit, ſequitur ut quiſquis unius. idem & duorum capax amicorum locus ſit. nulla igitur ſolitudo tàm profunda, nulla tàm parua domus, nullum tàm obſtruſum limen, ut non pateat amico.

SECTIO X.

Tàm ob uirtutes eius ad quem ſcribit, quàm ob comites quos illi ad ſolitariæ uitæ ſolatium ſors dedit, ad ſolitudinem ſuadens. Cap. I.

Tibi Pater ſi teipſum, ſi tua bona noueris, nihil deeſt quod gratam ſolitudinem, & dulcem tecum poſsit efficere. adeſt animus bonus, & adeò benè inſtitutus ætate, non negligenter excultus, multarumq́ꝫ artium ac rerum notitia inſtructus, animus humanorũ actuum dux ac rector, totiusq́ꝫ uitæ noſtræ gubernaculum tenens, ut iam tali gubernatione, nauigatio niſi fœlix eſſe nõ debeat: uiros claros & inſignes qui fuerunt noſti (uellẽ dicere poſſe q ſunt, ſed ut res eunt uides, ſi q tamẽ uſpiam ſuperſunt, haud ignoti nunc etiã ſunt tibi) cum quibus nõ potes aliter animo uerſare, q̃d genus, tibi non maria nec mõtes eripiẽt, cũ qbus potes & corpore. Abundas pluribus fortaſsè, quanq̃ huiuſcemodi rei nunq̃ magna copia fuit, nunc inopia ſumma eſt, ſed unum nomen honoris cauſa, huic loco inſerendum credidi: eorum quos tibi ad ſolitariæ uitæ ſolatium ſors dedit, Pontius Samſonis eſt, quod à te ſecundum ornamentum habet eccleſia tua, de hoc enim, ut quem à prima ætate familiariſsimè cognitum, nunc quoque certius noſſe mihi uidear, fidentius loquar. Huic ego non temerè, ſed è re natum Samſonis cognomen obtigiſſe crediderim, quod quantus Hæbreus ille corporeis, tantus iſte ſit animi uiribus, humanitate, prudentia: ad hæc, & literarum non mediocri notitia, eaq́ue morum ſuauitate, quæ facilè ſi quid habet ſolitudo aſperum lenire queat, illum ut facis, tota mente complectere, illum in ocij ſolitarij partem uoca. niſi enim fallor augurio, ſequetur uolens & feſſus urbanarum rerum, fugam urbium non horrebit. Sed ô ubi Socratem noſtrum linquo? fallor ne? hunc linquo equidem, nam cum reliqui comites, ille pars noſtri eſt, itaque cum cæteri euocandi ſint, hunc nobis inſeparabilem amor præſtat. Noſti hominem, quem & ſtabilis amicitiæ fides, charum & Muſarum multa familiaritas clarum facit: cum quo ita gaudium uitæq́ue iucunditas aderit, ut conſilium non abſit, ita ut uis ingenij uigorq́ue animi, ut qui his nonnunquam iungi ſolet, mœſtitiæ nulla nubes interueniat, ſed ea ſemper lætæ frontis uniformitas, quã in Socrate illo ſene & mirari ſolemus & laudare, in hoc & conſpicimus & amamus. Proinde nec noſtrum ſileo Guidonẽ, cuius animo nihil eſt purius, nihilq́ꝫ candidius, nihil ingenio

acrius,nihil iuditio grauius,nihil conuerſatione ſuauius.qui non Septimus ut cognomen
eius ſpondet,ſed quintus acceſſerit,non intelligo quid hoc dulcius comitatu, quanquam
nec alij quidem deſint,& uoto pares & ſtudio,niſi illos nobis aut ſtatus imparitas,aut om
nino difficultas quædam,& inenodabilis humanarum rerum perplexitas inuideret.ſed et
hi ſatis multi ſunt,& illis animo frui,nec ipſa uetuerit fortuna.hi igitur tales uiri aderũt, ut
neque ualitudo aſpera,neq; urgens occupatio,neq; commigrandi incidens neceſsitas, ita
nos diſtrahat,quin unus noſtrum aſsiduè tecum ſit.& quid ſingula enumerem? Nihil de-
erit omnium uoluntas,una non deſit.aſſunt quidẽ minimè graues, ſed agiles expeditæq; di
uitiæ,ſiue ut aliter idem dicam,adeſt paupertas non mœſta nec ſordida,ſed honeſta & læ-
ta,& ſi uerum fateri uolumus,multis inuidioſa.Adeſt librorum bona copia,legendi dulcis
ardor,intelligendi memorandiq; facultas data cœlitus,& ſtudio aucta peruigili. quod ſe-
quitur ſiluiſſem(ſic enim pudor hortabat̃,ni ſcirem pro utentis affectu pretium rebus ac-
cedere)& ipſe igitur adero,& mea quam diligis,nunquã aberit papyrus,noui aliquid affe
rens indies,cuius æſtimationem,tu mihi fateor antè alios inexplebili illo tuo legendi deſi-
derio geminaſſes,niſi quod à principio dixeram,& uetus eſt uerbũ. Iuditio fauor officе-
ret.Repeto enim quotiens illam,ne dicam alijs,ſed certè Platonicis ac Ciceronianis codi-
cibus prætuliſti,dum tibi Bibliothecæ meæ limen ingreſſo(quod ſæpè non ut Epiſcopus,
ſed ut amicus facis)legendiqúe auido,quæ nunquam in te ſitis extinguitur. ego diuina il-
la opera cœleſtium ingeniorum obtuliſſem,tu autẽ manu obiecta,frontem auertens, tan-
tùm noſtra depoſceres.in quo,ne quid tuum ratione careat,inclinaſſe te potuit,uel ueterum
perfecta cognitio,repetitæ lectionis iam non egens,uel hinc noſtrorũ amor,hinc nouitas,
& ſi enim in ſcriptis uetuſtatis auctoritas maior,& illud Flacci uerũ ſit, quod meliora dies ut
uina poëmata reddit,habet tamen & nouitas gratiam ſuam,& fortè iuuat experiri quan-
tum uiuendo profecerim.nil enim impigrius,nil experientius eſt amante,qu'cquid autem
cauſæ eſt, tuũ fateor,hũc ardorẽ ipſe coràm ſæpè miratus ſum,ſæpè abſens Villici mei uer
bis agnoui,qui aſsiduè redeuntem his me lamentis aggreditur? Cur neſcio quam papy-
rum,quam tu hanc inuiſeris domum ſolam petere ſoleas,abſtulerim. Rideo & miror uel
Patris affectionem,uel cuſtodis fidem,uel uillici puritatem.itaque aliquãdo abiens, & cũ
ſene meo ludens,papyrum illi uacuam dedi,quaſi illa eſſet quam quæſiſſes:quo facto ſe il-
luſum,reuertenti iterum grauiter quæſtus,totaq; demum res in iocos & in riſum desijt.

De ijs quæ ſolitarius debeat ſemper deſiderare,& de loco habitationis eiuſdem. Cap. 11.

SEd redeo ad ordinem. Adeſt ergo tibi præterea ſine quo uita,ne dicam fœlix; ſed ne
uita quidem eſt,malarum rerum naturale odium & bonarum amor, uirtutum cultus,
bonæ famæ pulchra cupiditas,honeſti ſtudium,contemptus ſuperuacui. quod ſi unum è
ſolitariæ uitæ fundamentis dixero,uerum dixiſſe me dicam.adeſt corpus laboribus obeun
dis idoneum,nondum fragile,iam maturum.adeſt ætas adhuc uirens, ſed iam adoleſcen-
tiæ malis explicita, quæ optima uitæ pars, nec expers actuum,nec conſilij inops eſt, &
ad magnas res audendas aggrediendasqúe ſuffi iens. adeſt denique patria, ubi ciuis ac
præſul hinc amoris in populo, hinc reuerentiæ arcem tenes. illud tibi natura præſtat,
hoc dignitas, utrunque uirtus ac meritum. Eam quoque ſortitus es patriam, quam
licet Epiſcopatus tuus,ciuitatis appellatione nobilitet,ea tamen præter uetuſtatem & no-
men,de ciuitate nihil habet,non luxum,non frequentiam,non tumultum,ſingula ad eam
uitam,de qua loquor aptiſsima:cuius ego ſi ritè computo,annis circiter quinquaginta an
te domini aduentũ,Iulio Cæſare Britanniã oppugnãte,in autenticis ſcriptis,inter antiquas
iã tũc urbes,memoriã inuenio.aſpectus loci talis eſt,ut nõ inelegãter idẽ ipſe Socrates no-
ſter,quotiens illic ad te uiſendũ cõuenimus,dicere ſoleat.En ciuitas illa parua quidem ſed
honeſta, quã ſimilẽ Abagarus rex IESV Saluatori obtuliſſe legit̃ in Eccleſiaſticis hiſto
rijs.Illius in medio tibi ſolitudinẽ facere ſi uelis potes,nõ eges ad hanc rem peregrinatione
longinqua, ad quam multi eorum confugerunt,quos ſuprà commemoraui,ea locorum

condicio eſt, ut in patria tua, inquè tuorum gremio ſolitarius eſſe poſsis, haud ſpernenda quidem opportunitas, domi habes, quod multi trans maria quæſiere. Sin autem tibi nidus tus ſordet, aut quid fortè liberius petis, euolare licet in propinquum ramum, & ſupra uicinum fontem amœniſsima et quietiſsima ſtatione conſiſtere: adeſt tibi tuus Sorgia rex fontium, ad cuius tibi murmur hæc ſcribo, adeſt liberrimum gratiſsimumquè perfugium Clauſæ uallis (ſic enim uocant incolæ) ſic uocari uoluit natura, quando illam circunductis collibus abdidit extra omne iter, omnemquè concurſum, uideriquè niſi ab incolis non permiſit. hic tu quoque, quod rarum, & liber & dominus & præſul & ſolitarius eſſe potes. Poteris'ne tuum locum locum ſpernere, qui aduenis & reuerentiam iniicit & ſtuporem? ſiquis ſpecus, inquit Seneca, ſaxis penitus exeſis montem ſuſpenderit, nō manufactis ſed naturalibus cauſis in tantam laxitatem excauatus, animum tuum quadam religionis ſuſpitione percutiet. ſi hoc uerum eſt, ubi quæſo religioſior uſquam ſpecus? & ſi quod ſequitur eſt uerum. Magnorum enim, inquit, fluminum capita ueneramur. ubi maior ueneratio? flumina quidem maiora, longæ uix ſpatio & congeſtu aquarum multarum nouimus, fontem nullum. rurſus ſi tertium eſt uerum, Subita, inquit, ex abdito uaſti amnis eruptio aras habet: ubi, oro, dignius aræ fuerint? Quas ego iampridem CHRISTVM teſtor, ſi qua uoto facultas affulſerit, illic in hortulo meo, qui fontibus imminet, ac rupibus ſubiacet erigere meditor, non Nymphis, ut Seneca ſentiebat, neque ullis fontium fluminumquè numinibus, ſed Mariæ, cuius partus ineffabilis & fœcunda uirginitas, omnesquè Deorum aras ac templa ſubuertit. aderit ipſa fortaſsis, ut quod diù iam, & niſi fallor piè cupio, aliquando perficiam. nūc cœptum ſequor. Poteris'ne igitur tuum locum ſpernere, quem alienigenæ uenerantur? locum libertati & quieti, & ocio & ſcientiæ & uirtuti, ac ne in ſingulis immorer, ad ſummam, omnibus quibus ſtudes amiciſsimum locum, ut cætera ſileam, tanto olim & tibi iam culto habitatore dignatum. Scis quod Veranus tuus CHRISTI confeſſor eximius, qui ſedem tuam nunc ſolito duriorem, neſcio quotus ante te tenuit, quærens locum pacis, hic demum ſubſtitit, pulſoquè hinc dracone terribili, ſanctam ac ſolitariam uitam his duxit in locis: cuius nomē, inter famoſæ ſolitudinis amicos, non p̄teritū ſed dilatum eſt, ut in extremo poſitū, tenacius hæreret memoriæ, nō tā tuæ (unde illud auelli cōmemoratio quotidiana nō ſinit, & p̄ſens ſemper phanū ſub oculis, fidei tuæ teſtis, in quo pretioſis ſancti uiri reliquijs exornandis omne tuum ſtudium, omnes opes, ut dici ſolet, uentre fraudato, omne deniq; quod tibi uſquam erat argentum atq; aurum, uirū optimè contuliſti) quàm cæterorum, qui fortaſsis hæc legent. Hic equidem habitauit ille dū uixit, priuſquā ad ſtatum curæ Pontificalis, inuitum ſpectata uirtus attolleret: hic uelut in terra hoſtili, ſed à ſe perdomita ac pacata, & cultui hominū acquiſita, CHRISTO cuius auſpicijs ſignoq; uicerat, tropheum erexit, titulo Virginis Genitricis inſigne, templū exiguum, ſed decorū & ualidum hunc ipſe montem peruium fecit, & hanc montanam præduramq; ſilicem perforauit, ſuis, ut aiūnt, manibus, opus feruoris atq; ocij ingentis. hac in ripa cellam habuit, CHRISTO diues, atq; hortulo contentus & flumine. poſtremò procul hinc moriens, huc referri, atq; hic ſepeliri uoluit, ut noſti, tàm claro ſtupēdoq; miraculo, ut quod olim in tranſitu maris rubri, uiuentis Moyſi uirga potuerat, hoc ſi qua fides, in tranſitu fluminum, Verani pallium poſſet extincti. Hæc hactenus: nam de reliquis ruris tui laudibus multa dici poſſunt, ſed & multa ſæpè diximus, & hodierno colloquio dandus eſt finis.

Quod qui Deo ſeruire uelit, ſiue artibus bonis ingenium excolere, ſiue aliquid aliud boni facere, fugiat ne dum opem ferre alijs uideatur, ipſe obruatur. & quod in alio reprehendat, ipſe ne committat. Cap. III.

Siue itaque Deo ſeruire uolumus, quæ una libertas eſt atque una fœlicitas, ſiue artibus bonis ingenium excolere, qui proximus egregius labor eſt, ſiue aliquid meditando & ſcribendo noſtri memoriam poſteris relinquere, atq; ita dierum fugam ſiſtere, & hoc bre-

uiſsimum quidem uitæ tempus extendere, ſiue ſimul hæc omnia præſtare propoſitum eſt nobis, fugiamus oro, iam tandem, & id quantulũcunq; quod ſupereſt in ſolitudine tranſigamus, omni ſtudio cauentes, ne dum opem ferre naufragis uidemur, ipſi rerum humanarum fluctibus obruamur, rerum humanarum ſcopulis allidamur. deniq; quod probamus id agamus, ne qui morbus eſt publicus, quodq; in alijs ſæpè reprehendimus, committamus, & iudicia ſermonesq; noſtri ab actionibus diſcrepent.

Quod non debeamus amplas opes expetere, non enim adiuuant ſed impediunt. Cap. IIII.

NEmo uerò nos fallat, nemo nobis perſuadeat in hoc amplas opes experendas, nõ adiuuant ſed impediunt, premuntq; non ſubleuant. ad hanc uitam aſcenſus eſt, nemo in altum aſcenſurus, ſuperuacuis ſponte ponderibus, aut laqueis implicatur. nihil auro grauius, nihilq; tenacius, id niſi quoad neceſsitati ſubuenit, nec optandũ nec amandũ quidẽ. ubi enim auaritiæ obſequitẽ, nihil eſt q ferentem magis incuruet ac deijciat & in terrã cogat, neq; id mirũ, ſi à terra ortũ ad eandem ſuo pondere, fertur. Nõ conuenit animam cœleſtis originis, terreſtrium cauernularum ſarcinis obrui, fecibus inquinari. præfert quidem ſplendorẽ & lenitatẽ ſenſibus illudentẽ animo, aut affert tenebras & ſpinas, & tribulos curarũ triſtiũ ac pungentium, & quo purgatius uidetẽ, eò abditis malis infectius eſt. nunquã ſolæ ueniũt diuitiæ, multa & uaria mala ſecũ uehunt, & innumeros labores cauſasq; diſcriminũ. ſi mihi non ſatis eſt fidei, quære ab his quos fœlices uocant, & adiura ut ueri nihil occultent, inuenies eorũ uitam ſupplicijs plenam ſuis, ut quam mirabaris, exhorreas aut cõtemnas, & intelligas huic uitæ ad quam te hortor, magnas diuitias nil prodeſſe, ſæpè autem obeſſe quàmplurimum, ut nedum non tanto ſtudio conquirendæ ſint, ſed abijciendæ, potiùs ſi ultrò adeſſent, donec ad eum quem natura & uirtus ſtatuunt modum, more naturarum graui tempeſtate laborantium, iactu damnoq; rerum ſalua puppe, peruentum eſſet. Mira res nunc animum ſubit, ut te Pater meq; tecum rogem & obteſter, ut unius pueri conſilium, uni datum ſeni, duobus eſſe utile patiamur. Is puer Alcibiades fuit, poſtea uir & forma notus & ingenio, alternantiſq; fortunæ clariſsimum exemplum: huic auunculus Pericles fuit, uir & ipſe raris annumerandus, inprimis eloquio potens, & cui ad magnum imperium fuerat lingua pro gladio. Ad hunc ergo cum puer Alcibiades ex more ueniens, ſenem ſolito triſtiorem offendiſſet, motus quod non ſolitis fortè blanditijs exceptus eſſet, perconatus fertur, q̃ cauſa triſtitiæ, ſeu quid incidiſſet noui, & cum ſenex puerili reor ingenio delectatus, ueram rei cauſam non cælaſſet, dixiſſetq;, Se immenſam pecuniam expendiſſe, in uſus Reip. cuius impenſe rationem qualiter redderet non poſſet, apud ſe cogitando reperire. tum puer ſupra ætatem. Tu uerò, inquit, cogita potius, qualiter non reddas. callidum nempè conſilium, uel ſi à ſene datum eſſet, magnumq; & euidẽs plenum præſagium ætatis, quo fretus auunculus, concitatoq; externo bello, ciuilem difficultatem reddendæ rationis euaſit. Sed ad conſilium reuertor, in quo laudare ſoleo non facti iniuſtitiam, ſed acumen ingenij, & celeritatem, hoc eſt illud pueri ſenile cõſilium, quod in uſus noſtros uertere moneo, ſed in alios terminos ante uerſum. Ecce enim uenient, qui uiam nobis ad magnas diuitias oſtendant, quod nihil eſt aliud quàm auaritiam docere, peſtilens ſanè ſchola, & operoſa admodum difficiliſq; doctrina, multo uigiliarum ac laborum impendio diſcenda, & uel effectu caritura, uel nocitura ſucceſsibus. in his cogitationibus occupato animo dicamus, Cogita potiùs, qualiter iſta non cupias. ea enim utilior & certè facilior ars eſt, ad quam ſi adhuc lentus & indocilis eſt animus, additis urgendus eſt ſtimulis. oſtendamus ei præter mala diuitiarum, de quibus & à nobis modò aliquid, & multa quotidie dicuntur à multis, eſſe autem hanc in manibus noſtris, illam alteram in arbitrio fortunæ. ſpernere opes poteſt quiſque, conſequi non ita, ſcitumque eſt illud amici: Quare, inquit, potius à fortuna impetrem ut det, quam à me ne petam? itaq; rem difficilem & euentus ambigui, puto præſtat intentatam linquere, q̃ & ſi certè utilis foret, eſſet tamen intempeſtiua & ſera. ecce enim ſudabimus, anhela-

anhelabimus, torquebimur, ne deſint uitæ breuis ac fragilis alimenta, q̃ ut dixi, iampridem cumulatè & uſque ad inuidiam ac delitias aſſunt. Verum eſto, deſit aliquid. Quis eſt enim Regum, cui non aliquid deſit? hic magno niſu aſſurgendum dicet aliquis, ut omnem prorſus indigentiam futuri dijs ſimiles, propellamus, quæ nunc penitus pelli poteſt, & ad tempus pulſa redit acrior.

Quod anxia uita, quæ in craſtinum prominens non eſt uita, ſed uitæ meditatio. & quod auaritia ſit uincenda, & iter ad ueras diuitias condiſcenda. Cap. V.

CIcero quidem ad germanum ſcribens, Quod me, inquit, ſicut ſæpè antea cohortaris, ad ambitionem & laborem, faciam equidem, ſed quando uiuemus. ò breuis quæſtio: ſed efficax. hinc uerò quiſquis erit hortatori noſtro, aptè ne ſatis & grauius reſponderi poteſt, Placet amice quod ſuggeris, ſi modo poſsibile eſt: ſed quando uiuere incipiemus. Oro te quos ſcilicet non modò uiuere, ſed uixiſſe iam deceat. Nam hæc ſemper anxia, atque in craſtinum prominens nõ eſt uita, ſed uitæ meditatio nunquam fortè uenturæ, & quod conſtat ambiguæ. Inter multa quidem hoc à plebeio Poëta non ignorabiliter dictum tenes:

Crede mihi, non eſt ſapientis dicere: uiuam,

Sera nimis uita eſt craſtina, uiue hodie. Eſt uero conſilium illud Alcibiadis latè patens & ad multa uerſabile. ultio ſtimulat, gula ſollicitat, ſuſpendit ambitio, incendit amor difficillima exequendo contemnendoque facillima, hæc animum doceamus, ut anceps & periculoſa ad nocendum uia, itaque ſæpè dum ulciſci uolens iniuriam aceruabis, ut uilis gulæ ſeruitus & ſolliciti apparatus turpiſsimus exitus, ut uentoſa ſemper ambitio, ſupplicandũ populo, quo nihil eſt durius, ut improbus ſuperbusq; amor, ſeruiendũ mulierculis, quo nihil indignius uiro forti, ridendum inaniter lugendũq;. & ſæpè non minus lætis quàm mœſtis euentibus, tanta uanitas rei eſt, horũ omniũ una eſt regula, ſiquidẽ his implendis cogitatio impeditur, nunquam deerunt mœſtitiæ mortales & malorum cauſæ, ut euadas hinc, & ut lætus ac liber ſis contemptus ipſe præſtabit. hoc potius cogitandum eſt igitur, qualiter difficultates has effugias, quàm qualiter explices. uide in quam uirilem ſententiam puerile dictum trahi poteſt. Sed omiſsis alijs, quod nunc unum agitur, auaritiam hoc artificio uincamus, neceſſarias nobis ad hoc ocium magnas opes oſtentantem, & ſpernendo mortalia frenandoque cupidines, & naturæ modeſtiam æſtimando, compendiarium iter ad ueras diuitias condiſcamus. re enim uera, cum omnibus ad uirtutem nitentibus, tum uel maximè propoſito noſtro inimica cupiditas eſt, nam nec finem habet ullum, & cumulando ſuperuacua impedimentũ quærit huic uitæ, cui præſidium pollicetur, quam non onuſtam, ſed expeditam atque agilem eſſe oportet. Nempè cum conſtat multis qui omnia poſſe uidebantur, ne hoc unũ poſſent opum potentiæq; magnitudinem obſtitiſſe, tibi nil obſtat, niſi quod minimè ſuſpicor, ipſe tibi obſtes, potes equidẽ potes, modò non ſingulos nodos ſoluere, quã ſimul omne amputare malueris: aduerſus hydram res eſt nobis, nullus erit finis, niſi repullulantia capita ingenio præcidamus herculeo. ego ſolus eſſe non tantum poſſum, ſed iam cœpi facile perſeueraturus, ſi tantus mihi uitæ ſolitariæ dux & comes acceſſerit. non modò enim meæ quietis adiutor, ſed ut q̃ in animo eſt, q̃modo libet enunciem. ipſe quies mea, nec tantũ ſolitudines, ſolamẽ, ſed ipſe quodãmodo ſolitudo mea eris, tunc uerè plærunque ſolitarius uidebor, dum tecum ero. Præceſsi ego te tentauique uadum, ſequere ſaltem qui præcedere debuiſti. en quaſi dubio torrente tranſmiſſo, ripa clamans ab aduerſa, ut intrepidè tranſeas edico: nihil omnino periculi eſt, & ubi primo pedes tenui ſtrupea omnia atq; ſuſpecta, hic amœna omnia & ſecura denuncio. ſi dubitas, ſi cunctaris ire, pertranſeo, & ueſtigia retro obſeruata ſequor: ut Virgilius ait, ut ſcilicet manu prehenſum, ad hæc te loca perducam, quibus cum aſſueueris, regum thalamos pontificumque aulas, carceres & moleſtos laqueos ducas.

De remedijs contra pigrum progreſſum ad ſolitudinem. Cap. VI.

QVod ſi fortè omnia, quæ animos tenēt abdicare nondū poſſumus, id enim unum eſt, ex eorū genere, quæ prius incipiunt homines docere, quàm diſcere, at ſaltem amicam nobis ſolitudinem faciamus, quod nullo uetante permittimus, inquè illam cū omnibus fortunarum noſtrarum ſarcinulis commigremus, quibus cum fortiter carere poſſe cœperimus, tamen demum plena libertas erit, & ſecurum gaudiū. interea ut res ſunt, nuſquam certè quietius uicturi ſumus. Neque enim uel quia diffidam tàm obnixè ago, uel tanto uerborum niſu quicquam tibi durum aut graue ſuadeo, cum & altitudinem animi tui norim, & ſiue huius ſiue arctioris uiæ clariſsimi tibiquè notiſsimi duces ſint. nā & Martinus cui multum fidis, & cui quod peregrinationes ſermonesquè tui indicant, inter CHRISTI amicos amiciſsimum te notaui, hunc uitæ modum, ut ex ſuperioribus liquet impleuit, ſimul & ſolitarij requiem amplexus, & epiſcopi dignitatem retinens, ut iure ſuo Gennadius & monachum & epiſcopum illum uocet. nempè qui prius ante baptiſmum quod difficilius eſt impleſſet, in adoleſcentia, inq; ipſa militia utraque religioſis aduerſa cō filijs ſic uiuens, ut iam tunc ſicut in uita eius ſcriptum eſt, non miles ſed monachus putaretur. & alter Menas, cui natalis idem, qui Martino eſt, terrenam cœleſti militia, non in urbe ſed in heremo permutauit. & huc quoque de induſtria dilatus Gregorius Nazianzenus, ut Hieronymus teſtatur, immò ſe epiſcopum in ſuo loco ordinās, ruri uitam monachi exercuit: cuius uitæ quantus illi ſemper amor fuerit, hinc elicis, quod iam antè ſub recentem ex Athenienſi auditorio digreſſum, Baſilium Cæſarienſem famoſum compatriotā & collegā, atq; ut famam ſecutus, Auguſtinus ait, etiam carne germanum ſuum, è cathedra magiſterij detractum, ubi ille rethoricam florentiſsimè docebat, iniecta manu, ad ſolitudinē, & ad meliora ſtudia inſigni quadam amoris fiducia, & auctoritate deduxerat.

De repulſione argumentorum illorum qui uitæ ſolitariæ aduerſantur. Cap. VII.

AVdio autem è tranſuerſo, quid aduerſus hæc rurſum obſtrepi ſoleat. Nam primo de ſcripturis ſacris, nobis facere nituntur inuidiam. Ve ſoli, qui non cecidet it non habet ſubleuantem ſe &, Melius eſt duos ſimul eſſe, quàm unum, habent enim emolimentū ſocietatis ſuæ. & quæ ſunt id genus plurima: quod omnino non dicerēt, ſi quid ego ſentiā, & quid loquar attenderent. Deinde Ariſtotelicum illud obijciunt, ubi ait. Vel quod naturaliter ſociale animal eſt homo, uel quod qui alijs non communicat, aut beſtia eſt, aut Deus: quaſi ego uel odium indicam, uel ſocietatem omnium hominū interdicam, uel anceps ſit electio quid eſſe malim, an beſtia, an Deus: hoc eſt beſtialis homo an diuinus uir. Ciceronianum præterea illud nobis immurmurant, ubi non neceſsitate, ꝙ quibuſdam uiſum eſſet, ſed à natura profectam hominum ſocietatem, non ſemel deſeruiſſe contentus, rei huius argumentum attulit optimum, quemque licet omnibus copijs ſuffultum, & omnis neceſsitatis expertem, tamen & ſolitudinem fugiturum, & ſocium ſtudij quæſiturum: quibus ſatis ut arbitror libro ſuperiore reſponſum eſt. Nam nec ego niſi in hoc mihi plenè cū Tullio conueniret, ſolitudinis ac ſtudij ſocium, immò uel ſocios & quærendos dicerem et colendos. & hæc igitur, & quæ ad obuiandum nobis ſimilia trahi ſolent, teneo, & deſerta ſolitudine Aphraten cuius ſuprà meminimus, & Iulianum illum famoſiſsimum heremitā Antiochiam & famoſiorem Antoniū, Alexandriam urbesq; alias perijſſe nō ſum neſcius, uerū id nō motu ꝓprio, ſeu leui, qualibet ex cauſa, ſed pro graui neceſsitate ſummoq; fidei diſcrimine geſtum noui. Sic enim ſcriptum eſt: ſciebant illi ſacratiſsimi uiri, quid tempori unicuique congrueret, & quando eſſet opus frui quiete, & quando neceſſarium ſolitudini præponere ciuitates. iam id propè ridiculum, quod præmiſsis accumulant, quodquè præſenti mihi ſæpius obiectum ſcio. Quid enim fiet, inquiunt, ſi

paſsim omnibus perſuadere potueris quod intendis? aut quis tandem in urbibus reſidebit? uide ergo, ne contra Rempub. loquaris. quibus planè res ipſa respondeat: ſiquidem omnes inde migrauerint, certam eſſe mutandæ ſententiæ rationem ſolitudines deſerendas, quæ iam ſolitudines non erunt, eoq; protinus redeundum, unde omnis tædij pater inquies popellus abſceſſerit. Sed benè habet, non hi ſunt hominum mores, neque tam patulas uulgus, aut tàm faciles honeſtis conſilijs aures præbet paucis utinam perſuaſerim. nec uerò par eſt omnibus unam uitam, & præſertim, ſolitariam ſuadere, nec ego loquor omnibus, ſed tibi, ſed mihi, & his paucis quibus hæc rara conueniunt. nobis certè ſi non uulgi uoces, ſed naturam noſtram ſequimur, nihil aſt aptius.

De hortatione ad ſolitudinem, & quod urbes relinquendi ſint occupatis in ſæculo. Cap. VIII.

Linquamus urbem non redeundi animo, ne poſita ad aratrum manu reſpiciamus retro, ſed precemur potius, ne unquam ad ingratum deque omnibus bonis malè meritum populum reuertamur. quod feciſſe Lentulus traditur, is qui ſub obtentu profectionis honeſtæ, æternum exilium elegit, quem ut imitare uelimus, & ſi non quietis amor, ac ſaltem turbæ odium perſuaſiſſe debuerat. quanquam non deſit exemplum minus notum, ſed deuotum magis Chronij Phœnicis Monachi, qui ſolitudinem ingreſſus orauit, ne unquam inde diſcederet, multaque perſeuerantia ſibi præſtitit, ne irritæ preces eſſent. Extirpandæ ſollicitudinum cauſæ ſunt, frangendique qui nos tenent unci, rumpendusque pons à tergo, ne qua fugæ uel reditus ſpes ſuperſit. Dicam enim tibi, non quod Palladius exemplorum talium hiſtoricus, dixiſſe ſibi Ioannem ſcribit Aegyptium heremitam illum, cuius ſupra eſt mentio habita. Epiſcopus enim, inquit, es futurus, plurimumque tribulationum habiturus es ac laborum. ſi igitur iſta uis fugere, noli relinquere ſolitudines noſtras. nullus enim te in deſertis degentem locis, epiſcopum faciet, hæc Palladio Iohannes. Ego autem tibi de epiſcopatu nihil, iam enim es, qui ille cauendum præmonebat, nec iam tibi poſsibile eſt Epiſcopum non fuiſſe, ad quem ſtatum ante annos matura te uirtus erexit. ſed quid huic proximum eſt dicam. Epiſcopatus enim tuus talis eſt, in quo & honore ſummis, in libertate mediocribus, atque infimis par ſis. quod ſi maioris epiſcopij pondus times, ſolitudines noſtras ama, & ſi laborum immortalium nexibus uis abſolui, hanc requiem quære. Vt enim à militiæ labore rediens, ait Romanus ille Centurio, Hic optimè manebimus? quod ſi fortuitu prolatum, ad omen tanti imperij tractum eſt, ex propoſito dictum nō ſpernatur. Surge, ueni, propera, linquamus urbem mercatoribus, aduocatis, proxenetis, feneratoribus, publicanis, tabellionibus, medicis, unguentarijs, lanionibus, cocis, piſtoribus, atq; ſartoribus, alchimiſtis, fullonibus, fabris, textoribus, architectis, ſtatuarijs, pictoribus, mimis, ſaltatoribus, citharœdis, circulatoribus, leonibus, furibus, maleficis, adulteris, paraſitis, hoſpitibus, circunſcriptoribus ac ſcurris, edacibus odorem fori uigili nare captantibus, quibus ea fœlicitas una eſt, illi inhiant: nullus autem nidor in montibus, & ſolitis ac placitis caruiſſe ſupplicium. ſine illos, non ſunt noſtri generis. Permitte diuitibus nummos ſuos numerare, & in hoc arithmetice præſidio uti, nos diuitias noſtras, ſine ſtudio, ſine arte numerabimus: nihil eſt quod illis inuideamus, niſi nunc etiam, quod abſit pueri ſimus, quos ficta adumbrata ſuſpendant. Demi phaleras, equis uenalibus uetus eſt cautela, nemo ſanus puellam deformem, quod bene ueſtita eſſet, in coniugium optauit, nos ſi phaleras, immò laruas his purpuratis fœlicibus detrahamus, clarè uidebimus eſſe miſerrimos, ſuas ſibi diuitias habeant, ſuos mores, ſuas uoluptates, nempè quas æternas uellēt, diuitiæ abibunt, & quas manu retrahunt uoluptates fugient, at quibus caruiſſe cupient mores ſtabunt, & comitabuntur inuitos. cuncta hæc, quæ illos uulgò mirabiles oſtendunt, momento temporis euaneſcent, ſub imperio fortunæ uiuunt, ſi illa pepercerit, mors non parcet. qui pretioſiſſima rerum habent, ſi tamen dicendi ſunt habere, quibus ſeruiunt, ipſi mox à uiliſsimis habebuntur, & à quibus, iniquas habebit diuitias ingratus hæres, & forſan hoſtis inuiſiſs?

corpora uermes & ulula,

Tartarus animas, nomen obliuio ſempiterna. contrà quamuis pauper hic fuerit, in memoria æterna erit iuſtus, non nos igitur, ad æmulationem prouocet falſa proſperitas, falſa miſeria, ſequeſtrentur à nobis molles et eneruati diuites, illis thermæ, fornices, atria, popinæ, nobis ſyluæ, mortes prata, fontes placeant, illi carnis deſideria & lucrum undecunque ueniens, nos ſtudia liberalia & honeſta ſectemur, & ſiquid mæchanicum miſcere iuuat, ſit agricultura uenatioque, cui quamuis ineſſe clamoſum aliquid, & noſtro propoſito diſſonum uideatur, de uenatione uetusque ſit uerbum. In uenando multam uerborum eſſe iacturam uenationem tamen & meditationi & ſtudijs opportunam, magnis quibusdam ingenijs uiſam ſcio, propter ſolitudinem ſcilicet, & nemorum latebras ſilentiumque retia ipſa ſeruantium. quod tum maximè uerum fiet, dum præter numerum, hoc eſt non uenator ſed ſpectator in ſyluam eas, habitaturus ex commodo, ſine ullo uenantium commeatu, ea fortè uel clericis præcipuè inter ſyluas agentibus permiſſa licentia eſt, nec huius generis interdicta uenatio, rara quidem & modeſta, & exercitio corporis indulta non luxui, quæque illi cognatæ ſunt piſcatio aucupiumque, hæ ſunt ruris artes. denique illi ſemper pendeant ac uoluantur, nos ad petram preſſis ueſtigijs inſiſtamus, illi ſemper hæreant, nos aliquando progrediamur, illi ſemper dubij conſulent, nos tū tandem ſalutare conſilium exequamur. Poſtremò illi mundum fugientem amplexentur, teneanque ſi poſſint, nos dominū & quæramus dū inueniri poteſt, & inuocemus dum propè eſt, quin & dū corpora noſtra peregrinantur ab urbibus, peregrinentur à corporibus animi, præmittamus illos ad cœlum, cum tempus aduenerit (quod Philoſophi non ſperant) & corporibus ſecuturi.

De præclara ſolitudinis commendatione. Cap. IX.

EN quo impetus calamum tulit, quàm multa diximus de re parua, ut, ut ego ſentio per maxima, et mihi equidem tàm iucunda, ut cum in hoc corporeo carcere diu uinctum me fuiſſe meminerim, uixiſſe non amplius mihi uidear, niſi quam diu ſolus ac ocioſus uixi quanquam ô ſi uſurpare audeam præclarum illud ſingularis & egregij ducis dictum, ne importune detur inſolentiæ, gloriandi par, in tanta imparitate licentia: ego quoque non modò nunquam minus ocioſus quàm cum ocioſus, minusue ſolus quàm cum ſolus, ſed ſemper ocioſus, niſi dum ocioſus, ſemper ſolus, niſi dum ſolus fui. Et ſi non ſim dubius, quod ſæpè iam dixi, magno ſtrepitu, populum his omnibus occurſurum, ſed ueritas intrepida & inuicta eſt, nec uanos horret ſtrepitus, ut deſcriptor generoſi cornipedis Maro ait:

illi ardua ceruix
Argutumq; caput.

Cuius quidem non aſſertor adhuc magnus audax, quàm ſollicitus inquiſitor ſim. Ad quam licet enim ſtudio ſemper aſpirem, uereor tamen nequando mihi, uel illius latebræ, uel meæ curæ, uel tarditas quædam obſtet ingenij, ut ſæpè res quærens opinionibus implicer. hæc ergo non diffinitor, ſed ſcrutator ueſtigatorque tractauerim. Nam & diffinire ſapientis eſt proprium, & ego nec ſapiens, ne proximus ſapienti, ſed ut Ciceronis uerbo utar, magnus ſum opinator. contrà autem paucos quibus loquor, affuturus ſcio, præter numerum, ſuperiores rebus omnibus atque uictores. Ego iam hinc iudicij tui arram teneo, ſatis eſt qui alij iudicent, pro ſe quiſque uiderit, dum uagas fluctuantesque ſententias nulla neceſsitas ad uerū cogit. Certè cum euenerit ineuitabilis dies, & urgere animā hinc cœperit, ineluctabilis mortis hora, quando non in porticibus aut compitis populi, digito monſtratum eſſe, non Regem aut pontificem fuiſſe, non pecunia, non gratia, non delitijs affluxiſſe, ſed caſtè, ſed piè, ſed innocenter uixiſſe profuerit. Tunc ut ſpero fatebitur, qui nunc negat tranquillum hoc, ſaltem fuiſſe conſilium. Itaque tantus ardor, tantus materiæ amor eſt, ut cum multa dixerim, plura ſe offerant, ſed ſtudio conſulendum eſt: putabam enim Epiſtolam ſcribere, librum ſcripſi, quem diuiſurus non fueram, quo ſcilicet ſolitariæ uitæ ſolitarius liber eſſet, niſi quia in mentem redijt, eam me ſolitudinem laudaſſe, non quæ unum

etiam,

etiam, ſed quæ turbas fugit. ſimul illa me cogitatio propoſito emouit, ut onuſtum feſſumq; uix medio lectorem partitio releuaret: unum igitur in duos ſecui. Dulce autem mihi fuit, præter morem ueterum, quos in multis ſequi ſoleo, his qualibuſcunq; literulis meis, ſæpe ſacrum & glorioſum CHRISTI nomen inſerere, quod ſi feciſſent priſci illi noſtrorum ingeniorum duces, & eloquio humano uim ſcintillarum cœleſtium miſcuiſſent, delectant fateor, ſed multò ampliùs delectarent. nunc mulcet eloquētiæ prima frons clara uerborum luce, ſed ſententiarum ueris orba luminibus, cum diu aures delinierit, neque quietat animum, nec perducit ad illam ſupremam ſtabilemq; dulcedinem ac pacem intellectus, ad quam, quod inſenſati & ſuperbi homines contemnunt, niſi per ipſam CHRITSI humilitatem, non eſt aditus. Hæc tibi autē ſic affecto animo dictaui, ut omnis impulſarum uento frondium fragor, & omnis circa naſcentium ſonitus aquarum, hoc unum dicere uiderentur. Bene ſuades, recte conſulis, uerum dicis.

FRANCISCVS PETRARCHA SODALITATI Magnæ Carthuſiæ, S.

Dignum erat ô Fœlix Chriſti familia, & eo temporis ſpatio quo uobiſcum fui, ut aliquid coram ipſe loquerer, quod ueſtræ fidei mea deuotio commendaret, & communis amor domini. ſed ut uidiſtis, breue tempus ad explicandum grauidum curis animum fecit, & ut omnis dulcedo uitæ huius uento fugatior eſſe ſolet, ueni ut ſimul atq; abij, utq; in longinqua ualdè materia uerbo Cæſareo uti poſsim: Veni, uidi, uici. ſiquidem nil aliud eſt uincere, quàm uoti compotem fieri, uictor eſt enim uoti compos, uici ergo quod uotis optabam conſecutus. Veni ego in paradiſum, uidi angelos Dei in terra, & in terrenis corporibus habitantes, ſuo tempore habitaturos in cœlis, & ad CHRISTVM coi militant, exacto præſentis exilij labore uenturos. qui a ſuos, priuſquā formaret in utero, nouiſſet & ſanctificaſſet, & prædeſtinaſſet, in numerū electorū nequaquā hoc uobis teſtū & cōpendioſum iter, & à mūdi deuio ſemotiſsimū oſtendiſſet. Sed ne quid hic plenū ſperē, ſancto illi gaudio, quod ex u eſtra cōuerſatione percepi, ſola breuitas aduerſata eſt, uix uerendos uultus aſpicere cōtigit. nunquā mihi breuior lux, nunquā uelocior nox fuit. Dū religioſiſsimā illā heremū, tēplumq; cōtemplor, dū deuotū ſilentiū & angelicā pſalmodiā ſtupeo, dum uos hinc omnes, hinc ſingulos mirè & humani more animi, depoſitū opus, uos prædulce meum pignus amplector, inq; multum ex optatis Germani optimi, atq; unici colloquijs acquieſco, non ſentienti mihi totum illud exiguum tempus effluxit, uerba neſtendi colligendiq; animum facultas defuit. Vnum quoq; continuum obſequium & charitas, non illa cōmunis quam in CHRISTO cunctis hoſpitibus exhibetis, ſed ſingularis quidem atque præferuida me ſollicitum habebat, ne mea longior mora diuinis laudibus ueſtroq; propoſito forſan officeret, & feſtinare abitum monebant. Inſuper & confabulationes cum ſingulis iucundæ & breues, quibus huc illuc, ſed ſemper in idipſum, ſacra & ſobria uoluptate rapiebar, curſum continuæ orationis arcebant, obliuione omnium inlecta, niſi eorum quæ uiciſsim, ex ore nunc huius nunc illius, uelut è totidem cœleſtibus oraculis erumpebant. quid multa? ita mihi accidit, ut intentus inhians q; omnibus, cunctaq; circumſpiciens, multa ſparſim audiens ac loquens, cōtinuum nihil, penè tacitus abierim, comitantibus quidem uobis, quantum arctiſsimè religionis frena laxare licuit. Nouiſsime abeuntem, oculis & quod de ueſtra dilectione mihi ſpondeo ais, ac multa ad cœlum prece proſequentibus, ut qui unum illic germanum quærerem, multos inuenerim. nunc tandem in ſolitudinem propriam regreſſus, & totius ſacræ dulcedinis memor, quam ceu apes dominica floſculis inſidens, hauſi, eam nunc ipſe mecum in abſcondito ruminans, multa reperio, quæ illæ mihi per breues dies, in longum profuturum tribuerint. Proinde, quod à me tunc ibi tumultuariè prætermiſſum memini, hic modò ſupplere propoſitum, & ſcribendo agere, quod uiua uoce non potui, ſi modò mea uox uiua eſt, peccatoris hominis feſsi, inſcij, occupati. utcunque ante linguę debitum digitus perſoluet, neſcio an gratius, ſed certè durabilius. quamuis enim grauia uerba præteruolant, leuia etiam ſcripta manent. Scribam ergo, etſi ueſtra non interſit, Id ex me ſeu nouum aliquid audire, unde iam putem radicatum uobis habitum comparaſtis, mea intereſt ſemper, ſi fieri poſsit, talia loqui, ſi forte loquentem ipſe me audiam exaudiamq;. neq; qui communis prædicantium eſt morbus, loquax ſimul & ſurdus ſim, ita uerò moderabor ſtylū, ut qui ad præſentes ſermo mihi ſit, ad abſentes epiſtola, quamuis, ut quod eſt fatear, maiore & meliore mei parte ſim præſens.

FRAN.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. DE OCIO RELIGIOſorum, Liber I.

VNde uerò nunc ordiar, ſeu quid primum ſemiabſens dicam, niſi quod totus præſens dicere uolui, illud nempe Dauidicũ: Vacate & uidete. quod ut noſtis, in Pſalmo quarto & quadrageſimo regius propheta, & propheticus ille rex poſuit, in quibus quidem, non niſi duobus, ſed imperatiuis uerbis, ſpiritu dei licet, hominis ore prolatis, totius niſi fallor uitæ noſtræ ſeries, tota ſpes, tota deniq; cõtinetur intentio, finisq; ultimus, quicquid agendum, quicquid optãdum ſperandumq; nobis eſt, in uita non ſolũ tranſitoria, ſed æterna. Vacate igitur & uidete. ô fœlices animæ, ô excubitores aſsidui intentiq;, ô ſollicita & deuota CHRISTI mancipia, proq; breui ſeruitio non libertatem modò perpetuam, ſed ingenuitatem filiationemquè promerita, ò mercimonium optabile, fauſtaq; rerum alternatio, ſeruire modicum non ut diu regnes, ſed ut ſemper. nam quot annos ſeruiuit homini Iacob, ut mortalis ei ſponſa contingeret, & uidebantur ei pauci dies præ amoris magnitudine. ita enim ſcriptum eſt: neque uel ſic promeruit quod optabat, niſi tempus ſeruitij duplicaret, uobis Deo ſeruientibus, nuptiarum immortalium fœlicitas æterna proponitur, ſeruite alacres. magnum ille & alienum gregem, inter hominum dumeta paſcebat, uos ſingulas oues ueſtras, hoc eſt animã quiſq; ſuã paſcitis, lætis ac dulcibus in paſcuis IESV CHRISTI ſeruite ſecuri. non habetis calumnioſum dominum, qui commodis & augmentis ueſtris inuideat, qualem paſſus eſt Iacob ſocrũ Laban. ſed qui ueſtris lucris atq; profectibus delectetur, neceſsitatibus ſuccurrat, imbecillitatibus opem ferat. Vacate igitur & gaudete, qui talem dominum meruiſtis, non uacamus ut uacemus inquit Ariſtoteles, nos uerò uacate ut uacetis, uacate ad tempus, ut uacetis in æternum, & ſortem ueſtram plaudentes, agnoſcite, quæ alienarum collatione ſortium clarior fiet. Luſtrant nautæ maria, omne mundi latus ambiunt, peregrinis errant ſine fine littoribus, inter uentos & fluctus & ſcopulos, inter freti cœlique minas, omnes cum glatiali imbre ſtillantibus comis, membrisque rigentibus, propè tartareas noctes agunt, dum cuncta in circuitu miſeros terrent:

Præſentemq; uiris intentant omnia mortem: ut Virgilius ait.

Quid non miſeriarum ac periculi ſubeunt bellatores uiri, quibus & pluuias & uentos & grandinem ferre iugis luduſ? pernoctant ſub armis, humi recubant, gladijs ultrò ſe offerunt. præcipites terram cruenta caſside feriunt, ne ſi quid horum lentius egerint, pauidi atque degeneres habeantur. denique uulnera non ſentientes excipiunt & mortem, quæq; iacturarum minima ſed æterna eſt, nudi & inſepulti abijciuntur, præda feris, ludibriumquè uolucribus, tantorumq; diſcriminum merces eſt gloria, deq; mortali hoſte uictoria, & ſæpè minor his ſenſus exiguus, quibus nullus uſquam mercenarius deſperatior, nullus eſt uilior. Quid agricolarum labor? quæ mercatorum ſollicitudo? quæ literarum uigiliæ? qui ſudor artificum? quæ luxurioſorum anxietas? qui conatus? quæ ambitioſorum ſedulitas, atq; circuitus? quorũ omniũ rogo, quis exitus, uel ubi terreſtre lucrũ, uel fama uolatilis, uel fugitiua, & inſatiabilis uoluptas, uel uẽto quolibet immitior atq; fugatior popularis ineptiſſimus ac leuiſsimus auri fauor, tot tã duris anfractibus huc aſpirant, quo niſi peruenerint, tũc geſcent. Interim ſecundũ Ariſtotelicam diſciplinam, non uacant ut uacent, hoc eſt laborant, ut quieſcant, & laborant multum, ut quieſcant parum. immò uerò ut nihil, immò uerius ut laborent magis, longè itaq; fallent, & tota, ut dicitur, errant uia. Fallit eos dux eorũ ſiue is Philoſophus, ſiue cõſultor qſpiã, ſiue qa cuiuſq; ſpes opinioq; inſita. profectò enim cũ diù multũq; laborauerint, ſiue perueniant ſeu non perueniant quo tendebant, creſcit labor,

labor, ingeminant curæ,quas accruare nonminus ſolet uotiui gaudium ſucceſſus,quàm repulſæ dolor. quo circa rectius dicuntur, non uacare ad tempus, ut nunquam uacent. Quantò melius ſecuriuſquè conſilium uobis affero,' immò quidem non ego, ſed propheta Dei,immò equidem Deus ipſe. nam ſic ait. Vacate & uidete, quoniam ego ſum Deus. quis tàm humano imperio rebellis,atq; incredulus, ut nõ & tremẽs uocẽ Dei audiat, & præceptum ſubmiſſus excipiat clamantis: Ego ſum Deus,uacate. hoc eſt enim quod uobis ingeritur conſilium, ſeu uerius præceptum. Vacate,inquã,ille iubet, cui obſtare fas non eſt,quem fugere aut declinare nemo poteſt, niſi ut pacatum fugiens, in iratum incidat.& uacate nunc,ut uacetis ſemper, quieſcite in præſens, ut quieſcatis in finem, uacate: quies præſens, Videte requies æterna. uacate in terra, in cœlo uidebitis & in terra etiã, quantũ purus & deterſus,ſed adhuc carneus uidere oculus poteſt.mira res & prorſus inſolita, multoquè fœlicior quàm cæteræ res humanæ. Labore labor, apud cæteros, apud uos autem quiete quies quæritur,nulla tàm pretioſa unquam merces,tàm facile pretio empta eſt: parate animos, date dextras, cauete omni ſtudio, ne tàm fœlix prætermittatur occaſio, quietem quæritis animæ,nihil exigitur à uobis, niſi ut animo quieſcatis, requies requiem dabit, ad quam quærendam promptis per omnem uitã & indefeſsis animis laborandum erat,nec uideri magnus labor ullus potetit, cuius tam amabilis finis eſſet requiest nunc nihil certè iubemini,niſi ne laboretis,utquè in perpetuum quieturi iam quieſcere condiſcatis,neque uerò licet,ſi illam requiem amatis,hãc ſpernere, quæ etiam per ſeipſam dulcis eſt,& ad illam dulciſsimam iter pandit, planum,rectum ,tutum, delectabile. Vacate fratres mei. præceptum breue,nec difficile,non præcipitur ut pugnetis, ut nauigetis, ut aretis,ut ambiatis,ut congregetis aurum, famã, literas,inanes inſtrumenta,libidinum,inutilia, nocitura,peſtifera ſunt hæc,multo conſtat, quærendo fatigant, quæſita non ſatiant, amiſſa cruciant,ſeruata ſolicitant:nullæ prorſus inter hæc quietis partes,undique labor,pauor undique,unum tutiſsimum,utiliſsimum, facilimum præcipitur ut uacetis. quid omnino tàm fragilis, qui hoc præſtare nequeat, ut quieſcat? certè ſiquis eorum quæ mortale genus exagitant,iuberetur pro ſe quiſque poſſet aut corporis,aut animi imbecillitatem, occupationem,impedimenra,inexperientiam, ignorantiam, excuſare. nunc quæ nam excuſatio relicta eſt,quando nihil niſi hoc unum præcipitur, Vacate. Eſt fortaſſe aliquis,qui hoc aut illud facere nequeat,& ſi enim illud late uulgatum ſit,nil uolenti difficile.ſed quidem.

Nil mortalibus arduum,

Flaccus,multa tamen non difficilia modo, uel ardua,ſed impoſsibilia, & penitus negata ſunt homini,uacare autem quis non poteſt.hic maria,ille gladios, ſtudium alter, aut laborem fugit, ſed quis oro, requiem timet, niſi qui ſeipſum odit? uacate ergo:nunc uacando utique quieſcitis, quieſcendoquè uidebitis, uidendoquè gaudebitis,gaudendo autem de ueritate fœlices eritis,quàm nulla certior fœlicitas,nulla ſublimior. quieſcendo equidem fieri animam prudentem,quæ maximè uirtus in uidendo conſiſtit,illi etiam affirmant, quibus & uera quies,& perfecta uiſio,& utriuſque uerus actor incognitus. Et tamen,heu, miſeris cæciſquè mortalibus, eſt qui laborem amet, & timeat atque oderit quietem. Legimus ſenem illum, quem quia neque neceſsitas ad laborem urgebat, & uita longior fatigaſſet, quietis indignum feciſſe debuerat,ætati conſulens, imperator iuſsit uacare,uetuit laborare, publicis arguit negotijs ,& laborem fortem, Curiam interdixit, illè uerò quem gratias agere par eſſet, indoluit, quæſtusquè eſt, ſequè tam diu uelut mortuum fleuit,donec qui quieſcere iuſſerat, ſtultum ſenem laboribus curiæquè reſtituit. Sanè qui hunc unum legimus, quam multos tales uidimus ſenes, quos à rerum nexibus laborioſisquè negotijs, nec ratio unquam, nec ætas extrema diuelleret, niſi inuitos & in ſummo beneficio naturæ iniuriam accuſantes. Satis'ne igitur uerum eſt, quod in Libro uerè religionis ait Auguſtinus: Mundi amici huius, tàm timent ab eius amplexu ſeparari,ut nihil eis laborioſius quàm non laborare, quiſquis igitur talis eſt, eat hic, & poſt concupiſcentias ſuas currat, ibi quod quærit affatim reperturus, ſibiquè dictum audiat, laborabit in æternum, & uiuet adhuc in finem. hoc eſt, nec mortem quidem à laboribus

requieſcet

requieſcet, quæ una finis omnium uiſibilis eſt laborum. Sed uiuet inperpetuum, non ut uiuat, modò ut laboret, ſic enim ait quidam, loci illius expoſitor: Vellent impij mori, ſed non poſſunt, uiuunt igitur ut moriantur, ut enim uita ſanctorum ita & mors impiorum perpetuò eſt. hæc ille. Iure itaque laborum quiſque auidus laborabit inæternum, & licet corpore moriatur, animo tamen interim uiuet, quod ue Philoſophi quidem gentium negant, aut quod prorſus ignorant, & corpore reuiuiſcet, ad ſupplicium non ad uitam, & rurſum totus atque integer, & idem ipſe, & non alius, uiuet adhuc in finem, ut ſine fine crucietur ac laboret inæternum, uoti compos nil habeat ꝙ quæratur. dicetur enim ſibi. quid moeſtus es? quid dentibus fremes, aut quid defles? quod quærebas inueniſti, quod optabas adeptus es, uacare metuebas & quieſcere, iam labora. non eſt hic tibi unquã aut quærendus labor, aut requies timenda. uade modò diſcurre, litiga, altercare, contende, clama, pugna, modisque omnibus labora, nemo diſſuadet, nemo prohibet, habes eos comites, qui talibus delectentur, quique tibi olim, ut ijs, delectare præſtabant, & quid putas, ij te quieſcere & ſi uellece peris non ſinent, ut enim eodem Libro, ſed alio quodam loco Auguſtinus idem ait: Miſeri homines, quibus cognita uileſcunt, & nouitatibus gaudent, libentius diſcunt quàm norunt, cum cognitio ſit finis diſcendi. & quibus uilis eſt facilitas actionis, libentius certant quàm uincunt, cum uictoria ſit finis certandi. ſileo quæ ſequuntur, nam & ea me ſcripſiſſe recolo in eo Libro quem huic, et materia & ſtilo, ualde cognatũ de ſolitaria uita nuper edidi, qui hunc ut in tempore, ſic ſerie rerum præit: & omnia ad unum tendunt, ad notam ſcilicet mortalis inſaniæ, magis labore gaudentis quàm laboris fructu. Cæterum patefactius inſiſtens, quid inter horum erroneas ac peruerſas, & iuſtorum ſanctas ac ſobrias intentiones interſit, non multò poſt addidit. Quare qui fines ipſos deſiderant, prius curioſitate carent, cognoſcentes eam eſſe certam cognitionem, quæ intus eſt, & ea perfruentes, quam in hac uita quærunt. deinde accipiunt actionis facilitatem, peruicaria poſita, ſcientes maiorem eſſe faciliorem que uictoriam. nõ reſiſtere animoſitati cuius quam, & hoc, quàm in hac uita quærunt ſentiunt, deinde paucis interpoſitis. Poſt hanc autem, inquit, uitam & cognitio perficietur, quia ex parte nunc ſcimus, cum autem uenerit, quod perfectum eſt, nõ erit ex parte, ſed pars omnis aderit, & tota ſanitas, & nulla indigẽtia, & nulla fatigatio aderit corpori. quia corruptibile hoc, tempore atque ordine ſuo, quo reſurrectio carnis futura eſt, induetur in corruptionem. nimirum autem amant in actione ſolam pacem, et in corpore ſolam ſanitatem, hoc in eis enim perficietur poſt hanc, quod in hac uita plus diligunt. ijs dictis ex quibus ſummam ſpei ueſtræ poteſtis apprehẽdere, uos qui quàm poſsibile eſt homini, carnem ſpiritui ſubiecîſtis, ad eos quibus inceperam carnales, iugem ſtili impetum detorquẽs. Qui ergo malè, inquit, utuntur, tanto mentis bono. ut extra eam uiſibilia magis appetunt, quibus ad conſpicienda & diligenda commorari debuerunt, dabuntur eis exteriores tenebræ, & qui certaminibus delectantur, alienabuntur à pace, & ſummis difficultatibus implicabuntur. Initium enim ſummæ difficultatis eſt bellum atque contentio, & hoc ſignificare arbitror, quod ligantur eis manus, & pedes, id eſt facilitas omnis aufertur operandi. Neque his contentus ceptumque de induſtria protrahens ſermonem. Plures enim, inquit, ſunt qui hæc omnia uitia ſimul diligunt, & quorum eſt ſpectare, manducare, bibere, concũbere, dormire, in cogitatione ſua, nihil aliud quàm phantaſmata, quæ de tali uita colligunt amplexari, ex eorum fallacia ſuperſtitionis uel impietatis regulas fingere, quibus decipiuntur, & quibus inhærent, etiam ſi ab illecebris carnis ſe abſtinere conentur, qui non benè utuntur talento ſibi commiſſo, id eſt mentis actio, qua uidentur omnes, qui docti aut urbani aut faceti nominantur, excellere rebus habent eam in ſudario ligatam, aut in terra obrutam, id eſt delicatis & ſuperfluis rebus, aut terrenis cupiditatibus inuolutam & oppreſſam. ligabuntur ergo ijs manus & pedes, & mittentur in tenebras exteriores, ibi erit ploratus et ſtridor dentium, non quia ea dilexerunt, quis enim diligat, ſed quia dilexerunt, ea initia ſunt iſtorum, et neceſſariò dilectores ſuos ad iſta perducunt. qui enim magis amãt ire quàm redire, aut peruenire, in longinqua mittendi ſunt. quoniam caro ſunt & ſpiritus, ambulans & nõ reuertẽs, hæc ab Auguſtino carptim mutuatus, multis abſtineo, ne prope

maior

maior pars ſuſcepti, operis aliena ſit. Quamuis & longo ſtudio, multoquè pretio temporis quæſita, aliena non debeant uideri. Et hæ ſalutares ac magnificæ non ſingulorum, ſed ut Senecæ placet, publicæ uoces ſint, ea ſanè quæ ad rem pertinere uiſa erant, curioſius atque prolixius inſerui, quibus oſtenderem eos, qui in hac uita præcupidè & ſuperuacuo laborarent, in ea quoque uita, quam expectamus laboraturos in æternum, in que finem uicturos ut dicebam, ne qua finiendi labores, ſpes in morte ſit, & omnino quibus quiſque dum uiuit delectatur, eorum ſibi pòſt obitum, uel gaudium uel ſupplicium reſeruari. idquè uno ſolum, ueris quibus in Libro ſapientiæ ſcriptum eſt, ut ſciant quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Sed poteſtis quoque dicere, gentilibus perſuaſum erat, quando præſtantiſsimus eorum, apud inferos amantum animas, ſecretis callibus celat,

Quos curæ non ipſa in morte relinquunt.

& idem animas bellatorum ſuis locis aſcribens, cū in gramineis paleſtris exercentes membra luctantesquè faceret, ad poſtremum ait:

Stant terra defixæ haſtæ paſsim'q; ſoluti
Per campum paſcuntur equi, quæ gratia currūm
Armorum'q; fuit uiuis, quæ cura nitentes
Paſcere equos, eadem ſequitur tellure repoſtos.

Quæ licet pro ſcribentis arbitrio ficta ſint, non tamen talia tantus ille uir fingeret, niſi opinione inſita, pro uarietate ſtudiorū huius uitæ, aliū atque aliū animarū ſtatū ſupereſſe poſt mortem, ſed is maximè ſimilem, quandoque quiſque uiuens geſſerit. Quam ſentētiā Auguſtino, utantē alijs licet uerbis, qualia piū & catholicū uirū decent, aſtipulāte firmatam cernitis, ubi certaminibus delectatos alienandos à pace & ſummis difficultatibus implicandos, incunctanter aſſeruit. quod attendens, quid amplius dicam Fratres, niſi quod & ſæpe dictum eſt, & repetendum ſæpè. Vacate. Et forte nunc ueſtrum aliquis bonæ uoluntatis, ſed non pariter doctus, interroget à quibus rebus, amice, uacabimus? neque enim ab omnibus uacare phas eſt CHRISTI militiam profeſſos, neque ego uos torporem doceo, ſed ocium, idquè religioſum. Vacate autem à ſuperuacuis laboribus, qui corpus & ſpiritum fatigant, à concupiſcentia carnis ac libidine, quæ totum fœdant eneruantquè hominem, à concupiſcentia oculorum, quæ obtentu ſcientiæ ſeducit, ab ambitione ſeculi, quæ uncis atque compedib. alligat, ab inutilibus curis, quæ corruūt abditis facibus, denique à peccatis omnibus, quæ infœlicem animam torquent opprimuntquè & interimunt. inter cuncta feriamini & uacate, non ſolum à noxia recordatione præteriti temporis, quæ & abſens reuehit, & extinctas ſuſcitat paſsiones, ſed ab omni quoque memoria præcedentū meritorum, unde benè conſocijs mentibus, fiduciæ mixtus torpor obrepat, quin potiùs cum Apoſtolo quæ retro ſunt obliuiſcentes, ad ea uerò quæ ſunt priora extendētes uos metipſos, ad deſtinatum perſequimini, ad brauium ſupernæ uocationis Dei in CHRISTO IESV. quodque in Antonio laudatis in uobis explete, de quo ſcribitur, quod nec temporum longitudine laborum merita penſabat, ſed amore & famulatu ſpontaneo, ſemper tanquam in principis conſtitutus aſpectu, ad profectū diuini metus concitabat, nouiſque cupiens augere præteritum, ſemper & memoratum ſupra uerbum iſtud Apoſtolicum ante oculos habebat. Et illud propheticum Heliæ: Viuit dominus cui aſto hodie. Vbi idcircò hodie eſſet appoſitum, quia non computabat Helias præteritum tempus, ſed tanquam quotidie in certamine conſtitutus, talem ſe præbere cupiebat, qualem ſciebat dignum Dei eſſe conſpectibus. Tales & uos igitur ſpectatores noſtris oculis exhibete, futuri periculi prouidentes, præteritorum & negotiorum obliti, & immemores meritorum, & ſi qua etiam nunc à tergo uelitis, mundi cura, ſi quæ uel tenuis ſibilans aura ſeculi blandimentis. & ſequitur: Induimini remedia ſcripturarum, in quibus conquerendis non laboro, quoniam prior nobis in illorum conquiſitione laborauit Auguſtinus. Dicitur enim, inquit, & auris, Nolite uobis condere theſauros ubi tinea et rubigo exterminat, & ubi fures effodiunt & furantur, ſed theſaurizate uobis theſauros in cœlo ubi nec ærugo nec tinea &c.

dicitur

dicitur luxurioſis, qui ſeminant in carne, de carne metet corruptionem, et qui ſeminant in
ſpiritu, de ſpiritu metet uitam æternam. dicitur curioſis, Nolite quærere quæ uidentur, ſed
quæ non uidentur, quæ enim uidentur temporalia ſunt, quæ autem non uidentur æterna.
poſtremò dicitur omnibus. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt, con
cupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ambitio ſeculi, horum ergo comme
minit noſque commouit Auguſtinus, ſed infinita ſunt alia id genus ad conſolationem
animarum & conſilium dicta. Dicitur immitibus, diſcite à me quia mitis ſum & humilis
corde, longas uitæ ſpes habentibus. Stultè, hac nocte animam tuam repetunt, à te, quæ
autem paraſti cuius erunt. dicitur regni cupidis & magna uolentibus: Quid prodeſt ho-
mini ſi mundum uniuerſum lucretur, animæ uerò ſuæ detrimentum patiatur? dicitur elatis
ac rapacibus diuitibus. Nolite ſperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiſcere, diui-
tiæ ſi affluant nolite cor apponere. Et diuitibus id huius ſeculi, illud præcipe, non ſublime
ſapere, neque ſapere in incerto diuitiarum, ſed in Deo uiuo, qui præſtat omnia nobis abũ-
danter ad fruendum, benè agere, diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communi-
care, theſaurizare ſibi fundamẽtum bonum in futurum, ut apprehendant uerã uitã. dicitur
opes ſuas nimis amantibus, & de illis ſperantibus, neque ponentibus deum adiutorium
ſuum, Dormierunt ſomnum ſuum & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus
ſuis, ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerũt, qui aſcenderunt equos, tu terribilis es
& quis reſiſtet tibi? Etiam illud æquè terrificum alterius prophetæ. Si exaltatus fueris ut
aquila & ſi inter ſydera poſueris nidum tuum, inde te detraham dicit dominus. dicitur me-
diocritate non contentis. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum ui
ctui meo neceſſaria, ne forè ſaciatus illiciar ad negandum, & dicam quid eſt dominus? &
egeſtate compulſus fuerim, & periurem nomen Dei mei, & illud: Magnus quæſtus eſt pie
tas cum ſufficientia. nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubiumque nec auferre
quid poſsimus, habentes alimenta & quibus tegamur ijs contenti ſumus. nam qui uo-
lunt diuites fieri, incidunt in temptationem & laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia,
& nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium
malorum eſt cupiditas, quam quidem appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe dolo
ribus multis. Dicitur perſecutionem patientibus: Ne mirentur omnes, qui piè uolunt
uiuere in CHRISTO IESV perſecutionem patientur: & iterum ne frangantur. Beati qui
perſecutionem patiuntur &c. dicitur hanc ſolam uitam cogitantibus. Dulce lumen &
delectabile eſt oculis uidere ſolem, ſi annis multis uixerit homo, & ijs omnibus lætus fu-
erit, meminiſſe debet tenebroſi temporis & dies multorum, qui cum uenerint, & uanita-
tis arguentur præterita. letare iuuenis ergo in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum in
diebus iuuentutis tuæ, & ambula in uijs tui cordis, & in intuitu oculorum tuorum & ſci-
to, quod pro omnibus ijs adducet te Deus ad iuditium. dicitur pigris ad bona opera. Va
de ad formicam ò piger, & conſidera uias eius, & diſce ſapientiã, quæ cum non habeat du
cẽ nec præceptorem, nec principem, parat æſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe quid co
medat. uſque quo piger dormies? quando conſurges è ſomno tuo, paululum dormies, pau
lulum dormitabis, paululum conferes manus tuas, ut dormies, & ueniet tibi quaſi uiator
egeſtas, & quaſi uir armatus. ſi uerò impiger fueris, ueniet ut fons meſsis tua & egeſtas lõ
gè fugiet à te. dicitur accidioſis ac etiam triſtibus. Triſtitiam non des animæ tuæ, & non
affligas temetipſum in conſilio tuo, iucunditas cordis hæc eſt uita hominis, & theſaurus
ſine defectione ſanctitatis, et exultatio uiri eſt lõgæuitas. miſerere animæ tuæ placens Deo,
& contine, & congrega cor tuum in ſanctitate eius, & triſtitiam longè expelle à te. mul-
tos enim occidit triſtitia. & nõ eſt utilitas in illa, zelus & iracundia minuit dies, & ante tem-
pus ſenectam adducet cogitatus. dicitur uiolentis ac guloſis. quàm ſufficiẽs eſt homini eru-
dito uinũ exiguũ, & in dormiendo nõ laborabis ab illo, & nõ ſenties dolorem, uigilia & co
lera & tortura uiro infimo, ſomnus ſanitatis in homine parco, dormiet uſque mane, & ani-
ma illius cum ipſo delectabitur. quæ eſt uita quæ minuitur uino? uinũ in iucũditate creatũ eſt non
in ebrietate ab initio, exultatio animæ & cordis uinũ moderate potatũ. ſanitas eſt animæ &
corporis

corporis ſobrius potus, uinum multum potatum, irritationem & iram & ruinas multas facit. dicitur culpas ſuas excuſantibus, & in deum reflectentibus. Non declines cor in uerba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis. & illud ſolummodo hoc iuueni, quia fecit hominem rectum, & ipſe ſe infinitis inſtituerit quæſtionibus. dicitur deſperantibus de peccato. Si cõfiteamur peccata noſtra, fidelis & iuſtus eſt ut remittat nobis. & illud. Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis, neque ſecundũ iniquitates noſtras retribuet nobis, quoniam ſecundum altitudinem cœli à terra, corroborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe, quantum diſtat ortus ab occidente, longè fecit à nobis iniquitates noſtras. dicitur diffidenti. Modicæ fidei quare dubitaſti? dicitur pœnitenti. Gaudium erit in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiã agente, quam ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui nõ indigẽt pœnitẽtia, & rurſus. Epulari oportebat, quia frater mortuus erat & reuixit, perierat & inuẽtus eſt. Sed quid ago, aut quid uſquam eſt ſcripturarum angulus, qui non utilibus minis ac monitis, qui nõ cõſolationib. ac remedijs animæ plenus ſit? uacate itaq; Fratres ab occultis peſtibus. & ut ſemel expediã, ab omnib. abſtinete, in qbus uertitur animæ periculũ. nolite periculũ amare cũ ſit ſcriptũ, Qui amat periculũ, in illo peribit. nolite frequẽs & ambiguũ experimentum ueſtri quærere, aduerſarij artes ſunt & cauete ne propriarum uirium ſpe, uos in præcipitem locum trahat, plurimum fiduciæ ſuggerere, credulamq; animam ſupra ſeipſam attollere ſolitus fertur, ut cum ſe deluſam ceptoq; lapſam ſenſerit, erubeſcat etiam facilia derelinquens, ſic audaciæ metus ac torpor quidam, & peſsima rerum uice odium ac deſperatio ſuccedant. Vacate, hoc diſcrimen & hos dolos, ſubdite animas ueſtras CHRISTO, iugumq; eius ferte deuotis ceruicibus & nihil eſt dulcius, illi ſeruite in timore & exultate ei cum tremore. Quod ſi regibus & ſuperbis terræ iudicibus præcipitur quantò magis humilibus CHRISTI ſeruis præceptum intelligitur, mementote mandatorũ eius, & ſecum percuſſi fœderis, quo die deſerto ſæculo ad illius imperiũ transfugiſtis, Habeto te ante oculos profeſſionem ueſtram, uotum ſeruate, implete regulam, id ſi letè facitis, ſatis eſt, de reliquo ſæpe anceps uirtuti iuncta tentatio. nam qui in qualibet, ſeu corporis ſeu animæ, opus ſit extremum potentiæ ſuæ facit, citò deſinet, non poſſe enim immodicum conatum à laſſitudine procul abeſſe compertum eſt. Omni cuſtodia ſeruate cor ueſtrũ, & cauete iugi ſtudio, quæ dãnoſa cognoſcitis, quod facilè erit expertis in ſæculo. quid inſidioſum quid uiolentum, quid præcipuè moribus ueſtris formidabile fuerit, quæ nocentiora ſenſiſtis, cautius declinate, hũc ira torquebat, hunc libido, hunc ſuperbia extollebat, hunc deprimebat accidia, hunc auaritia, & hunc gula, hunc triſtis coquebat inuidia, quiſque familiarẽ ſuum hoſtem in prælio recognoſcat, & de eo maximè caueat, unde ſibi amplius nocere ſolitũ recordetur, neq; uera uos tutos arbitremini, quia in caſtris CHRISTI agitis, quãuis ſub optimo duce militetis, & caſtra munitiſſima ſint ac fortiſſima, nullus tamẽ locus ad plenũ tutus æſtimandus eſt, quem inſomnes & feri hoſtis obſidẽt, atq; circunſonant, niſi pro uallo excubent armati uigiles, contrà inſultus inſidiaſq; hoſtium, animis atq; corporibus intenti. Hos aũt ubi quæram, ſi inter nos non inuenero, aut de quibus potiùs, quàm de uobis dictum rear illud Eſaiæ: Super muros tuos Hieruſalem poſui cuſtodes &c. uigilias & excubias ueſtras noui, que mihi tanto peccatori & nuper & olim lachrymas exciuerunt, præcipuè cogitanti, nequaquam uos eſſe de numero iſtorum, de quibus eſt dictum. Populus hic labrjs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. ſed CHRISTVM multo etiam magis corde quàm labijs uenerari, habet hoc autem uera uirtus, excitat animos, pungit affectus, & ſicut bleſi linguam ſpectata uirtus animi cõmendat, ſic ſi etiã uirtutis opinio defuerit, loquẽs de uirtute Demoſthenes non placebit. ueſtræ uerò me diuinæ laudes mulcent fateor, non minus quàm ſi peccator quiſpiam, multa arte, uel ipſe mihi ad aurem Ariſtoxenus perſonaret, muſicam nempè ſuauitatẽ, deuotio mentis æquiparat. minus dixiſſe uideor, & tranſcendit qua ipſe me ſæpius cogitatione reuerberãs, interdum uereor ne hæc qualiacunque ex me, minus auctoritatis & minus habitura ſint fidei, neúe actionis lenitas rerũ põdus imminuat, & audire merear q; ille cæcus natus illuminatus à domino, in peccatis natus es totus, & doces nos, & ſic eijciar foras. ſed hãc mihi ſollicitudinẽ imminuit ueſtra charitas, &

ritas & ipſo CHRISTO ſi nplicitas mentem iudicans, & potius auditura quid loquar quā inſpectura quid uiuā. Sed ad uos reuertor, quos etſi ſacra heremus, uigilq; cuſtodia præſtare tutos ab omni diſcrimine uideatur, intentiſſimos & paratiſſimos tamē ad omnia eſſe oportet. tunc enim plena ſecuritas certaq; demum pax ſperanda uobis eſt, quādo fortiter atque fœliciter exacta militia, uitæ huius ab exilio, in patriam & è caſtris in regnum, atq; in regno regis eritis tranſlati, & facti de laborioſis militibus ueterani, emeriti, ſuadēte præmio, interea nolite multum confidere, neque enim antè periculorum aderit, quàm uitæ finis, circumſpicite ſemper, & uelut in acie galeati loricatique ſtrictis gladijs ſtate, nec bellatores egregios frangat labor, qui quantuncunq; ſit, premio par non erit. non magis non dicam quā una olympias mille annis, ſed quā & æternitati dies unus, isq; breuiſsimus, facite ergo pro cœleſti rege, & pro ueſtra ſalute, facite quid pleriq; mortalium pro terrenis dominis, & pro parua pecunia facere ſolent, hoſtes ueſtros noſtis optimè, quòd multis iam cauſa uictoriæ fuit: in omni quidem bello quid agant hoſtes, & quid poſſint, ſcire optimum, ſubita enim terrēt & impræmeditata perturbāt, aduerſus cognitos conatus, facilior eſt cautela, & leuius accedit quicquid à longe præuideris. hoſtes itaque ueſtros ſcitis, neque quid agant, aut quid cogitent ignoratis, occurrite partibus impijs, & uitate tria in primis hoſtium atq; armorum genera. Mundi laqueos, carnis illecebras, dæmonum dolos: ille uaniſſima ſpondet, hic q; familiariter blanditur, illi aſtu peſſima cōſilia mortalibus inſuſurrant, totū in eo uertitur ut uacetis, in hoc unum intenti ut animos ueſtros ab omni horum conſortio diſtrahatis, ne alijs fortè negotijs implicitos improuiſi opprimāt, mundus fallit, mulcet caro, dæmones impellunt, nulla uobis inde ſpes, nulla hinc uoluptas, nullum uitæ conſilium, omnes pariter noſtras in perniciem mortemquè conſpirant, & quamuis ut ab ultimo incipiam, inuiſibiliter hoſtium ullum eſſe confidam, qui non uitam noſtram atq; habitum, & habitaculum exhorreat, ubi tamen non timendum rear, quando paradiſi limen ille non timuit, ſed ingreſſus, & hominem ad imaginem Dei, & ipſius manu factum dolis aggreſſus uicit, ſtrauit, expulit, & in exilium ac mortem truſit. Et quid loquor, aut quantulum fuit Adam fallere, qui CHRISTVM dominum temptauit, omnia quidē audet ſuperbia, & inuidia ſtimulatus, ſed in nullos plura quàm in CHRISTI famulos molitur, ubi enim fœlicitas amplior, & plus inuidiæ loci eſt. Vacate ergo atque omnibus dæmonum & eorum principis conſilijs abſtinete, mendax eſt enim & mendacij pater, ſic eum uiua ueritas, talē quiſquis eum in ſocietatem admiſerit, inueniet. multa iſte quotidie ad aurē cordis ſuggerit, claudite illam & aduertite, & ſpuite os impurum & male ſuadum: nolite tremiſcere CHRISTVS ſuis militibus in acie laborantibus opem fert, alioquin haud dubiè tot bellatorum fatigatione deficerent, infœlix quiſque eum non inde repulerit, meritoquè paſſurus quod ait Pſalmus: ut ſcilicet diabolus ſtet à dextris eius. fugite hanc funeſtam commutationem, induiſtis dominum IESVM CHRISTVM, & armaturam eius uexillum crucis ſuæ ueſtris frontibus affixiſtis, ſub CHRISTO iuraſtis, indixiſtis bellum ſathanæ, quod iam inde ab exordio generis humani ille uobis indixerat, habetis ducem, cuius uel ſigni ſolius aſpectum, uel nominis ſacriſonum hoſtes ferre non ualeant, uinci hoc prælio non poteſtis, niſi conſenſeritis. Nemo conſentiat, nemo transfugiat de uictore ad uictum, à potente ad ualidū, ab optimo ad peſſimum, in ſæcularibus hiſtorijs irriſum legimus Labienum, qui relicto Cæſare uictore, ad Pompeium tranſiuit, & cum tamen inter partes illas, ut fortunæ iudicium apertum, ſic clarum, ſic occulta diſcretio, quantò iuſtius irridendus qui CHRISTO uictorioſiſſimo rege deſerto, ad illum confugit, cuius non proprium tempra re, uinci, fugere modo fuerit, qui reſiſtat primumquè eius impetum ferat. ſicut enim ſcriptum eſt: Reſiſtite diabolo & fugiet à uobis. ſanè cum iſtud cunctis, tamē uel maximè uobis eſt debitum. cum enim cæteri homines, qui CHRISTI nomine gloriantur, ſemel tantum in regeneratione ſacri fontis, uos & tunc, & rurſus in uoto ſanctæ religionis abrenunciaſtis aduerſario, deſertisq; caſtris illius quorū ſtipendium eſt mors, feliciter CHRISTO ſigna tulistis, conuerſi perſeuerate fideliter, nil hoſti moleſtius fieri poteſt, dolet iſte equidem, fremit, iraſcitur, ſed quid agat, nihil amplius poteſt, quàm quod ſibi ab

aduerſo

aduerſo duce permittitur: ſperate ergo, & æquanimes eſtote, nihil omnino contrà ſuos in quorum acie uos eſtis CHRISTVS illi permiſit, nunquam autem permittet, niſi pro ipſorum exercitio ac ſalute, ualdè autem imbecillis eſt qui nil poteſt, niſi quod eius hoſtis uult; diſcamusq; nil nobis fidere, ſed leuare oculos in montes, unde ueniet auxilium nobis, non tamen à montibus auxilium noſtrum, ſed à Domino qui fecit cœlũ & terrã. ſolent bellorũ duces ſuos milites in pericula mittere, ut eorum uirtutem atq; animos agnoſcant, at non ita noſter dux, quippè qui nos ante omne ſæculum nouit, ſed ideò nos exercet, ut nobis noti ſimus, ne ut cæci & ingrati nobis tribuamus, quæ illius ſunt. præclarè Marcus Tullius q. dã loco. O' dij, inquit, immortales, uobis enim tribuã quæ ueſtra ſunt (quid religioſius, qd gratius, aut quid omnino modeſtius, modo non deos iſte, ſed domini conſiliorum ſuorum & rerũq; geſtarũ fateretur auctorẽ, quod fortaſſe faceret, ſi inueniſſet à ſe ſcriptum, non cõuenire philoſopho dicere deos eſſe, ſed unum fabricatorem mundi Deum. ſed ea mihi de illius ingenio ſpes eſt, ut etſi uel metu aliquo, uel abuſu, lingua ſe calamus uulgarium torrenteraperetur & errorum, animus tamen inſolito permaneret, præſertim qui præter naturale autem acumen & inſitam rationem, quam inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt conſpiciuntur ſempiterna quoque uirtus eius ac diuinitas, & unum fabricatorem mundi Deum à Platone, & à diſcipulo eius Ariſtotele, unum principem inuentib. didiciſſet) quod ſi ille diuini numeñis recognoſcit & prædicat, coniurationẽ Cathilinæ deprehenſam, indicatã & uppreſſam, coniurationem fateor grauem atq; peſtiferam, & à domeſtico quidẽ, ſed mortali & uiſibili hoſte conflatam, quid Chriſtianus dicet homo, cuius in mortẽ hinc domeſticus & mortalis & uiſibilis, hinc inuiſibilis et immortalis hoſtis accingitur, quãdo ut ait Ambroſius, iter uitæ occulta dæmonum infeſtatio, uelut latronum obſidet multitudo, quibus per omnes uias ſupplantatores inuiſi, animarum laqueos tendunt. innumerabilium mortibus exp ɜueſcẽdos. & Apoſtolus Paulus. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinem, ſed aduerſus mundi rectores tenebrarum harũ &c. & Augu. in eo libro, quem ſæpe hodie in teſtimonium acerſor, loquẽti enim de ocio religioſo, quid opportunius, quã ueræ religionis liber aſtipuletur: Omnis, inquit, hominum dominatus, in homines, aut dominantium aut ſeruientium morte finitur, ſeruitus autem ſub angelorum malorum ſuperbia, per ipſum tempus quod eſt, poſt mortem magis metuenda eſt, illud etiam cuius cognoſcere facile eſt, quod ſub homine dominante liberas cogitationes habere conceſsum eſt, illos autem dominos in ipſis mentibus formidamus hos igitur non dominos, ſed tyrannos ſuperbiſsimos, in ipſum mẽtis arcem ſcandentes, à propugnaculis arcere, atq; horum noſtræque carnis coniurationem, ſub nube tranſitoriæ uoluptatis abdicandæ uoluptatis abditam deprehendere, uitare, comprimere, non'ne magnificum diuinæ gratiæ donum ſit, ut cui contigerit, ò Ciceronianam illam uocem ſuam meritò faciat. O' deus immortalis, tibi enim tribuam quæ tua ſunt, & quod ſequitur dicat: Nec uerò poſſum meo tamen ingenio dare, ut tot res, tantas, tàm uarias, tàm repentinas in iſta turbulentiſsima tempeſtate mea ſponte deſpexerim, tamen profectò animum meum conſeruandæ animæ cupiditate intendiſti, tu me ab omnibus cæteris cogitationibus, ad unam eius ſolam contuliſti, tu deniq; in tantis tenebris erroris, & in ſcientiæ clariſſimum lumen pertuliſti menti meæ. Hæc Ciceroniana, pro re pauciſſimis & immutatis in uſus noſtros ſic uertere libuit, ut animæ ſalutẽ, & de inuiſibili hoſte, & doctore cognoſcere, tali etiam teſte diſcamus. In hac ſententia in hac ſpe igitur Fratres ſtare, ſicut enim multa commiſimus, quibus mors haùd dubiè debebatur, niſi diuina clementia ſuccurriſſet, ſic nihil eſt, quod non peccare potueramus, niſi nos à tantis malis diuina prouidentia perſeueraſſet, utrunque pariter Dei munus. & non ægrotaſſe & ægritudine liberatum eſſe, & miſerum non fuiſſe, & miſericordiam non meruiſſe. Quorum nempe utrum ſit maius dubitare poteſt, mihi quidem primum uidetur integrius; ſecundum uero ipſa contrariorum collatione conſpectius, periculiq; memoria gratius. in hac reuerẽtia & ſobria diuini operis recogitatione cõſiſtite, bona omnia illuc referte, unde ſunt omnia, talibus enim opinionibus circumſeptos, certũ habeo inuadi poſſe ſed nõ opprimi, in hac autem uita tam ardua, tam anguſta, tam uepricoſa, tam lubrica, tót obicibus inter

rupta, tot obſeſſa latrunculis, tuta cautio eſt, ſuſpecta ſecuritas, & quæ non ſpiritales tantum profectus impediat, ſed etiam temporales. Quæ enim, quæſo, iſta ſecuritas eſt, cui dum trãquillior ſtabilior que uidebitur, ſubitò metus interuenit, improuiſa calamitas, mors inopina, cum enim dixerint, pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. igitur non dormiamus, inquit, ſicut cæteri dormierunt, ſed uigilemus & ſobrij ſimus, utique nouerat quid periculorum ſecuritas ſecum uehat, nam quis dinumeret, quod non dicam homines, ſed potentiſsimos populos illa peſſundedit: unico argumento, eodemque clariſsimo contentus ero, ſinite reuocem uos parumper, ad exempla gentilium. Romanos gentium certè dominos, & terrenæ ciuitatis abſque æmulo principes, Carthaginenſium metus, uirtutibus ſemper claros, perpetuoque deterſo exercitio ſeruabat, armorum periculorumq; frequẽtia, eoſdem rubigine uitiorum obſcurauit, parta inde cum ſecuritate ſegnities, quod præuidiſſe ac prænunciaſſe dicitur, iſte uir, qui igitur tũc & in ciuitate habebatur optimus, & hac inre ipſa qua ſapientiæ famam habet, Catone ſapientior eſt inuentus, cuius ſententiæ aliorum quoque illuſtrium conciuium dicta conueniunt, Apij Claudij & Q. Marcelli. nec fefellit horum quiſque, ſi quidẽ rei bellicæ diſciplina & imperij gloria, quas metus & negotium & labor in ſuo uigore tenuerunt, euerterũt ſecuritas ocium & quies, ne illud prægrauiter à poëta Satyrico dictum ſit;

Nunc patimur longe pacis mala, ſæuior armis
Luxuria: incubuit: uictumq; ulciſcitur orbem.

Vobis quoque ueſtroq; cœtui fortaſſe non expedit omnimodo pacè frui, ne unà cum pace, pacis comites ſecuritas inconſulta, & delicati ac molles affectus, denique luxus & uitia reuertantur. nec eſt uobis optandũ, quòd diù hæc fragilis uitæ militia protenditur, aduerſario caruiſſe, ne ſimul & uirtutum exercitio careatis & præmio. unde dictum fuit Apoſtolo. Sufficit tibi gratia mea. dum rogaret, ut ab eo diſcederet ſtimulus carnis. & addita ratio. Nam uirtus in infirmitate perficitur. hanc & uos gratiam petite, & cum eodẽ Apoſtolo, in infirmitate ueſtra uirtutis perfectrice gloriamini, ut in uobis CHRISTI uirtus inhabitet: optare bellum, non quidem propter ſe, ſed propter CRISTI glotiam & æternam pacem. In hoc ſanè temporali bello, ſempiternæ pacis, præuio patientiæ longanimitatis & fidei clypeo, uos armate, nihil erit aduerſario formidandum, nunquam tamen deſinet, tanquam leo rugiens lupusque famelicus circum ouilia ueſtra uerſari, obijciet ille uobis in fide ſcrupulos, quibus pedes ad ſalutem properantes uulneret, tardet, impediat: audite regem noſtrum proclamantem: Si mihi non creditis, operibus credite. Proinde ſi CHRISTO non creditur, cui credetur? an ſaxis? An ebori? an ligno muto exanimi os habenti nec loquenti? manus nec palpanti? pedes nec ambulanti? aures nec audienti? nares nec odoranti? oculos nec uidenti? cui ergo ſimilem feciſtis Deum dicit Eſaias? aut quam imaginem ponetis ei? nunquid ſculptile conflabit faber? aut artifex auro formabit? uel illud aut fortè præſecurius, pretioſiori materiæ argẽto aut auro credere, quia ſcilicet ſimulacra gẽtium argẽtũ & aurũ, opera manuũ hominum, quibus ſimiles fiãt, qui faciunt ea & omnes q̃ cõfidunt in eis. noſtra tamẽ ætate tã multos eis credere cernimus, colitur tamen argentũ & aurũ tãto cultu, quãtò nec CHRISTVS ipſe colitᷣ, & ſæpè uiuus Deus, inanimati metalli deſiderio atq; admiratione cõtemnitur, nõ tamẽ adhuc aurũ & argentũ Deus eſſe creditᷣ. ſed an forſitan pagano ritu religioſius inſanitᷣ, an melius Herculi creditur furioſo, an Marti homicidæ, an Ioui adultero & inceſto, an Mercurio ꝓditori. & ſi enim uerũ ſit ꝙ propheta ille maximus ait: Omnes dij gentiũ dæmonia: tamẽ illud ſubintelligi oportere arbitror, uel homines dæmonijs ſeruiẽtes atq; ſimillimi, ꝙ apud eorũ ꝗq; cultores, ſuarũq; ſcriptores rerũ faciè uigilãs lector inueniet, apud noſtros uero nõ dubiũ eſt quidẽ, atq; in primis Lactantiũ Firmianũ, q̃ omnẽ deorũ ſcenã turpesq; latebras ſcelerũ aperiẽs, totã rei ſeriẽ q̃ fuerint, q̃d, egerint, q̃ mores, quæ uita, q̃ exitus, quæ ſepulchra operoſiſsima diſputatione cõplectitᷣ, in eo libro, q̃ Inſtitutiones ueræ fidei tractare adortus, utinã tã noſtra affirmare potuiſſet (ut Hieronymi uerbo utar) q̃ facilè aliena deſtruxit. Quid uerò ſi CHRISTVS cõſtãti fide nõdũ creditur, expe

ſtabitur: ne Meſſias, ſeu uerius utiq; uenturus expectabitur Antichriſtus, qui hoſtis reſiſtē di animo, non ut dominus obſequendi propoſito expectandus eſt. Meſſias enim uerus dominus iam uenit, ipſe eſt CHRISTVS ille, qui exiuit à patre ubi in principio erat uerbū, & uerbū erat apud Deū, & Deus erat uerbū. per quē ſcilicet omnia facta ſunt, diſsimulata tantiſper diuinitatis maieſtate, deſcendēs ſub ſeruili habitu, Verbū caro factum eſt, & habitauit in nobis. Quid igitur ſeminant Iudæi, aut quis tantus & tam latens ſopor, miſerorum oculos oppreſſit, ut ſperare & expectare malint, quàm habere per quē ſalui fiant: nam ut ait Auguſtinus. Quid adhuc expectant alium CHRISTVM, cum hoc prohetatum legūt, & impletum uident, quę impleri non potuerit niſi per CHRISTVM. Nos ergo Fratres hunc tenentes, creatorem, redēptorem, ſaluatorē, optimū & nobiſcū familiariter conuerſatum, abſit ut aliū expectemus, præter eum ipſum ad iuditiū reuerſurū: quē ſecundū eius aduentum, læti utinam & intrepidi uideamus, illi aūt præſenti gaudio, per iuſtitiam atq; inſolitū ſe præliantes, futuri ſpe inani, & ſtultiſsima expectatione ſe torqueant, quoniam nempè ſex ætatū nulla longior hac, quæ modo agitur, cuius initiū CHRISTI ponimus ab aduentu: quid igitur præſtolātur inſani, neſcio quē ſuæ gētis eſſe uēturū, qui iampridem ſuis ſedib. auulſi, & toto terrarū orbe diſperſi, nec ad aliud reſeruati, niſi ad ſui ludibriū & ad teſtimoniū eius quē crucifixerant, IESV CHRISTI inuidum ualent, aut uolunt intelligere impletū in eis, omne quod in Pſalmo legūt, ex ipſius perſona Dauidico ore prophetarū. Reſuſcita me, & retribuā eis. poſt eiuſdem reſurrectionem ſtrati diuino iuditio, totiens attriti teſtantur hiſtoriæ uulgatæ, teſtatur euerſa Hieruſalem. cuius quanta fuerit ruina, ut omittā fœdā famem, & obtētu famis incredibilia & horrēda facinora, quæ locus iſte nō capit, ipſe cæſorū numerus iuditio eſt, qui quoniā omnem ſimilitudinem excedit uerì, apud illius temporis hiſtoricos & præcipuè Ioſephum uirum non mediocris auctoritatis, qui ei bello interfuit, quæ tantorum malorum omniū, quod cuiquam pio dubium eſſe non debet, quid aliud cauſæ fuit, quàm iſta gentis impietas, & ingratitudo in CHRISTVM principium omnis cladis, ab hac ſtulta & indigna expectatione profectum eſt. Quod Chriſtus ipſe ſimilem perituraȳ quę urbem miſeratus prædixiſſe legitur, adiecta cauſa, eo quòd non cognouiſset tempus uocationis ſuæ, quod profectò cognitionis neceſſariæ defectus, expectationis ſupernacuæ cauſa fuit, res non omnibus forſan nota, nec tamen ideò minus uera. cuius certe Tranquillus curioſiſsimus rerum ſcriptor meminit: Percrebuerant enim, inquit, Oriente toto, læta & conſtans opinio, eſſe in fatis, ut eo tempore Iudæa præfecti rerum potirētur. licet iſte aūt ut paganus homo, & ſuſpectionis apud noſtros. ſuo iure fati nomen uſurpet, & uaticinium in Veſpaſiani principatu dicere uelit impletum, qui in Iudæa bellum gerens, ad imperium eſt aſſumptus, uerè tamen ea nobis expectatio Meſſiæ credenda eſt, quæ iam ante per ipſum CHRISTI tempus impleta erat, id cæci coràm poſitū non uidentes, quod iam tranſierat expectabant, ſicut & nunc hodieq; expectant, & uſq; in finem ut credimus expectabunt: ſed tunc ea fiducia elati eludet eos Dei ſapientia, quam ipſi crudeliter & irreuerenter cluſerant, & ligno crucis affixerant. quaſi iā futuri rerum domini, Romanum excutere uoluerūt iugum, ceſo Præpoſito & Legato Syriæ fugato. quæ rebellio materiam prebuit Romanis traijciendi in Aſiam, & Hieroſolymam obſidendi, duce belli Veſpaſiano, qui ſecū in arma primogenitum ſuum duxit, cuius tandem conſilio ac uirtute urbs euerſa funditus ac deleta gens eſt. Et de Iudæis quidem hactenus. Quid deinceps, an doloſas Mahometi fabulas, an philoſophorum diſſonas & inextricabiles ambages, ac temerarij uirtus Auerrois, ac uenenata conuitia, & ſputa ad cœlum putrido ore transmiſſa, an forte potius de *** ne ſacrilegia Fotini, uel Manichei nugas, uel Arrij blaſphemias audiamus: quæ ſi omnia procul abſunt à pectoribus ſanis, ſi neq; miſerabilis paganorum error, & obſtinata Iudæorum cæcitas, neque odibilis Sarracenorum furor tangunt animos, aut delectant, aut ullam penitus ſpem oſtendunt, quid circumſpicimus, quid agimus, aut quē inter huius uitæ naufragia portum petimus, præter CHRISTVM, in quo quiſquis ſpei ſuæ anchoram iecit. uarijs quanquam perſecutionum procellis, & expoſitum fluctuare & laborare quidem po-

teſt, mergi nequit, aut perire orãte iſto ſimul ac iubẽte. ne deficiat fides ueſtra. Nihil impoſſi
bile Deo eſt. in me eſt omnis impoſſibilitas aſſurgendi tanta peccatorum mole obruto, ſal
uare ille potens eſt ego ſaluari nequeo, quantalibet enim clementia Dei ſit. certè iuſtitiã
ratio excludit. & quamuis immenſa miſericordia, ad menſuram meæ miſeriæ redigenda eſt,
nam nec actus agentium, circa patiens in diſpoſitum operãtur, ut Phyſicis placet, & cum a-
ridam ſtipulam tenuis fauilla ſuccendat, aquæ uis ualidum extinguit incendium. Hæc &
quæcunque ſimilia obuerſantur animis, ſiquidem ſalutarem metum diſcuſſo torpore affe-
runt, quædam tacita uelut angelorum nos amantium conſilia æſtimãda ſunt, ſui ſpem om-
nem fiduciamq́ afferunt, commẽta uitentur hoſtilia, & ancipites ad ruinam uiæ: quo enim
ſe quacem animam ducunt, niſi ad deſperationem malorum omnium extremum. nihil ue-
rò uos terreat, nam nec diuina potentia ullis naturæ terminis circumſcribitur, neq; ſolum
in ijs quæ diſpoſita ſunt, uim propriæ actionis exercet. ſed quę indiſpoſita ſunt diſponit, &
miſericordia Dei, miſeriam longe tranſcendit humanam, iuſtitiamq́ etſi non extinguit, ta
men temperat ac frenat. Male de Deo ſentit, male de potentia & miſericordia Dei opina-
tur, quiſquis & miſereri illum uelle pœnitentium, & tantũ miſereri poſſe iudicat, quantum
ſe peccare, cum peccatum hominis quantumcunq; ſit, finitum certè ſit, infinita Dei boni-
tas, infinita potentia, itaq; ſalua ſpe ſalubri, ſalua ſunt omnia, ubi illam abieceris actum eſt.
gubernaculum carnis, animæ nauigium in huius uitæ pelago, rerum fluctibus & tentatio-
num flatibus agitur, nuſquam portus quo ſpes dirigebat, nuſquam cœlum quod ſpes oſtẽ
debat, ſed undiq; pontus, ut ait Maro, undiq; naufragium & procellæ, hæc igitur ſumma ſit.
ſpem tenete, nemo illam uobis extorquebit, & ſi magna ſint ualde quæ ſperamus, magna
ſunt nobis, Deo nihil eſt magnum, ante quem que, tanquam nihilum ſubſtantia noſtra, &
cuius ante oculos mille anni tanquam dies heſterna quæ præterijt, magna ſunt fateor im-
mò quidem immenſa, ſi humanis meritis æquentur, ad largitorem attollite mentes, puſilla
omnia nec poſſibilia modò, ſed facilia uidebuntur, nam quid eſt, oro, quod mutare ſpem &
titubare animos cogit: digni nobis ſupplicio uidebimur, miſericordia indigni, & utrobicũ-
que non fallimur, noſtrum enim erat affligi, illius eſt miſereri, & dignũ eſt, ut indignitatem
noſtram dignitas eius abſorbeat, quod profectò non fieret, ſi peccatum hominis poſſet
Dei miſericordiam impedire. Eſto igitur, nos odio digniſsimi, ille manſuetudine & miſeri
cordia dignus eſt, dignus eſt parcere, dignus nihil odiſſe omnium quæ fecit, dignus nullum
perdere omnium quos tradidit ſibi Pater, iſta uoluentibus, erga genus humanum Dei o-
pera ineffabilis, cum cuncta mirabilia & plena gratiæ uideantur, nihil impoſſibile uidebi-
tur, nihil incredibile, ſtante hoc ſcilicet fundamento, omnipotentiſsimum atque optimum
Deum eſſe, ut nil tàm magnificum cogitari queat, quod iſte non poſsit, nil tàm benefi-
cum, quod non uelit. ſupra hoc fundamentum, quicquid fides extruxerit, ſolidum ſtabit, &
hoſtilibus omnino cuniculis atq; arietibus inconcuſſum. quicquid iſte ſuggeſſerit, omnis
illius impetus ac uis, promptis ac facilibus retundetur obiectis, ijs in fidem receptis, omnia
plana ſunt, ueniſſe Deum inter homines, partu uirgineo editum, & habitaſſe in nobis, do-
cuiſſe uiam uitæ, crucifixum, paſſum, mortuum, deſcendiſſe ad inferos, tartarum ſpoliaſſe,
ſurrexiſſe à mortuis, aſcendiſſe ad cœlos, ad iuditium expectari, magna ſunt fateor, ſed
quid horum omnium impoſſibile Deo eſt? quod ſi omnia potuit, quid eſt quod nolu-
erit, omniumq́ue quæ ad creaturæ ſuæ ſalutem, pertinere cognoſceret. aut quid non potuit
CHRISTVS Dei filius, Deus uerus implere, q̃ præſcire & prænũciare potuit Eſaias Dei fa
mulus purus homo, nec Eſaias modò nec prophetæ alij, ſed Sibylla ut aduentũ Dei omnis
conditio teſtaretur, iſte enim ait: Ecce uirgo concipiet & pariet filium. quid Iudæi cogi-
tent, quid expectent, miror. hæc legentes, pudet puto mutare ſententiam, at qui miſeris li
bera uoce denuncio, impletum Eſaiæ oraculum in Maria, nec iam aut amplius parituram,

mitto

mitto alia huius, & cæterorum ſacra præconia de CHRISTO. quæ & attexere longũ erat, & minimè neceſſarium, quod & nimis multa, & nimis omnibus nota ſunt, Sibylla autem Erythrea quid de CHRISTO prædixerit, audiamus. ſiquidem de Cæſare Auguſto loquẽs, ſub cuius imperio naſciturus de uirgine CHRISTVS erat, inde, inquit, taurus pacificus, le-ui mugitu, mundi climata ſub tributo concludet. ecce iam, ut Euãgelicæ concordãt hiſtoriæ, ubi traditur, exijſſe edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur uniuerſus orbis. de aduentu autem Domini, breuiter primo uates eadem attingit his uerbis. Cuius, inquit, diebus agnus cœleſtis ueniet. nec multò pòſt, idipſum latius exequitur. In ultima, inquit, ætate humiliabitur Deus, & humiliabitur proles diuina, iungetur humanitati deitas, iacebit in fœno tanquam agnus, in puellari officio educabitur Deus & homo. non intelligo quibus uerbis illud clarius Euangeliſta, qui uidiſſet exprimere potuiſſet, quàm inſtincta diuino ſpiritu mulier, inſtinctu ſacræ mentis expreſsit. quin & Ioannis præcurſoris originem præhabuit: Signa, inquit, præcedent apud apellas, mulier uetuſtiſsima præcurſorem capiet. deinde ipſius Domini progreſſum atque exitum ſic complexa eſt. Elegit ſibi, inquit, ex piſcatoribus, & delectis numerum duodenarium unumquẽ diabolum, non in gladio belloue Aeneadum urbem regesquẽ ſubijciet, ſed in hamo piſcantis, in deiectione & pauperie ſuperabit diuitias, ſuperbiamquẽ conculcabit, morte propria mortuos ſuſcitabit, & cum mactabitur, uiuet, & regnabit & conſumabuntur hæc omnia, fietquẽ regeneratio. ultimo bonos iudicabit & malos multa deinceps exequitur, quantum datur intelligi, de Euangeliſtis, de Paulo Apoſtolo, ad poſtremum de quibuſdam quoque religionibus claris, quæ in eccleſia his diebus nouiſsimis ſunt exortæ, mihi ad præſens quæ ad ipſius CHRISTI perſonam attinent, attigiſſe ſuffecerit. quæ omnia eo ordine quo prædicta erant impleta conſpicimus, præter ultimum ſcilicet iuditium, quo cum de re certi, de tempore dubij expectamus: & hæc quidem uaticinia quia non adeò uulgata uidebantur, curioſius inſerui. Quæ Erythreæ proculdubio Sibyllæ ſunt, ut quæ ex illius libro ad contextum elicui, quæ ſequuntur, ut Sibyllæ fuiſſe conuenit, ſic cuius incertum eſt, cum Sibyllas multas Varro numeret, ſtudioſiſsimus atque doctiſsimus Latinorum, quæ à Lactantio ſparſim poſita, Inſtitutionum eius libro primo, Ab Auguſtino autem recollecta, in Ciuitatis Dei libris diſponuntur hoc ordine. In manus, inquit, *infidelium* poſtea ueniet, dabunt autem Deo alapas manibus inceſtis, & impurato ore expuent uenenatos ſputos, dabit uerò ad uerbera ſimplex ſanctumquẽ dorſum, & colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoſcat, quod uerbum uel unde uenit, ut inferis locatur, & corona ſpinea coronetur: ad cibum autem fel, & ad ſitim acetum dederunt, in hoſpitalitatis hunc monſtrabunt menſam, ipſam enim incipiens, tuum Deum non intellexiſti, ludentes mortalium mentibus, ſed ſpinis coronaſti & horridum miſcuiſti. templi uerò uelum ſcindetur, & medio die nox erit, tenebroſa tribus horis nimis, & morte morietur tribus diebus ſomno ſuſcepto, & tunc ab inferis egreſſus, ad lucem ueniet, primus reſurrectionis principio reuocatus oſtenſo. Hæc uaticinia Sibyllina, cuiuſuis Sibyllæ ſint, antiqua eſſe compertum eſt, ſiue fuerint Erythreæ, longè antiquiſsima eſſe quis dubitet. quippe cum eam, qui ſerius locant, Romulo regnante circa urbis conditæ ætatem, alij autem multo antè Troiam belli uaticinatam fuiſſe temporibus, tradant. qua ætate ipſam Cumeam Sibyllam floruiſſe nulla uidetur eſſe dubitatio. Hæc ſiquis acriter animum intendat, non minus Euangelica quàm Prophetica, hoc eſt non uaticinia magis, quàm hiſtoriæ uideantur, quod eorum euidentiſsima claritas facit, ut quaſi de præterito dici putes, qui mos quoque Propheticus. quod ut de pluribus probem, ſatis à Gregorio probatum, unum uerbum Sibyllinum Dauidico conſonum annotabo. Vbi enim ille ait. Et dederunt in eſcam meam fel & in ſiti &c. ita quid audiuiſtis, nempè tàm ſimile, ut uno ore locuti uideantur, qui haud dubiè uno ſpiritu loquebantur: & hæc quidem ac mille alia de CHRISTO, ante carnalem eius originem dicta erant, & circa ipſum tempus originis repetita ſunt, quibus uerò & æterno Dei filio temporalis fides hominum quære-

retur, quod non modò per Prophetas & electos ſuos, ſed per alienigenas ſiue ſanctos, qualis eſt Iob, ſiue etiam infideles actum eſt, quid dicerent ignorantes. huc etenim & iſta trahi poſſunt quæ Virgilius in Bucolicis de alio loquens ait:

Iam redit & uirgo redeunt Saturnia regna.
Iam noua progenies cœlo dimittitur alto.

Et in Aeneidæ de Auguſti imperio agens, ſub quo CHRISTVM natũ ſuprà diximus ait:

Huius in aduentu iam nunc & Caſpia regna,
Reſponſis horrent diuum, & Mæotida tellus,
Et ſeptem gemini turbant trepida oſtia Nili.

Quæ quidem religioſus & pius lector, quamuis de Cæſare dicta, ad cœleſtem potius trahet imperatorem, cuius aduentum toto orbe ſigna præceſſerant. quæ audiens Poëta, neq; altius aſpirans, ad imperatoris Romani, quo nil maius nouerat, reflexit aduentum, cuius ſi uera lux oculis affulſiſſet, haud dubiè ad alium reflexiſſet. Nobis uerò iam, gratias illi qui uſque adeò immeritos nos dilexit, hæc omnia ſine ullis externis teſtibus clara ſunt, & ita ſe oculis fidelium diuinæ lucis radij infundunt, ut nemo cæcus ſit, qui non iuſtitiæ ſolem CHRISTVM mente proſpiciat, & quamuis ab ipſa ueritate uerisſimè dictum ſit: Beati oculi, qui uident quæ uos uidetis. Ego tamen hanc ipſam in terra luminis claritatem, qua poſt CHRISTI reditum ad cœlos, & nunc uſque ad finem ſeculi deuotæ animæ, non carneis oculis, ſed ſpiritus acie CHRISTVM uident, illi corporeæ uiſioni, quadã ex parte non imparem demonſtrabo. ualdè quidem fateor, nam quis neget, fœlices oculos, quibus in carne CHRISTVS apparuit, quàm prædulce enim ſpectaculum uidere noſtra carne noſtraq; anima ueſtitũ Deum, audire uerba, inceſſum aſpicere, notare actus, inter homines conuerſantis quem ſtupent angeli, quẽ adorant, cuius paſcunt̃ intuitu, cuius imperio glorianť, grande prorſus & mirificũ ſpectaculũ poſſe dicere: ecce hic homo eſt quẽ audio, quẽ tango, quem uideo, homo, inquam, mortalis, uerus inquã homo, & cui præter peccatũ ortusq; mũditiã, de noſtra humanitate nihil deſit. & rurſus, ecce hic idẽ Deus nũc terras inhabitans, & terrenas patiens ærumnas, paupertatẽ, famem, frigus, æſtum, dolores animi & corporis, tandẽ paſſurus & crucẽ, ſed in illa mortẽ moriẽdo uicturus. ecce ut carneis pedibus, terrã p̃mit, q coelũ creauit ac terrã. & homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eã altiſsimus. Videre ad ſuppliciũ duci, q ſolẽ lunãq; & ſtellas, ſuis in terrã uijs ageret, ſpectare in patibulo pendentẽ & languidũ uix ferentẽ caput, q tamẽ maximè cœlũ ac terras & maria, ſuo regeret ac ſuſtentaret imperio, uſq; adeò, ut terras tremor quateret, & cœlũ tenebroſus pallor inuolueret, ad nutũ ſui creatoris, orbe turbato, eaq; omnia ꝓ noſtra ſalute credere, magna hæc & deuotis inuidioſa animis. ſed eſt aliqd, ꝙ nobis licet extremis mortaliũ cõtigiſſe fœlicius uideať, qs igiť nõ mireť, ſe familiaritate cõtemni, aut qs in quo ferat animo, idẽ ſibi accidere ꝙ CHRISTO. ille equidẽ à multis, ſtupendũ dictù, familiaritate ſacratiſsima contemptus fuit, quia inter eos natus atq; uerſatus erat, quos ſaluare poterat & uolebat, ab eiſdem fabri filius, & comeſtor carnium, & dæmoniũ habens, blaſphemus & ſeductor dici meruit: ꝙ aduertens ipſe ait. Nemo ꝓpheta ſine honore niſi in patria ſua. uerũ hæc ab infidelibus eſt paſſus, dicat aliqs fatebor, ſed & fideliũ fidem titubaſſe, & ipſa etiã Apoſtolorũ corda ſaluatoris morte turbata cõperimus, & Thomæ duritiã ꝓfuturã, poſteris legimus. Quæ ſi adhuc uiuo uel rediuiuo iam CHRISTO fidelibus cõtingere potuerunt, qs mireť CHRISTO ad coelũ unde uenerat iã ingreſſo. & ab oculis hominũ amoto, illatas tàm multas blaſphemias, quibus à noſtris, præcipuè ab Auguſtino ſtudioſè grauiterque reſponſum eſt, ita, ut acuti uir ingenij Porphyrius præſtringente oculos, puræ ueritatis luce conuictus ſit. quod de eo dicas, quod non hominis, ſed Dei cuiuſpiam, ut aiunt, uerè autem dæmonis ore confictum fertur, cum uideret enim CHRISTI nomen dolorem atque tormentum ſuum, in orbe terrarum ante expectatum celari, & ueram fidem martyrum ſupplicijs aſsiduæ roborari, non auſus quæ in oculis omnium erant præſentia negare, de futuro uaticinari, miris cœpit ambagibus. ſed neque tunc equidem in

CHRISTVM

CHRISTVM loqui auſus, Petrum apoſtolũ maleficijs atq; artibus magicis Chriſtianæ fi
dei fundamentũ ſtatuiſſe ait. non tamen niſi trecentis, & ſexaginta daturũ annis, atq; illis
exactis è ueſtigio ruiturã. quo mendacio quid ſibi uoluerit, nõ uideo niſi uel mentiendi mo
rẽ nõ deſerere, uel in q; magnis inclinor, miſeras animas in dubiũ adducere, & ab exortu lu
cis radijs aduerſas in præteritarũ tenebrarũ reuocare caliginẽ. Ita uero nugator & falſus il
le ſpiritus, & quicunque eſſet, CHRISTVM non amore ſpontaneo, ſed coacta reuerentia
excuſans, Petrum uirum innocentiſsimum ac ſimplicem piſcatorem magis reum facit: Et
infert, quod nullo coarguente falſum pateat, dictis cum magicis artibus laboribus ac peri-
culis multis, atque ad ultimum ignominioſa & truci etiam morte ſua quæſiuiſſe famam, al
tercatoq́ue ſtudio effeciſſe, quod iam ſuprà diximus, non ut ipſe, ſed ut CHRISTVS & non
niſi breui tempore haberetur Deus. Vbi efficaciſsima uidetur Auguſtini percunctatio. Si
enim inquit, Petrus maleficus fecit, ut CHRISTVM ſic diligeret mundus, quid fecit inno-
cens CHRISTVS ut eum ſic diligeret Petrus, nec minus efficax annexa reſponſio eſt. Re-
ſpondeant, inquit, igitur ſibi, & ſi poſſunt intelligant, in illa ſuperna gratia factũ eſſe, ut pro
pter æternam uitã CHRISTVM diligeret mũdus, qua gratia factũ eſt, & propter æternã ui-
tã, ab illo accipiendã, & uſq; ad tempora noſtra, mortẽ pro illo patiendã CHRISTVM di-
ligeret Petrus. me uerò non tàm reliqua tacitũ ſequi iuuat, quàm ſuper ijs ipſis exclamare.
ô rationabilis anima, ô diuina uis ingenij, cui neque lux ad detegendas hoſtiũ fraudes, ne-
que robur ad firmandas amicorum mentes deſit, cuius & interrogatio et reſponſio talis eſt
qualis & fidei pugilem, & ueritatis athletam decet, itaque ſatis reor illum ſigniferum ciui-
tatis Dei, in cuius libris hæc ait, ſæpè conſilijs ſuis exercitum hoſtiũ terruiſſe, eorumq́ue co
gitatus impios, à mœnibus repuliſſe, Eccleſiæ pace uel reddita uel ſeruata. quod tum ſæpè
alibi, tamen in hoc præcipuè in hoc hoſtili calumnia notum fecit, ubi dæmoniacũ commen
tum, quo interminabilis CHRISTI fides, ad tàm exigui temporis metam redigi uidebatur,
infregit, ſupputatione temporum falſum docens quod ille prædixerat, & ſua ætate, qua li-
brum ſeu maximè locum illum ſcriberet, præterijſſe, iam præfixum chriſtianæ durationi ter
minum. & ſi ritè recolo, octo præterea & triginta annorum ſpatium effluxiſſe, eoq́ue po-
tiſsimum tempore, quo caſurũ penitus CHRISTI nomen credebatur, ideò propter ipſum
CHRISTI nomen apud caput Africæ Carthaginẽ fuiſſe ſubuerſam, atq; ita dùm maximè
ruina ſperaretur, tùm & ſolidatum fidei fundamentũ, & culmen eccleſiæ ſpolijs hoſtilibus
exornatũ. Et iſte quidem piè, argutè, fideliter more ſed ſuo, ſacrilegium deprehendit, mẽda
ciumq́ue detexit. Cæterum forſan nimis exiliter probatum uideri poterit animis ad credẽ-
dum tardioribus, ſuggerente, nunc etiam dæmone, non ideò falſum omnino uaticinium
uideri, quod parumper erratum eſſet in tempore, hoc eſt igitur, quod dicebam, in quo
fœlicius nobiſcum agitur. De quo mihi uideor aſſerturus CHRISTVM in carne, non ui-
dimus eo modo quo Apoſtolis eſt uiſus, quamuis eum in operibus mirabilium ſuo-
rum, ſi non oculos claudimus, aſsiduè uideamus, ſed uideamus utique indicantem,
atque firmatam fidem, quam illi ſæpè tremulam uiderunt. uidimus longè lateq́ue uul-
gatum CHRISTI cultum, & quanquam ſegnitie 'ſecordiaq́ue noſtra, CHRISTO
nihil, nobis multa decreuerint, multo tamen adhuc latius, quàm tunc reſonat
CHRISTI laus. miramur imperia regesq́ue perſecutores olim Chriſtianæ religionis, nunc
in CHRISTI nomine & in crucis obprobrio gloriantes, ruſticos cernimus iam de fide cer
tiores, quàm nunc eſſet Apoſtolus Thomas. nec locum clauorum nec uulnera re-
quirentes. multos ſcimus pro CHRISTO intrepidè mortuos & paratos mori, & non
ſolum unius ſolum hoſtiariæ uocibus, ſed omnium tyrannorum minis atque tormentis
immobili patientia, uictam impiorum rabiem, Carnificum duritiem fatigatam, iniectum
pudorem iudicibus, & repentè de tortoribus martyres euaſiſſe. non quod nos peccatores,
Apoſtolis, ut apoſtolicis uiris, aut omnino ætatem noſtram illi conferam, ſed quod (niſi
fallor) ad nos quoque, diuinæ munus gratiæ perueniſſe uideo, eodem ipſo largiẽte, qui dat
omnibus affluenter nec improperat, quiq; operarios horæ undecimæ non prioribus tantũ

æquat, ſed in exhitione diem mercedis, ab eis incipiens, de nouiſsimis, primos facit. quam-
uis enim Dei filius, ut iudex puniat, miſeretur ut pater. Plùs multò paternæ clementiæ re
tinēs, quàm iudiciarij rigoris, quod ſi nō ita eſſet, iamdudū nihil reliqui ſupereſſet, in quo
puniremur, tantò enim eſt maior uis quàm ægrotantis, & ſauciæ humanæ naturæ uigor, ni-
ſi eam qui condidit adiuuaret, cuius uel gratiæ magnitudinem, uel conſilij altitudinem ſu-
per filios hominum, quis ne dicam humanis uerbis explicet, ſed humana mēte concipiat?
nempè ad diuinum munus metiendum, diuino auxſlio eſt opus, & Dei gratiam agnoſce-
re, gratia Dei eſt, non eſt hominis perſeipſum cœleſte myſterium ſcrutari, tamen & cæci
& claudi, licet in tenebras feſsi, recta ſemitam palpitantes quærunt. Loquar pauca, de
ijs quorum ſcientiam quæro magis quàm profiteor, en fragilitas noſtra ante oculos no-
ſtros ſemper, nihil agimus quod non humanæ nos conditionis admoneat atque miſeriæ,
de qua tamen integros ediderunt libros, tractatus alij eximios, de qua Plinius ſecundus,
VII. naturalis Hiſtoriæ breuiter attigit, ſed ſtilo excellēti ac florida ubertate ſententiarum,
de qua & Auguſtinus latius agit in libro de Ciuitate Dei, unde Cicero ante omnes librum
ſuæ conſolationis impleuerat. de qua mihi quoque nōnunquā fuit impetus loqui aliquid,
& uagantem calamum in hos fines immittere, niſi quia & nimis magna, & nimis nota res
uiſa eſt, quod etiam multa ſe offerrent, ut unde ordirer, aut quid potiſsimum dicerem in-
certus, nunquam ſatis explicare poſſe tantam arbitrarer, & ſuperuacuū uideretur, quic-
quid ea de re dictum eſſet, & de qua non dici nihil poſſet ab homine. Hoc unum itaque
commemoraſſe ſatis eſſe, nil miſerius homine, nil debilius, nil pauperius, & aduētitiæ opis
egentius, quamuis indigentiam, imbecillitatem, & miſeriam hanc, unde ſimus, & quid ſi-
mus, & ne futuri ſimus quibusúe tranſmittimur. unde, quo pergimus, niſi nos fallimus, &
ſine libris, & ſine cuiuſquā admonitione ſcimus experti, neque dum non meminimus, ho-
rum poſſumus obliuiſci. Contrà uerò diuinæ naturæ omnipotentiſsimam maieſtatem,
non tam ſcimus quàm opinamur inuiſibilia Dei, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciē
tes Attoniti, & ueluti luce ſolis luce mortales uincente oculos, Hoc unum ſcimus, non quod
nihil ſcimus, ut parum intellectui ſuo fidens, ſit Socrates, ſed hoc certè, rem eſſe ineffabilē
& incomprehenſibilem, ac noſtris ingenijs inacceſſam, horror ſtuporquè ferat animum
noſtrum, ſimul humilitatem & illius altitudinem contemplantis, illud quod ne contempla
ri quidem, ad plenum poſſumus, ex quo factum eſt, quis antequàm fieret cogitaſſet, quo ſci
licet quam potenti, & quam miſericordi remedio huic tantæ miſeriæ ſit conſultum, lippi et
& inualidi, adhuc tantæ lucis aciem ferre non poſſumus, & in ipſum lumen, quod ama-
mus figere oculos non audemus, tali tamen fœlices impotentia, quibus plus gratiæ colla
tum eſt, nō dico quam mereamur, aut mereri ualeamus, quorum omne meritum in primo
parente, quaſi uigor arboris in radice aruit, non dico, quam pro quo dignas grates ſaltem
uerbo perſoluere, ſed plus intelligere uel tenuiter ſuſpicari. Gaude igitur humana natura
de extremis miſerijs, facta fœlicior, quam, toto capere poſsis ingenio, intendite quæſo, huc
ingenia literata, audite Plato, Ariſtoteles, Pythagoras, non hic ridiculus ille circuitus ani-
marū, & uana μετεμψύχωσις. Sed maius quoddā ueræ ſalutis archanū latet, audi Varro ſtu
dioſiſsime hominū, abditarūq; rerū q̄ſitor ardentiſsimè. nō hic tuorū turba et fallaciæ Deo
rū, ſed unius Dei ueritas pietaſq; deſcribit̄. adeſte Cicero atq; Demoſthenes, nō forenſis
ſed cœleſtis cauſa agitur, qd hic ingeniū, qd facundia, uera poſsit experiemini, & uos Ho
mere ac Virgili adeſtote animis. non hic Græci reges, aut Romani imperatores & duces,
neq; falſus iſte ſuperi regnator olympi Iuppiter, ſed regnator cœli uerus dicit̄ *CHRISTVS*
cogitate inter cœlum & terras quanta diſtantia eſt. & ubi diu fruſtrà, iā tandē utiliter labora
re animis ut terra ſalua ſit, neceſſario illā iungi quibus id artibus fiet. Hic ueſtrum acumen,
hic ueſtram intelligentiam requiro, nunquam reor talia cogitaſtis, cogitate modò, & inten
dite, excitate animos ingenia ſubleuate. puto autem cum ualdè ſurrexerint, mox ad deſti-
natam peruenire nequeuntia, & labore indaginis feſſa ſubſident. multa de nubibus, de im
bribus, de fluminibus, de uentis, de glacie, de niue, de tempeſtate, de grandine, multa de
animalium

animalium naturis, de potentijs herbarum, de qualitatibus rerum, multa deniq; de tumo-
re pelagi, de tremore terrarum, de motu cœli ac ſtellarum, diſputata acriter ac tractata ſubti
liter reliquiſtis: at quibus modis cœlũ terræ iungeretur atque uniretur, unum hic ex omni
bus non uidiſtis, magnum & forſan & prorſus impoſsibile, contra quę naturæ leges ui-
deatur, tàm magna tamq; diſtantia iungere, aut qui maius quiddam multò diſtantius eſt,
quid moueri oportet, & inclinari ut terra ſoluetur. Inter cœlum nempe & terram diſtãtia,
ingens fateor, ſed finita eſt, inter Deum & hominem infinita. homo quidem terra eſt, unde
nomen accepit, de terra ortus, in terra uiuens, in terram reuerſurus. Deus autem non cœ-
lum, ſed cœli conditor, tantum cœlo quantum terra altior, utrobiq; tãtundem præſens, &
tantundem diſtans, & ſi enim cœlum terra nobilius non negetur, idem tamen utriuſque
creator ac rector Deus, qui fecit cœlum & terram, maria & omnia quæ in eis ſunt, & loca
lis ſpatij non capax, ex æquo omnem ſuam regit, ac ſupereminet creaturam. Quid igitur
fiet, uos interrogo doctiſsimi homines, quæ multa curioſius quoq;, quàm oportuit libris
ac memoriæ mandantes, unum quod & maximum erat, & ſummæ ſalutiferum, atque ap-
primè neceſſarium ſiluiſtis. In quibuſdam ſanè codicibus ueſtris prædicari Deum, & eius
uerbũ, & multa quæ circa ſummum fidei uerticem & coëternam patris filij perſonã Euan
gelicis apicibus conueniant, Auguſtino teſtante, notũ eſt, quod ſcilicet, In principio erat
uerbum, & uerbũ erat apud Deũ, & Deus erat uerbum. quodque omnia per ipſum facta
ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil, quod aũt qualiter uerbũ illud caro factũ ſit, qualiter terræ
notum habitauit in nobis, hoc doctus Plato neſciuit, ut ait Hieronymus, hoc Demoſthe-
nes eloquens ignorauit, quorũ primus dixiſſe fertur, nullus Deus miſcetur hominibus. at
qui uel falſum hoc populo dixiſti, uel falſo tibi ſententiæ huius inuidia data eſt. quantò me
lius hac in parte Seneca. ait enim, Deus ad homines uenit, nulla ſine Deo mẽs bona eſt, cer
tè Deus noſter ad nos uenit, ut ad eum nos iremus idemq; Deus noſter hominibus mix-
tus eſt, quando habitu inuẽtus ut homo, habitauit in nobis. Profectò enim, quod non tan
tum Plato negans, ſed & Seneca confitens ignorabat, quodque prorſus ignotum erat ho
mini, niſi cui forte diuinitas reuelaſſet, immota lege, diuina conſilij ab æterno tollenda erat
humanitas, inclinanda diuinitas, utr unque pariter factum, & ſalubris celebrata coniũctio
eſt, ſine qua egra ſemper & languens humanitas iacuiſſet. Neutrũ abſq; altero potuit fieri,
aut per alium fieri, quã per eum, qui inclinat cœlos ſuos & deſcendit, qui reſpicit terram &
facit eam tremere, per illũ itaq; nec per alium factum eſt. ô inenarrabile ſacramentum.
nam quo altius humanitas attolli poterat, quã ut homo ex anima rationali & humana car-
ne ſubſiſtens, homo mortalis caſibus, pro talibus neceſsitatibus noſtris obnoxij, & ut pau-
cis abſolutam, uerus ac perfectus homo, & à uerbo filio Dei, Patriq; conſubſtantiali & coę
terno in Deum atq; in unitatẽ perſonæ ineffabiliter aſſumptus, duas in ſe naturas, mira re-
rum prorſus imparium aggregatione coniungeret. quo inquã, homo poterat altius aſcen
dere, quàm ut homo Deus erat, ex diuerſò, quo nõ magis deprimi inclinariq; diuinitas po
terat, quàm ut perſecutiones, iniurias, terrores, & mala noſtra præter peccatũ, omnia paſ-
ſurum, mortale corpuſq; indueret, cum quouſq; ad ultimas cõtumelias. ad uerbera, ad paſ-
ſionem ac mortẽ, mortem aũt crucis, pro ſalute aſſumpta hominis humiliata deſcenderet:
quæq; tàm magna, tamq; ſupra intellectũ erant, ut ea capere ingenia dura & ſuperbia non
poſſent. quippe qui nõ ingenio ſed & fide capiuntur, fecerũt ſibi hæreſes innumeras. & in
primis duas, quarũ altera CHRISTVM Deũ tantũ & nõ hominẽ, altera hominẽ & nõ De
um decepti cõtendũt, cæterũ utriuſq; duricies ut reliquarũ omniũ, ueræ fidei malleis con-
cuſſa, fidelib. cautionem, ſuis actoribus interitũ ſempiternũ peperit, iamq; adeò prouulga
ta eſt ueritas, ut aliquando fortè uirus mortiferi dogmatis, latere aut fallere catholicũ guſtũ
quæat, omnia paſsim in oculis, atq; in manib. ſunt, fruſtrà iam pijs foribus obuerſatur cir-
culator hæreticus, fruſtrà inuiſibilis hoſtis accingitur, pateſcunt doli omnes, arteſq; omnes
tranſlucent, paſtor hunc horridus, hunc feriat miles, durus foſſor, inſomnis mercator, nau
ta uagus, deniq; hũc fidelis ſpernet anicula, & ſi enim explicite fidei articulos defenſionem
quę non

quę nõ nouerit, aſſuetæ tamen aures piæ ueris dogmatibus, & oppletæ diuinorum atque cœleſtium fragore tonitruorum, contra omne ſacrilegium, & ſimplicitate confeſsionis & fidei firmitate uallãtur, ſed deinde uictus, temporis malitia ambiguoq; ſucceſſu dicet: Eſto ſit Deus CHRISTVS, quis illi obediet, quis implebit imperata tàm dura: ſi ſaluari homines uellet, aut plus uirium daret, aut leuiora præciperet. rurſum: Et quis conſilium Dei nouit, cum ſæpè homines lateant humana conſilia? quis ſcit an idcircò præcipiat ut exciret, ideò minetur ut terreat, ut impleti memor in iudicio ſit, præcepti futurus immemor neglecti. contra hanc impiam atq; falſiloquã ſuggeſtionem, fratres mei clamemus ſinguli, clamemus omnes ad dominum, & exaudiet nos, & introibit in aures eius iuſtus clamor. dicat quiſq; maximo animæ niſu poteſt, & uocem lachrymis, ſi datur, aſpergat frangatq; ſuſpirijs, nulla melodia Deo ſuauior eſt, uult iſte amari, uult de ſe ſperari, uult cum gemitibus orari. dicat autem quiſque: Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua doloſa, ſpiritus quidem carnem & oſſa non habet, linguam uocemq; non habet, quibus igitur inſtrumentis loquitur? ô utinam deforent & inſtrumenta periculiſquę noſtris illius exarmatione ſuccurſum eſſet, quod fortaſſe ideò non fit, ut aduerſus hunc hoſtem, noſtra militia quò laborioſior, eò clarior ſit acceptiorq; duci noſtro. Loquitur ille multa intus in anima, quæ quiſque ueſtrum tacitus, non ſine graui exercitio ſuo fert. ualdè autem prouidendi cauendiquę ſunt hoſtes, quo intra muros ut ita dixerim, ita familiaribus inſidijs inq; intimis animæ penetralibus experitura habet, tum interdum & linguas & uocem, & quas ore, dicat aliquis? nempe linguas impiorum hominum, uocem uulgi ſiquidem è tot linguis una totius populi uox eſt, laudat uoluptatem, uirtutem deſpicit, CHRISTI uiam, uel ambiguam, uel inacceſsibilem ſaltẽ dicit. raros ueritas teſtis habet, inter hæc uiuimus, & hãc temporum particulam cum lecti ſumus, hijs moribus non utendum dico, ſed reſiſtendum, quod nobis miſeris, quib. adhuc intus ſeculi fluctus anceps, nauigatio agitur, laborioſum longeq; difficilè dixerim: nam & æſtu rapimur rerum temporalium, nec plus ocij obtigit, quàm quod nobis peccatorum & occupationum noſtrarũ intermiſsione permittitur, uobis uerò iam portus tuta tenentibus, circunſpectio prouiſioquę facilior multo eſt, abſcidiſtis equidem mundi nodos, negotiorũ laqueos, uincula rerũ, nudi & liberi multis è tempeſtatibus enataſtis, ubi quieſcere liceat & uacare, itaque ad illud eximium ſalutis ſtudium, cui uni neglectis, omnibus alijs intenditis, neceſſario ocio abundantes, hoc tamen magno, licet paucis cognito Dei dono utimini parcè, ſobriè, ſollicitè, ne qua uobis ex ocio, ut fit tumultuoſior occupatio renaſcatur: ocio etenim eſt opus, non reſoluto, inerti atque eneruante animos, ſed ſtrenuo, & quid maximè ueſtrum eſt, religioſo & pio. Hoc ergo fratres agite, hoc ad ſalutem tramite pergite, nullus rectior, nullus tutior, atque ideò toties hoc à uobis hodie poſtulo, ut uaceris, ubi enim Hieronymiana translatio habet Vacate, uetuſtior habebat, ocium agite, cui inhærens Auguſtinus ait: Vnum certè quærimus quo nihil eſt ſimplicius, ergo ſimplicitate cordis quæramus illum, agite, inquit, & agnoſcetis quia ego ſum dominus, non ocium deſidiæ, ſed ocium cogitationis, ut à locis ac temporibus uacet. ô profundum & ſalubre conſilium fratres, quod ut ad liquidum intelligeretur, adiecit. Hæc enim fantaſmata tumoris & uolubilitatis, conſtantẽ unitatem uidere non ſinunt, loca offerunt quod amemus, tempora ſurripiunt quod amamus, & relinquũt in animo turbas fantaſmatum, quibus in aliud atque aliud cupiditas incitatur, ita fit inquietus & criminoſus animus. & fruſtrà tenere in quibus tenetur exoptans, uocatur ergo ad ocium, id eſt, ut iſta non diligat, quæ diligi ſine labore non poſſunt. Hæc iſte uir & pietate magnus & literis, ego autem fratres ad hoc ocium uoco, hoc poſtulo, hoc hortor, hoc obſecro, agite ocium & uacate, ambo enim paria immò equidem unum ſunt, ſicut & quæ ſequuntur agnoſcetis, quia ego ſum dominus, & uidebitis quia ego ſum Deus. Dulcis uia, fœlix terminus, Vacate & uidete, ocium agere & agnoſcere. & non modò per breuiſsimũ laborem ad longæuam requiem, quod ipſum peroptabile erat, ſed quod immenſum gratiæ eſt, & temporale gaudium ad æterna conſcendere, in hoc culmẽ ſcandite, unde aſcendendi altius

eſt uix,

eſt uitæ, & in huius ocij arte conſiſtite, hinc nullo ſtrepitu auribus, nullo puluere rerũ tranſeuntium obſtante oculis, omnes hoſtis dolos tendiculaſquе proſpicite. Quamuis ut dixi enim illi gratias, qui nos omnem ueritatem docuit, iam eouſque profectum, uel ſuapte natura, uel conſuetudine in naturam uerſa, unde inſtitutæ mentes atque aures ultrò reſpuere didicerint, quicquid aptè diſſonum uerò eſt, illud tamen occultius diabolicum murmur, ex ore impij cauendum, qui apparenter melior, ſed deterior exiſtẽt, CHRISTVM laudando impedire cogitet, ueſtrum iter, quo ad CHRISTVM peruenitur, iſte quidem aget hoc modo, ſanctum fateor quicquid CHRISTVS iubet, ſed implere præcepta Dei ſupra hominem eſt, itaq; ſi in rerum humanarum executione laboramus, uſque adeò ut ſæpè nos cepto impares agnoſcamus, atque ideò meliore cõſilio deſiſtamus, quid de diuinis eſt ſperandum, linquamus ergo ille angelis, quorum excellentiſsimi etiam ſub pondere corruerunt. cœleſtia ſanè cœlicolæ, nos humanum tractemus, & fortaſſe conſultius fuerit, non ingredi iter hoc arduum præruptumque, quàm medio calle deſiſtere, & hac ſaltẽ uita, dum adeſt frui, quàm ſpem incerti certum prodere. Veniet alter eo periculoſior quo proximior, uera qui & rectas CHRISTI ſemitas & ſancta iuſſa fatebitur, & has peruias & hæc poſſibilia non negabit, ſed difficultatem rerum noſtrarumque molliciem, multoque maximè noſtræ ætatis decus, deſperatis ac perditis moribus, nihil à quoquam ſatis, ne dicam nimium, dici poteſt uerbis exaggerãs, feruenti propoſito, quoddam diffidentiæ frigus aſperſerit, aut fortè facilia prædicans, differenda concludet, poſſe enim cum libuerit impleri, dandam quoque partẽ temporis huic uitæ, cuius muneribus haud dubiè ſit aptior uirens ætas, cætera ſenibus committenda, quod maturioribus opportunum conſilijs ſit, attamen maximè de altera uita cogitandum, dum huius finis in proximo eſt, eo præſertim, quod in omnibus rebus ſit ordo pulcherrimus, & cum ſemel abſceſſeris, turpis ad iſta ſit reditus, non minus Deo placuiſſe qui pœnitentiam egerunt, quàm qui ſic uixerunt, ut eo remedio non egerent. Horum hac ſimilium ſuaſores nõ deerunt, uel ſermones hominum uel taciti cogitatus. quod ſibi contingere poſſe, quis non miretur, cum contingerit Auguſtino, quod ex confeſsionibus ſuis conſtat, & iam contigiſſet Antonio tàm duri propoſiti, & tàm ſolidæ uirtutis ac fidei uiro, quod Anaſtaſij teſtimonio notum eſt, unde dicit: Vos autem fratres eodem quo Antonius orationis clypeo, hæc hoſtis tela repellite, ſiquidem diaboli telũ eſt, quicquid loquitur impiorum os. multa igitur tela iaculãtur, multas etenim linguas habet, ſeu totidem armenta, quibus hoſtilia uenenata contorqueat, nec linguas modò, & oculos & aures & manus habet, & brachia & pedes, deniq; ſicut iuſti anima ſedes CHRISTI, ſic impij anima ſedes eſt diaboli, & ſicut animæ, ſic & in anima præſidẽti totũ corpus obtemperat, inde igitur ſuadente illo talia, quid detur, aut quid opponatur uobis ad linguã doloſam, ſi hoc quæritis reſpondetur uobis per Prophetas. Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs. ô ingentis mali remediũ opportunum atq; efficax, quo genere ſermonis alibi utitur Propheta idem. Sicut ſagittæ in manu potentis ita filij excuſſorum. Vnde non immeritò hic quæri ſolet, quis hic potens, quæ ſint hæ ſagittæ, qui ſint hij carbones, & certè nemo potens, niſi cum dictum eſt: Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. & ab alio quodam. Multum ualere tibi ſoli ſuperat ſemper, & uirtuti brachij tui quis reſiſtet? quoniam tanquàm momentum ſtateræ, ſic ante te eſt orbis terrarum, & tanquàm gutta roris antelucani, quæ deſcendit in terram, ſed miſereris omnium, quoniam omnia potes. Hic eſt Fratres ſolus uerus potens, nam quis quæſo alius potens? aut quantula noſtra potentia eſt? ſeu uera noſtra fragilitas, in hoc præangusto terræ habitabili angulo, ſiue ut propriè dicã puncto, qui ſit terra, ad uniuerſum puncti rationem obtinet, pũcti punctus eſſe depræhenditur, in quo quidẽ omnino digni mortales, genus laborioſum, anxium, ſollicitum, tanto mori motu, totque paludibus obruto, tot deſertis inhoſpito & inculto amnibus montibuſque diſtincto, tot regnis ac imperijs ſciſſo, tot bellis ac diſcordijs inquieto, quo tàm iugibus curis, tam longo labore breuique tempore poſsidendo, non ſecus ac perpetuò ſuperbimus, cuius fugitiua fœlicitas,

quamuis

quamuis in ſancto fulgore præſtringente oculos, aliquid eſſe uideatur, quid tamen uerè ſit, multis experimentis, ſed nullo clarius quàm morte cognoſcitur. Sagittas uerò, quas alias opinemur, niſi Apoſtolos & nuncios, quos potẽs iſte, de quo loquimur in medio ſuorum hoſtium iaculatus eſt, ſeu uerba uitæ & teſtimonia Euangelij latè ſparſa, ſiue per illos, ſiue per ipſum regum ac populorum infixa pectoribus. Non doloribus aſperi, ſed præ dulcis amoris cauterio uulnere. de quibus ipſe non ſemel, ſed iterum & iterum gloriabundus & exultans dicit. In nomine domini, quia ultus ſum in eos. uerè igitur potens, & paucis ſagittis orbem domuit, ſequé de tot aduerſarijs ulciſcens, tot animas duci hoſtium eripuit. uerè acutæ ſagittæ, quæ facili iactu duriſsimis adheſêre præcordijs. Carbones uerò deſolatorios ſeu uaſtatores. utrunque enim in antiquis codicibus lectum eſt, quid aliud putem, niſi ardentes & ignitas animas eorum, qui uos in hoc ſancto propoſito præceſſerunt, ſæpè cui uerba non proderant, exempla profuêre, puduitqué non ſequi, cui non credere non pudebat, tanto uehementior aculeus eſt actuum, quã uerborum. aduerſus igitur linguam doloſam, ne ancipiti cuſpide tenerum cor transfigat, duo hæc ſtrata remedia ſunt. Sagittæ potentis acutæ, ſi iſte forte non ſufficiat, carbones deſolatorij. Dicam aliqid ne res careat exemplo, in primis meditare tu quiſquis in hoc ſtatu es, quàm doloſa lingua circunſtrepit, quàm potens eſt, qui tibi hunc animum dedit, quam facilè illi ſit quod inſpirauit fouere, perficere quod incepit, audis illam ueris falſa miſcentem, ne ſi falſa ſint omnia, pariter reſpuantur. dicet, Caue ne quam timeas, ne cui te ſubmittas, nil libertate melius, liber eſto. Quid uano terrore, quid humili ſeruitute deijceris. Reſpondebis, primum ore Moſaico. deinde per ſeipſam uiua ueritas, ut dominũ Deum tuum adores, & illi ſoli ſeruias, Nec tantum modò uiri, ſed & mulier uidua Deum alloquens. Tibi ſeruiat, inquit, omnis creatura tua: Propheta autem, Rex & reges, & omnia ſeruite domino, cui ſeruiendum eſſe, nunc in timore, nunc in lætitia, denunciat, illi igitur & ego ſeruiam lætus ac metuens, cui ſic ſeruiens liber ero, immò uerò cui ſeruiens regnabo. dicet iſte, Seruitus aſpera, iugum graue. reſpondebis autem. Dominus meus tàm uerax quàm tu mendax, contrarium clamat, iugum ſuum ſuaue & onus ſuum leue. Dicet iſte. Tu peccator fragilis & mortalis. reſpondeto. At dominus meus fortis, ſanctus & immortalis, ſi fatiger, illi hærebo, illius in gremio conquieſcam, habet & fatigatio uoluptatem ſuam, & gratiorem efficit quietem. ſunt qui fatigationem exercitio quærant, ſi quid ſanè me impulerit in illũ ibo, ille immobilis fixus, infatigabilis, & mei amans, non ſe auertet, nec corruam. ſi in illo confidã, non erubeſcam, neque me irridebũt inimici mei. ad diuina deinde conſilia te conuertes, teq; ipſius CHRISTI uerbis armabis, audiens enim ab iſto prænunciatas huius uitæ moleſtias, & labores, & pericula, & ſcandala, & quicquid in hoc curſu temporum patiendum tibi eſt. audies ab aduerſo melioris uitæ præmia, atque ſolatia in finem promiſſa laborantibus. hoc tibi datur & opponitur ad linguam doloſam, ſine hoc quidem ſatis eſt, ſed penetrabilior aduerſarij cuſpis, urgere non deſinit, & peccatorum cumulos, & fragilitatem conditionis ingerere, ut iter durum, tempus aſperum, ingens ſarcina. tu delicatus mollis, infirmus, æger, adoleſcens, ſenex. Hi enim omnes ſibili ſunt, linguæ doloſæ, quid laboras, ſeu quo pergis, quid uel tàm materiæ præoccupas, uel tàm ſero aggrederis, gaude potius dum licet, de futuro uidet fortuna, quotiens iſtis urgemini fratres, neq; ad defenſionem uerba, neq; acutæ ſufficiunt ſagittæ, tamen dæmonum carbones deſolatorij in medium præferant. ego'ne fœminis ac puellis infirmior, quæ ſæpè non exiguum laborem ut ego, ſed tàm multa terribilia, & terribilium extremum, alacres pro CHRISTI nomine ſunt perpeſſæ, ego imbecillior Gregorio, delicatior Arſenio, uoluptuoſior ſuperbiorqué ſum regibus, & filijs regum, qui totiens propter CHRISTUM regna & regnorũ delicias, ſæpè etiã ſpiritũ contempſerunt. non hoc iter primi non ultimi agitis, haberis & uos propoſiti ueſtri duces, habet enim ut Hieronymus, unuſquiſq; propoſiti ſui principes. Romani duces imitentur Camilos. Fabricios, Regulos, Scipiones, Philoſophi proponant ſibi Pythagoram, Socratem, & Platonem, Ariſtotelem: Poëtæ emulentur Homerum, Vergilium, Menandrum, Terentium.

Hiſtorici,

Hiſtorici, Thucydidem, Saluſtium, Herodotũ, Liuium, Oratores, Liſiam, Gracchos, Demoſthenem, Tullium. & nunc ad noſtra ueniamus, Epiſcopi & Presbyteri habeant in exemplum Apoſtolos & Apoſtolicos uiros, quorum honorem poſsidentes, habere nitantur & meritum. nos autem habemus propoſiti noſtri principes Paulum, Antonium, Iulianum, Hilarionem, Macharium, & ut ad ſcripturarum ueritatem redeamus, noſter princeps Helias, noſter Heliſeus, noſtri duces filij Prophetarum. Equidem Fratres hij ſunt noſtri duces, qui Hieronymi duces erãt, inſuper ipſe Hieronymus & Auguſtinus & Gregorius, & omnino quiſquis aliquando hactenus proximi amore, ſolitariã atque heremiticam agens uitam, religioſo ocio claruiſſe noſcitur, dux & comes hortatorq; & adiutor noſter eſt, & exemplum ſui, ſeu paxillum quendam offert, uobis faſce preſsis aut feſsis itinere. quamobrem ſiquis eſt iunior Paulus primus heremita, Antoniuſq; & Hilarion ad memoriam reuocandi erunt. quorum primus ſextumdecimum, ſecundus uigeſimum, tertius uerò quintumdecimum ætatis annum agens, in ſolitudinem perrexit, mũdumq; deſeruit. ſi quis ſenior, idem illi antè oculos habendi, ſed perſeuerantia in primis æſtimanda, & iungendus principio uitæ finis, è quibus Paulus ad tertiumdecimum atq; centeſimum, Hilarion ad octogeſimum annum, in iſto ſancti ac religioſi ocij feruore peruenit. Non eſt animus reliquos hic nominatim attingere, quorũ nomina in ſecundam ſolitariæ uitæ partem congeſsiſſe uideor, inde ergo uel aliunde, quàm quiſq; laboribus ſuis aptiſsimũ ſenſerit, ducem legat, cuius uitæ atq; exemplis inſiſtens, poſt regis noſtri ueſtigia ſecum pergat: & ſiquis forte diffidit idem poſſe, & CHRISTI bellis indomitorum ſanctis imitatio, difficilis uidetur, an nõ ſuccurrit & hos prius fuiſſe pueros quã ſenes? An præterea quod puellæ & infirmi & educati in purpura potuerant, non poteritis? quaſi uerò uel ij molles uel durati uiri, illi quicquid in ſe potuerint, & non in illo potius, qui eos confortabat, in quo ſe poſſe omnia gloriabatur Apoſtolus. an uerò ſenectus ab honeſto retrahet, ad quod uel ſola poſſit impellere, dum cogitare cœperit uiator dici ultimum, breue iter ac deuexum hoſpitium propè eſſe, paratamq; cum laborum fine mercedem, an Victorinum tenuit ſenectus, quo minus ſpretis omnibus, atq; in primis illa tanta literarum gloria, qui tàm longa ætate floruerat, dimiſſo magiſterij honore, propter CHRISTVM, quem aut antè non nouerat, aut forte contempſerat, mori non timeret, paganus iuuenis, & paganus ſenex, ſed decrepitus Chriſtianus, fœlix qui totius uitæ deuium, & longè lucis errorem facili compendio correxit ad ueſperam, an uerò conſcientiæ pondus in deſperationem auget, aut opprimet memorantem, quot beneficiorum Dei immemor Dauid, quantaq; ſcelerum mole obrutus, non deſperando miſericordiam conſecutus eſt? quantus perſecutor CHRISTI Paulus, quantas perſecutiones propter CHRISTVM pertulit? Quantus uerè fidei oppugnator Auguſtinus, quantus eiuſdẽ fidei propugnator euaſerit? quod Maria mulier in ciuitate peccatrix, in ciuitatem, inquã, nõ Dei, quã peccatores non inhabitãt, ſed mũdi, non'ne de ciue Babylonica cœleſtis Hieruſalẽ ciuis effecta eſt? Adeoq; per miſericordiam reformata, ut deletis impudicitiæ maculis, poſt genitricẽ CHRISTI ſolam primum, apud nos inter uirgines obtinuiſſe uideatur locũ, argumentũ euidens, quanquã irreparabilis ſit ipſa uirginitas, pœnitentia tamen & lachrymis uirginitatis gloriã reparari: & uerìſsimè dictum eſſe, cui plus dimittitur, plus amari. humanus animus quaſi ager, ubi herbæ inutilis neglecta ſoli ubertate luxuriant, recipiẽdis alẽdiſq; ſeminib. uerborũ Dei purgatur, opportuno atq; utili reparatur incẽdio. ne hæc tantũ cauenda nobis opinemini, innumerabilia ſunt, ad uerſus quæ ſemper armatũ & intentum eſſe animum oportet. ad ſummam enim, quicquid contrarium rationi uel auditis ab alio, uel in ſilentio cogitatis, lingua doloſa eſt, uitate dolos, inſidias declinate, eoq; uigilãtius, quo coloratiore rationis pallio tegitur ſermo, uel cogitatio uenit in animum cuiuſpiam. quod ipſum magnis ſæpe uiris accidit, non ut ab hoſte, ſed ut à domino ſignũ petant, ne nimiũ inſidiæ patẽtes ſint, ſi propterea metienda natura, parum ſibi fidei eſſe, ſed à domino, quod ipſum diffidentiæ conſiliũ, & odio dignum eſt, Nihil eſt enim aliud quàm Deum temptare, abſit hoc à uobis fratres. Non ſimus ex his quibus dictum eſt: Generatio mala & adultera ſignum quærit, & ſignũ non dabitur ei &c.

Optat

Optat aduerſarius noſter, nō ut diſcamus (cui ignorantia noſtra gratiſsima, ſcire noſtrū permoleſtum eſt) ſed ut ſecum confundamur, qui audiuit à domino: Vade retro Satanas, ſcriptum eſt enim, non tentabis dominum Deum tuum. Vult ut domino noſtro à quo, & per quem, & in quo ſumus, ſine pignore non credamus, immò equidem ut mille pignoribus acceptis, noua ſuperuacua & nocitura poſcamus, quo illū ſcilicet uanis ſuſpitionibus irritemus, obdurantes corda ueſtra, ſicut in exacerbatione, ſecundū diem tentationis in deſerto, ubi tentauerunt eum patres ueſtri, probauerūt & uiderunt opera ſua. hoc in uobis uelut oblitis hoſtis ſuggerit. quod in patribus noſtris acerrimè uindicatum eſſe meminimus. hortatur ut præſcientiam futurorum anxij quæramus, quæ nec poſsibilis eſt homini, nec neceſſaria profectò, nec utilis, & ſi poſsibilis foret, quæ non exequar, ne nimius ſim, tum in eo præſertim libro quem de diuinatione compoſuit, eleganter à Cicerone tractata ſunt, & poſt eum à Fauorino Philoſopho, multæ facundiæ atque doctrinæ. Sed iſte uos augurum atque aruſpicum, aut qualibet arte diuinantium, hoc ſeruičtium ſeruos cupit, horum tamen omnium facillimus eſt contemptus, recolentibus ſcriptum eſſe, quod multa hominis afflictio, qui ignorat, præterita & futura nullo ſcire poteſt nuncio. & eodem libro. Omnia in futurum ſeruantur incerta. & eodem. Ignorat homo, quid antè ſe fuerit, & quid poſt ſe futurum eſt, quis illi poterit indicare? quem ſecutus Statius:

Quid craſtina uoluet ætas, ſcire nephas hominum ait. De quibus Actianum illud probo:

Nihil, inquit auguribus credo, qui aures uerbis ducunt alienas:
Suas, ut auro locupletent domos. Nec minus Pacuuiana placet irriſio:
Nam ſi quæ uentura ſunt, inquit prouident, æquipererentur Ioui.

Non eſt hoc Fratres, fideles ac deuotæ animæ, poſcere ſeu etiā cogitare, ſufficiat nobis Apoſtolos atque ſanctos uidiſſe quæ credimus, nos in illis uitis, contra calumnias imperitorum, & contra terrenæ argumenta ſapientiæ, ducebamur, nos illorum inſtruxit aſpectus, nos erudiuit auditus, nos confirmauit tactus: gratias igitur agamus diuinæ diſpenſationi, ſanctorum patrum neceſſariæ tarditati, dubitatum eſt ab illis, ne dubitaretur à nobis. hæc Leo papa. Sufficiant nobis quoque uulnera martyrum, & inde perfluens ſacer ſanguis, unde deſcripta pijs in mentibus fides noſtra eſt, cuius niſi pignus idoneum accepiſſent, nunquam tàm intrepidi & tàm læti ad ſupplicia & interitum feſtinarent. Nouerimus, inquit, quia non ſine magno diſcrimine de religionis ueritate diſputamus, quàm tantorum ſanguine confirmatam eſſe uidemus, magni periculi res eſt, ſi poſt prophetarum oracula, poſt Apoſtolorum teſtimonia, poſt martyrum uulnera, & ueterem fidem, quaſi nouellam diſcutere præſumas, & poſt tàm manifeſtos duces in errore permaneas, & poſt morientium ſudores ocioſa diſputatione contendas. ueneremur in ſanctorū martyrū gloria fidem noſtram, hæc Maximus. hos autem qui miracula poſtulant, quorum ridiculis uotis ac uocibus uſque ad nauſeam plexi ſumus, non tàm præſentis aut futuri auidos, quā præteriti incredulos, & fidem quam negando non audent, optando & dubitando minus aptè quidem, ſed minus impiè damnare, nos autem ſiue noſtris temporibus miracula fuerint, agnoſcamus ſummum & ſolum mirabilium auctorem, ſiue non fuerint, & eò amplius eidem gratias agamus, qui ita fidē ſtabiliuit, ut iā ſine miraculis crederemus Auguſtinus ait, Vnde ergo tanta fide CHRISTVS uſque quaq; canitur in cœlū cum carne ſublatus. deinde Ciceronianis, ut ſæpè ſolet uerbis, ad præſidium noſtræ ſententiæ uſus. Vt unde inquit, temporibus eruditis, & omne quod fieri non poteſt reſpuentibus, ſine ullis miraculis, nimium mirabiliter incredibilia credit mundus, an fortè credibilia fuiſſe, & ideò credita eſſe dicturi ſunt. Cur ergo ipſi non credunt? ad poſtremum concludens ualidiſsimè ſuo more. Breuis eſt, inquit, igitur noſtra complexio, aut incredibilis rei, quæ non uidebatur, alia incredibilia, quæ tamen fiebant & uidebantur fecerunt fidem, aut certè res ipſa credibilis, ut nullius quibus perſuaderetur miraculis indiget. ita iſtorum nimiam redarguit infidelitatē. Quæ cum ita ſe habeant, prorſus à conſortio dæmonum abſtinendū dico, nota quidē mendacis hominis pœna eſt, ut ei ueritas nō credatur, quid igitur huic fiat, in quo ueritas nulla eſt, una ſecuritas auerti, qui nil mendaci crediderit, mēdacio non falletur, Vacate ergo nil eſt melius.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. DE OCIO RELIGIOSORVM, LIBER II.

IAm ſatis ut arbitror, quantum inter has anguſtias datum, aduerſus maioris noſtri hoſtis inſultus, CHRISTO duce, certatũ eſt, ſupereſt ut ijſdẽ auſpicijs, & contrà reliquos confligamus, quorum primus Mundus hic errat, cuius ut blanda frons & ſuperficies decora, ſic dura ultima, & fœda intima, & nulla fides aſpectui eſt, nihil omnium quæ pollicetur implenti, & ab huius quoque fallacijs pompiſque terreſtribus uacandum cenſeo, quæ cum ſint innumerabiles, unus omnium eſt finis, fugiendo decipere. Fuiſtis in ſeculo mundique blanditias uel experti omnes, uel ueſtrum aliqui, noſtis ut reor, q̃ nihil in his ſolidũ aut ſtabile, ſed has lingua doloſa, uerbis inanibus attollit, magnumq́; eſſe aliquid contendit, quod uel oblitas circumuentura animas, uel memoriam ablatura, itaque uanitates, quibus adoleſcentia uel iuuentus olim renunciauerit, ſæpè ſenio occurſant & recurſant & incurſant, & blando murmure querulæ, ubi nos, inquiunt, dimittitis. ijs ardoribus atque ijs animi motibus reſpondet illud, quo nihil eſt uerius, Vanitas uanitatum, & omnia uanitas, & afflictio ſpiritus. hæc ille regno & ingenti fama ſapientiæ clarus uir aiebat quæ uobis Fratres, multa licet rerum imparitate conuenerat. dicat ergo pro ſe quiſq; ueſtrum, ego quoque ſimilia & cogitaui, neque enim monachus ſum, de ſeculo ueni, Babylone uerſatus ſum, non potes me Munde decipere, expertus noui te, Et præterea magni ducis exemplum habeo. Non fui rex ut Salomon, neque ut ipſe ſupergreſſus ſum operibus, omnes qui fuerunt ante me in Hieruſalem, ſed fui unus hominum occupatorum, & uitæ agentium & de te ſperantium, quod ergo credo iam tandem experientiæ, non tibi, nam & ego cum expertectus eſſem, eumq́; poſt Salomonem conuertiſſem me ad uniuerſa quæ fecerant manus meæ, & ad laborem in quo fruſtrà ſudaueram, uidi in omnibus uanitatem & afflictionem ſpiritus, & nihil permanere ſub ſole. unanimes in CHRISTO Fratres mei, mundo fallaciter blandienti, acutas huiuſmodi ſagittas obijcite, non hic multis eſt opus. præſentem ſtatum ueſtrum ſcitis, & præteriti meminiſtis, & niſi, quo nihil eſt ab ingenio nobilium uiuacitate ſemotius, fucum aut phalcras, potius quàm medullam rerum extimatis, admonendi à me uel ab alio non eſtis, nulla palatia ueſtris cellis, nullas pompas ueſtræ humilitati, nulla imperia, nullam peccandi licentiam ueſtræ innocentiæ, nullos rerum temporalium, quamuis operoſiſsimos apparatus, ueſtro ocio, nullas epulas ueſtro ieiunio, nullas denique purpuras ueſtro cilitio comparari: ſinite igitur gloriari alios in purpureis amictibus, in marmoreis palatijs & peritura potentia, in uenteſis honoribus, in uoluptatibus blandis, inque alijs, quibus Babylonici tument ciues, uobis ſi ad æternam pertinetis Hieruſalem, abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri IESV CHRISTI, per quem mundus crucifixus eſt, & ipſe mundo. Quem nunc etiam ſi blanditur ſpernite, nolite credere, mendax & ipſe eſt, ſui principis exemplo. quod ſi quando aliquid mundus idem, cuius ſpecies exterior pulchra eſt ratione ſopita, ſenſibus perſuadere temptauerit, cũ quibus ei familiaritas ingens eſt, excitate rationem ſenſuſq́; compeſcite, & clamate de terris cœleſte præſidium inuocantes: clamate omnes, clamate ſinguli, Saluum me fac deus, quoniã intrauerunt aquæ uſque ad animam meam. nam quid, oro, aquæ fluenti ſimilius, quàm res hominum ſine fine uolubiles, ubi ſunt quæſo lætitiæ breues, & inanes illorum omnium, qui ſe ab ipſa mundi origine ad hoc tempus uoluptatibus fœdis & curis inutilibus dederunt. nempè ut iſtæ delapſæ ſunt, & in nihilum uerſæ, ſic præſentes dicto citius, cũ ſuis amatoribus collabuntur. & ut ait Pſalmographus ad nihilum deuenient, tanquam aqua decurrens, & ſicut cera quæ fluit afferentur. Hæc ſunt flumina Babylonis, quorum meminit

 ſcriptura:

ſcriptura: uidelicet lapſus, inſtabilitas, & fuga rerũ tẽporaliũ, ad Babylonis ius ſpectantiũ, nõ ciuitatis regiæ, cuius incolarum pedes ſtantes erant, in atrijs tuis Hieruſalem nam qd eſt aliud Babylon, niſi cõfuſio? aut qd mũdo cõfuſius & amicis ſuis, qbus ad literã illas inferni fabulas applicari poſſe, ſi dixerim, nouã fortè rem dixero, ſed ni fallor uerã. Is animorũ ſtatus, ea fluctuatio uitæ eſt, ut tartareis uadis omnib. immerſi, & de uno quoq; nacti aliquid, De Lethe obliuionẽ naturæ melioris, de Phlegetonte, irarũ æſtus atq; cupidinũ, de Acheronte infructuoſam pœnitẽtiam & dolorẽm, de Cocyto, luctus ac lachrymas. de Stygio, inimicitias atq; odia largiter hauſiſſe uideant̃. nec præſens ſuppliciũ moribus deſit, quippè quos Tantali ſitis excruciet, Lapytharũ ſilex exterreat, ſaxũ Siſyphi fatiget, Tityj uultur rodat, Ixionis rota præcipitans circũuoluat, ita nihil in eis niſi conſiliorum circuitus, & flammæ libidinum & tenebræ iuditiorum, & inſtabilitas actionum inquietam & turbidã efficiũt uitã, qd magis ꝑdeſt homini, ꝙ eo labente mũdus ſtat? quanq̃ ne is quidẽ, ſi uerum fateri uolumus, manet, ſed licet occultius, ſuum & ipſe pergit ad finẽ, quotq; urbes in quibus naſcimur & nutrimur æuo ꝓlixiore perdurant, quas tamen & ſeneſcere cernimus & perire. nec ulla urbs immortalitatẽ ſperet, cũ caput urbiũ uideamus eſſe mortale. Equidem ut pueris nouitijsq; ueſtris placeat iſta lecturis, non ineleganter illud ait Proſper:

Nam mihi quid prodeſt quod longo flumina curſu.
Semper inexhauſtis prona feruntur aquis.

Enumeratisquè alijs, ad hunc modum intulit:

Iſta manent, ueſtri ſed non mansiere parentes,
Exigui uitam temporis hoſpes ego.

Cogitate nunc & ante oculos ponite ciuitates quas inhabitaſtis, ſed ſic illas cogitate, ne deſideretis. amens eſt enim, qui in portu poſitus deſiderat tempeſtates, gaudete potius ſalua puppe, uos nudos è tãto naufragio euaſiſſe, ꝑteriti nempè diſcriminis memoria ſuauis, deſideriũ inſanũ. cogitate quales eratis dum inter accolas (omnes enim magna ex parte referunt̃) per illarũ plateas ac porticus errabitis, in tẽplis nõ orãdi animo, in foro nõ mercãdi ſtudio, ſed ſpectaculis occupari, ut ſi uideretis & uideremini, & placeretis oculis inſanorum, deſpectatoris, æternos oculos cũcta cernentes nõ curantes. Fugite uerò nunc uobis reditũ ad eaſdẽ urbes, rogo qd ſuſpicamini, reuidebitis forſitan notas turres, recognoſcetis antiqua mœnia, quamuis & illa iugiter ruant, durabit utrunq; ſpecies locorum, intus labentur flumina, ſtabunt montes, quærite notos habitatores, neſcio quomodo propè omnes abierunt. magnus uos habebit ſtupor, eandem ſimulq; aliam ciuitatem ingreſſos, ut dicatis cum Heraclito. In eandem ciuitatem bis intramus & nõ intramus. certè ego q peccatorum uinculis, in mundo uelut in carcere adhuc ſum, ciuitates ueteres proſpiciens, agnoſcere uideor, & eaſdem ingrediens non agnoſco. Tranſite autem Regum Pontificumq; palatia, ante limina ciuium ſuperborum, quos familiariter noſtis, muri forſan adhuc ſenio reſiſtunt, ipſi autem quid, pulſa, uoca, roga, ſi abſunt, expecta paululum dum redeant: quàm terribiliter inter afflictiones ſuas ſimplex & rectus ille uir dixit: Lignum habet ſpeciem, ſi præciſum fuerit rurſum uireſcit, & rami eius pullulant, ſi ſenuerit in terra eius radix, & in puluerem emortuus fuerit, truncus illius ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quaſi cum primum temptatum eſt, ſperamus fortè, ut eadem conditio noſtra. heu quàm diſsimilis eſt. ſequitur enim homo, uerùm cum mortuus fuerit, nudatus atq; conſumptus, ubi quæſo eſt? reſpondeant amatores ſeculi. ubi ſunt patres eorum, ſi tacuerint, Iob ipſe reſpondeat. quomodo ſi recedant, inquit, aquæ de mari et fluuius uacuefactus areſcat, ſic homo cum dormierit non reſurget. cæterum ne his uerbis ſpem nouiſſimè abſcinderet, addidit: Donec atteratur cœlum, non euigilabit nec conſurget de ſomno ſuo. In terra Fratres irredituri abeunt huius terreæ domus habitatores, itaque dilecta hoſtia præterita, quos ibi reliquiſtis inquirite, ignoti hoſpitis ſupercilium occurret, in limine horror comas eriget, hærebitquè uxor faucibus, cum audieritis more ſuo, de ꝓpinquis fortunam, de ſuis mortem luſiſſe mortalibus, & ut in aquæ metaphora perſeuerem,

pulſabit

pulſabit animū illud eiuſdē Iob. Fratres mei pterierūt me, ſicut torrēs, q raptim trāſit in cōuallibus. credite mihi ex pto. dilectæ olim ciuitates, hodie ſui odiū et horrorē incuterēt, adeò mutata omnia, & nihil eorū, ꝗ ualdè placuerāt tale eſt, aut omnino ſupereſt. ꝗrerem de maioribus, de Iulio Cæſare, de Tyberio, de Gaio, de Nerone, de Veſpaſiano & Tito atq; Domitiano, de Seuero, de Diocletiano, de Cōſtātino, ſed efficacius animos tangūt exēpla ꝗ uidimus, ideò reſpicite ubi nūc eſt Bonifacius. *VIII.* R. P. uerus populorū & regū atq; ut dicitur orbis ſtupor. quē niſi fallor ueſtrū aliq uiderunt: ubi ſucceſſores, ꝗs pcul dubio uidimus, Ioānes, Benedictus, & Clementes duo, ubi Rom. Imp. Hērieus: ubi Philippus Rex Frācorū pulchri cognomē ex re nactus. quē cū formoſiſsimis filijs patriq; ſimillimis, qui eidem ex ordine ſucceſſerunt, tàm immatura mors rapuit, ut omniū non tàm uita uideatur fuiſſe quàm ſomnium. ubi Philippus alter regis huius pater, alio filio fortunatior, quod illum tumulus habet, hunc carcer. ubi Hiſpaniæ rex, Sarracenorum modò terror & fidei clypeus, occiduis obiectus inſulsibus. ubi denique Galliarum decus, & Italiæ ornamentum Siculus rex Robertus, ſub cuius temporali regimine æterno regi ſeruientes, quā ſuauiter quieuiſtis, inſecutæ laborum iudicant procellæ. & ſileo non tantum regio faſtigio minores, ſed plurimos quoq; regum, ne ſim longior. quærite uos de iſtis ubi habitāt, oſtendentur uobis exigua ſepulchra, exornata ingenijs artificum, fortè etiam gemmis auroquė micantia, ut eſt ambitioſa non modò uita hominum, ſed mors, uiuent in Pario lapide imagines defunctorum, ſecundum iſtud principis Poëtæ:

Viuos ducent de marmore uultus.

Sed ipſi, quæſo, ubi ſunt epigrammata quoq; magnifica & tituli altiſoni, ſed inanes, quos ꝗ legis obſtupeas. Sed ſubſiſte obſecro, dū limē extremæ domus pandiť, noua ſubeunt ſpectacula, nouus ſtupor, heu ꝗ uel cinis exiguus, uel ingens copia, ſeu uermiū ſeu ſerpentū. ô inopina mutatio, ô multū diſcolor rerū frons, ubi nunc ſatellites armati: ubi puellarū greges: ubi Ganymedes regius ad poculū deputatus: ubi coquinæ artifices & callidi ſectores altilium: ubi purpurea ueſtis & oſtrum ſubſtratum pedibus, & ſectum ebur trabibus, & compedes aurea frena mandētes: ubi ſupellex curioſior, & uaſa et Damaſcenorum labor artificū, & alia in uaſis aureis extantia: ubi thalamum atq; abaci, & cupreſſo atque ebeno cruſtatæ domus: ubi ſpectacula, & cantus, & epiſtolæ terræ pelagiquė uiſceribus erutæ, & una aliò procul à ſole uenienti: ubi tot lenocinia uoluptatum, luteiquė corpuſculi tanti ornatus, & uertex diademate inhians, & baltheo rutilante ſuccinctus uentriculus, & ſtellantes digituli, ſpolijs indici lictoris & ſculptorum ingenijs, ad poſtremum ubi coniunx imperioſa, ubi imperioſa: ubi filij ſicut nouellæ plantationes, & filiæ circumornatæ ut ſimilitudo templi, quæ blando nuper attractu & dulcibus oſculis, non duraturi pœnis colla mulcebant. ô flebilis & infœlix transformatio, omnia in uermes inquė ſerpentes, omnia tandem in nihilum abiêre. hæc equidem, niſi fallor fructuoſior animæ uitio contemplatioquė funeris, quàm illa cuius ut de Legibus Cicero meminit, ubi ait: Sibi delectabiles non tam Athenas operibus magnificis exquiſitisq; antiquorū, quàm recordatione ſummorū uirorum, ubi quiſque habitare, ubi ſedere, ubi diſputare eſſe ſolitus adeſſet eorum ſepulchra, ſtudioſè contemplari. ualet hoc fateor ad ingenium excitandum, hæc enim æmulatio calor ingens, iuuatquė magnanimum, & præcedentibus & ſequentibus ſe conferre, maximum quendam & paulominus incomparabilem uirum, id dixiſſe legimus, maximo cui iſtud accidere animo, aſſertum ſe habere, ut ſe non cum præſentibus modò, ſed cum omnis æui claris uiris compararet. illud aliud ſpectaculum horrendum ſed efficaciſsimum ad ſalutem, apertio ſcilicet ſepulchrorum præcipuequė recentium, eoquė magis ſi ſint hominum notorum, dum ueniunt ſcaturigines, dum inſtar ſparſa cernuntur, dumquė oſſa ſuis mota ſedibus, conſumptæ nares, commulſi dentes, oculorum ſpecus limo obſitum, cœno concreta cæſaries, & ô bone *IESV* quantò periculoſius eſt quod latet, quid enim nouit talis corporis, qualis eſt anima, & quali, ubi miſericordiam inuenerit, habitaculo ſit recepta. equidem Adrianus imperator curioſiſsimus literarum, quid de animæ recedentis itinere formidaret, paucis expreſsit, quæ placet inſerere, ut & ſententiam tanti

Z 2 principis,

principis, & affectum iudicent, qui ſub extremum uitæ ſpiritum, dum alij plorant dictes, & quando nullus eſt fingendi locus, haud dubiè ſic loquitur, ut in animo eſt: animam enim ipſe ſuam, in morte alloquens, ſic ait:

Animula, uagula, blandula,
Hoſpes comesq; corporis quæ nunc abibis in loca,
Pallidula, rigida, nudula,
Nec ut ſoles dabis iocos.

Parum'ne quæſo perſpicuè quid ſentiret & quid timeret aperuit, quod ſi principibus talis eſt, mundus nõ durat, & ſi talis eſt exitus, qualẽ putemus eſſe alijs, qbus uie uita quidẽ ipſa, ſuo quotidiano labore, ꝑmittitur. ſed inuita homines hæc audiũt, quibus natura inſitũ eſt, animos quantũ poſſunt ab amara & mœſta cogitatione deflectere, & ea ſibi fingere q̃ delectent, nõ quæ crucient. Itaq; cũ medijs in ærumnis ſenuerint, adhuc ſibi iam à tergo, relictæ uitæ fœlicitatem ſpõdere non deſinũt, tanta uotorum pertinacia eſt, ut expectare malint, ꝙ fieri non poſſe ſciunt, quàm ꝙ eſt ferre fortiter & prudenter aduertere. qua in re innumerabiles falluntur, ſiue ut uerius dicam, ſcientes & uolentes delectabilem in errorem incidunt. & ſeſe fallendi ſtudio ultrò inhærent, nec niſi flentes & coacti, à placitis, licet falſis opinionibus euelluntur, q̃ ſunt multæ ſed omnium ſumma eſt, illa à Cicerone poſita in Tuſculano, ꝙ Metelli ſperat ſibi quiſque fortunam. illa maior periculoſiorque dementia, quod nec conditionem naturæ, nec tot aſsiduè exemplis inducimur, ut de morte cogitemus, non credo, quia prorſus mortalitatis & imbecillitatis obliti ſimus, ſed iuuat oculos auertere, non'ne in eodem uidemus, quaſi non ſit tutius aduenientem hoſtem proſpicere, quàm conniuentibus oculis expectare dum feriat, fragilitas quædam adeſt omnibus nota, niſi diſsimuletur, mors autem inſtat ac properat, ſed nobis dilatione blandimur, cum illa ſit in foribus, ne dum ſeni ſed anniculo. quippè q̃ uitæ breuitas uicinam, incertitudo autẽ ſemper ceruicibus impendentem faciat, cæterum ergo clara uoce teſtatur, quod qui nunc uolentes utiliter de morte non cogitant, citò uolentes, quod ualdè uereor, inutiliter cogitabunt. huic tandem articulo finem pono. Fruſtrà nitimini, ne quicquam Fratres per uos ipſos aſſurgitis, non eſt opus uirium noſtrarum, pondus carnis ſordidum & graue, animam miſeram imbecillem mole ſua premit, & ſuffocat, ea uobis iugis & perdifficilis lucta eſt, reliquiſtis enim diabolum ac mundum, & utrunque ſacræ domus obſeratis foribus, excluſiſtis. Benè Cicero ergo in libris de Rep. diſputat de animo ad cœli aſcenſum agili. Id enim, inquit, ocyus faciet, ſi iam tum cum erit incluſus in corpore, eminebat foras, & ea q̃ extra erũt cõtemplãs, q̃ maximè ſe à corpore abſtrahet, tale eſt, ꝙ & diſiungi à corporib. et ea tanq̃ peregrini incolere iubemur, tale demũ eſt utile Platonicũ iſtud, in Phedrone. Nil aliud eſſe philoſophiã, niſi meditationem moriendi, ubi duæ deſignãtur mortes, altera naturæ, uirtutis altera, quarũ primam nullatenus nec accerſendam nec timendam, ſed æquo animo expectandam. quo genere moriendi noſtri, præcipuè uſi ſunt, uoluptatum & cupidinũ omnium obliti, & ita uiuentes in corpore, quaſi iam membrorum ergaſtulo euaſiſſent. huc ergo doctrina philoſophorũ exhortatio referẽda, uerè enim carnẽ propriã linquere, ubi naturæ imperio, hoc eſt morte non licet. & dum uiuimus, quocunque fugierimus illa nos ſequitur, ubicunq; latuerimus illa nos inueniet, itaq; nulla inde homini requies, nulla uſq; ad ultimum ſecuritas cõſumata. ſiquidẽ uanitates, quibus adoleſcentia uel iuuentus olim renũciauerit, ſæpè ſenio occurſant & recurſant. & blando murmure querulæ, Vbi nos, inquiunt, dimittitis? ad quas de cætero nullus eſt reditus, ubi uos ſperatis, an ubi non ſomnus, non eſca, non nuptiæ: quin fruimini dum licet, neue tempus indultũ perditè, quod perbreuè tum uelociſsimè labitur. Ad illum, qui ſolus potens eſt ſuccurrere, in hoc inteſtino & domeſtico prælio clamandum eſt, ille ſuppliciter exorandus, ut nos liberet de corpore mortis huius. unde meritum hominis non liberat, ſed gratia Dei ſolius, cui nihil ne dicam impoſsibile, ſed ne difficile quidem eſt, ita ergo cum apoſtolo recurramus ad fontem gratiæ, ne in noſtra ariditate pereamus. quin & cum eodem illo ſapientiæ tractatore, quem Philonem Hebræi opinantur, per quem continentiam dominí

Dei

Dei eſſe didicimus, p ſapientiã dei Fratres in pſenti certamine carnis ueſtræ roborabimur, & uictores erimus, & ab omni corruptione purgabimur, corrigemur, ſanabimur, hæc eſt uia qua gradiendũ eſt uobis, ut carnẽ quã relinq̃re nequiſtis ſubiugare poſsitis. Multa quidẽ Fratres Babylonis flumina nouimus, magno trãſuadenda periculo, in quorũ trãſitu noſtri ducis dexteram poſcẽtes, chriſtiano ore Poéticũ illud exclamemus, ad inuictum uerè, quod ad ſuum uerè uictum & profugum ille naufragus apud Virgilium exclamabat:

Eripe me his inuicte malis:
Da dextram miſero, & tecum me tolle per undas,
Sedibus ut ſaltem placidis in morte quieſcam.

Fluit, inquit Cicero, uoluptas corporis, & prona quæq; auolat, ſæpiusq; relinq̃t cauſam pœnitendi q̃ recordandi. quidam inter hæc hæſitet Fratres meritan erubeſcere malit, an ſanctificari, an ſtipendiũ peccati mortẽ eligat, an æternam uitam. q ſi optione horũ nemo dubitat, nec in eo dubitare conuenict, an carni an ſpiritui ſit parendum, cũ inde corruptio & mors, hinc ſanctitas & æterna uita proueniat, Cato Cogitate cum animis ueſtris, inquit, ſi quid uos per laborem rectè feciſtis, labor iſte citò à uobis dũ uiuitis non abſcedet. ſi qua p uoluptatẽ nequiter feciſtis, uoluptas citò abibit, neq̃ter factũ illud, apud uos manebit. melius quidẽ, ait, ſemper, q̃ q ante dixerat, dũ uiuitis, & pſertim apud uos, qbus pſuaſum eſt opera uiuẽtiũ mortuos ſequi, nec pœnas aut pmia morũ. Itaq; fratres mei, hic maximè uel apoſtolici pcepti, uel philoſophici cõſilij memores inſiſtamus: cogitet ſecum quiſq; ſi quid uirtuosè geſsit in uita, q̃ illũ gloria, & quanta ſecuta delectatio eſt, ſi quid libidinosè uel turpiter, quantus pudor uel pœnitentia, quantus dolor, & ex pteritorũ memoria eligat, quid agendũ uitandũue ſit, corporeæ turpitudinis magnitudinem fructu exiguo ſeu uerius nullo ſimul & famæ damnũ extimet, & corporis animæq; iacturã, intẽdatq; acriter, quid eſt q tanto pretio uenale proponitur nundinantibus mundo, carne, dæmonijs, & mortales oculos fuco mulcente fallentibus, tendat intima rerũ introſpicere, ſuperficiemq; cõtemnere, neque cõcupiſcentiæ inſeruiat, ſed ſaluti. In omnibus lapſum rerum præſentiũ cõſideret, principij memor, finẽq; pſpiciens, & meminerit pudoris, aſtris ſe, quamuis in latebris, luce clarius cerni, ſciens & blandientes illecebras, maſculo ſupercilio reijciens, omnes cogitatus ad honeſti ſtudium deflectat. cogitet iuuenis pudicitiam, in iuuentute pulcherrimam, cogitet ſenex fœdiſsimam in ſenectute libidinem, cogitet formoſus, naſi pulchritudinem cum caſtitate, cogitet deformis, animum ipſum uitijs deformari, iſte deformitatem caueat, hic formam concupiſcat interni hominis, ſciat ſe puer nunc cepiſſe, nouerit ſenior, nondũ conſumaſſe, longæ uitæ curam ſuſcipiat, hic ſuſceptam ſollicitudinem non deponat. quærat diues continentiæ laudem, pauper laſciuiæ uitet infamiam, pudeat monachum non actu modò, ſed cogitatu fœdo aliquem in cilitio locum eſſe. exulent à rigido limine molles curæ, & deſideria delicata à duris cubilibus arceantur. quid autẽ tam diuerſum, quàm rigor heremi & mollities carnis: delicatiſsima res eſt amor ille carnalis, ſomno, quiete, cibis alitur, leui amictu, & exquiſito cultu, clandeſtino murmure, lætitia, iocis & cantibus delectatur, aſperitates odit ac refugit, nullum ergo illi, intra duritiem atq; aſperrimas domos ueſtras, diuerſorium, nullum cũ inſomni & laborioſa ieiunia & inculta familia, mœſtis ſuſpirijs & duris ſemper accentibus Deum laudãte, commercium: ſperemus & precemur, ut temporalis domini noſtri mors, ab æterna morte nos liberet, ut illa, inquam, mors carnis huius, peccatorumque noſtrorum mortificatio, reſurrectio eiuſdem animarum noſtrarum, & in fine etiam corporum uita ſit. miſereatur afflictis, opem ferat egentibus, manum præbeat fatigatis, graui enim ſarcina premimur dum uiuimus, modò dum uiuere dicimur, dum hic ſumus, & mutatique decor animi, ſæpè ueteribus maculis clàm repentè reſpergitur. & adoleſcentiæ probra ſenſim longæ conſuetudinis obducto uelamine, rurſus ita ſe ingerunt, & iam feſſam atque emeritam ſenectutem inſequuntur, & ni cœleſtis excubitor, ſigno dato, inſidias retegat, in antiquam legem, atque olim à tergo proiecta dedecora, relabendum ſit. Cicero nullam capitaliorem peſtem, quàm uoluptatem corporis hominibus dicebat, à natura datam, cuius uoluptatis libidines temerè & effrenatè ad potiendum

incitarentur, hinc patriæ proditiones, hinc rerum publicarum euerſiones, hinc cum hoſtibus clandeſtina colloquia naſci, nullum denique ſcelus, nullum facinus eſſe, ad quod ſuſcipiendũ, nõ libido uoluptatis impelleret, ſtupra uerò & adulteria & omne tale flagitium, nullis excitari alijs illecebris, niſi uoluptatis, cumque homini ſiue natura ſiue quis deus, nihil mente pſtabilius dediſſet, huic diuino muneri ac dono, nihil tàm inimicum quàm uoluptatem, nec enim libidine dominante temperantiæ locũ eſſe, neque animo in uoluptatis regno uirtutẽ poſſe cõſiſtere. hæc Architæ ſententia eſt, Ciceronianis uerbis à me expoſita. Vigilate igitur & orate Fratres amantiſsimi, laudantes inuocate dominum, & ab inimicis ſalui eritis, ocium agite, & ſcietis, Vacate & uidebitis quod optatis, & quicquid obſiſtit, amolimini. Plurima quidem & maxima ſunt detrimenta libidinum, ſiue animam ſiue corpus attendimus, ſiue famam, ſiue quod inter leuia numerem, patrimonium ipſum, ſiue quod irreparabile dicitur, & eſt tempus. inter dãna tàm grauia, fructus exiguus, ſeu potius nullus omnino eſt, quæ utilitas in ſanguine meo, dum deſcendo, nulla enim tàm prompta rupes, nullũ barathrũ tàm præceps, nulla crepido montis tàm aẽria uſquam eſt, unde tantus tamque terribilis ſit deſcenſus, quàm ex innocentiæ uertice in abyſſum peccati (non ſiquis ex ſummo ſaxi huius, quod hæc ſcribenti imminet, quo neque altius uiſus fruſtratur, extimatio, neque pmptius ullũ uidi, cernuus in uiuum Sorgiæ fontẽ cadat) ut ruinæ, nulla utilitas, nullus fructus appareat, quamuis ea quoque certior apertiorque res ſit, quàm ut probari aut mõſtrari egeat. Scipio ait libidinoſis. Vince animum, caue deformes multa bona, uno uitio, & tot meritorum gratiam, maiore culpa, quam cauſa culpæ eſt corrumpas. ô digna uox. Maiore inquit, culpa quàm cauſa culpæ. ô utinam hoc dictum, examuſsim intentent atque expendãt, quicunque inſtinctu libidinis, pſertim ad peccandũ ueniũt, ut ubi carnẽ acres ſtimuli pungent, hoc ſaltem freno ſeſe mens incitata cohibeat. Nõ equidẽ inficior, corpus ab adoleſcentia indomitũ, poſtquàm in licentia & libertate coãluerit, haud facile frenari, cũ ſit ſcriptũ, quod qui delicatè & à pueritia nutrit ſeruũ ſuũ, poſtea illum ſentiet contumacem. ſeruus quidem, immò uerò aſellus hic noſter, nutritus in paſcuis uoluptatũ lætis ac mollibus, inter flumina illa, de quibus diximus, aſſuetas per planas & latas ſæculi uias, quid impiger euaſerit, ad aſcendendum in montem Syon, cuius in uerticem arduus & anguſtus & ſcrupeus trames fert: quid hic uerò remedij eſt, niſi ut quò ſerius, eò acrius ſumma ui & omni ſtudio incumbamus, ut ſolita dediſcens, inſueta condiſcat, durum opus & laborioſum fateor, ſed ſalubre. nam profectò ſi ſalui eſſe uelimus, frenum excipere & pati uerbera, cogendus eſt aſellus iſte cui inſi timus, ne ſuo more laſciuiens, atque recalcitrans, nos in præcipitium ſecũ trahat. Feciſſe id quoſdam uidimus, ſed plures audiuimus aut legimus, ſed in primis etiam illos eximios contemptores mũdanarum rerum Hilarionem monachum ac Franciſcũ, quorum primus aduerſus flammam uoluptatis, generoſa indignatione, uix dum pubes, uiriliter inardeſcens, & ut Hieronymus de iſto ſcribit, iratus ſibi & pectus pugnis uerberans, quaſi cogitationes cordis cæde manus poſſet excludere. Ego te, inquit, aſelle faciam ut non calcitres. nec te ordeo alam, ſed paleis & fame conficiam, & ſiti, graui onerabo pondere, per æſtus indagabo & frigora, ut cibum potiùs quàm laſciuiam cogites: ſecundus uerò ſimilia & dixiſſe & feciſſe legitur. ſuum nempè aſinum ſic enim & ipſe corpus ſuum appellabat, nudum noctu, niuis in cumulum demergens fœdæ uoluptatis incendium, mentis ardore, & carnis algore ſuperauit. hæc nobis exempla ſequenda ſunt Fratres, hoc tenendum iter, & nobis noſter aſellus loris agitandus, cibo arcendus, grauioribus ſarcinis premendus, & urendus denique modis omnibus, caſtigandus & redigendus in ſeruitutem. Fratres mei in hoc tàm periculoſo & continuo certamine, quod ueſtra cum carne geritur, hoſte domeſtico intendite, laborate, uigilate, circunſpicite ad omnem ſtrepitum, galeati in aciem proſilite, nullæ ſunt induciæ ut in cæteris bellis, aſsiduè de ſalute & de ſumma rerum noſtrarum periclitamur, cum fallaciſsimo hoſte res eſt nobis: nunc ui, nunc dolis agimur tàm uariè, ut nunc ueri hoſtis, nunc ſimulati amici Fratres appareant. quid enim inconſtantius uoluptate, quid blandius, quid inſidioſius? ſciunt qui experti ſunt, quis aũt nõ expertus eſt, ſi homo eſt, plena ætate, corpore integro?

Cæterum

Cæterum quò pertinacior hoſtis, eò clarior uictoria. Blandiſsimæ uoluptates, magnas par
tes animi à uirtute detorquent, ait Cicero, & Seneca, Voluptates, inquit, præcipue ex tur-
ba, & inuiſiſsimas habe, latronum more, quos Cilicas Aegyptij uocant. in hoc nos ample
ctuntur ut tranſglutient. Sic eſt, cætera, nos uelut ab aduerſo feriunt mala, luxuria animum
deiectura complectitur, uenienti igitur reſiſtendum occurrendumq́ principijs, & illud an
te oculos habendum, beatus qui tenebit, & allidet paruulos ſuos ad petram. ſiquidem par
uulos nouos, & modò natos cogitatus intelligimus, quos antequàm creſcant, & nos ſu-
perent, & uſu armati nos de rationis arce deijciant, allidere monemur ad petram. Petra au
tem erat CHRISTVS. Nam quis obſecrò, tàm præruptæ tàmq́ inflammatæ libidinis uſq́
erit, qui acriter ad memoriã reductis CHRISTI uulneribus, non frigeſcat, & ſanguine eius
ad hoc fuſo, ut inde potiſsimum concretæ noſtrorum ſordes uulnerũ lauarentur. nullus im-
ber aut ros, herbis arẽtibus opportunus adeò eſt, ſi in deuotã animã ex alta nube calidæ cõ-
templationis effluxerit, multò ſit opportunior humanis ardoribus extinguendis aut ſedan
dis. quis uerò tàm inhumanus, & ingratus, ut atrocẽ uel patris uel amici uel domini mor-
tem recolens, ſuæ ſalutis cauſa præſertim, ſuiq́ue amore ſuſceptam, ſuarum libidinum non
incipiat obliuiſci, & ab inepta turpiq́ue lætitia pulchras ſubitò uertatur ad lachrymas, at-
qui omnia hæc in CHRISTO ſunt: quid enim ſibi uult aliud Eſaiæ uiſio, cuius principiũ
eſt. Audite cœli & auribus percipe terra, quoniam dominus locutus eſt. Filios enutriui
& exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. ecce, inquam, paucis uerbis & patrem audiuimus et
dominum, amicum certè ipſe idem ſe fecit. Vos enim, inquit, amici mei eſtis, iam non dicã
uos ſeruos, amicos nos uocat ille. nos dominum agnoſcamus. quibuſdam dominis mos
eſt, ut cum ſeruis ſuis familiariter uiuant, ſuauiter colloquantur, multa ferant, multa igno-
ſcant, multa deferant, multa diſsimulent, qui non ideò timendi ſunt minus, ſed amandi ma
gis quis autem CHRISTO mitior, qui ait, Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde.
quantò id rectius nobis pater iſte cœleſtis, quàm apud Virgilium Aeneas filio:

Diſce puer uirtutem ex me,

Ecce CHRISTVS pater & dominus & magiſter & Deus noſter, ore ſuo præcepit, ut ab
eo non uirtutes illas diuinas, & nequaquam mutabiles diſcamus, ſed quod eſt hominis propri-
um, maximè eſſe mites & corde humiles, qui ad hoc deſcendunt. aliò equidẽ nos miſiſſet,
ſi omnino ullum clarius exemplar manſuetudinis inueniſſet, an fortè eius ineffabilis & in-
finita clementia, nõ ſatis omnibus in ſe ſperantib. nota eſt. quotidie nos expectat, uocat, ex
citat, monet, hortatur, inuitat, per nuncios, per literas, per ſeipſum. Venite ad me qui laboratis
&c. offert requiẽ laborũ, refrigeriũ dolorũ, ueniã peccatorũ, ſpem bonorum, uitam deniq́
ſempiternam pollicet. derelinquat inquit impius uiam &c. quid hac in uoce ſuauius: ſed ex-
pecta peccatũ, ſiue ceperit iraſci. Si autẽ, inquit, dereliquerint filij eius legem meam, & in iu-
dicijs meis nõ ambulauerint &c. quod nũc etiã hac ſeueritate tranqllius, uirgã minatur, & uer
bera, nõ gladiũ, nõ ſcutũ. paterna cõminatio nõ iudiciaria eſt, caſtigat & caſtigando nõ peri
mit, ſed miſeretur & corrigit, quia ipſe nouit figmentũ noſtrũ, recordatus quoniã puluis ſu-
mus. adhuc mitis & patiens, adhuc miſerator & miſericors dominus. ſed caue, noli nimiũ
cõfidere, noli expectare dũ ueniat, quod ait alibi: Si acuero ut fulgur gladiũ meũ, & arripuerit
iudiciũ manus mea, reddam retributionem hoſtibus meis, & his qui oderunt me retribuã.
ecce iam nil mite, nil paternum, ſed iudiciarium, ſed hoſtile, non enim iam filios non ami-
cos, non ſaltem ſeruos uocat, immò hoſtes, nulla iam mentio uerberum aut uirgarum, ſed
quid, Inebriabo, inquit, ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes: de cru-
ore occiſorum &c. non hæc paterna, inquam. caſtigatio, ſed hoſtilis eſt ultio. ecce quàm
ſubitò, quàm terribilis in conſilijs ſuper filios hominum. multum differt, Subitò iraſcitur,
arripienda dilationis occaſio eſt ſubita, ne nos ira corripiat, Cum exarſerit in breui ira eius,
beati omnes qui confidunt in eo: uera quidem confidentia, niſi de uirtute non noſcitur.
hanc colamus, ut illam adipiſcamur, quæ inter repentina pericula reddat intrepidos ac be-
atos. Quid enim aliud remedij eſt Fratres, aut quæ non inſtrumenta uictoriæ quibus fida-
mus in hoc bello, ubi ſpes noſtra ſe collocet, an in multitudine diuitiarum, an in regnis &

caduca potentia, an in uirtute membrorum & in corporeo robore? Inquies, equis & curribus & bellico apparatu. abſit hoc ab anima noſtra. nõ ſunt hæ ad ſalutẽ uitæ. nõ ſit in nobis ſup quam iuſti rideant & dicant. Ecce homo q nõ poſuit Deũ adiutorẽ noſtrũ &c. ſcimus ꝙ nõ ſaluatur rex per multam uirtutẽ &c. ſcimus quia fallax equus ad ſalutẽ, ſcimus quia nõ in fortitudine equi uolũtatẽ habebit, qd ergo eſt beneplacitũ regis noſtri ꝗ ſaluari noſtra poſsit infirmitas? Certè illud etiã ſcimus. Beneplacitũ eſt domino ſup timẽtes eũ, & in eis q ſperãt &c. Hic eſt ergo rectiſsimus trames ad ſalutem, hic in arcu noſtro nõ ſperabamus, & gladius noſter nõ ſaluabit nos, ſed dextera dei & brachiũ eius & illuminatio uultus eius, hic figenda eſt ſpes, huc uertendus animus, hinc auxilium poſcendũ, hi in currib. & hi in equis, nos aũt in nomine Dei noſtri inuocabimus. Et ſcientes quia uana ſalus hominis, in deo faciemus uirtutẽ & ipſe ad nihilũ deducet inimicos, hæc noſtra uirtus, hæc noſtra ſecuritas, hoc remediũ unicum contra iram Dei uacare, ſperare, timere & orare, ne in furore ſuo arguat nos, neq; in ira ſua corripiat nos. Amanda nempè miſericordia, tremẽda iuſtitia, hanc bonis actibus mitigemus. Illam prijs precibus imploremus. Lactantius Firmianus & ipſe magnus uir, ac in eo libro quo Gentiliũ erroribus ex armatis, fidem noſtrã quantũ quiuit armauit, omnemq; hanc deorũ ſcænam mira & laudabili curioſitate detexit, inq; hoc idẽ opus, Auguſtino atq; alijs ſequacibus uiam fecit, cũ multa de prima deorum inuentione diſſeruiſſet ſic adiecit: Deinde ipſi reges, cũ caruiſſent ijs, quorũ uitam compoſuerant, magnũ ſui deſideriũ mortui reliquerũt, itaq; homines ſimulachra eorũ finxerunt, ut haberent aliquod ex imaginũ cõtemplatione ſolatiũ, ꝓgreſsiq; longius per amorẽ, memoriam defunctorũ colere ceperunt, ut & gratiam referre benemeritis uiderentur, & ſucceſſores eorũ allicerẽt ad bene imperandi cupidinẽ. his dictis teſtimonio rem cõfirmãs, aitque, Cicero de Natura Deorũ docet dicens: Suſcepit aũt uita hominũ cõſuetudoq; cõmunis, ut beneficijs excellentes uiros, in cœlũ fama ac uolũtate tollerent, hinc Hercules, hinc Caſtor & Pollux, hinc Aeſculapius, hinc Liber. & alio loco, atq; in plæriſq; ciuitatibus intelligi poteſt, acuendæ uirtutis gratia, aut quo libentius Reip. cauſa periculũ adiret optimus quiſq;, uirorũ fortiũ memoriã, honore deorũ immortaliũ conſecratam, hac ſcilicet ratione Romani Cæſares ſuos cõſecrauerũt, & Mauri ſuos reges: ſic paulatim religiones eſſe cœperũt, dũ illi primi, q eos nouerant, eo ritu ſuos liberos ac nepotes, deinde omnes poſteros imbuerũt & habitũ, reges ſummi ob celebritatem nominis, in ꝓuincijs colebantur priuatim uerò ſinguli populi, gentis aut urbis ſuæ conditores, ſeu uiri fortitudine inſignes, erãt ſeu fœminæ caſtitate mirabiles, ſumma ueneratione coluerũt. Vt Aegyptus Iſidem, Mauri Iubam, Macedones Cabyrum, Pœni Bramam, Latini Faunũ, Sabini Sanctũ, Romani Quirinum, eodem utique modo Athenæ Mineruam, Samos Iunonem, Paphos Venerem, Vulcanum Lemnos, Liberum Naxos, Apollinem Delos. ſic per populos atq; regiones uaria ſacra ſuſcepta ſunt, dum homines grati eſſe in ſuos principes cupiunt, & eis alios honores uita carentibus deferrent, inuenire non poſſunt. præterea pietas eorum q ſucceſſerant, plurimum contulit ad errorem, qui ut diuina ſtirpe nati uiderentur, diuinos honores parentibus detulerunt, deferrique iuſſerũt. an poteſt aliquid dubitare, quomodo religiones Deorum ſint inſtitutæ, cũ apud Maronem legat Aeneæ uerba ſocijs imperantis:

Nunc pateras libate Ioui, precibusq; uocate.
Anchiſen genitorem:

Cui non tantum immortalitatem, uerumetiam uentorum tribuit poteſtatem:

Poſcamus uentos: atq; hæc mea ſacra quotannis:
Vrbe uelit poſita templis ſibi ferre dicatis.

Idem ſcilicet de Ioue Liber, & Pan, & Mercurius & Apollo fecerunt, ac poſtea de his ipſis ſucceſſores eorum. acceſſerunt etiam Poëtæ, & compoſitis ad uoluptatem carminibus in cœlũ eos ſuſtulerũt, ſi tamen faciũt, q apud reges etiã malos panegyricis mendacib. adulanẽ. ꝙ malũ à Græcis ortũ eſt, quorũ leuitas inſtructa dicẽdi facultate & copia, ĩ incredibile eſt, quãtas mẽdaciorũ nebulas excitauerit, itaq; admirati eos & ſuſceperũt primi ſacra illorũ & uniuerſis gentibus tradiderũt. ob hãc uanitatẽ Sibylla ſic eos Græcè increpat:

Græcia

Gratia quid confidis in uires, Princeps?
Ad quid dona inania mortuis dedicas
Imitas idola, quis tibi in tantum errorem impoſuit
Ut hæc perficeres, magni dei ore,
Relicto?

Ad hæc, ut in libro Sapientiæ legitur, prouexit ad eorum culturam, & eos qui ignorabãt artificis eximia diligentia, ille enim uolens placere, ille qui ſe aſſumpſit elaborauit arte ſua, ut ſimilitudinem in melius ſignaret, multitudo autem hominum adducta per ſpeciem operis, eum qui ante tempus tanquã homo honoratus fuerat, nunc ut deum adorauerunt. & hæc fuit uitæ humanæ deceptio. quoniã aut affectui aut regibus deſeruiẽtes homines, incõmunicabile nomen lapidibus & lignis impoſuerunt. Sane quod ait affectui aut regibus cõ pertinet, ubi Cicero excellentiũ uirorũ, Lactantius uerò regũ defunctorũ reuerentia, errorıs poſuerit fundamentum, hic & pietatem & affectũ patrũ addit, utrumq; poſſibile enim utrunq; ſimilitudinẽ ueri habet. ſuperædificaſſe etiam uel poëtas, ut ille uel illuſtres artifices, ut hic ait pictores, ſcilicet aut quod idolo conuenientius eſt, ſculptores, tàm propriè dictum eſt, ut ad errorum cumulũ nihil fingi poſsit efficacius, cũ in altero ſint oculorũ, in altero ſint auriũ blandimenta, quibus præcipuè ſenſibus & uarietas & falſitas in animũ ſubit. Cæterũ Lactantius his quæ proximè audiſtis explicitis, iterum uerſus ad Ciceronem. Marcus Tullius, inquit, qui nõ tantũ perfectus orator, ſed etiã philoſophus fuit, ſiquidẽ ſolus extitit Platonis imitator, in eo libro quo ſeipſum de morte filiæ cõſolatus eſt, nõ dubitauit dicere, Deos q publicè colerent homines fuiſſe. Q d' ipſius teſtimoniũ eo debet, grauiſſimũ iudicare, q & augurale habuit ſacerdotiũ, & eoſdem ſe colere uenerariq; teſtatur: itaq; intra paucos uerſiculos duas res nobis dedit. nã dũ imaginẽ filiæ eodẽ ſe modo cõſecraturũ profiteri, quod illi à ueteribus ſunt cõſecrati, & illos mortuos eſſe docuit, & originẽ uanæ ſuperſtitionis oſtendit. Cum uerò inquit, & mares & fœminas cõplures ex hominibus in deorũ numerũ eſſe uideamus, & eorũ in urbibus atq; agris auguſtiſsima delubra ueneremur, aſſentiamur eorũ ſapientiæ, quorũ ingenijs etiã inuentis, omnẽ uitã legibus inſtitutis excultã inſtitutãq; habemus. Q d' ſi ullũ unquã animal cõſecrandũ fuit, illud profectò fuit. Si Cadmi progenies aut Amphionis, aut Tindaris in cœlũ tollenda fama fuit, huic idẽ honos certè dicandus eſt, q quidẽ faciam, teq; omniũ optimam atq; doctiſsimã approbantibus dijs immortalibus ipſis, in eorũ cœtu locatã ad opinionem omniũ mortaliũ conſecrabo. Hæc quidem Ciceronis ad literã uerba ſunt, in quibus & ſuũ tenuit morẽ, & ita dolori ſuo paruit, ut ueritati ſubintelligentiũ iuditio repugnaret, dũ & homines ad cœlũ non ueritate, ſed fama tolli ſolitos commemorant, ſeq; priori exemplo defunctã filiam, quam ſummo amore dilexerat conſecraturã, ſ qq; fama & literis, ac deorũ in cõſilio locaturũ, non quidẽ uerè, ſed ad opinionem omniũ mortaliũ pollicetur. Ipſis inſuper dijs approbantibus, illis inquam dijs, qui nulla re magis quã erroribus mortaliũ & ſuperſtitione delectantur, ut facile credi poſsit, illos, ſeu homines mali, fuerunt, ſeu dæmones, ultrò Ciceroni in conſecratione filiæ cõſenſuros, quo uel errantis facundia, uel ſcientis cauſa, ſaltẽ eſſet errorũ his, quorum imbecillius ingenium uerborũ ſplendor hebetaret. Rectè id quidem de Cicerone Lactantius. quale uerò eſt q ſequitur. & cũ uero ait, de Hercule, Libero, Aeſculapio, Caſtore, Polluce incunctanter fateretur, de Apolline ac Ioue patribus eorũ, item de Neptuno, Vulcano, Marte, Mercurio, quos maiores gentium deos appellauit timuit apertè confiteri. Et idcircò ait, latè hoc patere ut idem de Ioue cæteriſquè antiquioribus dijs intelligamus, quorum memoriam, ſi eadem ratione ueteres conſecrauerunt, qua ſe imaginem nomẽquè filiæ conſecraturum eſſe dicit, ignoſci mœrentibus poteſt, credentibus non poteſt. quis enim tàm demens, qui conſenſu & placito innumerabilium ſtultorum, aperiri cœlum mortuis arbitretur, aut aliquem quod ipſe non habeat, dare alteri poſſe? ego ſanè ut hæc diuinè dici fateor, ſic in his Ciceronem timuiſſe non intelligo, & ſi enim amici conſcientiam teſtarẽtur ex myſterijs intelligi poſſe, quam latè patẽret, id quod dixerant, uolens & quæ de minoribus dicunt, ad maiores etiã trahi, tamẽ ad ipſum de maioribus expreſsè dixerat.

maiores ſcilicet deos, etiã hinc à nobis profectos in cœlum reperiri (cuius dicti argumentum attulit myſteriorum traditionem, ad quam amici animum, memoriamque mittebãt. Equidem ſi nec noſtri ut faciunt urgerent, neque illi ultrò crederent, ac ſingula quæ ad religionem pertinent uana eis eſſe atque irrita faterentur, tamen intelligentibus ullis, illa confeſsio ſatis erat, quod terram deorum omnium matrem eſſe dixerunt, quæ omnium quoq; hominum mater eſt, ut nihil dubij relinqueretur, omnes illorum deos quantalibet ſuperſtitione, quantiſcunque temporum ſpatijs adiuta, cultos aut colendos terrenos homines ac mortales eſſe, non deos, quorum error ſuis in terminis ſi manſiſſet, grande periculum erat, præſtare homini quod Deo debitum eſt. Verum occaſione hac, dæmones freti calliditate inſita, defunctorum hominum ſtatuam, ſubire credulitate atque inſcientia hominum abutentes, unde geminata periculi materia eſt, dum non modo homini, ſed dæmoni, Dei hoſti, diuinum offertur obſequium. Ipſa ſtatuæ, hoc eſt idoli, materia uicem corporis demoueant, incluſæ animæ locum obtinente, ut ſit ex corpore & anima factus, ab homine illuſor hominum deus, conſter unus faciendi officiũ Trimegiſtus hominibus datum dicit, quod ſcilicet aduentum ueri Dei uel ablatum eſſe, uel afferri debere conqueritur. Mihi quidem, fateor nunquam in animum ueniſſe, ut Deos ex hominibus factos cõcedere ſatagens, tàm multa ad cõtextum de Lactãtio & Cicerone tranſcribere, niſi quia eorum libros unde iſta ſumebam, & alibi quidem raros, apud uos uerò nullos eſſe memineram. ſed iam diù neſcio an & uiriliter à propoſito deerraſſe uideor. Redeundum eſt. Ex omnibus igitur uijs, quibus ad cœlum conſcendiſſe ſunt crediti, qui ad infern adeſcẽderat, nulla uobis eligenda eſt, non enim uitæ ſed de uia, quædam ſunt, non eò ducunt, quo intendimus, quod rectum igitur nobis iter non oſtendat, uel fugiendũ totis animæ greſsibus, ſecedendum quàm longiſsimè ab arenoſis atque paluſtribus, alto & confragoſo calle gradiendum eſt. linquenda uitia, apprehendendæ uirtutes, ſtultitia deſerenda, ſectanda ſapiẽtia, illarũ enim finis, harũ principiũ eſſe ſolet. hic eſt ordo qui ex Flacci uerbis elicitur:

Virtus eſt uitium fugere, & ſapientia prima,
Stultitia caruiſſe: præclarè quidem Satyricus ait.
Semita certè tranquillæ per uirtutem patet.
Vnica uitæ.

Vnica tranquillæ uitæ ſemita eſt, nec nos aliam ſed iſtam ſolam uitæ ſemitã quærimus per uirtutem, hæc certè nõ alia, quo cupimus ducit. nam Pſalmographus ſentiebat: ibunt, inquit, de uirtute in uirtutẽ. hæc uia eſt terminus ille, q ſequit. Videbitur Deus deorũ in Syon. per uirtutes igitur ad uidendũ itur. O' præclarũ iter, ô fœlix terminus, rogo qd cupis hic in terris? interdũ per opacas ualles & prata roſcida, per frondoſos & faciles colles, ſecusq; amœnas et floreas fluminũ ripas iter egimus, ut ſerò ad aliquam placitam manſionem uenientes, exoptatã amici faciẽ uideremus. & interea laborem uix obliti, oculis rerum occurrentium uarietate leniuimus, quãtò hæc gratior uia eſt terminuſq; beatior, Ire totũ hũc breuẽ, & uelut hybernũ uitæ diẽ, & iter iugi aſcenſu, de uirtute in uirtutẽ, iter altũ & iucũdũ. & cũ ſemel aſſueris, facilè, ut ad ueſperã uideatur Deus deorũ in Syon altiſsimus & beatiſsimus. & niſi deſipimus propius noſter finis. nã ut in extremo Ciuitatis Dei angulo ſcriptũ linqt Auguſtinus. Quid aliud noſter eſt finis, niſi peruenire ad regnũ, cuius nullus eſt finis. quæ nã uerò natura amicitiæ uel uirtutis, quæ hic proculdubio dulciſsima rerũ ſunt, uel cuiuſquã omnino rei alterius delectatio tãta, uel eſſe uel fingi poteſt? quanta eſt ad ipſum, ultra quẽ nihil eſt, omnis ueræ delectationis & gaudij fontẽ limpidiſsimũ perueniſſe, ad quẽ q peruenerit, inebriabit ab ubertate domus Dei. & apud quẽ fons uitæ, & in lumine ſuo uidebimus lumẽ. Et idcircò miror hanc hominũ cæcitatẽ, qui cũ uoluptatis auidiſsimi ſint, eãq; omni ſtudio appetãt, à ſumma eos uoluptate minor abſtraxerit, quæ impellere magis atq; animare debuerat, ut multis & minimis uſqueadeò delectati, tandem unũ id q ſummè delectare e inquirerẽt. Si enim feſſo uiatore tam ſuauis eſt ceſpes herboſus, & ſub umbra arboris exiguus fons, qualé eſt inter mortales uitæ moleſtias, inueniſſe fontẽ aquæ ſalientis in uitã æternam? & umbrã illã, ſub qua non ad breuis horæ ſpatium, neque ab æſtu ſolis tantum, ſed

inæternum

inæternum ab omni aduerſitate protegamur, & ab omni metu. ſi magiſtra manu terſum & exculptum aurum, ſi lapillos perlucidos Indico littore aduectos, ſi q̄ ijs omnibus maius eſt, ſi nitidum ſolis iubar, & apricas terras, & florentes ramos & prata uirentia, denicꝫ dilecti faciem cernere, & colloqui dulce eſt, quale illud ſpectaculum erit, unde cæteris contigit ut placerent: quicquid oculos aut aures, quicquid omnino ſenſus atcꝫ animum delectat, à quo precor, idipſum ut delectaret, habuit, niſi ab iſto, qui delectabilia cuncta, no tātum ſupereminet, ſed creauit, eiſcꝫ nō tantū ut delectarent tribuit, ſed ut eſſent. atcꝫ ideò nullus mihi par furor in rebus hominum uidetur, nulla tàm communis inſania, quā propter exiguā & incertam breuemcꝫ dulcedinē, ab iſta quæ immenſa certa & æterna eſt, & ſine qua hæc ipſa dulcedo nulla eſſet, auerti. necꝫ ſatis apud me huius mali cauſā intelligo, uel inuenio, niſi quia diffidentiæ humanæ mos eſt, amare præſentia, futura contemnere. Cū tamen & diuini amoris dulcedo, ut maior & melior eſt, ſic eſſe poſsit & certior & p̄ſentior. quoniā humanis et mutis in rebus, his p̄cipuè, in quas carnalis tendit affectus, aliquatenus ſpes quā res ipſa ſit dulcior. ſed ea mentium humanarū incōſtantia, ut q̄d uelint diffinire difficile ſit, cū cæteris in rebus, tàm in hoc maximè quàm delectatione, in qua ſummā ſtatuunt, nec ineptè modò, uerum à falſa fugiunt. Et hæc quidē hactenus. Vos aūt fratres, quas Deo meritas grates acturi eſtis, quibus in humilitate ueſtra paruulis reuelatum eſt, q̄ tot ſuperbis ſapientibus occultatum fuit, quæ ſcilicet animæ uia, quis uitæ terminus, & quis dux, diſputatur apud eos, multis quidem uerbis de bonorum & malorū finibus, de quo Romani principes eloquij, ut Auguſtinus ait. unus è numero doctiſsimorum hominū idē q̄ eloquentiſſimus omniū, Marcus Tullius Cicero integrū edidit uolumen quincꝫ diſtinctū libris. necꝫ uerò his obſtat, q̄ CHRISTVS ipſe ſe uiam dicit: ibidem enim ſe dicit, & uitā, ueritatē, ueruncꝫ eſt illud Seuerini, Dux, ſemita, terminus idē. O' philoſophi magni & laborioſi homines, à quibus ingenio uicti ſumus, en gratia uicimus gratuitiscꝫ muneribus. Laboraſtis, en quieſcimus, ſeuiſtis, en metimus, q̄ſiſtis, en inuenimus. necꝫ culpa ueſtra, necꝫ meritum ueſtrum, ſed domini fauor ſolus, qui agente Deo fœlicius quàm ſperabam. ab illo igitur primū raptus, & à ſemitis meis parumper adductus ſum, acceſsit ſacer nominādus Ambroſius, acceſſere Hieronymus Gregoriuscꝫ, nouiſsimus oris aurei Ioannes, & exundās lacteo torrēte Lactantius. Ita hoc pulcherrimo comitatu, ſcripturarū ſacrarū fines, q̄s ante deſpexerā, uenerabundus ingredior, et inuenio cūcta ſe habere quæ crediderā. acceſſit opportuna neceſſitas, diuinas laudes atcꝫ officium quotidianū, q̄ malè diſtuleram celebrandum, quam ob cauſam pſalteriū ipſum Dauidicū ſæpè percurrere ſum coactus, è quibus fontibus haurire ſtudui, non unde diſertior fierē, ſed melior ſi poſſem, necꝫ unde euaderē diſputator maior, ſed peccator minor. Has igitur ſcripturas, quas ego aduena, necdum notas, odore, quodā illectus adamaui ſerò, licet uos uelut indigenæ, & in his à principio enutriti amate, colite, ueneramini, frequentate. nunquā de manibus ueſtris ſi poſsibile ſit, certè de mentibus ueſtris excidant nunquam. quarum ſiue auctoritas quæritur, à ſpiritu ſancto prolatæ ſunt, & CHRISTI ore firmatæ. ſiue antiquitas, & omnes omnino ſeculares literas antecedūt, antequàm Cadmus Græcarum repertor, antequàm Iſis Aegyptiarū, antequàm Carmentis Latinarū inuentrix naſceretur, hæ literæ celebres erant in orbe terrarum, ſi etiam uirtus attenditur. Et ſagittæ ſunt acutæ, & ardētes, quæ quibus infixæ fuerint corda uiuificant. ſiue fructus captatur, & certè cum cæterorum merces ſit, aut breue lucrū, aut aura uolatilis, falſus fauor, harum finis æterna uita eſt, & uera fœlicitas, ſin forſan ornatus exigitur. Et quamuis multa de hoc dici poſsint, hæc tamen omnium ſumma eſt, quaſdam ſuperficietenus compoſitiores, pulchriorē nullam. Itacꝫ fingi iubeo hinc matronam formoſam, ſobriam, pudicam cultu exiguo cōtentam, illinc exquiſitiſsimè cōpoſitā meretricem, fucis ora uendētem quis nā adeò hebes, ut dubitet quàm potius in coniugem ſibi aſciſcatur. magni doctícꝫ uiri multi fuerūt, diſerti abſq;, neſcio enim q̄modo facilius eſt doctū hominē repere q̄ diſertum, immò nō tàm in p̄ptu eſt, q̄ doctrina ſine eloquētia eſſe poteſt, eloquentia uerò ſine doctrina, eacꝫ multiplici & uaria eſſe nō poteſt, niſi fortè loquētē, p eloquēte poſuerimus, q̄ nihil eſt falſius. Et hæc eſt radix uel poëticæ uel oratoriæ raritatis, de qua multa diuinitus in eo

libro

libro qui Orator inſcribitur diſputauit Cicero. Quamuis ſanè doctorum & eloquentium omnis cohors, quotquot ab origine rerum, uſque ad hanc diem quacunque parte mundi floruerunt, quos enumerare longum eſt, philoſophentur, diſputent, potent, res decoras ſtilo quolibet exornent, & tenuiſsimo artificio ac poëticis uerbis tegant, non'ne omnes indocti & muti et elingues uidebuntur, ubi ab aduerſo ſola CHRISTI uox intonuit, ueriſsimumque illud regij prophetæ. Abſorpti ſunt, ut in comparatione petræ, per quã CHRISTVM intelligi ſolere nouimus, nil prorſus appareat, & pro ſe maximi uidebãtur. hæc ſunt Fratres, quæ ocio religioſo ut ſcriberem occurrebant, quamuis baud ignarus ſim, eouſque ſermonem protendi poſſe, quouſque occupatorum miſeriæ procẽduntur, quarum nullus eſt terminus. ſed ſatis nunc dixiſſe uiſus ſum, reliqua ex uobis audire habeo, quos borũ feciſſe debuit experiencia magiſtros, hoc ergo de quo loquor ocium, & hæc uacacio præſtabit ut uideatis, quoniã Deus ipſe eſt dominus, & acriter intueamini, quæ ad ſalutem aptiſsima ſunt, & ſi à ſenſibus uehementer abhorreant, atque in primis noſtrã & prætereuntiũ rerũ fugam, neque mũdi ac carnis aut dæmonũ ſuperaddite, nec capiamini, neue qs ueſtrũ hoſtib. ſuis aut cõſiliarijs malis credat. Poſtremò nũquã fletus aut luctus diuellatur, unde utique neceſſariũ eſt diuelli, ad hæc uidenda lucidum & quietum delegiſtis locũ, arripuiſtis iter rectũ et ſecurum, bono collyrio lauiſtis oculos, ſic agite, pergite quo cepiſtis, nemo ſe in tergum flectat, Statua ſalis, inquam mulier retro reſpiciens uerſa eſt, animas ueſtras ſalutifero ſale cõdiuerit, nullus hominum ſine peccato eſt. ſed peccatori dicitur, peccaſti, quieſce. Quieſcite ergo, uacate, ocium agite, uidete, gaudete, pro me flete, & mei memores ualete, O' fœlices, ſi uoſipſos & bona ueſtra cognoſcitis.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. DE VERA SAPIENTIA, DIALOGVS I.

Collocutores.

ORATOR, IDIOTA.

COnuenit pauper quidã Idiota ditiſsimum Oratorem in foro Romano, quem facetè ſurridens ſic allocutus eſt. I. Miror de faſtu tuo, quod tu licet continua lectione defatigeris, innumerabiles libros lectitando, nondum tamen ad humilitatem ductus ſis: Hoc certè ex eo, quia ſcientia huius mundi, in qua te cæteris præcellere putas, ſtultitia quædã eſt apud Deum: & hæc inflat. ex qua inflatione tumida oritur ſuperbia, quæ natione cœleſtis, ſemper in altum nititur, ut grauius cadat, uera autem ſciencia humiliat, quæ nulla inflatione grauefacta, in altum non caſura uolat. optarem igitur ut ad illam te conferres, quoniam ibi eſt theſaurus lætitiæ. O. Quæ eſt hæc præſumptio tua pauper, idiota & penitus ignorans, ut ſic paruifacias ſtudium literarum, ſine quo nemo proficit. I. Non eſt magne Orator præſumptio, quæ me ſilere non ſinit, ſed charitas. nam uideo te deditum ad quærendũ ſapientiã, multo caſſo labore, à quo te reuocare ſi poſſem deſidero, ita & tu errorem perpenderes, puto contrito laqueo te euaſiſſe gauderes. traxit te opinio auctoritatis, ut ſis quaſi equus naturaliter liber, ſed arte capiſtro alligatus præſepi, non aliud comedit niſi quod ſibi miniſtratur. O. Si non in libris ſapientũ eſt ſapientiæ pabulũ, ubi nunc eſt? I. Non dico ibi non eſſe, ſed dico naturale ibi non reperiri. qui enim primò ſe ad ſcribendum de ſapientia contulerunt, non de librorum pabulo, qui nondum erant incrementa receperunt, ſed naturali alimento, in uiros perfectos euadebant. & hi cæteros qui ex libris ſe putant profeciſſe, longè ſapientia antecedunt. O. Quamuis fortè ſine literarum ſtudio aliqua ſciri poſſunt, tamen res difficiles et grandes nequaquam, cum ſcientiæ creuerint per additamenta. I. Hoc eſt quod aiebam, ſcilicet te duci auctoritate & decipi, ſcripſit aliqs

uerbum

uerbum illud cui credis, ego autem tibi dico, quod ſapientia foris clamitat in plateis, & eſt
clamor eius, quoniam ipſa habitat in altiſsimis. O. Sapientiã attamen ſtudio ac librorũ
lectitatione conſecutus ſum. I. Rem magnam ſi uera eſſet, & inſeparabilem à uirtute. cre
de autem mihi nunquam ſi uerè ſapiens eſſes, hoc diceres: Sapiens enim quantum eſt ꝙ ſi-
bi deſit intelligit, nõ gloriatur itaq; ſed ſuſpirat. O. Sapientẽ me profiteor. I. Benè irẽt
res ſi tot eſsẽt ſapiẽtes, ꝗt ſapiẽtiæ profeſſores. hũc illud perdifficile eſt, hoc uerò facillimũ.
O. Studio ad ſapiẽtiã perueni. I. Vtiq; ſic ad illã peruenitur, ſed an tu perueneris recogi
ta, nõ eſt enim res ſtudij breuis egens, aliquot annorũ ut reliquæ artes, tota uel longiſsima
opus eſt uita, ſiquis ut aiunt, tota die currens peruenit ad ueſperã, ſatis eſt. notũ eſt illud Pla
tonis, ut alia multa, præclariſsimũ, quod tuo Ciceroni placet, & mihi. Beatum cui etiam in
ſenectute cõtigerit, ut ſapiẽtiã uerasq; opiniones aſſequi poſsit. has tu an calle medio obti
nhabueris miror, an neſcio quo pennato equo uectus, an tempus attigeris, incertum, qui
tam citò ſapiens euaſiſti. O. Sapiẽtiæ perfectionem cœlitus accipi, eſt enim ſapientia do-
num, omne autem donum deſurſum eſt à patre luminum. I. Eſt fateor cœleſte donum
ſapientia. ſed magnus certè uir erat & Dei amicus Paulus, qui non ut tu de ſapientia, ſed
potius hoc modo aiebat. Non quod iam acceperim aut perfectus ſim. O. Sapientiam
[illegible]a mente comprehendi. I. Vt pecunia rerumq; multarum mala, ſic ſapientiæ cupi
ditas bona eſt. ſed an tu tantæ rei capax ſis uideto. certè ille idẽ de quo modo meminit Pau
lus Apoſtolus. Ego me, inquit, non arbitror comprehendiſſe: & ille quoq; permagnus erat,
qui cum Deo de ſeipſo loquens aiebat. Imperfectum meum uiderũt oculi tui. hoc eſt pro
prium ſapientis, imperfectũ ſuũ noſſe ac fateri. O. Sapiens dicor. I. Nõ tuæ neq; alie
næ uoces, unquã ſapientem fecerunt, ſed res ipſa. O. Sapiens uulgò dicor. I. Vulgus
[illegible] ſapientes, & ſapientes inſanos, iure ſuo dicere ſolet, quod eſt ut falſa pro ueris, &
uera pro falſis habeat. nihil eſt à ueritate remotius, quàm uulgaris opinio. O. Omnes
me prædicant ſapientem. I. Ad famã fortaſſe aliquid, ad ſapientiam nihil omnino. ſentio
[illegible] ſuperſcriptionibus inniteris literarum, quibus nihil eſt liberalius, non ſatis eſt face-
re ſapientes, qui non ſunt, ſed egregios & inſignes faciunt, & reuerendos, ſereniſsimos in
ſuper & illuſtres, ut iam ſimplex ſapientiæ titulus ſit pudori, qui quàm paucis tamen con-
ueniat, ſtupor eſt. uis autem noſſe quàm ſis ſapiens, uerte oculos retrò, recordare quotiens
in hoc uitæ curſu ceſpitaueris, quotiens offenſo pede cecideris, quot pudenda, quot do-
lenda, quot pœnitenda commiſeris, tunc ſi audes dicito ſapientem, credo autem non aude
bis. O. Scio me ſapientem. I. Literarum fortè uis dicere. ſunt enim planè literati
aliqui, licet pauci, ſapientes autem penè nulli. Aliud eſt ſapienter loqui, aliud ſapienter
uiuere, aliud dici, aliud eſſe ſapientem. fuere qui dicerent ſapientem nullum, id quàm ue
rum falſumuè ſit, non diſputo. certè nimis prærupta eſt ſententia, & ad deſperationem
prona, & ſtudio aduerſa ſapientiæ. Hebræi ſapientem Salomonem ſuum prædicant, qui
quàm ſapiens eſſet, turba coniugum pellicumquè teſtatur, multoquè magis dijs alienis
cultus exhibitus. O. At Romani ſapientem Lelium & Catonem habuère, Græcia ip-
ſorum floruit, ſeptem habuiſſe dicitur ſapientes. I. Hæc de antiquis ſapientibus. Fœ
licior ætas noſtra, quæ nõ unum duosuè aut ſeptem, ſed in ſingulis urbibus ceu pecudum
greges numerat ſapientes. nec mirum, ſanè multos eſſe qui tàm facilè fiant. Venit iuue-
nis ſtultus ad templum doctoris inſignia recepturus, præceptores illum ſui celebrant, ſeu
amore ſeu errore, tumet ille, uulgus ſtupet, applaudũt affines & amici, ipſe iuſſus cathedrã
ſcandit, cũcta iã ex alto deſpiciens, & neſcio quid confuſũ murmurãs. tũc maiores certati
ceu diuina locutum, laudibus ad cœlum tollunt, tinniunt interim campanæ, ſtrepunt tu-
bæ, uolant annuli, figunt̃ oſcula, uertici rotũdus ac magiſtralis biretus apponitur. his perfe
ctis, deſcendit ſapiens, qui ſtultus aſcẽderat. mira prorſus transformatio, nec Ouidio cog-
nita, ſic fiũt hodie ſapiẽtes. uerus ſapiẽs fit aliter. O. Sapiẽs attamen ſum. I. Solẽt qui
de ſe magnificè ſentiũt, cõfidẽter maiora uirib. aggredi, inq; niſu medio, ꝓlapſi, ſuo magno
uel ꝑiculo uel pudore, addiſcere quã iuſti rerũ æſtimatores fuerint ſuarũ. Præſtat igit̃ (mihi

crede)

crede)falſas opiniones abijcere,inſolentiam deponere,inſipientiã circunſpicere,& optare
ne qua experiendæ ſapientiæ neceſsitas incidat,quæ declaret te de nihilo gloriatum .hæc re
ctior tutiorq́ quærendæ ſapientiæ uia eſt. O. Credo & ego ad ſapientiã perueniſſe. I.
At ſi mihi obſequeris,ad illam potius aſſurgẽdo nitendoq́ peruenies quàm credẽdo,nihil
enim aſcendit altius,quàm humilitas operoſa. O. Magna mihi ſapientia eſt. I. Putaſsẽ
forſitan ſi tacuiſſes,iam me præmonuiſti,quoniam ubi maior iactantia,ſapientia minor eſ-
ſe ſolet,ut tuus ait Cicero, Qui ſe, inquit,iactat, ſtatim inuenit deriſorẽ,immò & tot irriſo
res,quot habet auditores. O. Inter ſapientes deputatus ſum. I. Vnus forſan es de il-
lo grege,quorũ numerus multus eſt magnuſq́, quibus pretioſum magis eſt uideri ſapien
tes,& nõ eſſe quàm eſſe quidẽ,nec uideri.ſicut & multi ſunt.qui iuſti potius uideri malunt
& non eſſe, quàm eſſe iuſti nec apparere.Primos igitur ſophiſtas uocat Ariſtoteles,ſecun
dos hypocritas, amborum autem effectus fallere eſt,& in primis ſeipſos, iſti uerbis,illi ge
ſtibus.alij nutibus,geſtibus ac uerbis iuſtos & ſapientes ſe oſtendunt,ſtultos autẽ prauoſq́
moribus atq; uita.Præterea ſi tu ſapiens eſſes,utiq; nõ diceres,quippè non præſumit,nõ in
flatur,uerũ gemit in ſeipſo ſapiens,nõ gloriatur,ſed ſemper quod ſibi deſit põderat, neq; ac
quiſita ſed acquirenda ſemper cogitat:omnia namq; illi deſunt, qui ſibi nil ad ſapientiã deeſ
ſe putat.igitur ſi uelis fieri ſapiens,noli ut iam dixi teipſum opinari ſapientem. O. Verus
tamen ſapiens,conſenſu omniũ iudicor. I. Ad ſapientiã uerã nemo peruenire poteſt, q
falſa ſapientia deceptus eſt:ſtultus igitur fias,oportet,ut eſſe poſsis ſapiẽs.Perge ergo quo
uſq; tibi ſtultus uidearis.& attigiſti ſapientiam,ſtultus uerò tunc demũ tibi eſſe uidebere,cũ
ad tuijpſius cogitationẽ peruenies. Porrò cũ à ſapere ſapientia dicitur, ille profectò ſapiẽs
eſſe iudicatur,cui res ſapiunt prout ſunt,qui ſic rebus tranſitorijs nouit uti, ne æternis ob-
ſint,ita quoq; moderatè præſenti uti mundo,ut quantum poteſt fruatur ipſo Deo. Deniq;
hæc uera ſapientia eſt, qua ſapit Deus ſapienti, uiuenti de ſpiritu eius, qua uitam ſuam or
dinat,cõponit mores,actus dirigit,ac omnia opera,ſuo quodã diuino ſopore condidit atq;
format, qua eos etiã, cum quibus hic uerſatur homines, oleo letificantis gratiæ adlinit, ut
uidẽtes opera eius bona,patrẽ q in cœlis eſt glorificẽt,gratiã habens ad amicos,ad inimicos
patientiã, beneficentiã ad q́s poteſt,& ad omnes beniuolentiã ad q́s debet,neminẽ contẽ-
nẽs,neminẽ iudicãs,omnes diligẽs,& ſaluos fieri optãs in uiſcerib. charitatis. Poſtremò ut
breuiter cũ uerbis Bernardi concludã,inueniſti,inqt, ſapientiã: ſi mala tua præterita defle-
as,ſi præſentia hæc bona paruipendas, ſi futura bona toto cordis deſiderio concupiſcas. O.
Stultũ me dixiſti fieri oportere,ut ſapiens ſim. quod quidẽ tunc demùm aſſequi potero,ut
tu dicis,cũ meipſum noſſe incepero.quo igitur pacto,ediſſere,mei ipſius notitiã adipiſcar?
I. Reminiſcere in primis Orator, & ſæpenumerò tua in mente reuolue quid ſis, magna
ſiquidẽ mortaliũ turba ignara ſui, quid in terris ſit agendũ, quidq́ in cœlis agitur, quærit,
philoſopho cuidam perſimiles,qui ſyderum curſus noctu cum Aſtrolabio metiretur,in li-
moſam lapſum eſt ſpecum, quod ancilla ſua cachinno magno ridens,Herus,inquit, meus
ignorat quod ante pedes eſt,uile lutum,& rimari temptat arcana cœlorum.debet ergo ho
mo id primum inquirere quid ſit, Homo,inquit, Porphyrius,eſt animal rationale morta-
le.Mortale, ait Bernardus, temperet rationale,ne fortè in ſuperbiam tollatur,& rationale
conforter mortale,ne in deſperationem labatur.hinc Bernadus ad Eugenium quem mo-
dò allegaui: à te, inquit,tua conſideratio inchoẽt, ne fruſtrà extendaris ad alia te neglecto.
quid tibi prodeſt uniuerſum lucrari mundum teipſum perdens?noueris licet omnia myſte
ria,noueris lata terræ profunda maris,alte cœli, ſi te neſcieris, ſimilis eris uiro ædificãti abſq;
fundamento,ruinam non ſtructuram faciens.non eſt ſapiens,qui ſibi nõ eſt ſapiens,in ac-
quiſitione enim ſalutis tuæ,nemo tibi germanior neq; propinquior,hæc Bernardus. Sunt
præterea nõnulli adeò ſeu fatui ſeu elati,qui ſeipſis ignoratis, ſcientiam diuinorum aſſequi
putant,ſed quo pacto uult ille Deum cognoſcere, qui ſeipſum conuincitur ignorare? Ne
ſcienti ſeipſum impoſibile eſt ſcire Deum. ex ſui nempè cognitione oritur humilitas & ti-
mor Dei,quid fuit homo naſciturus,quid ſit natus, quid mortuus erit?ex ſui uerò ignorã

tia oritur

tia oritur ſuperbia, natione ut dixi cœleſtis, alta ſemper appetens, ut grauiori caſu ad infima
ruat, quæ fecit angelos dæmones & dæmonibus homines coæquauit. ex ſuperbia aūt ori-
tur Dei ignorantia, ex qua infœlix deſperatio, ſæpenumerò conſurgit, at uerò ſine timore
Dei & humilitate quis poteſt de ſalute præſumere? Ille ſolus eſt uerè ſapiēs, ac ſeipſum in-
telligens, qui uilem ſe ac paruum reputat, qui uerò ſe magnum aliquid eſſe exiſtimat, cum
non ſit, fallitur, ille & uera ſapientia in eo non eſt. O. Perge uerò obſecro, perge, inquā,
talia mihi inaudita hactenus uerba ſalutaria enarrare, ſunt enim, ut uideo, ad ſalutem ma
gis accedentia, quàm ut Ciceronis aut Quintiliani reliquorumúe in meis Oratorijs libris
contentorum. I. Pergam profectò, idq; etiam libens. Verè ſapiens & rectus apud De-
um ille animus eſt, qui cogitat qualis uita, non quanta ſit. nempè ut pulchrè ait & ſplēdide
Lactantius, Si ut uiuendi, ſic & benè uiuēdi cura nobis eſſet, infinitos penè labores quibus
ſtulticia æſtuat humana, tāquam ſuperfluos & inſanos fugiēdos longè uitaremus. Sed heu
nemo iam uel admodū rarus, quam benè uiuat, ſed quamdiù curat, cum tamē omnibus in
poteſtate eſt ut benè uiuāt, ut diù uerò nemini. Quid eſt autem aliud diù uiuere, quàm diù
torqueri? & quantò diutius quis in uita fuerit, tantò, maiori hac grauatur oneratq; ſarcina
peccatorū. & nō uides ô Orator, immò ô quilibet homo, q; ſic es in uita iſta, quaſi hoſpes in
domo aliena, qua die neſcit hoſpes, uel qua hora dicatur ei, Exi foras, quia quā inhabitas
domus ua non eſt. Homo quippè uitæ cōmodatus eſt, non donatus. Sapiens in hac uita
ſic dies ſtudet agere tranſitorios, ut in futura dies æternitatis inueniat. Stude igitur ô ho-
mo ſapiens eſſe, deſideras ſaltem letaliter non peccare. A uenialibus enim cum ſepties in
die cadat iuſtus, quis poteſt omnino continere? quod ſi peccaueris, orationibus, holocau-
ſtis, lachrym s, atq; elemoſynis tu quoad potes iuſtitiam redime. ait enim in Eccleſiaſtico
Salomon: Fili peccaſti, non adijcias iterum, ſed de priſtinis deprecare, ut tibi dimittantur.
ſed hoc unum eſt, quod te uiribus totis fugere admoneo, procraſtinatio ſcilicet emenda-
tionis & pœnitentiæ. dico enim tibi, quod Deus, qui peccanti ueniam ſpopondit, peccanti
diem craſtinum non promiſit. Teſtis eſt tuus in tragœdijs Seneca ita dicens?

Nemo tam diuos habuit fauentes
Craſtinum ut poſſet ſibi polliceri.

Deus enim licet ueniam ut dixi pœnitenti promiſerit, non tamē promiſit ei dare uolunta-
tem pœnitēdi, ſicut nec uoluntatem peccādi dedit. immittit nāq; diabolus longioris uitæ ſe
curitatem, ut inferat perditionem, nec dinumerare eſt poſsibile, quantos hæc inanis ſpei fal
lax umbra deceperit. Audi quàm pulchrè ait Gregorius: Deus quos diù ut conuertatur
expectat, non conuerſos durius damnat. Audi etiam ſi uis Auguſtinum ſupra Ioannem an
gelica potius quàm humana uerba reſonantem. Intendant, inquit, qui amant in domino
manſuetudinem & timeant ueritatem. etenim dulcis & rectus dominus, amas quod dulcis
eſt, time quod rectus eſt, an quàm manſuetus dixi tacui, ſed tanq; iuſtus nūquid ſemper
tacebo? Miſericors & miſerator dominus. Ita planè, adhuc adde lōganimis, adde adhuc
& multum miſericors, ſed time quod eſt in nouiſsimo & uerax. Manſuetus dominus, lon-
ganimis dominus, miſericors dominus, ſed & iuſtus dominus & uerax dominus. largitur
tibi ſpatium correctionis, ſed tu plus amas dilationem quàm emendationem. Malus fuiſti
heri, hodie bonus eſto, & hodiernum diem malitia peregiſti, uel cras mutare. ſemper expe
ctas & de miſericordia Dei tibi plurimum polliceris, quaſi ille qui tibi per patientiam
promiſit, indulgentiā promittat, tibi etiam prolixiorem uitam ſpondeat. Vnde ſcis, quid
pariat craſtinus dies? Rectè dicis in corde tuo, Quādo me correxero, Deus mihi omnia
peccata dimittet. Negare non poſſumus, correctis atque conuerſis indulgentiam Deus
promiſit, nā in quo propheta mihi legis, quia promiſit correcto indulgentiā, nō mihi legis,
q; promiſit tibi Deus longā uitā. Ex utroq; igit' homines periclitant', & ſperādo, & deſpe
rādo, cōtrarijs rebus cōtrarijs affectionibus, ſperādo decipitur is qui dicit. Bonus eſt Deus,
miſericors eſt Deus, faciā quod mihi placet, quo liber laxē habenas cupiditatibus meis,
ut impleā deſideriū animæ meæ. quare hoc? quia miſericors eſt Deus, bonus eſt Deus, mā-
ſuetus eſt Deus. ſpe iſti periclitantur, deſperatione autem, q cū inciderint in grauia peccata
putantes,

putantes ſibi non poſſe iam ignoſci pœnitentibus, & ſtatuẽtes ſe ad damnationem ſine du
bio deſtinatos, dicunt apud ſeipſos: Iam damnandi ſumus, quare nõ quod uolumus faci
mus? ideò moleſti ſunt deſperati, iam enim quod timeant non habent, & uehementer ti
mendi ſunt, iſtos deſperatio necat, illos ſpes. Inter ſpem & deſperationẽ fluctuat animus,
metuendum eſt ne te occidat ſpes, & cum ſperas multum de miſericordia, ne incidas in iu
dicium. metuendum eſt rurſum, ne te occidat deſperatio, & cum putas iam tibi non ignoſci
quæ grauia commiſiſti, non agas pœnitentiam, & incurras in iudicem, ſapientiam, quæ di
cit, Et ego ueſtræ perditioni ſuperridebo: quid ergo agit Deus cum periclitantibus utroq;
morbo? illis qui ſpe periclitantur hoc dicit: Ne tardes conuerti ad dominum, neq; differas
de die in diem. ſubito enim uenit ira eius, & in tempore uindictæ diſperdet te. Illis qui de-
ſperatione periclitantur quid dicit? In quacunq; die iniquus conuerſus fuerit, omnes ini-
quitates eius obliuiſcar. propter illud ergo qui deſperatione periclitantur, propoſuit indul-
gentiæ portum, propter illos uerò qui ſpe periclitantur & dilationibus illuduntur, fecit
diem mortis incertum. quando ueniat ultimus dies neſcis, ingratus es, quia hodiernum ha
bes in quo corrigaris, hinc dixit ad peccatricẽ mulierem Dominus: Nec ego te condemna
bo, uade, deinceps iã noli peccare, ſed facta ſecura, de præterito caue futura, nec ego, inq̃,
te condemnabo, de leui quod commiſiſti, obſerua quod præcepi, ut inuenias q̃d promiſi.
hæc Auguſtinus, audiſti iam Auguſtinum ô orator, audito etiã & Chryſoſtomũ ſuper Io-
annem ſic dicentẽ: Quid eſt latrone & homicida deterius? Non'ne ultima hæc ſpecies ma-
litiæ eſt, & tamen ad ſummũ uirtutis confeſtim peruenit, & ipſum migrauit paradiſum nõ
diebus indigens, nõ una die, ſed breui momento. quare licet repentè tranſponi, & fieri aure
um ex luteo? quia enim non natura uirtus aut malitia eſt, facilis eſt tranſpoſitio ab omni ne-
ceſsitate eruta, ſi uolueritis, & audieritis me, ait, dominus, bona terræ comedetis. uides quo
niam uoluntate indiget ſola, uoluntate quidem nõ communi, & nuda quæ eſt multorum,
ſed ſtudioſa quæ paucorum eſt, quia omnes noui in cœlum uelle euolare nunc, ſed per ope
ra oportet uoluntatem oſtendere. Etenim negotiator qui uult ditari, nõ ſolum uſq; ad mẽ
tem uoluntatem ſiſtit, ſed nauem conſtruit, & congregat nautas, & rogat gubernatorem,
& in omnibus alijs præparat nauim, & pecuniam fœneratur, & tranſit pelagus, et ad extre
mam uadit terram, & pericula ſuſtinet multa, & alia omnia quæ ſciunt qui mare naui-
gant, ita & nos oportet uoluntatem oſtendere, nauigamus enim & nos nauigationem,
non eam quæ à terra in terram, ſed eam quæ à terra in cœlum. conſtruamus igitur mentem
noſtram ad aptam gubernationem quæ ſurſum fert, & nautas ei obedientes, & nauim ſoli
dã, ut neq; circunſtãtia neq; triſtitia ſubmergatur mundiali, neq; elationis eleuetur ſpiritu,
ſed benè præcincta ſit & leuis, ſi ſic quidem nauiũ, ſi ſic uerò gubernatorem & nautas præ
parabimus, cum aptitudine uentorũ nauigabimus, & filium Dei qui uerus eſt gubernator
attrahemus ad noſipſos, q̃ nõ dimittet ſubmergi nauim nobis, ſed & ſi infiniti flauerint uẽ
ti, & uentos increpabit, & mare & pro fluctuatione multam tribuet tranquillitatem. Hæc
Chryſoſtomus. Veruntamẽ quæ ſuprà dicta ſunt, ferè omnia de ſola creata, & quæ homi-
ni ineſſe poteſt, ſapientia dixerim. Et quidẽ & alia ſed increata ſapientia, longè illa præſtan-
tior longeq; differentior. & tantò quidẽ, quantò finitũ ab infinito, æternum à temporali dif
fert. Media tamen iſta ad illã, & non aliundè peruenitur. O. Vt audio cum te Idiotã repu
tes, ſapere tamen non modicum uideris. I. Hæc eſt fortaſſe inter te & me differentia,
tu te ſapientẽ putas, cũ non ſis, hinc ſuperbis. Ego uerò idiotã me eſſe cognoſco, hinc humi
lior, & in hoc fortè doctior exiſto. O. Quomodo ductus eſſe potes ad ſcientiã ignoran
tiæ tuæ, cũ ſis idiota? I. Non ex tuis, ſed ex Dei libris. O. Qui ſunt illi? I. Quos
ſuo digito ſcripſit. O. Vbi reperiũtur? I. Vbiq;. O. Igitur & in hoc foro? I. Im-
mò iam & in capite libri dixi: quod ſapientia clamitet in plateis. O. Optarem audire q̃-
modo. I. Si te abſq; curioſa inquiſitione affectum conſpicerem, magna tibi panderem.
O. Potes ne breui tẽpore efficere, ut quid uelis deguſtẽ? I. Poſſum. O. Contraha
mus igit̃ nos in hãc tonſoris proximã quæſo apothecã, ut ſedentes quietius loquamur. Pla
cuit idiotæ. & intrãtes locũ aſpectũ in forum uertẽtes ſic exorditus eſt Idiota ſermonem.

FRAN.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. DE VERA SAPIENTIA, DIALOGVS II.

Collocutores.

IDIOTA, ORATOR.

QVoniam tibi in præcedentibus dixi, Sapientiam clamare in plateis, & quod clamor eius eſt ipſam in altiſſimis habitare, hoc tibi oſtendere ſic conabor. & primũ uelim dicas, quid hic aſpicis in foro? O. Video ibi numerari pecunias, in alio angulo põderari merces, ex oppoſito menſurari oleum & alia. I. Hæc ſunt opera rationis illius, per quam homines beſtijs antecellunt, nam numerare, ponderare & menſurare bruta nequeunt, attende nunc Orator per quem, in quo, & ex quo hæc fiunt, & dicito mihi. O. Per diſcretionem. I. Rectè dicis, per quid autem diſcretio? Non'ne per unum numeratur? O. Quomodo. I. Non'ne unum eſt unum ſemel, & duo eſt unum bis, & tria eſt unum ter, & ſic deinceps. O. Ita eſt. I. Per unum igitur fit omnis numerus. O. Ita uidetur. I. Sicut igitur unum eſt principium numeri, ſic pondus minimum eſt principium ponderandi, & menſura minima principium menſurandi. uocetur igitur illud pondus uncia & menſura Petitum. non'ne ſicut per unum numeratur, ita per unciam ponderatur, & ex petito menſuratur? non'ne hæc ſic ſe habent. O. Immò. I. Per quid autem attingitur unitas, per quid uncia, per quid Petitum? O. Neſcio. Scio tamen quod unitas non attingitur numero, quia numerus eſt poſt unum. ſic nec uncia pondere, nec petitũ menſura. I. Optimè ais Orator, ſicut enim ſimplex prius eſt natura compoſito, ita compoſitum natura poſterius, unde compoſitum non poteſt menſurare ſimplex ſed conuerſo. ex quo habes quomodo illud per quod, ex quo, & in quo omne numerabile numeratur, non eſt numero attingibile, ſimiliter illud per quod, ex quo, & in quo, omne ponderabile ponderatur, non eſt pondere attingibile, ſimiliter & id, per quod, ex quo, & in quo omne menſurabile menſuratur, non eſt menſura attingibile. O. Hoc clarè conſpicio. I. Hunc clamorem ſapientiæ in plateis transfer in altiſsimis, ubi ſapientia habitat, & multò delectabiliora reperies, quàm in omnibus ornatiſsimis uoluminibus tuis. O. Niſi quid per hoc uelis exponas, non intelligo. I. Niſi ex affectu oraueris prohibitus ſum ne faciam, nam ſecreta æternæ atq; increatæ ſapientiæ, non ſunt omnibus paſſim aperienda. O. Multum deſidero te audire. & ex paucis inflammor. ea enim quæ iam præmiſiſti, aliquid magni futurum enunciant, rogo igitur ut incœpta proſequaris. I. Neſcio ſi liceat tanta ſecreta detegere, & tam altam profunditatem facilem oſtendere, tamen nequeo me continere, quin tibi complaceam. Ecce frater, ſumma ſapientia eſt hæc, ut ſcias quomodo in ſimilitudine iam dicta attingitur inattingibile inattingibiliter. O. Mira dicis & abſona. I. Hæc eſt cauſa cur occulta non debent cõmunicari omnibus, quia eis abſona uidentur. Admiraris me dixiſſe ſibi contradicentia. dico autem, quod ſicut iam ante de unitate unciã & petito dixi, ita de omnibus quo ad omnium principium dicendum. nam omnium principium eſt, per quod, ex quo. & in quo omne principiabile principiatur, & tamen per nullum principiatum attingibile. Ipſum eſt per quod, ex quo, & in quo omne intelligibile intelligitur. & tamen eſt intellectu intelligibile. & ſimiliter per quod, ex quo, & in quo, omne fabile fatur, & tamen eſt fatu ineffabile. ſic eſt per quod, ex quo, & in quo, omne terminabile terminatur, & tamen eſt termino interminabile & fine infinibile, tales facere pores inumerabiles ueriſsimas propoſitiones, & omnia tua oratoria uolumina illis implere, & alia ſine numero illis addere, ut uideas quomodo ſapientia in altiſſimis habitat. altiſsimum enim eſt, quod altius eſſe non poteſt. ſola infinitas eſt illa altitudo. Vnde ſapiẽtia, quàm cum omnes homines natura ſcire deſiderãt, cum tanto mentis affectu quærunt,

non aliter ſcitur, quàm quod ipſa eſt omni ſcientia altior, & inſcibilis, & omni loquela ineffabilis, & omni intellectu intelligibilis, & omni menſura immenſurabilis, & omni proportione improportionabilis, & omni imaginatione imaginabilis, & omni ſenſatione inſenſibilis, & omni tractatione intractabilis, & omni guſtu inguſtabilis, & omni auditu inaudibilis, & omni uiſu inuiſibilis, & omni appræhenſione inappræhenſibilis, & omni affirmatione inaffirmabilis, & omni negatione innegabilis, & omni dubitatione indubitabilis, & omni opinione inopinabilis. & quia omni eloquio eſt inexpreſsibilis, harum locutionum non poteſt finis cogitari, cum omni cogitatione ſit incogitabilis, ipſa glorioſa, atque æterna ſapientia, per quam, ex qua, & in qua omnia. O. Hæc indubiè maiora ſunt quã à te audire putabam. non ceſſes, quæſo, me illò ducere, ubi aliquid taliũ altiſsimarum theoricarũ, tecum quàm ſuauiter deguſtem, nam uideo te non ſatiari ſemper de illa ſapientia loqui. maxima autem ut puto dulcedo hoc agit, quam niſi interno guſtu ſapere, te non tantum alliceret. I. Sapientia eſt quæ ſapit, qua nihil dulcius intellectu. Necq; cenſendi ſunt quouis modo ſapientes, qui uerbo tantum & non guſtu loquuntur, illi aũt cum guſtu de ſapiẽtia loquuntur, qui per eam ita ſciunt omnia, quod nihil omni. Per ſapientiam enim & ex ipſa, & in ipſa eſt, omne internum ſapere. ipſa autem, quia in altiſsimis habitat, nullo ſapore eſt guſtabilis, inguſtabiliter ergo guſtatur, cum ſit altior omni guſtabili, ſenſibili, rationali, & intellectuali. Hoc eſt autem inguſtabiliter & à remotis guſtare, quaſi ſi odor quidem dici poteſt prægustatio inguſtabilis. Sicut enim odor ab odorabili multiplicatus, in alio receptus nos allicit ad curſum, ut in odore unguentorũ ad unguẽtũ curratur, ita æterna & infinita ſapientia cũ in omnibus reluceat, nos allicit, ex quadam prægustatione affectuum, ut mirabili deſiderio ad ipſam feramur. Cũ enim ipſa ſit uita ſpiritualis intellectus, qui in ſe habet quandam conaturatam prægustationem, per quam tanto ſtudio inquirit fontem uitæ ſuæ, quem ſine prægustatione non quæreret, hinc ad eam ut ad propriam ſuam uitam mouetur, & dulce eſt omni ſpiritui ad uitæ principium, quamuis inacceſſibile continuè aſcendere & quando eò ducitur uitam ſuam quærens, tantò plus gaudet, quantò ſuam uitam infinitã atq; immortalẽ conſpicit, & ſic euenit ut inacceſsibilitas, ſiue incõprehenſibilitas infinitis uitæ ſuæ, ſit ſua deſideratiſsima comprehenſio quaſi ſi quis haberet theſaurum pecuniæ, & ad hoc pertingeret, quod illum ſciret innumerabilẽ, imponderabilẽ, & immenſurabilẽ, hæc ſcientia incõprehenſibilitatis eſt gaudioſa, & optatiſſima cõprehenſio, non quidem ut ad cõprehendentem refertur, ſed ad ipſum quoq; amoroſiſſimũ theſaurum. quaſi ſi quis amet aliquid, hic gaudet in amabili, infinitas & inexpreſſibiles amores causas reperiri, & hæc eſt gaudioſiſsima comprehenſio amantis, quando incomprehenſibilem eſſe amati amabilitatẽ comprehendit, nequaquam enim tantum gauderet ſe amare, ſecundum aliquid incomprehenſibile amatũ, ſicut quando ſibi cõſtat amati amabilitatẽ eſſe penitus immenſurabilẽ, infinibilẽ, interminabilẽ ac incomprehenſibilem, hæc eſt gaudioſiſsima incomprehenſibilitatis comprehenſibilitas. O. Intelligo fortè, iudicabis, nam hæc uidetur tua intentio, quod principium noſtrum, per quod, ex quo, & in quo ſumus & mouemur, tunc guſtatur à nobis, ut principium, medium & finis, quando eius uitalis ſuauitas, inguſtabiliter guſtatur per affectum, & incomprehenſibiliter comprehenditur per intellectum. At uerò qui ipſum guſtabiliter guſtare & comprehenſibiliter comprehendere nititur, ille penitus eſt ſine guſtu & intellectu. I. Optime cœpiſti orator, ob hoc, qui non aliud ſapientiam putant, quã id quod eſt intellectu cõprehenſibile, & non aliud fœlicitatem putant, quam eam quæ eſt attingibilis per eos, hi longè ſunt à uera ſapientia æterna & infinita, ſed conuerſi ſunt ad finibilem quandam quietem, ubi putant lætitiam uitæ eſſe ſed non eſt. hinc ſe deceptos comperientes in cruciatu ſunt: nam ubi fœlicitatẽ eſſe putabant, ad quam ſe omni conatu conuertebant, ibi ærumnam reperiunt, & mortem. ſapientia enim infinita eſt indeficiens uitæ pabulum, de quo æternaliter uiuit ſpiritus noſter, qui ſi rectus eſt, non niſi ſapientiam & ueritatem amare poteſt. omnis enim intellectus appetit eſſe, ſuum eſſe eſt uiuere, ſuum uiuere eſt intelligere, ſuum intelligere eſt paſci ſapientia & ueritate. unde intellectus qui non eſt deguſtans, claram ſapientiam, hic eſt ut oculus in tenebris.

eſt enim

eſt enim oculus ſed non uidet, quia non eſt in luce, & quia caret uita delectabili, quæ conſiſtit in uidere, tunc eſt in ærumna & cruciatu, & hoc eſt mors potiùs quàm uita. ſic intellectus ad omne aliud, quàm ad æternæ ſapientiæ pabulum conuerſus, ſe extra uitam, quaſi in tenebris ignorantiæ inuolutum potiùs mortuum, quàm uiuũ reperiet. Et hic eſt cruciatus mirabilis, intellectuale eſſe habere, & nunquam intelligere. ſola enim æterna ſapientia eſt, in qua omnis intellectus intelligere poteſt. O. Pulchra certè atq; rara, & mihi gratiſsima narras, nunc age quæſo, quommodo eleuari quæram ad aliqualem guſtũ æternæ ſapientiæ. I. Aeterna ſapientia in omni guſtabili guſtatur, ipſa eſt delectatio, in omni delectabili, ipſa eſt pulchritudo in omni pulchro, ipſa eſt appetitio in omni appetibili, & ſic in cunctis delectabilibus uel deſiderabilibus dicito. quomodo ergo tunc poteſt non guſtari? Nonne uita eſt gaudioſa, quando eſt ſecundum deſiderium tuum? O. Immò nihil plus. I. Cum ergo hoc deſiderium tuum non ſit niſi per æternam ſapientiam, ex qua, & in qua eſt, & hæc uita fœlix, quam deſideras, ſimiliter non ſit, niſi ab eadem æterna ſapientia in qua eſt, & extra quã nequit eſſe, hinc nõ aliud in omni deſiderio intellectualis uitæ deſideras, quam æternam ſapientiam, quæ eſt deſiderij tui complementum, principium, medium & finis. Si igitur eſt tibi ſtulte hoc deſiderium immortalis uitæ, ut æternaliter fœliciter uiuas, quandã in te prægustationem experiris æternæ ſapientiæ, nihil enim penitus incongruum appetitur, ſunt enim Poma apud Indos quorum prægustationem cum non habemus, ea non appetimus ſed cum ſine nutrimento uiuere non poſſumus, appetimus nutrimentũ. habemus autẽ nutrimenti quandam prægustationem, ut uiuamus ſenſibiliter. Et hinc puer quandam habet lactis prægustationem, in ſua natura, quare dum eſurit ad lac mouetur: ex quib. enim ſumus ex illis nutrimur, ſic intellectus noſter habet uitam ſuam ab æterna ſapientia, & huius habet aliqualem prægustationem. unde in omni paſcentia, quæ ſibi ut uiuat neceſſaria eſt, nõ mouetur, niſi ut inde paſcatur, à quo habet hoc intellectuale eſſe, ſi igitur in omni deſiderio uitæ intellectualis attenderes. à quo eſt intellectus, per quod mouetur, & ad quod in te comperires dulcedinem æternæ ſapientiæ. illam eſſe quæ tibi facit deſiderium tuum ita dulce ac delectabile, ut inenarrabili affectu feraris ad eius comprehenſionem, tanquam ad immortalitatem uitæ tuæ, quaſi ad ferrum & magnetem attendas. Habet enim ferrum in magnete quoddam ſui fluxus principium, & dum magnes per ſui præſentiam excitat ferrum graue & ponderoſum, tunc mirabili deſiderio fertur, etiam ſupra motum naturæ, quo ſecundum grauitatem deorſum tendere debet, & ſurſum mouetur, ſe ſuo principio uniendo, niſi enim in ferro eſſet quædam prægustatio naturalis ipſius magnetis, non moueretur plus ad magnetem quàm ad alium lapidem: & niſi in magnete eſſet maior inclinatio ad ferrum, quàm ad cuprum, non eſſet illa attractio. Habet igitur ſpiritus noſter intellectualis, ac æterna ſapientia principium, ſic intellectualiter eſſendi, quod eſſe eſt conformius ipſi ſapientiæ, quàm eſſe non intellectuale. hinc irradiatio ſeu immisſio in ſanctam animã eſt, motus deſiderioſus, in excitatione. Qui enim quærit motu intellectuali ſapientiam, hic interne tactus, ad prægustandam dulcedinem, ſui oblitus rapitur in corpore quaſi extra corpus omnium ſenſibilium pondus eum tenere nequit, quouſq; ſe uniat trahenti ſapientiæ. & tũc ex ſtupida admiratione ſenſum linquens, inſanire facit animam, ut cuncta præter ipſam nihili faciat, & talibus dulce hunc mũdum linquere, ut expeditius ferri poſſint, in ipſam immortalitatis ſapientiã. Hæc prægustatio facit ſanctis omne apparens delectabile, abominabile, & omnia corporalia tormenta, propter ipſam citius adipiſcendam, æquiſſimo animo ferre. Hæc nos inſtruit hunc noſtrum ſpiritum ad ipſam conuerſum nunquam deficere poſſe, ſi enim. hoc corpus noſtrum ſpiritum omni ſenſibili ligamento tenere nequit, quin audiſsime ad ipſam corporeo dimiſſo officio feratur, nequaquam deficiente corpore, deficere poteſt. Hæc enim eſt eius aſsimilatio, quæ ſpritui noſtro naturaliter ineſt, per quam non quietatur imago, niſi in eo cuius eſt imago, à quo habet principium: medium & finem. Viua autem imago, per uitam motum ex ſe exerit, ad exemplar in quo ſolum quieſcit: nam uita imaginis non poteſt in ſe quieſcere, cum ſit uita uitæ ueritatis, & non ſua hinc mouetur,

ad exemplar, ut ad ueritatē ſui eſſe, ſi igitur exemplar eſt æternum, & imago habet uitam, in qua prægustat ſuum exemplar, idcirco deſideriosè ad ipſum mouetur. Et cum motus rei uitalis non poſsit quieſcere, niſi in infinita, quæ eſt æterna ſapientia, ideò non poteſt celſare ſpiritualis ille motus, qui nunquam infinitam uitam infinitè attingit. ſemper enim tam gaudioſiſsimo deſiderio mouetur, ut attingat, quod nunquam de delectabilitate attactus faſtiditur, eſt enim ſapientia æterna, cibus ſaporiſsimus, qui ſatiando deſiderium ſumendi non minuit, ut in æterna cibatione nunquam ceſſet delectari. O. Indubiè te optimè dixiſſe teneo: Sed ualdè referre uideo inter guſtū ſapientiæ, & ea quæ de guſtu proferri poſſe. I. Benè dicis, & placet à te hoc uerbum audiiſſe, ſicut enim omnis ſcientia de guſtu rei nunquam guſtatæ, uacua & ſterilis eſt, quouſq; ſenſus guſtus attingat, ita de hac ſapientia, quam nemo guſtat per auditum, ſed ſolum ille, qui eam accipit in interno guſtu, ille perhibet teſtimonium non de his quæ audiuit, ſed in ſeipſo experimentaliter guſtauit, ſcire multas amoris deſcriptiones, quas ſancti nobis reliquerunt ſine amoris guſtu, uanitas quædam eſt. quapropter ad quærendam æternam ſapientiam, non ſufficit ſcire quæ de ipſa leguntur, ſed neceſſe eſt poſt quam intellectus repperit, ubi eſt quod eam affectu ſuam faciat, quaſi q inuenit agrum, in quo eſt theſaurus, non poteſt gaudere de theſauro in agro, non ſuo exiſtēte, quare uēdit omnia & emit agrum illum, ut in ſuo agro habeat theſaurum. unde oportet omnia uendere & dare. non uult enim æterna ſapiētia haberi, niſi ibi, ubi habens nihil de ſuo tenuit ut eam haberet, Id aūt quod de noſtro habemus uitia ſunt, de æterna uerò ſapientia non niſi bona. Quapropter ſpiritus ſapiētiæ non habitat in corpore ſubdito peccatis, neq; in maliuola anima, ſed in agro ſuo puro, & ſapiētiali munda imagine, quaſi in templo ſancto ſuo. ubi enim æterna habitat ſapientia, ibi eſt ager dominicus ferēs fructū immortalē. Eſt enim ager uirtutū, quē ſapientia colit, ex q̄ naſcūtur fructus ſpiritales, qui ſunt iuſtitia, pax, fortitudo, tēperantia, caſtitas, patientia, & cæteri tales. & licet æterna ſapientia ſe omnibus cōmunicet liberaliſsimè, cū ſit infinitè bona, tamē à nullo capi poteſt, uti eſt, identitas enim infinita, nō poteſt in alio recipi, cū in alio aliter recipiat̄, & cū nō poſsit in alio niſi aliter recipi, tūc recipit̄ meliori modo q̄ poteſt. ſed immultiplicabilis infinitas, in uaria receptione melius explicat̄, magna enim diuerſitas immultiplicabilitatē melius exprimit. ex q̄ euenit, ut ſapiētia in uarijs formis uariè recepta hoc efficiat, ut quælibet ad identitatē uocata, modo q̄ poteſt ſapientiā participet. ut quædā eandē participēt, in quodā ualdè diſtanti à prima forma, q̄bus uix eſſe elementale tribuit. alia adhuc in nobiliori gradu, quibus uitā præbet uegetabilem: adhuc alia in altiori, quibus uitam ſenſibilē, poſt hoc quibus animalē, deinde quib. rationalem, demum quibus intellectualem, & hic gradus eſt altiſsimus proximior ſcilicet ſapientiæ imago. Et hic ſolus eſt gradus, habens promptam & innatā aptitudinē, ſe ad ſapiētiæ guſtum eleuādi, quia in illis intellectuabilibus naturis, imago ſapiētiæ uiuit, uita intellectuali. cuius uitæ uis eſt, ex ſe uitalem motū exercere, qui motus eſt per intelligere ad ſuum proprium obiectum, quod eſt ueritas abſoluta, quæ eſt æterna ſapientia pergere. Nunc itaque pro hoc breui tempore, hæc ſic dicta ſufficiant, ut ſcias ſapientiam eſſe, non in arte oratoria, aut in magnis uoluminibus, ſed in ſeparatione ab iſtis ſenſibilibus, ac in conuerſione ad ſimpliciſſimam & infinitam formam, & illam recipere in templo purgato ab omni uitio, & feruido amore ei inhærere, quouſque deguſtare eam queas, & uidere quā ſuauis ſit illa, in qua eſt omnis ſuauitas. qua deguſtata uileſcent tibi omnia, quæ nunc tibi magna uidentur, & humiliaberis, ut nihil arrogantiæ in te remaneat, neque aliud quodcunque ſuinū, quin caſtiſsimo & puriſsimo corde ſemel deguſtatæ ſapientiæ, indiſſolubiliter adhærebis, etiam hunc mundum, & cuncta quæ non ſunt, ipſa magis quàm ipſam deſerendos, & cū indicibili lætitia uiues ac morieris, & poſt mortem in ipſa amoroſiſsimo amplexu æternaliter requieſces. quod tibi & mihi concedat ipſa Dei ſapientia ſemper benedicta.

FRAN

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. IN DIALOGOS de Contemptu mundi,

Præfatio.

ATtonito mihi quidem, & ſæpiſsime cogitāti, qualiter in hanc uitam intraſſem, qualiterue forem egreſſurus, cōtigit nuper, ut non ſicut ægros animos ſolet ſomnus opprimere, ſed anxium atq; peruigilem, mulier quædam inenarrabilis claritatis & luminis, formæq; non ſatis ab hominibus intellectæ (incertum quibus uijs adiiſſe uideretur, uirginem tamen, & habitus nunciabat, & facies) me ſtupentem inſuetæ lucis aſpectu, & aduerſus radios, quos oculorū ſuorum ſol fundebat, non audentem oculos attollere, ſic loquitur: Noli trepidare, nec te ſpecies noua perturbet; errores tuos miſerta, de longinquo tempeſtiuum tibi auxilium latura deſcendi, ſatis ſuperq; ſatis, hactenus terram caligantibus oculis aſpexiſti, quos ſi uſq; adeò mortalia iſta permulcent, quid futurum ſperas ſi eos ad æterna ſuſtuleris? His ergo auditis, nec dum pauore depoſito, Maronicum illud tremulo uix ore reſpondi:

O quam te memorem uirgo, namque haud tibi uultus
Mortalis, nec uox hominem ſonat.

Illa ego ſum, inquit, quam tu in Aphrica noſtra, curioſa quadam elegantia deſcripſiſti, cui non ſegnior, quā Amphion ille Dyrcæus, in extremo quidem occidentis, ſummoq; Athlantis uertice, habitationē clariſsimā atq; pulcherrimam, mirabili artificio ac poëticis ut propriè dicam, manibus erexiſti. Age itaq; iam ſecurus auſculta, ne de illius præſentiam faciem perhorreſcas, quam pridem tibi ſatis familiariter cognitam, arguta circumuolutione teſtatus es. Vix dum uerba finierat, cum mihi cūcta uerſanti, nihil aliud occurrebat, quàm Veritatem ipſam fore quæ loqueretur: illius enim me palatium Athlanticis iugis deſcripſiſſe memineram, at quæ nam ex regione ueniſſet ignorabam, niſi cœlitus eam uenire, nequiuiſſe certus eram. itaq; uidendi auidus reſpicio, & ecce lumen æthereum, faciem humanam non permiſit, rurſus igitur in terram oculos deiicio, quid illa cognoſcens, breuis ſpatij interueniente ſilentio, iterum & iterū in uerba prorumpens, minutis interrogatiunculis, meq; ut ſecum multa colloquerer coëgit. Duplex hinc mihi bonum proueniſſe cognoui, nam & aliquantulum doctior factus ſum, aliquantoq; ex ipſa conuerſatione ſecurior, ſpectare coram poſſe cœpi uultum illum, qui nimio primum me ſplendore perterruerat, quem poſtquam ſine trepidatione ſuſtinui, dum mira dulcedine captus inhæreo, circūſpiciensq; an quiſquam ſecum afforet, an prorſus incomitata meæ ſolitudinis abdita penetraſſet, uirum iuxta grandæuum, ac multa maieſtate uenerandum uideo. non fuit neceſſe nomen percunctari, religioſus aſpectus, frons modeſta, graues oculi, ſobrius inceſſus, habitus Afer, ſed Romana facundia, glorioſiſsimi patris Auguſtini quoddā ſatis apertū indicium præferebat. accedebat dulcior quidā, maiorq; quā ut ſolo quis hominis aſpectus, qui me ſciſcitari aliquid non ſinebat. nec tamen ideò tacitus manſiſſem, iam interrogationis uerba dictaueram, iamq; in extremum oris limen uox egreſſura proceſſerat, cum ſubito ex ore Veritatis, dulciſsimum illud mihi nomen auditum eſt: ad eum ſiquidem conuerſa, ac meditationem ipſius profundiſsimam interrumpens, ſic ait: Chare mihi ex millibus Auguſtine, hunc tibi deuotum noſti, nec te latet, quàm periculoſa & longa ægritudine tentatus ſit, qui eò propinquior morti eſt, quomodo æger ipſe à proprij morbi cognitione remotior. itaq; nunc uitæ hominis ſemianimis cōſulendū eſt, quod pietatis opus, melius quàm tu nullus hominū præſtare poteſt. nā & iſte ſemper tui nominis amantiſsimus fuit, habet autem hoc omnis doctrina, ut multo faciliùs in auditoris animum, ab amato præceptore transfundatur, & niſi te præſens fortè felicitas, miſeriarum tuarū faciat immemorem, multum tu dū corporeo carcere claudebaris, huic ſimilia pertuliſti. quod cum ita ſit, paſsionum expertarum curator optime, tam & ſi uerum omniū iucundiſsima ſit taciturna meditatio, ſilentiū tamē illud, ut ſacra & mihi ſingulariter accepta uoce diſcutias, oro, tentes, ſi qua ope languores tam graues emollire queas. Ad hæc ille. Tu mihi dux, tu conſultrix, tu mihi conſolatrix, tu domina, tu magiſtra, quid igitur me loqui iubes te præſente? illa autem. Aurem mortalis hominis, humana uox feriat, hanc iſte feret æquanimius: At tamen quicquid ex te audiet, ex me dictum putet, præſens adero. Parere inquit, ille & languentis amor cogit, & iubentis authoritas. ſimul me benignè intuens paternoq; refouens complexu, in ſecretiorem loci partem, Veritate præuia parumper abduxit, ibi tres pariter conſedimus. Tum demum illa, de ſingulis ſilentio iudicante, ſubmotis procul arbitris, ultrò citroq; ſermo longior obortus, atq; in diem tertium materia protrahente productus eſt, ubi multa licet aduerſus ſæculi noſtri mores, deq; communibus mortalium piaculis dicta ſint, ut non tam mihi quàm toto humano generi fieri conuitium uideretur, ea tamen, quibus ipſe notatus ſum, memoriæ altius impreſsi. Hoc igitur tam familiare colloquium, ne fortè dilaberetur, dum ſcriptis mādare inſtituo, menſuram libelli huius impleui. non quem annumerari alijs operibus meis uelim, aut unde gloriam petam, maiora quædam mens agitat, ſed ut dulcedinem, quàm ſemel ex collocutione percepi, quotiens libuerit ex lectione percipiam, tuq; ideò libelle conuentus hominum fugiens, mecum manſiſſe contentus eris, nominis proprij non immemor. Secretum enim meum es & diceris, mihiq; in altioribus occupato, ut unum quodq; in abdito dictum meminiſti, in abdito memorabis. Ego enim, ne, ut ait Tullius, inquam & inquit ſæpius interponerentur, atq; ut coram res agi uelut à præſentibus uiderentur, collocutoris egregij meumq; ſententias non alio uerborū ambitu, ſed ſola propriorum nominum præſcriptione diſcreui. hunc nempe ſcribendi morē à meo Cicerone didici, hunc ipſe prius à Platone didicerat, ac ne longius uager, his ille me primum uerbis aggreſſus eſt.

FRANCISCI PETRAR-CHÆ V. C. DE CONTEMPTV MVNDI, COLLOQVIORVM LIBER, QVEM Secretum ſuum inſcripſit.

Interlocutores.

D. AVGVSTINVS. FRANCISCVS PETRARCHA.

Dialogus I.

AVG.

QVid ais homuncio? quid ſomnias? quid expectas? an non te mortalem eſſe meminiſti? F. Memini equidem, nec unquam ſine horrore quodã cogitatio illa ſubit animum. A. Vtinam meminiſſes, ut dicis & tibi cõſuluiſſes, etenim & multum mihi negotij remiſiſſes, cum ſit profectò ueriſsimum, ad contẽnendas uitæ huius illecebras, componẽdiq; inter tot mũdi procellas animũ, nihil efficatius reperiri, quàm memoriam propriæ miſeriæ, & meditationem mortis aſsiduam, modo nõ leuiter aut ſuperficietenus ſerpat, ſed in oſsibus ipſis ac medullis inſideat. at multũ uereor, ne hac in re, ꝙ in multis animaduerti, teipſum decipias. F. Qualiter quæſo? non enim clare intelligo quæ narras. A. At qui omnib. ex cõditionibus ueſtris ô mortales, nullã magis admiror, nullam magis exhorreo, quàm ꝙ miſerijs ueſtris ex induſtria fauetis, & impẽdẽs periculum diſsimulatis agnoſcere: conſiderationẽq; illam ſi ingeratur excludatis. F. Quo pacto? A. Putas'ne quempiam adeò delirare, ut morbo ancipiti correptus, non ſummè cupiat ſanitatẽ. F. Neminem tàm dementẽ arbitror. A. Quid ergo? Putas'ne quẽpiam fortè tàm pigri remiſsique animi, ut non quod tota mente deſiderat, omni ſtudio conſectetur? F. Ne iſtud quidem. A. Sed hæc duo inter me teq; conueniũt, tertiũ quoq; conueniat neceſſe eſt. F. Quod eſt tertiũ hoc? A. Vt ſicut qui ſe miſerũ alta & fixa meditatione cognouerit, cupiat eſſe non miſer, & qui id optare cœperit, ſectetur ſic, ut ꝙ ſectatus fuerit, poſsit etiam adipiſci. Enimuerò tertium huiuſmodi, ſicut nõ niſi ex ſecundi, ſic ſecundũ, non niſi ex primi defectu impediri poſſe, compertũ eſt. itaq; primũ illud, ceu radix humanæ ſalutis ſubſiſtat oportet, uos aũt inſẽſati, tuq; adeò ingenioſus in perniciẽ propriã è pectoribus ueſtris, ſaluriferam hanc radicẽ, omnibus terrenarũ blanditiarũ laqueis ꝙ mirare me atque horrere dicebam, extirpare nitimini, iure igitur illius auulſione, & reliquorum euerſione plectimini. F. Hæc quidẽ ut auguror, longior eſt querela egensq; uerborum pluriũ: ea ergo ſi libet in tempus aliud dilata, dum certior ad ſequentia proficiſcor, aliquantiſper in præcedentib. immoremur. A. Tarditati tuæ mos gerẽdus eſt, ubicunq; igiť uiſum fuerit, pedẽ fige. F. Cõſequentiã iſtam non uideo. A. Quid caliginis interuenit? quidue nunc dubietatis oborit? F. Quoniã innumerabilia ſunt q̃ ardenter optamus ſtudioſeq; petimus, ad quæ tamẽ nullus labor, nulla nos diligẽtia aut prouexit aut, ꝓuehet. A. In rebus cæteris id uerũ eſſe nõ inficior, at in eo ꝙ nunc agitur contrà eſt. F. Quã ob cauſam. A. Quia qui miſeriã ſuam cupit exuere, modo id uerè pleneq; cupiat, negt à tali deſiderio fruſtrari. F. Pape, quid ego audio, pauci admodũ ſunt, qui nõ multa ſibi deeſſe præuideant, quod quàm uerũ ſit, quiſquis ad ſeipſum cõuerſus fuerit intellige, atqui in eo ſeſe miſeros fateatur, cõſequens ſi quidẽ eſt, ut bonorũ cumulatiſsimus aceruus fœlices facit, & quicquid inde deceſſerit, pro ea parte neceſſe efficiat infœlices. hanc miſeriæ ſarcinam omnes quidẽ deponere uoluiſſe, rariſsimi aũt potuiſſe, notiſsimum eſt. A. Quàm multi enim ſunt, quos uel corporis aduerſa ualitudo, uel charorum mors, uel carcer, uel exilium, uel paupertas perpetuis premit angoribus? aliaq; huiuſmodi generis, qui ſicut enumerare longum eſt, ſic tolerare difficile atque miſerrimũ, quæ quamuis ſint patientibus permoleſta. tamẽ ut uides abieciſſe non licet. F. Dubitari igitur meo iuditio non poteſt, quin multi quidem inuiti, nolenteſque ſint miſeri. A. Longius rertò reuocandus es, & quod uſus

etuenit, uagis tardioribusq; inuentiunculis, ſæpius à primis elementis dicendorum ſeries retexenda eſt, prouectioris te quidem ingenij arbitrabar, nec putabam adhuc, tàm puerilibus admonitionibus indigere, & profectò ſi illas philoſophorũ ueras ſaluberrimasq; ſententias, quas mecum ſæpe relegiſti, memoriæ cõmendaſſes, ſi & cum bona uenia loqui ſinas, tibi non alijs laboraſſes, & lectionem tot uoluminum, ad uitæ tuæ regulam, nõ ad uentoſum uulgi plauſum & inanem iactantiam traduxiſſes, tàm inſulſa & tàm rudia iſta non diceres. F. Quid pares ignoro: iam nunc tamen frontem meã rubor inuaſit, experiorq; quod pædagogis obiurgantibus pueri ſolent, ut enim illi antequàm admiſsi criminis nomen audiant, multa ſe deliquiſſe memorantes, prima caſtigatoris uoce confunduntur, ſic ego ignorantiæ & errorum mihi conſcius multorum, et ſi nondum intelligo, quorſum tua pergit oratio, quia tamen nihil mihi non obijci poſſe præſentio, ante finem ſermonis erubui: fare autẽ apertius quæſo, quid hoc eſt, quod in me ſatis mordaciter arguiſti? A. Multum, poſt hoc nunc unum illud, illorum indignor, quod fieri quenquam uel eſſe miſerum, ſuſpicaris inuitum. F. Erubeſcere deſij, quid enim hoc uerò uerius excogitari poteſt? aut quis tàm ignarus rerum humanarum, tamq; ab omni mortalium commertio ſegregatus eſt, qui non intelligat egeſtatem, dolores, ignominiam, deniq; morbos ac mortẽ, aliaq; huius generis, quæ putantur eſſe miſerrima, inuitis accidere plerunq;, uolentibus autem nũquam? ex quo uerum ſit miſeriam propriam, & nouiſſe & odiſſe facillimum, depuliſſe nõ, ita quod prima noſtri duo arbitrij, tertium hoc ſit in poteſtate fortunæ. A. Erroris ueniã uerecundia merebatur, Impudentiæ aũt iraſcor grauius quàm errori. quomodo enim omnes illæ tibi philoſophicæ ſanctiſsimæq; uoces exciderunt, neminem his, quæ pauloantè nominabas, miſerũ fieri poſſe? Nã ſi ſola uirtus animũ fœlicitat (quod & à Marco Tullio, & à multis ſæpè ualidiſsimis rationibus demonſtratũ eſt) conſequentiſsimum eſt, ut nihil quoq; niſi uirtutis oppoſitum, à fœlicitate dimoueat, quod quale ſit, niſi prorſus obtorpuiſti, me licet tacente recordaris. F. Recordor equidem, ad Stoicorum præcepta me reuocas, populorum opinionibus aduerſa, & ueritati propinquiora quàm uſui. A. O te omnium infelicem, ſi ad ueritatis inquiſitionem, per uulgi deliramenta contendis, aut cæcis ducibus ad lucem te peruenturũ eſſe confidis: calcatum publice callem fugias oportet, & altiora ſuſpirãs, paucißimorũ ſignatũ ueſtigijs iter arripias, ut Poëticũ illud audire merearis:

Macte noua uirtute puer, ſic itur ad aſtra.

F. Vtinam id mihi contingere poſſet antequàm moriar, ſed perge quæſo, neque enim prorſus depuduit, & Stoicorum ſententias, publicis erroribus præferendas eſſe non dubitò quid autem hic perſuadere uelis expecto? A. Et hoc inter nos conuenit, Niſi uitio miſerum non eſſe nec fieri: iam quid uerbis opus eſt? F. Quia multos mihi uidiſſe uideor, inter quos & meipſum, nihil moleſtius ferentes, quã q̃d uitiorũ iugũ non liceret excutere, quãuis ad id per omnẽ uitã, ſummis uiribus niterent, quãobrẽ ſtante licet Stoicorũ ſententia, tolerari poteſt, multos inuitos ac dolẽtes optantesq; contrariũ eſſe miſerrimos. A. Aliquantulum euagati ſumus, ſed iam ſenſim ad primordia noſtra reuertimur, niſi fortè unde deceſſeramus oblitus es. F. Obliuiſci cœperã, ſed incipio recordari. A. Id agere tecum inſtitueram, ut oſtenderem ad euadendum huius uitæ mortalitatis anguſtias, attollendoqúe ſe altius, Primum ueluti gradum obtinere, meditationem mortis humanæqúe miſeriæ. ſecundum uerò deſiderium uehemens ſtudiumq; ſurgendi, quibus exactis, ad id quo noſtra ſuſpirat intentio, aſcenſum facilem pollicebar. niſi tibi forte nunc etiam contrarium uideretur. F. Contrarium equidem uideri, dicere non auſim, ea namque de te ab adoleſcentia mea mecum creuit opinio, ut ſi quid aliter uiſum fuerit quã tibi, aberraſſe me nouerim. A. Ceſſent oro blanditiæ, at quoniam, non tàm iuditio quàm reuerentia aſſenſum dictis meis præbuiſſe te uideo, loquẽdi tibi, quicquid ex arbitrio tuo fuerit, libertas datur. F. Trepidus quidem adhuc, ſed licẽtia tua uti uelim, atq; ut de reliquis hominibus ſileam, teſtis eſt mihi, hic qui cunctis actibus meis ſemper interfuit teſtis, tu quoq;, quotiens ad conditionis meæ miſeriam mortemq; repſerim, quantisq; cũ lachrymis ſordes meas diluere uiſus ſum, uerum id quod ſine lachrymis narrare non poſſum, ut uides hactenus fru-

ſtra fuit. hoc igitur unum eſt, quod me ſuper ambigenda propoſitionis tuæ ueritate ſollicitat, qua conaris aſtruere. Neminem niſi ſpontè ſuam in miſeriam corruiſſe: Neminem miſerum eſſe niſi qui uelit, cuius rei contrarium in me triſtis experior. A. Vetus eſt hæc, & nunquã finem habitura querimonia, atq; licet idem ne quicquã ſæpè temptauerim, adhuc inculcare nõ deſinã. Nec fieri miſerum nec eſſe qui nolit. ſed eſt, ut dicere cœperam, inanis hominum peruerſa quædam & peſtilens libido, ſeipſos fallendi, quo nihil poteſt eſſe funeſtius in uita, ſi enim familiarium dolos iure pertimeſcitis, proptereaq́ quod & fallentium auctoritas remedium præripuerit cautelæ, & aures ueſtras aſsiduè uox eorum blanda circumſonat, quorum utrunq; in alijs ceſſare uideatur, quantò magis proprias fraudes formidare deberetis, ubi & amor & auctoritas & familiaritas ingens eſt, quod ſe quiſquis plus æſtimet, quàm ualet, plus diligat quã oportet, nunquã propterea deceptus à deceptore ſeparetur? F. Sæpè his uerbis hodie uſus es, at ego meipſum nunquã, quòd meminerim, feſelli, utinam non me alij fefelliſſent. A. Nunc te maximè fallis, cum nũquàm teipſum feſelliſſe gloriaris, nec tàm tenuis tuæ indolis ſpes eſt mihi, quia ſi animum acriter attenderis, per te ipſum uideas, neminem in miſeriam, niſi ſpontè corruere: ſuper hoc enim altercatio noſtra fundata eſt. Dic enim oro te (ſed cogita priusquàm reſpondeas, atq; ad id animum indue, non contentionis ſed ueritatis auidum) dic mihi quem hominum putas peccaſſe coactum, cum uelint ſapientes peccatũ eſſe uoluntariam actionem, uſq; adeò ut ſi uoluntas deſit, deſinat eſſe peccatum, Sine peccato autem nemo fit miſer, quod mihi iam ſuperius conceſsiſti. F. Video me nuper paulatim de propoſito excidere, & fateri cogor, quod initium miſeriæ meæ ex proprio proceſsit arbitrio, hæc in me ſentio, in alijs quẽ conijcio, modo tu mihi quoque uerum fatearis. A. Quid me fateri poſtulas. F. Vt ſicut uerum eſt, neminem niſi ſponte corruere: ſic illud etiam uerum ſit: Innumerabiles ſponte prolapſos, non ſua tamen ſpontè iacere: quod de meipſo fidenter affirmem, idq; datum mihi arbitror in pœnam, ut quia ſtare dũ poſſem nolui, aſſurgere nequeam dum uelim. A. Quã quam haud prorſus delirantis opinio iſta ſit, poſtquàm te tamen in primo erraſſe cognoſcis, idem in ſecundo fatearis oportebit. F. Cadere igitur & iacere unum atque idẽ eſſe diffinis? A. Immò uerò diuerſa noluiſſe tamen & uelle, & ſi in tempore differunt, in re tamen ipſa, inq; animo nolentis unum ſunt. F. Sentio quibus me nexibus inuolutis, nec tamen fortior luctator eſt, qui arte ſibi uictoriam quæſiuit, ſed profectò uerſutior. A. Coram ueritate loquimur, cui ſimplicitas omnis amica eſt, calíditas inimica, quod ut clarè uideas, cum quantalibet deinceps ſimplicitate procedamus. F. Nihil poſſem audire iucundius, dic ergo, quomodo de meipſo mentio fuerat, qua nam ratione mihi monſtraueris, hoc quod miſer ſum, id enim me eſſe inficior, nunc etiam meæ uoluntatis exiſtere ut fugiã, cum ego contrà ſentiam, nil me perpeti moleſtius, nil magis aduerſum propriæ uoluntati, ſed ultrà nõ ualeo. A. Modo cõuenta ſeruẽtur, oſtendam alijs tibí uerbis utendum fore. F. Quæ nam conuenta memoras, quibus ue admones utendum uerbis? A. Conuenta ſunt ut fallaciarum laqueis reiectis, circa ueritatis ſtudium, pura cũ ſimplicitate uerſemur, uerba uerò, quibus te uti uelim hæc ſunt, ut ubi te nõ poſſe dixiſti, ultrà te nolle fatearis. F. Nunquam erit finis, nunquam enim hoc fatebor, ſcio quidẽ & tu teſtis es mihi, quotiẽs uolui non potui, quot lachrymas fudi nec profuerũt? A. Lachrymarũ tibi teſtis ſum multarũ, uoluntatis uerò minimè. F. Per ſuperũ fidem (hominẽ ſcire neminem puto) quid ego paſſus ſim, quantũq; uoluerim ſi licuiſſet aſſurgere. A. Sile, prius cœlum tellusq́ miſcebitur, prius aſtra concidẽt à neruo, & amica nunc inuicem elementa pugnabunt, quàm hæc quæ inter nos dijudicat ueritas falli queat. F. Quid ais igitur? A. Lachrymas tibi ſæpè conſcientiam extorſiſſe, ſed propoſitum non mutaſſe. F. Quotiens dixi me ulterius nequiuiſſe. A. Quotiensquẽ reſpondi, immò uerius noluiſſe, nec tamen admiror te, in his nunc ambagibus obuolutum, in quib. olim ego ipſe iactatus, dũ nouã uitæ uiã carpere meditarer. capillũ uulſi, frõtẽ percuſſi, digitosq; cõtorſi, deniq; cõploſis genua manib. amplexus, amariſsimis ſuſpirijs cœlũ aurasq; cõpleui, largisq; gemitibus ſolũ omne madefeci, & tamẽ hæc inter idẽ ille q fuerã, mãſi, donec alta tandẽ meditatio, omnẽ miſeriã meã ante oculos

te oculos

re oculos cõgeſsit. Itaq; poſtquã plenè uolui, ilicò & potui, miraq; & fœliciſsima celeritate trãsformatus ſum in alterũ Auguſtinũ, cuius hiſtoriæ ſeriẽ, ni fallor ex cõfeſsionibus meis noſti. F. Noui equidẽ illiuſq; ficus ſalutiferæ, cuius hoc ſub umbra cõtigit miraculũ, immemor eſſe non poſſum. A. Rectè quidẽ, nec enim myrtus ulla nec hedera, deniq; nec dilecta, ut aiunt, phœbo laurea, quamuis ad hanc Poëtarum chorum omnis afficitur, tuq; antè alios, qui ſolus ætatis tuæ contextam eius frõdibus coronam geſtare meruiſti, gratior debet eſſe animo tuo, tandem aliquando in portum ex tam multis tempeſtatibus reuertenti, quàm ficus illius recordatio, per quam tibi correctio & ueniæ, & ſpes certæ prætenditur. F. Nil aduerſor, ſed incœptum perage. A. Hoc incœperam, ad hoc proſequor, contigiſſe tibi hactenus quod multis, quibus dici poteſt uerſus Vergilij:

Mens immota manet, lachrymæ uoluuntur inanes.

Verum ego & ſi multa congerere poteram, unica tamen eoq; domeſtico exemplo contentus fui. F. Conſultè, neque enim aut pluribus res egebat, aut aliud quodlibet in pectus hoc profundius deſcendiſſet, eò præſertim quia (licet pro maximis interuallis) quanta inter naufragium & portus tuta tenente, tanta interq; fœlicem & miſerum eſſe ſolent diſcrimina, ali quale tamen inter procellas meas, fluctuationis tuæ ueſtigium recognoſco. ex quo fit, ut quotiens Confeſsionum tuarum libros lego, inter duos cõtrarios affectus, ſpem uidelicet & metum (licet non ſine lachrymis interdum) legere me arbitror, non alienam, ſed propriæ meæ peregrinationis hiſtoriam. deinceps autem, quoniam omne ſtudium contentionis abieci, ut libuerit perge, ſequi enim, non obſtare diſpoſui. A. Haud hoc poſtulo: ſicut enim ut doctiſsimus quidam ait: Nimium altercando ueritas amittitur, ſic ad uerum multos ſæpè perducit modeſta contentio. neque igitur, (quomodo pigri & torpentis ingenij mos eſt) paſsim omnibus acquieuiſſe cõuenit, nec rurſus apertè ueritati ſtudioſius obluctari, quod clarum litigioſæ mentis indicium eſt. F. Intelligo & laudo & conſilio utar, perge modò. A. Recognoſcis ne igitur ueram illam fuiſſe ſententiam, graduumq; progreſſum, ut miſeriarum ſuarum perfecta cognitio, perfectum deſiderium pariat aſſurgendi, ſi deſiderium potentiæ obſequatur. F. Iam animum induxi, nihil tibi non credere. A. Sentio aliquid etiam nunc reſtare quod uelis, licet, fare age, quicquid id eſt. F. Nihil aliud niſi quod ipſe mecum obſtupeo uoluiſſe hactenus, quod unum ſemper noluiſſe credideram. A. Adhuc hæſitas, atq; ut his iam tandem ſermonibus finis ſit, fateor & ipſe te uoluiſſe nonnunquam. F. Quid ergo dixiſti? A. An non ſuccurrit illud Ouidij:

Velle parum incipias, ut re potiaris oportet.

F. Intelligo, ſed & deſideraſſe putabam. A. Fallebaris. F. Credo. A. Vt certus credas conſcientiam ipſe tuam conſule, illa optima uirtutis interpres, illa infallibilis & uerax eſt, operum cogitationumquè penſatrix, illa tibi dicet, nunquam te ad ſalutem, qua decuit aſpiraſſe, ſed tepidius remiſſiuſquè quàm periculorũ tantorum conſideratio requirebat. F. Cœpi quàm iubes conſcientiam excutere. A. Quid illic inuenis? F. Vera eſſe quæ dicis. A. Profecimus aliquantulum ſi incipis expergiſci, iam melius tibi erit, ſi quàm malè olim erat agnoueris. F. Si hoc uel noſſe ſatis eſt, non tantum benè, ſed optimè mihi propediem eſſe poſſe confido, nihil enim unquàm clarius intellexi, quàm nunquam me ſatis ardenter optaſſe libertatem & miſeriarum finem, nunquam autem poſt hoc optaſſe ſufficiat? A. Quid enim? F. Vt nihil amplius agam. A. Impoſsibilem proponis conditionem, ut qui quod cupit ardenter cupiat, & obdormiat. F. Quid igitur ipſum optare profuit? A. Nempè per medias difficultates iter pandet, ad hoc ipſum per ſe uirtutis deſiderium, pars eſt magna uirtutis. F. Magnæ mihi ſpei materiam præbuiſti. A. Idcirco te alloquor, ut ſperare doceam & timere. F. Timere quoniam modo? A. Immò uerò qualiter ſperares? F. Quia cum hactenus non mediocre ſtudium geſſerim, ne peſsimus forem, tu mihi uiam aperis, qua optimus fiam. A. At quã id iter laborioſum ſit, fortaſſe nõ cogitas. F. Quid noui terroris ingeminas? A. Quia hoc ipſum optare, uerbũ unũ eſt, ſecundũ quod innumerabilibus conſiſtit ex rebus.

bus. F. Terrificas. A. Atqui ut ea ſileam, ex quibus deſiderium iſtud conſtat, quàm multa ſunt ex quorum euerſione conficitur. F. Quid dicere uelis non intelligo. A. Nulli poteſt deſiderium hoc abſolutè contingere, niſi qui alijs omnibus deſiderijs finem fecit, iam intelligis quàm multa & uaria ſunt, quæ optantur in uita, quæ prius tibi uilipendenda ſunt, ut ſic ad concupiſcētiam ſummæ fœlicitatis aſcendas, quàm profectò minus amat, qui ſecum aliquid amat, quod non propter ipſum amat. F. Agnoſco ſententiam. A. Quotus ergo fuerit, qui omnes cupiditates extinxerit, quas ne dicam extinguere, ſed uel enumerare longum ſit, qui animo ſuo frenum rationis admouerit, qui dicere audeat, nihil mihi iam cōmune cum corpore, quæ uidentur iucunda cuncta ſordeſcunt, ad fœliciora ſuſpiro? F. Rariſsimum genus hominum & nunc difficultatem quam comminaberis intelligo. A. His nempè ceſſantibus, deſiderium illud plenum expeditumq́; erit, neceſſe eſt enim, ut quantum animus ad cœlum propria nobilitate ſubuehitur, tantum mole corporea & terrenis prægrauetur illecebris, ita dum aſcendere, & imis permanere cupitis, neutrum impletis in alterna diſtracti. F. Quid igitur cenſes eſſe faciendum, ut integer animus diſcuſsis terræ compedibus tollatur ad ſuperna? A. Ad hunc terminum profectò meditatio illa producit, quam primo loco nominaueram, cum mortalitatis noſtræ recordatione continua. F. Niſi & hic fallor, nullus hominum crebrius in has reuoluitur curas. A. Noualis laborq́; alius. F. Quid? ego ne etiam hic mentior? A. Vrbanius loqui uelim. F. Hanc tamen ſententiam. A. Certè non aliã. F. Ergo ego de morte non cogito? A. Perrarò quidem, idq́; tàm ſegniter, ut in calamitatis tuæ fundum, cogitatio ipſa non penetret. F. Contrà credideram. A. Non quæ credideras, ſed quid credere debueras attende. F. Nunquã poſt hoc me crediturũ ſcito, ſi & hoc falſo credidiſſe monſtraueris. A. Monſtrabo perfacilè, modo bona fide uerũ confiteri in animum inducas, utar in hac re teſte etiam non longinquo. F. Quo nam quæſo? A. Cõſcientia tua. F. Illa contrarium dicit. A. Vbi confuſa præit interrogatio, certũ reſpondentis teſtimonium eſſe uix poteſt. F. Quid ad rem. A. Multum ſanè, quod ut clarè peruideas aduerte: nemo tam demens eſt (niſi ſit idem prorſus inſanus) cui non interdum conditio propriæ fragilitatis occurrat. qui non ſi interrogetur, reſpondeat ſe eſſe mortalem, & caducum habitare corpuſculum, id enim, & membrorum dolor & febrium tentamenta teſtantur, à quibus prorſus immunem uitam degere, quæ nam Dei unquam indulgentia præſtabit? adde quod & ex funeribus amicorum, quæ aſsiduè præter oculos ueſtros eunt, ſpectantium animis terror incutitur, quia dum æquæuum quiſq́; comitatur ad ſepulchrum, neceſſe eſt, ipſe etiam ad alieni caſus præcipitium contremiſcat, & de ſe incipiat eſſe ſollicitus. ſicut ubi flagrantia uicinorum tecta conſpexeris, de tuis ſecurus eſſe non potes, quoniam ut ait Flaccus:

Ad te poſt paulum uentura pericula cernit.

Eò autem uehementius mouebitur qui iuniorem, qui ualidiorem formoſioremq́; uideat, repentina morte ſubtractum, ſeſe antè circunſpiciet & dicet. ſecurius hic habitare uidebatur & tamen eiectus eſt, nec ætas profuit, nec forma, nec robor, mihi ſecuritatem quis ſpopondit? Deus ue, magus ue, mortalis ſum profectò: quod ſi hoc idem Imperatoribus regibuſq́ue terrarum, ſi egregijs formidatiſq́ue perſonis euenerit, multò etiam acrius concutientur aſtantes, quoniam qui alios ſternere ſolitum norant, ſubitò inde aut paucarum fortaſsis horarum anxietate, proſtrantur, unde enim niſi ex hoc fonte procedunt. Illa quæ in mortibus ſummorum hominum ſtupentes faciunt populi, qualia multa (ut te tantiſper ad hiſtorias reuocem) in funere Iulij Cæſaris meminiſti: hoc eſt illud commune ſpectaculum, quod mortalium oculos & corda perſtringit, fatiq́; ſui memoriam ingerit aliena cernentibus, accedit belluarum furor atque hominum, rabieſq́ue bellorum, accedũt & magnarum ædium ruinæ, quas benè quidam ait, tutelam hominum fuiſſe, nunc eſſe periculum. accedunt ſiniſtro ſydere motus aërei, & cœli peſtilentis afflatus, & tot terræ mariſq́; diſcrimina, quibus undiq́; circunſepti, non poteſtis oculos auertere, ubi non eis occurrat propriè mortalitatis effigies. F. Indulge quæſo, amplius expectare non poſſum, nihil enim ad con-

firmandum

firmandum rationem meam dici reor efficatius, quàm tu multa dixiſti, ego ipſe inter audi-
endum mirabar, quid tua uellet oratio aut ibi deſineret? A. Nondum quippè deſiderat,
tu eam præcidiſti, hæc enim concluſio reſtabat, quanquã multa uolitantia circunſtent, nil
tamen ad interiora penetrarè durius, longa conſuetudine pectoribus miſerorũ uetuſtoq;
uelut calle ſalutiferis admonitionibus reſiſtente, paucos inuenies ſatis profundè cogitan-
tes, ſibi eſſe neceſſariò moriendum. F. Paucis ergo diffinitio nota eſt, quæ tamen omni-
bus in ſcholis tam crebrò repetitur, ut nedũ auditorum aures fatigaſſe, ſed ipſas ædificio-
rum columnas iampridem minuiſſe debuerit. ita quidem Dialecticorũ garrulitas, nullum
finem habitura, & diffinitionum huiuſcemodi compendijs ſcatet, & immortalium litigio-
rum materia. plerunque autem, quid ipſum uerum ſit, quod loquuntur ignorant. itaque
ſi quem ex eo grege de diffinitione non tantum hominis, ſed rei alterius interroges, para-
ta reſponſio eſt. ſi ultra progrediare, ſilentium fiet, aut ſi aſsiduitas differendi uerborum cõ
piam audaciamq; peperit, mores tamen loquentis oſtendet, ueram ſibi rei diffinitæ notiti-
am non adeſſe, contrà hoc tàm faſtidiosè negligẽs, tamq; ſuperuacuo curioſum genus ho
minum iuuat inuehi. quid ſemper fruſtra laboratis, ha miſeri, & inanibus tendiculis exerce
tis ingenium? quid obliti rerum, inter uerba ſeneſcitis, atq; inter pueriles ineptias albican-
tibus comis & rugoſa fronte uerſamini? uobis utinam ſolis ueſtra noceret inſania, & non
nobiliſsima ſæpè adoleſcentium ingenia corrupiſſet. A. Contrà id fateor ſtudiorum
monſtrum, nihil ſatis mordaciter dici poteſt, ut tamẽ interea dicendi ſtudio euectus, quod
de diffinitione hominis incœperas omiſiſti. F. Abundè dictum rebar, ſed agam expreſ-
ſius, hominẽ quidem eſſe animal, immò uerò animaliũ principem cunctorũ, nemo tàm du
rus paſtor inuenitur, ut neſciat, nemo rurſum puer ſi interrogetur, aut rationale animal, aut
mortale negauerit. itaq; omnib. diffinitio nota eſt. A. Immò uerò perpaucis. F. Quid
ergo? ſi quem uideris adeò ratione pollentem, ut ſecundum eam uitam ſuam inſtituerit, ut
ſibi ſoli ſubiecerit appetitus, ut illius freno motus animi coërceat, ut intelligat ſeſe per il-
lam tantum a brutorum animãtium feritate diſtingui, nec niſi quatenus ratione degit, no-
men hoc ipſum hominis mereri. A. Adeò primum mortalitatis ſuæ conſciũ, ut eam
quotidie ante oculos habeat, per eam ſeipſum temperet, & hæc peritura deſpiciẽs ad illam
uitam ſuſpiret, ubi ratione ſuperauctus deſinet eſſe mortalis, hanc tandem ueram de diffi-
nitione hominis atq; utilem ſententiam habere dicito. huius ultimi, quoniam de eo nobis
ſermo erat, dicebam paucos cognitionem aut meditationem idoneam ſortitos. F. Ego
me hactenus ex paucis rebar. A. Et ego quidem non ambigo, tibi tàm multa per om-
nem uitam experientia magiſtra, tàm multa ex librorum lectione repetenti, crebras co-
gitationes mortis occurrere, ſed quæ nec ſatis altè deſcendant, nec ſatis tenaciter hæreant.
F. Quid uocas altè deſcendere? & ſi ipſemet intelligere mihi uidear, cupio ex te clarius
audire. A. Dicam, quamuis iam uulgò perſuaſum ſit, atque etiam è medio grege Phi-
loſophorum clariſsimi teſtes acceſſerunt, mortem inter tremenda principium poſsidere,
uſq; adeò, ut iam pridem nomen ipſum mortis, auditu, tetrum atq; aſperum uideatur. nè
tamen uel ſimilia hæc ſummis auribus excepta, uel rei ipſius recordatio compendioſa ſuf-
ficiat, immò raro diutius oportet atq; acerrima meditatione ſingula morientium membra
percurrere, & extremis quidem iam algentibus media terreri, & in ſummo opportuno ſu
dore defluere, ilia pulſari, uitalẽ ſpiritũ mortis uicinitate lẽteſcere, ad hæc defoſſos natãteſq;
oculos, obtuitum lachrymoſum, contractam frontem liuentemq;, labentes genas, lucidos
dentes, rigenteſque atq; acutos nares, ſpumantia labia, torpentẽ ſquamoſamq; linguam,
aridum palatum, fatigatum caput, anhelum pectus, raucum murmur, & mœſta ſuſpi-
ria, odorem totius corporis moleſtum præcipueque alienati uultus horrorẽ, quæ omnia
facilius ac uelut in promptu, & ad manũ collocata ſuccurrent. ſi cui familiariter obſeruari
cœperit memorandum aliquod conſpectæ mortis exemplum. tenacior enim eſſe ſolet
uiſorum quàm auditorum recordatio, quam ob cauſam, non ſine alto conſilio, in qui-
buſdam religionibus atque ſanctiſsimis, uſq; etiam ad hanc etatẽ quæ bonis moribus ini-
mica eſt, illa conſuetudo perdurat. quod ad cernẽda corpora defunctorũ, dum lauãtur præ
parantur

paranturq; ſepulturæ, eiuſdẽ rigidi propoſiti profeſſores interſint, ut ſcilicet triſtè miſerandumq; ſpectaculũ oculis ſubiectum, & memoriam ſemper admoneat, & animos ſuperſtitum ab omni ſpe mũdi fugatis exterreat, hoc eſt igitur, quod ſatis altè deſcẽdere dicebam, nondum fortè conſuetudinis cauſa mortẽ nominatis, dũ nil morte certius, nil hora mortis incertius, cæteraq; huius generis uſu quotidiani ſermonis iteratis, præteruolãt enim illa, nõ inſident. F. Aſſentior eò facilius, quia multa quæ mecũ tacitus agere ſoleo, nunc te loquente recognoſco. ſignum tamẽ aliquod memoriæ meæ ſi uidetur imprime, quo admonitus poſt hoc, de me ipſe mihi non mentiar, nec erroribus meis interblandiar, id enim eſt ut uideo, quod mentes hominũ calle uirtutis auertit, dum metam apprehendiſſe rate, ulterius non aſpirant. A. Libens hæc audio ex te, neq; enim ocioſi & à caſu pẽdentis, ſed multa circunſpicientis animi uerba ſunt: ſignũ igitur quo nunquam fallaris accipe, ſi quotiens de morte cogitabis, loco non moueberis, ſcito te uelut de rebus cæteris inutiliter cogitaſſe: at ſi in ipſo cogitatu obrigueris, contremueris, expallueris, tibiq; iam huic laborare uiſus fueris, medias inter mortis anguſtias, ſi cum hoc & illud occurrat, animam illiciet, ut ex his menbris exierit, ſiſtendam in æterno iuditio, totius uitæ præteritæ, actuumq; & uerborum rationem exactiſsimam ſummam eſſe reddendam, nullam deniq; in forma corporis, aut in mundi gloria, nullam ingenio eloquentiam, nullam in opibus aut potentia ſpem habendam, nec corrumpi poſſe nec falli iudicem, nec placari mortem ipſam, laborum non finem eſſe ſed tranſitum: hæc inter mille ſuppliciorum, mille tortorũ genera, & ſtridor & gemitus auerni, & ſulphurei amnes, & tenebræ, & ultrices furiæ, poſtremò aduerſa ſimul orci pallentis immanitas, quæ ue his omnibus præponderant malis, infœlix ſine fine perpetuas, terminandæq; calamitatis deſperatio, & in æternũ manſura, non iam amplius miſerantis ira Dei. ſi hæc omnia ſimul ante oculos uenerint, non ut ficta, ſed ut uera, non ut poſsibilia, ſed ut neceſſaria, ineuitabiliterq; uentura & penè iã præſentia, inq; his curis nõ prætereiens nec deſperãs, ſed ſpei plenus, quod Dei dextera potens promptaq; ſit ex tantis malis eruere, tu modò te curabilẽ præbeas, ſurgendiq; auidus, & propoſiti tenax, aſsiduus uerſaberis, non fruſtà te meditatũ eſſe confide. F. Grauiter me fateor tantis ante oculis coaceruatis miſerijs terruiſti, ſed ſi mihi Deus ueniæ largus ſit, ut ego per dies ſingulos in has cogitationes immergar, præcipueq; noctibus, cum diurnis curis relaxatus animus, ſe in ipſum recolligit, cum corpus hoc in morem morientium compono, ipſam quoq; mortis horam, & quicquid circa eam mens horrendum reperit, intentiſsimè mihi ipſe confingo, uſq; adeò, ut in agone moriendi poſitus mihi uidear, interdũ tartara, & quæ narras omnia mala conſpicere, eaq; tam grauiter uiſione conturber, ut exterritus tremensq; conſurgam, & ſæpè uſq; horrorem aſtantium, hæc in uerba prorumpam. Heu quid ago? quid patior? cui me exitio fortuna reſeruat miſeriæ? IESV fer opem:

eripe me inuicte his malis.
Da dextram miſero, & tecum me tolle per undas.
Sedibus ut ſaltem placidis in morte quieſcam.

Multa præter hæc alia, Phrenetici in morẽ, quocũq; uagũ animũ pauentẽq; tulit impetus, mecum loquor, multũ quoq; cũ amicis quib. illachrymans, ipſe nonnunquã cæteros in lachrymas cogã, licet utriq; poſt lachrymas, reuertar ad ſolita: quæ cum ita erunt, quid ergo me retinet? quid latẽtis obſtaculi eſt, ut nunc uſq; nil iſta mihi cogitatio præter moleſtias torroresq; pariat? ego aũt idem ſim, adhuc qui fueram prius, quodq; hi ſunt, quibus fortè nunquam tale aliquod contigit in uita, eoq; miſerior, quo illi (quiſquis ſit futurus exitus) præſentibus ſaltem uoluptatibus delectantur, mihi uerò & finis incertus ſit, & nulla uoluptas, niſi talibus amaritudinibus reſperſa proueniat. A. Noli precor, ubi gaudendum eſt dolere, peccator enim quò maiorem uoluptatem & titillationem percipit ex ſceleribus ſuis, eò miſerior calamitoſiorq; iudicandus eſt. F. Forte ideò quia nunquam ad uirtutis ſemitam reflectiũ, quẽ nuſquã interrupta uoluptas ſui raptat immemorem. qui uerò inter carnis illecebras & blãdimẽta fortunæ durũ aliquid experitur, totiẽs cõditionis ſuæ meminit, quotiẽs illũ delectatio præceps & inconſulta deſtituit: quod ſi unus eſſet amborum finis,

non in-

non intelligo cur non fœlicior dici poſsit, qui nunc gaudet doliturus in poſterum, quã qui nec ſentit, in præſens gaudiũ, nec expectat, niſi te fortè moueat, quod in fine riſus ſit luctus acerbior. A. Illud magis, quoniã freno rationis abiecto (quod quidẽ prorſus in illa ſuprema uoluptate deſerit) grauior caſus eſt, quã eodem uel tenuiter retento, ex pari præcipitio corruentis, ante omnia tamen illud, ad te prius dictum attendo, quod de alterius ſperandum, de alterius conuerſatione deſperandũ eſt. F. Iſtud quidem ſic eſſe cõſidero, ſed ut interim. nunquid non primæ quæſtionis oblitus? A. Cuius? F. Quid eſt quod me retinet? hic enim quæſiueram, cur mihi uni cogitatio mortis inteſa non profuit, quã miris modis fructuoſam dicis? A. Primũ quippè quia de longinquo forſitan illa conſideras, quæ uero propter breuiſsimæ uitæ curſum, tum propter incertos & uarios caſus, longinqua eſſe non poſſunt. Omnes enim fermè in hoc fallimur, ut ait Cicero, quod mortẽ proſpicimus, quẽ textũ correctores quidam, at uerius corruptores, immutare uoluerunt, negationem uerbo præponentes, & mortem non proſpicimus, dicendũ eſſe firmantes. Cæterum qui mortem omnino non aſpiciat, ſani capitis nullus inuenitur, re autem uera proſpicere procul aſpicere eſt, quod unum ſuper cogitanda morte, multos illuſit, dum illam uiuendi metam ſibi quiſq; propoſuit, ad quam ſi peruenire poſsit, per naturam, tamen paucißimi peruenerunt. Ferè enim nullus moritur, cui non conueniat Poëticum illud:

Caniciemq; ſibi, & longos promiſerat annos.

Hoc nocere tibi potuit, nã & ætas & complexionis uigor, & uitæ modeſtioris obſeruãtia, hanc tibi ſpẽ fortaſſe præbuerũt. F. Noli quæſo de me talia ſuſpicari, auertat Deus hanc inſaniam.

me'ne huic confidere monſtro?

Quod apud Virgilium famoſiſsimus ille magiſter maris ait. Et ego in mari magno ſæuoq; ac turbido iactatus, tremulam cymbam fatiſcentẽq; & rimoſam, uentis obluctantibus, per tumidos flatus ago, hanc diu durare non poſſe, certè ſcio, nullam ſpem ſalutis ſupereſſe mihi uideo, niſi miſerator omnipotens præbeat, ut gubernaculũ ſumma ui flectens antequàm peream, littus apprehendã, qui in pelagio uixerim, moriturus in portu. huic opinioni debeo quod opum magnæq; potentiæ deſiderio, quo multos non modo coætaneos meos, ſed longæuos homines, & cõmunem uiuẽdi modũ ſupergreſſos, exæſtuare uidimus, nunquam arſiſſe me recolo. quis enim furor eſt, omnem ætatem in laboribus, & in paupertate traducere, ut inter tot curis coaceruandas diuitijs ſtatim moriar? ſic itaq; de his formidoloſis rebus cogito, non ut longè diſtantibus, ſed mox affuturis iamiamq; præſentibus. Nec dum de memoria mea exceſsit uerſiculus quidam, quem adhuc admodũ iuuenis, inter multa quæ ad amicum ſcripſi, hæc in fine ſubiungens:

Loquimur dum talia, forſan,
Innumeris properata uijs, in limine mors eſt,

Quid ſã tũc dicere potui, qd modo dicã & experimẽto rerũ, & ætate prouectior? quicquid uideo, quicquid audio, quicquid ſentio, quicquid cogito, ad hoc unũ refero, q; ſi in hac cogitatione nõ fallor, ad hæc quæſtio illa ſupereſt, quid ergo me retinet? A. Humiles Deo gratias age, qui te tàm ſalubribus habenis frenare, ſtimuliſq; tàm pungentibus ſollicitare dignatur, uix enim poſsibile fuit, ut quem cogitatio mortis habet, tàm quotidiana tàm præſens, huic mors æterna cõtingat, ſed quoniam deeſſe aliquid tibi ſentis, nec immeritò, quid illud ſit aperire tentabo, ut eo (ſi Deus fauerit) amoto, in cogitationes tuas totus aſſurgẽs, quo ad huc premeris uetuſtũ ſeruitutis iugum poſsis excutere. F. Vtinam id tibi cõtingat efficere, & ego tanti muneris capax inueniar. A. Inuenire ſi uoles neque enim res impoſsibilis eſt, ſed in actibus humanis duo uerſantur, quorum ſi deeſt alterũ, præpedire conſtat effectum, uoluntas igitur præſtò ſit, eaq; tàm uehemens, ut meritò deſiderij uocabulũ ſortiatur. F. Ita fiet. A. Scis quid cogitationi tui officiat? F. Hoc eſt quod peto, hoc eſt quod tanto tempore deſidero. A. Audi ergo, animam quidem tuam ſic cœlitus benè inſtitutam eſſe, non negauerim, ſic ex contagione corporis huius, ibi circũſepta eſt multum à primeua nobilitate ſua degeneraſſe non dubites, nec degeneraſſe duntaxat, ſed longò iam tractu temporis obtorpuiſſe, factam uelut propriæ originis ac ſuperni con

ni conditoris immemorem. Nempè paſsiones & ex corporea commixtione ſubortas, ob
liuionemq́; naturæ nobilioris diuinitus uidetur attigiſſe Virgilius, ubi ait:

Ingens eſt ollis uigor & cœleſtis origo,
Seminibus: quantum non noxia corpora tardant.
Terreniq́; hebetant artus, moribundaq́; membra,
Hinc metuunt cupiuntq́; dolent gaudentq́, nec auras,
Reſpiciunt clauſa tenebris & carcere cæco.

Diſcernis ne in uerbis Poëticis quadriceps illud monſtrum naturæ hominum tàm aduer-
ſum? F. Diſcerno clariſsimè, quadripartitam animi paſsionem, quæ primum quidem
ex præſentis futuriq́; tẽporis reſpectu, in duas ſcinditur partes, rurſus quælibet in duas ali-
as, ex boni maliq́; opinione ſubdiſtinguitur, ita quatuor uelut flatibus aduerſis humana-
rum mentium tranquillitas perit. A. Ritè diſcernis atque uerificatum eſt in nobis illud
Apoſtolicum. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabita
tio ſenſum, multa cogitantem. conglobantur ſiquidem ſpecies innumeræ & imagines re-
rum uiſibilium, quæ corporeis introgreſſæ ſenſibus, poſtquam ſingulariter admiſſæ ſunt, ca
teruatim in animæ penetrabilibus denſantur, eamq́; nec ad ingenitam, nec tàm multorum
difformium capacem prægrauant, atque confundunt, hinc peſtis illa phantaſmatum ue-
ſtros diſcerpens laceransq́; cogitatus, meditationibus clarificis, quibus ad unũ ſolum ſum
mumq́; limen aſcenditur, iter obſtruens uarietate mortifera. F. Huius quidem peſtis
ſæpè aliàs, cum in Libro de Vera religione (cui nihil conſtat eſſe repugnantius) præclariſsi
mè meminiſti, in quem librũ nuper incidi, à Philoſophorum & Poëtarum lectione digre-
diens, itaq́; cupidiſsimè perlegi, haud aliter, quàm qui uidẽdi ſtudio peregrinatur à patria,
ubi ignotum famoſæ cuiuſpiam urbis limen ingreditur, noua captus dulcedine locorum,
paſsimq́; ſubliſtens obuia quæq́; circunſpicit. A. At qui (licet aliter ſonantibus uerbis,
ſicut Catholicæ ueritatis præceptorem decuit), reperies libri illius magna ex parte Philoſo
phicam præcipueq́; Platonicam ac Socraticam fuiſſe doctrinã: & ne quid tibi ſubtraham,
ſcito, me ut opus illud inciperẽ, unum maxime, Ciceronis tui uerbum induxiſſe, affuit De
us incepto, ut ex paucis ſeminibus meſsis optima conſurgeret, ſed ad propoſitum reuerta
mur. F. Vt libet pater optime. Antè tamen unum oro, ne mihi abſcondas uerbum id,
quòd tàm præclaro operi, ut ais, præbuit materiam. A. Cicero ſiquidem in quodam lo-
co, iam tunc errores temporum peroſus ſic ait: Nihil animo uidere poterant, ad oculos
omnia referebant. magni autem eſt ingenij reuocare mentem à ſenſibus, & cogitationem
à conſuetudine. hæc ille, ego autem hoc uelut fundamentum nactus, deſuper illud quod ti
bi placuiſſe dicis opus extruxi. F. Teneo locum, in Tuſculano eſt, te autem hic Cicero
nis dicto, & illic & alibi in operibus tuis delectari ſolitum animaduerti, nec immeritò, eſt e-
nim ex eorum genere, quibus cum ueritate permixtus lepos ac maieſtas ineſt, tu uerò tan
dem iam, ut uidetur, ad propoſitum redi. A. Hæc tibi peſtis nocuit, hæc te niſi prouide-
ris, perditum ire feſtinat, ſiquidem phãtaſmatibus ſuis obrutus, multiſq́; & uarijs ac ſecum
ſine pace pugnantibus curis animus fragilis oppreſſus, cui primum occurrat quàm nutri-
at, quàm perimat, quàm repellat exanimare non poteſt, uigorq́; eius omnis ac tempus par
ca quod tribuit manus, ad tam multa non ſufficit, quod igitur euenire ſolet in anguſto mul
ta ſerentibus, ut impediant ſe ſata concurſu, idem tibi contingit, ut in animo nimis occupa
to, nihil utile radices agant, nihilq́; fructiferũ coaleſcat, tuq́; inops conſilij, modò huc, mo-
dò illuc mira fluctuatione uoluaris, nuſquam integer, nuſquam totus, hinc eſt quod quo-
tiens ad hanc cogitationem mortis, aliaſque per quas iri poſſet ad uitam, generoſus, ſi ſina-
tur, animus acceſsit, inq́; altum naturali deſcendit acumine, ſtare ibi non ualens, turba cura
rum uariarum pellente reſileat. Ex quo fit, ut tàm ſalutare propoſitum nimia mobilitate fa
tiſcat, oriturq́; illa inteſtina diſcordia, de qua multa iam diximus, illaq́; animæ ſibi iraſcentis
anxietas, dum horret ſordes ſuas ipſa nec diluit, uias tortuoſas agnoſcit, nec deſerit, impen
denſq́; periculum metuit, nec declinat. F. Heu mihi miſero, nunc profundè manum in
uulnus adegiſti, illic dolor meus habitat, illic mortem metuo. A. Benè habes, torpor
abſceſsit

abſceſsit, ſed quoniam iam ſatis hodiernum colloquium abſq; intermiſsione protulimus,
reliquis ſi placet in diem proximum dilatis, nunc aliquantiſper in ſilentio reſpiremus.
F. Per opportuna quidem languori meo quies & ſilentium.

DIALOGVS II. AVG.

SAtis'ne feriati ſumus? F. Vt libet quidem. A. Quid tibi nunc animi eſt, quan-
tumue fiduciæ? præbuit enim non leue ſalutis indicium, ſpes languentis. F. Quid
de me ſperem non habeo, ſpes mea Deus eſt. A. Sapienter, nunc ad rem redeo, multa te
obſiderat, multa circunſtrepunt, tuque ipſe, quod adhuc, aut quàm ualidis hoſtibus circun
ſideris ignoras. quod igitur euenire ſolet, condenſam procul aciem cernenti, ut contẽptus
paucitatis hoſtium fallat, quò uerò propius acceſſerit, quoq; diſtrictius ſubiectæ oculis co-
hortes affluxerint, præſtringente oculos fulgore, metus creſcat, & minus debito timuiſſe
pœniteat, idem tibi euenturum reor, ubi ante oculos tuos hinc atque illinc prementia,
teq; circunfallantia mala coniecero, pudebit te minus doluiſſe, minusue metuiſſe quàm
decuit, partiuſq; miraberis animum tam multis obſeſſum, per medios hoſtiũ cuneos erum
pere nequiuiſſe. uidebis profectò, cogitatio illa ſalubris, ad quã te nitor attollere, quot ad-
uerſantibus cogitationibus uicta ſit. F. Perhorreſco grauiter, quoniam ſi periculũ me-
um magnum ſemper agnoui, tuq; illud tantum ſemper æſtimationem meam eſſe ais, ut re
ſpectu eius quod timere debui, nihil penè timuerim, quid iam ſpei reliquum eſt? A. Vlti
morum malorũ omniũ deſperatio eſt, ad quàm nemo unquam niſi antè tempus acceſsit,
ideoq; hoc in primis ſcias uelim, nihil eſſe deſperandum. F. Sciebam, ſed memoriam ter
ror abſtulerat. A. Nunc ad me oculos animumq; conuerte, & ut familiariſsimi tibi ua-
tis uerbo utar:

Aſpice qui coëant populi, quæ mœnia clauſis,
Ferrum acuant portis, in te excidiumq; tuorum.

Vide quos tibi mundus laqueos tendit, quot inanes ſpecies circunuolãt, quot ſuper uacuæ
premunt curæ. Primum quidem ut inde initium faciam, unde ab initio creaturarum omni
um illi nobiliſsimi ſpiritus corruerũt, tibiq; ne poſt illos corruas, ſummoperè prouiden-
dum eſt. quàm multa ſunt quæ animum tuum funeſtis alis extollunt, & ſub inſitæ nobilita
tis obtentu, totiens ex parte fragilitatis immemorem fatigant, occupant, circũuoluunt, ali-
ud cogitare non ſinunt, ſuperbientẽ fidẽtemq; ſuis uiribus, & uſq; ad creatoris odiũ placen
tem ſibi, quanquã grandia, æqualia tibi fingis eſſe. non in ſuperbiã tamen, ſed in humilitatẽ
inducere debuiſſent memorantẽ, nullis tuis meritis, illa tibi ſingularia cõtigiſſe. quid enim
ne dicam æterno, ſed temporali domino obſequẽtiores fecerit ſubiectorũ animos, quã in il
lo ſpectata liberalitas, nullis ſuorum meritis excitata? ſtudent enim benefactis ſubſequi,
quam præuenire debuerant. Nunc uerò facillimè licebit quã puſilla ſunt quibus ſuperbis
intelligere, fidis ingenio, & librorum lectione multorum gloriaris eloquio, & forma mor-
tali corporis delectaris, enimuerò ſentis ingeniũ in quã multis te ſæpè deſtituat, quot ſunt
artium ſpecies, in quib. uiliſsimorum acumẽ hominũ, æquare non poteris? minus dixi, ani-
malia ignobilia & puſilla reperies, quorum opera nullo ſtudio queas imitari. I nunc, & in
genio gloriare, lectio autem iſta quid profuit? ex multis enim quæ legiſti, quantum eſt,
quod ita hæſerit animo, quod radices egerit, quod fructum proferat tempeſtiuum? Excu-
te pectus tuum acriter, inuenies cuncta quæ noſti, ſi ad ignorata referantur, eam propor-
tionem obtinere, quã collatus occeano, riuulus æſtiuis ſiccandus ardoribus, quãquam uel
multa noſſe quid releuat? ſi cum cœli terræq; ambitum, ſi cum maris ſpatium & aſtrorum
curſus, herbarumq; uirtutes ac lapidum & naturæ ſecreta didiceritis, uobis eſtis incogniti,
ſi cum arctam uirtutis arduæ ſemitam ſcripturis ducibus agnoueritis, obliquo calle tranſ-
uerſos agit furor, ſi cum omnis æui clarorum hominum geſta memineritis, quid uos quo-
tidie agatis, non curatis? de eloquio quid dicam, niſi quod tu ipſe fateberis, ſæpè te quidem
eius fiducia fuiſſe deluſum? quid autem attinet audientes forſan approbaſſe quæ diceres,
ſi te iudice damnabantur? quamuis enim audientium plauſus non ſpernendus eloquen-

tiæ fru-

tiæ fructus eſſe uideatur, ſi tamen ipſius Oratoris plauſus interior deſit, quãtulum uoluptatis præſtare poteſt ſtrepitus ille uulgaris? quomodo autem alios loquendo mulcebis, niſi te primũ ipſe permulſeris? Idcircò ſanè nonnunquam ſperata eloquentiæ gloria fruſtratus es, ut facili cognoſceres argumento, quã uentoſa ineptia ſuperbires. Quid enim quæſo puerilius, immò uerò quid inſanius, quã in tanta rerum omniũ incuria, tãtaq; ſegnitie uerborum ſtudio tempus impendere, & lippis oculis nunquã ſua probra cernentem, tantam uoluptatem, ex ſermone percipere, quarundã auicularum, philomenarũ in morem, quas aiunt uſque in pernitiẽ proprij cantus dulcedine delectari? & hoc quidem tibi ſæpè contingit, in rebus quotidianis & uulgaribus, quo magis erubeſceres, quas tuo inferiores arbitrabaris eloquio, eas te uerbis æquare nequiuiſſe. quàm multa ſunt autem in rerũ natura, quibus nominandis propriæ uoces deſunt? quã multa præterea, quæ quanquã ſuis uocabulis diſcernantur, tamen ad eorum dignitatem uerbis amplectendã, ante ullam experientiã, ſentis eloquentiam non peruenire mortalium? quotiens ergo te quærentẽ audiui, quotiẽs tacitum indignantemq; conſpexi, quod quæ clariſsima cognituq; facillima eſſent, animo cogitanti, ea nec lingua nec calamus ſufficienter exprimeret? quæ eſt igitur iſta eloquentia tàm anguſta, tàm fragilis, quæ nec cuncta complectitur, & quæ ſi fuerit complexa non ſtringit? Græci uobis, uos uiciſsim Græcis uerborũ penuriam ſoletis obijcere, Seneca quidẽ illos uerbis ditiores æſtimat, at Marcus Tullius in primordio operis, quod de Bonorũ & Malorũ finibus edidit. Ego inquit mirari non queo, unde hoc ſi tam inſolẽs domeſticarũ rerum faſtidium, non eſt omnino hic dicendi locus, ſed ita ſentio & ſæpè diſſerui, Latinam linguam non modo inopem, ut uulgò putarent, ſed locupletiorẽ etiã eſſe quàm Græcam. & idem cum ſæpè aliàs, tum in Tuſculano ſuo, diſputans exclamauit: O uerborum inops, quibus abundare te, ſemper putas Græcia. Dixit hæc uir ille fidentiſsimè, ut qui ſe latinæ eloquentiæ principem ſciret, audiretq; de huius rei gloria, iam tunc bellũ Græciæ mouere, iuxta id quod ab eodem Seneca, Græci ſermonis minatorie in declamationib. ſcriptum eſt. Quicquid, inquit, habet Romana facundia, quod inſolenti Græciæ aut opponat aut præferat, circa Ciceronem effloruit: magna laus, ſed ſine ulla dubitatione uериſsima. Eſt ergo ut uides de eloquentiæ principatu, non tantum inter uos & Græcos, ſed inter noſtrorũ etiã doctiſsimos magna cõtentio, inq; his caſtris eſt qui illis faueat, ſicut in illis forſitan qui nobis, quod de Plutarcho illuſtri Philoſopho quidã referunt: deniq; Seneca noſter, & ſi Ciceroni deferat, ut dixi coactus maieſtate tàm prædulcis eloquij, in reliquis tamen Græciæ palmam defert. Ciceroni contrariũ uidetur. Si uerò meum his de rebus iudicium expectas, utrunq; ueridicum pronuncio, & qui Græciam, & qui Italiã uerborũ dixit inopẽ. Quod ſi de his duabus tàm famoſis regionibus rectè dicitur, quid poſſunt ſperare aliæ? quantum tibi præterea, in hac re, fidendum uiribus tuis ſit, ubi toti prouinciæ, cuius perexigua portiuncula es, hanc ſermonis uides eſſe penuriam, tecum ipſe conſidera, pudebit tãtum temporis conſumpſiſſe, in eam rem, quã & aſſequi impoſsibile, & aſſecutũ eſſe uaniſsimũ ſit. Vt uerò iã hinc ad alia pertractanda tranſgrediar. Corporis huius bonis extolleris? nec quæ te circunſtent deinde pericula cernis? quid autem tuo tibi placet in corpore? robur'ne, an ualitudo proſperior? at nihil imbecillius, fatigatio ex leuib. cauſis obrepens, & inſultus morborum uarij, & uermiculorũ morſus ſeu leuiſsimus afflatus, atq; huius generis multa confirmãt. an formæ forſan fulgore deciperis, & proprij uultus colorẽ, ſeu liniamenta conſpiciẽs, habes cui inhies, quod mireris, quod mulceat, quod delectet? Neque te Narciſsi terruit fabula, nec quid eſſes introrſus uilis cõſideratio corporeæ fœditatis admonuit, exterioris cutis cõtentus aſpectu, oculoſq; mentis ultrà nõ porrigis. Atqui huius quoq; caducũ fore præcipitem'q; floſculum, & ſi alia quæ innumerabilia ſunt argumenta ceſſarent, ipſe tibi ætatis inquietus curſus, per ſingulos aliquis decerpens dies, luce clarius oſtẽdere debuiſſet. Et ſi forte, quod dicere non audebis, aduerſus ætatem & morbos, cæteraq; formã corporis alterantia, tibiipſe uidereris indomitus, at illius ſaltẽ cuncta ſubruentis extremi nõ decuit obliuiſci, fixum'q; alta ſub mẽte geri debuit illud Satyricum: *mors ſola fatetur,*

Quantula ſint hominum corpuſcula.

Hæc ni fallor ſunt, quæ te ſuperbis flatibus elatum, humilitatem conditionis tuæ conſiderare prohibent mortisq́ reminiſci. ſunt & alia quæ iam hinc exequitur animus. F. Subſiſte paululũ quæſo, ne tanta mole rerum obrutus, nequeam reſponſurus ſurgere. A. Dic age, ſubſiſtam libens. F. In admirationem me non modicam coëgiſti, multa mihi obijciens, quæ nunquam in animum meum deſcendiſſe ſum conſcius. Me'ne confiſum ais ingenio? at profectò, nullum ingenioli mei ſignum eſt, niſi hoc unum, nullam me in eo poſuiſſe fiduciam. ego ne librorum ex electione ſuperbior fiam, quæ mihi ſicut ſcientiæ modicũ inuexit, ſic curarũ materiã multarũ. an linguæ gloriam ſectatus dicor, qui ut tu ipſe me moraſti, nihil magis indigner, quàm conceptibus illam meis non poſſe ſufficere, niſi temptandi propoſitum tibi ſit, ſcis me paruitatis meæ mihi conſcium ſemper fuiſſe, & ſiquid fortè mihi uiſus ſum, potuit hoc interdum alienæ ruditatis conſideratione contingere. eò enim (quod ſæpè dicere ſoleo) peruentum eſt, ut iuxta uulgatum Ciceronis dictum, potiùs aliorum imbecillitate, quàm noſtra uirtute ualeamus. quid autem, & ſi abundè contigiſſent iſta quæ narras, quid mihi tàm magnificum contuliſſent, ut hinc ſuperbiendum foret? non ſum tàm meiipſius immemor, neq; tàm leuis, ut his meam aurem agitandam præbe. rem. quantulum enim uel ingenium uel ſcientia uel eloquentia profuerit, nullum lacerantibus animum morbis afferens remedium? quam rem in epiſtola quadam me diligentius queſtum fuiſſe cõmemini. Iam quod de corporeis bonis quaſi ſerio dixiſti, penè in riſum excitauit. Me'ne in hoc mortali & caduco corpuſculo, ſpem poſuiſſe, quotidianas eius ruinas ſentientem? Deus meliora: fuit hæc puero fateor cura pectendi capitis, uultus ornandi, uerum hoc cum primis annis ſimul euanuit, req; ipſa nunc experior, illud Domitiani principis, qui in epiſtola ad amicam de ſeipſo ſcribens, quærensq; corporeæ pulchritudinis præcipidam fugam. Scias, inquit, nil gratius decore, nil breuius. A. Copioſè poſſem aduerſus iſta diſſerere, malo tamen tibi conſcientia tua, quàm ſermo meus incutiat pudorem, nõ agam pertinaciter, neque tormentis uerbum extorquebo, quod generoſi ſolent ultores, ſimplici negotiatione contentus precabor, ut pro poſſe ac omni ſtudio declines, quod hactenus te non admiſiſſe contendis. ſi quando autem uultus tui ſpecies temptare animum fortè cœperit, occurrat: qualia mox eadem futura ſint membra, quæ nunc placent, quàm fœda, quàm triſtia, quàm tibiipſi ſi reuidere poſſes horrenda, tecumquè hoc inter philoſophicum illud frequenter ingemina. Ad maiora ſum genitus, quàm ut ſim mancipium corporis mei. Profectò enim ſumma inſania eſt hominum, ſeſe negligentium, corpori autem in quibus habitant, membra gementium. ſiquis in carcerem tenebroſum atque humentem olentemquè peſtiferè, ad breue tempus intruſus ſit non'ne ſi non deſipiat, intactum ſe, quantum poſsibile fuerit ab omni parietum & ſoli contagione ſeruabit, & iam egreſſurus, intentis auribus liberatoris ſui expectabit aduentum? quod ſi his curis abiectis, cœnoquè & horrore carceris delibutus exire metuat, ac pingendis ornandisquè circa ſe mœnibus, omnem curam ſtudioſus impendat, loci ſtillantis naturam fruſtrà ſuperare meditans, nunquid non meritò inſanus uideatur & miſer? nempè uos carcerem ueſtrum & noſtis & amatis: Ah miſeri, & mox uel educendi, certè uel extrahendi hæretis, in eo exornando ſolliciti, quem odiſſe decuerat. Sicut tu ipſe in Africa tua Scipionis filius magni patrem loquentem induxiſti:

Odimus laqueos, & uincula nota timemus:
Libertatis onus, quod nunc ſumus, illud amamus.

Præclarè quidem, modò quod alios dicere facis, ipſe tibi diceres. unum uerbum quod ex omni ſermone tuo tibi fortaſsis humillimum, mihi autem arrogantiſsimum uidetur, diſsimulare non ualeo. F. Doleo ſi ſuperbè aliquid dixi, at ſi factorum dictorumuè moderator eſt animus, nihil me arroganter dixiſſe, ipſe mihi teſtis eſt. A. Multò quidem importunius ſuperbiæ genus eſt, alios deprimere, quàm ſeipſum debito magis attollere, longequè maluiſſem, cæteros magnificares, te quoque cæteris anteferres, quàm calcatis omnibus, ex alieno contemptu, ſuperbiſsimè tibi clypeum humilitatis aſſumeres. F. Vt uoles accipe, ego nec mihi nec alijs multum tribuo, piget referre, quid de

maiore parte hominum ſentiam expertus. A. Seipſum ſpernere tutiſsimum eſt, alios uerò periculoſiſsimum atq; uaniſsimum, ſed progrediamur ad reliqua. Scis quid te aliud auertit? F. Quicquid libuerit dicito, modò ne accuſes inuidiæ. A. Vtinam non tibi magis ſuperbia quàm inuidia nocuiſſet, hoc enim crimine me iudice, liber es, ſed alia quædam dicturus ſum. F. Nulla me deinceps accuſatione turbaueris, dic ingenuè, quid eſt quod me tranſuerſum agit? A. Rerum temporalium appetitus. F. Apage obſecro, nihil unquam abſurdius audiui. A. Repentè turbatus, & propriæ promiſsionis oblitus es: iam inuidiæ mentio nulla eſt. F. Aſt auaritiæ, à quo crimine neſcio an remotior quiſquam ſit. A. Multum te iuſtificas, ſed mihi crede, non es ab hac peſte, ut tibi uideris alienus. F. Ego'ne ab auaritiæ labe immunis ſum? A. Ne ab ambitione quidem. F. Age iam urge, ingemina, accuſatoris officium imple, quid iam noui uulneris infligere uelis expecto? A. Propriæ quidem ueritatis teſtimonium, accuſationem & uulnus appellaſti, uerum eſt enim illud Satyricum:

Accuſator erit qui uerum dixerit.

Nec minus & Comicum id:

Obſequium amicos, ueritas odium parit.

Sed dic oro, quorſum hæ ſollicitudines & edentes animum curæ? quid neceſsè erat in tàm breuibus uitæ ſpatijs tàm longas ſpes ordiri? uitæ ſumma breuis, ſpem nos uetat inchoare longam: legis ſemper iſta ſed negligis. reſpondebis, ut arbitror, amicorum te charitate compelli, & pulchrum errori nomen inuenies. atqui dementia quanta eſt, ut alteri ſis amicus, tibi ipſi bellum & inimicitias indicere? F. Non ſum tàm illiberalis & inhumanus, ut nō me contingat amicorum cura, eorum præſertim, quos uirtus mihi uel meritum conciliat: ſunt enim quos ſuſpiciam, quos ueneror, quos amem, quosúe miſerear amicos. ex aduersò autem nec adeò liberalis ſum, ut propter amicos me perdikum eam, at quoad uixerim, pro uictu quotidiano præparare aliquid mens optat, atque hoc in ſtudio (ut quoniam Horatij iaculis me petis, Horatianus clypeus me tegat)

Sit bona librorum, & prouiſæ frugis in annum
Copia, neu fluitem dubiæ ſpe pendulus horæ.

Et quia propoſitum eſt mihi, ut ait idem, nec turpem ſenectam degere, nec cythara carentem. & quia multum uereor uitæ prolixioris inſidias, longè in utrunq; mihi ipſe prouideo, & muſarum ſtudijs, rei familiaris curas interſero, uerum id ago tàm ſegniter, ut euidenter appareat, me coäctum ad iſta deſcendere. A. Intelligo quàm altè in cor tuum iſta penetrarint, quibus excuſatio quæreretur amentiæ. cur autem non æquè Satyricum illud precor, dijs inhæſit:

Sed quò diuitias hic per tormenta coactas,
Cum furor haud dubius, cum ſit manifeſta phreneſis.
Vt locuples moriaris, egenti uiuere fato?

Credo quia præclarius æſtimas purpureis ſtratis obſitum mori, ſepulchro iacere marmoreo, linquere ſucceſſoribus de opulenta hæreditate certamen, illasqúe ideò, quibus iſta parantur diuitias concupiſcitis. ſuperuacuus labor & ſi mihi credis, inſanus. Iam ſi ad communem hominum reſpicis naturam, noſti eam paucis eſſe contentam, ſin ad propriam cogitando reflecteris, uix natus eſt, cui pauciora ſufficerēt, niſi publicus error obſtreperet. At populares mores, uel ad ipſius fortè q loquebatur animū reſpexit Poëta dum diceret:

Victum infœlicem tellus, lapidoſaq; corna
Dant rami, & uulſis paſcunt radicibus herbæ.

Tibi contrà fatearis oportet, nihil tali uictu dulcius nilqúe ſuauius, ſi tuis & non inſanientis uulgi legibus uiuas. quid ergo te crucias, ſi ad naturam tuam te metieris? iampridem diues eras, ſed ad populi plauſum diues eſſe, nunquam poteris, ſemper aliquid reſtabit, quod ſequens per cupiditatum abrupta rapiaris. Meminiſti quanta cum uoluptate repoſto quondam rure uagabaris, & nunc herboſis pratorum choris accubans, murmur aquæ luctantis hauriebas. nunc apertis collibus reſidens, ſubiectam planitiem libero metiebaris intuitu, nunc in apricæ uallis umbraculo, dulci ſopore correptus, optato ſilentio

fruebaris,

fruebaris, nunquam ocioſus mente, aliquid altum ſemper agitans, & ſolis Muſis comitantibus, nuſquam ſolus denique Virgiliani ſenis exemplo:

Qui regum æquabat opes animis, ſeráq; reuertens.
Nocte domum dapibus menſas onerabat inemptis,

Sub occaſum ſolis, anguſtã domum repetens, & tuis contentus bonis, nunquid non tibi omnium mortalium longè ditiſsimus & planè fœliciſsimus uidebaris? F. Heu mihi, nunc credo atque illius temporis commemoratione ſuſpiro. A. Quid ſuſpiras, aut quis tibi demens temporum præbuit materiam? nempè animus ipſe tuus, quem puduit tam diu naturæ ſuæ legibus parere, quique frenum non fregiſſe credit ſeruitutis, is modo te rapiat uiolentus, & niſi habenas contrahas præcipitaturus ad mortem, ex quo primum cœpiſti, ramorum tuorum baccas faſtidire amictusq; ſimplicior: & agreſtium hominum ſorduit conuictus. In medios urbium tumultus, urgente cupiditate relapſus es, ubi quàm latè quamq; tranquillè degas, frontis tuæ habitus & uerba teſtantur. quid enim miſeriarum non uidiſti, pertinaciſsimus aduerſus infœliciter experta, & adhuc hæſitas? peccatorum forſan illigatus nexibus, ac patiente Deo, ut ubi ſub aliena ferula pueritiam exegiſti, ibidem tui iuris effectus miſerabilem cõteras ſenectutem? Certè ego præſens aderã, cum adhuc adoleſcentulum te, nulla cupiditas, nulla prorſus tangebat ambitio, cum cuiuſdam magni futuri uiri ſpecimen præferebas. nunc mutatis moribus, infœlix, quò magis ad terminum appropinquas, eò uiatici reliquum conquiris & attentius: quid ſupereſt igitur, niſi ut in die mortis (quæ fortè iam iuxta eſt: & profectò procul eſſe non poteſt) aurum ſitiens, calendario ſemiuiuus incumbans? ſiquidem quod per dies ſingulos creſcit, ſuprema die neceſsè eſt ad ſummũ & augeri, & ad uetitũ prouenire incrementum. F. Senectutis pauperiem antè proſpiciens, ſi fatigatæ ætati adiumenta conquiro. quid hic tàm reprehenſibile eſt? A. O ridiculas curas, inſanamq; negligentiam, id anxiè cogitare, quo uel nunquam fortè peruenturus certè, uel ubi breuiſsimo tempore permanſurus ſis, illius autem obliuiſci quò & peruenire neceſſarium ſit, & irremeabile perueniſſe. ſed ille mos ueſter execrandus, tranſitoria curatis, æterna negligitis, in eo quidem quod de ſenili paupertate clypeum quæris, errori inhæſit, credo tibi Virgilianum illum:

Atq; inopis metuens formica ſenectæ.

Itaq; illam tibi uitæ magiſtram delegiſti, excuſabilior, dicente Satyrico:

frigusq; famemq;
Formica tandem quidam expauere magiſtra.

Ac ſi non tutus in formicæ magiſteriũ abijſti, reperies nihil miſerius, nihil amentius quàm ſemper pauperiem pati, nequando patiaris. F. Quid ergo? pauperiem ne ſuades? optarem quidem minimè, tolerare ſummoperè, ſi ſic res humanas miſcens fortuna coëgerit. A. Mediocritatem ſanè in omni ſtatu expetendam cenſeo, non igitur ad illorum ſtatuta te reuoco, qui aiunt, Satis eſt uitæ hominum panis & aqua, nemo adhuc pauper eſt, intra quæ quiſque deſiderium ſuum clauſit, cum ipſo Ioue de fœlicitate contendet, nec mediũ uitæ hominũ, fluuiũ Cereremque cõſtituo. ſunt enim ut magnificæ, ſic auribus hominum importunæ pridem odioſæ ſententiæ, itaque infirmitati tuæ morem geram, extinire naturam non doceo ſed frenare. Sufficiebant tua quidem, uſibus neceſſarijs ſi tu ipſe tibi, ſuffeciſſes, nunc autem ipſe quam pateris indigentiam peperiſti. Cumulationem enim opum, neceſsitatem ac ſollicitudinem cumulare, iam totiens diſputatum eſt, ut amplioribus iam non egeat argumentis, mirus error & miſeranda cæcitas, præclariſsimæ naturæ ac cœleſtis originis humanum animum, cœleſtibus neglectis, metallis inhiare terreſtribus. Cogita, quæſo, acriter atque oculos mentis intende, ne eos circumradiantis auri fulgor impediat, quotiens uncis auaritiæ tractus, ab altiſsimis curis ad hæc inferiora diuerteris, non'ne de cœlo in terras præcipitem corruiſſe remotisque ſyderibus in profundiſsimam uoraginem demerſum te eſſe cognoſcis? F. Cognoſco equidem, & dici non poſſet, quàm grauiter præcipitatus allidor. A. Quid ergo totiens expertus non metuis, & cum fueris erectus, ad ſuperna non tenacius pedem

figis? F. Nitor quippè, ſed quoniam humanæ conditionis concurritur neceſsitas, inuitus auellor, nec enim ſine cauſa ueteres Poëtas, geminum Parnaſsi collem, duobus dijs dedicaſſe ſuſpicor, ſed ut ab Apolline (quem deum ingenij uocant) interdum animi præſidium, à Baccho autem rerum externarum ſufficientiam implorarent, in quam ſententiam me non modò rerum exper entia magiſtra, ſed crebra etiam doctiſsimorum hominũ inclinauit auctoritas, quos tibi quidem inculcare non attinet, ita quamuis turba deorũ ridiculoſa ſit, hæc tamen uatum opinio, haud prorſus inſenſata eſt, quã ego ſi ad unum retulerim Deũ, à quo omnis opportuna ſubuentio, nõ me delirare quidem arbitror, niſi tibi aliter uideatur. A. Ego ita eſſe nõ nego, ſed quia tẽpus tã iniquè partiaris indignor: uniuerſam enim ætatẽ tã, honeſtis olim curis deſtinaueras, ſi qd in alijs coactus expẽderes, id tẽpus perditũ iudicabas, nũc uerò tantũ honeſtati tribuis, quantũ tibi reliquũ fecit auaritiæ ſtudium. quis non ad ætatem prouectiorem perueniſſe cupiat, quæ ſic conſilia hominũ alternat? ſed quis erit finis, aut qs modus? præfige tibi metã, ad quam dum perueneris ſubſiſtas, & aliquando reſpires. ſcis illud humano ore prolatum oraculi uim habere:

Semper auarus eget, certum uoto pete finem.

Quis autem cupiditatibus tuis erit finis? F. Nec egere, nec abundare, nec præeſſe, nec ſubeſſe alijs, finis eſt meus. A. Humanitatem exuas oportet & Deus fias, ut tibi non egere contingat. an ignoras, ex cunctis animalibus, egentiſsimum eſſe hominem? F. Audieram ſæpiſsimè, ſed integrare memoriam uelim. A. Aſpice nudum & informem, inter uagitus & lachrymas naſcentem, exiguo lacte ſolandum, tremulum atque repantem opis indigum alienæ, quem muta paſcunt animantia & ueſtiunt. caduci animi, inquieti, morbis obſeſſum uarijs, ſubiectum paſsionibus innumeris, conſilij inopem, alterna lætitia & triſtitia fluctuantem, impotentemque arbitrij, appetitus cohibere neſcium, quid quantumúe ſibi expediat, quis cibo potuiqúe modus ignorantem. cui alimenta corporis cæteris animantibus in aperto poſita, multo labore conquirenda ſunt, quem ſomnus inflat, cibus diſtendit, potus præcipitat, uigiliæ extenuant, fames contrahit, ſitis arefacit, auidum timidumqúe, faſtidientem poſſeſſa, perdita deplorantem, & præſentibus ſimul & præteritis & futuris anxium, ſuperbientem inter miſerias ſuas, & fragilitatis ſibi conſcium uiliſsimis uermibus imparem, uitæ breuis, ætatis ambiguæ, fati ineuitabilis, ac mille generibus mortis expoſitum. F. Coaceruaſti miſerias infinitas, & egeſtates, ut penè iam hominem natum pœniteat. A. In hac tanta hominum imbecillitate tantaqúe penuria, tu tibi copiam auſpicaris ac potentiam, quæ nullis Cæſaribus, nullisque unquam regibus perfecta contigerit. F. Quis nam his uocabulis uſus eſt? quis ſeu copiam ſeu potentiam nominauit? A. At quæ maior copia quàm non egere? quæ maior potentia quàm non ſubeſſe? profectò enim reges dominique terrarum, quos opulentiſsimos reor, innumerabilibus rebus egent, ipſi quoque duces exercituum, quibus præeſſe uidentur, ſubſunt, & ab armatis legionibus obſeſsi, per quas metuuntur, uiciſsim metuant oportet. Deſine iam impoſsibilia ſperare, & humana ſorte contentus, abundare & egere, præeſſe & ſubeſſe condiſcas, non his moribus degens, fortunæ iugum, quo colla regum premuntur excutias, quod tamen demum excidiſſe tibi noueris, cum calcatis paſsionibus humanis, totus ſub uirtutis imperium acceſſeris, liber illic futurus, nulla egens re, nulli ſubiectus hominum, denique rex & uerè potens abſoluteque fœlix. F. Iam piget incœpti, cupioqúe nihil cupere, ſed conſuetudine rapior peruerſa, ſentioqúe inexpletum quoddam in præcordijs meis ſemper. A. Hoc eſt ut ad propoſitum ſpectet oratio, hoc eſt quod te à cognitione mortis auertit, dum terrenis ſollicitudinibus implicitus, oculos ad altiora non erigis, quas quidem uelut peſtiferas animorum ſarcinas, ſi quid mihi credis abijcies, nec abieciſſe labor magnus fueris, dummodò te ad naturam tuam compoſueris, eiqúe potius quàm uulgi furijs, te uehendum regendumqúe commiſeris. F. Fiet id quidem me uolente, ſed quod de ambitione loqui cœperas, iam pridem audire deſidero. A. Quid à me expetis quod tibi ipſe præſtare potes? pectus tuum examina, reperies inter peſtes

cæteras

cæteras non minimum ambitionum locum. F. Nihil ergo mihi profuit urbes fugiſſe, dum licuit populosque & actus publicos deſpexiſſe, ſyluarum receſſus & ſilentia rura ſecutum, odium uentoſis honoribus indixiſſe, adhuc ambitionis inſimulor. A. Multa linquitis mortales, non quia contemnitis, ſed quia deſperatis poſſe conſequi, excitant enim ſe alternis ſtimulis ſpes & deſiderium, uſqueadeò, ut altero frigeſcente, tepeſcat alterum & recalente referueat. F. Quid oro me ſperare prohibeat, adeò 'ne cunctæ bonæ artes deerant? A. De bonis artibus ſileo, at illæ deerant profectò, quibus hodie præſertim ad altos gradus aſcenditur, ambiendi ſcilicet magnorum limina, blandiendi, fallendi, promittendi, mentiendi, ſimulandi, diſsimulandique, gratia & indigna quælibet patiendi, harum & ſimilium egenus artium. nec naturam uinci poſſe ratus, ad alia ſtudia tranſiuiſti, cautè quidem & prudenter, quid eſt enim aliud, ut ait Cicero, gigantium more pugnare cum dijs, niſi naturæ repugnare? F. Valeant magni honores, ſi his artibus acquiruntur. A. Benè ais, non tamen prorſus in auribus meis tuam innocentiam comprobaſti, neque enim honores te non optaſſe concludis, tametſi quærendi moleſtiam perhorreſcas, ſicut nec Romam uidiſſe contempſit, quiſquis uiarũ labore perterritus, pedem retulit ab incœpto, adde q; nec pedem retuliſti, ut tibi ipſe perſuades, mihiq; perſuadere niteris, neu te, ut aiunt, digito contexeris, quicquid cogitas, quicquid agis ante oculos meos eſt, & quod fuga urbium ſyluarumq; cupidine glorians, non excuſationem, ſed culpæ imitationem arguit. Multis namque uijs, ad unum terminum peruenitur, & tu mihi crede, licet calcatam uulgò deſerueris uiam, tamen ad eandem quam ſpreuiſſe te dicis ambitionem, obliquo calle contendis, ad quam ocium, ſolitudo, incurioſitas tantarum rerum humanarum, atque iſta tua te producunt ſtudia, quorum uſque nunc finis eſt gloria. F. Ad angulum urbes me, unde poſſem licet ſubterfugere, quia tamen tempus breue eſt, & in multa diſpartiendum, ſi libet progrediamur ad reliqua. A. Sequere igitur ad præcedentem, gulæ nulla ſit mentio, cuius ſtudio nullatenus teneris, niſi uoluptati fauens, nonnunquam amicorum blandior conuictus obreperet. ueruntamen nihil hinc metuo, quotiens enim urbibus ereptum rus ſuum recuperauit incolam, omnes repentè diffugiunt inſidiæ talium uoluptatum, quibus amotis, ita te uiuentẽ, fatear, animaduerti, ut & ꝓprios & cõmunes amicos ſupgreſſa ſobrietate ac modeſtia delectarer. irã quoq; ꝑteruehor, qua & ſi ſæpè iuſto magis exardeas, confeſtim tamen naturæ bonitate mitigabilis compeſcere motus animi ſoles, memor Horatiani conſilij:

Ira furor breuis eſt, animum rege, qui niſi paret,
Imperat, hunc uinculis, hunc tu compeſce catenis.

F. Aliquantulum mihi fateor & Poëticum, hoc & plurima huius generis Philoſophorũ conſilia profuerunt, atque in primis æui breuis recordatio: quæ enim rabies eſt, pauculos dies quos inter homines agimus, in hominum odium pernitiemq; conſumere? aderit ecce dies ultima, quæ has flammas in pectoribus humanis extinguat, & finem poſitura odijs, & ſi inimico nil morte grauius, optamus iniquiſsimi uoti compotes factura. itaq; quid ſe, quid alios præcipitare iuuat? quid opportunas partes breuiſsimi temporis amittere? & uel præſentib. honeſtis gaudijs, uel futuræ uitæ conſilijs deputatos dies, uix ſufferturos ad ſingula, ſumma licet cum parſimonia diſpenſatis, auferre neceſſarijs ac proprijs uſibus, inque alienam pariter & noſtram triſtitiam mortemque conuertere: uerum hæc mihi meditatio, eouſq; profuit, ut impulſus non totus ruerem, & ſi corruiſſem, mox exurgerem, ne ullis autem iracundiæ flatibus agitarer, nullũ mihi hactenus ſtudium præſtare quiuit. A. At quia nullum ex huius te flatibus, aut tibi aut alteri uereor naufragium, facilè patiar, ut ſi Stoicorum promiſſa non attingis, qui morbos animorum radicitus ſe uulſuros ſpondent, ſis in hac re Peripateticorum mitigatione contentus, his igitur in præſens omiſsis, ad periculoſiora, & tibi multò diligentius prouidenda feſtino. F. Deus bonè, quid adhuc periculoſius reſtat. A. Quantis luxuriæ flammis incenderis. F. Tantis equidem interdum, ut grauiter doleam, quod nõ inſenſibilis natus ſum, immobilè ſaxum aliquod eſſe

maluerim, quàm tàm multis corporis mei moribus turbari. A. Habes igitur, quod te uel maximè ab omni diuinorũ cogitatione dimoueat, quid enim aliud cœlestis doctrina Platonis admonet, niſi animũ à libidinibus corporis arcendũ, & eradenda phantaſmata, ut ad prouidenda diuinitatis arcana, cui propriæ mortalitatis annexa cogitatio eſt, purus expeditusꝗ conſurgat. ſcis quid loquar, & hæc ex Platonis libris tibi familiariter nota ſunt, quib. auidiſsimè nuper incubuiſſe diceris. F. Incubueram fateor alacri ſpe, magnoꝗ deſiderio, ſed peregrinæ linguæ nouitas, & feſtinata præceptoris abſentia, præciderunt propoſitũ meum, cæterum iſta q̃ memoras diſciplina, et ex ſcriptuns tuis, & ex aliorum Platonicorũ relatione notiſsima eſt. A. Haud refert, quo uerum monſtrante didiceris, quamuis multũ ſæpè poſsit auctoritas. F. Apud me præſertim, hominis illius, de quo alte mihi quidẽ inſedit illud Ciceronis in Tuſculano, Plato, inquit, Et ſi rationem nullam afferret uide qd homini tribuo) ipſa auctoritate me frangeret, mihi aũt ſæpè diuinũ illud ingenium cogitanti, iniurioſum uidereẽ, ſi cũ ducem ſuum Analogiſtam fecit Pythagoreum, uulgus reddendæ rationi foret obnoxius Plato. Sed ne à propoſito longius eam, Platonis hanc ſententiam mihi pridẽ adeò & auctoritas & ratio & experientia commendauit, ut nil uerius, nilꝗ ſanctius dici poſſe non dubitem. Ita enim interdũ Deo manũ porrigente ſurrexi, ut incredibili quadã & immenſa cũ dulcedine, qd mihi tunc ꝓdeſſet, quidue antea nocuiſſet agnoſcerẽ, & nũc meo pondere in antiquas miſerias relapſus, quid me iterũ perdiderit, cũ amariſsimo guſtu mẽtis experior. ꝙ idcirco retuli, ne fortè miraris, huius me Platonici dogmatis experientiam profiteri. A. Nõ miror equidem, laborib. enim tuis interfui, & cadentẽ & reſurgentẽ uidi, & nunc proſtratũ miſertus opem ferre diſpoſui. F. Gratias ago tàm miſericordis affectus, quid autem operis ſupereſt humanæ. A. Nihil, at diuinæ plurimũ, continens equidem niſi cui Deus dedit eſſe non poteſt. ab eo igitur munus hoc, & in primis humiliter, & ſæpè cum lachrymis poſtulandum eſt, ſolet ille quæ ritè poſcuntur, non negare. F. Feci tàm ſæpè, ut penè iam ſibi moleſtus eſſe uerear. A. At non ſatis humiliter, non ſatis ſobriè, ſemper aliquid loci uenturis cupiditatibus reſeruaſti, ſemper in longum preces extendiſti. expertus loquor hic, & mihi contigit: dicebam: Da mihi caſtitatem, ſed noli modo, differ paululum, ſtatim ueniet tempus, uirentior adhuc ætas, ſuis eat ſemitis, ſuis utatur legibus, turpius ad iuuenilia iſta rediretur: tunc igitur abeundum erit, cum & minus ad hoc habilis decurſu temporis factus fuero, & ſatietas uoluptatum metum regreſsionis abſtulerit. hæc dicens, aliud te uelle precari, aliud non intelligis. F. Quo nam modo. A. Quia qui in diem, poſcit in præſens negligit. F. Ego in præſens ſæpè cum lachrymis popoſci, ſperans ſimul & illud euenturum, ut effractis cupiditatum laqueis, & calcatis uitæ miſerijs ſaluus euaderem, & uelut aliquem ſalutarem portum, ex tàm multis curarum inutilium tempeſtatibus enatarem: at quotiens poſtea inter eoſdem ſcopulos naufragium paſſus ſum, quotiensquè ſi deſtituor paſſurus intelligis. A. Crede mihi, aliquid ſemper defuit oranti, alioquin uel annuiſſet largitor ille ſupremus, uel quod Paulo fecit Apoſtolo, ad perfectionem uirtutis & infirmitatis, experientiam denegaſſet. F. Credo ita eſſe, precabor tamen aſsiduè, nec fatigabor, nec erubeſcam, nec deſperabo, ſi fortè miſeratus omnipotens labores meos, aurem precibus quotidianis accommodet, & quibus ſi iuſtæ fuiſſent gratiam non negaſſet, idem ipſe iuſtificet. A. Conſultè, tamen tu enitere & (ꝙ proſtrati ſolent) in cubitum erectus, ingruentia mala circumſpice, ne ad repentinum cuiuslibet molis incurſum, iacentia membra diſsiliant, nec ſegnius interim opem attollere ualentis implora. aderit ille tunc forſitan cum abeſſe credideris, unum ſemper ante oculos habeto Platonis ſuperiorẽ illam, haud ſpernendã ſententiam. Ab agnitione Deitatis, nil magis q̃ appetitus carnalis, & inflammatã obſtare libidinem. hanc igitur doctrinã aſsiduè tecũ uerſa, hæc noſtri cõſilij ſumma eſt. F. Vt intelligas me hanc adamaſſe ſententiã, nõ modò in atrijs ſuis ſedentẽ, ſed peregrinis etiam nemoribus latitantẽ, auidiſsimè cõplexus ſum: at locũ animo mutaui, ubi illa oculis meis occurrat. A. Quid dicere uelis expecto.

expecto. F. Scis Virgilium, uirum fortem, per quot pericula, in illa ſuprema & horrenda Troiani excidij nocte circumduxit. A. Scio enim quid ſcholis omnibus uulgatius, ipſum quoque caſus ſuos enarrantem facit:

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet? aut poſsit lachrymis æquare labores.
Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos
Plurima per'q; uias ſternuntur inertia paſsim,
Corpora, per'q; domos & religioſa deorum
Limina, nec ſoli pœnas dant ſanguine Teucri.
Quondam etiam uictis, redit in præcordia uirtus:
Victores'q; cadunt Danai, crudelis ubiq;
Luctus, ubiq; pauor, & plurima mortis imago.

F. At qui quamdiù Venere comitante, inter hoſtes & incendium errauit, apertis licet oculis, offenſorum iram numinum uidere non potuit, ea'q; illum eloquentem, nil niſi terrenum intellexit: at poſtquàm illa diſceſsit, quid euenerit noſti, ſiquidem mox iratos deorum facies eum uidiſſe ſubſequitur, & omne circumſtans periculum agnouiſſe:

Apparent diræ facies, inimica'q; Troiæ,
Numina magna deûm.

Ex quibus hoc excerpſi, uſum Veneris, conſpectum diuinitatis eripere. A. Præclarè lucem ſub nubibus inueniſti, ſic nempè Poëticis intereſt, ueritas figmentis, tenuiſsimis riuulis adeunda, ſed quoniam rurſus ad iſta redeundum eſt, quæ reſtant ad ultimum reſeruemus. F. Ne ignotis me tramitibus agas, quò nam te redditurũ polliceris. A. Maxima tuæ mentis uulnera nondum attigi, & conſulto dilata res eſt, ut nouiſsimè poſita hæreant memoriæ: in illorũ alterum appetituum carnalium, de quibus aliqua diximus cumulatior aderit materia. F. Progredere iam ut libet. A. Niſi impudenti pertinacia ſis, nulla ſupereſt contentio. F. Nihil gratius uidere poſſem, quàm omnium contentionũ cauſam oblatam ex orbe terrarum. nihil deniq; tàm clarè mihi cognitum fuit unquam, ut de eo nõ inuitus altercarer, quòd inter amicos licet orta contentio, aſperũ quidem & hoſtile, & amicitiarum moribus aduerſum habet, ſed perge ad hæc, quibus me ſtatim aſſenſurũ putas. A. Habet te funeſta quædam peſtis animi, quam accidiam moderni, ueteres ægritudinẽ dixerunt. F. Ipſum morbi nomen horreo. A. Nimirum, quia diù per hunc grauiter uexatus es. F. Fateor & illud accidit, quod omnibus fermè quibus angor, aliquid falſi licet dulcoris immixtum eſt: in hac autem triſtitia & aſpera & miſera & horrenda omnia, apertaq; ſemper ad deſperationem uia, & quicquid infœlices animas urget in interitum: ad hoc, & reliquarum paſsionum ut crebras, ſic breues & momentaneos experior inſultus. Hæc autẽ peſtis tàm tenaciter me arripit interdum, ut integros dies noctesq; illigatum, torqueat, quod mihi tempus non lucis aut uitæ, ſed tartareæ noctis & acerbiſsimæ mortis inſtar eſt, & (qui ſupremus miſeriarum cumulus dici poteſt) ſic laboribus & doloribus paſcor, arcta quadam cum uoluptate, ut inuitus auellar. A. Morbum tuum noſti optime, modò cauſam noſces. dic ergo, Quid eſt quod te adeò contriſtat? temporalium ne diſcurſus, aut corporis dolor, an aliqua fortunæ durioris iniuria? F. Non unum horum aliquod, ſi ſingulari certamine temptarer, ſtarem utique, nunc autem toto ſubruor exercitu. A. Diſtinctius, quid te urgeat eloquere. F. Quotiens unum aliquod fortunæ uulnus infligitur, perſiſto interritus, memorans ſæpè me ab ea grauiter perculſum, abſceſſe uictorem, ſi mox illa uulnus ingeminet, titubare parumper incipio, quod ſi duobus tertium quartumúe ſucceſſerit, tum coactus, non quidem fuga præcipiti, ſed pede ſenſim relato, in arcem rationis euado. Illic ſi toto rerum agmine incubuerit fortuna, atque ad expugnandum conditionis humanæ miſerias & laborum præteritorum memoriam, futurorumquè formidinem congeſſerit, tùm demùm pulſatus undique, & tantam malorum congeriem perhorreſcens, ingemiſco, hinc dolor ille grauis oritur,

ueluti ſiquis ab innumeris hoſtibus circumcluſus, cui nullus pateat egreſſus, nulla ſit miſericordiæ ſpes, nullumquè ſolatium, ſed infeſta omnia, erectæ machinæ, defoſsi ſuper terram cuniculi, tremuntque iam turres, ſtant ſcalæ propugnaculis admotæ, hærent mœnibus unci, & ignis tabulata percurrit, undique fulgentes gladios minantesquè uultus hoſtium, cernensquè uicinum cogitans excidium, quid ni paueat & lugeat, quando his licet ceſſantibus, ipſa libertatis amiſsio, uiris fortibus mœſtiſsima eſt? A. Quanquam confuſius iſta percurreris, intelligo tamen opinionem tibi peruerſam, cauſam eſſe malorum omnium, quæ innumerabiles olim ſtrauit ſternetquè, malè tibi arbitraris. F. Immò uerò peſsimè. A. Quam ob cauſam? F. Non unā quidem, ſed innumeras. A. Idem tibi accidit, quod ijs qui ob leuiſsimam quamlibet offenſam in memoriam redeunt ueterum ſimultatum. F. Nullum in me adeò uetuſtum uulnus, ut obliuione deletum ſit, recentia ſunt cuncta quæ cruciant, & ſi quod tempore potuiſſet aboleri, tàm crebrò locum reperijt fortuna, ut hians uulnus, nulla unquam cicatrix aſtrinxerit. accedit & humanæ conditionis odium atque contemptus, quibus omnibus oppreſſus, non mœſtiſsimus eſſe non ualeo, hāc ſibi ægritudinem ſiue accidiam, ſiue quid aliud eſſe diffinis, haud magni facio, ipſa de re conuenit. A. Quoniam ut uideo altis radicibus morbus innititur, ſuperficietenus hunc ſuſtuliſſe non ſufficiet, repullulabit etenim celeriter radicitus, euellendus eſt. unde autem incipiam incertus ſum, tàm multa me terrent. ſed ut facilior ſit diſtincti operis effectus, diſcurram per ſingula. dic ergo, Quid in primis tibi moleſtum putas? F. Quicquid primum uideo, quicquid audio, quicquid ſentio. A. Penè nil'ne placet tibi ex omnibus. F. Aut nihil aut perpauca quidem. A. Vtinam ſaltem ſalubriora delectent, ſed quid apprimè diſplicet reſponde mihi quæſo? F. Iam reſpondi. A. Totum eſt hoc eius, quam dixi accidiæ, tua omnia tibi diſplicent. F. Aliena non minus. A. Et hoc ex eodem fonte procedit, ut uerò aliquis dicendorum ordo ſit, adeo'ne tibi tua diſplicent ut ais? F. Deſine quæſtiunculis, quater, plus etiam quàm dici poſſet. A. Ergo illa tibi ſordeſcunt, quæ multis alijs inuidioſum faciunt. F. Qui miſero inuidet, neceſsè eſt ut ſit ipſe miſerrimus. A. Quid autem magis diſplicet ex omnibus. F. Neſcio. A. Quid ſi ego dinumerem fateberis'ne. F. Fatebor ingenuè. A. Fortunæ tuæ iratus es. F. Quid ni oderim, ſuperbam, uiolentam, cæcam, & mortalia hæc ſine diſcretione uoluentem. A. De communibus publica eſt querela, nunc proprias proſequamur iniurias. quid ſi iniuſtè cōquereris, uelles ne in gratiam reuerti. F. Difficillima quidē perſuaſio, ſi tamen id mihi mōſtraueris conquieſcam. A. Parcius tecum agere æſtimas fortunā. F. Immò amariſsimè, immò iniquiſsimè, immò ſuꝑbiſsimè, immò crudeliſsimè A. Nō unus eſt apud Comicū Poëtā querulus, innumerabiles ſunt, tu quoq; adhuc unus ex multis es, mallem ex paucis: cæterū quia adeò trita materia eſt, ut uix noui quicquam poſsit afferri: Poteris'ne morbo ueteri, uetus remediū adhiberi. F. Vt libet. A. Age ergo, famem'ne an ſitim, frigusuè perpeti compulit paupertas? F. Nondum eouſque fortuna ſæuit mea. A. At quàm multis iſta quotidiana ſunt. F. Aliud adhibe remedium ſi potes, me quoniam iſta nil adiuuant, non enim ex illis ſum, quos in malis ſuis calamitoſorum & circumlugentium delectat exercitus, nec minus interdum alienis, quàm proprijs miſerijs ingemiſco. A. Nec ego, ut delectet: ſed ut ſoletur expecto, doceatquè alienas cernentem fortunas, ſuis eſſe contentum. neque enim omnes primum tenere locum poſſunt. alioquin, quomodo primus erit, niſi quem ſecundus ſequitur? benè uobiſcum agitur mortales, ſi non in extrema reiecti, de tàm multis fortunæ ludibrijs, tantùm mediocria pertuliſtis, quanquam & extrema perpeſsis ſuis quibuſdam acrioribus remedijs ſuccurrendum eſt, quibus tu potens æger es minimè mediocri læſus aſperitate fortunæ. Sed hoc eſt, ꝙ uos in has præcipitat ærumnas, ꝓpriæ qlibet ſortis oblitus, ſupremū mente locū agitat, quē quoniā ut dixi nequeunt omnes apprehēdere, eluſis conatibus ſubit indignatio. ꝙ ſi ſummi ſtatus miſerias agnoſcerēt homines, quē exoptāt ꝑhorreſcerēt, idq; illorū ꝓbat teſtimonio, q̄s ad ſumma

rerum

rerum faſtigia multis laboribus euectos uidimus, & uotorũ mox ſuorũ nimis facilẽ exitũ execrantes. q & ſi omnibus notum eſſe debeat, tibi tamen præcipuè, longa cui experiẽtia perſuaſum eſt, omnem, ſtatus altiſsimi, laborioſam atq; ſollicitam & prorſus miſerabilem eſſe fortunam, ita fit, ut nullus querimoniæ gradus uacet, dum & optata conſecuti, & repulſi iuſtam lamentandi cauſam præ ſe ferunt. illi ſe deceptos, hi ſe neglectos æſtimant, ſequere igitur Senecæ conſilium, cum aſpexerit quot te antecedunt cogita, quot te ſequantur. ſi uis gratus eſſe aduerſus Deum, & aduerſus uitam tuam, cogita quàm multos anteceſſeris, & ut eodem loco ait, idem & finem conſtitue, quem tranſire ne poſsis quidem ſi uelis. F. Conſtitui pridem deſiderijs meis finem certum, & niſi fallor modeſtiſsimum, at inter procaces impudentesq; ſeculi mei mores, qui modeſtiæ locus eſt, ſecordiam atq; ſegnitiem uocant. A. Potens n'e igitur eſt, animi tui ſtatum, uulgaris aura conuellere, quæ nunquam rectum iudicat, nũquam res ſuis nominibus uocat, aut illam ſi ritè recolo ſpernere ſolebas. F. Nunquam, mihi crede, magis ſpreui, non pluris facio, quid de me uulgus æſtimet, quàm qui brutorum greges animantium. A. Quid ergo? F. Moleſtè fero, quod cum nullus ex coætaneis meis, quem ego nouerim modeſtiora concupiuerit, nemo difficiliùs ad concupita profectus eſt, ſummum nempè nunquam me locũ exoptaſſe, teſtis hæc noſtra ſimul & omnium ſpectatrix, quæ cogitationes meas ſemper introſpiciẽs nouit, quotiens humani more ingenij, per omnes ſtatuum gradus mente diſcurrerem, nunquam tranquillitatem illam ac ſerenitatem animi, quam rebus omnibus præferendam arbitror, in ſupremo fortunæ culmine poſitam agnouiſſe. ideoquè & curarum & ſollicitudinum refertam uitam, exhorrentem mediocria, ſobriè ſe ſemper iuditio prætuliſse, nec uerbo ſolum, ſed mente etiam Horatianum illud approbaſſe:

Auream quiſquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obſoleti,
Sordibus tecti: caret inuidẽdá
Sobrius aula:

Nec minus mihi ratio placuit, quàm dictum·

Sæpius uentis agitatur ingens
Pinus, & celſa grauiore caſu
Decidunt turres, feriuntq; ſummos,
Fulgura montes:

Hanc profectò mediocritatem, nunquam mihi contigiſſe doleo. A. Quid ſi quæ putas mediocria ſuprà te ſunt? quid ſi uera mediocritas iampridem contigit? quid ſi abunde contigit? quid ſi illam longè poſt tergum reliquiſti, & multò pluribus inuidiæ, quàm contemptus materiam præbes. F. Et ſi ita eſſet, mihi tamen contrarium uidetur. A. Peruerſam opinionem malorum omniũ, ſed huius præcipuè cauſam eſſe non ambigitur, ab hac igitur charybdi, omnium, ut ait Tullius, remorum ac uelorum auxilio fugiendum eſt. F. Vnde me fugere, quo ue proram tendere, quid denique opinari iubes, niſi q uideo? A. Vides ubi oculos intendiſti, ac ſi retrò reſpicias, uidebis innumerabilem turbam ſequi, teque primo agmine, aliquanto proximiorem eſſe quàm ultimo, ſed timor animi rigorq; propoſiti non permittunt oculos in tergum flectere. F. Deflexi, cum interdum multosq; poſt me uenire perpendi, neq; ſortis meæ pudet:

Sed curarum piget ac pœnitet tantarum.

Quod ut eiuſdem Horatij uerbo utar:

Fluitem dubiæ ſpe pendulus horæ.

Si hæc anxietas tollatur, quantum habeo abundè ſufficiat, dicamquè æquanimiter, quod eodem loco ait:

Item quid credis amice precari. Sit mihi,
Quod nunc eſt etiam minus ut mihi uiuam;
quid ſuper eſt æui?
Si quid ſupereſſe uolunt dij.

Ego ſemper dubius futuri, ſemper animo ſuſpenſus, nullam ex fortunæ muneribus dulcedinem capio, adhuc ut uides hactenus alijs uiuo, quod miſerrimum ex omnibus eſt: atq; utinam uel ſenectutis mihi reliquiæ cõtingãt, ut qui procelloſos inter fluctus uixerim, moriar in portu. A. Tu'ne igitur in tanto rerum humanarum turbine, tanta uarietate ſucceſſuum, tantaq; caligine futurorũ (& ut breuiter dicã) ſub imperio poſitus fortunæ, ſolus ex cunctis hominũ milibus, curarũ uacuã ætatẽ ages? uide quid cupias mortalis, uide quid poſtules? quod uerò non tibi te uixiſſe conquereris, non inopiæ, ſed ſeruitutis eſt, quam licet (ut tu idem aſſeris) miſeriam eſſe confitear, tamen ſi circũſpicis, pauciſsimos homines ſibi uixiſſe reperies. nã & hi qui putantur fœliciſsimi, & quibus innumerabiles uiuũt, ſeipſos ſimul alijs uiuere, uigiliarũ et laborũ aſsiduitate teſtantur. Quid enim (ut ſupremo te commoueri faciam exemplo) Iulius Cæſar, cuius illud uerum, licet arrogans dictum eſt: Humanũ paucis genus uiuit, nunquid poſtquam eò genus redegerat humanum, ut ſibi uni uiueret, ipſe interim alijs uiuebat. interrogabis fortaſſe quibus? ijs nimirum à quibus occiſus eſt. de Bruto uel Cimbro cæteriſque perfidæ coniurationis auctoribus, quorum cupiditates explere non ualuit, tanti munificentia largitoris. F. Mouiſti animum fateor, ut iam nec ſeruum me, nec inopem indigner. A. Indignare potius te non eſſe ſapientem, quod unum & libertatem & ueras diuitias præſtare potuiſſet, cæterum quiſquis cauſarum abſentia æquo ferens animo, effectus non adeſſe conqueritur, nec cauſarum certam tenet ille rationem nec effectuum. exequere autem nũc quid te premit, præter hæc quæ dicta ſunt, corporis ne fragilitas, an latens moleſtia? F. Nempe corpus hoc oneroſum ſemper fuit, quotiens meipſum contemplatus fui, at cum alienorum grauedinem corporum reſpexi, ſatis obediens me mancipium habere fateor, poſſem idem utinam, & de animo gloriari, ſed ille imperat. A. Vtinam rationis ipſe ſubditus imperio, ſed ad corpus redeo, quod in eo moleſtum experiris. F. Nihil equidem, niſi communia quædam, quod mortale eſt, quod ſuis doloribus implicat, mole prægrauat, ſomnum ſuadet ſpiritu uigilante, alijsq; neceſsitatibus ſubigit humanis, quas enumerare & longum & inamœnum eſt. A. Cõpone animum precor, teque hominem eſſe recordare, licet anxietas iſta ceſſauerit, ſi quid præter hoc angerit exquire. F. Illa'ne tibi inauditum eſt fortunæ nouercantis immanitas, cũ uno die me ſpeſque & opes meas omnes, & genus & domum impulſu ſtrauit impio. A. Video oculorum tuorum ſcatebras, ideoque prætereo, neque enim nunc docẽdus ſed admonendus es, unum igitur hic admonuiſſe ſufficiet. ſi enim non priuatarum modò familiarum, ſed notiſsimas tibi regnorum ex omnibus ſeculis recoles ruinas, nonnihil tibi Tragœdiarum lectio profuerit, ut non pudeat tuguriolum tuum cum tot regis ædibus conflagraſſe procede modò, hæc enim partius dicta, ſpecioſius tibi ruminanda ſeruabis. F Quis uitæ meæ tædia & quotidianum faſtidium ſufficienter exprimat, mœſtiſsimam turbulentiſsimamque orbem terrarum omnium anguſtiſsimam atque ultimam ſentinã, & totius orbis ſordib. exundantẽ? quis uerbis æquet, quæ paſsim nauſeã concitẽt grauẽ, olẽtes ſemitas permixta rabidis canibus, obſcœnas ſues, & rotarum muros quatientiũ ſtridorem, aut tranſuerſas obliquis itineribus quadrigas, tàm diuerſas hominum ſpecies, tot horrenda mendicãtium ſpectacula, tot diuitum furores, illos mœſtitia deuictos, hos gaudio laſciuiaque fluitantes, tàm denique diſcordantes animos, arteſque tàm uarias, tantùm confuſis uocibus clamorem, & populi inter ſe anxietatis incurſum. quæ omnia & ſenſus melioribus aſſuetos conficiunt, & generoſis animis eripiunt quietem, & ſtudia bonarum artium interpellant? itaque me Deus ex hoc naufragio, puppe liberat illæſa, ut ego ſæpè circunſpiciens, in infernum uiuens deſcendiſſe mihi uideor, i nunc & honeſtis cogitationibus incumbe:

I nunc & uerſus tecum compone canoros.

A. Hic me Flacci uerſiculus, quid potiſsimum lamenteris admonuit, doles quod importunum ſtudijs tuis locum nactus es, quoniam ut ait idem:

Scriptorum chorus omnis amat nemus & fugit urbes.

Tuq; ipſe in epiſtola quadam, eandem ſententiam uerbis alijs expreſsiſti:

Sylua

Sylua placet muſis, urbs eſt inimica poëtis.

Quod ſi unquam inteſtinus tumultus tuæ mentis conquieſceret, fragor iſte circumtonans (mihi crede) ſenſus quidem pulſaret, ſed animum non moueret. at ne nota pridem auribus tuis ingeram, habes Senecæ de hac re non inutilem epiſtolam, habes & librum eiuſdem de tranquillitate animi, habes & de tota hac mentis ægritudine tollenda, librum. M. Ciceronis egregium, quem heſternæ diei diſputationibus, in Tuſculano ſuo habitis ad Brutum ſcripſit. F. Singula hic haud negligenter legiſſe me noueris A. Quid ego, nihil ne profuerunt? F. Immò uerò inter legendum plurimum, libro autem è manibus elapſo, aſſenſio ſimul omnis intercidit. A. Communis legentium mos eſt, ex quo monſtrum illud execrabile literatorum paſsim, flagitioſiſsimos errare greges, & de arte uiuendi multa, licet in ſcholis diſputentur, in acta paucum conuerti: tu uerò ſi ſuis locis notas certas impreſſeris, & fructum ex lectione percipies. F. Quas notas. A. Quotiens legenti ſalutares ſeſe offerunt ſententiæ, quibus uel excitati ſentis animum uel frenari, noli uiribus ingenij fidere, ſed illas in memoriæ penetrabilibus abſconde, multoque ſtudio tibi familiares effice, ut quod experti ſolent medici, quocunque loco uel tempore, dilationis impatiens morbus inuaſerit, habeas uelut in animo cōſcripta remedia. Sunt enim quædam ſicut in corporibus humanis, ſic in animis paſsiones, in quibus tàm mortifera mora eſt, ut qui diſtulerit medelam, ſpem ſalutis abſtulerit, quis enim ignorat (exempli gratia) eſſe quoſdam motus tàm præcipites, ut niſi eos in ipſis exordijs ratio frenauerit, animū corpusque, & totū hominē perdant, & ſerū ſit, quicquid poſt tempus apponitur. In qbus primum obtinere locum reor iram. cui non fruſtrà rationis ſedem ſuperpoſitam eſſe diffinunt, hi qui in tres partes animam diuiſerunt. Rationē in capite uelut in arce, iram in pectore, concupiſcentiam ſubter præcordia collocātes, ut ſcilicet præſtò ſit, quæ ſubiectarum peſtium uiolentos impetus repente coërceat, & ex alto uelut receptui canat, quod frenū, quia iræ magis neceſſarium erat, illi uicinior ſita eſt. F. Conſulte equidem, quod ut me non tantum ex phyſicis, ſed ex poëticis etiam ſcripturis elicuiſſe prouideas, per illorum uētorū rabiem, quam Maro deſcribit, ſpeluncis abditis latitantem, ſuperiectosque montes, & regem in arce ſedentem, atque illos imperio mitigantem, iram atque impetus animi poſſe denotari, mecum ſæpè cogitaui, in profundo ſcilicet pectoris deferuentes, qui niſi coërceantur rationis freno (ut ibidem legitur)

Maria ac terras cœlumque profundum:
Quippè ferant rapidi ſecum uerrantque per auras.

Per terras enim quid niſi terream corporis materiam, per maria quid niſi humorem quo uiuitur, per cœlum uerò profundum, quid niſi interiore loco habitantē animam intelligite? cuius (ut alio loco ait idem) igneus eſt uigor, & cœleſtis origo, quaſi diceret, corpus atque animam, & breuiter totum hominem cui dominabuntur, in præcipitium agent. ex aduersò autem, mōtes regemque præſidentem, quid niſi capitis arcem & rationem eſſe, quæ illic inhabitat? ſic enim ait:

Hinc uaſto rex Aeolus antro,
Luctantes uentos tempeſtatesque ſonoras
Imperio premit & uinculis ac carcere frenat.
Illi indignantes magno cum murmure montis.
Circum claustra fremunt ſumma ſedet Aeolus arce.
Sceptra tenens.

Hæc ille. Ego autem ſingula uerba diſcutiens, audiui indignationem, audiui luctamen, audiui tempeſtates ſonoras, audiui murmur, ac fremitum, hæc ad iram referri poſſunt. audiui rurſus regem in arce ſedentem, audiui ſceptra tenentē, audiui imperio trementē, & uinculis ac carcere frenantē, quæ ad rationem quoque referri poſſe quis dubitet? attamen ut de animo atque ira animum turbante, dici omnia conſtaret, uide quid addidit:

Mollitque animos & temperat iras.

A. Laudo

Mollitq; animos & temperat iras.

A. Laudo hæc, quibus abundare te uideo, poëticæ narrationis arcana, ſiue enim id Virgilius ipſe ſenſit dum ſcriberet, ſiue ab omni tali conſideratione remotiſsimus, maritimam his uerſibus, & nil aliud deſcribere uoluit tempeſtatem, hoc tamen de irarum impetu, & & rationis imperio dixiſti facere ſatis, & propriè dictum puto. ſed unde diſceſſeram reuertar, & aduerſus iram & aduerſus reliquos motus, præcipuèque aduerſus hanc, de qua loquimur peſtem, aliquid ſemper excogita, quod cum intenta tibi ex lectione contigerit. Imprime ſententijs utilibus (ut incipiens dixeram) certas notas, quibus uelut uncis memoria uolentes abire contineas. hoc equidem præſidio conſiſtes immobilis, tum aduerſus cætera, tum contrà animi triſtitiam, quæ umbra uelut peſtilentiſsima uirtutum ſemina & omnes ingeniorum fructus enecat, In qua poſtremò, (ut eleganter ait Tullius) fons eſt & caput miſeriarum omnium. Profectò autem ſi alios, teque diligenter ſimul excuſſeris (omiſſoque quod nullus hominum eſt, cui non multæ ſint lugendæ cauſæ, omiſſo prætereà quod delictorum tuorum recordatio, iure mœſtum & ſollicitum facit, quod unum mœſtitiæ genus ſalutare eſt, modò deſperatio non ſurrepat) multa tibi diuinitus conceſſa fateberis, quæ inter turbas querulorum atque gementium, conſolandi gaudendique materiam præſtare queant. nam in eo quod tibi nondum uixiſſe quæreris. quodue tumultus urbium, ſtomachorum & maximorum hominum ſimilis querela, & illa cogitatio, quod tua ſponte in hoc incideris anfractus, tuaque ſponte ſi omnino uelle cœperis, poſsis emergere non parum tibi conferrent ſolamen, ubi & conſuetudo longior profuerit, ſi ſtrepitum populorum uelut cadentis aquæ ſonitum, aures tuas edomueris, cum delectatione percipere. Id autem, ut dixi, facillime conſequeris, ſi tuæ primum mentis compeſcueris tumultus, pectus enim ſerenum & tranquillum, fruſtrà uel peregrinæ circumeunt nubes, uel circumtonat extremus fragor, itaq; uelut inſiſtens ſicco littore tutus, aliorum naufragium ſpectabis, & miſerabiles fluitantium uoces, tacitus excipies, quantumue tibi turbidum ſpectaculum compaſsiones attulerit, tantum gaudij afferet propriæ ſortis alienis periculis collata ſecuritas. ex quibus omnem animi triſtitiam, te iam iam depoſiturum eſſe confido. F. Quanquam multa me uellicent, atque illud in primis, quod urbes relinquere, quaſi rem facilem mei cenſes arbitrij, tamen quia in multis me ratione ſuperaſti, uolo & hic prius quàm deijciar, arma deponere. A. Potes ergo iam triſtitia relegata, cum fortuna tua in gratiã redire. F. Poſſum utique ſi modò aliqui eſt fortuna nam ut uides, inter Graium & noſtrum Poëtas, hac de re tanta diſſenſio eſt, ut cum ille fortunam in operibus ſuis nuſquam nominare dignatus ſit, quaſi nil eam eſſe crederet, hic noſter & ſæpè eam nominet, & quodam in loco omnipotentem eam etiam uocet. cui ſententiæ & hiſtoricus ille nobilis fauet, & orator egregius. nam & Criſpus Saluſtius, dominari profectò, ait, in re qualibet fortunam, & Marcus Tullius, humanarum rerum dominam aſſeuerare, non timuit. Ego autem quid ſentiam, aliud fortè tempus ac locus aliter fuit dicendi. quod uerò ad inceptum attinet, euſque mihi profuit admonitio tua, ut meipſum cum maiore parte hominum conferenti, non tam miſer (ut ſolebat) ſtatus meus appareat. A. Gaudeo, ſi quid tibi profui, cupioque prodeſſe cumulatiùs, ſed quoniam ſatis hodiernum colloquium proceſsit, poteris'ne, quæ reſtant in diem tertium differri, atque ibi finem ſtatui. F. Ego uerò numerum ipſum ternarium tota mente complector, non tàm quia tres eo Gratiæ continentur, quàm quia diuinitati amiciſsimum eſſe conſtat, quod non tibi ſolũ aliiſq; ueræ religionis profeſſoribus perſuaſum, quibus eſt omnis in trinitate fiducia, ſed ipſis etiam gentium philoſophis, à quibus traditur uti nos, hoc numero in conſecrationibus deorum. quod nec Virgilius meus ignoraſſe uidetur, ubi ait:

Numero Deus impare gaudet.

De ternario enim loqui, eum præcedentia manifeſtant, tertiam igitur deinceps manibus tuis partem huius tripartiti muneris expecto.

Dialogus

DIALOGVS III. AVG.

SI quid hactenus ſermo tibi meus contulit, oro obteſtorqué ut te facilem haurien-dis quæ ſuperſunt præbeas, contentioſumque ac reluctantem animum deponas. F. Factum puta. ſentio enim me tuis monitis, magna ſollicitudinum mearum parte liberatum, eoque paratior ad reliqua audienda tranſgredior. A. Nondum intractabilia & infixa uiſceribus uulnera tua contigi, & contingere metuo, recolens quantum altercationis expreſſerit querelarum leuior contactus. Spero autem ex aduerſo, collectis uiribus, animum fortiorem, aſperiora deinceps æquanimius laturum. F. Nil metuas, iam aſſueui, & morborum meorum nomen audire, & Medici manus auxilium pati. A. Duabus adhuc adamantinis dextra læuaque premeris catenis, quæ neque de morte, neque de uita ſinunt cogitare, has ſemper extimui, ne te in interitum, agerent, necdum quidem ſecurus ſum, nec prius ero, quàm te ſolutum ac liberum illis effractis abiectisque uidero. neque enim reor impoſsibile, ſed profectò difficile, alioquin fruſtrà circa impoſsibilia uerſarer. eſt autem ut in adamante frangendo, hircinum dicunt (ſic in huiuſcemodi duritie curarum molliendæ) ſanguis ille mirum in modum efficax, qui cum cor aſperum contigerit, frangit ac penetrat. tamen id metuo, quoniam in hac re, tuo ſimul opus eſt aſcenſu, quem ne præſtare poſsis, ſiue ut dicam uerius, ne uelis multum uereor, ne ipſa catenarum circumradians atque oculos mulcens fulgor impediat, ne forte contingat, quod euenturum ſuſpicor, ſi auarus quiſpiam aureis catenis uinctus, in carcere teneretur, ſolui etiam uellet, ſed catenas nollet amittere, tibi autem ea carceris indicta lex eſt, ut niſi catenas abieceris, ſolutus eſſe non poſſis. F. Heu mihi miſerior eram quàm putabam, duæ ne nunc etiam illaqueant animum catenæ, quas ego non agnoſco. A. Immò uerò clariſsimé, ſed earum pulchritudine delectatus, non catenas ſed diuitias arbitraris, euenitque tibi (ut ſimilitudine uerſar in eadem) non aliter, quam ſiquis aureis manicis atque compedibus tentus, aurum lætus aſpiceret, ſed laqueos non uideret. tu quoque nunc captis oculis, quæ te uincunt uides, ſed ô cæcitas, ipſis ad mortem trahentibus uinculis delectaris, quodque eſt omnium miſerrimum gloriaris. F. Quæ nam ſunt quas memoras catenæ? A. Amor & gloria. F. Proh ſuperi, quid audio? has tu'ne catenas uocas, has quoque ſi patiar excuties. A. Hoc molior ſed incertus de euentu, reliquæ enim omnes, quibus tenebaris & fragiliores erant & inamœniores. ideoque dum confringerem fauiſti, hæ autem nocendo placent, ac fallunt quadam ſpe decoris, ideoque plus negotij ſubeſt, reluctaberis enim ceu ſummis te bonis ſpoliare te uelim, aggrediar tamen. F. Quando ego de te talia merui ut ſpecioſiſsimas mihi curas uelles eripere, & tenebris damnare perpetuis ſereniſsimam animi mei partem? A. Ha miſer, an tibi phyſica illa uox excidit, tum conſumatum fore miſeriarum cumulum, cum opinionibus falſis, perſuaſio funeſta succreſcit, ita fieri oportere. F. Haud quaquam excidit, ſed propoſito remota ſententia eſt. Cur enim non ita fieri oportere arbitrer? atque nihil unquam rectius arbitratus ſum. quàm eſſe hos nobiliſsimos, quos mihi obijcis affectus. A. Segregemus hic tantiſper, dum remedijs conquirendis inhio, ne dum huc illuc diſtrahor, fragiliore impetu ferar ad ſingula. dic ergo, quoniã prius amoris mentio facta eſt, Non'ne hanc omniũ extremã ducis inſaniam. F. Nequid ueritati ſubtrahã, pro diuerſitate ſubiecti, amorẽ uel deterrimã animi paſsionẽ, uel nobiliſsimã actionẽ dici poſſe cenſeo. A. Ne res egeat exẽplo aliud in mediũ profer. F. Si infamẽ turpẽq; mulierẽ ardeo, inſaniſsimus ardor eſt, ſi uerũ aliqđ ſpecimẽ uirtutis allicit, inq; illud amãdũ uenerãdũq; molitus ſum, qđ putas, nullũne tã diuerſis ſubieb. ſtatuis diſcrimẽ, adeò ne pudor omnis euanuit, ego uerò ut ex me aliqđ loquar, ſicut

primum graue & infauſtum animi pondus æſtimo, ſic ſecundo uix quicquam reor eſſe fœlicius, quod ſi tibi contrarium forſitan uidetur, ſuam quiſquam ſententiam ſequatur, eſt enim ut noſti opinionum ingens ueritas libertasq́ iudicandi. A. In rebus contrarijs, opinio diuerſa, ueritas una atq; eadem ſemper eſt. F. Iſtud quidem ita eſſe fateor: ſed hoc eſt quod tranſuerſos agit, opinionibus antiquis inhæremus pertinaciter, nec facilè diuellimur. A. Vtinam tàm rectè de tota amoris quæſtione ſentires, ut de hoc ſentis articulo. F. Quid multa? tàm rectè ſentire mihi uideor, ut contra ſentientes inſanire non dubitem. A. Inueteratum mendacium pro ueritate ducere, nouiterq́ compertam ueritatem æſtimare mēdacium, ut omnis rerum auctoritas in tempore ſita ſit, demētia ſumma eſt. F. Perdis operam, nulli crediturus ſum, ſuccurritq́ illud Tullianum, Si in hoc erro, libenter erro: neque hunc errorem auferri mihi uolo dum uiuo. A. Ille quidem de animæ immortalitate loquens, opinionem pulcherrimam omnium, ac uolens, quàm nihil in ea dubitaret quanquam contrarium audire nollet, huiuſcemodi uerbis uſus eſt. tu in opinione fœdiſsima atque falſiſsima, ijſdem uerbis abuteris. Profectò enim & ſi mortalis eſſet anima, immortalem tamen æſtimare melius foret, errorquè ille ſalutaris uideri poſſet, uirtutis incutiens amorem, quæ quamuis etiam ſpe præmij ſublata, per ſeipſam expetenda ſit, deſiderium tamen eius, proculdubiò propoſita animæ mortalitate, lenteſceret. contraquè licet mendax futuræ uitæ promiſsio, ad excitandum animos mortalium, non inefficax uidetur, tibi uerò quid allaturus error iſte tuus ſit uides, nempè in omnes animum præcipitaturus inſanias, ubi pudor & metus. & quæ frenare ſolet impetus rationis, ac cognitio ueritatis exciderint. F. Dixi iam, quod operam perderes. Ego enim nihil unquam turpè, immò uerò niſi pulcherrimum amaſſe me recolo. A. Etiam pulchra turpiter amari poſſe certum eſt. F. Nec in nominibus certè, nec in aduerbijs peccaui, deſine iam amplius inſectari. A. Quid ergo, uis'ne ut Phrenetici quidem ſolēt, inter iocos & riſus expirare? animo miſerabiliter ægrotanti, adhuc aliquid remedij adhibere mauis. F. Non reſpuo remedium quidem, accedat ſi me ægrū monſtraueris: benè ualentibus autē remediorū inculcatio ſæpè funeſta eſt. A. Cōualeſcendo tu quidem, quod multis accidit, te grauiter ægrotaſſe fateberis. F. Ad poſtremū ſpreuiſſe nequeo, cuius & ſæpè aliàs, & his præſertim proximis diebus, ſana conſilia ſum expertus, Perge igitur. A. Primum ergo unam hanc mihi ueniam tribui uelim, ſi cogente materia, aduerſus delitias tuas, aliquid fortaſsis infectus fuero, iam enim hoc præuideo, quàm grauiter in auribus tuis ſonitura ſit ueritas. F. Ante quam incipias, audi paululum, ſcis ne de quo loquendum tibi ſit? A. Diligenter mihi præuiſa ſunt omnia, de muliere morali ſermo nobis inſtituitur, in qua admiranda colendaquè, te magnā ætatis partem conſumpſiſſe doleo, & in tali ingenio, tantā & tàm longæuā inſaniam uehementer admiror. F. Parce cōuitijs precor, mulier mortalis erat & Thais & Liuia, cæterum ſcis nè de ea muliere mentionem tibi exorta, cuius mens terrenarum neſcia curarum cœleſtibus deſiderijs ardet. in cuius aſpectu, ſi quid uſquam ueri eſt, diuini ſpecimen decoris effulget, cuius mores conſumatæ honeſtatis exemplar ſunt, cuius nec uox, nec oculorum uigor mortale aliquid, nec inceſſus hominem repræſentat, hic quæſo iterum atque iterum cogita, credo quibus uerbis utendum ſit, intelliges. A. Ha demens ita ne flammas animi, in ſextum decimum annum falſis blanditijs aluiſti profectò non diutius Italiæ famoſiſsimus. Hannibal incubuit, nec crebriores illa nunc armatorum impetus paſſa eſt, nec ualidioribus arſit incendijs, quam tu his temporibus uiolentiſsimæ paſsionis flammas atque impetus pertuliſti. inuentus tamen eſt, qui illum tandem abire compelleret Hannibalem, tuum quis ab his unquam ceruicibus auertet? ſi tu eum & exire uetas, & ut tecum maneat ſponte iam ſerius inuitas, malo proprio delectaris infœlix, atque oculos illos, uſque tibi in pernitiem placentes, ſuprema clauſerit dies, cum effigiem morte uariatam, & pallentia membra conſpexeris, pudebit animum immortalem, caduco applicuiſſe corpuſculo, & quo nūc tàm pertinaciter aſtruis, cū rubore recordaberis. F. Auertat deus omen, ego iſta non uidebo. A. Equidem

neceſſariò

neceſſariò euentura ſunt. F. Scio, ſed non tàm inimica mihi ſunt ſydera, ut naturæ ordinem in hac morte perturbant, prius intraui, prius ingrediar. A. Meminiſti credo temporis illius, quo contrarium timuiſti, & quaſi iam mortuæ amicæ funereum carmen dictante, triſtitia ceciniſti. F. Memini certè ſed dolui, & adhuc recolens contremiſco, indignabarq; me nobiliori uelut animæ meæ parte truncatum, illi eſſe ſuperſtitem, quæ dulcem mihi uitam, ſola ſui præſentia faciebat. hoc enim carmen illud deflet, quod tunc multo lachrymarum imbre reſperſum excidit mihi, ſententiam memini, ſi uerba tenerem. A. Non hoc quæritur, quantum tibi lachrymarum mors illius formidata, quantumúe doloris inuexerit, ſed hoc agitur, ut intelligas, quæ ſemel concuſsit, poſſe formidinem reuerti, eoq; facilius, quod & omnis dies ad mortem propius accedit, & corpus illud egregiũ, morbis ac crebris perturbationibus exhauſtum multum priſtini uigoris amiſit. F. Ego quoque & curis grauior, & ætate prouectior factus ſum. itaq; illa ad mortem appropinquante præcurri. A. O furor, ex naſcẽdi ordine ordinem mortis arguere. quid enim aliud orba ſenectus quæritur parentum, niſi adoleſcentium filiorum feſtinatas mortes? quid anno ſe lugent aliud nutrices, niſi infantium ſuorum anticipatum tempus,

Quos dulcis uitæ exortes, & ab ubere raptos,
Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo,

Si uerò paucorum numerus annorum, quo illam præcedis, ſpem tribuit uaniſsimam, prius te quàm furoris tui fomitem eſſe moriturum, & hunc naturæ ordinem tibi fingis immobilem. F. Non uſq; adeò immobilem, ut contrarium fieri poſſe ſim neſcius, ſed aſsiduè ne idem adueniat precor, ſemperq; de eius morte cogitãti ſuccurrit iſte uerſus Ouidij:

Tarda ſit illa dies & noſtro ſerior æuo.

A. Has ineptias amplius audire non ualeo, quid enim quando præ mori illam poſſe non ignorat, quid illa moriente dicturus es? F. Quid dicturus aliud, niſi me præſente calamitate miſerrimum: ſolamen uerò ex recordatione tranſacti temporis habiturum, rapiant uẽti tamen iſta quæ loquimur, & ſpargant augurium procellæ. A. O cæce necdum intelligis quanta dementia eſt, ſic animũ rebus ſubieciſſe mortalibus, quæ eũ & deſiderij flãmis accendant, nec quietare nouerint, nec permanere ualeant in finem, & crebris motibus, quæ demulcere pollicentur, excruciant. F Si quid habes efficatius profer, nunquam hoc me ſermone terrueris, neq; enim ut putas, mortali rei animum addixi, ne me tam corpus noueris amaſſe, quàm animam moribus humana tranſcendentibus delectatum, quorum exemplo, qualiter inter cœlicolas uiuatur admoneo, itaque ſi (quod ſolo torquet auditu) me prior moriens illa desereret, quid agerem interrogas, cum Lelio Romanorum ſapientiſsimo proprias miſerias conſolarer, uirtutem illius amaui, quæ extincta non eſt, hæc dicerẽ atq; alia, quæ illum dixiſſe audio, poſt eius interitum, quem miro quodam amore dilexerat. A. Inexpugnabili erroris arce conſiſtis, unde te deijcere non ocioſus labor eſt, & quoniam ita te affectum uideo, ut multo patientius ſis, quicquid de te, quàm quod de ipſa liberius dicetur, mulierculam tuam quam talibus cumules licebit. nihil enim aduerſabor, ſit regina, ſit ſancta, ſit Dea certè,

An Phœbi ſoror, an nympharum ſanguinis una?

Ingens tamẽ eius uirtus, minimum tibi ad excuſationem erroris conferret. F. Quid noui litigij ordiaris expior. A. Dubitari non poteſt, quin pulcherrima ſæpè turpiter amentur. F. Iam ad hæc ſuprà reſponſum eſt, ſi enim amoris in me regnantis facies cerni poſſet eius uultus (quẽ licet multũ tamẽ debito partius laudaui) non abſimilis uideretur, hæc mihi coram quo loquimur teſtis eſt, quod in amore meo nil unquam turpè, nil obſcœnum fuerit, nil denique præter magnitudinem culpabile. adde modum, nihil pulchrius excogitari queat A. Poſſum tibi Tulliano uerbo reſpondere, Modum tu quæris uitio. F. Non uitio ſed amori. A. Et ille cum id diceret, de amore loquebatur, locum tenes. F. Quid ni in Tuſculano hæc legi, uerum ille de cõmuni amore hominum ſentiebat, in me autem ſingularia quædam ſunt. A. Enimuerò idem de ſe alijs fortaſsè

uideatur,

uideatur, uerumq́; eſt, tum in alijs, tum in hac præcipuè paſsione, quod unuſquiſq; ſuarum rerum eſt benignus interpres. nec ineptè illud, à plebeio licet quodã Poëta dictũ laudatur:

Suam cuiq; ſponſam, mihi meam,
Suum cuiq; amorem, mihi meum,

F. Vis'ne ſi tempus ſuppetit pauca de multis exponam, quæ te in admirationem ſtuporemq́; compellant? A. Me ne putes ignorare,

Quod qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt?

Omnibus ſcholis notiſsimum carmen eſt. cæterum ex ore eius piget has inſanias audire, quem decet altius & ſapere & loqui. F. Vnum hoc (ſeu gratitudini ſeu ineptiæ aſcribendum) non ſileo, me quãtulumcunq; conſpicis, per illam eſſe, nec unquã ad hoc, ſi quid eſt nominis aut gloriæ fuiſſe uenturũ, niſi uirtutũ tenuiſsimã ſementẽ, quam pectore in hoc natura locauerat, nobiliſsimis his affectibus coluiſſet. Illa iuuenilem animum ab omni turpitudine reuocauit, uncoq; ut aiunt, retraxit, atq; alta cõpulit ſpectare. quid ni certum enim eſt amorẽ in amatos mores transformare, at qui nemo unquam tàm mordax cõuitiator inuentus eſt, qui huius famã canino dente contingeret, qui dicere auderet (ne dicã in actibus eius ſed in geſtu uerborũ) reprehenſibilè aliquid ſe uidiſſe. ita qui nihil intactũ liquerant, hanc mirantes uenerantesq́; reliquerunt: minimè igitur mirum eſt, ſi hæc tàm celebris fama, mihi quoq; deſideriũ famæ clarioris attulit, laboresq́; duriſsimos, quibus optata conſequerer molliuit. quid enim adoleſcẽs aliud optabam, quàm ut illi uel ſoli placerẽ, quæ mihi uel ſola placuerat. quod ut mihi contingeret ſpretis mille uoluptatum illecebris, quod me ante tempus curis laboribusquè ſubiecerim noſti, & iubes illam obliuiſci uel partius amare, quæ me à uulgi conſortio ſegregauit, quæ dux uiarum omnium, torpenti ingenio calcar admouit, ac ſemiſopitum animum excitauit. A. Infœlix, quantò ſatius fuerat tacere quàm loqui, quamuis enim uel in ſilentio talem te introrſus aſpicerem, aſſeueratio tamen ipſa tàm pertinax, bilem ſtomachumq́; percuſsit. F. Cur quæſo. A. Quia falſum opinari ignorantis eſt, falſum impudenter aſſerere, ignorantis pariter & ſuperbi. F. Quid me tàm falſum uel ſenſiſſe uel pertuliſſe confirmas. A. Nempe uniuerſa quæ memoras, primùm omnium ubi ais, te quod es per illam eſſe, ſi ſic intelligis, ut hæc eſſe illa dederit, mentires haud dubiè, ſi uerò ſic ut non amplius eſſe permiſerit, uerum dicis. O' quantum iurgium euadere poteras, niſi illa te formæ blanditijs retraxiſſet. quod es igitur, naturæ bonitas dedit, quod eſſe poteras illa præripuit, immò tu tibi potius abſtuliſti. illa enim innocens eſt, forma quidẽ tibi uiſa eſt tã blãda, tàm dulcis, ut in te omnẽ ex natiuis uirtutũ ſeminibus prouenturã ſegetem, ardentiſsimi deſiderij æſtibus & aſsiduo lachrymarũ imbre uaſtauerit. quòd autem te ab omni turpitudine illa retraxerit, falſò gloriatus es, retraxit forſan à multis, ſed in maiores impulit ærũnas. enimuerò neq; uarijs ſordibus obſcœnã uiã declinare monuit, ſi in præcipitium perduxit, nec quæ minutiora ſanans ulcera, lætale interim iugulo uulnus inflixit. liberaſse potiùs quàm occidiſse dicendum eſt, ita quoque quam tu am prædicas ducem, à multis te obſcœnis abſtrahens in ſplendidum impulit barathum. quod uerò alta ſpectare docuit, quod ſegregauit à populo, quid aliud fuit, quàm præſidentem ſibi, & unius captu dulcedine contemptorem rerum omnium, ſtudioſequè negligentem reddidiſſe. quo nihil in conuictu hominũ ſcias eſſe moleſtius. iam quod innumeris illã te laboribus implicuiſſe commemoras, hoc unum uerè prædicas. quid autem hic tàm magni muneris inuenias cogita, cum multiformes enim ſint labores, quos declinare non licet, quãta dementia eſt nouos ſponte ſectari? at quod famæ clarioris auidum, per illam te factũ gloriaris, compatior errori tuo, ſiquidem ex animi tui ſarcinis, nullam tibi funeſtiorem eſſe monſtrabo, ſed nondum eò peruenit oratio. F. Promptiſsimus dimicator comminatur & uulnerat, ego autẽ & uulnere & cõminatione promoueor, & titubare iam grauiter incipio. A. Quantò grauius titubabis, cũ grauiſsimum uulnus inflixero? Iſta nempè quam prædicas, cui omnia te debere aſſeris, iſta te peremit. F. Deus bonè, quibus mihi perſuadebitur modis. A. Ab amore cœleſtium elõgauit animũ, & à creatore ad creaturã deſiderium inclinauit, quæ una quidem ad mortem pronior fuit uia. F Noli quæſo præcipitare ſenten

te ſententiã, Deum profectò ut amarem, illius amor præſtitit. A. At peruertit ordinem F. Quo'nam modo? A. Quia cũ creatũ omne, creatoris amore diligendum ſit, tu cõtrà creaturæ captus illecebris, creatorem nõ quomodo decuit amaſti, ſed miratus artificem fuiſti, quaſi nihil ex omnibus formoſius creaſſet, cum tamen ultima pulchritudinum ſit forma corporea. F. Hanc præſentem in teſtimonium euoco, conſcientiamqúe meam facio conteſtem, me (quod ſuperius dixeram) illius non tàm corpus amaſſe quàm animã, quod hinc percipies licebit, quoniam quò illa magis in ætate progreſſa eſt, (quid eò corporeæ pulchritudinis ineluctabile fulmen eſt) eò firmior in opinione permanſi, & ſi enim uiſibiliter, in uere flos tractu temporis langueſceret, animi decus amplius augebatur, quin ſicut amandi principium, ſic incepti perſeuerantiam miniſtrauit: alioquin ſi poſt corpus abijſſem iam pridem mutandi propoſiti tempus erat. A. Me'ne ludis? an ſi idem animus in ſqualido & nodoſo corpore habitaret, ſimiliter placuiſſet? F. Non audeo quidem id dicere, neque enim animus cerni poteſt, nec imago corporis talem ſpopondiſſet, ac ſi oculis appareret, amarem profectò pulchritudinem animi, deforme licet habentis habitaculum. A. Verborum quæris adminicula: ſi enim, non niſi quod oculis apparet amare potes, corpus igitur amaſti, nec tamen negauerim animum quoq; illius & mores, flammis tuis alimenta præbuiſſe, nimirum cum (uti paulopòſt dicam) nomen ipſum non nihil, imò uel plurimum furoribus iſtis addiderit. cùm enim in omnibus animi paſsionibus, in hac præſertim euenit, ut ex minimis fauillis, ſæpè incendia magna conſurgant. F. Video quo me cogas, ut ſcilicet cum Ouidio fatear:

Animam cum corpore amaui.

A. Hoc quoque quod ſequitur fatearis oportet, neutrum te ſatis ſobriè, neutrum amaſſe quomodo decuit. F. Torquendus tibi ſum antequàm fatear. A. Aliud quoq; te propter hũc amorem, in magnas concidiſſe miſerias. F. Hoc quamuis aculeum ſuſtuleris, non fatebor. A. Immò uerò ſponte tua mox utrunq; fateberis, niſi rationes meas interrogationesq; neglexeris. dic ergo: Meminiſti'ne puerilium annorum, an uerò præſentium turba ſollicitudinũ memoria, omnis illius ætatis euanuit? F. Nempè infantia pueritiaq;, non aliter ante oculos meos ſunt, quàm dies heſterna. A. Meminiſti, quantus in illa ætate timor Dei? quanta mortis cogitatio? quantus religionis affectus? quantus amor honeſtatis? F. Memini profectò, doleoq; creſcentibus annis decreuiſſe uirtutes. A. Ego quidem ſemper extimui, ne illum tàm intempeſtiuum florem uernalis aura diſcuteret, qui ſi, integer illæſusq; manſiſſet, mirabilem fructum ſuis temporibus protuliſſet. F. Ne à propoſito diuertas, quid enim hoc ad ea de quibus ſermo nobis inceptus erat. A. Dicam, percurre tecum tacitus, quando integram tibi ſentis recentemq; memoriam, percurre uniuerſæ uitæ tuæ tempus & ubi tanta morum uarietas inceſſerit, recordare. F. En in ictu oculi, trepidantis annorum meorum numerum ſeriemqúe recenſui. A. Quid reperis igitur? F. Literæ uelut Pythagoræ quam audiuimus, legi non inanem eſſe doctrinam. cum enim recto tramite aſcendens, ad biuium perueniſſem, modeſtus & ſobrius & dexteram iuberer arripere, ad læuam incautus dicam, aut contumax deflexi, neque enim mihi profuit quod ſæpè puer legeram:

Hic locus eſt, partes ubi ſe uia findit in ambas.
Dextera quæ ditis magni ſub mœnia ducit.
Hac iter Elyſium nobis at læua malorum,
Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit.

Hæc nimirum quanquam ante legiſſem, non tamen prius intellexi quàm expertus ſum. ex tunc autem obliquo ſordidoq; calle diſtractus, & ſæpè retro lachrymans conuerſus, dexterum iter tenere non potui, quod cum deſerui, tũc profectò fuerat illa morum meorum facta confuſio. A. At qua'nam hoc ætatis tuæ parte contigerat. F. Medio ſub adoleſcentiæ feruore, & ſi aliquãtiſper expectas, quotus mihi tũc ætatis annus ageretur facilè recordabor. A. Non tam exactum calculum requiro, quin potius illud ediſſere, Quãdo

illius tibi primum mulieris ſpecies uiſa eſt? F. Id utiq; nunquam obliuiſcar. A. Iun
ge igitur tempora. F. Profectò & illius occurſus & exprobratio mea unũ in tempus in
ciderunt. A. Habeo quod uolebam, obſtupuiſti credo, perſtrinxitq; oculos fulgor inſo
litus. dicunt enim ſtuporem amoris eſſe principium, hinc eſt apud naturæ conſcium Poëtã:

Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dydo. Poſt quod ſequitur:

Ardeſcet amans Dydo.

Quæ quamuis, ut noſti optime, fabuloſa narratio tota ſit, ad naturæ tamen ordinem reſpex
it ille dum fingeret. Sed cum obſtupuiſſes ad illius occurſum, cur ad læuam potiſsimum
deflexiſti, puto quia decliuior uidebatur & latior, dextera enim & ardua & anguſta eſt, la
borem igitur timuiſti. at mulier iſta celebris, quam tibi certiſsimam ducem fingis, ad ſupe
ros cur non hæſitantem trepidumq; direxerit, & quod cæcis fieri ſolet, manu apprehenſum
non tenuit, quo & gradiendum foret admonuit? F. Fecit hoc illa quantum potuit. quid
enim aliud egit, cum nullis mota precibus, nullis uicta blandicijs muliebrem tenuit decorẽ,
& aduerſus ſuam ſimul & meam ætatem, aduerſus multa & uaria quæ flectere adamantinũ
licet ſpiritum debuiſſent, inexpugnabilis & firma permanſit. profectò animus iſte fœmi
neus, quid uirum decuit admonebat, præſtabatq; ne inſectando pudicitiæ ſtudio (ut uerbis
utar Senecæ) uel exemplum deeſſet uel conuitium, poſtremò cum lorifragũ ac præcipitem
uideret, deſerere maluit quàm ſequi. A. Turpe igitur aliquid interdum uoluiſti, quod
ſuprà negaueras. at iſte uulgatus amantium, uel ut dicam uerius, amentium furor eſt, ut
omnibus meritò dici poſsit:

Volo nolo, nolo uolo.

Vobis ipſis quid uelitis, aut nolitis ignotum eſt. F. Incautus in laqueum offendi, ſi quid
tamen olim aliter fortè uoluiſſem, amor ætasq; coëgerunt, nunc quid uelim & cupiam ſcio,
firmauiq; iam tandem animum labentem, contrà autem illa propoſiti tenax, & ſemper u
na permanſit, quàm conſtantiam fœmineam, quò magis intelligo, magis admiror. idq; ſibi
conſilium fuiſſe, ſi unquam dolui, gaudio nunc & gratias ago. A. Semel fallenti, non
facilè rurſus fides habenda eſt: tu prius mores atq; habitum. uitamq; mutaueris, quàm ani
mum mutaſſe perſuadeas, mitigatus fortè, ſi tuus leniterq; ignis extinctus non eſt. tu uerò
qui tantum dilectioni tribuis, non aduertis illam abſoluendo, quantum te ipſe condemnes,
illam fateri libet, fuiſſe ſanctiſsimam dum, te inſanum ſceleſtumque fateâre, illam quoque
fœlicíſsimam, dum te eius amore miſerrimum, hoc enim ſi recordaris, incœperam. F. Re
cordor equidem, atq; id ita eſſe negare non ualeo, & quo me ſenſim deduxeris cerno. A.
Vt cernas, apertius animum intende: nihil eſt quod æquè obliuionem Dei contemptum
ue pariat, quàm amor rerum temporalium, iſte præcipuè, quem proprio quodam nomine
amorem, & (quod ſacrilegium omne tranſcendit) Deum etiam uocant, ut ſcilicet humanis
furorib. excuſatio cœleſtis accedat, fiatq; diuino inſtinctu ſcelus immane licentius. Nec mi
rari conueniat tantum poſſe, hunc effectum in pectoribus humanis, ad reliqua enim uiſa,
rei ſpecies ac ſperata fruendi delectatio, & propriè uos mentis impetus rapit. In amore
autem, & huius ſimul & mutuus prætereà ſuccedit affectus, qua ſpe prorſus amota, amo
rem ipſum lenteſcere oportet. Sicut cum alibi ametis duntaxat, hic etiam redamantium al
ternisq; uelut ſtimulis mortale pectus impellitur, ut non fruſtrà Cicero noſter dixiſſe ui
deatur, quod omnibus ex animi paſsionibus, profectò nulla eſt amore uehementior, ualdè e
quidem certus erat, ubi addidit profectò, is qui iam libris quatuor Academiã uidit, de omni
bus, dubitantem. F. Notaui ſæpius illum locum, & miratus ſum quod ita uehementiſſimam,
hanc ex omnibus paſsionibus dixerit. A. Minimè mirareris, niſi quia animum inuaſit
obliuio: cæterum breui admonitione, in multorum malorum memoriam reuocandus es:
Cogita nunc ex quo mentem tuam peſtis illa corripuit, quã repente totus in gemitũ uerſus
es miſeriarũ, & perueniſti, ut funeſta cum uoluptate, lachrymis & ſuſpirijs paſceris, cum ti
bi noctes inſomnes, & pernox in ore dilectæ nomen, cum rerum omnium contẽptus uitæ
que odium, & deſiderium mortis triſtis & amor ſolicitudinis atq; hominum fuga, ut de te

non

non minus propriè quàm de Bellerophonte illud Homericum dici poſſet:

Qui miſer in campis errabat Aleis.
Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans.

Huic pallor & macies, & langueſcens ante tempus flos ætatis, tum graues æternumq́ madentes Oculi, tum confuſa mens & turbata quies in ſomnis, & dormiẽtis flebiles querelæ, ac uox fragilis, luctu rauca, fractusq́ & interruptus uerborũ ſonus. Et quicquid tumultuoſius aut miſerius fingi poteſt: Hæc ne tibi uidentur ſigna ſanitatis? quid, quod illa tibi feſtos lugubresq́ dies inchoauit & clauſit: illa adueniente ſol illuxit, illaq́ abeunte nox rediit, illius mutata frons, tibi animũ mutauit & mœſtus pro illius uarietate factus es. Deniq́ totus ab illius arbitrio pependiſti: ſcis me uera & uulgò etiam nota memorare. quid autem inſanius, quàm non contentum præſenti illius uultus effigie, unde hæc tibi cuncta prouenerant, aliam fictam, illuſtris artificis ingenio quæſiuiſſe, quam tecum ubiq́ circumferẽs haberes, materiam ſemper immortalium lachrymarũ, ueritus ne fortaſſe areſcerẽt irritamẽta earum: omnia uigilantiſsime cogitaſti, negligenter incurioſius in reliquis. at ut omnium deliratiorum tuarum ſupremũ culmen attingam, & quod pauloantè comminatus ſum, pergamus. quis digne ſatis exercetur aut ſtupeat hanc alienatæ mentis inſaniã, cum non minus nominis, quàm ipſius corporis ſplendore captus, quicquid illi conſonum fuit, incredibili uanitate coluiſti: quam ob cauſam tantopere, ſiue Cæſaream ſiue Poëticam laureã, quod illa hoc nomine uocaretur adamaſti, ex eoq́ tempore ſine Lauri mẽtione, uix ullum tibi carmen effluxit. non aliter, quàm ſi uel Penei gurgitis accola, uel Cyrrhei uerticis ſacerdos exiſteres. denique quia Cæſaream ſperare fas non erat, lauream Poëticam, quã ſtudiorũ tuorũ tibi meritũ promittebat, nihilò modeſtius, quã dominã Laurũ ipſam adamaueras & cupiſti. ad quã adipiſcendã, quanquam alijs ingenijs ſubuectus, quãto tamẽ cũ labore perueneris, tecũ ipſe recogitans perhorreſces. nec me latet, quin reſponſioni paratum & adhuc hiſcere meditantẽ, uideo, quid tibi nunc in animo uerſetur. cogitas nempè te his ſtudijs aliquantò prius etiam quàm arderes deditum fuiſſe, Poëticumq́ illud tibi decus, ab annis puerilibus animum excitaſſe, quod ego quidem nec inficior, nec ignoro, uerum enimuerò & multis retrò ſeculis obſolefactus mos, atq́ hæc ætas ſtudijs talibus aduerſa, & longarum diſcrimina uiarum quibus uſq́ ad limen nõ carceris modo, ſed mortis acceſsiſſe, aliaq́ nõ minus uiolẽta fortunæ obſtacula propoſitum retardaſſent, ſeu forſitan irritaſſent, niſi prædulcis nominis memoria, iugiter animum interpellans, cæteris curarum ſarcinis excuſſis, per terras & maria, inter tot difficultatum ſcopulos, Romam te Neapolimq́ traxiſſent, ubi tandem, quod tanto ardore cupiebas adeptus es: quæ omnia, ſi tui mediocris furoris argumẽta uideantur, ipſe ego non mediocriter furere certus ero, iam uerò ſciens illa prætereo, quæ ex Eunucho Terentij imitari non puduit Ciceronem, ubi ait:

In amore hæc omnia inſunt uitia: iniuriæ,
Suſpiciones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rurſum.

Recognoſcis in illius uerbis inſanias tuas, præcipueq́ zelum, quem ſicut inter paſſiones amor, ſic in hac parte peſtis primas partes obtinere nõ ambigitur, ſed occurres forſitan & dices. Hoc ita eſſe non inficior, ſed aderit ratio, cuius hæc uitia temperetur arbitrio. Iam ita te reſponſurum ille prouideat, ubi addidit:

Incerta hæc ſi tu poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas
Quàm ſi des operam, ut cum ratione inſanias.

Hoc equidẽ dicto, quod abſq́ dubitatione uerisſimum ſentis, omnibus (niſi fallor) euaſionibus tuis obuiatum eſt. hæ atque huiuſcemodi ſunt in amore miſeriæ, quarum accurata dinumeratio, nec experto neceſſaria, nec credibilis inexperto. illa tamen eſt omnium præcipua. (ut ad propoſitũ reuertar) q Dei ſuiq́ pariter obliuionẽ parit. quomodo enim tot malorũ molibus incuruatus animus, ad illũ unum puriſsimũq́ ueri boni fontẽ reptando perueniet? quæ cũ ita ſint, mirari iam deſine, nullã uehementiorẽ animi paſsionem Tullio uiſam eſſe. F. Victus ſum fateor, quoniam cuncta quæ memoras, de medio experiẽtiæ libro, mi-

cc 2 hi uideris

hiuiſderis excerpiſſe. itaque libet, quoniam Terentiani Eunuchi mentionem feciſti, ex eo dem loco ſumptam inſeruiſſe querimoniam:

ô indignum facinus
me miſerum ſentio
Et tadet, & amore ardeo & prudens, ſciens
Viuus uidensq́ pereo, nec quid agam ſcio.

Libet & eiuſdem Poëtæ uerbis, à te conſilium flagitare:

Proin' dum tempus eſt, etiam atq; etiam cogita

Ego quoq; Terentianis tibi reſponſum uerbis dabo.

quæ enim res in ſe neq; conſilium neq; modum,
Habet ullum, eam conſilio regere non potes.

F. Quid igitur faciam, deſperabimus ne? A. Omnia prius temptanda ſunt, quod aũt nũc ꝓbari conſilij mihi ſit, breuiter accipe. Noſti de hac re nõ tantùm ab egregijs philo ſophis ſingulares tractatus, ſed ab illuſtribus etiã poëtis, integros libros eſſe cõpoſitos, qui ubi'nã quærendi qualiter'ue ſint intelligẽdi, tibi præſertim qui harũ rerũ magiſteriũ profite ris, ingerere iniurioſum fuerit, qualiter autẽ lecta intellectaq́ in ſalutẽ tuã uertẽda ſint, admo nuiſſe, forſitan nõ erit alienũ. Primũ igitur, ꝙ ait Cicero, nonnulli ueterẽ amorem nouo a. more, tan ꝙ̃ clauũ clauo excutiendum putant, cui conſilio, & magiſter amoris Naſo conſen tit, regulam afferens generalem:

Quod, ſucceſſore nouo uincitur omnis amor:

Et proculdubiò ſic eſt, diſgregatus enim & in multa diſtractus animus, ſegnior fertur ad ſin gula ſic Gãges (ut aiũt à rege Perſarũ innumerabilibus alueis diſtinctus, atq; ex uno metuẽ doq; flumine, in multos ſpernendosq́ riuulos ſecutus eſt, ſic ſparſa acies penetrabilis hoſti reddit, ſic diffuſum lẽteſcit incendiũ: deniq; omnis uis ut unita creſcit, ſic diſperſa minuitur. Valdè ſiquidẽ metuendum eſt, ne dum ex una eaq́ (ſi dici fas eſt) nobiliori paſsione ſubtra- heris, dilabaris in plurima, & ex amante mulieroſus, uagus & inſtabilis fias: meo nempè iu dicio, ſi ineuitabiliter pereundũ ſit, nobiliori morbo perijſſe ſolatium eſt. Quid igitur con- ſulam quæris? colligere animum & effugere, ſi poſsis, ac de carcere in carcerẽ migrare, non improbo. ſpes enim forſan in tranſitu libertatis fuerit, aut leuioris imperij, ereptũ uerò uni iugo, collum per infinita ſordidorum ſeruitiorũ genera circumferre, nõ laudo. F. Pate- ris'ne medico perorante, ægrũ morbi ſui conſcium aliquid interloqui? A. Quid ni patiar? multi enim ægrotantis uocibus, quaſi quibusdam indicijs, ad inquiſitionem opportuni re- medij penetrarunt. F. Hoc igitur unum ſcito, me aliud amare nõ poſſe, aſſueuit animus illam adamare, aſſueuerunt oculi illam intueri, & quicquid, non illa eſt, inamœnum & tene broſum dicunt, itaque ſi aliam amare iubes, ut ſic ab amore liberet, impoſſibilem mihi con- ditionem obijcis, actum eſt perij. A. Senſus hæbet & appetitus obtorpuit, nihil ergo cum admittere ualeas introrſum. exteriora tibi remedia adhibenda ſunt. potes 'ne igitur in animum inducere fugam exiliumúe, & notorum locorum caruiſſe conſpectu? F. Li cet tenaciſsimus uncis trahat, poſſum tamen. A. Si hoc potes ſanus eris: Quid ergo aliud dicam, niſi Virgilianum uerſiculum paucis immutatis:

Heu fuge dilectas terras, fuge littus amarum?

Quomodo enim unquam his in locis tutus eſſe poteris, ubi tàm multa uulnerum tuorum extant ueſtigia, ubi & præſentium conſpectu, & præteritorum recordatione fatigaris? ut i- gitur idem ait Cicero, loci mutatione, tanquam ægroti iam conualeſcentis curãdus eris. F. Vide oro qd præcipis, quotiẽs enim cõualeſcendi auidus, atq; huius conſilij non ignarus, fu gã retentaui, & licet uarias ſimulauerim cauſas, unus tamẽ hic ſemp peregrinationũ ruſtica tionũ qúe mearum omnium finis erat libertas. quam ſequens per Occidentem & per Septẽ trionem, & uſque ad Oceani terminos, longè lateq; circumactus ſum, quod quantum mi- hi profuerit uides. itaque ſæpè animum tetigit Virgiliana comparatio:

Qualis coniecta ceruæ ſagitta:
Quàm procul incautam nemora inter Creſſea fixit.
Paſtor agens telis, linquit uolatile ferrum.

Neſcius

Neſcius,illa fuga ſyluas ſaltusq́ peragrat
Dyctæos,hæret lateri letalis arundo.

Huic enim ceruo,non abſimilis factus ſum,fugi enim,ſed malum meum ubique circumferens. A. Quod à me nunc poſtulas ipſe tibi reſpondiſti. F. Quopacto? A. Quia malum ſuum circunferenti, locorum mutatio laborem cumulat, non tribuit ſanitatem: poteſt ergo tibi non impropriè dici, quod adoleſcenti qui peregrinationem nil ſibi profuiſſe quærebatur, reſpondit Socrates: Tecum enim,inquit, peregrinabaris.tibi quidem in primis ſequeſtranda uetus hæc curarum ſarcina, & præparandus eſt animus, tùm denique fugiendum? Hoc enim non corporibus modò, ſed in animis quoque compertum eſt, quod niſi in patiente ſit diſpoſito,uirtus eſt agentis inefficax. Alioquin ad extremos Indorum fines penetrare quidem poteris,ſemper Flaccum uera locutum fateberis ubi ait:

Cœlum non animum mutant,qui trans mare currunt.

F. Miro modo perplexus ſum,tu enim cum mihi curandi ſanandiq́ animi documenta præbes,curandum prius ſanandumq́ prædicas,ac deinde fugiendum,atqui de hoc ipſo animus dubitat,qualiter ſit curãdus.ſi enim curatus eſt,quid ultra quæritur?ſi autem incuratus, tibi locorum mutatio?quod tuipſe aſtruis,non adiuuat,dic expreſſius,quibus remedijs utẽdum eſt? A. Non curandum ſanandumq́,ſed præparandum dixi animum.Cæterum ſiue curatus erit,& poterit locorum mutatio perennem ſanitatem conſeruare, ſiue nondum curatus,ſed præparatus tamen,& ipſam eandem afferre poteſt: at ſi neutrum, quid niſi dolorıs irritamenta præſtabit iſta mutatio,& de loco in loca crebra iactatio. Non deſinam Flacco teſte uti:

Ratione, inquit,& prudentia,curas
Non locus effuſi late maris arbiter aufert.

Et uerè ſic eſt. Ibis enim ſpe plenus & deſiderio reuertendi,omnes animi laqueos tecum trahens ubicunq́ fueris, quocũq́ te uerteris relinque, uultũ & uerba contẽplaberis. Et quod eſt amantiũ infame priuilegium, illã abſentem abſens audies & uidebis,& putas amorẽ his ſubterfugijs extinguere? Mihi,crede, inardeſcit utrũq́ potius,hinc ab amoris auctoribus, inter multa præcipitur interponendas amantibus, nonnunquam breuis abſtinentiæ moru las,ne uiciſsim faſtidio fortè præſentiæ & aſsiduitate uileſcant. hoc igitur moneo, hoc ſuadeo,hoc iubeo,edocendo animum deponere, quæ premunt,atq́ ita ſine ſpe reditus abeundum,tũc intelligis quid in ſanandis animis poſsit abſentia.Quod ſi locum corpori tuo grauẽ peſtilentemq́ ſortitus,perpetuis illic morbis inquietã uitam ageres,non'ne irrediturus ef fugeres?niſi forte(quod ualdè permetuo)q́ maior eſt hominibus corporis cura quã animi. F. De hoc quidem uiderit humanum genus, de eo aũt profectò nihil eſt dubij,qui ſi loci uitio in morbos incidiſſem,ſalubrioris eos loci mutatione depellerẽ. idemq́ uel multomagis de animi morbis optarem,ſed hæc ut uideo,difficilior cura eſt. A. Hoc utiq́ falſum eſſe,magnorũ Philoſophorum,cõſentit auctoritas, idq́ hinc liquet,q́ morbi animi omnes curari poſſunt,niſi æger obluctetur, corporei autem nulla arte curabiles multi ſunt. cæterũ (ne nimis abſtrahar ab incepto)in ſententia perſiſto,præparãdo ut dixi animũ inſtruendũq́ dilecta relinquere,nec in tergũ uerti,nec aſſueta reſpicere,ea demũ amanti peregrinatio tuta eſt.idq́ tibi(ſi ſaluam cupis animam tuam)noris eſſe faciendum. F. Vt quæcunque dixiſti percepiſſe me ſentias, imparato animo peregrinationes nil conferunt, paratum ſanant, ſanũq́ cuſtodiũt. Hæc ne triplicis tui dogmatis ſumma eſt? A. Profectò nõ alia, & bene diffuſius dicta perſtringis. F. Atqui prima,duo ſic eſſe,ſi nullus oſtenderet ex meipſo perpenderem,tertium uerò,quid ſanato iam & in tutũ producto animo abſens,opus ſi nõ intelligo,niſi fortè recidiuæ metus hæc ſuaſerit ut diceres. A. Id ne tibi modicum uidetur, quod ſi in corporibus,quantò magis in animis formidandum eſt,multoq́ leuius periculoſiusq́ reuertitur,adeò ut uix quidẽ ſecundum naturam, ſalubrius à Seneca dictũ ſit, quàm quod in epiſtola quadam ait: Siquis amorẽ exuere conatur,uitanda eſt omnis admonitio dilecti corporis.& ſubijcit rationem. Nil enim facilius recrudeſcit quã amor. O ueriſsimũ & ex intimis experiẽtiæ penetrabilibus erutũ, uerbum,In qua re nullũ ante te teſtem citauerim.

uerim. F. Verũ id eſſe fateor, at ſi aduertis, nõ de eo qui iã exuit, ſed de eo qui exuere conatur, iſta dicũtur. A. De eo dixit, ubi propius periculũ eſt, in quocunq; enim uulnere ante cicatricẽ, atq; in morbo quolibet ante ſanitatẽ, formidabilior eſt omnis offenſio nec tamẽ, & ſi ante periculoſior ſit, poſtea in tuto contemnitur. & quoniã altius in animos penetrant exempla domeſtica, quotiens tuipſe qui loqueris, in hac ipſa ciuitate, quæ malorum tuorum omniũ, non dicã cauſa ſed officina eſt, poſtquã ubi cõualuiſſe uidebaris, & magna ex parte cõualueras, ſi fugiſſes p uicos notos incedẽs, ac ſola locorũ facie admonitus ueterum uanitatum, ad nullius occurſum ſtupuiſti, ſuſpiraſti, ſubſtitiſti, denique uix lachrymas tenuiſti, & mox ſemiſautius fugiens dixiſti tecum: Agnoſco in his locis adhuc latere, neſcio quas antiqui hoſtis inſidias, reliquiæ mortis hic habitabãt. itaq; ſi me audis quãquam ſanus eſſes, à quo longiſsimè quidem abes, in his locis habitare diutiùs, non foret conſiliũ, neq; enim cõuenit uinculis obſeſſum, circa carceris fores aberrare, cuius dominus inſomni ſtudio circuit, laqueos diſponens illorum pedibus, præſertim quos effugiſſe conqueritur.

Facilis deſcenſus Auerni.

Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis.

Quæ ſi ſanis etiam ut dixi, quantò accuratius prouidenda ſunt his, quos adhuc morbus nõ deſeruit. Hos Seneca dum hoc diceret reſpexit, maioreq; periculo prebuit conſiliũ, illos enim cõmemorare ſuperuacuum erat, qui in medijs torrẽtur ardoribus, qui de ſalute non cogitant. proximum gradum attigit eorum, qui ardent adhuc, ſed flammas exire meditantur nocuit multis ad ſanitatẽ redeũtibus, parciſsimus hauſtus aquæ, qui ante ægritudinẽ profuiſſet ſæpe fatigatũ leuis motus impulit, qui uiribus integrũ nõ mouiſſet. quã minima ſunt interdum quæ animum emergẽtem in ſummas miſerias reimpellunt. conſpecta in alterius tergo purpura ambitionẽ renouat, uiſus nummorum aceruus, auaritiam integrat, ſpectata corporis ſpecies, luxuriam incendit, leuis oculorum flexus, amorem dormitantem excitat. hæ nimirum peſtes, facilè in animos propter noſtram dementiã, ac poſt quàm ſemel iter didicerunt, multò facilius reuertuntur, quæ cũ ita ſint, nõ tantũ locus peſtiferus relinquẽdus, ſed quicquid in præteritas curas animum retorquent, ſumma tibi diligentia fugiendum eſt, ne fortè cum Orpheo ab inferis rediens retroq; reſpiciens, recuperatã perdas ſanitatem. hoc noſtri conſilij ſumma eſt. F. Amplector, & gratias ago, ſentio enim languori meo conſentaneum eſſe remedium, fugamq; iam meditor, ſed quo potiſsimum curſum dirigã incertus ſum. A. Multæ tibi undiq; patent uiæ, multi portus in circuitu, ſcio tibi in primis Italiam placere, & natalis ſoli inſitam eſſe dulcedinem, nec immeritò.

Nam neque Medorum ſyluæ diuiſsima terra.
Nec pulcher Ganges atq; auro turbidus Hermus.
Laudibus Italiæ certent, non Bactra neque Indi.
Totaq; thuriferis Panchaia pinguis arenis.

Quod quidem ab egregio Poëta, non minus uerè dictum quã disertè, nuper tu ad amicum ſcripto poëmate latius extendiſti. Italiam igitur ſuadeo, quod moribus incolarum cœloque & circũfuſi maris ambitu & interſecãtis oras Apennini collibus, & omniũ locorũ ſitu, nulla uſquam ſtadio curis tuis opportunior futura ſit, ad unum uerò eius angulum te arctare noluerim: I modò fœlix, quocũq; te refert animus, i ſecurus & propera, nec in tergum deflexeris, præteritorum obliuiſcens, in anteriora contende, nimis diu iã & à patria, & à teipſo exulaſti, tempus eſt reuertendi, aduesperaſcit enim & nox eſt amica prædonibus, uerbis tuis te commoneo. Reſtat unum quod penè iam oblitus eram, tã diù cauenda tibi ſolitudinem ſcitò, donec ſentias morbi tui nullas ſupereſſe reliquias: ubi enim ruſticationes nihil tibi profuiſſe memoraſti, minimè mirari decuit. quid remedij quæſo in rure ſolitario ac repoſito reperire crederes? fateor ſæpe dum ſolus eſſes fugeres, ſuſpirans urbemq; reſpectans, iui ſi ex alto & dixi mecum En, ut huic miſero letheam amor intulit caliginem, & pueris omnibus notiſsimorum uerſuum abſtulit memoria, Morbum fugiens currit ad mortem. F. Rectè tu quidem. ſed quorum uerſuum mentionem facis? A. Naſonis ſunt.

Quiſquis amas loca nocent, loca ſola caueto.
Quo fugis, in populo tutior eſſe potes.

F. Recordor

F. Recordor optimè ab infantia penè familiariter mihi noti erant. A. Quid multa noſſe profuit, ſed ea neceſsitatibus tuis accommodare neſciuiſti? ego quidem eò magis inſectanda ſolitudine errorem tuum admiratus ſum, quod & auctoritates ueterum aduerſus id noueras, & nouas addideras, nihil enim tibi prodeſſe ſolitudinem ſæpe cõqueſtus es, quod cum multis in locis, tum in eo præſertim poëmate, quod de ſtatu tuo luculentiſsimè cecîniſti, cuius ego dulcedine interim dum caneres delectabar, ſtupebãq́, quid ita medias inter animi procellas, ex ore inſani, tàm dulciſonum carmen erumperet, aut quis amor muſas cohiberet, ſne à conſueto domicilio tantis turbinibus offenſæ, tantaque hoſpitis alienatione diffugerent. nam quod ait Plato, Fruſtra poëticas fores compos ſui pepulit. quodq; eius ſucceſſor Ariſtoteles, nullum magnum ingenium ſine mixtura dementiæ. aliò ſpectationem ad iſtas inſanias referendum eſt. ſed de hoc aliàs. F. Ego ita eſſe fateor, ſed me dulce aut tibi iure placiturum aliquid cecinisse non putabam, nunc amare carmẽ illud incipio. ſi quid autem alterius remedij habes, oro ne ſubtrahas egenti. A. Omnia quæ noris explicare, oſtentãtis ſe potiùs quàm amico cõſulentis eſt, neq; enim tàm multa remediorũ genera, interius & exterius morbis inuenta ſunt, ut in quolibet cuncta temperentur, quoniã ait Seneca ad Lucilium. Nihil æquè ſanitatem impedit, quàm remediorum crebra mutatio, nec uenit uulnus ad cicatricem, in quo diuerſa medicamenta temptantur, ſed ut altero inſœliciter ſuccedente, ad aliud recurratur: itaq; quamuis multa & uaria morbi huius medicamenta ſint, pauca tamen inſeruiſſe cõtentus ero, eaq; potiſsimum quæ tibi magis ex omnibus profutura cõfido, nõ ut aliquid noui te doceã, ſed ut ex notis & uulgatis omnib. quid mihi efficacius uideatur intelligas. Tria ſunt (ut ait Cicero) q̃ ab amore animũ exterrẽt, ſatietas, pudor, cogitatio. poſſent plura, poſſent & pauciora numerari, ſed ne à tanto auctore digrediar, tria eſſe fateamur. De primo ſuperuacuũ eſt loqui, quoniã impoſsibile iudicabis tibi, ut res ſe habet, ſatietatẽ amoris ullã poſſe cõtingere: at ſi appetitus rationi crederet, & ex præteritis futura penſaret facile fatereris, quantumlibet dilectæ rei non ſatietatem modo, ſed faſtidium & nauſeam poſſe ſurripere. Verũ quia cõpertũ habeo, me hoc tramite fruſtrà niti, q̃ & ſi ſatietatẽ fore poſsibilẽ, & ubi aſſit amorẽ necare cõcedas, ab ardentiſsimo tamen deſiderio tuo, quã longiſsimè hanc abeſſe cõtendes, egoq́ ipſe conſcientiam. ſupereſt ut de duobus reliquis attingã. Hoc mihi ſicut arbitror non negabis, ingeniũ quoddã & ponderoſum animum tibi tribuiſſe naturã. F. Niſi in propria cauſa fallor, uſq; adeò id uerum eſt, ut ſæpe grauiter tulerim, quod nec ſexui ſatis conuenirem, nec ſæculo in quo ſunt ut uides impudẽtum omnia, honores, ſpes, opesque, quibus & uirtutes cedunt & fortuna. A. Non uides igitur quantum inter ſe iſta diſcordant, amor & pudor? dum ille animum urget, hic cohibet, ille calcar incutit, hic frenum ſtringit, ille nihil attendit, hic uniuerſa circumſpicit. F. Video nimirum multo cum dolore, diſtrahi tàm diuerſis affectibus. Ita enim alternis horis inſultant, ut modò huc modò illuc turbini mentis agiter, quem toto ſequar impetu nondũ certus. A. Dic precor bona cum uenia, uidiſti'ne te nuper in ſpeculo? F. Quid hæc quæſo ſibi uult queſtio? Et ſoleo quidem. A. Vtinam neq; crebrius neque curioſius quàm ſatis eſt: quæro aũt ex te, Non'ne uultum tuũ uariari indies uides ſingulos, & inter micãtes tẽporib. canos animaduertiſti? F. Putabã te ſingulare aliq̃d uelle dicere, iſta uerò cõmunia ſunt omnib. qui naſcũtur, adoleſcere, ſeneſcere, interire: animaduerti in me quod in coætaneis meis ferè omnibus, neſcio enim quo modo ſeneſcũt homines hodie citiùs quã ſolebãt. A. Neq; aliorũ ſenectus iuuẽtutẽ tibi, neq; aliorũ mors immortalitatẽ tribueret, cæteris igitur omiſsis ad te redeo. quid ergo, Mutauit'ne animũ ulla ex parte corporis cõſpecta mutatio? F. Concuſsit utiq;, ſed nõ mutauit. A. Quid autem tunc tibi animi fuit, aut quid dixiſti? F. Quid aliud putas, quàm illud Domitiani principis. Forti animo fero comam in adoleſcentia ſeneſcentem. tanto igitur exemplo pauculos canos meos ipſe ſolatus ſum, Cæſariq; regem adiunxi: Numa quidem Pompilius, qui ſecundum inter Romanos reges diadema ſortitus eſt, ab adoleſcentia canus dicitur fuiſſe. nec Poëticũ defuit exemplum, ſiquidem Virgilius noſter in Bucolicis quæ . XXXII ætatis anno ſcripſiſſe eum conſtat ſub perſona paſtoris, de ſe ipſo loquens ait:

Candidior poſtquam, tondenti barba cadebat,

A. Ingens tibi exemplorum copia eſt, tanta utinam eorum quæ cogitationem mortis ingererent, hæc enim quæ canos appropinquantis teſtes, ſenectutis mortisq́; prænuncios diſsimulare docent exempla, non approbo. quid enim aliud ſuadēt, quàm lapſum ætatis negligere & ſupremi tēporis obliuiſci: cuius ut ſēper memineris, totus noſtri colloquij finis eſt. tu uerò cum ad caniciem iubeo reſpicere, canorum illuſtrium uirorum turbam profers, quid ad rem, utique ſi immortales illos fuiſſe diceres, haberes quorum exemplo caniciem nō timeres, quod ſi tibi caluitiem obieciſſem, puto Iulium Cæſarem protuliſſes in medium.
F. Non alium profectò, quid enim illuſtrius potuiſſem: eſt autem (niſi fallor) grande ſolatium, tàm claris ſeptum eſſe comitibus, itaque fateor talium exemplorum, ceu quotidianæ ſuppellectilis uſum, nō reijcio. iuuat enim nō modo in his cōmodis, quæ mihi uel natura tribuit uel caſus, ſed in his etiam quæ tribuere poſſent, habere aliquid in prōptu, quo me ſoler, quod ſequi non poſſum, niſi uel ratione uiuaci, uel exemplo clariſsimo. Si mihi igitur exprobraſſes, quod aduerſus fulminis fragorē timidior ſim. quia id negare non poſſem (eſt enim hæc mihi non ultima cauſa lauri diligēdæ, φ arborē hanc non fulminari traditur) reſpondiſſe Auguſtum Cæſarem, eodem morbo laboraſſe. Sic cæcum dixiſſes, & id uerum foret Appij cæci & Homeri poëtarum principis: ſi monoculū, Hannibalis Poenorum ducis, aut Philippi Macedonum regis clypeo uſus eſſem: ſi ſurdaſtrum, Marci craſsi. ſi caloris impatientē, Alexandri Macedonis. longum eſt per cuncta diſcurrere, ſed ex his cætera colligis. A. Apertè quidem neq; ſuppellex hic exemplorū diſplicet modò non ſegnitiem afferat, ſed metum memorēq; diù diſcutiat, laudo quicquid id eſt. propter quod nec aduētantem metuas ſenectutem nec præſentem oderis: quicquid uerò non eſſe ſenectutem huius lucis exitum ſuggerit, nec de morte cogitandum ſummopere deteſtor, atq; execror. Rurſus præcipitatam æquo animo tolerare caniciem, bonæ indolis indicium eſt, legitimæ aūt ſenectuti morulas nectere, annos ætatis ſubducere, canos nimiæ celeritatis arguere, eoſq́ue uel occultare uel uellere, dementia, quāuis cōmunis, tamen ingens eſt. non uidetis ô cæci quāta uelocitate uoluuntur ſydera, quorum fuga breuiſsimæ uitæ tempus deuorat atq; cōſumit, & miramini ſenectutem ad uos uenire, quam dierū omnium rapidiſsimus curſus uehit. duo ſunt que uos in has ineptias cogunt: Primū quod anguſtiſsimā ætatē alij in quatuor, alij in ſex particulas, alij in plures etiam diſtribuunt. ita rē minimam, quia quantitate non licet, numero tēptatis extendere, quid autē ſectio iſta confert: finge quaslibet particulas, omnes in ictu oculi propè ſimul euaneſcunt:

Nuper eras genitus, modò formoſiſsimus infans,

Iam iuuenis, iam uir, uide quāto uerborum impetu, ſubtiliſsimus Poëta lapſum uitæ fugientis expreſsit. nec quicquam igitur laxare nitimini, quod lex naturæ omnium parētis anguſtat. ſecundum, eſt, quod inter iocos & falſa gaudia ſeneſcitis, itaq; ſicut Troianos, quæ ſupremam noctem inter talia traduxerunt, latuit:

Dum fatalis equus ſaltu ſuper ardua uenit
Pergama, & armatum peditem grauis attulit aluo,

Sic uos ſenectutem, quæ ſecum armatam & indomitam mortem affert, Incuſtoditi corporis moenia tranſcendentem, non ſentitis, niſi tum demum, quando

dimiſsi per funem hoſtes,
inuadunt urbem, ſomno uinoq́; ſepultam. non minus enim uos
& mole corporum & dulcedine rerum.

tēporaliū ſepulti eſtis, quā illos ſomno uinoq́; ſepeliuit Maro. hinc Satyricus nō inelegāter:

Feſtinat, ait, decurrere uelox
Floſculus anguſtæ miſeræq́; breuiſsimæ uitæ
Portio dum bibimus, dum ſerta, unguenta, puellas
Poſcimus, obrepit, non intellecta ſenectus.

Hanc tu igitur (ut ad propoſitum redeam) obrepentē, & iā foribus inſultantē tēptas excludere: cauſarū nō ſeruatis naturæ gradib. ante diē feſtinaſſe gratusq; tibi eſſe quisquis non ſenex occurrit, qui te infantulū uidiſſe teſtetur, præſertim ſi more cōmunis ſermonis, id heri

haud

haud nudiustertius ſeſe uidiſſe contẽdat. nec aduertis idem, & decrepito cuilibet dici poſſe: Quis enim non heri immò uerò, quis non hodie puer eſt? Nonagenarios pueros uidemus paſsim de rebus uilisſimis altercantes, puerilia que nunc etiam ſectantes ſtudia, Dies nempe fugiunt, corpus defluit, animus non mutatur, putreſcant licet omnia, ad maturitatem ſuã ille non peruenit. Verum eſt quod uulgo ferunt, animum unũ corpora multa conſumere, pueritiam quidem fugit, ſed ut ait Seneca puerilitas remanet, & tu mihi crede, non adeò ut tibi uideris forſitan puer es, cũ maior pars hominũ, hanc quam tu nunc degis ætatem nõ attingit. Pudeat ergo ſenem amatorẽ dici, pudeat eſſe tàm diu uulgi fabulam, & ſi te nec uerum gloriæ decus allicit nec deterret ignominia, alieno tamen pudori uitæ tuæ mutatio ſuccurrat, etenim famæ conſulendum propriè ni fallor, & ſi ob aliud nil, ſaltem ut amici liberentur ab infamia mentiendi. quod cum omnibus prouidendum ſit, tibi aliquanto diligentius, cui tantus de te loquentium populus abſoluendus eſt.

Magnus enim labor eſt magnæ cuſtodia famæ.

hoc ſi Scipioni tuo truculentisſimum hoſtem conſulentem facis, ut Africæ tuæ libris, patère nunc ex ore pij patris, idem tibi conſilium prodeſſe, ineptias pueriles abijce, adoleſcentiæ flammas extingue: noli ſemper cogitare quid fueris, quid ſis aliquando circunſpice, ne tibi fruſtra propoſitum ſpeculum arbitreris, memento, quid in quæſtionibus naturalibus ſcriptum eſt. Ad hoc enim inuenta ſunt ſpecula, ut homo ipſe ſe noſceret. Multi ex hoc conſecuti ſunt, primo quidẽ ſui notitiam, deinde etiam conſiliũ aliquod, formoſus ut uitaret infamiam, deformis ut ſciret uirtutibus eſſe redimendum, quid corpori deeſſet, iuuenis ut ſciret tempus illud eſſe diſcendi, & uirilia aggrediendi: ſenex ut carnis indecora deponeret, & de morte aliquid cogitaret. F. Memini ſemper ex quo primũ legi, me moratu enim digna res eſt, ſanumq; conſilium A. Quid uel legiſſe uel meminiſſe profuit? excuſabilius erat ignorantiæ clypeũ poſſe prætẽdere, nõne enim pudet hæc ſciẽti, canos nil mutationis attuliſſe? F. Pudet, piget & pœnitet, ſed ultrà non ualeo. ſcis aũt quid hic mihi ſolatij eſt, quod illa mecũ ſeneſcit? A. Inhæſit credo tibi uox Iuliæ, Cæſaris Auguſti filiæ, quam cum genitor argueret quod non grauis ſibi cõuerſatio eſſet ut Liuiæ, illa patris monitis illuſit facetisſimo reſponſo: Et hi mecũ, inquit, ſeneſcent. ſed quæſo nũquid honeſtius iudicas, ſi iam ſenior anum illam ardeas, quàm ſi adoleſcẽtulam amares? Immò uerò eò fœdius, quò amandi minor eſt materia. pudeat ergo anima nunquam mutari cũ corpus mutetur aſsiduè, & hoc eſt quod de pudore dicendum, tempus obtulerat. cæterum, quia ut Ciceroni placet, ualde eſt abſonum, cum in locum rationis pudor ſuccedit ab ipſo fonte remediorũ, id eſt ab ipſa ratione auxiliũ imploremus. itaq; intenta cogitatio præſtabit, quã ex tribus animũ ab amore deterrentib. ultima collocaui, nunc aũt ad illam arcẽ te uocari noueris, in qua ſola tutus eſſe potes, ab incurſibus paſsionũ, & per quã homo diceris. Cogita igitur in primis animi nobilitatem, quæ tanta eſt, ut ſi de ea uelim diſſerere, mihi liber integer retexendus ſit. cogita fragilitatem ſimul ac fœditatem corporum, de qua non minus copioſa materia eſt. cogita breuitatem uitæ, de qua magnorum hominum libri extant. cogita fugam temporis, quã nemo eſt qui uerbis æquare poſsit. cogita mortẽ certisſimam, atq; horam mortis ambiguã, omni tẽpore, omnib. locis impendentẽ. cogita in hoc uno falli homines q differri nõ poteſt. Nemo tã ſui ipſius immemor eſt, quin interrogatus, ſe quãdoq; moriturũ eſſe reſpõdeat. Itaq; ne te ſpes uitæ lõgioris ludat, obſecro q̃ innumerabiles circũuenit, gn potius uelut ex cœleſti quoddã oraculo prolatũ carmẽ amplectere:

Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum.

Quid enim aut supremus eſt, aut profectò ſupremo proximus, omnis qui mortalibus illuxit dies? ad hæc & illud cogita, quàm turpe ſit digito monſtrari, & in uulgi fabulam eſſe eſſe conuerſum. cogita quantũ profesſio tua diſcordet à moribus, cogita quantum illa tibi nocuerit animo, corpori, fortunæ, cogita quã multa, ꝓpter illã nulla utilitate ꝑpeſſus es, cogita quotiens illuſus, quotiens contẽptus, quotiens neglectus ſis. cogita quod blanditias inuentum effuderis, quot lamenta, quot lachrymas. cogita illius, inter hæc altũ ſæpè ingratumq; ſupercilium. & ſi quid humanius quã id breue auraq; mobilius æſtiua. cogita quan-

tum tu famæ illius addideris, quantum uitæ tuæ illa ſubtraxerit, quantumúe tu de illius nomine ſollicitus, quantum illa de ſtatu tuo ſemper negligens fuerit, Cogita quantum per illam ab amore Dei elongatus, in quantas miſerias corruiſti, quas ſciens ſileo, ne arguar à quoquã, ſi quis fortè aurem in hos ſermones noſtros inculerit, cogita quàm multæ occupationes te undiq; circunſtent, quibus utilius & honeſtius incumberes, cogita quàm multa inter manus tuas inexpleta ſunt opera, quibus ius ſuũ reddere multo æquius foret, nec tàm iniquis portionibus, hoc breui punctũ temporis partiri. Poſtremò quid eſt quod tàm ardenter expetis, uerum hoc acriter uiriliterq; cogitandum eſt, ne fugiendo forſitan arctius illigeris, quod multis ſæpe cõtingit, dum exterioris formæ dulcedo per anguſtas, neſcio quas rimulas ſubit & malis remedijs alit̃. Pauci enim ſunt, ex q̃ ſemel uirus illud illecebroſæ uoluptatis imbiberint, fœminei corporis fœditatẽ, de qua loquor, ſat uiriliter (ne dicam ſatis conſtanter) examinent, facilè relabuntur animi, & urgente natura in eam potiſsimè partem recidunt, in qua diutiſsimè pependerunt, id ne accidat, ſupremo ſtudio prouidendum eſt. Pelle omnem præteritarũ memoriam curarũ, omnem cogitatum, qui ſtatum ſeu curſum tranſacti temporis admonet, excute & ut aiunt ad petrã paruulos tuos allide, ne ſi creuerint ipſi, te cœno ſubruant. Inter hæc cœlum deuotis orationibus pulſandũ, aures regis ætherei pijs precibus fatigandæ, nulla dies, nulla nox ſine lachrymoſis obſecrationibus tranſigenda eſt, ſi fortè miſeratus omnipotens finẽ laboribus tantis imponeret. Hæc agenda tibi cauendaq; ſunt, quæ diligentius obſeruanti, aderit diuinũ auxiliũ ut ſpero, & inuicti liberatoris dextra ſuccurret. Sed quoniã iam (& ſi pro neceſsitate tua pauca quidẽ, pro breuitate aũt tẽporis ſatis) multa de uno morbo dicta ſunt. ad alia tranſeamus. Reſtat ultimũ malum quod in te curare nũc aggrediar. F. Age pater mitiſsime, nã reliquis & ſi nõ plene liberatũ, magna tamen ex parte me leuatũ ſentio. A. Gloriã hominũ & immortalitatem nominis, plus debito cupis. F. Fateor planè, neq; hũc appetitũ ullis remedijs frenare queo. A. At ualde metuẽdũ eſt, ne optata nimiũ hic inanis mortalitas, ueræ immortalitatis iter obſtruxit. F. Timeo quidẽ hoc unũ inter cætera, ſed quibus artibus tutus ſim, à te potiſsimum expeto, à quo maiorum mihi morborũ remedia ſuppeditata ſunt. A. Nullũ profecto maiorẽ tibi morbũ ineſſe noueris, & ſiquidẽ fortè fœdiores ſunt, uerum quid eſſe gloriam reris quam tantopere expetis ediſſere? F. Neſcio an diffinitionẽ exigas, at ea cui notior eſt quàm tibi? A. Tibi uerò nomẽ gloriæ notũ, res ipſa, ut ex actibus colligitur, eſſe uidetur incognita, nunquam enim tàm ardenter ſi noſſes, optares, certè ſiue illuſtrẽ & peruagatã, uel in ſuos ciues uel in patriam, uel in omne genus omniũ meritorũ famã, q uno in loco Marco Tullio uiſum eſt, ſiue frequentẽ de aliquo famam cũ laude, q alio loco ait idẽ, utrobiq; gloriã famam eſſe reperies, ſcis aũt q̃d ſit fama? F. Nõ occurrit id quidẽ ad præſens, & ignota in mediũ proferre metuo: ideoq; quod eſſe uerius opinor, ſiluiſſe, maluerim. A. Prudenter hoc unũ & modeſtè, nam in omni ſermone graui, præſertim & ambiguo, nõ tã quid dicat̃, quàm quid nõ dicatur attẽdendũ eſt, Neq; enim par ex benè dictis laus, & ex maledictis reprehenſio eſt. ſcito igitur famã nil eſſe aliud, quàm ſermonẽ de aliquo uulgatũ, ac ſparſum per ora multorũ. F. Laudo, ſeu diffinitionem ſeu deſcriptionem dici mauis. A. Eſt igitur flatus quidã atq; auro uolubilis, & quod ægrius feras flatus eſt hominũ plurimorũ, ſcio cui loquor, nulli uſq; odioſiores eſſe uulgi mores ac geſta perpendi. Vide nunc quanta iudiciorũ peruerſitas, quorum enim facta condẽnas, eorũ ſermoniunculis delectaris, atq; utinam delectareris duntaxat, nec in eis tuæ fœlicitatis apicẽ collocaſſes. quo enim ſpectat labor iſte perpetuus, cõtinuæq; uigiliæ ac uehemẽs impetus ſtudiorũ? reſpondebis forſitan, Vt uitæ tuæ profutura cõdiſcas. at uerò iampridẽ uitæ ſimul et morti neceſſaria didiciſti. erat igitur potius quemadmodũ in actũ illa produceres, experiendo tẽptandũ, q̃ in laborioſa cognitione procedendũ, ubi noui ſemper receſſus & inacceſſæ latebræ & inquiſitionũ nullus eſt terminus. adde quod in his quæ populo placerent, ſtudioſius elaboraſti, ijs ipſis placere ſatagens, quæ tibi præ omnibus diſplicebant, hinc pœmatum, illinc hiſtoriarum, denique omnes eloquentiæ floſculos carpens, quibus aures audientium demulceres. F. Parce quæſo, hæc tacitus audire non poſſum.

nunquam

poſſum. nunquam ex quo pueritiam exceſsi,ſcientiarum floſculis delectatus ſum, multa enim aduerſus literarum laceratores eleganter à Cicerone dicta notaui. & à Seneca illud in primis, Viro captare floſculos turpè eſt, & notiſsimis ſe fulcire uocibus ac memoria ſtare. A. Nec ego dum hæc dico, uel ignauiã tibi, uel memoriæ anguſtias obieci, ſed quod ex his quæ legeras floridiora, in ſodalium delitias reſeruaſti, & uelut ex ingenti aceruo, in uſus amicorum elegantiora conſignaſti, quod totum inanis gloriæ lenocinium eſt, & tandem quotidiana occupatione non contentus (quæ magna licet temporis impenſa, nõ niſi præſentis æui famam promittebat) cogitationes tuas in longinqua transmittens, famam inter poſteros concepiſti, ideoq; manum ad maiora iam porrigens, librum hiſtoriarum à rege Romulo in Titum Cæſarẽ, opus immenſum temporiſque & laboris capaciſsimum aggreſſus es, eoqúe nondum ad exitum producto, tantis gloriæ ſtimulis urgebaris, ad Africam Poëtico quodam nauigio tranſmiſiſti, & nunc in præfatos Africæ libros ſic diligenter incumbis, ut alios non relinquas, ita totam uitam his duabus curis, ut intercurrentes alias innumeras ſileã, prodigus pretioſiſsimæ irreparabiliſq; rei tribuis, deq; alijs ſcribens, tui ipſius obliuiſceris, & quid ſcis, an utroque opere inexpleto mors calamum fatigatũ è manibus rapiat, atq; ita dum immodicè gloriam petens, gemino calle feſtinas, neutro perueniasad optatum. F. Timui hoc fateor, interdum graui enim morbo correptus, uicinam mortem expaui. nihil in eo ſtatu ſentiẽs moleſtius, quàm quod Africam ipſam ſemiexplicitam linquebam, itaq; alienã dedignatus limã, ignibus eam proprijs manibus mandare decreueram, nulli amicorum ſatis fidens, qui poſt omiſſum ſpiritũ id mihi præſtaret. propterea quòd Virgilium noſtrum, ab imperatore Cæſare Auguſto hàc in re ſola non exauditum eſſe memineram, quid te moror, parum abfuit, quin Africa præter uicini ſolis ardores, quibus æternum ſubiacet, ac præter Romanorum faces, quibus ter olim longè lateqúe peruſta eſt, meis etiam flammis arderet: ſed de hoc aliàs. eſt enim amara recordatio. A. Adiuuas ſententiam meam narratione hac, dilata parumper ſolutionis dies, ſed non caſſa ratio eſt. Quid autem ſtultius, quàm in rem exitus incerti, tantos labores effundere? ſcio tamen quid tibi (ne cœptum deſtituas) blanditur; ſpes una peragendi, quã quoniam facilè (niſi fallor) extenuare non poſſem, uerbis eam amplificare temptabo, ut eam uel ſic longè imparem tantis laboribus tuis oſtendam. Finge igitur eſſe tibi & temporis & ocij & tranquillitatis abũdè, euaneſcat omnis torpor ingenij, omnis corporis languor, ceſſent fortunæ impedimenta omnia, quæ interrupto ſcribendi impetu, ſæpè properantem calamum auerterunt, fœlicius tibi & ſuprà uotum cuncta perueniant. quid tamen grande facturum eſſe te iudicas? F. Præclarum nempè rarumq; opus & egregium. A. Nolo nimis obluctari, præclarũ opus concedatur. at quanto præclarioris impedimẽtũ ſi cognoſceres, quod cupis horreres, hoc enim dicere auſim, uel in primis animum tuum ab omnibus melioribus curis abſtrahit, adde quod hoc ipſum præclarum, nec late patet, nec in longum porrigitur, locorumq; ac temporum anguſtijs coartatur. F. Intelligo iſtam ueterẽ & tritam iam inter Philoſophos fabellam, terram omnem puncti unius exigui inſtar eſſe, animum unum infinitis annorum milibus conſtare, famã uerò hominũ, nec punctũ implere nec animũ: cæteraq; huius generis, quib. ab amore gloriæ animos coartãtur. ſed quæſo ſi qd habeas ualidius profer, hæc omnia relatu magis ſpecioſa, quã efficacia ſum expertus. neq; enim Deus fieri cogito, q uel æternitatẽ habeã, uel cœlũ terraſq; cõplectat, humana mihi ſatis eſt gloria, ad illã ſuſpiro, & mortalis nõ niſi mortalia cõcupiſco. A. O te ſi uera memoras infœlicem, ſi nõ cupis immortalia, ſi æterna nõ reſpicis, totus es terrenus, actũ eſt de reb. tuis, ſpei nihil eſt reliquũ. F. Auertat Deus hãc inſaniã, ſemper æternitatis me amore cõflagraſſe, teſtis eſt mihi curarũ mearũ mẽs cõſcia. Sed hæc dixi, uel forſitan lapſus ſum, hoc dicere uolebam, mortalib. utar pro mortalib., nec immodico uaſtoq; deſiderio naturæ rerum uim afferre molior. itaque gloriam humanã ſic expeto, ut ſciam & me & illam eſſe mortales. A. Vt hoc prudenter, ſic illud inſulſiſsimè, q propter auarã inanẽ, iamq; ut ipſe aſſeris, periturã ſemper manſura deſtituis. F. Haud equidem deſtituo, ſed fortaſsis differo. A. At quã periculoſa dilatio eſt, in tãta dubij celeritate tẽporis, tãtaq; uitæ fuga:

Ad hoc

Ad hoc uelim mihi reſpōdeas, ſi ab eo fortè, qui ſolus uitæ mortiſq; metā ſtatuit, unus dun taxat præfixus hodie foret annus, integer uiuendi, idq; tibi ſine ulla dubitatione conſtaret, qualis eſſe inciperes huius anni temporis diſpenſator. F. Equidem parciſsimus ac diligentiſsimus, ſummoq; ſtudio prouiderem, nequid niſi ſerijs impenderetur, uix'q; aliquem tam ueſanum inſolentemquè reor, qui non idem reſponſurus ſit. A. Reſponſum probo, ſed ſtuporē quem mihi furor hominū parit in hac re, non modò meus, ſed nec omniū, qui unquā eloquentiæ ſtuduerunt ſtilus explicet, omnium licet in hoc unum ingenia laboreſquè conueniant, citra uerò facundia feſſa ſubſiſtet. F. Quæ tantæ admirationis ratio eſt? A. Quia rerum certarum auariſsimi eſtis, incertarum prodigi, cuius contrarium niſi prorſus inſaniretis eſſe debuerat, profecto enim anni ſpatium, & breuiſsimum ſit, ab eo tamen, qui nec fallit, nec fallitur promiſſum, & in partes diſtributum licētius ſpargi poterat, extremis periculis ad ſalutis conſilia reſeruatis, illa omnium inexecrabilis & horrenda dementia, quod neſcitis utrunque ſupremis neceſsitatibus ſuffecturum ſit, in ridiculas uanitates, ceu ſuperabundet, effundere qui annum habet ad uidēdum, certum quoddam habet ille, ſed modicum, qui uerò ſub ambiguo mortis imperio eſt (ſub quo quidem omnes degitis mortales) nec anni nec lucis, deniq; nec horæ integræ certus eſt. Annum uicturo ſex licet menſibus emenſis, adhuc ſemeſtre ſupereſt ſpatium, tibi uerò ſi hic perditur dies, quis ſponſor eſt craſtini? Verba ſunt Ciceronis, Moriendum eſſe certum eſt, & hoc ipſum incertum an hæc eadem die, nec eſt aliquis adeò iuuenis, cui compertum ſit, ſe uſque ad ueſperā eſſe uicturum, quæro igitur ex te, quæro itidem ex cunctis mortalibus, qui uenturis inhiantes præſentia non curatis, quis ſcit,

an adijciant hodiernæ craſtina uitæ

Tempora Dij ſuperi. F. Nullus profecto, ut pro me ipſo & pro cunctis reſpondeam, ſed ſperamus annum ſaltem, quem nemo tam ſenex eſt, ut non ſupereſſe ſibi ſperet, quod Ciceroni placet. A. At ut eidem uidetur, non modo ſenū, ſed adoleſcētium quoq; ſpes ſtulta eſt, ſibi pro certis & incerta promittēdū. Sed detur quod omnino impoſsibile eſt, & amplum ſimul & certum uitæ ſpatiū contigiſſe, quanta tibi uidetur amentia, meliores annos atq; optimas æui partes, uel in placēdo oculis alienis, uel in auribus hominum demulcendis expendere? deterrimas autem atq; ultimas penè, ad nil utiles uiuendiq; ſimul & finem & faſtidium allaturas, Deo tibiq; reſeruare, ut animæ tuæ libertas extrema, omniū cura ſit, certo quamuis in tempore, non'ne tibi ordo tranſuerſus uidetur meliora poſtponere? F. Eſt autem aliqua propoſiti mei ratio. eam enim quam hic ſperare licet gloriā, hic quoq; manenti quærendam eſſe, perſuadeo ipſe mihi, illa maiore in cœlo fruendum erit, quo qui peruenerit, hanc terrenā ne cogitare quidē uelit, Itaq; iſtum eſſe ordinē, ut mortalium rerum inter mortales prima ſit cura, tranſitorijs æterna ſuccedant, quod ex his ad illa ſit ordinatiſsimus progreſſus, inde autem regreſſus ad iſta nō pateat. A. Sultiſsime homuncio, ſic igitur quicquid uoluptatum cœlum habet, aut tellus & utrobiq; ad nutum fluentes, ac fœliciſsimos tibi fingis euentus. at mille hominum, mille & totidem ſpes iſta fefellit, innumerabiles animas orco demerſit, dum enim alterū pedem in terra tenere putant, alterum in cœlo, neque hic conſiſtere, neque illuc aſcendere potuerunt. Itaq; miſerabiliter lapſi ſunt, ſubitoq; illos, uel in ipſo ætatis flore, uel in medio rerum apparatu, uegetabilis aura deſtituit. & hoc tibi, quod tàm multis cōtigit, contingere poſſe, non cogitas. Heu ſi fortè interim (quam Deus prohibeat) ruinam multa molliens patereris, quantus dolor quantuſq; pudor, & quàm ſera pœnitentia, quod in diuerſa diſtractus, euanuiſſes in ſingulis. F. Miſereatur altiſsimus ne iſta contingant. A. Miſericordia diuina liberet, quamuis humanam tamen non excuſat inſaniam, nolo autem de miſericordia nimium ſperes, ſicut enim deſperantes odit Deus, ſic inconſultè ſperantes irridet: illud equidem ex ore tuo auditum eſſe doleo, Philoſophorum in hac re ueterē, ut ais fabellam poſſe contemni, ea ne quæſo fabula eſt, quæ Geometricis demonſtrationibus terræ totius deſignat anguſtias, ac Cretam quā longiuſculā licet inſulam eſſe confirmat. an ea quæ aſſerit, ex omni terra quandoq; diſtincta, ita uocēt zonis, maximā illam mediāq; ſolis ardoribus, duas autem dextera

læuaq;

lzuaq; importunis frigoribus, perpetuaq; glacie oppreſſas, habitaculum hominibus non præſtare, duas reliquas inter mediam & extremam incoli? an ea quæ bipertitæ huius habitabilis, alterã partẽ obijce magni maris inacceſsibilẽ uobis ſub pedibus ueſtris locat (quam utrum homines teneant ſcis quanta diſſenſio inter doctiſsimos homines, olim ſit. ego autem quid ſentirem, abſolui in libro de Ciuitate Dei, quos te legiſſe non dubito) alteram uerò uel totam uobis linquit habitabilẽ, uel ut quibuſdam placet in duas partes ſubdiuidẽs, unam uiſibus ueſtris attribuit, aliã ſeptentrionalis occeani reflexibus circũcludit atq; aditum intercidit. an ea quæ hanc ipſam uobis habitabilẽ quantulacũq; ſit, freto paludibuſq; & deſertis locis imminuit, peneq; ad nihilum redigit, hoc telluris exiguum in quo tantopere ſuperbitis? An ea forte, in hoc ad extremũ artatoq; habitaculi ueſtri ſitu diuerſos uiuendi mores, aduerſuſq; religionum ritus, diſſonas linguas diſsimileſq; habitus edocet, atque hoc modo propagandi latè nominis præripit facultatẽ. ſed hæc tibi fabuloſa ſunt, fabuloſa quoq; ſunt omnia, quæ de te mihi promiſerã, nulli enim fermè notiora hæc rebar eſſe quàm tibi. nempè ut omittam & Ciceronis & Maronis diſciplinam, cæteraq; phyſica uel poëtica, quib. hac de re inſtructiſsimus uidebaris, ſciebam te nuper in Aphrica tua, hãc ipſam ſententiam præclaris uerſibus deſcripſiſſe, ubi dixiſti:

anguſtis artatus finibus Orbis
Inſula parua ſitu eſt. curuis quàm flexibus ambit.
Oceanus:

Aliaq; deinceps addidiſti, quæ ſi falſa putabas, miror ut ea per te tàm cõſtanter aſſerta ſunt. Quid nunc de famæ mortaliũ breuitate, deq; temporalibus anguſtijs loquar, cum ſcis, quotum ueruſtiſsima memoria eſt æternitati collata, quàm breuis quamq; recens ſit. non ego te ad opiniones illas ueterũ reuoco, qui crebra terris incẽdia diluuiaq; denunciant, quibus & Platonicus Timeus, & Ciceronianus, Reipub. Sextus Liber refertus eſt, ea enim quam quam multis probabilia uideantur, ueræ tamen religioni, cui initiatus es, aliena ſunt profectò, ac præter hæc quàm multa ſunt, quæ diuturnitatem (ne dicam æternitatem) nominis impediunt. Mors in primis hominum illorum, quibus cum uita tranſacta eſt, obliuioq; naturale ſenectutis malum. ſemper quoque ſuccreſcens nouarum laus hominũ, qui flore ſuo non nihil interdum ueteribus titulis derogat, quantumq; maiores deprimit, tantũ ipſa ſibi uidetur aſſurgere. huc accedit inuidia, quæ glorioſa morientes abſq; intermiſsione perſequitur, accedit odium ueritatis, & inuiſa plebibus ingenioſorum uita: adde iuditiorũ uulgarium inconſtantiam: adde ruinas ſepulchrorum, ad quæ diſcutienda,

Valent ſterilis mala robora ficus,

ut Iuuenalis ait: quam non ineleganter in Aphrica tua ſecundam mortem uocas, atq; ut in eiſdem te hic uerbis alloquar, quibus tu illic alium loqui facis.

Mox ruet, & buſtum titulusq; in marmore ſectus.
Occidet: hinc mortem patieris nate ſecundam.

An præclara & immortalis gloria quæ ſaxi unius mutatur impulſu: adde librorum interitum, quibus uel proprijs uel alienis manibus ueſtrum nomen inſertum eſt, qui licet eo ſerior uideatur, quo uiuatior eſt librorum quàm ſepulchrorũ memoria, tamen ineuitabilis caſus eſt, propter innumerabiles peſtes, naturæ fortunæq; pariter, quibus ut cætera, ſic & libri ſubiacent, quæ ſi cuncta ceſſarent, ſenium ſuum ſuaq; illis mortalitas annexa eſt. mortalia namque eſſe decet, quæcunq; labor mortalis inani edidit ingenio, ut tuis potiſsimum uerbis, tuus tàm puerilis error conuincatur. quid ergo adhuc ingerere tibi non deſinam uerſiculos tuos?

libris autem morientibus, ipſe
Occumbes etiam, ſic mors, tibi tertia reſtat.

Habes de Gloria iuditiũ meum, pluribus certè quàm me uel te decuit uerbis explicitum, paucioribus uerò, quàm rei qualitas exigebat, niſi forte nunc etiã fabuloſa tibi, hæc omnia uidentur. F. Minimè quidem, neque mihi more fabularum affecerunt animum, quin immò ueteris abijciendi nouũ deſideriũ iniecerunt, quãuis enim fermè omnia iam pridem

nota

nota mihi forent, auditaquѐ ſæpius : quoniam ut Terentius noſter ait:

Nullum eſt iam dictum, quod non ſit dictum prius:

Tamen & uerborum dignitas, & narrationis ſeries, & loquẽtis auctoritas multum ualet. cæterum de hac re ſentẽtiam tuam ultimam audire uelim, iubeas'ne ut omiſsis ſtudijs meis omnibus, inglorius degam, an uerò medium aliquod tibi ſit conſilium. A. Vt inglorius degas nunquam conſulam, at ne gloriæ ſtudium uirtuti præferas, identidem admonebo: noſti enim gloriam, uelut umbrã quandam eſſe uirtutis, itaque ſicut apud uos impoſsibile eſt corpus umbram ſole feruente non reddere, ſic fieri non poteſt, uirtutem ubilibet radiante Deo gloriam non parere. quiſquis igitur ueram gloriam tollit, uirtutẽ ipſam ſuſtulerit neceſſe eſt, qua ſublata relinquitur uita hominum nuda, & multis animalibus ſimillima. uocantemq́; ſequi præceps appetitum, qui unus belluis amor eſt. Hæc igitur tibi ſeruanda lex erit, uirtutem cole, gloriã neglige, illam tamen interea quod de M. Catone legitur, quò minus appetes, magis aſſequeris. Nondum poſsim mihi temperare. quò minus te cum tuis agam teſtimonijs.

Illa uel inuitum, fugias licet, illa ſequetur.

Agnoſcis'ne uerſiculum tuus eſt, inſanus profectò uideatur, qui die medio per ſolis ardorem, ut umbram cerneret oſtẽderetq́; alijs, cum labore diſcurret, atq́; nihilò ſanior eſt, qui inter æſtus uitæ, multo cum labore circũfertur, ut gloriam ſuã larè diffundat, quid ergo, eat ille ut terminum teneat, euntem cum umbra proſequitur? aſtat iſte, ut uirtutem apprehendat, agentem gloria non deſerit. & hæc de ea, quæ ueræ uirtutis comes eſt. illa uerò, quæ captatur ex alijs, ſiue corporis ſiue ingenij artibus, quas humana curioſitas innumerabiles facit, nec gloriæ cognomine digna eſt. itaque tu, qui conſcribendis Libris ætate iſta præſertim tantis te laboribus maceras (pace tua dixerim) procùl erras, oblitus enim tuarum, alienis rebus totum incumbis, ita ſub inani ſpe gloriæ) breuiſsimum hoc uitæ tempus, te non ſentiente dilabitur. F. Quid faciam igitur, labores ne meos interruptos deſerã? an accelerare conſultius eſt, atque illis (ſi Deus annuat) ſummam manum imponere, quibus curis exutus, expeditior ad maiora proficiſcar, tantum enim actum, ſumptuoſum opus, uix poſſum æquanimiter medio calle deſerere. A. Quo pede claudices agnoſco, teipſum derelinquere mauis quàm libellos tuos. Ego tamen officium meum peragam, quàm feliciter tu uideris ac certè fideliter. abijce ingẽtes hiſtoriarum ſarcinas, ſatis Romanæ res geſtæ, & ſuapte fama & aliorum ingenijs luſtratæ ſunt: dimitte Aphricam eamq́; poſſeſſoribus ſuis linque, nec Scipioni tuo, nec tibi gloriam cumulabis, ille altius nequit extolli, tu poſt eum obliquo calle niteris. his igitur poſthabitis, te tandem tibi reſtitue, atque ut unde uenimus reuertamur. Incipe tecũ de morte cogitare, cui ſenſim & neſcius appropinquas, reſciſsis uelis tenebriſq́; diſcuſsis, in illam occurrat, quicquid uel oculis uel animo cogitantis occurrit, ad hoc unum refer, cœlum, terra, maria mutantur, quid homo fragiliſsimũ animal ſperare poteſt? uiciſsitudo temporum, ſuos curſus recurſuſquѐ peragit, nunquã permanens, ſi tu poſſe permanere putas, falleris: at ut eleganter ait Flaccus:

Damna tamen celeres reparant cæleſtia.
Luna nos ubi decidimus.

Quotiens igitur floribus uernis æſtiuam ſegetem, quotiens æſtiuis ſalubris autumni temperiem, quotiens autumni uindemijs hybernam ſucceſsiſſe niuem uides, dic tecum ita, prætereunt ſed ſæpius reuerſura, ego autem irrediturus abeo: quotiẽs uergere ad occaſum ſole umbras montium creſcere conſpicis, dic, nunc uita fugiente, umbra mortis extenditur, iſte tamen ſol cras idem aderit, hic autem mihi dies irreparabiliter effluxit, quis pulcherrima ſpectacula ſerenæ noctis enumeret? (quæ ſicut malè agentibus per opportuna, ſic benè agentibus deuotiſsima pars temporis eſt) quamobrem non ſecurius quam magiſter Phrygiæ claſsis, neque enim tutius fretum nauigas,

Media nocte conſurgens.
Sydera cuncta notat tacito labentia cælo.

Quæ dũ ad occidentẽ feſtinare circũſpicis, ſcito te cũ illis impelli, nullãq́; niſi in eo q̃ nõ mouet, quiq́; occaſum neſcit, ſupereſſe fiduciã ſubſiſtẽdi. ad hæc dũ occurrũt, quos modo pueros uidi.

tos uidiſti, aſcendentes ætatum gradibus, recordare te interim alio calle deſcendere, eoque celerius, quò ſecundum naturam, ſic omnium grauium caſus, uetuſta cernenti mœnia ſuccurrat, in primis ubi ſunt, quorum illa congeſſerunt manus recentia tueri, ubi mox futuri ſunt idem de arboribus, ex quarum ramis ſæpè fructum non legat ipſe qui coluit ac plantauit. in multis enim obſeruatum eſt illud Georgicum:

Tarda uenit ſeris, factura nepotibus umbra,

Flumina uelociſsima miranti ſemper, ne te ad alienos euocem, uerſiculus quidem tuus in promptu ſit.

Flumina nulla quidem curſu leuiore fluunt, quàm
Tempus abit uitæ.

Nec te uallat dierum pluralitas, & ætatis operoſa diſtinctio, tota hominum uita, quantumlibet intendatur, diei unius inſtar habet, eiuſq; uix integri. crebro ante oculos reuoca Ariſtotelicam quandã ſimilitudinẽ, quã animaduerti admodũ tibi placere, uixq; unquam ſine graui mentis impulſu legi ſolere, uel audiri, quàm clariori eloquio & ad perſuadendum aptiori (in Tuſculano quidem à Cicerone relatam inuenies) ait his uerbis, aut perfectò ſimilibus. Neq; enim libri nunc illius copia eſt. Apud Hypanim, inquit, fluuiũ, qui ab Europæ parte in Pontũ influit, beſtiolas quaſdã naſci ſcribit Ariſtoteles, quæ unũ diẽ uiuant, quæ oriente ſole moritur iuuenis moritur, quæ uerò ſub meridie iam ætate perfectior, atq; ſole occidente ſenex abit, eoq; magis ſi ſolſtitiali die. confert uniuerſam ætatem noſtram, ſin eadem propemodũ breuitate reperiatur. Hæc ille, quæ quidem aſſertio, meo iuditio tàm uera eſt, ut ex ore Philoſophorum iam pridẽ in uulgus effuſa ſit, nũ quid enim rudes etiam & ignaros homines, in quotidiani ſermonis uſum deduxiſſe uides, ut puerum aſpicientes, dicant huic ſol oritur, uirum aũt, hic meridiem attingit, hic nonam, ſenẽ uerò decrepitũ, ad ueſperam atq; ad ſolis occaſum, iſte peruenit. Hæc igitur fili charíſsime tecũ uolue, & ſi qua huius generis occurrunt alia, quæ multa eſſe non dubito, ſed hæc erant, quæ ex tempore ſe ſe obtulerunt. unum præterea obſecro, ſepulchra ueterũ ſed eorum qui tecum uixerunt diligentius contemplare, certus eandem tibi ſedẽ, ac perennẽ aulam fore præparatam. Tendimus huc omnes, hæc eſt domus ultima, tu quoq; qui nunc ætate ultima florida ſuperbis, alios calcas, mox ipſe calcaberis. hæc cogita, hæc diebus ac noctibus meditare, nõ ſolum ut hominem ſobrium, ac naturæ ſuæ memorẽ, ſed ut Philoſophum decet, atq; ita teneas intelligi debere quod ſcribitur: Tota Philoſophorũ uita cõmendatio mortis eſt. Iſta, inquã, cogitatio docebit te mortalia facta contẽnere, aliãq; uiuendi uiam quã arripias mõſtrabit. interrogabis aũt, quæ nam hæc uia eſt, ſeu quibus adeunda tramitibus? Reſpondebo tibi, tibi, Longis monitionibus te non egere, audi modò uocãtem, iugiter hortantẽq; ſpiritum & dicentẽ. Hoc iter eſt in patriã. ſcis quæ ille tibi ſuggerit, quas uias & quæ deuia, quid ad ſequendũ uitandumue pronunciet. Illi parere ſi ſaluũ te uel liberũ eſſe cupis, non longis deliberationibus opus eſt, factum exigit natura. periculi hoſtis inſtat a tergo, & in faciẽ inſultat, parietes tremunt, in quibus obſeſſus es, non eſt ulterius hæſitandum. quid tibi prodeſt dulciter alijs canere, ſi te ipſe non audis? Finem faciam, effuge ſcopulos, eripe te in tutum, ſequere impetũ animi, qui cum ſit turpis ad reliqua, ad honeſta pulcherrimus eſt. F. Vtinam hæc mihi ab initio dixiſſes, priuſquàm his animũ ſtudijs addixiſſem. A. Dixi equidem ſæpè, & in ipſis primordijs ubi te calamum arripuiſſe uidi, præfatus ſum, quod uita breuis & incerta, quod longus & certus labor, quod opus grande, quod fructus exiguus foret. ſed aures tuas obſtruxerant populorum uoces, quas odiſſe ſimul & ſecutũ eſſe te ſtupeo. Cæterum quia ſatis multa contulimus, quæſo, ſi quid ex me gratum accepiſti, ne patiaris ſitu deſidiaq; marceſcere, ſi quid autem aſperius ne moleſtè feras. F. Ego uero tibi cum pro alijs multis, cũ pro hoc triduano colloquio magnas gratias ago, quoniam & caligantia lumina deterſiſti, & denſam circunfuſi erroris nebulam diſcuſsiſti. Huic autẽ quas refero grates, quæ multiloquio non grauata, uel quæ nos ad exitum expectauit? quæ ſi unquam faciẽ auertiſſet, operti tenebris, per deuia uagaremur, ſolidumq; nihil uel tua contineret oratio, uel intellectus meus exciperet. nũc uerò, quoniã ſedes ueſtra cœlũ eſt, mihi aũt

terrena

terrena nondum finitur habitatio,quæ quorſum duratura ſit neſcio,& in hoc pendeo anxius,ut uides,obſecro,ne me (licet magnis tractibus diſtantem)deſeratis,ſine te enim Pater optime,uita mea inamœna eſt,ſine hac autem nulla foret. A. Impetratū puta,modo teipſum non deſeras,alioquin iure optimo deſereris ab omnibus. F. Adero mihi ipſe quantum potero,& ſparſa animæ fragmenta recolligam,moraborq; mecum ſedulò, ſanè nunc licet dum loquimur,multa me magnaq;,quāuis adhuc mortalia negocia expectant. A. Maius fortaſſe uulgò aliquid uidetur,ac certè utilius nihil eſt,nihilq; quod poſsit fructuoſius cogitari. reliquæ enim cogitationes poſſunt eſſe ſuperuacuæ, has autem ſemper neceſſarias,ineuitabilis probat exitus. F. Fateor neq; aliam ob cauſam propero nunc tàm ſtudioſus ad reliqua,niſi ut illis explicitis,ad hæc redeam,non ignarus (ut paulo antè dicebas)multo mihi futurum eſſe ſecurius ſtudium hoc unum ſectari,& de uijs prætermiſſis,rectum callem ſalutis apprehendere,ſed deſiderium frenare,non ualeo. A. In antiquam litem relabimur,uoluntatem impotentiam uocas, ſed ſic eat,quando aliter eſſe non poteſt.ſupplexq; deum oro,ut euntem comitemur,greſſusq; (licet uagos)in tutum iubeat peruenire. F. O utinā id mihi contingat,quod precaris, & ut duce Deo integer,ex tot anfractibus euadam,& dum uocantem ſequor,non excitem ipſe puluerem in oculos meos,ſubſidiantq; fluctus animi,ſileat mundus & fortuna non obſtrepat.

FRANCISCI PETRARCHAE. V. C. PSALMI POENITENTIALES VII.

Pſalmus. I.

HEV mihi miſero,quia iratum aduerſum me conſtitui redemptorem meum,& legem ſuam contumaciter neglexi. Iter rectum ſpontè deſerui. & per inuia longè lateq; circūactus ſum. Aſpera quælibet & inacceſſa penetraui,& ubique labor & anguſtiæ. Vnus aut alter ex gregibus brutorum,& inter luſtra ferarum habitatio mea. In anxietatibus cum uoluptate uerſatus ſum,& in ſentib.cubile meū ſtraui. Et obdormiui in interitu,& ſperaui requiē in tormentis. Nunc igitur quid agam? quo me in tātis periculis uertam? ſpecies adoleſcentiæ meæ corruerunt omnes. Et factus ſum naufragio ſimillimus,qui mercibus amiſsis nudus enatat,iactatus uentis & pelago. Elongatus ego ſum à portu,& uiam ſalutis non appræhēdo,ſed rapior ſiniſtrorſum. Video tenuiter quidem, ſed hinc mihi grauius duellum,quia iraſcor mihimet & animæ meæ ſum infeſtus. Iraſcor peccatis meis,ſed ingenti miſeriarum mole depreſſus ſum, nec eſt reſpirandi locus. Sæpè fugam retentaui.& uetuſtum iugum excutere meditatus ſum,ſed inhæret oſsibus. O' ſi tandem excidat à collo meo,excidet confeſtim ſi tu iuſſeris altiſsime. O' ſi mihi ſic iraſcar in peccatis meis,ut te diligam uel ſerò. Sed multum timeo,quia libertas mea manibus meis labefactata eſt. Iuſte crucior,cōſenſi,labore torqueor digniſsimo. Quid mihi procuraui demens,catenam meam ipſe contexi, & incidi uolens in inſidias mortis. Retia mihi diſpoſuit hoſtis,quacunque ibam,& pedibus meis laqueos tetēdit. Ego autem deſpexi,& inceſsi ſecurus inter lubrica,& in peccatis mihi blanditus ſum. Credidi iuuentutis decus non aberrare,& ſecutus ſum quo me tulit impetus. Et dixi mecum,quid ante medium de extremis cogitas,habet ætas quælibet fines ſuos. Videt iſta Deus ſed irridet, facilimus erit ad ueniam, conuerti poteris cū uoles. Tunc cōſuetudo peſsima ſuum uendicat mancipium,& inijcit manus fruſtra reluctanti. Quo fugiam non habeo,nam & ego uinctus ſum,& refugium meum longe eſt. Moriar in peccatis meis,niſi mihi auxilium ueniat ex alto. Non merui fateor,ſed tu domine miſerere & extende manum tuam per

eunti

eunti. Et memor promiſsionum tuarum, eripe me de faucibus inferni. Gloria patri &c.

Pſalmus II.

INuocabo quē offendi, nec timebo, reuocabo quē abieci, nec erubeſcam. Spē perditam reſtituā, audebo rurſum ex his tenebris in cœlū oculos attollere. Illic habitat redēptor meus, q potēs eſt ab inferis euellere. Ego in me perij, ſed in illo uita mihi ꝑmanet, & ſalus in æternū. Ille imperat morti, ille uitam pſtat & reſtaurat, ꝓhibet ſperare meliora. Auolēt q me terrificāt, peccatum grande meū nimis, ſed miſeratio domini immēſa eſt. Peccaui infœlix malis peiora accumulās: & mihimet hoſtis acerrimus. Verius enim uero, omnes ſordes meas, una gutta uel tenuis ſacri ſanguinis abſterget. Attamē unde mihi genitus, frāge ſaxū hoc domine, & fontes ꝓrumpāt ex adamāte duriſsimo. Fōtes lympidi ſcaturiāt, & deſcēdāt in uolutabrū, ubi aſsiduè trux aper immergit. Et deleant maculæ uetuſtæ, ut placere tibi poſsit habitaculū in me, dū diſplicet. Fiat mihi ꝑ noctē miſeriarū mearū recordatio, & ꝑ diē ſpes ſalutis appareat. Temperem læta cū triſtibus, ſed miſerationū tuarū nunquam obliuiſcar. Ex quantis me malis erueris, et ut animam meam non deſerueris in periculis multis. Lugeam pœnitens de commiſsis, ad fœliciora ſuſpirem de meipſo, metuam ſemper, de te nunquam deſperem. Fiat mihi thalamus meus purgatorium meum, & lectulus meus lachrymarum mearum conſcius. Et in corpore meo doleam prius, quàm præceps corruam in tartara. Miſerere mei domine, miſerere, & opus tuū ne deſtituas, liberator meus & ſpes ultima. Gloria patri. &c.

Pſalmus III.

MIſerere domine dolorū meorum, ſatisq́ ſuperq́ uolutatus ſum, & in cœno peccatorum meorū marcui miſer. Et quid reſtat amplius afflicto: tempus inutiliter abijt, uitam in cōſilijs expendi. Mors ante oculos meos adeſt, & domus nouiſsima ſepulchrū, & ſtridor ac gemitus gehennæ. Quamdiù me deludit hodiernus dies ſub expectatione craſtini, quando incipiam ad te reuerti? Siſte iam fluctus ac procellas animi, illumina conſilium cordis mei, & metam laboribus impone. Qui intellectum dederas, ut benè agere, tribue uoluntatem, & in actum dirige, ne exprobratione tui muneris cōfundar.

Eripe me à ſeruitio hoſtis tui, & ne inſultet in opus manuum tuarum prohibe, quoniam alter q ꝓhibeat nō eſt. Libera me de ſupplicijs æternis, ſit mihi pars purgationis labor meus, quo hic ꝑ ſingulos dies exerceor. Reliquum mihi hac uita, & in his membris exige, priuſquā ueniat tēpus egeſtatis. Reduc me in uias tuas, ante ſolis occaſum, aduesperaſcit enim, & nox eſt amica ꝑdonib. Coge ire ſi uocare parū eſt, deniq; ut libet, modò ne peream. Reſpice domine miſerere, ſuccurre, quoniā tu ſolus omnes miſerias noſti. Gloria.

Pſalmus IIII.

REcordari libet munerū tuorū Deus, ut ſit mihi confuſio ante oculos, & rubor in genis meis. Sic enim fortè miſereberis, ubi non ꝓrſum uideris, omniū q̄ mihi tribuiſti largitor optime. Tu mihi cœlū & ſtellas, qd enim horū indigebas, tu mihi uiciſsitudines tēporū creaſti. Tu ſolē & lunā, tu dies noctesq́, tu lucē ac tenebras diſcreuiſti. Terrā aqs inuoluiſti, feciſti fontes & maria, ualles ac planitiē, mōtes, lacus & flumina. Hæc intus uarijs ſeminib. fœcūdaſti, circūquaq; multiplici ſpecie decoraſti. Herbis uirentib. ueſtiſti cāpos, diſtinxiſti colles florib. & ſyluas ramorū folijs. Fatigato requiē pparaſti, æſtuanti umbras arborū, & ad ociū receſſus amœniſsimos. Sitiēti fontes lucidos, eſuriēti baccas omnis generis, & refectionis quā multiplicis alimēta. Quā multiformibus animātib. terras & pelagos impleſti, & circūfuſos tractus aëris, qs cūcta dinumeret? Hæc omnia pedib. hominis ſubieciſti, uſq; ad oblectationes uarias amaſti hominem. Nec me minus ideò, q̄a cū multis, q̄n & ſingularia q̄dam pbuiſti mihi. Tu corpus hominis p̄ cūctis creaturis adornaſti, tu mēbra miris ordinib. collocaſti. Os illi imperioſum ac ſerenū, ſpiritūq́ tui capacē, & cōtēplatorē cœleſtiū ſtatuiſti. Addidiſti artes innumeras, q̄bus uita hæc foret ornatior æternæq́ uitæ ſpē dediſti. Oſtēdiſti uiā qua gradiendū foret, aperuiſti aditū in tabernacula tua, monuiſti qd cauēdū atq; unde declinādū ſit. Deputaſti comitē ꝑpetuū ac ducē, greſſus omnes è ſpecula cōtēplatus es, & errores meos obſeruaſti. Cadentē ſuſten-

taſti,labētem firmaſti, errantem direxiſti,proſtratū ſuſtuliſti,ſuſcitaſti mortuū. Miſertus es labores meos totiens:ubi non miſericordia ſed odio dignus erā. Et quibus meis meritis tàm digna,tàm grandia gratis & indignus hæc accepi? Pro his omnibus quid tibi retribuerim uides,ueruntamē miſerere iterū,& ſuccurre,quia ſine te morior,ingratitudinum mearū ne reminiſcaris amplius,ſed ſaluā fac animā,nil iā de ꝓprijs uirib. ſperantē. Gloria.

Pſalmus V.

NOctes meæ in mœrore tranſeunt, & terrores agitant innumeris,conſcientia concutit inſomnem,& malè mihi eſt. Somnus meus illuſionib. uarijs turbatur,non mihi quietem afferens ſed laborem,ſignum peſtiferi euentus, ꝓhibe Domine & occurre, quoniam aduentantis mortis eſt iudicium. Dies meos in amaritudinib. exegi,cōſumpſerunt me curæ immortales, & animæ meæ litigio exaſperatus ſum. Corporis mei ſarcina defeſſus ac curuatus ingredior, & terrā inuitus aſpicio. Intus & extra mihijpſi ſum moleſtus,utrobiq; hoſtes domeſticos inueni,qui me peſſunderūt. Perſecutorib. alienigenis patuit ingreſſus,& murorū cuſtodia deuicta eſt. Et ego ſomno grauis, atq; incautus, inter tenebras noctis oppſſus ſum. Nulla mihi ſpes ſalutis,nullum præſidiū aliūde,ſed in miſericordia tua ſperabo. Succurre,accelera, fer opem & miſerere mei. Gloria.

Pſalmus VI.

CIrcūfallarūt me inimici mei,gurgētes me cuſpide multiplici. Obtorpui infœlix et cōtremui,uehemēter horror mortis ſupaſtitit mihi. Nō reſpexi ad orientē,nec unde debuerā auxiliū expectaui,nec ſicut dignū fuerat ſperaui. Propterea firmamētū cui innixus erā me deſtituit repētè,& ego ꝓnus in terrā ſum ꝓſtratus. Agnoui cadēs q̄ debiliter ſtetiſſem,p̄dones inſultauerūt corruēti. Spoliatū me delitijs multis q̄ſitis mihi de lōginquo, tabe & cruore deformauerūt me. Vulnerib. grauiſsimis cōfecerūt,ſemianimem atq; nudum reliquerunt in deſerto. Caput & pectus meum transfixerunt,ſed ſubter præcordia mea debacchati ſunt acerbius. Illic uulnus ſitu putruit,illic uitæ meæ metuo,illic domine manus tuas adhibe uelociter. Viuis enim ſaluator mi, & hæc aſpiciens ex alto, tacuiſti & paſſus es quia ego promerui. Miſereberis fortaſsè,nec patieris in finem,quoniam tu ſolus potens es præſcribere leges morti. Ipſe arcebis carnifices ab interitu meo, quoniam in te ſpes mea magna eſt,ipſe ſaluum me facies de manibus impiorum. Gloria.

Pſalmus VII.

COgitabā ſtare dū corrui,Ve mihi quia duriter nimis alliſus ſum. Quo & unde redactus horreſco, dū memini & grauiter cōtremiſco. Sperabā de uirib. meis, & mihi quædā magna ꝓmiſeris. Somnia mihi fingebā & gaudebā, nūc deluſus expergiſcor cū lachrymis. Securus in periculis fui,lætus in ærumnis medijs, portū in tempeſtatibus putaui. Circūſpexi per nebulas,ſecutus ſum tranſuerſas & tortuoſas uiuendi uias,& infœliciter mulcentes. Noſti quoniā tu ſemp mihi fueras finis,ſed ad te p meipſum uenire credēs retroceſsi, per inextricabiles anfractus. Sentio nunc inſidias ubilibet, piget erroris tàm lōgæui,nec ꝓpterea ſubſiſto ubi ſit requies. Odio mihi ſum,& ago cūcta cum faſtidio,uim patior & aliud nō licet. Nouū propoſitū mos uetuſtus opprimit,& cum placuerint relabor ad ſolita. Quotiens iā oſcitans ad uomitū redij,& ſubinde ſtomachans dixi, quouſq; hoc & quis erit finis? Iuſtū ſupplicium animi inſolentis ſcio, quid me ꝑdidit nihil erā,& ſupercilīū erexi. Agnoſco nullam fiduciam homini,niſi in Deo,& ſi parum uideo illuceſcat clarius. Aufer à me domine præſumptionis ſpiritum, & humilitatem tribue placentem tibi. Ne quando extollar inconſultè,& mihi de me mentiar, ſed perſeuerem in tremore tuo. Limus & umbra tenuis ſum,& fumus ante impetum uentorum, ita mihi uideor uideri. Ita mihi uidearis ſemper, & in hac opinione permaneam ſobriè ac ſalubriter ſub umbra tua. Quotiens hinc pedem mouero concidam, & ludibrium perſecutoribus meis ero? Scio & expertus metuo,operuit me iam ſimilis ruina. Et adhuc exurgere non ualui, ſed inenarrabilibus urgeor miſerijs. Tamdiù fœdus uerſor in ſanguinibus, & in luto concupiſcentiarum mearum iaceo. Erue me CHRISTE IESV & miſericorditer ſuſtenta,ne corruam ſub extremis. Gloria patri.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. DE REP. OPT. adminiſtranda Liber.

AD IMAGINIBVS VIRTVTIBVSQ. ORNATISS. VIRVM FRAN. CARRARIENSEM, principem Patauinum.

DVdum tibi uir clariſsime ſcribere aliquid meditor, & tu me interdum
more tuo, leniter admones, & indignum eſſe uideo, inter tot mediocri-
um & magnorum nomina, præteriri tuum nomen, & paternis & tuis
beneficijs ita de me meritum, ut nunquam mihi è memoria dilabi, ſine
ingenti poſsit ingratitudine, nec unquam certè hactenus lapſum ſit. ſcri
bere igitur eſt animus, ſed unde incipiam quæro nec inuenio, nam neq;
unus eſt aditus ad intentum, & pluralitas hærere animum cogit, ut ambiguum in biuio ui-
atorem. hinc crebra nimis in me liberalitas tua, ad agendas gratias ſtylum uocat, & eſt ſa-
nè mos percelebris, ſuſceptis amicorum & maximè principum muneribus grates agere,
quem aliquandiu ipſe tecum tenui, donec perpetuis & indies auctis beneficijs atque ho-
noribus tuis preſſus, & pro rebus uerba remittere, ingenuo pudore prohibitus, mune-
rum magnitudinem, quam ſermone non aſſequor, mente complecti, memoriqúe ſilentio
metiri potius quàm uerbis inanibus conſilium cœpi. hinc excluſis uertor ad ampliſsimam
pronamqúe materiam tuarum laudum, nam & hic quoque nonnullorum mos eſt, prin-
cipes laudare, quod & ipſe nonnunquam feci, non tàm laudati gratiæ, quàm ueritati ob-
ſequens, & uirtutem laudum ſtimulis excitans, quibus nihil generoſum animum urgere
potentius, qua in re, hinc laudantis adulatio, hinc uel maximè inconſtantia me offendit.
ſunt enim & qui indignos laudent, & qui laudatos mira mox animi leuitate uituperent,
quo nihil inhoneſtius, nihil eſt turpius. in quo quidem maximè Ciceronem noto uſque-
adeò, ut quem inter omnes ſcriptores gentium miror ac diligo, in hoc uno penè ode-
rim, ita ille aliquos, ſed in primis Iul. Cæſarem laudum faſce, dicam an præconio onerat
an honorat, eundemqúe poſt probris ac maledictis inſequitur. Lege illius epiſtolas ad
Q. Fr. omnia ibi de Cæſare honorificè dicuntur atque amicè, eiuſdem ad Atticum epi-
ſtolas percurre, prima ibi ambigua, ultima quæque odioſa uidebis, & infamia. lege ipſius
Orationes, quas uel ad ipſum Cæſarem, uel eo præſente ad Senatum habuit, tantæ ibi Cæ-
ſareæ laudes ſunt, ut nec mortali debitæ, nec à mortali profectæ ingenio uideantur, ſed
progredere, lege Libros Officiorum, orationesqúe Philippicas, inuenies nec affectibus
odia, nec laudibus inferiora conuitia, utqúe ſic indignor hæc tanta uarietas, & uiuenti
laus, & defuncto uituperatio omnis attribuitur. Pati poſſem æquanimius, ſi uiuum uitu-
peraſſet, extinctumqúe laudaſſet (ſolet enim mors inuidiam atque odium uel extingue-
re uel lenire, habet tamen ſortem ſuam, quo ſoletur Cæſar, unum ex omnibus magnum
comitem, nepotem, filiumqúe ſuũ adoptiuum Ceſ. Auguſtum, qui licet uirtute minor
bellica, certè imperio maior fuit, cui immodicè laudato Cicero, idem in hoc animoſior,
uiuo etiam & ad ipſum ſcribens immodicè maledixit. inuitus de dilecto mihi uiro maxi-

mo hæc loquor, ſed dilectione maior eſt ueritas: equidē ſic eſſe doleo, ſed ſic eſt. Nec ſum
dubius, ad hæc illum, ſi adſit ſuo illo omnipotenti eloquio, facilè reſponſurum, ſed uerbis
ueritas non mutatur, id mihi nequaquam euenturum reor, ut morbo animi laudata uitu-
perem. Verùm ut unde digreſſus eram redeam, hac ad tuum colloquium, ingreſſuro illud
occurrit in limine, & ſi uera uirtus, dignam gloriam non recuſet, eamq́ uel inuitam, ut cor
pus umbra ſequi ſoleat. hic uir tamen, quod iuditijs multis percipere potuiſti, præſens ar-
gui maluerit quàm laudari, multoq́ facilius fuerit, iuſtis hunc reprehenſionibus, quàm ue
ris etiam laudibus promereri. quid igitur faciam? quo me uertam? quem laudare ſum ueri-
tus, reprehendere nō uererer, ſi tam lata eſſet reprehendendi materia, quàm laudandi. Eſt,
fateor, conditio iſta mortalium, ut nullus omnino ſit irreprehenſibilis: ille perfectus atque
optimus dici poteſt, qui paucis ac paruis obnoxius eſt, age gratias deo, qui te talem fecit,
ut ſi æqs ingenijs reprehenſor tuus laudatorq́ cōuenerint, multo diſertior ſit laudator, ſicut
è duobus agricolis, & arte æquus, & robore ille apparebit inſignior, cui aruum ſors dedit
uberius, ſicut è duob. nautis, omni ex parte partibus fœlicior erit illius nauigatio, cui pro-
ſperiores auræ fuerint, & mare tranquillius, ut te autem reprehendere, et hanc colloquij
literalis materiam eligere decreuiſſem, nil in te reprehenſione dignum noueram, niſi unū
illud, de quo aliquando multa te, cum nullo teſte diſſerui. qua in re ſi humiles ac fide-
les monitus meos exaudire dignabere, rem haud dubiè, & corpori & amicæ & famæ tuæ
præſenti, & uenturæ gloriæ ſaluberrimam feceris, unde ut ita ego te nunc alloquor, ſicut
in campo Theſſalico Cæſarē Craſtinus alloquiť, Aut mihi uiuo aut mortuo gratias agas,
hic non agam pluribus, intelligenti enim & ſcienti omnia, quid opus eſt uerbis? ſcis
quid uelim, & nil niſi bonum tuum uelle debeo aut poſſum, teque hoc ipſum ſcire
non ſum dubius. ſed & hæc tranſeo ſciens, nec mihi honeſtas, nec tibi placitas eſſe blandi-
tias. quæ cum ita ſint, labor ut uideo mihi nunc hiſtoriæ longioris eripitur, quod & tibi ut
dixi, minimè placitura & publicè omnibus nota eſt, ut ſub ipſum, ſcilicet adoleſcentiæ tuæ
florem, glorioſo & magnanimo Patre ſpoliatus, ſub quo præclara omnia atque magni-
fica diſcere, & doctrina poteras & exemplo, eo ipſo tempore, quo rectoris adhuc uel ma-
ximè indignus uidebaris, ad regimen omnium conſcendiſti, commiſſamq́ tibi Remp. im
maturo, ſuperante annos induſtria, tanta maturitate tamquè ſenili conſilio rexiſti, ut in pri-
mis nullus tumultus in patria, tanta mutatione rerum, nulli motus exarſerint, ex multa de
hinc inopia, quā æris inſuper alieni pondus urgebat, breui ad magnas diuitias peruenires,
ut deinde paulatim & ætate & experientia rerum creſcens, non ciuibus tantùm tuis egre-
gium te rectorem, ſed exemplar aliarum urbium rectoribus exhiberes, ita, ut ſæpè ego fi-
nitimos populos, tibi ſubeſſe uotis optantes audierim, & tibi ſubditis inuidentes, ut tu in-
terim, nec tumidæ inſolentiæ, nec inerti deditus uoluptati, in hoc unum uigilantiſsimo ſtu
dio incubueris, ut te omnes agnoſcerent, ſine deſidia tranquillū, ſine ſuperbia glorioſum,
utquè in te modeſtia cum magnanimitate contenderet. Inter multa igitur decora, cum te
penè ex æquo, etiam minimis adeundum, incredibili humanitate præſtares, filias tamen
tuas, conquiſitis ab extremo terræ, præclariſsimis nuptijs collocaſti, perq́ idem tempus,
quamuis ante alios quietis publicæ ſtudioſus, ꝙ nunquam tamen aut populo, dùm ciuitas
cōmuni cōſilio regebať, aut cuiquam tuorū, dùm tàm diù frena Reip. tenuerunt in animū
uenit, ſolus tu patrijs in finibus, opportunus locis arces multas ac ualidas erexiſti, atq́ ad
ſummā, ſic te in omnib. habuiſti, ut & Ciues te Duce liberi fuerint ac ſecuri, nec ullius ſan-
guis innoxius funderet, uicinosq́ omnes uel metu uel amore, tuæq́ uirtutis admiratione pa
caueris, totq́ inde ꝑ annos florentē patriā, ſerena tranqllitate & cōſtanti pace tenueris, do-
nec tandē aduerſarius humani generis hoſtis pacis, unde tale nil timebas, bellū tibi repentè
grauiſsimū excitauit, ꝙ tantus amator pacis intrepidus excepiſti, diùq́ ingēti animo geſsi-
ſti, ſperatis, licet deſtitutus auxilijs. cūq́ tibi id utilius uiſum eſſet, pacē priſtinā alto conſi-
lio reformaſti, uno ex actu, laudem geminā, & fortitudinis & prudentiæ conſecutus. Hæc,
inquam, & ſimilia multa prætereo, quibus te omnibus tui Reip. aliarumquè multarum
rectoribus, magno ſpatio rebus ipſis, nec tàm tuo quidē, quàm omnium iuditio prætuliſti.

Quod

Quod ſi te igitur curioſius laudare blandum, cum res ipſa te laudet, & reprehendere ſuper uacuum reor, & ubi loqui cœpi in expleto ſermone ſilentium indecorum, quid in animum uenit dicam, ut deſcribam, ſcilicet, ꝙ tibi ſine ulla deſcriptione notiſsimũ credo, ſed ſciẽti, etiã interdũ cõfert admonitio, dũ mens ipſa bene ſibi cõſcia, in eorũ q̃ probè nouit & frequenter exercuit memoriã, aliquo memorante reducit, & q̃ paſsibus ſuis ibat, alienæ linguæ ſtimulis urgetur: deſcribã ergo ꝙ ſciunt penè omnes, ſed diſsimulant, Qualis eſſe debeat, cui ſuæ patriæ cura cõmiſſa eſt. quo impleri libros poſſe nõ ſum neſcius, ego epiſtolã impleſſe contentus ero, plus enim quibuſdam una uox, q̃ alijs uerba longiſsima ꝓfuerũt, maiorq́ eſt uis in animo audientis, quã in eloquio exhortantis q̃ſquis ille ſit. nempè ut re- perã ꝙ dicere ſoleo, Fauilla interior ſit oportet, quẽ flando excites, & in flammã erigas, alioquin extinctum in cinerẽ, ne quicq̃ flaueris. ſpero ego, immò quidẽ ſcio, in te non modò fauillas cõſopitas, ſed lucidas & ardentes, flãmamq́ inſuper uirtutis eximiam, & capacem omnis boni animũ. cui omnium q̃ audierit aut uiderit, nihil excidere ſoleat. ſenſi quantum epiſtola una, clara illa quidẽ, & q̃ claro texta eſſet ingenio, M. ſcilicet Bruti ad M. T. Ciceronẽ tibi animũ accẽderit uirtutẽ, ut diù uix aliud loq poſſes, & ſæpè tacitus mecũ dixi, Hic niſi uirtutis eſſet amicus, nunquã iàm uehementer, hoc tàm breui, uirtuoſo licet, elogio moueret. ſepè etiam ipſe mihi gratiã habui, q tibi illã epiſtolã, ꝓcuraſſem, & obliuione senioq́ obrutam renouaſſem. Ante tamẽ q̃ aggrediar ꝙ inſtitui, uerbũ unum Ciceronis ipſius, tibi ut arbitror nõ ignotũ inſeram, quo auidius audias, Qualis eſſe debeat Reip. gubernator cũ prius audieris, quàm & ipſe Deo carus, quàmq́ Deo cara ſit Reſpub. ille ergo Reip. Lib. *VI.* Quo ſis Africane, inq̃t, alacrior ad tutandã Remp. ſic habeto. Omnib. qui Patriã cõſeruauerint, adiuuerint, auxerint, certũ eſſe in cœlo diffinitũ locum, ubi beati æuo ſempiterno fruantur. nihil eſt enim illi principi Deo, qui omnem mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, quàm conci'ia cœtusq́ue hominum iure ſociati, quæ ciuitates appellantur. Harum rectores & conſeruatores hinc profecti huc reuertuntur. Erat autem fictum illud in cœli arce colloquium, quis igitur, niſi ualdè duri cordis & uirtutis oſor, fœlicitatisq́ue contemptor, non hos appetat labores & hæc præmia? quamuis enim paganus ſit qui loquitur, non abhorrens tamen eſt à Chriſtiana ueritate ac religione ſententia, & ſi in creatione hominum, ſiue animarum diuerſus ſit eorum loquendi modus & noſter. Nunc peragam quod promiſi, & qualis eſſe debeat Patriæ rector expediam, ut hoc uelut in ſpeculo te te intuens, ubi te talem uideris, qualem dico, quod perſæpè facies, gaudeas, & uirtutum bonorumq́ue omnium largitori deuotior fias, atque indies obſequentior, & ingenti niſu per difficultatum obices aſſurgas, uſque ad illum gradum, quo ire altius iam non poſsis. ſi quando autem deeſſe tibi aliquid ſenſeris, faciem ipſe tuam, ut ſic dicam perfrices, & manu operum famæ frontem tergas, teq́ue ipſo formoſior uel certè nitidior fieri cures. Sit ergo hic Rector in primis amabilis, nec bonis formidabilis, malis enim formidabilis neceſſariò ſit oportet, iuſtitiæ eſt amicus, non enim ſine cauſa gladium portat, Dei enim miniſter eſt, ut ait Apoſtolus. nihil eſt autem ſtultius, nihil à principatus ſtabilitate remotius, quàm uelle ab omnibus formidari, quamuis quidam, & ueterum principum & nouorum, nil magis optauerint quàm timeri, & nulla re alia poſſe imperium teneri, quàm metu & crudelitate crediderint (quod nominatim de Maximiano imperatore barbarico lectum eſt) quorum opinionibus nihil eſt à ueritate remotius, amari expedit non timeri, niſi eo modo forſitan, quo prius filius bonum patrem timet, omnis metus alius, eorum propoſito eſt aduerſus. regnare enim diu uolunt, ſecuriq́ue uitam agere, utrique contrarium eſt metui, utrique conſentaneum eſt diligi, & diuturnitatem & ſecuritatem aufert metus, confert utranque beneuolentia. Et quò plus fidei dicto ſit, audiendus Cicero, immò quidem Ciceronis ore loquens Veritas audienda eſt. Omnium, inquit, rerum nec aptius eſt quicquam ad opes tuendas ac tenendas quàm diligi, nec alienius quàm timeri. nec multo poſt. Malus enim, inquit, cuſtos diuturnitatis eſt metus, contraq́ beneuolentia fidelis uel ad perpetuitatem, utq́ eſſe ſibi tem cordi ſcias, idem alibi. Charũ eſſe ciuẽ benè de Rep. mereri, laudari, coli, diligi, glorio-

 ſum eſt,

ſum eſt, metui uerò & odio eſſe, inuidioſum, deteſtabile, imbecillum, caducum. Ideò loqui de ſecuritate non attinet, quàm metu tolli atq; extingui, nemo tàm rudis, ignarusq; rerum eſt qui neſciat. Hic occurritur à quibuſdam, metum hunc in ſubditis eſſe, non in regnante firmantibus, quo non ipſius, ſed illorum ſecuritas quatiatur. quibus ego pro reſponſo notiſsimũ illud obijciam Laberij Eq. Rom. docti uiri ac prudentis in Iulium Cæſarem:

Neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent:

Quod dictum, quo plus habeat ufiium, dicto alio ſimili, & ipſius quem ſæpè nomino Ciceronis auctoritate firmandum eſt. Etenim, inquit, qui ſe metui uolent, à quibus metuentur, eoſdem metuant ipſi neceſsè eſt. huius ſententiæ rationem, ne uos imitari pudeat ab Ennio mutuatur. Præclarè enim inquit Ennius:

Quem metuunt oderunt, quem quiſq; odit periſſe expedit.

addo ego, Quod quiſq; expedit fieri ſtudet. atq; multi aũt ualidis urgent̃ affectibus, uix differri poteſt. q̃ quãuis ita ſint, fuerũt tamẽ. & ſunt uſq; hodie q dicant: Oderint dũ metuant: fuit hoc Atrei uerbũ crudeliſsimi tyranni ab Euripide relatũ, id quotidiano uſu C. Caligula nihil Atreo mitior ſuum fecit, nec inuentori fauſtũ, nec ſequacibus, q̃ etiã ut ol ũ Iul. Cæſarẽ opinati aliq & dicere uoluerũt, mirũ certè, ſi uerũ. nã ipſe quidẽ pter gloriæ & imperij appetitũ (in q̃ multus ne dicam nimius fuit) omnia fecit, quibus eſſet amabilis potiùs, quàm timendus, quadam hinc manſuetudine atq; clementia, hinc munificentia & liberalitate mirabili, cũ è toto impio omnibusq; uictorijs, nihil ſibi retinuerit, q magni teſtant̃ auctores pter diſpenſandi poteſtatẽ. ad ueniã uerò tàm facilis fuerit, ut de eo Cicero idem ſcribat, Quod nihil ſoleret, niſi iniurias obliuiſci. nobile quidem uindictæ genus eſt parcere, nobiliſsimum obliuiſci, ut id ſibi pro ſupremo naturæ bono, ſuus ille nunc amicus, nunc hoſtis attribuat. quid multa, uſqueadeò his uirtutibus, ut ſileam reliquas abundans fuit, ut nemo magis, & ſi ex his præmia non ſat digna percepit, ſiquidem ab ijsipſis, quos opibus atque honoribus ſummis expleuerat, quibus uictor omne ius uictoriæ, omnes inimicitias, iniuriasq́ remiſerat, interſectus eſt, nec eum liberalitas iuuit, nec clementia, ut non immeritò ſibi Pacuuianum illud in funere caneretur:

Men' ſeruaſſe, ut eſſent qui me perderent.

Quibus ita ſe habentibus q̃ri poteſt: Quæ nam ſibi odiũ cauſa conflauerit? nempè odio cõiuratio illa nõ caruit. ego nullam inuenio, niſi uiolentã quandã elationemq; animi, q ſupra patriũ morẽ ſeſe attolleret, q nimijs gauderet honoribus, & dignitates indebitas uſurpet. nondũ aſſueuerat Roma Cæſareos faſtus pati, q̃s poſtea longè diſparium tales tulit, ut facta collatione, mira illa uideri poſſet humilitas. Si illũ igitur talẽ uirum nulla potentia, nullæ opes aduerſus multorũ odia protexerunt, reſtat inquirere, quibus amor artibus ſit quærendus, quando ut odium ruinæ, ſic amor contrarij cauſa eſt, illud præcipitat, hic ſuſtentat. qd hic dicam? niſi unam eandemq; rationẽ eſſe amoris publici, q̃ priuati eſt. Ego inquit Annæus Seneca, tibi mõſtrabo amatoriũ, ſine medicamento, ſine herba, ſine ullius ueneficæ carmine. Si uis amari ama. ſic eſt hercle. & quamuis hic multa & uaria dici poſsint, tamen hæc omnium ſumma eſt. quid magicis opus eſt artibus? quid pretio aliquo aut labore gratuita res eſt amor, ſolo quæritur amore. quis tàm ferrei pectoris inueniri poteſt, quem honeſtè amanti uicem reddere pigeat? inhoneſtus enim amor non eſt amor, ſed honeſto nomine uelatũ odium, non amore ſed odio compenſandum. nam turpiter amantem redamare, qd eſt aliud, quàm ſcelere ſcelus confouere, & alieni flagitij fieri uelle participem. igitur hoc omiſſo, ad honeſtum illum amorem alterum redeamus, ex q̃, utiq; magnũ tibi, & honeſtũ gaudium naſci debet, qui te tuis ita charum ſentias, quaſi non ciuium Dominus, ſed Patriæ Pater ſis, q cognomen antiquorum principum ferè omnium fuit, ſed quorundam iuſtè admodum, quorundam iniuſtè adeò, ut nihil iniuſtius, Pater patriæ dictus eſt. Cæs. Auguſtus, pater patriæ dictus eſt Nero, ille uerus pater, iſte uerus hoſtis & patriæ & pietatis. Tibi uerũ hoc cognomen obtigerit, nullus eſt ciuium, eorũ dico, quibus pax ac reges patriæ grata eſt. q te aliter aſpiciat, aliter cogitet quàm parentem. Id ut factis meritum, tuoque perpetuũ ſit, eniti debes, & facies ſpero, ſacies admonitus oratusq;, q iãpridem per teipſum

ipſum facis. ſcito autem hoc tibi præſtare ſolam poſſe iuſtitiam, & ciuium charitatem, uis eſſe uerus ciuium pater, quod filio tuo uis, & ciuibus tuis uelis. non iubeo ut tantundem, unumquemq; ciuium ames, quantum filium, ſed ut filium. nam & Deus ipſe ſummus legiſer non dixit: Diliges proximum tuum quantum teipſum, ſed ſicut teipſum: hoc eſt purè, ſine fictione, ſine utilitatis aut præmij reſpectu, nuda ac gratuita charitate. Audebo tamen dicere, ſine præiuditio uerioris ſententiæ, & ſi non quemq; ciuium, omnes tamen ſimul ciues, uniuerſamq; Remp. non quantum filiũ modò, uel parentes, ſed quantum temet ipſum amare debes. in ſingulis enim charis capitibus ſinguli ſunt affectus, in Rep. autem omnes, amandi tibi ſunt igitur ciues tui, ut filij, immò ut ſic dixerim, tanquam corporis tui membra, ſiue animæ tuæ partes, unũ enim corpus eſt Reſp. cuius tu caput es. Amor autẽ hic, & lenibus uerbis, & multo maximè pijs panditur actibus, atq; in primis ut dicebam iuſtitiæ & pietate, qui non amet enim, quem pium, quẽ iuſtũ, quẽ innoxiũ, quẽ ſui amantem opineturq; ſi amori beneficia acceſſerint, qualia ſunt bonorum Principum in ſubiectos, tunc exardeſcit incredibilis quædam uiolentiæ magnitudo, quo nexu ad perpetuum dominatum nullus pulchrior, nullus firmior texi poteſt. ſecedant arma, ſatellites, ſtipendiarij, tubæ, buccinæ in hoſtes iſta uertantur, tibi cum ciuibus non niſi beneuolentia opus eſt. Charitate enim, inquit Cicero, & beneuolentia ciuium ſeptum oportet eſſe, non armis, eos autem ciues intelligo, qui ciuitatis amant ſtatum, non eos qui quotidianas mutationes rerum quærunt, illi enim non ciues, ſed rebelles atque hoſtes publici extimandi ſunt. Sæpè Auguſtum ipſa in medium res adducit, huius eſt notiſsimum illud: Quiſquis præſentem ſtatum ciuitatis commutari non uult, & ciuis & uir bonus eſt. itaq; qui contra nunc uult, proculdubiò malus, nec ciuiũ, nec uirorũ bonorum nomine dignus, aut conſortio. His te aũt artib. natura tua inſtruit abundè, quibus amor & beneuolẽtia quæri poſsint, hæc ſunt aũt non ad gloriam modò, ſed ad cœlum ſcalæ, unde ille bonus pater optimũ filiũ alloquens: Cole, inquit, iuſtitiam & pietatem, q̃ cũ ſit magna in parentib. & propinquis, tũ in patria maxima eſt, & ea uita uia eſt in cœlũ. quis amator cœli iam qua ad cœlũ pergitur nõ amaret? q̃ malè aũt malos & iniuſtos principes, ab oppreſsis ciuibus arma defenderint, innumerabilia ſunt exẽpla, ſed potentiſsimos ac peſsimos attigiſſe ſuffecerit. nã quid Caio cuſtodes corporis Germani, quamuis accurrerent, profuerunt? a Nerone enim in extremis caſibus, ſtationem militum & cuſtodes diffugiſſe compertũ eſt, at Auguſto, at Veſpaſiano et Tito, nullæ fuerunt neceſſariæ militum cohortes. lege Auguſti obitum, non armatos excubitores inuenies, ſed amicos ciues circũſtãtes, eũq; inter ſermones amicorũ, tãdem in oſculis multũ amatæ cõiugis, nõ quaſi expirantẽ ſiue extinctũ, ſed quodãmodo cõſopitũ, cũ defuncti corpus omnibus pluſquàm humanis honorib. tumulatũ, cõſecratamq; memoriam. Veſpaſianus dũ imperatorẽ ſtantem mori oportere diceret, inter manus ſubleuantiũ expirauit. Titus eius filius ſenatus cõcurſu, & infinita gratiarũ actione, poſt obitũ celebratus eſt, acerba quidem, ſed pacifica morte præuentus, ut de illo ſcribit, maiore hominũ damno q̃ ſuo. quod dictũ, niſi fallor librare habent, memoriæq; mandare omnes, qui in aliq̃ imperio uitam agunt, ut mors ſcilicet eorum ſecura illis & fœlix, ſubditis uerò formidabilis & damnoſa ſit, quorũ multis contrario laborant. Sanè qua in urbe hi, quos memoro, multiq; alij inermes, tranquillè ac fœliciter obiẽre, & honeſtiſsima monumenta celeberrimãq; memoriam ſuorũ nominũ reliquẽre, in eadẽ, & Domitianus Titi frater interfectus, ab eodẽ Senatu contumelioſiſsimis, ut ſcriptũ uideo, atq; acerbiſsimis acclamationib. laceratus, imaginesq; eius detractæ, & ſolo abiectæ. nouiſsimè eradendos titulos, abolendãq; memoriã decretũ. & Galbæ caput hoſti oblatũ. ſuffixũq; haſtæ, à lixis & calionib. totis caſtris hoſtilib. circũlatũ, ſpectaculo ludibrioq; fuit omnib. Et Vitellius apud Gemonias minutiſsimis ictib. excarnificatus ac cõfectus, uncoq; inde in Tiberim tractus eſt. ſimileſq; caſus permulti alij paſsi ſunt. Vnde uerò Veritas hæc mortis, aliunde q̃ de uitæ uarietate, prouenerat? itaq; nõ ineptè principũ ille doctiſsimus M. Aur. Antoninus, qui in ſummo imperio Philoſophi etiã cognomẽ obtinuit, & doctrinã enumeratis aliq̃t principũ caſibus, qui ſe illo in ordine præceſsiſſent, ſic concluſit ut diceret, Singulorũ ferè mortẽ, uitæ cõſentaneã fuiſſe, ſeq;

perinde pacificè morientium, ex numero fore præſagijt, nec fefellit ꝙ ſi ille uir magnus & ſapiens dixit, & ſic eſſe quilibet ſapiens uir cognoſcit, quis omninò dubitet, quin benè atque innocuè ſit uiuendum, tũ propter alia multa uitæ decora, tũ uel ob hoc unũ maximè, ut benè etiam moriamur: digna, herclè, hora illa ſuprema eſt, q̃ omniũ p̄cedentiũ annorũ impendio comparetur, quanquam rectis extimatoribus, ſit momentũ illud ad æternitatẽ tranſitus. neq; uerò eſt mirari, quando & per lumen exiguũ ingredimur in immenſam urbẽ, & anguſta cymba, maria ampla penetramus, ſic per oſtium mortis arctiſsimum, ad infirmitatem tẽporũ introimus, qualẽ enim mors hinc animũ eduxerit, talẽ reddet omnibus ſæculis illud iuſtitiæ, de qua loquor munus, eximiũ lateq; latiſsimũ, ius ſuũ cuiq; tribuere, nulla ſine ingenti cauſa nocere, & cauſa quamuis affuerit, ad miſericordiã inclinare, imitantẽ cœleſtis iudicis æterniq; regis morẽ. cũ miſericordia enim omnib. neceſſaria, eoq; à peccato nemo prorſus immunis ſit, & propter fragilitatẽ noſtræ cõditionis, omnib. ferme ſit debita, cõſequens eſt, ut q uerè iuſtus eſſe uoluerit & miſericors ſit. Quamuis ergo miſericordia & iuſtitia, prima frõte cõtrariæ uideanẽ, recto iuditio inſeparabiliter ſunt cõiũctæ, imò quidẽ liquet, iuſtitiã eſſe miſericordiam, et miſericordiã eſſe iuſtitiã, ꝙ p̄clarè in libro de obitu Theodoſij imperatoris ſacer ait Ambroſius, ut iã nõ coniũctæ tantũmodò, ſed unã ſunt. Nec ideò tamẽ illud exigiẽ, ut ſicarijs, proditoribus atq; ueneficis, cæteriſq; id genus impunitas tribuaẽ, ne dũ in paucos miſericors uis uideri, ſis crudelis in plurimos, ſed ut leuitate lapſis atq; errore, ſi ſine exempli periculo fieri poteſt, miſericordia non negetur: alioqn fieri poteſt, ut nimia miſericordia, & indiſcreta leuitas, ſit magna crudelitas. Illud præterea ad amorẽ ciuiũ promerendum efficax, ſi Rector populi, non iuſtus modò, ſed beneficus ſit in ſuos, ꝙ ſi nõ poſsit in ſingulos, at ſaltem in uniuerſos, uix eſt enim q diligat, à q̃ boni nihil uel publicè uel priuatim ſperet. de amore illo loquor, quo amanẽ principes. amicorum enim alius quidam amor eſt, ſeſe contentus, nilq; uel poſtulans nec expectans. hoc in genere eſt templorum refectio, & publicorum ædificiorum, in quo quidem ante omnes laudatus Auguſtus Cæſar, ut eum meritò Titus Liuius, templorũ omniũ conditorẽ aut reſtitutorem dicat, & ipſe quod Tranquillus ait, Iure ſit gloriatus, Vrbem ſe marmoream relinquere, quam lateritiam accepiſſet. his accedit & murorum urbis ædificatio, quæ res in primis clarum nomen Aureliano peperit, truculento alioquin & ſanguinario principi, qui cum non amplius quàm ſex annos, eosquè non integros imperauerit, in tàm paruo tempore, muros urbis Romæ, quos uſque nunc cernimus, ſic ampliauit, ut ſicut Fl. Vopiſcus hiſtoricus, illorum credo temporum menſuram ſecutus, ait, quinquaginta propè millia paſſuum, murorum eius ambitus teneant. qua in re maiorum induſtriæ gratiam habe, qui hanc tibi partem ſollicitudinis abſtulerunt, ut neſciam, an ulla uſquam uel exterarum urbium, uel noſtrarum muris melioribus cincta ſit, quàm patria tua eſt. nec minorem ego illos curam uiarum, quàm murorum habuiſſe arbitror, & ſi enim muri tutum præſidium bello ſint, uiæ ſunt pacis gratiſsimum ornamentum, hoc intereſt ꝙ muri in longum æuum mole ſua ſtant, uiæ autem aſsiduo uſu hominum, & præſertim equis, atque ante omnia, noſtris his tartareis curribus deteruntur, quos ego fateor, pro uirili parte optarẽ nondũ Erichtonius inueniſſet, ita non uias tantũ, ſed domorũ fundamenta, atq; in eis habitãtiũ, & boni aliqd mẽte uoluentiũ corda concutiũt, his tu nũc igiẽ opẽ, fer lõga ætate cõuulſis, tuũq; auxiliũ, tacita deformitate poſcentibus. non te his difficilem p̄bere debes, huius enim nõ tantũ patriæ ciuibusq; tuis es debitor, cui & patriæ decor, & ciuium honeſta ſolatia curæ eſſe debẽt, ſuntq; non dubito, ſed idipſum tibi etiam debes, ex omnibus namq; non modò principibus, ſed cuiuſcunq; ſtatus hominibus, aliũ non uideor uidiſſe, præter unum claræ memoriæ genitorem tuũ, qui tàm diù & tàm ſæpè equo patriam permearet, neque in uobis morem improbo, quibus unum ſtudium, unaquè Reip. cura eſt, ciuibus nempè fidelibus, conſpectus boni Principis periucũdus eſt. Curare igitur debes, ut ꝙ libẽtiſsimè facis, ſecuriſsimè facias, ut periculo ac difficultate ceſſantibus, ex equeſtri uectatione, facilem atque honeſtam percipias uoluptatem: committe igitur rem iſtam alicui uiro bono, tuiquè & Reip. ſtudioſo, neu metuas, ne

famoſq;

famoſo ornatoquè homini, officij uilioris iniuria inferre uidearis, animo benè enim inſtituto, & egregio ciui, nihil uile uidebitur, quod ad obſequium patriæ iubeatur, hiſtoriam locus hic exigit. Fuit Thebis uir fortiſsimus ſimulquè doctiſsimus Epaminondas, quem ſi ſepoſita fortuna, quæ indignos ſepè concelebrat, ſola uirtus attēditur, aut Græciæ principem, aut unum ex paucisſimis dixiſſe non uerear, huic tali uiro, cum quo manifeſtum eſt, patriæ gloriam & natam & extinctam fuiſſe, ſic enim de illo uerisſimè ſcriptum eſt: infenſi ciues, quod crebrum liberis in urbibus eſt malum, ſternendarum uiarum, quod apud eos uiliſsimum habebatur, officium commisêre, ut uel ſic ſpectatam uiri gloriam obſcurarent: ille nec ferro nec ſaltem uerbo ultus iniuriam, prompto animo commiſſum munus excipiens, Curabo, ait, ne tam mihi delati miniſterij obſit indignitas, quàm ut mea illi dignitas proſit, ut ex obiecto atque ignobili meas inter manus nobiliſsimum fiat, id enim uerò ſplendida mox adminiſtratione ſic præſtitit, ut deſpectum plebeis quoq; negotium, illuſtribus etiam exoptandum linqueret. idem ego nunc cuique induſtrio, ac fideli uiro, opus hoc mandaueris, euenturum ſpero. ut certatim multi poſtea idem petant, atque ita paulatim, charitate ciuiū uetus patria iuueneſcat. Vnum nihil nunc penè ridiculum occurrit, ut ſcribam, de quo ſcilicet præſens nuper tecum egi, noſtros inter libellos, cum ad me uiſendum tunc ueniſſes (quem honorem mihi indigno, ſe dignatio tua præſtat) ante oculos autem res erat, unde oblata materia eſt ſermoni, eſt autem talis patria quidem tua, & nobilitate ciuium, & fertilitate locorum, & uetuſtate uenerabilis, & ipſa etiam urbe Roma ſeculis multis antiquior, deniquè & ſtudio ornata, & clero, ac religionibus & ſacris inſignis locis, & ad ultimum Proſdominoquè pontifice, & Antonio minore & Iuſtina uirgine, quodquè nec ego reor contemnendum, nec tu reri debes, & te domino ac rectore, & Virgiliano tandem carmine nobilis hæc urbs, nūquam talis, tot præclara fulgoribus, & ſpectante nec obſtante cum poſsis, ceu rus horridum ineptumquè porcorum gregibus deformatur, paſsim quocunque te uerteris, grunientes audias, ſolumquè ſuffodientes aſpicias, fœdum ſpectaculum, triſtis ſonus. quæ nos utrunque iam longa conſuetudine toleramus, aduenæ ſunt q arguunt & mirātur. q cum meritò omnibus odioſum ſit, nulli tamen odioſius, quàm equitantibus eſſe debet, quibus cum ſemper importunū, ſæpè quoq; periculoſum eſt, dum occurſu fœdi, & intractabilis animantis, equi in ſtuporem, & nonnunquam in præcipitium impelluntur. de hoc ergo cum tecum agerem, dixiſti, Statutum populi uetus eſſe, ne id fieret pœnamq; additam, ut porcos in publico repertos, auferre uolentibus licet. ſed an neſcis, ut homines, ſic humana cuncta ſeneſcere: ſeneſcunt penè iam Romanæ leges, & niſi in ſcholis aſsiduè legerentur, iam proculdubiò ſenuiſſent, quid ſtatutis municipalibus euenturum putas? ut ſtatutum illud igitur antiquū ualeat, renouandū & uoce præconia publicandum eſt. pœnis uel eiſdem uel grauioribus appoſitis, ſubmittendi aliqui præterea, qui uagantes porcos eripiant, ut uel damno admoniti, urbani iſti paſtores, intelligant, non licere eis, quod publicæ leges uetant omnibus, qui porcos habent, rure eos alant, qui rus non habent domi eos includant. quibus autem non eſt domus, nec ciuium domos, nec honorabilis aſpectum patriæ dehoneſtent, nec famoſam urbem Patauium haram feciſſe porcorum, quia libitum & licitum arbitrentur. Friuola iſta fortaſsè dicat aliquis. ego nec friuola nec ſpernenda contendo, reſtituenda maieſtas ſua eſt urbi nobili, & antiquæ, non in magnis tantumodò, ſed in paruis, nec in his ſolum, quæ ad intimum Reipub. ſtatum, ſed quæ ad exteriorem quoque pertinent ornatum, ut oculi etiam partem ſuam, de communi fœlicitate percipiant, & ciues mutata ciuitatis facie glorientur, & gaudeant, nec ſe uillam, ſed urbem ingreſſos ſentiant peregrini, hoc patriæ debitum, hoc te dignum maximequè tuum cenſeo. & de hoc quidem pro re ſatis eſt dictum. Vnum ſubinde nūc aliud, ex ijs oritur, ut uijs publicis intra & circa urbem reformatis, paludum in circuitu proximè ſiccandarum ſtudium, ſollicita pietate ſuſcipias. nullo enim modo alio pulcherrimæ regionis faciem ſic ornare potes; & paludibus ijs obſeſſos colles Euganeos, latè notos, ac Mineruæ ramis, & Bacchi inſignis uberrimo palmite nobiles, ſic in ueram telluris optimæ ſpeciem reformare, quin & Cereri excluſæ pinguia

arua reſtituere, quæ nunc fœdus & ſuperuacuus humor premit. ita undique utilitas cum
decore certabit, tuq́ multiplicem tibi laudem unico labore conflaueris. Arripe quæſo, &
hanc gloriæ partem, quam maiores tui omnes, ſeu non uiderunt, ſeu ſpreuerunt, ſeu ag-
gredi timuerunt. tibi tam pio, in opere Deus aderit. nam natura adeſt, ubi que quod palu-
des penè altioribus locis ſunt, ut ad infima deriuari, uel in flumina proxima, uel uicinum in
mare perfacilè ualeant, quo & præſentibus terræ uber, & locorum forma, & cœli ſerenitas
ſalubritasq́ue proueniat, & poſteris, uel ob hoc unum tui nominis æterna memoria, &
ſi, autem, quod indignans ſæpè audio, ijs ocij inertis amatoribus, res impoſsibilis uideba-
tur, eſt tamen, quod ſenſus ipſe iudicat, quodque incolæ teſtantur non poſsibilis modò
ſed facilis. aggredere tantùm uir magnanime, pium conatum, proſper euentus excipiet, ne
te indignam uerò curam extimes, quàm ſe dignam Iulius Cæſar extimauit, de quo ſcriptū
eſt, quod ad ultimum inter multa parabat, ſiccare Pontinas paludes Iſthmumq́ue fodere
montem, in quo Corynthus ſita eſt. ut ad orientem arctonq́ue nauigantibus iter compen
dioſius redderetur. cuperem tantus eſſes. ut ea cura te tangeret, nunc paludes tantùm patri
as, non diſtantes, ut Pontinæ erant, ſed contiguas poſitisq́ue ſub oculis, dum & uita & ſo-
ſpitas, & ætas integra eſt, tuo iuſſu, ac ſtudio expurgandas ſiccandasq́ue denuncio. utque
te in riſum cogam, ne nil aliud quàm uerba ponere dicar, in hanc rem, æculam ipſe meam,
alienigena, in particulam impenſæ huius offero, quid ciuibus debitum, quid domino: at ſi
forſitan nominatim auxiliaris quantitas collationis exigitur, ſcies in tempore. nunc illud re
ſpondebo, quod Auguſto quondā Cæſari libertus ſuus. Cōfero tibi domine, ad noui ope
ris impenſam, quod uidebitur. ſanè quod ad uiarum curam, de qua prius agebatur attinet,
eo inter cætera promptior eſſe debes, quo & honeſtior ſimulque facilior cura eſt. nam ut
audio publici olim ad hoc redditus deputati ſunt, ut ſine onere ciuium, ſine tua uel ærarij i a
ctura fieri ualeat, quod res poſcit. neq́ enim inficior, neque ignoro, ei cui Reipub. cura cō
miſſa eſt, ſummo opere prouidendum, ut inutilibus ac ſuperfluis impenſis abſtineat. ne ex
hauſtum uanis ærarium neceſſarijs non ſufficiat: nihil igitur effundat, nihil omnino faciat,
niſi quod ad decus aut commodum pertineat ciuitatis, cui præſidet aut Regni. ſic ad ſummā,
agat omnia ut adminiſtrator, non ut dominus, Philoſophicum nempè conſilium eſt in Po
liticis latius expoſitum, & uſu utile deprehenſum, & conſonum æquitati. cæteri enim nō
rectores atque conſeruatores urbium, ſed prædones ſunt, ſemper illud ergo meminerit,
quod ab Hadriano principe iuſtè neſcio magis an ciuiliter dictum eſt, de quo Elius Spar-
tianus ita ſcripſit. Et in concione & in ſenatu ſæpè dixit. Ita ſe Rempub. geſturum, ut ſci-
ret populi rem eſſe, non propriam. ita, inquam, agat omnia, ut rationem de omnibus reddi
turus, utiq́ enim rationē reddere habet, & ſi nō hominibus at Deo. Et certe rationariū im
perij, Auguſtum Cæſarem ægrotantē ſenatui reddidiſſe notiſsimum eſt, & quiſquis bonā
honeſtāq́ uitā agere inſtituit, quocūq́ in ſtatu ſit, ita ſe gerit, ita cūcta circumſpicit, ut & ſi
nulli teneantur, poſsit tamē omnibus reddere rationē, cauſamq́ probabilē, hæc eſt enim fe-
rè ut uult Cicero, deſcriptio Officij, quod qui negligit, et uirtutē ipſam negligat oportet. qd au
rē refert alteri nō teneri, cū ſibi ipſi, ſuæq́ conſciētiæ animus teneatur, cui niſi ſatisfaciat triſtis
& anxia uita ſit. iure ergo laudatur illud, non optimi licet principis, optimum tamen & ge
nerosè fiduciæ plenum uerbum, in Senatu habitum. Dabo inquit Tiberius operam, ut ra
tionē factorū meorū dictorūq́ reddā. en plus aliquid quā quod quærebamus, non factorum
modò ſed dictorum ratio. circa publicorum ſanè ſumptuū parcitatē, illud Veſpaſiani Prin
cipis cōſiderare profuerit, q licet multa publicè decora liberaliter feciſset, tamē artifici colū
nas ingentes, paruo ſumptu, ſe in Capitoliū perrecturum promittēti, dignū quidē ingenij
pretium dedit, ad operam non admiſit, & ſine, inquit, me plebeculam meam pane paſce-
re: pia prorſus Principis & laudabilis cura, omni ſtudio famem plebis arcere, ſobriamq́ ſi-
mul copiā, comitēq́ illius honeſtā lætitiā procurare. ſiqdē illud Aureliani principis di[ctum].
Neq́ enim P. R. ſaturo quicq́ poteſt eſſe lætius: æq́ ad omnes populos trahi poteſt, q́s nō
tā uirtutū q̄ uictualiū cōtriſtat inopia, ſic populorum omniū fœlicitas, in corpore potiùs
quàm in animo ſita eſt, ex hac nempè ſollicitudine, nō modò gaudiū popularium procedit,

ſed etiam

ſed etiam ſecuritas præſidentium, nihil eſt enim terribilius plebe famelica, de qua dictū eſt:

Neſcit plebs ieiuna timere.

[illegible] non tantum ueteribus ſcriptis, ſed exemplis ſæpè recentibus, & præſertim Romæ nuper innotuit. Hoc in genere maximè Iulij Cæſaris laudatur induſtria, quod & bellis Gal[lic]is atque Germanicis, huic curæ ſemper intentiſsimus fuerit, & reuerſus Romam, nihilo ſegnior, ad conquirendum frumentum, neceſsitatibus populi ſuccurſurum nauigia, per frugiferas inſulas, ſedula intentione diſperſerit. neq; minus Auguſti Cæſaris, de quo ſcribi[tur] quod frumentum in annonæ difficultatibus, ſæpè leuiſsimo interdum, nullo pretio ui[ritim] populo diſtribuit. & hæc quidem ita demum, uera principis laus eſt, ſi nō adulandi [causa], ut multi ſolent, populos mulcere, quo patientiores habent liberiusque coërceant, [sed u]era & patria ſit pietate, quod in ipſo Auguſto clarè patuit, qui cum populum famæ la[bor]antem, nunc ut dixi leui pretio, nunc gratuita liberalitate releuaſſet, de uini inopia la[ment]ātes, acri & ſobria oratione redarguit, ut conſtaret non blandum principem, ſed ſalu[bre]m eſſe & amantem populi: dixit enim Vrbem Romam, aquæductibus abundare, qui[bus] hominum eſſet concurſum, idquè à M. Agrippa genere ſuo ſactum ait, & ſiluiſ [u]berim mœnibus illabentem: & reuera non eſt par frumenti ratio & uini, cum illud uitæ [necessar]ium ſit ſemper, hoc ſæpè damnoſum, neque tamen hoc minus populo placuiſſe, [...]ria propè quàm neceſſaria plus amanti. uerum optimus ac prouidentiſsimus prin[ceps no]n quid delectaret, ſed quid prodeſſet attendit. Hæc nimirum cura frumentaria, [bonorum pri]ncipum propria eſt, ut eam malis quoque & inertibus fuiſſe comperiam, ex quo, quanta bonis eſſe debeat, pronum ſit aduertere. qua te tamen magna ex parte Deus libe[ralio]r natura earum regionum, quibus præſides, ubertate, quæ præſtat, ut ſæpiùs alijs ſub[ueni]re ſoleat, quàm ab alijs mendicare. conſilium eſt tamen, ut in proſperis quoque paratus ſit animus ad aduerſa, & uelut è ſpecula, non quid eſt tantùm, ſed quid eſſe poſsit uigi[li] cogitatione proſpiciat, ne qua eum inopina mutatio rerum turbet. Hactenus neceſſaria [n]eſcio an pluribus, an paucioribus quàm neceſſe erat attingerim. nam illa in Viſce[ra]tionibus ac ludis Circenſibus, & ferarum peregrinarum exhibitione luxuria, ad nihil uti[li]s, delectationem ſolam ac libidinem oculorum habens, breuem nec honeſtam quidem, nec honeſtis dignam oculis, quamuis inſano peſsimoquè rerum iudici uulgò grata, repudianda tamen eſt penitùs, ubi non ſatis poſſum Romanorum ueterum ſapientiam admirari, qui cognoſcentes rei uanitatem, ut per ambitionem populo cari eſſent, non uererentur, in hanc rabiem uertendum, in alios uſus ærarium exhaurire, de qua ſi loqui uelim, & qui duces in hoc lubrico ſuis temporibus lapſi ſunt, & furo[re]m ſingulorum exequi, longa nimis & à propoſito ſemota erit hiſtoria. itaque ad in[ceptu]m redeo. Si quando igitur Rector populum ſuum grauare, aliqua in parte de[c]reuerit, quod nunquam debebit uelle, niſi ſtatu publico urgente, ita id faciant, ut [e]um omnes intelligant, cum neceſſitate luctari, & inuitum facere, ac niſi res cogeret, libentius ceſſaturum. erit & ſibi gloriæ ingenti, ſi in exactione publica, aliquid ipſe de proprio contulerit, & populi moderator eſſe, ſe unum è populo pia moderatione pro[b]auerit, quod Senatum Romanum bello Punico ſecundo, conſilio ac ſuaſu Valerij Le[uin]i Cos. multa cū laude hominū fecisse, proditū memoria eſt. quicquid deniq; fuerit, le[ni]orē ſemp. & leniorē in partē uergat exactio, & illud, & ſi ut dixi, nō boni admodū Principis optimū tamē uerbū, è memoria nō diſcedat, q Præſidibus, onerādis tributu Prouincias ſuadētibus, reſcripſiſſe legit: Boni paſtoris eſſe tōdere pecus, nō deglubere, q ſi dictum de Prouincijs iure laudat, quid de patria ſentiendū? proinde, quoniam te non niſi bonis & illuſtribus comparatum uelim, hos imitare obſecro, atque horum exempla complectere, qui rebus ac uerbis, claram laudem iuſtitiæ meruerunt, oblata igitur exactionibus magni cuiuſpiam lucri ſpe, Antoninum Pium tibi animo præpone, de quo ſcriptum eſt, quod nunquam lætatus eſt lucro, quo prouincialis opprimeretur, quanto igitur mi[n]us ciuis. Similiterquè Conſtantium, cuius dictum eſt laudabile, melius publicas opes [a] priuatis haberi, quàm intra unum clauſtrum reſeruari: eiuſquè dicti duplex eſt ratio.

Nam plurj

Nam pluriũ & intẽtior eſt cuſtodia quàm unius & ſimul utilior: quod priuati de pecunijs, per induſtriam lucrum captant, quæ apud unum (quid niſi iners pondus & inutile) per auaritiam aceruantur, diuitias autem populorum Principum eſſe diuitias, quis non uidet, ſicut uiceuerſa, ut ait ille:

Non ſibi ſed grauis eſt domino, quæ ſeruit egeſtas.

Sunt & alia leuiora ad captandũ amorẽ, tamen efficatia, ſuperbis fateor dura Principibus, ſed ubi ſe ad humanitatẽ animus inclinauit, & facilia & iucũda, ea uerò ſunt huiuſmodi, cõpati, conſolari, uiſitare, alloqui, habes Adrianum rei huius auctorẽ, de quo ita ſcriptum eſt, ægros bis atque ter in die, & nonnullos equites Romanos, ac libertinos uiſitauit, ſolatius refouit, conſilijs ſubleuauit, conuiuijs ſuis ſemper adhibuit. hæc ille. & quis oro tàm immitis eſt animus, quin non hac tanta domini ſui præſertim leuitate miteſceret? & harũ quoque artiũ nullus abundantior eſt quàm tu, illis utere, naturamque tuam ſequere, ſic optato prouenient uniuerſa, oppreſsis & uel morbo uel alia clade laborantibus, pia mẽte cõpatere, & ſi potes etiã opẽ fer, & debes, haud dubiè tui ſunt. quis niſi impius, atque immanis, ut ſuos amet atque adiuuet exorandus eſt. Sicut autẽ nulla re facilius quã clementia, & liberalitate amor quæritur plurimorum, ſic econtra nil potentius ad odium concitandum, quàm crudelitas atque cupiditas, quæ ſi inuicem conferantur, crudelitas acrior, auaritia communior, crudelitas durius, ſed in paucos ſæuit, auaritia leuius eſt in cunctos: hæc duo uitia innumerabiles tyrannorum ac principum perdiderunt, odioſosque & infames omnibus ſæculis reddiderunt, & tecum diutiùs quidem loqui de crudelitate non attinet, cuius tàm non expers modò, ſed hoſtis es, ut nulli difficilius ſit, contra naturam niti quàm tibi, crudele aliquid, ne dicam facere, ſed etiam cogitare. Ignobilis eſt enim ac puſilli ſibique diffidentis animi, crudelitas, & poteſtate ultionis oblata, nil inultum linquere, uitium à natura hominis, & præſertim Principis alienum, cui ulciſcendi poteſtas, magna ſatis eſt ultio. Vnde illud Adriani breue dictum, longum laudabitur in æuum, qui cuidam quem capitalem hoſtem priuatus habuerat, adeptus imperium trepidanti meritò, & extrema omnia metuenti placata fronte dixit: Euaſiſti: de hoc uerò nil amplius, niſi quod ſummum naturæ bonum eſt, quantum mihi uidetur humanitas, ſine qua non modò non bonus quiſquam, ſed ne homo quidem dici poſsit. At cupiditatem ex animis extirpare difficiliùs, quis eſt namque hominum, qui non aliquid concupiſcat. illud hortor atque obſecro, ut quando honeſtæ ac magnificæ uitæ, modò Deo largiente conſultum eſt appetitum concupiſcibilem ſequi nolis, eſt enim ſitiens, ſemper inexplebilis, infinitus, cui quiſquis obſequitur, dum alienum appetit ſuum perdit. miraris fortaſſe? ſic eſt hercle, qui aliquid ualde cupit, & id nondum habet, & quod habet obliuiſcitur, ſic crudeles uoluntates agũtur in deuia, quod dum lucra cogitant, damna non uident, quo neſcio, an laborioſius malum aliud, habeat uita mortalis. nec tu tecũ nec cum alijs dicas, id quod multi ſolent. Nunc fateor: benè eſt, ſed quid poſt multos agam annos. hæc quidem ſuperuacua cura eſt, non de annis modò, ſed de uita horæ unius incertis: abijce prorſus hanc ſollicitudinem. ſcriptum eſt: Iacta ſuper dominum curam tuam, & ipſe enutriet, nec dabit in æternum fluctuationem iuſto, quid fluctuas? quid angeris? quid ſollicitus es, neſcis quia dominus ſollicitus eſt tui, bonum curatorem habes, non te fallet. non deſtituet. ſcriptum eſt rurſus: Reuela domino uiam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet. Monachorum dicat aliquis, non principum ſunt iſta conſilia, qui hoc dicit non intelligit, eò plus principes teneri, & Deum diligere, & de Deo ſperare, quo ab ipſo maiora & plura receperunt. non ſperare enim minora à quo maiora perceperis, ſpecies eſt ingrati. ipſe igitur, qui te pauit, ab infantia, te paſcet ad ultimum, nec in ſe ſperantem deſeret, qui dum ſperare in eum nondum ſcires, immò adhuc matris in utero latitantem non deſtituit. quod ſi cupiditas uellicat, quam radicitus auulſiſſe difficile eſt, monſtrabo tibi cupiditatem irreprehenſibilem generoſam, uirtutum theſauros, & præclaram famæ ſupellectilem concupiſce, quibus nec tineæ, nec fures officiant, nec rubigo, niſi autem uel belli, ut nuper tibi, uel aliqua ineluctabilis difficultas inciderit, quicunque dominis lucra de ſuorũ damnis oſtẽtant,

qui eſt

quiſt aulicorum ferè omnium mos uulgaris, ita illos ut animæ famæque ſui hoſtis aſpi-
ciant, incitant dominos, ut cum illorum inuidia furentur & rapiant, genus hominum ne
quiſsimum, populos torquentium, dominosque fallentium, ſimulque alios ſeque perden-
tium, de quibus uera & memorabilis eſt illa ſentẽtia Marij Maximi, cuius Aelius Lampri
pridius meminit in hiſtoria Alexandri Principis, ipſa enim uerba poſui, Meliorẽ eſſe Rep.
& propè tutiorẽ, in qua princeps malus eſt, ea, in qua ſunt amici principis mali. ſi quidem
unus malus poteſt à plurimis bonis corrigi. multi autem mali, non poſſunt ab uno quam-
uis bono, ulla ratione ſuperari. idcircò idem Alexander bonus princeps fuit, quod præter
inſitam animo uirtutem, amicos ut ibidem ſcribitur ſanctos & uenerabiles habuit, non
malitioſos, non furaces, non fictioſos, non callidos, nõ ad malũ conſentiẽtes, nõ bonorũ ini
micos, non libidinoſos, nõ crudeles, non circumuentores ſui, non irriſores, non qui illum
quaſi fatuum circũducerent, ſed ſanctos, uenerabiles, cõtinentes, religioſos, amantes Prin
cipis ſui, & qui de illo nec ipſi riderent, nec eum riſui eſſe uellent, qui nihil uenderent, nihil
mentirentur, nihil fingerent, nunquam deciperent, extimationem principis ſui, ut ſe ama-
rent. & hæc quidem ille. Tales ergo amici optandi principibus quærendique, alij autẽ ut
& principum peſtis, è Rep. quaſi hoſtes excludendi, uitandiq; ſunt malarum artiũ docto-
res, qui bona & neſciunt & oderunt, in primis eam qua ipſi æſtuant auaritiã dominos ſuos
docent, ut ſi perſuaſerint, diſcipulos ſe peiores faciant. eſt enim auaritia priuatorum mala,
principum uerò longè peſsima, quo & plus licentiæ habet ad nocendũ, & quò pulchrior
eſt rerum uilium contemptus in Principe, eò admiratio atq; auiditas eſt turpior, neq; ſine
cauſa doctiſsimus ille Princeps, cuius ſuprà mentio eſt habita, M. Antoninus dicere ſole-
bat, In imperatore auaritiam acerbiſsimum malum eſſe: ob quam Pertinacem & Galbã ta
les interitus meruiſſe, quales alij crudelitate meruerũt. hoc igitur malũ fugiãt oderintq; qui
uirtutẽ amant, famam bonam cupiunt, ſed in primis principes, q; & primi hominum ſunt,
& illis ipſa Reſp. lucrum ingens ac merces ampla propoſita eſt, quã ſi ritè geſſeris, ditiſsi-
mi omnium mortalium ſint futuri, & opes immarceſsibiles habituri, conſcientiam lætam
ac ſecuram, amorem Dei & hominum, qui appetitum autem ſequi uolent, omnia illis in
contrarium cedent. nam neq; inſatiabilem animum ſatiabunt, & odio Dei atq; hominũ la
borabunt. ita enim ſapientibus uiſum eſt, ſic experientia docuit, magiſtra certiſsima, non
extingui cupiditatem opibus, ſed accendi, optimumque eſſe conſilium Epicuri, ut diues ali
quis fiat, non diuitijs addendum, ſed cupiditatibus detrahendum, quamuis ſi diuitiæ uera
eſſent quæ dicũt, utiq; diuites facerẽt, ſed nõ ſunt. omnes itaq; theſauri, q ſub cœlo ſunt,
unum diuitem non facerent, faciet eum cogitatio una, breuis ac modeſta ab auaritia ſe
abſtrahens, & reſpiciens ad naturam. Et plurimos quidem modos quærendæ pecuniæ
in œconomia ponit Ariſtoteles, quibus aulici principum noſtræ ætatis innumerabiles addi
derũt, ut tantus ille philoſophus, hac in parte fuiſſe uideať indoctior, omnes tamen bono
principi dediſcendi ſunt, & contemnendæ artes, quæcunq; cõtra iuſtitiã pro utilitate uidẽť
inſtitutæ, cũ à doctiſsimis uiris atq; ſapiẽtiſsimis diffinitũ ſit, nihil eſſe poſſe utile, q; nõ idẽ
iuſtũ honeſtũq; ſit, & de aulicis quidẽ, qbus bonis nihil eſt melius, ſed ſi id rarũ, qbus ma-
lis nihil eſt peius, & id crebrũ, de ijs, inquã, ultimis ſententiã meã habes immò nõ meã ſed
Diocletiani, q niſi tã impius fuiſſet in religionẽ noſtrã, aſcribi nõ immeritò claris principib.
potuiſſe. eius ergo de ijs uerba ſunt hæc memorabilia, niſi fallor, ſic ad literam deſcripta, in li
bro de uita Aureliani. Colligũt ſe, inqt, quatuor uel qnq;, atq; unũ cõ ſiliũ ad decipiẽdum
imperatorẽ capiũt, dicũt qd probãdũ ſit. imperator, q domi clauſus eſt, uera nõ nouit, cogiť
hoc tantum ſcire, quod illi loquuntur, facit iudices, quos fieri non oportet, amouet à Rep.
quos debeat obtinere. quid multa: ut Diocletianus ipſe dicebat bonus, cautus, optimus uẽ-
ditur. Imperator ijs atq; alijs inductus, cum iam depoſuiſſet imperium, concludebat, ni-
hil eſſe difficilius quã benè imperare. & uerè ſic eſt, non putent Principes fœlicitatem ſibi
ſimulq; facilitatẽ obtigiſſe, fœlicitatẽ qualemcũq; certè difficillimã cõſecuti ſunt, qui mihi
nõ credit Principi ſaltem experto credat. hac in parte unũ hoc monere ſatis atque hortari
uix ſufficio, ne quem talium, ſic commiſſæ tibi patriæ præficias, ut alius dominus ſit, quã tu.

fuerunt

fuerunt enim multi in imperio, qui dum ſuos attollere cupiunt, ſeſe depreſſerunt, & con
temptibiles atque inuiſos populis effecerunt, per eos ipſos, quos ad alta promoueant, uē-
diti & irriſi, in quo maxime Claudius, qui Neronem præceſsit, in imperio uilis eſt habitus,
qui libertos ſuos nullius pretij, homines poſsideri, & Fœlicē, Narcıſſum & Pallantē uſq;
adeò euexit, ut prouincias regerent, eumqúe ipſum atq; imperium ſpoliarent, & ille infœ-
lix ſeruis ſuis affluentibus, indigeret. ijs & uxoribus addictus, ut Tranquillus ait, non ſe
principem ſed miniſtrum egit, horumqúe conſilio & impulſu, multa ſtultè geſsit, multa
crudeliter. Eadem in re notatus eſt Heliogabalus, quod haberet, qui apud eum plurimum
poſſent. omniū cum dolore, quiq; omnia uenderent, & familiares, improbos qui eum (ut
Lampridius ait) ex ſtulto ſtultiorem faciebant. idem reprehenſum in Didio Iuliano, quia
quos regere auctoritate imperij debuiſſet, eos regendo imperio præfeciſſet. ueruntamen
hæc ſub ſtultis aut mediocribus principibus, utrunque tollerabilia, ego autem ex te nihil
mediocre, nihil non egregium & ſingulare ſuſcipio, non meæ quidem & multorum ſpei ſa
tisfeceris, niſi bonos quoslibet & claros uiros, aut attigeris, aut præteruectus poſt terga-
reliqueris, ſi quid fortè defuerit nō naturæ imputem, ſed tibi. quod uerò minoribus, immo
remur, cum ſub M. Antonino, tali uiro & principe, libertos quoque multum potuiſſe cō-
pertum ſit: quo tibi & omnibus quibus præeſſe & prodeſſe propoſitum diligentius proui
dendum eſt, ne humanitatis obtentu, qua plurimum polles, in hoc te uitium labi ſinas, in
quod clari etiam principes lapſi ſunt. & ſi enim uiri omnes illuſtres inuitandi, non tamen
omnia uirorum illuſtrium amplectenda ſunt, nemo eſt, qui aliqua in parte non erret ſitqúe
ſibi ipſi diſsimilis. Dices autem, & fortaſsè iam dicis, iſta homo ingratitudinem me docet,
quomodo enim benè meritos meæ proſperitatis exortes ſinam, tu'ne id iubes: abſit. nihil
eſt minus Principis, minus uiri, quàm ingratitudo, omnis uirtus habet aliquos detracto-
res, omne uitium habet aliquos defenſores, ſola ingratitudo nulli unquam placuit, nulli di-
ſplicuit gratitudo. ſed ſunt alia multa & magna, qbus ſic meritos proſequaris, equi, ueſtes,
arma, uaſa, pecuniæ, domus, agri, & quæ ſunt eiuſmodi. illud uide ne (ut ſcriptum eſt) alie
nis des honorem tuum & ſi non propter te, qui ut ego te noui, paratus eſſes, non poten
tiam tuam modò, ſed uitam tuā cum tuis æquo animo partiri, at propter patriam ipſam tu
am, quàm regendam tibi Deus dedit, ita enim habe, nil populo triſtius, nil qúe moleſtius,
quàm multos præcipuè indignos, ſupra ſe uidere. unum te igitur dominum ſciant omnes,
unum colant, unum diligant, unum deniqúe uereantur, reliquos non ut potentes, ſed ut
à te miſſos aſpiciant, qui ubi iuſſus tuos executi fuerint, priuati ſunt nulla præditi dignita-
te aut poteſtate, non loquor ſine cauſa, uidi & obſeruaui magnis in populis, miram erga
dominos patiētiam, quamuis aſperos & immites, nec minus mirā, indignationem atque
impatientiam, in eo, quod plures ſuſpicere ac metuere cogerentur, de quo ipſo tecum
quoque uideor egiſſe, dum me ultimo niſi fallor animo altero, rure ſolitarium digna-
tus eſt inuiſere. De amicis alijs, qui non opes tuas, ſed tu tuumqúe diligunt hono-
rem ſupeꝛuacuū uideri poteſt, quicquid tibi quiſquam dixerit, amicitiarum cultori inte-
gerrimo atque fidiſsimo, præſertim cum de hac re à M. Tullio eleganti uolumine di-
ſputatum, hæc ferè omnium ſumma eſt. Nihil humanis in rebus amicitia dulcius, ni-
hil ſanctius poſt uirtutem, eosqúe qui maximè potentia ac uirtute præpolleant, maxi-
mè etiam amicis indigere, cum quibus & proſpera & aduerſa participent. ab amico
turpe nihil expetendum, pro amico nihil turpe faciendum, amico honeſtum nihil de-
negandum. ijs pro fundamento poſitis, debere amicorum omnia eſſe communia, unum
animum, unam uoluntatem, nec ſpe ulla, nec metu, nec periculo diſtrahēdam, amandū
amicum, ut ſe alterum & omnē cōditionis imparitatē, exequādā deniq; omnibus modis id
agendum, quod Pythagoras iubet, ut unus fiat ex pluribus. quæ ipſa nunquid non ſatis li
teris ſacris expreſſa ſunt, ubi inter actus Apoſtolicos ſcriptum eſt: Multitudinis creden-
tium erat cor unum, & anima una, nec quiſquam eorum quæ poſsidebat, aliquid ſuū eſſe
dicebat, ſed erāt illis omnia communia. & ſiquis dicat illam amicitiā fuiſſe credētium, & in
CHRISTO ſeſe amantiū, nec ego de alia loqr, nec amicitiā ſtabilē, nec omnino aliqd firmū
reor,

tor, cum non CHRISTVS fuerit fundamentum. Neque uerò ipſi gentium philoſophi conati ſunt, poſſe ueram amicitiam, ſine uera ſapientia ac uirtute conſiſtere, hanc uerò nō ſic accipi debere, ut dixerunt aliqui curioſitate ridicula, nullum eſſe uel fuiſſe ſapientem. non enim illum quærimus qui non eſt, eo contenti ſumus, quem fert humana conditio, & inter tales eſſe illam, de qua loquor, amicitiam diffinimus, cuius conſumatæ quidem ac perfectæ, & ſi pauciſsima numerentur amicorum paria, in quibus præclariſsimum nomen habent. Africanus minor & Lelius, tamen eſt & hæc ipſa cōmunis bonorum hominum amicitia dulcis ac placida, in qua nulla locum habet adulatio, nulla contumelia, aut contemptus, nulla diſcordia, nulla diſceptatio, niſi de amici commodis aut honore, ſed pax & conſenſio & conuictus, nihil denique in hac fictum, nihil duplex, nihil occultum, ſed pura omnia, ſimplicia, et aperta cū tali amico cōmunicanda omnia dixerim, & cōſilia, & actus, & honores, & diuitias & poſtremò ſpiritum, ſanguinem, uitam ipſam quod plæroſque & fecisse liberaliter, & hinc laudatos meritò fuiſſe cognouimus, de quibus nunc agere longū. de fictis enim uerisque amicitijs ſatis multa pro tempore dicta ſunt. Procedo itaque nec ordinem ſequor, niſi quem caſus obtulerit, ut cogitatus in mentem ueniunt, ita ad calamum deduco. quoniam ergo de pietate ac liberalitate in amicos dixi aliquid, unum hoc iam dictis adijciam. quamuis hodie maximè uerum ſit, quod ait ille, dantur opes nulli nunc niſi diuitibus, multique id faciant, callidi illi quidem & uerſuti, & ut uerbo utar Tulliano, beneficium fenerantes, in eos maximè liberales, qui maximè potentes ad gratiam referēdam, tu tamen qui de tuis beneficijs, nihil aliud petis niſi benefacere, & procedendi inde lætitiam, animi benè ſibi conſcij, contrarium morem ſeruat, erga magis egentes non tantùm de proprio liberalior, ſed ſine iniuria à diuitibus accipiens, quod pauperibus largiaris, habes rei huius auctorem Alexandrum ipſum, de quo dixi, adoleſcentem egregium ac principem, ſic enim ipſe faciebat. Nec ſum neſcius aduerſum meipſum eſſe poſſe, quod loquor, qui & ſi non ad inuidiā diues ſim, tuo tamen & paterno munere, nullius regi egens, quæ ſummæ diuitiæ iuditio meo ſunt, at non me, neque alios, ſed te unum in hoc ſermone reſpicio. Vnum aliud mihi nunc animum premit, quod tibi gaudio eſſe debuerit. Scio quidem non humilitatem in Principe, ſed magnanimitatem ſolere laudari, uerum quiſque ſecundum ſenſum, ego utranque laudabilem iudico, nec ſibi inuicem aduerſas, ut ſtulti putāt, in hoc enim, ut in multis & ferè omnibus uulgò erratur. Sunt qui ſuperbum magnanimum, tumidumquè humilem dicant, utrunque æquè falſum, uolo ego Principem inter ſuos, & in proſperitate humilem, contrà hoſtes & in aduerſitate magnanimum, nuſquam tumidum aut ſuperbum. eſt quidem quantum mihi uidetur, ad omnem uirtutem primus gradus humilitatis, quidam tamen puſillanimes, cæciq́, non ſe dominos credūt, niſi ſuperbiāt, tumeantq́ ſupra humanum modū, hinc illa ſtultorū principū ludibria. C. Caligula uiliſsimus principum humanis ſibi prorſus indebitis, non contentus honoribus, diuinos uoluit, ſeq́ ſtatuis in templo poſitis, ut Deū adorari & coli indigens, etiam ſalutari, quin & numini ſuo templū propriū, & hoſtias, & ſacerdotes inſtituit. & aurum ſimulachrum. Multa præterea quæ proſequi eſt tædioſum, credens ſcilicet hoc, magnitudinem augere, quo ſtultitiam detegebat: quid commodo incōmodius? quid turpius? & hinc tamen peſsimo filio, patris optimi, immolatum eſt ut Deo, & in habitu Herculis oblatæ ſunt ſtatuæ, qui nō modò nō Deus, ſed ne homo quidē erat, immò fœda prorſus & immitis bellua. Quin et Heliogabalus ipſe, nō principum modo, ſed hominū ſpurciſsimus adorari cœpit, qui omnes illicò trucidandi, & in Tyberim & in cloacas abijciendi erāt inultus, fateor, de ijs loquor, & peccatis ut reor exigentibus, tales nobis imperatores fuiſſe uerecundor & doleo, at non quod ego cuperem ſed quod res habet, eſt dicendum, ut mihi partius iraſci debeant, barbari noſtri Tranſalpini, ſi de eis quoq; quid ſentio interdum loquar, ueritate ſuadente non odio, non enim homines odi, ſed uitia, eaq́ nō minus, immò equidē multò magis in noſtris q̃ in alijs, ſicut ꝓprio in agro, q̃ in alieno lappas ac tribulos & urticas, ſed iactantiā uaniſsimā gētis inutilis, & ad ꝑdicādū de ſe mētiendūq; promptiſsimæ, nullo modo, fateor, pati poſſum. at ne nouā litem cum abſentibus ordiar, reuertor ad ordinem.

ordinem. Poſt hos ergo Diocletianus adorari uoluit, & non ueſtibus tantùm, ſed calcia-
mentis inſertis gemmis, Romanum Cæſareumqúe habitum immutauit, ingenti nouitate,
in uiro alioquin graui, nec incondito, & qui imperium tandem quietis amore dimiſerit, ad
ſummam uerò, ſic exiſtimo ſuperbiam, & pompas, non à magnanimitate, ſed ab animi im-
becillitate procedere, uidetur enim uilibus animis mox, ut aliquid excellētiæ nacti ſunt, ad
cœlum aſcendiſſe, ut ſubitò ſibimet obliti, in cogitationibus euaneſcant, at uerè magnani-
mis, nil eſt magnum, nil quod omnes loco moueat. itaq; Cæſar Auguſtus principum ma-
ximus atque optimus, non modò diuinos honores non optauit, ſeqúe adorari noluit, ſed
ne dominum quidem dici noluit, ne à liberis ipſis aut nepotibus, immò uerò quod Tran-
quillus ait, domini appellationem, ut maledictum & obprobrium ſemper exhorruit, edi-
ctoque illam uetuit, & contrà facientes corripuit grauiter, manu, uultu, uoce. fecit idem
Alexander (non ille rex Macedonum, qui ſuperbia omnes exceſſit, & uanitate quiq; Per-
ſarum uictor, Perſarum moribus uictus, & more Perſico adoratus, importuna dementia
Deus & Dei filius uideri uoluit, magna religioſarum aurium iniuria) ſed hic alter Alexan-
der Princeps Romanus, qui hodie nobis ſæpè ſe obtulit, quiq; nō ſolū ſe uetuit adorari, ſed
non aliter quàm proprio nomine ſalutari uoluit, hoc modò Aue Alexander. ſiquis autem
ſermone, aut flexu capitis eum blandius ſalutaſſet, aut expellebatur, aut graui cachinno
mordaciter ridebatur. ego ſi te tuoſqúe mores noui, quos tot annis & noſſe potui, &
noſſe mihi uideo, non dubito te domini titulum patienter ferre potiùs quàm iucunde, audi
ui amplius quàm ſemel, dum tu diceres, & iureiurando interpoſito affirmares, non te d[o]-
minio delectari, paratumq; illud ſpontè dimittere, ni timeres, ne Rēpub. alter inuaderet, &
grauiore illa iugo forſitan premeretur, & tu eſſe quod nolles, ſub domino cogereris, alio-
quin multo malle te liberum eſſe, quàm dominum, cum & abundè de proprio diues ſis, &
potens, ſiue tot curis expeditam & tranquillam agere iuuentam, honoratamq; cum uene
rit ſenectutem. Ex quibus clarè conijcio mihiqúe perſuadeo, quia quo minime delectaris
conſequens eſt, ut nec eius nomine glorieris, ſed quoniam populum caſtigare, præſcrip-
tamq; conſuetudinem abolere difficile eſt, illos ut libet loqui ſinis, tu ut licet, & ut decet lo
queris. nam neq; te dominū, aut dicis unquā aut ſcribis, & morē quo noſtri tēporis princi-
pes ac terrarum domini utuntur, alto animo deſpiciens tuum ſine ullis externis ſubſcriptio
nibus, nudum nomen, epiſtolis adhibes, neque plurali unquam, ſed ſingulari ſemper ute-
ris ſermone, non cum maioribus modò, ſed cum paribus cumq; minoribus, mecum deni-
que quo nihil humilius, non nos inquis, ut cæteri, ſed ego hoc uolo, hoc precor, hoc iubeo.
quod ego perlegens exulto, & tacitus mecum dico, Vir hic ſi tumeret animo, & uerbis et i
am tumeret, ut iſti qui uideri uolunt multi, nec ſunt ſinguli, nec ſunt quicquam. benè qui-
dem hoc facis & magnificè, & maximos imitaris, & ſi non ut imitator, ſed proprio id ag[a]s
inſtinctu. quære autē Iulij & Auguſti Cæs. epiſtolas, quarum multas apud Ioſephum, quaſ
dam apud Suetonium inuenies, nuſquam ibi nos ſcriptum legitur, nuſquam uolumus uel
præcipimus, ſed uolo & præcipio, & quæ ſunt ſimilia, & ſanè ut iocari ſoles, hij qui de ſe
pluraliter loquuntur, ſeque & uxores & filios & nominare uidentur, tu non alium, quàm
te unum nominas, tu unus quicquid id eſt iubes ac ſtatuis, placet hic animus, placet mode
ſtia, placet ſtilus, quo non duo illi tantum quos præmiſi, ſed plurimi etiam principum an-
tiquorum omnium teſtes extant epiſtolæ diuerſis in libris, quod idcircò eſſe commemoro,
ut & tu ſtilo tuo gaudeas, & alios ſui pudeat, quem magni animi ſignum putant, cum exi-
gui tumidiqúe ſit iuditium manifeſtum. cæterum hæc tua in ſermone modeſtia, alterius ad
monet, eius ſcilicet, quæ exterior eminet in habitu, teqúe ſic ſpectantium oculis approbat,
ut auribus altera, quo undiq; uir perfectus & rationis & ſenſuum iuditio modeſtiſsimus
habeâre. cum enim cæteri terrarum domini, auro purpuraqúe per ora ciuium uolitent, onu
ſti & compti, haud aliter quàm in diebus feſtis altaria, ſeqúe eo maiores extiment, quo
linteo cariore obuoluti fuerint, tu mediocri cultu contentus incedis, ut te dominum
non ueſtis, non elatio, ſed ſola morum grauitas, & frontis probet auctoritas, bonum du
plex ut in contrario duplex malum, & iactantia per ſeipſam odioſa & imitationis peri-
culoſa contagio:

culoſa cōtagio: populi enim omnes, & actus principū & habitus imitari ſtudēt, ita fit uerisſimum, nullos magis Reip. nocere, quàm qui exēplo nocēt, quia uerum eſt, quod ait ille,

Componitur orbis regis ad exemplum.

Sic eſt hercle, mali mores principum, non eis tantùm, ſed omnibus ſunt damnoſi. Eſt ijs quidem conſentaneus atq; conueniens locus apud M. T. Ciceronē tertio de Legibus. Nec enim, inquit, tantùm mali eſt peccare Principes, quanquam eſt malum per ſeipſum, malum quantum illud, quod permulti imitatores principum exiſtunt. nam licet uidere, ſi uelis replicare memoriam temporum, qualescunq; ſummi ciuitatis fuerint, talem ciuitatē fuiſſe, quecunq; mutatio in principibus extiterit, eandem in populo ſecutam, idq; haud paulò eſt uerius, quàm quod Platoni noſtro placet, qui muſicorum cantibus ait, mutatis, mutari ciuitatum ſtatus. ego autē nobilium uita uictuq; mutato, mores mutari ciuitatum puto, quo pernicioſius de Repub. merentur uitioſi principes, quod non ſolum uitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in ciuitatem, neque ſolū obſunt, quod ipſi corrumpuntur, ſed etiam quod corrumpunt, plusq; exēplo quàm peccato nocēt, hæc Cicero. Ego uerò quotiens te uideo, mecum & cum alijs dicere ſoleo, hoc duce diſcet nemo ſuperbiam, nemo pompoſos habitus induet, & ſæpe mihi illud occurrit quod apud Liuium de Hannibale ſcriptum eſt. Veſtitus mihi inter æquales excellēs, arma atq; equi conſpiciebantur. quanquam id in tempore belli non tantū laudis habet, & in homine bellicoſo, unde delitiæ omnes excludūtur. tu modeſtiam pacis & proſperitatis, in tempore exhibes, quæ immoderantiæ atq; inſolentiæ matres ſunt, itaq; tuus hic habitus, omnia cogitanti, non tam illū quē dixi Hannibalem, quàm Auguſtum Cæſarem ad memoriam reducit, de quo regum omnium & populorum dominio, ſumma in pace ſcriptum eſt, quod ueſte non temere alia, quàm domeſtica uſus eſt, ab uxore & ſorore & filia neptibusq; confecta. Multa nunc etiam occurſant, niſi uererer, ne quid te fortaſse, faſtidio ijs affecti cuncta proſequendo, conficiam; unum hoc nullo modo prætereundum reor, quod præclaros maximè ac uerendos principes facit, in quo tu quidē hortatore nō indiges, uiros egregios ut honores, tibiq; familiariſsimos efficias, in hoc enim per teipſum adeò pronus es, ut contrarium facere ſi uelis, natura ipſa prohibeat. Nihil autē fit melius, quàm quod duce fit natura. efficax cōſuetudo, efficax doctrina, efficatior eſt natura, omnes ſi iungantur efficaciſsimè. egregios autem uiros dico, quos è grege hominum uulgarium, aliqua abſtraxit excellētia, & uel iuſtitia inſignis ac ſanctitas (quod heu, noſtra ætate perrarum eſt) uel rei militaris experientia, ac literarum copia, rerūq; notitia ſingulares fecit. quamuis autem plerīq; arbitrentur, res bellicas maiores eſſe quàm urbanas, minuenda eſt tamen hæc opinio ut officiorum primo ait Cicero, ponit exempla Græca & Latina, Themiſthoclem & Solonem, Liſandrum & Lycurgum, & ex noſtris C. Martium. & M. Scaurum, Gneum Pompeium & Qu. Catulum, Africanum minorem, & P. Naſicam, deniq; ſeipſum, homo gloriæ appetentiſsimus, ijs exēplis interſerit, nec iniuſtè tamen id quidem ſine dubio enim non plus egit Antonius, dū armis & acie Catilinā fregit, quā Cicero ipſe dū cōiurationem impiam alto cōſilio patefecit, & cōiuratos oppreſsit in carcere. Et in hoc quidem urbanarū rerū ſtudio literati homines excellunt, in hoc autē numero, literatorū hominum magnum locū iuriſcōſulti tenent, utiliſsimi ſemper Reipub. ſi iuris notitiæ iuſtitiæ quoque amor & cultus acceſſerit, & ſint ut Ciceronis utar uerbo, non magis iuriſconſulti quàm iuſtitiæ. ſunt enim qui ius atque iuſtitiam, quam profitentur oppugnant profeſſionis ſuæ nomine prorſus indigni. non enim ſatis eſt ſcire, niſi & uelis, & uoluntas bona rectam ſcientiam comitetur. talibus ſanè multi principum ſuum imperium exornarūt, Hadrianus Iul. Cælſo, Saluio Iuliano, Veranio Priſco, Antonius Scæuola, Seuerus Papiniano. Alexander Domitio Vlpiano, Fabio Fabino, Iulio Paulo, alijsq; compluribus, ijs tu ſemper quantum ætas hæc patitur, patriæ tuæ ſtudium honeſtaſti. ſunt & literatorum ſpecies aliæ, ex quibus & opportuna conſilia ſperari poſſunt, & docta colloquia, & ut dicere ſolebat Alexander, fabulæ literatæ. Itaque & medicos, & liberalium artium magiſtros ciuitate donaſſe Iulius Cæſar legitur, quibus omnibus haud dubiè præferendi ſunt qui eam quā

Theologiam uocant,ſacram ſcientiam profitentur,modò inanibus ſophiſmatibus incor-
ruptam ſeruent.Faciebat hoc autem princeps prudentiſsimus,ut & literati homines liben
tius Romæ eſſent,& cæteros ad ſtudendum tanti ſpe præmij inuitarent, erat enim cara res
admodum,ciuem eſſe Romanum tunc,unde & Paulo Apoſtolo,ſe Romanum ciuem aſ-
ſerenti,tribunus in cuius illa poteſtate tunc erat,Ego ait,multa ſumma ciuilitatem hanc cō
ſecutus ſum.tu uir inclyte,qui rem tantam dare non potes,hoc ſaltem præſtabis,ut doctos
honeſtisq; ſtudijs claros uiros,loco ciuium tuorum habeas,& ciuili urbanitate proſequa-
ris. Sic, ut urbem tuam uirorum illuſtrium incolatu,ſtudiumq; iam uetuſtum renoues
& exornes,nihil enim æquè eruditos homines allicit,ac principum familiaritatis atq; dig-
natio,familiam illam nempè clariſsimam,non tàm Auguſtus Cæſar imperio,quàm conui-
ctu & morum comitate contraxerat,habuit ergo in ſodalitio M. T. Ciceronem primo,
conſequēter Aſinium Pollionem,Valerium Meſſalam,Parium Geminum florentiſsimos
oratores. Publium quoq; Virgilium , Horatium Flaccum, Poëtas egregios,ad quos ſunt
ipſius principis familiares epiſtolæ,quibus ille ſummus hominum mundi dominus,duob.
illis ruſticanis, Mantuanæ ac Venuſinæ originis,non ſe æquat tantummodo,ſed ſubmittit
quodammodo,ne quem plebeiæ familiaritatis unquam pudeat,quam ingenium ac doctri
na nobilitent.quem puderet enim quæſo,cuius Auguſtinum non puduerit? Tuccam præ-
terea & Varum Cremonenſem habuit,& Ouidium Sulmonenſem,quamuis hunc ultimū
ſuo indignum contubernio iudicans relegarit.habuit & M.Varronem doctiſsimum , ut
perhibent Romanorum,hiſtoriæq; patrem Titum Liuium Patauinum, qui tuus nunc, ſi
uiueret ciuis eſſet,habuit & alios multos,uno tempore,non minus quàm omnibus Roma
nis Legionibus illuſtratus, hoc doctorum hominum comitatu.nam quid tantum ſibi con
ferre potuerant uel triginta quinq; tribus P. R.uel quadraginta quatuor legiones bel
lo-orum(tot enim habuiſſe illum inuenio)quantum Virgilius ſolus contulit ad æternam fa
mam:uiuit illa utiq;,cætera periere.neq; uerò tantum ex Italia,ſed ex Græcia quoſdā quo-
que Cæſareæ famæ leuitatis allexerat,nam quid oro, benè meritis & inſignibus uiris, po-
teſt eſſe iucundius,quàm ſub iuſto & miti principe,ac fauorabili extimatore meritorum ui
tam agere,unde illud opinor,multos horum interdum tua è patria digreſſuros , ni tu illos
tuæ notiſsimæ benignitatis uinclis aſtringeres,laudo equidem,& probo, armati enim tibi
ad horam uti es eſſe poſſunt,& temporale obſequium præſtare, literati autem & tempo-
rale conſilium & manſurum nomen,inſuper aſcendendi ad ſuperos rectum iter,oſtendere,
atque aſcendentem linguæ ulnis attollere,aberrantemq; retrahere . Sed iam ſatis eſt, uereor
quē ne nimiū.Cogitaueram incipiens,te in finem ad corrigendos populi mores adhortari,
nunc recogitans impoſsibile prorſus eſſe quod molior,nec unquam legum præſidio fieri
potuiſſe nec Regum,propoſitum intermiſi,impoſsibilium nempè deliberatio uana eſt,ue
rum tamen populi mos eſt unus,quem diſsimulare non poſſum, quominus te non modo
exhorter,ſed obteſter, ut morbo publico,dexteram tuæ correctionis admoneas,nec dicas,
hoc quod corrigi poſtulas,nō eſt patriæ meæ proprium,ſed commune urbium multarum,
pertinet enim ad decorem tuum,ut ſicut tu adeò multa ſingularia recepiſti,quib. inter coæ-
taneos tuos excelleres,ſi patria tua ſingulare aliquid à te recipiat,unde excellat inter proxi-
mas ciuitates . Noſti quidem uirum optimè,in ueteribus ſacris literis ita ſcriptum : omnes
morimur.in recentioribus autem ita ſtatutum eſt,hominibus ſemel mori,in ſecularibus de
mum ita moriendum eſſe certum eſt, & id incertum an hoc ipſo die, quod & ſi nuſquam
eſſet ſcriptum,non minus ideò certum eſſet,natura nos identidem admonente. nunc uerò
an natura ipſa.an conſuetudine in naturam uerſa nobis accidat,& noſtrorum mortes ſine
dolore,& gemitu uix feramus,& eorum exequias ſæpè triſti uociferatione proſequemur,
quem morem, uix tàm uſquam alibi radicatum, quàm in patria tua uidi. Moritur
aliquis ſeu plebeius ille ſeu nobilis , quod ad hoc enim attinet (nihil refert , quia
minus,non ſæpè etiam magis plebeiorum, quàm nobilium animi quatiuntur affe-
ctibus, & quid deceat minus uident) mox ut is ſpiritum emiſit, dolor immodicus
atque

atque ingens fletus exoritur,hunc ut inhibeas non peto(eſſet enim longe difficile, & fortaſſis impoſſibile homini,& ſi Hieremias propheta dicat:Nolite flere mortuũ, neque lugeatis ſuper eum fletu.& Poëta magnus Euripides,in Treſphonte ſcribat: Decere conſideratis præſentis uitæ malis,ut in ortu noſtrorũ lugeamus,in obitu gaudeamus.ſed hæc ſentẽtia nimis Philoſophica,paucißimis nota eſt, uulgò autẽ prorſus inopinabilis & inaudita)quid peto,igitur,dicam,effertur funus,matronæ cateruatim prodeunt in publicũ,uicoſq; & plateas altis complent incõditisq; clamoribus,ut ſiquis rei neſcius interueniat,facilè poſſit aut illas in furorem uerſas,aut urbẽ captam ab hoſtibus ſuſpicari.inde ubi ad tẽpli fores eſt peruentum, geminatur fragor horriſonus,& ubi CHRISTO laudes cani,ſiue pro defuncti animæ deuotæ preces,uel ſubmiſſa uoce uel in ſilentio fundi debent, illic mœſtæ reboant querelæ, & fœmineis ululatibus altaria ſacra pulſantur,quia ſcilicet mortuus ſit mortalis, hunc morem,quia graui & nobili contrarium Politiæ,tuoq́ue regimine indignum cenſeo, ut emendes non tantùm conſulo,ſed ſi licet obſecro,iube,ne qua prorſus hanc ob cauſam pedem domo efferat, ſi flere miſeris dulce eſt, quantumlibet domificat,faciem publicam non cõtriſtet.Dixi ecce plura fortaſſe quàm debui,ſed pauciora quàm uolui, ſi in alterutro ſit erratum,da ueniam uir illuſtris & boni conſule diúq; fœliciter Rempub. rege & uale. Arquade.IIII.Kalen.Decembris.

FRAN. PETRARCHAE
V.C. DE OFFICIO ET VIRTVTIBVS Imperatorijs, Liber.

Ad Magnanimum bellicæq; Rei peritiſs. Virum Luchinum Vermium Veronenſem, Exercitus Veneti imperatorem.

NOn uereor(ut me irrideas)ut Hannibal Phormionem,nõ enim loquor, ut uel te doceam ,uel me oſtentem,ſed cum te magni ac præpotentis populi conſenſu,duri ac difficilis belli ducem cernerem,quamuis omnibus & præſertim bellicis uirtutibus inſtructißimum ſcirem,temperare mihi non potui,quo minus ad te nunc aliquid ſcriberẽ. quod etſi tibi forſitan, pro tua multiplici talium notitia ſuperuacuum,mihi certè pro meæ fidei teſtimonio non indebitum uideretur, fiſusq; ſum, quod mihi lectum aliquando placuerat, & tibi hoc ſaltem tempore placiturum, quo maximè talibus tangi poſſes.Ab adoleſcentia quidem tua,uſq; ad hanc ætatem,nulla propè tibi uitæ pars,niſi ſub armis acta eſt, quotiens interim dux & miles,& quantis ſæpè nobilitatus euẽtibus:neſcio autem,an unquam alias tanta tibi rerum moles incubuerit,potentißima atq; amplißima urbium noſtri orbis, ad rẽ maximam,unũ te ex omnibus ducem legit.magna tui opinio,magna ſpes præoccupauit animos,ex quo die,primum oblato oneri humeros ſubieciſti, debellatum omnes credidêre. Magnum te hic urget calcar,iuſta illic uocat indignatio,iuſta ira,uix ullum noſtro æuo iuſtius bellum fuit.rebellarunt ſerui in dominos,filij in parentes,utrunque enim eſſe debuerant,& ſerui & filij,quos hic metus,hinc amor à ſcelere cohiberet,neutrum ualuit, & ſtupor eſt,meminiſſe,q̃t quãtisq́; beneficijs obſtrictos,omnis diuini & humani iuris obliuio animos cepit,hæc te igitur illinc illiciunt,hinc impellũt .Si euidẽs aũt iuſtitia,certã tibi uictoriæ ſpem præſtat,ad ſpernẽdum minimè,ſed anceps & graue bellum proficiſceris,is in Cretam inſulam,longè diſtantem,& ut ſileam pelagi faſtidia,quæ pedeſtris ſermo non æquat, & quæ nemo niſi expertus intelligit,ipſa itineris lõgitudo pars eſt una difficultatũ,quãquã terris,tantum iter peregrinus ageres non bellator,inſulam magnam,immò poſt Trinacriã

inſularum maximam, noſtri maris, inſulam famoſam, potentemq́ꝫ, centum quondam ur-
bibus habitatam, ubi regia Iouis ac ſepulchrum fuit, & Minotaurus horribilis, & inextrica
bilis Labirinthus. nulla niſi fallor, ex noſtris, inſula tanto ſpatio à continenti ſeiungitur, un
diqꝫ uaſtum mare, atqꝫ importuoſa ſunt littora, introrſus accolæ uerſipelles, callidi, fallaces,
neqꝫ apud Poëtas tantùm ueteres Latinorum & Græcorum, ſed apud ipſum Apoſtolum
Paulum ſemper mendaces habiti, malæ beſtiæ, pigri uentris. ad omnia, inquam niſi ad fal
lendum inertes, ad id unum ſolliciti atqꝫ inſomnes. cum ijs igitur tibi futura res eſt, quibus
nõ fraus extranea, non ſcelus inſolitum, nullum nequitiæ nouum genus, ſed omnia trita, &
frequentibus actibus, & lõga conſuetudine, in habitum pridem uerſa, quod non ultimum
poluerim, conſcientia ſcelerum, & deſperatione ultima ſupra ſolitum irritata. quid quod
magna pars inſulæ mõtuoſa, nemoroſa, inacceſſa eſt: Rura ſqualida, rigida, hiſpida, paſſus in
uij, dubij, perplexi, & inſidijs opportuni. ſiqꝫ ꝙ abominor, ſed nihilſ bellorũ ſucceſsibꝫ alie
num cogito, ſiquid, inquam, incideret aduerſi, & receptus nulli, & aditus impediti, & ſcopu
loſa repagula, & aquaticæ compedes, & carcer æquoreus. quæ cum ita ſint, ſic gloriæ tuæ
gratulor, ut compatiar labori, ſic uictoriam meditor, ne diſcriminum obliuiſcar, nec ſum
neſcius, tamen ab initio rerum nihil clarum, nihil altum, nihil memorabile ſine labore aut pe
riculo geſtum eſſe. Magnam mihi præterea ſpem tribuit ſpectata in dubijs uirtus tua,
multoq́ꝫ maximam, ipſa cuius profiteris patrocinium iuſtitia, quiq́ꝫ illam non deſerit cœle-
ſtis fauor: pugnat enim contra inertiam induſtria, contra ſuperſtitionem religio, contra mẽ
dacium ueritas, cõtra perfidiam fides, contra ſcelus innocentia, contra ſæuitiam clementia,
contra metum ſpes, contra cæcitatem prouidentia, contra dementiam ſana mens, contra
læſam conſcientiã, bene ſibi conſcia pectora, cõtra iniquiſsimos fures æquiſsimi iudices, cõ
tra fugitiuos ſeruos, ſequaces domini atqꝫ ultores. in tam igitur inæquali certamine, uix
armis opus eſſe crediderim, flagra ſufficient, ijs enim olim in Scythia contra rebellantes ſer
uos, dominos, primoqúe impetu uictoriam conſecutos conſtat. In hoc tamen bellum
profecturos tibi forſan alij equos & phaleras, alij enſes & galeas, alij arcus & pharetras ob
tulerint, mihi iſta non ſunt, unde cum Apoſtolorum principe, quod habeo hoc tibi do, In
nomine IESV ſurge & ambula, ſurge, inquam, magno animo, ambula maturo conſilio,
cumq́ꝫ te Ducem ſibi omnes elegerint, tu tibi Deum ducem, celeſteſq́ꝫ angelos uexillife-
ros elige, nempè ab aduerſo inferni ſtabunt angeli, proditionis huius ac rebellionis artifices,
ſed cõgreſſus hoſtium eorum à quibus cœlo pulſi ſunt, & ultricis arma iuſtitiæ non laturi.
Cæterum ne intentum rebus animum uerbis non neceſſarijs & exhortantibus occupem,
unum hoc admonuiſſe ſuffecerit, fac ut ſoles, exemplis proprijs utere, quid in ſimilibus e-
geris, recordare, te ipſum imitandum tibi offero. utere & exemplis illuſtrium antiquorum,
quibus abundantem, uel te lectio fecerit uel auditus, & memento hanc ipſam, ad quam tu
oppugnandam pergis Inſulam, dum ditior olim eſſet, multoq́ꝫ potentior à Metello, qui ob
id Creticus dictus eſt, facili domitam incurſu, tibiq́ꝫ utinam reſeruatum, euẽtu ſimili, ſimile
ſit cognomẽ, & hæc hactenus. Ad id uenio, quod ex me qui magna nequeo, quaſi amicus
inopis, fidele ſubſidium, ſiue aliquod bellicum munus accipies, immò equidem non ex me,
ſed ex M. Tullio qui primus hoc dixit. quod ſi nouum audis, puto delectabere, ſin & tu
idẽ olim ſenſeras, gaudebis ingeniũ tuũ, ſpõtè ſua, maximi hominis ſententiã incidiſſe. fieri
aũt poteſt, immò fieri aliter uix poteſt, ut ꝙ dicã tibi, per te notũ ſit: quomodo enim tantus
dux, quæ ad ducẽ pertineant ignoraret, uerũ id neqꝫ à Tullio, neqꝫ ab alio dictum ſcias, præ
cipuè cum hoc ipſum Rullianæ facundiæ loco quodam, ſecretiore reconditum ſit. quod ſi
ita eſt, quid tuæ huic notitiæ acceſſurũ ſit ſi quæritur, multum ſanè. Nam dum nobis aliqui
ratione uel experientia duce perſuaſimus, ſed nõ plenè, ſed ex inſperato uiri cuiuſpiam illu
ſtris auctoritas accedat, efficit, ut ꝙ erat opinio, iã ſciẽtia certa ſit, & circũ præcordia ſerpere
ſolitũ, medullis inſideat, ꝙ ſi forſan & hoc ita ſe habere, & à Tullio dictũ eſſe cognoueras,
æquis me tamen auribus audies, ab illo dictũ latiuſcule differentẽ de re enim dictũ eſt, deꝙ
alijs ſũmis & excellẽtibus bellorũ ducibus, ꝗs cõmunis uſu ſermonis Imperatores appella-
bant

bit. Ego inquit, ſic exiſtimo, in ſummo Imperatore, quatuor has res ineſſe oportere: Scienti
am rei militaris, Virtutem, Auctoritatem, Fœlicitatem. ex ijs uides inclyte uir, etſi nihil ad
didero, quæ tibi ad implendum profeſsionis tuæ debitum neceſſaria ſint, quorum alia in-
tentione animi, & diligentia quæruntur, alia uerò niſi cœlitus data ſint. nullo unquam ſtu-
dio quæri poſſunt. hæc ex ordine proſequar, ut quodammodo, ſicut ait Annæus Seneca,
Speculi uice fungar, & te tibi oſtendam, utq; hæc tibi plenè omnia gaudeas obtigiſſe, uel ſi
quid fortaſsè, quod non ſuſpicor, nunc etiam deeſſe tibi ſenſeris, quod per hominem poſsi
bile ſit impleri, generoſo niſu aſſurgas, & in eam rem, niſi reſpuis, hoc uti ualeas exempla
ri. neque enim clarius, ſiquis eſt latens, in re qualibet defectus, quàm exactæ partium enu
meratione, atque examinatione cognoſcitur. neque uerò tarde aliquid fieri putes, quod
utiliter, quodquè honeſtè fit, illud potius tene, quoniam quicquid male differtur, peius o-
mittitur. itaque morum emendatio, ſemper optabilis, & uirtutis ſtudium, uſque ad ex-
tremos anhelitus laudabile eſt. ſed ſequor ordinem, & ut poſſum quod pollicitus ſum per
ſoluo. Prima dos igitur ſummi ducis eſt, Scientia rei militaris: hæc ut reliquæ, artium &
doctrina & exercitatione percipitur, utraque multiplex. nam & armorum atque equitan
di peritia quædam eſt, quæ in pace etiam exerceri poteſt, immò in pace maximè diſci-
tur. cuius ut reliquarum ferè omnium, ſingularis Iulio Cæſari laus eſt, de ijs loquor, in
quibus militaria tantum & bellica uerſantur officia, quibus neminem illo unquam ma-
gis uiguiſſe. plurimi ac certiſsimi ſunt auctores. eſt & altior militaris diſciplina, quæ ubi
cunque diſcatur, non niſi in acie exercetur, & hæc quidem, ex ijs primum libris conſtat,
qui Rei Militaris apud nos, apud Græcos uerò ſtratagematicôn inſcribuntur, quorum
aliquos me hortante deſcriptos habere uoluiſti, idemquè ex omnis hiſtoriæ notitia, an-
te alias Romanæ (nulla enim clarorum, tàm fertilis exemplorum) ſæpè uerò animum
tangunt non minus exempla quàm ratio, inſuper ex conſilijs ac præceptis, inſignium ue-
teranorum, qui multa uel legerint uel experti ſint. non eſt enim facilis adeò, ut quidam
putant, aut fortuita, rei militaris ars, ſed multis ex regulis, magno ingenio, longoquè
ſtudio collecta, quarum ſi qua negligitur, nuſquam negligentiæ præſentior pœna eſt. hæc
eſt diſciplina, ſiue ars illa, quæ acriter retenta, ut Valerius ait, principatum Italiæ P. R.
peperit, multarum urbium, magnorum regum, ualidiſsimarum gentium regimen largita
eſt, fauces Pontici ſinus patefecit, Alpium Tauriquè montis conuulſa clauſtra tradidit, &
quaſi non dictis, ſed dicendis feſſus, uide quid addidit: Ortumquè inquit, è parua Ro-
muli caſa, totius terrarum orbis fecit columen, hac eadem quæ neglecta, quo imperium
eiuſdem populi redegerit non uidet Valerius, nos uidemus. Et hæc quidem ars tripar-
tita eſt, nempè quæ ante prælium, quæ in prælio, quæ ue poſt prælium ſint gerenda conſi
derat, ſeu quis uictor, ſeu uictus euaſerit. Quibus ſub partibus, quàm multa continean-
tur intelligis, & hæc omnia uel legendo uel experiendo noſcuntur, ſed experientia certior,
lectio autem ulterior uidetur, promptius eſt enim plurima legere, quàm paucisſima experi
ri, unde fit ut cum ad experiendum, uita hominum breuis ſit, ad legendum tempus breue
ſufficiat, modo intellectus ac memoria ſuffragentur, ſine quib lectio uel inutilis uel caduca
eſt. boni autẽ duces, uiciſsim & experiuntur & legunt, & lectionem experientia cõprobant,
& experientiam lectione confirmant. Nullum diem intermiſiſſe Cæſar traditur, quin quo
tidie legeret aliquid, aut ſcriberet, itaque quod mirabile potius quàm mutabile fateor, & in
magnis itinerum difficultatibus, quod in medijs bellorum æſtibus, libros fecit. ſanè autem
excellentiſsimi quique ducum, ijdẽ & literatiſsimi fuêre, nec fermè aliquis, præcipuè Roma
norum qui cæteris omnibus pro exemplo ſunt præter unum Marium fortaſsis, ſine literis
fuiſſe reperietur. nam quibuſdam tanta fuit literarum copia, ut incertum diceres, armis ne-
eſſent an literis clariores. quod perfacilè tibi nunc niſi longum eſſet oſtenderetur, obſtre-
pant ut libet & irrideant noſtri duces, noſtriq; reges ac principes, qui uirtuti bellum, ac lite
ris indixere, ſimulatoq; contemptu, uel ingenij tarditatem, uel ſegnitiem ſuam teguntur,

ſuppellex regia, atq; auguſta & ornamenta ducum erant literæ, eſſentq; hodie, niſi Cæſarum & Regum ducumq; animi degeneraſſent: quorum inertia atq; ſuperbia, mundus ipſe degenerauit, abiitq; poſt illos. & hæ quãtulæcunq; reliquiæ literarum, ad plebeios ac ruſticos deuolutæ, nõ pro ipſarum maieſtate, ſed pro neceſſitate temporum, indecenter anguſtæq; habitant, breui ut auguror, uoluptatum atq; delitiarum nouarum hoſpitum superuentu, ab iis ipſis receptaculis excludendæ. ij noſtri ergo, qui dicuntur duces, quam ueris illis ducibus abſimiles ſint, ſi illorũ gloriã & res geſtas, horũ ſomnos & comeſſationibus conferas, promptum erit aduertere, non incorruptis modo iudicibus, ſed iis ipſis literarum cõtemptoribus libidinũq; cultoribus, niſi prorſus obtorpuêre penituſq; depuduit. ſed de iis & ſæpè aliàs, & plura hodie diximus quàm neceſſe erat, Res enim, ſermo, habitus, mores, uita, principia, exituſq; bellorum, cũcta ſimul & ſingula, hæc loquuntur aptiſsimeq; pronũciant, inter hos & illos rei militaris artifices, quid interſit. Tu mihi ſemper ob hoc unum uel maximè placuiſti, quod inter tot decora parta armis, nunquam literas contempſiſti, & ſi plus ocij habuiſſes, fieri non dubitem, in hoc quoque par maioribus, ſtuduiſſes. nequetamen ſic intelligar, ut Philoſophiam aut Poëſim ducibus neceſſariam dicam, ſed eas ſaltem literas, quib. & præcepta militiæ, & hiſtoriæ geſta præcipiãt. quæ profectò uel nõ uenit in animum, uel non ſtabũt, niſi ea iugis lectio & tribuat & conſeruet. nam quod tinea ueſtib. quod rubigo armis, hoc literis noticiæq; rerum obliuio eſt, omnia inficit, conſumitq; omnia niſi ſæpe diſcutiantur, frequentiq; ſtudio detergantur. Et eſt ut reliquarũ rerũ, ſic animi ſitus quidam interminabilis, egẽs curæ. in hac quidem militari ſcientia, quàm lectione & experientia conſtare diximus, quod ad primam attinet, apud Græcos atticus Themiſtocles eminet, uel Thebanus Epaminundas, quod ad ſecundam uerò, Philopomenes Achæus, in utraque autem Romani duces, & numero & effectu omnium gentium ducib. longè anteſtant. Sed ne diu Phormio Hannibalem ſiue ut dicitur, ſus Mineruam doceã, iis omiſſis, ad uirtutẽ uenio, cui ſecũdũ Tullius locũ præbet. ea uerò quæ ad præſens dicit̃ propoſitũ duplex eſt, una corporis, ſub qua, robur mẽbrorum, ac dexteritas & integritas ſenſuũ colligitur. neq; enim dux inualidus, quamuis idẽ doctus, obeundis bellicis muneribus aptus habebitur, bonus ille conſilio, ſed non pugnæ, in thalamo utilior, quã in campo, quæ res Affricani magni filium uirtute animi patri æqualẽ, doctrina uerò etiam altiorẽ inhabilem bello fecit. contrà neq; præualidus, ſi nimia corporis mole grauabitur, repentè poterit, hic illic, ubi res exiſtet, exhortãdis militibus propulſandiſq; periculis adeſſe, neq; rurſum ſurdus aut cæcus, uel hoſtium uel ſuorum ſtatu circũſpicere, ſeu ex diſſonis uocibus, & clamore bellantium, quid atq; ubi conſulto factoúe opus ſit aduertere. in hac parte præpollentis & ardentis atque impigræ uirtutis clarum nomen habent, ex noſtris ipſe Iul. Cæſar, & Papyrius Curſo, nactus ex pernicitate cognomen. nec non & Tullius Hoſtilius Romanus rex, & uterque Affricanus & Marius. ex externis Pyrrhus, Hannibal Maſſimiſſa. Altera uerò uirtus eſt animi, cuius quidem nota omnibus quadripartita diſtinctio, nam & callere oportet quid agendum, non ſolum in prælio, contrà hoſtem, quod ſuperior diſciplina militaris impleuerit, ſed ubi, cum omnibus, neque enim ſemper duces pugnant, ſed ſæpè per inducias aut caſu aliquo poſitis armis, cum amicis aut hoſtibus loquuntur, ubi falli, ſeu agreſte, uel ineptũ loqui aliquid, turpè eſt, enimuero id ſeu natiua comitas affabilitasqúe præſtabit, in qua primus omnium Affricanus maior fuerit, inde Auguſtus, Veſpaſianus multiqúe alij, ſeu altior prudentia, ubi ex noſtris Numa Pompilius Rex Romanus, & Fabius Maximus, & Catones duo clari ſunt, adde iis. M. Aur. Antoninum longè ſapientiſsimũ, eum dico qui Philoſophicum maluit, quàm Cæſareum cognomen. Ex alienigenis Cyri ambo, Pœnus Hannibal, Ponticus Mithridates. Et hæc quoq; uirtus trifida eſt. Siquidem & meminit, & diſcernit. & prouidet, treſq; oculos in totidẽ tẽpora mira rerũ diſtantiũ connexione defigit. Sequitur Fortitudo, docens mortem ſpernere, terribilia nõ timere, de hac pauca dicturus ſum. nulli enim ignota eſt, & hãc unam, multi ducum, propriam militaremq; uirtutem

tutem opinantur, cura ſit omnium, ſed in bello clarior, inter mortes ac uulnera. huius uirtutis ante alias, inuictum habitaculum Roma fuit, proximum Lacedæmō, & Carthago. hic ex noſtris occurrunt Iul. Cæſar ſæpè dictus dicendusque, Scipiones duo, ij qui per inſidias in Hiſpania cecidêre, Affricani totidem, Pauli duo Macedonicus & Cannenſis, Cl. Marcellus, Cl. Nero, Tyberius Gracchus, Ga. Marius, Druſus & Germanicus. Cæſ. Titus ac Traianus principes, ex uetuſtiſsimis uerò primus ac tertius Romani reges. nec non ex equeſtri ordine. Horatius Cocles, L. Dentatus, M. Sergius, Mut. Scæuola innumerabilesq; alij. Pacllius enim cœli ſtellas & arenas maris, quàm Romanæ urbis uiros fortes enumeres, externi uerò Lacedæmonius Leonidas, Athenienſis Milciades, ſupraq́; nominatum par uirorum fortium Themiſtocles atque Epaminondas, & ex antiquiorib. Liber Hercules, Theſeus, Achilles, Hector, Tydeus, Diomedes, Ayax, & ut Maroni placeam Aeneas, omnesqúe quas multum debentes uatibus umbras, Cordubenſis uates ait, Hannibal quoq;, genitorqúe Hamilcar & germanus Haſdrubal. Alexander Macedo & huius quoque genitor Philippus, & auūculus Alexander Epirenſis, & Pyrrhus, ipſe etiam Epirotarum rex, de quo ſuprà diximus. Hebræorum inſuper aliquot, & in primis Dauid, Ioſue, & Iudas, quorū bellicæ uirtuti ita diuinitas aderat, ut decerpi neſcio, quid humanæ gloriæ uideretur, nec me fallit, quamuis eam Ariſtoteles ipſæ prætulerit, quibuſdam tamen uideri poſſe Philoſophicum me uirtutum deſeruiſſe ordinem fortitudinem iuſtitiæ præferendo, militarem tenui ſecundum quem longè præfulgida uirtus fortitudo cenſetur. Verè autem, non minus ducum propria Iuſtitia eſt, quæ ſeruare non amicis modo, ſed hoſtibus fidem docet, ſunt etenim, qui licere ſibi extiment, per phas & nephas hoſtem fallere, Virgilio freti, ubi ait:

Dolus an uirtus? quis in hoſte requirat?

Quod ipſum ibi nō Poëtæ grauiſsimi, ſed paſsionati adoleſcētis ore dicitur. alij in hoſtem prouidentiſsimi duces, atq; acerrimi, ſiue in ſocios fœderatos, ſiue in ſubditos iniurijs ac rapinis hoſtiliter debacchantur, quod malū & antiquū & modernū eſt, ſeu illa ignauia eſt ducū, ſeu inſolentia militum, auaritiæq; rabies, utraq; ſententia militantiū, ducumq́; animis extirpanda eſt, ut hoſtib. ſeruetur fides, amicis humanitas, utriq; iuſtitia, ut & illis niſi ſeruato decore non noceas, & ijs nullo penitus noceas modo, nam quid turpius, aut quid uſquā ſceleratius, quā nocere ijs, quorū tutelæ ac præſidio euocatus ſis, & de cuſtode raptorē & de cane quodāmodo lupum fieri. Huius gloriæ prima, in parte clariſsimi habentur Fabritius & Camillus & Regulus, quorum primi duo cum poſſent dolo uincere noluerunt, tertius ne aut damnoſus eſſet patriæ, aut infidus hoſti crudeliſsimæ mori elegit, interq; hoſti præſtitæ fidei ſeruatores, haud prætereundus eſt Caſsius. In altera autem hi ſunt, quibus modicū fuit, ſuorum ab iniurijs abſtinere, niſi ultrò pro eis etiam morientur. ex ijs Romæ Curtius & duo Decij, addit & tertiū Cicero, ſed ille Hiſtoricis uidetur ignotior; Athenis autē Codrus, Carthagine Phileni fratres ſeſe ante alios offerunt. quorum primus ut terrorem publicum ſedaret, ſecundi ut uictoriā quærerēt, labentemq; aciē firmarent, tertius ut patriam inſtanti excidio eriperet, quarti fines patrios prorogarent, ad mortem uoluntariā ſunt profecti, & ut ciuibus ſuis bene eſſet, ipſi non eſſe uoluerūt, in utraq; uerò Magnus Pompeius, & ſi ad hunc unum Cicero omnes bellicas laudes, & quæcūq; de ijs quibus egent duces, ut ſummi ſint, aut diximus aut dicturi ſumus cumulatiſsimè conferat, iure id quidem meritoqúe, ſed ſi cuiqúe maximè ſuum attribuitur, uerè propria Pompeij Magni laus eſt, bellica iuſtitia ſimul, & cognita inter uictorias ac triumphos continentia. quæ ad eam, de qua hic dicere aggrediar uirtutem referenda eſt, ſi unum quod nunc etiam ad iuſtitiam ſpectat adiecero, eſſe beneficentiam ac liberalitatem pulcherrimas ducum ueſtes, quibus indecora plurima tegi poſſint. hac Iul. Cæſar præit cunctos in gloria, neque enim quiſquam ſi Senecæ uerba memoriter ſeruo, liberalius uictoria uſus eſt, ex qua nihil ſibi uindicauit, præter diſpenſandi poteſtatem. apud exteros Alexander primum locū tenet, ut Græci uolunt neque noſtri obſtāt. Quarta nūc mihi ſupereſt Modeſtia, quam temperantiam uocant, cui adiacet ipſa de qua modò dicebam cōtinentia, ſine qua non dicam

dux,ſed nec uir quidem bonus unquam fuit. quia uerò nunc mihi de ducibus ſermo eſt,
quid oro peritia,quid magnanimitas , quidue aliæ imperatoriæ omnes artes profuerint, ſi
auaritiæ, ſi libidinis aut gulæ imperio,dux uictus abiecto freno,quo exercitum regebat,ſe-
que ſuasq; legiones præcipitet, & in peſtē trahat:quo ſæpe multi cum omnibus copijs pe
riēre.hæc igitur ſingularis & ꝓpria uirtus eſt Pōpeij,in qua ſi imitari illū collega eius Craſ
ſus uoluiſſet,nūquā ipſe cū filio,& cum tāta ruina imperij cecidiſſet,Probant hāc Romani
ducis continētiam atq; modeſtiam,templū Hieroſolymæ opulentiſsimum ſed ab hoc in-
tactū duce,ab altero ſpoliatū:ꝓbāt & alia multa quarū pars in uerbis Ciceronis apparet,ꝙ
mox inſeram.eſt quoq; uirtus hæc eadē multorū propria, ſed ante alios Africani ſuperio-
ris,cuius florentiſsima ætate proſperimaq; fortuna(quæ duo in primis,& hic de qua loqui
mur,& cunctis uirtutibus aduerſantur)magna ſunt cōtinentiæ & pudicitiæ argumēta.acce
dit ijs māſuetudo quædā & ſuauitas,facilitasq; animi,in qua Africanus idē,& Iul. Cæſar
excellunt,ad cōciliandos hominū animos nihil efficatius.Eſt huic cōfinis æqualitas, quæ-
dā familiaritasq; cum exercitu.quæ res maximè milites amātiſsimos ducū facit,in qua no-
tus Val.Coruinus & Marcus ex noſtris.ex externis Hānibal.Et hæ quidē artes beniuolen
tia & amore,ſicut ijs abiectæ , ſeueritas atq; imperioſitas exercitum ac ſubiectos metu tre-
nāt,quib. artibus M.Curius & Quintius Cincinnatus & Papyrius curſor,& Fabius Ma-
ximus notiſsimi,ſed nullus ea in re Iun Bruto Manlioq; par Torquato,quorum primum
publicæ libertatis amor impulit,ut proprios filios à ſe depulſæ tyrannidi fauentes,ſeruiliter
uirgis cæſos,ſecuriq; percuſſos ad mortē ageret. ſecūdū uero caſtrēſis diſciplinæ ſtudium,
coēgit ut præclaræ indolis adoleſcētem filiū,ꝙ iniuſſu eius in hoſtē pugnaſſet,illicò iuberet
occidi, quāuis & unicū & uictorē.additur huic ſeueriſsimi facti comes Poſthomius Tybur
tus.cuius ego ne prætermiſiſſe potius,quā ut aſſeruiſſe rem tantā,uidear,mentionē fecerim.
apud quoſdam enim ſcriptorum certa res,apud alios facti eius in ambiguo fama eſt.His tā
multis & paciencia iungitur eaque multiplex,hæc dolores corporis æquanimiter perfert,il
la quaſi quoddam uulnus aurium atque animi contumelias fert uerborum,utraque ducib.
& militaribus uiris accommoda prima quidem fortitudinem, ſecunda uerò ciuilitatem
reſpicit atq; modeſtiam ipſam , de qua ſermo eſt. In prima Mutius & Marius,& ipſe Pom
peius clari habentur,& Attilius quidam Cæſaris miles Maſſiliæ ſpectatus , & Marcus
Sergius,cum eiuſdem quibus ſuprà comitibus.Externis uerò Cinigerus Athenienſis Græ
cis hiſtorijs celebratus eſt in altera uerò Romani imperatores Iulius & Auguſtus ex no-
ſtris ,ex externis Philippus & Antigonus Macedonum reges, & Piſiſtratus Athenienſi-
um tyrannus,denique noſtros atque exteros Magnus ipſe Pompeius omnes ſuperat.quo
admoneor,ut ex libro qui de eius laudibus ſcriptus eſt,ac de imperatorū ſeu ducum conti-
nentia,deque ijs quatuor,quæ in duce requirimus, Ciceronis uerba pauloantè promiſſa
ſubſcribam,quæ tibi uel uſui uel delectationi fore confido. Neq; enim,inquit, illæ ſunt ſo
læ uirtutes imperatoriæ, quæ uulgò exiſtimantur, labor in negotijs ,fortitudo in periculis,
induſtria in agēdo,celeritas in conficiēdo, conſilium in prouidendo. & poſt hæc Nō enim
inquit,belllandi uirtus,ſolum in ſūmo ac perfecto imperatore quærēda eſt, ſed multæ ſunt
artes eximiæ huius adminiſtræ comitesq; uirtutis:ac primum quanta innocentia debent eſ
ſe imperatores,quanta deinde omnibus in rebus temperantia,quanta fide, quanta facilita
te,quanto ingenio,quanta humanitate.nec lōgè poſt . Propter hanc auaritiam, inquit, im
peratorum,quantas calamitates,quocūq; uentū ſit noſtri exercitus ferant,quis ignorat:
Itinera quæ per hoſce annos in Italia, per agros atq; oppida ciuium Romanorum noſtri
imperatores fecerunt, recordamini,tamen facilius ſtatuetis , quid apud exteras nationes
fieri exiſtimetis,utrum plures arbitramini,per hoſce annos militum noſtrorum armis ho-
ſtium urbes ,an hybernis ſociorum ciuitates eſſe deletas.neque enim poteſt exercitum is
continere imperator,qui ſeipſum non continet, neq; ſeuerus eſſe in iudicando, qui alios
in ſe ſeueros eſſe iudices nō uult.quibus dictis ad Pompeij laudes uerſus.Et miramur, in-
quit,hunc hominem tantum excellere cæteris, cuius legiones ſic in Aſiam peruenerunt,
ut non modò manus tanti exercitus , ſed ne ueſtigium quidem, cuiquam peccato
nocuiſſe

nocuiſſe dicatur. iam uerò quemadmodum milites hybernẽt, quotidie ſermones ac literæ proferuntur, non modò ut ſumptum faciat in militem, nemini uis affertur, ſed ne cupienti quidem cuiquam permittitur, hyemis enim non auaritiæ perfugium, maiores noſtri in ſociorum atq; amicorum tectis eſſe uoluerunt, age uerò cæteris in rebus qualis ſit tẽperantia conſiderate, unde illam tantã celeritate, & tam incredibilem curſum inuentũ putatis? non enim illum eximia uis remigum, aut ars inaudita quædam gubernandi, aut uenti aliqui nouitàm celeriter in ultimas terras pertulerunt, ſed hæ res, quæ cæteros remorari ſolent, non retardarũt, non auaritia ab inſtituto curſu, ad prædam aliquam deuocant, non libido ad uoluntatem, non amœnitas ad delectationem, non nobilitas urbis ad cognitionem, non denique labor ipſe ad quietem, poſtremo ſigna & tabulas cæteraq; ornamenta Græcorum oppidorum, quæ cæteri tollenda eſſe arbitrantur, ea ſibi ille ne uiſenda quidem exiſtimauit, itaq; omnes quidem, nunc in his locis Gneum Pompeium, ſicut aliquem, nõ ex hac urbe miſſum, ſed de cœlo delapſum intuẽtur. Nunc deniq; incipiũt credere fuiſſe homines Romanos, hac quondam abſtinentia, quod iam nationibus exteris incredibile, ac falſo memoriæ proditum uidebatur, nunc imperij noſtri ſplendor illis gentibus lucet, nunc intelliguntnon ſine cauſa maiores ſuos, tamen cum hac temperantia magiſtratus habebamus, ſeruire Pop. Rom. quàm imperare alijs maluiſſe. Iam uerò ita faciles aditus ad eum priuatorum, ita liberæ querimoniæ de aliorum iniurijs eſſe dicuntur, ut is qui dignitate principibus excellit, facilitate infimis par eſſe uideatur. iam quantum conſilio, quantum dicendi grauitate & copia ualeat, in quo ipſo ineſt quædam dignitas imperatoria, uos Quirites, hoc ipſo in loco ſæpe cognoſcitis. fidem uerò eius inter ſocios, quantam extimari putatis, quam hoſtes omnium gentiũ ſanctiſsimam iudicarint, humanitate iam tanta eſt, ut difficile dictu ſit, utrum hoſtes magis uirtutem eius pugnantes timuerint, an manſuetudinem uicti dilexerint. Hactenus Cicero, cuius hanc tantam uerborum congeriem, epiſtolæ per ſeipſam feſſæ, iam licet atque onuſtæ ſciens ſuperimpoſui, quia neſcio, an uſquam alibi de bonis ducum moribus continentia, humanitate, facilitate clarius ſcriptum ſit, quibus etſi nunc fortaſſe non egeas, eo quòd non per agros ſociorum, ſed per aperta maria iter acturus es, atque exercitum claſsibus traiecturus, cumq; ad inſulam perueneris, ſociale nihil, ſed hoſtilia omnia reperturus, ut his tamen loco ac tempore alio licebit, quando ſydere quolibet, ad bellum ut uideo, natus es. Tertium reſtat, Autoritas, quæ ex prædictis maximè naſcitur, augetur autem fama nominis, & opinione hominum de ducum uirtutibus ac proſperitate concepta. Nonnihil & forma corporis confert, non mundítijs culta, ut ait Liuius, ſed uirilis & uerè militaris. inſuper & nobilitas ſanguinis, & caſtrenſis eloquentia, quo in genere Iulius Cæſar Aphricanus maior, & Pompeius Magnus optimiſsimi habentur. quorum tanta fuit auctoritas, eaque ſub illis militum fiducia, ut non ſe ad prælium ac diſcrimen, ſed ad uictoriam & ad prædam duci crederent. quo nihil utilius ad uotiuos ac proſperos belli euentus, quos in contrarium uerti ſolere, diffidentia bellatorum, ex leuitate aut inertia ducum orta, ſæpè compertum eſt. horum certè trium is quem primum poſui, tàm diuerſus fuit, ut non modò militari facundia cunctos duces uicerit, ſed forenſi etiam ſummos æquauerit Oratores. ſecundus auctoritati, quam ſeu uirtus illi, ſeu natura pepererat, infinitum quiddam addidit, arte mirabili, neque negatæ unquam diuinæ ſtirpis, neque aſſertæ, ne opinionem pectoribus ciuium de ſe hærentem, uel mendacio concuteret, uel ueritate conuelleret, ſed ſilentio confirmaret. moribus quoque, quibuſdam ſingularibus, præter ſupraque hominum modum, ſecreta ac ſolitaria in templis mora, & certiſsima in dubijs futurarum ut præſentium rerum ſpe, quaſi deorum quotidianis alloquijs promiſsiſque cœleſtibus ſecutus in hoc Numam Romanum regem, & Minonem Gnoſium niſi quia, quod illi in pace meditati fuerant, hic ad bellum conuertit. Quartum atque ultimum, Fœlicitas, non ſolum in militia ſed in uita eſt, nempè huc omnia referuntur, hanc uerò nec dare ſibi quiſquam poteſt, nec augere diuinum planè munus, ſed ita duci neceſſariũ, ut quanquã reliquis affluat, ſi hoc unũ deſit, nemo infœlicem ducem, doctum licet ac ſtrenuũ eligendum cenſeat. nam ut fœlicitatem

fiducia,ſic infœlicitatem ducum ſequitur militum pauor,quo nil propius exitio eſt. in hac quidem longè eminent proximi tres ex noſtris,Ita dico,niſi ultimus uitæ quàm fœlicitatis pluſculũ habuiſſet.Item Africanus Minor & Camillus & Titus & Traianus & Theodoſius,Sylla etiam & Marius,& Ventidius Baſſus,uir fortis humillime ſed fortunæ mirabilis,cui uictoriam de Parthis incredibilem,Craſſorumq; uindictã fata cõceſſerint, omnes tamen ut fama fert Metellus ille fœlix dictus,ſupergreditur.& ſi iuxta ſententiã uera, profundè fodientium,nullus hic fœlix ſit,ſed de fœlicitate bellica loquimur, & fœlicẽ ducem dicimus,uincere ſolitum,inſuetũ uinci,propria in cãpis exigitur,domi licet aſperior ſit fortuna.atq; ita idem fœlix dux,uirq; infœlix dici poterit,in hoc numero ex externis Alexander eſt Macedo,& Cyrus rex Perſarũ,niſi in Scythiam perrexiſſet, & Carthaginenſium dux Hannibal,ſi aut Maharbali credidiſſet,aut paulò maturius obijſſet. Neq; hic Carolus Magnus excluditur qui ultimus tẽpore haud indignans ultimũ epiſtolæ locum ſeruet. Tibi nũ horum defuiſſe hactenus & fama loquitur,& res probat,neue ſummis in caſibus deſit precor cupio,& ſpero,unũ habes quod præter duos tantũ his omnibus defuit CHRISTVM regem. I iam fœlix uictorq; regredere,& Dei amorẽ & gloriã immortalẽ & illius magnæ Reip.fauorem perpetuum tibi,ac tuis,fide eximia atq; induſtria promerere.

FRANCISCI PETRARCHAE V. C. RERVM MEMORANDARVM, Lib. I.

De Ocio, Cap. I.

SED mihi cuncta uerſanti,cum id ſolum temporis uixiſſe uidear, quod ocioſus aut ſolus uixi,uiſum eſt non aliunde quàm ab ocio & ſolitudine potiſsimum ordiri,non modo, quod hic plurima & maxima uitæ meæ ſolacia proceſſiſſe nouerim,ſed quod multis etiam claris uiris,iactatis inter curarum fluctus,huius portus quæſitum remedium recordabar.Cæterum cum ſolitarij ocij duo ſint genera,illud ſomno & inertiæ amicum, quod quidã lucifugæ ſectantur,qui uillis ſuis utũtur pro ſepulchris,& in illis ſeſe infodiunt uiuentes,nulla re alia quàm ocij cognomine glorioſi,non literato tantũ,ſed uiro etiam obſcœnum atq; indignum cõmemoratione prætereo. Alterum illud attingam, nõ tàm urbis odio quàm literarũ & uirtutis amore conſtitutum,unde animo uel ſtudiorũ cupido uel ad ea intento, de quibus proximè dicturus ſum,gratiſsima proueniũt alimenta, ut hinc merito uelut à primo dicendorum fonte, totius narrationis deſcendat exordium. quem uerò nunc hiſtoricus,illuſtriſsimæ cohortis ſtatuam ſigniferum,niſi quem Poëtici laboris,primum ducem in Africæ meæ libris ſtatuiſſe non pœnitet.

SCIP. APHRICANVS. I.

SCipio ille qui primus agnomen Aphricani rebus geſtis uirtute meruit,amator ſolitudinis atq; ocij fuit,Itaq; ſpiritũ domitorem gentium, & militare illud corpus,bellis exercitum,aureſq; caſtrorum & tubarum fragoribus oppletas,huc referre conſueuerat,non ut uirtus ocio langueret,ſed ut ſeſe mẽs uarietate negociorũ diſtracta colligeret,quã ob rem, neq; ſibi unquam ocioſus,perpetua mentis occupatione,grande aliquid moliens,neq; ſibi ſolus unquã uidebatur altiſsimis atq; pulcherrimis comitatus curis,neque theatrũ aut uulgi plauſum quærebat,rerum ſuarum plaudente memoria,ac conſcientiæ teſtimonio cõtentus.Iure ergo dicere ſolitum accepimus.Nunquã ſe minus ocioſum eſſe,quàm cum ocioſus,nec minus ſolum,quàm cum ſolus eſſet. idq; ipſius Africani non mediocrem æmulum Marcum Portium Catonem ſcriptum reliquiſſe,auctor eſt Cicero.

SCIP. APHRICANVS. II.

HVius nepos & ipſe Aphricanus Scipio, ſicut laboris ſuprà fidem patiens, ſic ocioſæ cupidus quietis, ſolus ſæpè cum Lælio ruſticari peregrinariq́ ſolitus creditur, interdumq́ littoribus Italicis uagabundus, expugnatricem illã Carthaginis, Numantiæq́ dexteram, ad marinas conchulas lapilloſq́ candidulos inter legendos inclinaſſe, ſic enim ad id quod ſupererat negotium, ocio breuiſsimi temporis animum recuperabat, uerecundè hæc apud Ciceronem reuerenterq́ narrantur, eos incredibiliter, ne uera deſeram, repueraſcere eſſe ſolitos, cum rus ex urbe tanquam è uinculis euolaſſent.

M. T. CICERO.

DVces bellorũ memoro, Marcus Tullius Cicero poſt innumerabiles labores, quos in Rep. pertulit, poſt tàm multa diſcrimina, quæ ſibi ille turbulentiſsimus Conſulatus, & cum improbis certamen immortale pepererat, fracta tandem libertate ciuium, uelut puppe ſubmerſa, nudus ornamentis ſuis omnibus enatauit, inq́ ocium ſeceſsit, in quo quidem rura peragrando, ſicut ipſe de ſe loquitur, ſæpè ſolus erat. ſed quod negotium, quæſo cum illius ocio, quæ frequentia cum illius ſolitudine cõferenda eſt? quam licet ipſe caſum patriæ miſeratus grauiter defleat, inde tamen ad omnes populos peruenta diui ingenij monumenta fluxerunt. Plura enim ibidem, ut ait, idem breui tempore merſa, quam multis annis ſtante Rep. ſcripſit. at qui fatum ſuum declinare non ualuit, in tempeſtate tutus, in portu naufragium paſſus eſt.

MVTIVS SCAEVOLA.

MVtius Scæuola diuini pariter & humani iuris illa ætate conſultiſsimus, à procella fori fugiẽs, in ocium & pilæ & aleæ calculorum ludo fertur operam dediſſe, ea uiciſſitudine rerum mole prægrauatum ingenium releuaſſe. & his quidem ocia uitæ diuerticula contigerunt.

DE EXTERNIS.

EPAMINONDAS.

SEd ne ab hac illuſtrium commemorationis rerum alienigenæ ſeſe fortaſsis excluſos putent, Epaminundas Thebanus, quem apud præſtantiſsimos auctores, uel primũ uel inter primos Græciæ duces ſemper inuenio, cuiq́ literarum ſtudium ac Philoſophiæ doctrina tantaq́ inerat, ut mirabile uideretur, ſicut Iuſtinus hiſtoricus ait, unde tàm inſignis militiæ ſcientia, homini inter literas nato, is inquam, cum quo Thebanorum omnis gloria, ut aiunt, & orta ſimul & extincta eſt, & ſuauitate muſica gemino labori debitum ocium exornans, præclare quidem ut eſt apud Ciceronem, Græcis fidibus ceciniſſe dicitur.

ACHILLES.

SImile apud Homerum de Achille, quod ducem ſuum imitati noſtri quoque uates aſſerunt, id quidem pronè ſuſcipimus & habemus propoſiti noſtri teſtem, clariſsimũ adoleſcentem, ſiue fictum ſuſpicamur ab Homero, & eiuſdem ſententiæ auctor eſt excellẽtiſsimus Poëta. Profectò nunquam id in eo, quem nobilitandum propoſuerat ſibi ficturus, nî laborioſæ militiæ alternam ocij remiſsionem neceſſariam iudicaſſet.

SOCRATES.

SEd aliò ſpectare arbitror, quod de Socrate ſcriptum eſt, cum iam ſenior foret uacare fidibus cœpiſſe, non enim apud me ſimilitudinem ueri habet, tantum uirum, illa ætate præſertim diſcendi potius gratia, tàm paruæ rei tempus impendiſſe, quàm diſcendo docendoq́ue fatigatus talis ocij ſolatium quæſiuiſſe. quod partius miror, dum eundem arundine cruribus inſerta colludentem infantulis ſuis intueor, quod cernens familiariſsimus ſibi riſiſſe fertur Alcibiades.

RECEN-

RECENTIORES.

ROBERTVS SICILIAE REX.

AT ne ſemper uetuſtiſsimis immoremur,ſitq; aliquis & ætati noſtræ locus. Robertus Hieroſolymitanus & Siculos,Rex regũ & Philoſophorum huius æui meo princeps iuditio,per ſingulos dies ſtatutis horis,è medijs regiæ uitæ turbinibus,in ocium, uelut in aliquam quietiſsimam ſtationem ſeſe conferre conſueuerat, illic multiplex ei quondam exercitium,dum tulit ætas uni tandem cuncta ceſſerunt. fuit illi in urbe Neapolitana palatio confine pomerium,præaltis circunſeptum mœnibus,& pelago non modicam ex parte circunfluxum,huc modò cum paucis,modò cum ingenti procerum caterua quotidie ueniẽs,baliſta luſitabat,itaque tàm ſedulo,ut confeſtim (tantum erat & tàm ad omnia uerſatile cœleſtis acumen ingenij) eos artificij magiſtros poſt tergum liqueret. Quæ res primum non hoſtibus modò,ſed ſuis quoq; minus uenerabilem feciſſe creditur,ignorantibus quantum negotiorum ſub illo ocio tegeretur. quod ubi tandem rebus ipſis innotuit, contemptus omnis in admiratione & gloriam uerſus eſt. Interfui ego ſæpè numero, dum de dimetiendis ictibus accliuis,ſingulorum ſagittas internoſceret,interea tamen dum eundo & redeundo tempus teritur,& ſenile corpus recrearet,& acres ſubiectorum cõtrouerſias uixq; extricabiles populorum nexus abſolueret,quid notiſsima replicẽ? Conſtat hunc inermem ludentemq;,quod omnes uidimus,armatos exercitus fudiſſe, & grauiſsima ſæpè diſcrimina,non tantum à ſuorum perculiſſe ceruicibus,ſed etiam ne appropinquarẽt prouidiſſe. Deniq; non aliter quàm ſi baliſta illa cunctorum transfodiſſet oculos, ſuorum ſemper peruertiſſe conſilia. & ille quidem nuper indignum præſentia tanti regis orbem deſerens,migrauit ad ſuperos. Ego autem quamuis erga illius memoriam uaria hominũ ſtudia,præcipuè Italicorum meorum diſſonantes opiniones nouerim,quia tamen non illius aut huius aurium uoluptati,ſed nudæ rerum ueritati ſtudeo. Roberti nomẽ in operis mei primordijs fulgere uolui,& cum præfatione ueniæ,ſi fortè cui moleſtus ſum, quotiẽs illum rerum qualitas obtulerit,liberius iam ſine adulationis ſuſpitione, niſi fallor de morib. eius loquar, nullum mihi gratificandi propoſitum, nulla ſpes, quæ nonnunquam à uero ſcriptorum animos auertunt,me quidem uera memorare conſcientia mea,ſi illi parũ fidei eſt, teſtis eſt mors. Breui quidem fore confido,ut unica peſtis,tot tandem cõfutata uirtutibus conticeſcat,& gelido ſaltem abeat ſepulchro, nunc quoniam properantem calamum, longa rerum ſeries expectat,de ocijs ſatis dictum eſt.

DE STVDIO ET DOCTRINA. Cap. II.

SVpereſt de ſtudio tractare,quæ'nam enim præcedentium erat & ſequentium opportunior iactura. nempè præcedentibus tàm cognata materia eſt, ut ſi ocium demas, ſtudium turbidum & inquietum relinquatur. at ſi ſtudium detrahis,inglorius torpor & pigro ſitu marcidus carcer eſt ocium,ita fit,ut hoc in illius requie fundatum,illud huiuſmodi laboribus ſemper ornatum ſit. Rurſus & illud conſtat,memoriæ ingenioq; eloquentiæ, de quibus ſecuturis tractatibus agendum eſt,nullum omnino poſt naturam ipſam maius certiusq; patrocinium fore, quàm uehemẽtem animi applicationem,ad eaſdem ſumma cum uoluptate, quam ſtudium uocant,ex quibus ſolidum conflatur doctrinæ nomen. Quo circa dilatis medijs,principium finemq; cõnectens,hunc ſtudio ſimul & doctrinæ locum dedicaui. uerum quamuis & quod omnium gentium pace dixerim,& reginæ urbis ueneratio & excellens rerũ gloria mereantur,ut poſthabita ratione temporum, in exemplorum relatione primum. ſemper Romana locum teneant, uix hic tamen mihi uideor narrationis initium reperturus, propter id uidelicet, quod Theodoſius Macrobius, haud quidem ignobilis ſcriptor ait: Soli ſapientiæ ſtudio deditos, ut abunde Græcia tulit, ita Romã neſciuiſſe. ſed quid agam ſcio. Rimabor exercitus Romanos,forumq; luſtrabo,& uel ex armatis legionibus,uel ex forenſi ſtrepitu,ſtudioſas,& contemplationi deditas animas eliciam.

C. IVL.

C. IVL. CAESAR.

Diuus Iulius Cæſar, quem armorum laus & uictoriarum gloria cœlo exequarunt, à ſtudio literarum medio quamuis in bellorum furore non abhorruit, nunquam ſe ceſsiſſe & ipſe gloriatur, & magni conſentiunt auctores. accedit operum fides præter adoleſcentiæ ſuæ libros, quos publicari dum bibliothecas ordinat Auguſtus uetuit. multa iam prouectis ſcripſit famoſiſsima, ſiquidem & anni totius ordinem, & biſexti rationem, quicquid de menſura æui uetuſtioribus ad eum diem, uel ignotum uel confuſum fuerat, ſummo ſtudio digeſsit, literiſq; & memoria tradidit poſterorum, atq; ut in Saturnalibus ſcriptum eſt, omnem conſtantiam temporis uagam adhuc & incertam, in ordine ſtatæ diffinitionis coëgit, & edicto palàm poſito publicauit, ſcripſit Anticatones duos. ſcripſit & de Analogia auſpiciorum, uerum præter hæc à ſe geſtarum tàm Gallici quàm ciuilis belli, libros edidit, nō à ſuis magis quàm ab hoſte laudatos. M. enim Tullius, alioquin multum in Cæſarem grauiter inuectus, hos tamen libros erubuit illaudatos præterire. Comentarios, inquit, ſcripſit ualdè quidē probandos, nudi ſunt, recti & uenuſti, omni ornatu orationis tanquam ueſte detracta. Sed dum uoluit alios paratam habere, unde ſumerent qui ſcribere uellent hiſtoriam, ineptis gradum fortaſſe fecit, quia illa uellent calamiſtris inurere, ſanos quidem homines à ſcribendo deterruit. Eoſdem Cæſaris libros, ſcriptor rerū ſuarum (ut fama fert) Iulius Celſus, ut Suetonio uidetur Hirtius, ita commendat. Difficillimā rem ſuſcepi Cæſaris noſtri Commentarios rerum geſtarum Galliæ. nec multo poſt, quos utinam qui legerint, inquit, ſcire poſsint, quàm inuitus cœperim ſcribendos, quo facilius careã ſtultitiæ atque arrogantiæ crimine, qui me medijs interpoſuerim Cæſaris ſcriptis. Conſtat enim inter omnes nihil tàm operoſe ab alijs eſſe profectum, quod non horum elegantia commentariorum ſuperetur, qui ſunt æditi ne ſcientia tantarum rerum ſcriptoribus deſit, adeoq; probantur omnium iuditio, ut prærepta non præbita facultas ſcriptoribus uideatur. cuius tamen noſtra maior quàm reliquorum eſt admiratio. Cæteri enim quàm benè quamq; emendatè, nos etiam quàm facilè atq; celeriter eos perfecerit ſcimus. Et hæc quidem ille. Sane de celeritate apud Suetonium habetur expreſsius, ubi ait. Et hos libros & alios plurimos, in quibus etiam poëma quod Iter ſcribitur, tanta cum uelocitate peregiſſe, ut quoſdam ex eis in Alpium tranſitu ſcripſerit, ex citeriore in trans alpinam Galliam reuertens, belli Gallici temporibus quoſdam, ipſorum bellorum Ciuilium ſub Mutinenſe diſcrimen, quoſdam ab urbe Romana in ulteriorem Hiſpaniam proficiſcens, quam uiam ſimul cum ſtudio diebus quatuor & uiginti perfecit. incertum his ſimilibus operibus linquens, utrum animi foret, aut corporis, an robore uel celeritate mirabilior.

C. CAESAR AVG.

Diuus Cæſar Auguſtus, diui Iulij filius, tàm ſtudioſè paternis ueſtigijs inhæſiſſe traditur, ut grauiſsimis bellorum ſtudijs, & imperij curis oppreſſus, & tot coniuratorum obſeſſus inſidijs, horas & momenta colligeret, nec ullum tempus inutiliter labi ſineret. Conſtāter inter comedendum radendumq; uel lectioni operam dare ſolitū uel ſcripturæ, inter crebra quoq; ſomni, cuius parciſsimus fuit, inter bellaq; lictorum ſibi uel cōfabulatorum ſolatium adhibere. ſtudia liberalia, ut Suetonius ait, ab ætate prima cupidè & laborioſiſsime exercuit, Mutinenſi bello in tanta mole rerum & legiſſe & ſcripſiſſe & declamaſſe quotidie fertur, itaq; uarij generis, ut ait idem. proſaica oratione cōpoſuit, item Orationes ad populum, & aliqua de Vita ſua tredecim libris Cantabrico bello nec ultrà expoſuit. Scripſit & epigrammatum librum, & epiſtolarum ad amicos, conditum faceti ſsima grauitate, & luculentiſsima breuitate, quod opus inexplicatum & carie ſemeſum, adoleſcenti mihi admodum in manus uenit, multum fruſtraque poſtmodum quæſitum: Cæterū epiſtolæ aliquæ ſparſim à ſcriptoribus referuntur, quarum indaginem ſtudioſo committimus lectori. nec Latinis modò ſed Græcis, nec Rhetoricis tantum, ſed & Philoſophicis delectatus eſt, eò pertinent quod Apollodori Pergameni Philoſophi, filiorum eius Dioyſij & Canoris amicitiā quæſiuit, patremque grandæuum, iuuuenis ipſe ſecum, nec ullis locis aut tēporibus uacaret, ab urbe Romana Apolloniā uſq; perduxit. ex utriuſq; aūt

linguæ

linguæ auctoribus, quos ſtudioſius lectitabat, illa cupidius hauriebat quæ uel præcepto uel exemplo ad eruditionem uitæ morumq; elegantiam pertinent, priuatæ uel publicæ diſciplinæ. hæc & diligenter annotata ſeruabat, & cum res exigeret, uel amicos, uel totus exercitus, uel prouinciales aut urbanos magiſtratus, illorum interiectione commonefacere ſolebat. In audiendis recitatoribus poëmatum, ſiue hiſtoriarum, ſiue alterius generis inuentorum, mitis & patiens fuit. Omnino ſingulare hoc habuit, quia cum omnium præcipuè principium mos ſit, præſentia contemnere, uetuſta mirari, iſte unus ætatis ſuæ fauit ingenijs. digna quidem ſapientiſsimi extimatoris ueneratio. Quæ nam enim ætas illuſtrium apud nos ingeniorum fertilior fuit: Marcum Varronem, Marcum Ciceronem, Criſpum Salluſtium, Titum Liuium, Anneum Senecam, Aſiniũ Pollionẽ, Virgilium, Maronem, Horatium Flaccum, Ouidium Naſonem, innumerabileſqúe alios, uno tempore ſuis licet uiuendi gradibus diſtantes, habuit, qui ſe inuicem uiderint uel uidere potuerint. Libros integros Senatui recitare, uel populo per edictum notos facere ſuetus erat, inuentum paternum, de temporis ratione, unico errore comperto, ſuperiniectis paucis diebus emendauit, & ut eſt ſcriptum in Saturnalibus, omnem hunc ordinem æreæ tabulæ, ad æternam cuſtodiam inciſione mandauit. nec Poëticæ expers fuit. Extat eius in Virgilium carmẽ breue quidem, ſed nec humile nec inſulſum. aggreſſus & Tragicum opus, ſtudio feruenti, calle medio deſtituit deleuitqúe. Librum uerò uerſibus hexametris conſumauit, cui nomen Sicilia, quo ego nonnunquam uelut clypeo aduerſus obtrectatores meos uti ſoleo, inter multa quæ impacatis mihi latratibus obiectant, peregrinum & inauditum poëmatis mei titulum frementes, cui nomen eſt Africa, quod quidem uarijs hactenus fortunæ repagulis dilatum, hæret inter manus diutius quàm putabam. Sed ad incœptum redeo.

M. VARRO.

NOn indignaberis Marce Varro, præponi tibi duos tàm grandes uiros, quos ſibi præpoſitos nec uniuerſus olim orbis erubuit, neque neſcius erã, inter ſtudia Latinorum, primum tibi locum eximiamq; laudem deberi, memineram id tibi ab extremis tributum, & à noſtris tantum præconiorum certatim à multis in unum hominem congeſtum, ut ipſe ſi aurem applicueris erubeſcas, tametſi uera & meritis etiam nunc inferiora prædicentur. Sunt qui de te ſcribãt, uir doctiſsimus Varro, qui tam multa legit, ut aliquid ei ſcribere uacaſſe miremur, tàm multa ſcripſit, quàm multa uix quemquam legere potuiſſe credamus. ſunt qui te Romanorum omnium longè præcellentiſsimũ putent, ſunt qui in hoc ne Græcis quidem deferant, ut uir fide pius eloquioqúe ſacer Lactantius Firmianus, qui inſtitutionum ſuarum libris neminem, te doctiorem, nec apud Græcos uixiſſe confirmat. Atque ut clariſsimum ex omnibus tibi reddam teſtimonium, Marcus Tullius, & quod gratius audias, in ipſis Academicorum libris, ubi nihil omnino firmandum, ſed de omnibus dubitandum diſputat, omnium te facilẽ acutiſsimum dicit, deinde uelut memor propoſiti ſubſequitur, & ſine ulla dubitatione doctiſsimum. Sanè quod ad ſtudiorum tuorum attinet uigilias, quamuis multa & uaria dici poſſent, nihil tamen amplius dicam, quàm quòd in eiſdem Academicis, de te, uel potius tecum loquens Cicero. Sũt, inquit, uera iſta Varro. nam nos in tãto urbe peregrinantes erranteſq;, tanquã hoſpites ueraces, tui libri quaſi domum deduxerunt, ut poſſemus aliquando, qui & ubi eſſemus agnoſcere. tu ætatem patriæ, tu deſcriptiones temporum, tu ſacrorum iura, tu ſacerdotum, tu domeſticam diſciplinam, tu bellicam, tu ſedem regionum & locorum, tu omnium diuinarum humanarumq; rerum nomina, genera, officia, cauſas aperuiſti. Plurimum quidem Poëtis noſtris omninoq; latinis, & literis & uerbis luminis attuliſti, atq; ipſum uarium & elegans omni ferè numero poëma feciſti, Philoſophiamq; multis locis inchoaſti. Hæc de M. Varrone, M. Cicero, quibus ego nihil addiderim, niſi unum, quo eorum quæ dicta ſunt omnium creſcat admiratio. hunc illum non ſcribendo modò ſed legendo, breuis hominum uita uideatur, nihilominus tamen interea, ſub Pompeio magno militauit, & ab eodem bello Pyratico naualem promeruit coronam, celeberrimi particeps triumphi.

M. T. CICERO.

QVem uero Varroni comitem dederim, niſi quē modo teſtem dedi, M. Tullium, hos enim & ætas iunxit, & Plinius Secundus in libro Naturalis hiſtoriæ ſeptimo, iuxta collocauit. hic itaq; cum multum temporis Philoſophiæ, ſicut ſæpè memini, ab adoleſcētia tribuiſſet, repente in curas Reip. atq; in ambitionis laqueos delapſus, Philoſophiæ ſtudium coactus eſt deſerere, ad conſulatum mox prouectus, in quem nefandiſsimorū ciuium omnis impietas, & ut uerbo eius utar, neſcio quo pacto omniū ſcelerū ac ueteris furoris & audaciæ maturitas erupit. At poſt Conſulatus exitum, ſimultatum perennibus reliquijs uexatus, tot tantiſq; difficultatibus obſeſſam traduxit ætatem, ut in Philoſophia parum aut nihil ſcriberet, contentus eloquentiæ principatu. Poſtremo aūt, ubi à facile bellorum ciuilium, in ocij ſolitudinem abijt, de quo paulo antè dictū eſt, ad intermiſſam diutiſſimè Philoſophiam, iam ſenior reuertens, omnem in ea curam ac ſtudium poſuit, ut ciuibus ſuis ocio prodeſſet, quibus antea negocio profuiſſet. Itaq; libros innumerabiles, uarijs de rebus ædidit pulcherrimos, quos qui ſe uel legiſſe iactat uel uidiſſe, quàm id uerè profiteatur ipſe uiderit. Mihi quidem uix unquam peregrinatio longior ſuſcepta eſt, ubi non incognitos Ciceronis, ne dicam libros, ſed inaudita librorum nomina compererim. Philoſophiam ad id tempus non niſi Græco cognitam ſermone, primus omnium latinis libris illuſtrauit, Poëticam non ſpreuit, ſed parum fœliciter tentauit. teſtis eſt Seneca, eloquentia illum ſua in carminibus deſtitutum, quod ipſum aliqua, nunc etiam ex opuſculis eius indicant. Tanta autem bonarum artiū ſegnities inceſsit, ut magna pars librorum eius ætati noſtræ perierit, in librorum quidem M. Varronis interitu, quanquā nec illud ſine noſtri temporis infamia contigerit, tamen ſtili forſan incultoris aſperitas, utcunq; huiuſmodi negligentiam excuſet, ſed in operibus Ciceronis unde excuſemur non intelligo. Ante omnes quidem defletus eſt ſtudioſorum choris Reipub. liber, cuius magnificentiam & ipſius Ciceronis, & aliorum teſtimonio, excerptaq; inde particula coniecturari licet, tantillum nobis uel ad acuendum fortè deſiderium, uel ad præſentius cōuitium reſeruatum eſt. reliquū neſcio an unquam ſit recuperatura poſteritas. Vnus autem huic uiro & ſtudiorum & uitæ terminus fuit, immergentem ſeſe pœnitus literarum fontibus, indigna, & in publicū damnoſa mors rapuit. De qua locus alter ueniet dicendi.

TIRO CICERO.

OBreſtātem audire mihi uideor Tironem, ne eum à tanto ſegregem patrono, hic M. Tullij libertus, homo diligentiſsimus, ut A. Gellius meminit in libro Noctium atticarum, librorum patroni ſtudioſiſsimus fuit, eos uigilanter & diſponere & emendare ſolitus. Bonū opus, niſi quod libertini homines cura cumulauerat, ingeniorū torpor effudiſſet: conſtat hunc de patroni ſui iocis libros ædidiſſe, & quicquid ſibi paſsim memoratu dignum acciderat, accuratiſsimè colligentem, in unam congeriem redegiſſe, ne qua pars illius eloquij periret.

CRISP. SALLVSTIVS.

CRiſpus Salluſtius, nobilis ueritatis hiſtoricus, ſic enim de illo apud auctores ueriſsimos ſcriptum uideo, quo fidelius res Africæ complecteretur, libros punicos perquiſiuit, peregrinamq; linguam, per interpretem, flagranti ſtudio ſcrutatus eſt, quin & maria tranſgreſſus dicitur, ut oculis ſuis crederet de conditionibus locorum. Bellum Iugurthinum coniurationemq; Catilinæ compendioſo, & ad unguem, ut dici ſolet caſtigatio complexus eſt ſtilo, ſed nullo famoſior quàm hiſtoriarum libro, qui ætati quoq; noſtræ, ne certum eius ſileam dedecus, amiſſus eſt. Veterum quidem teſtimonio illuſtris, apud nos ſolo iam nomine ſuperſtes.

T. LIVIVS.

ATque ut mœnia urbis egreſsi, nō ſtatim ex Italia fugiamus, quo ſtudio putandus eſt arſiſſe T. Liuius Patauinus, quo omnem Romanam hiſtoriam ab urbe condita ad Cæſarem Auguſtum, cuius ipſe claruit temporibus, centum quadragintaduobus uoluminibus ſcripſit: opus ipſa mole mirabile ſtupendumq;, præſertim, quia in eo nihil raptim

& tumul-

& tumultuario ut aiunt ſtilo, quod quidā ſolēt, qui omne uerbū labijs oblatū ſcriptis mandant, ſed tāta maieſtate ſententiarū, tantaq́ꝫ uerborū modeſtia cōpleuit omnia, ut ab arte eloquentiæ non multū abeſſe uideantur. ſed, heu, quantā ætatis noſtræ maculā, huius tàm ingentis tamq́ꝫ egregij operis, uix portio ſubeſt exigua, quidē cū in decades, uel ab ipſo conditore, uel quod magis reor à faſtidioſis poſtmodum lectoribus lectum foret, ex quatuordecim non niſi tres decades ſuperſunt, prima ſcilicet tertia & quarta. ſecundā quidem ipſe ego hortante quondam ſacræ memoriæ Roberto Siciliæ rege, ſumma ſed hactenus inefficaci diligentia quæſiui, atque utinam falſus uaticinator inueniar, cito enim niſi mores hominum mutentur, de hoc euēturum uereor, quod olim propoſuerat Caius Caligula nequiſſimus tyrannorum, de quo eſt apud Suetonium Tranquillum, quod T. Liuij hiſtoriam, & Virgilij Poëtæ libros & imagines, parum abfuit, quin ab omnibus bibliothecis amoueret, utq́ꝫ ingenio uiri huius clariſſimo, nubem obliuionis, quàm non attulit, imperioſa crudelitas auferat ſenſim incurioſa ſegnities.

PLIN. SECVNDVS.

NEc te Plini Secunde Veronenſis, à T. Liuio diſiungam, à quo nec ætate nec patria longinquus es, tu quidem quamuis equeſtribus militijs induſtriæ functus, procurationes quoq́ꝫ ſplēdidiſſimas atq́ꝫ cōtinuas, ſumma integritate adminiſtraſſe perhiberis, ueruntamen tantam liberalibus ſtudijs dediſti operam, ut non niſi temerè plura, quis in ocio quàm tu inter tàm multas occupationes ſcripſiſſe memoretur, ut enim minora ſileā, triginta ſeptem Romanæ, totidemq́ꝫ Naturalis hiſtoriæ libros ad Veſpaſianum principem, ubertima florentiſſimaq́ꝫ ſermonis elegantia deſcripſiſti. Sed quòd præclaros uetuſtatis auctores, tot poſteritatis pudores ac delicta commemoro, quæ quaſi non contenta propriæ celeritatis infamia, alieni fructus ingenij ac maiorum faſtidijs uigilijsq́ꝫ elaboratos codices, intolerabili negligentia perire paſſa eſt, cumq́ꝫ nihil ex proprio uenturis daret, auitā hæreditatem abſtulit, primum nempe Plinij opus, in quo ut eſt apud Tranquillum, omnia bella tractauerat, quæ cum Romanis unquam geſta ſunt, ex oculis noſtris euanuit, nec uſquā ſupereſt, tot ego quidem talium ſatis ardens explorare audierim. Hoc autem, & quicquid in hanc ſententiam quæſtus ſum, nō ad minuendū poſt naſcituri populi ſtudiū retuli, quin dolorem meum potius effundens, & ætati curioſiſſimæ, in quibus non oportet, rerum tàm honeſtarum prorſus incurioſe ſoporem ac torporem exprobrans. Equidem apud maiores noſtros, nihil querimoniæ ſimilis inuenio, nimiūq́ꝫ nihil iacturæ, cuius ad nepotes noſtros ſi, ut auguror, res eunt, fortè nec ſenſus ullus nec notitia perueniſſet, ita apud alios integra, apud alios ignorata omnia, apud uenturos lamentandi materia, ego itaq́ꝫ cui nec dolendi ratio, ſed nec ignorantiæ ſolamen adeſt, uelut in confinio duorum populorum conſtitutus, ac ſimul antè retroq́ꝫ proſpiciens, hanc non acceptam à patribus quærelam, ad poſteros deferre uolui.

M. CATO.

NVnc calle medio, Romam rurſus, quaſi maieſtas ac ſacrilegij reus retrahor, eo quòd M. Catonem illum ſenem, qui apud alios ſcriptores, primū in hac acie locum tenet, ſilentio ſupprimens abierim, cuius tàm uehemens ſtudiū fuiſſe compertum eſt, ut ex quo primum literarum dulcedinē guſtauit, nulla unquam alia dulcedine diſtrahi potuerit. non bellorum curis, non uictoriarū lætitia, non gloria triumphorum, quib. ornatiſſimā ætatem egit, itaq́ꝫ quod de paucis ſcriptū, utrāq́ꝫ rem cōſumate præſtitit, ſi arma ſumpſiſſet, natum in armis crederes, ſi ſe ad ſtudium uertiſſet, inter literas educatū, & quod magis mireris, nō hoc ſibi propoſitū fuit, ab infantia, quando altius impreſſa difficilius auellūtur, ſed Latinas literas ætate modò prouectus, Græcas uerò ſenio grauis attigit, cum maxime fugere ſolet animus mortalium, tunc acrius inardeſcens cupiditate diſcendi, ſcripſit Libros rerū Variarum ac multarū eloquentia uetuſta: quorū omniū clariſſimū eſt liber Originū. Fuit aūt, ut Plinius ait, & triūpho & cenſura ſuper cætera inſignis, magis tamē etiā nunc, nam claritatē literarū præceptiſq́ꝫ omnium rerum expetendarū datis, generi Romano inter prima uerò agrum colendi, omniū cōfeſſione optimus, & ſine æmulo agricola. uitam quidem initijs ac ſimul

ac ſimultatu procellis inquietam duxit. hinc ſibi uelut gubernatori egregio, ex tempeſtate maritima non minus gloriæ partum quàm laboris. quater eum & quadrageſies cauſam di xiſſe teſtis eſt Plinius, cum nemo ſæpius accuſar, ſemper tamen abſolutus fuit. ꝙ niſi fallor, & ſummæ innocentiæ, & importuni rigoris indiciũ uideri poteſt. Denicꝫ ſexto et octogeſimo ætatis anno, cũ à cæteris uitæ officia deſeruntur, accuſatus ad capitalem cauſam, nõ adhibuit aduocatos, ſed progreſſus in roſtra, cauſam ipſe ſuam cõſtãtiſsimè defendit, adeò ut nec linguæ tarditas, nec cerebri ſeu laterum fragilitas, nec ulla prorſus mutatio in tàm longæuo Oratore poſſet intelligi. Vnde autem in ætate quaſſa ac ruenti, tanta rerũ omnium integritas? nimirũ hoc illi ſtudiũ iuge præſtabat, & ut ipſis Valerij uerbis utar, omnia in ſuo ſtatu æqualis ac perpetua induſtria continebat, nec ad ſuijpſius tantum, quin ad aliorum quoque defendendam cauſam, hic ſibi animus eademque affuit facultas. Sub ipſum enim longiſsimè finem uitæ, aduerſus accuſationem ſingularis, & tamen maximè florẽtis oratoris Galbæ ſe oppoſuit, Hiſpaniamq́ꝫ prouinciam, quam iuuenis armatus manu uicerat, inermis ſenex lingua defenſauit.

Q. ROSCIVS COMOEDVS.

Ingens & penè ridiculus à M. Catone ad Roſcium hiſtrionem deſcenſus, ipſe tamen ne hinc ubi eũ alij ſcriptores admiſerũt excludar, obſecrat, neúe de illo inter bibliothecæ penetralia loqui pudeat, ꝓ quo nõ puduit M. Ciceronẽ in foro loq, & (ꝙ mirari cogit) P. R. obiurgare, quia is, agẽte geſtũ Roſcio, tumultuoſus, nec ſatis attento ſilẽtio fuiſſe uidebat, deniqꝫ pro q̃ habitam orationẽ ſcriptis mandare nõ piguit. ꝑfectò enim ad quamlibet artium applicet animus, intentione uehementi, ad pſentẽ materiã ſpectare poteſt. nã quid refert. artes uariæ, ſtudiũ unũ eſt. Roſcius itacꝫ ludicræ artis famoſiſsimus magiſter, tanto illam ſtudio exercuit, ut nullum populo, niſi domi prius examinatum actum exprimeret, qua diligentia eò profectus eſt, ut apud ipſum Ciceronem ſcriptum eſt, miranda eorum impudentia qui agerent in ſcæna, geſtũ inſpectante Roſcio, & ſequitur huius dicti ratio, quis enim ſeſe commouere poteſt, cuius illa uitia non uideat, hic ſibi contigit, & ut nomen ingens, & largas opes quæreret, nec uulgò ſolum, ſed clariſsimis uiris ac principibus ciuitatis acceptus foret, præcipueq́ue Ciceroni, cui tàm familiariter notus fuit, ut eum Cicero accuſatum publico iuditio defenderet. Conſtat præterea, ut in Saturnalibus ſcriptum eſt, contendere Ciceronem ſolitum cum Roſcio, utrum ille ſæpè eandem ſententiam uarijs geſtibus efficeret, an ipſe eloquentiæ copiam diuerſo ſermone pronunciaret. Quæ res ad hãc fiduciam Roſcium attraxit, ut librum conſcriberet, quo eloquentiam cum hiſtrionia compararet, hinc ſcilicet motus, quod altera uocis ſono, altera corporis motu latentes affectu animi, diuerſa quidem uia, ſed pari repræſentare uideatur induſtria. Hic eſt Roſcius ille, qui inter cæteros magni nominis L. Sullæ chariſsimus, & ab eodem dictatore anulo au reo donatur, tanta denique (ut Macrobius ait) fuit gratia & gloria, ut mercedem diurnam, de publico mille denarios, ſine gregalibus ſolum acciperet.

AESOPVS TRAGOEDVS.

Et ne artifices factis & profeſsione ſimillimos ſtilo ſeparem, Aeſopus et ætate, et arte, & opibus, & gloria, & amicitia Ciceronis, poſtremò rebus omnibus Roſcio penè par fuit, niſi quod arte ſcænica librum quem me legiſſe meminerim non ſcripſit, ſtudio certè non inferior, ambos denique ad audiendum uidendumq́ue Hortenſium & eloquio clarum, & multo maximè motu corporis conſpicuum, imitandi ſtudio ſimilem curiam frequentaſſe notum eſt. ſed iam ſatis multa de noſtris, hinc mihi procùl ab his littoribus nauigandum, & in ampliſsimum ſtudiorum pelagus prora flectenda eſt.

EXTERNI.

ARCHIMEDES.

Quæ nam uerò ab Italiæ finibus digreſſo prior tellus occurrit Trinacria, quæ ipſa olim (ut aiunt) Italiæ pars erat, nunc Italiæ inſula eſt. libet ergo orationis meæ cymbam, in portu Syracuſio parumper alligare, dũ ſalutato Archimede, ꝓficiſcor in Græciã: hic Syracuſis ortus, illic uixit, illic obijt, q̃ res licet patriæ terminis arctatũ indicet, animus

tamen eius nullis circumcluſus finibus,ſed maria & terras & cœlum omne percurrens,meditatione liberrima,quo penetrare acies humana non poterat,oculis mentis intendit,coq; claritati euaſit,ut aut ſummum aut ſummis parem locum teneat,unicus,ut Liuius ait, ſpectator cœli ſyderumq;.In altiſsimis quidem quæſtionibus, quas cœleſtium indago diſſeminauit in terris,magna pars diſsidentium hoc utitur patrono, ſtudium enim ſummũ fuit naturæ opus,quatenus homini licet repræſentare.Primus omnium ſphæram æri artificio meditatus eſt,in qua cœli ſpeciem,ſolisq; lunæ atq; errantium reliquarum diuerſitates & motus,non tantum animis,ſed oculis etiam noſtris expreſsit,fugaciſsimũ curſum tẽporis ingenio dimenſus.Effecit idem ut Ciceronis uerbis utar,q̧ ille q̃ in Timæo,ædificauit mũdũ Platonis deus,ut tarditate & celeritate diſsimillimos motus,una regeret cõuerſio, q̃d in hoc mũdo fieri,ſine Deo nõ poteſt,ne in ſphæra quidẽ eoſdem motus Archimedes ſine diuino ingenio potuiſſet imitari,ſtupendum & incredibile prorſus inuentum,niſi mundus ad hoc omnis uteretur.Nec cœleſtium,ſed & terrenorum mirus artifex, geometriæ peritiſsimus,repertor machinarũ,quibus obſidionem patriæ aduerſus Romanũ exercitum et Marcellum ducem,unus ſeniculus haud dubiè tardiorem fecit.cuius ingenij ueneratio hoſtis etiam meruit fauorem,ſed eum immodica mentis intentio,inefficacem reddidit.capta ſiquidem ad extremum urbe,cũ eam diripiendã dux permitteret iuſto militũ furori,unum de tot millibus excepit Archimedem.ille nihil aut extremis caſibus motus aut publici ſentiens tumultus,figuris geometricis quas in puluere deſignauerat totus impendebat. Introgreſſus interea unus ex militibus Romanis,inter rapinæ ſitim & imperatorij præcepti memoriam hæſitabundus, elato mucrone ſupra uerticem,rogitantis ut nomen ſuum ederet,iubebat. At is(oculos atque aures ingens animi cura concluſerat:ferociter percunctanti certum aliquid oſtendere non ualens,oppoſita tantum manu,ne puluerem ſibi ſuũ confunderet obſecrabat. miles contemptorem ratus interfecit. Cuius mortẽ miſeratus dux Romanus: immunitatem fruſtrà ſibi deſtinatam in affines eius tranſtulit,ſibi uerò quod unum ſupererat honorem tribuit ſepulturæ. Quam quidem multo poſt tempore deiectam,& ſuis etiam ciuibus incognitam,M. T. Cicero inter denſiſsimos uepres ſe reperiſſe,& ignorantibus indicaſſe cõmemorat,ut in Tuſculano ſuo ſcribens. Quantus homuncio, cuius ſemirutum buſtum, ſparſosque cineres, inueniſſe gloriatur Romani princeps eloquij. Fortaſsè prolixius quàm propoſiti neceſsitas exigebat,in illius memoriam dicta ſint,cuius hiſtoriam nuſquam,deinceps in hoc opere occurſuram reor.

PYTHAGORAS.

IN Græciam transfretanti,primus Pythagoras occurrit philoſophus,& philoſophici nominis inuentor.hic Sami Demarato patre genitus locuplete negotiatore,longè locupletior ipſe negotiator mox futurus,deinde ab ætatis ſuæ primordijs,ſapientiæ pariter atq; honeſtatis arduum ac laborioſiſsimum, callem ingreſſus,natalis ſoli dereliquit anguſtias, toto orbe peregrinus,ſiquidem ut in hiſtoria Poëticis uerbis utar:

Vir fuit hic ortu Samius ſed fugerat una
Samon,& dominos,odioq; tyrannidis exul
Sponte erat.

Ecce iam actus primus ſpiritus egregij,ſeruienti patriæ liberum exilium prætuliſſe,Sed qui ſequitur uerum eſt: *isq; licet cœli regione remotus.*

Mente deos adijt,& quæ natura negarat
Viſibus humanis,oculis ea pectoris hauſit:

Sic eſt profectò,de nullo ferè Philoſophorum tot feruntur arcana,quamuis in multis, uelut uiator nouus,raris ſignatũ ueſtigijs iter agens,à recto deuiaſſe,& ſi dici fas eſt deliraſſe uideatur.non alienum eſt referre quod de hoc uiro in Tuſculanis libris ſcribit Cicero, teſtem afferens uirum Pontium Heraclidem,ut ipſe aſſerit dictum.narrat enim uſq; ad illam ætatem,omnes q̃ in rerũ occultarum inueſtigatione uerſabantũ,habitos et uocatos fuiſſe ſapientes,ipſum ea tẽpeſtate Pythagorã Phliuntem perueniſſe,& cũ Leonte eius loci principe,de nõnullis rebus doctum atq; elegans habuiſſe colloquiũ, quod princeps admirans,

quænam

quæ'nam ſibi ars eſſet percōtatus eſt. Pythagoras uerò glorioſum illud uetuſtatis nomen erubeſcens, artis nullius titulum uſurpare, ſe quidē Philoſophum eſſe reſpondit. Inaudi.ū ille rurſus nomen admirans, ut uim eius exponeret orauit, cui Pythagoras: perſimilis mihi uita hæc mercato cuipiam celeberrimo uidetur, ut enim quidam uiribus aut celeritate contendunt, nihil præter palmam uictoriæ petentes, quidam diſtrahendis comparandisq́ mercibus lucrum ſpectant, alij neutrum omninò cogitantes, ſolo uiſendi noſcendiq́ ſtudio trahunt̄, ꝙ genus hominū præ cæteris liberale & ingenuum uidetur, ſic in iſtam ꝗ degimus uitā, uelut in mercatum maximū conueniſſe omne genus hominum uidemus, quorū alij gloriā, alij lucrū aucupantur, quia uerò perpauci ſpretis omnibus quid agatur ſtudioſè circumſpiciunt, cognitionem rerum & nihil aliud quærentes, hos enim nondum certè ſapiētes ſed ſapiētiæ amatores, id eſt, Philoſophos uoco. & hæc quidē de inuentione huius nominis, ꝙ in tantū poſt enituit. noſtris uerbis, alieno diximus teſtimonio, ꝗ nec indigna memoratu res, ut ꝑſertim de Pythagora nobis inſtitutus erat, nec alter opportunior dicendi locus uidebat̄. nūc ad propoſitū reuertamur. Iſte eſt Pythagoras, qui ardenti ſapientiæ uirtutis ſtudio, & in Aegyptum profectus, tranſacti tēporis notitiā, & à ſacerdotib. Aegyptijs in Perſidam, indeq́ ipſam (ut Iuſtinus ait) Babyloniam, ſyderum curſus, omnēq́ cœli rationē, ac mūdi originem à Perſarum Magis, Cretā deinde Spartamq́ rediens, ab eorū ſapientib. mores egregios, Minoisq́ & Lycurgi inſtituta perdidicit. Fuit & Pherecydis Syri diſcipulus, illius antiqui, q primus omniū dixiſſe reperitur: Animā immortalē: opinionēq́ ſanctiſsimam ab illo ſuſceptam, Pythagoras confirmauit, cuius rei Cicero teſtis in Tuſculanis eſt. deniq́ in eam partem Italiæ, quæ tunc Magna Græcia dicebatur tranſgreſſus eſt, multisque ſuis memorabilibus monimentis æditis, Metaponti diem obijt. Vir magnus in primis, & qui non nominis ſolum inuentor, ut Cicero idem ait, ſed rerum etiam amplificator fuit, priuatiq́ & publicè præſtantiſsimis inſtitutis & legibus Italiam exornauit, huius autem tam uehementis ſtudij, & tàm copioſæ doctrinæ fructum, uenerationem quandam ſingularem uiuens moriensq́ percepit. Sed de hoc alibi.

PLATO.

DE Platone (quod Saluſtius ait de Carthagine) melius erat tacere, quàm parū loqui, ne tamen aut ipſe unde laudem meretur ſilentio tegatur, aut mihi torpor ex admiratione ſurrepſerit, carptim memorabitur. Hic antiquiſsimo uerūq́ nobiliſsimo genere, multum ipſe nobilior, Athenis ortus, eruditus à Socrate, patria & præceptore clariſsimis, breui tamē ſic utrunq́ ſuperauit, ut nihil aut Socrati illo diſcipulo fœlicius cōtigerit, aut Athenis illo ciue glorioſus. Habuit & præceptores alios, Dionyſium in primis ſcripturarū rudimētis, Ariſtonem Argiuū in paleſtra, in qua luctator exercitatiſsimus euaſit, picturæ quoque artem non liquit intemptatam, adhuc & Tragœdias ſcripſit, tantaq́ illi poëtandi fiducia inceſſerat, ut ad eius ꝓfeſsionē aſpiraret, niſi magiſter Socrates hoc eius propoſitū mitigaſſet, ad altioris gloriæ deſideriū attollens. Heraclidis primum ſectator fuerat, deditus tandē Socrati coëqueuis ſuis poſt ſe relictis, ipſam Socratis doctrinā & ornauit eloquentia & rationib. armauit. Vbi uerò Socratē ſibi mors eripuit, ne quid omninò tēporis amitteret, quamuis iam eloquio & ſapientia cœlo par eſſet, omniū iudicio, tamē Aegyptios ſacerdotes adijt, & ad quem mūdus certatim diſcēdi ſtudio cōfluebat, ipſum ab alijs diſcere non puduit. inde abit Aſtrologiæ periti ſsimus diſcedens, ad Theodoſium Cyrenaicū ꝓclarū, illius tēporis Geometricū ꝓfectus eſt, qbus omnib. uelut undiq́ cōquiſitis mercibus inſtructus. ꝑ Pythagoræ tandē ueſtigia in Italiā uenit. Inueniſſe ibi eū, tū multos, tum Archytam Tarentinū Timæumq́ eos cognouiſſe, & ab eis didiciſſe Pythagorea omnia, au ctor eſt Cicero. in primisq́ immortalitatē animæ, à Pherecyde ut aiunt) repertā, à Pythagora ſuſceptam, inexpugnabilib. uallauit argumentis. Inter Pythagoræ ſucceſſores arctiori amicitia cōplexus eſt Timæum, ex Locris oriundum, ſub cuius nomine præclariſsimū librū ſcripſit. In omni ſanè Pythagorea doctrina, nō minùs caſtigatis imitator quā ingenij fuit. Præter hæc etiam ad Indos & ad Magos penetrare decreuerat, feciſſetque, niſi eum uelut in portu, libellorum tempeſtas in patria tenuiſſet. ubi nihilo ſegnius interea Par-

menidis ac Zenonis inuentoribus ſe dedit, ex multorũ ſcilicet ingenijs libans, ꝙ mox reſuſurus erat in plurimos. ſcripſit equidem diuina potius q̃ humana facũdia libros multos, et ut de eo q̃ ſcripta ſunt, ad cõtextũ referam, primus omniũ tripartitam Philoſophiã copulauit, & ſibi inuicem neceſſarias partes, nec pugnare inter ſe tantũmodò, ſed etiã mutuis ſe adiuuare auxilijs oſtendunt: nam quamuis de diuerſis officinis hæc eſſent ei Philoſophiæ membra ſuſcepta, naturalis à Pythagoreis Dialectica, rationalis atque moralis ex ipſo Socratis fonte, unum tamen ex omnibus, & quaſi proprij partus corpus effecit. Et cum princeps harum familiarum impollutas ſententias, & inchoatas auditoribus tradidiſſet, hic eas tum ratione limando, tum orationis auguſtæ honeſtiſsima ſpecie induendo, perfectas atq; etiam admirabiles fecit. hactenus alienis uerbis uſus ſum, tempus eſt ex me aliquid loquendi. Hinc igitur ualidiſsima Philoſophiæ radix exoritur, in plurimos poſtea lectarum ramos diſsidentibus ingenijs diuiſa. itaque iure optimo, non Græci tantùm, ſed M. Cicero, & omnes doctiores Latinorum, uno ore, uel Platonem ſibi gloriæ Philoſophorum principem appellant, uel qui minus, hunc uel illum gloriæ ſibi tribuunt collegam. alij Plotinum ut Macrobius, alij Xenophontem, ut A. Gellius. ita de collega fortaſsis aliquæ, de Platone nulla quæſtio eſt. Nec ſum neſcius, ab hac tanta Platonis laude, quoſdam (ut Tulliano eos nomine deſignem) plebeios & minutos, uel ſi Senecæ uocabulo uti malim, cathedrarios Philoſophos diſcordare, qui non aliter quàm in magno exercitu, ſeditioſum uulgus, & ignauum magnis clamoribus permiſcent, nouosquè ſibi duces faciunt, iuſti imperij deſertores, quibus igitur militibus licent obſtrepant innumeris, paucos uel Græcorum uel Latinorum obijciam, quorum congreſſu nec anceps bellum ſit, nec neceſſaria ſententia, conſtetq; alios fortaſsis à pluribus Platonem certè à melioribus laudatum. Sed de hoc multa loqui locus dehortatur, ne ſcilicet à rerum narratione, in contentionis ſtudium tranſiſſe uideamur. Præſtat igitur cœptum ſequi, & ne uulgatum ingeram, lectorem. ſi fortè neſcis admoneo, extare librum elegantem L. Apulei Madaurenſis illuſtris Platonici, qui liber inſcribitur de Platone. Illic quidem & ipſius proſapiam, & tẽpus originis, & parentũ fratrũq;, ac præceptorum nomina, & ſtudia, & peregrinationes, et patrimonij modum, deniq; tanti uiri opiniones celebres ac famoſos, de Deo, de Ideis, de mundo, de anima, de natura, de tẽpore, de ſtellis erraticis, de animalibus, de prouidentia, de fato, de dæmonibus, de fortuna, de partibus animæ, & corporeo ſingulari domicilio, de ſenſibus, de figura corporis humani ac diſpoſitione membrorũ, de diuiſione bonorum, de uirtutibus, de triplici uirtute ingeniorum, de tribus cauſis appetendorum bonorum, de uoluptate, de labore, de amicitia inimicitiaq;, de turpi amore, de tribus amoribus, de ſpecieb. culpabiliũ hominum, de ſtatu & moribus atq; exitu ſapientis, de ciuitatibus, de Rep. deq; eius inſtitutione legibusq; optimis: de his inquam omnibus ſuccincta breuitate conſpicuum, nec inamœnum cognitu reperiet tractatum. De initio quidem mundi idem ſibi q̃d nostris, cuius contrarium ſucceſſori eius Ariſtoteli uiſum eſt, mundum non cœpiſſe, ut teſtatur Cicero in primo Tuſculanarũ q̃ſtionũ libro: Licet Apuleius in hac eũ opinione uariante dicat. Cæterũ tametſi ab initio huius operis decreuiſſem, ne q̃d aliũde q̃ ex ſecularib. literis, ſumptũ interſererem, ſiue ignorantiæ aliarũ mihi cõſcius, ſiue ideò, ne res diſtantiſsimas importuna ꝑmixtione cõfunderẽ, tamen cũ ad hunc tantũ Philoſophiæ antiſtitẽ, tamquè religioni noſtræ conſentaneum uentum foret, temperare mihi non potui, quo minus præfixam ſtilo metam parumper excederem, idquè ab ipſo recognoſcerem, quod non modò noſter, ſed ſequaces etiam ſui memoriæ prodiderunt. Igitur aduentu ſuo in Aegyptum quem ſuprà retuli, præter Aſtrologiam, Prophetarum quoque ritus ad doctrinam didiciſſe Platonem fama eſt, quod & ipſe Apuleius uitæ actuumquè ſingulorum eius diligentiſsimus ſcrutator aſſerit, & glorioſus pater Auguſtinus, in libris quos de Chriſtiana doctrina edidit, curioſius exequitur. Narrat enim fuiſſe ſuis temporibus hæreticos, qui dixerant ſaluatorem noſtrum, non propriam ſed Platonicam habuiſſe doctrinã, ex ratione tẽporis blaſphemiã colorantes, ꝙ prius Platonis Philoſophiã quàm CHRISTI Euangelium eſſe conſtaret. q̃ calumnia per ſanctiſsimæ memoriæ Ambroſium Mediola

nenſem

nenſem Epiſcopū ita cōuicta eſt, ut oſtenderetur Platonem potius, quæ uera ſenſiſſet, nō quidē ex ore Saluatoris, quem uidere non potuit, ſed ab ipſius præconibus longè ante promiſsis accepiſſe. ſiquidem quo tēpore in Aegyptū uenit, ſeu fortè ſeu diuinitus illic inueniſſe Hieremiam, à q̄ propheticū ſuſcepiſſet arcanū, ꝙ (ut dixi) ſucceſſor eius Apuleius, quamuis multo breuius, nec expreſſo Hieremiæ nomine cōſenſit. Idem tamē Auguſtinus in alijs poſtmodū Libris, in q̄bus Ciuitatē Dei ædificat, & aduerſariam ſubuertit, in hanc ipſam hiſtoriam reuerſus, excuſſa diligentius annorū ſerie, comperit q̄d de Hieremia ſcripſerat, non fuiſſe poſsibile, qua Hieremias ſcilicet centū annis ante Platonis originē prophetaſſet. addit & aliam impoſsibilitatem: negat enim translationē ſeptuaginta interpretū ex Hebræa in Græcam linguā potuiſſe ad Platonis notitiā peruenire, q̄ celebrata fuit regnante apud Aegyptios Ptolemæo & ut fieret inſiſtēte, annos circiter ſexaginta poſt Platonis mortem. In hac igitur difficultate perplexus Auguſtinus, per coniecturas egreditur, opinaturq́ꝫ Platonem, ut in ſua doctrina tantam ſeruet cum Catholica ueritate cōcordiā, ſeu ueterum fortè quibuſdā libris edoctū, ſeu potius iuxta illud apoſtolicum: Quia ꝙ notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis, Deus enim manifeſtauit illis, & q̄ ſequuntur: ſeu (in q̄d magis inclinat & multis indicijs impellitur) ut quodammodo pro ueritate conſentiat, q̄a ſcilicet ille uir acutiſsimi, & ad diſcendū inſatiabilis ingenij, ſicut in Aegyptias, ſic et in Hebræas literas alicuius interpretis colloquio penetrarit. Vndecunq; ſanè hæc tàm uirtutis amica Philoſophia manauerit, quàm Dei donū fuiſſe nemo dubitat, quanta ſit inter illius opinionis & Chriſtianorum fidem paritas, q̄ ſcire uolet, legat ipſius Auguſtini Confeſsionū librū Septimum, ubi reperiet in omnibus ferè q̄ de uerbo Dei dicuntur, à noſtris Platonem cōſentire, p̄terquàm in ſuſceptione humanæ carnis, ubi nō contradixit ille, ſed ſiluit. Hinc eſt, ꝙ in eiſdem Confeſsionū libris ſcriptum eſt. Cæterum Philoſophorum ſcripta plena fallaciarum & deceptionū, ſecundū elementa huius mundi, ꝙ ait Apoſtolus, in Platonicis aūt modis omnibus p̄dicari Deum & eius uerbū. Sed ego uideo quàm cupidè in idem quod mihi contingere meditabar incubuerim, deinceps igitur in perpetuum cohibebo, Finis quidem uitæ, quia ſtudiorum Platonis fideliſsimus teſtis erit, non eſt prætermittendus, ſub capite morientis, Stephanionis, numeros conſtat inuentos, ut non minus uerè de hoc, quàm de Carneade dici poſsit, quod unus fuerit & Philoſophandi finis & uiuendi. Obijt annis ætatis uno & octoginta, exactis (mira res dictu) ipſo ſuo natali die. quamobrem ut in epiſtola quadam meminit Anneus Seneca, Magi qui tunc fortè Athenis erant, immolauerunt defuncto amplioris fuiſſe ſortis quàm humanæ rati, quia conſumaſſet perfectiſsimum numerum, quem nouem nonies multiplicata componunt.

ARISTOTELES.

VT apud Ariſtotelem minus temporis exigam, cauſa eſt mora longa, q̄ apud præceptorē traxi. accedit, ꝙ quæcunq; fermè de ipſius laudib. dici poſſunt, iā uulgò & ſcholaſticis omnibus nota ſunt, ſed quoniā illuſtria nomina recenſentem tantū uiri doctrinā ſiluiſſe nefas eſt, q̄d aliud de ipſo dicā, q̄ ꝙ Macrobius. Hic uir tantus nihil mihi uidet̄ ignorare potuiſſe, accepimus à Græcis, hodie etiam apud eos Platonē, p̄pter ingenij ſingularem quandā altitudinē diuinū, Ariſtotelē uerò p̄pter ſcientiæ ubertatē, dæmoniū dici. innumerabilia de hoc ex tunc magnorū uirorum teſtimonia, ſed res tàm clara, ut teſte nō egeat. itaque nō ſum multus in cōquirēdo, q̄d à ſingulis in huius gloriā cōferat̄ M. T. Cicero, cū ſummo ingenio ſcientiæq; copia p̄ditum dixiſſet, de eodē loquens. Ariſtoteles, inq̄t, lōgè omnibus (Platonē ſemper excipio) p̄ſtans & ingenio & diligentia. eandem ſententiā ferre uidet̄ Auguſtinus, ubi in ipſis libris de Ciuitate Dei, poſt memoratū p̄ximè ſupra ſermonē habitū de Platone ſic adiecit Ariſtoteles Platonis diſcipulus, uir excellētis ingenij et eloquij, Platoni q̄dem impar, ſed multos facilè ſuperās. At ſi cōmentatorē eius Auerroim audire uelimus, iuratus teſtis, ubi res exigat firmabit, naturā in hoc uiro feciſſe potētiæ extremū, cōparantēq; ſibi quempiā ridebit. ego utroſq; audiens ſilebo, & ſi loq cogar, dicā illud paſtorum carmen: *Non noſtrum inter uos tantas componere lites.*

SOCRATES.

PEruertit ordinem temporum, maieſtas rerum, primus omnium Socrates humanam doctrinam,ſingulari ſtudio complexus,Philoſophiam uſque ad eum diem,circa ſtellarum curſus & cœli dimenſiones uarijs ambagibus hæſitantem, in terras attraxit,& in urbibus atque intimis mortalium præcordijs propagauit. Incipiens de animorum morbis ac motibus, remedijsqúe & uirtutibus tractare, moralis primus artifex(ut ait Valerius)uitæ magiſter optimus.

DEMOSTHENES.

SEd ubi Demoſthenem relinquo,quo nemo unquam laborioſius,nemo per plures obluctantis naturæ difficultates in altum reputauit? Perplexitatem linguæ,exilitatem uocis,fragilitatem laterum,& impotentes arterias adiecerat ei ſors,naſcendi una ex aduerſo ſtudij aſsiduitas,fregit hæc omnia oris torporem,ſæpè quod exprimere nequibat: iterando diſcuſsit operoſa exercitatione uocis,ac laterum remedium adinuenit,ut in quibus maximè ſibi diſplicuerat, in eiſdem poſtea aures auditorum ſingularius demulceret. Plurimos uerſus uno ſpiritu per nomen oppoſitum,impigreqúe gradiens reddebat,at ne in cōcionibus fori murmur ac diſſonum uulgus horreſceret,iuxta procelloſum pelagus, undis obſtrepentibus,plenoq́; interdum lapillis ore perorabat,ut inde digreſſo & talibus impedimentis libero nil difficile uideretur. Eleganter itaq; Valerius habuiſſe hunc cum rerum natura certamen dicit,ſed uictoriam retuliſſe. quorſum uerò tantis laboribus? ſi me interrogas,ad ſummum eloquentiæ faſtigium,quod non ſegnius apud ſuos,quàm apud nos M.T.Cicero apprehendit ac poſsidet. Et iſte quidem tenax propoſiti,atq; amantiſsimus literarum,ſequens uerò etiam amantiſsimus uidetur.

DEMOCRITVS.

DEmocritus immoderato ſtudiorum impetu euectus,exiſtimansqúe in primis magna molientibus oneroſam diuitiarum ſarcinam,reſeruata ſibi ad neceſſarios uſus modica parte patrimonij,reſiduum patriæ ſuæ dono dedit. quod ne quis exiguum putet, tantas fuiſſe opes,ut patri eius laus impenſa fuerit,Perſarum regem cum illo immenſo exercitu mille millium armatorum habuiſſe conuiuam. Sic iam leuior expeditiorqúe profectus,Athenas ad ſtudiorum fontem. aſsiduo diſciplinarum hauſtu diſcendi ſitim compeſcuit,minus hoc mirum facit,charior abiecta ſarcina. Siquidem ratus idem uarias imagines,quæ per oculos corporeos in animam irrumpunt,cogitationis acumen obtundere, ut huiuſcemodi phantaſmatibus aditum obſtrueret,oculos ſibi paſſus eſt erui. hæcq́; in hiſtorijs Græcorum cōtineri auctor eſt A. Gellius,apud Ciceronem quidem ita ſcriptum eſt: Democritus luminibus amiſsis,alba ſcilicet & atra diſcernere non poterat, at uerò bona, mala,æqua,iniqua,honeſta,turpia,utilia,inutilia,parua, magna,poterat ſine uarietate colorum: licebat uiuere beatè,ſiue notione rerum non licebat,atq; hic uix impediri aciem cōſpectu oculorum arbitrabatur: & cum alij ſæpè quod ante pedes eſſet non uiderent,ille in firmitatem omnem peragrabat,ut nulla extremitate conſiſteret. hæc ille. Mihi uerò cui minus eſt animi in inueſtigatione quidem ueritatis,cuius deſiderio Democritus ardebat, ad excitandum animum non leue calcar habere uidentur oculi,quoniā ſi Philoſophandi principium fuit admirari,unde oro crebrius atq; profundius quàm per oculos admiratio in animū deſcendit? Quamobrem flagrans huius propoſitū miror, ſed inane cōſiliū obſtupeſco.

CARNEADES.

CArneades nō ſegnius ſed aliquāto modeſtius,neq; enim ſenſus ſibi corporeos abſcidit,ſed eorū uſum rationis imperio ſubiecit. tāta quidē intētione ferebatur ad id quod mēte cōceperat,ut quocūq; ſe uolueris totus illic eſſet, deniq; ad menſam ſedēs,nō cibū potisq; ſumere,non ſumptum ad os ferre meminiſſet,niſi Meliſſa quædam,quæ ſibi pro coniuge ſeruiebat,apprehenſam leuiter dexteram,ad obſequium neglecti corporis retuliſſet. In hoc profectò uerificatum eſt quod Philoſophis placet, Docto uiro cogitare eſſe uiuere. Sic enim uixit quaſi cogitationib. aleretur,idē diſputaturus cū Chryſippo,hellebori hauſtu ſeſe ante

purgabat,

purgabat, & aduerſus acutiſsimum hominem, ſuum acuebat ingenium. inter has curas octogintanouem ætatis annos, nuſquam interrupto ſtudio tranſegit. Hic eſt ille Carneades quem graues & indeciſas Peripateticorum & Stoicorum lites, honorarij more arbitri diffinire ſolitum, auctor eſt Cicero.

CHRYSIPPVS.

NOn differam Chryſippum, qui diſputator an illaqueator eximius, octoginta uitæ ſuæ annos ita partitus eſt, ut plus dimidio in unius ingentis uoluminis ſtudium impenderet, nec reſidui temporis momentum perire paſſus. itaque tàm multa ſcripta edidit, ut ad eorum cognitionem communis hominum uita non ſufficiat, ſtudium laudo, ſubtilitatem hominis laudarem, niſi occurreret quod apud Senecam inueni, Chryſippi acumen, inquit, in ſeipſo frangitur, quod de uno dictum innumerabiles tangit.

CLEANTES.

HVius, ut Ciceroni placet magiſter, ut uult Valerius diſcipulus Cleantes, et ſtudioſior & uiuacior fuit, ut ad nonum et nonageſimū docendo diſcendoq; peruenerit, et diebus quidem agitatione mētis aduerſus ignorantiā, noctib. uerò aduerſus paupertatem corporis labor pugnauerit, duas res difficillimas, uigilantiſsimo ſubterfugerit ingenio.

ISOCRATES.

PAr ætas Iſocratis, qui aſsiduitate ſtudij præſeruatis ad extremū ingenij uiribus, quarto & nonageſimo ætatis anno librum ſcripſit, iuuenilis roboris atq; animi teſtē. ipſe poſt quinquennio ſuperuixit. Hic eſt ille Græcus Orator, de quo in Saturnalibus, ꝙ primum omnia uerba ſoluta & uaga ſub numeros artauit. quod ſi ſic accepimus, ut carminis inuentorem æſtimemus, ratio temporū obſtabit. conſtat enim & Tullius in Rhetoricis, teſtatur hunc & Ariſtotelem fuiſſe coætaneos, & Ariſtotelē uerò, iam Roma florente floruiſſe non ambigitur. rurſus Homerum & Heſiodum Græcorum Poëtarum præclariſsimos, ante conditā Romā fuiſſe, idē Tullius teſtis eſt. Inuentor ergo nō carminū, ſed numerorū fuit eorū, qbus utuntur Oratores, ꝙ ipſe M. Tullius de Oratore diligenter exeqtur, docens & hoc ſerius inuentū, & ad id æmulatione Poëtarū fuiſſe ꝑuentū, ꝙ eos lætius ꝗ Oratores audiri, ſola numerorū ſuauitate perpēderant, atq; illud adiūgit, non fuiſſe Iſocratem huius inuenti principem, qppè cū Traſymachus & Gorgias præceſſerunt, uterq; numeroſior. ſed idcireò huius rei titulū ad Iſocratem peruenìſſe, quod in eius exercitio moderatius ſe geſſerit, quando Gorgiam ſenē adoleſcens ipſe caſtigauerit repertum in Theſſalia & huiuſmodi numeris, quos feſtiuitates appellabat, intempeſtiuius abeuntem.

SOPHOCLES.

QVintum his adijciam ſtudioſum ſenem Sophoclem, qui iuxta centeſimum ætatis annum, in extremo uitæ exitu Tragœdiam ſcripſit Oedipodem, Qua ſola (ut Valerius ait) omnium eiuſdem ſtudij Poëtarum præripere gloriam potuerit, ſicut ſepulchro eius inſculptum glorioſum, ſed ueridicum epigramma teſtatur.

DIODORVS.

DIodorum quendam Stoicum refert Cicero, domi ſuæ cæcum multos annos uixiſſe, ſed poſt cæcitatem multò quàm prius diligentius philoſophiæ operam dediſſe, fidibus quoque uſum more Pythagoreo, & lectioni librorum, quo uno modo poterat alieni luminis auxilio, dies noctesq; tribuiſſe, adhuc ꝙ uix abſq; oculis poſsibile uideē, & Geometrica tractaſſe, iubentem diſcipulis, unde & quo quanq; lineam duci uellet.

SOLON.

CVr Solonem, quem primum poni par fuerat, in extremū reijcimus, ſed in multis collegis obſeruatū, ut ætate & gloria priores ultimū teneant locum. ſtudium igitur Solonis ac doctrina, multis & magnis teſtib. cōſtat, ſiue enim operis effectus cōſulis, & ille nimirū toto orbe illuſtres Athenſēſiū leges, hūc autorē recognoſcūt, ſiue ipſiuſmet teſtimoniū expectas, & ipſe quidē de ſe loqns ait: Se quotidie diſcentē aliqd ſeneſcere. ſiue famam publicā ꝑcontaris, & hæc tibi inter illos primos ſapientiæ profeſſores, præfert haud dubiè Solonem. ſiue ſummi philoſophi auctoritatem mauis, & in Platonis Timæo Solonem è

ff 4 numero

numero Septem Sapientum primariũ inuenies. ſiue uitæ finem interrogas, qui de actibus humanis incorruptiſsimus teſtis eſt, ille te docebit, quantus in eo pectore uiguiſſet ſtudiorũ ardor, quẽ nec ſeneſcentis corporis ruina, nec gelidæ mortis uicinitas poſsit extinguere. non habuit ad ſtudiũ prætaxatas horas, ſemper in exercitio mẽtis erat. In hoc unũ uiuebat, ut diſceret, nec diſcere potuit, niſi dũ uixit, nec uiuere uoluit niſi dum diſceret. utrunque igitur pari fine concluſit, Siquidem (ꝙ multi faciunt auctores) in illo ſupremo fugientis uitæ ſpiritu, cũ inter aſsidentes ſermo fortè grauior eſſet obortus, ille ſollicitus ſenex, moribundũ caput extulit, & opinantib. amicis ipſum (ꝙ tali ſtatu multis accidit) & inuſitatũ corporis motũ aculeo mortis urgeri, atq; ideò qd nam ſenſiſſet interrogantibus. Volo (inqt) hũc ueſtrũ ſermonẽ intelligere & mori. ò dignã uocẽ, cuius auctori nulla mors nocea: neq; ſolũ prudentem cæteriſq; laude dignis (ut eſt apud Platonem) præſtitiſſe uidetͬ Solon, ſed etiã carminibus, q ſi non perfunctoriè, ſed dedita opera poëtica exercitatus fuiſſet, nec impedimento bellorũ Ciuilium, quæ conceperat omiſiſſet, fortè nec minor Homero fuiſſet, nec Heſiodo, & hæc ſtudioſo docto que uetuſtatis exempla ſint.

RECENTIORES.

ROBERTVS REX SICILIAE.

SEd qd poſteritas dicet? quibus piaculis inter pronepotum populos ignauia noſtra purgabitur? Libidinis auaritiæq; ſtudiũ inceſsit, omnis penè mortaliũ labor huc reſpicit. ſi qs eſt qui ad ſtudia honeſtarum artium applicuiſſe uideatur animũ, is tamen quo primum ſcholas ingreditur die, de pecuniaria mercede iam cogitat. hos ergo nõ tàm ſtudioſos quã mercenarios uoco, nihilq; plus eis ꝙ̃ pelagi aut telluris aratoribus tribuo, niſi quod illi manus & corpora, hi linguas & ingenium uenales habent, eò fœdiores quò pulchriore parte hominis ſeruiũt. ſed cur inuiſis & nihil profuturis immoror querelis? cur non potius ueterib. refertã recentibuſq; inanẽ & uacuã memoriã excutio? ſiqs unꝙ̃ eſſet ad redimendũ ætatis noſtræ pudorem, ſatis efficax & puto nec maiorum umbris, nec ſucceſſorũ linguis, ne inſultent fortiorem clypeũ opponi poſſe, Roberti Siciliæ regis nomen. is enim, nõ poſt labores ſtudiorum (ꝗd de multis uidimus) in altiorem peruenerat ſtatum, ſed in regia natus, immò quidem, ſi dici phas eſt, Rex anteꝗ̃ naſceretur, nõ patre tantũ, ſed tã paternis quàm maternis auis & proauis ortus regibus, educatus in ampliſsima fortuna, tot ꝓpꝑ obſtãtia Rex puer, & ut ſimul cũcta cõplectar, noſtro ſeculo genitus, proceſſu autem ætatis uariante fortuna, maximis periculis circũuentus, aliquãdiu paſſus eſt carcerẽ, nec minis nec inſultib. nec blãditijs fortunæ, nec inertia tẽporũ à ſtudijs abſtrahi quit, unq; ſeu pacis ſeu belli negotiũ tractaret, ſeu curã corporis ageret, ꝑ diẽ & per noctẽ ambulãs ſedẽſq; libros propè ſe uoluit. omnis eius de rebus altiſsimis ſermo erat, & quod de Cæſare Auguſto diximus, hic multo minore, & quasi nulla ꝑſus ſubſiſtente materia, diligẽtiſsimè ſemper cuſtodiuit, ut ingenia ſeculi ſui cõplecteretͬ benignitate regia, & inuentiones nouas recitantibus, nõ tantũ patientiſsimus auditor, ſed plauſor & humaniſsimus fautor aſsiſteret. hæc uita eius uſq; ſub extremum fuit, nihil unquam puduit addiſcere ſenem philoſophum & regem, nil noctis quoque communicare piguit. Hoc intimum in ore habuit, diſcendo docendoq; ſapientẽ fieri, quanto deniq; literarũ amore flagrauerit, uel una uox eius indicat, ꝗ ego meis aurib. audiui. Dum enim die quodam multa colloquens ex me quæſiſſet, Cur tã ſerò eum uiſitaſſem? & ego (id quod erat) terræ mariſq; pericula, nec nõ & impedimenta fortunæ uaria, traxiſſe uotum meum dicerem. incidit neſcio quomodo Francorum Regis mentio, interrogante eo, Vnquam 'ne in illius aula fuiſſem? reſpondi: nec unquam quidem me cogitaſſe de hac re. Subridente eo, & rationem flagitante, Quia illiterato, inquam, Regi inutilis, & inſuper oneroſus eſſe non placuit, dulcius mihi ſatis eſt cum paupertate mea fœdus ratum ſeruare, quàm temptare regũ limina, in quibus nec quenquã intelligerẽ. nec intelligerer à quoquam. tunc adiecit, Audiſſe ſe, ꝙ primogenitus regis literarum ſtudium nõ negligeret: cui ego idem me audiſſe reſpondi, uerũ id patri moleſtũ, & ferũt eum filij præceptores, pro ſuis hoſtibus ducere, ꝙ an uerũ ſit, neq; nunc aſſero, neq; tunc aſſerui, ſed ita famam loqui, atq; id mihi omnem adeundi cogitationem uel tenuem

præcidiſſe

præcidiſſe narraui. quo audito ille generoſus ſpiritus infremuit, & toto corpore cohorruit, & poſt aliquãtulum ſilentij, fixis in terrã oculis, & ut frons teſtabatur, non ſine magna indignatione tranſacta (ſingula enim ac ſi præ oculis haberem teneo) caput extulit & ait mihi. Sic eſt uita hominum, ſic ſunt iuditia & ſtudia & uoluntates uariæ. At ego (inquit) iuro dulciores & multò chariores mihi literas eſſe, quàm regnum, & ſi alterutro carendũ ſit, æquanimius me diademate quã literis cariturũ. O' uox uerè philoſophica, & omnium ſtudioſorum hominũ ueneratione digniſsima, quantum mihi placuiſti, quantũ ſtudijs calcar addidiſti, & quàm profundè & quàm tenaciter meis præcordijs inhæſiſti. Et de ſtudio quidẽ Regis hactenus, quid loquar de doctrina? certè qui uel odio uel obtrectandi cõſuetudine multa uirtutibus detrahunt, ſcientiæ ſibi titulum non inuident. ſacrarum ſcripturarum peritiſsimus, philoſophiæ chariſsimus alumnus, orator egregius, incredibili phyſicæ noticia, poëtriam nõ niſi ſummatim attigit, cuius ut ſæpè dicentem audiui, in ſenectute poenituit. Non inuenio ſuſcepti ſermonis exitum, niſi aliquid de me ipſe glorier. Veneram Neapoli clariſsimis famæ uocibus experrectus, & illud unicum ſeculi noſtri miraculum uiſurus, lætus fuit aduentu meo, ut qui de me grande magis quàm uerum aliquid audiuiſſet, in longum eam ſi ſingula proſequar. Viſum eſt mihi tandem lauream Poëticã, quã à teneris annis optaueram ſibi potiſsimum debere, neq; enim ante clariorem tàm inſueti muneris auctorem uidebar habiturus, quàm eum ſibi narraſſem, regius ille animus, ut qui nullam niſi in altis & glorioſis actibus uoluptatem caperet, gaudium ſuum cum uerbis humaniſsimis, cum ſyderex frontis ſerenitate teſtatus eſt. cæterum ut ipſe exeam, ubi paruitatimeæ altiſsimum illud ingenium condeſcẽdit, cum quædam de arte Poëtica ac de propoſito & differentijs Poëtarum, deq; ipſius laureæ proprietatibus dixiſſem, aures eius animãq; tangentia, multis audientibus hæc mihi tribuere dignatus, ut aſſereret nõ paruam temporis ſui partem poëticis ſtudij impenſurum ſe fuiſſe, ſi quæ ex me audierat ab ineunte ætate cognouiſſet. Ego autem primum uidere incipio contigiſſe mihi quod ſemper, cogitaui, ut ſenſim longius ferar, quotiens prædulcis commemoratio inciderit illius animæ, quæ cũ coelũ quoq; decoraret, ſibi quidẽ ætate optima, mihi autem regniſq; ſuis immaturè nimis hinc abijt, multos fortè præterea me plaudente rerum ſcriptores, alij memoratu dignos ſcriptis ſuis inſerent. Ego quidem & ſi incomitatum non debere Regem eſſe ſciam, tamenq; dolens indignanſq; profiteor, ætate hac idoneum, ſibi comitem non inueni, nunc quoniam inter uirtutum præludia ſatis hæſiſſe mihi uideor, deſiderium lectoris diutius nõ traham, ſed huic primo libro, uelut quodam totius operis ueſtibulo metam ſtatuens, inter ipſas uirtutes ſacrum & neglectũ hominibus habitantes domicilium ingrediar, non equidem ut incola, ſed ut peregrinus obſtupens paucorum gloriæ, quos rerum geſtarum meritis limen illud tranſiuiſſe uideo.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. RERVM MEMORANDARVM, LIB. II.

DE MEMORIA. CAP. I.

INgredienti mihi quidem reuerenter, uelut religioſi cuiuſpiam templi fores, primogenita ſororum occurrit in limine, ea eſt prudentia, quæ nihil eſt aliud (ut à M. Tullio diffinit) niſi rerum bonarum & malarum ſcientia. ſine qua ut Philoſophis placet) ne dicã haberi, ſed ne intelligi penitus ulla uirtus poteſt, hæc poſſet minutius, ſed trifariam breuiſsima partitione deducitur in præteritorum memoriam, præſentium intelligentiã, & prouidẽtiã futurorũ. & quoniã ꝑ partes cõmodiſsimè omnis tractatus abſoluitur à memoria q̃dẽ, ſimulq; cũ uirtutũ prima ab homine quodã ingẽti principe initiũ, repetẽdũ eſt.

IVLIVS CAESAR.

DIuo Iulio Cæſari, hoc in primis etiam ab hoſtibus datum ſcio', ut memoria polleret eximia, de qua M. Tullius ait: quod nihil ſoleret præter iniurias obliuiſci, & legere ſimul, & ſcribere, & audire, & dictare ſolitus traditur. epiſtolas de rebus maximis, quaternas dictabat alijs, ipſe manu propria quintam ſcribens, ac ſi calamum eximeres, ſeptenas pariter dictabat, quæ quidem uelocitas, an uolubilitas promptiſsimi ingenij, an ampliſſimæ firmitas memoriæ dici mereretur, incertus ſum. ſiquidem celeritas ingenij, tenacitas memoriæ laus eſt. quodlibet ei nomen impoſueris, magna res in primis & mirifica, tàm facilè ſingulis adeſſe, tàm fideliter omnium meminiſſe.

Q. F. MAXIMVS.

NEc ſum neſcius huius quoqꝫ rei ſingularem Q. F. Maximo laudem contigiſse, inter multa nimirum, quæ ipſius uiri gloriam extollunt, hoc non in ultimis poſuerim, quod ingenti quadam fuit notia uetuſtatis ac memoria, de qua eſt apud Ciceronem, quod omnia non domeſtica ſolum, ſed etiam externa bella memoriæ tenebat, itaqꝫ minime miror, quod bello Punico ſecundo, cui procellæ iam grandæuus interfuit, dicta eius conſiliaqúe, tũ in populo, tum inter primores patrum, pro oraculis habebãtur. Verè enim mihi uideor dicturus, qui multa tranſacti temporis meminerunt, niſi obtuſo nimis craſſoqꝫ ſint ingenio, fore quoddammodo futurorum uates.

L. LVCVLLI ET HORTENSII.

SEd cum duplex memoria ſit, una rerum, uerborũ altera, primã qualem in Fabio modò retuli, talẽ in L. Lucullo ampliſsimo & imperatore ſimul & philoſopho admirabiliter cõpio uiguiſſe, ſecũdã habuiſſe uideĩ. Hortẽſius. utriuſqꝫ teſtis eſt Cic. coætaneus amborũ.

L. SCIPIO.

EX omnibus autem gentibus ac ſeculis, nullum in hac re facile prætulerim L. Scipioni, ſi modò uerum eſt quod tradunt, ipſum P. etiam R. nomina reddidiſſe. mira & ſpecioſa capacitas, ubi tàm multa & tàm uaria nomina locum inueniſſent, res quidẽ penè incredibilis, niſi eam multi, inter quos Plinius ſecundus, proprio teſtimonio cõfirmaſſent.

EXTERNI.

ANNEVS SENECA.

VT aũt Romanos externosqúe cõueniens & extrema participans iunctura conglutinet. L. Anneus Seneca, Cordubẽſis originis, ſed Romanæ uirtutis, hanc diuinam ſibi memoriæ ubertatem, uſqꝫ ad miraculum contigiſſe teſtatur, nec credibile eſt tantum uirum falsò quicquam gloriari. Ait enim ſe duo millia nominũ recitata, eodem ordine reddidiſſe, & ducentorum atqꝫ amplius diſcipulorum totidem uerſiculos, cum ſinguli ſingulos dixiſſent, ordinem retrogrado recitaſſe, nec inferior laus illa quæ ſequitur. addit enim eam ſibi memoriam fuiſſe, non ad complectendum ea quæ audierat, ſed ad continendum quoqꝫ, quorum alterum ex agilitate conſequendi, facultatem dimittendi, alterum ex retinendi diuturnæ, capiendi ſegnitiem annexam habere conſueuit.

LATRO PORTIVS.

LAtronis Portij memoriã, mori uetat Seneca. perierat niſi ille ſcriptis eã ſuis cõmendaſſet, tantum unius clari manſuriqꝫ nominis fidelis ualet amicitia, quæ amicum morti eripit, ſecumqꝫ perpetuat. Inter multa nimirũ quæ de Latrone ſuo dulciter familiariterqꝫ commemorat, memoriã illi & natura ualidã, & artificio munitam tribuit, & capacẽ ſimul & tenacẽ, itaqꝫ nec quæ ſcripſerat lectitabat, ſatis erat ſcripſiſſe, id ipſum celerrimè faceret, in tranſcurſu didicerat nec quæ ſemel hæſerant, auelli poterant. Memoriter quæcunqꝫ dixerat ſeruabat, qua memoriæ fœlicitate fretus, librorum auxilio non egebat ſcribere, ſed animo gloriabatur, & quæ illic ſcripſerat, ſic in expedito habebat, ut nec in uerbi quidem ullius unquã recordatione laberetur. quaſi librum ſub oculis habens loquebatur. Proponebatur cuiuſpiam ducis nomen, tanta inerat hiſtoriarum memoria geſta illius celeriter & ex tempore narrabat, non ceu pridem cognita depromeret, ſed uelut modo ſcripta perlegerat. & huic quidã Latroni iuxta Senecã ſuum locũ ut debitũ & utriqꝫ profectò gratum, reddidi.

INNOMINATVS.

IBidem alterius memoriæ miraculum retulit, nomen eius tacens, ſcilicet qui poëma recens, ab ipſo qui illud ediderat auditum, tàm celeriter arripuit, ut mox ſuum eſſe cõtenderet: argumentũ ſatis uiolentum afferens, ꝙ ipſe memoriter id redderet, quod recitator primus & ueris auctor carminis nequiret. præceps quidem famæ cupiditas, ſed inter raras naturæ dotes miranda uis memoriæ.

THEMISTOCLES.

AB occaſu ad orientem uerſo, primus omnium Græciæ gẽtis Themiſtocles occurrit, qui inter grauiſsimas occupationes publicas priuataſqꝫ, cunctorũ cõciuiũ ſuorũ nomina (& erat Athenis natus) in memoria tenebat, ſtupidũ negotiũ, niſi L. Scipionis mentio præceſsiſſet, idem indigno exilio coactus, cũ ad Xerxem Perſarũ Regem ſe cõferre decreuiſſet, breui temporis ſpatio, Perſicum primus idioma perdidicit, ne quid in primo colloquio peregrinum, aures Regis offenderet. Itaqꝫ minus miror tantis naturæ præditum muneribus, artificioſam memoriam contempſiſſe, quæ cum in Græcia reperta, apud nos hodie uulgata eſt, quam cuidam eius artificij perito ſibi promittenti, reſpõdit, malle ſe obliuiſcendi artem diſcere. Viſa quidem auditaqꝫ omnia memoriæ adhærebant, & id circo non tàm nouis ſarcinis urgere, quàm turba rerum innumerabilium prægrauatus pectus exonerare cupiebat.

CYNEAS.

CYneas quoqꝫ clariſsimam huius excellentiæ gloriam conſecutus eſt, qui legatus à Pyrrho Romam miſſus, poſtero qui urbem ingreſſus erat die, homo aduentitius & alienigena, uniuerſum Senatũ proprijs nominibus ſalutauit. ſunt qui Equeſtrẽ ordinem, ſunt qui urbanam Senatui circunfuſam adijciant, operoſus ſalutator ac diligens, & ſi ob aliud non ueniſſet.

CYRVS PERSARVM REX.

CYrus Perſarũ Rex, & ſi maximis exercitibus præeſſet, omniũ tamẽ militũ nomina meminerat, Mithridates uerò duarum & uiginti (ut notiores qui de illuſtribus hiſtorici loquuntur, ut A. Gellius, quinqꝫ & uiginti, ut autem Plinius quinquaginta gentiũ quæ ſub imperio eius erant, diuerſas linguas nouerat, & ut iura cuilibet patrio ſermone redderet, & in concionibus ſingularum nationum interpretem nõ requireret. quæ res & illum militibus, & hunc populis ſuis acceptiſsimum fecit.

CARNEADES.

EXtremum mihi nunc, ſed nullum præcedentium inferius memoriæ mõſtrũ diſſerẽdũ eſt, Carneades quidẽ (ut aiunt) in Græcia, quæ quis è bibliothecis uolumina educeret, in morem legentis memoriter reddebat. huic uero dici poteſt, ſuperuacuos codices fuiſſe. hic profectò non ſcribebat in animo tantũ, ſed ſculpebat: tẽpus eſt & p̄ſentia memorandi.

RECENTIORES.

INNOMINATVS.

AMicus quidam meus, ab adoleſcentia ad hanc ætatem, tàm multis & domus & patriæ laboribus periculiſqꝫ iactatus eſt, ut ocioſũ fermè nullũ tẽpus inuenerit, quo nihil huic de qua loquimur facultati poteſt eſſe funeſtius. Vaga enim mens multa complectitur, pauca ſtringit. cæterum huic inter uarias & innumerabiles ac diſcerpentes animum curas, inexhauſtam quãdam memoriam militarẽ inſitam animaduerti, quæ crebro in horrorẽ cõpulit cogitantem, quanto uberior fuiſſet, ſi eam ſibi ꝙ ſtudioſi homines ſolent; circũuallare & fulcire quotidiana lectione licuiſſet. uidiſſe ſemel uel audiuiſſe ſatis eſt, nunquã obliuiſcitur, nec res modò meminit, ſed uerba, tempus & locum, ubi quid primũ acceperit. ſæpè totos dies aut longas noctes colloquendo tranſegimus; audiendi namque cupidior nemo eſt, poſt annos uerò ſuborta earundẽ rerũ mentione, ſi qd fortè plus minusúe aut aliter dixiſſẽ, ſubmiſſa uoce cõfeſtim admonebat, hoc me aut illd' uerbũ mutare. admirãtiqꝫ & unde noſceret percunctãti, nõ ſolũ tẽpus, quo id ex me audiuiſſe, ſed ſub cuius ilicis umbraculo, ad cuius undã fluminis, in cuius maris littore, cuius mõtis in uertice (lõginqꝫs enim ſecũ oras circumiui) me ſingula recognoſcẽte memorabat, iterũ & iterũ exptus fateor, ad

loquendum

copioſa & ampla eſt materia, et neceſſariò in plures particulas ſecanda. quippè cum de una quaq; non tantùm apud Græcos, ſed etiam apud noſtros, integri ſint cunctorum libri, & quia ſecundum promiſsionis ordinem, de ingenio prius eſt agendum præfari libet, quæcunq; ferè ſtudioſorum nomina collegi, eadem & ingenioſorum eſſe hominum. Sed repetitionem minimè neceſſariã effugiens, quorundam hic nomina conquiram, quorum non tàm ſtudium quàm ingenium nobilitatum eſt. ad hæc non nudi & incompti, ſed eloquentia ueſtiti ingenij, exempla præſens habebit locus.

VIRGILIVS.

INter ingenia Latinorum ſi mihi iudicij locus & libertas non eripitur, neſcio quem Virgilio prætulerim, in quo ſi ſic intelligatur, ut animus meus fert, puto quiſq; operum eius elegantiam, & in ſingulis uerbis lumen aliquod, ſub nube poëtica, ad hæc ſententiarũ grauidam ueritatem, ac diuini ſtili artificiũ diligẽter introſpexerit, fatebitur doctrina poſſe aliquos excellere, ingenio fortaſſe neminem. Nam de eloquentia quid aliud dicam, niſi qđ Macrobius, qui quatuor eloquentiæ generibus collectis, de quibus mox agam ego, unum quodq; genus ſuo ſapienti tribuit auctori, uni Virgilio ſimul omnia dare non timuit: cæterum tàm illuſtris hæc eloquentia, atq; hæc (ut ait Seneca) diuina facultas ingenij, oratione ſoluta Virgilium deſtituit. quid enim poteſt in carminibus, nullum neſcire arbitror, qui uel ſemel Caſtalio de fonte guſtauerit.

M. T. CICERO.

SEd quod ad ſummam ſpectat eloquentiam cõſenſus Latinorum omnium M. Tullio, Græcorum uerò Demoſtheni palmã defert. Ego autem dilato parumper Demoſthene, donec gratius inter ſuos collocetur, de Cicerone prius dicam, quem Latini eloquij principem, ſine dubitatione philoſophis, oratoribus, hiſtoricis, & poëtis cõcorditer uiſum eſt quod ipſum et catholici tractatores aſſerunt, & uulgò iam ita eſſe perſuaſum eſt uerum. Ne tamen (ut idem ipſe Tullius ait in quodam loco) utar in re certa, teſtibus non neceſſarijs, ſingulorum teſtimonijs prætermiſsis, ad ipſius eloquentiæ uim, paucorum ſed illuſtrium & notiſsimorum effectuum commemoratione demonſtrandam propero. Hæc eſt quidẽ, quæ fortiſsimis ſeptũ armis, nihilq; nõ auſurũ Catilinã, in armis exterruit, & de incẽdio urbis ac ciuiũ ſanguine cogitantẽ, truſit in exiliũ. quæ mœnia Romana, q̃ theatra, q̃ tẽpla, quæ arcem Capitolij, quæ bonorũ lares, q̃ totũ deniq; corpus imperij, miſerrimæ impendentiq; iã ꝓripuit ruinæ, quo meritò primus omniũ (ut teſtat̃ Plinius) Parens patriæ appellatus primus in toga triumphũ, linguæq; lauream meruit, facundiæ literarũq; Latinorũ parens, omnium triumphorum lauream adeptus, maiorem (ut idem ait) quantò plus eſt, ingenij Romani terminos, in tantũ promouiſſe quàm imperij. Addidit etiam Cæſarem Dictatorem ipſius quondã Ciceronis hoſtem, de eo talia ſcripſiſſe, ex teſtis inimicitia teſtimonio fidem q̃rens. Hæc, inq̃t, eſt illa facũdia, q̃ Verrẽ audacẽ hominem ſceleſtũq; criminib. ſuis opp̃ſsit, q̃ ad ultimũ Archiam ꝑtorem quondã ſuũ in ciuitate retinuit, & de tenui ſemente, uberrimam meſſem egenti reddidit colono: quæ contentiones agrarias frumentaſq; diſcuſſit, quæ Roſcio ſcenici tumultus reo, impunitatem quæſiuit, quæ mirabilem ſæpè periclitantibus de ſalute capitis ueniam impetrauit. Hæc eadem Deiotharo Galatiæ Regi, Ligano capitaliter accuſato, ſub hoſte potentiſsimo iudicium agente, uitam ſeruauit gratiamq; reſtituit. heu q̃ pauca, de q̃ multis enumero. Breuiter loq̃r corda hominũ in manib. habuit, Regnũ inter audẽtes exercuit, qcq̃d uſq̃ eloquij ꝑ Latinorũ fluit alueos, ex hoc fonte proceſsit. ut tamen Virgilius proſaica (ſic iſte ut eſt apud eundẽ Senecã) in carminibus defecit. Duoque Romanæ eloquentiæ parentes, hanc gloriam ita partiti ſunt, ut uterq; ſuis finibus contentus, aliena non inuaderet. hic lingua glorioſus, hic calamo, ſi tamẽ quiuis à Poëticis abſtineret, ſed ô pietas, eloquiũ illud tàm multis ſaluiferum auctori peſtilens ac funeſtum fuit, nẽpè cum aduerſus effrenatã libidinẽ M. Antonij triumuiri plurima liberiùs dixiſſet, ſcriptisque mandaſſet, iuſſu eius occiſus, truncata qua ſcripſerat manu, capite quo illa dictauerat amputato, quod cum in roſtra reportatum eſſet, ad illud intuendum non minorem curſum populi lachrymantis fuiſſe legimus, quã ad audiendum eſſe conſueuerat.

Hæc ora

Hæc oratoris mors, at Philippica ipſa non moritur, id enim eſt libri nomen, ſed æternum uictura, grauiſsimisq́ uulneribus repercutiens Antonũ & famam eius interemit, & mortem Ciceronis ulciſcitur. Cum hoc Cicerone Caluus orator pro eloquentiæ principatu longæuum, ſed ut Seneca teſtatur, nequiſsimum habuit certamen. Locus admonet, ut ipſa Macrobij uerba ſubiungam, ne quid de hoc peregrinarum opinionum lectorem lateat. Quatuor enim quidem ſunt eloquẽtiæ genera. Copioſum et torrens, in quo Cicero dominatur, breuė & circũſectũ in quo Saluſtius regnat, ſiccum & aridum, quod Frõtoni a cribimus, pingue & floridum, in quo Plinius Secundus quõdam, & nunc iterum inferior noſter Symachus luxuriatur, hæc omnia apud unum Virgilium inuenies. hæc illæ. Ad quod firmandum probationes ex ipſis Virgilij uerbis elicuit, quas quoniam longum eſt, in Saturnalibus quiſquis inquiſitionis laborem non excuſabit, inueniet. ſanė quod de eloquentia Saluſtij dicitur, ita temperandum eſt, ut ad hiſtorias referatur tantùm, in quibus, ſuo quodam corrupto acriq́ & planė maſculo ſtilo utitur, in cæteris enim, quod de Virgilio iam & Cicerone diximus, ſua ſibi non reſpondet eloquentia. Vt enim eſt apud eundem Senecam, orationes Saluſtij in honorem hiſtoriarum legũtur. Et hæc quidem hactenus, quibus ſi aſſentiri libet, in unaquaq; arte, quadripartitæ eloquentiæ deſignatos præſides habemus, & quod uix cæteri in ſingulis, Virgilium ſimul omnibus gloriantem. hanc uerò diſtinctionẽ, & ſi colore nõ careat, apud aliũ nõ inueni, qui in unũ Ciceronẽ publicus fauor inclinat.

IVLIVS CAESAR.

SCire autem uelim, qui ſex ſimul eloquentiæ principes conſtituerunt, quem Iul. Cæſari locum dabunt? cuius eloquentia militaris, ut eſt apud Suetonium, aut æquauit præſtantiſsimorum gloriã, aut exceſsit. Accuſator Dolobellæ, pluſquã militaris, ſummi Oratoris officiũ impleuit, in qua q̃dẽ accuſatione, extorqueri ſibi cauſam optimã. L. Cottæ patrocinio quæſtus eſt, quæ uerbo uim facundiæ propriæ expreſsit, ut Valerio uidet̃. Et nimir uerbum extorquere hanc uim habet, ut reus ille, non facili ad utrumlibet ſe habente, ſed ex artiſsimo quidẽ indiſsolubiliq; laqueo, ubi Cæſareo eloquio uinctus erat. præreptus uideretur. poſtquàm accuſationem, ut Suetonius idem ait, haud dubiė principibus patronis annumeratus eſt, hinc M. Tullius, & quod magis miraberis ad Brutum ſcribens, clariſsimæ eloquentiæ teſtimonium perhibuit, negans ſe uidere cui Cæſar cedere debeat, adiungensq́ eum elegantem ſplendidamq; atq; magnificam & generoſam quodammodo orationẽ dicendi tenere. Et ad Cor. Nepotem, de eodem ſcribens. Quem, inquit, oratorem huic antepones, eorum qui nihil aliud egerunt? quis ſententijs aut auctior aut crebrior? quis uerbis, aut elegantior aut grauior? Pronunciaſſe dicitur, ut Suetonius refert, uoce acuta, ardenti motu, geſtuq́ non ſine uetuſtate. huius eſt illud præceptum omnibus qui eloquentiæ ſtudent memorabile, in primo libro eius de Analogia poſitum, ut ſcilicet infrequens atq; inſolens uerbum, tãquam ſcopulum fugiamus. Enumerare poſſem, quibus prælijs oratio eius, ita militum animos inflammauit, ut periculi omnis immemores, læti etiam & exultantes in ferrum ruerunt, quas ingentes exercitus ſeditiones uoce compreſſerit, quot armatorũ millia ſolus & inermis oratione terruerit, uſq; adeò ut periculi omnis immemores ad nutũ perorantis inuenti ſint, & qui colla porrigerent & qui ferirent, qui gemeret nemo, niſi & narratio longior & alijs locis opportunior foret.

T. LIVIVS.

QVa ſede præterea Titum Liuium locabunt, cuius eloquentiæ fama de ultimis mundi regionibus, admirantes claros uiros Roma uſq; perduxit, ꝙ & Plinius ſcribit, et poſt Hieronymus principio Geneſeos ne quis ignorare ualeat, teſtatus eſt. quãta fuit operis excellentia, ut per tantum maris & terrarum ſpatium, ad orbis dominam, & domitis nationibus imperantẽ, nõ urgẽte negotio, nõ ob ipſius uidendæ deſideriũ in ætate p̃ſertim Cæſaris Auguſti, ſed ob unum duntaxat eius incolam audiendum, concurſus illuſtriũ fieret?

C. OCTAVIANVS AVG.

CAeſaris Auguſti ingeniũ, tàm prõptũ inuenio, ut uerſus ex tempore factos, cũ inter amicos referret interrogaretq; cuius poëtæ uerſus extimarẽt, nihil aliud reſpõderet, q̃ cuiuſcunq;

cuiuſcunque forent eſſe optimos. ſed quod ad hunc actum pertinet, puto nullum æquari poſſe Naſoni poëtæ qui (ut eſt apud Senecam) hoc ſeculum amatorijs non artibus tantũ, ſed ſententijs impleuit. de exundanti quidem facultate carminum Ouidius ipſe gloriatur, nec mendaciter, ſed ad Auguſti eloquentiam reuertor. Non laboro inter eloquentiæ principes ipſum collocare, niſi quãtum ad iocos & facetias, in quibus primum tenebat locum, ſed ſurripere famæ eius nolo, quod clari ſibi tribuerunt ſcriptores. pronũciauit dulci & proprio quodam oris ſono eleganti, ac ſobria uſus eloquentia, ſentẽtias ineptas fugiens, præcipueq; uerborum inuſitatorũ (ut uerbo ipſius utar) fœtorem horruit. Vnum in loquendo ſtudium intelligi, & quàm clariſsimè contemptum mentis exprimeret. Hinc & præpoſitionibus & coniunctionibus abũdare, quibus incomptior ſed planè luminoſior reſultat oratio, & intellectus rerum expeditior, ignota ſectantes ſpreuit irriſitq; & caſtigauit. In ijs hunc morem inſaniam uocans, ea loqui uel ſcribere, quæ admirationis pluſquàm intelligẽdæ allatur ſint animis audientium. Inhæſerat ſiquidẽ, ut arbitror paterno præcepto, quod proximè cum de Iul. Cæſare loquerer inſerui.

ASINIVS POLLIO.

Asinius Pollio prætermittendus non uidetur, quem ut apparet cuiuſque iuditio, fore medium inter duos eloquentiſsimos latinorum, M. Tullium & T. Liuium, Seneca conſtruit. Ita non ſpernendus auctor, neminem de præmiſsis ſex, præter Tullium enumerans, tres uult eloquentiæ principes, quos in epiſtola quadam uidetur omnibus præferre, ſecundum faciens Pollionem cuius orationem Ciceronianæ diſsimilem, & ut uerbis eius utar ſalebroſam & exilientem dicit, & ubi minimè expectes autem relicturam. Huius & ſi nulla eloquentiæ momenta in manus meas adhuc uenerint, qui tamen ipſum per ſe nomen celebre ac peruulgatum erat: non fuit mihi de eloquentia ſcribenti, ſilentio obruendũ, præſertim ubi inferiores nominaueram. igitur iuxta Cæſarẽ Auguſtum cuius floruit temporibus, placuit eum collocare, hoc adiecto, ꝙ nòmen eius præter multos laudatores, Mantuanis etiam muſis honeſtatum eſt, ſed aliquantiſper redeundum eſt.

L. CRASSVS.

EXcellentem & egregiam L. Craſsi facundiam, ſi aliunde neſciremus, hinc liceret intelligere, quod in libris de oratore Marcus Cicero mortem eius magnificẽtiſsimè deplorans, omnes illum ſemper eloquentia, paucis uerò ante obitum diebus, ieſe etiam uiciſſe commemorat, certatim quoque ſe eum eloquentiæ ſtudioſis, ad eum locum quem nouiſsimè pedibus ille calcauerat, poſt ipſius mortem rediſſe, captis dulcedine ac recordatione ſermonis, quem ex eo nuper audierant, & uelut iterum audituris. addit etiã id uni Craſſo ſingulariter contigiſſe, ut quotiens peroraret, totiens ſolito altius, ac ſine exemplo locutus uideretur. Enimuerò quia fama huius aliquantò apud uulgus ignotior eſt, nõ alienum extimaui duo teſtimonia afferre illius, cui de hac re præ cunctis habenda fides eſt, apud Ciceronem ita ſcriptum uideo, Craſſo dicente: Nemo tàm arrogans, qui ſimiliter ſe unquam dicturum eſſe conſideret. & iterum: Omnibus auditis orationibus, ſine ulla dubitatione ſic ſtatuo & iudico, neminẽ omniũ tot & tãta ꝗta ſint in Craſſo habuiſſe ornamẽta dicẽdi.

M. ANTONIVS.

IDem M. Antonio teſtis adeſt. ſiquidem eum in quodam loco, de hoc deq; ſuperiore ſimul loquens dixerit, fuiſſe utrunq; tamen ſtudio & ingenio & doctrina præſtantem omnib. tũ in ſuo genere pfectũ, ut neq; in Antonio deeſſet ornatus orationis, neq; in Craſſo redundaret, alio tamen loco, omnium quos ipſe audiſset eloquentiſsimum ait Antonium, quaſi de induſtria dubium relinquens, quo tantarum laudum ſtateram potiſsimum inclinaret. Sed fama huius uulgatior uidet̃, cui multũ addidit nouiſsimus dies uitæ, in illa enim tempeſtate Mariana, ubi nullus tunc portus erat, iuſsi ſceleris miniſtri Antoniũ occidère, cũ ad cõſpectũ hominis uenißẽt, oratione eius attoniti coruſcãtes iã mucrones recõdebãt, diuina uis eloquij, impijs iuſsionib. addicti, & ſanguine optimorũ ciuiũ ſtillãtes carnifices nihilq; præter ſanguinem ſitientes, infecta cæde rediſſent, niſi ſcutariorũ ꝗ ſeriùs uenerat, uerborum nõ deguſtata dulcedine, irruens in Antoniũ, mandatum nefarium adimpleſſet.

huius

huius eſt ille ad perſuadendum efficax actus oratorius, cuius in Oratore meminit ſuo Ci cero. Cũ enim M. Aquiliũ, qui Cos. fuerat dux, apud Senatum & populũ clarus, omni tan dem honore ſpoliatum, & ad extrema fortunæ præcipitatum ſenem, in capitali cauſa de ſenderet, & in medio orationis ardore & deformem ſquallentemque reum ſuſtulit, puttẽque eius diſcindens tunicam, ac generoſi quondam tunc miſerandi pectoris cicatrices iu dicibus oſtentans, ſimulq; ad G. Marium qui inter aſtantes erat uerſus, & ut collegæ du dum ſui miſeretur, multum cum lachrymis obteſtans.

C. GRACCHVS.

AD admirãdum lectori potiùs quàm imitandum ſubijcitur exemplum G. Gracchi, qui ex familia eloquenti & ſeditioſa genitus, in utroq; maiorum ſuorum ueſtigijs inhæſit, ſed quoniam unus tantùm fidem locus exigit, is eloquentiæ operam acriter dedit, adeò tamen homo uehemens, permouebatur, tantoque impetu rapiebatur, in dicendo, ut uarietatem uocis (quæ de rebus oratori ſummè neceſſarijs una eſt) examinare non poſſet. quod in ſe uitium animaduertens, ſeruum muſicæ modulationis expertum, in loco concio nibus propinquo clàm habere ſolitus erat, qui eburnam clàm fiſtulam celeriter inflaret, qua cum aut lentius agentem accenderet, aut nimis aſcenſum receptui canens, ac immode rato contentionis ardore mitigaret. Non mediocris ſanè diligentia iuuenis hominis, in auitum ſuccreſcentis eloquium, tamen quia de Cicerone locus hic ſumitur, oratoribus in quorum manus iſta uenerint (ſi modò quiſquam tangere dignabitur) quod apud eundem auctorem, non longè poſt hoc exemplum ſcriptum eſt, pro conſilio dabo, ut fiſtulatorem domi relinquentes, ſenſum doctæ conſuetudinis ad loquendũ ſecum deferant. nunc ad ue tuſtiſsimum Romanæ facundiæ monimentum uenio.

EXTERNI.

HOMERVS.

HOmerus apud Græcos ſolium poſsidet ingenij, cuius ſententiæ non ego ſed Plinius auctor eſt, uberiorem ſibi hanc latioremque gloriam nõ limitatis finibus aſsignans, conſtat ingenij ipſius ope Philoſophiæ magnas partes, multo melius multoque grauius, quàm ab ipſis Philoſophiæ profeſſoribus abſolui. Certè Macrobius hunc omnis diuitis inuentionis fontem originemq; pronunciat. & meritò, quamuis enim corpore cæcus fuiſ ſe memoretur, fuit tamẽ animo perſpicaci tàmque luminoſo, ut Tullius in Tuſculano ſuo de illo ſcribens diceret: Picturam eius non poẽſim uidimus. quæ regio, quæ ora, qui locus Græciæ, quæ ſpecies fortunæ, quæ pugnæ, quæ acies, quod remigium, q motus hominũ q; ferarum non ita expictus eſt, ut quæ ille non uiderit, nos ut uidemus effecerit? quid de elo quentia diſputem, cum in ſæpe memoratis Saturnalium libris, ingens & inextricata lis ſit inter noſtrum Poëtam ac Graium, dum mlibus argumẽtorum modò hic, modò ille ſupe rior oſtenditur, modò tàm pares ut lectorem iuditij dubium relinquant, quam dubietatem expreſsit eleganter Satyricus his uerſibus:

Conditor Iliades cantabitur atq; Maronis
Altiſoni dubiam facientia carmina palmæ.

DEMOSTHENES ET AESCHINES.

ATque ut unus locus, duos olim impacatos iungat aduerſarios, ſupremam eloqui ar cẽ inter Oratores Graios (quod nullus ambigit) poſsidet Demoſthenes, proximã te nere uidetur Aeſchines. horum eſt contentio illa famoſiſsima, quæ uniuerſam ferè Græciã audiendi quondam deſiderio ſuſpendit, quod autem ſpecioſius ſpectaculum incidiſſe po terat, quàm in eloquentiſsima natione, duos omnium ætatum excellentiſsimos Oratores, ſuper rebus altiſsimis notorio & capitali odio diſsidẽtes, de ſalute & gloria certaturos, in unum ante condictum tempus & locum cõueniſſe? potius mirer, ſi non remotiores etiam populos rumor exciuerit. in ea quidem actione Demoſthenes rei partes geſsit, itaque ui ctus tandem accuſator Aeſchines, & ob eam rem patria profugus, cum quodam tempore Rhodiorum precibus apud quos exulabat ſuam primo, mox orationem Demoſthenis au diente populo accuratiſsimè perlegiſset, illis utriusque uim ſtupentibus, ſed pluſculum

Demoſthenis,

Demoſthenis. O' (inquit Aeſchines) ſi illum perorantem audiſſetis. ingens, ut ait Plinius, teſtis inimici, meo quidem iudicio, uel ob hoc uerus mirator eloquentiæ, qui profeſsionis ſuæ potiùs, quàm alieni memor odij, quid laudandū erat, etiam in hoſte prædicaret, præſertim cum diſsimulare tacereq́ poſſet. Conſtat enim quoſdam in ſcribendo graues, parū uehementes in loquendo, quoſdam ex diuerſo, qui omne ſcribendi ſtudium auctoritate frontis motuq́ corporis eleganti, claraque & pro qualitate rerum uolubili pronunciatione trāſcendant. quo nihil in oratione potentius norunt, qui artis oratoriæ præcepta didicerunt, illorum gloriam minuit præſentia, horum auget, illos legi præſtat, hos audiri. Horum igitur in numero poſuit Demoſthenem ille.

PLATO.

Eloquentia Platonis antequàm etiā loqui poſſet emicuit, dū infantulum in cunabulis conſopitum, innoxio contactu circumlabentes apes mellificauerunt in labellis eius, clarum melliflui leporis omen, nec feſellit, non puto de hac re fide digniorem Tullio teſtem expectari. qui multis locis ita miratur Platonis eloquentiam, ut ſeſe imparē quodammodo fateatur. uerum intra modeſtum Philoſophi ſermonis morem, ſe continuit Plato, terminos ſuos nihilo fœlicius exceſsit, quod de Virgilio, Saluſtioq́ & in ipſo etiam Cicerone dictum eſt. quis inquies huius eſt teſtis? Idem qui cæterorum, Seneca in Declamationibus ſic ait. Eloquentiſsimi uiri Platonis oratio, quæ pro Socrate ſcripta eſt, nec patrono nec reo digna eſt. Demoſthenes uerò cuius proximè mentionem habuit, Orator eximius philoſophus minor, ut ſi fortè quid inter hos duos interſit nunc roges, rectè mihi uidear reſponſurus, in altero plus facultatis Oratoriæ, in altero plus Philoſophicæ grauitatis. Nec aliud ſenſiſſe mihi uidetur Cicero ubi ait, Id quidem nemini Græcorum uideo contigiſſe, ut idē utroq́ in genere laboraret ſequereturq́, & illud Forenſe dicendi, & hoc quietum diſputandi genus. Et mox dictū exemplis muniens ſubſecutus eſt, equidem & Platonē exiſtimo, ſi genus Forēſe dicēdi tractare uoluiſset, ornatè ſplendideq́ ac grauiſsimè & copioſiſsimè potuiſſe dicere, & Demoſthenem, ſi illa quæ à Platone didicerat tenuiſſet, & pronunciare uoluiſſet, ornatè ſplendideq́ facere potuiſſe. Animaduertitis Lector, ſententiam Ciceronianam urbanitate conditam, pronunciaturus de duobus ſummis uiris quid ſentiret, ita quēlibet ſuis finibus anguſtat, ut in eis proferendis. neutri ingenium, ſed alteri uoluntatem ſolam cenſeat, alteri diligentiam defuiſſe. aſperius Seneca ut Hiſpanus homo, ſed niſi fallor & uerius, qui eodem loco quo Platonis, & eorum trium quos pauloantè nominaui, nec non & quorundam aliorum eloquentiam imperfectam oſtendit, rationem imperfectionis aſſerens. Magna, inquit, & uaria res eſt eloquentia, nec adhuc ulli ſe ſic indulſit ut tota contigeret. ſatis fœlix eſt, qui in aliqua parte eius receptus eſt, ſic eſt haud dubiè. Itaque ego cōſulto etiam ſtatuiſſe naturam arbitror, ne quis uidelicet ſibi mortalium arroget, uelut in omnibus excellens. nam ſic ſæpè iuſtiſsimè totius humani generis ignorantiam accuſamus, quod de ſingulis hominibus extimandum eſt.

HEGESIAS CYRENAICVS.

Multi tradunt auctores, ſed eorum quos ego quidē legi, M. Tullius antiquior Hegeſiam quendam Cyrenaicum fuiſſe tàm penetrabilis ac præpotentis eloquij, ut illo uitæ huius exponente ſimul & deplorante miſerias, plurimi audientium uitam ſpontè relinquerent. Mirum prorſus & inauditum, & natura ipſa ualentius orationis genus, q̄d & uitæ, odium & deſiderium mortis ingereret. itaq; tāquam publici ſtatus expugnatricem Ptholemeus Rex uitæ ſuorum conſulens, indicto ſilentio coërcuit, ac ſcholas clauſit, calamum non excuſsit. Librum ergo reliquit, in quo enumeratis hominum calamitatibus ita diffinit nulli omnino mortaliū, ut uiuat expedire. ibidē refert, inuentū qui lecto Hegeſiæ libro, nulla uel animi corporis interueniēte moleſtia, ſola ſtili efficacia, ſe in undas maris ex muro præcipitem daret libensq́ moreretur. & teſtem affert Callimachū Poëtam, qui ſic perempti tumulo titulū inſcripſit, genus & cauſam mortis continentem & quidem nimis uulgata ſunt.

CARNEADES, DIOGENES, ET CRITOLAVS.

AT trium ſimul qui ſequuntur eloquẽtia apud Græcos & noſtros celebrata eſt, quã uis & ſecta, & orationis quantitate diſtantium Carneades Academicus, Diogenes Stoicus, Critolaus Peripatecus, ab Athenis legati Romam miſsi ſunt. Hi & legationem in Senatum, & uetuſto more per interpretem peregerũt, petens mulctæ remiſsionem, quã propter Horopi uaſtationem S. P. Q. R. populo Athenienſi indixerat. quæ quidẽ mulcta, ut eſt in Saturnalib. fuerat talẽtũ D. & præterea celeberrimo urbis loco, maximo populi concurſu, oſtentandæ eloquentiæ gratia ſeparatim quiſq; diſſeruit. traditumq; eſt memoriæ, Carneadis impetuoſam & torrentem, Diogenis prudentem & iucundã, Critolai circumſpectam & ſuauem eloquentiam fuiſſe.

ARISTOTELES.

IAmdudum de Ariſtotele dubius ſum, errori ne publico taciturnus obſequar, furentiq; cedam uulgò, an uera potius è latebris in aptum eruam. De huius quidem ingenio, nulla lis mouetur, de eloquentia apud multos ambigitur. Conſtat autem hunc uirũ iam doctrinæ nomine clariſsimum, animaduerſa Iſocrates oratoris gloria permotum, ad eloquentiæ ſtudium uertiſſe animum. quod cum in multis locis, tum in Oratore Ciceronis habetur expreſſius, his uerbis: Ariſtoteles cum florere Iſocratem nobilitate diſcipulorum uideret, q ipſe ſuas diſputationes à cauſis Forenſibus & ciuilibus ad inanem ſermonis elegantiam trãſtuliſſet, immutauit repentè totam formam propriæ diſciplinæ. Et poſt pauca. itaq; ornauit & illuſtrauit doctrinã illã, omnem rerum cogitationẽ cum orationis exercitatione coniunxit. nec uerò hoc fugit, ſapiẽtiſsimum regem Philippũ, qui hũc Alexandro filio doctorem addiderit, hunc ſcilicet à quo & ſciendi præcepta perciperet & loquendi. hinc eſt, ut inter tripartitæ philoſophiæ, multiplices tractatus rhetoricorum, quoque libros ſcriberet, quales hinc collige, quod Cicero ipſe in Rhetoricæ ſuæ libris, non diſsimulat illum huic arti plurima adiumenta, atq; ornamẽta ſubminiſtraſſe. In eiusdẽ libris de eodem loquẽs. Veteres inquit, ſcriptores artis à principe illo atq; inuentore Lyſia, unũ in locum cõduxit Ariſtoteles, & nominatim cuiuſcũq; præcepta, magna cõquiſita cura perſpicuè conſcripſit, atq; denudata diligenter expoſuit, hinc tantùm inuẽtoribus ipſis ſuauitate & breuitati dicendi præſtitit, ut nemo illorum præcepta, ex ipſorũ libris cognoſcat, ſed omnes qui quod illi præcipiant, uelint intelligere, ad hunc quaſi ad multo cõmodiorem explicatorẽ reuertãtur. Hæc Cicero. Ego autem curioſior ſum, quàm neceſſe eſt, memor tamẽ, quia cũ præſcriptis alijsq; claris & crebris teſtimonijs, Ariſtotelẽ non minus eloquentia quàm ſcientia copioſum, in libris tamen eius qui ad nos uenerũt, ſanè certa fides eloquentiæ ueſtigium nullum eſt. Vnde grandis mihi ſtupor oboritur, illos mentiri conſtat, elingues ſimul & procaces, qui quoniam Ariſtoteli ſuo, quem ſemper in ore habent, ſimiles eſſe nullo modo poſſunt, illum ſibi ſimilem nituntur efficere, dicentes eum, ut qui altiſsimis rebus intenderet, omnis eloquentiæ contemptorem, quaſi in altis nulla uerborũ claritas habitare poſsit. Sic quod à Cicerone dictũ eſt, Cũ (inquit) de rebus grãdibus dicas, ipſæ res uerba rapiunt, ita fit tum grauior, tũ etiam ſplẽdidior oratio: ſed ibi quidem dum inertiæ propriæ excuſationes quærunt, duci ſuo par crimẽ obijciũt, quantũ uerò ex præmiſsis apparuit, dicerẽ huic mõſtro ſubeſſe cauſam poſſe, & ex Græca in Latinam ſeruatis ornamentis eloquentiæ tranſiri nõ poſſit, niſi aliquid Platonis libelli ex illa in hanc linguam translati, ſuſpicari tale aliquid non ſinerent. Sæpè igitur de hac re cogitanti nil aliud occurrit, quàm Ariſtotelicos libros transferentium uel pigritiam certè, uel inuidiam, uel inſcitiam, denique quocunque uoces nomine uitium fuiſſe, cuius tam latè contagia fluxerunt, ut iam ſpes remedij nulla ſit.

ISOCRATES.

AT ſi nihil amplius dixero, licet ex præmiſſis Iſocratis eloquentiam contemplari, quã tum enim fuit tantum philoſophum, & propoſito tàm tenaciter inhærentem, ab incœpto diuertere, & ad peregrini ſtudij amorem deſideriumq; traducere: præſertim cum Ariſtotelis conſuetudinem exprimens Chalcidius, dicat hunc uirum, ſuo quodam more, pleni

re, pleni perfectiq; dogmatis electum, quod uiſum eſt cæterorum faſtidioſa incuria negli-
gentem, quamuis enim quem primum fuerat ſtudioſè imitatus, idem poſtmodum enixè
aduerſatus ſit, tamen profectò non ſine quadam magna ui monendus fuit Ariſtoteles.

THVCYDIDES.

THucydides ſcriptor hiſtoriarum populo Athenienſi præfuit, tandem ab eiſdem patria
pulſus, fortè ad exilij ſolamen, Tragœdiæ operam dedit. quæ cum ad ſuorum aures ue
niſſet, publico conſenſu reuocauerunt eum ab exilio, cuius imperium neglexerunt eius (ut
ait Plinius) eloquentiam mirari.

PISISTRATVS.

HOc uelut medio, ad externæ militaris eloquentiæ mentionem uentum eſt, cuius pri-
mas partes Piſiſtratus obtinet, quem nulla re alia ciuibus ſuis opportunum, ſed rara
quadam eloquentia florentem, ob hoc ſolum Athenienſibus imperitaſſe patientibus, atq;
ultrò deferentibus imperium conſtat. Gens ſapientiſsima uſque adeò unius hominis
eloquētiam ſuſpexit, ut ſe ſuaque omnia præcipueq; libertatem (qua nihil clarius habebāt)
leiuni poſtponerent. quod ne magis obliuione, quàm iudicio factum extimetur, non de-
fuit inſtantiſsimus atque grauiſsimus Orator, ſiquidē pro libertate contra Piſiſtratum So
lō ſtetit, ſed nec armis ſed uerbis certabatur, tamen Piſiſtrati eloquētiæ, ſuccubuit libertas,
cum Solone ipſo, qui ſub iugum trahebatur populo plaudente. Fuit autem Piſiſtratus
& doctrina & ingenio clarus, ut qui primus Homeri libros cōfuſos (ſicut Cicero teſtatur)
ſic diſpoſuiſſe dicitur, ut nunc habemus.

PERICLES.

HVius & tyrannidis & eloquentiæ ſucceſſor Pericles, dicendo tàm ſimilis fuit, ut qui
hunc audiret, illum audire ſe crederet, ſi non unquam audiuiſſet. hoc tamen iſte ualen
tior, quod alter eloquentiā armis iuuerat, huic ſola lingua ſuffecit ad imperium. quod &
diuturnum geſsit, & magnificum quadraginta annis Rēpub. tenuit, eodemq; tempore, &
urbanis rebus præfuit, & bellicis, inermis ipſe, ſed tàm armata fultus eloquētia, ut cū aduer-
ſus omnium ſalutē diceret, cū delectatione tamē ab omnib. audiretur. Aduerſa enim rebus
erat ſpecies uerborum, & populo nocens populariter loqui uidebatur, neque ſolum uul-
gus dulcedine captum deludebat, ſed prouectos & ingenioſos uiros obtrectantes in reli-
quis, ad confeſsionem eloquentiæ coëgit. ſiquidem & ueteres Comici (ut ait Cicero) cum
illi maledicerent (quod tunc Athenis fieri licebat) leporem tamen melle dulciorē, in labris
eius habuiſſe dixerunt, tantamq; in eo uim fuiſſe, ut in eorum mentibus qui illum audiſ-
ſent, quaſi aculeos quoſdam relinqueret.

ANTIPATER SIDONIVS.

ANtipater Sidonius quidā, tàm exercitati ingenij fuiſſe creditur, ut uerſus hexametros
alioſq; diuerſorum generum, ex improuiſo copioſè diceret. Quocunq; animum lin
guamq; uertiſſet, nil operoſius illi quàm ſermo Vulgaris alijs ſolet, huic numeri aderant, &
carmina reſonabant. Feciſſe feruntur idē ex modernis quidam, ſed tàm pueriliter tanque ri
diculè, ut iudice me, nec nomen nec locum inter illuſtria mereantur. deinceps parumper
frena ſtilo laxentur, ut nō tàm præterito defeſſus, quàm uenturo ſe præparans labori, in ali
quod uicinum gratumq; diuerſorium deflectat oratio.

DE DICACITATE SIVE FACETIIS. CAP. III.

PArs Eloquentiæ leuior in manibus eſt, ut enim in cogitationibus inq; actibus huma
nis, ſic in uerbis quoque ſerijs contracta fatigatio iocorum uiciſsitudine mitigatur.
quod genus, uel facetias appellare poſſumus uel ſales, quod ſermonibus noſtris ſapidiſsi-
mum condimentum præbeant, uel ut eſt apud Ciceronem apophthegmata, ſed latentia &
tacita, cui apud Græcos: ſcōmata, apud nos proprium uocabulum non eſt, niſi fortè dica-
mus cum Macrobio, morſum figuratum, fraude uel urbanitate tectum. cui quoniam lepos
admixtus eſt, ungit (ut aiunt) ac pungit, mulcet enim exterius, introrſum uulnerat. Hinc ui

demus interdum ridentibus qui adſunt, ipſum ad quem iactati ſcommatis ſenſus penetrauerit, iraſci. Poteſt quidem nuda ſine figuris exprobratio, tàm proprijs tamque ſonantibus ac breuibus uerbis proferri, ut & ſi nihil præter uulnus agat, ipſi tamen promptè uibrati ſermonis acies, ſicut ei in quem contorta fuerit dolorem, ſic cæteris neſcio quid acerbæ uoluptatis afferat, nihil præter uerba curantibus. De ſingulis quanquam diuertar attingam. ſed de his primum quibus auſteritas minor ineſt. & licet eloquentiæ (cuius mentio præceſsit) ars pulcherrima ſit unaque de ſeptem liberalibus, tamen partis aut ars omnino nulla eſt, aut ſi qua eſt, à Cicerone traditur in libro qui inſcribitur Orator, illic enim ut ipſum libri nomen indicat Oratorem inſtruit, & ad concionandum acuit, nos autem hoc loco, de uita communi, & quotidianis hominum ſermunculis, exempla decerpimus. illud quidē per omnes ut ita dicam artus æquè cōſperſum eſt, hoc per ſe ſtat limitatū ſuis finib. anguſtis, Sanè, atque ut ipſe uocat, peracutum & breue, illa à ueteribus cauillatio, hæc dicacitas nominata eſt. ſed uocabula permiſcemus atque confundimus. Sanè de his rebus apud Græcos libri ſcripti ſunt, qui ridiculorum artem ſiue rationem pollicentur, titulus librorum ſpem diſcendi faciet, per legē inuenies, ut eſt apud ipſum quem ſæpè nomino Ciceronem, ridicula & falſa multa Græcorum, ut nihil in eis, niſi ipſa inſulſitas rideatur. quantò melius Cato ille Cenſorius: qui non artem quæ non erat pollicetur, ſed ipſos iocos & facetias tàm Socraticorum, qui in hac re nomen habent apud Græcos (ſicut apud noſtros Plautus, quā cæterorū ſtudioſè recolligit. cuius hoc loco ſtudium imitari diſpoſui, non artem daturus, ſed hæc legentibus, ſi modo quiſquam tàm ocioſus unquam erit, qui hæc in manus accipiet, non paruam indaginis moleſtiam prærepturus. quæ enim quæſo ars dicenda eſt rei repentinæ, inopinatæ, improuiſæ, & ex tempore iaculandæ: eſt enim rerum huiuſcemodi præcipua in reſpondente laus, cui non longæ inſultationis ſpatium datur, ad manum habeat oportet, quæ in laceſcentē ſine cunctatione retorqueat, qualia ſunt multa eorum quæ ſequuntur: quale eſt, ne exemplum præſenti dicto deſit, illud P. Sulpitij, qui cū aduerſus. C. Philippum turbulentum hominem, & publicæ dignitatis cauſam animoſius defenderet. Interrogatus ab illo quid latraret: ſubdito reſpondit. Quia furem uideo. quid breuius, quidúe liberalius, meditatio longior obtuliſſet: ſolet enim canis latrare conſpecto fure. Aut quale eſt illud, quod noſtri temporis adoleſcens decrepito cuidam reſpondit. cum enim ludens inſultaret: Quod adhuc eò promptius in equū aſcenderet: Nimirum, inquit, ſeptuaginta annis antequàm ego naſcerer artē hanc exercuiſti. Innumerabilia ſunt generis huius, in quibus artē ponere, cū ne cogitationi quidē locus ſit, artificioris fuerit fortaſsis ingenij, mei quidem præſentis propoſiti ut dixi non eſt, artem ne dicam ſuffodere, ſed tradere, etiam ubi in promptu eſt. feror enim aliò. Et quoniam pro euidentia dicendorum non alienum fuerit hactenus profari, cœptum deinceps proſequar.

AVGVSTVS CAESAR.

CAeſar Auguſtus (ut eſt in Saturnalibus) in huiuſmodi dicacitate non eſt quoquam minor, & fortaſsè nec Tullio. Affectauit enim iocos, ſaluo tamen maieſtatis pudoris reſpectu, de quibus aliqua delegi ſimiliter, & de cæteris arbitrio meo, non ut de iocis librū texere Ciceronis exēplo dici poſſim, ſed inter tot ſeria & grauia, reſpirandi locum fatigatus lector inueniat, in his quæ apud maiores noua, apud nos magna ex parte in quotidiani ſermonis conſuetudinem abierūt. Igitur Auguſtus ab adoleſcentia iocatus eſt. Vatinius podagræ morbum (qui ferè omnium mos eſt) diſsimulare nitebatur dicens: Se iam mille paſsus per diem ambulare. dixerat hoc ille, forſan poſt hyemale ſolſtitium. Hinc irridendi materiam Cæſar arripuit. Et minus, inquit, miri eſt, longiuſculi dies incipiunt. Cuidam libellum ſibi timidius offerenti, & ob multam præſentiæ ſuæ reuerētiam, nūc porrigenti dexteram, nūc itentidem retrahenti. Puta ne, ait, aſſem elephanti dare: urbanus principis iocus & tam humanæ conditionis memor, quàm quod maior principum pars uellet obliuiſci. Alium (nolētis Nomenclator ille fuit) quem obliuioſum & officio ſuo imparem, grauiter ferebat, egreſſuro igitur, & Auguſtum, Nunquid in foro agi uellet percunctanti: Commendatorias,

mendatorias, ait, literas tecum profer, notum enim ibi nullum habes. Orator quidam clarus, ſed gibbo prominenti deformatus, Galba, de quo Lolij uulgatiſsimus iocus erat. Ingenium Galbæ malè habitare, is, inquam, corā Cæſare cauſam agens, & uelut eloquio gloriabundus, ſæpe iterans: Corrige in me, ſi quod corrigendum uideris Auguſte. hoc ab eo tādem reſponſum habuit: Ego te Galba monere poſſum, corrigere autem nullo modo. Purpuram emi præceperat, nō reſpondebat animo ſuo color, uenditor uitium excuſabat, & attolle, dicebat, purpuram Cæſar, ac ſurſum oculos intende, cui Cæſar. Ego'ne, ut populo Romano benè ueſtitus uidear, in ſolario ambulem oportet. Solebat ad cœnā inuitatus non negare, quo ſe ciuibus ſuis, conuictu, non ſuperbo quā familiariſsimum faceret. à pauperrima ac tenuiſsima cuiuſdam cœna rediens, hoſpiti illum uerbis proſequenti, hoc unū ad aurem iocoſo murmure reſpondit. Tàm familiarem me tibi non putabam: Cum extrui Forum præcepiſſet, & cōſumationis auidus, architectū nimiā tarditatē inuiſam haberet, eodemq; tēpore & à Caſsio Seuero accuſati plurimū abſoluerētur, ac uelut inquieti & calūnioſi hominis laqueis, æquitate iudicū expedirentur. Vtinā inquit Auguſtus: Forum meū accuſaret Caſsius. Petebat à Cæſare cōgiariū Pacuuius Taurus quo melius perſuaderet, uulgatum iam apud omnes affirmabat, Magnam pecuniam ſibi ab illo datam. reſpondit: Sed tu noli credere. Alteri cuidam cū ab officio remotus eſſet, ſimilia flagitanti, atq; addēti Non ſe cupiditate ad id petēdum induci, ſed pudoris proprij reſpectu, & ut ſine noxa præfecturam equitū ſponte dimiſiſset, inſuper & liberalitate Cæſarea dignus putaretur, ſic dixit. tu te accepiſſe palàm dicito. ego me dediſſe non negabo. Quidam Romanus eques, diem functus erat, poſt cuius mortem æs alienum ingens, quod uſq; ad extremum uel extra terminum occultauerat, emerſit. Re comperta miratus Cæſar. Ite, ait, & cubicularem mihi culcitram eius comparate. obſtupentibus mandatū, rationē adiecit. Sōnos, inquit, alliciet culcitra, in qua ille tātis debitorū molibus oppreſſus, ſomnū capere poterat. Mos antiquis erat in agris ſuis ſepeliri, Vectius quidam agrum excolens, illic inuento ſepulchro patris non pepercit, ſed aratrū ſuperinduxit qua in re ita luſit Auguſtus. Hoc eſt (inqt) uerè ſepulchrū patris colere. Filia eius Iulia feſtinatos canos ægre ferens, clàm euellere conſueuerat, ſuperinueniens ornatricibus operi inhiantibus improuiſus Cæſar, & uulſos capillos in illarū gremio notauit, ſic tamen oculos auertit, ut nec uidiſſe uideretur, & tunc equidem, nihil hac de re, poſt tempus, ſciens in ſermonem ſenectutis incidit, filiam ſciſcitatus eſt, Vtrum ſuo tempore canos, an nullas habere comas mallet. Atq; illi ſine hæſitatione reſpondenti, & caniciem caluitio præferenti, ſic inſultauit. Cur igitur hæ ante tempus te decaluāt. Audita fama Herodis Iudæorū Regis, q infantes circa bimatū omnes in Syria natos, inter quos mandaſſet & proprium filiū occidi. Melius eſt, inquit, Herodis porcum eſſe quàm filium. Alludens mori Hebraico, ſic enim carnib. ſuillis, ſicut humanis abſtineret. Tragœdiam ſcribere adortus erat, cuius mentionem inter ſtudia eius feci, tragœdiæ nomen erat Aiax, eā enim ſiue iam q diſplicuiſſet, ut Macrobius refert, ſiue inceptum ſtilo non ſuccedēte, ut Suetonio uidetur, aboleuerat. & interrogantibus amicis: quid Aiax ſuus ageret? In ſpongia inquit incubuit. non conſultè (niſi fallor) ageremus, bona pars ſcriptorum, ſi in iudicando de opuſculis noſtris, huius ioci memoriam haberemus. Sed ne fortè iudicatior Auguſtus quàm principem decet, cæteris ſilentium indixiſſe uideatur, attingam alios.

M. T. CICERO.

M. T. Cicero, Quintū Fratrem, ac Lentulum habebat generum, homunciones puſillæ admodum ſtaturæ, in utrunq; cauillatus aſt. Venerat, in prouinciam cui Frater præfuerat, illic imaginem eius clypeatam, quàm ampliſsima forma, & ad pectus depictam (ut mos erat) cernens. Frater, inquit, meus maior eſt dimidius quàm totus. Rurſus generū ingenti gladio accinctum uidens: Quis generum meum ad gladium alligauit: quo ioco nunc erga inſignis paruitatis homines uulgò utimur. Alter illi gener erat Piſo, qui cum inceſſu cunctatior foret, quā conueniret uiro, filia ex diuerſo concitatior quàm deceret fœminam, uno uerbo luſit in utrunq;. Ait enim filiæ: Ambula ut uir. anceps iocus duos ſimul pupugit. Apud

pugit. Apud Damaſippum cœnãs, cum ille mediocre uinum menſæ adhibitum, grandiloquis uerbis attollens diceret: Bibite phalernum hoc quadraginta annorum eſt. Reſpondit. Benè fert ætatem. facetè, unde gloriam ille uino petebat, hic ueniã dedit. Illuſit & in Iul. Cæſarem, ad quem cum poſt ciuilis belli uictoriam ueniſſet, interrogatus: Cur homo doctus in electione partium tàm pueriliter aberraſſet? hoc unum quod reſponderet habuit. Præcinctura me decepit, cautè ſimul & iocosè. cum enim meritorum comparationi locus amplius non eſſet, habitus ducum contulit, & quaſi rerum omnium præcellentiam Cæſari tribuens, ſolo quo uideretur inferior ſe deceptum affirmauit. conſtabat enim Cæſarem propter habitus negligẽtiã ab ineunte ætate male præcinctũ puerũ uocari ſolitũ. Illuſit & Vatinio, qui paucis diebus Coſs. fuerat. Grande, inquit, prodigium anno Vatinij, quòd illo Coſs. nec pruina, nec uer, nec æſtas, nec autumnus fuit. Eidem quærenti, quòd ad ſe uenire neglexiſſet. Volebam, inquit, in Conſulatu tuo uenire ſed nox me comprehendit. Mihi tantum & ſi uno loco ſic ſcriptum inueni, ueriſimilius uidetur quod alibi legitur, hic iocus Caninio potius dictus quàm Vatinio, quod Vatinius paucis, Caninius non niſi uno tantùm die Conſulatum tenuit, de quo eſt alter Ciceronis iocus. Vigilantem Coſs. habemus, qui in Conſulatu ſuo ſomnum non admiſit. Illud uulgatum: Solere flamines diales eſſe Coſs. & interrogatio ludicra, quibus Cos. Coſs. fuiſſet. Longior ſum ſi Ciceronis iocos ad unũ colligã, cæterum ex paucis aceruitotius libamen obtuliſſe ſufficiet, hoc quidem inter prætereunda non fuerit, quod magnis auctoribus conſtat, eum ſæpè ſontes in iuditio defendentem, deficiente iuſtitia, confugiſſe ad iocos & eo præſidio uictoriam quæſiſſe. Nec illud ignotum quod in his creberrimus foret, conſularem ſcurram ab hoſtibus uocitatum, quin ab ipſo de quo ſuprà diximus Vatinio, qui hanc eius notam ſcriptis edidit. ſed iam ſatis iocatus eſt Cicero, maior quidem iocator interuenit, cedendum eſt.

VESPASIANVS.

VEſpaſiani principis facetiſsima quædam ſunt, illud in primis. Mulier amorem laſſa, ſeq; amando perituram niſi opem ferret, rigorem Maieſtatis precibus ac blanditijs euicit, & in amplexus tandem Cæſareos admiſſa eſt: cũ certam pecuniæ ſummam uel concubitus, uel amoris pretium princeps amanti daret, diſpenſator ignarus, qualiter eã pecuniam rationibus inſcriberet percunctabatur. reſpondit: Veſpaſiano Adamato. quid in tali præſertim ſene iocoſius? Vnus ex domeſticis, cuidam externo, ſub obtentu Germanitatis diſpenſationẽ impetrare nitebatur, agnouit fraudẽ, & dilata re, illũ pro quo petebatur acceerſit, certiorq; ab eo factus quid, pro ſe ſupplicaturo ſpopondiſſet, id ſibi numerari iuſsit, & uoti cõpotem dimiſit: reuerſus interceſſor inſtare. Cui Veſpaſianus: Alium tibi fratrem quære, quem tuum putas meus eſt. Cum iter ageret, mulio auriga deſcendit ad calcianda mulas ſubſtititq; uehiculum: rapta interim occaſione, litigator anxius acceſſit ad principẽ, quæ uellet narrandi tempus habuit. Animaduertit tantũ cõmentum Cæſar, interrogatoq; mulione quanti calciaſſet, pepigit lucri partem. Feſtiuè utrumlibet niſi auaritiæ ſuſpitio, iocis inſita uideretur. Sed de hoc aliàs. plura ſtant eius talia, quin & ſupremo uitæ tempore iocare nõ deſtitit, ad primum ægritudinis inſultum ſtatim quod erat mortiferum arbitratus, ut puto, inquit, deus fio. illudens prædeceſſoribus ſuis, in deorum numerum relatis.

TIBERIVS CAESAR.

EXciderunt à ſæuiſsimis ingenijs facetiſsimi ſermunculi, quos uel ob hoc ipſum cõmemorare libuit. quis enim immitior Tiberio Cæſare, præſertim poſtquàm Capreas attigit, cruentiſsimo eius ocio famoſam & infœlicem inſulã: illic moras trahentem, Ilienſium adijt legatio, conſolationis obſequium principi ferens, ſuper mortem unici filij. cuius mortis dolorem, ille memoriamq; omnem, non tàm forti quã inhumano animo confeſtim aboleuerat: Itaque uelut intempeſtiuis conſolatoribus ſic alluſit. Ego quoque fortunæ ueſtræ compatior, quia magnificum ciuem Hectorem perdidiſtis. ultra milleſimum annum iocandi materiam quæſiuit, animo ferox actiſq; iemetuendus.

DO-

DOMITIANVS.

QVis præterea Domitiano ſenior? quis ab honeſtarum ſtudio remotior? & tamen agente natura, non nihil paterni leporis inerat. eius illa referuntur de Metio, qui in cultu corporis multus erat. Vellem, inquit, tàm formoſos eſſe quàm Metius ſibi uidetur. alterius comam permixta canicie flaueſcentem, perfuſam Mulſo niuem appellauit.

L. CECILIVS.

CEcilius iuriſconſultus, ab hoc ordine nequaquam repellendus eſt, lapidatus erat à populo Vatinius, dum gladiatoriũ munus æderet, ea iniuria permotus, ædilitio edicto caueri procurauerat, ne quis ſibi pomum in arenam mitteret. Per eos dies contigit ut Cecilium quidam conſuleret. Eſſet pomum nux pinea? Si in Vatinium, inquit, miſſurus es, pomum eſt haud dubiè. idem mercatori conſulenti, quonãmodo nauem cum ſocio diuideret? Reſpondit. Si nauem diuiſeritis neuter habebit. Cum C. Cæſare pila ludebat, nec deerant colluſores alij. Iuſsit Cæſar cæteris centena ſextertia per ſingulos numerari quinquaginta Cecilio. at ille una ne tantum manu (inquit) ludo.

VIRGILIVS.

NEc illepidè Virgilius, cum ſibi exprobratum eſſet, quod uerſus Homericos abſtuliſſet, & in operis ſui congeriẽ redegiſset, reſpondiſſe traditur, magnarũ eſſe uirium, auferre clauam de manu Herculis non diſsimulãs ſe illis uerſibus nõ precario, ſed pro ſuis uti, quod eſſe permaximũ. Ex Herculea Homeri magnitudinem latenter affirmans, facetè admodum & breuiter, quod ad ignominiam dicebatur, in gloriam ſuam uertit.

VALERIVS.

VAlerius P. Clodio infenſo ſibi, Quid, ait, durius minaris, quàm ut eam Dyrrhachium & reuertar? ſumpta iocandi materia, de exilio Ciceronis, qui eo in exilium perrexerat, agente Clodio, confeſtimquè redierat.

INNOMINATVS.

QVintius prætor, de optimè atq; innocentiſsimè adminiſtrata Prouincia & quod mireris, Domitiani temporibus reuerſus, in morbum inciderat: is dum Gelidas manus ſe habere, amico conquereretur, aſsidenti: Certè, ait, ille nuper calidas de Prouincia retuliſti: de furtorum ſcilicet & rapinarum frequentia iocum texens, qui uiro integerrimo & benè ſibi conſcio riſum mouit, faſtidiumq; diſcuſsit: ſuffuſſurus noxio ruborem.

L. MALLIVS.

LVcius Mallius pictor egregius, deformes filios habebat, quibus uiſis, amicus apud eum cœnans, Non ſimiliter, ait, pingis & fingis Malli? ille autem, Nimirum fingo enim in tenebris, in luce pingo.

SATELLIVS QVADRATVS.

SAbinus quidã nomine, diues ineptiſsimus à Seneca refertur, qui ætate ſua fuit hebes, quanq̃ & obliuioſus, gloriæ tamẽ auidiſsimus, quã ex literarũ notitia procurabat. itaq; magnis pretijs ſeruos cõparauit, quorũ alter hunc, alter illũ poëtã familiariter memoriter noſſet, hoc ſcilicet expeditũ iter, ad eã quam appetebat gloriam ratus, ſi ſerui ut peculium, ſic & literas domino quærerẽt. Hac tali familia inſtructus, cõuiuas ſuos quæſtiunculis exagitabat, ſerui ad pedes aderant, & de quacunque re ſermo eſſet obortus, accommodatos materiæ uerſus inſuſurrabant, quos ille gloriabũdus dum pronunciare uellet, in medio hærebat. In hunc igitur Satellius Quadratus, ut ipſius hoc narrantis uerbis utar, ſtultorum diuitum irriſor, & arriſor, & deriſor, ita iocatus eſt, cum ille iactaret centenis milib. ſeruos ſibi ſingulos conſtitiſſe. Minori pretio, inquit, Quadratus totidem ſcrinia emiſſes. Idem Sabinũ ut luctaretur orabat: cumq; ille admirãs diceret: Quomodo luctabor homo æger ac fragilis, & uix uiuere ualens? Noli quæſo, inquit, Quadratus hoc dicere. aſpice quot ſeruos habes robuſtiſsimos. Meritò has nugas audiebat, demẽs qui ex alienis gloriam ſperaret. ſed & aliquantiſper locum iocis muliebribus præbeamus.

IVLIA AVG. F.

IVlia Auguſti filia (quæ profectò nō ultima inter illuſtres fœminas fuiſſet, ſi prudētiæ curam, quam primam eſſe par fuerat, non in ultimis habuiſſet) inter multas & uarias naturæ dotes, humanitatē morum comitatemq́; ſermonis habuit, cauillatrix in primis iucundiſſima, contra crebros patris monitus, culta laſciuius, oculos eius turbaſſe cognouerat, modeſtiore habitu reuerſa, mitigare paternā indignationē cogitauit & obtinuit. itaq; uerba q̄ dolor oppreſſerat, gaudium expreſsit. Et ſentis ne ait, quantò magis hic, quàm externus habitus deceat Auguſti filiā: non obſtupuit illa tanti Cenſoris maieſtatē, Sed heri me (inquit) uiri, hodie patris oculis ornaui. Eandem in ſpectaculo ludorum circumuallauerant adoleſcentum impudicorum agmina, cum ex aduerſo Liuia Auguſta uenerando modeſta comitu ſtaret, hæc Cæſareæ coniugis, ac ſtatæ uarietas populum exercerat, ſed ipſum principaliter Auguſtum commonefecit ergo Iuliam breui ſcripto, circumſpiceret quanta morum imparitas, inter duas dignitate pares fœminas foret. Illa caſtigatorem ſuum repulit his uerbis: Et hi mecum ſeneſcent. Amico ſobrio & prudenti, Vt ſe paternæ frugalitatis imitatricem faceret, modeſtoſq́ue illius mores in animum induceret: reſpondit. Ille ſe Cæſarem obliuiſcitur, ego Cæſaris me filiam recordor. Sed iam ſatis multa de noſtris.

EXTERNI.

DIOGENES PHILOSOPHVS.

DIogenes Cynicus ille famoſiſsimus, contemptor omnium quæ optātur ab alijs, de Antiſthene præceptore ſuo ſic iocari ſolitus tradit. Ille me ex magnis diuitijs ad inopiam deduxit, effecit ut latas ædes cum anguſto & uolubili dolio permutarem, quantum ultrò citroq́; laudum ac gloriæ ſub hac irriſione claudebatur, Item aduerſus dialecticum ſophiſtam lepidiſsimè cauillatus eſt. Propoſuerat ille per contumeliam hoc modo. Quod ego ſum, id tu non es annuit Diogenes. ille procedens in ſophiſmate: Homo autem, inquit, ego ſum. & id quoq; confeſſus eſt. tunc ex conceſsis concluſit. Igitur homo tu non es. Indignatus has ineptias, Hoc, inquit, ultimū falſum eſt proculdubiò: & ſi uerū fieri uis à me incipe.

QVIDAM IVVENIS.

IVuenis alienigena Romam uenit, forma corporis tàm ſimilis Auguſto: ut omnem populum ſpectaculi admiratione ſuſpēderet: Auguſtus re audita, ad ſe iuuenem euocatum cernēs, effigiemq́; ſuā in illius facie recognoſcens, in hanc ſententiā interrogauit: Fuit ne unquam ô adoleſcens mater tua Romæ? ſenſit ille quo pergeret. Et minimè inquit) mater, at pater meus ſæpè. Facetè & illatā ſuſpitionem repulit & nouam peperit: & hæc quidem hiſtoria ſic in Saturnalibus tradita eſt. Valerius autem Maximus: nō Auguſti ſed innominati prætoris, neq; matris ſed duorum patrum mentionem facit, præterea non Romæ, ſed in Sicilia interrogatum reſponſumúe commemorat, Percunctante enim magiſtratu Romano quendam eius prouinciæ, ſibi forma corporis ſimillimum, & mirari ſe dicente, unde hæc tanta ſimilitudo cum pater ſuus nunquam in Sicilia fuiſſet. At ille reſpondit: Pater meus ſæpe Romam uenit, quæ nam ſanè uerior fideliorq́; narratio eſt, fides (ut aiunt) apud auctores maneat.

MITHRIDATES REX.

MIthridates Ponti rex Capadocum, ſororis ſuæ filio ſub ſimulatione colloquij inſidias tendens, gladium abdiderat, crudelis licet adoleſcens, & ad id, interitum deſtinatus, regio tamen illorum more temporum, ſcrutatorem præmiſit: quidum Mithridati manum in ſecretiores partes corporis mittit locatus ille, Caue, ait, ne aliud telū, quàm quod quæris inuenias. eoq; modo ſuſpitione detracta, iocis texit inſidias. Mirum quod in eo ſtatu iocari poſſet, ſanguine mox nepotis reſpergendus.

PVBLIVS SYRIVS.

NOn eſt huic loco ſubtrahendus Publius quidam è Syria, qui à primis annis huic rei deditus, libertatem ob id unum conſecutus, Romæ tandem & per Italiam uictis omnibus ſimilium ſtudioſis, præter fauorem populorum Iul. Cæſaris ingentē quoq; gratiā promeruit.

promeruit. Is & Mimos ſcriptitauit, & multa eius extant, non magis iocoſa quàm grauia, propter quæ tum primum charus & libertate dignus haberi cœpit, duo referuntur. Domini ſui patronus, ſeruum ſuum hydropicum in arena reſupinum ad ſolem cernens, quid ille ageret quæſierat, antequàm æger reſponſum exprimeret, proceſsit Publius puer ex inopinato, & Aquam, inquit, calefecit. Idem inter conuiuas diſceptantes. Quid eſſet ocium moleſtum? acceptam omnibus ſentẽtiam dedit, podagrici pedes, dicens. Hæc atq; huiuſcemodi latentis ingenij indicium, & manumiſſo erudiendi materiam præbuerunt.

RECENTIORES.

AZONIS COMITIS AESTENSIS CONIVNX.

TOt naturæ fortunæq; muneribus, quibus Azo Marchio Aeſtẽſis ætate patrum claruit, ne abſq; moleſtia frueretur, minus ſpectatã habuiſſe creditur uxoris fidem. Ita cum fortiſsimum ex illa ſuſceptum puerum, in ulnis habens, ſuſpiraſſet: Cauſam quæſiuit illa ſuſpirij: cui maritus, uellem, inquit, hunc puerũ meũ eſſe, omni dubietate ſubmota, ut tuus eſt, & hãc certitudinẽ, libẽs, magna fortunarũ mearum parte redimerẽ. atqui ait illa, nihil hic impenſæ eſt, negotij parũ. arreptoq; filio: Hic, inquit, quod nemo dubitat meus eſt. annuente uiro. ut nihil igitur dubij ſuperſit, de manibus meis ſuſcipe eum, ait, tuus ſit.

AGAPITI DE COLVMNA CONIVNX.

BOnifacius *VIII.* Rom. Pont. duobus ferè luſtris, domum de Columna uagã egit, at toto orbe diſperſam. fulminabat ille de terris, & ad exemplum tonantis ætherei cuius gerebat uices, ædictis minacibus intonabat, capitale fuerat aliquem de generoſis exulibus, hoſpitio ſuſcepiſſe, nunciatum eſt interea Agapiti uxorem, quæ ſanguine illum contingebat eſſe prægnantem. Senſit hoſtem ſuum Romæ fuiſſe, & accẽſus ira atq; odio, perduci ante pedes ſuos mulierem iuſſit: uenit illa, uerecundè & uentrem ſtudio regens, at ille, ut erat in ſermone mordaciſsimus. Demitte, inquit, pallium meretrix. quis te grauidam fecit? Loqui coacta. Pater, ait, ſanctiſsime, tu mihi uirum meum abſtuleras, quid facerem? quod & ætas & forma ſuaſerunt, conſilium cœpi. inter innumerabiles peregrinos, quos hic annus in urbe hac congregauit, circunſpiciens unum uiro meo ſimillimum, notaui, placuit oculis meis ille, & in exultãtis uiri memoriam ſuſceptus eſt per noctem, mane abiens qualem cernis me dimiſit. Hæc autem, alludens ad uiri abitum dicebat, qui ſub ueſte peregrini ignotiſsimus, ad uxorem penetrauerat. Riſit Bonifacius, & muliebri facundia mitigatus eſt.

IN NOMINATVS.

IN collibus apud quos natus ſum, uidit ætas noſtra nobilem quendam uirum, cuius primum ſtudium fuit, excipere tranſeuntes apparatu magnifico. Die quodam à ſyluis & uenatu, cuius quoq; perſtudioſus erat, incultam & dumis laceratam tunicam inductus, rediens, plenam hoſpitibus domum repperit, quibus honorandis intentus, dum huc illuc cuncta prouidens diſcurrit, in quendam ſilorum ſuperbum & ſtabula miſcentem famulum incidit, cœpitq; eum blandè corrigere, impatiens iræ furcifer, extẽta manu faciem eius percuſſit. ſeceſsit ille tacitus. Mox cernens famulus quem pulſauerat, inter diſcumbentes medium trepidare cœperat, tandem explorato quiſnam eſſet, affuſus erroris ueniã popoſcit, cui ædium dominus: Tibi, inquit, libens parco, huic autem (& tunicam ſuam digito ſignauit) non parco, quæ ut ita tractarer præſtitit.

SANTIVS REX CASTELLAE.

QVodam tẽpore, dum Chriſtianorũ proceres, fines Sarracenorũ inuadere, & terram *CHRISTI* ſanguine conſecratã indigno ſeruitio decreuiſſent liberare, (quod heu ſæpè facimus, nũquã q; perficimus) agitatum eſt in cõſilijs. Quis nam tãtis cœptis dux aptiſsimus foret, uiſuſq; eſt & optimus Santius Hiſpani regis frater, quẽ & experiẽtia armorum commendat, & genus & probitas, nec ſuſpectum luxus faciebat (frequẽs principatus malum) nullis enim inquinatus opibus aut delitijs, ſed Hiſpano more aſper & agreſtis, & ſub diuo inter labores educatus erat. accerſitus igitur omniũ conſenſu Romã uenit, & Latinè linguæ neſcius, unum ex fidis interpretis loco habuit. Publicum quod in tali ſolet celebra

bat.ır conſiſtorium, illuc inter multa recitatum erat Rom. Pont.decretum ubi Aegypti regem fecerat. quo audito ſublatus eſt ingens plauſus omnium admirans Sanctus,ſeden tem ad pedes interpretem,quid ſibi uellet ſtrepitus,percunctatus eſt: ubi audiuit ſe Aegy pti regem pronunciatum.Surge,ait, & diuum Papam pronuncia Calyphum de Balda. cho.Feſtina & uerè regia libertas,pro inefficacis regni nomine inanis Pontificatus titu. lum penſauit.

COMES QVIDAM FVCHSII.

COmes olim Fuxi,in Cathaloniam profectus,erat homo liberalis, & qui nil agere di dicisset.illic ut aiunt turba petentium obſeſſus,nihil ſibi relinquerat præter mulā quā ponderoſus ſenex equitabat.reditum paranti, non defuit qui calcaria inſuper precibus ex- torquere niteretur.At ille protento pede ſubridens: Accipe,inquit,modò mihi aliquē ex pedias,qui mulam meam Fuxum uſq; ſollicitet.

DINVS FLORENTINVS.

DInus quidam conciuis meus,qui ætate noſtra gratiſsimæ dicacitatis adoleſcens fuit, caſu præteriens,per loca frequentiſsima ſepulchris,aliquos ſibi notos ſenes illic con fabulantes comperit,qui ut iocandi peritum irritarent, iocari ſimul omnes (ut eſt ætas illa loquacior)& manibus etiam plaudere cœperunt,ille ſe proripiens,hoc unum omnibus re ſpondit.Iniquū hoc loco certamen,uos ante domos ueſtras animoſiores eſtis.ſenio ſcilicet eorum & uicinæ morti alludens.Nec prius intellectus quàm eo ab oculis ablato, cœmite rium circumſpicientes,quas ille domos loqueretur perpenderunt.Innumerabilia dixit ad hunc modum,quæ apud nos uulgò etiam nota ſunt.hoc enim loco non iocos eius proſe. qui,ſed nomen attingere propoſitum fuit.

DONATVS PATAVINVS.

DOnatus Patauinus,fuit nuper Poëtarum omniū quos noſtra uel patrū noſtrorum uidit ætas facillime princeps,niſi iuris ciuilis ſtudiū amplexus,& nouē Muſis,duode. cim tabulas immiſcuiſſet,& animū ab Heliconijs curis,ad Forēſem ſtrepitū deflexiſſet. Is amici ſubita cauſa,& moras reſpuēte neceſsitate, ipſo quotidiano ac domeſtico quo forte inuētus eſt habitu,rogatus in iudiciū uenit. Nouus iudex,qui tribunal impleuerat,egregio uiro nec aſſurrexit,nec aliquo cum honore dignatus eſt. Cœperat Donatus amici cauſam planis uerbis ac uulgarib. agere,& illū in ſingulis dictis obluctantē urbanè ad modū ac ſuauiter cōuincere. Indignatus iudex,tanquā maius aliquid dicturus,ſic interrogauit. Scis literas?at ille: Scio paucas inquit. Riſit inſulſus iudex idiotā ratus. ad inceptū redijt ſermo nem:nec ante ſe deluſum ſenſit,quàm diſertiſsimi uiri & ratione ſimul & oratione ſupera. tus. Nomen abeuntis quærens,ab aſtantibus didicit Donatū eſſe,cuius ea tempeſtate non Paduæ tantum celebris,ſed per omnem Italiam fama erat. Deinceps ad ea tranſeamus, in quibus per magnū ingenium,nec minor feſtiuitas,ſed morſus eſt acrior, quib. abundare & ſi prudentis non eſt,qui tamen præcedentib. ſimilia erant,ad eloquentiā ſimiliter ſpecta re uidebantur,qualiacunq; forēt ſegreganda non cenſui. De mordacibus iocis.

DE IRONIA, Cap. IIII.

PVBLIVS.

MVtius quidā fuit inuidi & iniqui animi,qui æquè alienis bonis & ſuis malis torque- retur ingemiſceretq;,hunc moleſtiorem ſolito cernēs Publius,ita iocatus eſt : Aut Mutio neſcio quid mali accidit,aut cuipiam neſcio quid boni.

SERVVS QVIDAM.

POſt obſidionē Mutinenſem,fugiens Antonius, ſeu naturali honore ſeu corporis ex- hauſtis.creberrimè bibebat ſubſiſtebatq; per ſingulos paſſus,ubi bibendi facultas af- foret,mox fugam præcipiti conſternatione reſumebat,interrogatus unus ex familiaribus eius,quid'nam Antonius ageret? Reſpondit: quod canis in Aegypto, bibit & fugit,cer- tum eſt enim,canes Aegyptiacos crocodilorum contactu anxios,atque lymphaticos fu- gere & bibere.

SVTOR

SVTOR QVIDAM.

PLancus Mæuiam Gallam uxorem habuit, non ſatis probati nominis fœminam, cum autem amici cauſam agenti, teſtis ex aduerſo Sutor proceſsiſſet quidam, putãs Plancus uilitate officij teſtẽ ſuſpectum reddere, quaſi incognitum, ſciſcitatus erat qua arte ſe regeret: Gallam, inquit, calco. Galla autem ſutoris inſtrumentum erat, qua æquiuocatione nominis, inter uanã artis ſuæ profeſsionẽ, & interrogantis ignominiam, mordaciter luſit.

FAVSTVS L. SVLLAE. F. ET CATO CENS.

SVllæ filia duos ſimul adulteros habebat, Pompeium quendam cognomento Maculam, & Fuluium Fullonis filium, luſit in dedecore domeſtico Fauſtus ſic. Miror, inquit, ſororem meam, cum fullonem habeat, maculam habere. Nec Catonis cenſoria aſperitas, iocorum talium expers fuit. Sacrificio utebatur antiquitas, cui proteruia nomen erat, ex quo quicquid ibi ſacrificantib. reſtabat, ignibus tradebatur. Albidius quidam nebulo, patrimonium omne deuorauerat, domum ſolam quæ gulæ ſupererat ignis abſumpſerat, ie ciſſe Albidium Proteruiam iocabatur Cato, cuius nomen Catonis Vticenſis memoriam reuocat, & rei quã illo inſpectante potuiſſe contingere, uehemẽter indignor ac ſtupeo.

CATVLVS SENATOR.

PVblico Clodio uiolatarum religionum ac manifeſti adulterij reo dati iudices, quia de criminibus conſtabat, ſententiã pronunciaturi præſidium à ſenatu petierunt, tum demum peti ſolitum, cum aliquis reus potens condemnandus eſſet. interim P. Clodius ad artes ſuas, in extremis caſibus ſeſe uertens, aliquos ex iudicibus illuſtriũ fœminarum, apud quas conſuetudine & munerib. & ſuarum interuentu precum potens erat, promiſſo concubitu, & præſcito adulteriorũ ſtuprorũq; particeps, & ob hoc ſibi propitios fecit, alios magnis pecunijs oneratos corrupit, quid multa? ubi condẽnatio ſperabatur, ſumma cũ P. R. & illius ſeculi infamia abſolutus, nocentior abſolutione quàm crimine. quoniam ut eleganter ait Seneca, Illus eſt diſtribuere adulteria, quàm facere, itaq; prius adulter, poſt leno, propter primũ accuſatus, propter ſecundũ liberatus. mira res & uix credibilis niſi eam clariſsimi auctores literis mandaſſent. Hos iudices abſoluto Clodio mordaciter ludẽs Catulus, ſenatum his percontatus eſt uerbis. Quid à nobis præſidium poſcebatis? an fortè, ne pecunia perfidiæ ueſtræ pretium, uobis eriperetur? erubuiſſe poterant ſceleſti homines, ſed apud animos libidinib. auaritiæq; deditos pudoris iactura leuiſsima eſt. facilè igitur præſentem pudorem, perceptis uoluptatibus ac pecunia ſolabantur. Iſtud potius miror, unde illis temporibus tanti & tàm comperti facinoris impunitas, ut enim cum eodem Seneca concludam, pudet dicere nunquam apertius quàm coràm peccatum eſt.

M. T. CICERO.

SEd quis omniũ iocator aut promptior aut mordacior Cicerone? cui enim quæſo pepercíſſet, aut cuius magnitudinẽ timuiſſet, qui & Põpeio ſuo nõ pepercit, & fortunã Cæſaris nõ expauit, ſanè cũ æqualiter ambos laceſſeret, grauius offendebatur amicior. Venerat ad caſtra Pompeij in primordio ciuilis belli, reprehendentibus amicis, quod nimis diſtuliſſet. Minimè, inquit, ſero ueni, nam nihil hic paratum uideo. Pompeij tarditatem in apparatibus bellorum ludẽs. cum uerò ad ipſius Pompeij conſpectum perueniſſet, & ille interrogatus dixiſſet, Vbi nam Dolabella gener tuus? reſpondit: Cum ſocero tuo. unico uerbo diſcuſſa calumnia, & generi & ſua, qui in diſſentiendo de Repub. principum ueſtigia ſequerentur. Gallus quidam de Cæſaris exercitu ad Pompeium transfugerat, illi ciuitatem Romanam dederat Pompeius, exclamauit Cicero: O' bellum hominem, Gallo ciuitatem promittit alienam, nobis noſtram reddere non poteſt. ſolebat de Pompeio nimiũ mordaciter iocari his uerbis, Ego quem fugiam habeo, quem ſequar non habeo. his horumq; ſimilibus hoc unum Pompeius reludebat, Cupio ad hoſtes Cicero tranſeat, ut nos timeat. quaſi tantam illam loquendi fiduciam, Ciceroni non aliundè, quàm ex familiaritate nimia prouenire confirmans. Iam quotiens & quàm grauiter luſit in Cæſarem? Andron quidam Laodicænus Romanam uenerat, & aduentus ſui cauſam interrogauit Cicero. atq;

illo

illo reſpondente, Pro patriæ ſuæ libertate legatum ad Cæſarem ueniſſe: Seruitutem Romanam diſsimulare non ualens, Græco ſermone in hanc ſententiam reſpondit: Si obtinueris, & pro nobis intercede. Abutebatur Cæſar uno tempore matre & filia, nomen matri Seruilia quæ M. Bruti genitrix fuit, quàm, ut ait Suetonius, ante alias dilexit, & cui ſuper alias donationes margaritam ingenti pretio mercatus eſt: Filiæ nomen Tertia, quæ ipſius ſoror Bruti & C. Caſsij coniunx erat, cum itaq; bona ciuium ſubhaſta uenderentur iuſſu Cæſaris, & Seruilia magni ualoris prædiũ exigua pecuniæ comparaſſet, luſit Cicero. Equidem quo melius emptum ſciatis, comparauit hunc fundum Seruilia, Tertia deducta. Rogatus pro amico, ut ei Decurionatum procuraret, multis audientibus reſpondit: Romæ ſus habente Pompeio difficilè eſt quod poſtulas, tacitè facilitatem Cæſaris nimiam incuſans, ſuper ſenatus dignitatibus paſsim profundendis. Eodem pertinet quod Laberio ait, cum enim ſenatu ſupra modum aucto, parum abforet, quin loca ſenatoribus nouis deeſſent, una & rudem Senatum, & Laberium non inuenientem ubi nam aſsideret, & ipſum qui anguſtiarum materiam præbuerat Cæſarem illuſit, Recepiſſem inquit, te niſi anguſtè ſederem. hunc tamen iocum non inultum tulit: ita enim ille repercuſsit. Mirum ſi anguſtè ſedes, qui duabus ſellis ſedere ſoles. Duplicitatem animi & fidei cõſtantiam obiectans, quàm multi tunc obijciebant uiro egregio, ſed immerenter & indignè hæc optimus & innocuus ciuis audiebat, ne excuſationem eius ſileant, quæ eſt in Saturnalibus, unde iocoſa huius magna ex parte decerpta ſunt: Equidem quod ſequitur excuſare neſcio, parumque abeſt ut ſententiam reuocem. egreditur enim omnem ludi modum, & apertum continet odium. quod dicam eò magis, quò non uolatili leuitate loquendi excidit, ſed manſura grauitate à ſcribente dictatum, ſic enim in epiſtola quadam ait, quàm ad C. Caſsium interfectorem Cæſaris miſit. Vellem idibus Martijs me ad cœnam inuitaſſes, profectò reliquarum nihil fuiſſet. nunc me reliquiæ ueſtræ exercent Auguſtum Cæſarem ac M. Antonium reliquarum nomine ſignificans. ò hoſtile & uirulentum iocum, & qui Laberij dictum Antonijq; factum propè iuſtificet. multa ſi offerunt ſimilia, ſed nimis amicũ meum urgeo. ſubſiſtam igitur: Nec à Cicerone tantùm, ſed etiam uulgò laceratus eſt Cæſar, ſiquidem peregrinis ac nouis hominibus admiſsis in Senatum, præcipuè Gallis, inuentus eſt libellus hoc continens: Bonum factum, ne quis Senatori nouo curiam monſtrare uelit. Item illa publice canebantur: Gallos Cæſar in Triumphum duxit, idem in Curiam: & rurſus. Galli brachas depoſuerunt, latum clauum ſumpſerunt. Et hæc quidem ideò primum, quia illud idem reſpiciunt quod in Laberium iocans Cicero mordebat. nunc paulò ſuperius redeundum eſt. Aedilitatem agens Cæſar cum M. Bibulo, Capitolium ac forum comitiumq; & baſilicas ac porticus adornauerat ludosq; inſuper fecerat communi impẽſa, ſed quia collegæ obſcurius, clariſsimum Cæſaris nomen erat, cum apud animos hominum omnium gratia reflecteretur in Cæſarem iocatus eſt Bibulus idem, ſibi quod Polluci contigiſſe. etenim cum fratre ille cõmunem domum habẽs ſileretur in populo, & Caſtoris tantum domus diceretur, ſic communem ipſius ac Cæſaris largitatem unius, & non alterius iactari, cum eodem poſtmodum M. Bibulo Conſulatum gerens, quod abſque ullo eius reſpectu Remp. uerſaret, iocandi occaſionem uulgò dedit. Fuere qui quotiens ex more tale aliquid agerent, quod cõſignatione diei & Coſs. egeret non Cæſare & Bibulo, ſed Iulio & Cæſare Coſs. geſtum, ſcriptis mãdarent, hinc uulgati mox ſine auctore uerſiculi:

Non Bibulo quicquam nuper, ſed Cæſare geſtum eſt.
Nam Bibulo fieri Conſule nil memini.

Et hæc inuidioſa magis quã obſcœna, cõtrà illa turpiſsima. Adoleſcẽs admodũ adhuc Sylla ſuperſtite, cum fortunæ ſuæ naufragium patriæ tempeſtatibus nuper agnoſceret, ſeceſsit Aſiam petens, atq; apud Nicomedẽ Bithyniæ regẽ paulò familiarius ſubſiſtens, ex leuiſsima cauſa, grauiſsimã & inexpurgabilẽ contraxit infamiam, tanquã adoleſcentiæ flore proſtrato Regiæ libidini, hinc ſuſpitio pro ueritate ſuſcepta, & omnibus ſine fine non tàm iucundũ quã obtrectandũ materia data eſt. Coſs. ingenti patrũ repugnãtia Galliã prouinciã obtinuerat, hinc immodicè lætus, magna Senatus frequẽtia, linguã frenare nõ ualuit, mœ-

ſtis &

ſtis & nolentibus inimicis, ſe quod optaſſet conſecutum dictitans, cunctisq́ uices odij redditurum. Vbi cum quidam eas minas ægrè ferens, id nulli fœminæ facile fore dixiſſet: ſatis habuit mordacem iocum, urbana reſponſione diſcutere. Et regnauit, inquit, in Syria Semiramis, magnámque quondam Aſiæ partem Amazones tenuêre. Iam iſta non inter iocos numero, in quibus nihil coloratè fingitur, ſed palàm ingeruntur obprobria. Dolobella Reginæ pellicem, ſponſum interiorẽ regiæ lecticæ uocauit. Bibulus ipſe non Cæſarem, ſed Bithynicam dicit, & fœditati miſcet inuidiam, dicens ante ſibi regem cordi fuiſſe nunc regnum. Octauius quidam æger omnino, eoq́ linguæ mordacior in publicũ progreſſus, Pompeium Regis nomine ſalutauit, mox uerſus in Cæſarem. Aue, inquit, Regina. Cicero ipſe quẽ ad mordaces iocos cogor reuocare, cum apertè nimis multa de hac re ſcriptis etiam mandaſſet, defendentem quondam Cæſarem Nicomedis filiæ cauſam in Senatu, ac magna regis erga ſe merita recenſentem interpellauit. Et remoue, inquit, iſta oro te, quoniam notum eſt, & quid ille tibi, & quid illi tu dederis. Curio cum ſtabulum Nicomedis, & Bithynicum fornicem appellaſſet, ſimplici non contentus macula, utriuſq́ ſexus ignominiam adiecit, in oratione quadam omnium mulierum uirum, & omnium uirorum mulierem uocitãs. ſed quid hiſtorica miramur, cum à ſuis etiã militibus, à quibus nullum imperatorem aut ducum æquè dilectũ conſtat irriſus ſit, quo die de Gallis triumphabat currum de more proſequentes, hoc inter multa cecinerunt:

Gallias Cæſar ſubegit, Nicomedes Cæſarem.

Item illud: *Ecce Cæſar nunc triumphat qui ſubegit Gallias,*
Nicomedes non triumphabat qui ſubegit Cæſarem.

Illud præterea urbani: *Seruate uxores, mœchum caluum adducimus.*
Aurum in Gallia effudiſti, hic ſumpſiſti mutuum.

Hæc tamen triumphalis utcunque pompæ libertas excuſauerat, ſed quis'nam in illis patientiam habuiſſet? Circa ſupremum uitæ tempus L. Bruti, qui Tarquiniũ expulerat, ſtatuæ ſubſcriptum fuit. Vtinam uiueres. Statuæ Cæſaris hoc modo. Brutus, quia Reges eiecit Coss. primum factus eſt, hic quia Coss. eiecit, Rex poſtremò factus eſt. Mirum quod homo inuicti ſpiritus, & nullus metuẽs, tàm pertulerit multa, quod non minus propter admirationem eius attigit, quàm propter rerum ſe uerborum gratiam, ut ſcilicet appareret quanta maieſtas animi, uelut ex alto deſpicientis terrirepas mortalium nugas, neque enim facilè uidebam unde melius exempla conquirerem, quibus moneremur, non confeſtim excandeſcere, & ad omne uerbum acrius in iram rabiemq́ue prorumpere, præſertim memorãtes illum, & ab hoſtibus & à ſuis grauiſsima tolleraſſe, cui quidẽ in utroſque prompta facultas ultionis ſi libuiſſet affuit. Sed hæc hactenus.

ASINIVS POLLIO.

AVguſtus quoq́, cum multa luderet, aliquod interdũ mordaciora pertulit, in illa Triumuirali proſcriptione Feſceninos in Aſinium Pollionẽ ſcripſerat, ille pro reſponſo hoc tantũ reddidit. At ego taceo, non eſt enim facilè in eũ ſcribere, qui poteſt proſcribere.

CVRTIVS.

CVrtius equiti Romano, molli ac ſtomachoſo ad menſam Cæſaris fortè macer turdus obuenerat. Nihil autem importunius diuite delicato, mediocria cuncta faſtidit; Dante animos gula, quæſiuit Curtius nunquid mittere liceret? Quid ni, inquit Cæſar? non expectauit ille amplius protinuſq́ue per feneſtram miſit, propè dignus qui pari protet uia iocandi poſt turdum mitteretur.

LICINIVS LIBERTVS AVG.

LIcinius Libertus Auguſti, operibus patroni pecuniã largiter in ſubſidiũ præſtare conſueuerat, cœpto opere, ſcripſit ei certã pecuniam promittere, ſed id non explicitè, immò literis numeros repræſentantibus. Animaduertẽtit Cæſar, aliquantulum ſpatij uacantis, illud propria manu, totidẽ quàm ſimilib. additis literis impleuit, duplicauit ſummã, tàm ſolerter ut nulla ſuſpitio ineſſet. agnouit libertus, & promiſſi duplũ ſoluit tacuitq́, de

hinc

hinc opus aliud aggreſſo,ſic alluſit Miſſo chirographo in quo ſcriptum erat:Confero tibi Domine ad noui operis impenſam quod uidebitur,iocoſam fraudem retemptari, urbana dicacitate prohibuit.

ALII IN AVG.

IAm illa mordaciora ſunt,cœnam clandeſtinam, magno ſumptu ſtudioq; fecerat, qua ipſe quidem Apollinis habitu,cæteri conuiuæ ſingulorum Deorum Dearumque geſtu diſcubuerant.Eius cœnæ inuidiam infamiamq; cumulauit publica fames,atq; inopia, quæ illis diebus urbem inuaſerat. Itaque præter apertas inimicorum exprobrationes,& effuſos in populum uerſus,ſine auctore famoſiſsimos,conclamatum eſt omne frumẽtum Deos comediſſe.Item uerè Cæſarem eſſe Apollinem,ſed tortorem,quo quidem cognomine Apollo quadam urbis parte colebatur. Nec defuerunt qui famã principis ab omni parte morderent,cultæ ſuppellectilis uaſorum Corynthiorũ auidior putabatur,quin & ali quorum nomina,ob hoc unum ut uaſis eorum potiretur,in proſcriptorum numerum retuliſſe. Laborabat & altera infamia,quod in aleæ ludo,multum temporis expẽderet, ex qui bus primum notam ſecuti temporis egregia continentia diſcuſsit ac diluit, ſecundam non expauit,ideoq; ab omni parte integerrimus, atq; ut Tranquillus ait, ſine ſuſpicione ullius uitij,aleæ famam uſq; ad ſenectutem ſine diſsimulatione ſuſtinuit. de primo quidem ita lu ſum eſt,ut triumuiratus tempore ſubſcriberetur ad ſtatuam ipſius.Pater erat Argẽtarius, ego Corynthiarius,Bis Cynicus.iocus & mores ſimul pungit & originẽ, quam quidam ab argentarijs deriuatam dicunt,licet alij antiquiſsimam honoratiſsimamq; diffiniant, de ſecundo autem bello Siculo,mordax epigramma iactatum eſt huiuſmodi:Poſtquàm bis claſſe uictus naues perdidit,aliquando ut uincat,ludit aſsiduè alea.

NONNVLLI IN VESPASIANVM AVG.

EXtant & in Veſpaſianum mordaces ioci,præcipuè cupiditatem in Principe laceran tes.Fama erat eum auariſsimos quoq; ad amplas procurationes promouere, ut publicis damnis ditatos,plurimis cõdemnaret,& ad inopiam reduceret.hinc uulgare prouerbium.Talibus eum pro ſpongijs uti ſolitum,ſitientes ſcilicet implendo plenoſq; uacuãdo. Eidem uetus auaritia ad hunc modum exprobrata eſt.Senex bubulcus in primordio prin cipatus eum adijt,libertatem gratuitam ſuppliciter petens. negante Cæſare, exclamans: Vulpes,ait,pilum mutant ſed non mores.Sanè licet intempeſtiuum hoc loco uideatur, ne tamen ex his ſuſpicio falſa fortaſsis animum lectoris occupet,differre nolui, quod hãc aua ritiæ notam & Suetonius Tranquillus ſcriptor fideliſsimus,nec non & ipſius facta dictaq; principis excuſant.ſiquidem & initio imperij, teſtatus eſt immenſa pecunia opus eſſe, ut poſsit inopia corruentes reſpublicas ſubſiſtere,præterea qualitercunq; quæſitis optime,ut ait idem Suetonius,uſus eſt in omne genus hominum liberaliſsimus,Sed nihil eſt iniquius iuditio populari,pro libito craſſatur,inexorabiliterq; diffinit, nec uerba nec facta profuerunt,quo minus etiam defunctum ſequeretur infamia.Viuus ex more ueteri,ſumens mor tui perſonam,factorumque ac dictorum uiuentis repræſentator,percontatus publicè diſpenſatores quanti funeralia conſtarent: Vt audiuit centum ſextertia conſtare, mordaciter exclamans,ex perſona principis: Date mihi cẽtum ſextertia,meq; uel in Tyberim proijcite.& hoc quidem in mores iocatum eſt,& in oris ſui habitũ,quidã urbanus natura dica tior hortante Veſpaſiano,ut contra ſe aliquid diceret.Faciam,inquit,cum uentrem exonerare deſieris,nitenti enim atque impellenti,ſimillimam faciem habuiſſe eum,& ſcriptores rerum tradunt,& imago uultus ſui,quæ uulgò adhuc aureis uel argenteis æreiſque numiſmatibus inſculpta reperitur indicat.

AMBIVS CRISPI.

DOmitiani quoq; principis mores,tragico dente digniores iocantiũ licentia momor dit,certam diei partem deputare ſolitudini in conſuetudinem adduxerat. Illic nihil quàm muſcas aucupari ſolitus,graphioque acutiſsimo transfigere, quærebatur ad Ianuam ullus'ne in thalamo ſtaret cum Imperatore:Reſpõdit,Ambius Criſpus Nullus, Immò ne muſca quidem.

IN

IN CLAVDIVM AVGVST.

CLaudius Auguſtus princeps, inter multa turpis & nefariæ dementiæ, libertis ac ſpadonibus ſe ſuaq; omnia credidit, eisq; miſer paruit, cui Romanum latè imperium patebat, omnibus tamen Narciſsum & Pallantem prætulit. quibus & honores & lucra ſine fine contulit, rapinaſque quas uellent permiſit exercere, euſq; donec illis ſolis locuplebus uenditis omnibus, ærarium inſuper impos eſſet, de cuius interdũ paupertate conquerenti Claudio ſic Libani mordacitate reſponſum eſt. Abundare incipies, ſi à duobus libertis tuis, admiſſus in ſocietatem fueris.

IN NERONEM.

IAm uerò quàm mordacibus uerbis potitus eſt Nero, tametſi nulla mordacitas infandi pudendiq; principis meritum poſsit adæquare, puerum quendam Sporum nomine, cuius infami amore deperibat, dempta uirilitate in ſexum fœmineum transformare niſus, ob luctante natura, eoq; dementiæ raptus erat, ut non ſine dote & ornatu & exquiſitiſsimo, qualis cõiugibus Cæſaris eſſe conſueuerat, magnifico apparatu nuptiarum in domum ſuam publicè euocatum haberet, legitimæ uxoris loco. In quo coniugio ita iocatus eſt quidam benè agi poterat cum rebus humanis, ſi Domitius pater, talẽ habuiſſet uxorẽ. quàm proprè damnoſam mundo Neronis originem denotauit.

L. CRASSVS.

HVius Imperatoris attauus Gaius Domitius Aenobarbus, homo durus ſedirioſusq; & arrogans fuit, in cuius mores ita luſiſſe traditur L. Craſſus Orator. Quid mirum ſi æneam barbam Domitius habet, cum & os ferreum & plumbeum cor habeat? Sed iam ſatis domi luſum eſt.

EXTERNI.

QVIDAM PHILOSOPHI.

LIbertus Regius repentinis opibus inflatus, Philoſophos aliquos ad cœnam inuitaue rat, qui cum de rebus uarijs ex more diſſererent, & quæſtiones eorum non intelligenti, perridiculæ uiderentur, alludens libertus. Immò agite, inquit, ô conuiuæ, dicite mihi quid cauſæ eſt, quod ex albis nigriſque fabis, non niſi unius coloris efficitur pulmentum? tangit & modeſtos animos indignitas, igitur arridens unus ex Philoſophis, nõ paſſus has ineptias, Quin tu nobis ediſſere, cur de albis & de nigris flagris, uniformes maculæ reſultant: ſatis mordaciter, præteritæ ſeruitutis elatum, præſentibus admonuit.

PHILIPPVS MACEDONVM REX.

PHilippus rex Macedonum, is cum quo Romani primum bellum Macedonicũ geſſere, iocoſior etiam inter Seria fuiſſe traditur, quàm deceret regem. Is cum ad T. Q. Flaminij multorumq; Græciæ principum colloquium ueniſſet, & diſceptatio de altiſsimis rebus eſſet, ubi ſuus regniq; ſui ſtatus uertebatur dicente Aetholorum prætore Phanea, Quid multis uerbis opus eſt, inter nos bellum iudicabit. Iſtud quidem (inquit rex) etiã cæcus uidet, cauillatus in loquentis lippitudinem.

THEOCRITVS CHIVS.

NEc minus mordacior, at alioquin ſtultior Theocritus non Syracuſius ſed Chius, qui cum ad infenſum ſibi regem Antigonum altero oculo captum traheretur, ſpem præbentibus ſuis fore, ut cum ad oculos regis perueniſſet, miſericordiam inueniret. reſpondit: Impoſsibilis igitur eſt iſta conditio, actum eſt, perij. cæterum hæc intempeſtiua mordacitas, & Theocrito mortis, & Antigono homicidij ſimul & periurij cauſa fuit. iurauerat ſibi enim parcere, ſed aſperitate motus non pepercit.

HANNIBAL.

VVlgatiſsimus eſt Hannibalis iocus, qui cum uix tandem bello uictus à Romanis, ad Antiochum Syriæ regem confugiſſet, & ille bellum moturus Pop. Rom. innumerabiles equites elephãtorumq; turritorum & falcatorum curruum copias cãpis explicaret, noſcendarũ uiriũ gratia exercitumq; auro & purpura, atq; exquiſitis cultib. onuſtũ intuens, Hannibalẽ quẽ lateri habebat interrogaſſet, Satis ne putaret illa omnia Romanis eſſe?

eſſe: reſpondit mordaciter, irridens, ut qui exercitũ illum ducemq́ nec minus Romanos noſſet. Optimè & ſatis, inquit, eſſe puto Romanis hæc, quamuis auariſsimi ſint. Acris urbanitas ſi diligenter attenditur, quantum, inter quærentis & reſpondentis animum interſit, ſed aliquantiſper ab exemplis ueteribus abeundum eſt.

RECENTIORES.

DINVS.

Dinus idem, cuius ſuprà memini, cum quadam muliere nobili ab adoleſcentia ſtupri cõſuetudinem habuerat, cuius uir uel coniectura rei uel notitia, infeſtus il'i erat, ſed nil niſi uerbotenus audebat. itaq; ſub ſpecie iocandi, multa interdũ aſpera iactare, die quodam incomitatus Dinus, in magna populi frequentia humili uehebatur equo, alter ut pudorem incuteret riuali arrepta equi coma, & illius paruitatem & inſedentis proceritatem irridere putans, hunc ambulare (inquit) doces, ſed ubi quæſo primum hanc artem didiciſti? at ille equo calcaribus adacto, domi tuæ inquit, ſic deſtinatum ſibi ruborem, in interrogantis faciem refudit.

DANTES ALIGHERIVS.

Dantes Aligherius & ipſe conciuis nuper meus, uir uulgari eloquio clariſsimus fuit, ſed moribus parum, per cõtumaciam & oratione liberior quàm delicatis ac ſtudioſis ætatis noſtræ principum auribus atq; oculis acceptum foret, is igitur exul patria, cum apud Canem Magnum, commune tunc afflictorum ſolamẽ ac profugium uerſaretur, primo quidem in honore habitus, deinde pedetẽtim retrocedere cœperat, minuſq; in dies domino placere. erãt in eodem conuictu hiſtriones ac nebulones omnis generis ut mos eſt, quorum unus procaciſsimus obſcœnis uerbis ac geſtibus, multũ apud omnes loci ac gratiæ tenebat. quod moleſtè ferre Dantem ſuſpicatus Canis, producto illo in medium, & magnis laudibus concelebrato uerſus in Dantem. Miror, inquit, quid cauſæ ſubſit, cur hic cum ſit demẽs, nobis tamen omnibus placere nouit, & ab omnibus diligitur, quod tu qui ſapiens diceris non potes? Ille autem minimè, inquit, mirareris, ſi noſſes quod morum paritas & ſimilitudo animorum amicitiæ cauſa eſt. Idem cum inter conuiuas nobiles diſcumberet, & conuiuij dominus, iam uino hilarior & cibo grauis ubertim ſudaret, uiciſsimq́ loqueretur friuola, multa & falſa & inania, nec finem faceret aliquandiù indignãs tacitus audiuit, cunctis tandem ſilentio attonitis, gloriabundus ipſe qui loquebatur, & quaſi facundiæ laudem omnium teſtimonio conſecutus, humentibus palmis Dantem arripit, & quid inquit, Sentis'ne, quod qui uerum dicit non laborat? & ille, mirabar (ait) unde hic ſudor tantus tibi.

PETRI NAVI.

Hugutio Fagiolanus ætate noſtra multis actus fortunæ tempeſtatibus, ad aulam tandem memorati Canis Magni Veronenſis, uelut in portum aliquem feſſus ſenex appulit, ubi magnificè exceptus, quod in illa domo præcipuum erat, non hoſpitis ſed parentis locum tenuit. Orta autem (ut fit) ſuper menſas ſemel edendi mentione, cum multi magni comeſtores referrentur, ab alijs expectatus Hugutio, ipſe qui inter maximos habebatur, ut de ſe aliquid loqueretur, cœpiſſetq́ uir immẽſi corporis de eſu ſuo in ætate iuuenili, quædam incredibilia narrare, Petrus Nauus, qui in eadem Canis aula ſapiẽtia celebris, ſed mordax habebatur, reſpondiſſe traditur. Minimè quidem miror hæc quæ dicis, cum maiora ſileas quæ tamen ſcimus, Piſas & Lucã uno prandio deuoraſti, pũgentis ioci cuſpidem transfixiſſe ſenis animum reor, conſtãs eſt enim opinio, potuiſſe die illo, quo de dictarum ciuitatum dominio pulſus erat, uulgi tumultus cõprimi, ſi è conuiuio ſurrexiſſet.

DE INFERIORVM IOCIS, Cap. V.

Habet & paupertas ingenium ſuũ, habet & cogitationes alias, nec nunc ulla commemoro, quæ uniuerſis urbibus campiſq; & littoribus nota ſunt, quot curas, quantoſq; labores pro mortali fœlicitate ſolliciti, domi militiæq; terra pelagoq́; ſuſcipimus; quam cupidè quàmq; periculorum omnium oblitus.

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugient per ſaxa per ignes.

Sed illa duntaxat quæ in remedium ſuijpſius ocioſa paupertas excogitat, qualia ſunt hæc in Saturnalium lib. præcedẽtibus intermixta, quæ quoniam facetiarum nõ expertia ſunt, relatu non indigna iudicaui.

INNOMINATVS.

PEndente inter Auguſtũ Cæſarẽ & M. Antoniũ fortuna, cuius belli neq; mediocres caſus erant, neq; uulgaria præmia uictoriæ, ingensq; apud omnes gentes finis expectatio. Pauper qdam Romæ in cunctos ſibi prouidens euentus, ingeniũ tale commentus eſt, omni diligentia duos coruos enutriuit, effecitq; tantũ in omni re ſtudiũ ualet) ut dicatobus uerbis alter Auguſtum, alter Antonium ſalutaret. Idẽ Auguſto tandẽ uictor in patriã reuertẽti, ſalutatorẽ ſuũ manu præferens occurrit, qui inter crocitandũ hæc uerba fundebat. Aue Cæſar, uictor, imperator. Delectatus Auguſtus uiginti millia nummorum loquacem uolucrem comparauit: arguta quidem, ſed diù præconcepta ſubtilitas.

ALIVS.

AT huius ſocius ex tẽpore cõſiliũ cœpit, ſocio enim ditato inuidens (neq; latius apud ullũ genus hominũ regnat inuidia) Cæſarem adijt, obtinuitq; ut coruum alterũ aſſerri iuberet, iuſſus, illum attulit, qui hoſtem ſalutare didicerat his uerbis: Aue, imperator Antoni nõ amplius motus eſt Cæſar, q̃ ut prioris auis p̃tium, p̃ciperet cũ delatore partiri.

ALIVS.

PEr idem tempus inuentus eſt, qui Picam ad ſalutationem ſimilem, inuentus et qui Pſittacum erudiret. & hunc & illam emi placuit.

SVTOR QVIDAM.

TOt uicinorum ſucceſsibus admonitus inops Sutor, & ipſe corui ingenium agere inſtituit, quod cum fruſtrà diutius tẽtaſſet, tædio affectus, crebroq; mutam auem increpitans aiebat. Opera & impenſa perijt, uix tandem coruus, & hoc, & ſalutationem, quæ ſubebatur expreſsit, & in publico poſitus prætereuntem Cæſarem ſalutauit, quod ille audiens. Satis, inquit, ſalutatorum talium domi habeo, procedens in uociferatione ſolita coruus ait: Opera & impenſa perijt: effuſus in riſum Cæſar, maiori q̃ cæteras pretio redemit.

EXTERNI.

GRAECVLVS QVIDAM.

AD Auguſti famam, nõ ex Italia tantùm, ſed ex Græcia atq; orbe toto concurſus fiebat literatorum hominũ, uenit inter multos Græculus Poëta pauper, qui nihil præter muſas & calamũ haberet, Is in cõſuetudinem adduxerat, principem à palatio deſcẽdentem, præoccupare oblato carmine aliquo, ipſius gratiam cõtinente, q cũ nõ intelligente uel diſsimulãte eo, ne quicq̃ ſæpius exptus foret, nec adhuc ceſſaturus uiderẽ, ſcripſit Auguſtus manu propria breue carmẽ Græcũ, quod illi ad ſe de more properanti p̃miſit, carmine carmẽ penſaturus. Ille cum ueneratione ſuſceptũ, cũ admiratione perlegit. poſtq̃ ſatis & geſtu & uerbis dictantis ingeniũ collaudaſſe uiſus eſt, accedens propius ex macri crumena paucos excuſsit nummulos, porrexitq; principi munuſculum Græco ſermone proſecutus: cuius hæc fuit ſententia: Non ſecundum factum tuum Auguſte, ſi plus haberem, darem plus, cunctis qui aderant in lætitiam uerſis, ex illius actu quid agendum ſibi foret admonitus Cæſar, acceſſito diſpenſatore, diſerti homunculi conſuluit paupertati.

RECENTIORES.

MONACHI.

PRincipũ moribus intendere, & q̃ illis ſaluo decore placeant excogitare, nõ inutile cõſilium egenti, quod ſi unquam clariſsimè diebus noſtris apparuit, ſub Ioanne XXII. Rom. Põt. Homo pſtudioſus, & uehemẽtioris animi, hinc lectioni librorũ inhiabat, illinc ſimultates acerbas & inextricabiles agens cũ Imperio Romano, alterã uitæ partẽ huic ſtudio deuouerat. Cæterũ cũ à legẽdo & ſeniũ & curarũ uarietas retardaret, gratiſsimus erat illi, quiſqs defloratos ut propriè dicã libros, ſub breuiloquio pſtringeret redigeretq; in eas

quas tabulas uocant, in quibus omne quod ex libris quæreretur facillimum eſſet inuentu, rurſus affectu alio impulſus, nihil cupidius audiebat, quàm rumores ex Italia Germaniaque, has enim ante alias ſupra ſtomachum gerebat, quibus audiendis, ſiue ueri ſiue nihil ad rem modò læti eſſent, atque magnifici, mirum in modum creduli ſenis incēlum pectus mulcebatur. His duabus igitur ujs, multos eo tēpore uidimus, ab extrema inopia, raptim ad magnas diuitias perueniſſe, ex illorum grege præcipuè qui religionis titulo gloriātes, quam profeſſi uidentur paupertatem, præ cunctis mortalibus exoſam habent, hic mihi quoniam lectoris faſtidio parcere propoſitum eſt, ſecundi uoluminis finis eſto.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. RERVM MEMORANDARVM, LIB. III.

DE SOLERTIA. CAP. I.

SVpereſt acumen animi, ſolertiaque rerum gerendarum, quam ſolam prudentiam uulgus appellat. q̄ in re, primo Romanæ libertatis auctori, primus quoque locus dabitur. Lucius Iunius Brutus, Tarquinij Superbi auunculi ſui naturam & mores ab adoleſcentia contemplatus, cum omnem illi uirtutis habitum odioſum ac formidabilem uideret, ob eamque ſuſpitionem iuuentutis præcipuum florem, & in primis fratrem ſuum crudelitate extinctū, quod unū ſibi de ſpe Reip. conſilium erat, à ſolertia mutuatus eſt, uerbis atque actibus delirantis ſpeciem induit, unoque item altero ridiculoſius admiſſo, affectatæ uecordiæ breui fidem fecit. Superuacuum uiſum eſt ferrum adigere iugulo dementis, ita cūctis percuntibus ſub hac nube latuit, donec erumpendi tempus affuit. Idem adoleſcentib. regijs iuſſu patris munera Delphico Apollini ferentibus, ridiculi gratia, ut Plinij uerbis utar, comes additus eſt, metuensque ne manifeſta reuerentia diſsimulatæ prudentiæ daret ſignū, terebratæ uirgæ ſambucæ aurum infuſum aris obtulit, denique regis filijs poſt iuſsionem patris adimpletam, de regni ſucceſsione percontantibus, cum reſponſum eſſet ab Apolline, De regno quidē nihil, ſed ſummā poteſtatē obuenturā illi, qui Matri primū oſculū tuliſſet: cæteris de regina dictū æſtimantibus, Brutus parentē publicā humani generis terrā intellexit, ſubitoque uelut ab alijs ſociorū impediretur pronus, corruens furtiuum terræ oſculū ingeſsit: nec multò poſt aſſumpta libertate primus Cos. mentiri Apollinē nō eſt paſſus.

ROMVLVS.

ATque ut ad infantiam & incunabula Romani imperij reuertar, quàm uerſutum & q̄ ſolers Romuli conſilium, qui ad fundandam incolendamque nouam urbem, lætiſſima iuuentute contracta, cogitans unius nec amplius ætatis populū ope fœminea deſtitutum, finitimorum matrimonia, quia preces ſpretæ fuerant calliditate quæſiuit. ſimulata namque ludorū Equeſtrium pompa, cum ad rei famam ingens ex uicinis circū urbibus utriuſque ſexus turba cōcurreret, nuptis intactis, ut ſcilicet raptus adulterio uacaret, uirgines frequenti rapuit ſpectaculo, plurimorum licet bellorum cauſam, at profectò neceſſariam ſtirpis Martiæ propaginem, & unicum perpetuandæ ciuitatis adminiculum.

NVMA POMPILIVS.

ET ut ordinē diadematū teneāt exempla ſolertiæ, Numa Pompilius Romanorū rex ſecūdus, animaduerſa populi ferocia, q̄ ardentiſsima p̄deceſſoris inſtitutione cōceperat, mitigādosque mores ratus, occaſione nouitatis temporum uſus eſt. Sentiebat adhuc Alpinū quiddam ac paſtoriū ineſſe animis, itaque ſæpè ſolus Aricini nemoris opaciore & gelido fonte, roſcidam ſpelūcam ingredi, longasque ibi noctu moras agere. ſubmotis procul arbitris ſolebat, ſimulato coniugis egregiæ familiari uti colloquio. Sic iniecto Deorū metu, facile credulum & inexpertum populum, quibus libuit legibus ac ſuperſtitionibus inuoluit. quod mirātes quidā, uſum Pythagoræ Philoſophi cōſilio putauerūt, quorū opinioni &

tempo-

temporum & locorum ratio aduerſa eſt. conſtat enim Pythagoram in Italiam ueniſſe, Superbo regnante, quod tempus ab interitu Pompilij, ſuper humanæ uitæ longiſsimum modum diſtare notum eſt. Illud quoq; compertum, non urbem Romam, ſed extremum Italiæ angulum tenuiſſe Pythagoram, ut appareat inter eum & illum, de quo agimus Romanum regem, nullum prorſus uel loci uel temporis fuiſſe commercium. quo rex iſte maior ut habendus eſt, ut M. Tullij uerbis utar, quia ſapientiam conſtituendæ ciuitatis, duobus propè ſeculis ante cognouit, quàm eam Græci notam eſſe ſenſerint.

MINOS AC LICVRGVS.

NOn tamē te negauerim in conſtitutione cerimoniarum, ac legum Minois ac Lycurgi ſolertiā ſecutū, quorum primus ex antro Iouis, leges uelut ipſius Iouis de manib. acceptas afferebat, ut earum iugo Cretēſes mixta cū imperio religione premerent. Alter eadem arte, ſed diuerſo numine, in condendis Lacedæmonum legibus uſus eſt.

SACERDOS QVIDAM.

EAdē prima ætate Romanorū, uacca portentuoſæ pulchritudinis ac ſtaturæ in finibus Sabinorum edita, conſulti auſpices reſponderunt, fore ut quiſquis Dianæ, cuius in Auentino templum erat eam uictimam mactaſſet, uniuerſi orbis monarchiam patriæ ſuæ quæreret. Bouis dominus gaudio exultans, ne quid per moras de ingentis rei occaſione prætermitteret, in Auentinū propè perductā ante aram ſtatuit, et iam cultris ac uaſculis ex more cōquiſitis accingebatur, erat totus in ſacrificium intentus Sabinus, uelut omniū terrarū imperiū q̄ſiturus. inter hæc anxium, re cōperta, ſummus tēpli ſacerdos, ſub obtentu religionis abſtrahit ab incœpto, per q̄ ſanctè admonēs. ne ante ſacrificet, q̄ ſeſe uiuis undis p̄terlabētis fluminis ablueri. hæc ſic ille, & dū uenerabundus ad ſiniſtrā ripā Tyberis ex colle deſcēderet, callidus pſuaſor raptim ſacrificiū pegit, nō inſulſa ſacerdotis aſtutia, ut tunc res erant, ſed ꝙ Valerius addit, hac arte quæſitū Romanis imperiū terrarū orbis, perridiculum pfectò, nunq; eò magnitudinis peruentū foret, ſi nō magis ardens excellēsq; clarorū uirtus ciuium, & armorū experientia quàm furtiuū peregrinæ bouis ſacrificium contuliſſet.

SCIPIO APHRICANVS MAIOR.

SCipio Aphricanus Maior proximū tenebit locū, hic exercitū in Aphricā traiecturus, Lilybæū peruenerat, erant circa latus eius trecenti iuuenes Romani, quibus ad bellum ſtrennuè gerendū nec animi deerant, nec corpora, ſed arma & eq, quorū cōquiſitio fatigato ærario haud facilis uidebat̄. Itaq; cū lōgi apparatus facultatē, tēporis anguſtiæ negarēt, niſi in caſtris eſſe, ut inermes cū armatis mixti tenerent̄, & ipſi conſiliorum ducis ignari mirabant̄, & mirari reliq̄s cogebāt, Scipio igitur ſolertia ſuccurrendū ratus egeſtati, totidem Siculis equitibus, q ex omnib. genere ac diuitijs florebāt, ut armati egregiè atq; equis excellentib. inſtructi ſtatuta die adeſſent percepit. q cū nō ſine querelis tacitis exequerent̄, & affines ſingulorū metus urgeret p̄fixa dies aſtuit, mœſti atq; ſollicitiob hoc unum, quia p̄uocandi ius nō erat, paruēre. Legēs in frōtibus ſecreta pectorū Scipio, in tēpore reuerſos allogtur mitius, & uideo uos, inqt, tædio ac labore longinquæ militiæ cōterritos, & quo nā pacto uos hoc onere leuare queam iamdudū cogito, proinde dicite intrepidi, priùs q̄ in diſcrimen uentū ſit, quid cuiuſq; fert animus. hic. cū unus ex eo numero, ſeu loquendi promtior ſeu timidior pugnandi, malle ſe detrectare militiam, ſi ſuæ poteſtatis fieret apertè reſpondiſſet. tū Scipio: Quando palàm mihi loqueris uicarium, inquit, tibi dabo. q cū ille libens amplecteret̄, uni ex Romanis inermibus, in medium prolata arma & equū tradidit adoleſcens Siculus. Id exemplum ſecuti omnes q̄bus quies eſſet charior q̄ gloria, cum bona gratia Romani ducis, exemptum imparato labori militem uidentes, eandem conditionem acceperunt, ſic militandi neceſsitas querulis remiſſa, & ingenio effectum, ut quod alioquin inimici feciſſent, læti & gratias agentes arma & equos tradiderunt Romanis, eximiamq; illam equitum alam, eoq; atq; alijs bellis probatiſsimam euaſiſſe, auctor eſt Titus Liuius. Idem ab adoleſcentia ſuprà quam credi poſſet, mira quadam arte in oſtentationē uirtutis ac gloriæ inſtructus erat, percrebruerat autem fama, ſeu ex rebus geſtis, ſeu ex moribus, ſeu ex forma corporis oriens, non humana ſed diuina eum ſtirpe progenitum, cui q in tali re uſu euenit, & fabularum ambages aderant, uiſum ſerpentem inſuetæ magnitu-

dinis in lecto matris, ſibi infantulo draconem circūfuſum, nihil nocuiſſe: & multa huius generis uulgus credulum motura, hanc de ſe opinionem tali ingenio nutriuit, ut de origine quidem ſua nihil ſpontè loqueretur, & cum interrogaretur, an uera eſſent quæ paſsim ferebantur, nec affirmaret, ne quam exinde maculam uanitatis incurreret, nec negaret, quod credi ab omnibus gaudebat: hac taciturnitate plus aſſecutus eſt, quàm ſi ſe palam Iouis filium prædicaſſet. Addidit aliud ſolertiæ genus, per ſingulos dies antequàm quicquam publici priuatiq́ negotij ageret, in capitolium aſcendens, Cellam Iouis ſolus intrabat, ubi aliquandiù ueluti diuino colloquio frueretur, uulgò perſuaſerat, inde ſpei plenus digrediebatur ad agendas res. Idq́ue in multis bellis repletis ſpe militibus, quaſi ex cœlo promiſsis, proſperis euentibus ad uictoriam contuliſſe notum eſt. imitatum opinari trium quos paulo antè retulimus exempla, non alienum eſt.

DE ASTVTIA. Cap. II.

Q. F. MAXIMVS.

VT apud Ciceronē ſcriptū eſt, callidū Hannibalem ex Pœnorū, ex noſtris ducibus. Q. Fabium maximū accepimus, facilem celare, tacere, diſsimulare, inſidiari, p̃ripere hoſtiū cōſilia, addit & aliorū nomina, quos apud Graios huiuſcemodi artibus nobilitatos refert, in quibus Themiſtoclē & Solonem. poſſem multos ſuperaddere, niſi curioſi & ocioſi pariter eſſet ingenij, uniuerſa cōquirere, præcipuè quorū explicatio ſub bellicis cautelis erit opportunior, nunc pauca de tranquilliore quorundam ex his ducibus ſolertia expediam. Atq; ut à noſtris more ſolito incipiam. Q. Fab. Maximus Lucanū equitem ac Romanū peditem, duos eo tempore fortiſsimos bellatores, cæterum ſuo quemlibet uitio laborantē in caſtris nouerat. equitem turpi meretricis amore pereuntem, peditem parū ſpectatæ in Romanos fidei, utriuſq; potius morbo conſulere, ĝ alterius uel amborū opera carere ſtatuit. Equitem igitur occulto permittens comparare ſcortulum quod ardebat, peditem uerò non modò non ſuſpitionibus aggrauās, ſed eximijs inſuper laudibus atq; honoribus pro concione concelebrans, in utroq; quod optabat conſecutus eſt. In primo quidem ut uoti compos expeditiſsimus ac promptiſsimus, in omne diſcrimen eſſet, nec immeritò dici poſsit, is demū militaris diſciplinæ rigor utiliſsimus, tantiſper de rigore amiſiſſe. In ſecundo autem Philoſophici cōſilij effectū, fœliciſsimè nactus eſt, ſeruum enim bonum & fidelem, non ſolum quia crediſiſſet, ſed quia uel credere ſimulaſſet effecit.

PVBLIVS VILLIVS.

SI tamen in omni re, ſup̃mū uiciſſe ſumma eſt gloria, quis Publio Villio præferendus, q ingenio fefellit Hānibalē? ad Antiochū Syriæ regē bello uictus Hannibal confugerat, eratq; apud eū honorificētiſsimè particeps cōſiliorū omniū, quoniā Romana bella meditanti, nullus magis idoneus cōſultor occurrebat. eo igitur pendēte belli apparatu, Romana legatio profecta eſt, in qua Publiū Villium fuiſſe traditur. is periculoſiſsimū ratus, ſi potentia Regis cōſilio Hannibalis diutiùs fulta foret, penſata credulitate ac uanitate regia, & exiſtimans id quod erat, Hannibalem ut externum hominem, inter aulicos inuidioſum ac ſuſpectum fore, ex eo gradu quem apud regem obtinebat, improuiſum dicere adortus eſt, effecitq́ue ex aſtu facili. Siquidem aſsiduè apud Hannibalem uerſatus, omne quamuis leuiſsimum uerbum auribus eius inſuſurrans, frequenti nimiumq; domeſtico colloquio, & æmulis criminandi, & regi ſuſpicandi præbuit materiā. ita factum eſt, ut inaduertens Hannibal eſt conſilio relectus. & ſi poſtea in gratiam redierit, quia tamen id nimis ſerò accidit, & regi grauiorem caſum & Romanis faciliorem peperit uictoriam. Nec ſum neſcius apud quoſdam ex hiſtoricis nomen Villij aliud & actum hunc aliter apud alios & ita referri, ut omnia curſu fortuito, nihil penitus eiuſdem ſolertia geſtum ſit. ſed illos in hac parte ſequi malui, qui ad propoſitum meum pertinentem hiſtoriam tradebant.

PATER QVIDAM.

PRæcipitis quondā & periculoſi exitus amore filij deprehenſo pater anxius, cū aperta uia reuocare eum poſſe diffideret, nouo genere ſolertiæ manſueti patris cautiq; cōſul-

toria

toris officium impleuit, & quæſo, inquit, fili pro ſalute tua, ut quotiens amicam aditurus es, communem prius & conceſſam Venerem experiare. quod cum ille non abnueret, atque ideò ſemi exarmatus obtuſaq; uelut acie libidinis, ad eam quam afflictim diligebat ſæpius acceſsiſſet, ſenſim laxato pectore ſaniora conſilia recepit. & q alienis monitis nunquam feciſſet, per ſeipſum amoris flammas rabiemq; compeſcuit.

M. VOLVSIVS ET SATVRNINVS.

DVo in ſimili, immò in eodem genere periculi longè diuerſa, ſeu uerius aduerſa calliditatis exempla proferantur. alter enim M. Voluſius, cum ædilitatem plebis ageret, à triumuiris ſe proſcriptum audiēs, abiectis inſignibus magiſtratus, ſub inopi medicantis tegmine, per exploratores medios nulli cognitus ad M. Bruti exercitum euaſit: alter Saturninus Vetulo, de triumuiralibus procellis ubi ſe proſcriptum comperit, confeſtim præturæ habitum arripuit cum priuatus eſſet, præmiſſoq; longo ordine ſeruorum, q lictorum ſpeciē præferrent, apprehenſisq; uehiculis, & iure uelut proprio, per omnes terras occupatis hoſpitijs, obtinuit, tā conſtanti animo ut non proſcriptus, ſed magiſtratus P. R. & ab hoſtibus, & à quolibet ꝑ tereunte crederet̄, nō aliter q̃ ſi omniū oculos ſplēdore habitus p̄ſtrinxiſſet, utroq; figmēto, mox ut Puteolos attigit, naues in ſtatione repertas, ſeu publicæ neceſsitatis gratia, nemine aduerſari auſo excepit, cōſcēditq; qbus in Siciliā tutiſsimū à tēpeſtate, ꝓſcriptorū portū, fortunatus ſimulator enatauit. Et hi qdem ſingulorū actus.

TVSCVLANI.

ILla diſsimulatio mirabilior, quæ uniuerſo quondam Tuſculanorum populo, in extremis caſibus opem tulit. ingens Romanorum odiū fracta ſæpè fide meriti, cum in excidiū patriæ ſuæ accenſum, ultionis deſiderio Furium Camillum aduentare, Romanasque legiones audiſſent, nec aduerſus tantum ducem & exercitum ſpei quicquam in armis foret. ſpem omnem in ſolertia poſuerunt, igitur tranquillo pacificoquè habitu, omnis ſexus atq; ætas mœnia urbis egrediens, hoſtes ſuos, uelut ignari, ob quam cauſam ueniſſent, humanè atq; alacriter exceperunt, armatosq; nullo ueſtigio timoris edito, in urbem introduxerunt, cūm eatibus, & cunctis quæ in rem eſſent affatim miniſtratis, quo tamen inſperato obſequiorum cumulo, pudor hoſtibus iniectus eſt, quin pro odio amicitiam, pro impendenti patriæ ruina, Romanæ urbis nomen & iura meruerunt.

AVGVSTVS CAESAR

IN Auguſto quidem Cæſare adulteriorum conſuetudinē legimus, hoc enim & inimici eius exprobrant, nec amici factum negant, ſed excuſant, multis periculis iactatum Principem, inſidijsquè tàm domeſticis quàm externis, ad id non uoluptate turpi, ſed ſolerti conſilio ductum, aſſerentes quò facilius ſcilicet familiaritate fœminarum, quid eorum uiri aduerſarij ſui uel ſibi ſuſpecti agerent molirenturq; deprehenderet, conſtat ſiue, hinc ſiue aliunde, coniurationes contrà eum omnes ferè ſurgentes oppreſsiſſe.

OTTHO AVG.

OTtho qui ſeptimus ab Auguſto Romani imperij frena corripuit, & ſi apud quoſdā hiſtoricos, an ꝓpter morū fœditatē, an ꝓpter tēporis breuitatē, incertū hinc cū Vitellio è numero principum excludatur, non abſimili conſilio uſus, dum libertinæ anus, & ſortis & ætatis ultimæ, ob hoc unum, quia inter aulicos gratioſam ac fauorabilem uidebat, non obſequium modò, ſed quod anilem credulitatem mulcere ſolet, amorem planè ridiculum ſimulauit. non inefficaci quidem ſolertia, quando per illam Neroni conciliatus, tūc tēporis imperanti, primū inter amicos ſortitus locum, ipſe poſt uerſante res hominum fortuna, ad principatum quoque ſubuectus eſt, tantum ualuit obſequioſa calliditas.

GALBA AVG.

GAlbæ principis haud ſtolidum iuditium, qui cum de iumenti dominio non ſatis idoneis, uel teſtibus uel iudicijs ageretur, tum quibus ad obuolutam ambagibus ueritatem penetrare laborioſum eſſet, ſic ſtatuit, ut iumentum recto capite produceretur, ubi adaquari conſueuerat, eoq; confeſtim adaperto, illi ex litigatoribus cederet, ad quem ſponte ſua ſeſe potu digrediens contuliſſet.

TIBERIVS CAES. AVG.

AT poſtquam ad Cæſaris mentionẽ uentũ eſt, ne omittam Tiberij conſiliũ, qui ſumma tunc imperatoris Auguſti gratia, maximaq́ue honorũ affluentia, in ipſius ad nutũ procurantis fortunæ fauoribus, quaſi ſatietate ductus, rerũ fœlicium & getis ſtudio, ab urbe Romana, ubi ſecundũ à principe locũ obtinebat, nullis Cæſaris precib. aut ſuorum lachrymis uictus ſeceſsit, Rhodũ inſulã petens, ubi manſit, habitu uictuq́ue mediocri multũq́ue intra fortunæ ſuæ faſtigiũ dimiſſo. Et de facto quidẽ conſtat: de cauſis ambigitur. Alij impudicè & procacis uxoris tædio, cuius mores nec ferre poſſet nec corrigere. alij ut imperatoris filijs iam adultis cederet, & omni ſe inuidia ac ſuſpitione liberaret, alij autem ut raritate uenerationem ſui ipſius aleret, & Reipublicæ deſiderium per abſentiam augeret, ſemperq́ue familiaritatis nimiæ comitem contemptum remoueret. quæq́ue ſanè fuerit cauſa, de præmiſsis uerior, effectus conſilij haud ſpernendus uideretur, niſi, quia diſcedendi pertinacia offendit Auguſtum uſqueadeò, ut ad reuiſendas charorum neceſsitudines redeundi licentiam, poſt multum temporis ſuppliciter flagitanti, reſponſum tale retulerit: Dimitteret omnem ſuorum curam, quos tamen reliquiſſet: & uix tandem poſt octauum annum, optatum uotis reditum interuentu magnorum impetrauerit.

M. ANTONIVS ORATOR.

AD externa conuertar, ſi unum domeſticum addidero, M. Antonius idcircò de tàm multis orationibus ſuis, nullam in ſcriptis ſe redigiſſe iactabat, ne forſan ex ſcripturis, aduerſus ſe ſumi poſſet argumentum, ſi quando prius dictis aliquid contrarium dixiſſet. callidum magis, & clientibus ſuis utile conſilium, quàm ſibi glorioſum atq́ue magnificum. atq́ue hic extrema inter nos figimus ueſtigia.

EXTERNI.

ARTIFEX QVIDAM.

HVic ſimillimum calliditatis genus, licet in longinqua materia ſecutus, mihi uidetur artifex, qui operibus ſuis uſque in miraculum excultis, nunquam ſe ſupremam manum impoſuiſſe dicebat, ut ſcilicet, & ſibi addendi, ſemper mutandiq́ue libertatem reſeruaret, & ſuſpenſo iuditio ſpectantium, animis quiddam: tàm de artifice, quàm de opere magnificentius ac perfectius ſemper occurreret.

SERVVS QVIDAM.

QVo tẽpore fœdam Magorũ tyrannidem apud Perſas ꝓfortium uirorũ uirtus obtriuerat, cũ inter tyrannicidas, uel nobilitate uel meritis penè pares de regno lis eſſet, & aliud ex alio periculum timeretur, unius ſerui calliditas, & publicam ſolicitudinem omnibus eripuit, & optatiſsimo domino uotorum tribuit finem. magnæ quidem rei exitus, religioſæ tandem creditus fortunæ, eò rem deduxerat, ut quoniã pro Deo Sol in Perſide coleretur, eiq́ue (quod agilem Deum ſegnis uictima non deceret) equus ſacer haberetur, die certa circa ſolis ortum, ante regiam ad orientem uerſi omnes in equis eſſent, & cuius equus, aduentum ſolis hinnitu prius nunciaſſet, ille Rex foret. Interea cum nihil præter condictum diem expectarent, unum ex eo numero Darium, de euentu anxium conſpicatus ſeruus, equi cuſtos, ubi cauſam rei comperit. Noli, inquit, mi domine ſuperuacuis curis angi, ſi nil aliud agitur ego te Regem faciam. Duplex hinc fama eſt. alij demerſiſſe eiàm ſeruum digitos inter equæ genitalia, & eum ad locũ ueniſſent equi naribus ingeſsiſſe manum, quo odore concitum mox, hinnitum ſuſtuliſſe. alij per noctem quam lux conuenta ſequebatur, ſeruum ille duxiſſe domini ſui equum in conſtitutum locum, & illic equam habuiſſe, cuius illecebris delinitum equum & mane memorem nocturnæ uoluptatis, ut ibidem conſtitit hinnijſſe. quicquid horum uerius, illud conſtat, hinnitu audito, religione tactos, ex equis deſcendiſſe, & Perſico more proiectos, terræ ſalutaſſe regẽ Dariũ, populũq́ue omnẽ primatũ ſententiam ſecutũ, illum regẽ habuiſſe. ita ingens regnum ſeptẽ præcellentium uirorum periculo quæſitum, unius arte ſeruili ad unum redijt regem.

IN QVORVNDAM ASTVTIAM MALAM.

FVerunt in Græcia ſapientes habiti, qui dicerent: Nimias amicitias fugiendas. rationē afferentes, quod innumeris & ineuitabilibus noſtris laboribus ac curis oneratos, ſtultum ſit alienis inuolui, & unius humeris multorum faſce prægrauari, ſatis ſub proprio ſatigatos. Fundamentum beatæ uitæ ac ſecuritatem hoc uelut ariete conuelli, ſi externa ꝓ amicis ſollicitudo animum impellat, & ut ait Cicero, tanquā parturiat unus pro pluribus. Itaque commodiſsimum cenſent, quàm latiſsimas habenas habere amicitiæ, quas uel adducas cū uelis uel remittas. hoc eorum conſilium eſt. Quod non ideò quia uel ſolers uel ſapiens eſſet inſerui, ſed quia calliditatis ſpeciem præfert, & illuſtres habet auctores. & ſcio ꝙd à multis atq; à me ipſo propter nimias curas rerum uariarum ſæpè laudatum eſt, apud Ciceronem tamen reprobatur, Nec immeritò. tollit enim omnem benè inſtitutæ mentis affectū, ꝗ ſublato, ut ait idē, quid intereſt. Nō dico inter hominem & pecudem, ſed inter hominē & truncū, aut ſaxum, aut quiduis generis eiuſdem. Aufert igitur humanitatem, cuius eſt propriū, & gaudere bonis rebus & dolere contrarijs. tollit enim è uita amicitiam quaſi è mūdo ſolē. Quod ſi ꝓpter ſollicitudinē fugiendā, amicitia negligenda eſt, ſimiliter & uirtus quæ ſollicitudinibus & curis multiplicibus ſcatet, quo nihil poteſt eſſe miſerius, nihil amentius. Quod ſequitur quoque ut excludendum intelligantur inſertum eſt.

DE IISDEM.

BIantis de eadem re conſilium uotum eſt. Ita utendum amicitijs, ut meminerimus ex amicis inimicos acerrimos fieri poſſe. ſiue ut in dialogo Lelij ſcriptum eſt. Ita amare oportere, ut aliquando ſis oſurus. Quod ſi diligentius conſideretur, perquàm utile reperit Valerius aſtruit. ego doloſum etſi urgear, callidum fortè non negabo, ſed idem ſentio quod Ciceronianus Scipio, nullam uocem amicitiæ inimicitiorem potuiſſe reperiri. nec induci poſſum, ut à Biante dictum putem, quod is ſapientiæ cognomine clarus ſit, ſed ab impuro potiùs aliquo, uel ambitioſo, ad ſuam potentiam reuocante. Sanè cuiuſcūq; dictum ad extinguendas amicitias & magnam humanam uitæ ſobriamq; dulcedinem efficaciſsimum obijciendum cenſeo, illud ſolertius utiliusq; conſilium quod eſt apud eundem Ciceronem. Eam nos in comparandis amicitijs diligentiam adhibere, ne quando amare incipiamus, quem aliquando odiſſe poſsimus.

SOLON.

AD Biantis nomen identitate profeſsionum, & Solonis admoneor, huius illud callidum factum & memorabile refertur. Cum inter Athenienſes & Megarenſes de dominio Salaminiæ grauiſsimis prælijs ſæpè certatum eſſet, attentis ultrò citroquę uiribus capitale crimen Athenis eſſe cœperat, bellum amplius ob eam cauſam ſuadere. contigit ut adipiſcendæ Inſulæ conſiliū, Solon unus ex tot millibus uidebar, angebatur animo uir & ſuæ Reip. & uirtutis amiciſsimus, metuens 'ne aut uetitus ſermo ſibi, aut imperatū ſilentium patriæ noceret, repentinum tandem ſimulat furorem, dictiſq; factiſq; omnibus ad id quod animo conceperat mira arte compoſitis, habitu quinetiam corporis ſimillimus amenti, ſeſe in publicum prorīpuit impune quodlibet auſurus. Illic conuentus ingens populi factus eſt, quibuſdam attonitis nouitate rei, omnibus finem expectantibus: at ille conclamamatis in morem, aliquanto altius aſcendens, non uſitato quidem orationis genere, ne quid de ſimulatione detegeret, ſed præmeditatis carminibus ſuadere quod per leges non licebat aggreſſus, adeò cunctorum mouit animos, ut indicto raptim bello ex ſentētia Solonis Athenienſis populus, & exoptata Inſula, & glorioſa uictoria potiref.

VLYSSES.

VT quidam memorant Vlyſsis ſimile figmentum, ſed intentio longè alia, quin Solon ut ſine capitis ſui periculo Reip. conſuleret: Vlyſſes uerò ut militiam ſubterfugeret & regnaret, atque Itacha uiueret ocioſè, cum parentibus, cum uxore, cum filio ſimulauit amentiam, licet ut ait Cicero, apud Homerum optimum auctorem, talis de Vlyſſe ſuſpitio nulla ſit.

THEMISTOCLES.

TEmpus eſt, duos ſolertiſsimos duces, quos ſuprà pollicitus ſum, in medium proferre. Themiſtocles afflictis Athenienſium fortunis, non armis modò, ſed argutis ſæpè cõſilijs opem tulit. parantibus proſtratos impetu Perſarum muros, urbis attollere, & pluſculum inſuper telluris amplecti, legatio à Lacedæmone miſſa denunciat, ab incepto ut deſiſterent. ſenſit Themiſtocles uicinæ urbis inuidiam, & quod in earum ſtatu rerum tutiùs uiſum eſt reſpondit, uenturos ab Athenis, qui in conſilio Spartanorum, ad hoc præſentes agerent. Ita remiſsis domum legatis, Athenienſes obſecrat, ut opus incœptum ſummis cum ſtudijs accelerent, paretur. Ipſe poſt tempus ſub legationis titulo digreditur, ſed modò morbum, modò ſociorum cunctationem ſimulans, ac uelut ſine his agi nihil poſsit expectans, tempus de induſtria trahebat. crebreſcente interim operis fama, legati Lacedæmoniorum Athenas redeunt. at Themiſtocles magiſtratibus Atticis per epiſtolam ſuadet, legatos capere, & loco pignoris ſeruare, quo ipſe tutior apud Spartanos foret. ad quos præciſis morulis perueniens, aduocata concione, patriam ſuam mœnibus circundatam, iamque & armis & propugnaculis communitam docet, ſi quas eius conſilij pœnas daret, legatos eorum eaſdem paſſuros. poſt hoc acriter increpuit illorum ignauiam & inſolentiam, qui de uicinorum imbecillitate potiùs quàm de propria uirtute confiderent, ita caſtigatis & penè triumphatis æmulis Athenas redijt.

HANNIBAL.

HAnnibal cũ ſi fortè rebus omnibus ſuperiorem crederet, ducibus noſtris cõgreſſus, ac nauali prælio fuſus erat, metuensq́ ideò ſuorum de ſe ciuium iuditia, quorũ æmulationẽ uſq; uel in cladem pertulit, ex ipſa nuncium pro re inſtructum, anteq̃ caſum fama percurreret in patriam miſit, qui frequenti Carthaginenſium Senatu, quo in ſtatu, & eorũ atq; hoſtiũ res ante pugnã fuerãt expoſuit, & adiecit. Hæc cũ ita ſint, dubitat tamẽ Hannibal, iniuſſu ueſtro fortunã ꝑlij tẽptare. & partiũ cõditio ꝓponebat̃, ut ueriſimiliter ad Pœnas eſſet inclinata uictoria. itaq; cõclamatũ eſt ab omni parte cõſilij, nemini dubiũ, quin pugnandũ foret, ſequeretur igitur fortunã, ac pugnaret. Ad hæc nũcius: Ita fecit inquit, ſed illa eũ fefellit, et uictus eſt. Precluſerat prima ꝓcõtatio obtrectatorib. improbandi, ꝙ modò ꝓbauerant facultatem. fortunam culpare poterant, factum Hannibalis laudare cogebantur.

DEMOSTHENES.

DVo ſimul hoſpites, pecuniæ certã ſummã apud ancillulã depoſuerant, ea lege, ut ambobus ſimul reſtitueret̃. alter deniq; hoſpitũ ſqualidus, defunctũ ſociũ deflens, pecuniã repetit, mulier credula bonã fidẽ agnouit, & depoſitũ reddidit petẽti. nec multò poſt q defunctus ferebat̃ affuit, & fractã depoſiti legẽ queſtus, pecuniã poſcebat. Infœlix, & pecuniæ inops, & cõſilij nullũ niſi uoluntariæ mortis remediũ habitura uidebat̃, iam circũſpicere cœperat, quẽ funẽ collo circũdaret, qua'nã ſe trabe ſuſpẽderet, miſeratus Demoſthenes innocentis, & per ſimplicitatẽ circũuentæ, patrocinium ſuſcepit, & in iuditiũ progreſſus ita cauſam egit, Mulier, ait, præſto eſt, depoſitum reddere, ſed ut ipſe fateris ſecundum contractus conditionem, alteri ſine altero reſtitui non poteſt, ſocium igitur adducito, nulla mora eſt quo minus pecuniam communem ambo ſumatis.

ARISTOTELES.

LIbet hic Ariſtotelis factum interſerere, ab alijs quamuis alio loco poſitũ. Theodecti diſcipulo, quoſdam artis libros Oratoriæ dono dederat, ut ille titulo librorũ in ſe trãſlato publicaret eos, ex alieno ſtudio, ſibi nomen & gloriam quæſiturus. poſt hoc ſeu diſcipulo iratus, ſeu dolens alteri laboraſſe, ſeu gloriæ cupidior effectus, mutare conſilium cœperat, & ad ſe reuocare uelle quod dederat. in alio igitur quodam libro, de re quapiam ſermonem habens, addidit plenius ſibi de eo diſputatum in libris qui Theodectis dicerentur. ita paucisſimis uerbis, & amici gloriam & liberalitatem propriam, qua nulla maior eſſe poterat ſubuertit, quàm id rectè ipſe uiderit, ſed profectò callidè.

ATHENIENSIS QVIDAM.

FErunt Athenis quendam accuſatũ apud populũ, de capitali crimine, cũ ſe publicè odioſum intelligere, metuentem ſibi quod res grauis ac periculoſa ſub infeſtis iudicibus

uerteretur,huiuſmodi conſilium cœpiſſe. Siquidem repentè in petitionẽ honoris deſcendiſſe,& ubi miſericordiam petiturus putabatur, ſupremum in ciuitate dignitatis gradum poſtulaſſe,non ſpe aliqua obtinendi quod poſcebat,quippè qui extrema quoque formidaret, ſed ut eſſet,ubi ſe aduerſus eum conceptus popularis, furor abſumeret:nec aliter euenit.ſibilo enim & ignominioſis omnium exprobrationibus è comitio fugatus,cum repulſam grauiſsimam retuliſſet,nec pòſt multo,dicendæ cauſæ dies afforet,populus idem priore inſectatione ſatiatus,in ſecunda miſericorditer ſecum egit,ſic aloquin mortis periculum aditurus,in ſolatium negati honoris remanſit in uita.

AGASO QVIDAM.

ALexander Macedo reſpõſis iuſſus,primum extra muros urbis inuentum,morti tradere obuium fortè agaſonem occidi præceperat. ille quanquam ſubitò conſternatus malo,non uſq; adeò tamẽ obtorpuit,quin in uerba prorumperet. Et oro, inquit, Rex ne me ſaltem cauſæ inſcium ad tartara mittas, dic mihi priuſquàm moriar, quid dignum morte commiſerim:tum Rex: Nihil equidem,ſed ſors tua his caſibus te obtulit, nempè ſuperum cõſilijs agor,ut qui primum mihi hodie occurriſſet interfici iuberem. Confirmatus hoc ſermone ruſticulus,Minime ruſticanam euadendi uiã arripuit. Si hæc uera ſunt, inqt, hanc ob cauſam ego non moriar, immò hic qui me præibat,& aſellum ſuum digito monſtrabat.tali & tàm prompta ſolertia ſibi uitam,Regi autem innocẽtioris uictimæ facultatẽ tribuit. Cæterum ruſticus hic ut ruſticus ſibi ſoli profuit,qui ſequitur ut Philoſophus multis ſuo conſilio utilis fuit.

ANAXIMENES.

ADeuertendam Lampſacum,magnis odijs impulſus properabat Alexander,erat intra ciuitatis mœnia Anaximenes ipſius Alexandri familiaris ac præceptor,qui ad leniendum diſcipuli furorem portas egreſſus obuiam pergebat. Vidit hunc uenientẽ Alexander & uaticinatus aduentus ſui cauſam. Iuro, inquit,me non facturum. [illegible]quid id erit, qđ tu me rogaueris.at ille. Oro,ait Lampſacũ euertas. ſubſiſtit Alexan[illegible]ramenti religione cœptum differre coactus eſt.

RECENTIORES.

INNOMINATVS.

ILlud quoq; ſatis callidum,ſi modò uerũ,quod nõ multis retro ſeculis cõtigiſſe quidam memorant. Erat in Sicilia,ut aiunt ingens ſtatua,quæ in loco notiſsimo,ab extrema hominũ memoria intacta permãſerat, in qua literis uetuſtiſsimis inſculptũ erat, Cal. Maijs habebo caput aureũ. enimuerò id ludicrum commentum quidam credidère, alij nudũ uerborum ſonum ſecuti,eò uanitatis exceſſerant, ut in die Cal.ſtatuæ caput terebratent,ubi cũ nihil præter ſolum marmor inueniſſent , fabularum ac riſus materiã uulgò dederant. Vnus tandem antiquitatem ſtatuæ ſimul atq; artificium contemplatus, cogitãſq; in re tàm ſeria aliquid præter fabulam latère,ſcripturam ab omnibus conſpectam, ſed à nemine intellectam acutiori penetrauit ingenio. Siquidem die Cal. redeunte, animo atque oculis intẽtus,ortũ ſolis operiens,locũ ubi caput ſtatuæ primis radijs umbrã iaceret, diligẽter annotatũ cõſignauit. Illic poſt ea clã & ex cõmodo ſuffodiens,magnum auri pondus repperit.

CASTRVTIVS.

CAſtrutius dux Lucanus, uir ætatis noſtræ clariſsimus, cũ diſpenſatorem ſuũ Lippũ nomine,de ſuo locupletatũ noſceret,cogitãs nõ paruã pecuniam ab eo per ludũ exigere,ſubmiſit q ad eũ tũc abſentẽ pergeret, & domini uerbis pecuniam flagitaret, ſtetit in dubio diſpenſator,literas Caſtrutij nõ uidens, quamuis id uarietate negotiorũ, ꝙ in illo uiro uerisimillimũ erat omiſſũ diceretur:ſtatuit tãdẽ incõſulto domino nihil agere. Cuius uoluntatẽ cũ ꝑ literas exqreret, ille ſcripſit tã ambiguis tãq; ſupplicib. uerbis, ut licet ſuperficie affirmatio nẽ clarã cõtinere uiderent , introrſus tamẽ ad utrũ libet flecti poſſent. In fine uerborũ addidit. Vt petitã ãte pecuniã numeres omninò uolumꝰ hoc aũt tãtæ primæ literæ cõfuſione ſcriptũ erat ut nõ magis nolumus,ꝗ̃ uolumꝰ legi poſſet. Lippus literas dñi iubẽtis,cũ uerbis nũcij petẽtis cõferẽs,pecuniã numerauit interiecto tẽpe cũ ratione redderet negabat

Caſtrutius iuſſu ſuo traditam pecuniam, Lippus literam manu eius ſcriptam proferebat, Caſtrutius illam relegens, ſuam quidem non negare, ſed omnia aduerſus illius ſententiam interpretari. Et cum ad finem perueniſſet, ſine ulla hæſitatione nolumus legit & non uolumus. Intellexit locum Lippus, & ſubridens ſiluit.

DE SAPIENTER DICTIS VEL FACTIS.

CAP. III.

SI quis erit forſitan, qui magnam ſpem materiæ fœlicioris, ex tituli præſentis inſpectione conceperit, ſciat me hoc loco nec meijpſius neq; propoſiti oblitum, de communi hominum ſapientia tractare, quamobrem ſi quid altius expectabat, errorem ſuſceptum in limine linquens, in ueſtibulo rebus integris abeat, quod apud me quærebat, apud alios reperturus. At cui exemplorum illuſtrium præfertilem uetuſtatem ſcrutari propoſitum eſt, multis hæc diffuſa uoluminibus coaceruantem calamum ſequatur.

SCIP. AFRICANVS.

SCipionem Africanum, hac ſimilitudine uti ſolitum accepimus. Vt equi bellis & uictorijs feroces domitoribus traduntur, ſic homines proſperis ſucceſsibus elatos atq; intractabiles, rationis ac doctrinæ frenis ſubigendos ducendosq́;, uelut in gyrum, in experientiam humanorum caſuum ac fortunæ uolubilis, ut agnoſcant quibus ſuperbiunt, quàm fragilia quàmq; caduca ſint.

C. IVL. CAESAR.

QVod ſi ſapiẽter fit & dicitur, quantus extimandus eſt uir qui ſine ullo domitore externo, circa omnem aduerſitatis experientiam, perpetuis uictorijs inſolentem animum frenauit atq; compeſcuit; qui in eam quàm diximus cõſideratiõnẽ, per ſeipſum uenit, ut fortunæ blandiẽtis inſidias anteq̃ pateretur agnoſceret. Et quò plus ab ea recepiſſet, eò minus moribus fidendum ſuis partiusq; retentandos caſus intelligeret. quod de Iulio Cæſare lectum eſt, qui licet bellandi ſemper cupidiſsimus fuiſſet uſq; adeò, ut non ex deſtinato tantũ, ſed ex occaſione & ſæpè horridis tempeſtatibus, quibus nedum caſtra moturus, ſed nec iter ingreſſurus quiſq; uideretur pugnam capeſſere conſueſcet, in extremo autem ætatis, ad certamen ob hoc unum paululum moroſior ac deliberantior eſſe cœpit, nec uoluptate, ſed aut neceſsitate aut euidenti & magna utilitate ſuſcipere. Ex eodem crebro auditum memoratur uerbum, omnibus, ſed in magno præſertim conſtitutis imperio, memorandum. Difficilius principem communitatis à primo in ſecundum ordinem, quàm à ſecundo in nouiſsimum detrudi. quod dictum eò pertinet, ut in omni niſu principijs obſiſtamus, non ignari, maioris ibi rei quàm quæ cernitur fortunam uerti. id à ſapientiſsimis uiris conſultum, & ab ipſo non ſecus factum quàm dictum nouimus. Idem iuuentli ætate, ante ullum maius imperium, Pompeiæ uxori L. Sullæ dictatoris nepti, repudium miſerat, propter ſuſpitionem adulterij cum P. Clodio admiſsi, qui ad eam inter publicas ceremonias, habitu fœminæ ſurrepſiſſe ferebatur, cuius rei ſupià meminimus. Erat tam uiolẽta ſuſpitio, ut Senatus ob id quæſtionem de pollutis ſacris aduerſus adulterum decerneret, in qua uocatus ad iudicium Cæſar, matre ac ſorore ſine hæſitatione teſtantibus, certi nihil ſe ſcire ait. Interrogatus cur ergo coniugem repudiaſſet, reſpondit his uerbis: Quoniam meos tã ſuſpitione q̃ crimine iuditio carere oportere.

C. OCTAVIANVS AVG.

ILlũ Auguſti Cæſaris morẽ probo, q; glorificãdis ducib. antiqs, q Romanum imperiũ auxiſſent, exactiſsimã diligentiã impẽdit, opera cuiuſq; reintegrãs ac titulos, dedicatis omniũ ſtatuis, triũphali habitu in porticibus fori ſui factũ, Factũ placet nec minus ratio. ſiqdẽ edicto præfatus eſt, eo ſe propoſito id agere, ut eſſet quorũ ad exẽplar, & ipſius & ſucceſſorũ formarent mores, atq; ad quorũ ueluti præſentẽ regulã inſtitutos principes ſuos exigeret P. R. Sapienter undiq; nã haud dubiè uirorũ illuſtriũ memoria, q̃ his p̃cipuè modis alitur, & populos deſiderio illorũ aut ſimilium accẽdit, generoſis pectoribus ualidiſsimum calcar adigit. Ipſi quidẽ uirtuti conſtat, nullũ ab homine mortali uel charius uel diuturnius præmium præſtari poſſe quàm gloriæ, ita uiuentibus quoq; ducibus, præclaris multos honores

neres largitus eſt, uario conſilio, ut & benemeritis ſuum redderet, & animos exſpectantium ſpe aut cupiditate ſimillimum præmiorum, ad imitationem uirtutis induceret. his actibus unam eiuſdem uocem addendam puto. Caſu quodam in domo Catonis illius qui Vticæ interierat ingreſſus, Strabonem audiuit, in adulationẽ ſui, Catonis inflexibilem duritiẽ accuſantẽ. reſpõdit Cæſar: Quiſqs pſentẽ ciuitatis ſtatũ cõmutari nõ uult. & ciuis & uir bonus eſt, ita paucis & grauib. uerbis alienã famã & fortunã ꝓpriã reſpexit, dum ſimul & egregiũ uirũ excuſauit, et uelut aliud agẽs, ne qs nouãdarũ rerũ ſtudio teneret, admonuit.

DOMITIANVS.

EXcidunt & inſanis interdum uerba, quæ ſi cuius ſint neſcias, ſapientũ putes. qualia ſunt illa Domitiani principis (cuius ut meminerim facit genitor fraterq́) Miſerrimã eſſe conditionem principum dicebat, quibus de coniuratione aperta non creditur, niſi occiſis. id quàm uere diceret norunt certiùs experti, qui in eminẽti fortunæ gradu poſiti, quotiens inſidiatores ſuos, quamuis iuſte puniunt, totiens ex libidine ſæuiendi finxiſſe cauſas, & quia nocere potuerunt, etiã uoluiſſe cenſentur. eiuſdem eſt illud: Nil gratius decore, nil breuius. Huius quoq; dictis ueritatem quiſquis adoleſcentiæ ſuæ florẽ corporeæq́ formæ dulcedinem, uelut in ictu trepidantis oculi, dum præteruolat mulcentem, ſimul & fallentẽ repetit, quiſquis & fugaciſsimæ uitæ lapſum metitur intelliget, quàm & illud ſapiẽter Princeps qui delatores non caſtigat irritat, dignum uerbum quod ſemper in animo hæreat regnantium, dum & in actum transferãt, nec à Domitiano prodiiſſe meminerint, ne forte dictis illecti, rerum imitatores eſſe condiſcant.

VESPASIANVS AVG.

EXhauſto ærario, multum inopi Rep. ſub imperatore Veſpaſiano, mœchanicus quidã ingentes in capitolio columnas modico ære, deducturum ſe promiſit, & oſtendit modum, placuit inuentum principi. Optimum igitur pretium tribuens artifici, opera eius uti non uoluit. Et habe, inquit, hoc tibi. cæterum ſine me paſcere plebiculam eſurientẽ. Quàm ſapienter & quàm lepidè prouidit, ne aut ingenium præmio careret, aut cederet neceſſitas uoluptati, quo nihil poteſt eſſe dementius.

TITVS VESP. AVGVSTVS.

CVius filius, tanto patre digniſsimus Titus Hieroſolymam uictor ingrediens, & murorum compaginem turresq; & propugnacula urbis admirans, Vere, inquit, Deo iuuante pugnauimus, Deus ipſe ab his mœnibus hoſtes noſtros depulit. quid enim aduerſus hæc manus mortalium ualuiſſet? Sapientis animi & fragilitatis humanæ ſibi conſcij eſt, ſicut nihil ſibi fidere, ſed omnem rerum ſuarum ſpem in Deo ponere, ſic ſecundis ſucceſsibus, nihil attolli, ſed uniuerſæ fœlicitatis gloriam auctori Deo reddere. Ad quẽ enim ſpes honeſte diriguntur, ab eodem læti redeunt euentus.

SENATVS ROMANVS.

A Cæſaribus ad Senatum tranſeo, quis enim proximior gradus eſt? Cuius ſapientiam ſi quot locis appareat, enumerare uelim multum mihi arrogem. cæterum q̃d numerum excedit, tacita extimatione colligitur conſiderantibus. imperium Romanum à quam humili principio, ad quantum claritatis & gloriæ, nõ minus Centumuirali conſilio, quam bellicis artibus euaſerit. de qua re preſſus cogitantem, ſtupor opprimit, & quàm multa ſapienter apud ordinem prouiſa ſunt, ut me neſcire fateor, ſic memorabilia ex ipſis rerum effectibus arbitrari profiteor. Pauca ſanè quæ nominatim à ſcriptoribus referũtur annotabimus, ne faſtidiosè uideantur notiſsima prætermitti. In primis erga Maſaniſſam hoc cõſilij cœpit. erat is Rex amiciſsimus P.R. & à quo ſibi pro meritis omnia magnifica deberent, hic amplificandi regni cupiditate flagrabat, iniuſſu tamen Senatus nil penitùs auſurus. erãt in circuitu tàm ſibi, quàm imperio infeſtæ nationes Mauri Numidæq;, & nũquam ſponte quietura Barbaries. et amici uotis ſuccurſum & inimicorum odijs occurſum eſt, lege lata, qua Maſaniſſæ plena & ab omni iugo Romanorũ excepta libertas data eſt. Ita & ſibi aggrediendi q̃d optabat honorificentiſsimè patefactus aditus, & illis ſine iuſta materia querelarum finitimo bello implicitis in Italiam reſpiciendi, aut turpidis effundendi præcluſa uia eſt, ſi ad amicum reſpicimus beneuolè, ſi hoſtem cautè, ſi ad utrunq; ſapienter.

IDEM.

IDem erga illud nobile par ducum præſtitit C. Neronem & L. Salinatorem Coſs. claritate rerum penè pares, ſed uoluntatibus longè diſcordes. In bellum atrociſsimum miſſurus, ante omnia prouidit Salinatore priuatius obluctante, ut ab odio ac Reip. ſimultate diſcederent, itaq; factum eſt, ut alioquin inter ſe diurnis, quàm cum hoſtibus congreſſuri, animis ac uiribus unitis, fortiſsimam fœliciſsimámq; uictoriam fuſo Carthaginenſiũ exercitu, obtruncato formidabili duce retulerit. Per idem tempus in eiſdem ducibus illud ſapienter ſtatuit, ut ab impetitione acri & importuna Bebij Tribuni plebis, eos ob exactæ cẽſuræ ſuperuacuum rigorem intempeſtiuè ad iudicium euocantis, liberi & immunes eſſent, iniquam rem arbitratus, turbatis ordinibus, maiores magiſtratus à minoribus moleſtari. Ad hæc commodius eſt uiſum duces, domeſticis ſollicitudinibus relaxatos, proficiſci omnes in bellũ, curas ſtudiumq; uerſuros. Illud eiuſdẽ ordinis memorabile conſiliũ T. Gracchus Tribunus plebis, homo ſeditioſiſſimus, legem Agrariam multorũ malorũ cauſam, & latori ſuo ſimillimam protulerat, tanto Populi aſſenſu, ut tolli lex ſine urbis & imperij concuſſione non poſſet. prouidit in extremis caſibus Senatus, & ipſum quidem tribunum ſic meritum, capitali ſupplicio affecit, agrum ſecundum legem pro uirilibus portionibus inter ciues diſtribui paſſus eſt. ſic auctore extincto, lege ſeruata, cauſam tumultus extinxit, diuerſiſq; modis ciuili diſcordiæ, & in præſens & inpoſterum occurrit.

M. PORTIVS CATO.

AB ampliſsimi ordinis commemoratione, quo potius diuertam, quàm ad M. Portiũ Catonem: Is enim apud Romanos præcipuũ nomen obtinuit ſapiens, de quo eſt illud ingens Lelij præconium apud Ciceronẽ. Aut enim nemo, inquit, ſapientis fuit (quod quidem magis credo) aut ſi quiſquã ſapiens, ille fuit ſapiẽs. Nec minus Lelio aut Ciceroni, immò magis incomparabiliter, credendum quàm Apollini, qui Socratem unũ ex cunctis mortalibus ſapientiſsimum iudicauit, itaq; apud eundẽ Ciceronem ſtatim ſequitur: Cauendum ne ipſum ab Apolline laudatum Catoni anteponamus. & additur ratio ualidiſſima: quoniam Catonis facta, illius dicta & inuenta laudantur. nos tamen hoc loco, nõ facta ſed dicta Catonis, eaq; non omnia ſed unum ex mille referemus, ſeruatis non ſententijs modò, ſed uerbis etiam, quod uel eorum breuitas uel loquentis auctoritas meretur in oratione de præda militibus diuidẽda, ubi aduerſus prædones Reip. grauiter inuehitur, uerba ſunt, hæc: Fures priuatorũ furtorũ in neruo atq; in cõpedibus agunt ætatẽ, fures publici in auro atq; in purpura. Deus bonè q̃ id uerè ſanctèq; mihi dictũ uidetur, quã id cupidè nũc apertius latiusq; diſſererẽ, niſi fures publicos formidarẽ. Neq; ludꝰ eſt inſultare ſceleribus illorũ qb. uolũtas peſſima ſic & poteſtas maxima, & flagitiorũ omniũ impunitas, & in pœnã humani generis data eſt. Eiuſdẽ ex oratione de Aedilibus uitio creatis, hæc uerba placuerũt. Nũc inqt, ita agũt in ſegetibus, in herbis, bona frumenta eſſe, nolite ibi nimiã ſpẽ habere, ſæpè audiui inter os atq; offã multa interuenire poſſe, quid igĩ inter offã, & herbã, ubi longũ interuallũ eſt: hæc quidem quàm ſapienter dixerit, cogitent qui ſpes ſuas, tùm cũ maximè propinquæ atq; infallibiles uidebantur, ſæpè repentinis caſibus caducas & inermes experti ſunt. Tertium his adijciam Catonis dictũ, ex oratione quam in exercitu apud equites habitã ſcirpis ædidit ſcriptã: Cogite, inqt, cum animis ueſtris, ſiquid uos per laborẽ rectè feceritis, labor ille citò à uobis recedet, benefactũ à uobis dũ uiuitis nõ abſcedet. Si qua per uoluptatẽ nequiter feceritis, uoluptas citò abibit, nequiter factum illud, apud uos ſemper manebit. Hæc ille. Ego autem hoc dictum mecum ſæpè cogitans, ita ſemper habui uelut Dei potius quàm hominis ore prolatũ ſit. Nec ad laborioſæ uirtutis ſtudiũ & meritũ odiũ uoluptatis, quicquam uel ſapientius arbitror uel efficatius dici poſſe. nec quartum prætermittam apud Ciceronem à Lelio relatum. Multò melius de quibuſdam merentur, inquit, Cato, quàm acerbi, quàm qui amici dulces æſtimantur: illi enim ſæpè uerum dicunt, hi nunquam ſine dubio quidem hoſtilis mordacitas multis ſæpè correctionis occaſio fuit, at contrà amicorum blandities multis lapſus turpiſsimi materiam præbuerunt. & huius quidem dicta, ſequentis uerò ſilentium laudatur.

L. FIMBRIA.

LVtatius quidam Romanus Eques ſeſe bonum uirũ ferens, negante altero, ſponſionem cum illo fecerat quod uir bonus eſſet. huius rei iuditium Licinio Fimbriæ claro ac ſapienti uiro creditum erat. Ad quem cum partes ueniſſent, ſententiamq́; flagitarent, diffinire recuſauit utrunq; proſpiciens, ne ſcilicet aut uirum bonum negando pronunciatione ſua famam illi qua pollebat eriperet, aut affirmando peioraret. non ignarus, meritum uiri boni nomen, multis & magnis uirtutib. cõſtare, quarũ aliquãtò facilius fama quàm affectus q̃ritur.

M. AGRIPPA M. T. CICERO.

MArcum Agrippam, qui ſapientia & uirtute animi dignus eſt habitus, quem diuus Auguſtus optimus rerum extimator, plebeium hominem, uultus maiorum ſtatuis aut titulis clarũ, tot generoſis principũ patriciorũ familijs, præferret, et ex cũctis mortalibus unicæ chariſsimæq; filiæ uirum diligeret, dicere ſolitum accepimus, plurimum ſe teneri illi Saluſtianæ ſententiæ, quæ apud eum, in oratione Maſaniſſæ, morientis inſeritur his uerbis: Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur. per hanc enim ſe didiciſſe & fratrem & amicum bonum ac fidelem agere. quod idcircò inter memoranda retulimus, quia benè inſtitui & ad fœlicitatem peruenturi animi mos eſt, ſalutares huiuſcemodi uoces in uſum uitæ traducere. alioquin multa legiſſe uel ſcripſiſſe, ingenij aut diligentiæ aut fortaſsis eloquij ſignum erit, illud uerò ſapientiæ, hic ſi philoſophorum, quorũ & oratio & uita ſapientiæ exemplar eſſe debet, ita conquiram. Quid oberit, quo minus integros noſtrorum, præcipuè Ciceronis ac Senecæ libros ſapientiſsimis ſententijs refertos huic operi inferam: ſed non hoc mihi propoſitum, nec neceſſe eſt, eorum potiùs quorum apud nos libri non extant, ſingulas & ratas ſparſasq; ſententias colligere. noſtrorum quoq; aliunde potiùs, quàm ex eorum diſciplinis attingere fert animus. Et ut à principe noſtrorum incipiam. M. T. Cicero fratrem habebat, Q. Ciceronem, non ſatis ſpectati nominis in adminiſtratione proconſulatus Aſiæ, eodem tempore Octauius ille, qui Cæſarem Auguſtum genuit, prouinciam Macedoniam ſumma uel erga ſocios fide, uel aduerſus hoſtes fortitudine Prætor obtinebat, itaq; Tullius fratrem per epiſtolam hortatus eſt, ut in gubernanda prouincia, uicinum ſuum Octauium ſtuderet imitari. quæ quidem exhortatio fronte ſimplex ac facilis, ſi excutias ſapientiæ plena eſt. In omni enim operatione noſtra, ſiue is uirtutis ac modeſtiæ, ſiue pacis, ſiue armorum, ſiue literarum aut eloquentiæ actus ſit, expeditiſsimè plerumq; nos imitatio perducit, quo uel nunquam uel ſerius gentiũ perduxiſſet. Quia ſicut uultus ad ſpeculum, ſic mores hominum ad exemplar facillimè corriguntur. ſicut præterea certiùs illum callem ambulamus, qui aliorum ueſtigijs ſignatus eſt, ſic in uita alienis exemplis promptius inhæremus, quàm nouam ipſi uiam, nullo duce ſuſcipimus. & hoc totum eſt imitationis illius, quam fratri ſuadebat ſapiens frater.

Q. CICERO.

VErum ut appareat, quemq; facilius alijs cõſulere, q̃ ſibi, idem ille Q. Cicero, M. Ciceroni fratri cõſiliũ dedit, q; ſi ſeruaſſet, potuiſſet forſan in lectulo ſuo mori, potuiſſet integro cadauere ſepeliri. Conſiliũ fuit, ut libratis æqualium ſuorũ utrorũ illuſtrium miſerandis caſibus, periculisq́; ſuis circunſpectis, ſeſe à cõtentionibus & nihil profuturis Reip. ſibi autẽ nouiſsimè nocituris dimicationibus abſtineret. Prouidẽtiſsimè quidẽ. quid enim ſtultius quàm deſperantem, præſertim de effectu litibus perpetuis implicari: itaq; Tullius ipſe, huius fraterni conſilij quodam loco meminit, uerumq; & ſapiens fatetur. At quam id ſapienter ſeruauerit notum eſt. ſed fatalis eum forte neceſsitas urgebat, cui obſiſtere neſcio an impoſsibilè, ſed profectò difficillimũ. & hic mihi qui ſequitur in memoriam redit.

SENECA.

ANneus Seneca, de exilio q; in inſula Corſicæ dulci ocio, ſummaq; cũ trãquillitate ac ſtudiorũ libertate tranſegerat, reuerſus, quem reditũ in quadam Tragœdia grauiter ac magnificè deplorat, Neronis impietatem creſcentem in dies ſingulos, & circũfuſam aulicorũ inuidiam perhorreſcens, ſæpè cõmeatum petijt. ac ueritus diuitiarũ ſuarũ uelut undis quibuſdã tenerei, bonis ſuis omnibus ceſſit. Sapiẽti nẽpè cõſilio, nã & prudẽtis nautæ eſt, theſauros in tẽpeſtate ut uel nudus enatet, & ab hoſte mortẽ metuẽtis, æquanimiter mẽbrũ

quo uincitur amittere, ut uel truncus effugiat. Nemo itaque Senecam arguat, quaſi nolens illi officinæ ſcelerum adhæſerit, omnia temptauit, ut præuiſum diſcrimen euaderet, ſed inuicta neceſsitas, huic quoq; præſtitit, in limine, nec abſcedere paſſa eſt, donec inhumanus & periurus Princeps, qui ei crebro iurauerat moriturum ſe potius quàm illi nociturum, extremam præceptoris ſui ſenectutem, non quidem immatura, ſed impia & indigna morte præuerteret.

VARRO.

SEd ubi Varronem linquimus? Is quidem ait, Si quantum opere ſumpſiſti, ut tuus piſtor bonum faceret panem, eis duodecimam philoſophiæ dediſſes, ipſe bonus iam pridem eſſes factus. de pane loquitur, quod is cibus quotidianus eſt homini, idem ferè de rebus omnibus dici poteſt, ſi eius curæ quam in diuitijs poſuiſti, partẽ duodecimam in bonis artibus poſuiſſes, iam pridem ueris diuitijs abundares. ſi eius temporis quod amico obſequẽs perdidiſti, duodecimã partem obſequijs Dei dedicaſſes, iam pridem amiciſsimus illi fores. ſi eius opere, quam circa bonam ualitudinem ac formam corporis conſumpſiſti, duodecimam partem, circa cultum animi conſumpſiſſes, iam pridem tibi & pulchritudo & ſanitas contigiſſet, quas nec morbus nec ferrum eriperet. nunc igitur quantus furor mortalium, qui pretioſiſsima negligentes, in rebus uiliſsimis ac fugaciſsimis occupantur?

PHAVORINI ET ALII.

PHauorini philoſophi, ingenio agili & eloquẽtia iucunda, dictũ unum quod in uita hominũ frequens & quotidianũ eſt. ſolebat Phauorinus dicere. Peius de fama noſtra mereri lentos ac ſteriles laudatores, quàm acerrimos detractores, huius fore rationem, quod detractores quantò id ardentius agerent, tantò maiori odio accenſos appareret, tantoq; minus fidei apud animos reperirent audientiũ. at exiliter laudantes, amicitiæ ſpeciem præferrent, quod niſi diligerent, non laudarent, cæterum nihil aut modicum in nobis laude dignum inuenire crederentur. Idem diuinos & futurorum notitiam promittentes copioſiſsimè refellebat, nullam eis habendã omnino fidem docens. Et ſi enim aliqua interdum oſcitantes, uera iactarent, caſu id, non ratione contingere. Vti eos lubricis & fallacibus cõiecturis, ac uelut per tenebras ſuſpenſo gradu, prætentaq; manu palpitantes, nonnũquam in ipſam ueritatem ignoranter incurrere, nec quicquam per eadem ueſtigia ſi iubeas reuerſuros, ut quibus nihil cõperti foret, & nulla arte ducerentur. Sæpè præteritarũ auditu rerũ abuti, in conſulentium uanitate & credulitate dementium, multaq; de circumſtantibus percunctando, ad ipſa quæ ſilentur quadam uerſuta ratiocinatione penetrare. ideoq; ſæpius uideri præteritorum, quàm futurorum uates. Sed ob hoc ipſum apud animos noſcẽdi deſiderio flagrantes ſecuturi temporis fidem promereri. Ita tamen uel fortuitè uel callidè uaticinantes cõſequi nõ poſſe, ut cũ omnia mentiantur, reſponſorũ pars milleſima uera ſit. Stultũ ergo dicebat Phauorinus, inter tot mendacia tàm uaria tàmq; ancipitem ueritatem aucupari. Addebat his, eſſe optimum nihil de futuris inquirere, & Chaldeos totumq; id genus hominũ cõtemnere, nihil enim ab his audire poſſe, niſi graue & moleſtum. Quoniam aut uera reſpondebunt, aiebat quod rariſsimè ſolent: & quidem mala, aut falſa, ſi uera, miſeriam ante tempus afferẽt, & ſuperuacuam ſollicitudinem, poſita illic ueritate, adeſt neceſſitas, iſta præſciſſe, nihil niſi dolorẽ afferet. Libet hoc loco ſubſiſtere, & quod communis rerũ natura nõ patitur tẽptare, an minori maior, ſine offenſione poſsit interſeri: hoc eſt Phauorino M. Tullius, cuius hæc ſunt ut omittamus ſuperiores. M. Craſſo putas utile fuiſſe, tùm cum maximis opibus fortuniſq; florebat, ſcire ſibi interfecto filio Publio, exercituq; deleto trans Euphraten, cum ignominia & dedecore eſſe pereundum? An tu Pompeium cenſes tribus ſuis conſulatibus, triumphis maximarum rerum gloria lætaturum fuiſſe, ſi ſciret ſe in ſolitudine Aegyptiorum trucidandum iri, amiſſo exercitu, poſt mortem uerò ea conſecutura, quæ ſine lachrymis non poſſumus dicere? quid uerò Cæſarem putamus, ſi diuinaſſet ut in eo Senatu, quem ex maiori parte ipſe cooptaſſet, in curia Pompeiana, ante ipſius Pompeij ſimulachrũ tot centurionibus ſpectantibus, & nobiliſsimis ciuibus partim

etiam

etiam à ſe omnibus rebus ordinatis, trucidatus ita iaceret, ut ad eius corpus, non modò amicorum, ſed ne ſeruorum quidē quiſquā accederet: quo cruciatu eum uitam acturum fuiſſe, certè ignorantia futurorum malorum utilior eſt, quàm ſcientia. Et idcircò poſſem ego, & antiquos & fortunatiſsimos ætatis noſtræ uiros, in huius ſententiæ teſtimonium uocare, ſed nec neceſſe eſt, nec locus hic longiorem digreſsionem recipit, & attigiſſe uidetur ille clariſsima. ſin autem bona pronunciant, duplex incommoditas, expectationis tædium, & & præcogniti gaudij extenuatio, quod repentini cumulatius ac gratius obueniſſet. Aut falſa dicent, quod quotidianū apud eos eſt. & ſi erunt infœlicia, angoribus falſoq́ metu, ſi fœlicia inani ſpe & gaudio triſtitiaq́ te ubi deluſum ſenties, torqueberis. In omnem igitur euentum hos nugatores, ſycophantas, contemnendos fore. Ad hanc ferè ſentētiam, ut prætercam Dicearchum, qui expedire nobis omnino futura neſcire, magno uolumine concluſit, breue & ut ita dixerim, manuale Phauorini conſilium extat. meo quidē iuditio ſalutiferum, ac ſummoperè ſeruandum, & cuius ipſe mihi conſilium ſim conſcius à me ſemper obſeruatum ante etiam, quàm uel Phauorini uel Dicearchi nomen audiuiſſem. Memineram quippè poëtici illius:

Quid craſtina uolucris hora,
Scire nefas homini.

Sed multò maximè natura ipſa, me in hanc ſententiam ducebat. his ipſis rationum uinculis quæ poſt philoſophica eſſe didici. Accedunt & antiquorū teſtimonia multa, è quib. duo in Noctibus Atticis ſcripta ſunt, poëtarū in illa prima ætate præluſtriū. Pacuuius enim ait:

Nam ſi quæ euentura ſunt prauideant
Aequiparentur Ioui.

Ruſum quod in illis Noctibus non habeatur, Pacuuius idem ait:

Nam iſtis qui linguam auium intelligunt
Pluſq́ ex alieno iecore ſapiunt, quàm ex ſuo
Magis audiendum quàm auſcultandum cenſeo.

Actius uerò. *Nil credo, inquit, auguribus qui aures uerbis ditant*
Alienas. ſuas ut auro locupletent domos.

Tertium his Ennium addiderim, qui uetuſta illa, & uenerabili facundia, hos ipſos eleganter irridet, ut uerbis etiam eius utar:

Qui ſui quæſtus cauſa fictas ſuſcitant ſententias.
Non enim ſunt ij aut ſcientia, aut arte diuini:
Sed ſuperſtitioſi uates impudenteſq́ harioli,
Aut inertes, aut inſani, aut quibus egeſtas imperatur
Qui ſemitam ſibi non ſapiunt, alijs monſtrant uiam
Quibus diuitias pollicentur ab his drachmam ipſi petunt:
De his diuitijs ſibi deducant drachmam, reddant cætera.

Hæc Ennius. His & quartum aggregauerim Phyſicum Democritum hominem ſpectatæ auctoritatis, is ergo aduerſus diuinationem iocans, quod eſt, inquit, ante pedes nemo ſpectat, cœli ſcrutant plagas. Quintus ecce ſuperuenit præmiſsis omnibus fide dignior Cato, qui mirari ſe ait, quod non ridet haruſpex haruſpicem cum uidet. quod eò ſpectat, quia tot ineptijs credulos homunculos illudunt, ut occurſus memoriam & riſum ex mutua conſcientia mouere debeat. Infinita ſunt doctorum hominum in hanc ſententiam. Hæc raptim ad retrahendum ab his ineptijs adoleſcentes dixerim, quanquā deliros, ſimiliter ſenes ineptos uideam, qui cum mirari potius deberēt, quomodo tandiù membris trementibus uixerunt, conſulunt qualiter uicturi ſint, de morte autem nihil interrogāt, quaſi illa quia tantùm eos diſtulit oblita ſit. Cæterum de tota hac re, ad utranq; partem conquiſitis argumentis & perſuaſionibus uarijs, libri duo extant M. Tullij accuratiſsimè compoſiti, qui inſcribuntur de Diuinatione. Illi quidem, cui hæc breuiora non ſufficient adeundi ſunt.

DOMITIVS GRAMMATICVS.

SEd mihi mentio Phauorini, Domitium urbis Romæ clariſsimū Grammaticum in animū adducit, cuius reſponſio licet paulò quàm uirū modeſtum doceat, concitatior facta ſit, ſapientiæ tamē plenā continet ſentētiā. Interrogatus enim ab illorū aliquo de peregrina nū ǵrundā proprietate. animo ſimul & fronte permotus. Nulla, inqt, prorſus bonæ ſalutis

ſpes

ſpes reliqua eſt, cum uos philoſophorum illuſtriſsimi, nihil iam aliud quàm uerba auctoritatisq́ uerborum cordi habetis. Pauca præterea turbata uoce, in hanc ſententiam quæſtus i a concluſit. Vtinam muti omnes homines eſſemus, minus improbitas inſtrumenti haberet. quid nūc diceres Domiti, quando philoſophia poſthabita & neglecta, garrulitatē pro uirtute ſectantes, omnes ſe certatim ad Dialecticam tranſtulerunt, nec pudet in puerilibus ſeneſcere ſapientiæ ſtudium profeſſos.

AFFRANIVS.

DEtur & poëtis locus. Affranij circa hanc ipſam, de qua iam diù loquimur ſapientia celebris ac uulgata ſententia eſt Vſus, eam ac memoriæ filiam opinantis. Quo intelligi uult, ſapientia non in libris tantùm, de diſciplinis mortalibus conſiſtere, ſed in experientia rerum omnium magiſtra, accedente fideli eorum quæ quis uiderit memoria. Hinc ſibi enim & alijs certius quenq; conſulere argumento rerum in quibus ſæpè periclitatus ſit, quàm uerborum, in quibus alienis ingenijs luſum eſt. Altius quidem in animos deſcendere ſemel uiſa, quam ſæpties audita compertum eſt. Ipſius Affranij uerba in togata cui Cæciliæ eſt nomen, in Atticarum Noctium libris poſita, huc trāsferre propter eorum uetuſtā elegantiam uidetur. Sunt autem huiuſmodi:

Vſus me genuit, mater peperit memoria.
Sophia me uocant Graij, uos Sapientiam.

PACVVIVS.

NEc Pacuuiū excludam, cuius dictum ſcribi debere pro foribus templorum omniū, in eiſdem libris ſcriptum eſt. Ego, inquit, odi homines quorum ignaua opera, et philoſophica ſententia: Nihil indignius neq; intolerabilius fieri poteſt, quàm q̄ homines ignaui ac deſides operti barba & pallio, mores & emolimenta philoſophiæ, in linguæ uerborumq́ artes conuertant, & uitia facundiſsimè accuſent, ipſi uitijs madentes.

VIRGILIVS.

INter exempla ſapientiæ, cernens Afranium temperare mihi nequeo, quo minus unum quoq; de tàm multis noſtri Poëtæ figmentis & illuſtribus dictis annumerem. In illa etenim horrenda nocte Troiani excidij, per quam non ineptè quidem intelligitur humanæ uitæ ſtatus, falſus quidē ac breuibus gaudijs illuſus & uelut ſomno fœlix, mox ut expergiſci cœperis tenebris atq; horrore obſitus, inter innumerabiles miſerias ac labores & pericula urgere, cum lachrymis ad ineluctabilem interitū. In illa, inquam, nocte Aeneā ipſum ſuum, per hoſtes ac flammas errantem fecit, ſed donec lateri genitrix Venus affixa eſt caligatibus oculis ſecurum, at ubi primum illa digreditur, purgatis luminibus uiri fortis, iratas facies deorum apparuiſſe, ſubiungit, qua in re more poëtico magnæ ſapientiæ recondit arcanum, quin & experimento compertum, & magnorum hominum auctoritate teſtatum eſt ab aſpectu diuinitatis nihil magis abſtrahere q̄ uſus ueneris, quo amoto, & ſimul uiſus diſcuſſa caligine, incipit quidem Deus apparere ſed iratus. Ita tamen ut euadendi non abripiat facultatem.

C. FABRITIVS.

VT autem retrogrado ferar ſtilo, Fabritius ad Pyrrhū legatus à ſenatu, dum moram trahit apud regem, audiuit à Cynea, qui uerſa uice rege legatus ad ſenatum uenit, Athenis eſſe quēdam, qui ſapiēs haberetur, diſputare ſolitum ac diffinire, Omnia quæ agimus in uita, ad uoluptatem referri, illam finem eſſe ac præmium actionum laborumq́ omnium. eo autem audito, uir temperatiſsimus obſtupuit. quod cum domi narraret Titum Coruncanum & M. Curium ſic optaſſe ferunt. Dent dij talem ſapientiā, hoſtibus. P. R. Sapientis ſui, ludo dicta, illis imprecati. Profectò enim qui uoluptati rerum ſuarum terminum conſtituit, nihil glorioſi aut magnifici operis, illa ſemp animum retorq̄nte ſuſcipiet.

C. PONTIVS SAMNIVS.

ATq; ut parumper in Italia ſubſiſtamus, non abſimiles C. Pontij Samnitum imperatoris preces. Vtinam, inquit, ad id tempus me fata reſeruaſſent, quo Romani dona accipere cœpiſſent, non eſſem paſſus eos diutius regnare. ſapienter id quidem hoſtis optabat. uidebat enim imperium donis corruptibile, diuturnum eſſe non poſſe.

DIONYSIVS

DIONYSIVS SYRACVSANORVM TYRANNVS.

Dionyſius maior, qui Syracuſas Siciliæ nobiliſsimam quondam ac florentiſsimam ciuitatem graui ſeruitio calcauit, tàm delitijs quàm feritate notiſsimus, cunctis uariæ blãdientibus, ſolus de ſe uerum teſtimonium dedit. Cum enim Damon quidam, fortunarum eius præcipuus mirator, ſtatum illius cœlo tenus, eum omniũ mortaliũ lõgè fœliciſsimum prædicaret. Vis'ne, inquit, igitur fœlicitatis meæ partiunculam deguſtare? Immò uerò, inquit ille, Nihil magis opto. tum Dionyſius imperauit Damonem in conuiuiũ produci, & in loco ornatiſsimo diſcũbere, oſtro & ſyndone circũamictũ, parietes ſerico, floribus ſolũ omne ſubſtratũ. electiſsimarum dapium ingens copia, & ſuauis Bacchi diſcolor uarietas, in gemmis trãslucentibus, & in uaſis aureis artificio uincẽte materiam. alternatim apponebantur conuiuæ attonito & gaudenti. aderant omnis generis odores, & gulæ irritamenta, extremo procul oriente tranſmiſſa. miniſtrabant tenerrimæ ætatis & formæ uarioris adoleſcentuli, nutum edentis obſeruatus attentius & alacrius obſequentes. coronatus Damon, purpureum lectum molli premebat accubitu, iam fœlix, iam ſibi ſapiẽs uidebatur, & tyrannicæ fœlicitatis uerum ſibi iuditium arrogabat. Hæc inter ex laqueari inaurata trabe ſuprà caput diſcumbentis, coruſcus mucro demittitur, equinæ caudæ ſetula tremente ſuſpenſus, iam caſurus, & ſimilis iam cadenti. Ille autem ſubitò horrore percuſſus, expalluit. hærere cibus faucibus, non apparatum, non miniſtros, non epulas circumſpectare, denique nuſquam oculos ab acie ferri minantis auertere: orauit tandem ut abire permitteretur, nolle ſe diutius eſſe fœlicem. Atqui, inquit, Dionyſius, talis die noctuq; uita mea eſt, qualem tu momento temporis pertuliſti. hec eſt illa fœlicitas, quam inexpertus tantoperè mirabaris. ſic caſtigatum hominem dimiſit. Hactenus hæc à multis rerum ſcriptoribus tradita ſententijs, alienis noſtro ſermone retulimus, hoc addentes hiſtoriæ, nequàquam potuiſſe tale aliquid, niſi ab homine acuto, & proprium atq; omnium tyrannorum ſtatum altius intelligẽte confingi, & actum quidem magnæ ſapientiæ nullus negauerit. quod idcircò minus miror, quia hunc ipſum Dionyſium, fuiſſe acrem & inuicti temperantem, atq; in gerendis rebus induſtrium, teſtis eſt Cicero, tàm ſceleſti tam peruerſiq; propoſiti, tantisq; ciuium ſuorum circumuentum odijs, propter exacti temporis flagitia, ut ſi uitam tyrannicam dediſcere uellet (ô miſera peccantium conditio) ſine capitis ſui periculo non liceret, Hinc iam ſeruato regionum ſitu, ſicut ex Italia in Siciliam, ſic è Sicilia in Aphricam nauigemus.

EXTERNI.

IVGVRTHA.

At quoniã ſenſim ab extrema delapſi ſumus, quod uelut à longinquo poſitum, Samnius cernebat, non multò pòſt tempore genitus Apher hoſtis ante oculos habebat, tàm cito, Romani mores euerſi ſunt, ſimul cum uictorijs regum ac gẽtium irrumpente urbem auaritia. de Iugurtha loquor Numidarum rege, qui corrupta muneribus Senatus parte, atq; auro uinctis belli ducibus, ſæpè uotorum iniquiſsimorum compos. Cum tandẽ pecuniæ & artibus ſuis fidens, Romam ſub fide publica ueniſſet, atq; inde præter ſpem, uecundia uincente cupidinem, iuſſus ſecederet, portas urbis egreſſus crebroq; tacitus ſubſiſtens, & in tergum uerſus: in finem traditur dixiſſe: O' urbem uenalem & mature peniturã, ſi emptorem inuenerit, quod uerbum quamuis ab hoſte prolatum, dictù mirum eſt, quàm latè uulgatum ſit, ad infamiam Romanorum. cæterum ex eodem ſapientiæ fonte prodierunt, & ſuperioris uotum, & huiuſmodi exprobratio:

PHILIPPVS MACEDONVM REX.

Iam uerò qui cum Iugurtha inter templa Regum uenimus, Philippus occurrit Macedoniæ Rex, cuius ad Alexandrum F. ſubiectorum beniuolentiam muneribus aucupãtem, extat epiſtola huius ſententiæ, Quis tibi error ſuggerit fili, eos te fideles habiturum, quos pecunia paraueris amicos? ſapienter ac regiè, pecuniæ ſiquidem mercẽnariorum atq; ſeruorum opera, amore atq; humanitate ingenuorum amor & fides quæritur.

OLYMPIAS.

Hvius lateri coniunx hæreat Olympias, quæ ab Alexandro F. literis receptis, in quib. ſe Iouis Ammonis & Olympiadis reginæ filium inſcribebat. Reſcripſit, uentoſam

nari caſtigans inſolentiam his uerbis: Amabo, inquit, fili mi quieſcas, ne deferas me, neque crimineris aduerſus Iunonem, malum mihi prorſus ille dabit magnum, cum me literis tuis pellicem eſſe illi confiteris. Laudata mulieris ſapientia, adulatorum flatibus & falſis opinionibus imbutum filium, non aſperè ne notam ferociam irritaret, ſed lepidè ac ſalubriter admonentis.

ALEXANDER MAGNVS.

SIc & ipſe filius reſipiſcens, aliquando ſapientius loquitur. Dum enim Indiam bello premit, muros ciuitatis, quam obſidione cinxerat incautius obequitat, ſagitta crus traiectus, non dimiſit inceptum, ſed intempeſtiuo dolorem labore auxit. uerũ poſtquam refrigeſcens ſanguis, & ſubareſcens uulnus patientiam uicerũt, exclamauit: Omnes me filium Iouis dicunt, ſed dolor hic hominem me eſſe teſtatur. Cõſcientiam propriam excutere, & illi potius quàm blandientium ſermunculis fidem dare, ac ſtultitiam dediſcere, uel ſerò, proximus ad ſapientiam gradus eſt.

CYRVS PERSARVM REX.

NEc extorquebit aut breuitatis ſtudium, aut uulgatæ rei uitandũ repetitione faſtidiũ, ut ſermonẽ Cyri maioris, morientis à Tullio ex Xenophõte translatũ prætermittã, ſic enim Filios alloquitur: Nolite arbitrari ô mi filij chariſsimi, me cũ à uobis diſceſſero, nuſquam aut nullũ fore. neq; enim dũ eram uobiſcum animum meũ uidebatis, ſed eum eſſe in hoc corpore, ex his rebus quas gerebã, intelligebatis. eundẽ igitur eſſe creditote, & ſi nullũ uidebitis. nec uerò clarorũ uirorum poſt mortem honores permanerent. ſi nihil eorũ ipſorũ animi efficerent, quò diutius memoriã ſui teneremus mihi, quidem nun quã perſuaderi potuit, animos dũ in mortalibus eſſent corporibus uiuere, cũ exiſſent ex his emori. nec uerò tũc animũ eſſe inſipientẽ, cum ex inſipienti corpore euaſiſſet, ſed cũ omni admixtione corporis liberatus purus & integer eſſe cœpiſſet, tunc eſſe ſapiẽtẽ. Hæc ad contextũ de regis uerbis elicui. Opinio quidẽ immortalitatis animæ, nõ ſolũ ut uera, ſed ut ſtudio quoque uirtutis amiciſsima, piè ac tenaciter amplectẽda eſt, hac enim ſublata, omnis profectò mortalium ardor refrigeſcet, quo ad honeſta ſuccendamur. quis enim dempta ſpe præmij mortis, tot humanæ uitæ pericula tantosq; labores perferet? quis ſe à uoluptatibus arcebit, aut impetus animi frenare uolet? qua ira aut libido uocauerit, ſequetur quiſq;, ita totus hic pulcherrimus atq; optimus rationis ordo turbabitur, interq; marcidũ ociũ, & effrenatã rabiẽ, ſine ſalutis reſpectu fluctuabit humanum genus. Duo igitur in Rege miror. Et q; dogma tàm uerũ tãq; ſaluti ferum, cæterũ in illa ætate, uix dũ principibus cognitũ philoſophis, tàm conſtãter affirmat, & quod in ipſa morte faciat. Neutrũ enim ſine magna quadam ſapientia, & ſingulare contigiſſe arbitror.

THEMISTOCLES.

PRæſcriptis regibus Themiſtocles Athenienſis accedat, nõ ipſe quidẽ rex, ſed nec Perſidis aut Græciæ regum inferior. Hic interroganti amico inhoneſto, inopi, an diuiti ſed famí, unicam filiam in matrimonium daret. Virum ſine pecunia, quam pecuniam ſine uiro ſe malle reſpondit. uirtutem in homine ſpectandam potius quàm fortunam.

DAMOCLES.

AThenienſibus quoddã diuinos honores negantibus Alexandro, Videte, ait Damocles, ne dum cœlum cuſtoditis, terram amittatis. non minus ſapienter dictum quàm feſtiuè. qui enim potẽti minora negat, maiora permittitur. & immodicus libertatis uſus, ſeruitutis occaſio eſt & his quidem dicto, ac uicinis eorum facto ſapiens inuentus eſt.

AGESILAVS.

AGeſilaus Lacedæmonius, deprehenſa coniuratione ſceleſtorũ ciuiũ, aduerſus ſalutẽ publicã, cũ eos nec raptim, aut citra iuris ordinẽ condẽnare poſſet, nec de indẽnatis ſecũdũ Lycurgi leges ſumi ſupplicium liceret, & periculoſam animaduerſionis moram eſſe conſtaret, inter has difficultates dubius, hoc tandẽ cõſilij cœpit. Legibus abrogatis coniuratos more mulctauit, cõfeſtim reſtituit leges. Ita nec contra eas, nec contra Rempub. factũ eſt, &

eſt,& huiuſmodi abrogatio cõfirmatio iuris fuit. Sed iã ſatis inter duces hæſimus, deinceps
ſapiẽtiæ ac philoſophorũ qui in Græcia floruerũt, ex innumeris pauca memoriæ prodita re
nouare tentabimus,lectores orãtes,dent ueniã, ſi in rebus magnificis, paulo cũctatior ſti-
lus eſt,nec tacita noſtri admiratione contentus,alienis parũper dictis interſtrepit.

S O L O N.

Atticum Solonem prædicare ſolitũ ferunt,expectãdum fore nouiſsimum uitæ diem,
ut quis beatus iure uocaretur.omnes nẽpè dũ uiuimus, quocũq; gradu poſiti,ſubia
cemus imperio & ludibrijs fortunæ, à quibus perrarò quidem immunes,à periculo aũt ac
minis nunquã tuti ſumus.in quãtalibet igitur rerũ affluentia,de futuro ſemper incerti, dici
nõ poſſumus fœlices.Quod uerbũ altius intelligĩt,ab his q ex altiſsimo dignitatis ac potẽ
tiæ ſolio,ubi firmiter ſtare uidebãtur, repẽtè corruerunt. Id cũ in multis ſæpe, tũ clariſsimè
in Crœſo Lydorũ rege,ubi hoc dictũ à Solone tradit Herodotus,apparuit. Hũc enim po-
tẽtiſsimũ ſuæ ætatis,Solõ ut à lõgæ uitæ finẽ reſpiceret,monuit, nec prius intellexit, q̃ à Cy
ro Perſarũ rege breui poſt uictus flãmiſq; traditus,in mediaq; iã morte Solonẽ uerum ratẽ
exclamauit.q admirans Cyrus,auferri tantiſper ſuppliciũ imperauit, donec quid ille uocife
raretur agnoſceret, & adiuuit repẽtinus imber,qui impetũ flãmaſq; compeſcuit. re aũt in-
tellecta,fortunæ uim reputãs,& ſtatim hoſtis miſeratus,uitam ſibi,ſed ſine regno,& ut qui
dam adijciunt,ſine libertate reſtituit. Rectè igitur dici poteſt,q de mortali fœlicitate ſola
mors iudicat.quamobrẽ breuibus quidem incluſum,ſed latè patẽs ſalutare cõſiliũ Solonis
uni datũ,ab omnibus obſeruandũ,qui uel ſunt uel fieri cupiũt ſapiẽtes. Non ſolũ ſi propter
fœlicitatis,de qua diximus iuditiũ,q ita Solonẽ ſenſiſſe Crœſi finis indicat,ſed etiam ſi pro
pter uitæ ad unũ aliquod ſignũ diſponẽdæ certitudinem,q uerba ipſa non reſpuunt,intelli-
gere uellemus,ad finem uitæ reſpicere.Profectò ſi hoc temporis momẽtũ degere cupimus,
tranquillè proponẽdus animo eſt aliquis certus uitæ curſus ac terminus, ad quẽ omnia no
ſtra referantur,in quo quam cõmuniter peccetur ab omnibus,nõ audeo dicere. Progrede
re in uulgus quisquis hoc ſcire cupis,paſſim tibi ſenes ridiculi occurrent,noua in te cõſi'ia
poſt ultimum mortis tempus agitantes,nec aliter anxij,quàm ſi per eadem uitæ ueſtigia re-
uerſuri ſint,curam quæ prima eſſe debuerat,ad extrema tranſtulit mortalis incuria.atq; uti-
nam ſenectutis conſilia conſtarent miſeris,quibus ſaltem in morte tuerentur. Ad hæc quo
que titubant aſsiduè,eoq; magis,quia multa uidendo multiuoli facti ſumus. Omne genus
hominum percurrere rariſsimos inuenies,qui liquido quid ſibi uelint explicare queant. Be
ne quidem ac fœliciter ſibi eſſe cupere affirmabunt omnes,ſed id quo'nam modo,aut qui-
bus expectant Hæc eſt illa conſiliorum inconſtantia,uotorum confuſio,nec mirum,ſciunt
enim in alto nauis quem portum petat ignara,ſic uita hominum, ad quem finem dirigatur
neſcia,uaga ſemper & incerta fluctuabitur, ut diuerſis illa flatibus,ſic aduerſis hæc agi-
tanda ſententijs. Ad milleſimum licet annum uiuatur, pluribus certè conſilijs, ſed pa-
ri uanitate peccabitur.Ego autem uereor,ne ſapientiſsimi uiri uerbum puerilibus magis
querimonijs implicuiſſe uidear, quàm declaraſſe.hinc igitur ad aliud eiuſdem dictum tran
ſeo. Fortunam propriam miſerabiliter flenti, amicu huiuſcemodi ſolamen adhibuit in
locum eminentem,unde omnis ciuitas uideri poſsit adducto. Circumſpice,inquit, hanc
terram incolumis:quot cum is ſedulo feciſſet. Nunc,ait,apud animum tuum uerſa, quot
quantiquè hactenus in domibus mœrores fuerint,quot modò ſint,quot in poſterum futu
ri,communemq; mortalium querelam in patientia & lamentis propriam tuam facere deſi
nito.ſapiẽter atq; magnificè,quãtus eſt enim error:nemo ſe hominẽ natũ eſſe cõqueritur,
humana cuncti patimur cũ gemitu,tãtaq; peruerſitas inceſsit,homines eſſe cupimus & do
lemus.Hinc cõſequens eſt eiuſdẽ dictũ.Si omniũ calamitates & miſeriæ in unũ cõuchant,
uiritim in ſingulos refundendæ,& ad hũc immenſum atq; inextimabilẽ malorũ cumulum
cũ cũ conueniãt mortales,fore,ut attonitus quiſq; cũ ꝓprijs & uſitatis abire malit,q̃ nouam
ex uniuerſo ſibi obuenientẽ portionẽ ſumere. q dictũ eò ſpectat,ut non qui mediocribus
agimur incõmodis,ſortẽ noſtrã æquanimiter toleremus,nõ tã ad aliq̃d pondus præeuntiũ,
quàm ad ſequentium turba oculos habentes.nec ignari,ſi quibuſdã inuidemus innumera

ii 2 biles eſſe,

les eſſe, quibus inuidioſi ſumus, ut permiſceri ſingulorū mala, & æquis partibus diſtribui, nobis qui nunc de ſtatu noſtro ſine fine conquerimur, nequaquam expediat.

CHILON LACEDAEMONIVS.

PRogreſſo in medium Solone, quid ſex alij qui in eodē ſapiētiæ nomine gloriantur faciēt? Falſo gloriari dixerit quiſpiā, niſi & ipſi de ſapientiæ ſuæ fontib. ſingulos ſaltem hauſtus ſitiēti præbeāt lectori. ꝙ igitur in ducibus obſeruatū eſt, obſeruetur in hoc ordine. Ad latus Atheniēſis Lacedæmonius ſedeat Chilo, ipſe eſt qui illius auctor ſentētiæ tradit, quæ in tēplo Delphici Apollinis ſcripta fuit *NOSCE TE IPSVM.* cuius præcepti authoritas tanta eſt, ut non hominū culpiā, ſicut ait Cicero, tribueretur, ſed Deo. Quo quidē, ut ait, idē nō credo id præcipitur, ut mēbra noſtra aut ſtaturā figurāue noſcamus, neqꝫ nos corpora ſumus. nec ego hæc dicēs corpori tuo dico. cū igitur noſce te ipſum dicit, hoc dicit, noſce animū. Nā corpus quidē quaſi uas eſt, aut aliquid animi receptaculū. ab animo tuo quicqd agitur, id agitur à te. Hæc Cicero. ꝙ & mihi planè probatiſſimū, & eo ſpectare uidetur, ut & cognitos animi defectus reformemus, & in actionibus noſtris noſmetipſos metiamur, atqꝫ extimemus acriter, quid quiſque animi robore, quid lingua, quid ingenio ualeat, quid uiribus corporeis, ne aut ignarus ſui nobilitatē inſitam deſidia corrumpi ſinat, aut uaria opinione tumefactus ridicula corruat audacia.

CLEOBOLVS LYNDIVS.

CLeobolus Lyndius dixiſſe fertur μέτρον ἄριστον ꝙ latinè ſonat modus. quid hoc breuius, quid ſapiētius dici poteſt? cuius in ſingulis uitæ noſtræ particulis meminiſſe conueniet, ſeu uigilādum, ſeu dormiendū, ſeu laborandū, ſeu quieſcendū erit, ſeu loquendū uel tacendū. & ut breuiter cūcta cōplectar, quicquid agemus, quicquid cogitabimus, niſi hoc ante oculos ſemper habuerimus, facillimè crebro nimis oberrabimus. Hinc traxiſſe uidetur Comicus Terentius quod ait in Andria:

Nam hoc arbitror apprimè in uita eſſe utile:
NE QVID NIMIS.

Explicauerat alijs uerbis Cleoboli ſententiā, ſi addidiſſet, & Ne quid parū, niſi fortè hoc ipſum nimis ad utrūqꝫ porrigetur. itaqꝫ plenius locutus mihi uidetur Flaccus, ubi ait:

Eſt modus in rebus ſunt certi deniqꝫ fines Quos ultrà citràq; nequit conſiſtere rectum.

THALES MILESIVS.

NOxam præſto eſſe ſpondēti, uel adeſſe uadimonio Thaletis Mileſij ſentētia eſt. Quā comptè ſapiētiæ lachrymoſæ ſerò penitentiū ꝗrelæ, & miſerabiles patrimoniorū caſus indicāt, eorū qui ꝓ alijs ſpopōderūt. Idē cū ab eo quereret: Nūqd operationes hominū laterēt Deos? ne cogitationes quidē ait. ꝗ tacite monemur, nō minus abdita mentiū, quā exteriora corporū actuū'q; introſpicientis Dei oculis approbare nullā, in latebris ſpē habētes.

BIAS PRIENNEVS.

BIantis Prienneí dictum eſt. Plures mali. De cuius ſcilicet dicti ueritate nemo ambigit, qui modò inter homines educatus ſit, quorum ex milib. quot reperire liceat bonos, utinam minus euidens foret. Parum abeſt quin melius fuiſſe uideatur. Omnes mali. eò enim peruentum eſt, ut bonus habeatur, quiſquis diſtat à peſſimo. Eiuſdem eſt uox illa famoſiſſima. cum enim patria eius expugnata & incenſa, omnes ciues quos cladis publicæ fortuna ſubduxerat, chariorum rerum ſarcinulas efferent, atque ipſum uacuum abeuntem, ut idem faceret monerent. Ita, inquit, Bias facio, omnia mea mecum porto. quæcunqꝫ extra animum ſunt nec bona nec ſua iudicans, ſed fortunæ. nec ſum neſcius, dictum hoc non Bianti ſed Stilboni tribuere Senecam, quem in epiſtola quadam refert, capta patria, amiſſis liberis & uxore, ſolum, ſed beatum ex incendio publico exeuntem, interrogatum à Demetrico rege illo formidato urbium euerſore, Vtrum omnia perdidiſſet reſpondiſſe. Omnia ſua ſecum eſſe. ut uolet quiſque accipiat, ſiue Bias, ſiue Stilbon dixerit, de auctore poteſt dubitari, de dicti ipſius maieſtate ac ſapientia nequaquam qui Bianti hoc aſcribere maluerunt, teſtem locupletiſſimum ac fide digniſſimum Ciceronem & ſequaces eius qui Stilboni Senecam citabunt, & ipſum quoque magnum teſtem. Poteſt autem fieri, ut & Bias hoc dixerit & Stilbon. Siue quia alter alterius dictum

dictum legendo uel audiendo didiciſſet,ſiue quia,ut in Oratore ait Cicero, ſimilitudine in genij,in eadem ueſtigia incurriſſent. quod ſi res omnino in diſcrepationẽ ueniat,ſcio cui ex teſtibus plus apud me fidei ſit, niſi quia Cicero quodam loco,hoc narrãs ſic ait:Sæpè illum laudabo ſapientem Biantem,dubitationem omnem abſciderat,ſed addidit,ut opinor, hoc uerbũ ne Stilbonem Senecæ reijciam facit.

PITTACVS MYTHILENAEVS.

PIttacus Mythilenæus,Tempus agnoſcere præcepit.quod ſiue opportunitatẽ atq; occaſionem,ne quid intempeſtiuè agamus aut loquamur,cum omnia tempus ſuum habeãt,ſiue temporis præcipitem fugam,cui nullo modo præter quàm bonis & glorioſis actibus reſiſtitur,concernit,ut ſecundum primum ſenſum rebus aptum tempus diſcernamus, ſecundum alterum,tempore partius utentes,rem anguſtam & irreparabilẽ,quo uno poſſumus remedio laxemus:qualitercunq;,inquam,ſapienterq; conſulitur.

PERIANDER CORYNTHIVS.

PEriander Corynthius,ait: Meditatio totum.ſic eſt haud dubiè,quicquid acturus es,antequã incipias meditare,ut ratio adoptatũ prouehat finem:alioquin periculoſè quodlibet aggredieris non Rationi,ſed caſibus obſequens fortuitis.illud quoq; uteriſsimũ:Totam docti hominis uitam in meditatione conſiſtere.rectè itaq; dictũ eſt. Meditatio totum.

LYCVRGVS LACEDAEMONIVS.

FVit animus mihi, Lycurgum inter Solonem & Chilonem collocare, ut & conciuem ſuum præcederet,& legiferũ Athenĩeſem legifer Lacedæmonius ſequeretẽ.retrahendi manum ab inceptis cauſa fuit,ut in his ſeptem uetuſtè Graiorum perſuaſioni morẽ gererẽ, nec ſtilo confunderem,aut alijs permiſcerẽ, quos ſegregatos abſque participe famoſi cognominis eſſe uoluerũt,quãuis eos ipſos,ut eſt apud Ciceronẽ, qui iſta ſubtilius quærũt,in numero ſapientium non habẽt.Sed ut cunq; res ſe habeat,cur inter hos non fuerit Lycurgus ſæpe miratus ſum.ſanè admirationem tempus abſtulit,quoniam ut in epiſtola quadã ait Seneca,Lycurgus ſi eadem ætas fuiſſet,ſacro illi numero acceſſiſſet octauus.quia ergo tantũ Plebiſcitum abrogare non poteram,hactenus tantum differre ſum compulſus.Itaq; Lycurgus è duobus Græciæ luminibus illuſtrauit alterum, cũ alterũ Solon illuſtraſſet. ex legib.aũt,quas ciuibus ſuis ſanxit,hæc memoratu digna narrantur. Auri & argenti uſum uelut cunctorũ criminum radicem extirpauit, in pecuniæ locum,rerum compenſationem ſtatuens. Populos principibus,principes iuſtitiæ ſubegit,utroſq; parſimoniæ,quã domi militiæq; utiliſsimam arbitratus eſt. Regibus bella,magiſtratibus iuditia,ſenatui leges,populo ſenatus ac magiſtratuũ creandorũ iuſſus permiſit conuiuia omnibus æqualia, eaq; non niſi in publico fieri.Iuuenes ſingulis in annos,ueſtibus cõtentos eſſe,hiſq; unius cultus ac pretij uoluit,ne aut latebræ luxum,aut imparitas æmulationẽ pareret.primã ætatem foro arcuit,& rure agi uoluit,procul ab urbana luxuria,duriter ac ſeuerè,ſine pulmento,ſine molli accubitu,uiros in urbem reuerti.Senes Primũ honoris gradũ,nõ diuites tenere,unde Venerabile (& Lyſandrũ dicere ſolitũ refert Cicero) Honeſtiſsimũ ſenectutis domiciliũ Lacedæmon Virgines indotatas nubere,ne dotis reſpectus, aut eis inſolẽtiam adderet, aut uiris & in uxorum electione,uerũ iuditiũ & in matrimonijs regẽdis uirilẽ præciperet libertatem. Agros deniq; cũctorũ ita diuidi,ut ad ſingulos ciues,æquè portiones prouenirẽt, ne patrimoniorũ inæqualitas.quoſdã in ciuitate præponẽtes,quoſdam egenos & imbecilles faceret,ſed omnes ſicut in iure ciuili,ſic in bonorum abũdantia plures eſſent. quod in illa fortaſſe republica expedire uir ſapiẽs intelligebat,apud Romanos aũt,quot quãtarũq; ſeditionũ cauſam inuexerit,idipſum cõtinebat,notũ eſt omnibus qui Romanos legerint labores. Itaque legem illam & docti & boni omnes execrantur. Vnde Cicero primum officium eſſe dicit Rempub.gubernantis,ut ſuum quiſque teneat.Et poſt pauca: Capitalis,inquit, oro eſt ad æquationem bonorũ pertinẽs,qua peſte quæ poteſt eſſe maior:hãc enim ob cauſam maximè ut ſua tenerentur Reſpub.ciuitateſq; conſtitutæ ſunt. quam quidem ciuitatum cõmoditatem,eo articulo, quem in extremo poſui,ſuſtuliſſe uidetur lex Lycurgi.

PYTHAGORAS.

DE quo ut dixi, cur in numerum ſapientum Græciæ non ſit admiſſus mirabar, de Pythagora nõ admiror. is enim ut in ſuperioribus expoſitũ eſt, glorioſum illud arrogãs cognomẽ Sapiẽtiæ erubuit, primusq; Philoſophũ ſe dici maluit. Nec pauca tamẽ eiuſdẽ ſapientiæ extãt argumẽta, primum omniũ urbs Croton, in extremo Italiæ littore ſita eſt, nũc licet ad minimũ redacta, quondam tamen ut Cicero teſtatur, omnibus copijs florentiſsima & inter urbes Italicas beatiſsima. Eius ciuitatis populus, graui prælio attritus, armorum deſperationem, atque omnis uirtutis odium ſimul & ocio inhærere cœperat. Qua tempeſtate, peropportunè tranſuectus, ad Italiam Pythagoras Crotonẽ adijt, labẽtesq; & iam in luxuriam prolapſos, ciuitatis mores, ſapientiæ ſuæ præſidio firmauit erexitq;. Tantumq; apud eos ualuit, ut populum nõ minus uitijs quàm ferro domitum, aſsiduis monitis ad antiquæ uirtutis habitum reformaret. Sapientiſsimus orator pro affectuum uarietate, uariore mediorũ genere utendũ ratus, ſexũ & ætatẽ in cõcionibus diſtinxit, ſua oratione ſeparatim apud quẽlibet uſurus. Viris fortitudinẽ, & ignauiæ fugam, mulieribus pudicitiam & coniugalẽ fidẽ, pueris uerecundiam & literarũ amorẽ, omnibus pariter frugalitatis ſtudium ſuadebat. extorſitq; perorando, ut non tantum uiri, ſed fœminæ etiam, ab omni morum peruerſitate, uelut ab ancipiti fouea, pedem retraherent, eũq; ad alta uocitantẽ ſequerẽtur, uſq; adeò, ut ſponte ſua ueſtes quoque purpureas, aureasq; & cætera corporum ornamenta reijcerẽt, doctæ ornatũ muliebrẽ in pudicitia, nõ in auro gemmisq; conſiſtere, iſsq; potiſsimum armis, atq; his facibus ſæuire luxuriam. Quid igitur miri eſt, ſi cuius ſinguli tam ſalubre cõſilium experti fuerant, eundem omnes conſultorem publicum elegerunt. Huius eſt illud dictum. Alium animum fieri, templa ingrediẽtibus & Deorũ ſimulacra de propinquo ſpectãtibus, quod mortalis infirmitas, diuinitatis quãdam ueluti uicinitate contremiſcat. Eiuſdem & illud inſtitutum, Vt diſcipuli prius quàm quæſtionibus atque altercationibus implicarẽtur, quinquẽnio tacerent, audire & meminiſſe contenti, nec à temeraria procacitate, ut noſtri iuuenes, ſed à ſobrio attentoq; ſilentio ſapientiam auſpicantes.

SOCRATES.

SApiẽtiæ titulũ conſecutũ hominũ conſenſu, Dei, ut aiunt, reſpõſo ſapientiſsimum iudicatum, Socratẽ ſubijciã, inde alios non ſapientiſsimos, ſed amorẽ ac ſtudiũ ſapientiæ profeſſos. Sed à Socrate incipiam. Cuius in primis ſanctum ac uenerabile conſilium habemus, Adeò niſi ut nobis benefaciat, nihil poſtulare, ille enim qd nobis expediat ſolus nouit. Nos aũt cæci, futurorũ neſcij, aduerſus propriã ſalutẽ, ineptis & inopportunis precibus ſæpiſsimè laboramus. In quo quidẽ, quia Satyricus multũ grauiterq; uerſatus eſt, libet & nobis aliquãtulũ immorari. Itaq; nihil hoc præcepto ſapientius, nihil tutiùs. nihil utiliùs, nihil cõtraria obſeruatione demẽtius. Inſiſtat quiſq; ſecũ reputare, quoties optauerit nocitura, quoties optatũ uotorũ exitũ breui pòſtmodũ execratus ſit, intelliget illi uni, nos noſtraq; deſideria melius cõmitti, qui nec præteritis nec futuris fallitur, deniq; cui omne æuũ præſens eſt. quid enim miſeri optamus? Primæ mortaliũ preces, pro opibus potẽtiaq; fundũtur quibus cõiuncta ſemper inuidia, quàmmultos obruerit enumerare nõ attinet: quid de uxorib. ac liberis dicã? inter optabilia quàm præcipuũ locũ tenent, apud animos mortaliũ, ignorantibus miſeris quantum laborũ ac ſollicitudinũ ſecũ ferãt. quod nõ adeò occultum eſt, quin uiros inuenias, quos non ter & amplius in die teneat nuptiarũ ac pœniteat, ſic maritalis lectulus, quotidianis iurgijs ac querimonijs plenus eſt, ſic ſomni uacuus & quietis. Vt illa grauiora prætercam. Rarã cõiugi fidem, ſuſpitionesq; perpetuas, peruigilis adulterorum inſidias, & domeſticũ opprobriũ, uulgò prius notũ quã marito. Adde turpiſsimũ errorem, & ridiculam crudelitatem, cui audax uox & ſpes innititur, educationemq; ſanguinis non ſui, atque hæreditates melius ad amicos ſic meritos peruenturas, ut conſtat, matrimonij religio, ſobolis tamen irrequieta conditio eſt. Aut enim uitia contriſtant, aut ſpes metusque ſollicitant. igitur ad hæc partius optandum Deoq; ut reliqua committendum erat, quid de uanitate hominum loquar, qui formam corporis optãt naſcituris filijs? ſibi enim impoſſibilia optare delirantis eſt, atque inter corporis & animi decorem antiqua lis uertitur: ſcimus

quia for

quia formoſis pudicitiam ſeruare & ſi libeat, uix licet, tantus ardor libidinum, tanta corruptelarũ circunſtat ambitio. Omitto fœmineam pulchritudinem, propter quam præcipites Rerumpub. mutationes contigiſſe compertum eſt. Propter quã potentiſsima olim regna & ualidiſsimæ urbes corruerunt. Iſta uirilis forma, quæ nullius periculi uidetur, quot ne dicam uolentes, quorũ eſt innumerabilis multitudo, ſed nolentes interdum & negantes, ad potentiorũ thalamos, magno capitis ac famæ diſcrimine ꝑtulit, & mox uel offenſorũ ſeuitiæ maritorum uel publicis iudicijs deprehenſos obiecit? I nũc & lactea atq; aurea filij ceruice gloriare, quàm ultori gladio præbiturus eſt, qui deformis in lectulo ſuo forſan moriturus naturalem uitæ curſum in pace peregiſſet. Iam quibus illos uerbis irrideã, qui nihil niſi dierum longitudinem & uitæ ſpatium precantur? cum ſit primum ſumma dementia, in tãtis anguſtijs ſpacioſum aliquid ſperare, deinde uiuacitas hæc, quam cõtingere permiſſum eſt homini multis ſæpe peſtilẽs fuit & quos iuuenes uirentiſsimo florẽtiſsimoq; rerũ ſtatu fœlix exitus abſtuliſſet, ſenes factos, uel fortuna deſtuit uel afflixit, & ignominioſa mors rapuit. Lõgior uita, credite periculis ac calamitatibus innumeris expoſita eſt. etſi formidatã mortis horã tãtiſper diſtulit pro uſura breuiſsimi temporis, quot propria incõmoda proferre, quot ſuorum funera comitari, quot infauſta uidere coëgit ſpectacula, ut non ineleganter dixerit Callimachus: Multo ſæpius lachrymaſſe Priamum quàm Troilũ. Finge aũt ꝙ in nullo uidimus, in paucis legimus, ut ad nutum cuncta proueniant, ſenectus ipſa quot ſcatet angoribus? ego quidem nondum expertus ſum, an experturus ignoro, uerumtamen hi ſenes quod à tanto tempore cupiebant conſecuti, quid aduerſus ætatem illam uociferent non intelligo, uirilior illorum honeſtiorquè ratio uidetur, qui honores, qui gloriam aut domeſticam aut bellicam, qui doctrinam, qui eloquentiam cõcupiſcunt, eadem tamẽ eſt inſania hæc, quoniã adeptos & antiquis temporibus, & noſtris ſeſe ſuaſq; Reſpub. propter neſcio quẽ ruiturũ, titulũ ſepulchri, funditus euertiſſe cõpertũ eſt. quorũ aliqua exẽpla ad terrorẽ legẽtium libenter infererem, niſi quia id ſcienti ſuperuacuũ fieret, ignorãti aũt fieri breuiter modò nõ poſſet, igitur finem facimus cũ Socrate cõſulentes humano generi. Nolite mortales perniciẽ ueſtram exoptare, deſinite inani precũ murmure tẽpla cõplere, atq; aures dei fatigare, ne fortè importunitate uictus, damnoſa largiatur. quid uotis incerta paciſcimini? quid ſanctorũ calles uiſceratis? in illo ſpes ueſtræ ſint, cui lõgè quàm uobiſipſis charioris eſtis. illi intrepidè rerũ ueſtrarũ conſiliũ arbitriũq; permittite, qui profectò meliora & ſi nõ ſemp iucũdiora pſtabit: ꝙ ſi omnino nominatim aliquid orare libet, illa poſcite quorum nunquã pœniteat, uirtutũ cultũ, criminũ cautelam, ſanã mentẽ. nec ſatyricam adiectionẽ, ſani corporis reſpuo, & ꝙ culmen humanæ fœlicitatis eſt, petite ſuppliciter. Quoniam de uno ſapientiſsimi uiri uerbo, pro ipſius quidẽ qualitate perpauca, ꝓ inſtãtis aũt noſtri modò ſatis multa diximus, Reliqua uelocius percurramus. Idẽ Socrates ad gloriã aſpirantibus, quæ ingẽs turba eſt, rectũ ac cõpẽdioſum callẽ, nõ omnib. ſanè notũ deſignabat, ut ſcilicet, Talis quiſq; fieret, qualis uideri cuperet: ſimplex uirtutis ſtudiũ ſectandũ dicẽs, ſimulationis atq; hypocriſis uiã relinquendã, quæ producere quo pollicentur nequeũt. Idem ab adoleſcente dubio cõſultus, Nuptias'ne contraheret, an in cœlibatu permaneret? ratus fore, ut quicquid dixiſſet, ab illo magna fiducia ſuſciperetur. hac errorem reſponſione diſcuſsit: Falleris, inqt, ſi uelut è duobus bonis ꝙ ſit melius expectas, utrinq; difficultates ac moleſtiæ, hic angor tædiũq; ſolitudinis, ſtirpis defectio, externiq; dolor hæredis. inde iugis querelarũ ac curarum ſarcina, dotatæ coniugis audacia, ſocrus repueraſcentis procacitas, faſtidium propinquorũ, adulterorũ metus, anceps exitus natorũ. deinceps ipſe tibi conſule, & quæ tolerabiliora uideanť elige. Alterũ adoleſcentem cũ uidiſſet inſignem uultu atq; habitu, ſed tacitum, Loquere, inquit, ut te uideam proprié quidem, quoniam ut ſuprà diximus, non uultus aut corpus, ſed animus cuiuſq; is eſt, cuius quodammodo facies ſermone releuatur, ut uideri poſſit, qui inuiſibilis eſt naturæ. nec minus ſapienter interrogatus à quodam, cur ſibi ad tranquillitatem animi nil peregrinatio profuiſſet. Noli, inquit, admirari, quoniam te ipſe circũfers. Profectò enim excutere uitia, moreſquè malos conuenit, & habitum cui aſſueuimus exuere, Cum ſe quiſq; quod fuerat domi reliquerit, & in uirũ alterũ uerſus, nouũ uiuendi-

genus induerit, tum demũ tutò peregrinari potuit. alioquin, qd prodeſt patriã fugiſſe, ſi ſeipſum nõ effugiat: ſiue montes tranſcẽder ſiue cõſcendet nauim, comitabunt̃ cor urentes negotiorum curæ, & cõſciæ mentis arcana ſupplicia, & tenaces conſuetudinum peſsimarũ laquei. hoc eſt enim ſeipſum circumferre. Peregrinatio igitur non ſufficit, dicẽte Satyrico:

Cœlum non animum mutant, qui trans mare currunt.

Huius eiuſdem uiri eſt illa ſibi conueniens ſemper uniformitas, quam ex noſtris in C. Lælio fuiſſe legimus, ex Græcis in Socrate, ꝙ in ipſo Xãthippen uxorẽ prædicare ſolitã, refert Cicero eodẽ ſcilicet ſemper uultu uidiſſe exeũtem illũ domo, & reuertentẽ. Animaduerſis quidẽ tantis fluctuationibus hominũ, cæterorũ ac tam crebris motibus, ut iure dictum ſit à Seneca, de aliquo quem heri uideris meritò dici poſſe: his quis eſt, liquet illam moris conſtantiam, niſi ſapienti unquam potuiſſe contingere, præſertim hoc addito quod apud eundem Ciceronem ſequitur. Non fuiſſe eam Socratis frontem: que M. Craſsi illius ueteris, quem ſemel, ait, in omni uita riſiſſe Lucilius, cuius unici riſus cauſa, nec ab ipſo nec ab alio quod ſciam prodita eſt, & erat cognitu non indigna res: ſed tranquillam & ſerenã affert rationem, Iure enim, inquit, erat ſemper idem uultus, cum mentis à qua is fingitur, nulla fit mutatio. quæ niſi fallor conſumatæ ſapientiæ laus eſt. Ad nomen Xanthippes, unũ Socratis reſponſum in memoriam redit, ſiquidẽ litigioſam illã & procacẽ coniugẽ, & fœmineis importunitatib. abundantem, cum pacientiſsimè ſupraq; fidẽ æquanimiter perferret, admirans Alcibiades, quæſiuit, quã ob cauſam fœminam tam intractabilem, intra domus ſuæ limẽ diutiùs pateretur: cui in hãc ſentẽtiam reſpondit: Domi qualiter uiuendum ſit addiſco, & uxoris iurgijs aduerſus exteriorũ arrogantiã armatus egredior. ita quod ſapientis eſt proprium, alienis uitijs ſeſe meliorem faciebat. Hæc tanta Socraticæ ſapientiæ fœlicitas, poſſeſſorem ſuum nec in fine deſtituit: etenim furibundo patriæ conſenſu morti deſtinatus, cum oblatam ueneni potionem, nec animo nec fronte commotus accepiſſet, & iam bibere inciperet, querelam ac gemitum memoratæ coniugis audiuit flebiliter iterantis. Innocentem uirũ mori qua uociferatione conuerſus, ac labijs à poculo tantiſper amotis. Nunquid igitur ait, ô mulier, nocẽtem mori fœlicius iudicabis: ſic caſtigata uxore, ad id ꝙ inceperat reuerſus, mortẽ hauſit intrepidus. Hactenus multa quidẽ de uno homine, ſed pauca de Socrate.

PLATO.

CVius diſcipulus Plato, Malorum eſcam uoluptatem uocat. præclarè atq; ut ait Cicero diuinè. ſicut enim hamus credulum piſcem implicat, ſed non aliter, quàm ſi eſcam præferat, ſic malorũ uitia, ſub obtentu uoluptatis ſequaces animas trahũt. qs enim niſi ſpe aliqua, uelut eſca illectus, ad peccandũ gratis accederet? Sed, heu, quàm facilis & quàm breuis. quantarũq; miſeriarum cauſa. Idẽ, Tum demum beatum futurarum terrarũ orbem ait, cum aut regnum ſapientibus, aut ſapientia regnantibus obueniſſet. Idem, ait, ſimiles eſſe ciues qui de Reipub. & nautas qui de gubernaculi adminiſtratione contenderent. apta quidem comparatio. utrobiq; enim labor appetitur. Quod cum in nautis nunquam aut raro uiſum ſit admirari mens non ſufficit, unde hæc in urbibus digladiantur inter ſeſe ciuium quotidiana diſſenſio, ob hoc unum, quia unus quiq; periculoſum & difficilè Rerumpub. regimen feſtinat inuadere, & ab eodẽ reliquos arcere. quòd eò indignius uideri debet, quia ſententiarũ opinionũq; diuerſitas ac libertas animorũ in conſilijs, non ſatis ſufficiens inimicitiarum cauſa eſt. Eodem Philoſopho dicente: eos pro hoſtibus habendos, qui arma cõtra nos ferant, non qui ſuo iudicio tueri Rẽpub. uelint. Eidem nihil grande. præſertim ſine uocatione diuinitatis aggrediendũ uidetur. inconſultè quidem. Quantulumcunq; enim eſt hominis ingenium, nunquam tamen uiribus humanis magnæ res fient, niſi auxilium ſuperueniat ab alto, quot tum uberius ſperari poteſt, cum dignæ preces obuiam miſſæ ſunt.

XENOPHON.

ANtequàm eam longiùs, & æmulum huic, & condiſcipulũ adijciã Socraticũ Xenophontẽ cuius illud in primis apud Ciceronẽ Aphricanus laudat, ꝙ Eoſdẽ labores Imperatori faciliores diceret, quàm militi. præclarè, quippè præſentem moleſtiam uenturæ ſpes gloriæ, ſolatur, aut minuit, quod non tantùm in re militari, ſed in reliquis omnibus locum

habet latiſsimeq́; patet. neq; enim fruſtra princeps Oratorũ ait: Honos alit artes, omneſq; incendimur ad ſtudia, gloria laudis, & noſtrorum non ſecundus Poëtarum.

immenſum gloria calcar habet.

Cœpto nunc ordine deſcendam.

ARISTOTELES.

PHiloſophicæ nos hæreditatis ſeries ad Ariſtotelem perduxit. cuius illa laudantur, Alexandro Calliſthenem ſub eodem Ariſtotele ſuum condiſcipulum ac familiarẽ poſtulanti, per quem rerũ quas geſsiſſet memoria ſcriptis mãdaretur, miſit quidem, ſed tali conſilio inſtructum, ut Coràm illò aut aſsiduè taceret, aut placita loqueretur, ſecurus ſi ſeruaſſet alterutrum. Verum is dum corripiendis inſolentiſsimi regis moribus, non conſiliũ præceptoris, ſed Philoſophiæ ſuæ libertatem ſequitur, in tyranni ſæuitiam mori iuſſus, incidit. eiuſdem Ariſtotelis documentum eſt, à paucisſimis obſeruatum, Ne ſcilicet, de nobisipſis aut uituperando loquamur aut laudando. alioquin illinc dementiæ, hic inanis iactantiæ aduerſus nos ore proprio teſtimonium proferemus, nec minus ſalubriter illud monet, ut uoluptates abeuntes contemplemur. Quod ſi acriter fecerimus, earundem breuitas ſimul ac fœditas, fructu carens, empta dolore, corpori nocens, atq; animo gloriæq; & uirtuti capitaliter inimica ſuadebit, ut de præteritis pœnitentiã agentes, reduces fortiter ac magnificè contemnamus. De uoluptatibus autem ita iudicat, omnes quocunq; ſenſu corporeo immodicè ſuſceptas, eſſe fœdas fugiẽdasq; ſapiẽti, eas uerò præcipuè quæ guſtu tactuq; conſiſterẽt eſſe turpiſsimas. quòd cum cæteræ ſint hominũ tantũmodò, hæ quidem ſunt homini cõmunes cum belluis. quare quiſquis non modò ſtultitiam, ſed beſtialitatẽ etiam ac feritatem declinare ſtudet, ab his animũ ſummoperè coërceat. illud ab eodẽ ſapiẽter excogitatũ refert Cicero. Fingantur, inquit, aliqui ſub terra nati, ſub terra educati, magnifico quodam palatio, prædecoris picturis atq; imaginibus adornato, ſuppeditãte affatim omniũ rerum copia, quib. abundare ſolent, qui fœlices appellãtur affluentibus, præterea omnis generis delitijs, quarũ ille locus capax ſit. lumine etiã penetrãti tenebras arcente, & ſubtili hominũ artificio, aduerſus naturale domicilij torpẽtis incõmodum excubãte, ita tamen ab infantia edocti eſſe, diuinã quãdã poteſtatem ac naturam creatricem rerum mirabiliũ, ijſipſis denique ſic inſtitutis, alioquin humanarũ rerũ prorſus ignaris, poſt multũ temporis, ſubitò in hæc loca quæ incolimus contingat emergere, dubium non erit, quin cernentes cœlum terras & maria, nubes quoq; cœlo uagas, & uentos & pluuias, adhuc & ſolem diuinæ lucis auctorem, dum redit aurorã terris inuehere, & tempus laborantib. aptum mortalibus, rurſus abeuntem quietæ nocti ſilentioq́; cedere, illam uerò ſydereo ornatu, aut creſcentis ſemper aut decreſcentis lunæ uarietate diſtinctam, atq; hunc mirabilẽ totius orbis ordinẽ, & hæc omnia non fortuito, ſed certis & immotis legibus agi, ſumma cum ratione, ſtatim ſine ulla dubitatione fateantur Deum eſſe, ut audierint. ſeq́; hactenus in ædificijs hominum habuiſſe, huius autẽ pulcherrimi & immenſi operis creatorẽ, & ut ita dixerim, architectũ Deum fore. hæc propemodum Ariſtotelica ſentẽtia eſt, non ſuis uerbis expreſſa, ſed quidem aliter, licet aliter Apoſtolus noſter ait. Inuiſibilia Dei à cõſtitutione mũdi, per ea quæ facta ſunt intellecta cõſpiciuntur, ſempiterna quoq; uirtus eius ac diuinitas. ſed ad Ariſtotelẽ reuertor, cuius quoq; ſapiẽtia, ut de Socrate diximus, in finẽ enituit: Iacebat ſuprema laborãs ægritudine, ad quem cum diſcipulorum cœtus conueniſſet inſtantiũ, ut iudicio ſuo probatum eis magiſtrum, ac doctrinæ ſuæ hæredem, uelut teſtamentaria diſpoſitione relinqueret, quod poſt uitæ ſuæ exitum inſtruerentur, ſenſit Ariſtoteles nec comparationes odio carere, nec modum famæ, pondus ſuam ſecum tracturã eſſe ſententiam, ſed tàm pias diſcipulorum preces ſpernere nõ poterat. reſpõdit itaq;. Se cũ primũ ex cõmodo liceret facturum quòd peterẽt. ex multis quidẽ claris uiris eius auditoriũ frequentantibus, duo longè antè cæteros ſtabãt Theophraſtus ex Lesbo inſula, & Menedemus ex Rhodo oriũdus, ut nulli dubium foret, de his tantum conſuli. nam multò poſt eiſdem illis, qui primum deprecati fuerant, circunfuſus obſequij cauſa. Vinum, inquit Ariſtoteles, quo utor aſperum & inamœnum eſt, quærite mihi uel Rhodiũ uel Lesbiũ: quin potius utrunq; deguſtãdũ afferte,

utar eo quod delectauerit. utrūq; cum attuliſſent, Rhodium poſcit. quo guſtato, firmum hercle uinum, ait, & iucundum: guſtato dehinc Lesbio, inquit, Vtrumq; bonū, ſed hoc guſtu meo ſuauius. quo dicto, diſcuſſa eſt omnis ambiguitas. conſtabat enim ſapienter, ſed & moleſtè, ac ut ait A. Gellius, lepidè ſimul ac uerecundè prælatū eſſe Theophraſtum linguæ & ingenij ſuauitate conſpicuū. quamobrē breui poſt ſubtracto reb. humanis Ariſtotele, tanti præceptoris conſilium ſecuti, certatim ſe ad Theophraſtū contulerunt omnes.

THEOPHRASTVS.

EIus, ut adhuc per Philoſophorum ſucceſsionem qua cœpimus, ſtilus eat, dictū haud prætereundem reor. Pro magno, inquit, & inſigni amici cōmodo, tenuis infamia ſubeunda eſt. minima quidē honeſtatis & famæ iactura, maiore honeſtate, quā erga amicū benè merentem exhibemus, cōpenſari poteſt, ne quod ait, ab hac ſentētia nominibus terreamur, quod utilitas honeſtati, quaſi aliena noſtris poſtponēda uideātur, quoniā hæc non uocabulorū ſplēdor, ſed rerū ponderib. extimāda ſunt, ſi enim in reb. parib. aut non lōgè diſparibus, de noſtra honeſtate, atq; amici utilitate quæreretur, prona & facilis diffinitio eſt, prępōderante multū honeſtate rebus omnib. in propoſito aūt perinde eſt, & ſi parua auri lamina, magno æris ponderi cōparetur. Genere enim & qualitate ſuperat quantitate, conſequenter & pretio uincitur. hæc Theophraſti pro uſu uitæ cōmunis (niſi fallor) ſatis probabilis, & colorata ſententia eſt, alijs contra fortaſſe uideatur, ut libet quiſque pronunciet. Mihi autem quod ad hunc locum attinet, ſapientum atq; illuſtrium quatuor Philoſophorū ſententias, ſeruato interim magiſterij atq; ſucceſsionis ordine, explicuiſſe ſufficit. Deinceps per paucorum qui reſtant nomina, qua ſors impulerit uagabor.

ISOCRATES.

ISocrates in conuiuio, ab his qui aderant rogatus, ut eis de eloquētia ſua cōmunicare uellet, ueniam popoſcit. quæ enim præſens locus & tēpus exigit, inquit, ego nō calleo, quæ ego calleo nec loca ſunt aperta nec tēpori. Sapiēter. Stultū eſt enim, nō intellecturis, aut quo dixeris ſpreturis uerba iactare. inter ebrietatē igit̄ & iocos ſerij hominis, ac ſobrij, conſiliū eſt, ut ſileat. Vnū nō abſimilem alterius dictum, ut meminerim huius narratio cauſa eſt.

EPICVRVS.

EPicurus igitur in medio ſuorum ſtabit. hunc omnes lacerant, omnes huic obſtrepūt, omnes inſultant, omnis in hūc Philoſophorū ſecta conſpirat, nec immeritò. Hic eſt enim ille (de quo Cyneas retulit Fabricio), qui ſicut in cœno aurum, ſic ſummū bonum in uoluptatib. poſuit, huic uirtutē ipſam uelut ſordidæ ancillæ dominā ſubiecit. ad hāc deniq; diffiniunt referri omnia, quæ agunt̄ ab omnib. effœminatū dogma, & quidē infame, inter hominem & pecudē nullū ſtatuens diſcrimē. At ſi quædam uoces & imperatorū & regū inſolentium placuerunt, quid prohibet placere, aliqua ab infami licet prolata Philoſopho, cuius præſertim tàm multa ſunt & cōſulta ſapiēter, & dicta ſuauiter ut eis Seneca tātus uir, epiſtolas ſuas & fulciat & exornet: ex quib. reliqua potius, q̄ ex ipſis primi auctoris libris uulgata relinquenti, paucæ quæ mihi altius inſedêre, uiſum eſt ab alijs ſementa colligere. quæ ideo magis innotantur, ut Seneca idem ait, quia mirum eſt, fortiter aliquid dici ab homine, mollitiē profeſſo, & rurſus q̄d fieri in Senatu ſolet, faciēdū ego in Philoſophia quoque exiſtimo. cum cenſuit aliquis quod ex parte mihi placeat, iubeo illam diuidere ſententiam. & ſequitur. pro eo libentius Epicuri dicta egregia cōmemoro, ut iſti q ad illa cōfugiēt, ſpe mala inducti, qui uelamenta ipſa uitiorū ſuorū habituros ſe exiſtimant, probent quocūq; ierint, honeſtè uiuendū. hactenus de Epicuro eleganter apud Senecam, nunc ad ipſum, de quo nobis ſermo inſtitutus eſt uenio. Nunq; uolui populo placere, inq̄t Epicurus. quid uirilius, quid magnificētius, quid ſapiētiæ uiro dignius, à quocūq; uel peripatetico dici poteſt: nec minus librata ratio. Nam quæ, inquit, ſcio nō probat populus, quæ probat ego neſcio. pclara ſi modò nō uoluptatis, ſed uirtutis amicus id dicere. q̄d enim neſcire te dicis Epicure: cum unus ex omniū grege Philoſophorū, uulgaris inſaniæ defenſor exiſtas, & quod ab indoctis ebrijs in conuiuio eructatur, à te ſobrio probetur in ſcholis. Sed omittamus hominem, quicq̄d dixerit ab alio dictū extimemus, idē ait, Si ad naturam uiues, nunquam diues eris.

eris. & has diuitias, & hanc paupertatem in me ipſo ſum expertus, ideoq; dictum fidentius laudo, eoq; me tueor aduerſus amicorum iurgia, deſidiā mihi an modeſtiā exprobrātium, quod facili niſu potuiſſem altius aſcēdere, quod ultrò uocantē deſpexiſſe uideor fortunā. Patientia quidē mihi opus eſt æterna, quādo illis obiurgandi uoluptas æterna eſt, aures du rau:, illis linguas nō frenantib. & callū ſuperinduxi, ut ad nullū uerborum uulnus doleam, aut eis indigner pura fide. ſed niſi fallor confuſa, ac peruerſa opinione monentib. unum teſtor, fruſtrà eos torqueri, quoniā quò longius in tēpore procedo, eò firmius in propoſito perſiſto. ne me piget aut pœnitet incœpti, quin potius amicorū demētiæ tædet & miſeret, quos nec tēpus nec ratio, nec ulterior admonitio, nec exemplū, nec pudor, nec faſtidiū, nec metus, nec uicina mors, ab erronib. reuocare poteſt. Et hæc quidem de meipſo loqui cum amicis dulcè fuit. cum enim ſingulis ſatis fieri, ſine labore non poſsit, ſimul omnibus edico conquieſcāt, & ſibi conſulāt, curāq; quàm pro me ſumpſerunt, pro me deponat: ego enim pro Epicuro ſtatui, ſpretis opinionibus, naturā ſequi, diuitias mihi quietiſsimas ac ſecuriſsimas promittentē, quomodo aūt mutarer, qui ne in hoc quidē peccare me nouerim, immò ſi error eſt, errore delecter & glorier, quo nihil pœnitentiæ magis contrariū eſſe poteſt, ſine qua ſpes ſalutis delinquentibus uana eſt. ſapientiſsimè ergo & hoc ab Epicuro dicitur, quod Initiū ſalutis eſt, notitia peccati. nec quod ſequitur ab eodē dictū obliuiſci ualeo, quippe cum affigi animo Seneca iubeat. Aliquis, inquit, uir bonus nobis eligendus eſt, ac ſemper antè oculos habendus, ut ſic tanq; illo ſpectāte uiuamus, & omnia tanq; illo uidēte faciamus. alibi imaginariū teſtē exprimēs, ſeipſum nominauit, ſic enim inqt. Fac omnia tanquā ſpectet Epicurus. utrūq; locū tractās Seneca, Scipionē eligi ſuadet aut Catonē, aut Leliū ſi Cato uideatur aſperior: deniq; aliquē cuius oratione ac morib. & honeſtate delecteris. ſaluberrimè quidē iſtud ab altero dictū, ab altero confirmatū eſt, neq; enim dubitari poteſt intuitū clarorū hominum, ſi is deſit, memoriā ipſam, frenū eſſe animo, ne in præceps peccatis urgētibus rapiatur. qui hanc ſibi meditationē familiarē fecerit, quotiens ad peccandū labi cœpit, ſubibit ex recordatione uerecundia, & manu uelut à præſente retrahetur, nec actus ſoli, ſed cogitationes quoq; ruborem exprimēt, ita repoſitis animi motib. teſtem quē natura negauit, imaginatio formabit, & in imas pectorū latebras introducet. mihi quidem & Cato placet & Lelius, & ſuper omnes Scipio, ſed quoniā noſtris nunc hominib. cōſulendum. eligite uobis Ioānem uel Antoniū, ſi horū durior ſanctitas uidetur, eligite ex eorum numero, qui & peccatum & ueniam experti, orare pro peccantibus didicerunt Paulum, Auguſtinum, quorum nec ambigua uirtus, nec cenſura ſuſpecta eſt, quanquam nobis, qui nec muta ſimulacra, nec lapides manufactos, nec uana phantaſmata, nec ſceleratas furum & adulterorum umbras, ſed unum uerum immortalem ac uiuentem in ſæcula Deum colimus, quid fictionibus opus eſt? meminiſſe ſufficiet illū cunctis actibus & cogitationibus noſtris aſsiſtere, non teſtem modo, ſed iudicem, in quo iuſtitia & miſericordia ſumma eſt. Multæ ſunt præterea magnificæ uoces Epicuri, quas proſequi & longū eſt, & minimè neceſſarium, ſed una omniū regula eſt, ſententia placet, auctor diſplicet. quamuis enim illum, ut ait Cicero, & bonū uirum, & cōmunem & humanum fuiſſe nemo neget, bonū tamen Philoſophū nullus affirmat, niſi in eadē nutritus uoluptatis officina. Quoniā ſentētijs clariſsimis abūdās, eas (ut dixi) ad turpiſsimū finem refert. & hinc quidem ad unius actus memoriam uocor, ubi ſpretum ſimiliter auctorem legimus, manente ſententia.

INDIDES LACEDAEMON.

IN conſilio Lacedæmonienſi, de graui ac magna re diſceptatio oborta, hæſitātes animos tenebat, cunctantibus cæteris, uitæ quidam & obſcœnæ, ſed luculentæ facundiæ, Reip. conſilium ſalutiferum fortè dederat, tàm proprijs tamq; ſonātibus uerbis, ut ab omnibus probaretur, quodque ille ſuaſerat, iamiam in lege populi firmandum uideretur. dum in illius ſententiam patroni omnes certatim irent, Indides unus è ſenum numero, quibus auctoritate præcipua, apud Lacedæmones ciuilis diſciplina, quaſi magiſterium obtigerat, indignabundus exurgit. Et quis, inquit, uos error præcipitat ô ciues? aut quæ nam reliqua ſpes ſalutis huic urbi eſt, ſi talibus conſiliarijs aditum aperimus, quod ſi conſilium placet, oro

ne id

ne id fœdari conſultoris infamia patiamur. ſimul his dictis, uirum quendam ſordiſsimum, atq; conſpicuæ famæ, ſed pigri & inamœni ſermonis protraxit in medium, conſenſuq; atque hortatu uniuerſæ concionis, idem illud conſilium enunciatione quidem rudi, & incōptis uerbis adegit exprimere, quo facto, & primi auctoris ſuppreſſo nomine, plebiſcitum ex indiſerti ſententia factum eſt: atq; hoc nobile & illuſtre conſilium, & huiuſcemodi rei ſuaſorem prudentiſsimū ſenem uocat A. Gellius, qui hanc hiſtoriam Aeſchinis eloquentiſsimi uiri orationibus ſcriptum refert.

XENOCRATES.

QVàm uoluptatis patronus Epicurus, tàm hoſtis Xenocrates, nec minus loquendi quàm agendi abſtinens. hic ergo, cum caſu inter maledicos quoſdam foret, atq; illis ex more obtrectantibus abſentiū famæ, ſolus conticeſceret, interrogatus. Cur id faceret? Quia locutū, inquit, me aliquando pœnituit, tacuiſſe nunquam. laudatū hoc à ſapientibus reſponſum, mihi plenius probaretur, ſi ſermonū ſæpè, taciturnitas raro pœnituiſſe dixiſſet.

HERACLIDES.

HEraclides ait. In idē flumen bis deſcendimus & non deſcendimus. ſapienter id quidem, ſed tàm breuiter, quàm obſcurè. nempè cui hoc eſſet propoſitū, & qui cognomen ab oſcuritate meruerit, cæterum incomprehenſibilem temporis fugam, hoc eloquio ſignificare uoluit, quæ quoniam in flumine ſenſibus apertior eſt, idcircò de flumine loqui maluit, ex quo digreſſus, & ſi confeſtim unde emerſit redeat, nomē quidē fluminis idem, aquam mutatā reperit. rectè igitur in flumen & deſcendiſſe, & non in idem, ſed in aliud dici poteſt deſcēdiſſe. hominis aūt, & ſi parūper occultior, nihil tamē moderatior fuga eſt, fugit enim nō fluminis tantū more, ſed limus & umbra tenuis fuimus, & fumus Euro uoluēte rariſsimus, nullū tàm breue tēporis momentū eſt, quod nō aliquid uitæ detrahat, hæ ipſæ nos horæ quas inter cæcas uoluptates agimus, ad mortē rapiūt ridentes, ad lachrymabilem exitum feſtinamus, præcipites agimur, nec ſentimus, ideoq; improuiſi corripimus, & repentinum caſum ducimus, quē ab ipſo lucis lumine, quæ cernimus uniuerſa prænūciant. Irrequietus enim cœli motus, nihil in hoc ambitu linquit immotū. Nihil manet eorū etiā, quæ ſolidiſsima iudicantur, nec opera tantū hominū, ſed naturæ alternant & intereunt, Corruunt rupes, tumeſcūt ualles, alta iuga mōtium cāpis æquabūtur, auertētur flumina, & nouos alueos quærēt, alia areſcēt, alia ex terræ uiſcerib. erūpent: hic ſe artabit, hic laxabit pelagus, nec diu littorū ſpecies eadem erit, Piſcator ueniet in aratoris fines, & quæ nunc puppibus ac remis quatitur, aratro ſulcanda regio eſt. Hæc fiunt ſemel, & facta ſunt, omnia ſecū tempus trahit, omnia abſorbet, omnia circunuolauit ac miſcet, nihil ſtare permittit. & magna mutātur & minima. calamus hic, dū iſta percurreret, ter mutatus, ter mihi ferro caſtigādus fuit. hāc tantū tēporis, & cū tēpore rerū omniū celeritatē cernebat Heraclides, ſed affectator breuitatis ambiguæ, paucíſsimis hæc uerbis impleuit: Quæ mihi quidē omnia à primis annis & lecta & audita & aſſeruata memoriter, ſed diu tenaciter credita, nunc tandem tàm cōperta ſunt, ut penè manib. palpentur, nec aliter annos numerare cœperim, quā ſolebam dies. Sic me rapit uideo, ſed remanere nihil pòſt tergum ſtupeo, ut rudis uector ſecundis flatibus, puppe conuulſa littora nota circunſpiciens, ex oculis eripi, & arenam quam pedibus antè calcauerat ſe ſedente euaneſcere, cui, ut Virgilius ait:

Terræq; urbesq; recedunt.

Certè maiori hominum parti ſedenti & ocioſe, & quod admiror, non ſentienti tempus, & mortalia cuncta præterfluunt, hinc eſt, ut extremò longæuæ uitæ poſiti, ſe ſenuiſſe non intelligant, quod ſollicitudines & uigiliæ teſtantur, quas profectò non tàm cupidè ſuſciperēt, ſi ſuperuacuas ſcirent. ſcirent autem ſi fortè expergiſcerentur, & ubi ſunt aliquando reſpicerent. Idem enim talibus euenit, (ut in eadem ſimilitudine uerſer adhuc) quod in his qui immenſum maris ſpatium dormiendo conficiunt, prius enim in portum delatos nauticus fragor excitat, quàm ſoluiſſe ſe nouerint.

ANAXAGORAS.

ANaxagoras interrogatus, quiſnā eius iuditio beatus eſſet, nullus inquit eorū, quos tu beatos putas. Inter illos potius habitat, quos miſerrimos reris. non diuitijs ſuis oppreſsus

oppreſſus, nõ honorib. tumẽs, nõ uoluptatib. eneruatus, ſed uelut auidi ruris nõ auidus colonus, uel ꝓpriæ diſciplinæ modeſtus poſſeſſor ac ſobrius, ſua ꝗ̃ uulgi æſtimatione felicior.

HECATON.

HEcaton quoq; ab hoc contubernio repellendus non uidetur, cuius ex multis hoc placuit. Ego, inquit, monſtrabo tibi amatoriũ ſine medicamẽto, ſine herba, ſine ullius ueneficii carmine. Si uis amari, ama elegãter artib. Magicis feria indicit. nõ eſt neceſſe Theſſalica tempe fixis in terram oculis luſtrare, & per Herculeos calles, Medeæ ſtupentis exteras herbas internoſcere, non ferino ritu corporibus humanis particulas rapere, & informia deformare cadauera, non carminibus, tartarũ & elementa concutere, licet ferales ſuccos, ab amatis labrijs auertere, licet ſpiritibus & ſepulchris parcere: ad id enim quod cupimus compendioſior & honeſtior uia fert. Si uis amari, ama. in cæteris quidem rebus diuerſi generis compenſatio admittitur, Amor amore compenſandus eſt.

CRETENSES.

CRetes in turba exemplorum ſunt, cum enim cæteri mortaliũ inimicis ſuis aſpera quælibet ac triſtia, mortem, exilium, pauperiem, ignominiam imprecentur, hi ſolum delectationem orant, ſed eam, quæ ex mala conſuetudine percipitur. & hi quidem quod de Tito Coruncano & M. Curio ſuprà diximus, uerbo mitiſsime, re atrociter. profectò enim pertinax malorum actuum iucunditas, præceps ad interitum uia eſt.

PANETIVS

PAnetij Philoſophi illuſtris ſententia hæc eſt: Decere animũ ſapientis uiri, inter tumultus & pericula rerum humanarum poſiti, circumſpicere omnia, & undiq; ingruentia mala præcauere, itaq; ſemper promptum expeditũq; ad omnes inſultus uitandos tolerandosq; conſiſtere, ſicut athletæ ſolent ad certamen, brachijs elatis & toto corpore præparari, nec minus animo, ne quid omnino repentinũ aut improuiſum accidat. Magnificũ prorſus & ſalutare conſilium. quis enim labores ac humanæ uitæ diſcrimina, quis caſus uarios enumeret? hinc fortuna ſæuit, hinc blãditur, hinc iuuẽtus effundit, hinc ſenectus trahit, hinc morbi obſident, hinc minatur mors, hinc alienis & externis motib. quatimur, hinc intrinſecis & noſtris. ſuperbia attollit, metus deijcit, ſpes ſuſpendit, cupiditas, inflammat, gaudium dilatat, dolor anguſtat, liuor inficit, gula ſollicitat, accẽdit ira præceps, & quotidianum ac blãdum malum, adamantinos animos flectit luxuries. Quis aũt inter hæc tutus, quis intrepidus niſi ſit demens? Quis unquam athleta tàm periculoſo ſe credidit duello? illi quidem ſingulis hoſtibus occurrunt, nos cum mille congredimur. itaq; nõ tãtum athletarum more, ut uult Panetius, exerti, ſed Romanorum ducum, qui exercitibus præſunt, donec in patriam contigerit peruenire, ueluti iam dimicandũ ſit, inſtructa uirtutum acie, ſemper ad pugnam parati ſimus, ſi in terra hoſtili, inter tot inſidias ſalui eſſe cupimus. ſed Panetio ſuus quoq; diſcipulus iungendus eſt.

POSSIDONIVS.

VNum eruditorũ diẽ, plus placere, quã imperitorũ longiſsimã ætatẽ, inquit Poſsidonius. Præclarè, neq; enim tẽpus metiendũ eſt, quod fœnerãtes ſolent, ſed uirtus & geſtarum rerũ gloria, quibus nihil eſt cõmune cũ tẽpore. nõ illius finib. artantur, ſed proprijs quos nihil laxat, nihil anguſtat, in quãtalibet breuitate multũ parent. Hinc præclaros iuuenes uidemus, & obſcuros ſenes, quorũ nomina ſi ad alienigenas perferãtur, ſubit audientium animos opinio diuerſa. Fama enim crebrior, & rerũ multitudo apud uulgus ſenectutis argumẽta ſunt. Vidi ego quorundã tàm glorioſam adoleſcẽtiã, ut ad eos uiſendos de lõginquo ueniretur, dum interim ſenes ac decrepiti uicinis etiã incogniti laterent. Audiui affirmantes, nunquã ſe, niſi oculis ſuis proprijs fuiſſent fidẽ ætatis habituros, quoſdã enim ſibi defunctũ, alios ſenẽ finxiſſe, eũ de quo tanta fama. itaq; cõgreſſu primo ſtupuiſſe, quod euenit ignorantib. quãto lætior ſit ſapiẽtis iuuẽtus. Mihi, ut ait, Poſsidonius unus etiã peritorũ eſt placidior dies, ꝗ̃ ſtultorũ ætas. hoc in urbib. euidẽtiſsimũ eſt. ꝗ̃ enim aliã ob cauſam Roma atq; Carthago circa cccc. annũ formidabiles, & toto orbe notiſsimæ fuerãt, cum tot urbes aliæ, & per Europã & per Africã permutãdis mercib. aut agris fodiẽdis ingloriæ,

binæ

bina aut terna, uel eò amplius egerint annorum milia finitimis inauditæ? Perſuaſum uulgò ſcio, Romam omnium urbium eſſe uetuſtiſsimam, cum ne ſit longius abeundū, in circuitu eius multas uetuſtiores eſſe certum eſt. ſed hanc eius opinionem, ut dixi ingēs & ſingularis gloria conflauit.

ANACHARSIS.

ANacharſis Philoſophus, propriè admodum ac prudenter Vrbium leges Aranearū telis ſimillimas dicebat. ſicut enim illæ imbecilla animantium inuoluūt, franguntur à fortibus, ſic hæ pauperum delicta puniunt, à potentibus contemnuntur. quod Catonis dicto conuenit ſuperius relato, de furibus publicis ac priuatis. Dies autem deficiet, ſi pergimus Philoſophorum uniuerſa complecti. iam igitur & Poëtis Graijs aditum pandamus.

HOMERVS.

HOmerus Vlyxem ſuum, ſub cuius nomine uirum ſapiētem ac fortem uult intelligi, terra mariq́; iactatum fecit, & carminibus ſuis toto penè orbe circumtulit. quod imitatus uates noſter, Aeneam quoq; ſuum, per diuerſa terrarum circunducit, utercq; conſulto, uix enim fieri poteſt, ut aut ſapientia cōtingat inexperto, aut experiētia ei, qui multa nō uiderit. Vidiſſe autem multa hærenti in uno terrarū angulo, uix poteſt euenire.

SIMONIDES.

SImonides Poëta, ſuauis & uir doctus ac ſapiens (ut ait Cicero) ab Hierone Siculo rogatus edicere, quidnam aut qualis eſſet Deus ad deliberandum unius diei ſpatium popoſcit. id cum fluxiſſet, reuocatus, & quod pridie quæſitum, erat iuſſus abſoluere: biduum poſtulauit. eo rurſus elapſo, petijt quatriduum, & cum ſic ſæpè ſpatium duplicaſſet, admirans tyrannus quid ſibi procraſtinatio hæc uellet percunctatus eſt. Quia quò diutius, inquit, cogito eò mihi ſpecies uidetur obſcurior, prudenter non temerariè & impudēter, ut quidam ſolent, haud aliter uerbis Deum circunſcribentes, quàm ſi uel is humanis intellectibus caperetur, uel ipſi nunc de cœlo uenientes, interfuiſſe diuinis conſilijs meruiſſent.

ARISTOPHANES.

ARiſtophanes Comicus, Periclem quem uirum cautiſsimum fuiſſe conſtabat, finxit ab inferis reuertentem, & ciues ſuos monentem, non oportere in ciuitate leonē educari, ſi educatus fuerit obſequi oportere. perſuadere uolens hoc figmento, adoleſcentibus generoſis ac præferocibus, habenas ſubſtringi debere, poſt quā laxatæ ſint, ſerò contrahi, immodica frenum recuſante licentia. poſſe igitur inimicum libertati nimium fauorē potentibus negari, conſecutis eripi non poſſe.

PYLADES.

A Comœdia in ſcenam breuis eſt tranſitus. quis & illam crederet exēpla ſapiētiæ miſſuram? Pylades hiſtrio, qui primum uetuſtum & inconditum ſaltādi morem, præ decora nouitate permutaſſe traditur, in illa arte clariſsimus diſcipulum habuit Hylam nomine, quem cum impensè admodum uſque ad paritatis atq; ad æmulationis ſtudium erudiiſſet, & iam pro diſcipulo aduerſarium haberet, cœpit eum obſeruare tàm ſedulo, ut ſæpè ſuſteq; redarguens, ſpectante P. R. ſe adhuc ſuperiorem approbaret. uno audito cōiecturari reliqua licebit. Saltabat Hylas cāticum, cuius Græca clauſula; τὸν μέγαν Ἀγαμέμνονα. Latinè ſublimē ſonabat & ingentem, hanc uerò magnitudinem atq; altitudinē Hylas ſeſe attollens dilatanſq;, ueluti corpore metuendo repræſentabat: non abſtinuit Pylades, ſed ex ipſo conſeſſu, ſpectantium exclamans Græcis uerbis, σὺ μακρὸν οὐ μέγαν ποιεῖς. increpuit. Tum coactus à populo idem canticum ſaltauit: cumq; ad id quod in altero reprehenderat perueniſſet, non ſeſe extulit, non effudit, ſed contraxit, finxitq; meditātem, doctè quidem & prudenter. quoniam nihil magis magno duci cōuenire cenſuit, quàm pro ſubditis cogitare, nec aliter commodius magnitudinem eius exprimi.

PVBLIVS SYRVS.

PVblium quē in Philoſophis inſeruit Seneca, ab hiſtrionib. nō excludā, ubi propoſitū, ex omni hominū genere memorādā cōquirere. Huius equidem inter Mimos, multa tàm grauiter, tāq; magnificè dicta ſunt. ut è medijs Philoſophiæ fontibus eruta uideātur,

& ſi

& ſicut eſt in epiſtolis ad Lucilium,non ex calceatis ſed ex coturnatis diſcẽda ſunt: unum eius dictum,ille locus habet.

Alienum,inquit,eſt omne quod optando euenit.

Quid aliud hic dicit iocorũ artifex,quàm Bias patria capta,nudus fugiens:ſiue ille ſit Stilbon) nihil eorum quæ fortuna tribuit ſuum putans, quædam eius præcepta ſenſibus uberiora quàm uerbis in Saturnalibus annumerata ſunt. hæc quoniam,ut ibi ſcriptum eſt, lepida & ad communem uſum accommodiſsima,& ſingulis uerſibus circunſcripta ſunt, & breuitate & gratia nec excludantur impetrant,Quæ tametſi neſcio qualiter omnia ferè Senecæ prouerbijs inſerta reperiam,ſiue ipſe,ſiue alter,ſiue quiſpiã de alieno liberalis fuerit, proprio tamen auctori ſurripienda non arbitror.Sunt tamen huiuſmodi:

Malum conſilium eſt,quod mutari non poteſt.
Beneficium dando accepit quod digno dedit.
Feras,non culpes,quod mutari non poteſt.
Cui plus licet quàm par eſt,plus uult quã licet.
Comes facundus in uia pro uehiculo eſt.
Hæredis fletus,ſub perſona riſus eſt.
Furor fit, læſa ſæpius patientia.
Improbè Neptunum accuſat,qui iterum naufragium facit.
Nimium altercando ueritas amittitur.
Pars beneficij eſt,quod petitur ſi citò neges.
Veterem ferendo iniuriam inuitas nouam.
Nunquam periculum ſine periclo uincitur.
Frugalitas miſeria eſt rumoris boni.
Ita amicum habeas,ut hunc poſſe fieri inimicum putes.

Hæc Publij ſunt ſententiæ,in quarum ſingulis aliquantiſper,inſiſtere non grauarer, niſi quia tractatus ſapientiæ,inter inſipientis manus,neſcio quo pacto ſuprà quàm putaueram excreuit,& ad finem propero.hæc dixiſſe ſatis eſt,has mihi ſententias,non tàm Hiſtrionis quã Philoſophi uideri, facileq́; omnes omnino meo iudicio probari, præter penultimam, quàm non ſine cauſa Seneca,uelut ſibi aduerſam liquit,atque ultimã,de qua quid cum Cicerone ſentirem,dixi iam.

L A B E R I V S.

CAeterum pro tot Aſiæ regibus aut populis,in Capitolium ſecutis, currus triũphantium Romanorum ſufficiat,ad uindictam,quod nunc Romanus eques à cõciuibus longè diſtractus,Aſiaticum uictorem ſuum,in hoc opere ſubſequitur.Laberius inter eos, qui Mimos ſcriptitarũt,diù clariſsimus uictus tandem eſt à Publio. quippe à quo nunc talium ſtudioſus nemo non uictus eſt:quod & Iulius Cæſar diffiniuit his uerbis:Fauente tibi me,uictus es Laberi à Syro.Et Laberius ipſe,tàm æquanimiter tulit,ut uictum ſe ſine altercatione fateretur,his ſapientiæ plenis & memoratu dignis uerſibus:

Non poſſunt primi eſſe omnes omni tempore.
Summum ad gradum cum claritatis ueneris.
Conſiſtes ægrè,& citius quàm deſcendas decides.
Cecidi ego,cadet qui ſequitur,Laus eſt publica.

P R O V E R B I A S I N E A V C T O R E.

NVnc quædam & ſine auctore famoſiſsima,longo uſu in prouerbium uerſa,& uelut omnium hominum approbata conſenſu. qualia ſunt innumerabilia,in ſermone uulgari,quæ uel horrens uillicus,uel tremens anus,ſi enunciet interdum,ut mirari nos cogat & ſubſiſtere,& repetiti uerbi laudare ſententiam,acumen,ornatum,uim,ſonum,magnificentiam,breuitatem. denique uel in ſilentio fateri,nihil de tali re melius,nihil uerius,nihil ſapientius,nihil elegantius etiam,ab eruditiſsimis & diſertiſsimis dici poſſe.Nimirum à talibus,nec ab alijs,à primordio dicta ſunt,licet ea poſtmodum,& ſpectata ueritas,& memoriæ amica breuitas,in uulgus effuderunt,multa quoq́; huius generis,paſsim per auctorum libros offendimus,ex quibus exempli cauſa pauca ſubiecimus.

Fortes

Peritis fortuna adiuuat.
Obſequium amicos,ueritas odium parit.
Sine Libero & Cerere friget Venus.

Licet hæc apud Terentium ſint.Item quod inter Senecæ uerba connumerant.

Auarus nihil rectè facit niſi cum moritur.

Sic eſt profectò,uiuens enim nulli bonus,nec ſibi nec alteri,moriens hæredē uoti compotem facit,& ſe curis liberat nulli malus.Item illud :

Summum ius,ſumma iniuria.

Quod ſanè,ut Cicero uult in Officiorum libris intelligitur, & ſanam habet ſententiam,ſi non ad localem unionem contrariorum trahitur,& non minus ſapiēter dictum apparebit, ubi in animum uenerit,quantò plura flagitia in magnis urbibus,quàm in ſolitudine perpetrantur. ſuperuacuum per ſingula diſcurrere. hic raptum filiæ,ille uxoris adulterum, alter fratris,alter nati uiolentam mortem deflet,hic immeritum carcerem , hic aculeum paſſus eſt,hic furtum pertulit,hic rapinam,hic præſidis,hic potētioris uicini ſuperbia quatitur,hic de uerborum,hic de uerberum indignitate cōqueritur,hic auito lare pellitur, hic obſcœno premitur ſeruitio, tot iniuriarum modis leges non ſufficiunt.atqui hæc in medijs urbibus fiunt,præcipueq; illuſtribus,mirum cum has conſtet ſummo iure ſubſiſtere. Alioquin ruituras quis neget? Sed ut uetus prouerbium teſtatur,hæc prorſus aduerſa ſimul ſtant. Summum ius,ſumma iniuria. Nec illud ſapientiæ uacat Græcū prouerbium, quo iubemur,ut :

Quam quiſq; nouit artem in hac ſe exerceat.

Id quàm malè ſeruetur noſtris præſertim temporibus, quis non uidet, qui uel tenuiter ad humanos actus oculum deflectatur? hic legum peritus in bellum ruit,ille armis exercitus forum terit,iſte dominio genitus mercibus ac fœnori ſtudet,ille aratris natus,à ligonibus ad tyrannidem aſpirat, hic diſputator argutus concionantibus obſtrepit,hic cōcionator egregius Dialecticis ſyllogiſmis inhiat,uterq; manū calamo applicat,& quia ſibi aliquid uidetur intelligere,ardet libros cōponere,ſeq; notum facere poſteritati. qua in re me quoque cum cæteris arguo,& ardens famæ deſideriū,totq; diurnos ac nocturnos labores meos,forſan effectu cärituros,atq; interim ad alia,etſi non ſpecioſius,certè fructuoſius cōuertendos. Non eſt cuiuſuis ingenij libros ſcribere,magna quidem res eſt,& ſingularis & difficilis,& paucorum hominum,ſed multa inquis intelligo,multaq; lōgo ſtudio quæſiui, cur me à ſcribēdo dehortaris? quia fieri poteſt,ut rectè quis ſentiat,& id quod ſentit politè eloqui non poſsit. quis hoc profectò M. Tullius,& ſi nullus diceret,unuſquiſq; tamen ita eſſe fatebitur,cui non ſit inſitum,pro uoluptate potius quàm ueritate contendere. Quid igitur faciam dices? Si conſilium poſcis, accipe quod ego impetu animi raptus,mihi ipſi ne quicquam ſæpius inculco. Studium tuum ambitione careat ac pompa,ſaluti inuigilet, non gloriæ,profeciſſe te depulſis tenebris ignorantiæ,uel ad intellectus lumē duntaxat, uel etiā linguæ claritatem agnoſcis, Deo gratias agens,utero bono tuo æquanimiter,humiliter, & ubi facilius ac fœlicius potes ingenium exerce,ſcribere autē eius rei peritis linq;, memor Graij prouerbij,quod nunc in manibus eſt, ita forte membranis parcetur , faſtidijq; libros aliquis erit modus. ſed inſtabis. Ego laborem non metuo,nec aliter quàm tu ſcribēdi propoſitum frenare poſſum, quid hic præter temporis ac ſtudij iacturam reprehenſibile eſſe reſpondit idem Cicero: Mandare quēquam,inquit,cogitationes ſuas literis , qui eas nec diſponere nec illuſtrare poſsit, nec delectatione aliqua allicere lectorē, hominis eſt intemperanter abutentis & ocio & literis. uides igitur non ſapientiæ tantum, ſed modeſtiæ cauſa temperandum; at rurſus urgebis & inculcabis mihi Satyricum illud:

Tenet inſanabile multos ſcribendi cacoethes.

Quid fiet, abſtinere non poſſum, ab hoc mundo delectabili, da ueniam, hanc negare nequeo morbo ſimili laborans, id tibi tamen mihique denuncio euenturum, quod ibidem Cicero ſubiungit: Suos, inquit, libros ipſi legant cum ſuis, nec quiſquam attingit præter eos, qui eandem licentiam ſcribendi ſibi permitti uolunt. hactenus mecum cum lectore rixatus ſim, deinde ad propoſitum reuertor :

Quam quiſque nouit artem in hac ſe exerceat,

Metiat ſeipſum quiſq;, nec pulcherrimũ, ſed quod aptiſsimũ ſit cogitet, ſibi atque illud arripiat, Nunc aũt aliena miramur, noſtra contemnimus, et incõſulta gloriæ cupidine, non noſtris actibus exercemur, ipſi deniq; uim naturæ nititur inferre. Minimè igitur mirum eſt, ſi ſtudiorũ noſtrorũ tales ſunt exitus, & de his quidem atq; horum ſimilibus nihil amplius.

REX INNOMINATVS.

INter auctore carentia, apud Valeriũ innominati Regis dictũ ponam, qui oblatũ diadema, nõ cõfeſtim ſupimponens capiti, cũ animo & manib. diutius uerſaſſet, his ad poſtremũ uerbis uſus eſt: O' carũ & illuſtrẽ potiùs q̃ fœlicem pannũ, cuius quiſqs diſcrimina curasq; & moleſtias ꝑuideat, de terra ſubleuare negligat. ſapiens dictũ fateor, ſed tũ quoq; regẽ dicerem, quando hiſtoriæ aditũ uiderẽ, diadema cum cum uerbis abieciſſe. crebri enim ſunt regnorum, ac rerũ temporalium dominatores, rariſsimi contemptores. nec ſine cauſa dictum reor à Poëta: *Aude hoſpes contemnere opes.*
quia arduus & paucarum mentium eſt ille contemptus.

RECENTIORES.

HADRIANVS ROM. PONT.

REgio ſimillimũ Pontificale uerbũ, tempus eſt enim, iam ad ætatem noſtram deſcendendi. Hadrianũ Rom. Pont. ſæpè dicentẽ audiuiſſe, Polycrates refert, q ſibi præfamiliaris fuit, nullũ ſe ab hoſte ſuo quolibet maius ſuppliciũ optare, q̃ ut Papa fieret. Et profectò niſi fallor, ſummi Pontificatus, ſarcinam quæ uulgò fœlix & inuidioſa uider, humeris ſubijſſe difficillimũ, & glorioſum miſeriæ genus eſt. his dico, q eã ſeq; ab omni cõtagio præcipitioq; præſeruare decreuerũt. reliqs enim quantò leuior uidetur, tantò funeſtior ſtatus eſt, uidetur itaque apud utroſque formidabilis, quod ſi ille fatebatur, qui id onus paucis diebus pertulit, quid illis uideri debeat qui ſub faſce ſenuerunt.

ROBERTVS REX SICILIAE.

SEd nomine truncus erit, & informis Sapientiæ tractatus, abſq; Roberti nomine: nec ego nunc uitã eius, q̃ tota moris ac ſapientiæ norma eſt, nec longè ætatis acta commemoro, de qbus ſolis uel poëtico uel hiſtorico ſermone, quantũq; præſens impetus animo ſuaſerit, integer retexendus nobis liber eſt, ſi largiente Deo ſtudijs noſtris ocioſum tẽpus affulſerit. ut ſi qd apud poſteros fidei aut gratiæ noſter labor inueniet, Nepotũ populus intelligat, hunc ætati Regẽ cõtigiſſe, quẽ nulla nõ ſapientiſsimũ ætas dictura ſit. quãuis enim inclitũ nomẽ eius, ope noſtra nõ egeat, contraq; potius noſtrũ eius auxilio, & claritatẽ & diuturnitatem ſperare queat, tamẽ tã digno tàmq; honeſto officio fungi, dulcè erit, ꝑmixtis quíe nominib. amborũ, regiã famam nullius indigã, debito obſeqo, ꝓſequi, propriam uerò & illius radijs illuſtrare, & in æuum pariter fortaſsis extendere. qs enim librũ q de Roberto rege inſcriptus erit abijciat? qs nõ cupidè quocunq; ſtilo ſcriptũ relegat? hoc nempè propoſito, precib. quas, heu, ſupremo, mitiſsimus digreſſu, fundere dignatus eſt, illicet acquieuimus, ut Africam ſibi Scipioni deniq; noſtro dicaremus. quanta aũt nobis uoluptas erit, de illo ſcribere, cui tàm libenti animo de illo ſcripta ſacrauimus? quam deniq; iucundũ cũ uenerit, quo nihil in terris dulcius, iam nũc cogitatione præſumimus? Verũ & ſi uitam differre cogimur, mortem ſaltem liceat attingere: immò uerò uitæ melioris exordiũ, qs enim mortem dixerit? Decubuerat corpore quidẽ languidus, ſed animo alacri & infracto, nullus dolor, nulla conſternatio, nullus egrediendi metus, nullum manendi deſiderium, in illo præſertim habitaculo, ubi tanto cũ honore permanſerat corporis ergaſtulũ, artusq; ſatis fatiſcentes, uelut totidem libertatis ſuæ uincula cernebat, arebat cutis, & uitalis calor infra ſenile pectus, iam redactus, aſsiduè decreſcebat, ingeminabant morbi, rareſcebãt ſpiritus, tranſibat dies ultimus, extremæ horæ tempus inſtabat, nullæ interim querulæ, nullæ ipſius lachrymæ fluebant, cum alienas abſtergeret. ſentio quid mihi argutus nunc lector obijciat. Fortitudinis hoc potiùs quàm ſapientiæ uideri. non inficior, non contendo, ſciens & uirtutibus ineſſe cognationem quandam, & hunc ipſum de quo loquimur omnibus uſque in miraculum abundaſſe. hoc ſanè quod ſequetur, ad hoc quod per tot præambula tendebat ſtilus, ſapientis & uniuerſa circũſpicientis, atque in extremis ſolito iuditio fruentis animi ſignum eſt, quid enim prohibet quod in ſingulis uel regibus uel Philoſophis miratur antiquitas?

quitas:in hoc (dicendũ eſt enim ſæpius) & Rege ſimul & Philoſopho poſteritate admira ris. nouerat ſe ſuis eſſe chariſsimũ, ſeq; id meritũ gaudebat, q̃bus grauiſsimũ ſe memorem relinquere certus erat. Videbat adoleſcentulos regni ſucceſſores, et ætatem multis obiectã periculis uerebatur. nouerat ſacrum religioſæ coniugis arcanũ, fugam è ſeculo illo adhuc ſuperſtite, meditantis. tuto quidem poterat illuſtri fœminæ regni pondus committere, poterat illi animo ſuperædificare quantumlibet fundamenta nõ deerant, niſi ipſa, quod euentus docuit, quamuis miſerata caſum publicum, ſaluti propriæ ſuccurrere maluiſſet, ſeq́ue poſt ſepulchrum tanti coniugis, mox intra ſacros parietes monaſterij ſepeliſſet, ad altiora ſuſpirans. hoc muliebre propoſitum iampridem cognitum, multa uoluentis animũ angebat, quis habenas rerũ poſt ſe flecteret, q́s Regnũ ſtatus acciperet, circunſpiciebat ſcopulos, meminerat procellarum, & ab aquilone & ab auſtro uenturasq; præſagiens tempeſtates, gubernator egregius, clauum commiſſurus inexpertis, quid mirum, ſi ſollicitudinum uariarum fluctibus æſtuabat: tot difficultatibus rerum quæ uegetum licet ac ualidum fatigare debuiſſent, moriens indefeſſo animi uigore conſuluit. Primum omniũ flentes ac eius conditionem miſerantes, magnificè caſtigatos docuit; nil ſibi triſtè, nil aſperum, nil miſerabile, nil moleſtum, deniq; nil niſi ſuauè prorſus & iucundum morte contingere. ſatis ſe iuxta Cæſaream ſententiam, uel naturæ uixiſſe uel gloriæ, optare ſe iam ex corporis ſtatione diſcedere, ſperare ab hoc mortali ſolio digreſſum, ad ſtabiliora regna proficiſci. minimè itaque lugendum, ſed omni gaudio proſequendum iter ſuum. quid multa: ſic omnium gemitus oratione compeſcuit, ſic omnem miſeriarum mortis opinionem ex audientium pectoribus extirpauit, ut nunc uſq; ſeſe fœlices arbitrentur, quibus illum ex ipſa morte concionantem contigit audire, nec moriens cubiculo ullas Philoſophorum ſcholas præferãt. Demum aduerſus ſingula quæ terribilia prouidebat, accommodata remedia, ueluti præſtitura uenenis antidota dictauit, regni gubernacula ſucceſſoribus, quos matrimonio iunxerat tradidit, identidem admonens, hoc iſtud conſilio, hoc illud periculum declinare. ſic cũ ſubiectis, ſic cum amicis, ſic cum hoſtibus uiuite. hæc & alia ſimilia, cum ſolita & acuta magis maieſtate dixiſſet, tota mente in Deum uerſus expirauit, & è corporis uinculis lætus excelsit. O`fœlicem perfectamq; ſapientiam, inter mortis anguſtias, cum cæteris hominibus nedum rerum externarum, ſed ſui etiam ipſius uix ulla ſupereſt memoria, ita ſecum omni ex parte conſiſtere, ita ſuperſtites conſolari, tanquam non ipſe, ſed hi morituri ſint, ita res ſuas diſponere, ceù rus peteret non ſepulchrum, Et regno quidem in longum conſuluit, modò uoces abeuntis animis inhæſerint, (nec quod multum uereor) externis uitæ conſilijs euaneſcant. ego autem hactenus domini mei finem referens, inter contrarios affectus diſtrahor, & amara quadam paſcor dulcedine, nec unquam niſi lachrymis coactus ab hoc ſermone diuellerer.

MAPHEVS MEDIOLANENSIS.

MApheus Vice comes, uir hac ætate prudentiſsimus eſt habitus, is Mediolanenſi patria, præpotentis inimici uiribus pulſus, dum ad Canem magnum Veronenſem, exulum atque inopum, ut iam diximus, hoſpitale notiſsimum confugiſſet, turbas hominum atque conſpectum uitans, quod curis grauioribus preſsi ſolent, procul à ciuitate ſolitarium, ut aiunt, ſibi elegit habitaculum. ubi cum breui tempore deſerti ſenis exilium ludibrium eſſe inciperet, quo fama loqueretur, ſolum ac uagantem, dies integros, ſupra ripam Benaci lacus agere, ſuperbus hoſtis unum ex ſuis ad eum illudendi gratia miſiſſe traditur: qui ſoliuagum ut audierat proſpiciens, aliquandiù contemplatus acceſsit, & domini ſui uerbis quæſiuit primùm, Quid illic ſolus ageret: reſpondit ſenior: Retia tendo, ſolus ideò, ne quis obſtrepet. ſubſecutus nuncius. Qui me inquit dirigit, ſcire cupit ex te, quibus uijs & quando ſperes in patriam reuerti. Et ille: Eiſdem, inquit, quibus egreſſus ſum, ſed non antequàm flagitia ſua, ſceleribus meis præponderare cœperint, tunc me purgatum leuioremq́ue remeare, illum põderibus ſuis deſcendere ac præcipitem agi neceſsè eſt. quod cum Mediolani domino renunciatum foret, exclamaſſe unum ex aſtantibus ferunt. Seniculus ille, ex omnibus quæ habuerat, nihil præter ſpem ſenſumq́ue retinuit; nec dum

tamen

tamen tuto contemnitur. & profectò ſapienter ad utrunq; reſponderat. Primum quod ſecretum eius procul ab omnium turbis ageret, in ſecundo enim non ſapiens modò, ſed uates fuit. ſiquidem non multo poſt, hoſtis exuperante nequitia, cui inſolens dabat alimenta fœlicitas, illa deiecta, ipſe uictor rediјt, in qua uſq; in præſentem diem, ut uidemus ipſius & nepotes dominantur & filiј.

RELIGIOSVS QVIDAM.

DIctum unum audire placuit, & referre delectat, Religioſus quidam uir ſpectatæ ſanctitatis, ac iam ſenio grauis, ad inſequentis diei conuiuium inuitatus. Si quid, ait, nūc ex me uultis præſtò ſum, quid uerò cras agendum ſit, uos quibus uacat, cogitate. ego enim à multis annis, craſtinum non habui. ô fœlix ſi uera memoraſti, quid enim miſerum formidare poteſt, qui craſtini curis reſecatis, hunc diem ut extremum ordinat, ut extremum aſpicit omnium rerum ſuarum in expedito rationem habens, nec de præteritis nec de futuris anxius. ſumma, hunc & ſacra cum delectatione uiuere neceſsè eſt, impletis uitæ officiјs, & ſarcinulis ritè compoſitis, adhuc inter homines cunctantem, & nihil iam præter Dei reuocantis imperium expectantem. ô iterum & iterum fœlix, nec ſcio an fœlicior, ſi dicere poſſes, quod eſt apud Senecam: Iam paratus nihil cogito: de die toto cogitare, arbitror alioquin ſtultè ſe artaſſe ad ueſperam.

ERVDITVS QVIDAM.

QVàm hoc rectè præmiſsis addiderim, uiderint doctiores, mihi prætermittere quidē nō libuit. Brixienſis uir, & morum & ſanguinis nobilitate conſpicuus dicitur, ego enim hominem nō noui, ſed quod ſæpè mihi relatum eſt teneo. inter multa nimirum quæ ſapienter & cum amicis, & cum uicinis agit, hunc cum filiјs morem ſeruat, uſq; ad quartū decimum ætatis annum ferulis & uerberibus laſciuientes domat, tenerum ac tractabile ingenium omnibus modis ad arbitrium ſuum fingens. poſtq̃ uerò pubertatem attingunt, flagris abiectis, precibus ac monitis ad uirtutem cohortatur, & rectam uiuendi uiam ſedulò illis obteſtans, & pericula dinumerans, quæ obliquis tramitibus gradientes manēt. hoc patris officium dictitans, filios enim eſſe, nō ſeruos, cū quibus neruis & catenis agendum. adiјcit & illam facti rationem. Quid, inquit, ſe ſimul & filium torquere iuuat, ſapientem nemo niſi Deus facit. itaq; dum nihil intelligunt, officium tuum imple, pòſt, admonuiſſe ſatis eſt de reliquis, ſi quid carcere uel ſupplicio dignum interuenerit, & ubi parce & filio, curamq; hanc omnem ſupremo artifici committe. Senſi ego quidem in multis, ſed in meipſo clarius fruſtrà naturæ repugnari, quanto enim ſtudio parentes mei egerant, ut patrimoniū aucturus, Ius ciuile perdiſcerē in quo uiuentibus iјs aliquantulum proceſsi, ut autem mihi relictus ſum, eò rediј, unde nunquam animi intentione diſceſſeram. Valdè parentibus cupiebā obſequi, ſed natura cogebat, nec dici neceſsè eſt, q̄ omnes norūt, q̃ procùl hæc me ab illorum opinione raptauerit. Nunc quoniam duo maximi tractatus, unum ingentem librum occupant, pars primæ uirtutis tertia, quarto mandabitur uolumini.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. RERVM MEMORANDARVM, LIB. IIII.

DE PRVDENTIA. CAP. I.

APPIVS CLAVDIVS.

AB Altioribus incipiam, quid enim P. R. in terris altius fuit: huius euentus ab illuſtribus uiris, multo ante prouiſus eſt, Appius Claudius in omni ſermone, negotium Romanorum otio præferre ſolitus fertur. at quæ memoria tàm demens eſt, quæ ociј dulcedinem negotiorum curis ſi facultas ſecuritasque cum ocio contingat, non præferendam cenſeat? ſed in anteriora proſpiciens uir cautiſsimus, uidebat id quod exitus approbabat, Romanam uirtutem negotiјs ali ſegnitie marceſcere.

Q. METELLVS.

EQuidem ꝙ id generali quadam admonitione atꝗ indefinitè cenſuerat, Q. Metellus, rebus ipſis applicuit, bello enim Secundo Punico, pulſo tandem ex Italia Hannibale, ac ſubacta Carthagine, cunctis gaudio exultantibus, ſolus in Senatu graui ac circunſpecta ſententia uſus eſt. Ignorare ſe aſſerens, an ea uictoria lætabilior, an formidabilior eſſet Reip. ſicut enim Hannibal alpes ingenti ſtrepitu tranſgreſſus, concuſſa Italia, dormitātem P. R. excitaſſet, ita uerendum, ne illo digreſſo, ſilentio & pacis reditu, rurſum obdormiſcerent, & quos labor ac metus exercuerant, ſecurus torpor opprimeret.

SCIPIO NASICA.

NAm quid aliud ante oculos habebat ille uir, optimus à Senatu iudicatus Naſica, tertio bello Punico, dū à ſententia Catonis Cenſorij, qui uir omniū ſapiētiſsimus habebat̃, acerrimè conſtanterꝗ diſſentiret? & illo cenſente, inexorabiliter delendā eſſe Carthaginē, aduerſatus eſt. nō ꝙ urbē infeſtiſsimā partius odiſſet, ſed ꝙ patriā diligeret, cuius mores, ꝓuidere ſe dicebat, in luxuriā abituros, amoto æmulæ urbis ſtimulo. atꝗ utinā eius tūc cōſiliū ualuiſſet, lōgioris æui forſitan Romana fœlicitas fuiſſet, nec hoſtili urbe ferro flammiſꝗ conſumpta, ipſa tàm breui poſt tēpore, nō armis, ſed uitijs ꝓpellentib. corruiſſet, pace bellorū gloriā inquināte, atꝗ orbē domitū uēdicante luxuria. & hoc qdem de moderatore terrarū ac principe nationū populo, nūc de illuſtrib. populi eius uiris, ab alijs itidem, ꝗ ꝓclaris coniectorib. ꝓuiſa ſint referā. à Cæſaribus incipiēs, qbus nihil occurrit hac in urbe ſublimius, in hac quoque tanta rerum altitudine, quia de longinquo cernenti, ſupremus omnium primum mihi uertex oſtenditur, ille mihi ſtilo etiam preferendus eſt.

L. SVLLA.

IVlius Cæſar futurus rerum dominus, ad illud principatus faſtigium, immò uerò ad cœlum, opinione hominum peruenturus, quippe

Imperium oceano famam qui terminet aſtris, ut Virgilius ait,

Ipſe is inquam, ut mundus agnoſceret, nihil non licere fortunæ, inopem, atꝗ ſollicitam & inquietā egit adoleſcentiā, Perſequēte eum L. Sulla, q tūc euerſæ Reip. imperitabat, è medio atꝗ hominū ex oculis fugiens, nec in latebris tutus erat, niſi eas crebrò, & (ut ait Suetonius) ꝓpè per noctes ſingulas cōmutaret, ſeꝗ ab inquiſitorib. pecunia redimeret. Importuno morbo quartanæ præter cætera uexatus, ſic cū amico ſuo ludebat eo tēpore fortuna, dū inter XVI. et XX. ætatis annū ageret, interuentu tandem uirginū Veſtalium, & clariſſimorum uirorum, qui eum affinitate, & perſecutorem amicitia contingebant, uix ueniam conſecutus eſt. Cum enim Sulla preces eorum non admitteret, atque illi ex aduerſo obſtinata importunitate precarentur, nec facturi finem uiderentur, feſſus exclamauit. Et uobis, hunc Cæſarem habetote, dum noueritis, hunc ipſum cuius ſalutem tanto ſtudio procuratis, futurum quidem optimatum, quorum uos mecum propugnatores fuiſtis, & publicæ ſalutis euerſorem: nam Cæſari multi inſunt Marij. Idem Sulla optimates crebrò, ſicut Suetonius refert, et nominatim Pompeiū Magnum, ut eſt in Saturnalibus, amicum & familiarem ſuum, tùm cum nihil omnino formidabile uideretur, admonuit: ut Caueret illum puerum malè præcinctum. Cæſarem habitu ſignificans. quid hac prouidentia diuinius? quid his coniecturis certius? puerum ſtudijs liberalibus eruditum, ne diuitijs nec poteſtate terribilem, ſic introſpicere, ut ſenectutis etiam euenta præuideas. quid enim? non'ne quod de optimatibus prædixerat, tum ſæpè, tum in campis Theſſalicis impletum eſt, ubi totus ferè Romanæ nobilitatis ſanguis effuſus, turbidos amnes tranſmiſit ad maria? quod autem Pompeium præmonuit, haud quaquam ſuperuacuum fuiſſe, & quidem Theſſalicus dies experimento fuit, et ille præcipuè, quo ad littus Aegyptium, urgente fortuna compulſus eſt, & modò triumphator gentium, infandi regis imperio miſerabiliter diſcerptus, inopem regi truncum uoluendum fluctibus, medicatum caput ſpectandum præbuit uictori. At quia Cæſareum nomen attigimus, euagandi materiam ſtilus habet. tàm uehementes enim aliquot coniecturas ſub hoc nomine reperio, ut propè ſuſpicari cogar, neſcio quid non prouidentiæ tantùm, ſed diuinationis ſub illis pectoribus habuiſſe.

THEO-

THEODORVS.

ITaque de Tiberio in primis libera coniectura Theodori, eoq́ mirabilior, & ante concepta apertius expreſſa eſt. Hic enim, tunc Rethoricæ magiſter, Tiberium puerū perſpicaciter intuitus, quotiens obiurgare eum uellet, non niſi Lutum à ſanguine maceratum, uocitabat, ſatis propriè, etiam ſi poſt morum ſuorum experimenta, & imperij facinora dicerentur. quibus enim uerbis, uel accommodatius uel breuius, poſt annum ſeptuageſimū illud loquens, ſegnem ac fœdam & cruentam hominis naturam, ac præſentes actus eſtigiare potuiſſet, quàm ſenis mores ex puerilibus indicijs deſignauit.

TIBERIVS IMP.

AGe quàm euidens ipſius Tiberij de C. Caligula ſucceſſore prouidentia, habebat eum ſupra fidem, non tantum ſibi obſequentem, ſed ſuis omnibus nihil indignantē, omnia etiam aſpera & grauia & æquanimiter tolerantē, uſq; adeò, ut principatus actibus primæuo obſequio collatis, res in prouerbium uerſa ſit. Nullus ſeruus Caio melior, nullus peior dominus. & tamen interdum dicere ſolebat. Illum ſuo, & omnium exitio uiuere, et ueneno ſum & mortiferum mundo animal Romæ ali. mirum quod eū uiuere diutiùs paſſus eſt. ſed puto ſic recens q̧ CHRISTI mors, & ſanguis innocuus exigebat, ſic humanū merebatur genus, ut ſceleſtum imperiū ferus & inhumanus princeps exciperet, ipſe quidem Tiberius dignus erat talem & prouidere, & habere ſuæ mortis auctorem. nam de eo minus miror, quod Galbam quem præuiderat rerum potiturum, ſub annis puerilibus non ſuſtulit. neque enim diſsimulauit cauſam, quod ille tunc puer in extrema demum ætate per uenturus eſſet ad imperiū. Itaq; uiuat ſanè, inquit, quando id ad nos nihil pertinet. & Caij quidem fructus ex ipſis floribus potuit cōijcere, at Galbæ principatus quibus cōiecturis, uel ipſe, uel Auguſtus ſimile enim & de ipſo ſcribi uideō, tā lōge p̄uiderat? non uacat res miraculo, niſi quia ut id Cæſaribus inſitum quodammodo credatur, Veſpaſianus effecit, quem mox attingam, ſi ordinis non deſerendi gratia, unum prius adiecero.

DOMITIVS NERO.

DOmitius, Neronis mundo peſtilens & damnoſus pater, natum ſibi filiū audiens, cōgratulantibus amicis, nullo tactus gaudio. Scitote, inquit, ex me & Agrippina nihil niſi abhorrēdū & infauſtū, ac publicè nociturū potuiſſe procreari. ô infœlix, ſed uerax uates. unde hæc tibi tanta p̄ſcientia futurorū? notus eras tibi tu, nota cōiunx execrabilis, quis te impetus implicuit tā mœſtis amplexibus? ſed debebatur hic partus moribus humanis, & princeps imperio Romano, qui Caligulæ nomen ac titulos obſcuraret, ac tu genituræ mirabilis pater, ſciens mundo nocuiſti, clara profectò hinc illincq; coniecturarum aderant indicia, quibus tàm propriè ad communis filij notitiam penetrares.

VESPASIANVS AVG.

VEſpaſianus quidem (ne differā q̧ pollicitus ſum) duos filios habens, quanq̄ nec hæreditas iam Cæſares faceret ſed fortuna, nec ipſe cuiq̄ ſuorum ſucceſsiſſet, tā cōſtanter tamen filiū ſuū, q̧ mirabile eſt, utrunq; ſibi ſucceſſurum præuidit, ut multas coniurationes & inſidias perpeſſus, tandē in Senatu nō dubitaret aſſerere, Fruſtrà ſe dolis appeti, & inani ſucceſſu: ſe enim ſublato, aut filios ſuos imperiū habituros aut neminem. nec fefellit oraculo ſimilior uox quàm mortalis hominis coniectura. Idem: Domitianum filium ſuper cœnam fungis abſtinentem cunctis audiētibus irriſit, fati ſui negotium dicens: Nec enim fungos ſibi metuendos eſſe, ſed gladios. tanto ante illi genus ſuæ mortis denuncians. Quæcunque ferè de Cæſaribus dicta ſunt, uacua conſilij dixerim, ſed plena miraculi, quid enim profuit de longinquo uenturos caſus præuidiſſe, nec obuiam iſſe, cum ili poſſet ſi modò poterat? Nec erat, ut eſt apud Poëtam:

Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum?

Vtcunque ſe res habebat, propter admirationem tantum memoriam meruerunt, in his autem qui ſequuntur, & prouidentiā miror & conſiliū laudo, futuris periculis abiectū, q̄uis & ut plærunq; ſolet, ab imperita multitudine ſpretū atq; calcatum ſit. Nihil enim benè ſua-

dendum laudibus officit, obſtrepentium furor, multis profuit ad gloriam quæ dicerent, quæue conſulerent contemni dum clarior prouidentiæ fides, magnis poſt laudib. quæſita eſt. hinc iam ab urbe ſimul & Cæſaribus abeundum eſt.

EXTERNI.

IOSEPHVS.

OCcurrit aũt poſt Veſpaſianũ Ioſephus, uir apud ſuos clarus, nec obſcurus apud noſtros, qui ab eodẽ captus, tẽpore quo Neronis imperio bellũ gerebat in Iudæa. Cum ſibi uincu a circũdari uidiſſet, quaſi nihil motus breui captiuitate, & omnino futuri certus. Tu idẽ inqt) Veſpaſiane, quẽ nũc alterius iuſſu uinciri facis, citò Imperator factus, iubebis abſolui. id ſanè qbus cõiecturis præuiderit incertũ, niſi quia & nota Neronis impietas, uelocem caſum, & ſpectatum Veſpaſiani meritum, aſcenſum polliceri poterat, quo rerum potentiæ, nihil inhumanum formidandum erat, his fortè uir prouidus ad ſalutis ac libertatis ſpem, ratiocinando peruenerat: propter quod tàm intrepidè loquebatur.

HERENNIVS SAMNIVS.

POntius Samnitum Imperator, apud Caudium ambos Coſs. atque omnem exercitũ Romanum fortè præruptis & anguſtis locis incluſerat, miſerabile ſpectaculum, tot fortiſsimos uiros ademptæ pugnæ copia & armatos ſimul & captiuos cernere. Cum interuentus noctis, animos ab operibus in curas traduxiſſet, nec minus lætitia uictoribus, q̃ incluſis dolor conſiliũ ademiſſet, uiſum eſt Herenniũ uictoris Patrẽ, uirũ & ætate & ſapientia prouectum cõſulere, neq; enim procul aberat. Senex audito rerum ſtatu, conſilium dedit, Vt abire permitterẽtur, inſuper & honorificis uerbis, & omni obſequiorũ genere proſequerenẽ. q; ubi in cõſilio caſtrorũ, apud feroces animos iuuenũ agitari cœpit, nimis molle ac ,pſus ſenile cõſiliũ, de tàm infeſtis hoſtibus, & indigna res omnibus uideri, proinde iuſſus nuncius reuerti, & uirilius reſponſum poſcere: at ille, Omnes ad unum occidendos cenſuit Romanos. enimuerò tùm cuncti, præcipuè imperator delirantẽ iam ſenio patrem affirmare, qui de eadem re tàm repugnantia ſuaderet. quia tamen fama hominis ingens erat, placuit rurſum exquirere, ſi quod fortè medium conſilium haberet. tum uerò ſenior ſtratu ſeſe iuſsit attolli, & uehiculo impoſitum ad caſtra filij præferri, cuius ad aduentũ circumfuſis omnibus. Nihil, inquit noui, conſilij daturus uenio, ſed eorum quæ dedi dicturus rationem. Primum quidem eſt. Romanos bello clariſsimos et optimos mortalium uiros, grandi & inſperato beneficio aſtrictos, ex inimicitijs ad amicitias attrahere & uobis ac poſteris ueſtris, tàm ualidæ gentis præſidium promereri. Quo nam enim modo, unquam odiſſe poterunt, aut eos, aut ſobolem, per quos ſe meminerint uitæ ac libertati redditos; hoc de uobis diſplicet. ſecundum reor, uti præſenti fortuna, & gentem inimicam extirpare radicitus, ſic enim in longum, non tantum uobis conſulitis, ſed his qui ex uobis etiam naſcentur. tertium ſanè quod ex me petitis, conſilium nullum eſt. Nam quos, inquit, in manibus habetis dimittere contumelijs affectos, ea demum ſententia eſt, quæ nec hoſtẽ tollit, nec amicos parat. O' ſapientem ſenem, & ſingula prouidentem, ueruntamen cæcus & inſolens uictoris animus, utroq; conſilio deſpecto, tertium q; ille damnauerat amplexus, exercitũ ac conſules exarmatos, & ſub iugũ actos relaxauit. q; cũ annunciatũ eſſet Herennio, ut audiuit, eos mœſtiſsimos deiectis frontibus abire, nec amicum, nec hoſtem poſſe à quoquam Romano uerbum extorquere. Heu, inquit, miſeri, quàm graues minæ, ſub hoc ſilentio premuntur. id quoque quàm uerè præuiderit, ſubſecuta Samnitum ſtrages: duce Papyrio Curſore, re impoſitumquè iugum Pontio legionibus teſtantur.

HANNO.

AT ut duos prouidos ſenes, de diuerſis climatibus coniungã, Hannio Carthaginẽſis, uir apud ſuos ſpectatæ prouidentiæ, præferuidum Hannibalis ingenium, ab infantia cõtemplatus, ſemper ſuaſit continendum domi ſub legibus, docendũq; ex æquo cũ ciuibus ſuis uiuere, abſtrahendum ab exercitibus, ne intempeſtiuo aſſuefactus imperio, poſt quã ciuẽ dedidiciſſet, tyrannũ ageret. id an ſalubriter p̃moneret, declarauit exitus. quanta enim cum Aphricæ Hiſpaniæquè & Italiæ ruina, quantoquè populorum cũ gemitu ac ſanguine,

ſanguine, imperitandi dulcedinem ſemel deguſtatam, perpetrare puer ille niſus ſit, tàm notum eſt, ut commemoratione non egeat. Nouerat utiq; ſenex hic, alteram eius exilij partem, quod Perich. adſcribit Ariſtophanes, de quo dictum eſt ſuprà. Ideò ut Hannibali, ad ſummam licet potentiam euecto, obtrectare non deſierit, & in Italia iam tonantis uictorias, auſus ſit uerbis extenuare, quamuis obſtrepente populo, & triſtis exitus uaticinari, ſeu pacis eum amor cogeret, ſeu patriæ (nam inuidiam in tanto uiro, & ſi aduerſarij criminentur, ego non ſuſpicor) deniq; poſt Cannenſem cladem, & illud penè nouiſsimum uulnus imperij Romani, cum Mago tam magnæ fœlicitatis nuncius in Carthaginenſi Senatu rem omnem, ut geſta erat expoſuiſſet, & ſtragis infinitæ modum, quaſi numero nō poſſet, coram affuſis annulorum aureorum modijs, qui Romanis ciuibus occiſis, dempti fuerant metiretur, cunctis lætitia attonitis, Hanno ſolus in eodem habitu perſiſtens, interrogauit: Nunquid ob tàm grauem caſum, quiſquam ſociorum P. R. ad Hannibalem transfugiſſet? Vbi nullum ideò fidem mutaſſe cognouit, cenſuit legatos è ueſtigio mittendos, qui pacem à Romanis peterent, in eo rerum ſtatu facilius impetrandam. quæ ſententia parui remiſsiq; animi, multis tum fortaſsis uiſa eſt, poſt autem, ſerò licet, geminis Carthaginenſium ruinis, ſummæ prouidentiæ apparuit.

ACHITVS.

NEc illa prætereunda eſt Achiti ſenis exclamatio, qui cum primo concionantem adoleſcentem Periclem audiret, repentè Philiſtrati, quem ſenio grauem, iuuenis audierat recordatus. Cauete, ait, hunc iuuenem Ciues, eſt enim in loquendo perſimilis Piſiſtrato. Vulgò quidem plauſibiliter nihil niſi præſentia cernenti, ſeni autem & præterita memoranti, & futura prouidenti, formidabiliter loqui uiſus eſt. quid igitur? falſum'ne præſagij, aut non rectè ꝓuidit, qui ex ſermonū ſimilitudine, coniecturā traxit ad ſimilitudinem animorū? profectò Pericles alter erat Piſiſtratus, niſi q; ad euertendam libertatē ille linguā pariter & dextram armauerat, huic lingua ſuffecit. Et nūc hi tres ſenes remaneat inuicem fabulantes, modò diuerſitas linguarum non impediat, oſtentantesq; alter alteri, incredulam patriā, iuuenū conſilijs in cineres reſolutā, nos iter inceptū ſequamur. Poſtquam uerò per præſentia à præteritis in anteriora transgreſsi ſumus, non alienū fortè fuerit, aliquot ſpecies attingere, earū rerum per quas ad præſentiam ſecuturi temporis, curioſitas humana ſuſpirat, quamuis non ignoremus, prouidentiam uirorum, diuinationem anicularum eſſe propriam. Verum quia utriuſq; ſtudium de futuro eſt, eatenus ſimiles uidentur, ut illa rectis tramitibus procedente, hæc perplexis erret anfractibus. Itaq; quo illa peruenit, hæc nititur fruſtrà, quidem niſi dirigentem per tenebras fortuna mortalē ignorantiam, idq; perrarò, ſicut ſapientiſsimis uiris, uiſu & experimento cōpertum eſt. quamobrē iuxta poſitæ ſunt, ut uno uelut obtuitu, uideas quam fugias, quam ue ſequaris. Id enim eſt, eius de qua iam diù loquimur prudentiæ, placet autem ex oraculis exordiri.

DE ORACVLIS. Cap. II.

ORaculum eſt ut à Seneca diffinitur, uoluntas diuina, hominis ore enunciata q; ſi ſic intelligitur, iam piget incœpti, præſtat titulum abradere, nā quis ego ſum, qui ſacros Dei nuncios prophetas ueteres attingam ſtilo? non ea uis animo, neque id meæ facultatis eſt opus, uerū quia & ſi migraturo ſimilis, ſæpè impedimenta collegerim, migrare tamē hactenus nō contingit, eoq; uiſco teneor, ut à ſecularibus ſtudijs nequeam auelli. Sic intelligi poſtulo, non tanq̃ de infallibilis & omnipotentis Dei, ſed quaſi de dæmoniorum, quos illi deos uocant, reſponſis, ſcripturus ſim, ſi enim illi dij forent, cur non hæc oracula diceren tur? diffinitio quidem non abhorret. Vtiq; enim mortalis homo conſueuerat illis ſpiritubus impleri, & ſic uentura prædicere, ſed tàm multis ambagibus obſita, ut facile internoſcas, fallax inſtigator anhelantis uatis pectus impelleret. ex hoc genere reſponſum illud eſt Delphici Apollinis datū Targnio Supbo: q; ſi apertū & euidens fuiſſet, nequaq̃ tantam laudē acumē, interpretis meruiſſet. ſed de hoc ſuo loco dictū eſt. Hic aūt ſimilia quædā, ex uaria librorū lectione collegi, qbus lector admonitus gaudeat, & Deo gratias agat, quod ex te-

nebris eductus, & ad ſerenæ lucis ſpeculum reſeruatus eſt. nec uereatur aut Iouē aut quem uis aliū ex illorū dijs, & quem in hoc præ cunctis attollunt, Apollinē irridere, pſertim cū M. Tullius uir eius ſectæ, atq; illorum temporum longè doctiſsimus, in libris ſuis, libera cum irriſione deſpiciat, quem ille ſuſpiceret publicæq; crederet inſaniæ, nobis tamen inſitū eſt, & execrari peregrinum mendacis Dei nomen & odiſſe. ad hoc autem proderit aliquas eius fallacias agnoſcere, quibus humani generis illuſor, potiùs quàm conſultor, famam ſibi diuinitatis, multa miſerorum cæcitate quæſiuerit.

APOLLO DELPHICVS.

APpius Claudius, is qui ciuili bello Pompeianas partes ſecutus eſt, de euentu rerū dubius, uicinum caſtris, qui iam tum neglectus obmutuerat, retemptauit Apollinem. Itaq; Phemenoës quædam templi uates, in antrū compulſa, ſolitoq; exæſtuans furore, fertur in hāc ſententiā reſpōdiſſe. Magnas huius belli minas Romane ne timeas, nihil enim ad te, quoniā in pace littus Euboicū, uelut quidā Eubœæ cellā poſsidebis. quo ille reſponſo, uelut in ſomnis accepto, pplexior diſceſsit inde q̄ uenerat. ſed non multo pòſt, apud locū q Eubœæ cella dicit, quo ſecutus reſpōſi, quē putabat ſenſū ſe cōtulerat, ante ſupmū prælium morbo interijt. ita ſubtractus bellis & ſepulchro cōditus Euboico, fidē fecit oraculo.

IDEM.

NEro Cæſar portendi ſibi mutationem ſtatus, à Mathematicis acceperat, qui in hoc concordes, in eo diſcordabant, quæ'nā fortuna imperio deiectū exciperet. his æger Delphicum oraculum experiri ſtatuit, ſic enim ſibi uiſum eſt, abhominum, hæſitationem ſuam ad diuinum conſilium traducere. inde ſibi reſponſum eſt. Annum LXXIII. caueret. quod cum audiſſet, homini inconſiderato, & uix triceſimum ætatis ſupergreſſo, tanta ſecuritas inceſſerat, ut iam nil metuens, & proſperitatem & ætatem ſibi integram ſponderet, quaſi ante prænunciatum tempus ab Apolline, mori non poſſet: eodemquè uanitatis & inſolentiæ raptus eſt, ut pretioſiſsimis quibuſdam rebus, maritima tempeſtate deperditis, affirmaret eas ad ſe uel piſcium obſequio reuerſuras. Talibus intumuerat erroribus cum ſubito ab omnibus deſtitutus, & ad turpiſsimam compulſus eſt mortem, utiq; conſiliario dignus Apolline, quamuis mendacij parens, ne quid mentitus uideretur, conſuetis ambagibus atq; arte prouiderit, quod ipſe Nero ſuprema illa nocte, audito clamore militari, ſuum execrante, & Galbæ nomen celebrante, ſero licet quiuerit intelligere, & ad infœlicitatis ſuæ cumulum auctorem oraculi ueridicum opinari, Galba enim ſucceſſor, tertium & ſeptuageſimum annum tunc agebat.

APOLLO HELIOPOLITANVS.

APud Heliopolim Aegyptiorum templum, fuit perplexis, ut aiunt numinibus incertū, q & Sol ibi coleret, & Iupiter, & Apollo. de hoc quidem incertior fama eſt, ſed hunc quoq; tēpli eius accolā ex furore miniſtrorū & ex diuinatione cōfirmant. hūc igitur Traianus, hortantib. amicis, bello Parthico conſulendū ratus, Romano more, fidē oraculi ptemptare uoluit, ne'quid fortè mortalis fallaciæ fingeret, ſigillataſq; literas tranſmiſit, ad quas ſibi petijt reſpōderi. erat enim mos, & de lōginquo per epiſtolā conſulendi. Spiritus ille uaferrimus, q in cōſignatione imperialiū literarū forſan interfuerat, temptatum ſe intelligens, ut humanā irritaret inſaniā, noſſe ſe cōmentū cōſulentis oſtendit: oratus enim, ad id quod in literis clauſum erat reſpondere, chartam popoſcit, quam cum ſacerdotes attuliſſent, ſicut erat claudi iuſsit & remitti: illis quidem attonitis, & quid ſibi uellent præſtigia dei ſui, cum admiratione reputantibus, nec minus admirans Imperator, oblatam uidit & aperuit, ut qui ſolus facti conſcius foret, & chartam illi ſignatam, quoque ſed uacuam miſiſſet. Itaque iam ſatis expertum credens, & de templi religione certiſsimus, ſecundis literis conſuluit. Eſſet 'ne poſt belli finem Romam reuerſurus. ille autem ſcripto nihil, uitem in partes ſectam, ac ſudario inuolutam remiſit principi Traiani, mors proximis uindemijs conſecuta, reliquiæquè Romam reportatæ, reſponſi nubilum diſcuſſerunt.

FORTVNANTIA.

SEd ne Apollo ſolus imperatoribus noſtris irriſerit, C. Caligula, uarijs undiq; prodigijs pulſatus, templū Fortunæ Antij cōſuluit, quē locū ueluti natalē, ſibi omnib. locis atq; ſeceſsibus

ſeceſsibus(ut Trãquillus ait)ſemper prætulerat.reſpõſum: Caueret à Caſsio. ea re permotus:Caſſio Longinquo, qui Proconſulari imperio tunc Aſiã obtinebat, deſtinauit mortẽ, & fortè cõſultor id agebat, ſed Caius interim à Chærea, qui & ipſe licet minus uulgato nomine Caſsius erat, interfectus eſt.

CARMELI DEVS.

VEſpaſiano autem ſub Nerone rem Hieroſolymis gerente, uicinum Carmeli montis oraculum, experiendi deſiderium inceſsit. unde in immenſum actus eſt, accepto reſponſo, quicqd mẽte cõcepiſſet, qcqd tẽptaſſet ſucceſſurũ fœliciter, quãuis arduũ aut laborioſum uideretur. parũper iſte fidelius, & paulominus ueraciter. ſed ad Apollinẽ reuertor.

EXTERNA.

APOLLO DELPHICVS.

AT nè clarius inter uicinos locutum putes, ſub aduentu Xerxis, territis Græciæ urbibus, ab Athenienſibus conſultus, quo'nam modò ſaluti proprij ac filijs prouiderent: reſpondit, Muris ligneis, id ambiguum more ſuo, confuſumq; conſilium Themiſtocles interpretans, pro muris ligneis, Naues intellexit, idq; hortãte eo, deſerta urbs, turba ad bellandum inhabiles, & pretioſiſſima rerum repoſtis locis abdita, ipſi autem armari claſſe conſcẽſa, experiri fortunã pelagi decreuêre, caſus præſtitit, & Salaminæ uictoriæ ſucceſſus, ut conſultor uerax haberetur. qua in re, ſi non plus illinc Xerxis ignauia, hinc Themiſtocles conſilium ac uirtus, quàm Apollinis oraculum effeciſſet, ægrè profectò muris ligneis, hoſtis tàm numeroſus excipi ualuiſſet.

IDEM.

PAulo Lacedæmonijs apertior, quibus eadem tempeſtate conſulentius, aut urbi aut regi eorundem pereundum eſſe reſpondit. atq; ita contigit. Rex enim Leonides glorioſiſſimè moriens, patriam reliquit incolumẽ, quanquam rectè iudicantibus, oraculo regis mors, uirtuti regiæ, ſalus urbis aſcribenda ſit.

IDEM.

QVid quod in conſilio anceps & obſcurus, in adulando clarus & ſimplex reperitur? quid cauſæ putem interueniſſe, niſi ut illic remediũ occultaret, hic ſuperbiã & inanem iactantiam, mortalium pectoribus ingereret: utrobiq; fallendi propoſitum utilia tegere, damnoſa reuelare, Socratem omnium qui uiuerent eſſe ſapientiſsimum reſpondit. nullum hic inuolucrum, apertè locutus eſt, nec puto falſum dixit, ſed quorſum his laudandi blanditijs pergeret, non uideo, niſi ut hominẽ doctiſsimum, & cuius moleſtè ſapientiam ferebat, æſtimatione ſui ipſius tumidum, & uelut diuino iudicio prælatum inſanire compelleret. harum fortè blanditiarum fidem ſibi reddebat, Socrates, cum Xenophõti diſcipulo ſecundum Platonem præclariſsimo interroganti. Nunquid ſuaderet Epicurum ſequi: poſt quàm ſententiã ſuam explicuit, hoc in fine reſponſum dedit. Et noſtrũ quidẽ, inquit, humanum eſt conſilium, ſed rebus in obſcuris & incertis, ad Apollinem cenſeo referendum, ad quem etiam maioribus rebus Athenienſes publicè ſemper retulerunt. at quantò tu Socrates melior, quantòq; conſilij ſanioris, quàm is, ad quem diſcipulum remittebas, niſi in hoc uno, quod ille tibi optimus & conſultiſsimus uideretur, ſed redeo ad Apollinem.

IDEM.

LYcurgo Delphicum cõſulenti, ignorare ſe ait, Eum'ne dijs an hominibus aggregaret. Immò uerò non ignorabas perfide, cui loquebaris, hominem eſſe non Deum, tibi tamen & omnibus tui ſimilibus dijs longè præferendum: ſed quid aliud hac ſimulata ignorantia uoluiſti, niſi ut egregium uirum, & inter homines præcellentem, ridiculũ ſemideum opinione ſua faceres, & immenſis laudibus inflatum, ex eo quod fuerat, magno ut ſibi uidebaris teſte conuelleres, eumq; qui ad te, homo certus ac modeſtus uenerat, remittens immodeſtum, atq; inter diuinitatis ac humanitatis ueſtigia titubantem: Vnũ mihi ueterator hic uidetur reſpõdiſſe fideliter, niſi taliũ moris eſſet aliquid interdũ ueri dicere, quo liberius in reliqs mentiãt. ſiquidẽ cũ Gyges ille Platonicus, peſsimũ nefas, de paſtore rex Lydorũ, & inſuetis fortunæ fauorib. ſeſe efferẽs, oracula Delphis exqreret, nũ qſq̃ inter homines ſe

beatior foret? uox ab antris reddita, Agladium Sophidium inopem quendam ac ruſticum ſeniculum in finibus Archadiæ latitantem, cæterum cupidinibus ac terroribus liberum, & exiguo rure, regum diuinitas exæquantem fœliciorem diffiniuit, nec immeritò. Non enim exterius ſed introrſus, & in ipſo animo uera fœlicitas ſita eſt. huic apertè uerum reſpondit (ut dixi) quo liberius illuderet multis, illuſit autem, ne longius eam in eodem regno alteri, quem multò minus circumueniri par fuerat.

IDEM.

CRœſus opulentiſsimus Lydorum Rex, bellum moturus in Perſas, tali reſponſo fertur illuſus. Crœſus Halym penetrās, magnam peruertet opum uim. amphibologicè prorſus ac fallaciter, nam ut ait Cicero, hoſtium uim ſe peruerſurum putauit, peruertit autem ſuam uim: utrum eorum accidiſſet uerum oraculum fuiſſet.

IDEM.

NIhilo purius actum eſſe traditum eſt, cū Pyrrho, qui bellum Romanis illaturus, dum Delphos conſulit, hoc reſponſum, ut ait Ennius accepit. Aio te Aeacida, Romanos uincere poſſe, demens Pyrrhus, ſi non intelligeret utra partium uiciſſet, uerificatum oraculum uideri, ſic uerſutus artifex texuerat, ſic in omnes caſus profugium ueritatis occupauerat. Hoc, inquam, adeò manifeſtam fallaciā præfert, ut quanquā ſicut Ennius idem ait, ſemper fuerit ſtolidū genus Aeacidarū, tamē ut dixi perpendi abſq; difficultate potuerat. Illud obſcurius, quod Craſſum decepit, ꝙ uel Chriſyppum potuiſſet fallere, ſic enim apud Ciceronem ſcriptū eſt, cui tamē ad poſtremū, tota res cōmentitia uidetur, & hoc à Poëta fictū ſuſpicatur, illud ab hiſtorico, rationes affert. Primū enim Latinè Apollinē nunquā locutum fuiſſe, denique Pyrrhi tēporibus, iam uerificari deſ[i]iſſe. & hoc ultimū (ut eo libro per multa) irriſiuè dictum arbitror. tamen utcunq;, non multū his rationibus moueor, quoniam & in latinam linguam transferri, & in carmine inferri potuit ambiguitas oraculi, Græcis & ſolutis primum uerbis ædita. Nam ſi ad linguam reſpicio, quæcunq; oraculis dicta ſunt, Latinè quidem apud noſtros, de Græco fonte deſcēdunt, Græcè uel ab Apolline prolata, uel ab illis memoriæ mandata, nec linguarum uarietas obfuit ueritati. Tertia igitur me Ciceronis ratio, uiolentius impellit, ait enim, hoc Pyrrho reſponſum inauditum Græcis. Itaq; ſatis credo, poteſt hoc ab Ennio, ſuo quodam iure factum eſſe, de Herodoto autem quem Cicero ipſe patrem hiſtoriæ uocat, quod ſuperioris oraculi fictor extiterit, non tam facilè crediderim, in dubio igitur uiſum eſt, et utrunq; attigere, & Ciceronianam de hac re, non præterire ſententiam.

IDEM.

QVam uerò illud anceps & inopinabilè, quod Philippus Macedo, ex eodem adito accepit, ut imminens ſibi, ſcilicet à quadriga periculum præuideret. quo audito rex anxius, diſſolui currus per omnem Macedoniam imperauit, quin & oppidum Bo̅tiæ cui Quadriga nomen erat, ut fatalem ſibi perpetuò declinauit: uel ut quidam ferunt, iuſsit euerti, fruſtra tamen, aliò namq; minax oraculum ſpectabat. Capulus gladij, quo eum Pauſanias transfodit, quadrigæ cœlaturā dicitur habuiſſe. Hoc quidē eſt, curas atq; animi tormentū credulis mortalibus ingerere, cautelā remediūq; præripere. itaq; Tullius eleganter illudit. Nec enim obſcura tantū, ſed mendax admonitio quaſi rex capulo, & nō cuſpide moriturus ſit. hic ſanè nullū reſponſi colorē, nullū ueritatis ueſtigiū, aut uiuēs aut moriēs intellexit.

HAMMON IVPITER.

HVius autē gener & uxoris Olympiadis germanus Alexander, cui Iupiter ille nihilo fidelior aut certior Apolline reſpondit, urbem Pandoſiā amnemq; Acheruſiam uitaret, eò cupidius ex Epeiro deſcendens, ubi urbem ac amnem prænunciatum eſſe nouerat, in Italiam uenit, ibi pugnans cum Brutijs ac Lucanis, iuxta urbem & flumen Acheruntа, bello uictus, & interfectus eſt. itaque ſerò fatalibus nominibus auditis corruens, agnouit fruſtrà ſe patriam reliquiſſe. potuit hic uir placatior mori, Ioui ſuo. quàm Philippus Apollini.

APOLLO DELPHICVS

His autem furijs agebatur inſenſata mortalitas, fidens conſultoribus infeſtis, ſenatum ſibi è media inimicorum urbe delegerat, nondum tempus erat ex tàm profundis tenebris emergendi, perſequebatur humanum genus diuina ultio, & ſic meritũ premebat, ut ſi dici fas eſt, ſuperſtitionibus humanis cœleſtis patientia faueret, quid enim fuiſſe aliud reor, ſi modò eſt uerum quod clariſsimi auctores tradidére: Cleophantem ut ipſi nominãt ſophiſtam, ineptũ ac mordacẽ, ut ego arbitror philoſophũ & prudentẽ, ſed ut ferè accidit, parũ læti ſucceſſus hominem irridendi animo cõſuluiſſe Apollinem Delphicum, an eſſet hactenus equum reperturus: cum uerò nec equum quæreret, nec hactenus habuiſſet, reſpõſumq; reperturum quidem equum, ſed ex eodem caſurum, & præcipitio moriturũ, Cleophantem uerò iure optimo deridentem, quæ audierat, dũ rediji, caſu quodã habuiſſe obuiũ Attalũ regem, ſibi infenſum, atq; eo mandãte deiectũ de prærupto ſaxi cuiuſdam uertice (cui equi nomen agricolæ forſan, & paſtores indiderant) expiraſſe, & læſo (ut aiunt Deo iuſta ſupplicia pependiſſe (ut mihi magis uideẽ) iniquæ ſorti tributũ inexpiabile perſoluiſſe: quis autem miretur uulgus indoctum obſtupefactum huius euentu, cœpiſſe Apollinem non modò ut ueridicũ, ſed uelut acrem quoq; ſuarũ offenſarũ uindicem, plus etiam ſolito uenerari ac metuere? Sed quæſo te Valeri maxime, uoſq; qui ſecum & cum Apolline ſentitis, ſi tàm grauiter & tàm citò ultus eſt Apollo temptatoris huius iniuriam, quid fecit M. Tullio non temptanti, ſed apertiſsimè contemnenti, neque id uerbo uolatili, ſed æternum permanſuris libris? neque id ſemel modò ſed millies, & quotiens in hæc uerba reuoluitur, uſq; adeò, ut non ætatæ ſua tantum, ſed & diu ante ceſſaſſe Delphis oracula, & nihil illo ſpecu mutoq; terræ hiatu dicat inueniri poſſe contemptius, opineturq; nec primis ſeculis illic fuiſſe, niſi fortuitæ raræq; ueritatis habitaculũ, quando & eos qui euaſiunculas quærunt, dicentes uim loci eius euanuiſſe, tractu tẽporis ſic irridet, ut dicat eos non aduertere, quod de ui diuina agitur, quæ ſi eſt utiq; æterna eſt, ſed perinde loqui quaſi de uino aut ſalſamẽto, quæ uim ſuam ſumũt temporanea poteſtate & paulatim euaneſcunt. Itaq; hæc dicentes, philoſophos ſuperſtitioſos & penè phanaticos appellat, qui excuſationis friuolas, ineptijs ſuis malunt exquirere, euanuiſſe fingentes, quàm ueritatem ingenuè cõfiteri, & errorem ſuũ uel ſerò recognoſcere, quod diutiſsimè circũuenti ſunt ſuper huiuſmodi oraculis, partim falſis (ut ipſis Tullij uerbis utar) partim caſu ueris, ut fit in omni oratione ſæpiſsimè partim flexiloquis, & obſcuris ut interpres egeat interprete & ſors ipſa, ad ſortẽ referẽda ſit. hæc de Apolline M. Tullius: legeras tu quidem Valeri iſta, & proculdubiò noueras, ut qui ex Tullianis libris magnam conflaſti operis tui partem, quo te ac ſeculum tuum magis admiror, quo nã modo uanitas hæc, tantùm fidei apud doctiſsimos ueſtros inuenerit, præſertim poſtquàm innotuerat eam tàm libere, ac tàm grauiter ab illo Latinorum literarũ parente contemni? nec adduci poſſum, ut credam non id te atq; alios doctos homines ſenſiſſe. illud potius rear, ſicut ſtellas quas cœlo appoſitas, & cœleſtis fugæ moderatrices ferunt, quamuis ad orientem moueantur, firmamenti tamen impetus in diuerſum rapit, ſic uos licet motu proprio ad ueritatem pronos, populorum tamen erroribus uiolenter, in nõ contrarium deuolutos, niſi fortè nunc etiam opinari libet, Apollinem noſtrum, non ſegnius in Cicerone iniurias ultum ſuas uoſqúe in opinione confirmar indignum & crudele ſupplicium tanti uiri, cui utinam non magis uel Romanum odium, quàm Delphicum, uel Philippicarum, quàm diuinationis liber, uel in Cæſarem & Antonium, quàm Apollinem dicta nocuiſſent, & de oraculo ſatis dixiſſe mihi uideor.

DE DIVINATIONE. CAP. III.

SIBYLLAE.

PRoximũ à dijs (ut ipſi uocant) immortalibus tenere locũ putabantur mortales homines, aut diuinitus aut humanitus, idqúe ſeu naturaliter ſeu artificio quodam, futurorum præſcij. quippè quibus in hac hominum cæcitate diſcutiens umbram corpoream, & obiectam uenturi nubem penetrans, ineſt diuinatio magna quædam res & ſalutis, ſi modò eſt ulla, ſicut de hac tota re locuturus Cicero præfatur. in hoc autem

genere,

genere, Sybillis non indígnè primus gradus dabitur, quod quadam diuinitatis familiaritate, ad intimũ ueri fontẽ propius uideantur accedere. has quidem plurimas fuiſſe nouimus, quarũ nõnulli ſcriptores, & numerum & ætatem & patriã & actus & nomina collegerũt. quod nobis hoc loco proſequi longum nimis, & curioſum magis quàm neceſſarium uidetur. ſed quoniam de naturali diuinatione inſtitutus nobis erat ſermo, quæ & furore, hoc eſt oraculis à furente redditis & ſomnijs conſtare credatur, dicto de Apollinis aliquid, de Sibyllinis oraculis dicendum occurrebat prius quàm ad ſomnia ueniremus. ac neſcio an hæc quorum adhuc fides & auctoritas uigent, illis quorum iampridem error exploſus eſt, meruerunt anteponi. ſed uetuſtatis ordinem ſecutus ſum. Ex cunctis quidem Sibyllis, & hoc attigiſſe ſatis ſit, quatuor celebrantur Delphica, Erithræa, Cumana, Tiburtina. primã ante tempus heroicum, in ipſo Apollinis templo uaticinantem memorant, multos ex eius uerſibus Homerum Poëtam operibus ſuis interſeruiſſe, Secundam nomine Eriphylem & Lacenos maris imperium amiſſuros, diù ante ceciniſſe, & perituram Troiam, & Meoniũ uatem, qui multis poſt ſeculis natus eſt mendacia ſcripturum. Extat libellus quem ſibi attribuerunt, in quo (ſi modò ſuus eſt) Troianorum & Græcorum exitus, & Romanæ urbis & imperij originẽ & labores & ſucceſſus uarios. Inter hæc aduentum Dei terras, multaq; religionis noſtræ clariſsima: multa quoque de erroribus externis & internis, denique alienigenarum ac noſtris euentibus, non modò uſq; ad hanc ætatem, ſed uſq; ad finem ſeculi prophetauit. Tertia nomine Amalthea, cuius locum nuper propè Cumas Campaniæ uidimus, Romanos ex cunctis mortalibus delegiſſe traditur, quibus uentura prædiceret, indignata ſuum cunctis ſeruire furorem, ut eleganter ait quidam, quin & libros edidiſſe, in quibus Romanorum fata remediaq; conſcripſerit, qui Sibyllini dicũtur, & quorum omnis Romana hiſtoria plena eſt, nota res eſt antiquis annalibus, & nouis teſtatiſſima: anum peregrinam & nulli cognitam adiſſe Tarquinium Superbum, ac nouem libros attuliſſe, dicentem eos diuina eſſe oracula & uenales fore. Regem uerò percontatum de pretio, cũ grãde quiddam audiuiſſet. anũ tribus libris accẽſo corã igniculo, peruſtis quæſiuiſſe, uelletne ſex alios eo pretio comparare, quod primum omnibus ſtatuerat: enimuerò tũ Tarquinium delirantem ſenio fœminam proculdubiò credidiſſe ac deriſiſſe profuſius, iam tribus alijs in eãdẽ flammam coniectis, tres qui ſoli ſupererant porrexiſſe regi, mitiusq; iam & in modum conſulentis, ut hos eodem pretio emeret hortata eſt. Regem muliebri fiducia attonitum, libros quo ſuadebatur pretio cõparaſſe, uenditricem illicò euanuiſſe, nuc uſquam uiſam aut repertam, libros in ſacrarium repoſitos, conſuli, & pro oraculis haberi multis cõſuetũ ſeculis, donec inceſſo tandem Capitolio perierunt. Quartam uero nomine Albuneã omnium nouiſsimam Sibyllarũ, temporibus Auguſti Cæſaris fuiſſe, atq; illũ ſucceſsibus licet & eximio fauore hominũ elatũ, diuinos tamen honores, quos ei populus Romanus obtulerat renuentem, in propoſito ſobrio ac modeſto confirmaſſe, adductoq; per noctẽ in Tarpeium collem, & oſtenſa in cœlo uirgine ſydereũ infantem ulnis amplexũ, unũ Deũ docuiſſe fama eſt. Extare huius uiſionis argumentũ in terris, aram cœli, & in eodẽ & ipſo loco, quem dũ cœlũ ſuſpicit ueſtigijs preſſerit admirans, templum Puerperæ dedicatum uirgini. Cæterum de alijs ſex Sibyllis præcipitare ſentẽtiam non eſt meum. ſcio enim quia Deo nec impoſſibile, quicquam nec difficle, licuiſſe ſecretum ſuũ credere cui libuit. Video harum Vatũ reſponſis & oraculis, ab orbe toto, ſed ab urbe ſingulariter, & ab illo ſapienter S. P. Q. R. tantùm fidei tributum, ut per decem, ſi etiàm quindecim uiros, celebri apud eos ſanctitate ac fide cõſpicuos, in dubijs caſibus, Reip. ex Sibyllinis libris, uelut è cœlo ſuæ ſalutis cõſilia quæreretur. Poſſem & hic ut in oraculis Apollinis, aliquã iniquiſsimorum ſpirituũ fallaciam ſuſpicari, ni uiderem doctores noſtros, diuino ſpiritu afflatos, Sibyllis credere, & præſertim Erithreæ, multa quæ de CHRISTO prædixiſſe creditur, ſuſpicientes alacriter, & ad diuinitatis teſtimonium proferentes. deniq; uſq; adeò hæſitantes, ut ex eis quidam præſcientiæ huiuſmodi rationẽ afferant, quod ſcilicet Sibyllarũ inſigne uirginitas eſt (ut eorũ uerbis utar) & uirginitatis pretiũ diuinatio Aeolico enim ſermone Sibylla σιοῦ βυλὰ dicitur: id eſt Dei conſilium, quod ſola ſcribitur noſſe uirginitas. audio tamen Ciceronem ex diuerſo, diuinitatis hoc genus paulò reuerentius, quam cæteri refellentem, cum

quatenus quidem ex uerbis eius colligo, Iulio Cæſare rerum potiente contigerat, ut Sibyllinis libris ex morte aditis, reſpōderetur in hanc ſentētiā. Quem uerè regē haberent, regem quoque eum appellandum, ſi ſalui eſſe uellent. regium autem nomen, apud alias gentes uenerabile, apud Romanos odioſum, & importabile, ſemper fuiſſe nouimus. itaq; Cicero conſilium illud abominatur ac reſpuit, humanamq; fraudem modis omnibus ſubeſſe non dubitat, ambages enim huiuſcemodi, quæ indefinitæ prolatæ, poſſent ad quemlibet hominem ac rem, & ad omne tempus applicari, nō ab illa, quæ librorum auctrix dicitur furere, ſed ab aliquo ac uerſuto compoſitas uideri. Alia deinceps ex eiſdem libris elicit iudicia, diligenter et artificioſè mentientis ſcriptoris potius quàm inſani: ad poſtremùm tamen ſi Sibyllam damnare non audeat, libros tamen eius non facilè legendos, nec iniuſſu Senatus adeundos cenſet. & de his quidem hactenus.

DE SOMNIIS. Cap. IIII.

SOmniorum caſus ſcrutentur alijs, nos hoc libro (quod ſæpè iam diximus) rerum exempla conquirimus. Sed præfari libet M. Tullium aduerſus hanc quoq; uanitatem, & eorum amentiam, qui ſomnijs fidem habent acriter diſputaſſe. quæ diſputatio (niſi fallor) ſi ne dicam mihi, ſed cuiuis homini retexēda ſit, aut illius ueſtigijs inſiſtendum, idemq; narrationis ordo ſeruandus erit, aut profectò aliquid, uel de ſententiarum grauitate, uel de uerborum elegantia remittendum, quis enim quæſo niſi impudentiſsimus ſperare audeat, illū diuinum atq; aureum orationis fontem, non ſe ſi diuerterit turbaturum aut parem, uel claritatem uel ſuauitatem, procul à ſcatebrarum ſuarum primordijs reperturum? Verecundius quidem foret ac tutius, ipſam Tullianam diſputationem, aut omittere, aut non aliter quàm Tullianis uerbis exprimere. ſed nec prætermittere uiſum eſt, rē & ſi non lectori, mihi certè neceſſariam probatamq;, nec rurſum totam diſputationis ſeriem ad cōtextū reſoluere. ne ſim lōgior q̃ oportet, mediū elegi, ſummam rei colligens, quæ talis eſt. Non dicere philoſophū aut prudentem hominem ineptis atq; anilibus ſuperſtitionibus aurem inclinare, ſed ridiculū opinari, qui uigilantes nec præſentia intelligere, nec præteritorū meminiſſe q̃ant, eos cum obdormierint etiam uentura prænoſcere. quaſi amicitior familiariorq; ſopitis atq; ſtertentibus, quàm uigili animo apertisq; oculis meditātibus ſit Deus. qui ſi auctor ſomniorum eſſet futurūq; aliquid denunciare hominibus uellet, uel apertè uel aliqua quæ intelligi poſſet inſpiratione conſuleret, cū omniū quæ ſub cœlo ſunt mortaliū Deū (nemo enim nō ſomniat) ne dum lectulos, ſed ægrotantiū quoq; grabatulos circumire, & inſuſurrare innumerabiles ambagū ſpecies, neq; cū experrecti fuerint memoriā habituris, credere, q̃ de uera eius præſtantia minus ſana opinio. deinde ſi dormientibus tantū conſuli uellet, clariora ſaltem ſtatuiſſet ſomnia, non atra & cōfuſa, quæ dormientes expaueſcent, & uigilantes ad interpretem diluculo & referre ſoleant. hic accidit, q cū Deus nullius falſi auctor ſit, uera eſſe omnia quæ in ſomnijs cernimus neceſſe eſſe, quæ cū ita ſint, illud potiùs philoſopho dignū arbitratur Cicero, æſtimare uiſa hæc, quibus ſopor hominū abundat, naturaliter euenire, ſine ulla ſignificatione rerū futurarū. animum enim agitante, propria natura, à motu nunquam poſſe requieſcere. Enimuerò cum languida & ſomnolenta mole corporis, nec membrorum nec ſenſuum uti poſsit officio dum per ſeipſum ad aliquid agendum uidendumqúe cæcus rapitur, incidere in imagines ambiguas rerum uariarum, idqúe ex reliquijs inhærentibus, earum rerum quas uigilans egerit, aut cogitauerit prouenire, cuius rei teſtē facit Ariſtotelem. earūq; perturbatione miras inenodabiles occurrere ſomniorum formas, è qbus ſi quædā falſæ, quædā ueræ ſūt, ſcire cupit ille uir doctiſsimus, qua nā interno [illegible]cātur nota, ſiue ea nulla eſt, cur in caſsum interpretes fatigemus? quin & ſi ulla eſt, ad hūc terminum uiam illam his nugatoribus cenſet incognitam, præſertim cum explorare res abditas, & ea quæ in ſomnijs hominibus diuinitus portendūt (q hi homūculi profiteri nō dubitant) profundiſsimi ingenij perfectæq; doctrinæ ſit. Hos autem uideamus, primum ex leuiſsimo (ut ipſe ait) & indoctiſsimo genere conſtare, deinde non ex ulla ſomniorū ui, ſed ex proprio acumine iudicare, ideoq; inter ſe uarios atque diſcordes, ad quod probandum quædam affert, de quibus inferius dicemus, ita quamuis diuinationē cōcederet quā negāt,

diuinum

diuinum tamen nullum contenderet. Scio quidem de hac re alios aliter ſentire, nec ſum neſcius, quantum gloriæ puer Hebræus ex ſomniorum interpretatione percepit, ſed illic nõ ars humana, ſed cœleſtis reuelatio. hæc tandem de ſomnijs utcunq; meis uerbis explicita, non tàm mea quàm Ciceronis intẽtio eſt, & ſi enim Academico more diſputans, nihil pertinaciter affirmet, quominus liberum relinquat, & integrum auditorem, quia cum ut ipſe alio quodam loco de Socrate & Platone loquẽs ait, uixiſſe ſecum mihi uideor, ex loquendi uſu, de opinione eius nõ aliter certus ſum, quàm ſi quæ legi, ex ore narrantis accepiſſẽ. Quo magis miror, ita quoſdam de ſomnijs ſcripſiſſe, uelut indubitatã traducerent hiſtoriã cum ipſum de cuius fontibus hauriebant, cernerent hæc eadem dum recitant contemnentem. Velle mihi uidentur ſuperſtitiones hominum augere. ſic enim ſomnia renarrant, quæ caſus aliquis uera fecit, quaſi nihil fruſtrà ſomniari perſuadere cupiant, rudibus ingenijs, quæ in illas primum literas ſors impegerit, ita apud credulum uulgus auctoritas inter pretiũ ingens erit, neglectisq; rebus omnibus, ſatis negotij cuiq; ſuus ſomnus afferet, aliquãto plus tibi tribuet ſollicitudinis q̃ quietis. quantò ſatius fuerat docere, ut de mille uni non accidit, cui uel tenuis ſit cum ueritate cognatio. Totis autem noctibus dormientes, ac ſæpè meridiantes, quid mirum ſi nonnũquam uerò quædam proxima uidemus. horum aliqua iam hinc ſcribere aggrediar. Falſa enim quis caperet liber? & hæc quoq; ſic legi uolo, ut agnoſcatur potiùs fortunæ uis, quàm quod fides ſomnijs habeatur.

SEX. TARQ. SVPERBVS.

At ut à uetuſtiſsimis incipiam, ſcribit Actius in Bruto Tarquinium Superbũ, huiuſcemodi ſomnium uidiſſe Paſtorem ad ſe uenire, arietes geminos agentem, ſeq; cum ex his alterum immolabat, aſpexiſſe ſuperſtitem, irruentem obnixis cornibus, ſe autem repentino impetu grauiter proſtratum, atq; humi reſupinum dum cœlũ ſuſpicit animaduertiſse, ſolis orbem nouum & inſuetum iter agere. quod cum ad interpretes retuliſſet, monitũ regem aiunt, cauendum ne quem ipſe rudem, ut pecus & monſtrum putaret, ille eum latenti prudentia armatus regno pelleret. Solis autem oſtentum, commutationem ſtatus populo ſignificare. atqui nõ aliter euenit, Brutus cuius germanũ rex oppreſſerat, & cuius ingenium ludibrio erat, ille regem nomẽq; regium expulit, Romana res mutata, unius in locum perpetui regis, duos annuos magiſtratus habere cœpit.

P. DECIVS.

Cvm Romani quondam iniquis locis à Samnitibus circumcluſi grauiter urgerentur, P. Decius,, tunc tribunus militum, uiſus ſibi eſt in ſomnijs inter denſiſsimos cuneos occumbere multa moriens gloria. quo ſomnio uir fortiſsimus, gloriæ ſitientiſsimus, non tàm territus, quàm ad promiſsi exitus cupiditatem animatus. nullum periculi genus declinare cœperat, & ab amicis ut cautius pugnaret admonitus, ſomnium ac propoſitum ſuum illis expoſuit. tunc tamen præter opinionem illæſus, ſaluum exercitum, è faucibus hoſtium eduxit, uerum poſt triennio interiecto, ſera fides ſomnio quæſita eſt. Bello ſiquidem Latino Cos. ipſe ſe pro Rep. deuouit, & in medias inimicorum acies inuectus, tanta gloria oppetijt, ut natum ad ſimile mortis hæreditariæ deſiderium excitaret. hæc ad hunc propriè modum & in annalibus Romæ ſcripta, & apud Tullium relata ſunt, alij aliter ſed illuſtrioribus deferendum eſt.

RVRICOLA ROMANVS.

IDem & in eo quod ſequitur dicẽdum, quod apud alios uariè, apud Ciceronem in hanc ſententiã refertur. Dum ludos Ioui bello Latino facerent, primum quidem ſubitò ad arma concurſum & urbs omnis commota eſt, deinde dum interruptos ludos redintegrarẽt, in ipſo apparatu, Seruus quidam inter ora populi, uirgis cæſus, furcãq; circumferens ad ſupplicium actus. poſt autem Ruricolæ Romano, per quietem adeſſe quidam uiſus, qui ludorum præſidem, ſibi diſplicuiſſe narraret, eamq́ue rem Senatu notam facere præciperet. Timuit inexpertus agreſtis, Capitolium pulſare, dormienti rurſum imago eadẽ obuerſata, cõſulere uiſa eſt, ne ſe in ſuã pernitiẽ ſegnitia impelleret, nec ideò ille ſecurior factus eſt. cũctãti filiꝰ morte ſubtrahit̃, & imagine iterũ minatius inſtante, ipſe inſup mẽbris debilitat̃, ac cõtrahit̃. ſed enim cũ coactꝰ rẽ omnẽ ut acciderat amicis expoſuit, ex eorũ arbitrio lectica in

cuna

tandem rei ſeriem patribus explicaſſet, domum incolumis ſuis pedibus rediјt, ſomnioq; Senatui approbato, ludi ex integro inſtituti ſunt. Ego autē non plenè uideo, qualiter ſemel & ſæpius per quietem occurſare queat uel Iouis uel alterius cuiuslibet imago, aut quo'nā ille modò corporeas uires auferre poſsit aut reddere, non ſatis intelligo. auſim tamen uel ſomnio non credere, quanquā hoc Fabius, hoc A. Gellius, hoc Cælius, deniq; hoc omnes Hiſtorici ut apud Ciceronem) aſſerunt, cum uideam nec ipſum ad credendum facilem, uel illud meminiſſe, nequaquā impoſsibilè, & amiſsionem & recuperationem uirium, & filij mortem, & quæcunq; talia in ſomnij ſeu uiſi ſeu dilati, ſeu poſtea in Senatu expoſiti tempus incidiſſe. quid enim prohibet quocūq; tempore fieri, quod omni tempore fieri poteſt? noua tamen res fateor, euentuq; mirabilis, & ad fallendum efficax.

C. GRACCHVS.

NEcq; enim eſt prætereundum, quid in eadem hiſtoria ſcriptū eſt, C. Gracchus quæſturæ candidatus, uidere per ſomnium Tiberiū Gracchum germanum ſuum, qui pridē gladio perierat uiſus eſt, & audire dicentem: Quantumlibet differret ac traheret, idem illi tandē q; ſibi præparatū mortis genus. hoc ex ipſo C. Graccho, priùs q̃ tribunatū plebis, in quo periјt cōſequēter ſe audiuiſſe, & multis renarraſſe, ipſe ſcriptor hiſtoriæ Cælius teſtatˀ.

IVL. CAESAR.

NVnc in auguſtos ingrediamur thalamos, & quid in ſtratis aureis ſomnietur exploremus. Diuus Iulius Cæſar, adhuc Romanus eques, uiſus erat per quietem, cum matre miſceri nihil eſt equidem, quod nō & poſsit & ſoleat ſomniantibus occurrere, & quæ nunquam cogitarunt, & quæ cogitatu horrida, & quæ ſecundum rerum naturam impoſſibilia inauditaq; ſunt uident. Ipſe tàm fœdo ſomnio grauiter turbatus, rem ad interpretes retulit, illi eum ſpe non modica repleuerunt, promiſſum orbis imperium aſſerentes, quoniam mater cui incubuiſſet terra eſſet communis eius & cunctorum genitrix. non dubito multos iam idem ſomniaſſe, nō eodem ſucceſſu. Cæterum ut ea uera interpretata uiderentur, ſingularis uiri ui tus & fortuna præſtitit.

IDEM.

NEc ſegnior mortis, quàm imperij prænūcius ſibi ſomnus accidit, nocte quidem, quā dies uitæ nouiſsimus inſecutus eſt, uidet ſe à terris ablatum ſupra nubes uolitare, & interdū dexterā cū Ioue coniungere. q; quāuis ad coniectorē relatū nō legamus, tamen ut res docuit, & inſtās à rebus humanis digreſsus, & relatio eius inter Deos ſignificari potuit.

CALPHVRNIA.

ALiquantò tamē clarius Calphurniæ uxoris ſomniū, quæ eadem illa nocte cædis præuia tectum palatij collapſum, uirumq; in gremio transfixum ſuo uidit in ſomnijs. quod cum Cæſari narraſſet, multis cum precibus ac lachrymis obteſtans, ne luce proxima in Capitolium aſcenderet. ipſe collatis ſomnijs, ſimul & aduerſa tentus ualitudine, parum per hæſitauit, utrum pergeret, an ſe domi contineret, his quæ nunc agere deſtinauerat in tēpus aliud dilatis, atq; ita ſubſtitit, donec ille trux et inhumanus proditor, qui ſub eo tàm glorioſam militiam & tot ampliſsimos honores geſſerat, frequētem Senatū adeſſe, & expectare ait, & ut moras rumperet egit. tū ſiue inſita urbanitate uictus, ne tot illuſtriū uirorū expectationē fruſtraretˀ, ſiue ut Valerio placet ne fœminea uiſione territus uideretˀ, ſiue ut ego arbitror, quia fatalis eū repoſcebat dies, uentūq; erat ad terminū, quem præterire non licebat, paruit, & circiter quintam diei horam, eò profectus, unde non rediјt.

ACTORIVS.

HOc forſan exēplo monitus diuus Auguſtus, huius cædis magnificus uindex, nequaquam contemptor ſomniorum fuit, eaq; ſibi quodam tempore ſalutaris obſeruatio fuiſſe legitur. Dum enim interfectores patris iuſto ſtimulante odio proſequitur, fortuna q̃ Theſſalicā areā, uentilandis ciuilibus bellis egerat, in cāpis Philippicis, adhūc penè Romano ſanguine Fumātibus, Romanos iterū contraxit exercitus. inſtabat autē pugnæ dies, cui Auguſtus graui tardatus morbo, nullatenus interfuturus uidebatur. nocte igitur cui præliū ſucceſſit, Actorio medico dormiēti, Mineruæ effigies obſeruata eſt, iubēs ne ægrotū ſuū ob infirmitatē pateretˀ p̄lio abeſſe. q; ut agnouit Cæſar, animi uirib. fragile corpus adiuuās,

lecticæ ſeſe impoſitum educi aduerſus hoſtem imperauit, initoq; certamine, dum mirabili conſtantia & morbi ſimul & armorum profert impetum, tertium utroque maius periculum euaſit. eodem enim tempore quo acies confligebant, Brutus in caſtris remanſiſſe illū ratus, in tentorium eius irrupit, cubiculūq; in quo iacere putabatur innumeris gladijs cupide laniatū atq; diſcerptum eſt. Sapiens igitur uel in ſomnio Minerua dixerit quiſpiam, quæ ægri curam non ſibi ſed Medico commiſit: & apparenti morbo intentum abditæ peſtis admonuit. quo conſilio ſuccurſum eſt, ne ad ſupremum fortunæ faſtigium uenturus adoleſcens, primis gradibus excideret, quem inter homines deſcenſura diuinitas, terrarum tunc futurum præſidem præuiderat ab æterno & lege ſanxerat inuiolabili.

OCTAVIVS.

IVre igitur magnus & incomparabilis uir clarus Auguſtus, ſub quo Deum nec naſci puduit nec deſcribi, cuius futuram magnitudinem genitrix, claritatem genitor, ſi quæ ſomnijs fides eſt, per quietem uidit antequàm naſceretur. Acta quidem mater prægnans, uidit uiſcera ſua ad cœlum tolli, & inde per omnem terrarum atq; ætheris circuitum diffundi, pater autem Octauius, iubar ſolis aluo uxoris emergere. quid his uiſis illuſtrius? quid certius? Octauius idem poſt partum coniugis, cum per deſerta Thraciæ ducēs exercitum Romanum, & in templo Liberi patris more barbarico ſacrificans, interrogansq; de filio reſpōſum à ſacerdotibus accepiſſet. Eum de quo quæreret futurum mūdi Dominum, nocte proxima filium uidere ipſum exiſtimauit, auguſtiorem effigie humana, fulmine ac ſceptro, & Iouis exuuijs uerendum, nec non & radiata corona laureatis curribus inſidentem, duobus equi niue candidioribus agi. & hæc oſtenſia parentibus, quibus minor ineſt admiratio, propter illa quæ de eodem ſomniauerunt alij.

Q. CATVLVS.

QVintus Catulus, dedicato Capitolio, prima nocte uidit Iouē ex multis adoleſcentulis, circa aram colludentibus, uni ſeorſum abducto, in ſinum recondiſſe Reip. ſignum quod in manibus habebat. nocte altera eundem illum puerum in gremio Iouis ipſius cernens, ac religione tactus, amouere cupiens, uocem Iouis audire uiſus eſt uetantis ac dicētis: Puerum illum ad Reip. præſidium nutrire. Die autem poſtero puerum Auguſtum incognitum ſibi caſus obtulit, in quem uehementi admiratione defigens oculos, perſimilem aſſeruit, ei quem bis dormiens audiuiſſet.

M. T. CICERO.

MArcus autem Tullius, Iul. Cæſarem mane in Capitolium ſecutus eſt, ſomnium nocturnum inter domeſticos recenſebat. Viſum ſibi puerum uultu ingenuo & modeſto de cœlo in terras cathena aurea, demiſſum, eiq; cum ante limen Capitolij ueſtigia preſſiſſet, flagellum à Ioue traditum, inter hos ſermones Auguſtum ſuperuenit, quem paucis adhuc notum, auunculus & mox pater, ut ſacris afforet adduci iuſſerat. Hunc ex inopinato contemplatus Cicero, eſſe quem per ſomnium uidiſſet aſſeruit. Et quoniam Tullium Cæſaribus inſeruit caſus, aliud eiuſdem & ab ipſo ſcriptis editum ſomnium referēdum eſt. Exul patria (quod exilium glorioſum ſibi calamitoſum patriæ dixit, nec mentitur) & in uilla quadam moram trahens, cum poſt multum noctis obdormiſſet, ſomniauit incomitato ſibi ac mœſto, & deſertis locis erranti, occurriſſe C. Mariū laurea & inſignibus conſularib. ornatum, ac ſollicite percontatum, quid in ea ſolitudine tàm triſtis ageret? audita cauſa, cognitaq; ciuium iniuria, qui eum immeritum expuliſſent, familiariter conſolantem, arripuiſſe eius dextram, & lictori proximo tradidiſſe perducendum in monumentum ſuum, illic ſpem fortunæ melioris illi ſitam. eaq; ſe uiſione per quietem delectatū ſcribit, id & euētu cōprobatū ſomniū fatetur, ꝙ in Marij monumēto, hoc eſt in æde Iouis Mariana, de ſuo reditu magnificentiſsimū S.C. factū ſit, & quia uiri doctiſsimi, de imperatore mitiſsimo ſomnium attigi, quid aliter uir peritus de imperio ac feroci principe ſomniauerit attingam.

L. AN. SENECA.

ANneus Seneca iā tūc Senator Rom. à Claudio principe, ad magiſteriū Neronis adhuc pueri, et q bonæ indolis ſpē dabat aſsūptus, nocte ſtatim ꝓxima ſomniaſſe dicitꝰ C. Caligulā, cuius pridē famoſiſſima crudelitas dignū exitū inuenerat, ſe diſcipulū habere,

potuit

Potuit expergectus admirari. At non multò poſt, mutati ſeu uerius detecti Neronis mores, & omnis humanitatis expers animus, admirationem ſubſtulerunt, quin tàm Caligulæ ſimilis euaſit Nero, non alter, ſed ille idem, quodammodo reuerſus ab inferis uideretur. hinc ad imperatorum ſomnia reuertor.

VESPASIANVS.

VEſpaſianum ſomniaſſe ferunt, ſtateram in medio ueſtibulo palatij pari libramine appenſam, & in lance altera Claudium & Neronem, in altera ſeſe ac Titum & Domitianum filios ſuos ſtantes animaduertiſſe. quod non prius intelligi potuit quàm omnibus diem functis, annotatum eſt eodem numero annorum, illos duos, & hos tres imperitaſſe. idem multo ante nullam principatus ſpem in peregrinationem Achaicã Neronem proſecutus, per noctem audire uiſus erat, tum ſibi ac ſuis fœcundioris fortunæ primordium fore, cum primum Neroni dens erutus fuiſſet. quod cum ſecum recogitans in atrium exiret, obuium habuit medicũ, dentem in manibus habentem, quem tunc eruerat Neroni, atq; ultrò oſtentantem ſibi ſomnium fortuna ratum fecit. Per eoſdem enim dies ad compeſcendam Iudeæ rebellantis inſolentiam, Veſpaſianus quo nullius aptior tantæ rei uidebatur, cũ exercitu miſſus eſt, isq; ſibi & ſuis haud dubiè primus ad imperium gradus fuit.

GALBA IMP.

GAlba quidem Tuſculanæ Fortunæ templum ſuperſtitiosè colere conſuetus, ad ornatum eius monile margaritis ac gẽmis pretioſiſsimis intertextũ, ex omnibus theſauris ſuis extruxerat: mox mutato conſilio, Capitolinæ Veneris celebrioribus aris impoſuit dedicauitq;. ſecutæ noctis quies imaginem ſibi Fortunæ turbatioris obtulit ſtatuto, ſe fruſtratam munere lamẽtantis minaſque teſtantis, ſe quoq; cũ ſuis muneribus abituram. quo ille tremefactus ſomnio, & ſi placare minas ſacris fruſtrà niſus, paucis diebus interiectis, uita & imperio ſpoliatus, abeuntem tenere non potuit Fortunam.

OTTHO CAESAR.

HVnc ſucceſſor eius Ottho grauiter urgentem, & inſequentem, hoſtiliter per noctẽ uidere uiſus traditur, eaq; ſpecie tàm territus, ut flens largiter, & è cubiculo in terram prolapſus, adhuc dormiens à cubicularijs inuentus ſit. at ne etiam huius terror uanus uideretur, hic quoq; ſacris nec ne quicquam placare conatus, offenſi prædeceſſoris animam, paucis poſt diebus & uita & ſolio præceps, dignum illi ſupplitium rependit.

CASSIVS PARMENSIS.

AEq; triſtis ac terrifica, nec lætioris exitus Caſsij Parmẽſis quies, poſt bellũ Aſiaticũ, uicto cui anxiè ſeruierat Antonio, Anconæ, quo deſperatis rebus ſe cõtulerat, p noctem dormiẽs, quendã immenſi corporis & Aethiopici nigrioris inſuetæq; prorſus deformitatis hominẽ, in cubiculũ ſuum ingredientẽ cernere uiſus eſt, & ſtupefactus, aſpectu ex eodẽ, Quiſnam foret inquirere. Ille aũt neſcio quid horriſonũ Græco murmure reſpondiſſe, quo metu ſomnum frangente trepidantem, ſeruos ſuos exciuit, quis ea ſpecie thalamum irrupiſſet interrogãs: quibus apertè negantibus, quempiã intraſſe, curis æger rurſum ſomno ſuccubuit. & eadem uiſione iterum experrectus & territus, illato lumine ſeruos lectum circumſiſtere præcepit. nocturno pauori diurnus ſucceſsit dolor, per eoſdem enim dies ab Aug. Cæſare, quem communi inſectatione non contentus, nominatim grauibus maledictis irritauerat, capite mulctatus eſt.

ARTERIVS RVFVS.

HVic ſubnectam Arterij Rufi equitis Romani ſomnium, quo nullum certius, hic dũ fortè ludus gladiatorius fieret, Syracuſis habitans, à quodam ſe ſomniauit interfici. Id ſomnium dum amicis luce proxima in conſeſſu ſpectaculi recitaret: unum par in ſepta ludorum immiſſum eſt. quod ut conſpexit Arterius diriguit, & alterum ex his eſſe, de quo ſomniauerat teſtatus, abire ſe uelle ait: amici credulitatem pauoremq; irridentes, ut maneret coëgerunt. Ecce autem conſertis illi manibus, in extremam circi partem urgendo ac nitendo peruenerant, ubi tunc is ipſe qui timebatur, ſumma ui correptum aduerſarium ſtrauit humi, ac ſuperincumbens dum in omnes partes ſe uerſanti & ictũ declinanti, mucronẽ

nititur adigere, Arterium iuxta ſedentem, & inter globos hominum aſſurgere non ualentem, ferrum regente fortuna fatali uulnere confecit.

INNOMINATVS.

SImile quiddam uel legi uel audiui ſomniaſſe quẽdam morderi ſe à leone marmoreo, ex his qui in templorum ueſtibulis cerni ſolent, & morſum peruenire mortiferum, die autem poſtero, cum templi fores caſu præteriret, leone conſpecto, non ſine riſu, ſomnium ſuum inter comites renarrantem, & manu in apertum os illius protinus inſecta, dicentem: En nocturnus hoſtis meus: ſcorpionem qui in imis faucibus leonis delitefcebat, letaliter pupugiſſe. Sed domi iam ſatis ſomniatum eſt.

EXTERNI.

CROESVS

CRœſus Rex, adoleſcentem filium generoſæ indolis, quem regni ſucceſſorem animo prælegerat, ferro peremptum ſomniauit, nunquam poſtea ſecurus, ſummum ſtudium adhibuit, quo infauſtæ uiſionis minas effugeret. non ſuffecit filium ad omni bellorum conſuetudine reuocaſſe, ferri & armorum uſum interdixit, neq; id ſatis comitibus cuſtodijsq; præceptum, ut qui gladijs uterentur ſemper longius abeſſent. Aper ferociſsimus interea uicinas Olympi regiones inuaſerat, quàm plurimisq; mortalium fulmineo dente conſumptis, coëgerat ut ruricolarum plebs malis exterrita, ſuppellex ad opem regiam confugeret. Hic amore laudis inardeſcens, anxium patrem multis precibus aggreſſus, euicit tãdem ut permittente eo ad mactãdam feram ipſe proficiſceretur, præſertim quia nullum inde ferri periculum timeretur: eò cũ peruentũ eſſet, omnes immanẽ uaſtatorẽ uelut hoſtẽ conglobati circũſiſtunt in eo turbine ab altero à ſuis ſocijs, cui potiſsimũ nati cuſtodiam infœlix genitor commiſerat, elapſum ſpiculum dum aprum petit in adoleſcẽtem incidit, præuiſum in ſomnijs & ineluctabilè (ut aiunt) ferens fatum.

ASTYAGES.

NOn diſcedam à regibus, quorum euentibus iuxta ſe poſitis, cuiuis latius appareat, quantus ſit labor fortunæ iugum, & adamantinas cathenas, quibus humanum illa genus alligat excutere. Aſtyages Medorum rex, urinam filiæ Mandanes, cunctos Aſiæ populos inundantem cum dormiens uidiſſet, id ad naſcituri nepotis magnitudinem pertinere arbitratus, eamq; iam cauſam ſuſpectam habens, quæ nulla erat, natam licet unicam ſibi nec ex Medis oriundo, nec ſuæ ſortis uiro (ne partus fortè uel patria uel ſanguine ſuperbiret) ſed procul in Perſis, gente tunc humili & ignota, Cambyſi fortunæ mediocris homini uxorem dedit. Viſus eſt item cernere uitem ex eiuſdem genitalibus exortam, tam mirabilis incrementi, ut omnes regni ſui angulos adumbraret. ſed enim metu ſupra metum addito, natum nepotẽ iuſsit exponi, ut ait Valerius, ut Iuſtinus, interfici. utrumlibet fruſtrà fuit: Hic enim puer ille Cyrus eſt, qui Aſiam omnem & inundare coëgit ſanguine, & imperio preſſit, delectoq; armis auo, Medorum regnum trãſtulit in Perſas, regum primus & maximus.

ALEXANDER MAGNVS.

ALexandro Macedoni, iuuenis incognitus per ſomnium uiſus erat, uiolẽtas manus uſque in interitum inferre: is poſtea cum ad uigilantẽ ex Macedonia uenifset, recordatus Rex ſomnij. Quiſnam eſſet interrogauit: auditoq; quod Caſſander foret, filius Antipatris: ſomniorum ueritatem Græco carmine deluſit, quaſi nefas ratus de tali amico ſuſpicari, atq; illius dextera oblatum uenenum nihil minus metuens accepit. Aliud eiuſdem regis mirificum ſomnũ refertur. Familiaris illi Ptolemæus uenenata aſpide ſaucius, uehemẽtiſsimo cruciatu moriens afflictabatur, miſeratus Alexãder fortè dum per noctem aſsidet, in grabati ſpondam ſomno ſuo repentè procubuit, confeſtim draco quem genitrix Olympias in delitijs habebat obſeruari uiſus eſt, radicem ore gerens, & humano more formatis uerbis. locum caſtris proximum ſignare quo illa naſceretur, & aſſerere futurum ut eius ope languens amicus curaretur. Rex inter hæc euigilans, uiſione palàm recitata, miſit qui oſtenſam quæreret radicem. qua inuenta, & Ptolemæum & alios multos eadem peſte liberatos ferunt. ridet tamen hoc ſomnium Cicero eo præſertim, quod ore radicem tenens loquitur draco,

tur draco, quod non poſset etiam uir diſertus. & reuera, quis hoc audiens, non uel Medicum ſerpentem uel ſerpentium rideat Oratorem? quid enim magis in Demoſthene miramur, quàm dum pleno lapillis ore perorantem legimus? ueruntamen nihil non facile ſomnianti. A' Regijs ad ducum ſomnia transeamus, mox uiſuri quid Philoſophi ſomnient, quid Poëtæ, Non in Parnaſſo (illa enim altior cura eſt) ſed in lectulis ſuis ſobriè ac diuiter ſomnum capientes. inde ad plebeiorum uiſa uertemus ſtilum, ne quod fortè genus hominum relinquamus. at ne quis forſitan miretur, quod in re quàm uariam & fallacem diximus, & dicturi ſumus tàm diligenter inſiſtimus, ſciat quod apud egregios auctores ſparſim omnia, ſed apud ſomniorum irriſorem Tullium, præterquàm quæ de ſomnijs Cæſaris diximus, magna pars & præcedentium & ſequentium ſcripta eſt. nõ inutile præterea, nec ſuperuacuum arbitramur, illuſtribus exemplis rem cognoſcere, unde prius effectum eſt, ut etiam doctos homines interdum ſomnia conturbent. neq; enim ulla tàm demẽs aut ſuperſtitioſa anicula uſquam terrarum uiuit, quæ hac uanitate moueretur, ſi ſemper falſa & nunquam fortuito caſu uera ſomnia deprehendiſſet, obſeruatio humana. Nunc paucis uerbis perſuaſum eſt, ut omnibus crederetur, cum potius ex multis falſis perſuaderi debuerit ne cui fides eſſet. Mira res dictũ, cum in reliquis actibus mortalium, unicum mendacium multis ueris ſuſpitionem falſitatis afferat, ſomnus ſolus eſt, cuius unum idq; temerarium atque fortuitum uerum, innumeris mendacijs fidem quærit, eoq; mirabilior, quia ad hoc ipſum rarum, uerum inter crebra mendacia internoſcẽdum, nulla fert uia, nulla nota eſt, niſi poſt euentum. ſed de hoc ſatis ab initio dictum eſt. Ad ordinem reuertor, quod ſupereſt ueterum ſomniorum coniecturis.

AMILCAR.

DVx Carthaginis Amilcar, Syracuſas obſidens, in ſomnis audire uiſus erat, ſe poſtri die intra obſeſſæ urbis mœnia cœnaturum. ea re ad uictoriæ ſpem reflexa, mane alacris ad oppugnandam urbem inſtruebat aciem. talia uolenti ac molienti, quod ſæpè fit, grauis tumultus in caſtris exortus eſt, Carthaginenſibus ac Siculis inter ſe diſsidentibus: oppidani occaſione freti, repente portas egrediuntur, & fuſis hoſtibus, uictores, ducem turbatis ſuorum ordinibus ſuccurrere cupientem, atq; ideò negligentem ſui, intercipiunt, & ſic in urbem ductus, & in compedibus cœnans intellexit, quàm falſus interpres ueri ſomnij fuiſſet, huius quidem Agathocles hiſtoricus auctor eſt, At ſequentis Cælius.

HANNIBAL.

HAnnibal & ipſe dux Carthaginenſium, in templo Iunonis Luciniæ repertam columnam auream aſportare decreuerat, incertus autem an ſolida ex auro, an ſuperficietenus inaurata eſſet, terebrando temptauit. & certior factus eſſe auream totam, in propoſito rapiendi firmatus erat: cui inter ſomnum Iunonis ſpecies adeſſe uiſa, ut auaris & ſacrilegis cœptis abſiſteret monuit, minata ſi pergeret, rebus eum ſuis ſpoliare, ſe quoque illum uno quo ſolum uideret lumine priuaturum. quo ſomnio dux alioquin ferox, & cui nullus Dei metus, nulla religio (ut de eo ſcriptum eſt) motus tamen traditur. nec miror. quid enim monoculo terribilius, quàm oculi ſuperſtantis amiſſio? itaq; minas timuit, & euentum experiri noluit, nihil loco mouere auſus, ex eo ipſo auro quod ex foramine dum temptaretur exciderat, bucculam fieri, & ſuprema columnæ parte repoſuit. Quod ſequitur eiuſdem ducis ſomnium, apud Silenum eſt Græcum hiſtoricum, & res ipſius exactiſsimè pertractantem, quem Cælius & multi ex noſtris ſcriptoribus ſequuntur, præſertim quotiens de Hannibale ſermo incidit. eſt enim huiuſmodi: Hãnibal uicto Sagunto, Romana bella iã meditans, inter quietem uiſus eſt, imperio Iouis in Deorum conſilium admiſſus, de inferendo Italiæ bello mandatum accepiſſe ab ipſo Ioue, quin & unum ex eo numero ſibi ducem deputatum, quem ſequi iuberetur cum exercitu, neq; retroſpicere. cum ijs digrediens commiſsis nequiuiſſe locum (quem de non reſpiciendo iuſſus erat) obſeruare, itaq; uidendi auidus, in tergum deflexis oculis uidiſſe terribilẽ & immanem belluam, acris ſerpentib. obuolutam, homines, animalia, urbes, pomos, atque arbuſta, & obuia quælibet proſternentem, atq; calcantem. qui ſpectantem ducem ſuum interrogaſſe: Quid illud monſtri eſſet? ducẽ

uerò dixiſſe: Hæc eſt Italiæ uaſtitas, tu uerò præceptorum Memor & uoluntati deorũ perge obſequens, & quid retrò fiat ne labores. Huiuſmodi quidem uiſio, ſeu uera ſeu uicta eſt Italiæ miſerabilis ſtrages, quam tot per annos illo ſub hoſte pertulit, ut uera fuiſſe uideatur & inter ueras referatur impetrat.

DIONYSII TYRANNI MATER.

IN Siciliam uenio, Dionyſij mater, hunc ipſum gerens utero, ſecundum quietem Satyriſcũ parere uiſa rem ad coniectores detulit, qui Galeotæ à Siculis uocabantur. hi ſic interpretati ſunt ut ex ea naſciturum præclarum ac diuina gratia omnium fortunatiſsimum prædicerent. cuius rei Philiſtus (homo ut ait Cicero doctus & diligens) teſtis eſt.

MVLIER QVAEDAM.

HVius autem matri claritas atq; fortuna, ſed crudelitas Hymere cuidam haud ignobili (ut aiunt) fœminæ præmonſtrata eſt. quæ quondam dormiens, uiſa ſibi quodãiter oſtendente, in cœlum ſcãdere, & cuncta contemplans, ſubter ſcabellum & ſub ipſius Iouis ueſtigijs, iacentem ac uinculis innexum ualidus cernere robuſtum fuluumq; & lentiginoſum hominem. quo conſpecto ſciſcitari ducem ſuum: Quis ille hominum, quid ue illic uinctus ageret: reſponſum eſt. Siciliæ Italiæq; peſtẽ fore, cõfeſtim ut ex ea cuſtodia erupiſſet, deſæuituram latè per populos. Eam uiſionem tũc inter pares notam fecit uulgauitq;, interiecto tempore, dum Dionyſius, qui ad eam diem obſcuri nominis ac fortunæ fuerat, laxatus tandem cœleſtis prouidentiæ compedibus, tyrannidem inuaſiſſet: mulier eadem illicò ut oculis ſuis oblatus eſt, illum eſſe quem ſub Iouis pedibus uidiſſet, aſſeruit. quæ aſſeueratio, ut effectu uerax, ſic ſibi properatæ mortis cauſa fuit.

PHALARIS.

AT Phalaridis mater, Mercuriũ (cuius ſimulachrũ paterã manu tenẽs, inter Deorum effigies domi ſuæ colebat) in ſomnijs uidit, ex ea patera ſanguinẽ humi ſpargere, pauimẽtoq; illiſum rebullire, donec ſenſim domum omnẽ faſtigiotenus inundaret. quod in una uiſum, in multis domibus uerũ fecit cruenta nati ſæuitia. huius quidem uiſionis auctor eſt Ponticus Heraclides, doctus uir, ut ait Tullius, & diſcipulus Platonis. at ſequentis: eodem ipſo Tullio uetuſtiorem teſtem non inuenio.

ALCIBIADES.

ALcibiades paulò priùs quã è rebus humanis repelleretur, ſe amicæ ſuæ ueſte cõtectum ſomniauerat, alias fortaſsis ſperare licuit illecebras amãti. ſed enim breui poſt occiſus, & nullo miſerãte inſepultus iacens, amicæ obuolutus amiculo eſt. non differã philoſophos.

SOCRATES.

SOcrates dum carcere clauderetur, Erichthoni familiari ſuo narrauit, excellẽtis formæ mulierem ad ſe in ſomnijs acceſsiſſe, & nomine appellantem uerſum Homericum ex quo tertia ſibi luce moriẽdũ illa cõijceret recitauit. atq; ita accidit. ſatis locupletes teſtes rerum etiã grauiorũ. huius enim ſomnij Platonẽ auctorẽ affert Cicero, ſequentis Ariſtotelẽ.

EVDEMIVS CYPRIVS.

CVius familiaris Eudemius Cyprius, in Macedoniam proficiſcens, Pheras Theſſaliæ urbem opulentam & egregiam, ſed Alexandri cuiuſdam inhumana tyrãnide peſſundatam uenit, illic morbo corruptus eſt, tàm graui, ut de uita eius deſperarent medici. ſic afflicto iuuenis eleganti ſpem per noctem adeſſe uiſus, tria denunciauit euentura. Vt æger mox ſanitati reſtitueretur. ut eius urbis tyrãnus intra paucos dies mortẽ obiret. ut ipſe poſt quinquẽniũ remearet in patriã. Et prima quidẽ duo clare ut annũciata erãt euenẽre, nã ipſe præter ſpẽ conualuit, & tyrannus ab uxoris ſuæ fratrib. trucidatus eſt, tertiũ uerè parũper obſcurius. Quinti enim ſub anni finẽ, dũ Eudemius è Sicilia, ubi tũc degebat, in Cyprũ reditũ expectaret, ad Syracuſas bello interẽptus eſt. cõiectores uero ſic ſomniũ excuſaſſe legimus, ut dicerent hominem tuũ demũ, cũ è corporeis uinculis euaſerit in patriam reuerti.

SIMONI-

SIMONIDES.

SEquitur ſomnos illuſtrare uatum, Simonides proiectum ac deſertũ in littore cadauer ſepeliuit, & cum mox nauigaturus obdormiſſet, uidit illius humani ſpeciem, monentẽ ne nauim ſi naufragio perire nollet, aſcenderet. paruit & cæteris profectis, ſubſiſtit ſolus incolumis. reliquos enim ſub oculis ſuis rabies uentorum & uis tempeſtatis abſorbuit. fefellit hic uulgare prouerbium, perdi beneficia que defunctis fiunt, itaque hũc tàm gratum & tàm utilis buſti, tàm benè memorem, nobiliore monumento poëta egregius, immortali cũ poëmate amplexus honeſtauit.

SOPHOCLES.

SOphocles autem Tragœdiarum ſcriptor, cum ex Herculis templo, patera aurea magni põderis furto ſublata eſſet, ab ipſo Hercule per quietẽ, Quis'nam id feciſſe edoctus traditur. q̃ cũ homo perſtudioſus, & uel illi periculũ afferre metuens, uel ſomnio parũ credens, ſæpius neglexiſſet, reuertente per ſingulas noctes imagine, coactus tandem ad Areopagitas uiſionem detulit: captus ex indicio ac tortus, furtum faſſus, pateram reſtituit, ex eo que tempore Herculis indicis cognomen templo aditum.

ARCADES DVO.

SVperuacuum uideri poteſt ſomniũ attingere quod ætate Ciceronis creberrimum (ut ipſe ait) apud Stoicos, hodie etiã in uulgus effuſum eſt, de duobus Arcadibus, qui ſimul itinerantes cũ Megaram ueniſſent, ita diſiuncti ſunt, ut eorũ alter apud cauponem in taberna, alter apud hoſpitẽ maneret. nocturno autem tempore, is qui ad hoſpitium diuerterat, ſocium uidit in ſomnijs orantem, ut ſibi cui à perfido caupone mors præparabatur opẽ ferat, poſſe enim ſi celeraret in tempore ſubueniri, eo ſomno motus ſurrexit, auxiliũ laturus ſupplici amico. mox excuſſa ſomnij imagine, irriſit propoſitum ſuum, & in cubiculũ regreſſo, eadẽ affuit imago, miſerabilius obſecrãs, ut ex quo ſalutis ſuæ propugnator eſſe neglexerat, ultor ſaltem mortis exiſteret, & cadauer ſuũ ab extrema ignominia uendicaret. Se enim à caupone iugulatũ, & plauſtro ſuperimpoſitum, opertum fimo aufferri, quo circa ad oppidi portam occurreret plauſtrumq́ corriperet. enimuerò ſecunda uiſione permotus, neq; iã nihil pendendam ratus, è cubili proſilijt, repertoq́ ubi monebatur plauſtro, bubulcũ, quid'nam ueheret ſcrupuloſius ſciſcitari cœperat. illo trepidè fugiente, corpus eductum, & reuelata ſcœna nocturni flagitij, caupo ad ſupplicium adactus eſt.

QVIDAM.

PAuca & breuia quæ reſtant, aſcripſi libris qui de ſomnijs accuratiſsimè tractant, excerpta partim riſus excitandi gratia, partim detegendæ interpretũ fallaciæ, nequaquam prætereunda iudicaui. Somniauerat quidam ouũ ex lectulo pẽdère, narrauit interpreti, reſpondit theſaurum eſſe ſub lectulo, fodit ille, & aurum argento circumuolutum repperit, argentiq́ particulam indici ſuo miſit. At ille facetiſsimus nugator: Nihil ne, inquit, de uitello: ex priori euentu ſecundum eliciens, ut nõ tantum ouo theſaurus, ſed ouo ſimillimus theſaurus uideretur oſtenſus. En fabellas in quibus & Philoſophorum conteruntur ingenia, quàm multi ouum ſine theſauro ſomniauerunt.

CVRSOR QVIDAN.

CVrſor iturus ad Olympia, per noctem æſtimauit curru quadrijugo uehi, Primo manè adijt interpretem. & iſte, Vinces, ait, id enim agilitas equorum & robur indicat. Item ſomnium ad Antiphonem retulit, quem ex Græcis ſomniorum coniectoribus in primis celebratum uideo. at ille: Vinceris, inquit, haud dubiè. Nõ animaduertiſti te à quatuor præuentum eſſe, dum curreres.

ALIVS CVRSOR.

ALter curſor transformatum ſe in Aquilam ſomniauit. cõſuluit coniectorẽ. Ille uictor eris inquit. hæc enim uolucris uolatu cũctas ſupergreditur. Antiphonis acumẽ experiri ſtatuit. Ille reſpõdit: Quæſo amice, nõ'ne te uicendũ iã ſentis? auis enim hæc, alias omnes dũ fugat ac ſequit, ſemper eſt ultima. I, nũc lector, & ſomnijs quatere, & interpretib. crede.

MVLIER QVAEDAM.

MAtrona pariendi auida, ſed an grauida eſſet incerta, uiſa eſt in ſomnijs ſigillata genitalia habere. alter ex coniectoribus, minimè prægnantem aut parituram aſſeruit, fore enim præcluſum partus iter. alter contrà. ea enim duntaxat claudi & cõſignari ſolere, quæ plena ſint. his & horum ſimilibus quid de hac interpretum arte (ſi qui tamen adhuc illam profitentur) ſentiendum ſperandumq́ ſit, eruditi homines intelligant, uulgus quod tenuit non relinquat. & de naturali quidem diuinatione ſatis dictum eſt.

DE VATICINIIS, Cap. V.

QVi Furẽtum uaticinijs fidem præbent, ipſi paulominus furere uidentur, quis enim ſanus exiſtimet eos, qui & præſentium notitiam, & præteritorum memoriam perdiderint, futuri præſcientiam inueniſſe? non tollatur tamen à uobis iuditij libertas, nec opinionum uarietas extirpetur. liceat opinari furere, ſolitos quoſdam & liberos animis ferre motus, quibus à corporibus abſtracti, & diuino (ut ipſi uolunt) ſpiritu concitati, uentura præuideant: liceat hoc ipſum irridere, ut quæ ſapiens non uidet, inſanus (quod eleganter ait Cicero) & is qui humanos ſenſus amiſerat, diuinos ſit aſſecutus, nobis autem eatenus modeſtus Academiæ mos placeat, ueriſimilia ſequi, ubi ultrà nõ attingimus, nihil temerè damnare, nihil impudenter aſſerere, Veritas ergo ſuis locis maneat, nos ad exẽpla pergamus.

REMEX RHODIVS.

AFfertur in primis uaticinium remigis cuiuſdam claſsis Rhodiæ, quem non tàm reſpectu habito uilis & obſcuri hominis, quàm rei ipſius inter domeſtica exempla cõmemoro. Hic igitur repentè alienatus, teſtari clara uoce cœpit, ante diem tricẽſimũ, futuras in Græcia ſtrages maximas, rapinaſq́ apud Dyrrachium & incendium & fugam: claſſem uerò ipſam, domum eſſe redituram, id cum. Cn. Pompeius, qui prætor claſsi præerat audiſſet, narraſſetq́ tribus, Ciceroni, Varroniq́ & Catoni (deus bone quantis & quàm illuſtribus uiris qui bello ciuili tunc fortè aberant) omnes moti, quidam uerò etiam ualdè perterriti dicuntur. Paucorum aũt dierum interiecto ſpatio, Labienus fugiens ex acie Theſſalica, ſtragem legionum & ingenti prælio fuſas Pompeij copias nunciauit, enimuerò confeſtim raptum ex horreis publicum frumentum, totaquẽ ciuitate conſperſum, qui illic erant fuga præcipiti digreſsi, & à Rhodijs deſtituti, nolenteſquẽ ſequi naues incenſæ ſunt. ſic omnia quæ furens ille uociferatus fuerat, euenerunt. hoc ſanè uaticiniũ coloratiſsimè Tullius extenuat. Ait enim illo tempore fuiſſe in Theſſalia caſtra caſtris admota, omnes qui Dyrrachij erant timuiſſe grauiter, iminentis prælij fortunam, quod in partibus Cæſarei exercitus, & dux animoſior uideretur. ueruntamen eum metum, qui conſtantes & Romanos uiros urgebat, Græculum hominem proſtraſſe, facilimè & à ſenſu proprio deieciſſe. minimè mirandum igitur, ſi quod omnes taciti uerebantur, quodq́ idem ille ualde pertimuerat, furẽs depoſito pudore prædicaret. alioquin quid agerent Dij inſano potius remigi, q̃ memoratis ſuprà tribus tàm claris uiris, ut prætori etiam prudenti uiro, & egregio inſtans Reipub. periculum reuelarent.

CORNELIVS.

SEd quid de Cornelio dicam, qui & ſanguine nobilis & ſacerdotio uenerandus, & (ut aiunt) caſtitate uitæ ſanctus, Patauii in tranſpadana Italia degens, hanc ipſam pugnam, nõ triginta dierum ſpatio circũſcripſit, ſed eoipſo die, & dũ in Theſſalia gerebatur expreſſit: ſubitò enim furore correptus, murmurare orſus eſt. uidere ſe de longinquo prælium grauiſsimum, & modò hos fugere, modò illos inſequi, modò prælium inſtaurari, & uulnera & mortes & gemitus cadentium & clangorem tubarum, & equorum ſtrepitum & fragorem armorum, & ſagittas & ſpicula, cœlum tegentia, & ſtragem immenſam, ceu præſens omnibus quæ gerebantur interforet. Ad poſtremùm exclamans, ait: Vicit Cæſar. & his dictis conticuit. Ea res primum riſui atq́ contemptui, poſt autem miraculo eſt habita, quando uenientibus nuncijs ex Theſſalia, non modò pugnæ tempus euentumquẽ nouiſsimum, ſed ſingulas quoque uariantis fortunæ uiciſsitudine, cum illius dictis & geſtibus conueni-

ſe com-

ſe compertum eſt. digna rerum paritas, ut bellũ ꝙ (ut uera dicam) à furentibus gerebatur, non niſi à furentibus ſpectaretur. Sed hæc hactenus. Hic uero mirari poſſe aliquos præclarè uideo, ubi'nam Martios dimittam fratres apud uetuſtiſsimos Romanorum hoc in genere celebratos: ſed de his fateor nihil præter nomen habeo. ubi præterea Caſſandram uirginẽ Priami regis filiam, cuius illuſtris admodum & magnæ rei nuncius furor'ſ? ubi Polibum Corinthum, de quo eſt apud Homerum, quod multis Achiuorum Troiam petẽtibus, & inprimis filio ſuo (an furore an aliter incertum) mortem prænunciauit. ego autem omne quod uel fabula eſt, uel fabulam ſapit, ſciens uolensq́ue prætereo. Tolerabilior utcunꝙ dici poteſt illorum opinio, qui futura prænoſcere morientes putant, ſi enim dum hic ſumus obruti, mole corporea tranſmittere oculos in longinqua non poſsumus, ex his aũt uinculis egreſſi, ſicut Philoſophis placet, liberiore fruimur obtuitu, non à uero quidem uidetur abhorrere, ut tanquam è domo tenebroſo diſcedens, ubi ad lumem appropinquat uidere, aliquid longius incipit ſic morituro, & iam exituro præſagium aliquod poſteritatis occurrat. ad hoc perſuadendum aſſerunt morti propinquantes animas multo diuiniores effici, & intenſius ſtudium ueræ laudis aſſumere, eoſq́ qui benè uixerunt alacriter pergere, uelut iam hinc lætiora præuideant, qui autem contrà, tum maxime dolere & præteritorũ actuum pœnitere. quod uerbum ex ore gentilium lætus & admirans audio. Adhuc & mortẽ ipſam præſagire, & occurſantes atꝙ obuias (ut ita dixerim) imagines mortuorum cernere, ex his concludunt, ineſſe quidem animis noſtris quandam uim perſpectam & capacem rerũ, quod nemo dubitat, ſed caligine mortalitatis obſitam, poſt mortem demum plenam atque perfectam, ſed iam quiddam inſueti luminis habentem, ideoq́ue nonnunquam futura præuidentem. Hinc prouenire, ut quidam in eo ſtatu multa prædicerent, quæ & alios laterẽt, & eoſipſos hactenus latuiſſent, quin hoc ipſum, & ad furorem trahere nituntur, & ad ſomnia. Vnde enim furẽtes uaticinari ſolitos aiũt, niſi quia in eis animus ſolutus ac liber, ſtimulis ſuis impulſus, nullo cohibente & habenas corporeas ſpernit, & membrorum uincula trãſgreditur: unde quoꝙ multa conſopitis apparere, quæ uigilantes lateant, niſi quia tùm maximè uideatur animus à corpore relaxari, ſeq́ uelut incuſtodito carcere licentius educere, ad præuidendas res? ut non immeritò inter ſomnum & mortem quædam uideatur eſſe cognatio. Hinc et à Philoſophis & à Poëtis ſomnus imago mortis dicitur, & à Virgilio cõſanguineus læti ſopor. nos autem & de furore modò diximus, & de ſomnijs mox dicemus. De hac autem diuinatione morientiũ quàm uera, quàmúe credibilis ſit, diuinus Poëta uiderit Homerus: apud quem Hector moriens, inſtantem obitum uaticinatur interfectori ſuo. Viderit & Poſsidonius Philoſophus, ſua ætate clariſsimus. apud quem Rhodius quidam moriens, breui poſt ſe morituros ſex ex coëqueuis ſuis nominat, & ordinem adijcit moriendi. nos in hac re, inq́ue alijs ad hunc modum abditis, opinari poſſumus, certi aliquid ſcire qui poſſumus inexperti? ubi quidem poëticæ ludis libertate, noſtra nequaquam uti prohibemur. hoc autem loco (quod ſine temeritate arrogantiaq́ue licet) aliquot exempla proferemus, ex illuſtribus hiſtoricis.

CAES. AVGVSTVS.

PRimum omnium memoriæ proditum eſt, & ſi Tranquillus opinari aliquid aliud malit, Auguſtum Cæſarem, dum ſpiritus reliquias agit digrediente Tiberio, cum quo lõgũ, & arcanũ ſermonem habuerat: Miſerũ P. R. qui ſub tã lẽtis maxillis erit. Id uerbũ à cubicularijs auditũ, & per manus (ut aiunt) in uulgus effuſum eſt. atqui nequaquam, uſꝙ ad id tempus Tiberius ignaui principis ſpem dabat, ſed ſiue ſemper prouidentiſsimus Imperator, ſiue tunc mortis etiã uicinitate prouidentior, non ſuperficietenus enim ut cæteri, ſed introrſus inſpiciens, miſeriam P. R. urbanè quidem, ut reliqua uaticinatus eſt. uerius enim dixiſſet: Miſerrimum terrarum orbem, qui ſub tàm fero & immani pecore ſeruiturus eſt. & de hoc quidem aliàs, uirtutes enim ſceleribus miſcere fas non eſt.

CLAVDIVS AVGVSTVS.

CLaudius princeps, paulo ante mortem, cum Coſs. deſignaret, menſem illis quo moriturum ſe præſagiebat metam ſtatuit. conſilioq́ nouiſsimo, filios ſuos ut unanimiter fraterneq́ uiuerent multis monitis obteſtatus, tandem piè admodum Senatui commendauit, deniq; pro tribunali ſedens, licet abhorrentibus qui aderant, & lætiora precantibus, ſeſe ad mortalitatis terminum perueniſſe, iterum iterumque profeſſus eſt. Et hic quidem ſibi tantùm, nec ultrà uicinæ mortis tẽpus. qui ſequũtur uerò lõgius atq; alijs fuerũt uates.

EXTERNI.

THERAMENES ATHENIENSIS.

THeramenes Athenis in carcere triginta tyrannorum imperio, uenenum non trepidè, ſed quaſi ſitibundus hauriens, exiguũ quod in imo patere ſubſtiterat ſic effudit, ut in terram cadendo ſonitum redderet. at quẽ exhilaratus arridensq́, Propino, inquit, pulchro Critiæ, is erat unus è grege tyrannorum, qui ex cunctis ſæuius inexorabiliusq́ ſe in eum geſſerat. Græcis autem conuiuiorum mos erat, nominatim deſignare, cui poculum dare uellent. Mortem igitur habens in uiſceribus, uir fortiſsimus, iocatur ſimul & uaticinatur, ſiquidem Critias & ipſe non multò pòſt, prænunciata morte ueneni ſubtrahitur.

CALANVS INDVS.

SEd quid Romanos principes Graiosq́; philoſophos commemoro, cum in eadem re, horridos & agreſtes barbaros liceat admirari? Calanus Indus indoctus, in radicibus Caucaſi natus (ut ait Cicero) cum ex animi ſui ſententia, nullo cogente ad interitum pergeret, Alexander Macedo, qui ſpectaculi nouitate aderat, & in corpore ualidus, & uictor & iuuenis, illum iam ſeſe cupide flammis ingerentem, orauit, Vt ſi quid pòſt ſe fieri uellet, ediceret. ille autem ſpernens, Nihil, inquit, opus eſt: celeriter te uidebo. nempe per eoſdem dies, apud Babylonem Alexander obijt.

RECENTIORES.

ADELHEIDIS DE ROMANO.

EXemplum quod auorũ tulit ætas cõmemorare libet, ſed an hic, an inter mathematicos parũper hæſitaui, utroq; enim licet. Fama eſt & quidam ſcriptores aſſerunt Ezzelinũ de Romano, & Albricum fratres, cruentos et immanes homines, matrẽ habuiſſe Adelheidã ex nobili Tuſcorũ ſanguine fœminam, alti ingenij conſilijq́ & tàm aſtrorum cœliq; ſtudio, quàm magicis artibus ſupra fidem uenturi præſciam. hæc cum ſæpè multa tàm uiro quã natis, tum præcipuè euidens unũ, circa diem ſuæ mortis, oraculi more tribus uerſiculis pronunciaſſe dicitur. In quibus quidẽ & filiorũ potentiam, & exitum, & utriq; ſuæ mortis locum ita cecinit, ut ipſis euentib. nihil ex uaticinio demeretur, quinetiam ut Albricum ſileam, cum Ezzelinus ipſe monitus Caſſanum cauere, ignobilis uici neſcius, Caſſanum caſtrũ in Paduanorum ac Hetruſcorum ſitũ finibus fatale ratus, ut de Alexãdro Epeyrenſi diximus, omni ſemper ſtudio uitaſſet, tandem pòſt ſeptuageſimum ætatis annum, dum ſumma ui Mediolanum petit, ab omnibus fermè Longobardis, quibus trux & inſolens ſpiritus, odioſum illũ fecerat, circumuentus eſt. iam pontem adhuc fluminis tranſiuerat, illic in extremis ſeſe caſibus uidens, loci nomen ſciſcitatus, ubi Caſſanum audiuit, confuſionem nominum recognoſcens, adacto calcaribus equo in oppoſitum ſeſe flumen iniecit, Heu fatum ineuitabile, heu materna præſagia, heu arcanum Caſſanum horrendo murmure uociferans, ac uix terræ redditus aduerſæ, ab inenumerabili hoſtium exercitu, qui iam pontem & utranq; ripam occupauerat opprimitur.

DE ARVSPICINA, Cap. VI.

OPeræ pretium arbitror agnoſcere, unde geminus hic error in Italiam ſit inuectus, unde enim deſierit, me tacẽte notum eſt. neceſſe quidem fuit, & hãc & cæteras errorum umbras terris euaneſcere, ubi ueritatis ſol affulſerat. & de origine quidem aruſpicij talis

narratur

narratur fabula Hetruſco cuidam aranti in agro, ut aiũt Tarquinenſi, cum profundius ad actus fore: uomer, erupiſſe Tage quendam nomine, puerili effigie, ſapientia ſenili, & aratorem alloqui cepiſſe. Illum uerò perterritum exclamaſſe. ad cuius uocem finitimorum primo concurſum factum eſſe, inde gradatim progreſſa rei fama, intra dies paucos in eum agrum uniuerſam Hetruriam confluxiſſe. Puerum illum audientibus cunctis, multa dixiſſe, dicta eius obſeruata & ſcriptis ædita. ex quibus accedente lõga rerũ experientia, omnis aruſpicina proceſſerit, ita tamẽ ut ſi ad alias ſerperet nationes, apud Tuſcos præcipuũ eius magiſteriũ uigeret. ſed ô prorſus erroneũ & infame magiſteriũ. me quidem iſta renarrantem, ingens ſubit admiratio, & ineptiarũ tantarum patriæ piget, pudet ac miſeret. in ſolo in quo natus ſum, hunc natum uel exaratum potius errorem. Vbi quæſo, tibi nũc prudentiſsima, lumen animi & oculorum aberat? unde cæcitas hæc tam manifeſta, tàm publica, Deum'ne Tagem an hominem extimaſti? ſi enim Deus eſſet, non'ne illud occurrit, à cœlo potius quàm è terræ cauernulis aduẽturum, neq; expectaturum bubulci aratrum, quod adiutus doctrinam populis prædicaret? ſi autem homo terra obrutum uiuere ſecundũ naturam non poſſe, noueras, ideoq; fallaci quapiam uiſione deluſam te noſſe poteras, ac digno Dei iudicio factum reor, ut errores tibi terra pareret, nihil tunc cœleſte ſapienti. Neq; hæc quæ tibi obijcio, in re incerta, ſunt Philoſophis & Poëtis & Hiſtoricis teſtata, quin & error hic tuus, proximas nationes cõtagio afficit præcipueq; Pop. Rom. apud quem decretum legimus, ut de principum filijs, lex, ſingulis Hetruriæ populis, in diſciplinam traderẽtur. Et addidit rationem Cicero: Ne ars, inquit, tanta propter tenuitatem hominum, à religionis auctoritate abduceretur ad mercedem & quæſtum. Ars inquit tanta, ô deſirationem ridiculam, ô aniles nugas, ô doctorum hominum ſuperſtitionem inauditam, hinc præterea ſumpſiſſe nomen diceris Tuſcia à thure & ſacrificijs appellata, inuentrix errorum & portentorum ac fulgurum interpres. quæ cum ita ſint, non eſt tergiuerſationi locus, fatendum crimen eſt, idq; dumtaxat reſpondendum. Sic uero Deo placitum, ut & tu & quæ erroribus tuis imbuta fuit Roma, cuius quid religioſiſsimum eſt, in te nunc uſque fundatum eſt, fœlici uarietate, & mirabiles futuræ ueri diſciplinæ mendacij magiſteriũ haberetis, uel ſic intellecturæ, quid inter lucem ac tenebras interſit.

DE AVGVRIIS, Cap. VII.

ARuſpicinæ primum fontem attigi, ad Augurem uenio, piget augures reges meminiſſe, præcipueq; Romulum, qui paſtoriũ adhuc quiddã redolens, augur optimus fuiſſe traditur. Mira rerum diſſonãtia, immò uerò cõſonantia rerũ maxima: quis enim niſi paſtor, incultus atq; horridus, ad has ineptias applicaſſet animũ? pudor eſt cogitare urbem Romam omniũ urbiũ ac terrarũ indubitatũ caput, auſpicio cõditã, & florentẽ præpotentis populi fortunã, auib. debere maluiſſe quã Deo, quin & ſub regib. & ſub imperio cõſulari, multis quidẽ ſeculis, nihil abſq; auſpicijs domiq; militiæq; fieri ſolitũ. ſtupet animus recolens illos uiros tã claros, tàm magnificos, qui res humanas ex altiſsimo deſpicerẽt, qui fortunam ipſam pedib. ſubtriuiſſent, qui terrarũ orbem inenarrabili uirtute domuiſſent, aucularum uolatui garrituiq;, & puerilib. ſuccubuiſſe fallacijs. Vno quidẽ nos cõſolari poſſumus, quod qui ſuperiorẽ genuimus, ad alienas tranſmiſimus, hunc nouũ ab alijs genitum, adoptauimus, imitandoq; noſtrum fecimus. Apud Græcos namq; multo ante urbẽ cõditam augures floruerãt, tãoq; fuerũt in honore, ut Calchas petẽtibus Ilion Graijs, numeroſiſsimæ claſsis præfectus memoretur, ob unã auſpicij diſciplinã, in ea enim excellebat, in rebus alijs multis inferior. Amphiaraus uerò, & Tyreſias tàm illuſtres eodẽ artificio feruntur, ut primum pro Deo colerẽt, & tellus quæ illũ abſorbuerat pro oraculis adiretur. ſecundus nõ modò uiuis hominib. præferretur, ſed defunctis etiã (Homero dicẽte) ſolum apud inferos Tyreſiã ſapere, uagari reliquos umbrarũ more. nec primi pterea noſtri reges augurio docti fuerũt, regnarãt prius in Græcia Mopſus & Amphilocas famoſi augures, deniq; ut eſt apud Ciceronem, omnino apud ueteres, qui rerũ potiebantur ijdẽ auguria tenebãt, afferetq; rationẽ. Vt enim, inquit, ſapere, ſic diuinare regale dicebant. Et ut in regibus dixi,

ſic nec in populis noſtris, hic primũ furor admiſſus eſt, nam & Athenienſes, gens alioquin prudentiſsima, nunq́ꝫ conſilium publicum habuerũt. cui non ſacerdotes diuinos adhibuerint, quos, (ut ait Cicero) μάντεις puto, quia diuinatio apud eos μαντικὴ dicitur. Et Lacedæmones, gens inuictiſsima, augurem in conſilio intereſſe, augurem regi ſuo adſeſſorẽ iem per addere uoluerũt. quis ergo miretur, tanto habitã in honore uanitatẽ, breui in immenſum excreuiſſe? idem fermè in ſingulis particulis huiuſcemodi rei, quã diuinationẽ uocant licet intelligere. quis enim niſi diuino uir conſilio, non oraculis fidẽ daret, cum uideret, non modo clariſsimos reges, & magnorũ populorum nuncios, ſed ſummos etiã Philoſophos, & humanæ magiſtros uitæ, certatim apud Delphos & Dodonam, & Hammonẽ concurrentes? quis ſperneret Sybillas, quas S. P. Q. R. in extremis periculis conſulerent? quis negligeret ſomnia, cum ſciret (ut reliquos ſileam) Lacedæmones ipſos, quos neſcio an proximè à Romanis fortiſsimos omnium & prudentiſsimos uiros iudicare uelim, uſq; adeò ſomniorum curioſos ut ſcribat Cicero, quod qui eis præerant, non contenti uigilantibus curis in Paſiphaæ phano, quod eſt in agro propè urbem, ſomniandi cauſa excubabat, quia uera, inquit, quietis oracula ducebant? quis deniq; Magos, non ſuſpiceret, ſine quorũ doctrina, neminem quantumlibet alijs rebus ornatum, ad Perſarum regnum prouehi poſſe cognoſceret? ſed ad augurium reuertor. initium quidem huius rei ex Arabia primũ, Phrygiaq; Cilicia ac Pamphylia, ad poſtremum & ex hac noſtra Vmbria, quæ Italiæ pars eſt, manaſſe legimus. Rationem huius afferunt (ut reliquorum diuinandi generum) uerſimilem quidem, quod hæ ſcilicet prouinciæ arbuſtis & paſtu pecorum abundent, & idcircò qui eas incolunt, per ſyluas & umbriferos montes aſsidue uagi, circunuolantes ac circunſtrepentes uolucres ſollicitus obſeruarunt.

ACTIVS NAVIVS.

HActenus de extrema augurij origine, quo autem tempore & quàm ob cauſam hæc inſania Romæ uehementius inolere cœpit, hinc dicã. Actius Nauius puer, & quod magis rideas paſtor, Priſco Tarquinio regnãte, litui uſum ſibi uſurpãs, repente quidem è ſubulco augur, uulgataq́; rei fama ad regem euocatus eſt. quem rex intuens, & ætatem & habitum fortaſsis irridens, temptauit hoc modò. Vtrum inquit, quod nunc in animo mihi eſt fieri poſsit, an non poſsit interrogo? Nauius cum auguriũ peregiſſet, fieri poſſe reſpondit. Hic uero rex eluiſſe putans. At qui, inquit, quod cotem hanc nouacula ſcinderẽ meditabar. ille mirabili conſtantia. Potes ergo, ait, arreptaq; nouacula, in conſpectu ſtupentis regis ac populi cotem ſecuit Inde ſacrum Romanis augurium. quæ res, quanquam & annalibus & hiſtorijs omnibus peruulgata ſit, Tullius tamen & hanc commentitiam fabulã uocat. hæc igitur geminæ uanitatis eſt origo, hic quibus utraq; ſucceſsibus, uel apud nos, uel apud exteras gentes aucta ſit, paucis expediam exemplis.

I SPVRINA.

VNde aũt niſi à ſupremis ordiar? Iulium Cæſarẽ immolantẽ, Spurina notiſsimus aruſpex non reperto corde in extis, optimi bouis, admonuit uerendum eſſe, Ne conſilium ac uita fatiſcerent, quæ ambo à corde prouenirẽt. itaq; circunſpici oportere, diſcrimen quod ſibi pararetur, nec ultra Idus Martias trahi poſſet. Mira rerum humanarum nubes, mira fortunæ uiolentia, unde hæc uel illi noſſe uel huic negligere. Præfixo enim die, cũ Cæſaris multis fruſtra, retemptatis hoſtijs, curiam ingrederetur, in Spurinam ceu *mendacem* ita iocatus eſt, ut diceret Idus aduenïſſe. is autem nondum præterijſſe reſpondit, ſic ex integro comminatus, nec fefellit. eodem enim die ac loco cæſus eſt.

ALIVD.

CAeſari autem Auguſto, prius quã ex aluo matris exiret, prodigio pronũciatã magnitudinem affirmant, ad id quaſi prodigiũ ſimul, quo quidẽ reſpõſum eſt. Regem populi Romani naturam parturire. eius rei auctor eſt Tranquillus, teſtem afferens, Iuliũ maratum, illud additur miraculo. Senatum reſponſo territũ, decreuiſſe, ne quis illo anno natus educaret, ſed quib. prægnantes domi cõiuges, S. C. ne in publicũ ueniret obſtitiſſe. Eidem Auguſto in obſidione Peruſina litare non ualenti, cum inſtaurari hoſtias iuſsiſſet, oppida-

ni repen-

ni repentino erūpentes impetu, totius ſacrificij pompā apparatumq́ ſuſtulēre. quo animad uerſo ab aruſpicibus reſponſum fuit, ut omnes deorum minæ, quæ in extis apparuerant, ad eos tranſirent, quæ illa rapuiſſent, atq; ita contigit. Mors huic quoq; principi prænunciata. Sub extremum tempus, tabula in quo nomen eius inſcripta fuerat de cœlo tacta, & prima nominis litera deiecta eſt. Hinc reſponſum, centum eum dies non amplius uicturum, qui per conuulſam ſignificarentur literam, ſe uero inter Deos referendum, quod reliquum percuſſi nominis indicaret, quoniã *AESAR DEVS* diceretur Tuſcorum lingua. ex quo ſimul atque alijs multis ſimilibus elicio, linguarum mutationem, apud gentes plurimas, de quo à me ſæpè quæſitum memini, ſed non illud præſentis negocij eſt.

ALIVD.

Tiberius autem cum draconem, quem ferum manſuefactum, & altore ſuo mitiorem, propria manu paſcere conſueuerat, formicæ deuoraſſent: reſpõſum habuit: Impetum multitudinis prouideret. ſed utinam nihil unquam uerius aruſpices prædixiſſent. Tiberius enim non concurſu populi, uerum tacita & penè ambigua morte perijt.

ALIVD.

AT Galbæ in Tarraconenſi Hiſpania ſacrificanti, oſtentum accidit mirabile. Puer enim qui atrium obſeruabat, illic antè oculos cunctorum uiſibiliter toto uertice incanuit, quod interpretatum eſt, mutationē imminere, ſucceſſurumq́ ſenem iuueni. poſtq; ita contigit, in Neronis enim locũ Galba ſucceſſit. Eidē poſtquã erat imperiũ adeptus, Romæ ſacrificanti corona ceciderat, pulli euolauerãt, demũ die ipſo quo cæſus matutinum ſacrificium petenti, ab aruſpice conſultum eſt, ut quàm primum euaderet, quia hora mortis inſtaret & interfectores eius aduentarent. Quod ille uoluit quidem, ſed præuentus eſt.

ALIVD.

VEſpaſiani principatus ab ipſo uitæ limine prænũciatus eſt, in agro quidē gentis Flauiæ, unde ſibi origo eſt, Quercus fuiſſe traditur ingens ac uetuſta, & Marti dedicata. ea per tres Veſpaſiæ genitricis partus, totidē nouos ramos edidit, puerorũ fortunæ (ut aiũt) certiſsimus uates. primus gracilis mox aruit, neq; partus quoq; ægit in rebus humanis, ſecundus fortis ac procerus fuit, filiuſq; tunc in lucem editus ad ſenium peruenit. Tertius uerò nato Veſpaſiano, non tàm rami quàm ingentis arboris ſpeciem habuit. Quo oſtēto Sabinus genitor, aruſpicibus conſultis, reſponſum habuit. Illum puerum futurum Cæſarem ac terrarum dominum. quod cum lætior ſolito matri ſuæ adhuc ſuperſtiti narraret, Nepotem illi Cæſarem natũ dicens: nihil illa reſpondiſſe, ſed ſuſtuliſſe riſum dicitur, quod ſe nondum delirantes, is filius tàm iunior inciperet.

GERMANVS AVGVR.

SVb Domitiano principe, aruſpex in Germania, Reip. mutationem imminere nunciauerat, atq; ideò ad dicendam cauſam Romam miſſus eſt. fortè accidit ut princeps mane illum audiens, ob eam ipſam cauſam condemnaret. Ipſe ſtatim poſtea hora diei quinta interficeretur. Recordari potuit minus iuſtè ſe ueridicum condemnaſſe, ſed iam à Cæſaribus diuertamus.

ALIVD.

IN illa obſidione longiſsima, qua populus Romanus Veios cinxerat, cum alterius partis diſcrimen, alterius tædium animos inficeret, ex inopinato uincēdi uiam Romanis oſtenſam fuerunt, cum enim nulli apparēti cauſa, repente Albanus lacus, ſupra fidē excreuiſſet, quidam ſeu oppidanus nobilis trãsfuga (ut apud Ciceronem) ſeu Veientiũ aruſpex (ut eſt apud Valerium) Romano milite raptus, per caſtra perlatus, dixit urbem illam capi non poſſe lacu exundante. Qui ſi ex collibus inter quos iacet, aliqua arte deductus eſſet, ſiquidem ſic ad ut mare deſcēderet, calamitoſum, ſin ita ut per agros aſpergeretur, fauſtũ Pop. Rom. quamobrem multo ſtudio impenſaque, lacus ut ipſe monebat eductus eſt. hoc amplius addidit Valerius conſultũ Delphis Apollinē, idem reſpondiſſe. quod cum factũ eſſet, licet uictoria Romanorum fuit. At ego iam dudum hæc audiens ſtomacho, & paulò

minus

minus raueſco, aduerſus hoc ſæpius exclamando. non fuit ſatis hominem Veientem ſtultum forte naturaliter, & tunc ab accidenti metu abalienatũ eſſe, dementemq́; uana loqui, uel fortaſsis ex induſtria fallentem, immenſi laboris opus hoſtibus abijcere, nouo quodam ultionis genere, ut Deus etiam Delphicus aut inſaniret aut falleret? quid enim ita conſulsi, ignoraſſe mihi uidebatur locorũ ſitum, nam quid uel cum Veijs, uel cum urbe Romana commune habet Albanus lacus, ut uel prodeſſe ad ſummam publici ſtatus uel obeſſe ualeat? ſed nimis audeo, qui aduerſus ſapientiæ Deũ, tám multa protulerim, immò uerò aduerſus fallaciarum dæmonem. ſic enim ipſemet olim, ut ſcriptum uideo, quiſnam eſſet interrogatus, ueritatem forté coactus expreſsit, ſeq́ue dæmonem clara uoce confeſſus eſt: at Romani paruẽre, quid miri, error erat temporum, oraculis & aruſpicibus obſequi, licet & aliud opinari, Aquam lacus eductam eſſe, ad utilitatem agri ſuburbani, ut bené ait Cicero, non ad arcem urbemq́; retinendam. At uictoria conſecuta eſt. En mirum Apollinis aris dignum, En noua res, Romanos poſt biluſtrem obſidionem uincere, illud potius mirabile, quod tám longo tempore diſtulerunt, ſoliti raptim ingentia bella conficere, & transferendo uictores terrarũ orbis eſſe. niſi quia diſpenſante fortuna, prouenisſe ſuſpicor, ne illius laboris effigies deeſſet Italiæ: nunc ablutum in aquis Albani calamum, uicinæ urbis mœnibus inferam, aliquot ducum eius exempla recolligens.

A L I V D.

SVlla in campo Nolano aduerſum habes Samnitum exercitum, cum ſacrificare cœpiſſet, repente ab ímò aræ ſerpens exilijt. quo uiſo Poſthumius aruſpex, Eia, inquit, quæſo dux Romane, tolle omnem cunctationem, & duc in hoſtẽ legiones, cui cum Sylla paruiſſet, caſtra hoſtiũ opulentiſsima expugnauit, ſed enim ipſe Cicero huic ſacrificio interfuit, & erumpentem anguem ſe uidiſſe teſtatur, & illius pͥlij euentũ fuiſſe proſperũ affirmat, at non aruſpicis ſed imperatoris conſilio. Eleganter id quidem ac magnifice.

A L I V D.

IN tota aũt hac re nullus notior Flaminio, illũ dico, qui ad Crotonam infœliciter aduerſus Hannibalem pugnauit, omnis hunc habet hiſtoria, & cõcentibus ac ſucceſsibus unius uiri pleni ſunt annales. Sed hiſtoriarum pace mihi liceat, & in hoc & in reliquis, narrationes rerum ab eis, irriſiones ſuperſtitionum uel á Philoſophis uel á ratione mutuari. Itaque C. Flaminius, luſtrato (ut aiunt) exercitu, caſtra uerſus Aretium moturus, hoc primum deſiſtendi ſignum habuit, quod nulla cauſa interueniente, anté ſignum Iouis, & quod ad terroris augmentum adijciunt Statoris Iouis, cum equo cui inſiderat, in unum tumulum corruens prouolutus eſt. quid hic quæſo miraculi eſt, ſi equus armis & ſeſſore preſſus interdũ cadat? quid peccauit igitur, qui ad hoc ſubſiſtere monitus contempſit? ſed enim cum ad hoſtem acceſsiſſet, & ex more maiorũ auſpicijs operam daret, uiſus eſt proferre diem pugnæ, quod pulli nequaquam paſcerentur, quod peſtilẽs apud augures ſignum erat, Id Flaminius ſpernens, ſciſcitatus eſt, ſi nec die poſtero paſcerentur quid agẽdum? reſponſum, & quieſcendum: Enimuero (inquit illudens) magnifica auſpiciorum diſciplina, ſi pullis eſurientibus, ardua quælibet aggredi permittimur, eiſdem ſaturis cogimur feriari. meo quidem iuditio, uel ob hoc unum dignus, qui fœlicius pugnaſſet, ſed apud eos capitale eſt, magiſq́ue ob hoc quàm ob infauſtũ exitum infamis dux habetur, illud eiuſdem, immò ſuis erroribus accumulant, cum neglectis aruſpicijs moueri caſtra iuſsiſſet, ſeq́; confeſtim ſequi ſignifer diu obluctaturus, multis etiam auxiliantibus uexillum educere non poterat: quid hic rurſus oſtenti eſt? Trepidè fortaſsis eruebatur, quod audacter inſertum humi fuerat, debuitne ideò ducis animus terreri? contempſit hoc auſpicium & aruſpicum & religionum omnium contemptor, quid egit nunc? Aduerſantibus dijs pugnauit, cecidit ipſe cum exercitu, & inſignis tunc Reipublicæ clades temeritate ducis illata, hoc præſertim exemplo fidunt, ac nituntur auſpiciorum aſſertores: Ego autem ſicut temeritatem in Romano duce non excuſo, ſic contemptum huiuſcemodi nugarum non accuſo, Flaminioq́ue compatior, iniquiſsimis uſo tám iudicibus quàm fortuna. calliditas quidem Hannibalis nota eſt, qua cum ſæpè alias, tum illo præſertim die uictoriam quæſiuit.

Ea uobis

Ea uobis mihi credite Romani potius quã auſpiciorum contemptus, aut ſtomachulus pullorum obfuit. Quid enim oro, Cornelius Scipio apud Ticinum? quid Sempronius apud Trebiam paulo antè meruerant, ab eodem hoſte ſuperati? Quid autem anno poſt Paulus Aemilius, is qui cognomen ſumpſit, ab interitu, qui auſpicijs diligentiſsime ſeruatis, ipſe quoque cum toto exercitu Romano aliquantoq; maiore ſtrage Reip. pari fraude circumuentus, apud Cannas perijt? Quod non immeritò penè ultimum imperij uulnus ab hiſtoricis dictum eſt.

ALIVD.

Longus hic Romanorum ducum ordo ſubtexitur, eodem bello punico C. illic Gracchorum omnium clariſsimo, in Lucania exercitum habenti, inter ſacrificandum contigit, ut è proxima cauernola geminis ſerpentibus elapſis, exta corrumperentur. Idq; non ſemel tantùm ſed bis terq; reintegratis ſacris accidit, nec prohiberi potuit. quo oſtẽto moti aruſpices, ut uitæ periculum dux caueret monuêre. Vtile conſilium, fateor, homini præſertim tàm grauia bella tractanti: uerùm non tàm propter famelicos angues inteſtina bouis inuadentes, quàm propter uicinum hoſtem Romani ſanguinis ſitientem. ſileat autem auſpicij nomen conſilia ſana laudentur. Tamen ipſe non cauit, ſed ab hoſpite prodit, in ſidijs Carthaginenſium incautus opperijt.

ALIVD.

Marcus Cl. Marcellus uir fortiſsimus, eodem bello ſimili caſu perijt in Brutijs, nempè ei poſt ſacrificiũ mœſtior aruſpex retulit exta minantia & ut cautè ageret exhortatus eſt. Hic quoq; ſapiens cõſultor & dux æquè incautus, qui rem gerẽs cum hoſte tàm inſidioſo, non omnia circunſpiceret, ſed elatus memoria uictoriarum ſuarũ, & exagitatus cupiditate, ſæpius uincendi penè ſolus pergeret, ubi ab exercitu Pœnorum circũcluſus & oppreſſus, non minorem lugendi cauſam patriæ daret, tàm puerili errore, tàm probati ducis, & iam ſexageſimum tertium annum ſupergreſsi, quàm interitu.

ALIVD.

Bello autem Numãtino Hoſtilius Mancinus his territus prodigijs, fertur ſacrificium inſtituenti, pulli educti in ſyluã proximam fugerũt. monſtrũ horrendũ ingens, pullos in ſyluam fugere? mouiſſes forte animũ aruſpex, ſi uel in undas uel in ignes euolaſſẽt, nũc uerò naturam ſecuti ſunt quid miraris? at ſedulo quæſiti nec reperti ſunt. alas credo caueæ odium, & libertatis amor addiderat. ſed audite quod ſequitur. Cũ terreſtri itinere ad portum Herculis perueniſſet, nauem aſcenſuro, ſine auctore uox audita eſt: Mancine mane. uox quidem ſine auctore nulla eſt, ſed auctorem illic præſertim perfacilè latitare. Cauernoſus enim ac ſylueſtris locus ille eſt, mihiq; notus optimè, nuſquàm in me magis auſis tempeſtatibus ſemel & iterum illic in terram eiectus, multos in littore dies egi. Non minus iuſtè (niſi fallor) territus, cum procellis obruerer. & mortẽ antè oculos haberem, quàm audita uoce Mancinus. qui uſq; adeò pauefactus ſcribitur, ut alio cœptum iter flecteret. ſed quod oro prodigium tertium narratis? Cum iam, inquiunt, ueniſſet & ſcapham eſſet ingreſſus, anguis eximiæ magnitudinis uiſus mox euanuit. ô ridiculam hiſtoriam, ergo prodigiorum numerum calamitatibus æquaturus: Mancinus malè pugnauit, fœdum fœdus iniuit, turpiter ſe dedidit: quid dicturi fueratis ſi uixiſſet? Vulgare enim eſt, ut infauſtis rerum euentibus, reprehenſorum copia non deſit.

ALIVD.

Sed ut ab occaſu ad orientem deſpiciam, M. Craſſus bello Parthico, ne manum cum hoſte confereret, quantis & quàm claris prodigijs reuocatus eſt. moturus aciem, cum paludamentum poſceret, quo bellorum duces candido aut purpureo uti conſueuerunt, pullum ei allatum eſt. non puto ſuſpicemini, per anum illum ſenſum erroris habuiſſe, non dum eò neſtrarum religionum proceſsit inſania, neq; enim nigreſcere diceremis ſed palleſcere. uerum quod in tali re uſu euenit, trepidatio miniſtri paludamenta permiſcuit. An hoc ipſum prodigium nuncupatis? detur ſanè (quãdo error hominum ſic habet) etiam illuſtrium nomen hoc uocari: ſed nunquã tantam habet uim, ut alioquin iuſte ſuſceptum bellum, uel deſerere cogeret, uel differre. quid quod aquilarum altera uix à primipilo conuelli

potuit,

potuit, altera egerrimè conuulſa, in contrariam partẽ ſeipſam conuertit: nihil hic mirabile (ne dicam ſtupendum) præter ſtuporem hominum doctorum, tàm manifeſtè delirantium. Enimuerò mœſtum inter milites ſilentiũ fuit, quos antiquo more lætos exultanteſq; conuenire, ducemq; & ſigna circunſiſtere dicebat. Mouiſtis animum, fateor, hoc uno, uerum nullo hic aruſpice, ſed arte & prouidẽtia imperatoria opus erat. itaq; nolite mihi hoc prodigium narrare, uocate res proprijs nominibus, pauorem triſtitiamq; dicite. ſed quis exitus? Dux oppreſſus, egregio adoleſcente filio, antè oculos patris interfecto, legiones ueſtræ ad ſatietatem cruentiſsimi hoſtis cæſæ, ſigna Romana Babylonis poſtibus affixa, diſpoſita in mœnibus truncata capita, & in formi limo obruta, & fluminibus iactata cadauera, latius honos & omnis flos militiæ ſuperbo pede calcatus, denique clades, quanta raro unquam aliàs ab externo hoſte P. R. inuecta, quis hæc neſcit? quis autem inter hæc aruſpicinæ locus? turbatus hoc loco Valerius. Vellem quidem (inquit) placidius, ſed quod relatu uerum eſt, ſic deorum præmonitus excandeſcunt, ſic humana conſilia caſtigantur, ubi cœleſtibus ſe præferunt. Optimè, inquã, ſi non cõmutati paludamenti, uel auerſæ aquilæ prodigium ſpretum, ſed auaritiæ conſilium caſtigari putas, doleſq;, in qua urbe non multis antè ſeculis, oblatis ultrò muneribus, nullum uſquam patuit receptaculum, in ea tàm multum auaritiæ licuiſſe, ut tanto cum ludibrio cæſorum, tantoq; cum diſcrimine ſuperſtitum Romanum imperium nutaret. Quid enim (ſi uerũ fateri uolumus) niſi inſatiabilis Parthici auri ſitis, Craſſum trans Euphratem impulit, & in id bellũ compulit, fractis fœderibus, unde harum tot & tantarum miſeriarum proceſsit occaſio. Ab externis ad ciuilia bella conuertar C. enim Octauius Coss. cum aduerſus L. Cinnam collegam ſuum arma ſumpſiſſet, & morte digniſsimum in exilium pepuliſſet, de fine rerum tali oſtento monitus narratur. Ab Apollinis enim ſimulachro ſponte delapſum caput eſt, & in terram tàm altè deſcẽdit, ut effodi non poſſet, donec Cinna uictore, Octauius in multo ciuium ſanguine uita priuatus eſt: mirum quod Apollini cõmune cum Octauio, potius quàm cum eius aduerſario? Aut quo diffugerant foſſores omnes, ut tanto tempore tantillum ſaxum erui non poſſet? Credo ciuili tumultu exceſſerant. Altero autem ciuili bello, omnium ſæuiſsimo & maximo, quo totius cum ſtrage urbis & imperij & cum uniuerſi orbis magnis motibus. Cn. Pompeius magnus, aduerſus rerum dominum Iulium Cæſarem conflixit, euentum prælij euidentiſsimis prodigijs prænotatum fuerunt, primum omniũ Dyrrachio Theſſaliam uerſus iter arripiens, infœlix dux, multo tonitru crebriſq; fulminibus exceptus eſt. En prodigia æſtiuis præſertim menſibus? poterat quidem ſubſiſtere dilato profectionis die, Hannibalis cautiſsimi ducis exemplo, quem mœnia Romanæ urbis aggreſſurum, bis terq; repulſum tempeſtate nouimus, & profectò arbitror, ſi dux illi exercitui fuiſſet Auguſtus, qui alteri non multis annis poſtea dux, in eiſdem campis fuit, retroceſsiſſet, utiq; quẽ ſemper & ubiq; (ut Tranquillus ait) pellẽ uituli marini, circunferre, pro remedio atq; omnem maioris tempeſtatis ſuſpitionem, in abditum & cauernarum locum ſe recipere ſolitum accepimus, at Pompeius quia fulmina minutiora non timuit, aduerſus maximum & uiolentiſsimum fulmen Cæſaris pugnaturus, religiones & deorũ portenta neglexiſſe reprehenditur, nam quod apum examina circum ſigna uolitarunt, quid niſi mellis & ceræ copiam, quod ſonus tympanorum Pergami in penetralibus templorũ auditus eſt, quid niſi lætitiam portendebat? de fuga quidem hoſtiarũ ab altaribus, idẽ ſentio, quod de pullorum fuga ſub Mantino, eoq; magis quia pulli paſtũ illic, hic hoſtiæ mortem fugiebãt, quod inſitũ eſt, cunctis animantibus. Piget ſingula proſequi & irriſoris cognomen uereor incurrere, id ſanè quod inter prodigia numerãt, repẽtino mœrore ac nocturno pauore obtorpuiſſe acies, ſignum fateor peſtiferũ, ſed ut ſub Craſſo dixi, imperatori prouidendũ nõ aruſpici, qui ſi in parte cõſilij uocãdus erat, poterat & Craſſus primo, & mox Põpeius & Cæſar nouiſsime bono animo eſſe, nihil lætũ & magnificum ſperare, omnib. enim ut qui rebus ipſis interfuit, meminit Cicero. promiſſum à Chaldeis eos nõ niſi in ſenectute, niſi domi, niſi cum claritate & ſumma gloria moriturus. O' pmiſſorũ fides, & nimirũ in alterutro delirãdũ fuit, honeſtior (ut ita dixerim) inſania eſt, ex ſtellãtis cœli motu, quàm ex cruẽtis extorum fibris.

bris, fortunam ſuam exploraſſe, quanquam Pompeius ipſe, qui ut ſcriptum eſt, ſeſe credu
dulum rerum talium præberet. ſæpè etiam ab aruſpicibus luſus erat, multaq́; ſibi in Græci
am tranſuecto ab urbe Romana nunciata fuerāt, quæ uel nullos uel aduerſos exitus habue
runt. Itaq; quid amplius crederet non habebat, Cæſarem uerò collegis ſuis iungerem, niſi
cum primo loco in domo Cæſarea collocaſſem.

ALIVD.

HAec & horum ſimilia confirmandis auſpicibus, & id genus erroribus afferūtur, tàm
inepta, tàm friuola, ut mihi quidem Marcelli illius quinquies Conſulis cōſilium pro
betur, qui cum eſſet imperator & augur optimus, totum hoc omiſit (ut ait Cic.) ſed quod
ſeqtur, ſine riſu non poſſum meminiſſe: Si quādo inquit, rem agere uellet, ne impediret au
ſpicijs, lectica operta ſe iter facere ſolebat. ô radicatos errores. uir fortis & ſapiēs deſperabat
poſſe inhærentē oſsibus opinionem, aperta fronte diſcutere, ideoq́; uultum obtegebat.

ALIVD.

INter duces & reges, hiſtrionum Rex locabitur Roſcius, quem Cic. amorem ac delitias
ſuas appellare non erubuit, cum in campo Selonio nutriretur eſſetq́; infans, in cunabu-
lis aſſurgēs per noctem nutrix uidit eum conſopitum, circūflexum angue nodis horrificis
implicitum, quo aſpecto exanimis exclamauit: Pater autem pueri de hac re aruſpices con
ſuluit, atq; ſi in hiſtrionica claritas hominis ſit, uel cōſiſtit, nihil mentiti ſunt, ſed ô pertinax
ineptia, diuinitus ergo futuram hiſtrionum claritatem præoſtenſam uultis, cum Aphrica-
nus tantus & uir & dux, nullum tale meruerit oſtentū, nam quod in cunis anguis inuen-
tus eſt, nec mihi quidem mirum uidetur, nec Ciceroni præſertim, in Selonio ubi ad forum
nundinari angues ſolent, ut eleganter ait idem.

EXTERNA.

ALIVD.

ADdunt domeſticis externa, riſu non minore proſequenda. Deiotarum regē in pri
mis, nihil unquam niſi auſpicio gerere conſuetum, quem Valerius non ſolum inter
externos primum, ſed uelut immemor moris ſui ante omnes etiam Romanos, in hoc ordi
ne locauit: hic ergo ut memorant uolatu aquilæ pergere quo cœperat prohibitus, cū mul-
torum iam dierū iter exegiſſet, redijt atq; ita mortem euaſit, cōclaui ſcilicet in quo per no-
ctem iacturus fuerat, ſub idē tempus corruente. Sed cur, quæſo, Val. Maxime, quod ſequitur
ſiluiſti: an quia dum breuis eſſe laboras, obſcurus fieri, ne dicam imperfectus & mēdax ele-
giſti: an quia Ciceronis libros unde iſta ſumebas, in manus poſterorum nequaquam per-
uenturos credidiſti: neque non lecturos quibus uerbis hic Deiotari auſpicium à Cicerone
refellitur? At id neq; ſi fatum fuerat effugiſſet, inquit, nec ſi non fuerat, in eum incidiſſet. au
ctoris tui & mei uerba recognoſce, nihil immuto, ſed ſicut in tractatu ſomniorum dixi, ne
ſcio quomodo uoluiſſe mihi uiſus es, ſuperſtitionibus prægrauare animos, quos potius ex
onerare debueras, eoq́; magis miror, ubi nam aliud eiuſdem regis auſpicium reliquiſti, bel
lo autem ciuili uir ſapiens, ſine auium conſilio nihil agens, proſperis hortantibus auſpicijs
perrexit ad Pompeium. Vbi quàm multis & periculis & incommodis affectus eſt, bello
Pharſalico uictus ac fugatus, tātó diſtractus ab amico & quo fideliter amantibus nihil eſt
amarius, plenus abijt graui mœrore rerum præſentium, & uenturi ſpe deterrima, itaque
mox & illius miſerabilem audiuit mortem, & ſuperbum hoſtem ſuſcepit hoſpitio: à quo
digrediente nouum hoſpitalitatis pretium, & Armenia & Gallogræcia ſpoliatus & Thra-
cia, nec longè poſt in diſcrimen capitis adductus, ab hoſpite meliori, hoc eſt ab ipſo Cice-
rone defenſus eſt. Hæc fides auſpiciorum, læta cuncta promiſerant, eius artis peritiſsimo,
mœſta omnia prouenerunt, nam quod eū poſtea dicere ſolitum accepimus. Aues quibus
ducibus in bellum iſſet, benè ſibi conſuluiſſe, quia officiū ac fidē adimpleſſet, & Romanā
libertatē armis defendiſſe. quiſquis eū caſus exciperet, omnibus regnis & diuitijs antefer-
ret, uel auſpicijs pertinaciā id quidē, uel magnanimitatē regis indicat, potiùs quàm auſpicij
ueritatē, niſi fortè Philoſophātes etiā uolucres ſomniāt, nō in fortuna, ſed in uirtute fœlicita
tem hominis collocātes. Cur aūt uereātur omnia magna uolucrib, dare, quarū uti conſilijs
non

non pudet, uel cur apud eos inopinabile uideatur, ſapientiam quidem ab eorũ animis longè exulantem, in alijs animantibus habitare, ſed hæc hactenus.

ALIVD.

PLatonis apes adijciunt, & formicas Midæ, ſed de Platone cum de eloquẽtia loquebamur diximus, Midas uerò Phryx infans dormiens inuentus eſt, formicis in os eius tritici grana congerentibus. Ditiſsimum futurum aruſpices reſpõderunt, ego potius edaciſſimum reſpondiſſem. ſed reſponſum illud fortunæ comprobauit exitus, ut ſcriptoribus rerum placet.

ALIVD.

QVis illa non rideat, quæ bello inter Lacedæmones & Thebanos orto, ultrò citroq́ nunciata referuntur. Et ſi enim ſucceſsibus aſſerta ſunt, nihil tamen ridiculoſius dici poteſt. Cum enim apud Theb. per Bœotios uates ſacrificium fieret, Gallos Gallinacios in eo loco ſic canere cœpiſſe aiunt, ut nulla eſſet intermiſsio: Augures autem pronunciaſſe Thebanos haud dubiè uictores, ratione addita, quam conſultus ſiluiſſent: Quod ea ſcilicet uolucris, per naturam uicta ſileat, uictrix canat. quis iam dubitet, in horũ uaticinijs ſpem haberet? & citatur huiuſcemodi uanitatis, teſtis Calliſthenes, haud ignobilis Philoſophus & auditor.

ALIVD.

EX aduersò multa Lacedæmonijs oſtenta grauia atq; terrifica, ſed omiſsis alijs unum referam, quod hiſtorici Graiorum maximum ac mœſtiſsimum affirmant, cum enim de uictoria conſultores legatos ad Dodonenſem Iouem deſtinaſſent, & hi oraculum operientes, uaſculum cum ſortibus certò poſuiſſent, Moloſſorum regis ſimia, ſortes ipſas huc illuc ſparſit: confuditq́, inſuetum rarumq; prodigium, prodigioſum potius, ſi fœdum illud & inquietum & importunum animal, non quicquid uſquam reperiret effunderet. At illis aliter uiſum, itaq; reſponſum eſt, Lacedæmonijs nõ de uictoria, ſed de ſalute cogitandum, & hunc tantum terrorem, has deorum immortalium, an ſimiæ regiæ tantas minas, ſequẽs mox fortuna declarauit, famoſa illa pugna Leuctrica Lacedæmonijs ad interẽptionem deletis oppreſsiſq;. Sed de hac re ſatis multa diximus. & ſi quid dicendũ ſupereſt, proximo tractatu reliquias proſequamur.

DE OMINIBVS, Cap. VIII.

IAm niſi fallor bona pars horum expedita eſt, quid enim agunt alij aruſpices, niſi circa interpretationem mirabiliter contraq; naturam, ut ipſi uolunt contingentium, ex quibus uenturi præſciam pollicentur? quod enim (ut eleganter ait Cicero) oſtendunt, portẽdunt, monſtrant, prædicunt, oſtenta, portenta, mõſtra, prodigia, à maioribus dicta ſunt, multiſq; uerbis una res appellata, cui nos unicum portenti nomen aſcripſimus, pauca deinceps, ſine aruſpicis interpretationibus complexuri, quæ reſtant ex hiſtorijs. de quibus in primis hic tenendum, nihil contra naturam fieri, licet aliqua uideantur ignorantibus cauſas rerum & nouitate perculſis, itaq; uerè, & ſi quod eſt, hic eſſe permaximum, quod in animis hominum, tàm benè inſtitutis à natura, tàm uarij errores pullularunt, & in regno rationis, tot aniles ineptiæ, & tot inanes ſuperſtitiones regnant, ultimumq; illic ipſa locum tenet, per quam diſtingui à cæteris animalibus poteramus. Verum hic longior eſt querela, egenſq; uerborum plurium. igitur ad inceptum rediens, quicquid factum eſt fieri potuiſſe, non dubito, ſi fieri potuit, non eſſe mirabile, niſi quia raritas admirationis mater eſt, neq; enim ignorantia ſola cauſarum uideri portentum cogit, eadem namq; in quotidianis actibus interuenit, teſtante admiratione, exemplo utar quo & Cicero utitur, & omnis plena eſt hiſtoria. Portentum putant Mulam peperiſſe, itaq; in animalibus relatum eſt, cur quæſo? an quia uulgo ratio eius partus ignota eſt? nihil equini partus notior, uerum iſte frequentior. raritas igitur, frequentiaq; uarietatem pariunt. quod ſi ita eſt. dicam quod à doctis uiris dictum uideo, quoniam quod raro accidit portentum, dicitur, ſapiens ſicubi reperiatur grande portentũ eſt, & mulæ partu (niſi fallor) rarius, quanquã quod de hoc partu dicunt

propè

propè ridiculum uidetur. In conceptione enim, eſto ſi quid eſt miraculi, partus enim ipſe non modò non portentuoſus, ſed innaturalis, & quodammodo uiolentus eſt, iam miraculorum eadem ratio. nihil namq; miraculoſum, niſi quia rarum, illa autem dico miracula, quæ nil portendere iudicantur, ſed admiratione ſimplici ſuſpendunt animos mortalium. ideoque de his alibi. Nũc quod inſtat, quoniam quidem longè diſpar uis eſt, in his enim neq; portendens, neque mirabile quicquam ineſt, niſi quatenus humana iuſtitia, quibuſdam mora ſucceſſibus, & fine rerum ad principium relato, præoſtenſum aliquid cœpit opinari, non prius ab initio intellectum, quàm exitus comprobaſſet, & ſe tractu temporũ, eò peruentum, & ipſis etiam primordijs, uel rerum uel uerborum mortalis curioſitas inhiaret. error hinc omnium ortus eſt, qui magnos homines inuoluit.

OMEN.

EX hoc genere eſt, ut iam ad exempla ueniam, poſt captam à Senonibus Gallis, exuſtamq; urbem Romanam, hæſitantibus an relicto natali ſolo, ſedes imperij transferrent, an uerò patriæ ruinas erigerent. dum hæc res fortè in Senatu alternantibus conſilijs agitatur, contigit, ut Centurio cohortis è præſidio redeuntis, alta uoce ſigniferum compellans diceret: Statue ſignum, hic optimè manebimus. non dubitant huic uoci ſtabilitatem imperij acceptam referre. qua quidem ad Senatus aures perlata, accipere ſe omen ait, ita tot diffidentium patrum ſententiæ, uno militaris uiri, uerò neſcienter iacto, confeſtim quieuerunt, nullo non manendi conſilium amplectente.

ALIVD.

QVo minus miror apud Ciceronem, omen notum legens, unius clarum, ſed & cõſtantem animum. L. Aemilius Paulus, aduerſus Perſen Macedoniæ regem bellũ acturus, eodem die, quo prouinciam ſortitus erat, ſerò ſeſe domum referens, filiolam ſuam cui Tertia nomen erat, exoſculans, triſtiorem ſolito perpendit, Et quid, inquit, cauſa eſt mea Tertia, ut mœſta ſis? reſpondit illa uoce querula. Mi pater Perſa perijt, deceſſerat autem huius nominis catella. Pater puellam ulnis circumplectens, Accipio, inquit, omen filia. nec piguit talem uirum, tali omine lætiorem ad tantum bellum proficiſci, unde mox & Macedonico cognomine, & triumpho celeberrimo redijt ornatus, uictos in capitolium Reges agens.

ALIVD.

MVlto etiam minus miror, hæc à fœminis obſeruari: Cæcilia Metelli, cum de neptis coniugio rogitaret, quæ ſibi ex ſorore ſuperat, ominis capiendi gratia, quod illis temporibus quotidianum erat, ſolam ſecum uirginem eduxerat. Vbi cum puella ſtante, matrona ſedens tacita, & aliquid operiens, quod ad omen traheret diutius manſiſſet, defeſſa rupit tandem uirgo ſilentium, Orans materteram, ut ſibi paululum quieſcendi copiam faceret. Et illa conſurgens. Immò uerò, inquit, filia, libens tibi concedo meas ſedes. Id reſponſum defuncta mox Cæcilia uirgine, uiro eius nupta, confirmatũ commemorant.

ALIVD.

HIs illa conueniunt, Petilius cum Liguribus Lætum montem, qui hoſtium præſidio tenebatur adortus, pertinacius obnititur, ſuoſq; in præliũ accendit. Hodie, ait, ego utiq; Lætum capiam. id confeſtim Læto eius conſecuto, æquiuocum omen apparuit.

ALIVD.

CRaſſus dum Rhodijs Deorum ſimulachra cupidè ſubtraheret, & illi humiliter precarentur, ne omnia ſubriperet: Solem ſe relinquere, ait. iocatus in eorum religiones, apud quos Sol perſtudioſè colebatur. nec multò poſt prælio uictus, & uitam & Solem linquere compulſus eſt. Infinita ſunt eiuſmodi, quæ appellant omina, puta ex eo moti, quia cum reliqua diuinandi genera, uel per ipſos Deos, uel per extorum reſpectionem, uel per

uiſiones nocturnas, uel per ſtellarum ſigna perciperent, hoc genus, per ipſos, quibus cum uidebant homines percipi arbitrantur, quorum fortuitas etiam, immò uerò non niſi fortuitas uoces ad conſequentiam trahebant, & ſicut omnis error ſuis non contentus finibus, facilis eſt ſerpere latiusquéſe fundere, à uocibus ad actus ac geſtus quoslibet hominum primo, deinde etiam reliquorum animantium ac rerum cæterarum decurſum eſt, quo ex genere illa ſunt.

ALIVD.

FVrius Camillus expugnatis Veijs uictor, dum amantiſsimus immeritæ patriæ uir, Deos p̄catur, ut ſi Romana proſperitas inuidioſa eſſet, quælibet in Remp. caſura calamitas, in caput ipſius uerteretur: atq; ita cœleſtia placaretur inuidia, repentè concidit, id ad caſum exilij, quo poſt damnatus urbe, quàm ornauerat caruit, relatum eſt.

ALIVD.

CAius autem Marius, in Minturnorum cuſtodia deliteſcens, hoſtis iam patriæ pronunciatus, aſellum fortè conſiderauit, oblatum pabulum ſpernentem, ad aquam properare. Id ad ſe uir talium doctiſsimus reflexit, & oſtenſam ſibi cœlitus ſalutis uiam arbitratus eſt. turba quæ ad auxiliandum conuenerat, orauit hoc unum auxilij genus exhiberet ut ad mare comitaretur. quo facto, paruæ ſuperimpoſitus carinæ, minas Sullæ uictoris euaſit. Et huius ominis obſeruationem, ſibi proculdubiò ſaluti fuiſſe Valerius ait. prudentem igitur aſellum, quo conſultore ac duce, ille dux tantus uſus eſt, quem'ue formidatus olim auſtri & aquilonis domitor. auctorem fugæ, & ſalutis habuit. At hæc quidē uanitas, ut ſcriptum uideo, à Pythagoreis ortum habet, qui omnia ſuperaddentes oraculis, à diuinis ad humanas uoces obſeruandas animum conuerterunt, cæterum more morbi contagioſi, breui & in populum Romanum, & in omnes effuſa radices egit. hæc ergo cum cæteris extirpanda eſt (crede mihi lector) ſi erroribus ſemel aditum dederis, fruſtrà deinceps obluctaberis. actum eſt, irrumpent undique, quicquid uel audies uel uidebis, huc referres. Vicinorum te aliud agentium ſermunculi, lætum ac mœſtum, ocioſum ac ſollicitum tenebunt, & muſtelarum occurſus, & leporum timebis, & dextera cornix & ſiniſter coruus annotabitur, & nocturnæ Strygis gemitum, & mane ſternutantis ſecundum numerum obſeruabis, & tranſuerſam togam, & commutatum calceum, neque enim tu maior aut ſapiētior Auguſto, de quo legimus, quod læuum pro dextro calceo indui, durū omen, rorem uerò ſub ingreſſum longioris uiæ fœlicis & celeris uotiuiq; reditus putabat. unde hoc tibi princeps prudentiſsime: quid uiatori ros nocturnus afferre poteſt, niſi iter lubricum & madens, nempè opinio inueterata præualuerat.

ALIVD.

TRiumuirali tempeſtate, cum Auguſtus idem atque ambo collegæ, cum omnibus copijs Bononiæ cōueniſſent, omen clariſsimum uiſum, & ab uniuerſo exercitu annotatum eſt. Aquila tentorio eius inſiderat, eam gemini corui dextra læuaq; perſtringere cœperunt, illa reſiſtens utrunq; proſtrauit, confecitq;. mira res dictù, tot hominum millia, in id ſpectaculum conuerſa, unum & idem ſenſiſſe perhibentur, inter tres ſcilicet Duces, q̄ tunc unanimes uiderentur, diſſenſionem emerſuram, & collegarum finem qui poſt fuit. uictum enim Lepidum, relegauit Auguſtus, mori coēgit Antonium.

ALIVD.

LIuia nondum Auguſta, Tiberium aluo gerens, ac muliebri ingenio, quem ſexum paritura eſſet anxia, ouum ſuperincubanti gallinæ ſubtractum, tàm per ſe, quàm per ancillas tamdiù manu ſinuq; uiciſsim tepefecit, donec erumpente pullo, inſigniter criſtato ad ſpem maris erecta eſt.

ALIVD.

SAnè ſi denunciatæ rei magnitudine, magnum omen dicitur, quod ex omnibus unq; ſeculis uſquam terrarum malus, quàm quo Cæſareæ domus occaſus ac finis oſtenſus eſt. Eidē Liuiæ, Auguſto primū matrimonio dignāte, ferūt contigiſſe, ut dū rus peteret, cādida gallina uirentis lauri ramuſculū roſtro gerēs, in gremiū mirātis, ab alto caderet, aquilæ

prædam ut ſuſtulerat ultrò relaxante. Nouitate rei motam Liuiam, iuſsiſſe & ali uolucrē, & ramuſculum inſeri. cū id factum foret, utriuſque breui tàm magnificum incrementum conſecutum, ut & pullorum copia ad gallinas duceretur, & ex frequenti laureto, quod tā tenuis planta pepererat, laureæ triumphaturis Cæſaribus uellerentur. Obſeruato, ut quiſque Cæſarum eo loco nouam laurum ſereret. longo denique uſu agitatum, unamquamq; arborum illarum, circa ſatoris ſui mortem ſolitam areſcere. ultimo autem Neronis tempore, ſubitò ſimul omnes radicitus aruiſſe. Gallinas quoque omnes ad unam perijſſe. Acceſsit & illud haud obſcurius, quod ſub idem tempus, in æde Cæſarea, capita ſimul omnibus Cæſarum ſtatuis, uno ictu fulminis corruerunt, quibus omnibus cōfeſtim Neronis mors, & in eo deficientis familiæ ſucceſsit interitus.

ALIVD.

CVm aduerſus hunc ipſum Neronis, obſcœnitatis & inhumanitatis merito, nō P. R. tantum, ſed uno propè tempore omnes, qui uſquam erant exercitus, quibuſcūq; ducibus conſpiraſſent, caput rerum Galba denotaretur: qui tūc Hiſpanijs præerat, is tametſi uel cupidine imperij ardens, uel gelidus mortis metu, ut qui occidi ſeſe iuſſum à Nerone nouerat, & uitæ & dignitati audendo conſulturus uideretur, nec uoluntas deforet, tamen & ſenio pigreſcens animus, & deſperatione ſucceſſuum exterritus, hærebat uſqueadeò, ut conſalutatus Imperator, S. P. Q. R. ſe legatum teſtaretur. ſic cunctanti geminum omen accidit. Nam dum caſtellum ualidum, & nouis motibus opportunum armat, ab effoſſoribus inuentus eſt annulus peruetuſti artificij, inſculptam cum tropheo Victoriam habens: acceſsitq; Alexandrina nauis, plena armis, hominibus uacua, nec ullo curſum dirigente, ad id litus ubi Galba tunc erat appulit, cunctis interpretantibus alterum ſuſcipiendi belli omen alterum ſperandæ uictoriæ.

ALIVD.

VEſpaſiano autem aliquot principatus ſigna contigiſſe ferunt. Cæs. Caligula infenſus, ædilitatem tunc agenti, occaſionem nactus, quod uias purgari neglexiſſet, cœno illum præcepit impleri. cui cum milites obſequentes, in ſinum lutum terramq; congererent, in omen tractum à quibuſdam interpretantibus, futurum ut terra patriæ, omniſq; reſpub. moribus ciuilibus fœdata ac permixta, tandem ſe in Veſpaſiani cuſtodiam reconderet, quod quanquam dilatum fuerit, accidit tamen. Eidem prandenti, canis externus ex publico in cœnaculum introgreſſus, manum hominis, quam mordicus geſtabat ad pedes deiecit, ſed quid amputata manus ad Imperium? caput ſaltem hominis attuliſſet. aliquantò igitur propius bouis omen, qui iugi ac ſoliti domitoris impatiens, cum ſe in libertatem eripuiſſet, in locum ubi fortè Veſpaſianus tunc cœnabat, magno cum fragore irruens, miniſtrantibus metu ſparſis fugatiſq;, ubi ad ipſum uenit compreſſo impetu, ante pedes eius adorantis in mortem procubuit, & uelut dominum faſſus, caput humi poſuit.

DE PORTENTIS, Cap. IX.

HInc iam pauca de portentis. nā ſi hiſtorias percurram (quod laborioſum magis quā glorioſum fuerit) facilè profectò ex hac re una, librū compleſſe contigerit. quæ enim hiſtoria ſine portentis eſt? quæ à Cicerone recollecta, neque illa tamen uniuerſa complectar. Duos ſoles ſimul uiſos, ac tres lunas. Solem quoque per noctem, & ardentes cœlo faces, & auditum ex alto fremitum ingentem, uocesq; minitantes, & fluuium ſanguine fluxiſſe, imbrem uerò modò ſaxeum, modò ſanguineum, modò terreum, modò lacteū deſcendiſſe. Sudaſſe ſæpius & interdum cruento ſudore effigies deorum. Poſtremò quod ſine riſu narrare non poſſum, bello Marſico Lauinij inter multa, monſtrum horribile & inauditum, clypeos à muribus eſſe corroſos, idq; doctis interpretibus uiſum eſſe triſtiſsimum. hæc & horum ſimillima perfacilè refelluntur: nam & plures ſeu ſoles ſeu lunas uideri, non aliter euenire poteſt, quàm duas lucernas apparere, ubi non amplius quàm una eſt. ſimiliter & auditus ſæpè fallitur, nec ullus (ut Phyſicis placet) pigrior in nobis ſenſus eſt. Flammæ autem, uel conglobatæ, uel ſparſæ, cœlo interdum uolitare, poſſunt naturaliter.

Solem uerò per noctem apparere, prorſus impoſsibile, cum præſentia ſolis ubique eſt, diem ſecum uehat. Fluuios fluxiſſe ſanguineos, æs ſudaſſe, uel ebur, & quicquid eiuſmodi eſt, uideri quidem poteſt, uerum eſſe non poteſt. quod ſanguis & ſudor non niſi ex ueris corporibus emanare queat, ſolet tamen udus paries, præſertim marmoreus, notho flante ſudori ſimillimum humorem fundere, quod uulgò ſudare creditur. poteſt & ex aduentitia cauſa rubere. humor ille, & ſanguinis ſpeciem præbere. in omni autem ſermone, tali meminiſſe oportebit, eius quod eſt apud Ciceronem, qui hæc omnia ficta & falſa putat. Hæc, inquit, in bello plura uidentur & finguntur liberius, & creduntur facilius. Iam uerò, quod de muribus affertur, quantumlibet triſtè mirandum certè nullatenus. crates enim rodere frequens murium cibus eſt, niſi quia clypeis affixæ erant, parci forſan putaſtis à muribus, præclarè dignoſcentibus inſtrumentum bellicum, & formidatum gentibus ſignum P. R. quod fortè in illis cratibus pictum erat, contingere non auſuris, mihi credite, nullum hic monſtrum, niſi ſtupor ueſter & admiratio tàm communis rei. quod ſi mures à clypeis roderentur, illud planè mirum dicerem, ſicut in re ſimili, reſpondiſſe portentorum interpres ſcribitur. qui cum conſuleretur, quid ſibi uellet oſtentum, quod quidam domi ſuæ repererat, anguem uecti ferreo circumuolutum? Enimuerò, inquit, ſi uectis angui circumuolutus eſſet, tunc mirari poteras: feſtiuè grauiterque. Quo reſponſo (ut ait idem Cicero) ſatis apertè declarauit, nihil habendum eſſe, quod fieri poſſet oſtentum.

ALIVD.

Eiuſdem generis illa referuntur. Bis bouem humanis uocibus locutum. Semel. C. Volumnio, & Seruio Sulpitio Coſs. uſque ad horrorem aſtantium. ſed quid eo ſermone dixerit, non produnt, neſcio an ut ſecretum eſſet orauerit, Iterum bello Punico ſecundo admonuit. Caue tibi Roma. fortè, quia mutus aruſpex, mutis aruſpicibus, ſpirantia uiuorum animantium exta loquebatur. illa quoque terrifica. Pluiſſe laceratas carnes. Puerum in foro Boario editum elephantini capitis mole mirabilem. Apud Antium meſſores cruentas ſpicas collegiſſe. & quod pene murium portentum exæquauerit, in Gallia lupum uigili cuidam, è uagina gladium extuliſſe. certè ſi hoc monſtrum eſt, fuerant aruſpices conſulendi, dum canis olim meus me ſpectante, enſem aggreſſori ſuo non è uagina, ſed è manibus eripuit. idque quo ſimilius monſtrum fiat, in Gallijs accidit, & quoniam canis meus quod non putaueram, ad ætatem noſtram ſtylũ deduxit, aliquot huius temporis adijciam.

RECENTIORA.

ALIVD.

Obſidente Brixiam Heinrico ſeptimo, in Gallijs ſolis ac lunæ ſimul eclypſim, & minacem inſueti ſyderis faciem uiſam, lunæ quoque tergeminæ ſpeciem, ſpecies uarias, & arculos etiam cœlo ſparſos, crucis imaginem continentes, & in Italia deflagrantes poli partes, ac ſine ullis fulgurib. aut nubibus, & (ut dici ſolet) ignaro Ioue horrendũ ceciniſſe aiunt. nos enim, & ſi iam in lucem editi, nullam tamen eius temporis certam memoriam habemus. ſuper hæc, in finibus Patauorum equam nouem pedibus editam, per rura Galliæ Ciſalpinæ inſuetas uolucrum formas apparuiſſe, pluma, ut ferunt cineritia, ſanguineis maculis, criſtato uertice, nec alias ea ſpecie in his regionibus memoria hominum unquam uiſas, niſi temporibus Federici principis, maiores natu affirmabant.

ALIVD.

PEr idẽ tẽpus, Mediolani intra Maphei Vicecomitis ueſtibulũ, cõſpectũ memorarẽ, nõ mediocre pdigiũ, uirũ ſcilicet ingẽtis ſpeciei, & humana anguſtioris, inſedentẽ equo, naturalẽ quoq; modũ ſupgreſſo. eundẽq; cũ circa primæ lucis tẽpus pſiſtẽs, horæ unius ſpacio multis uiuẽtib. ſtuporẽ attuliſſet, raptim ex oculis ablatũ, triduo aũt interiecto, eodẽ loco ac tẽpore duos uiſos, ac ipſo habitu & pari mole corporũ cõſertis manib. horribilẽ pugnã miſcuiſſe, atq; hora una, ex his motib. exacta, ſtupentibus q aderant, itidẽ euanuiſſe & horũ quidem Muſatus Patauinus hiſtoricus, nouarũ rerũ ſatis anxius cõquiſitor teſtis eſt.

ALI-

ALIVD.

NAm affert, circa idem tempus, quo ad montem Attinũ, collatis Florentinorum & Piſanorum ſignis decertatum eſt, monſtrum in agro Veronenſi æditum, ex equa quadrupedem, fœtum, humano capite, ad cuius murmur & uagitum, & confuſum humanæ uocis ſonum, occurrens ruris illius accola, & nouo attonitus ſpectaculo, exectum ingenti gladio monſtri caput, præter callem acuto baculo ſuffixit, quam ob cauſam ad iudicium tractus, & de monſtruoſi partus origine, & de occidendi cauſis interrogatus, horrore atq; abominatione rei tantum ſe feciſſe reſpõdit, de cæteris nihil omnino, & ruſticitas hominis, & publicatio facinoris, quod occultari potuerat, ſuſpitionem omnem ademerunt.

ALIVD.

VNum eiuſdem temporis adijciam. In agro Florentino, puerum bicorpori effigie, geminis capitibus, quaternis manibus, circa genitales partes connexum, ſic, quod non amplius, quàm in geminos pedes deſineret, uiderunt illic omnes. Ad nos autem, qui tunc in Gallijs degebamus, per amicos ciues imago picta tranſmiſſa eſt, ingensq́; ſolius ad ſpectaculum picturæ cõcurſus hominum fuit, ſeptimum ætatis annum agens, genitorem meum uidi tabellam eiuſmodi in manibus habentem. Sciſcitatus quid eſſet: rem omnem eo mõſtrante didici, & aure cõuulſa, meminiſſe iuſſus, enarraturus filijs, ut ipſe dicebat meis: ego autem & nepotibus tenarro, Et hic quidem partus diebus, ut perhibent paucis uixit. Eiuſdem tamen monſtri effigies Florentiæ in hoſpitali ad ſcalas exſculpta, Epigramma ſequens inſcriptum habet:

Hic Petrus Paulusq́, uno ſub corpore bini,
Fabrica naturæ mira, iacemus humo.
Cuiq; ſuum fuit & mentum, fuit oris opuſq;
Veſica, at unum ventris opusq́ fuit.
Iunxêre, extrema partes nos corporis, ambos
Quas neuter ſimul, & dicat uterq́; ſuas.
Neutra ex parte pedes, capita ex utraq; fuerunt
Bina, ſed è medio corpore planta fuit.
Bina fuit medio, quæ corpore planta deorſum
Pendebat, ſurſum quinta erat una manus.
Non verò nobis unus ſomnusq́; cibuſq;
Nec riſus nobis fletus & unus erat:
Somno membra dabat unus, ridebat & alter,
Sugebatq́ unus, flens quoq; & alter erat.
In Florentino natus, nos fluminis Arni
Valle, dedit patria, nos pia cura patris.
Inde alti, & ſacro pariter de fonte leuati,
Viximus ambo decem bis totidemq́ dies.
Quid nunc Neptunum, quid nunc Ianumq́ bifrontem
Miraris? Stygij terna quid ora canis?
Et quid Geryonis tria corpora? ſcilicet unum
Nos corpus, binas nos animasq́ lege.

ALIVD.

APud Venetias autem qui quadraginta dies, abſq; ullo cibo uiuat, idq́; anniuerſarium celebret ieiunium, adhuc ſupereſſe perhibetur: plurimos noui qui eum ſe uidiſſe, atq; rem ita eſſe teſtantur. Nam quod in inferiore Germania audiui, mulierem apud eos eſſe, quæ triceſimum ætatis annum, nihil unquam cibi ſumens tranſegiſſet, mirum magis quàm credibile eſt. ſed horum & ſimilium una eſt doctrina, Tullio dicente, In re noua atque admirabili, inueſtigato ſi potes, ſi nullam reperies cauſam, illud tamen exploratum habeto, nihil potuiſſe fieri ſine cauſa, eumque errorem quem tibi rei nouitas attulerit, naturæ ratione depellito. hoc ille.

ALIVD.

AT quoniam prima pars tractatus huius,erat de omnibus,attingam, quod cum Bononiæ adoleſcens in ſtudijs uerſarer audiebam. Azzo Vicecomes,qui poſt Mediolani dominium obtinuit,iuuenis nempè uictorioſus,antequàm podagris uinceretur,iuſſu patris profectus,cum exercitu Apeninum tranſijt. et uictis omnibus apud Altipaſſum, duce quidem hoſtium Caſtrutio,ſed egregia opera eius adiuto,ad uincendum Bononienſes,pari impetu fortunaq́; ſe conuertit. In ea expeditione, cum forte equo deſcendens requieſcit,ingens uipera,nullo comite aduertente,in galeam iuxta poſitam irrepſit. quā cum mox capiti reponeret,fumoſo quidem & horribili,ſed prorſus innocuo lapſu,per decoras interriti ducis genas illa deſcēdit,eam à nemine lædi paſſus,animoſus adoleſcens, ad omē geminæ uictoriæ traxit, hinc præcipuè quod ipſe pro ſigno bellico uipera uteretur. ego autem huic ſermoni,in hac cladium domeſticarum memoria, finem ſtatuo, labores noſtros miſeratus,finiat ipſe qui poteſt.

DE MODESTIA, Cap. X.

ADmiraberis Lector,nec immeritò,ego enim ipſe,dum huc perueniſſe,admirans ſubſtiti,quoniam calamum caſus impelleret,ut de Modeſtia locuturus,ab homine petulantiſsimo ſumerem exordium:ſed apud te primum quæſo,deinde per te,apud alios excuſer,neque enim uiros hic illuſtres proſequor,quod alio uolumine feci,quin potius (quod ipſe titulus operis teſtatur) memorandarum rerum congeriem amplector,fieri autem poteſt,ut ex animo fœdo,decorum quippiam factum dictumúe prodeat, caſu aliquo rationis uices occupante,quod ipſum memoratu dignum ſit,ubi de huiuſmodi rebus agitur, quamuis eum à quo prodijt,non idcircò dignū ſtatim cognomine claritatis efficiat. Quia ut eleganter,ait,Cicero,non ex ſingulis uocibus Philoſophi expectandi ſunt, ſed ex perpetuitate atq; conſtantia. Profectò cum aliquandiu fluctuaſſem, an aliunde potius ordirer,quod & temporum ſeries,& uirorum ſplendor ſuggerebat,ipſo miraculo,ne ab incœpto diuerterem retentus ſum. Siquidem memoranda recenſenti, quid memorabilius uideri debet,quàm obſcœnorum & infamium uoces,aut actus egregij,et hæc tanta uitæ morum'que repugnantia,qua monemur,non ſplendore aliquo confeſtim capi, de quoquam quod bonus & ſapiens uir ſit præcipitare ſententiam. ſed de hoc aliàs,nunc ad rem uenio, quam te miraturum lector admonui.

CL. TIBERIVS NERO CAES.

INter multa Tiberij Cæſaris flagitia,pauca melioris animi ſigna circa primordia principatus,uelut rara luminaria inter denſiſsimas tenebras effulgent,ex immenſis ac innumeris honoribus ultrò oblatis,plurimos ac maiores reſpuit. natalem ſuum profuſius celebrari non ſuſtinuit,templa & quicquid diuini cultus Cæſaribus exhiberi conſueuerat,ſpreuit. ſtatuarum & imaginum inſolentiam compeſcuit,inter Deorum ſimulachra collocari uetuit,ſed in ornatu domeſtico haberi permiſit,idq; non aliter quàm ſe conſulto. Iuramenta in ipſius acta,menſis appellationem de nomine ſuo,prænomen imperatoris, & patris patriæ cognomen,& ciuicam coronā,& cætera uana et leuia,quibus ad illū diem fortuna Cæſarū,uelut oblita hominem, cum cœlo de ſublimitate cōtenderat,à ſe quàm longiſsimè reiecit,adulatorib. acriter infeſtus(quo neſcio an quicq̃ præſertim in principe laudabilius eſſe queat)actus aut uerba, quibus ullū adulationis ueſtigiū ineſſet, execrabat̃ atq; oderat. Conſularē uirū ad genua procūbentē,indignatus effugit,tanto impetu ut illū in aſſurgēdo reſupinū ſterneret. Colloquia uel familiaria,uel publica interrumpere,& è ueſtigio emendare ſolitus,ſi qd glorioſius de ſe cōtinerēt. Dominū quidā uocauerat,edixit,Ne deinceps eū p̃ cōtumeliā appellaret. alter occupationes eius ſacras,alter eo auctore Senatū ſe adijſſe memorabat,utrunq; redarguit,& ꝓ auctore ſuaſorē,ꝓ ſacris laborioſum dicere uoluit. Deme Tiberij nomē,nō'ne modeſtiſsimi & nihil ſecūdis rebus elati principis acta cēſebis? Idē præſidib. ꝑgrauādas tributorū mole ꝓuincias ſuggerētibus,reſcripſit. Boni paſtoris eſſe tōdere pecus nō deglutire. Finge parē in reliqs, qd ſactius aut melius reſpōdiſſet Auguſtus?

FRAN-

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. VITARVM VIRORVM illuſtrium, Epitome.

AD IMAGINIBVS VIRTVTIBVSQ. ORNATISS. VIRVM FRAN. Carrarienſem, principem Patauinum.

ROMVLVS.

HIc adoleſcens materno auo in regnum Albanum reſtituto, ipſe ſibi Palatino in monte urbem condidit, ſuoq; de nomine Romam dixit, primusque ibi regnauit, aſſumptoq; habitu regio, Maieſtatem ſibi, Centū patribus electis in conſilium Reip. apertoq; aſylo, paruæ urbi, ciuium multitudinem procurauit. rebus benè cœptis, perpetuitas deeſſe uidebatur, q uirilis tantùm ſexus, non niſi unius populi ætatem ſponderet, petitæ igitur a finitimis nuptiæ, quibus admodum negatis, occultato interim dolore, ſimulati tandē ludi equeſtres, inuitati ad ſpectaculum proximi, his & ludorum & uidendæ nouæ urbis deſiderio, ad ſtatutum diem concurrentibus, ſigno inter ludos dato, raptæ uirgines, in matrimonium abductæ. Hic bella undiq;, hic bellorū ordo, uicti primum Ceninenſes, rexq́ illorum ceſus à Romulo, regis ſpolia templo Iouis illata ad idipſum inſtituto, quod primo templorum omnium Romæ fuit. Victi dehinc Antemnates, captumq; oppidum, uicti Cruſtumini, uicti demum & Sabini bello graui & ancipiti, ſed raptarum interuentu & lachrymis conciliati generi, ſoceri, inq; urbem recepti, Tarpeij ſedem montis acceperunt, & communicato regno ac nomine duplicata urbs. Victi ad ultimum Fidenates & Veientes. his peractis, Romulus cum annis ſeptem & triginta regnaſſet, & in fine ſemper bellicis curis intentus, ad Capreæ paludem, in campis exercitum recenſeret, ſubdita ſolis eclipſis, horribilisquè tempeſtas auribus atque oculis ſtupefactis, exercitui conſpectum ſui regis abſtulerunt.

NVMA POMPILIVS.

HIc ſecundus Romæ regnauit, in Sabinis ortus, & fama iuſtitiæ atq; eximiæ ſapientiæ, peregrinus ad regnum uenit, magno Patrum ac Populi conſenſu. hic quaſi aſpectus corporis, habitū animi ſequeretur, à prima ætate canus fuit, uir cōſultiſsimus, tranquillitate ingenita paci ſtudens, bellis abſtinens, ſacris deditus, tēplū Iani erexit pacis ac belli ſignum, q pace clauſum, bello eſſet apertum, id cum primum ipſe clauſiſſet, raròdeinceps à poſteris claudendum. Totum animum ad religionem, qualis illorum temporum eſſe poterat, & ad iuſtitiam & ad quietem publicam conuertens, primas Romæ leges ſanxit. annum in menſes duodecim, primis duobus additis diuiſit. Pontifices, ſacerdotes, uirginesq; Veſtales, aras ac ſacra conſtituit, quæcunq; ageret, ſe diuino monitu alloquioq; edoctum dicens, & commento fides habita. Sic inuiolata pace, ſummo ciuiū amore, ſumma reuerentia uicinarum gentium, annis tribus & quadraginta in regno actis, tranquillum quietem uitæ finem habuit.

TVLLVS HOSTILIVS.

TErtius iſte regum fuit, ſecundo diſsimillimus, fortior primo, uerum bella quoque primus impetu quodam & feruore animi geſſerat. hic bellicis artibus & ratione uirtuti addita plura fœliciter geſsit, dictus hinc artifex militiæ. primum ei cum Albanis bellū fuit, cognata gente, ac ab eiſdem orta primordijs, quod miror quidem ac penè incruento

Marte tranſactum eſt. Trigeminis hinc illinc utriuſq; Reip. fratribus pacta ſubeuntibus, quorum euentu, uictoria & imperium Romanis ceſsit, Proximum cum Fidenatibus & Veientibus bellum geſsit, in quo etiam uictor, proditorem Metium dictatorem Albanum, qui auxiliator euocatus, ex fœdere, ſpectator euaſerat, quadrigis in diuerſum actis, acri potius quàm iuſto iuditio diſcerpi iuſſerit, Albam dirui, populumq́ Romam transuehi, & in Celio monte conſidere, ubi & ipſe ſibi regiam ſedem elegit. Deinde autem cum Sabinis pugnans, his qui in patrijs finibus ſubſiſterant, atroci prælio uictor fuit, ad extremum cum in regno duos ac triginta annos exegiſſet, uniuerſa cum domo ſua fulmine ictus interijt.

ANCVS MARTIVS.

QVartum hic Romanis in regibus locum tenet, Numæ nepos ex filia, moderato ex priorum moribus animo, nec belli metuens, nec pacis impatiens, quem cum finitimi auo perſimilem, hoc eſt non bellatorem, ſed ſacrificum rati, ſpernerent, ipſe re animaduerſa, commiſſaq; alijs ſacrorum cura, toto animo in bellum uerſus, plurima cum Latinis prælia proſperis geſsit euentibus, quorum tandem potentia uario Marte perdomita, multisq; oppidis expugnatis, multis hoſtium millibus captis, & in urbe traductis, Auentino illos in monte conſtituit. quem (cum turbæ nouorum ciuium eſſet anguſtus) neceſſe habuit laxare, adeò ſpatio omni quod Auentinum & Palatinum colles interiacet, Ianiculũ quoque trans Tyberim urbi additum muro cinxit, foſſaq; permaxima, qua Ianiculum ipſum amplexus urbi iungeret, & primum omnium pontem ſublitium fuit. Salinæ inſuper ab hoc ipſo rege factæ, uſq; ad noſtram ætatem urbi utiles, factumqúe Feretrij Iouis templum, prolatati fines, ſylua Mæſia prærepta Veientibus, extructusq; carcer primus reis, ipſa cum Vrbe creſcentibus. inqúe ipſo maris fluminisq; confinio, Hoſtia urbs fundata, quodam quaſi præſagio magnitudinis, ut (quod ait Florus) totius mundi opes & cõmeatus, illò, ueluti maritimo urbis reciperentur hoſpitio. Obijt quatuor & uiginti annis actis in regno.

IVN. BRVTVS.

HIc fundator libertatis, uindex pudicitiæ, ob illatũ Lucretiæ inſigni fœminæ, per uim ſtuprum, à Sext. Tarquino Romanorum regis filio, cum ipſa quidem intemperantia ac dolore facinoris, coràm ſuis queſta ſeſe propria peremiſſet manu, cæteris in lachrymas & querelas uerſis, indignitate rei regum perodio accenſus, quanquam regia ſorore progenitus, ingenioqúe & animo (quem metu tyrannidis propter interfectum à rege fratrem ſuum celauerat patefacto, principem ſe publicæ ultionis exhibuit, magnumqúe opus, ſed fauente iuſtitia ac populo aggreſſus, Tarquinium Superbum, ſuosqúe omnes Roma expulit. quo merito primus Conſul, nobiliſsimos adoleſcentulos filios, quod conſilij reducendorum in urbe regum participes fuiſſent, ſeruiliter uirgis cæſos, ſecuri percuti occidiqúe iuſsit, ac maiore patriæ quàm ſanguinis pietate triſti ſpectaculo ſeuerus Pater interfuit. cumq́ rex exul, obſtructũ ſibi fraudis iter ad reditum intelligens, ad apertam uim atque Hetruſcorum confugiſſet auxilia, & his fretus, magno exercitu in Romanos gens irrumperet, profectumq́ obuiam Brutum armis, filius regis, conſularibus fulgentem inſignibus conſpexiſſet, acerrimo dolore prærepti regni memoria excitus atque impulſus, equo calcaribus adacto, ruit in Conſulem, quod ille aduertens, non minori animo in hoſtẽ ferẽ, tãtoq; impetu & tã nulla ſuiipſius protegendi, ſed ſola hoſtis feriendi cogitatione concurſum eſt, ut alternis confixi, hoſtes ambo pariter conſternerentur, ſuperq́ occiſum ſua manu Aruntem, Brutus ipſe mutuo uulnere expiraret, ut Flori utar uerbo, quaſi Conſul adulterum (ut ille ait) ſeu uerius adulteri fratrem, regno pulſum uita pelleret, & ad inferos ſequeretur. Funus Conſuli præclarũ rebus omnibus factum, ſed nulla re magis, quod eum matronæ communes ut parentem anno integro luxerunt.

HORATIVS COCLES.

DE hoc uiro nil aliud occurrit nunc, niſi illa mirabilis & uix credibilis pugna, defenſusq́ue pons ſublitius, per hunc uirum contra omnem exercitum Hetruſcorum, donec à tergo fractus pons præcluſusq; hoſtibus aditus, indignante rege ac ſtupente exercitu, quod uir unus, iſq; monoculus, ut qui iam alio in prælio alterum oculum amiſiſſet, tantum contra tot armata hominum millia auſus fuiſſet, fracto ponte ipſo, ut erat armatus, ex alto in Tyberim ſe proiecit, ad ſuos ſoſpesq́ue enauit, niſi quod in caſu ipſe (ut quidam tradidêre) ſagitta femur traiectus claudus euaſit. q; cum ſibi poſt tempus, ut (perhibent) in petitione honoris obiectum eſſet ut uitium, Magnifica prorſus & facto par reſponſio. Per ſingulos, inquit, gradus admoneor triumphi mei, huic tantæ uirtuti non ingrata ciuitas fuit, ſtatua illi in Comitio poſita, & de publico donatus ager terræ, quantum uno die circunducto aratro poſſet amplecti, ſic honore ſimul & commodo auctus in præſens, at in poſterum, rei fama miratores repertura quàm credulos.

L. QVINT. CINCINATVS.

HIc origine nobilis Patricia de gente, & filiorum fortium uirorum turba ornatus, integerrimus ac fortiſsimus uir fuit, ſed cum unus ex filijs accuſatus, graui ſumma pecuniæ cōdemnatus eſt. Quintius ut ſoluendo filiū liberaret, rebus ſuis ferè diſtractis ad inopiam redactus, relicta urbe trans Tyberim habitauit, ruralem ac modicam uitam agens, quo tempore equorum incurſu peruaſtis agris, & legatis Romanorum ad querendum de iniurijs, inſolenter à duce hoſtium contemptis, cum ad ultionem alter conſulum miſſus, ad Algidum obſideretur cum exercitu, nec in altero ſat uirium eſſet, ad collegam liberandum, attonita ac turbata urbe, ad extrema remedia recurſum eſt, ſummi omniū magiſtratus, conſenſuq; omnium ciuium. Q. Cincinatus dictator factus, atq; in agro ſolus, incertum cui, ſed profectò ruſtico inhians operi, inuentus, audito patriæ ſtatu, & honorem & laborem pium, prono atq; offenſarum immemori animo, profectusq; confeſtim transmiſſo amne, exceptus à filijs ac ſenatu & ingenti populi concurſu, quanquam populo morum auſteritate ſuſpectior, dicto magiſtro equitum L. Tarquinio itidem nobiliſsimo ac fortiſsimo uiro, pariterq; inopi, & collecto exercitu, omnibus ultra nomina dantibus, ſpe certa ſub tali duce uincendi. diſpoſito rerum ſtatu, die proximo ſub noctem Roma egreſſus, alacritate mirabili, mediaq́ue ad hoſtem nocte perueniens, & Cos. & exercitum obſidione liberauit, & duces & legiones hoſtium magno prælio uictos, ut agri ritus in caſtra trāſueheret, primus omnium ſub iugum, quaſi totidem hoſtium miſit, direptis caſtris, & præda inter eos milites diuiſa, receptisq́ue oppidis, quæ ab hoſtibus tenebantur, hisq́ue omnibus inextimabili celeritate confectis, Romam rediens, militaribus inſignibus & ducibus hoſtibus ante currum actis, proſequente exercitu uictore, præda onuſto, ſolēniter triumphauit, & mox Dictaturam quam ſemeſtrem acceperat, quia non iam amplius Reip. neceſſariam uidebat, die ſextodecimo depoſuit, & ad agrum ſuum redijt, dux præclarus ac inſignis agricola. Idem poſt octogeſimum uitæ annum, cum Spurius Melius profuſis largitionibus, ad regnum reſpiraret, neq; Coss. quamuis clari uiri & fortes, auderent ſe pro libertate publica tantis motibus opponere, multum licet excuſata ætate, tandem conſenſu ciuium coactus, aſſerentium plus in illo ſene, quàm in omnibus alijs uel iuuenibus uel ſenibus eſſe opis atq; conſilij, Dictatorq; iterum factus, & Melium oppreſſit, & ruinæ proximam ſuſtinuit libertatem.

M. FVRIVS CAMILLVS.

HIc feruenti Romanorū ac Veiorū bello ter tribunus militum, cōſulari poteſtate, propter diſcordiam, quæ tunc domi militiæq́ue ingens fuit, prohibitus qui uir eſſet oſtendere, ad extremum creſcentibus indies & domeſticis & externis malis, terrore publico Dictator dictus, ad inimicæ urbis obſidionem tanta omnium profectus fiducia, ut cum imperatore immutata fortuna Reip. uiderets. Capenates in primis ac Phaliſcos, qui cū hoſtibus coniurauerāt, Nepetinis in finibus uicit, obuio prælio. hinc ad illam, quam dico longam

obſidionem ac difficilem perueniens, mira conſtantia ac uirtute, anno tandem decimo Ve
ios cœpit, qui dies multa hoſtium cæde tranſactus eſt, donec à dictatore eſſet edictum,
ut inermibus parceretur. quibus capti in prædam uerſi omnes, cui nullius ad eam diem ho-
ſtis præda par fuerat. hinc uictoriæ Romæ gaudiū ingens, & quatridui ſupplicatione, quā
tæ nunquam antea, Dictator inſolito honore triumphauit, & ſupra humanum habitum
Capitolium aſcendit, currum aureum equis quatuor unico candore trahentibus, ipſe qui-
dem perſolutis uotis, depoſuit Dictaturam, uir armis & animi moderatione clariſsimus.
Sed nulla claritas uacat inuidia, alienati à Camillo plebis animi quærentibus paſsim ciui
bus, hoſtilem prædam in uoto diſperſam, & Tribunis plebem, de more turbantibus, pen-
dente tamen inuidia, quarto Tribunus militum factus eſt, commiſſumq; illi bellum Pha-
liſcum, hinc exortum, quod cum Veientibus Phaliſci coniuraſſent, quos cum prælio uiciſ
ſet, & direptis caſtris hoſtibus, prædam omnē ad Quæſtores publicos reieciſſet, magisq;
alienauit ſibi animos militum per uirtutem uiri rigidum ſimul oderant & ſtupebant, inde
cum obſidio præualidæ ac munitæ urbis, nihilo breuior futura uideretur, quàm Veientium
fuiſſet ducis uirtus ac fortuna incruentæ, honeſtiſsimæq; uictoriæ uiam fecit. Magiſtro no
bilium puerorum, quorum patres primi erant in populo, qui per ſpem ſolatij illos in ca-
ſtra Romana, & ad tētorium ducis adduxerat, uincto nudoq; illis tradito, & uirgis adhibi
tis, quibus agerent. cuius admiratione uirtutis, fracti animi urbs dedita, ipſe ſumma cum
gloria, ſine triumpho tamen (quia res ſine armis acta erat) Romam rediјt. Nec tùm qui-
dem uiri gloria & res geſtæ inuidiam oppreſsēre. Accuſatus à Tribuno plebis Apuleio,
Intercurrēte per eos dies adoleſcentis morte filij, hinc publico, hinc priuato affectus incom
modo, in exilium abijt. ſed parabatur egregio uiro laus, non ex proſperis modò, ſed aduer
ſus patriæ rebus. cum itaq; per id tempus Gallorum primo, poſtea Germanorum populi,
nouiſsimi omnium Senones Galli, frugum omnes uiniq; dulcedinē (quæ adhuc eos hic de
tinet in Italia) irruentes, infinito cum exercitu fudiſſent bello Hetruſcos, ea tempeſtate ma
gnam partem Italiæ poſsidentes, deinde Appeninum tranſgreſsi Cluſiūq; aggreſsi, dehinc
Romam exercitum Romanum apud Aliam fluuium prælio fudiſſent, unoq; impetu inde
fenſam urbem cœpiſſent, atq; incēdiſſent Senatu impiè trucidato, & flammis hoſtilibus in
tactū ſolū ſaxū Capitolij remanſiſſet, neceſsitate ultima, Camillus abſens iterū dictus Di
ctator, recollegit laceras Romani exercitus reliquias, & turpi redemptione turbata, in ipſa
primum urbe, mox extra urbem, cum hoſtibus fortiter fœliciterq; pugnauit, quo in prælio
nec fugientū captiuitas, ſed ſola hoſtiū ſtrages fuit, nec nūcio tātæ cædis ſuperſtite. Victor
Camillus & ſecūdus Romanæ urbis dictus æditor, ſeruatam in patriā inſigni rediјt trium
pho, multa præterea bella geſsit, multas uictorias, multos honores, multos habuit trium-
phos, quos breuitas ipſa non capit.

M. VAL. CORVINVS.

HIc adoleſcens bello Gallico, quod in agro Pontino geſtum eſt, duce L. Fur. Camil
lo, Magni Camilli filio, Gallo quodam inſueta mole corporis, & armorum ſpecie
metuendo, Romanorum aliquem prouocante, cum permiſſu ſui ducis ſingulare certa-
men iniјſſet, in medio duorum exercituum, ſubitò ei coruus in galea ſtetit, ita ut quotiens
Valerius gladio atq; umbone, totiens coruus in faciem hoſtis impetum roſtro & ungui-
bus faceret, donec undiq; tremefactum, Romanus Gallum humi ſterneret mactaretq;,
hinc exortum corui nomen, mox eidem tres & uiginti annos nato, Conſulatus primus
ante tempus, uirtute uiri, & populi gratia, diſpēſante obtigit. dehinc anno uno nec amplius
interiecto, Cos. iterum Volſcos ad Satricum prælio uicit, oppidum euertit, prædam om-
nem inter milites partitur, inde quatuor militibus deditorum, ante currum actis triumpha
uit. quarto poſt anno Cos. III. ſub initium belli Samnitici, poſitis ad Gaurum montem
caſtris, primus Romanorum ducum, nouis hoſtibus bello conflixit aſperrimo, ſic ut Ro-
mani faterentur, nunquam ſe cum duriore hoſte certaſſe. & Samnites à ſuis interrogati:
Quid ita cum tamdiù fortiter pugnaſſent, ſubitò in fugam uerſi eſſent? Reſponderunt.
Viſos

Viſos ſibi ardere oculos Romanorum, hinc ſe territos terga uertiſſe. Alia cum eiuſdem
Samnitibus ad Satriculam pugna Valerij & uictoria ingens fuit, capta hoſtium caſtra ac
direpta, & præda omnis data militibus, & in caſtris & in acie cædes magna, denique tan-
ta hoſtium trepidatio fuit, ut quamuis non tantus eſſet numerus cæſorum, ad quadraginta
tamen millia ſcutorum, ad Cos. referrentur, & centum ſeptuaginta ſigna militaria. cuius
fama uictoriæ, non uicinos modò populos terruit, ſed maria quoque tranſiuit. Igitur &
ab ipſa Carthagine, unde mox tanti motus inſtabant legati Romam gratulatum miſsi, co-
ronam auream attulêre, Valerius uictor bis, ſemel de Samnitibus triumphauit. nec multo
poſt grauiſsima illa militum ſeditione, qui aduerſus patriam arma conuerterent, dictator
Valerius, motum omnem ſapientia ſua & notiſsima militum erga ſe pietate ac familiarita-
te compeſcuit, qua nulli ducũ ceſsiſſe eũ conſtat. Poſt hoc Auſonibus bella mouentibus,
Valerius *IIII.* Cos. hoſtes fregit, de illis triumphauit. Cos. *V.* ſuffectus, Manlio Torqua-
to & in Hetruriam profectus, hoſtes morte Cos. elatos, & deos ipſos pro ſe bellum geſ-
ſiſſe iactantes, ſolo ſui aduentus ſic terrore compeſcuit, ut quamuis omnia circum ferro
atque igne uaſtaret, illi tamen ut obſeſsi, obſtinata damnorum patientia, mœnibus tenue-
runt. Vixit integris corporis ac animi uiribus, & Reipub. & rei familiaris muneribus
implendis idoneus, uſque poſt centeſimum ætatis annum.

T. MANLIVS TORQVATVS.

HIc à patre Lucio Manlio imperioſo, uiro aſperioris ingenij, propter linguæ tardita-
tem ex urbe quodammodo relegatus, & rure iuſſus habitare, cum audiſſet patrem à
Tribuno plebis Pomponio accuſatum, eique inter cætera crimini datam, malam filij tracta
tionem, memor non iniuriæ ſed pietatis, diluculo ad Tribunum uenit, opinantem illum ali
quid conſilij noui afferre, ad criminationem, malè de ſe meriti patris, hac ſpe ſubmotis aſtã
tibus, ſolus admiſſus, ſtricto raptum ſupra tribuni caput gladio, tremebundum in re ſubi-
ta & ferri acie micantis, impetuoſi adoleſcentis uiribus ferociaque perterriium, iurare
compulit, ſe ab accuſatione deſiturum, ita durum patrem, pius filius liberauit. Idem mox
cum Gallorum exercitus, ſuper ripas Anienis caſtra depoſuiſſet, Romaniq; obuiam exiſ-
ſent, & Gallus magnitudine inſolita, ponte occupato prouocaret ad prælium, ſiquis eſſet
uir fortis Romanorum, hæſitantibus alijs, Dictatorem ſuum adijt, & obtenta pugnandi
extra ordinem licentia, hoſtem, exultantem more gentis, & armis aureis gloriantem,
fortis ipſe magis quàm ornatus miles, & utilibus magis, quàm fulgentibus armis inſtru-
ctus, repetito uulnere, confixum ſtrauit, cui exanimi nihil amplius intulit ludibrij, ſed tor-
quem unum aureum duntaxat illi ereptum, collo ſuo ut erat cruentus aptauit. hinc milita
ri ſuorum gaudio ac fauore, ortum Torquati nomen, coronam præter hoc auream, Di-
ctator illi dono dedit, ob inſigne uirtutis, tantum denique momenti, in hoc duello fuit, ut
nocte proxima, clàm Gallorum exercitus abſcederet, uir hic magnus in primis, ut ait Ci-
cero, & *qui* perindulgens in patrem, idem acerbè ſeuerus in filium, quem quod contra
Cos. edictum prouocatus cum hoſte pugnaſſe, quamuis uictorem iuſsit interfici, bello
Latino, quod eius conſulatu *III* ad Veſerim geſtum eſt, quo fuſi cæſique adeò Latini fue-
runt, ut uix pars quarta ſuperfuerit, ubi ea Cos. uirtus fuit, ut conſtet, quacunque in parte
dux fuiſſet, eo inclinatura fuiſſet uictoria, his peractis, cum poſt dies paucos Latini ſtultis
conſilijs inſtigati, in aciem redijſſent, idem Cos. ad Triphanum illis obuius, tanta hoſtes
ſtrage deleuit, ut Latini omnes & Campani extemplò ſecuti ſeſe dedêre, ipſe gemina cla-
rus uictoria domum redijt, patribus charus, iuuentuti autem & tunc & ſemper inuiſus.
Et ſiue hæc ſiue alia eſt cauſa, has uictorias uiri lego, triumphũ non inuenio. Demum *IIII.*
Cos. cum Hetruſcum ſimul & Gallicum bellum iniſſet, & fortè cum alijs
equeſtri exercitio experiretur, curſu præcipiti prolapſus, poſt triduũ
expirauit. ita ſæpè uirorum illuſtrium caſus finit.

PVB. DECIVS.

HIc bello Samnitico Tribunus militum, exercitum Romanũ in anguſtias coactum, & ab hoſtibus circumſeptum, ſua uirtute liberauit. petito enim à Cos. modico praſidio electorũ militum, in uicinum collem caſtris hoſtium impendentem, tacitus & improuiſus aſcendit, perculſis hoſtibus nouitate rei, occaſionẽ Cos dedit, ex iniquis locis euadẽdi, quo facto, ipſe præſentiſsimo trepidis in rebus animo, nocte media, ſuos pro tempore magnifice adhortatus, & quaſi inter aliud non eſſet, per media hoſtiũ caſtra penetrauit, ac multis uigilum, quos armorũ fragor excitauerat trucidatis, ad caſtra Cos. peruenit incolumis. nec ingreſſus, cũ iam in tuto eſſent, ſubſtitit donec illuceſceret, ne tãtam nox atra uirtutem. luce prima ingreſſus, & inextimabili ſuorum gaudio exceptus, Cos. uiri meritas laudes inchoanti auctor fuit, aliud potius agendi, & nocturno pauore territas legiones, Samnitũ inuadendi, quo conſilio fretus Cos. ad hoſtes ſecutus, Decium euolauit, fuſisq; illis inopino impetu, caſtris inſuper captis atq; direptis, ac triginta millia hoſtium, qui in caſtra cõfugerant occiſis, in ſua caſtra reuerſus, corona aurea Decium donat, omniq; genere laudum ac honore benemeritum, tàm Cos. quàm exercitus omnis accumulant. hic Decio non urbanus, ſed caſtrenſis (ut ſic dixerim) triumphus. Itaq; Val. Coruinum, & Corn. Coſſum ſimul de Samnitibus triumphantes proſecutus, non minore uiſus eſt hominum fauore quàm Cos. Quarto poſt anno Cos. Decius, cum Manlio Torquato, acerrimo Latinorum bello interfuit, cum ad Veſerim caſtra firmaſſent, fertur utriq; Coss. aduerſa imago in ſomnis anguſtior humana, admonens altera ex parte ducem, exercitum ex altera terræ & dijs manibus deberi, proinde cuius partis imperator, & ſeipſum ſimul & legiones hoſtium deuoueret, ipſum quidem periturum, cæterum partis exercitum uictorem, haud dubiè euaſurum, his uiſis inter ſe collatis, & reſponſo confirmatis aruſpicum, Coss. Legatis & Tribunis militum ad conſilium uocatis, ne rerum inſcij, inopinis turbarentur euentibus, deorũ monitis exponũt, atq; ita decernunt, ut cuius acies uinci cœpiſſet, eius dux ad uolũtariã mortẽ, ſic enim unius mortẽ uitæ et ſaluti omniũ fore. hoc q̃d dico omnes aſſerũt hiſtorici, apud Ciceronẽ uerò, nõ hoc deorũ imperio, ſed ducũ conſilio geſtũ legimus (& quorum ducum, plus profectò Remp. quàm ſeipſos amantium, atq; ultrò animas ſuas pro patriæ ſuæ gloria ac defenſione donantium) cogitarunt enim ſi inuecta ſuis ſpe uictoriæ, dux deuotus morti, in aciem hoſtium irruiſſet, exercitum ſecuturum. Atq; ita accidit, ſiquidem cum in prælium uentum eſſet, diuq; acriter utrinq; certatum, læuo tandem cornu quod Decius agebat, ferre impetum non ualente, Decius per pontificem ſolennibus uerbis dictis, miſſoq; ad Collegam, qui ſe, quod inter eos conuenerat peregiſſe nunciaret, ſeſe dijs manibus ac Telluri, ſecumquè & legiones hoſtium deuouit, & ſuccinctus habitu Gabino, equoquè inſidens, armatos in conſertiſsimos hoſtes ruit, & quaſi à ſuis in illos omnem pauorem, atque omne ſecum periculum tranſtuliſset, ſic ardenter, ſecutiquè ſui pleni ſpei, territiquè hoſtes horrore mirabili, cum aliquandiù tunc etiam reſtitiſsent, ſic ad ultimum cæſi ſunt, ut uix quarta pars prælio ſupereſſet. ipſe Decius ſuper hoſtes in medios curſu inuectus, & cõfixus telis innumeris, nouo & inſolito genere mortis occubuit. ſic non equis aut curribus, ſed tribunus uirtute impigra, Cos. non morte mirifica triumphauit. quæ quidem mors (quod Cicero idem ait alibi) ita glorioſum fuit, ut eandem cõcupiſceret, & filius, ipſeq; Publius Decius, & morte & nomine patri par, ſuperior & factis & gloria:

L. PAPYRIVS CVRSOR.

HIc ducum ſeueriſsimus uehementisq; uir imperij, atq; in primis malleus Samnitum fuit, quorum iſte duriciem, & poſt eum filius eiuſdem nominis, magnis fregit inſultibus. aduerſus hos igitur dictator primum dictus, Q. F. Max. Rutilanum, nobiliſsimum & præclaræ indolis adoleſcentem, magiſtrumquè equitũ dixit, quod ſe in urbe reuerſo, ad auſpicia repetenda, aduerſus edictum ſuum, occaſione benè gerendæ rei uſus, & prudenter licet & fortiter, ac fœliciter cum hoſte pugnaſſet, ſecuri uictorem uoluit ferire, & feciſſet, niſi legatorum conſilio, ac inſtantis metu ſeditionis, magnoperè diſſuadentium, nec

tumultuātiū nimis legionū, nec auctoritati Senatus, nec precibus patris ac lachrymis, nec tribunitio ceſſiſſet auxilio, ceſsit precibus Populi, Iuuenem Rutilianum non ſuperbia, ſed errore lapſum, ſibi donari flagitantis: q̄ ſeueritas totius exercitus animos à Dictatore auertit, ut proximo cum Samnitibus prælio, hoſtis debellari potuerit, niſi milites duci ſuo gloria inuidentes, uincere noluiſſent. quod ubi dux prudentiſsimus intellexit, per ſeipſum uulneratos uiſitando, conſolando, curamq; legatis ſingulorum Tribuniſq; ac præfectis committendo, reconciliandis placandiſque militum animis, tàm efficaciter inſtitit, ut ſequenti prælio ſic Samnites funderet, & in acie cæſis hoſtibus, & uaſtatis latè finibus, ut non amplius contra ipſum Dictatorem auſi arma retemptare, pacem cum Romanis, & ad hoc Dictatoris interuentionem ac miſericordiam implorarent, ipſe legatis hoſtium proſequētibus, Romam rediens, de Samnitibus triumphauit, cumque Dictaturam depoſuiſſet, illi, quaſi non potentiam P. R. ſed illius uiri uirtutē ſolam metuentes, illicò rebellarunt, ita ut non multò pòſt, memorabilē ac famoſam illam ignominiam ad Caud. Romanis infligerent, utroq; Coſs. legionibus exarmatis, cum ſingulis ueſtimentis ſub iugum miſsis, cuius ad iniuriæ ultionem Papyrius idem curſor, & Publius Philo ſimul Coſs. ad Luceriam cōiunctis exercitibus, Samnites uſq; ad ſatietatem, nullo diſcrimine, conditionis aut ætatis, urgente ira & recenti acceptæ cladis memoria, protriuerunt, ipſe Papyrius digreſſo collega, Luceriam fame uicit, & ſeptem millia militum, Pontiumq; imperatorem Samnitum, qui Caudinæ in Romanos infamiæ fuerat auctor exarmatos, eum itidem, ueſtimentis ſub iugum miſit, recepta quoque ibi arma & ſigna, quæ ad Caudum amiſſa erant, recepti & ſexcenti equites Romani, qui tunc obſides Samnitibus dati erat, atq; in illa urbe repoſiti, quod maximè uictoriæ gaudium auxit. his atque alijs in conſulatu actis, de Samnitibus iterum triumphauit. pòſt Dictator iterum, incultis ac fortibus factus ipſe militibus, cum eiſdem, qui armis aureis & argenteis fulgentibus, ac ueſtibus ſericijs, & omni exquiſito ornatu compari in bella redierant, magno prælio conflixit, fregitq; eos, & caſtra eorum cœpit, atque incendit, & de his tertio triumphauit.

M. CVRIVS DENTATVS.

HIc fortiſsimus, & continentiſsimus ducum, & paupertatis amator & uirtutis, cuius ab obſeruantia & recto uitæ calle, nec metu nec cupiditate aliqua flecti poſſet, Samnites quieſcere non ualentes, magna Cos. ſtrage deleuit, & Sabinos rebellantes uicit, uictoſq; in deditionē accepit, eiuſq; uictoriæ tantus impetus fuit, ut non modò Sabinam, ſed uſq; ad mare Hadriaticum ferro omnia flammiſq; uaſtaret, tāta rerum atq; hominum præda, ut eam animo uictor ipſe uix caperet, quibus rebus, bis intra unius anni ſpatium, de duabus potentiſsimis gentibus triumphauit. Huic ad focum ſedenti, & frugaliſsimè cœnanti, Samnites fortè, ut eum à quo ferro uicti erant, auro uincerent, magnum auri pondus attulerunt, orantes ne id publicum gentis ſuæ munus recuſaret, eoq; quod libenter offerebatur, æquanimiter uti uellet. riſit ille, & ite ait, charum uobis, mihi ſuperuacuum metallum, in patriam reportare, neq; enim aurum habere magni extimo, ſed aurum habentibus imperare. Lucanos quoq; perdomuit, & de illis in urbē ouans redijt. Idem contra Tarentinos ac Pyrrhum, qui auxilio illis aduenerat, magnificè fœliciterq; pugnauit, & nobiliſsimum Græciæ regem, bis Italia uictum expulit, ac de illo etiam triumphauit. Interceptæ publicæ pecuniæ reus factus, uaſculum ligneum quo ſacris utebatur (nondum enim uſque ad aras deorum auaritio hominum peruenerat) cum in medium perduxiſſet, iurauit ex omni præda hoſtium, quæ ex Sabinis (ut diximus) & præſertim ex regia uictoria ingens fuit, ſuam in domum nil ſe aliud intuliſſe.

LVCIVS

LVCIVS FABRICIVS.

HIc cum uirtute & frugalitate par Curio, rebus geſtis inferior, uulgari autem fama, neſcio quomodo non par modo, ſed ſuperior inuenitur, ſic omnibus ditiſsima uiri paupertas accepta eſt, propter quam, paruoque potentem Fabricium, Maro ait. Hic & Curij coëtaneus & laudum eius atque operum cenſor fuit, & ipſe contra Samnites contraque Pyrrhum bella geſsit, contra opulentiſsimum populum ac regem, cuius ipſe pauperrimus. Hic Cenſor Cor. Rufinum, qui dictator & bis Cos. fuerat, & utrobiq; benè laudabiliterq; ſe geſſerat, Senatu amouit, hanc unicam ob cauſam, quod decem pondo laborati argenti habere eſſet inuentus, quanta temporum talis uiri mutatio, iuditio intolerandum, ſuperbiæ ac luxuriæ datũ eſſe, quod mox omnes in eadem urbe importunæ tribuerent egeſtati. Hũc eundem Cos. cum Pyrrho cominus bellantem, quidam regius miniſter noctu clàm adijt, pollicitus ſe ueneno Regem interempturum, ut quæ'nam ſibi peragendæ rei facultas eſſet oſtendens, & præmium expoſcens tanti muneris: eum Fabricium captum, cum indicio, quamuis alij aliter renarrẽt, ad Pyrrhum remiſit, idq; eius factum, ut ait Cicero, laudatum à Senatu eſt: ad quem Regem Fabricius legatus, aliquando miſſus à patribus, atq; ab eo de patria deſerenda promiſsis ingentibus oblata, etiam regni parte temptatus, preces & ſuggeſtus regios alto animo deſpexit. quibus namq; pollicitis moueretur, qui non modò premi impietatis. qua non uacant patriæ deſertores, ſed contractæ munus amicitiæ, æs argentũ, ſeruos ultrò à Samnitibus tranſmiſſos, libera uoce & immota fronte reſpueret: neq; enim aut pecunia ut ditior eſſet, aut ſeruis ut comitatior indigebat, qui uirtutum incomparabili theſauro ac pulcherrimo comitatu ſemper afflueret, ſic ut nulli regum ſuas opes, ſuamq; familiã inuideret, quo certè ſi quis contigerit, ille demum uniformis & conſtans ſibi, unoq; ſemper uultu & animo tranquillo, placidam uitam degit, quum turbidã & nutantem incertãq; propoſiti, quid aliud, quã cupiditas inexpleta, & inquieta facit æmulatio: his atq; alijs motus dixiſſe fertur Pyrrhus. Facilius Solem à ſuo curſu, q̃ Fabricium intentione diuertere.

LOBARDVS SIRICHIVS PATAVIEN. FRAN. CARRARIENSI PRINCIPI, S.

SEntio quàm grande opus ex præcepto nobiliſsimæ Clemẽtiæ tuæ, glorioſiſsimæ urbis Patauinæ Princeps, ſollicitus aggredior: iuſsiſti enim multa, & maxima quorũdam uirorum illuſtrium facta, prius quodam Epitomate, neq; prolixo neq; arctato, ſed mediocri ſtylo declarari, nunc quodammodo (ut ita dixerim) eadem ſtipare compendioſius imperas, ut cognitioni tradantur, quæ ſic abſciſſo calamo reptæſſa mandare literis, impar uiribus pondus meis eſſe profiteor, hoc enim idem & celeberrimo Petrarchæ commiſeras, inuictiſsimæ eloquentiæ uiro, qui cum deſiderio tuis ſatisfacere lucubraret, terris elatus euanuit, rediturus ad aſtra. mihi æternum & lachrymabile funus, cuius glorioſiſsimi præceptoris imitari ueſtigia quod iubes, ſupra me arduum equidem aggrauat onus. Cum huic rei, ingenio, literatura, & rerum notitia opus eſſe intelligam, quibus cum ex toto priuatus uidear, inexpertus, ſuſpenſus exiſto, quod præſtantiæ tuæ inſinuatum uelim, cum de ingenio inſcitiæ meæ, forte confidens, altius iudices, quàm effectus depoſcat. Ad demum, cum nil aliud quàm tibi obniſè parere per quiram, correctioni eruditiſsimorum me commiſſurus, progrediar, quæ memores ſciant magnitudine rerum cognita, ardua quædam, quàmplurima & uaria dependere, quæ in conſpicuo ponenda, compendij uel propoſiti neceſsitas prætermittere cogit, cum ad impoſsibile protrudat, ampliſsima anguſto in amplexu ſtrictum coartare, & obſcura clarere. quod caliguoſa breuitas facit. Itaque rei deſignabo imaginem, non pingam, ut liniamentorum qualitas ſine idolis ſpeciem conſiderare poſsis. quare qui ad hoc intelligenda uenerint, plura exiſtimare quàm legere diſcant.

LOBARDI

LOBARDI SIRICHII VIRI DOCTISS. EPITOMATIS Vitarum illuſtrium uirorum Supplementum.

ALEXANDER MACEDONVM REX.

AMpliſsima Regis Alexandri Macedonis geſta, ut cognoſci poſsint, in arcto locare difficilè eſt, is uigeſimo ætatis anno Macedonum Rex declaratus, interempti parentis eius Philippi, ad tumulum parricidas tanti facinoris pœnas primò dare coëgit, ſubinde uir ad bella paratus, ubi Græciam Macedoniamq́ ordine compoſuiſſet, ultra Helleſpontum in Aſiam trãſgreſſus, in campis Adraſtis, primo Darium Perſarum maximum regem e pugnat, mox Phrygia & Paphlagonia in ditionem redactis, per anguſta rupium dubiosq́ aditus Ciliciam intrat, quæ ex improuiſo exterrita uictori paruit. Darius interea quingentorum millium armatorum inſtaurato exercitu, inter arctatas rupium fauces Ciliciæ commiſſo certamine uictus ac fugatus, terga celeri ſtudio uertit, ſeptuaginta millibus Perſarũ cæſis, quadraginta millibus captis, direptis caſtris, cum regia matre, uxore ac ſobole tota, uictor inſignis, ad deditionem Damaſci profectus. E proximis nationibus legati uenêre ſe ſuaq́ & urbes dedẽtes. Syria, Phœnices, & Sidõ cũ maritimis inſulis uictori obtemperarunt, Tyrũ fortiter expugnatam, & uirtus & fortuna obtinendã dedit, aliquandiù obſeſſam. Tenedos regi paruit, centum ſexaginta nauium claſſe deuicta, Gaza decem millibus hoſtium cæſis expugnata eſt, uictricibus armis ceſsit Aegyptus & Cyrene ceruicem flexêre, ad Iouis Hammonis, quem ſibi patrem finxerat, genitum dominator, per arida & ſolis aduſta tendit iter, unde remeans diuina ſtirpe ſe natum uoluit credi, haud mortali patre contentus. reuerſus urbem condidit, quam ex ſe Alexandriam appellat, hic aduerſus Darium, qui Albelam ingenti armatorum copia uenerat, de integro arma conuertit, & hic quoque uictor, orientis ſibi limen aperuit, ita ut proximè gentes Perſides & Babylonij paterentur imperia, per difficiles aditus æthereaque iuga ad ſeptentrionem conuerſus, Parthos, Hyrcanosq́ue fregit, Caucaſum montem ad mortis extrema cum ſuis labore deductus, mareq́ue Caſpium cuncta ſternendo ſubegit, ad flumen Tanais & Scythas circumtulit ſigna, & in finibus Aſiæ partem tenuit Europæ, ad flumen Indum cuncta pacando, mox produxerat agmẽ, & ad Hydaſpem amnem, Porum Indorum maximum regem, quia armis contradicere auſus, terribili prælio uicit, quem honoribus auctum regnare permiſit. Multa præterea, cum aliquot regibus exterisq́ue gentibus, per Indorum longiſsimos tractatus prælia geſta, maximis illuſtrata uictorijs, quæ oblitterare ſuccincta breuitas cogit: Mox per fluentes Gangis fluminis aquas, aduerſo ſole oceanum pergit adire, & in extremis ſolitudinum orbis, ubi ulterius ire prohibet ipſa natura, Imperij ſui fines conterminat, urbes condidit Barcen, & Nearchum ſuorum monumenta laborum, unde ſiquid reſtabat uincendum conculcans, limen orientis emenſus, Babyloniam rediјt. Adhæſit fato fœlix, ſed demum fallax eius fortuna: & in ipſo iuuentæ ac uictoriarum proſperrimo flore, Antipatris opera tertio & trigeſimo ætatis anno ueneno moritur, clariſsimus Regum. qui ut ait Iuſtinus, cum nullo hoſtium nunquam congreſſus eſt quem non uicerit, nullam urbem obſedit, quàm non expugnauerit, nullam gentem adijt, quam non calcauerit.

PYR.

PYRRHO EPIROTARVM REX.

PYrrhus illuſtri progenie ortus, ab Achille Acacidarũ originem trahens, rex inclytus Epiri, magnitudine potẽs, & animo grandis, militaris induſtriæ, omnium potiſsimus fuit, qui & natura & uetuſtæ generis gloria inſignis ac bellicoſiſsimus. Tarentinorum precibus, qui cum Romanis tunc temporis armis diſsidebant, uiribus ſuis in Italiam transfretat, inuadendi Romanos occaſionem adeptus, ꝙ pridẽ maioris imperij cupidine flagrarat, ad Heracleam igitur urbem Lyrimq́; Campaniæ flumen, Val. Leuino Cos. atrox certamẽ cõmittit, & mutua cæde pugnatũ, ita ut diù in ambiguo res eſſet, donec elephãtes quos Rex ipſe ſecum primus in Italiam traduxerat, à frõte interrupti agminis Epirotarũ ocius conſtituti, regi uictoriam dediſſent, rex ſuorum maxima ſtrage uictoria potitus, Romanos terra proſtratos, omnia in pectoribus, nulla in tergo uulnera conſpicatus, & in frõte animoſitatẽ cũ ipſa morte uigẽre. O' quàm facilè, inquit, erat orbis imperiũ occupare, aut mihi Romanis militibus, aut me rege Romanis. hic non modò animoſior ſed efferotior, miſerabili præda, igne & ferro cuncta proſternens, totam populatus Campaniam, adusq́; Preneſten ſigna longè lateq́; circunlata deduxit, ita ut à uigeſimo lapide, fumo & puluere in Vrbe oculi trepidantiũ caligarẽt. proinde animi magnitudine uſus, ac libertate ſua, captiuos quoſdam egregios penes ſe comiter habitos, ſine ulla redemptione Romam ire permiſit, Fabricioq́; qui ad hoc legatus uenerat, quartam regni partem pollicitus, ſecum manere rogauit, ſed id fruſtrà. nam ille uir utiq́; magnus, ſua ſorte contentus, ut qui uirtuti ſatisfacere longè, didicerat, Romã redijt. pòſt hæc ex integro pugnatum, & ipſe iterũ uictor Rex. fuit quoq́; tertiò ſub Curio Fabricioq́; Coss. penes Aſculum Apuliæ decertatũ, ſed neutram in partẽ uictoria declinarat, cũ nox diuturnum diremiſſet bellum, nouiſsimè in Lucania, ſub eiſdẽ ducibus, quarto concurritur marte, & elephantorum ordine interrupto, Rex ipſe humero ſaucius, uigintitrium, & ut alij uolunt, quadraginta milium ſuorum ſtrage uictus abire maturauit. poſtremò reintegratis copijs, per Siculorum legatos euocatus, aduerſus Carthaginẽſes, qui armorum feruore inſulam fatigarant, bellum in Sicilia tranſtulit, ibiq́; rex inſulæ declaratus, aliquot horrida prælia, non modò animosè, ſed proſperè geſsit, ita ut Pœnũ hoſtem fuga diſcedere compuliſſet, mox ad Italiam conuerſus, uictus à Curio Dentato iterum & fugatus, patrium regnum repetit, uerum ut qui ſtare non poterat, ad arma natus, Antigonum tunc Macedonum regem aggreditur bello, quem prælio uictũ & regno pulſum, Argos petere compulit. Hic Lacedæmones adortus uincitur, poſtremò clade ſuorũ atrocior factus, Argos inuadit, & oppugnaturus urbẽ, dũ animosè ad mœnia contendit, ictu ſaxi percuſſus Rex bellicis artibus inſignis, occubuit, magnitudine equidẽ laudandus.

HANNIBAL POENVS.

IS nouem annorum puer, coram Amilcare patre, ad aras iureiurando affirmauerat, perennem ſe Romanis futurum hoſtem, quod uotum non aliorſum, quàm ad deſtinatũ propoſitum, pertinaciſsimo & implacabili tetendit odio. namq́; ubi primum facultas affuit, in Hiſpania Sagũtum aggreſſus, urbem Romanis amiciſsimam, obſidione deleuit, mox per Pyreneos ſaltus & Galliam traductus, uelut fulmen quæque obſtantia proſternens, aduertendam Italiam deuaſtandamq́; feſtinauit, & alpibus Gallorum prohibentibus tranſitum duro marte depulſis, igne & ferro diruptis rupibus, per inuia pandit, ac ſternit iter, cui ad Ticinum P. Cor. Scipio Cos. obuiam fuit, qui ingenti Romanorum clade uictus ac uulneratus, uirtute filij tunc adoleſcentis euaſit. uictor Hannibal ultrà procedens, cum Sempronio altero Cos. ad flumen Trebiam haud procul à Placentia conflixit, & hic Romanorũ ſtrages altera fuit. His proſperis uictorijs elatus Hannibal, ſui fiduciæ plenus, ad ſpem propoſiti armauit animum, & ad tranſitum in Hetruiam, per inuia & aſpera Apennini iuga, extrema temporum, alterum ex oculis ipſa, difficultate itineris amiſerat. C. Flaminius Cos. ardẽtioris ſpiritus uir quàm res poſtularet, apud Traſumenum Hetruriæ lacum, uiginti quinque millibus Romanorum cæſis, traiectis haſta lætali uulnere occubuit,

& hæc

& hæc tertia Reipub. peſtis. Hic ad Cannas Apuliæ uicum Varro aliter Cos. comittẽdi prælium temerarius auctor, infauſtè conflixit: qua memoranda clade, ad quadraginta duo milia Romanorũ, cũ altero Cos. Paulo Aemylio uiro innocentiſsimo, ad ſatietatẽ trucidauit, Hannibal equidem plus inſidijs quàm uirtute, aſtu quàm fortitudine adiutus ſua, qui deſiderij finem attingere poterat, ſi recto calle, cruore Cannarum aſperſus ut erat, illicò urbem Romam adire maturaſſet: ſed uictoria contentus Capuam tenuit, & in delitijs luxu ac malitia langueſcere cœpit, auſteritas illa ardorq́; pugnandi, ita ut illud propriè dictum ſit Capuam Hãnibali Cannas fuiſſe. Interea (ut ita loquar) uelut ab inferorũ manib. reuiuiſcere potuere Romani. & ad arma reſpirare, ac defendere patriã, cũ ille ſero tandẽ, ad tertium lapidẽ Anienẽq; flumẽ poſuiſſet caſtra, & dũ ad urbẽ dimicaturus acceſſiſſet, Gn. Fuluius & Sulpitius Coss. in armis pugnaturi, extra portã, Capuanã affuêre & in aciẽ utrinq; deductis copijs, illicò grãdo cœli fragore dimiſſa, è ſumma Capitolij rupe, maximo turbine uẽtorũ in aduerſa hoſtium ora ſe inuexerat. cumq́; uiolentia imbriũ Hannibalẽ in caſtra ſe recipere cogeret, extẽplo ſerenitas fluxit, quod poſtquã bis accidiſſet, eũ attonitũ dixiſſe aiunt: Nunc animum, nunc fortunam, obtinendi urbem ſibi deeſſe. His illaq́; ad Caſtitatem Italiæ ſedecim annorum tempus ſic geſtis, Scipio ille Africanus ſuperior, dum clades patriæ, cladibus in Africa uindicaret, ex Italia reuocare potuit Hannibalem, & acerrimum uincere hoſtem, quia patria profugus, ad Antiochum primo, inde Pruſiam Bithyniæ regem perrexerat & per Quintum Flaminium S. P. Q. R. petitus à rege tradendus erat, cum ille hauſto ueneno, ultrò morte præoccuparet Libyſſam ſepultus.

Q. FAB. MAXIMVS CVNCTATOR.

PRincipio belli Punici ſecundi Q. Fab. Maximus Romanorum legatus, cum in Carthaginenſium curia eleganter expoſceret, utrum eorum conſenſu, aduerſus fœdera in Hiſpaniam per Iberum flumen arma milite traiectus Hannnibal, Saguntum urbem, arctiſsimo beniuolentiæ nexu Romanis unita hoſtiliter deleuiſſet: illi tergiuerſantibus & uafrè reſpondentibus, uir ardentiſsimi ſpiritus, extemplo ſubſarcinata ueſte, Hoc in gremio inquit, pacem bellumq́; ferro, utrum placet eligite. ad hoc ubi inſolenter retuliſſent. Vtrum mallet relinqueret & eligeret. ille accenſus animo ferox, & perhorrendus, explicito ſinu, & in diuerſum excuſſo. Bellum, inquit, habetote: obſtupeſcere tunc potuêre, quibus hoc contigerat audire grauiſsimi uiri auctoritate, qui tàm ingenti ſui ſuorumqúe fiducia, è ſinu ſuo, in illorum gremia bellum cruentis cladibus utrobiqúe perniciofiſsimum, non modò effuderit, ſed & diſſeminauerit. proinde graui Romanorum iactura, ad Transumenum uictore Hannibale, ipſis afflictis in rebus, is Dictator creatus, per ardua montium iugatiſsimoſqúe ſaltus, quotidie ſe Hannibali opponendo ac detrectando certamen, cunctatur, potuit modo deludere, ſed ante id tempus inauditum expugnatum reddere hoſtem. Hic ſpes prima reſpirantis imperij, ac ſuperandi Pœnorum uictorias emicuit, unde illi Cũctatoris cognomen fuit, ut illud Comicum Ennij carmen:

Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem.

Poſt hoc ad Cannas multorum mortalium cede abſumptis, Romanis exercitibus Fabius *III.* Cos. (nam pridem ante Dictaturam duos cõſulatus geſſerat, ac de Liguribus triumpharat) aduerſus Hannibalem iterum miſſus, aliquot Campaniæ urbes, quæ ad Pœnos defecerant, ui & armis contuſas obtinuit *IIII.* Cos. cum Cl. Marcello, celeri ſtudio in Campaniam profectus, Caſilinum obſidione circumtentum, Romano reſtituit imperio, nec moratus igne & ferro uaſtato Samnio, nonnullis urbibus captis uigintiquinq; milibus hoſtium deletis, uictor inſignis redijt, Idem *V.* Cos. circumuenit Tarentum, & irritatis Hannibalis conatibus, qui ad ſuccurſum gentis obſeſsæ citato agmine feſtinauit, induſtriæ ſuæ præſidio urbe potitus eſt. quod cum Hannibal intellexiſſet, cum doloris ſtimulo agitatum procla-

maſſe ferunt, Et ſuum Hannibalem Romanos habere. Triginta millia hominum, prætet auri & argenti pondera recuperatæ urbis præda fuit, & cum de redimendis quibuſdam captiuis Romanorum, ea auctoritate qua uti poterat cum Hannibale pepegiſſet, Fabius a Senatu re improbata, ubi ſtatutum pretium nequaquam mitti intellexiſſet, patrimonij ſui prædium uendidit, & obligatæ fidei debitum, ſi non publica, ſaltē priuata pecunia adimpleret, ſe patrimonij (ut ait Valerius) quàm patriam fidei inopem eſſe maluit.

M. CL. MARCELLVS.

M. Cl. Marcelli ſui temporis omniū bellaciſsimi uiri gloria, notiſsimis uictoriarū exemplis maximè claruit. qui aduerſus Viridomarium Inſubrū Gallorum Regem, ad Padi ripam Cos. celeri occurſu profectus, ampliori multitudine quàm extimari poterat, hoſtem ſubitò aduentu obuiam habuit, quo diſcrimine inopinatæ rei interceptus, cum neq; alter, neque alio periculum diuertere poſſet, ſolertiſsimi ſui ingenij ſtudio adiutus, fluminis inſtar, in Viridomarium ocius impetu facto, obtrūcatum regem illicò ſtrauit terræ, quo tam repentino, ac terribili caſu obſtupefacti Gallorum exercitus, non fuit reſiſtendi locus, quin profunda ſuorum clade uicti receſsiſſent, Inde aliquot oppidis Inſubrum captis, tranſpadū tunc primum exercitu Romano deducto, Mediolanum eius regionis eminentiſsimum caput expugnat, Romamq; triumphator inſignis reuerſus, quæ regi ſubtraxerat hoſti, tertius à Romulo opima ſpolia Ioui Feretrio in Capitolio ſuſpendit. Idem ad Nolam cum Hannibale congreſſus, duobus milibus Pœnorum cæſis, fuſum fugatumq́ue hoſtem coëgit abire, & uaſtatis Hirpinorum & Samnitum agris, à populatione prius non deſtitit, quam circumſtantes populi miſerè Hannibalis ſubſidium implorarent, quocirca iterum manibus cōfertis certatum eſt. & in primo ſtatim impetu decem millia Afrorum terribili ſtrage deleuit, uictus Hannibal, cruento gradu tergo cæſus retroceſsit. Sequenti anno III. Cos. Marcellus, deintegro ad Nolam duobus millibus Pœnorum trucidatis, Hānibali animum ita fregit, ut poſtera die ille non auſus eſſet certare, interea ad compeſcentes turbulentiſsimos Siciliæ motus, que fermè uel ad ſe uel ad Pœnos tota defecerat, eo ipſo duce Marcello opus fuit, qui in Inſula traductus, qua militari diſciplina, quoue conſilio & adminiſtrandarum rerum uigilantia urbes expugnauerit, Syracuſas triennio obſeſsam deleuerit, totamq; inſulam pacauerit, ſcribere longum ac laborioſum eſſet, cum mirabile fermè rebus geſtis ſit tot unius ſuffeciſſe induſtriam. qui Romam regreſſus auctoritate ſua (quod antea inuſitatum fuerat in monte Albano, triumphare uoluit, mox ſequenti luce ingenti præda onuſtus, ouans introiuit urbem. Inter cætera octo Elephantes ante ſe præferens, in documentum ut non tantum de Sicilia, ſed & de Punica uictoria ouaret. poſt IIII. Cos. in Lucania inuaſit Hannibalem, quem iterum prælio uictum, ſilentio in caſtris ſe tenere coërcuit. at dum in conſpectu explicitis in prælia ſignis continuò in campum proſiluiſſet, Hannibalem conquæſtum ferunt, nullum reſpirandi ſibi tempus dari, ſolem in cœlo quotidie & Marcellum in armis eſſe. quocirca ille indignationis ſtimulis agitatus, in Apulia tanta ferocitate in prælia prorupit, ut Romanorum clade in caſtra uictor ipſe rediret, at Marcellus nec ob hoc deterritus, ubi primū illuxit animatis ad pugnam militibus in agmine apparuit, quod cum Hannibal ſenſiſſet admiratus, inquit: En uir, nullius ſortis impatiens, uictor in uictos, uictus in uictores audacius reſultat. confeſtimq́ue utrinque in aciem deductis copijs ita dimicatum tradunt, ut uictor Romanus & octo millium Pœnorum ſanguine cruentus fugientium terga repreſſiſſet in caſtra. itaque Marcellus tot uictoriarum gloria, Cānarum clariſsimus ultor effecit, ut ille turbo, qui tot tonitruū motibus Italiam fulminarat, euaneſcere uideretur.

NERO ET LIVIVS SALINATOR

HOrum duorum Cl. Neronis & Liuij Salinatoris facta, ſeparatim diuidere, præcipuè rei geſtæ conditio non ſinit, cum iam eadem laude non modo uniti, ſed & coniũctiſſimi ita uideri poſſint, ut eorum gloria unico exemplo, in conſpicuo ſe offerat contemplanda. Liuius à ſe Proconſule bello pacata Macedonia, poſtquàm magnificè triumpharat, infeſtiſsimos inuidiæ fluctus euitare non potuit, quin inundatione popularium motuũ concuſſus, tàm ignominioſè quàm iniuſtè damnatus eſſet, quem inopis ruris incolam & rubor & dolor fecêre. Tunc temporis res Romana maximo in diſcrimine erat, cũ hinc Hannibal in Lucania, inde frater eius Haſtrubal in ipſa Gallia ciſalpina diuerſo tractu diſiuncti permouent Italiam, Liuium Salinatorem collegam dare conſultiſsimum uidebatur, ſed duo rei impedimento erant, primum quod Salinator ciues exoſus, fieri Cos. recuſabat, proximum quod cum Nerone implacabili & inueterano odio uehementer diſſidebat, ueruntamen uniuerſi Senatus labore & precibus fatigatus, patriæ uerecundiæ cedẽs, ad utrunq; grauiſsimum curis tandem flexit animum. Itaq; inſignes uiri ſincerà fide pacati, concordes tenuêre prouincias, Claudius in Lucanos aduerſus Hannibalem, in trãſpadanam regionem Haſtrubali occurſurus Salinator conceſſerat. Nero apud Grumentum oppidum aſsiduis occurſionibus indies Hannibalem infeſtarat, quem diſtricto tandem prælio adortus octo millibus Afrorum cæſis, in fugam uertit, & cum à quibuſdam captiuis intellexiſſet, ducũ Pœnorũ ſentẽtia eſſe, ut in Vmbria ipſi ſe cõiungerẽt, illicò ut huic periculo obſtaretur, cum parte copiarum collegam feſtinandum eſſe cõcepit nec differendum, ideoq; Legato probiſsimo uiro commendatis caſtris, occulto tramite noctu clàm abiens, celerius quàm cogitari poſsit, maximam Italiæ partem emenſus, in caſtra Salinatoris, qui ad Metaurum flumen apud Senam Hadriatici maris littus hoſti ſe obiecerat peruenit, ita ut nec ab Hannibale unde diſceſſerat, neq; ab Haſtrubale ubi uenerat, ſentiretur, proxima luce utrobiq; ad pugnam collatis ſignis Haſtrubal certo indicio & alterum Cos. adeſſe intellexit, qua re admiratus retrocedens, ſubſtitit ad noctem, & ipſis in tenebris feſtinauit diſcedere, quem inſecuti Coſs. quinquaginta ſex milia Pœnorum cum ipſo duce cruento marte trũcauêre. captiuorum quinquaginta milium numerus fuerit. Nero uictoria parta, antequã ſiſteret cædes, feſtino recurſu, uelox ad ſuos properauit, ita ut nec prius quàm tanta celeritate profectum erat, ab Hannibale cognitum ſit, quẽ abſciſsum Haſtrubalis caput, quod ſecũ detulerat, Cos. intra eius uallum proiectum, ipſe conſpexiſſet. quo tàm calamitoſo ſpectaculo obſtupeſcenti ſimilis: En (inquit) agnoſco infœlicitatẽ Carthaginis. Coſs. Romam ingreſsi, ob tàm clariſsimam uictoriam inſignemq; hoſtium cedem, Salinator (quia in eius prouincia res geſta erat) curru triumphauit, quem Nero eques, more ouantis non minori gloria comitatus eſt, cuius rei ipſe præcipuus auctor fuerat.

PVB. SCIP. COR. AFRICANVS MAIOR.

SCipionis Africani maioris, quem uirtutum ſuarum gloria immortalem fermè uoluit, ſtrictim ſubtexere geſta, equidẽ labor eſt is adoleſcens, uix dũ puerilẽ ætatẽ egreſſus, P. Scipionem eius parentem propè Ticinum, aduerſus Hannibalem quodam conflictu profundo uulnere ſautium, mira quadam, & animoſitate uirili, ab imminenti periculo mortis liberauit. apud Cannas ipſis rebus profligatis, qui eo prælio euaſerant, cum de relinquẽda Italia duce Cecilio Metello conſilia uerſarentur, re cognita Scipio, tunc Tribunus, inſequentibus paucis in eorum tecta ut fulgor irrupit, & in caput cuiuſque eorum, qui aderant uibrato enſe, iurare coëgit, ſe nunquam Italiam deſerturos. haud multò pòſt adulationem patris patruique uigeſimum & quartum attingens annum, ad Hiſpaniam traductus, primo & ſtatim impetu Hiſpanicam Carthaginem, ui & armis expugnatam obtinuit, maioris Carthaginis omen infauſtum. Hinc ad Betulam cum Haſtrubale Hannibalis fratre inſigne prælium fuit. Victor Scipio, octo millibus Pœnorum cæſis, decem millibus captis, ad extrema Oceani inſecutus fugientem, Gadibus ſe condere compulit. quo ſucceſsu

uincendi, Magonem tertium ab Hannibale fratrem expugnat, hinc Hiſpania armis
uiriſq; ferox, depulſis Pœnorum præſidiis, Scipionis armorum demum gloriæ ceſsit, & le
gatis recommiſſa prouincia, uictor ad Italiam rediјt. Non multo poſt Cos. creatus, Siciliam
prouinciam tenuit, ſimul & tranſitum in Africam ſi uideretur expediens, & dum in Brutijs
Locros adiret, recuperandi urbis gratia, inſigni ſtrage Hannibale deleto uotum obtinuit,
ideo'q; in Sicilia rebus inde pacatis, ad tranſitū Africæ uela direxit: at ubi ad Pulchrū promō
torium terram legiſſet, trucidato Hannone gentium duce, quem obuium habuerat, cuncta
populatus, nil non uaſtatum reliquit. uenerat tunc in armis ex aduersò alter ſibi Hannon
frater Hannibalis (nam affluebat hoc nomen in Africa) quem cum tribus millibus equitū
obtruncatum ferro cōminuit inde ſecutæ ad deditionem urbes & oppida, ac non nulla præ
lia proſpera geſta, Syphax Numidarum & Maurorum Rex multitudine gentium metuen
dus, qui Carthaginenſibus adiunctus Scipionis amicitiam excluſerat, incredibili Mauro
rum & Numidarum ſtrage Rex prælio uictus, miſer demum capitur: Romam miſſus, Al.
bæ in uinculis moriturus. hoc interuerſo, Carthaginem reuolutis ſignis mœnia Scipio ter
rore pulſarat, ita ut tremefacta Byrſa præcipua Carthaginis arce, trepido nuncio ex Italia
reuocaretur Hānibal, ut qui ſedecim annorum tempus, Romanorum uexarat imperiū, ru-
turam defenderet patriam. Inſtabat tūc omnium maximum, & ante id tempus incompara
bile prælium, quo terrarum orbis imperium decernendum erat, igitur duces omnium ma·
ximi ac glorioſiſsimi Scipio & Hānibal, inter ſe mutua admiratione colloquio habito, poſt
quam de pace minimè conuenerant, ad ultimum diſcrimen ex templo contēdere opus fuit,
ideò quę pugnatum eſt, ſumma utriusque ducis militari induſtria, & cruento atque ancipiti
martis cōgreſſu. poſtremò uictore Romano, quadraginta hoſtium milia cæſa & capta reſe
runtur, his itaque geſtis uictorioſiſsimè, Carthaginenſibus miſeranda erroris confeſsione
ſuppliciter implorantibus, pacem, Scipio dedit, humanitatis ſuæ digniorem, quàm illorum
perfidia. Hinc terra mariq; pace parta, uictor inſignis ad Italiam ex Africa traiectus, intrà
urbis mœnia eo glorioſiſsimo triumpho inuectus eſt, quem omnis memoriæ clariſsimum
uoluit, cui ex nomine à ſe gentis deuictæ, æternum Africani cognomen fuit.

M. POR. CATO. CENS.

MArci Por. Catonis Cenſorij, quę humanæ ſapiētiæ & uirtutū inuictiſsimū ſpecimen,
nō ſolū uulgaris fama promulgat, ſed & maximi ingenij auctores deſcripsere, facta
aut dicta referre, grande aliquid eſſet, ſi amplioris marginis ſpatium daretur. quis enim,
quanta in eo fuerit prudentia, temperantia, rectitudo animi, perſeuerantia, ſic arctato cala.
mo comprehenderit, in quo quidem omne genus uirtutis, ſic inſitum eſſe conſtat, ut ſi.
quis per omnem honeſtatis gradum exempla requiſiuerit, optimarum rerum ferulíſsimum
monimentum Catonē intelliget: nec minor dux militiæ qui prudentiæ fuit, & Reip. unicus
adminiſtrator. quapropter ab ipſis ingenuæ præſtātiæ uiris optimis, Imperator optimus, ora
tor optimus, optimus Senator iudicatus eſt. cuius maximæ profunditatis ingenium, ad hoc
uſq; proceſſerit, ut cum iam ſenex latinas literas didiciſſet, auditor Ennij, & Græcis inſtrui
uoluit literis. deniq; iuriſconſultus potiſsimus apparuit, quater enim & quadragies ab æ.
mulis accuſatus, ſine alieno patrocinio, cauſam ipſe ſuam magnificè defendit, & una quaq;
uice ingenti gloria, uir non modò conſtantis & ferrei pectoris abſolutus euaſit. qui ad decre
pitam progreſſus ætatem, nonageſimum fermè annum attingens, capitalis diſcrimine, ſui ip
ſe defenſor propriam cauſam fœcundiſsimo impetu, & oratione fœcunda protexit, ita, ut
nullo momento uel uoce deficere aut tarditate mentis hæſitare uiſus eſt, tanta proſperitas a.
nimi ipſo in ſenili corpore uigere potuit. uir indomitæ uirtutis atque naturæ, ſed ad eius mili
tiæ geſta progrediar, ſub maiore Africano, ſecundi belli Punici tempore Quæſtor, in ar.
mis egregius Tarētum miſſus, mox Sardiniam ut rigidiſsimus Prætor, non modò uicit, ſed
& adminiſtrauit. Proinde Cos. Hiſpaniam tenuit, & rebellantium uires adortus, quæ.
dam

quædam ſtrenuiſsima prælia longe lateq́; ſic proſperè geſsit, ut ſummo labore, uir ſolertiſsimus confluentes deficientium motus ipſe compeſceret, & ad deditionem populos magnopere cōcitaret, quare demum liberè & expeditè pacata prouincia, Romæ uictoriæ cōferēdum, glorioſum duxit triumphum. poſt hoc Acilio Glabrione Cos. dum ad Thermopylarum ſaltus, intra confragoſa rupium Antiochus rex maximus Aſiæ, aduerſus impetū Romanorum tutaretur, ita ut locorū difficultati haud facilè uinci poſſit, hic uir per inuia æthereaq́; iuga perplexo itinere, laborioſè traductus, à tergo hoſtium ex prouiſo deſcendit, & regem nihil tale metuentem, qui aduerſus Cos. inſultum intētus obſtabat, quadraginta milia Aſianorum ſtrage captare fugam coēgit. Bello quoq; ſecundo Macedonico, quod cum Perſeo rege Paul. Aemilius Cos, geſsit, dum utrique in prælia deſcendunt, Cato intra confertiſsimos aggreſſus, illicò uulnerato equo, pedeſter à multitudine circumuentus, nudo enſe, ubi in quendam procerum ſibi infeſtiſsimum reſultaſſet, uibrato ictu, gladius procul è manu decidit, quem inter tot equitum peditumq́; globos iaculis obrutus, quadā animoſitate miranda ſibi reſtituit, & præ ſe cæſorum aggere congeſto, hoſtili ſuoq́; cruore perfuſus, non ſine admiratione ſpectantium in tutum ſe redegit. poſtremò Cenſor factus, ita aduerſus improbos ciuium mores unicè ac rigidiſsimè ſe geſsit, ut inter multos Cenſores qui antea & poſt fuere, ipſe æternum Cenſorij cognomen aſſequeretur.

COR. SCIP. NASICÁ.

CVm in Aſia Romanorum legati ad matrem Ideam, quoddam ſacrum, è Phrygia Romam deuehendum, nauigarent, ex itinere Delphos declinant, quid'nam acturi eſſent oraculo percepturi: quibus reſponſum. cum Romam redirēt, deam in manus eius, qui uir optimus iudicatus eſſet, in ædem Victoriæ deferendam, tradere curarent. quo pacto P. Cor. Scip. Naſica, totius Senatus iudicio uir optimus dictus; ad ſacri miniſterij officium, inter tot cētera millia Romanorum delectus eſt. Is Prætor per idem tempus, ulteriorem Hiſpaniam aggreſſus, proſperrimo ſucceſſu, quæq; occurrētia proſternens, ultrà quinquaginta hoſtium oppida & caſtella breui ſubiugauit. Cum Luſitanis apud Licabrū urbem acerimo prælio conflixit, quo cōgreſſu, duodecim millia hoſtiū oppreſſa ſigna, militaria centum quinquaginta referuntur arrepta. Cos. exinde creatus, aduerſus Boios Italiam prouinciam ſortitus, in hoſtium agros impetu facto, diſtricto prælio, manus cum hoſte conſeruit, & inſigni obſtantium clade uictoria parta. nam uox in ipſo feruore pugnandi incerta emiſsa hoſtes fugam captare, quàm minimè attemptaſsent, effecit, ut abiectis armis aufugerent, quapropter ad unum cæſi uigintiquinq; millia fuēre. uictor ubi Romam rediret, quibuſdam ei triumphum negantibus, elegantiſsimam orationem habuit, quæ inter cætera protulit, haud ſe triumphum tantoperè flagitare, qui modeſte acquieſceret, niſi exercitus ſuorum laborum & uirtutis merita expoſceret: nam quantum ad ſe, nil ultra poſtulare, quàm quod ea die ſibi datum conſtat, quo ipſe uir optimus iudicatus ſit, cum nil maius, nil admirabilius ſplendori gloriæ ſuæ dari poſsit. cui talia differenti, demum triūphare permiſſum, quo ſacratiſsimo tropheo, inter cætera ornamēta & hoſtiū ſpolia mille quadringentos aureos torques, è ceruicibus nobilium peremptorum hoſtium ereptos, glorioſiſsimum tantæ uictoriæ ſpectaculum, ante currum detulit. iterūq; Cos. in Illyria, Dalmatas à ſe deuictos ad internitionem calcauit, ac ferociſsimæ genti ita iugum impoſuit, ut deinceps ſubmiſſius paterentur imperia, obque magnificè geſta Triumphum ei oblatum, ſua uirtute contentus inſigniter recuſauit. Ea quidem tempeſtate Semp. Gracchus Tribunitia poteſtate plebi fauendo, ſeditionem facere perperam acceperat, palàm dicere auſus, interempto Senatu, plebem imperio dominari debere. At Naſica, cū huic periculo, quod ad Reip. excidium tendebat, neminem Romanorum procerum obſtare, neque Mutium Scæuolam Cos. quicquam contra audere perpendiſſet, merito ardore flammatus. Qui Rempublicam ſaluam eſſe uolunt, inquit me ſecuturi, arma compeſcant: quo duce cōcurſu nobili-

um è roſtris, plebe tunc concionante atrociter depulſa, Gracchus tanti facinoris mortis ſupplicio pœnas dare coactus eſt. Tertij belli punici inter hunc uirum & Catonem orta contentio erat, Cato hoſtilem & diutiùs inimiciſsimam funditus diruendam eſſe Carthaginem aſſerebat, contrà Naſica, eam integram, reſeruandam, ne Reſpub. aſsiduo infeſtiſsimoqúe terrore ſoluta, in deſidia & odio putreſceret, luxu referta, ſua fœlicitate peritura.

T. Q. FLAMINIVS.

BEllo primo Macedonico, T. Q. Flaminius Cos. traiectus in Græciam, extemplo in ipſis præruptis montium faucibus Epiri, Philippeum Macedonum Regem adortus, uictor tandem, hoſtem attritum poſcere Theſſaliam fuga coërcuit. hinc in Epirum explicitis ſignis, eius regionis populi arma Romana uerẽtes, proni ad imperia fuẽre. Poſt in Theſsaliam curſum tenuit, quæ uiribus annorũ cõcuſſa, ducis impetũ egerrimè tulit, Phaleria urbs bellico fragore oppreſſa, incendio traditur, quo circa proximiores gentes exterriti, mandata peragunt, à Metropoli & Piera legati uenẽre, ſe ſuaq; dedentes: Adrangem, Phocidem, & Erethriam, Anticyram, Ambraciam, & Caryſtum & Elaciam cæteraſq; urbes & oppida uel in deditionem partim acceperit ui & armis, partim expugnat. Philippus interea undiq; exercitu congeſto, ad locum quem Cynocephalas uocant, ſedẽ belli ſtatuerat, cui inſtaurato robore Cos. obuiam factus, ubi difficili & ancipiti pugna, ingentique hominum ſtrage & uulnerum copia decertatum eſſet, ſuperato rege, ergo cæſos Macedones in fugam uertit, hoſtium tredecim millia perempta & capta quidã uolunt, alij uiginti duo millia trucidata deſcribunt, Regi ſic infœliciter abſumpto, & arbitrio pax data eſt, qui domino totius Græciæ priuatus, in ſolis Macedoniæ finibus depreſſus eſt: cumqúe omnis Græcia liberè & expeditè obtenta eſſet, multitudine gentium, modico terra compreſſa ſpatio, Cos. per præconem declarari iuſſit, omnes Græciæ urbes, quæ ſub Philippo rege fuerant liberas & immunes eſſe. quibus auditis (ut Valerius ait) tanta cœlũ clamoris alacritate compleruntt homines, ut certò conſtet, aues quæ ſuperuolabant attonitas pauenteſq; decidiſſe, igitur libertati reddita uideri poterat Græcia. niſi Nabis Lacedæmoniorum tyrãnus uideretur obſtare: quare Flaminius terra mariq; circunquaq; reuolutis ſignis, quibuſdam oppidis captis, poſt aliquot cruentiſsima prælia, Lacedæmonum mœnia ſtatuit aggredi: quod ubi ſtrenue feciſſet, tyrãnus omnia in pugna, proſpiciens, nil reſpiramenti ineſſe, attonitus ſe ſuaſq; arbitrio Romani ducis committit. his itaq; geſtis apud Achæos, totiùs Græciæ indicto conſilio, inter cætera eos Romanos poſtulauit Cos. quos ipſi gerendæ ſeruitutis gratia ab Hãnibale emptos haberẽt. adijciens nequaquã licere, eoſdem ſeruitio tenere, à quib. liberati eſſent. cui illicò obtemperatum eſt. quorum ciuium Romanorum numerus duorũ millium fuit. ſic uniuerſa Græcia beneficio tanti uiri libertatis munere donata, Flaminius inde diſcedens, urbem Romanam tenuit, qui eo glorioſiſsimo curru ad Capitolium uſq; deuectus eſt, quo inter confertiſſima hoſtium ſpolia, triduo plauſu & admiratione circumſpectus, præſtantia ſui omnium oculos in ſe conuerterat.

L. SCIP. AFRICANVS.

COss. Romæ creati L. Scip. Aphricani frater, & C. Lælius, intuẽtibus cũctis ad finiendum bellum cum Antiocho Aſiæ rege potentiſs: Vterq; eam ſibi prouinciam flagitabat, ubi plus negotij ac gloriæ ineſſe uidebat. Lælius multũ in Senatu poterat, à quo Coss. ſortiri aut comparare prouincias iuſsi, ſed res iuditio patrum quam ſorti comitti elegantius uiſum. Cum igitur expectatio certaminis Senatum erexiſſet obtulit Africanus, ſi Græcia prouincia Lucio fratri daretur, ſe cum eo legatum iturum, quare L. Scip. Græcia, Lælio Italia mandata eſt. Cos. Africano comite in Græciam traiectus, hoſtilibusqúe armis extemplo concernerat, ita ut Athenienſium legati uenirent obuiam, pro Aetholis interceſſuri, quorum inſtinctu hoc formidabile bellum inchoatum erat, quibus inducijs datis, ne ad maiora protraheretur mora, ad Helleſponti tranſitum, dux Romanus, confeſtim ſe contulerat, in Aſiatico littore, Romanorum primis caſtra metatus eſt. inde

eſt,inde ultra progreſſus,Dardanū & Droceum oppida, mox reliquias Troiæ Pergama & Ilion teneri placuit,tunc temporis Africanus infirma ualitudine correptus,Eleam deuectus erat, quod expediens Romani ducis gloriæ fuit,imminēti namq; prælio niſi fuiſſet Africani tanti uiri præſtantia,Cos.ſplendor poterat obſcurari. Rex cum ſeptuaginta armatorum copia,ultrà Phrygium amnem,penes Magneſiam urbem ſeſe caſtris tenebat non auſus certare,Cos.ultrà progreſſus,cum de ſe pugnandi apertè copiam feciſſet, intra munimina rex ſe continuerat,& in procinctu pro uallo ſteterat:quod animaduertens dux Romanus,Regem in certamen haud concitari poſſe , intra uallum eundem ſtatuit aggredi, quo circa undiq; collatis ſignis,tanto impetu feruoreq́; pugnandi Romani inſtinctu conſulis animati,in campum certatim proſilîere, ut non cum armatis uiris,ſed cum tot incinctis mulieribus dimicaturi uiderentur. Antiochus uerò hoc tanto dedecore motus,certaturus extulit ſigna,& falcatis curribus ante poſitis, ſui ſuorumq́; maxima clade concurſum eſt. quippè Romanorū induſtria,attoniti equi,falcatos currus,in ſuos reflexerunt,& conſternatione multorum mortalium,interruptis agminum ordinibus ,præparatum inter introgreſsi, Romani fortiter dimicando obtinuêre uictoriam, Aſianorum ultrà quinquaginta millia eo prælio occidiſſe deſcribunt. quo bello, inter cæteros gētium duces, Hannibalem atrociter decertaſſe conſtat,& cum cæteris in fugam uerſum,quod gloriæ Cos.traditur accommodatum:inde oppugnatis ac direptis caſtris,captiuorum turba maxima fuit, cum opulentiſsima præda,qua nulla maior prior fuit.idcircò ſupplici rege,his conditionibus pax data eſt,ut Europa omniq; Aſia cis Taurum montem(quem Turchiam uulgò nuncupamus) excederet, talenta quindecim millia exolueret, filium obſidem daret,aliosq; uiginti, quos eligere placuiſſet. his itaque geſtis,L. Scipio domitor Aſiæ,Romam profectus,ingenti gloria,orientis ſpolijs onuſtus triumphauit,Aſiatici cognomen aſſecutus.

P. AEMYLIVS MACEDONICVS.

PAulus Aemylius uir continentiſsimæ uitæ,in Hiſpania Prætor,cum Luſitanis cruenta pugna primo conflixit,quos ita proſtrauit ut ipſo pro horrendo armorum feruore,omnis Hiſpania terribiliter concuſſa,ſubmiſſa redderet arma, ipſe Romam uictor rediens, ouans introiuit urbem. Cos.proinde legatus in Liguria,poſtquam aliquot bella geſſiſſet proſpera,fraude hoſtium ex improuiſo à multitudine obſeſſus, cum inferior numero maximè eſſet,non fuerat auſus extra uallum ſigna conferre, tandem uiribus animi firmatus,ſtatuit pugnare,quippè hoſtes iam Romanæ uirtutis contēptores, uagos indies undiq; palātes annotauerat. igit ſubita eruptione,hoſtē nil tale metuentē aggreſſus,quindecim millib. Ligurū trucidatus & duobus millib.& qngētis captis,ita gentē ad extrema deleuit,ut ſupplices ſeuictos faterētur,et ipſe inſigni curru triūpharet. Mox ſecūdo bello Macedonico iterū Cos. aduerſus Perſem Macedonū regē,in Græciā traiecerat,rex tūc in finibus Macedoniæ intra deuia rupium,prærupta ſaxa,ſe ſuosq́ue tutabatur. Sed Paulus aliò per alpium iuga,incognitoſq́ue ſaltus à tergo hoſtium cuncta proſternens, in Macedoniam deſcendit, quo inopinato turbine, rex attonitus,nec auſus expectare aduenientem diſcedens , ſuis arma commiſit,pugnatum eſt utrobiq; maximo cum diſcrimine,poſtremò uictore Romano,Macedones uiginti quinque millibus eorum trucidatis fugæ pectora uoluntarunt: Rex ipſe,cū duobus filijs & ex Samothracia, Aegei maris inſula(ubi præoccupata fuga conceſſerat)captus ducitur ad Cos. Paulus obuiam progreſſus,regiæ maieſtati compatiens,uir humaniſsimi ingenij fleuit, & ad genua inclinantem ſuſtinuit, uel iam procliuum comiter erexit,in ditionem populi Romani tum primū Macedonia uenerat,& à Paulo legibus acceptis,in formam Prouinciæ reducta eſt. Victor Cos.remeans,per Epirum traductus,ſeptuaginta inter urbes & oppida, quæ his motibus uel ad Regem uel ad ſe defecerint,ſimul & omnem Illyriam in priſtinum ſtatum redegit, Romæ plaudentibus S. P. Q. R. triumphauit,Macedonici cognomen adeptus. Siquidem eò tàm publico gaudio miſerabilem dolendi cauſam, uictorioſiſsimo Cos. dedit fortuna, duorum clariſsimorū filiorum

morte, igitur quantũ conſtantiæ & animi roboris, in ipſo ſuo inuictiſsimæ uirtutis pectore, uir clariſsimus foueret, his uerbis (ut Valerius refert) ad populum grauiſsima oratione declarauit. Cũ maximo in prouectu fœlicitatis ueſtræ Quirites timerem, ne quid mali fortuna moliretur, Iouem Opt. Max. Iunonemq; reginam & Mineruam precatus ſum, ut ſi quid aduerſi P. R. immineret, totum in meam domum conuerteretur, quapropter benè habet. annuẽdo enim uotis meis id egerũt, ut uos potius meũ caſum doleatis, quàm ego ueſtrum agnoſcerem. huius uiri frugalitas & continentia tanta fuit, ut cum ex ipſis prouincijs à ſe deuictis, auro & argento publicum ærarium cumulaſſet, eo defuncto omnibus eius bonis uenundatis, dos uxoris uix recuperari potuit.

CECILIVS METELLVS MACEDONICVS.

MAcedonia uix prælio deuicta, cum libertatem à Paulo Aemylio conceſſam, infœlix, pati nequiret, Andriſcum Perſei regis filium, ex pellice ortum, quem Pſeudo Philippũ nuncupari uoluit, eius perfidia, uano errore cõcitata, primo regnare, inde in Romanos arma hoſtiliter captare permiſerat. ideoq; Cecilio Metello Cos. hoc bellũ quod tertium Macedonicũ fuit, traditur exequendũ, qui ferox medio Macedoniæ conſidẽs, aduerſus ignauũ hoſtem prælium committit, & uiginti millibus Macedonum cæſis, ingenti ſuorum ſtrage, ipſum regem expugnat. quo memorando prælio, Macedonia ita duriter attrita uideri potuit, ut ab infeſtiſsimo ſeruitutis iugo reſilire deinceps minimè auſa ſit, & ipſe uictor Macedonicus, cognominari meruiſſet: triumphantis Metelli currum Andriſcus ſummo ſpectantium plauſu ſubſecutus, grauiſsimis ſui erroris pœnas, æterno mœrore in uinculis perpeti coactus eſt. per idem fermè tempus, Achiui potentiſsima gens, armorum terrore in Græcia, aduerſus fœdera iusque gentium, ſocias Romanorum urbes, aſsiduis motibus, hoſtiliter infeſtarant, legatosq; qui à Senatu miſsi fuerant uiolare præſumpſerãt. idcircò arma ad ultionem ferendam Metello traduntur. Achiui, duce Critolao, ante uictoriam de præda cogitantes, uelut cum Romanis ſibi nihil rei eſſet, temerè geſtientes, uehicula ad hoſtium ſpolia deferenda, in campum ſecum detulerunt. ſed id breue gaudium, nam & ipſi acie deuicti, duo & uiginti millia cecidere. hæc uictoria digna triumpho erat, at cum ſub alterius Cos. aduentu fermè res peracta eſſet, alienam ille gloriamque Metelli occupauit, nam dum ad oppugnandum Corynthum Achæorũ ualidiſsimã urbem, obſtrepẽtibus machinis, ipſe Metellus fortiter inſtaret, proximæ uictoriæ munus acceſſerat, ſub cuius auſpicio, ſed prioris ducis induſtria, urbs omnium Græcorum florentiſsima capta, flammis correpta in cinerem euanuit. ad Hiſpaniam proinde Celtiberos oppreſſurus, uir infatigabilis miſſus, Cantabricam urbem humanitate, quàm armis, clementia quàm terrore inſigniter expugnatam obtinuit. Contrebiam gentis unicum præſidium, quàm cum obſidione debellare nequierat, uir ſolertiſsimus miro captauit ingenio, & ad cæteras regionis urbes conuerſus, ita inuictum ſe hoc bello geſsit, ut Florus ait, qui Macedonicus dici meruerat & Celtibericus cognominari potuit. cumq; is audiſſet Scipionem Aemilianũ peremptum, cum quo ipſe dum ille uiueret grauiter diſsidendo, ad iniuriam motus crebro conceſſerat, mœrore lachrymis aſperſus publicè conclamauit: Mœnia urbis corruiſſe. inde Scipionis cadaueri efferendo, filios ſubdere ceruices hortatus eſt, aſſeuerans, Nulli tãto uiro ſimile miniſterium deinceps exhibituros. quo tàm digno tamq; honeſtiſsimo officio, qualis conciuis eſſet ingenuè declarauit.

COR. SCIP. AEMYLIANVS AFRICANVS POSTERIOR.

COr. Scip. Aemilianus Paulo Aemylio Macedonico progenitus, à P. Scip. ſuperioris Africani filio, ab Aemylia in Corneliam familiam iure adoptionis translatus, utriusque gentis unicum lumen fuit. is admodum adoleſcens aduerſus Celtiberorum hoſtilia, qui per aliquot annos Rempub. ſic profligarant, nemo Romanorum ducum contrà auderet capeſcere arma, in Hiſpaniam ſe obtulit militaturum, & Tribunus militum in prouinciam traductus, primo ſtatim impetu, gentis ferociam duro marte calcauit,

ait,neq; eius militiæ contentus,Vaceos uicit & Cantabros, cum aliquot uicinis populis, qui obſiſtere præſumpſerant, & à quodam ſtrenuè magnitudinis barbaro, corporis uiribus perhorrendo,in ſingulare certamen accitus, acerrimo impetu ocyus ſternit ac trucidat hoſtem. mox ad ingreſſum Intercatiæ urbis obſeſſæ,ui & armis muri culmen obtinuit,& propugnatoribus depulſis,urbs cruore ciuium aſperſa,uirtute unius ſe uinci fateri potuit. hoc inter tertio Bello Punico incœpto,& explicitis in Hiſpania rebus,quartæ Legionis tribunus, ad excidium Carthaginis in Africam traiecit,hoc ſcilicet fato,ut quod ait Florus,quàm urbem concuſſerat auus,nepos eius euerteret, qui in rebus agendis, ita unice ac uiriliter ſe geſsit,ut uirtute animi & factis cæteros ſuperaret, quæ ab eò magnificè geſta, adeò mouere animos, ut Pop. Rom. quanquam per ætatem fieri non liceret, eum Cos. iuberet. ſub cuius imperio non modò cũ ipſis uiris armatis, ſed & cum ipſis mœnibus diu & ancipiti marte terra mariq́ue pugnatum eſt. Poſtremò uirtute & induſtria fortiſsimi ducis, urbs quondam florentiſsima, unicum Africæ decus, flammis correpta euanuit, Carthago, anno ſeptingenteſimo poſtquam condita fuerat: de Africa iterum Pop. Rom. pulcherrimũ ſpectauit triumphum, clariſsimæ uictoriæ haud dubiè conferendum. Per idem tempus ſupererat Numantiam ad interitum deleri, quæ rem Romanam, in Hiſpania per continuos quatuordecim annos ſic profligarat, ut Romani ſolo cõſpectu hoſtium attoniti, & formidine torpeſcerent, quod ſuperiorum ducum ultio magis conſtat accidiſſe. Igitur ad Scipionem Reſpub. conuerſa, ad hoc bellum Cos. creat, qui eodem profectus, prius cum exercitu Romano, quàm cum hoſte decertandum fuit, quem luxu & ocio eneruatum adeò corruptum repererat, ut aliquantiſper ad eum reformandum ſuperſedere opus eſſet. Itaq; in priſtinum ſtatum redactis militibus, ſtructa acie dimicatus extulit ſigna, cuius militaris induſtria tantum potuit, ut obſeſſi in urbe oppugnati. item & altero prælio circuncluderet hoſtem, Numantini intra mœnia incluſi, ad extrema redacti, deſperata rabie decreuerunt mori, & appoſito undiq; igne, poſtquã flammas ad æthera conſpexere, ferro & ueneno ſeſe peremerunt, quorum honoratiſsimi funeris rogus, tota urbs incenſa & flammis conſumpta fuit, ita ut præter cineres, ex ea nil reperiri poſſet, quod ad gloriæ ſpectaculum, in triumpho Cos. oſtentaretur.

C. MARIVS.

CAius Marius fortunæ ſuæ fauorem demum aſſecutus, Cos. aduerſus Iugurtham Numidarum regem Africam prouinciam obtinuerat, quare Iugurtha cum Boccho Getulorum & Maurorum rege ac ſocero ſuo, unà coniunctis copijs in campum extulerat ſigna. conſerta pugna, Marius uincere conatus, illicò reges ingenti eorum ſtrage fuga diſperſit, qua uictoria uſus, fermè totam populatus Numidiam, aliquot urbes & oppida, uel ui uel pactione in poteſtatem redegit. Interea reges reparato exercitu, in aciem progreſſos, præliator inſignis Marius, ad internetionem uno & altero prælio uigilanti cura deleuit, & cæde nongentorum millium Numidarum & Maurorum hoſtium, uires ita funditus oppreſsit, præſertim Bocchus afflictus in rebus, abſterritus, impetrãdæ pacis gratia, Iugurtham uictum, proditor, uel fraude interemptũ Romano ſe traditurum, ut ultrò polliceretur. quare ex toto ſubacta Numidia, Romam regreſſus Marius, Iugurtham cathenis obſtrictũ, ante currũ præferẽs, exultantibus cunctis admirabilem triumphũ egit. Tunc temporis Theutonum & Cymbrorũ furor terrore omnia compleuerãt, qui Galliæ populi atq; Germaniæ, armis diffuſæ palantes, urbes & oppida in itinere occurrentia, tumultuoſo agmine, uaſtare præſumpſerant, quod excidium è Gallia & Hiſpania pulſum, ad Italiam procedi uidebatur, cũ ad obſtandũ mitteretur Marius, qui iterũ Cos. & in hoſtem profectus quodam in colle ad Aquas Sextias ſupra Rhodani flumen caſtra metatus, cum Theutonis pugnare ſtatuit. nam Cymbri ad tranſitum Italiæ aliò declinarant. Romani aquæ penuriã habebant, cum hoſtes fluminis ripas tenerent, quod inaduertentiæ ducis imputarant, cõqueſti, quibus Marius: Quid enim rei eſt, inquit, en ſub oculis flumẽ habetis, ſi uiri eſtis, armis ſedãda ſitis, quæ uox animoſi ducis adeò mouit animos, ut milites in prælia,

 ocyus

ocyus adolarent, quo circa biduo ad ſummum truculentiſsimæ hoſtium cladis & inundatione cruoris pugnatum eſt. Ita ut (quod ait Florus) uictor Romanus de cruento flumine, non plus aquæ biberit, quàm ſanguinis. Theutonum nãq; ducenta millia captæ feruntur. Interea Cymbri longo itinere circunducti, per Tridentinorum iuga in Italiam tranſcenderant, ac in ipſa Venetiarum planitie, non ſine ingenti uaſtatione agrorum, ſeſe diffuderant: igitur Marius iam quinto Cos. in excidiũ tãtorum hoſtium progreſſus, ilicò cum Barbaris manus conſeruit, & ubi ad extrema pugnatum uariè eſſet Cymbri ingenti ſuorum conſternatione, Romanæ uirtuti tandem ceſsère, quorum centũ quadraginta millia capta. itaque Marius fortunæ ac uirtutis ſuæ fulgore admirabilis, Romã profectus, è duobus triumphis ultrò oblatis, uno contentus, intra urbem ſplendidiſsimo curru inuectus, ad Capitolium profuſa omnium alacritate, uiridanti laurea coronatus uſq; deuenit.

GN. MAGNVS POMPEIVS.

GNei Pompeij omnium clariſsimi ducis, uictricium armorum admirabile culmen, dignoſcere arduum ſublimis uiri gloria facit. Is admodum adoleſcens, aduerſus Marianorum partes in armis Syllæ obtemperaturus, Gn. Carbonem Cos. inſecutus, cum uniuerſo exercitu in Siciliam peſſundedit. in Africa Gn. Domitium Aenobarbum cum octo millibus armatorum, apud Vticam obtruncatum proſtrauit. Hiarbam Numidiæ regem, quia auxilia Domitio tulerant, expugnatum peremit. Africa quæ bis ciuilium bellorum motibus rebellarat, in priſtinum ſtatum redacta, Romam profectus, adhuc eques uigeſimum & quartum agens annũ (quod primum nulli contigerat) de Africa triumphum egit. Aduerſus Sertorium eiuſdem Mariani tumultus præcipuum robur, cum *Lucio Pio* Metello proconſul in Hiſpaniam miſſus, poſt aliquot truculentiſsima prælia, utrinq; uario euentu peracta, à ſuis obtruncato Sertorio, Perpennam huius belli ſucceſſorem, cum reliquo exercitu, ad internetionẽ deleuit, quare Hiſpania pacata, uictorem de ſe triumphare permiſit. Cum Cilicis poſt hoc memorabile bellum fuit, hi namq; in feſtinatione pyratica omnia populando, æquora intricarãt, ita ut nulla nauigatio tuta eſſet, quos lacerata claſſe, toto mari diſperſos, Pompeius ſimpliciter abiectis armis in deditionẽ recepit. Quid primum mireris in hac uictoria ait Florus, uelocitatem, quod quadrageſima die parta eſt, an uerò perpetuitatem, quod amplius Piratæ non fuère? Inde illud quoque ad orientem contra Mithridatem Aſiæ ferociſsimum regem formidabile bellum, ipſe adeptus, in minori Armenia, noctu hoſtem adortus quadraginta millibus Aſianorum cæſis atque captis, cum paucis regem attonitum fuga abire coëgit, eumquè per exteras gentes inſecutus, ita eneruatim affecit, ut ultro uenenum compelleret, & ad reliqua potentis Aſiæ conuerſus, Tigranem maioris Armeniæ regem, quia ſupplex obuiam uenerat regnare permiſit. Inde ad ſeptentrionem reuolutis ſignis, Orodem Cholcorum ſub ipſo Caucaſo uicit, Artahoces Iberiæ, & ipſe uulnera ſenſit ac mandata peregit, munera Albani misêre, ſine cruore pacati, ad Propontidem Boſphorum, & quicquid Pontum ſpectat littus, ipſe in poteſtate redegit, fœdera quàm arma maluêre Parthi, inde reflexo itinere per Lybani iuga tranſgreſſus in Syriam, Damaſcum & quicquid Euphrates & Tygris inundant, obſeruare præcepta edicta iuſsit. Ad Arabes marequè Rubrum, cuncta uincendo uſque peruenit. Hieroſolymani fruſtra defendere tentauêre Iudæi, quorum *XII.* millibus cæſis iugum ipſis impoſuit. ſed quid per ſingula, à Propontide in mare rubrum, quo terræ ſpatio duos & uiginti Reges ſceptra geſtaſſe deſcribunt, ſub alijs Pompeiana tenuêre ſigna. Ex his omnibus tot & maximis uictoriarum tropheis, unicum P. R. ſpectauit triũphum, ſimul & clariſsimum ducem ornatiſsimo reſidentem curru: cui eius inclyta geſta, ſummo omnium fauore Magni cognomen inſigni dedêre.

C. IVL. CAESAR.

CAij Iul. Cæſaris clariſsima, hoc loco, præcipua cura, ſtrictim commemoranda traduntur. Cuius primum & mirabile negotium fuit, pyratas crucibus affigere, quibus quidem

quidem cum Rhodum peteret, ipſe maritima præda fuit, quinquaginta talentis redemptus. Mox prætor in Hiſpania ita magnificè rem geſsit, ut quanquam non triumpharet, dignus triumpho tamen uideretur. Proinde in Gallia Cos. Helueticorum gentem, ad flumen Arar duobus cruentiſsimis prælijs ita funditus deleuit, ut ad centum triginta millia depoſitis armis, deditionem facerent. Hic Arioiuſtum Germanorum inſolentiſsimum ducem, uno prælio uicit ac expulit Gallia. Belgarum populus, unà cum Germanorum auxilijs, ad ducenta octoginta millia, ſumma quidem arte obſtando, ita diſperſit, ut ad ſua remeare quoſq; compuliſſet. cum Neruijs & Atrebatibus ſubſequenter cruentior pugna fuit, ita ut quinquaginta millibus Gallorum cæſis, reliquos terga uertere coëgiſſet. hinc deditiones urbium, ad extremos uſq; Oceani terminos conſecutæ. Auarici eodem impetu fortunæ fugati, ad quatuor millia cæſa, quinquaginta tria millia uenundata. cum Venetis qui ad Oceanum terras incolebãt, nauale præliũ & memorabile fuit, & hi quoque uicti, & armis ſuperatæ Sequanorum ad decẽ millia obtruncata, qui caſtra Romana circunſederant Aduaticorum qui ad defectionem cum finitimis cõiurarant, ad triginta ſex millia ferro proſtrata. Germanorum gens, quadringentorum millium agmine traiecerat in Galllias, quos prælio uictos Cæſar ad ripas, pontem cõiunxit, Rheni & cruore & flumine inceſsit. Inde confluentis Rheni, bis disiunctiſsimas ripas, ponte coniunxit, & primus Romanorum armis Germaniam inuaſit, uerum barbari ſyluas petere procurarunt ac paludes, non auſi certare, quod pro uictoria fuit. Poſt hoc, terminis Oceani nõ contentus, in Britanniam bellum tranſtulit, quæ tandem expugnata, cum regibus ſuis flexit uictoris iugo ceruicem. Vercingentorigem qui rebellantium Gallorum inſtinctu Rex declaratus, uniuerſo agmine in medio Galliæ cõſederat, poſt aliquod horrida certamina, hinc inde, & præſertim ad Gorgouiam uario diſcriminè & magnificè geſta, in Alexia oppido, uallo undecim millibus paſſuum circundato, mirabile, ſed Cæſaris opus, circũcluſerat, donec ducentorum quadraginta octo millium armatorum exercitu congeſto, auxilio regis fermè tota Gallia ſurrexiſſet, & hi quoque cæſi, fuſi, qui potuêre ad ſua remearunt, Rex ipſe depoſito faſtu, ſupplex ante Cæſaris genua abiectis armis. Et habe, inquit, fortem uirum fortiſsime uiciſti. & hæc nouem annorum in Gallia Britanniaq; Cæſaris geſta. Deuicta Gallia non fuit reſiſtendi locus, quin ad iniurias Pompeij cæterorumq; æmulantium tranſito Rubicone, Ariminum Cæſar aduolaret, quare obterritus Pompeius, omnem Senatum trahens in Campaniam primo, mox Brunduſium uenit, ubi à Cæſare obſeſſus, ruptis obſtaculis, per Adriaticum mare in Græciam Dyrrachiũ tenuit fuga, Cæſar ut reuiſeret Romam retroceſſerat, & exhauſto ærario, in Hiſpaniã traductus, apud Ilerdam Petreium & Afranium Pompeianos duces, ferro & fame conſumptos, ſupplices ad ſe uenire coëgit, & ex tota pacata Hiſpania urbem repoſcebat, inſecuturus Pompeium, quem apud Dyrrachium ſedecim millibus paſſuum cõducto uallo circuncluſerat, inde digreſſo Pompeio, ambo tenuêre Theſſaliam, ibiq; uictus atq; fugatus Pompeius, in Aegyptum nauigat, ubi dolo regis Ptolemæi decollatus occubuit. Cæſar eodem properarat, & hic quoq; cum Alexandrinis terra mariq; ingens bellorum negotium fuit, demum aſſumpto fluctibus rege, uictor Cæſar, Cleopatram gentis reginam relinquens, per Syriam profectus, reſtituto in regnum minoris Armeniæ Deiotaro, Pharnacem bello uictum, Ponti regno priuat, inde tenuit Africam, & poſt aliquot clariſsima prælia, tres duces aduerſæ partis proſtrauit. Scipionem, Iubam regem, & Labienum, Cato Vticæ ultro repetitum gladio pectus transfixit, uictor ad Italiam redijt, mox ad Hiſpanias conuerſus, apud Mundam ancipiti euentu Cn. & Sextum Magni filios expugnat, triginta millibus Pompeianorum cæſis, in fuga obtruncato Cn. Hinc domitor gentium Romam regreſſus, quinquies triumphauit. de Gallia atque Britannia primus triumphus, de Aegypto ſecundus, de Pharnace & Ponto tertius, quartus de Iuba & Africa, de Hiſpania quintus fuit.

DIVVS

DIVVS AVGVSTVS.

Diuus Auguſtus Cæſar Octauianus, certiſsimum Romani Imperij columen, XVII. ætatis anno, cum Hirtio & Panſa Coſs. aduerſus M. Antonium, D. Brutum, tūc Mutinę obſidentem, pro prætore miſſus, primo conflictu parum proſpere pugnatum eſt, interempto Panſa, ſecundo prælio exanimato Hirtio, ferox iuuenis ſuperſtes, deuictum fugauit Roma Antonium. Reuerſus ſe inuiſum Senatui ſenſit, quare aduerſus ingratiſsimos ciues, cum Lepido & Antonio fœdere ſe iunxerat, & Coſ. creatus, in urbe relicto Lepido cum M. Antonio, interfectores Cæſaris Caſsium & Brutum inſecutus, in Græcia tenuit Aemathiam. poſtremò uir & armis ſuperati, parricida Caſsius ceruicem, Brutus latera ultrò proximiori ferro obtulerunt. His itaq; geſtis inter triumuiros tripartito imperio, Aſiam tenuit Antonius, Lepidus Africam, Octauianus Europam. Hæc inter L. Antonius Coſ. M. Antonij frater, urbem hoſtiliter inuaſerat, imperio ſuum iuuenem oppreſſurus, quem prælio uictum ac fugatum, & Peruſij obſeſſum, impellente fame, uiribus ſuis Octauianus ſuccumbere coëgit. Inde Sext. Pompeium, Magni F. qui infeſtatione pyratica undiq; maria terrore impulerat, trecentarum nauium claſſe, toto mari diſperſa expugnatum reddit, in fugam uerſum, eodemq; ſucceſſu cum Lepido, qui ex Africa multitudine armorum uenerat, occaſione data, in Siciliā confugere properauit. & hic quoq; uictor, miſere uitam imploranti remiſit. Ad Adriaticū littus profectus, Illyricos, Liburnos, Dalmatas, uincere maturauit, ad Actium proinde Græciæ promōtoriū, ubi cum regina Cleopatra ducentarum nauium claſſe, M. uenerat Antonius, armis petiturus Italiam, ad ſummum cladis terreſtri naualiq; prælio certatū eſt. deniq; uictore Octauiano, Antonius, cum regina in Aegyptū infauſta uela dedêre, Octauianus hoſtem inſecutus, penes ipſum Pharum prælio deleuit Antonium, qui in Alexandrina urbe obſidione recluſus, in ſe gladio uſus interijt, quem regina imitari conata, ultrò admotis ſerpētibus uenis paulatim deceſsit. Victor ad Italiam prouectus, de Illyriaq;, de Actiaca uictoria, de Aegypto triplici triumpho introijt urbem, & clauſo Iano, pacis indicio, quia rem Romanam auxerat, ab augendo Auguſtus cognominatus eſt. Sed diutius quieſcere non potuit, rebellione gentiū concitus: igitur recluſo Iano, ad Hiſpanias extrema Oceani littora traductus, Cantabros & Aſtures, & totam peruagatus prouinciam, terrore armatorū docuit ſeruare mandata. Scythæ, Sarmatæ ſimul & Parthi, qui intra Septentrionem & ortū ſolis terras incolunt, ad Auguſtum ſe ad obſequia paratos miſerunt. Tigranē in Syria à Caio Auguſti legato uictum, pœnituit defeciſſe. Boſphorum & Propontidem ſubmiſsius ſe gerere docuit Agrippa, itaque ad orientem per legatos, omnibus peractis, ex occiduo littore Romam reuectus Auguſtus, Ianum de integro clauſit, quem paulo pòſt reſerare opportunum fuit, in arcticum polum ire coactus, ubi ferociſsimæ gentes auſæ erant contrafacere. ideoquè Vſipetes, Morinos, Brennos, Vindelicos, Salaſſos, Germanos, Marcomannos, Cheruſcos, Sueuos, Sycambros, Dacos, Meſios, & quicquid citra ultraquè Rhenum & Danubium barbaries effera ſpectat, ſic perdomuit, ut obnixè paterentur imperia. Ad meridiem Coſſus miſſus, Getulos uicit, Garamantas & Marmaridas, & quicquid ad Auſtrum pacādum reſtabat compoſuit. itaque Aſia, Africa, demum & Europa ſubactis, nil uincere ſupererat, quare Auguſtus Romam regreſſus, tertio integra pace Ianum firmauit, & ingenia ſic floreſcere uiſa ſunt, ut ipſius ſæculi ætas, qua CHRISTVS noſter ac Deus ex uirgine natus eſt, nulliquè antè uel poſtea fuerit, morum celebritate, literis ac militia ſic conferenda.

FL. VESPASIANVS.

Veſpaſiani glorioſiſsimi atque omnium clariſsimi principis arma uictricia, hoc loco arcta relatione, laudum ſuarum notitiam perſequuntur. is ſub Claudio Tyberio, ab Auguſto quarto imperatore, in Germaniam prius, mox in Britanniam miſſus, plerunque fuſis ac fugatis, ac cæſis hoſtibus, aliquot ualidiſsimas urbes, & oppida uiginti numero ſta imperij poteſtatem redegit. Poſt imperante Nerone, ad ultionem

cæſſ exercitus Romanorum, Cos. in Iudæam cum Tito filio eius legato miſſus, primo
ſtatim aduentu, in Gallilæa cuncta flammis ferroq́; popu'atus, urbes & oppida tumultuo
ſo armorum terrore concuſsit, Ioſephumq́; uirũ utiq; literis & militia clarũ, qui multitudi-
ne gentiũ obuiã proceſſerat, ſola nominis fama in fugã uertit, & Iotapatã & munitiſsimas
urbes, dura more proſtrauit, quib. incendio datis, peremptorũ numerus & captorum ad
quadraginta millia fuit. Africa VII. milibus oppidanorũ cæſis ſcalis ſuperata ac dirupta cir
ca radices montis Garizi;. Samaritanorum duodecim milia & ſexcenti obtruncata, Io-
pen turriſsimum Paleſtinæ oppidum, ad quatuor millia ciuium trucidata, ruina eius permi
ſcuit. Tyberiada, quia pacificè tenuit arma, integra ſtetit. Tarichea urbs, ſumma quidem
Titi Veſpaſiani uirtute obtenta eſt, Iudæorum ſex milibus quingentis cæſis, triginta milli
bus iure belli uenundatis, electiſsimis iuuenibus mille Neroni tranſmiſsis. Gamela uario
diſcrimine oppugnata, & miſerabili obſtantium clade ſic deleta, & quinque millibus Iu-
dæorum ac coniugibus & filijs è mœnibus ſeſe præcipitantibus, ex toto deſolaretur. Gi-
ſcala armis obtenta, duobus millibus qui aufugerant in itinere trucidatis, matronæ cum in
fantibus, ad tria millia captæ. Iamnia & Azotum uictricibus illicò ceſſere armis, Gadara ſu
bito impetu capta & direpta, fugientium ſupra Iordanem, ad tredecim millia ferro necata,
ultro duo milia capta Gallilææ regio, quia rebellarat, & iterũ arma in ſe acrius cõuerterat,
quare miſerabili populatione undiq; uagatus Cos. omnia uaſtatũ ire permiſerat, ſubactis
Lydda & Iamnia. Inde ultrò progreſſus Metropolim obſidione circundat. Toparchiam
& Bethlepton aliaq́ue oppida cœpit. In Idumeorum prouincia Bethabrim & Caphar-
tophan gentis munimina, quia obſtiterant, Iudæorum decem millibus trucidatis, mille ca-
pitis peſſundati ſunt. Geraſim oppidum expugnatum & flammis recommiſſum, mille qui
reſtiterant obtruncatis. hinc per diuerſa Iudææ reuolutis ſignis cæde, ferro & igne in ur-
bes & oppida uictricia ſtrepuêre arma Tarichea & Arpha cum ipſis ciuibus oppreſsis,
euerſæ. Hieroſolymã proinde cecinere ſigna, ut fumo & puluere uerbis obfuſcarẽtur mœ
nia. Dum ad Orientem hæc geruntur, Nero, mox Galba, poſtremo Ottho occiderant im
peratores, & Vitellius omnium ſceleratiſsimus, iam imperare ceperat, quare exercitus,
qui ſub clariſsimo duce in Iudæa armis elaborabant, indignati tàm ineptiſsimum princi-
pem, rem Romanam inuaſiſſe Veſpaſianum ſummæ rei Imperatorẽ creant, hæc inter, Ro
mæ Vitellius, gladio ilicò perfoſſus, in Tyberim diſtractus, quare Veſpaſianus quicquid
belli Iudaici ſupererat agendum, Tito filio committens, ad Italiam rediit, & urbem ſum-
ma omnium alacritate ingreſſus, primo ueneratus ſacra, pro rebus proſperæ geſtis dijs hu
maniſsimè gratias egit.

T. FL. VESP. CAESAR.

Titus Fl. Cæſar, clariſsimæ indolis iuuenis, ac rariſsimum uirtutis ornamentum, ſe in-
ter ſereniſsimos principum dignè numerandum tradit. is admodum adoleſcens, ſub
genitore militans, in Iudæa, inter cætera per eum ſtrenuiſsimè geſta, quodam acerrimo con
flictu, duodecim ex hoſtibus, qui aduerſus ſe irrumpant, duodecim ſagittarum ictibus,
letali uulnere proſtrauit. Poſtremo Hieroſolymam, æternum iuuenis decus, uincere ſu-
perat, quæ à patre concuſſa, à filio diruenda poſcebatur, ideoq́ue poſt aliquot præ-
lia, ante urbis conſpectum uario utrique diſcrimine magnificè geſta, bellicis inſtrumentis
pulſatis mœnibus, per hiatum ruinæ, urbis angulum Romanus obtulit, & dum ad ſe-
cundi muri fragmenta præſtanter & ocyus Titus contendit, cum Iudæis admirabile ne-
gotium fuit, ita ut uota Romana pari clade aſſequerentur. Tertia mœnia uincenda reſta-
bant, quæ ſummo tandem labore & machinis concuſſa ac dilapſa, noctu clàm interfectis
cuſtodibus, ingrediendi aditum dedêre, ſubinde acrius fuit cum ipſo phano, quã cum ur-
be pugnare, & maiora inteſtina quàm exteriora certamina. namq; circa Templum emi-
nentiſsimum, Salomonis opus, cum Iudæis ingens, & cruenta indies eruptio pugnæ fu-
it, & plærunque ſtrage multorum retrocedere coacti ſunt Romani. ſed deſiderio uincen
di, magis ac magis flammatus animoſiſsimus iuuenis, ſuos in agmen reſtaurauerat, & hic
quoq;

quoq; infauſtè depulſi Romani, uincuntur, nec ob hoc remiſit animũ uir fortiſsimus, qui uirtute cuncta relegerat, ideoq; de integro in hoſtem atrocius inuectus ardua Phani ſcalis, & ui armorum adortus, telis ſaxisq; potitus, cum reſiſtere non poſſet, ſtrage ſuorum retrocedere coactus eſt. At ille indefeſſus & laboris patiens, uirtute ſuæ obtemperaturus, ad certamen animatis ſuis, in prælia reuerſus aduolat, & multò acrius inter militem & imperatorem uincere dimicauit, ita ut hoſtes cæſi cruenti feceſsiſſent. At ubi poſt triduum in agmen ipſe rediret, à quodam Romanorum intra feneſtrã ad penetralia templi tendentem iniecta face, ex templo ad ardua concrepuit flamma, quare illud grande perfidiæ gentis ſanctuarium fama percelebre, anno milleſimo trecẽteſimo trigeſimo, poſtquàm à Salomone conditum fuerat, incendio conſumptum iacuit ſolo. hæc inter tanta Iudæorum ſtrages fuit, ut miſeranda Hieroſolyma, ſuorum cruore undiq; affluẽter manaret. at ubi flãmis demum omnia cõmiſſa eſſent, urbs obſtinatiſsima cineri illicò ceſsit. Iudæorũ igne, ferro & fame peremptorum, per omne bellorum tempus, ſub Patre ac Filio undecies centena millia fuiſſe Ioſephus affirmat clariſsimus hiſtoricus, ac Iudæos reliquos uenundatos, ac toto orbe terrarum diſperſos, ſeptem & nonaginta millia declarat. ita quod omnibus explicitis ſumma, omnium alacritate inuictiſsimus iuuenis, ab uniuerſo exercitu Cæſar cognominatus eſt, & ad Italiam prouectus S. P. Q. R. occurrentibus, ſummo & à patre ingenti apparatu ſuſceptus, introijt urbem. proinde pater & filius uno reſidentes curru, de Iudæa ſpecioſiſsimum duxẽre triumphum, quem inter trecentos & uiginti triumphos ab urbe condita, clariſsimum fuiſſe deſcribunt.

VLP. TRAIANVS.

LAbor, ingenium, uirtutis glorioſiſsimum, iuſtitiæ & pietatis exemplum, Vlpius Traianus, breui repræſentatione hoc loco referẽdus erit. cuius arma, & ſi ampliori loquendi ſtilo proſequenda erant, neceſsitati credere patiantur. is primo ubi imperare cepiſſet, reintegrandi Imperij, quod priorum principum ignauia iam penè abſumptum & uiribus exhauſtũ uidebatur, alto animo cõſtat agitaſſe conſilij, nec mora fuit ad arcton primo conuerſus, in Germanorum ferociam, qui defectione aſsiduè rebellarant, ualidiſsimo impetu ſigna commouit, quos poſt multa & horrida prælia, ita conflictos ſubegit, ut ipſi attriti & fermè funditus oppreſsi, Romanæ uirtuti ſubmiſſius ſuccumberent. Nec prius inde diſceſsit, quàm cæteras nationes inuaderet armis, & ſuperatis, qui contrafacere auſi, non modò clariſsimus, ſed & cruentiſsimus ultor ad orientem tranſmeare æquoreum feſtinauit, ibique Armenia, Parthis erepta, Syros quoq; aſsiduo marte calcauit, ad Propõtidem ſigna reflectens, Boſphorum adortus, omne Ponti regnum ſuperat. Inde perdomuit Albanos, uicit & feroces Sauromatas, quibus ſeruitutis frenum impoſuit, ad Colchos & Scythas Hircanosq; cuncta uincendo uſq; progreſſus, ita, ut Tanais limen, quo primũ ab Europa dirimitur Aſia, ſub ipſo gelido ſitu, abſtineret armis, mox indagine quodam circundato exercitu, horriſono armorum terrore priſtinum relegens iter, Seleuciam Cteſiphõtem, urbes ac Babylonem inuaſit, contremuẽre & Arabes parẽre coacti, nec Perſides euadere potuẽre, quin uictoris præcepta ſeruarent. Hinc ultra montis Tauri iuga, cuncta pacando, obliquè tranſuerſus mare rubrum inſpexit, quo onuſta claſſe depreſſo, remigauit ad Indos, ut illis pridem ignotis Romana oſtenderet arma. Vnde uictor remeans, Tygridẽ & Euphraten poſtremo ſuperare conatus, toto oriente auro uibrantia circuntulit ſigna, ut glorioſior ſuam reuiſeret Italiam. qui urbi Romæ reſtitutus, inclyto curru triumphans, uti quoddam numen cœleſte receptus, magnitudine rerum equidem, unice cõtemplandus fuit, cum nemo alter fœlicior Auguſto melior Traiano, aſsiduè ſit conclamatum. Et quia Rempub. non modò uiribus agendo, uerum etiam ruinis depreſſam urbẽ, reſtaurando, in priſtinum decus reformauerat, uelut alter Romanæ urbis conditor, cum Romulo æquari uoluerunt, cuius ſtrenuiſsima geſta, ærea imagine celata, unicum poſteris exemplar, foro poſita ſunt, uir generoſi ſpiritus, cumulatiſsimis laudibus, ad ſydera ſublimandus.

BENE-

BENEVENVTI DE RAMBALDIS IN LIBRVM Auguſtalem ſuum, Præfatio.

AD ORIGINIBVS PIETATEQ. INSIGNEM VIRVM NICOLAVM ATESTENſem, Principem.

OPTAS Clariſsimè Marchio, Heroicarum cultor uirtutum, poſſe faciliter & citò internoſcere bona & mala principum Romanorum, ut utrorumque ſine notato, cautior fias, eminenti in ſpeculo exemplorum. Parebo libens, & calculantis more, rem magnam breui ratione ſummabo. quia non modicum confert commoditatis, ad cognitionem rerum geſtarum, præſertim poſtquam uenit tempus gratiæ, quo Rex uniuerſi & urbem & orbem totum ad unam uoluit redigi Monarchiam, noſſe annos, quibus quiſque principum imperauit, non per modum narratis, ſed potius numerantis, ſingulorum tempora breuiter, immò tranſcurrenter perſtringam, lucido cum ſermone. Eſt autem utiliter præſciendum, quod omnes hiſtoriarum deſcriptores, catholici, ſiue in obſequium fidei, ſiue ob aliam cauſam, ſicut Oroſius in Ormeſta mundi, & alii plures, incipiunt deſcriptiones à Cæſare Auguſto, quia ſub eo CHRISTVS naſci dignatus eſt, à quo incepit primitiua Eccleſia, uel quia diutius imperauit, & ſalubrius Rempub. gubernauit. unde uidetur uelle, quod C. Iul. Cæſar fuerit potius quidam præcurſor imperii, ſicut Baptiſta fuit præcurſor Domini. omnes uerò gentiles hiſtorici, incipiunt à Iul. Cæſare, ſicut Suetonius & alii multi, quos magis ſequi intendo, quia non aliud, quàm ueritatem tradere poſteros curauerunt.

BENEVENVTI DE RAMBALDIS ORATORIS, POETÆ, ET HISTORIOGRAPHI. C. Liber Auguſtalis.

C. IVL. CAESAR.

PRimus igitur qui Romanorum arripuit imperium, fuit Iulius Cæſar, Lucij F. ualentiſsimus omnium principum, qui in uigore animi, non habuit parem, nec ante ſe nec poſt ſe. hic uixit annis quinquaginta & ſex. Imperauit autem poſt finem bellorum ſuorum annis tribus, & ſeptem menſibus. Interfectus eſt in medio Senatus, uiginti tribus uulneribus.

CAES. OCT. AVGVSTVS.

CAeſ. Auguſtus, dictus Octauianus, à natiuitate pronepos Cæſ. & filius adoptatiuus, ſucceſsit illi in Imperio. hic fuit fœliciſsimus omniũ principũ priorũ & poſteriorũ, nam

nam alta prouidentia ſua, imperauit prudenter & laudabiliter, tot annis quod Cæſar uixerat, ſcilicet *LVI.* de quibus regnauit *XII.* cum Antonio & Lepido *III.* uir, reliquum ſolus, cum magna pace & tranquillitate orbis, clauſo templo Iani, & uixit annis *LXXV.* minus *x̄XV.* diebus. Mortuus eſt fœliciter apud Nolam ciuitatem campaniæ.

TYBERIVS NERO.

TYberius priuignus Auguſti, ex Liuia, adoptatus ab eo, hæres fuit imperij, hic ut ait Plinius, fuit triſtiſsimus hominum, ſenex fœdiſsimus, omni turpitudine luxuriarum & ebrietatum, fuit tamen ſtrenuus uictor in iuuentute, de quo dicit Oroſius, quod ex manſuetiſsimo principe, conuerſus eſt in ſæuiſsimam beſtiam, cum non impetraſſet in Senatu qđ ipſe pro Deo haberet̃. mortuus eſt graui morbo uel ueneno. Vixit annis *LXXVIII.* imperauitq́ *XXIII.*

C. CAES. CALIGVLA.

CAius Caligula, pronepos Tyberij, natus ex Germanico, filio Druſi, qui fuerat frater ipſius Tyberij. hic fuit iuuenis peſsimus omnium, excepto Nerone, omni ſcelere contaminatus, qui uixit annis uiginti & octo, imperauitq́ annis tribus, menſibus decem, diebus octo. Interfectus coniuratione ſuorum, triginta uulneribus, & turpiter tractatus.

CLAVDIVS CAESAR.

CLaudius nepos Tyberij, natus ex Druſo, patruus C. Caligulæ, indifferens fuit & uarius multum, qui à prima ætate fuit ſemper infirmus, uilis, & triſtis. unde cum debuit ſuccedere Tyberio in imperio, Caius fuit ſibi prælatus, fuit tamen ſatis utilis, ſed infortunatus in uxoribus, de quarum una Meſſalina, ſcribit Corn. Tacitus, & Iuuenalis dicentes:

Et laſſata uiris nondum ſatiata receſsit.

Altera uero Agrippina mater Neronis, quæ ipſum Claudium ueneauit in fungis. Claudius uixit annis ſexaginta quatuor, imperauitq́ quatuordecim.

DOMITIVS NERO.

NEro de gente Domitia priuignus Claudij, & gener eius, adoptatus fraude Agrippinæ, hic fuit nequiſsimus omnium hoſtis humani generis, & ideò iudicatus eſt hoſtis à Senatu. interfecit ſe pugione, quarto miliario longè ab urbe, cum imperaſſet annis paulo minus quatuordecim. uixitq́ annis triginta duo, & familia Cæſarum in Nerone defecit.

SERGIVS GALBA.

GAlba ſenex, de nobili ſtirpe Sulpitiorum, ſeptimus poſt Neronem, uir uitioſus, commiſit ſe totum regendum uitioſiſsimis ſeruis, unde omnibus odioſus, occiſus eſt in foro à militibus Otthonis, cum imperaſſet menſib. ſeptem, uixitq́ annis ſeptuaginta trib.

M. SALVIVS OTTHO.

OTtho octauus imperator, fuit nobilis homo, natus ex equite Romano, non poterat eſſe bonus, quia fuerat familiariſsimus Neroni, fuit tamen militibus dilectiſsimus, qui uictus à Vitellio, ſe occidit pugione, cum imperaſſet nonaginta diebus, anno ætatis ſuæ *LVII.*

VITELLIVS.

VItellius nobilis, de gente Vitelliorum, uir profundæ gulæ & crudelis, qui à pueritia fuit educatus inter meretrices Tyberij, uituperatiſsimè occiſus in furore populi, inter omnia ludibria & tormenta. regnauit menſib. octo, uixitq́ annis *LVII.* & nota quod Oroſius Otthonem & Vitellium abijcit de numero principum Romanorum.

VESPASIANVS.

VEſpaſianus nobilis, de gente Flauia, ſucceſsit decimus in imperio Vitellio, cum eſſet dux belli Iudaici pro Nerone. hic fuit ſapiens, ſenex & utilis Reip. qui uixit annis ſexaginta nouem, mēſibus tribus & diebus ſeptem. imperauit annis decem, & mortuus ex fluxu uentris.

TITVS VESPASIANVS.

TItus Veſpaſiani filius, clariſsimus omni uirtute, glorioſiſsimum triumphum duxit de Iudæis ſimul cum patre, quia ſimul ambo imperauerunt, ut dicit Plinius optimus teſtis, qui

ſtis, qui aſcribit Veſpaſiano. & hic amore omnium tenuit imperium ſolus annis duobus, menſibus duobus, & diebus xx. uixitq; annis *xlii.* & mortuus eſt febre, cum magno planctu omnium.

DOMITIANVS.

DOmitianus filius Veſpaſiani, frater Titi, hoſtis uirtutũ, patris & fratris, crudelis, ſanguinarius, perſecutor muſcarum, & Chriſtianorum & Iudæorum, qui uixit annis *xlv.* imperauit annis quindecim, occiſus à ſuis in camera.

COCCEIVS NERVA.

NErua ſenex ſatis nobilis, honeſtus et modeſtus, contrarius Domitiano, factus eſt Imperator, opera occiſorum eius, qui adoptauit Traianum in filium, propter egregiam eius uirtutem. uixit annis ſeptuaginta duobus, imperauit anno uno, & mortuus eſt morte naturali.

VLPIVS TRAIANVS.

TRaianus ortus Romæ, cuius antiqui fuerunt Hiſpani, optimus fuit omnium auguſtorum, ſummæ iuſtitiæ, clementiæ & ciuilitatis, qui uir diuinus, mirabili uirtute & fœlicitate Romanum imperium ſatis infirmatum magnificè ampliauit. hic uixit annis ſexaginta octo, menſibus octo, & quatuor diebus, imperauitq; annis octodecim, menſibus ſex, & mortuus eſt ex fluxu uentris.

AELIVS ADRIANVS.

ADrianus, ut ſcribit Spartianus, natus ex cõſobrino Traiani filius adoptiuus eius, cuius fuerunt maiores in Italia, temporib. Scipionum, uir magnæ ſcientiæ, maximæ eloquentiæ, nunc crudelis, nunc clemens, q plus percurrit prouincias Romani imperij, quàm aliquis alius Imperator. Adrianus uitæ tædio afflictus petebat occidi, & mortuus eſt anno ætatis *lxxii.* menſe quinto, cum imperaſſet annnis *xxi.* menſibus undecim.

ANTONINVS PIVS.

ANtoninus Pius, gener Adriani, & filius adoptiuus, uir forma pulcher, inſignis ingenio & eloquio, magnæ literaturæ, moderatiſsimus & benigniſsimus, qui Romanũ imperium plus ſtuduit conſeruare quàm ampliare, habẽs illud in ore Scipionis: Malo unũ ciuem ſeruare, quàm mille hoſtes occidere. Antoninus perijt anno ſeptuageſimo, imperauit annis uiginti tribus, mortuus eſt ex febre, quaſi dormiens.

ANTONINVS VERVS.

ANtoninus Verus gener Pij, ſucceſsit ei in imperio, cum Lucio fratre ſuo, iſti duo fratres primi ſimul uocati ſunt Auguſti. Iſte Verus ſapientiſsimè cælauit & ſupportauit uitia fratris, qui regnauit ſecum annis undecim. Fuit enim magnus Philoſophus, ſanctitate uitæ omnibus uitæ præponendus, nunquam mutans uultum, qui uir tantæ uirtutis poterat dici fœlix, ſi uxorem Fauſtinam & filium Commodum non habuiſſet. Imperauit annis octodecim, uixit *lxi.* & mortuus eſt ex morbo.

ANTONINVS COMMODVS.

ANtoninus Commodus, filius Veri, paternarum uirtutum hoſtis, crudelis, luxurioſus, qui à pueritia fuit toto corpore, omni turpitudine fœdatus, trecentas meretrices, & totidem pulchros pueros habens in palatio, infamator omnium, ac omnibus incõmodus cũ imperaſſet tredecim annis ſtrangulatus fuit, cũ magno commodo omnium.

HELVIVS PERTINAX.

PErtinax factus imperator, mandato Senatus, fuit genere ignobilis, ex patre libertino ſed moribus nobilis, ſenex uenerabilis, temperatus, contrarius Commodo. reputatus eſt auarus, dilectus populo, & militibus odioſus. à quibus occiſus eſt in domo ſua, opera Iuliani, uixitq; annis ſexaginta & menſibus ſex & uiginti quinque diebus.

IVLIANVS DIDIVS.

IVlianus Didius poſt Pertinacem aſſumpſit imperium, qui fuit nepos Iuliani magni iuriſconſulti, quod magis nobilitauit eum. cuius antiqui fuerunt de Mediolano. Iulianus fuit parciſsimus hominũ, miſerrimè uiuens, unde odioſus populo, deſertus ab omnibus, priuatus eſt imperio, auctoritate Senatus, & in palatio occiſus, uixitq́; annis quadraginta ſex, & menſibus quatuor. Imperauit duobus menſibus & diebus quinq́;.

SEPTIMIVS SEVERVS.

SEuerus ſolus in numero principum fuit ex Africa, qui uir fortis, magna bella geſsit, terribilis S. P. Q. R. ſed militibus amabilis, qui malus ſtipendium dedit, quam aliquis Imperator. hic tantum annonæ reliquit in morte, quod ſufficere poterat urbi *VII.* annis, dando *LXXV.* milia modiorum in die. de quo dixit Senatus: Quod nunquam debuiſſet naſci, uel nunq̃ mori. uixit annis *LXXIX*. mortuus eſt in Britannia cũ imperaſſet annis *XVIII.*

ANTONINVS CARACALLA BASSIANVS.

BAſsianus filius Seueri, dictus Antoninus Caracalla ſucceſsit patri in imperio, aſperior eo, luxurioſus multum, qui Papinianum magnum Iuriſconſultũ, trucidari fecit, quia rep̄hendebat eum, quod duxerat Iuliam nouercam ſuam in uxorẽ. hic imperauit annis quaſi ſex, & occiſus eſt apud Charras, inſidijs Macrini p̄fecti, anno ætatis ſuæ *XLIII.*

OPILIVS MACRINVS.

MAcrinus occiſo Baſsiano, arripuit imperium, homo omnium uitiorum, uiliſsimè natus, & uiliſsimus ſeruus ſub Commodo, fuit crudelis, ſanguinarius, inuentor nouarum mortium, ſed poſt annum ſui imperij fuit occiſus, apud Antiochiã ab Heliogabalo.

VARIVS HELIOGABALVS.

VArius Heliogabalus, reputatus filius ſuprà ſcripti Baſsiani, ex Semirama uulgatiſſima meretrice, ad cuius uoluntatem fecit omnia turpia, impurior omni beſtia, occiſus eſt coniuratione militũ, & deiectus in cloacam ſtercorariam, & mater cum eo digniſsima tali filio luxurioſo, prodigo, cœnoſo, qui non eſt nominandus homo, ſed upupa fœdiſſima. imperauit annis tribus.

ALEXANDER SEVERVS.

ALexander filius Varij Heliogabali, natus ex Mammea Chriſtianiſsima muliere, accepit imperium ad remedium generis humani, qui iuuenis uirtuoſiſsimus, purgatis ſordibus Heliogabali, Remp. ſalubriter gubernauit conſilio Vlpiani, qui fuit legalis ſcientiæ princeps. Habuit iſte Alexander omnes dotes naturæ, & fortunæ, & uitam bonorum principum metrice ſcripſit: uixit annis triginta nouem, menſibus tribus, diebus duodecim. imperauit annis tredecim. occiſus eſt in Gallia, à militibus opera Maximini, quod indigniſsimum uiſum eſt. nam omnes boni principes, ut plurimum benè mortui ſunt, & mali malè.

MAXIMINVS.

MAximinus natus de regione Thraciæ, ex patre & matre Barbaris, ſine auctoritate Senatus, à militibus appellatus eſt Auguſtus, qui fuit magnus ut gigas, fortiſsimus, ferus, aſper & ſuperbus, nullum animal eo crudelius fuit in terris, unde milites in Africa fecerunt imperatorem Gordianum ſenem grauiſsimum, ſed Maximinus occiſo Gordiano & filio eius iuuene, ueniebat contra Romam fulminans. Senatus uerò territus, fecit tres imperatores contra eum, ſcilicet Pupienum, Albinumq́; & Gordianum paruulum nepotem Gordiani ſenis interfecti. Maximinus uerò apud Aquileiam occiſus eſt à militibus, cum filio ſuo, cum imperaſſet annis tribus.

GORDIANVS.

GOrdianus tertius, qui appellatus fuerat Auguſtus à ſenatu, cum Pupieno & Albino. illis occiſis fraude militum, qui iam imperauerant duobus annis, ſolus tenuit, imperium ualdè puer. cui nihil deficiebat niſi ætas, amabilis & gratioſus, hic cum bella fœliciter gereret in oriente, conſilio Miſithei ſoceri ſui uiri prudentiſsimi, occiſus fuit à militibus fraude Philippi Arabis, dicentis: Quod puer neſciebat regere imperium. Imperauit annis ſex.

PHILIPPVS.

PHilippus de Arabia, poſt Gordianum factus imperator, Philippum filium fecit participem regni, qui de uili genere natus, ſuperbè imperauit annis ſeptem, nihil laudabile fecit, niſi quod fuit primus imperator Chriſtianus, & ambo in tumultu militari interfecti ſunt, fraude Decij, pater Veronæ, filius Romæ. & hic nota quod omnis Auguſtus eſt Cæſar. ſed non è conuersò; nam Cæſar eſt electus à principe uel exercitu, Auguſtus uerò confirmatus à Senatu.

DECIVS.

DEcius de Pannonia natus, uir induſtria militari ſtrenuus, occiſis Philippis, inuaſit imperium, quod tenuit annis tribus, & ipſe cum filio, quem Cæſarem fecerat occiſus eſt, in medio Barbarorum, cum bellum pararet contra Aemilianum, qui in Mæſia rebellauerat. crudelis fuit contra Chriſtianos.

GALLVS HOSTILIANVS.

GAllus Hoſtilianus, poſt mortem Decij ſucceſsit in imperio, cum filio ſuo Voluſiano, quod tenuit annis uix duobus, quo tempore perſecutionem fecerunt in Chriſtianos, & peſtis generaliter fuit ubique.

LICINIVS VALERIANVS.

VAlerianus ab exercitu appellatus Auguſtus, uolente populo & gaudente Senatu, quia fuit uir nobilis ſang ine, ſcientia clarus, glorioſus eloquentia. & hic uerificatur dictum Ariſtotelis, ubi plurimum de uirtute, ibi minimum de fortuna & è conuersò. ſed infœliciſsimus fuit omnium. nam captus à rege Perſarum, in miſera ſeruitute conſenuit, ſuſtinens ſemper in tergo regem cum aſcenderet equum. hic uixit annis LXX. imperauitque annis ſex.

GALLIENVS.

GAllienus filius Valeriani, qui iam erat Cæſar, factus eſt Auguſtus à Senatu loco patris, qui luxurioſus marcens ocio, ſe totum dedit uoluptatibus, neglecto patre & imperio. Vnde & XXX. tyranni inuaſerunt imperium, fuit tamen Poëta clarus, unde cum ſemel celebraret nuptias, tenẽs ſponſum & ſponſam per manus, dixit iſtos mirabiles uerſus:

Ite ò pueri pariter ſudate medullis
Omnibus inter uos, non murmura ueſtra columbæ
Brachia non hederæ non uincant oſcula conchæ.

imperauitque annis XI.

CLAVDIVS.

CLaudius ſecundus, imperator factus, de uoluntate Senatus, dicitur habuiſſe in ſe bona omnium principum, ſicut uirtutem Traiani, pietatem Antonini, prouidentiã Auguſti. hic uictis fœliciter Gotthis, mortuus eſt ex infirmitate familiari, uirtutibus ſuis cœlum petijt, cum imperaſſet quaſi duobus annis. quo mortuo Quintilianus frater eius, uir optimus imperium tenuit ſolum XVII. diebus & occiſus eſt.

AVRELIANVS.

AVrelianus natus ex paruis parentibus Barbaris, fuit uir fortiſsimus, & in omni genere armorum exercitatus, à pueritia, qui magna bella geſsit in oriente, & muros urbis plus ampliauit, quàm aliquis alius antè uel poſt. ſed clementiam non habuit, quæ eſt

prima uirtus principum. triumphus eius fuit glorioſiſsimus. Nam Zenobiam magnanimam mulierem, quæ magnificè uendicauerat ſibi Syriam, duxit ante currum triumphalem, ligatam multis cathenis aureis. Imperauit annis quinque, menſibus VI. occiſus fraude notarij ſui apud Byzantium.

TACITVS.

TAcitus V. Cons. ſenex & grauis, factus eſt imperator cum ſumma concordia & longa deliberatione militum, Senatus, & populi, ſpatio ſex menſium, temperatus, ſobrius, lectione librorum delectatus, non fecit magnifica propter temporis breuitatem, quia tantum ſex menſibus imperauit, morbo perijt.

FLORIANVS.

FLorianus frater eius ſibi ſimilis. imperium tenuit duobus menſibus, & occiſus eſt inſidijs militum.

PROBVS DE PANNONIA.

PRobus de Pannonia oriundus, de ciuitate Syrmienſi, nobiliore matre, qui uerè probus iudicio omnium bonorum, factus imperator, Remp. quietiſsimam & ſecuriſsimam reddidit, nobiliſsimis uirtutibus clarus, ſub magnis ducibus Valeriano, Aureliano & Claudio, multa bella geſsit. fœliciter & probiter, terror Barbarorum. ideò finaliter occiſus eſt apud Syrmiū, quia nimis eos grauabat plrijs et laboribus. anno imperij ſui quinto.

CARVS.

CArus Romanus uel Mediolanenſis, uiſus eſt militibus dignus imperio, poſt mortem Probi, & tamen medius fuit inter principes bonos & malos. hic capta ciuitate Carrarum in Perſia, longius procedendo cum exercitu, fulminatus eſt, cum imperaſſet annis duobus. Carus habuit duos filios Cæſares, quorum minor Numerianus, magnus Orator & Poëta, ſine pari tempore ſuo, occiſus eſt proditione Apri ſoceri ſui, qui uolebat occupare imperium. maior autem nomine Carius contaminatiſsimus omnium, uictus & occiſus eſt à Diocletiano.

DIOCLETIANVS.

DIocletianus, cum bonus princeps quæreretur, occiſo Numeriano, conſenſu omnium appellatus eſt Auguſtus, uir magnanimus, prudens, alti conſilij, qui dicebat. bonus, cautus, optimus uenditur imperator. cum autem ſolus liberè imperaret, ſubitò ortis magnis bellis, Diocletianus fecit Auguſtum Maximianum, quem à principio fecerat Cæſarem, & elegit Cæſares Conſtantium patrem Magni Conſtantini & Galerium. poſt multas uictorias bellorum, Diocletianus ſenex reduxit ſe primum ad uitam priuatam, apud Salonas ciuitatem Dalmatiæ patriam ſuam, & Maximianus coactus ab eo, idem fecit apud Mediolanum, & Diocletianus in oriente, & Maximianus in occidente crudelius perſecuti ſunt Chriſtianos quàm Valerianus & Decius, Aurelianus & cæteri. Diocletianus uenenum bibit Anno ætatis LXVIII. cum imperaſſet annis decem.

CONSTANTIVS.

COnſtantius & Galerius Cæſares, facti Auguſti, diuiſerunt imperium inter ſe. nam Conſtantius contentus Gallia & Hiſpania, cæteras prouincias collegæ ceſsit. Conſtantius ex patre Eutropio nobili Romano, fuit uir optimæ conſtantiæ & ciuilitatis, omnibus amabilis & uenerabilis, qui mortuus eſt in Britannia, anno imperij ſui XIII. relicto Conſtantino filio ex Helena.

GALERIVS.

GAlerius cum imperaſſet Illyrico, milites prætoriani Romæ fecerunt imperatorē Maxentium, filium Maximiani, contra quem Galerius miſit quendam Seuerum, qui cum

cum incredibili multitudine obſedit Romam, & tamen proditione ſuorum à Maxentio fugiens occiſus eſt, & Maxentius confirmatus in imperio, factus eſt ſæuiſsimus tyrannus. Galerius uerò poſt multa mala quæ fecerat in Chriſtianos, dum putaret uenire in Italiam, morbo faſtidiendo putrefactus, cum uermes inceſſabiliter emitteret de corpore, cruciatus impatiens, manu ſua ſe interfecit Anno imperij ſui *x.* Imperauit ſolus annis duobus.

M. FLAVIVS CONSTANTINVS MAGNVS.

CONſtātinus Magnus, Cōſtantij filius, omni uirtute refulgēs, optimis principib. cōparādus, rogatus à S. P. Q. R. ut ciues ſuos liberaret à ſeruitute crudeliſsimæ beſtiæ Maxentij, cōuocatoq; Licinio q imperabat in Hiſpania, cū magno apparatu belli uenit cōtra Maxentiū quē magno ꝑlio uicit, et Maxētius fugiēs ſuffocatus eſt in Tyberi. Cōſtantinus cum magna gloria intrauit urbem. poſtea Licinium ſibi rebellem, ſæpe uictum, tandem occidi fecit. Conſtantinus itaque omnium uictor, Eccleſiam Romanam reformauit, fidem Chriſtianam confirmauit, ſedem imperij tranſtulit in Græciam, ubi fecit ſecundam Romam. Conſtantinus cum magna uirtute & fortuna proſperrima imperauit *xxx.* annis, menſibus *x.* diebus *xi.* uixitquè annis *LXVI.* & mortuus eſt fœliciter.

CONSTANS.

COnſtans & Conſtantinus filij Conſtantini occiſo fratre eorum Conſtantio, tenuerunt ambo imperium. Conſtans prauus Arrianus perſecutus eſt Catholicos, ſed poſt multa prælia geſta contra Perſas, factus omnibus intollerabilis, occiſus eſt anno imperij eius *xix.* ætatis uero anno *xxx.*

CONSTANTIVS.

COnſtantius poſt fratrem ſolus tenuit imperium annis ſex, temperans & placidus, quamuis Arrianus. hic Iulianum conſanguineum ſuum fecit Cæſarem, & ſororium ſuum, & miſit in Gallias, qui clarus uictoria inuaſit imperium in Italia, Conſtantio occupato bellis Parthorum. Conſtantius uerò rediens contra eum mortuus eſt in uia, anno ætatis ſuæ *XLV.*

IVLIANVS.

IVlianus ſucceſsit ſolus in imperio, uir liberalis, literatus, eloquens, memorioſus, cupidus gloriæ. fuit tamen ingratus contra Conſtantium & perfidus contra fidem, unde uocatus eſt Apoſtata, quia ſolus poſt Conſtantinum receſsit à fide Chriſtiana, & Chriſtianos odio habuit, quibus interdixit officia & ſtudia ſcientiarum. Iulianus uixit annis *xxxii.* imperauit anno uno, menſibus *VIII.* transfixus telo in deſerto Parthiæ, ab uno milite ignoto.

IOVINIANVS.

IOuinianus de Pannonia oriundus, electus eſt imperator ab exercitu Iuliani, qui corpore pulcher, lætus animo, exercitum quem Iulianus fecerat paganum, fecit Chriſtianū, & reduxit ſaluum ex periculo magno. mortuus octauo menſe imperij ætatis eius *XXXIII.*

VALENTINIANVS.

VAlentinianus de Pannonia, qui receſſerat à Iuliano, quia uerus Chriſtianus erat, factus eſt imperator à militibus nolens, uir pulcher, prudens, probus, ſimilis Hadriano & Aureliano, quia fratrem ſuum Valentem, & Gratianum filium fecit Auguſtos. hic uir perfectus, poſt multa bella mortuus eſt, ſubita ſanguinis effuſione, anno imperij *xi.* ætatis uerò *LV.* quo mortuo Valens tenuit imperium in oriente, Gratianus in occidente.

VALENS.

VAlens imperator in oriente, tanquam Arrianus, perſecutus eſt catholicos Chriſtianos, unde præcepit ut monachi militarent, ſed infœliciſsimè bellum gerens cum

Gotthis, perdito exercitu, ipſe uulneratus ſagitta, fugiens in uilem caſam, uiuus crematus eſt igne, cum imperaſſet quaſi annis *IIII*.

GRATIANVS.

GRatianus poſt mortem patrui imperauit annis *VI*. qui iuuenis gratus, catholicus & fidelis, contra Alemanos fœliciter pugnauit, ſub quo Italia tota receſsit à perfidia Arrianorum. Gratianus uidens multas gentes infeſtas Romano imperio, elegit in imperatorem orientis Theodoſium nobiliſsimum Hiſpanum. qui uir *XXXIII*. annorũ, Tartaros terribiles debellauit, & cæteris hoſtib. cõciliatis, glorioſus fuit apud Cõſtãtinopolim.

VALENTINIANVS SECVNDVS.

VAlentinianus ſecundus, frater Gratiani imperauit in occidente Theodoſio imperante in oriente, Iſte uir bonus, expulſus de Gallia à Maximo tyranno, Theodoſius tyrannum potentem, cum paruo apparatu fœliciter uicit, apud Aquileiam & captum decapitauit, Valentinianus ergo reſtitutus in regno occidẽtis, cum in pace regnaret, ſtrangulatus eſt apud Viennam, fraude Arbogaſti comitis ſui, cum imperaſſet annis *VIII*.

THEODOSIVS MAGNVS.

THeodoſius magnus, cũ iam imperaſſet *XIII*. annis cũ Gratiano & Valentiniano fratribus, ſolus remãſit in imperio annis tribus, in oriente & occidente. Iſte fuit optimus imperator Chriſtianorum, ſimilis Traiano, à quo originem traxit, de quo mirabiles laudes fecit Ambroſius. cuius auxilio expulit Arrianos de Mediolano, Theodoſius contra Eugenium qui uſurpabat imperium in Gallijs, confidens uirtute *CHRISTI*, illius auxilio ſuppliciter inuocato, in alpibus ruit in prælium, & ſubitò orta ui uentorum, cum crudeli tempeſtate contra hoſtes Theodoſius uictor, cũ parua cæde ſuorum, Eugenium captũ interfecit. de qua re memoriam facit Claudianus Florentinus poëta paganus, ut refert Auguſtinus de ciuitate Dei. Theodoſius anno ætatis quinquageſimo, fœliciter mortuus eſt apud Mediolanũ, relictis duobus Auguſtis filijs ſuis Arcadio & Honorio.

ARCADIVS.

ARcadius ſucceſsit patri Theodoſio in imperio orientis, & Honorius in imperio occidentis, ambo uiri boni, non degenerantes à patre. Anno uerò imperij Rhadagaſus rex Gotthorum, cum infinita multitudine Barbarorum miſerabiliter uictus à Romanis, fame & frigore occiſus eſt, Romæ, ſuis more pecudum uenditis. Arcadius uerò anno imperij eius *XIII*. mortuus eſt, apud Conſtantinopolim, relicto filio ſuo Theodoſio in imperio orientis.

HONORIVS.

HOnorius qui iam *XIII*. annis imperauerat cum fratre ſuo, poſtea imperauit cum Theodoſio minore annis *XV*. ſub quorum imperio, Alaricus rex Gotthorum cœpit Romam cum furore, & ſpoliauit, parcens tamen fugientibus ad templa ſanctorum. Sub iſto Honorio multa bella ciuilia & externa terminata ſunt in occidente, cum immodico ſanguine, ipſe uerò occiſus eſt Romæ ſine filijs.

THEODOSIVS MINOR.

THeodoſius minor filius Arcadij, mortuo Honorio regnauit in oriente annis *XXVII*. cum iam poſt mortem patris regnaſſet annis *XIII*. & cum patre uiuente annis octo. Hic Valentinianũ conſobrinũ ſuũ fecit Auguſtũ, & generũ ſuũ qui in occidente regnauit *XXV*. tempore huius Theodoſij, Carthago crudelius capta eſt à Genſerico rege Vuandalorum, ꝗ Roma ab Alarico, quia Genſericus non pepercit eccleſijs. Theodoſius mortuus eſt apud Conſtantinopolim, & ſepultus cum patre ſuo Arcadio.

VALEN-

VALENTINIANVS III.

VAlentinianus tertius in occidente tenuit imperium quinque annis, poſt mortem Theodoſij, cum quo imperauerat annis uiginti quinque, & Martianus ſucceſsit Theodoſio, tempore iſto quo Attila ille potẽs & terribilis, cum multis regibus et gentib. barbaris, de Pannonia ueniens Italiam, crudeliter affixit, Venetamq́ prouinciã & Lombardiam Aquileia primo euerſa. Tunc autem facta eſt ciuitas Venetiarum à fugientibus ſæuitiam Attilæ. Valentinianus autem timore uel inuidia occidit Elium, ducem bellicoſiſsimũ Romani exercitus in Gallia, qui ſolus erat uictor Attilæ, cuius morte ruit imperium & ſalus occidentis. ipſe quoque Valentinianus anno ſequenti occiſus eſt Romæ, ab uno milite Elij cum iam annis uiginti quinque rexiſſet imperium.

FL. VALERIVS MARTIANVS.

MArtianus qui iam quinque annis imperauerat, cum Valentiniano, poſt mortẽ eius imperauit annis duobus, quo tempore Genſericus rex Vuandalorum ueniens ex Africa cum Mauris, cœpit Romã, & eam rapaciter ſpoliauit, ſimiliter Capuam & Campaniã. Martianus uerò anno ſeptimo ſui imperij, occiſus eſt coniuratione ſuorum apud Conſtantinopolim.

LEO.

LEo in Conſtantinopoli inuaſit imperium, qui Leonem filium ſuum regni orientis fecit conſortem. quo tempore imperiũ occidentis à multis laceratum eſt, nam quidam Maioranus inuaſit imperium apud Rauennam, & ita alij multi. Rauenna enim eo tempore Gotthorum potentiſsima erat, Leo uerò anno imperij ſui decimo ſeptimo mortuus eſt in oriente.

ZENO.

ZEno imperator Leonis gener, ſucceſsit illi in imperio, quo tempore Odonacer ueniens cum forti exercitu, de ultimis finibus Pannoniæ, obtinuit regnum Romæ cũ tota Italia. quod cum tenuiſſet quatuordecim annis, Theodoricus rex Gotthorum ueniens de Græcia, cum auctoritate Zenonis, uir ſtrenuiſsimus, uicto Odoacro obtinuit Romam, cum tota Italia. Zeno uerò in Græcia cum imperaſſet annis ſexdecim mortuus eſt, ſimilis Papyrio Curſori in uelocitate pedum.

FL. VALERIVS ANASTASIVS DICOROS.

ANaſtaſius poſt Zenonem adeptus eſt imperiũ, qui factus hæreticus pertinax, cum non poſsit reuocari ad fidem ſanctam, iuſto iuditio Dei fulmine percuſſus perijt, anno imperij ſui decimo ſeptimo, quo tempore Theodoricus gloriosè regnauit in Italia circa annos quadraginta.

IVSTINVS MAIOR.

IVſtinus maior ſucceſsit Anaſtaſio. qui uir catholicus & pius, in partibus orientis, omni ſtudio nomen Arrianorum quærebat extinguere, ſed Theodoricus minatus eſt ei, ꝙ niſi reſtitueret Arrianos, ipſe in Italia omnes populos gladio necaret. Iuſtinus uerò ex cõpaſsione Arrianos dimiſit in pace, ipſe uerò Iuſtinus cum imperaſſet annis undecim, in pace quieuit Conſtantinopoli.

IVSTINIANVS.

IVſtinianus Iuſtini ſororis filius ſucceſsit illi in imperio, qui iuſtiſsimus princeps, Romanũ imperium armis & legibus reparauit. Nam per Belliſariũ uirũ bellicoſiſsimũ debellauit Perſas, q inuaſerãt fines Romanos, Africam liberauit de manibus Vuandalorũ, atq; Italiam de manibus Gothorũ, ubi Neapolim receptantẽ Gotthos crudeliſsimè exterminauit, nulli parcẽs. poſtea Narſes Eunuchus iterum Romam liberauit de manibus Totilæ regis Gotthorum, quem interfecit. Iuſtinianus uerò leges Romanas mirabili breuitate reformauit, qui mortuus eſt fœliciter, cum imperaſſet annis triginta octo.

IVSTINVS MINOR.

IVſtinus minor, nepos Iuſtiniani, ſucceſsit in imperio, qui fuit homo auarus, rapax, impius & hæreticus, propter quod Narſes qui per inuidiam fuerat illi falſo accuſatus, odio & timore Auguſtæ, quæ minabatur reducere eum inter mulieres, fecit uenire Longobardos de Pannonia in Italiam, qui cœperunt Mediolanum, Papiam, & quaſi totam Lombardiam. Iuſtinus cum imperaſſet annis undecim, alienatus mente mortuus eſt, relicto Tyberio Cæſare.

TYBERIVS II.

TYberius ſecundus ſucceſsit in imperio Iuſtino, qui fuit rectè contrarius illi, uir largus in pauperes, Chriſtianus, perfectus, ſapiens, & iuſtus, qui theſauros Iuſtini malè acquiſitos, pauperibus erogauit, & de Perſis magnam prædam habuit. Iſte Tyberius moriens, reliquit hæredem imperij Mauricium, data ſibi filia in uxorem cum imperaſſet ſeptem annis.

MAVRICIVS.

MAuricius gener Tyberij, primus ex Græcis habuit imperium, uir utilis Reip. cuius tempore magnum diluuiũ fuit in Italia, apud Vrbem & Veronam. Mauricius uerò anno ſeptimo imperij ſui occiſus fuit, cum duobus filijs ſuis à Phoca.

PHOCAS.

PHocas occiſor Mauricij & filiorum, obtinuit imperium, qui primus obtinuit, quod Romana eccleſia eſſet caput omnium eccleſiarũ, cum prius Conſtantinopolitana ſupremam ſe nominaret. Phocas uerò, cum imperaſſet quinque annis, priuatus ſimul uita & imperio ab Heraclio qui Africam regebat.

HERACLIVS.

HEraclius ſucceſsit Phocæ in imperio cum filijs ſuis, Conſtante & Conſtantino ſecundo ex illa familia. quo tempore Mahometus peſtilentiſsimus draco in Arabia fecit ſectam ſuam, ab oriente in occidentem uenenum ſuum diſſeminans, cum peſsima deſolatione fidei chriſtianæ. iſte Heraclius factus hydropicus, mortuus eſt anno imperij ſui *XXXI.*

CONSTANTINVS II.

COnſtantinus ſecundus cũ fratre Conſtante iura ſuſcepit imperij, qui crudelis raptor, ueniens in Italiam, Romam ſpoliauit omnibus ornamentis ſuis, deinde in Siciliam fecit inauditas crudelitates, & rapinas. ibi tandem occiſus eſt à ſuis in balneo, cum regnaſſet annis uiginti octo.

CONSTANTINVS POGONATVS III.

COnſtantinus tertius ſuperioris filius, ſucceſsit illi in imperio, qui uir bonus & catholicus, multum confirmauit fidem Chriſtianam contra hæreticos, & mortuus eſt in pace cum regnaſſet annis uiginti ſeptem.

IVSTINIANVS II.

IVſtinianus ſecundus, filius Conſtantini tertij, de familia Heracliorum, ſucceſsit in imperio, qui liberauit Africam de manibus Sarracenorum. Fuit tamen ſchiſmaticus & infeſtus P. R. Imperauit quoq; annis decem. Et hic nota, quod omnes principes poſt mortẽ Heraclij uſque ad Carolum Magnum, fuerunt de ſtirpe eius.

LEONTIVS.

LEontius expulit Iuſtinianum prædictum de regno, quem relegauit in Pontum, imperauit annis tribus, deinde regnum perdidit ut ſtatim dicetur.

TYBERIVS III.

TYberius tertius inſurgens contra Leontiũ, *ABSIMARVS TYBERIVS* arripuit regnũ, eumq; tenuit in cuſtodia toto tempore ſui imperij, qui regnauit annis ſeptem.

IVSTINIANVS II.

IVſtinianus ſecundus prædictus, qui relegatus fuerat à Leontio ſecundo, recuperauit Imperium, & cõtinuo iugulari fecit in publico Leontiũ q expulerat eum, & Tyberium qui inuaſerat imperium Leontij. Iſte quidem multa magnifice fecit, ſed contra eum quidam Philippicus relegatus ab eo, creatus imperator ab exercitu, apud Conſtantinopolim uicit & occidit ipſum Iuſtinianum. cum imperaſſet annis ſex cum filio ſuo Tyberio.

PHILIPPICVS BARDANES.

PHilippicus dictus Bardanes, ſuccedẽs Iuſtiniano à ſe occiſo, priuatus eſt regno & oculis ab Anaſtaſio, cũ imperaſſet anno uno, & menſibus ſex, qui fautor fuit hæreticorũ.

ARTEMIVS QVI ET ANASTASIVS.

ANaſtaſius ſecundus dictus Artemius priuato uita Philippo, tenuit imperiũ, ſed exercitus eius elegit Theodoſium imperatorem, licet inuitum, anno tertio imperij eius cum eſſet fautor Catholicorum.

THEODOSIVS ATRAMITENVS.

THeodoſius tertius factus imperator à militibus, Anaſtaſium graui prælio uicit, quem captũ fieri fecit ſacerdotẽ, ipſe uero Catholicorum amicus, anno imperauit uno.

LEO ISAVRVS SEV CONO.

LEo tertius ſucceſsit Theodoſio, in imperioq Conſtantinũ filiũ ſuũ fecit regni cõſortẽ, quo tempore fuit Conſtantinopolis longa obſidione miſerabiliter afflicta à Sarracenis. hic Leo prauus fuit, qui imagines Mariæ & ſanctorum in publico fecit igne cremari, & tamen imperauit annis uigintiquinque.

CONSTANTINVS COPRONYMVS.

COnſtantinus quintus prædictus Leonis filius peior patre, dictus eſt perſecutor Eccleſiæ, qui multos religioſos & uerè Catholicos occidit, uacãs impiè magicis artibus, attamen regnauit annis uigintiquinque. quo tempore Pipinus pater Caroli Magni uicit in Italia Aſtulphum regem Longobardorum.

LEO.

LEo quartus filius Conſtantini quinti, imperauit in oriente poſt eum annis quinque, dignus patre ſuo ſuccedere in uitijs.

CONSTANTINVS, ET HIRENE MATER.

COnſtantinus ſextus Leonis filius imperauit cum matre Hirene, qui poſtea matre priuata regnauit ſolus annis quinque. Mater uerò cæcauit filium, & ſola regnauit quinque annis. & tunc imperium Romanum quod fuerat in oriente, à primo Conſtantino uſque ad iſtum ultimum terminatum eſt, nam facta eſt diuiſio imperij ut imperium occidentale ſolum diceretur Romanorum, & orientale diceretur Græcorum, & tunc imperium Romanorum tranſiuit ad Francos.

CAROLVS MAGNVS.

CArolus Magnus Pipini filius, uictor Deſiderio rege Lõgobardorum in Italia apud Papiam, ueniens Romam, electus eſt Imperator à S. P. Q. R. & confirmatus à ſummo pontifice, quia adiutor erat Eccleſiæ. hic fuit optimus princeps Chriſtianorum, qui terram ſanctam occupatam à Sarracenis, & imperiũ in oriente recuperauit, ubi tunc fœmina parua Hyrena regnabat in oriente, totam Hiſpaniam liberauit, maximus R. E. pugil, & protector fidei Chriſtianæ. Carolus uixit annis LXXI. & mortuus eſt fœliciter cũ regnaſſet annis XLVII. & imperaſſet annis XIIII.

LVDOVICVS PIVS.

LVdouicus Pius Caroli Magni filius, ſucceſsit patri Imperio, ſuperatis duobus fratribus ſuis. hic fuit uir inuictus, ſed plus clemens, ſobrius & temperatus, ultra

omnes patiens, nullis uincibilis malis, qui & uiuente patre, cum regnaret, & poſt mortem cum imperaret, magnifica multa geſsit. deuotiſsimus Christianus, non diſsimilis patri. Vixit annis ſexaginta quatuor, & imperauit annis *xxv*.

LOTHARIVS.

Lotharius Ludouici Pij filius imperium arripuit, non faciens partem regni fratribus ſuis, ſecundum ordinatam diuiſionem patris, unde contractis uiribus inaudita ſtrage Francorum, pace fracta, Lotharius imperauit in Italia: hic anno quinto decimo imperij ſui diuiſio filijs regno factus eſt monachus, & mortuus eſt fœliciter, q̃ fuerat uiolẽtus in uita.

LVDOVICVS II.

Ludouicus ſecundus Lotharij monachi filius, imperauit annis *xxi*, qui ſiue triſtis ſiue infœlix bellum habuit cum Carolo fratre ſuo, crudeliter regnante ſuper Francos, turpiter uictus eſt, & nihil magnificum gerens, mortuus eſt in Italia, & in Mediolano uidetur ſepultus, dicitur quoque quod Italiam ſapienter & pacificè rexerit.

CAROLVS II. CALVVS.

Carolus ſecũdus dictus Caluus, filius Ludouici Pij, & patruus Ludouici ſecũdi, & frater Lotharij, ſucceſſit Ludouico ſecundo in imperio, uir lepore timidior, fugere quã fugare paratior, dictus eſt groſſus uel ſimplex, qui multa monaſteria fabricari fecit, ac etiam dotauit Veneno uerò extinctus cum imperaſſet anno uno & menſibus nouem.

CAROLVS CRASSVS III.

Carolus minor nomine tertius, Ludouici Germanorum regis filius, & nepos eiuſdem Caroli Calui, Imperium in Italia tenuit, Galliam & Germaniam poſſedit pacificè. Robertum ducem Normandiæ uictum, de ſacro fonte leuauit, & filiam ſuam dedit illi in uxorem. hic anno imperij duodecimo deficiens animo & corpore, repudiatus eſt à magnatibus regni Arnulpho facto imperatore, anno uerò ſequenti, idem Carolus mortuus eſt.

ARNVLPHVS

Arnulphus ex Carolorũ progenie, hic Normandos mirabili cede deleuit, Romam cœpit, tandem lõga ægritudine diſſolutus à pediculis roſus eſt, ſic fœlix prælio, infœlix morbo perijt, anno imperij ſui *xi*.

LVDOVICVS III.

Ludouicus tertius Arnulphi filius, ſucceſsit patri in imperio, quod tenuit annis *x*. non fœlicior patre, nam ſub eo defecit imperium de progenie Carolorum. cum non iuuaret Eccleſiam more maiorum ſuorum, contra Longobardos infeſtantes Eccleſiam, & tunc diuiſum eſt imperium, quia aliqui imperauerant in Italia, ſicut quatuor Berengarij in Alemannia, ſicut Conradus & Heinricus uſque ad Otthonem *i*. qui utrobique imperauit. Ludouicus perſecutus eſt Berengarium in Italia, captus apud Veronam, cæcatus dicitur cum imperaſſet annis *x*.

BERENGARIVS I.

Berengarius *i*. imperãte Ludouico tertio imperauit in Italia, tantùm quatuor annis. hic fuit uir prudens, & ſtrenuus in armis, qui & bellum cum Romanis geſsit.

CONRADVS.

Conradus Alemanus, ſuceſsit Ludouico tertio in imperio, ſed nec ipſe ꝑuenit ad benedictionem in Italia, ideò non ponitur inter principes, uir tamen ſapiens, fortis & uictor fuit, hic imperauit annis ſeptem, & moriens coram principibus regni, deſignauit regem Heinricum, filium Otthonis ducem Saxonum.

BERENGARIVS II.

Berengarius ſecundus, imperauit annis nouem in Italia, cui pauca memoranda aſcribuntur.

HEINRI-

HEINRICVS.

HEinricus poſt Conradum imperauit in Alemannia, annis *XVIII.* uir bonus & ſimplex qui genuit Otthonem primum. & iſte Heinricus non computatur inter imperatores, quia non regnauit in Italia, nec operam dedit ut Italiam de manibus tyrannorum liberaret.

BERENGARIVS III.

BErengarius *III.* tempore præfati Heinrici imperauit Italicis, annis *VII.* ſub quo magnum ſchiſma fuit in Italia: nam Vgo rex Burgūdionum, inuitatus ab Italicis, pugnauit cum Berengario, & uictor regnum Italiæ tenuit tribus annis, & relicto Lothario filio rediJt in Galliam.

LOTHARIVS VGONIS.

LOtharius Vgonis Burgundionis filius, imperauit in Italia annis duobus, de quo pauca ſcribuntur.

BERENGARIVS.

BErengarius *IIII.* poſt Lotharium regnauit annis. *XII.* cum Alberto filio ſuo apud Mediolanum, iſte uir ferox nimiū tyrannicè premebat Italiam, ſed finaliter uictus ab Otthone primo, mortuus eſt miſerè in exilio in Alemania, & Albertus miſerrimè in Corſica, & nota quod omnes à Berengario primo, uſq; ad iſtum ultimum, non uidentur poſſe dici uerè nec propriè imperatores.

OTTHO I.

OTtho *I.* Heinrici filius, ex Germanorum gente, primus ex Theutonicis ſolus obtinuit imperiū occidentis, & poſt eum ſoli Theutonici imperauerunt uſq; ad præſens tempus. Hic uir probus & potens, fœliciter reformauit Italiam, ſpiritaliter & temporaliter, liberādo eccleſiā à manibus Ioānis papæ *XII.* qui turpiter tractabat eā. & Italiam traxit de manibus Berengarij *IIII.* qui impiè premebat eā. Ottho uerò imperauit annis *XXXV.* ſecundum Sigisbertum, & ſecundum alios annis *XII.* & mortuus eſt ſenex ualdè relicto eiuſdem nominis filio.

OTTHO II.

OTtho ſecundus filius primi, ſucceſsit patri in imperio & uirtute, qui uir acer in armis, ſagax ingenio, imperiū fœliciter cōfirmauit. nam Romanos proceres, ſæpè rebelles uocatos ad conuiuium cinxit armatis, & nocuos ſecuri percuſsit, reliquas epulari cōuiuio iuſsit, imperauit quoque annis *IX.*

OTTHO III.

OTtho tertius filius ſecundi, ſucceſsit patri in imperio. de quo dictum eſt:

Ottho, poſt Ottho, regnauit tertius Ottho.

Hic fuit uir iuſtus & conſtans, qui Creſcentiū potentē Romanū in caſtello ſancti angeli obſeſſum, diù tandem poſt multa tormēta fecit decollari, & Antipapam introductū per eū ludibriosè tracta it, ipſe etiam uxorem ſuam uiuam facit igne cremari, quia falſo accuſauerat militem innocentem imperauitq; annis *XIX* & mortuus eſt ſine liberis. Et imperatores ex poſt per electionem & non per ſucceſsionem creati ſunt.

HEINRICVS I.

HEinricus primus accepit Imperium poſt Otthonem tertiū, Bauariæ dux, filius Heinrici ducis, qui fuit natus ex Heinrico fratre primi Otthonis, hic uir honeſtiſsimus, multa bella in Germania proſperè geſsit, & in Italia contra Ardonium qui electus erat rex à Longabardis, & Stephanum regem Hūgariæ fecit Chriſtianum cum gente ſua, opera ſororis ſuæ quam dedit illi in uxorem, imperauitq; annis *XXII*, licet aliqui dicant *XII.* aliqui etiam uocant iſtum Heinricum ſecundum, quia habent reſpectum ad Heinricum ſuperiorem, ſed quo ad Theutonicos denominatur primus. hic ſiquidem finem ſuum ſanctè & fœliciter fecit.

CONRA-

CONRADVS I.

COnradus *I*. nobilis ex gente Francorum uir, nepos ſuperioris Heinrici, peruenit ad imperium auctoritate ipſius Heinrici, & electorum opera, qui uir ſtrenuus, ueniens in Italiam coronatus eſt apud Mediolanũ & Romã, & ſiluit terra in conſpectu eius, ſed tã. dem indignatus contra archi epiſcopum, dum impugnaret Mediolanum, mortuus eſt anno *XV*. imperij ſui. alij tamen dicunt quod imperauit annis *XX*.

HEINRICVS II.

HEinricus *II*. gener Cõradi prædicti & filius adoptiuus fuit, hæres patrimonij & imperij, potiùs fatò quàm à propoſito. hic fuit uir aptus imperio, iucũdus, lætus, bellator, qui Vuandalos ſubegit conterminos Sueuis, Hungaros uicit. Pãdulphũ principẽ Capuanũ cepit, multa dabat pauperibus, expulſis ioculatoribus à curia ſua. qui charus omnibus cũ floreret imperio, migrauit à ſeculo anno *XVII*. imperij relicto filio paruulo ſui nominis.

HEINRICVS III.

HEinricus *III*. ſecũdi filius ſucceſsit patri in imperio, uir impius q imperauit annis quinquaginta, inuidens gloriæ proborum uirorum, Eccleſiæ hoſtis, & propter multa mala geſta eius, fuit electus Rodulphus dux Saxonium contra eum, quem tamen Heinricus atrociſsimo bello uicit, ſed infœlicem finem habuit, nam filius eius aſſumpta corona, imperij, inſurgens contra eum inuaſit ipſum bello, & peter Leodij latens & pauper mortuus eſt & excommunicatus.

HEINRICVS IIII.

HEinricus *IIII*. tertij filius, arripuit patri imperium, ſub colore ſuccurendi eccleſiæ & imperio contra iura naturæ & hominum, & tamen & ipſe fuit hoſtis Eccleſiæ, licet reconciliatus, quo tempore claruit inclyta Comitiſſa Maiſildis in Lombardia, & Robertus Guiſcardus in Sicilia. hic Heinricus mortuus eſt ſine liberis, cum regnaſſet annis *XV*.

LOTHARIVS III.

LOtharius *III*. qui & Lutarius dictus eſt cum magno conſenſu & conſilio electus eſt imperator, hic dux Saxonum, ſapiens & induſtrioſus, fuit amicus & deuotus eccleſiæ, pollens diuitijs & uictorijs magnis, imperauit fœliciter annis *XI*.

CONRADVS II.

COnradus ſecundus, nepos Heinrici quarti ex ſorore, qui imperium affectauerat ante Lotharium, ſucceſſit illi in imperio. Hic uir optimus paſſagium fecit, collecta magna multitudine crucilignatorum, & poſtquam aliqua proſpere geſta, uirtute magna, tandem incõſultè preſſus inopia uictulium, multa millia ſuorum amiſit, & reuerſus in regnũ, obijt cum imperaſſet annis *XV*.

FREDERICVS I.

FRedericus *I*. nepos Conradi ſecundi, defuncto patre ſuo, Romanum ſuſcepit imperium, qui de nobiliſsima domo Sueuiæ uocatus eſt Barbaruſſa. hic uir ſtrenuiſsimus Mediolanam ciuitatem florentiſsimam, cum auxilio Papienſium & multorum Lombardorum euertit, ſæpè fuit infeſtus eccleſiæ, & Alexandrum Papam perſecutus eſt, apud Venetias, uictus pacem fecit, tamen cum iuiſſet in ſubſidium Terræ ſanctæ, ſuffocatus eſt in quodam flumine. Imperauit magnifice annis *XXXVII*.

HEINRICVS V.

HEinricus *V*. filius Barbaruſſe imperauit poſt patrem, qui fuit maritus Conſtantiæ monachæ, filiæ Guillelmi optimi regis Siciliæ, ſub cuius titulo inſulam cepit. Fuit ſtrenuus & aſper more patris, & aliquando infeſtus Eccleſiæ. Mortuus eſt in Sicilia, & ſepultus apud Panhormum, relicto Frederico filio infantulo, & Philippo fratre ſuo, ad gubernationem regni, cum imperaſſet annis *VII*. & menſib. *V*.

OTTHO

OTTHO IIII.

OTtho quartus dux Saxoniæ, defuncto Heinrico electus et coronatus eſt Imperator cum magno fauore Lombardorum, ſed continuò contrà iuramentum iura Eccleſiæ occupauit, contrà quem electus eſt Fridericus ſecundus iuuenis, cum auxilio Philippi tertij Regis Francorum, à quo tandem debellatus mortuus eſt Ottho miſerè, cum imperaſſet annis duobus: ideò non ponitur inter principes.

FREDERICVS II.

FRedericus. II. natus ex Heinrico quinto, & Conſtantia monacha uetula, fuit potentiſſimus imperator Italiæ, Siciliæ, Sardiniæ, Hieruſalem & Sueuiæ, quo nullus magnificentior tenuit Romanum imperium, à Carolo magno citra. Fuit armorum ſtrenuus, linguarum peritus, rigoroſus, luxurioſus, Epicurus, nihil curans uel credens niſi temporale. fuit malleus Romanæ Eccleſiæ, cum multis pontificibus bellum habuit, præcipuè cū Grægorio nono, tandem uirtute Innocentij quarti Ianuenſis excommunicatus, uictus & fugatus eſt, de Lombardia, nec ſibi proficere potuit potentia. Vixit annis *LVII*. imperauit annis *XXX*. Malè mortuus eſt in regno Apuliæ in oppido Ferentino, præſente ſolo Manfredo ex filijs ſuis. poſt cuius mortem uacauit imperium circa annos *XXIIII*.

CONRADVS.

COnradus filius Friderici ſecundi, electus ad huc uiuente patre, poſt mortem eius regnauit annis quaſi duobus, ſed Manfredus frater eius naturalis uenenato Conrado, tenuit regnum Siciliæ magnificè annis *XIII*. & Carolus ſenior uictor Manfredi & Conradini nepotis eius regnauit, annis *XVI*. hic Conradus caruit imperiali benedictione, ideò non dicitur imperator.

RODVLPHVS.

ROdulphus comes de Auenſperg, genere Germanus, poſt longam uacationem imperij electus eſt rex Romanorum, & confirmatus eſt à Gregorio *X*. in fauorem Terræ ſanctæ. Hic fuit uir prudens in agendis, in armis ſtrenuus, iuſtus, deum timens, ciuilis & parcus, & tamen licet regnauerat *XX*. annis, nunquam uiſitauit Italiam ut minabatur, implicitus multis agendis in regno Alamanniæ. nam regem Bohemiæ diuitem & potentem, dedignantem obedire ſibi duriſsimo prælio uicit, quo occiſo dedit filio pacem, & filiam ſuam in uxorem.

ADVLPHVS.

ADulphus comes de Naſſaue genere Germanus, in Romanorum regē electus eſt, ſed nō benedictionem nec coronationem recepit in Italia, hic fuit uir magnanimus, contra quem Albertus, Rodulphi prædicti filius inſurgens, ipſum bello uicit. nam Adulphus magis uiribus quàm conſilio utens occiſus eſt,, cum regnaſſet annis. *IIII*.

ALBERTVS.

ALbertus dux Auſtriæ, Rodulphi filius, uicto & occiſo Adulpho, electus eſt in Romanorum regē ab electoribus, & à Bonifacio Papa famoſo, petijt uenire ad benedictionem & coronationem. cui Bonifacius magnanimus tyrānus ſacerdotum reſpondit, Ipſum indignum imperio, quia occiderat proditione dominum ſuum Adulphum in prælio, & tenens coronam in capite & ſpatam ad latus dixit. Ego ſum Cæſar. tamen poſtea orta grauiſſima diſcordia inter Philippum regem Franciæ & ſe, confirmauit Albertum, & uocauerat eum. hic Albertus cum regnaſſet annis *X*. interfectus eſt ab uno nepote filio fratris.

HEINRICVS.

HEinricus hoc nomine ſextus genere Germanus, paruus Comes de Lutzenburgo, factus eſt imperator, & ueniens in Italiam, coronatus eſt Romæ, cum difficultate, obſiſtente ſibi ſapientiſsimo rege Roberto, hic uir prudens, iuſtus, honeſtus,

catholicus,

catholicus, dilectus omnibus, omnibus ſedatis ſollicitè diſcordijs Alamanniæ, alto animo diſponebat reformare potentem Italiam, ut ſic facilius redimeret Terram ſanctam, ſi fata permiſiſſent, & ſperabatur dominus omnium in breui, cum magno fauore Lombardorum & Tuſcorum. ſed Bononia & Florentia, cum quibuſdam alijs obuiauerunt ſibi, unde opera Florentinorum ut in fama fuit, uenenatus apud Bonconuentum, caſtellum Senarum, optimus imperator, cum imperaſſet annis. *IIII.* mẽſibus *VIII*. & diebus *XVIII*. nunquam elatus proſperitate, nunquam deiectus aduerſitate, anno domini *M*. CCC. *XIII*. mortuus eſt.

CAROLVS. IIII.

CAarolus *IIII*. de Luzemburgo nepos ſupraſcripti magni Heinrici, ex Iõãne Bohemiæ rege factus imperator, coronatus eſt Romæ ſine reſiſtentia. hic fuit uir peritus literarũ & multarũ linguarũ, aſtutus & ſagax, qui regnũ Bohemiæ optimè reformauit, ſed in Italia uictrices Harpyias præ ſe ferens, loco aquilarũ, & Baccho immolans, nihil memorale geſsit, nam cum maximo potentatu ueniens, opera & fauore Vrbani quinti, terribilis omnibus primo apparuit, ſed citò cum magna pecunia, ſed maiore infamia reuerſus eſt ad patriam. humilis imperator mortuus eſt ſenex, cum imperaſſet annis uiginti.

VENEZESLAVS CAROLI FILIVS.

VEnczeslaus ſupraſcripti Caroli filius, uiuente adhuc patre electus eſt imperator, hodie regnat. hic iuuenis, robuſtus uenator, quid facturus ſit ignoro, cum minatur ſe uenturum ad Italiam, ſed non uenias precamur te, ſi non uincis laude genitorem tuum, quanquam aliud in te ſperamus, cum præſentia primi Cæſaris uix ſufficeret ad compeſcenda mala, quibus miſera undiq; laceſsitur Italia temporibus tuis, ſed imperium orbis coelum uerſat, & illud quondam potens, ueneratum gentibus & regibus Romanum imperium præfiguratum in tibijs ferreis, cui nihil olim defuit, niſi modicum orientis, nũc proh dolor, nihil poſsideat niſi modicum occidentis.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. DE PACIFIcanda Italia, Exhortatio.

AD MAIESTATE SACRO SANCTVM PRINCIPEM CAROLVM IIII. Rom. Imperatorem.

PRæcipitium horret epiſtola, ſereniſsimè Cæſar, auctoris ſibi conſcia, dum cogitat unde digrediens, quo uentura ſit, in tenebris enim orta, quid mirũ ſi in clariſsimi tui nominis ſplẽdore cõfunditur: ſed quoniam omnem pauorem amor excutit, in lucem ueniet, & ſi nihil aliud, at ſaltem fidelis affectus mei nuncia perlege, oro, decus noſtrum perlege, neu quas odioſas tibi ac moleſtas adeò ex me blanditias uerearis, publicam Regum peſtem, ars ea procul à moribus meis abeſt, lamentis potius aurem para, nõ tam blanda quàm querula oratione pulſaberis. Quid enim noſtri, & ſi dici phas eſt, immò tuijpſius immemor factus es, quonam abijt Italiæ tuæ cura: nos equidem ſperabamur te, coelitus nobis miſſum, libertatis noſtræ promptiſsimũ aſſertorem, tu refugis, & ubi factis opus eſt, longiſsimis conſultationibus tempus trahis. uide Cæſar, quàm fiducialiter tecum ago,

homo

homo puſillus & incognitus. tu quæſo ne libertati meæ ſuccenſeas, ſed naturæ moribuſq; tuis gratulare, qui hanc mihi fiduciam ſubminiſtrant. quid enim (ut cœptum ſequar) qua ſi uenturi certus, tempus in conſilijs expendis? neſcis in quam breui ſpatio, maximarum rerum momenta uerſentur? quæ multis elaborata ſunt ſæculis, ſæpe dies unus conficit. crede mihi, ſi famam propriam, ſi Reip. ſtatum cernis, uidebis tuas itidem res, nec noſtras dilationibus non egere. quid quod ambigua & fugaciſsima uita eſt, & quamuis integerrima ætas tua ſit, eſt tamen inſtabilis, aſsidueq; uolat ac rapitur. itaq; non ſentientem omnis te in ſenium dies trudit, dum circūſpicis, dum cunctaris, improuiſa furtim aderit canities. An forte dubitas, ne ante tempus incœperis, ad quod peragendum, uix humanæ uitæ longiſsimum tempus, intelligis ſuffecturum? neq; enim uulgaris aut mediocris negocij tibi cura eſt, Romanum Imperium, multis diù iactatum tempeſtatibus, ſepè deluſam & penè iam proiectā, ſpē ſalutis, in tua tandē uirtute reponit, & per innumeros caſus, ſub umbraculo tui nominis utrunq; reſpirat, ſed ſola iā ſpe diutiùs paſci nequit. ſentis quantam, & quàm piam curarum ſarcinam ſuſcepiſti, perfer ad exitum precamur, idq; quam primum facito pretioſiſsima, immò uerò inextimabilis res eſt tempus, & cuius ſolius auaritiam, doctorum omnium commendat auctoritas. Pelle moras igitur, & quod grande aliquid aggreſſis ultimum eſt, ſingulos dies, magni extima, ea te cogitatio parcum temporis efficiet, ea te coget ut uenias, & inter diuerſitatem nubila deſideratus, nobis auguſtiſsimæ tuæ frontis lumen oſtendas. non te tranſalpinarum ſollicitudo rerum, non te natalis ſoli dulcedo detineat, quotiens in Germaniam inſpexeris, Italiam cogita, illic natus, hic nutritus, illic regnū hic & regnum habes & imperium, et quod nationum ac terrarum omnium pace dixerim, cum ubiq; membra, hic ipſum caput inuenies Monarchiæ. nullus igitur ignauiæ locus eſt, ut ad nutum cuncta ſuccedant, magnum fuerit tantarum rerum fragmenta colligere, Sentio quidem nouitatem rerum omnium eſſe ſuſpectam, ſed ad noua non traheris, neque tibi aliter Italia, quàm Germania nota eſt, ab infantia enim tua, nobis diuinitate propitia repromiſſus, altum Inclyti patris, Iter mira indole proſecutus, ſub eo & Italicas urbes, & mores hominum, & terrarum ſitus, & glorioſa rudimenta didiciſti. quinetiam adhuc puer, quod pluſquam humanæ uirtutis fuerit, præclaras hic ſepè uictorias meruiſti, ſub quibus, & ſi magna erant, quæ gerebas, maiora tamen puerilis expeditionis miniſterio uelabantur, ne ſcilicet eam patriam uir timeres, quæ tibi puero, tantarum uictoriarum miſericordiam præbuiſſet, & quid hic ſperare debeas Imperator primæui tyrocinij auſpicio prouideres, adde q̄d nūquam ullius externi principis aduentum lætius expectauit Italia, utque nec aliunde remedium uulneribus ſuis ſperat, nec tuum tanquam alienigenæ iugum timet, hoc ſingulare ſi neſcis, habet apud nos maieſtas tua: quid enim uerear loqui quod ſentio, & quod te iudice probari confido? miro quidem Dei fauore nunc primum, in te nobis poſt tot ſecula mos patrius & Auguſtus noſter eſt redditus. te enim ut libet ſibi Germani uendicent, nos te Italicum arbitramur, propera igitur, quod ſæpè iam dixi, & ſæpius eſt dicendum, propera. Scio actus tibi placere Cæſareos, nec immeritò Cæſar es, atqui primus opifex Imperij, tantæ celeritatis fuiſſe dicitur, ut ipſe ſæpè aduentus ſui nuncios præueniret, idē fac, & quē titulis æquaſti, rebus æquare ſatage. noli amplius benè meritā Italiam, tui deſiderio fatigari, noli ardorē noſtrorū nuncijs & expectatione reſtringere, te unū poſcimus, tui ſyderei uultus intuitum poſtulamus. Si uirtutis amicus es, ſi gloriæ ſtudioſus, cuius (ſic ego Carolum noſtrum alloquar, ſicut Iulium Cæſarem M. Tullius alloquitur, auidiſsimum te, quamuis ſis ſapiens, non negabis, noli obſecro laborem fugere, nam qui laborem fugit, & gloriam & uirtutem, ad quas nunquam niſi arduo & laborioſo calle pertingitur. Tu uerò quē & honeſti laboris, & ueræ laudis appetentiſsimum ſcimus, ſurge, age, & æquus magnorū ponderum diſtributor, grauiora quælibet ætati præualidæ & fortioribus humeris impone, iuuentus labori acta, ocio ſenectus, profectò autem ex omnibus optimis ac ſanctiſsimis curis tuis, nulla grauior, quàm ut Italicum orbem, tranquilla pace componas, ea ſarcina huius æui par eſt, cætera leuiora, q̃ ut tantū & generoſum animū occupare, hoc igitur primū fac, reliqua ſuū tempus inueniet, quāq; placata, ad plenū & cōpoſita Italia, nihil aut modicū putem,

putem negotij ſupererit. Finge nunc animo, almam te Romanæ urbis effigiem uidere, cogita matronam æuo grauem, ſparſa canicie, amictu lacero, pallore miſerabili, ſed infracto animo, & excelſæ priſtinæ immemorem maieſtatis, ita tecum loqui: Ego Cæſar, ne deſpexeris iratus me, multa olim potui, multa geſsi, ego leges condidi, ego annum partita ſum, ego docui militiæ diſciplinam, ego quingentis annis in Italia conſumptis, ducentibus ordine ſequentibus (cuius rei fide dignisſimi teſtes ſunt) Aſiam, Aphricam, Europam, totum deniq; orbem terrarum, bellis & uictorijs peragraui, multo ſudore, multo ſanguine, multo que conſilio, ſurgentis imperij fundamenta communiens. Ego primum libertatis auctorem Brutum, dum mihi obſequitur, interfectis filijs ſuperbo hoſti, mutuis commorientem uulneribus aſpexi. ego natantes uirum armatum & inermē puellam ſtupui, ego pium Camilli exilium, & Curionis laborioſam militiam, & incomptum Curij caput, & electum ab aratro conſulem, & ruricolam Dictatorem & regiam Fabricij paupertatem, & publicolæ elatum funus & inſolitam uiuentis Curtij ſepulturam, & glorioſum carcerem Attilij, & inſigni deuotionis habitu præcumbētis, Decios, & Coruini ſpectabile duellum, & mitem patri durū filio Torquatū, & ꝓfuſum una Fabiorū ſanguine, & attonitū Porſennā, & fumātē generoſam Mutij dextrā uidi. Ego Senonū flāmas, & Pyrrhi elephantes, & opes Antiochi & pertinatiam Mithridatis & Siphacis amentiā, & Ligurū difficultates, & bella Samnitica, & Cymbrorū motus, & Macedonium minas, & Punicas fraudes pertuli. Ego Carthas, Aegyptum, Perſidem, Arabiam, Pontū, & utrāq; Armeniam, & Galatiam, Cappadociam, Thraciam, & Phariū littus, Aethiopicas arenas, ego Libyæ campos, & Hiſpaniæ ego aquas Sextias, Ticinum, Trebiā, Thraſumenū, Cannas, & Ochiclaras pretio Thermopylas. ego Danubium & Rhenum, Indum & Hydaſpem, Rhodanum & Iberū, Euphratem, Tygrim, Gangem, Halim, & Hæbrum, Tanaim & Harapſen, ego Taurum & Olympum, ego Caucaſum & Actalenta, ego Ionium & Aegeum, Scythiū atq; Carpathium mare. ego Helleſponticum ſinum, & Euboicas arenas. ego Hadriaticum & Tyrrenum, deniq; perdomitum noſtris claſsibus Oceanum, hoſtium ſimul & natorū ſanguine cruentaui, ut tantum ſcilicet bellorum ſemen pax æterna ſequeretur, & per multorum manus ad te uēturum ſtabiliretur imperium. Nec mea me fefellit intentio, uoti cōpos, omnia ſub pedibus meis uidi, inde ſenſim neſcio quo'nam modo, nec quia mortalium opera decet eſſe immortalia, in laborē meū irrepſit ſegnities, & ne lachrymabilem ordiar hiſtoriam, quorſum res redegerit uides. Tu mihi propè iam deſperanti diuinitus, deſtinatus, q̄d ceſſas? quid cogitas? quid expectas? ſanè nunquam aut tu egentior, aut tu ad opem ferendam aptior, aut Romanus Pontifex clementior, aut fauor Dei & hominum propenſior, aut illuſtrior res, agenda differs? inimica ſemper magnis mora principijs. Moueant, moueant animum tuum exempla clarisſima, quorum qui nihil in ſenium differentes, oblatam ſemel occaſionem impigerrimè rapuerūt. Alexander Macedo ea ætate qua nunc es, oriente pererrato, Indorum regna pulſabat, aliena rapturus, tu tuum repetens, deuotam tibi non intrabis Italiam? eadem hac ætate tua, Scipio Aphricanus in Aphricam transgreſſus, ſenū quamuis retrahente ſententia, nutanti iam, & ruinam minanti imperio, pias adhibuit manus. itaq; incredibili uirtute impediens, mihi iugum Carthaginenſe diſcuſsit. magna res in primis, & periculi nouitate memorabilis, noſtris ardentibus, hoſtium fines inuadere, & Hannibalem Italiæ tunc, Gallicarumq; & Hiſpaniæ uictorē, ac iam totius orbis imperium timenda mente uerſantem, hinc ui decretum: illic armis uincere, tibi nulla quidem tranſeunda ſunt maria, nullus Hannibal uincēdus, pronum iter, plana & apta ſunt omnia, quæ enim obdurata quidam putant, præſentiæ tuæ tonitrui pateſcent, ingens niſi reſpuis, nouæ tibi gloriæ campus oſtenditur. Ingredere fortiter, intrepidè, iuſtorum comes, & adiutor, principio Deus aderit, aderunt armatæ bonorum acies, duce te, libertatem perditam repoſcentes. Poſſem te nunc exemplis ſollicitare contrarijs, eorum qui glorioſa primordia, ſeu mortis ſeu inſignis cuiuſpiam impedimenti obice, nequaquam ad exitum perduxerūt. Sed ubi domeſtica ſuperāt, extrema nō q̄rimus. unde tibi nō procul, nō ex annalibus quærēdis, unus tibi pro omnib. ſatis erit Heinricus *VII.* æternæ memoriæ ſereniſsim⁹ auus tuus,

tuus, cui ſi ad explenda, quæ ſacra mente conceperat, uitæ ſpatium ſuffeciſſet, uerſa rerum ſorte & afflictos hoſtes, & me regnantem & liberrimos Italiæ populos ac fœliciſsimos reliquiſſet. Expectat nunc ille cœlorum perpetes incola, & ab alto conſiderat greſſus tuos, dies computat, horasq́ꝫ dinumerat, tequé mecum increpitans alloquitur. Nepos amantiſsime, quo ſuperſtite, nec bonorum ſpes, nec ego totus interij, Romam noſtram, atqꝫ illius lachrymas preceſqꝫ dignisſimas amplectere, reformandæq́ꝫ Reipub. propoſitũ ꝙ mea mors mundo, quàm mihi damnoſior, peruertit, & inefficacem animi mei zelum pari ardore proſequere, ſed fœlicius, ſed lætius. incipe ne moriaris, & noſtri memor, ſcito te eſſe mortalem. I celer, & gaudentiũ alpiũ clauſtra tranſcẽde, Roma ſponſum, ſoſpitatorẽ ſuum uocat, Italia etiã tuis pedibus tãgi cupit. expectant te læti colles ac flumina, expectãt urbes & oppida, expectant bonorum agmina, & ſi te nil aliud urgeret, niſi quod malis nunquam ſatis diſtuliſſe, bonis nunquam nimis feſtinaſſe uideberis, ſat cauſæ eſt, ut his gaudium, illis pœnam uel ſi reſipiſcere maluerunt ueniam laturus, acceleres. Solus es, cui Deus omnipotens, interrupti conſilij mei dilatam gloriam reſeruauit.

FRANCISCI PETRARCHÆ, V. C. AD VETERES ROM. REIP. DEFENSORES, ORATIO.

LOquor quia cogor, urget enim pietas, ardentesq́ꝫ ſtimulos, anxio figit in pectore, que me tacere non ſinunt, & ſcio me ne cuiquam loqui, neqꝫ Ouidiano releuor ſolatio, ꝙ ſcilicet perdere uerba leue eſt, immò enim nihil grauius, homini ſilentiũ amanti loquor tamẽ, ſed coactus ut dixi, & loquor uobis. quibus: heu neſcio ò libertatis & impudicitiæ ingens ultor Brute, qui Superbos, fœdi ſeruitij autores ſolio deieciſti, & impudicitiæ magiſtros, uſqꝫ ad inferos gladio uindictæ inſecutus es: Vtinam uiueres. tibi loquerer. ò glorioſe Camille, qui noſtro ſanguine deſpumãtem tranſalpinam rabiem, in ipſis adhuc fumãtis patriæ cineribus extrinxiſti, Vtinã uiueres, tecum loquerer. ò ſumme uirorũ Scipio, qui Hannibalẽ ſeptimũdecimũ annũ iam Italiæ incũbẽtẽ, hinc ui detractũ, in propria patria, uirtute ac fortuna concurrentibus, mirabiliter cõfregiſti, Vtinã uiueres, tecũ loquerer. O Paule Aemyli, qui reges Macedonũ uetuſto imperio elatos, & aduerſus Italiam rebellantes, uinctos ante currum in Capitolium egiſti, & Romani iugum imperij ferre docuiſti, Vtinã uiueres, tecum loquerer. ò Mari, ut compatriota ait Cicero, ruſticane uir, ſed uerè uir, qui Barbaros in Italiam irrumpẽtes, ipſis eorũ in finibus, tanto impetu ſuperaſti, ut de cruentis fluminibus, ab exercitu ſitienti, nõ plus aquæ quã ſanguinis biberetur, quiqꝫ mox ad aliam mundi plagam, mira celeritate conuerſus ita furorẽ Cimbricum oppreſsiſti. ut uix cadaueribus ſuis, utrobiqꝫ uicta barbaries, uix agminibus captiuorum, uictrix Roma ſufficeret, Vtinam uiueres, tibi loquerer. ò magne Pompei, qui infamen prædonum cateruam, Romanis claſsibus, Italicisq́ꝫ littoribus infeſtã, ac totam iam pelago ſæuientẽ, breuiſsimo tempore domuiſti, atqꝫ in uincula conieciſti, Vtinam uiueres, tibi loquerer, & precarer, ut ſicut omnia maria infecta purgaſti, ita nunc, non dico omnes terras, ſed Italiã ſaltem tuam, noua prædonum manu miſerabiliter inquinatam, ſolita uirtute purgares. ò Iuli Cæſar, qui incurſus hoſtium nõ expectans, raptim ſuperatis alpibus Rheno, Rhodano, ac Garũna fluminibus impigrè trãſmiſſis, incertũ an fortunatior, an fortior, uictrici acie, Germaniã, Galliã, Britaniã, atque Hiſpanias peragraſti, Vtinã uiueres, tibi loquerer. ò Cæſar Auguſte, qui reges terræ & legationes populorum omnium, ad genua procumbẽtes, atque ut propriè dicam, ipſum orbem terrarum, ſupplicem & affuſum ex altiſsimo ſolio uidiſti, & pace terra mariqꝫ compoſita, bellicum Iani templum, fœliciſsimè concluſiſti, Vtinam uiueres tibi loquerer. ò inſigne

par hominum Veſpaſiane & Tite, digni alterutro & patre filius, & filio pater, qui uno curru, quod nunquam antea uiſum erat, & CHRISTI glorioſiſsimam ultionem, & triumphum clariſsimum, de Hieroſolymis retuliſtis, Vtinam uiueretis, uobis loquerer, & ut CHRISTI iniurias iterum uindicaretis hortarer. ô fortiſsime uir Traiane, qui frigeſcentis & iam ſenis membra imperij, multo ſpiritus feruore refouiſti, ac præter ſpem iuueneſcere coëgiſti, nunquam certè, uel tàm gelatum atq; decrepitum imperium, uel tàm neceſſarius feruor tuus, Vtinam uiueres, tibi loquerer, & rogarem, ut moribundæ patriæ opem ferres, nec ideò, quod in Hiſpania natus eſſes Italicæ obliuiſcereris originis. O bone Theodoſi, qui parua hominum manu, ſed diuino fultus auxilio, tibi militantibus elementis & coniurantibus tecũ uentis, ſagittas barbaricas, ex immanibus pharetris aduerſum nos eductas, in ipſas frontes atq; exterminum barbarorum, miraculoſè & incredibiliter retorſiſti, Vtinam uiueres, tibi loquerer, nunc quid agam? & loqui oportet & cui loquar non inuenio: effundam uoces in nubila, ſiquis forſan amicior ſpiritus & bonus, fauens, è labijs meis abductas, ad aliquam generoſam aurem illas perferat, ubi fructificent, ut cupio, potiùs quàm ut ſpero: quid enim ſpei reliquum eſt? quid agitur ſumme IESV? ubi ſunt oculi tui, quibus nos ab alto intuens, non modò claros ſed inuidioſos mundo feceras? hanc tantam fortunæ uertiginem, hanc tàm ſubitam fati uim, ſiue quibus alijs uerbis, quod mœſtum animũ premit, expediam? uidiſti equidem certè præſensq; aderas, quando patrum noſtrorum manus exigua nunc ſub arcton, nunc ſub auſtrum, nunc ſub orientis, nunc ſub occidentis ſolis extrema, ſtupentibus & attonitis gentibus ac regibus, uictricia latè ſigna circuntulit, hic auaritiæ frenum ſtringens, illic tumidam premens inſolentiam, hic iracundiæ mitigans truces motus, illic ſæuæ libidini iugum ponens, poſtremò aliquid, ubilibet ſemper agens, quo magnifici tranſitus, glorioſa ueſtigia ſupereſſent, & orbis ipſe perdomitus, caput tamen uel ueneraretur acceptum, uel delatum ſilentio ſuſpiraret, quot maiorum noſtrorũ opera, omnibus terris effulgent, uelut cœlo ſparſa ſidera? quot mirifici actus? quot exempla uirtutum? quantum nomen? quanta memoria geſtarum rerum? quot per orbem urbes? quantæq; coloniæ? quot trophea minacia, horrifico marmore uictis terris extantia? quis cuncta dinumeret, quæ mundus licet ipſe inuitus ſentit, indignansq; recordatur? Quid igitur nũc rei eſt? quid queritur? quid defleam? quid accuſem? en parua prædonum manus, ex mille collecta fornicibus, terrarum omnium demonſtrandũ, atq; uictricem Italiam peruagatur, & prouinciarum omnium reginam, ſibi ante alias prouinciam depopoſcit, heu, quis nũ conſulet pudori noſtro? quando iam de ſalute cogitare ſerum eſt quis uulnibus noſtris uelum diſsimulationis aut ignorantiæ prætendet? quando non eſt, qui malis noſtris auxilium ferat. Liceat ſaltem uel neſcire quæ patimur, uel fœtidiſsimas cicatrices noſtrorum uulnerum nõ uidere. Volebã te orare ſuppliciter ô uir ingens, quẽ nominare nõ audeo, ut nobis dexteram dares, quod & poſſe uidebaris, & quàm maximè tuum erat, ſed ut uideo prorſus obſurduiſti. itaque poſtquam nulli hominũ loqui iuuat, ad te ultima & maxima Spes mortalium preces uerto. Si tibi creator omnium, beneficijs tuis parum memoriter uſi ſumus, ſi ſupercilium altius fortè quàm decuit, tanto & tàm præſenti diuinitatis fauore ſuſtulimus, & contrario uis ulciſci, rebus faciem muta. tua eſt enim fortuna, tuæ ſunt ſortes, tuæ ſucceſſuum humanarum uices. imperauimus inſolenter, ſeruiuimus humiliter, auerte latronum iugum, ſi unquam latronum more regnauimus, ſi te offendimus, & tibi libertas noſtra non placet, at ſaltem illorum cædes, ſacrilegia, rapinæ, furta, adulteria, ſtupra diſpliceant. obſta tot malis, & te dominum illis oſtende, qui dixerunt in corde ſuo: Non eſt Deus. tuoſq; pater adiuua fortaſsis immeritos, ſed de te ſperantes tuũq; nomen cum lachrymis inuocantes, & ingenuè fatentes: Quia non eſt alius qui pugnet pro nobis niſi Deus noſter.

FRANCISCI PETRAR-
CHÆ V. C. AD NIC. LAVREN-
TII, TRIB. P. Q. R. DE CAPES-
ſenda libertate, hortatoria.

PRimum ne tibi Vir magnanime, pro tantarum rerum gloria, an liberta
tatis partæ ciuibus, pro tuis erga illos meritis, & fœliciſsimo ſucceſſu li-
bertatis gratuler, incertus ſum: utriſq; pariter gratulor, utroq; ſimul allo
quar, neq; quos tàm coniunctos rebus ipſis uideo, ſermone diſiungam,
ſed quibus interim uerbis utar, in tàm repentino tamq; inopinato gau-
dio? quibus uotis exultans animi motus explicē? uſitata ſordeſcunt, in-
uſitata non audeo, furabor me tantiſper occupationibus meis, & Homerico ſtilo digniſsi
mos cogitatus, quod penuria temporis hortatur, tumultuaria complectar oratione. Liber
tas in medio ueſtrum eſt, qua nihil dulcius, nihil optabilius, nunquam certiùs quàm perdē
do cognoſcitur, hoc tamen grandi bono, & experimento tot anniorum cognito, læté, ſo-
briè, modeſtè, tranquilleq; fruimini, gratias agētes, talium munerum largitori, Deo qui nō
dum ſacro ſanctiſsimæ ſuæ Vrbis oblitus eſt, & eā ſeruam diutius ſpectare non potuit, a-
pud quam terrarum orbis imperium collocarat. Itaque uiri fortes, & uirorum fortium ſuc-
ceſſores, ſi cū libertate ſana mens rediit, non prius hanc quā uitam deſerendam, ſibi quiſq;
p ſe cogitet, ſine qua uita ludibriū eſt. Præteritā ſeruitutē ante oculos aſsiduè reuocate, ſic
etenim, niſi fallor, erit præſens aliquāto, etiā q̄ uita charior, libertas, ut ſi alterutro carēdū ſit,
reperiri ualeat nemo, cui modo ſuperſit gcquā Romani ſanguinis, qui non malit in liberta
temori, quā in ſeruitute uiuere. elapſus hamo piſcis, quicquid in undis internatat, meruit,
excuſſa faucibus luporum ouis, glaucos eminus horret canes. explicita uiſco uolucris, tuta
etiā arbuſta formidat. & Vos, mihi credite ineſchari hamo falſæ ſpei blanditijs, & Vos pe-
ſtiferæ, cōſuetudinis uiſcū, & Vos famelici luporū greges obſidēt. circūſpicite uigilantib. a-
nimis & uidete, ut quicqd omnino cogitatis, quicqd agitis, libertatē ſapiat, ad hāc unā curæ
uigiliæq; ueſtræ, ad hāc omnes omniū pertineāt actiones, quicquid præter hāc agitur, uel ir
reparabile iactura tēporis, uel inſidias extimate. Amor immeritus, quē ad tyrannos ueſtros
longo uſu forſitā cōcepiſtis, et affectionis indignæ memoria omnis, expectoribus ueſtris
excidat, & ſeruus ſupbū dominū ad tēpus colit, & clauſa poſſeſſori ſuo auis alludit, & ille ſi
liceat cathenas excutiet, et hæc ſi detr exitus, cupido fugiet uolatu. Seruiſtis clariſsimi Ciues
quibus omnes nationes ſeruire cōſueuerant, & quorū ſub pedibus reges erant, ſub pauco
infimi tyrannide iacuiſtis, quodq; ad dolores cedit & pudoris cumulum, aduentitios &
alienigenas dominos habuiſtis, decoris ueſtri fortunarūq; raptores, libertatis euerſores di
numerate, ſingulorū origines recēſete, hūc uallis Spoletana, illū Rhenus aut Rhodanus,
aut aliquis ignobilis terrarū angulus miſit. ille uinctis poſt tergū manibus, ductus in triū-
pho, repēte de captiuo factus eſt ciuis, immò uerò nō ciuis, ſed tyrānus, ut minimè mirādū
ſit, ſi talibus urbs Roma, ſi gloria, ſi libertas, deniq; ſi ſanguis ueſter inuiſus eſt. dum an-
tiquā patriam, dum propriè ſeruitutis ignominiā, dum campis effuſum ſanguinē recordan
tur. illud potius miror, unde uel nobis tàm lōga patientia uiris Romanis & armatis? uel il-
lis tàm intolleranda ſupbia? quid enim præcipuū, cur tantoperè ſibi placeāt habent? quib.
inflantur & efferuntur flatibus uirtutibus ne? quarū nullum genus hominū pauperius uſ-
quam eſt. an ex ſuperabundantibus diuitijs, que ſine furtis ac rapinis fœdare famem neque
unt? an ingēti potentia quæ mox, ut uos Viri eſſe cœperitis nulla erit? an claritate nominis
uel ſanguinis, & furtiuo forſan, aut precario domicilio gloriari poſſunt? quid eſt autē, cur
Romana proſapia glorientur? impudentiſsimè tamen id faciunt, & quia diù ſe Roma-
nos eſſe mentiti ſunt, ceu mendatio præſcripſerint, iam Romanos ſibi uidentur, quid que

utrum riſu an lachrymis proſequēdum ſit,neſcio,iam Romanorum ciuium uiſuit nomē
non Romani ciues,ſed Romani principes appellantur.Sed minus indignor,dum eos etiā
humanitatis oblitos uideo,non enim iam pridem eò ueſaniæ peruentum eſt, ut non homi-
nes,ſed dominos dici uelint,pròh nephas,in qua urbe diuus Cæſ. Auguſtus, mūdi rector
ac regnorum omnium moderator,edicto uetuit,ſed dominum dici,in ea nunc mendici,fu
res,graui ſe iniuria effectos putant,niſi domini uocentur.ò miſerabilem fortunæ uertiginē,
ô mutationem temporis inauditam, diſcutiantur umbræ, pellantur errores, perueniatur
ad uerum,utrum homines ij ſint totius rationis expertes, uiderint qui diffinitionibus rerū
ſtudēt,utrum domini uos,quorū res agitur,uideritis, dū memineritis in eadē Vrbe,illos ſi
mul dominos & nos liberos eſſe non poſſe,quod unum diffinire meum eſt.certè Romani
homines non ſunt,horū omniū,quos inani nobilitatis titulo,tàm faſtidioſos uidebatis, un-
decunq; uenerint,quolibet infœlici uento delati ſunt, quæcunque illos miſerit barbaries,
quamuis foro ueſtro obuerſarentur,quamuis ſtipati ſatellitum turbis,in capitolium aſcen-
derent.quamuis ſuperbo greſſu Romanorū illuſtrium cineribus inſultarent, nemo non
peregrinus erat, & ut ait Satyricus:

Nuper in hanc urbem pedibus qui uenerat albis,
Solatia tanti perdidit roma mali,

uerificatumq; eſt illud alterius Poëtæ:

Nullos admittere reges,ſed ciues ferre ſuo.

Vobis uel illud utinam ſolamē miſeriæ cōtigiſſet,ut uni ſaltem ſeu Ciui ſeu Regi,& nō plu
ribus ſimul externis prædonib.ſeruiretis.ſed uerū eſt quid dixiſſe tradit̄ ille famoſiſsimus
olim Romani generis hoſtis Hānibal,præterita magis reprehendi poſſe quā corrigi,ideóq;
ne amplius urgeam neu tranſacta nobis exprobem, quin potius, ut aliquid pudori ue-
ſtro uelamentū prebeam,fuerunt & maiores ueſtri ſub regibus,ijſq; non ſemper Roma-
næ,ſed nūc Sabinæ,nunc Corynthiæ, quibuſdam etiā ſi credere libeat,ſeruilis originis. Ve-
rū ut proſpera ſic aduerſa fortuna ſuū finem habet,& illorū & ueſtræ libertati defenſor in-
ſperatus affuit,& ſuū Brutū,utraq; tulit ætas.tres iā hinc ex ordine celebrant̄.Bruti primus
qui Superbū regem expulit.ſecūdus, qui Iul. Cæſarem interfecit.tertius qui noſtri tēporis
tyrannos,& exilio & morte perſequitur.in hoc ambobus ſimilis, q; geminæ laudis materi
am,quam inter ſe alij duo unitam diuidūt,iſte totam occupet,priori tamen quadā morum
ac ꝓpoſiti occultatione ſimilior,iuuenis uterq;,lōgè alius ingenio,quā cuius ſimulationē
induerat,ut ſub hoc obtētu,liberator ille populi Romani animi latens aperiretur tempore
ſuo. Et illius quidem ueteris Liuius princeps hiſtoriæ,huius aūt,ueſtri experiētia teſtis eſt.
ille regib.hic tyrannis cōtēptus,primū poſtea formidabilis ,illū legitis,hunc uidiſtis deſpe
ctum ab hominibus,quibus æq̄ iure uiuere cū ciuib.extrema ſeruitus, quibus nihil niſi in-
iuſtū atq; inſolens uidetur eſſe poſſe magnificū.illi humilitatē uiri huius cōtemnebant atq;
calcabant,ſub qua tamen magnus animus interim tegebatur. Teſtis ego ſibi ſum, ſemper
eum,hoc q; tandem peperit,ſub præcordijs habuiſſe,ſed tempus idoneū expectabat,quod
ubi affuit,nihilo ſegnius primo arripuit. Eductum corde Lucretiæ cultrū tenens,nihilo
utilius ille conciuibus tunc ſuis, libertatem reddidit, quàm iſte nūc uobis, hoc interfuit,q;
illorum patientia unius in dignitate ſceleris,ueſtra innumerabilibus flagitijs atque intolle-
rabilibus iniurijs uicta eſt.pro quibus ſanguinem ueſtrū totiens fudiſtis,quos ueſtris patri-
monijs aluiſtis, quos publica inopia ad priuatas copias extuliſtis, ij neq; uos libertate di-
gnos iudicarūt.& laceratas Reipub reliquias,carptim in ſpelūcis & infandis latrocinij ſui
penetralib.cōgeſſerunt,nec pudor apud gentes uulgandi facinoris aut infœlicis patriæ mi
ſeratio pietasq; cōtinuit,quo minus impiè ſpoliata Dei templa,occupatas arces, opes pu-
blicas,regiones urbis atq; honores magiſtratuum inter ſe diuiſos, quam una in re turbulē-
ti ac ſeditioſi homines,& totius reliquæ uitæ cōſilijs,ac ratione diſcordes,inhumani fœde-
ris ſtupēda ſocietate cōuenerāt in pōtes & mœnia,atq; immeritos lapides deſtruirēt.deniq;
pòſt,ui uel ſenio collapſa palatia,q̄ quondā ingētes tenuerūt uiri ,poſt diruptos arcus triū-
phales,unde maiores horū forſitā corruerūt. de ipſius uetuſtatis ac ꝓpriæ impietatis frag-
minib.uilem queſtū,turpi mercimonio captare non puduit.Itaque nunc,heu dolor, heu
ſcelus,indignum de ueſtris marmoreis columnis,de liminibus templorū,ad quæ nuper ex
toto orbe concurſus deuotiſsimus fiebat, de imaginibus ſepulchrorum, ſub quibus pa-
trum ueſtrorum uenerabilis ciuis erat, ut reliquas ſileam, deſidioſa Neapolis adornatur.

ſic

ſic paulatim ruinæ ipſæ deficiunt, ingens teſtimonium magnitudinis antiquorum, & uos
tot millia uirorum fortium, coram paucis latrunculis non aliter quàm in capta urbe craſſan
tibus, ceu totidem nõ tàm ſerui quàm pecora, cum publicæ matris membra diſcerperẽt, ſi
luiſtis. nimirum enim ſuper uos ſortes fecerant, quis huic, quis illi credere in prædam, & ꝗd
imbelli ciuitati Athenarum miramur & indignamur obtigiſse, cum legimus eam ornamẽ
tis ſuis omnibus & liminibus orbatam, ad triginta tyrannorum arbitrium perueniſſe, hoc
in Vrbe Roma, domitrice, urbium ac terrarum domina, ſublimis adhuc imperij & ſummi
Pontificij titulis illuſtrata, potuiſſe contingere. ut non multo plurium fortè etiam pauco
rum tyrannorum libidinibus ſubiaceret, nemo quidem uſq; ad hoc tempus, qui ſatis indig
naretur inuentus eſt. Quis illorum precor unquam à uobis ſeruili aliquo, niſi eodem ſor
dido contentus obſequio fuerit, ſeruis paulo altioribus ipſiſq; iumẽtis parcitur, & ſi non
eorum charitate, & ſaltem damni metu, uobis quis pepercit unquam? quis non unũquẽq;
hyeme & nocte media, dũ ubertim pluit aut fulminat, charæ gremio coniugis auulſum
uel in periculũ mortis miſit, uel niuoſis mõtibus & limoſis paludibus, ceu uile mancipiũ cir
cumduxit? experrecti tãdem, ex tàm graui ſopore uidemini, ideoq; ſi præteritarum feritatũ
pudet, ac pœnitet, aciem mẽtis acriter aduerſus omnes caſus exacuite, ne quis fortè lupo-
rum rapacium, quos à ueſtris ouilibus expuliſtis, & quietiã nunc aſsiduè ſepta ueſtra circũ
ſtrepunt, uulatu ficto, aut ſpẽ aliqua blanditiora, unde uiolenter exierũt fraudulenter irrum
pant. niſi enim hoc prouideritis, quod omen (uenti auferant, & quod ne dum cernere, ſed
excogitare etiam abhorret animus) nolite credere, eãdem illos quam pertulerunt famẽ re-
creaturos, ſed multo rabidiorem & magis magiſq; tractu temporis efferatam, æquæ gre-
gis ſanguinem ſitiunt & paſtoris & libertatem ueſtram, & liberatoris ueſtri gloriam, miſe-
riam atq; ignominiam ſuam ducunt. aduerſus hos hoſtes fidenter inſurgite, pauci & con
tẽptibiles erũt, ſi uos unũ eritis. Sed multũ timeo quia multũ diligo, eadẽq; ratione multũ
audeo (amor enim & pauidos facit eſſe ſecuros) ſcio quidem, in illa tempeſtate Reipub.
cuius ſi memini, . fuiſſe qui paucorum tyrannidi aduerſus libertatem omnium fauerent,
quodq; nõ ab obſcuris, ſed à præclariſsimis adoleſcẽtibus, atq; ipſius liberatoris filijs admiſ
ſum, quib. & mixti ſanguinis nexus & cõſuetudo longior & familiarior cõuictus obliuio-
nẽ ſuſpitius obuexerãt, eos ille tamẽ orbitate forſan infœlix, ſed uirtute animi fœliciſſimus
pater, morte mulctauit, ſanctius extimãs ſibi filios eripi, quã patriæ libertatẽ, idẽq; prorſus
in hac tempeſtate permetuo, eoq; magis, quò fragiliora nunc & uolubiliora ſunt pectora.
permultos arbitramur futuros, quibus uel mixto ſanguine, cum tyrannis, uel miſerrima
cõſuetudine ſeruiendi perſuaſum ſit, dulciorẽ eſſe ſeruilem crapulã, quã ſobriam libertatẽ.
qui ſe grande aliquid aſſecuturos putant, ſi ſalutentur in publico, accerſante, fatigentur
obſcœnis imperijs, tandẽ infames & ſordidi paraſiti, iniquis menſis aſſideant tyrannorũ,
atq; aliquid de reliquis gulæ tã capacis abſorbeant, hæc enim profectò non alia miſerorũ
ſolatia, hæc tantorum diſcriminum & laborum premia. Tu uerò Vir fortiſsimè, qui tantã
labentis Reipub. molem pijs humeris ſubijſti, nihilo ſegnius aduerſus tales Ciues, quàm
aduerſus crudeliſsimos hoſtes armatus inuigila, Iunior Brute, ſenioris imaginem ante ocu
los ſemper habe. ille Cos. erat. tu ſi conferimus dignitates, multa quidem à Coss. aduerſus
plebem Romanam animosè dicam, multa etiam atrocia facta ſunt, cuius TRIBB. con-
ſtãtiſsimos defẽſores ſemper accepimus. quod ſi Cos. ille ſtudio libertatis filios interemit,
quid Trib. tibi agendum ſit, in cæteris uide. Si fidele conſilium non reſpuis, nil ſanguini tri
bues uel amori, quem libertatis inimicum ſenſeris, ſcias hunc non amicum tibi eſſe poſſe,
quam ſibi, dum utriq; quod præſtantiſsimum habet tendit eripere. De urbe Roma loque
batur Saluſtius ubi ait: In tàm magna ciuitate, multa & uaria ingenia ſunt. quot aũt in ea
dem modo ſunt, qui exiguo pretio facile ſeipſos & uniuerſam Rempub. atq; omne diui-
num humanumq; ius proderent? Bene nobiſcum agitur diuinitus, ſi maiori populi pars u-
num ſentit, ſi torporem quo premebatur excuſſit, magnum & formidatum nomen eſt,
quamuis afflicti P. R. magnæ opes, magna præſidia, ſi conſilio gubernentur, abun-
dè per ſeipſum poteſt, modò uelle unum incipiat. Incipit autem iam, uult, qui enim contra

ſentiunt non de populi, ſed de hoſtium numero ſunt habendi, quibus uelut prauis humoribus exoneratum Reipub. corpus, quò tenuius & expeditius ualidiu' q̃ remanebit. aſsit prouidentia, nec animus deſit, robur quippè non deerit, non modò ad libertatem tuendã, ſed etiam ad imperium repetendũ. quantũ uerò confert recordatio uetuſtatis & mũdo dilecti nominis Maieſtas? quis non Romæ ius ſuum proſequenti proprios optet euentus? tam iuſtæ cauſæ patrocinium Deus hominesq́ ſuſpirant. Italia, que cum capite ægrotante languebat, ſeſe iam nũc erexit in cubitum, Si perſtiteritis incœpto, & lætus rumor inualuerit, mox ſic ſpes etiam iucunda conſurget, boni omnes qui poterunt auxilium ferent. quibus poſſe negabitur, uotis ſaltem & precibus adiuuabunt. cõtrà autem proditores patriæ & hic gladio ultore ferientur, & apud inferos meritas pœnas luent, quas eis non noui tantùm doctores, ſed etiam ueteres comminãtur. ij ſunt enim, quos in acerrimo ſuppliciorum circulo Maro concluſit:

Vendidit hic auro patriam dominumq́ potentem,
Impoſuit, fixit leges pretio atq; refixit.

In hoc igitur genere hominum, ſeu potius belluarum, dicam quid ſentio, omnis ſeueritas pia, miſericordia omnis inhumana eſt. tu quidem tibi uir egregie ad immortalitatem nominis aperuiſti aditum, perſeuerandum eſt, ſi cupis ad terminum peruenire, alioquin ſcito, quod quantò clarius principium, tantò obſcurior finis erit. Hoc autem calle gradienti, multa periculoſa, multa perplexa, multa aſpera ſe oſtendunt, ſed uirtus arduis, patientia difficilibus delectatur. ad laborem glorioſum naſcimur, quid ad quietem inertiſsimam ſuſpiramus? adde, quod multa difficilia primum aggredientibus uiſa ſunt, quæ longius progreſſis, apparuère facillima, quãquam ego de qualitate rerum diſputo, cum multa quidem amicis, plura parentibus, omnia patriæ debeamus. Itaq; & ſi infeſtis cuſpidibus cum ſceleratis hoſtibus concurrendum fuerit, concurres tu prorſus imperterritus, Bruti ipſius exemplo, qui oblatum in acie Superbi regis filium occidit, mutuis ipſe uulneribus occumbens, ita, quem Vrbe depulerat, in tartarum uſque perſecutus eſt. tu uerò uictor incolumis illis pereuntibus cõſiſtes, & ſi utiq; cadendum ſit, reddendaq́; patriæ uita, illis ad inferna properantibus, cœlum petes, quo tibi uirtus & tuorum charitas uiam ſtrauit, æternæ famæ ueſtigium hic relinquens. quid aliud ſperare licet? Romulus urbem condidit, hic quem ſæpe nomino Brutus libertatem, Camillus utrãq; reſtituit, quid ergo, inter hos tecum clariſſime uir intererat, niſi quod Romulus urbẽ exiguam, fragili uallo circumdedit. tu omnium quæ ſunt & quæ fuerunt, per maximam ciuitatem ualidiſsimis muris cingis? Brutus ab uno, tu à multis tyrannis uſurpatam libertatem uendicas? Camillus ex nouis & adhuc fumantibus, tu ex iam pridem deſperatis ac ueteribus ruinis euerſa reſtituis? Salue noſter Camille, noſter Brute, noſter Romule, ſeu quolibet alio nomine dici mauis. ſalue Romanæ libertatis, Romanæ pacis, Romanæ tranquillitatis auctor. Tibi debet præſens ætas quod in libertate morietur, tibi poſteritas, quod naſcetur. duo quidem citò dictu leuia, ſed effectu ſaluberrima, nominatim petere, uir illuſtris, inſtitueram. tu me in altero ſponte præueniens efficis, ut alterum petijſſe ſatis ſit. Sic enim fama de te loquitur, ſolitum per ſingulos dies, ex quo ad Reipub. regimen aſcendiſti, luce prima antequàm publici priuatiq; negotij quicquam agas, uenerandum dominici corporis ſacramentum, cum multa deuotione, et exactiſsima tuæ mẽtis diſcuſſione ſuſcipere, hoc nimirũ ſapiẽtis fragilitatẽ, corporũ & uitæ breuitatem reputantis, & impendentes undiq; caſus uarios circumſpectantis uiri opus eſt, ſeruaſſet, ut auguror, hunc morem, ſi ad hæc tempora perueniſſet, ſeruauit quoddã ſimile, quantum obducta tenebris & æthereæ lucis egens permiſit ætas, ille Romanorum ducum longè clariſsimus. reliquum eſt igitur, ut quotiens ſeu diſcumbere forte, ſeu in ſomnis iacens, ſeu quid aliud corpori tribuens, aliquid ocioſi temporis nactus eris, animo eiuſ ſui generis alimenta ne ſubtrahes? lege dum uacat, quando id ex commodo non potes, legentes auſculta. habes in huiuſmodi rei ducem imitatione digniſsimum Auguſtum, de quo ita ſcriptum eſt, quod in lectulum transgreſſus non amplius quàm ſeptem horas dormiebat, ac ne eas quidem continuas, ſed ut in illo temporis ſpatio ter aut quater expergiſceretur

ſceretur,ſi interruptum ſomnum recuperare ut euenit non poſſet,lectoribus uel fabulatoribus acceſſitis, de eodem legitur: quod tàm parcus temporis diſpenſator fuerit, ut inter comedendum bibendumque legeret, aut ſcriberet. Tibi autem in hoc præcipuè rerum ſtatu quid legendum audiendumue ſit potius, quàm maiorum tuorum res geſtæ, & quorum nulla abundantior urbs eſt omnis uirtutis exempla domeſtica, & ſanè in libro de illius Cenſorij Catonis ſenis, ſolitos canere ad tubicen, de clarorum hominum uirtutibus, id non exigo (quamuis & hoc interdum ſcintillare animos, & ad imitanda exardeſcere faciat) mihi autem ſatis erit, ſi coram te crebro Romani annales & hiſtoriæ relegantur, & tecum quid hactenus: Vos uerò nunc primũ ueri Ciues, hũc uirum cœlitus uobis miſſum credite, hũc ut rarũ Dei munus colite, pro ſalute eius animas ueſtras exponite, licuit & ſibi cum reliquis in ſeruitio degere, & quod tàm magnus populus ſpõtè ſubierat, iugum pati. licuit ſi id moleſtum uidetur, procul à conſpectu miſerrimæ urbis effugere, & quod quoſdam ſummos uiros feciſſe nouimus, ſpontaneo exilio ſuum caput contumelijs eripere, retraxit eũ ſolus amor patriæ, quã cum in eo ſtatu deſerere ſacrilegium putaret, in hac ſibi uiuendum eſſe, pro hac moriendum ſtatuit. fortunas ueſtras miſeratus, in quam præcipitem locum uenerit, uidetis, opem ferte ne corruat. cogitate quæſo quotiẽs uos periculo mortis, pro tyrannis ſuperbiſsimis, & ingratiſsimis obtuliſtis, dum ferro decernitis, non ubi res ueſtræ ſed illorum ſint, hoc eſt, quis potiſsimum regnet, quis licentius rapiat, ſpoliet, laniet, ſpargat, occidat, auſus pro indignis dominis, & pro obſcœna ſeruitute tàm grandia, audere aliquid pro uobis & pro libertate dignum eſt, pro qua inuentus eſt, & qui urbe Reges, & qui uita Cæſares ſpoliarent. Dicite mihi, ſi Romanorũ regũ & imperatorũ licentiam non tuliſtis, alienigenarum prædonum tàm diù cruentam rabiẽ, & inexplendam auaritiam perferretis: nõ ita Deum à piorum cõſilijs aduerſum reor, uiuere ſub illis triſtib. quã ſine illis mori. audendũ præterea aliquid pro filijs ueſtris, pro coniugibus, pro parentũ canitie, pro auorũ tumulis, poſtremò nihil nõ audendũ, pro Repub. cuius charitas Decios coëgit ut deuotis corporibus ad mortem irent. M. Curtium, ut ſe in horribilem illam terræ uoraginem eques armatus immergeret, Horatium Coclitẽ, ut armis onuſtũ corpus, quod muri loco legionibus Hetruſcis obiecerat, in tyberini amnis uortices, effracto ponte dimitteret. C. Mutiũ Scæuolã ut errãti dexteræ inferret, mirãdũ ipſis hoſtib. formidãdũq́ꝫ ſupplicũ. Attiliũ Regulũ, & cũ manere domi poſſet, ad irati carnificis tormẽta remearet. Duos Scipiones ut in Hiſpania morientes, iter Carthaginenſiũ, quãdo aliter non poterãt, corporibus ſuis & morte præcluderent, horumq́ꝫ alterius natum, ut inops inglorius mori mallet, quã libertatẽ populi ulla ex parte concutere. alterius ut priuatus T. Gracchi turbidos motus morte comprimeret, multos itẽ alios, ut aduerſis tumultuoſos ciues, eodem remedio uterentur. M. deniq́ꝫ recentiorem Catonem, qui agnomen à more ſortitus eſt, ut ſibi ipſe manus ingereret potius, quàm tyranni eiuſdem, licet ſingularis & unici uiri, uultũ & ſeruientem patriam uideret. ſingulos enumerare curioſum eſt, apud illos præſertim, quorum de ſanguine non uiri tantũ, ſed eiuſdẽ unanimis & iuncti propoſiti illuſtres etiam fauillæ ſurrexerunt. Cuius rei teſtis eſt Cremera, ſexq́ꝫ & trecentorum Fabiorũ clarus ſimul & miſerabilis caſus, nec familiæ modò ſed legiones, ſed exercitus, quib. ruere in mortem, ꝑ patria dulce fuit. Ad hoc cum in eo ipſo Capitolio, ut auguror, iſta relegenda ſint, de cuius olim uertice uir acerrimus Manlius, qui eius paulo antè cuſtos fuerat (ob id ſolum quia libertati cui fauerat inſidiari, & egregio cœpto diſsimiles exitus ſpectare uidebatur) præceps impulſus eſt, idemq́ꝫ ſaxum habuit & eximiæ laudis & ſupplicij monumentum, exemplarq́ꝫ reliquit perpetuũ, ſimilia non audẽdi. Nec ſibi uerò. quiſquã falsò perſuadeat, eos qui pro libertate excubant, qui hactenus deſertæ Reipub. partes ſuſcipiũt, alienũ agere negotium, ſuũ agũt. in hoc enim una repoſita ſibi omnia norint omnes, ſecuritatem mercator, gloriam miles, utilitatẽ agricola, poſtremo in eadẽ religioſi cæremonias, otium ſtudioſi, requiẽ ſenes, rudimenta diſciplinarũ pueri, nuptias puellæ, pudicitiam matronæ, gaudiũ omnes inuenient. in hoc enim tã publice tamq́ꝫ priuati, ſalutare negotiũ, omnia publica & priuata ope Romani ciues intendite. huic uni reliquæ cedant curæ. ſi hanc omittitis, in quã

talibet occupatione nihil agitis, ſi huic incumbitis, & ſi nihil agere uidemini, cumulatè tamen & ciuium & uirorum impleuiſtis officia. deleatur, oro, de medio ueſtrũ ciuilis furoris omne ueſtigium, incendium quod in nobis tyrannorum flatibus exarſerat, liberatoris ueſtri monitis & munita beniuolẽtia reſtinguatur, unum ex omnibus certamen aſſumite, non uter potentior, ſed uter melior, uter patientior, uter patriæ amantior ciuis ſit, uter uicinis humilior, uter tyrannis infeſtior. Certate uiciſsim cum Tribuno, an ille ad honeſta imperia prudentior, an uos ad obedientiam prõptiores, & fortaſsis amor, quo nihil ſolet eſſe ualidius, ad coniũctionẽ animorũ, non ſatis uiriũ habet, habeat cõmunis utilitas, & ſi uinculo nexi hærere inuicem, tenaciter atq; pacifice, & tradita uobis à patribus ueſtris, non niſi in hoſtes publicos, arma conuertite. horum exilio, ægeſtate, ſupplicijs, illorum cineri pulcherrimas inferias date. qui hæc ſi dum agũtur exultabũt, ſi ante præuidiſſent, æquanimius expiraſſent. Sed iã uereor, ne plus æq̃ uos in uerbis detineam, hoc præſertim tẽpore, quo factis potius opus eſt. quæ quoniam neq; profeſsioni, neq; fortunæ meæ ſuppetunt, quod unum auxilij genus habeo, uerba tranſmitto. Et primo quidem clariſsimis rumoribus excitatus, inuidi fateor honori ueſtro, fortunãq; meam multiplicibus querelis oneraui quod me præſentis tanti gaudij feciſſet exortem. ſed ne exortẽ fecerit, uenit ad me ꝑ terras & maria, mea uirilis portio lætitiæ, Itaq; calamum feſtinabundus arripui, ut in tanto, tãm celebri libertatis populi conſenſu, uox mea de longinquo ſaltem audiretur. uel ſic Romani ciuis officio fungerer. Cæterũ ꝗ ſoluta oratione nunc attigi, attingam fortaſsè propè diem, alio dicendi genere, modo mihi quod ſpero quidẽ & cupio, glorioſi principij perſeuerantiã non negetis. Apollinea frõte redimitus, diſertũ atq; altũ helicona penetrabo, illic Caſtaliũ ad fontem, Muſis ab exilio reuocatis, ad manſurã gloriæ noſtræ memoriã ſonãtius, aliquid canã, quod lõgius audietur. Vale Vir fortiſsime, ualete Viri optimi, uel glorioſiſsima Septicollis.

FRANCISCVS PETRARCHA, IOAN. BOCCATIO. S.

Librum tuum, quem noſtro materno eloquio, ut opinor olim iuuenis edidiſti, neſcio quidem, unde uel qualiter ad me delatum uidi. nam ſi dicam legi, mentiar. ſiquidem ipſe magnus ualde, ut ad uulgus & ſoluta ſcriptus oratione, & occupatio mea maior, & tempus anguſtum erat. idq; ipſum ut noſti, bellicis undique motibus inquietum, à quibus & ſi animo procul abſim, nequeo tamen fluctuante Rep. non moueri. quid ergo? excucurri eum, & feſtini uiatoris in morem, hinc atque hinc circumſpiciens, nec ſubſiſtens, animaduerti alicubi librum ipſum canum dentibus laceſsitum, tuo tamen baculo egregiè, tuaq; uoce defenſum. Nec miratus ſum. nam & uires ingenij tui noui, & ſcio expertus, eſſe hominum genus, & inſolens & ignauum, qui quicquid ipſi uel nolunt uel neſciunt, uel non poſſunt, in alijs reprehendunt, ad hoc unum docti & arguti, ſed elingues ad reliqua. Delectatus ſum in ipſo tranſitu, & ſi quid laſciuiæ liberioris occurreret, excuſabat ætas tunc tua, dum id ſcriberes, ſtilus, idioma, ipſa quoque rerum leuitas, & eorum qui lecturi talia uidebantur. refert enim largiter, quibus ſcribas, morumq; uarietate ſtili uarietas excuſatur, inter multa ſanè iocoſa & leuia, quædam pia & grauia deprehendi, de quibus tamen diffinitiuè, quid iudicem, non habeo, ut qui nuſquam totus inhæſerim. at quod uerè accidit, eo more currentibus, curioſius aliquantò quàm cætera, libri principium finemq; perſpexi, quorum in altero patriæ noſtræ ſtatũ, illius ſcilicet peſtilentiſsimi temporis, quod præ omnibus noſtra ætas lugubre, ac miſerũ mũdo uidit, meo quidẽ iudicio, & narraſti propriè, & magnificè deploraſti. in altero aũt hiſtoriã ultimã, & multis præcedentiũ longè diſsimilẽ poſuiſti, quæ ita mihi placuit, meq; detinuit, ut inter tot curas, quæ penè meipſum immemorẽ fecêre, illam memoriæ mandare uoluerim, ut & ipſe eam animo, quotiens uellem, non ſine uoluptate repeterem, & amicis ut fit confabulantibus, renarrarem, ſi quando aliquid tale incidiſſet, quod cum breui poſtmodum feciſſem, gratamq; audientibus cognouiſſem, ſubitò talis interloquendum cogitatio ſuperuenit, fieri poſſe, ut noſtri etiam ſermonis ignaros, tãm dulcis hiſtoria delectaret, cum & mihi ſemper ante multos annos, audita placuiſſet, & tibi uſque adeò placuiſſe perpenderem, ut uulgari eam ſtilo tuo cenſueris, nõ indignam & fine operis, ubi Rhetorum diſciplina ualidiora quælibet collocari iubet. Itaque die quodam, inter uarios cogitatus, animum more ſolito diſcerpentes, & illis & mihi, ut ſic dixerim iratus, uale omnibus ad tempus dicto, calamum arripiens, hiſtoriam ipſam tuam ſcribere ſum aggreſſus, te haud dubiè gauiſurum ſperans, ultrò rerum interpretem me tuarum fore, quod non facilè alteri cuicunque præſtiterim, egit me tui amor, & hiſtoriæ, ita tamen, ne Horatianum illud poeticæ artis obliuiſcerer:

> *Nec uerbum uerbo curabis reddere fidus*
> *Interpres:*

Hiſtoriam tuam, meis uerbis explicui, immò alicubi aut paucis in ipſa narratione mutatis uerbis, aut additis, quod te non tantum modò, ſed fauente fieri credidi, quæ licet à multis & laudata & expetita fuerit, ego rem tuam, tibi nõ alteri dedicandam cenſui. quam quidem, an mutata ueſte deformauerim, an fortaſsis ornauerim tu iudica, illinc enim oritur, illuc redit, notus iudex, nota domus, notum iter, ut unum & tu noris, & quiſquis hæc leget, tibi non mihi rationem rerum eſſe reddendam. Quiſquis ex me quæret, an hæc uera ſint, hoc eſt an hiſtoriam ſcripſerim, an fabulam, reſpondebo illud Criſpi. Fides penes auctorem, meum ſcilicet Ioannem ſit. hæc præfatus incipio.

FRAN-

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. DE OBEDIENTIA AC fide uxoria Mythologia.

EST ad Italiæ latus occiduum Veſulus ex Appenini iugis, mõs unus altiſsimus, qui uertice nubila ſuperãs, liquido ſeſe ingerit ætheri, mõs ſuapte nobilis natura, ſed Padi ortu nobiliſsimus, qui eius è latere fonte lapſus, exiguo orientẽ cõtra ſolem fertur, miriſq; mox tumidus incrementis, breui ſpacio decurſo, nõ tantũ maximorũ unus animũ, ſed fluuiorum à Virgilio rex dictus, Liguriam gurgite uiolentus interſecat, dehinc Aemiliam atq; Flaminiã, Venetiamq; diſcriminans, multis ad ultimũ & ingentibus oſtijs, in Adriaticum mare deſcẽdit. Cæterum pars illa terrarũ de qua primũ dixi, quæ & grata planitie, & interiectis collib. ac montib. circunflexis, aprica pariter ac iucunda eſt, atq; ab eorum quibus ſubiacet Pedemontiũ nomen tenet, & ciuitates aliquot, & oppida habet egregia. Inter cætera ad radicẽ Veſuli, terra Salutiarũ, uicis & caſtellis ſatis frequens, Marchionum arbitrio nobiliũ, quorundã regitur uirorũ, quorũ unus primuſq; omnium & maximus fuiſſe traditur Gualtherus quidam ad quẽ familiæ ac terrarum omniũ regimen pertineret, & hic quidem forma uirens atq; ætate, nec minus morib. quã ſanguine nobilis, & adſummam omniũ ex parte uir inſignis, niſi ꝙ præſenti ſua ſorte contentus, incurioſiſsimus futurorum erat. Itaq; uenatui aucupioq; deditus, ſic illis incubuerat, ut alia penè cuncta negligeret, quoq; in primis ægrè populi ferebant, ab ipſis quoq; coniugij conſilijs abhorreret. Id aliquandiù taciti cum tuliſſent, tãdem cateruatim illũ adeũt, quorũ unus, cui uel auctoritas maior erat, uel facundia maiorq; cũ ſuo duce familiaritas. Tua, inquit, humanitas optime Marchio, hanc nobis præſtat audaciã, ut & tecum ſinguli, quotiens res expoſcit deuota fiducia colloquamur, & nunc omniũ tacitas uolũtates, mea uox tuis aurib. inuehat, nõ ꝙ ſingulare aliquid habeã, ad hãc rem, niſi quod tu me inter alios charũ tibi multis indicijs comprobaſti. cum meritò igitur tua nobis omnia placeãt, ſemperq; placuerint, ut fœlices nos tali domino iudicemus unũ eſt, quod ſi à te impetrari ſinis, teq; nobis exorabilem præbes, planè fœliciſsimi finitimorũ omniũ futuri ſumus, ut coniugio, ſcilicet animum applices, collũq; non liberũ modo, ſed imperioſum legitimo ſubijcias iugo, idq; quã primũ facias, uolant, enim dies rapidi, & quanquã florida ſis ætate, cõtinuè tamen hũc florem, tacita ſenectus inſequit, morſq; ipſa omni proxima eſt ætati. nulli muneris huius immunitas datur, æquè omnib. moriendũ eſt, utq; id certũ, ſic illud ambiguũ quãdo eueniat: ſuſcipe igitur oramus eorũ preces, qui nullũ tuum imperiũ recuſarent, quærendæ aũt coniugis ſtudiũ nobis linque, talẽ enim tibi procurabimus, quæ te merito digna ſit, & tãm claris orta parentib. ut de ea ſpes optima ſit habenda, libera tuos omnes moleſta ſollicitudine quæſumus, ne qd humanitus tibi forſan accideret, tu ſine tuo ſucceſſore abeas, ipſi ſine nouo rectore remaneant. Mouerũt piæ preces animum Viri, & cogitis, inquit me amici, ad id quod mihi in animũ nunquam uenit, delectabar omnimoda libertate, quæ in cõiugio rara eſt. cæterũ ſubiectorũ mihi uoluntatib. me ſpõte ſubijcio. & prudẽtiæ ueſtræ fiſus, & fidei. illam uerò quã offertis quærendæ curã cõiugis, remitto, eãq; humeris meis ipſe ſubeo, quid unitis enim claritas cõfert alteri, ſæpè filij diſsimillimi ſunt parentũ. quicquid in homine boni eſt, nõ ab alio quã a Deo eſt. Illi ergo & ſtatus & matrimonij mei ſortes ſperans de ſua ſolita pietate, cõmiſerim, ipſe mihi inueniet, quod quieti meæ ſit expediens ac ſaluti. Itaque quando uobis ita placitũ eſt, uxorẽ ducã, id uobis bona fide polliceor, ueſtrũq; deſiderium nec fruſtrabor equidẽ, nec morabor, unũ uos mihi uerſa uice promittite, ac ſeruate, ut quamcunq; coniugem ipſe delegero, eam uos ſummo honore ac ueneratione proſequamini, nec ſit ullus inter uos, qui de meo unq̃ iuditio aut litiget, aut quærat. ueſtrũ fuit mei animum quos nouiſtis liberrimũ, iugo ſubieciſſe, coniugij mea ſit iugi ipſius electio, quæcunque uxor mea erit illa. ceu Romani principis filia domina ueſtra ſit. Promittũt unanimiter

ac lætè nihil defuturũ, ut quib. uix poſsibile uideretur, optatũ diẽ cernere nuptiarũ, de quib. in diem certũ magnificentiſsimè reparandũ, domini iubentis edictũ alacres ſuſciperent. Ita à colloquio diſceſſum eſt, & ipſe nihilominus eam ipſam nuptiarũ curã domeſticis ſuis impoſuit, edixitq́ diem. Fuit haud procùl à palatio uillula paucorũ atq; inopũ incolarum, quorum uni omnium pauperrimo Ianicole nomen erat, ſed ut pauperum quoq; tuguria non unquam gratia cœleſtis inuiſit, unica illi contigerat Briſeldis nomine, forma corporis ſatis egregia, ſed pulchritudine morũ, atq; animi adeò ſpecioſa, ut nihil ſuprà, hæc parco uictu, in ſumma ſemper inopia educata, omnis inſcia uoluptatis, nil molle, nil tenerum cogitare didicerat, ſed uirilis, ſenilisq́ animus uirgineo latebat in pectore, patris ſeniũ inextimabili refouens charitate, & pauculas eius oues paſcebat, & colo interim digitos atterebat, uiciſſimq́ domũ rediẽs, oluſcula & dapes fortunæ cõgruas p̃parabat, durũq́ cubiculum ſternebat, & ad ſummã anguſto in ſpatio, totũ filialis obediẽtiæ ac pietatis officiũ explicabat. In hanc uirgunculã Gualtherus ſæpè illac tranſiẽs, quandoq; oculos nõ iuuenili laſciuia, ſed ſenili grauitate defixerat, & uirtutẽ eximiã, ſuprà ſexũ ſupraq; ætatẽ, quàm uulgi oculis cõditionis obſcuritas abſcõdebat, acri penetrarat intuitu, unde effectũ, ut & uxorem habere, quod nunq̃ ante uoluerat, & ſimul hanc unam, nullamq́ aliam habere diſponeret. Inſtabat nuptiarũ dies, unde aũt uentura ſpõſa eſſet nemo nouerat, nemo nõ mirabatur, ipſe interim & anulos aureos, & coronas & balteos cõquirebat, ueſtes aũt p̃tioſas & calceos & eius generis neceſſaria omnia, ad menſuram puellæ alterius, q̃ ſtatura ſuæ perſimilis erat, præparari faciebat, uenerat expectatus dies, & cũ nullus ſpõſæ rumor audiretur, admiratio omnium uehemẽter excreuerat, hora iam prandij aderat, iamq́ apparatu ingenti domus tota feruebat. Tum Gualtherus aduẽtanti uelut ſpõſæ obuiã profecturus domo egreditur, proſequẽte uirorũ & matronarũ nobiliũ caterua, Briſeldis omniũ q̃ erga ſe pararẽtur ignara, peractis quæ agenda domi erant, aquam è lõginquo fonte cõuectans, paternũ limẽ intrabat, ut expedita curis alijs, ad uiſendã Domini ſui ſpõſam, cum puellis comitib. properaret, dum Gualtherus cogitabundus incedẽs, eãq́ cõpellans nomine, Vbĭnam pater eius eſſet, interrogauit: quæ cum illũ domi eſſe reuerenter atq; humiliter reſpõdiſſet. Iube, inq̃t, ad me ueniat, uenientẽ ſeniculũ, manu præhenſum, parump abſtraxit, ac ſubmiſſa uoce. Scio ait, me Ianicola carum tibi, teq́ hominẽ fidũ noui, & quæcũq; mihi placeant, uelle te arbitror, unũ tamen nominatim noſſe uelim. An me quẽ dominũ habes, data mihi hac tua in uxorẽ filia generũ uelis? Inopino negotio ſtupefactus ſenex obriguit, & uix tandẽ paucis hiſcẽs. Nil, inquit, aut uelle debeo aut nolle, niſi quod placitũ tibi ſit, qui dominus meus es. Ingrediamur ſoli ergo, inq̃t, ut ipſam de quibuſdã interrogẽ te præſente. ingreſſi igitur, expectante populo, ac mirante puellam cura patris obſequium ſatagentẽ, & inſolito tanti hoſpitis aduẽtu ſtupidam inuenêre, quã ijs uerbis Gualtherus aggreditur. Et patri tuo placet, inquit, & mihi, ut uxor mea ſis. credo idipſum tibi placeat, ſed habeo ex te q̃rere, ubi hoc peractũ fuerit, quod mox erit, An uolẽti animo parata ſis, ut de omnib. tecũ mihi cõueniat, ita ut in nulla unq̃ re à mea uolũtate diſſentias, & quicquid tecũ agere uoluero, ſine ulla frõtis aut uerbi repugnantia te ex animo uolente mihi liceat. Ad hæc illa miraculo rei tremẽs. Ego mi domine, inquit, tanto honore me indignam ſcio, at ſi uoluntas tua, ſicq́ ſors mea eſt, nil ego unq̃ ſciens, ne dũ faciam, ſed etiam cogitabo, quod cõtra animũ tuum ſit, nec tu aliq̃d facies, & ſi me mori iuſſeris, quod moleſtè feram. Satis eſt, inq̃t ille, ſic in publicum eductam populo oſtendens: Hæc, ait, uxor mea, hæc domina noſtra eſt, hanc colite, hanc amate, & ſi me charum habetis, hanc chariſsimam haberote. Dehinc, nequid reliquiarũ fortunæ ueteris nouã inferret in domum, nudari eam iuſsit, & à calce ad uerticẽ nouis ueſtibus indui, quod à matronis circunſtantib. ac certatim ſinu illam, gremioq́ fouentib. uerecundæ ac celeriter adimpletũ eſt. ſic horridulam uirginẽ, indutã, lacerãq́, comam recollectã manibus cõptamq; pro tempore inſignitã gemmis & corona uelut ſubitò transformatam, uix populus recognouit, quàm Gualtherus anulo pretioſo, quem ad hunc uſum detulerat, ſolenniter deſponſauit, niueoq; equo impoſitam, ad palatiũ deduci fecit, comitantẽ populo, & gaudẽte ad hunc modum nuptiæ celebratæ, diesque ille lætiſsimus actus eſt. Breui dehinc inopi

ſponſæ,

ſponſæ,tantū diuini fauoris affulſerat,ut nō in caſa illa paſtoria,ſed in aula imperatoria edu
cata atq; edocta uiderer,atq; apud omnes ſupra fidē chara & uenerabilis facta eſſet, uixq;
his ipſis,qui illā ab origine nouerāt,pſuaderi poſſet Ianicolæ natā eſſe,tantus erat uitæ, tan-
tus morū decor,ea uerborū grauitas,ac dulcedo,quib. omnium animos nexu ſibi magni
amoris aſtrinxerat.iamq; non ſolū intra patrios fines,ſed per finitimas quaſq; prouincias,
ſuum nomē celebri præconio fama uulgabat,ita ut multi ad illam uiſendā uiri ac matronæ
ſtudio feruente concurrerēt.Sic Gualtherus humili quidē,ſed inſigni ac proſpero matrimo
nio, honeſtatis ſumma domi in pace,extra uerò ſumma cū gratia hominū uiuebat,quodq;
eximiam uirtutē,tanta ſub inopia latitantē,tàm perſpicaciter deprehēdiſſet, uulgo pruden
tiſsimus habebatˉ.neq; uerò ſolers ſponſa,muliebria tantum hæc domeſtica,ſed ubi res po-
ſceret,publica etiā obibat officia uiro abſente,lites patriæ nobiliumq; diſcordias dirimens,
atq; cōponens,tàm grauibus reſpōſis,tātaq; maturitate & iudicij æquitate, ut omnes ad ſa
lutem publicam demiſſam cœlo fœminā prædicarent.Neq; multū tempus effluxerat,dum
grauida affecta.primū ſubditos anxia expectatione ſuſpēdit,de hinc filiā enixa pulcherri-
mam,quāuis filium maluiſſent,tamen uotiua fœcunditate,non uirū modò,ſed totam pa-
triam lætā fecit. Cœpit, ut fit,interim Gualtherū cum iam ablactata eſſet infantula, mira-
bilis quædā,q̄ laudabilis doctiores iudicēt,cupiditas,ſat expertā charæ fidē cōiugis experi-
endi altius,& iterū atq; iterū retēntandi.ſolā igitur in thalamū ſe uocatā,turbida fronte ſic al
loquitur. Noſti ô Briſeldis,neq; enim pſenti fortuna te præteriti tui ſtatus oblitā credo,no
ſti inq;,qualiter in hanc domū ueneris,mihi quidē chara ſatis ac dilecta es,at meis nobilib.
nō ita,pſertim ex quo parere incepiſti,qui plebeiæ Dominæ ſubeſſe animis ferūt iniquiſsi
mis.mihi ergo,qui cū eis pacē cupio neceſſe eſt,de filia tua nō meo,ſed alieno iuditio obſe
qui,& id facere,quo nil mihi poſſet eſſe moleſtius.Id enim uerò te ignara nunq̄ fecerim,uo
lo aūt tuū mihi animū accōmodes,patiētiamq; illā pſtes,quā ab initio noſtri cōiugij promi
ſiſti.ijs auditis nec uerbo mota nec uultu.Tu inqt,noſter es dominus,& ego & hæc parua
filia tuæ ſumus,de reb.tuis igitur fac ut libet,nil placere enim tibi poteſt,q mihi diſpliceat.
nil penitus,uel habere cupio,uel amittere metuo,niſi te hoc ipſo mihi in medio cordis affi-
xi,nunq̄ inde uel lapſu tēporis,uel morte uellendū,omnia prius fieri poſſunt,q̄ hic animus
mutari Lætus ille reſpōſo,ſed diſsimulās uiſu mœſtus abſceſsit,& poſt paululū unū ſuorū
ſatellitū fidiſsimū ſibi, cuius opera grauiorib. in negocijs uti cōſueuerat,qd agi uellet edo-
ctum,ad uxorē miſit,qui ad eā noctu ueniens,Parce,inqt,ô domina,neq; mihi imputes q
coactus facio.ſcis ſapiētiſsima qd eſt eſſe ſub dominis,neq; tali ingenio pdictæ quāuis in-
expertæ dura parēdi neceſsitas eſt ignota,iuſſus ſum hanc infantulā accipere,atq; eā hic ſer-
mone abrupto,quaſi crudele miniſteriū ſilētio exprimens ſubticuit,ſuſpecta uiri fama,ſu-
ſpecta facies,ſuſpecta hora,ſuſpecta erat oratio,quib.& ſi clarè occiſum iri dulcē filiā intel
ligeret,nec lachrymulā tamē ullā,nec ſuſpiriū dedit,in nutrice quidē,ne dū in matre duriſ-
ſimum. ſed trāquilla frōte puellulā accipiēs,aliquantulū reſpexit,& ſimul exoſculās, bene
dixit,ac ſignū ſanctæ crucis impreſsit,porrexitq; ſatelliti : uade,ait,&dq; tibi dominus no-
ſter iniūxit exequêre,unū q̄ſo,cura ne corpuſculū hoc feræ lacerēt aut uolucres,ita tamē,ni
ſi tibi cōtrariū ſit pceptū.Reuerſus ad dominū,cū quid dictū,quidue reſpōſum eſſet expo-
ſuiſſet,& ei filiā obtuliſſet uehemēter paterna animū pietas mouit, ſuſceptū tamē rigorem
ppoſiti,nō inflexit,iuſsitq; ſatelliti obuolutā pānis,ciſtæ iniectam,ac iumēto impoſitā,geto
omni quāta poſſet diligētia Bononiā deferret,ad ſororē ſuam,q̄ illic Comiti de Panico nu
pta erat,eāq; ſibi traderet alēdam materno ſtudio,& charis morib.inſtruendā, tāta ptereà
occultandā cura,ut cuius filia eſſet,à nemine poſſet agnoſci.iuit ille illicò,& ſollicitè q im-
poſitū ei erat impleuit.Gualtherus interea, ſæpè uultū cōiugis ac uerba cōſiderās, nullum
unq; mutati animi ppēdit indiciū,par alacritas atq; ſedulitas,ſolitū obſequiū, idē amor,nul
la triſtitia,nulla filiæ mētio,nunq; ſiue ex ppoſito ſiue incidenter nomē eius ex ore matris
auditū.tranſiuerāt hoc in ſtatu anni quatuor,dū ecce grauida,iterū filium elegantiſsimum
peperit,lætitiā patris ingentē,atq; omnium amicorū, quo nutrici ab urbe poſt bīenniū ſub-
ducto,ad curioſitatē ſolitā reuerſus pater,uxorē rurſus affatˉ.& olim,ait,audiſti populum
meum

meum ægrè noſtrum ferre connubium, præſertim ex quo te fœcundam cognouére. Nunquam tamẽ egregius, quam ex quò marẽ peperiſti, dicũt enim & ſæpè ad aures meas murmur hoc puenit, obeunte igitur altero. Ianiculo nepos noſtri dominabitur, & tàm nobilis patria, tali domino ſubiacebit. multa quotidie in hanc ſententiã iactantur, in populis, quibus ego & quietis auidus, & ut uerũ fatear, mihi metuẽs permoueor, ut de hoc infante diſponam, ꝙ de ſorore diſpoſui, id tibi prænuncio, ne te inopinus & ſubitus dolor turbet. ad hæc illa: dixi, ait, & repeto nihil poſſum, ſeu uelle, ſeu nolle niſi ꝙ tu, neq; uerò in ijs filijs quicq̃ habeo præter laborem, tu mei & ipſorũ dominus, tuis in rebus iure tuo utere, nec conſenſum meum quæras, in ipſo enim tuæ domus introitu ut pãnos, ſic & uolũtates affectuſq; meos exui, tuos indui, quacũq; ergo de re, quicquid tu uis ego etiã uolo, nempè quæ ſi futuræ tuæ uoluntatis eſſem præſcia, ante etiã quicquid id eſſet, & uelle & cupere inciperem, quã tu uelles, nunc animũ tuũ, quẽ puenire nõ poſſum, libẽs ſequor: fac ſentẽtiam, tibi placere ꝙ moriar, uolẽs moriar, nec res ulla deniq;, nec mors ipſa noſtro fuerit par amori. Admirans fœminæ cõſtantiã, turbato uultu abijt, cõfeſtimq; ſatellitẽ olim miſſum ad eã remiſit, qui multũ excuſata neceſsitate parẽdi, multũq; petita uenia, ſiquid ei moleſtũ aut feciſſet aut faceret, quaſi immane ſcelus acturus popoſcit infantẽ. Illa eodẽ quo ſemp uultu, qualicunq; animo filiũ forma corporis atq; indole, non matri tantũ ſed cunctis amabilem in manus cœpit, ſignansq; eũ ſigno crucis, & benedicens ut filiã fecerat, & diuticule oculis inhærẽs atq; deoſculans, nullo penitus ſigno doloris edito, petẽti obtulit. Et tene, inq̃t, fac quid iuſſus es, unũ nunc etiã pcor, ut ſi fieri poteſt, hos artus teneros, infantes egregij, protegas à uexatione uolucrũ ac ferarũ. cũ ijs mandatis reuerſus ad dominũ, animũ eius magis in ſtuporẽ egit, ut niſi eam noſſet amantiſsimã filiorũ, paulominus ſuſpicari poſſet, hoc fœmineũ robur, quadã ab animi feritate, pcedere, ſed cum ſuorũ omniũ ualdè, nullus erat amantior q̃ uiri. Iuſſus inde Bononiã proficiſci, & illũ tulit, quo ſororẽ tulerat. Poterant rigidiſsimo coniugi, hæc beneuolẽtiæ & fidei coniugalis experimẽto ſufficere, ſed ſunt, qui ubi ſemel inceperint nõ deſinant, immò incũbant hæreantq; propoſito, defixis ergo in uxorem oculis, an ulla eius mutatio erga ſe fieret contẽplabatur aſsiduè, nec ullã penitus inuenire poterat, niſi ꝙ fidelior illi indies, atq; obſequentior fiebat, ſic ut duorũ nõ niſi unus animus uideretur, iſq; non cõmunis amborũ, ſed uiri dũtaxat unius, uxor enim per ſe nihil uel uelle ut dictũ eſt, nihil nolle firmauerat. Cœperat ſenſim de Gualtero decolor fama creb reſcere, ꝙ uidelicet effera & inhumana duritie, humilis pœnitentia ac pudore cõiugi filios iuſsiſſet interfici, nam neq; pueri cõparebant, neq; ubi nã gentiũ eſſent ullus audierat, quo ſe ille uir alioqn clarus, & ſuis charus, multis infamẽ odioſumq; reddiderat, neq; ideò trux animus flectebatur, ſed in ſuſpecta ſeueritate experiẽdiq; ſua dura illa libidine, pcedebat, itaq; cũ iam ab ortu filiæ duodecimus annus elapſus eſſet, nuncios Romã miſit, qui ſimulatas inde literas apoſtolicas referent, quib. in populo uulgaretur, datam ſibi licentiã à Rom. Pont. ut pro ſua & ſuarũ gentiũ quiete, primo matrimonio reiecto, aliã ducere poſset uxorem: nec operoſum ſanè fuit alpeſtrib. rudibuſq; animis quilibet pſuadere. Quæ fama cum ad Griſeldis notitiam perueniſſet, triſtis utputo, ſed ut quæ ſemel de ſe ſuiſq; de ſortib. ſtatuiſſet, in cõcuſſa cõſtitit, expectans quid de ſe ille decerneret, cui ſe & ſua cũcta ſubiecerat. Miſerat iam ille Bononiã, cognatũq; rogauerat, ut ad ſe filios ſuos adduceret, fama undiq; diffuſa, uirginẽ illam ſibi in coniugiũ adduci. quod ille fideliter executurus, puellã iam nubilẽ, excellentẽ forma, præclaroq; cõſpicuam ornatu, germanũq; ſuũ ſimul annum iam ſeptimum agentẽ, ducẽs cum eximia nobilium comitiua, ſtatuto die iter arripuit. hæc inter Gualterus ſolito, ut uxorẽ retentaret, ingenio, doloris ac pudoris ad cumulũ, in publicum adductæ coram multis. Satis, inquit, tuo coniugio delectabar, mores tuos non origine reſpiciens, nunc quoniam, ut uideo, magna omnis fortuna, ſeruitus magna eſt, nõ mihi licet, quod cuilibet liceret agricolæ. cogunt mei & Papa conſentit, uxorem me alteram habere, iamq; uxor in uia eſt, ſtatimq; aderit. eſto igitur forti animo, dansq; locum alteri, & dotem tuam referens, in antiquam domũ æqua mente reuertere, nulla homini perpetua ſors eſt. contrà illa. Ego inquit, mi domine, ſemper ſciui, inter magnitudinẽ tuam & humilitatem

meam

meam nullam eſſe proportionem, neq; nunquã tuo, non dicam coniugio, ſed ſeruitio di-
gnam duxi, inq; hac domo, in qua tu me dominam feciſti, Deum teſtor, animo ſemper an-
cilla permanſi, de hoc igitur tẽpore, quo tecũ multo cum honore lõgè ſupra omne meritũ
meũ fui, Deo & tibi gratias ago, de reliquo, parata ſum bono pacatoq; animo, paternam
domũ repetere, atq; ubi pueritiã egi, ſenectutẽ agere & mori, fœlix ſemper, atq; honorabi
lis uidua, q̃ uiri talis uxor fuerim. Nouę cõiugi uolẽs cedo, quæ tibi utinam fœlix adueniat,
atq; hinc ubi iucũdiſsimè degebã, quando ita tibi placitũ eſt, nõ inuita diſcedam, at quid iu
bes dotẽ meam mecũ ut auferã quale ſit uideo, neq; enim excidit, ut paternæ olim domus
in limine ſpoliata meis, tuis induta ueſtibus ad te ueni, neq; omnino alia mihi dos fuit, quã
fides & nuditas, ecce igit̃ ut hanc ueſtẽ exuo anulũq; reſtituo, q̃ me ſubaraſti, reliqui anuli
& ueſtes, & ornamẽta quib. te donante ad inuidiã aucta eram, in thalamo tuo ſunt, nuda è
domo patris egreſſa, nuda itidem reuertar, niſi q; indignũ reor, ut hic uterus, in quo filij fue
runt, quos tu genuiſti populo nudus appareat, quamobrẽ ſi tibi placet, & nõ aliter, oro atq;
obſecro, ut in p̃ciũ uirginitatis, q̃ huc attuli, quãq; non refero, unicã mihi camiſiã linqui iu
beas, earũ quib. tecũ uti ſoleo, qua uentrẽ, tuæ quõdam uxoris operiam. abũdabant uiro
lachrymæ, ut cõtineri amplius iam nõ poſſet, itaq; faciẽ auertẽs, & camiſiam tibi unicã ha-
beto, uerbis trementib. uix expreſsit. & ſic abijt illachrymans, illa corã cũctis ſeſe exuens,
ſolam ſibi retinuit camiſiã, qua cõtecta, nudo capite pedibuſq; nudis corã cũctis egredit̃,
atq; ita p̃ſequentib. multis ac flentib. fortunamq; culpantib. ſiccis una oculis, & honeſto
ueneranda ſilẽtio, ad paternã domũ remeauit. Senex qui has filiæ nuptias, ſemp. ſuſpectas
habuerat, neq; unquam tantam ſpem mente conceperat, ſemperq; hoc euenturum cogi-
tauerat, ut ſatietate ſponſæ tàm humilis exorta domo, illã quandoq; uir tantus & more no
biliũ ſuperb. abijceret, tunicã eius hiſpidã, & attritam ſenio, abditam paruæ domus in parte
ſeruauerat. audito ergo nõ tàm filiæ tacitæ redeũtis, quàm comitum ſtrepitu occurrit in li-
mine, & ſeminudã antiqua ueſte cooperuit. Manſit illa cum parte paucos dies, æquanimita
te atq; humanitate mirabili, ita ut nullũ in ea ſignũ animi triſtioris, nullũ ueſtigiũ fortunæ
proſperioris extaret, quippè cum in medijs opibus inops, ſemper ſpiritu uixiſſet, atq; humi
lis. Iã Panicius Comes propinquabat, & de nouis nuptijs fama undiq; frequẽs erat, p̃miſ-
ſoq; uno ex ſuis, diem quo Salutias peruẽturus eſſet acceperat, pridie igitur Gualterus ad
ſe Griſeldam euocans, deuotiſsimè uenienti, Cupio ait, ut puella cras huc ad prandiũ uen
tura magnificè excipiat̃, uiriq; & matronæ qui ſecũ ſunt, ſimulq; & noſtri qui conuiuio in
tereũt, ita ut locorũ uerborũq; honor integer, ſingulis pro dignitate ſeruetur, domi tamen
fœminas, ad hoc opus idoneas nõ habeo, proinde tu, quamuis ueſte inopi, hanc tibi q̃ mo-
res meos noſti, optimè, ſuſcipiendorũ locandorũq; hoſpitũ curam ſumes. Non libẽter mo-
dò, inquit illa, ſed cupidè & hæc & quæcũq; tibi placita ſenſero faciam ſemper, neq; in hoc
unquam fatigabor, aut lẽteſcam dum ſpiritus huius reliquiæ ullę ſupererũt, & cum dicto,
ſeruilia mox inſtrumẽta corripiẽs, domũ uerrere, mẽſas inſtruere, lectos ſternere, hortariq;
alias cœperat, ancillæ in modũ fideliſsimè. proximè lucis hora tertia, Comes ſuperuenerat,
certatimq; omnes & puellæ & germani infantis, mores ac pulchritudinẽ mirabant̃, erant
quę qui dicerẽt prudenter Gualtherũ ac fœliciter permutaſſe, q; & ſpõſa hæc tenerior eſſet
& nobilior, & cognatus tàm ſpecioſus accederet. ſic feruẽte cõuiuij apparatu, ubiq; p̃ſens
omniumq; ſollicita Griſeldis, nec tanto caſu deiecta animo, nec obſoletæ ueſtis pudore cõ
fuſa, ſed ſereno uultu intranti obuia puellæ, flexo poplite ſeruilẽ in modũ, uultuq; demiſſo
reuerenter atque humiliter. Benè uenerit domina mea, inquit. de hinc cæteros dum conui-
uas læta facie, & uerborum mira ſuauitate ſuſciperat, & immenſam domum multa arte di-
ſponeret, ita ut omnes & præſertim aduenæ unde ea maieſtas morũ, atq; ea prudẽtia ſub ta-
li habitu, uehementiſsimè mirarentur, atque ipſa in primis puellæ pariter atque infantis lau-
dibus ſatiari nullo modò poſſet, ſed uiciſſem modò uirgineam modò infantilẽ elegantiam
prædicaret. Gualtherus eo ipſo in tempore, quo aſsidendum mẽſis erat, in eam uerſus: cla
ra uoce, coram omnibus, quaſi illudens. Quid tibi uidetur, inquit, Griſeldis de hac mea
ſponſa ſatis pulchra atq; honeſta eſt: planè, ait illa, nec pulchrior ulla, nec honeſtior inueni
ri poteſt, aut cum nulla unquam, aut cum hac tranquillam agere poteris ac fœlicem uitam,

utq;

utq; ita ſit cupio & ſpero, unum bona fide te precor ac moneo, ne hanc illis aculeis agi- tes, quibus alteram agitaſti. nam quod & iunior & delicatius enutrita eſt, pati quantum ego auguror non ualeret. talia dicentis alacritatem intuens, atq; cõſtantiam totiens tamq; acriter offenſæ mulieris examinans, & indignam ſortem non ſic meritæ miſeratus, ac ferre diutius non ualens. Satis, inquit, mea Griſeldis cognita, & ſpectata mihi fides eſt tua, nec ſuo coelo aliquem eſſe puto, qui tanta coniugalis amoris experimẽta perceperit. ſimul hæc dicens, charam coniugem læto ſtupore perfuſam, & uelut è ſomno turbido experrectam, cupidis ulnis amplectĩ, & tu, ait, ſola uxor mea es, aliã nec habui, nec habebo, iſtã aũt quã tu ſponſam meam reris, filia tua eſt, hic qui cognatus meus credebatur, tuus eſt filius, quæ diuiſim perdita uidebantur, ſimul omnia recepiſti. ſciant qui contrariũ credidêre me curio ſum atq; experientem eſſe, non impiũ, probaſſe cõiugem, non damnaſſe, occultaſſe filios non mactaſſe, hæc illa audiens penè gaudio exanimis, & pietate amens, iucundiſsimisq; cum lachrymis ſuorũ pignorũ in amplexus ruit, fatigatq; oſculis, pioq; gemitu madefacit, raptimq; matronæ alacres ac fauẽtes circũfuſæ, uilib. exutã ſuis, ſolitis ueſtib. induũt, exor nãtq;, plauſusq; lætiſsimus & fauſta omniũ uerba circũſonant, multoq; cũ gaudio & fletu, ille dies celeberrimus fuit, celebrior quoq; quã dies fuerat nuptiarũ. Multosq; poſt per an- nos ingenti pace concordiaq; uixêre, & Gualterus inopẽ ſocerũ, quẽ hactenus neglexiſſe uiſus erat, ne quãdo cõceptæ animo obſtaret experiẽtiæ, ſuam in domũ trãslatũ in honore habuit, filiam ſuã magnificis atq; honeſtis nuptijs collocauit, filiũq; ſui domini ſucceſſorẽ liquit, & cõiugio lætus & ſobole. Hac hiſtoriã ſtilo nunc alio retexere uiſum fuit, non tàm ideò, ut matronas noſtri tẽporis ad imitandã huius uxoris patientiã, quæ mihi uix imitabi- lis, uidetur quã ut legẽtes ad imitandam ſaltẽ fœminæ cõſtantiã excitarẽ, ut quod hæc uiro ſuo pſtitit, hoc præſtare Deo noſtro audeant, qui licet ut Iacobus ait Apoſtolus, intempta tor ſit malorũ, & ipſe neminẽ temptet. probat tamẽ & ſæpè nos, multis ac grauib. flagel lis exerceri ſinit, nõ ut animũ noſtrũ ſciat quẽ ſciuit antequã crearemur, ſed ut nobis noſtra fragilitas notis ac domeſticis indicijs innoteſcat, abunde ego conſtantib. uiris aſcripſerim, qſquis is fuerit, qui pro Deo ſuo ſine murmure patiatur, quod pro ſuo mortali coniuge ru- ſticana hæc muliercula paſſa eſt. Vrſit amor tui, ut ſcriberẽ ſenex, quod iuuenis uix ſcripſiſ- ſem, neſcio an res ueras an fictas, quæ iam non hiſtoriæ ſed fabel æ ſunt, ob hoc unũ, quod res tuæ & à te ſcriptæ erant, quãuis hoc præuidens, fidem rerũ penes auctorem, hoc eſt pe nes te fore ſim præfatus, & dicã tibi, quid de hac hiſtoria quam fabulam dixiſſe malim, mi- hi cõtigerit: legit eam primũ cõmunis amicus Patauinus uir altiſsimi ingenij, multiplicisq; notitiæ, & cum epiſtolæ mediũ uix tranſiſſet, ſubito fletu præuentus ſubſtitit, poſt modicum uerò cum in manus eam reſumpſiſſet, firmato animo perlecturus, ecce iterũ quaſi ad con- dictum rediens, lecturam gemitus interrũpit. Faſſus itaq; ſe non poſſe prodeſſe, eã uni ſuo rum comitũ docto ſatis uiro legendam tradidit. quod accidens, quorſum alij traherent in- certum habeo, ego in optimam partem traxi, mitiſsimumq; uiri animũ intellexi, uerè enim homo humanior, quem ego quidẽ nouerim nullus eſt. redijt illo flente ac legẽte ad memo- riam Satyricum illud:

mollißima corda
Humano generi dare ſe natura fatetur.
Quæ lachrymas dedit, hæc noſtri: pars optima ſenſus.

Poſt tẽpus amicus alter noſter Veronẽſis, ſunt enim nobis ut reliqua, ſic amici etiam com munes, audito quid alteri inter legendũ accidiſſet, eandẽ legere optauit. Geſsi morẽ inge- nioſo & amico uiro, legit eã totã, nec alicubi ſubſtitit, nec frõs obductior, nec uox fractior, nec lachrymæ, nec ſingultus interuenêre, et in finẽ. Ego etiã, inquit, fleſſem, nã & piæ res & uerba reb. accõmodata fletũ ſuadebãt, nec ego duri cordis ſum, niſi quod ficta omnia cre- didi & credo. nam ſi uera eſſent, quæ uſquã mulier uel Romana uel cuiuslibet gentis hanc Griſeldim æquatura ſit, ubi quæſo tãtus amor coniugalis, ubi par fides, ubi tàm inſignis pa tientia atq; cõſtantia? ijs tũc ego nil reſpõdi, ne rem à iocis amicicię colloqij feſta dulcedine ad acrimoniã diſceptationis adducerẽ: erat aũt prona reſpõſio. Eſſe nõnullos, qui quæcũq; difficilia eis ſint impoſsibilia omnib. arbitrent, ſic mẽſura ſua omnia metiẽtes, ut ſe omniũ

primos locẽt, cum tamẽ multa fuerint, fortè, & ſint, quib. eſſent facilia quæ uulgò impoſsibilia uiderentur. Quis eſt enim exempli gratia, qui nõ Curiũ ex noſtris & Mutiũ & Decios, ex externis autem Codrum & Philenes fratres, uel quoniam de fœminis ſermo erat, quis uel Portiam uel Hipſicrateã uel Alceſtim & harum ſimiles non fabulas fictas putet? atqui hiſtoriæ ueræ ſunt. & ſanè, qui pro alio uitam ſpernit, quod non ſpernere, quid non pati poſsit non intelligo. Cæterum & illam, & alteram duas magnas epiſtolas ad te non perueniſſe nunc ſentio: ſed quid faciam? pati oportet, indignari licet non ulciſci, apparuit ecce per Ciſalpinam Galliam tædioſiſsimum hoc hominũ genus, cuſtodes paſſuũ, immò peſtis nunciorum, qui literas apertas introſpiciant, & moroſiſsimè cõtẽplentur, quod dominorum forſan iuſſus excuſat, qui ſibi omniũ conſcij, trepida ac ſuperba uita, de ſe & contra ſe omnia dici putant atq; omnia noſſe uolunt. Illud nihil excuſat quod ſi quid in literis ipſis inueniunt, quod aures aſininas mulceat, ſolebant quidam in trãſcribendo tempus terere, & nuncios detinere, nunc creſcente licentia, ut digitis ſuis parcãt, abire illos iubẽt ſine literis, quodq; grauiſsimũ tædij genus eſt, hic illi maximè faciunt, qui nihil intelligunt, ſimiles ijs, quorum ampla & præceps gula eſt, & lenta digeſtio, qui malè ualitudini proximi ſint oportet. Importunitatum talium nemo me ſtomachãtior, nullus impatientior, ita ut ſæpe me à ſcribendo diuerterit, ſæpè quo ſcripſerim dolore coẽgerit, quando contra hos prædones, literarum nulla uindictæ alterius patet occaſio, turbatis omnibus & Reip. libertate pe[illegible]ſſundata. Sanè huic tædio accedit ætas & laſsitudo rerum penè omniũ, ſcribendiq; non ſaturetas modo ſed faſtidium, quibus iunctis inducor, ut tibi amice & omnibus quibus ſcribere ſoleo, quod ad hunc epiſtolarem ſtilum attinet ultimũ. Vale dicam, tàm ne uſq; in finem me, quod diutius iam fecerunt, à meliori ſtudio ſcripturæ fragiliores impediant, quàm ne ad horum nebulonum manus ineptiſsimas, ſcripta noſtra perueniãt, quorum ſic ſaltem ab iniurijs tutus ero, ſi quando uel tecum, uel cum alijs ſcripto opus ſit, ſic ſcribam, ut intelligar non delecter. Promiſeram memini, in quadam ordinis huius epiſtola, me deinceps in epiſtolis breuius ſcripturũ, decliui iam temporis urgente penuria, promiſſum implere non ualui, multoq; facilius, ut intelligi datur, ſilentium cum amicis eſt, quam breuiloquium, tantus eſt, ubi ſemel incepimus ardor colloquendi, ut facilius fuerit, non cœpiſſe, quàm frena re impetũ cœpti ſermonis, ſed promiſſum, non ne ſat promiſſum implet, qui plus præſtare eram credo, dum promitterẽ oblitus Catonis illud apud Ciceronem latè notum: Quod natura ipſa loquacior eſt ſenectus. Valete amici, ualete epiſtolæ, inter colles Euganeos 6. idus Iunias 1373.

FRANCISCI PETRARCHÆ, V. C. DE AVARITIA VITANDA EIUSQ; MAGISTRIS atq; inſtrumentis fugiendis, Oratio.

SCio tibi magiſtrum auaritiæ domi eſſe. Ex diuerſo autem te eius artis indocilem ſpero, non mihi multis hortandus, ſed monendus es paucis. mox ut loqui cœpi, quo pergam, atque ubi deſinere uelim noſti, liberalis ac nobilis animus ad auaritiæ ſcolam mittitur, additur lateri pedagogus, populus peritiſsimus artiũ peſsimarum, cui linguæ centũ ſint, oraq;, ferrea uox, adamantina mens, obſtinatũq; iudicium, & tamẽ uide quã de te ſpẽ gerã, uincet ueritas, ſuccumbet opinio, & diſcipulus unus, tot ludet ingenia magiſtrorũ. Neq; uerò me præterit, quenã eſſe ſolent auarorum monita ad filios, ad amicos, ad conta-

contubernales ſuos, cito lucra deſinere, ſumptus nunquam. quantum ſit pecuniæ, tantum eſt nobilitatis & gloriæ, perdita pecunia, fidem perdi, nihil credi inopi, Et ſi iuret, ſuſpectū eſſe periurium. contrà autem, diuitum mendacia pro ueris accipi, ſine opibus nudam eſſe uirtutem, ut corpus ſine amictu, ſine uagina gladium, ſine pharetra ſagittam, pauperis ſenſum ſtultitiam haberi, eloquentiam temeritatem dici, clarum genus eſſe dedecori, formam impedimento, amicitias oneri, ſobolem dolori, coniugium ſupplicio, uitam ludibrio ac labori, donare pecuniam, uoluptates, honores, imperia, clientelas, familiaritates regum, ſuffragia populorum, ueſtem tyriam ſericamquė ſuppellectilem, aureas menſas, arborum, ferarumq́, uaſa corynthia, auguſta palatia, cœleſtes thalamos, præclara connubia, figere illam leges atque refigere, tueri quos uelit, & opprimere, quodq́ eſt longe maxime boni uiri nomen quærere, peſsimis. Nam nō iocor, indignetur, ut libet Cicero, & ſæpè Socraticam exaggeret ironiam, Viri boni in populo nūcupantur, qui ſunt diuites, & ſi uitijs omnibus inquinati ſunt, quod nomen nulla unquam pauper uirtute merebitur. Itaq́ conuocato bonorum concilio, nūquam hodie noſtris in urbibus, iuxta Craſſum Curius aut Fabricius ſedebit, neq́ in Grais iuxta Samium Policratem Atticus conſidet Ariſtides. Sic uirtutis locum occupauêre diuitiæ, uerumq́ apparet illi Flacci:

Et genus & uirtus niſi cum re Vilior alga eſt.

Et eiuſdem illud:

Omnis enim res uirtus, fama, decus. diuina humanaq́ pulchris diuitijs parent
Quas qui conſtruxerit, ille clarus erit, fortis. iuſtus. ſapiensq́ etiam & rex quicquid uolet.

Quæ ſi uera ſunt, quis eundem Poëtam miretur, quocunque ſtomacho exclamantem:

O ciues, ciues, quærenda pecunia primum.
Virtus poſt nummos.

Nam quis quæſo, non primum quærere ſtudeat, quid optimum opinetur? atque unde ſibi, & bona alia prouentura confidat? neúe uni teſti parum fidei ſit, audi alium: Pecuniæ obediunt omnia: inquit Salomon. & quoniā multos poteram citare, ſed res nota eſt, nec eget teſtibus.

Aurum per medios ire ſatellites
Et perrumpere amat ſaxa potentius
Ictu fulmineo.

Audis auri potentia quāta eſt? eaquė utrunque fulmen atque aurum, nulla uis, nulla queant arcere propagula, ut illud callidi hominis apud Tullium non minus uerė quàm facetė dictum ſit. Nullum inexpugnabilem locū eſſe, in quem aſellus auro onuſtus, poſsit aſcendere, nullus autem fermė eſt, in quem hodie non poſsit aſcendere, ſic omnem foueam, omne uallum complanauit auaritia, eaq́ uincendis mœnibus, ac turribus euertendis uis eſt auri. quid multa? omnipotentem dicunt eſſe pecuniam, quod paulo minus in regno auaritiæ uerū eſt, & quid reſtat, niſi ut pecunia Deus quiſpiam ſit, & eſt haud dubiė multorū Deus.

& ſi funeſta pecunia templo
Nondum habitas, nullas nummorum ereximus aras.

Quod licet hijs uerbis à Satyrico dictū conſtet, tamen ſiue illum res fefellerat & erāt iam tamen dum id ſcriberet, ignotæ ſibi nummorum aræ, ſiue poſtmodum inſtitutæ ſunt, certė & Auguſtinus inter deas gentium pecuniā ponit, & utinam non hodie, quæ non dicam fidelium, ſed eorum planė, qui fideles ſe uideri uolunt, etſi non profeſsione expreſſa, at cultu tacito dea eſſet. Hæc ſunt auaritiæ præceptorum dogmata, hæc præclara conſilia, pecuniam terræ fecem ſuper aſtra tollentium. quos nimirū notabat Apoſtolus, ubi auaritiam ſeruitutem dixit, eſſe ſimulacrorum. quod uitium, cum in cunctis fœdum, tum in ſenibus inq́ diuitibus regnantibuſq́ fœdiſsimum, ſed tamen in hijs ipſis, neſcio qua nam cæcitate creberrimum eſt, quod utique, ſi quid ueræ lucis eſſet, à nullis mortalibus deberet eſſe remotius. Cæteri enim neceſſaria fortaſſe, hij certė ſuperuacua concupiſcunt & per uiti; callem, ad periculi metam tendunt, nempė mortalis opulentia, & ſæpė fraudibus ac iniurijs creſcit, & cum metam neceſsitatis exceſſerit, mox uergere incipit in diſcrimen. Et de ſenili quidem auaritia neſcio quid efficacius ac breuius dici poſsit, quàm quod ait Cicero. Auaritia

ritia ſenilis, inquit, quid ſibi uelit, non intelligo, poteſt enim quicquam eſſe abſurdius, quã quo uiæ minus reſtat, eò plus uiatici quærere? & profectò illud Senecæ: Nec multo opus nec diu, cum in omni ætate uerum, in ſenectute uerißimum eſt. attamen ut quæramus mali huius, non dico rationem, quæ uitio nulla eſt, ſed cauſam, hanc fortaßis non ineptè dixerim, quàm in Rhetoricis ſcribit Ariſtoteles. Qui cum de moribus agens iuuenum ac ſenum, illos magnanimos dixiſſet, ratione addita, quod à uita nondum humiliati ſunt, ſed neceſſariorum inexperti, hos puſillanimes eſſe ait, ratione contraria, quia humiliati ſunt, ſcilicet à uita, ſimulq́ue quia propter experientiam ſciunt, quod difficilè eſt poſſediſſe & facilè abijcere. quæ ratio exactiorem in ſene cuſtodiam, utrunque forſitan, propter neceßitatis difficultatisq́ue memoriam culpa leuet, illam anxiam atque ardentem, utique concupiſcentiam, non excuſat, ex deſperatione niſi fallor ſenilique ortam metu, quibus omnia ſibi defutura permetuunt, cum nil defectui propinquius ſit, quàm uita, cui illa ſeruantur, quæruntur'ue. contra diuturnum uerò cupiditatem, quid acrius, quid grauius, quàm illud Flacci, ait enim:

Deniq; ſit finis quærendi, cumq; habeas plus
Pauperiem timeas minus & finire laborem,
Incipias parto quod aueba s.

Sed huius etiam mali cauſæ alijs fortaſsè, aliæ ſe obtulerint. Seneca illam, quæ ſibi uerißima uiſa eſt, huiuſce rei cauſam ſcripſit. ego aliam, quæ mihi probabilis uidebatur, adieci, quæ quod alio loco erat, repetere ſuperuacuũ duxi. cæterum mali huius una radix eſt, quòd qui plura habent pluribus indigent, ſi Philoſophis experientiæq; credimus, quodq; ait Flaccus idẽ:

Multa petentibus deſunt multa.

Quod ipſum altius, ubi intendas humani animi inexplebilem appetitum arguit, qui poſt tot experimenta, tanto ſtudio, ad indigentiam defectumq; ſuum nititur, certus nunquam, ſe egentiorem fore, quàm cum multa poſſederit. Reſtat de auaritia regum loqui aliquid, quæ omnium indignißima eſt, nam quid, oro, deformius homine, inter fontes ſiticuloſo atque arido, talis eſt autem Rex auarus, cui non quæſitæ diuitiæ, non quærendæ, ſed dominatæ ſunt, & quotiens diſtributæ fuerint renaſcentur. In ea fortuna igitur, ſitientem ac trepidum pecuniæque ſollicitum eſſe, ultimæ deſperatæque miſeriæ eſt, huius autem regij ut propriè dicam morbi, inter ea quæ Ariſtotelis ſecreta nominantur, tripartita diſtractio lecta eſt. Nam regum alius, ſibi & ſubditis auarus, hunc cur bonum regem Indi dixerint, ignoro, alius ſibi auarus, ſubditus largus, hunc minimè uitioſum regem Italici dixerunt, ideò niſi fallor, quia auaritia in alios, non damnabilis eſſe non poteſt, in ſe autem poteſt etiam eſſe laudabilis, & quaſi pars una modeſtiæ, licet eo caſu auaritiæ nomen perdat, & iuſtius frugalitas nuncupetur. quæ quanquam magnificentiæ aduerſa uideatur, temperantiæ eſt amica. eſt enim ut Senecæ placet, uoluntaria paupertas, glorioſus ſtatus, apud nos maximè, quorum Deus adamauit illam, & laudauit, & probauit. ſed nec apud externos inglorius, dicente Flacco:

Quanto ſibi quiſq; plura negauerit, à dijs plura feret.

Hoc ut puto Italos mouit, ne Regem indulgentem alijs, & negantem ſibi multa reprehenderent, Licet per ſe utriſque contrarij regem, qui non & ſibi ſit largus, & ſubditis nihil ualere diffiniant. alius autẽ eſt auarus ſubditis, largus ſibi. hunc ex omnibus peßimum nemo negauerit, atqui fermè omnes hodie tales ſunt, itaq; quod ibidem ſequitur. Nomen auaritiæ dedecet, multum regem, & diſconuenit multum regiæ maieſtati, iam quaſi uerſum in naturam regiam, & maieſtatis regiæ, pars quædam ac præcipuũ decus auaritia eſt. Quã eo ſibi magis licitam putant, quo maiores ſunt, & ſub obtentu regalis prouidentiæ, pulchro uelo fœdum ſcelus tegitur. hæc eſt, hercle, noſtrorum Regum gloria, hæc maieſtas. Sed ſit nobis loquendi aliquis, qui nullus eſt illis aceruandi & quærendi modus, habes ergo de multiplici hominum auaritia, quod occurrit, tu nec ſenex, nec diues nimium, nec

rex quidē, ex diuersò aūt, nec adoleſcens certè, nec pauper, nec ſeruus es, ſed medio omnium in ſtatu, unde liberius deformitatem aſpicias extremorum, & rideas, quos uel ætas uel diuitiæ in culpam, uel regna præcipitant, deq; illorū dedecore tuum decus intelligas: Noli obſecro pædagogū publicum, aut quem ille tibi domi ſubſtituit, audire, mihi potius ſi fidis, etſi mereor aurem præbe, neq; tàm mihi q̄ Eccleſiaſtico ſapienti. Auaro, inquit, nihil eſt ſceleſtius, quid ſuperbis terra & cinis. nihil eſt iniquius q̄ amare pecuniam, hic enim & animam ſuam uenalem habet. quod ut non quidem uerius, ſed latius patens ſcias, Cicero noſter in libris Officialibus, uitam formans, Nihil eſt, inquit, tàm anguſti animi, tamq; parui, q̄ amare diuitias. nihil honeſtius, magnificentiusq;, q̄ pecuniam contemnere, ſi non habeas, & ſi habeas ad beneficiū liberalitatemq; conferre, audis en pecuniæ uel contemptū uel uſum, atq; ut rurſus ad ſcriptores ſacros uertar, ut uideas quanta omnium concordia ſit ad uerum, In Pſalmo ita ſcriptum eſt: Nolite ſperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiſcere. at ne fortè diuitias ultrò oblatas abijciendas, & non potius auaritiam ſecludendā crederes, ſequitur: Diuitiæ ſi affluent, nolite cor apponere. quod hic omnibus ſuadet, tuus tibi iampridē perſuaſit animus modò, nō diſſuadeat pædagogus. Et miramur ſi auaritiæ regnū latè patet, ſi cūctis aurū rebus anteponitur, cuius in laudem, nō uulgi tantū cupiditas, ſed ſcribentiū quoq; maximorū hominū conſpiraſſe, uideant ingenia, q omne q; laudare inſtituunt aureū uocant. nam qs, oro, nō magnū aliquid putet, q omnis diuini ac humani cultus præcipuum, ac penè unicum ornamentum. quod omnium laudabilium, optabiliū, mirabiliū rerū, unum ac perpetuum epitheton audiat. magnū quiddam quicquid id eſſet, & optabile, parq; uel Heroum laborioſæ perfectioni, uel rudi nauigio temptandis æquoribus, rei ad eū diem inexpertæ & ancipitis experimenti, uellus aureum uocauēre, quaſi nulla res alia digna eſſet, quæ tanto diſcrimine, tanto mari, tot littoribus Barbarorum, inter gelidos ac turbidos aquilones, inter tumidos & ignotos fluctus, inter ſcopulos, non tantum proræ obuios, ſed in puppim etiam ruituros, apud Colchos & Phaſidem, tunc horrida nomina, orbe uelut alio peteretur, contra inſomnis excubias draconis, contra flammiuomos boues, hoſtesquè terrigenas magicarum ope artium implorata. Nero Cæſar, domum illam ſuam, magnas urbis partes occupātem, adeò ut de ipſa nō immeritò dictū ſit:

Roma domus fiet. Veios migrare Quirites
Si non & Veios occupat iſta domus.

Si auream dici uoluit, non miror, quod id nomē & impenſæ inextimabilis magnitudo, & parietes cruſtati auro, & ſtellati gemmis mereantur. id mirabile, q & Romæ Georgij martyris. & Ticini Petri Apoſtoli domus eſt, illa ueli, hæc cœli aurei nacta cognomen, cum tamen aureum, uel omninò æneum cœlū, neq; ſolibus, neque imbribus, aut roribus utile, & pro maledicto in libris ſacris accipi, Ticinenſium uicinus, ſacer probet Ambroſius, nec auctoritate ualuerit, apud aurei nominis inuentores. Mons eſt Romæ ad occiduam plagam, ſecus Vaticanum, & Apollinis olim tēplum, nunc primam & maximam Petri ſedem. alter mons Veronæ eſt, ad orientem uerſus, haud procul à mœnibus, ut utrunq; nobilitarēt, uterq; mons Aureus dictus eſt. Priſcū ſæculum, ſummis laudib. efferunt, haud certè quantum mihi uiderī immeritò, ſequentib. namq; collatum ſæculis, inuenieſ & cupiditatis ignarum, & innocentiæ amicum, quid uerò omnes eius laudes, ut una uoce comprehenderēt, aureum ſæculum dixēre. qui & illius ducem ſæculi aureum, à Virgilio dictum ſcimus:

Aureus hanc uitam in terris Saturnus agebat.

idem & comam inſignem corporis habitum deſcribens, auream cæſariem, atque auream ueſtem dixit, & lactea colla, aureis ſeu uinclis ſeu uerbis innexuit, neque hominum modò, ſed cornipedum idem habitus, quandoquidem

oſtroq; inſignis & auro
Stat ſonipes. atque alibi:
Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent
Tecti auro fuluum mandant ſub dentibus aurum.

quo

Quo minus miri, eſt ſi reginalem habitum aureum fecit, unde eſt ille Didonis celeberrimus progreſſus:

Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum
Aurea purpuream ſubnectit fibula ueſtem. quid; Panthesilea,
Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ. quid; Camilla, ut
Regius oſtro Velet honos leues humeros. ut,
Fibula crinem auro internectat.

Quid autem ille, cuius hæc eadem circumuenta cupidine perijt bellatoris habitus ſacerdotis, ut aureus ex humeris ſonat arcus, & aurea nati caſsida, tamen croceam chlamydem quę ſinusq; crepantes:

Carbaſeos fuluo in nodum collegerat auro:

Aut ille ludi puerilis ornatus, & pectore ſummo flexilis obtorti, per collum circulus auri. quanquam quid habitum loquor, qui reuera multis eſt aureus. Alio idem loco, Didonem ipſam, Circenq; alio, pulchram dicere dum uellet, utramq; auream dixit, ſicut ſupra Saturnum, pro bono iuſtoq; rege, aureum dictum memoraui, quaſi omnis & animi decor, & corporis, non niſi aureus poſsit intelligi. Iam non dicam:

Cellataq; in auro fortia facta patrum,
Et pallam ſignis auroq; rigentem,
Colloq; monile baccatum.
Et duplicem gemmis auroq; coronam.
Et leues ocreas electo auroq; recocto. non dicam,
Pateram grauem gemmis auroq;.
Crateresq; auro ſolido, & pleno ſe auro proluerunt

Bicina & Iopam aurata cythara perſonantem, & uictor chlamydem auratam, ac leuibus hamis conſertam auro trilicem loricam, &

Tunicam molli mater quæ neuerat auro. &
Diues quæ munera Dido
Fecerat, & tenui telas diſcreuerat aurô.

Aut immania pōdera balthei, quæ colonus Euritides multo celauerat auro. hæc, inquam, & multa ſimilia prætereo, quæ paſsim apud Virgilium occurſant, nec ſequor apud Statiū, In Adraſti thalamis oſtro tenues, auroq; ſonantes thoros & auratis uincula lichnis, eiuſdemq; ad menſas patera ſignis perfectam auroque, nitentem, aureumq; in circuitu alitem armatum, inq; auro ſecte Gorgonis ora, Pallentia:

Nec pictis exudant ueſtibus aurum.

Et quæ ſunt eiuſmodi, infinita apud alios, atq; alios, uulgatiſsima enim ſunt omnibus, q̄ ā ferè cōmuns uſus auri, in armis, in ueſtibus, in lectis, in cytharis, in uaſis, in fibulis. At q̄d Carthaginenſis regiæ ſurgentis laquearibus aureis? quid Troiæ ruentis auratis trabibus, aut quid denique notius, quàm barbarico poſtes auro, ſpolijsquę ſuperbi? non ſatis eſt ueſtiri auro hominem, trabes poſtesquę, utq; mox dicam pauimenta, & lapides auro ueſtiuntur. quid apud Homerum Alcynoi domus, Phæacum regis in limine æneo argentea hoſtia, ianuæquę aureæ, aureiq; quibus traherentur anuli, atque ad cuſtodiam regiæ domus, à Vulcano mira arte fabricati aurei canes, & argentei, opulentum limen, hinc inde ſeruantes. non ſufficit domum eſſe auream, niſi aurei ſint cuſtodes, & aureæ intus iuuenum ſtatuæ, cādelabrorum uice fungentium. Quis non ferat tamen Homeri etiam ætate, qui ante urbem conditam fuit, aurum uiuis optabile, cum eodem auctore apud inferos, & Tyreſias ſceptro aureo ſit inſignis, & ſceptrum aureum tenens Minos, iura det mortuis, aurea quoq; corrigia ſit, uel arcus uel enſis Herculei ſimulachri, quod in inferno poſuit, mirùm dictû, cum ipſum inter ſuperos Deos locet. quæ ſi de humanis leguntur aut cernuntur habitaculis, quem moueat, quod apud Naſonem:

Regia Solis erat ſublimibus alta columnis,
Clara micante auro.

quodq́ Phœbi currus aureus, axis erat temo aureus, auream ſummæ curuatura rotæ. neq tantum currus aut regia, ſed Sol ipſe apud Virgilium, utq alios ſileam, apud meipſum aureus, ne me ſtyli uitio eximam, Soliſq; ſoror, Phœbe aurea, eundem apud Virgilium, atq; alios neſcio, an melius aurata eſſet, aureum illud lumen, aduentitium habens. Apud ipſum quoq; Virgilium, non ſemel aurea ſydera, quin & uerius ſolis hoſpes taurus, auratis animum cornibus aperit, & Martis frena aurea, quo minus mirer, ſi Cupidinis telum, quo uulnus amoris infligitur, ut nobilitent auratum faciunt. Illa de cœlo in terram pendens Homerica cathena, qua ſeu nexus elementorum, ſeu quid aliud grandè quidem occultumq́ue deſcribit, nõ aëria, non ignea, ſe aurea eſt, undiq; in cœlũ graui auro ſcandẽre. hinc & Venerẽ pulchrã dicere uolẽs, ipſe aureã dixit Homerus, & Dianæ thronũ aureũ, atq; harũ parẽti aureum indumentũ ſcuticamq; auream, & comantes auro equos dedit. neúe ulla eſſet inuidia inter fratres, parem penitus habitum & Neptuno tribuit. hinc & apud Homerum ipſum, ſomno thronus aureus à Iunone promittitur, & collum aureum bis Dianæ deſcribitur uenatricis conforme, ratio caput aureum, collum uerò potius lacteum requirat, niſi quod nihil prorſus, in rebus auro pulchrius perſuaſum eſt, hinc & eidem Dianæ non thronum modò, ut diximus, & collum, ſed colum auream dat Homerus. Auream quoque colum Helenæ, atque argenteum calathum, cum haud dubiè & uimineus calathus & colus arundinea eſſet habilior, aureumq́ue calicem Curæ, quo miſeros transformaret, atque aureos calceos dat Iunoni. Sed hoc minus mirum, propter aëris ſplendorem, propter quem & thronum aureum dat Auroræ. ſed una eſt omnium ratio, hinc & Ioui Olympio aureum amictum, & auream barbam Aeſculapio, aureos crines patri, auratas lances fata tribuunt auo. & Mercurio auream uirgam dant, talaria nectunt aurea, cum tamen uolanti plumis, non auro opus ſit. Sed iuuat & deorum omnia, & ipſos inſuper deos aureos habere, itaque quos colunt, & de quibus ſperant, quaſi ditiores futuros, atque eam ob rem ad beneficia promptiores, non niſi aureos uolunt, & uetuſtos habitus mutant, dicentes illud Perſij: *Præcipui ſunto ſitq; illis aurea barba.*

uerumq́ue eſt quod ſequitur:

Aurum uaſa Numæ Saturniaq; impulit æra
Veſtalesq; urnas & Tuſcum fictile mutat.

neque hæc inter idem Perſius auditur clamans:

Dicite Pontifices in ſancto quid facit aurum.

Quem gentilium morem, à noſtris uſurpatũ doleo, contra præceptũ Dei dicentis: Nec deos aureos facietis uobis. neutris ſanè ſat fœliciter ceſsit, aurea iſta diuinitas, ut ſic dixerim, nam & illis deos, tu magis propitios fuiſſe, dum fictiles fuerũt, auctor eſt Seneca. & nobis CHRISTVM Deũ noſtrũ fuiſſe p̃ſentiorẽ, anteq̃ ſibi aureas cuderemus imagines, ut q fide pura ac pietate animi, non auro delectet̃. nemo uſq; pius eſt q neſciat. Adde, q̃ nõ ſolum amicos apparatu aureo excipiũt, ſed hoſtes quoq;, quos honorifica ſæuitia p̃ſequunt̃, compedibus aureis uinciunt, ut uſq; ad ultimas hominum miſerias, ambitio deſcendat uana. q̃ in rege Perſarum Dario, nephandus ille proditor Boſſus fecit, & in eodẽ regno, fratri ſuo Cyro Artaxerxes rex antè iam fecerat. & in Zenobia longè pòſt, animoſa quidem ac bellaci fœmina, fecit Aurelianus uictor, quæ auro ac gemmis onuſta, in triumpho ducta eſt, cathenarum patiens, ſed caro ſæpè queſta de pondere. & quid miri eſt, aurũ in captiuitate & in uinculis fulgere, in morte etiam fulget, in feretris, in ſepulchris, rerum cultus omnium unus, iſq; perpetuus, nec æquæuus modò uitæ hominum, ſed ſuperſtes. Adde q̃ urbes eximias, laudaturi pari præconij breuitate dicunt aureas, unde & apud Maronem, Capitolia urbis Romæ aurea, & apud Auſonium. aurea Roma eſt, quo ambitioſi ſermonis torrentem. præter cæteros lapſus ipſe ego, qui hoc in alijs noto, ſed licet accuſem cæteros, non me abſoluo, quodam Africæ meæ loco, auream Romam dixi, cum tamen hoc nunq̃, adeò impropriè dictũ eſt, ut noſtra dicitur ætate, quando heu, nõ aurũ ſed ruina eſt, uerũ ad tempus, de quo tunc loquebar aſpexi, quodq́ tunc ignorabam, dum id dicerem, in ſigillo aureo Cæſaris huius noſtri, pars altera Romam habet, cuius in portis literis aureis ſcriptũ eſt.

Aurea

Aurea Roma, quaſi non ferream potius Romam, auream Babylonem, & Nabuchodonoſor regis ſomnium, & Romanæ iudicent uictoriæ, paupertasq; uirtutum diues. ſed ſic aurum cordi eſt, ut laudari nihil ad plenum putent, niſi aurum ſit cognomen. credo ſi pauperiem laudare uellent, non niſi auream nuncuparent, quodquè in alijs auguror in me ſcio, ſiquidem idem ipſe, nam memini, auream egeſtatem in Epiſtola quadam ſcripſi. enimuero & copiam laudare, & mediocritatem optimam dicere uolens Flaccus, utramque auream dixit, denique regulam, qua anni feſtorumquè ratio dierum conſtat, utiliſsimam, ut oſtendant, aureum numerum noſtri uocant, uides tandem, ut in cœlo & in terra, cuncta penè ſunt aurea, Midæ recidimus in fabellam. ſed fortaſsè dicat aliquis, prophana hæc, dequè gentilium libris eruta, ad ſcriptores ſacros prodeat ſtilus, ne quem moueat apud gentium ſcriptores, auream Romam dici, cum apud hos, Hieruſalem turres gemmis ædificentur, portæ margaritis niteant, plateæ & muri eius ſint ex auro puriſsimo, neq; tamen hic hæreat, neque in eo, quod uel Hieronymus ſummã Ciceronianæ facundiæ laudem exprimens, aureum illud flumen dixit eloquentiæ, quod de Ariſtotele ipſe Cicero iã dixerat, uel Græcorum ille diſertiſsimus, Chriſtianorum aurei oris meminit cognomine, tanquam nihil inueniretur, quo eſſet eloquij fulgor aptior, quàm ſi auro eſſet expreſſus, ad maiora illa feſtinet. nam quid faciant homines in terris, ubi aurum foditur tergitur, excuditur, cuſtodit̃, quando Deus ipſe de cœlo alloquens, Moyſen deaurari ſibi archã iubet, nec ut ſatis erat, niſi adderet, auro mũdiſsimo intus & foris. Longũ ſanè fuerit, cũcta ſequi, quæ de hac re Exodi liber continet, ut ibi ſcilicet & coronam, & circulos aureos, & uectes auro opertos, & propitiatorium & Cherubin aureos, & inauratam menſam, labiumquè in circuitu aureum, & phialas, & thuribula ac cyathos, & candelabra, & uncinos, & cathenas, & anulos, & tintinabulum, omnia ex auro puriſsimo fieri, atq; altare ipſum ueſtiri auro præcipit. quid in libro Numeri, ut obmittam acetabula & phialas argenteas, non'ne ibi legitur, altare aureum, inuolutum iacinthino ueſtimento, & in ſanctificatione tabernaculi atq; altaris, oblationes principum Iſraël, quarum nulla ſine mortariolo aureo, facta deſcribitur, ut ad ſummam, tot ſint mortariola quot tribus. quid tubæ ductiles argenteæ, quas fieri ad conuocandam multitudinem dominus imperat Moyſi, quaſi non ſonantiores æneæ eſſent, quàm argenteæ. quid in libris Regum, ac Paralipomenon ædificator templi Salomon, non'ne oraculũ illud toto orbi ſanctiſsimũ ueſtiuit, domum ante oraculum operuit, atq; altare ipſum texit auro, affixitq; laminas etiam clauis aureis, denique pauimentum domus, intus ac extra, ex auro tectum legimus, ac ne longus ſim. Nihil, inquit, erat in templo, quod non auo tegeretur, poſt hoc paululum procede, & inuenies non auro tectum, ſed altare aureum, & menſam auream, & candelabra aurea, & lucernas aureas, & forcipes aureos, & fuſcinulas & phyalas, & mortariola, & thuribula, & cardines aureos. quid ducenta ſcuta, totidemquè haſtas aureas, eburneumquè thronum regis loquar, auro ueſtitum fuluo, denique ſcabellum ipſum aureum, & omnia uaſa. uniuerſamq; ſupellectilem ex auro puriſsimo, uſqueadeò ut in diebus eius, argentum nullius precij putaretur, tantaq; eſſet eius abundantia in Hieruſalem, quanta lapidũ ac lignorum. quid aiũt ſunt enim materialia hæc? Quid, inquam, q in prouerbijs idem ait, poſside ſapiẽtiam, quia auro melior eſt, & acquire prudẽtiam, quia p̃ciosior eſt argento. Et eodẽ libro: Beatus qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia, melior eſt acquiſitio eius negotiatione argenti & auri. & rurſum ſapientiam loquentem faciens, Melior eſt, inquit, fructus meus auro & lapide pretioſo, & genimina mea argento electo. uides unam eandemq; ſententiam quam ſæpè repetijt. Quis non aurum igitur argentumq; & lapidem pretioſum magni æſtimet, cui ab homine ſapientiſsimo, ſapientia comparet. nam etſi meliorem illam dicat, nihil tamen auro melius, atq; argento uidetur inueniſſe, cui ſapiẽtiam anteferret. Quid quod idẽ ſapiens, uerbũ, & prolatũ in tẽpore mala aurea dicit, in lectis argẽteis, quæ ſi nil nouerit auro pretioſius & argento? quid quod idem in canticis, Dilecti caput aureũ, manusq; aureas facit, quaſi è nulla re melius poſsit? quid iã reſtat, niſi ut ipſe Deus, nobis etiam totus aureus ſit, quem ut dixi, aliquid non tàm dicunt aureum, q̃ faciunt, idq; non tàm religionis ſtudio,

quàm auaritiæ, diuina quoque tentatis & mortalibus triumphantis, in cœlum ſi liceat aſcenſuræ. neque eſt, quod mirer, in filio, ſi patris utitur ſtilo, patrem audierat dicentem. Iudicia domini uera iuſtificata in ſemetipſa, deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum, & rurſus: Legem oris Dei bonam ſuper millia auri & argenti. Quis uerò aurum gemmasquè contemneret, cum de martyribus ſacris glorioſiſsimis hominum, atque fortiſsimis legat, Super caput eorum poſuit coronam auream de lapide pretioſo? quid quod in Eccleſiaſtico, Pedes firmi, ſuper plantas ſtabilis mulieris, columnæ aureæ dicuntur, ſuper baſes argenteas. quid quod aurum CHRISTO & offerendum Dauid, ipſe atque Eſaias præludent, & Matthæus narrat oblatum? Quid Machabeorũ libri, non'ne & illi ſuum altare aureum habent, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & inter medias hoſtium preſſuras, faciem templi coronis aureis exornatam. Non'ne in eiſdem libris Antiochus Ionathæ ſcribens, cum ei ſacerdotium & præſidatum, ſuper quatuor ciuitates daret, uaſa addidit aurea & poteſtatem tribuit bibendi in auro, & fibulam auream habendi. quis non magna reputaret, quibus uti ſine licentia regia non liceret. quis præterea non uigilans, uerũ aurũ, magno haberet in pretio, cui per uiſiones & ſomnia pretium cumuletur? certè cũ à rege Seleuco ad diripiendum templũ miſſus Heliodorus, flente populo, & orante, dirũ miniſteriũ exequi properaret, ſubita & horrenda uiſione repreſſus, abſtinuit, equitis apparentis ad auxilium tẽpli. Et ſequitur: Qui uidebantur arma habere aurea. mirũ, quàm ſi cœleſtis auxiliator, locũ ſanctũ nõ poſſet, ab iniuria hominum, armis, niſi aureis uindicare. dehinc cũ poſt omnẽ mortẽ & ciuilib. & externis malis circũfluenta Hieruſalem, de rerũ fine ſollicita atque ſuſpenſa eſſet, diebus XL. apparuerunt in aëre equites uolitantes, & cohortes armatæ, ſed quibus quæſo armis? nempè aureis & haſtilibus aureis indutæ. Deinde autem cum aduerſus Timotheũ pugnaturus Iudas Machabæus, ipſe cũ ſuis ciliciis induti, & terra caput aſperſi, atque ante altare prouoluti, diuinum auxilium implorassent, cœpto prælio, apparuerũt auxiliares quinque uiri, frenis aureis decori, quorũ ope magna uictoriam conſecuti ſunt. Poſtea uerò cũ aduerſus immenſum exercitũ Lyſiæ Iudas idem, cũ paucis properaret, flentesque & lachrymantes, una uoce dominũ exorarent, ut eis bonũ angelũ mitteret ad ſalutẽ Iſraël, apparuit præcedens eos eques armatus, & quibus armis, nempè aureis, quo uiſo confortati omnes pugnauerunt & uicerunt. Poſtremò Iudas ipſe cũ Nicanore bellaturus, pari exercituum imparitate, quod ille cum innumeris eſſet, iſte cũ paucis, anxius de euentu, uidit in ſomnis Hieremiam prophetam, ſibi gladium porrigentẽ. & quem gladiũ, profectò aureũ ac dicentẽ: Accipe ſanctũ gladium, munus à Deo in quo deiicies aduerſarios populi mei Iſraël, quo ſomnio cũ id ſuis recitaſſet confirmati omnes uiriliter ſe geſſerunt. & ſic accidit, ut promiſſum erat, pauci plurimos uicerunt, & ex eis XXXV. millia occiderunt. Iunc ſperne aurum, quod uiſu pulchrũ, & ſcripturis omnibus laudatũ, & uiſionibus & ſomnis illuſtratum eſt, audis Dei munus aureum fuiſſe, uirumque fortiſsimum aureo gladio delectatum, cum ferreo uteretur. Quid Apocalypſis liber ſacrorum plenus, atque myſteriorum, non'ne ibi angelo Philadelphiæ ſuadetur, aurum emere, ignitum & probatum ut locuples fiat. non'ne ibi etiam cãdelabra & phyalas aureas, & angelum ſtantem ante altare aureum, quod eſt ante thronum Dei, & habentem thuribulum aureum in manu ſua. non'ne denique non modò meretricem illam magnam, cum regibus fornicantem, inauratam auro, & lapide pretioſo & margaritis, & habentem poculũ aureũ, in manu ſua, quàm non ſit mirũ talib. delectari. Sed uiginti quatuor ſeniores, ſedentes in ſedib. ſuis, in cõſpectu Dei, coronasque aureas in capitib. eorũ, & ſeptẽ angelos è tẽplo tabernaculi teſtimonii exeuntes, circa pectora zonis aureis præcinctos, & quo altius iri nequit, filiũ hominis præcinctũ ad mamillas zona aurea, & eiuſdẽ in capite ſedẽtis in nubib. aureã coronã et ciuitatẽ ſanctam, ac plateas eius, ut dictũ eſt. ex auro mũdo, portas ac fundamẽta ex lapidib. pretioſis, legimus. quinetiam nõ ex auro fabrefactam, ſed ciuitatem & plateas eius, aurum mundum dixit, dimenſioniquè eius, quod miraberis dedit menſuram, aureæ arundinis, tanquam auro non metiri aurum nephas ſit. Mille ſunt talia, uixquè ullus ſcripturarum angulus auro uacat. quædam uerò tàm friuola, ut attingere pigeat. quo enim uel in apparitione illa nocturna ſanctæ uirginis

Agnetis

Agnetis,ac uirginei illam comitantis exercitus,auro textæ ciclades, tanquam ſine auro, nec in cœlis poſſet eſſe fœlicitas,uel in inuentione corporis beatiſsimi prothomartyris Stephani,ille proceri decoriſq; ſenis,beatum presbyterum Lucianum excitantis, in pallio intextæ cruces aureæ,cum crux illa in qua pēdens CHRISTVS nos redemit,certè nō aurea fuerit,ſed lignea,ligno perditi,è ligno recuperati ſumus,neq; in noſtra redemptione,q̄. uis captiui, in manibus auariſsimi hoſtis eſſemus,omnino auri aliquid ſed ſanguinis interuenit.Quid eiuſdem ſenis in manu,uirga aurea,in qua ſopitum tangeret: nunquid non uel nuda manu,uel uirga alia,ſeu acerna ſeu faginea tangi poſſet, ſed quod hic eſt mos,ſiue auro enim,nec expergiſcimur,nec dormimus,unde & paſsim noſtrorum diuitum in thalamis,lecti aurei cernūtur. Et Adraſti in thalamo apud Statiū legunt̄,ut diximus, & apud Virgilium Dido:

Aulæis iam ſe regina ſuperbis,
Aurea compoſuit ſponda mediamq; locauit.

Quæ omnia,& quæ ſunt his ſimilia,& ſi in literis ſecularibus,non ex iuditio ſcribentium, ſed ex errore legentium,dici atq; illorum infirmitatibus condeſcendi arbitrer, in ſacris autem ſenſu myſtico,altiore prolata nō dubitē,tamē hic ubiq; aures loquendi modus,ex ore doctorum hominum auditus,poteſt forſitan,nonnunquam uelut auctoritate quadam,ad ampliorem auri ſitim auaros uulgi animos irritare, cæterum ſiue externis ſtimulis, ſiue internis angimur,hoc eſt,ſeu aliorū uerbis exemplisq; ſeu cupiditate quiſq; inſita, in quæ diſcrimina quæue ludibria raptetur humanum genus,auaritia pulſum uides. Non eſt opus ut repetam in auro ſuo eſurientem Midam,in undis ſitientem Tantalum,nullis fabulis res eget, uerè affluunt hiſtoriæ, quanquam nec hiſtorijs, aut ſcriptorū teſtimonio opus ſit, omne forum.omnis uicus,omnis domus exemplis ſcatet, quis non millies auaritia iuſiurandū ſpretū,fractam fidem,eluſas amicitias,neglecta iura ſanguinis,poſthabitū Dei metum,omne demū phasq; nephasq; permixtum,uidit,ut probra illa prætercam auditu grauia,uiſu fœda,ſed iam ubiq; communia,carnem ſuam uili pretio, & miſera mercede uendentiū,& uel propriam pudicitiam proſtituenſium,alienæ libidini,uel inſtar pecudū fororres,cōiuges filiasq; mercantium.iamq; alia niſi cupiditas diſſenſionū ferè omniū cauſa, eſt, quæ raræ ſeu nullæ eſſent,ſi ut prouerbiū uetus habet, duo hæc pronomina Meū & Tuū de medio tollerent̄.ꝙ quia nō fit,uidemus breuē hanc & infœlicē uitā, ob hāc cauſam maximè innumeris æſtuare diſcordijs, & audimus Ouidium in magni operis primordio proclamantem: *Viuitur ex rapto.*

En rapina & cupiditas malorum radix,uis autem ramos noſſe audi reliqua:

non hoſpes ab hoſpite tutus:
Non ſocer à genero,fratrum quoq; gratia rara eſt.
Imminet exitio uir coniugis,illa mariti.
Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.
Filius ante diem,patrios inquirit in annos.

& ut uno uerbo cuncta colligeret addit: *Victa iacet pietas.*

Ideò uicta pietas,quia cupiditas uictrix. Totā uerò mali ſummā, fraudes rapinas,homicidium,falſum teſtimoniū,impietatem,Diſcordias,fœditates,adulteria,corruptelas,breuius ſtrinxit Maro,ubi interrogans & exclamans ait:

Quid non mortalia pectora cogis.
Auri ſacra fames.

Profectò nihil mali eſt,ꝙ non & ſuadeat, perſuadeat, & ad extremū cogat, eius de quo multa hodie diximus auri fames,tantum oculos, quodq; miſerius animū ipſum,ille pallor croceus delectat.ꝙ nec Apoſtolum fugit,ubi radicem omniū malorum dixit eſſe cupiditatē,quam quidam appetentes inquit,errauerunt à fide,& inſeruerunt ſe dolorib. multis. Nam ut uerba tranſportem.Qui uolūt diuites fieri,incidūt in tentationē,& in laqueū diaboli,& deſideria multa,& inutilia & nociua,quæ mergunt homines in interitum & perditionem.idq; cum in omnibus,tum in his præcipuè uerum uideas,qui citò diuites fieri uolunt.quod ferè omnium eſt proprium dicente Satyrico:

nam qui diues fieri uult
Et citò uult fieri.

quis uerò præcipitati auaritiæ frenum ponet, atq; ut Satyricus idem ait:

quæ reuerentia legum?
Quis metus aut pudor eſt unquam, properantis auari.

Mergi autem homines deſiderijs multis, ac malis in interitũ, ſi non credis Paulo, Craſſum interroga, qui prædiuite Hieroſolymorum templo, à quo continentiſsimus ſe ducum Magnus Pompeius abſtinuerat, nepharie ſpoliato, plenusq; auro, necdum ſatur, ſed adhuc ſitiens, adhuc ardens, & auaritiæ furijs actus, in mortem & in Parthiam feſtinabat, tandem illic miſer, ſatietatem optatam, ſed funereã reperturus, & obſtabat illi fœdus, cum collega ictum, obſtabat iuſtitia, obſtabat pudor, ad ultimum obſtabat ira Dei plena minis, plena fulminibus horrendi, ſed quæ ſola olim Hannibalem arcuerat à mœnibus hoſtium prodigioſa tempeſtas, ea tot accendentibus obſtaculis, Craſſum ab amicorum ſeu fœderatorum certè finibus, non retraxit, ſiquidem contra decorem ac pudorem, contraqúe præſentiſsimum terrorem, ſola miſerum flagrantemqúe animum, urgebat auri fames, ſeu uerius ſitis. non comeſturus enim, ſed bibiturus aurum ibat, euicitqúe tot frena, calcar unicum tantum auaritia, odio & crudelitate potentior, inuenta eſt unde autem hæc rabies, nempè non aliunde, quã reliqua ex opinionum ſcilicet peruerſitate. qui benè fons malorũ omniũ, uidetur mihi Ciceroni uiſus eſſe, nam ſi qui rectè prorſus opinarentur, iidem ut reor & rectè agerent, opinio infecta, actuũ inficiendorũ radix ac ſeminarium eſt. Quæ nam uero ea eſſet opinio, ſi quæritur illa, nimirum, quæ negabat ullam ſatis magnam pecuniam eſſe, ei qui in Rep. princeps uellet eſſe, cuius fructibus, exercitum alere non poſſet. cuius quidẽ in Officialibus libris eſt mentio. Ita rem P. R. tunc etiam domito licet orbe, difficilem, Romani ciuis auiditas uſurpabat, unicus hic hominem, ditiſsimum omnium Romanorũ, ſed qui ditiſsimus omnium mortalium fieri optaret, nunquamq; niſi egenus & pauper, illo cum animo eſſe poſſet, ſi omnes quas uſquam habet orbis terræ diuitias aceruaſſet, eò trahebat, ut non ſolum hæreditatem falſo delatam teſtamento diſsimulans adiret, & ut locans ait Cicero, alieni facinoris munuſculum non repudiaret, quod alienum facinus, ſuo cum facinore mixtum erat. ſed apertiſsimis rapinis ſacratiſsimum Dei templum, omni auro, ſeqúe primum, fide ac iuſtitia ſpoliaret, deinde autem ad ſpoliandum opulentiſsimum Regem præceps iret, qui eum uita ſpoliauit, & uitali ſpiritu exhauſtum, auro liquido, ac rutilante compleuit, dignus fateor tantæ finis auaritiæ, contrà autem tanti exercitus ruina, tamqúe inſontis nati ſors miſerabilis, & indigna, ſed ſæpè unius furor, hominis oppreſsit innumeros, uerum nimis multa de Craſſo, de quo nunquam mihi, ut tot uerba facerem euenturum ſuſpicabar, tulit impetus, tulit auaritiæ odium, uenio ad alios, ne Craſſus in his literis ſolus ſit. qui utinam in hominibus ſolus eſſet. Et quoniam hac peſte laborantium, nullus eſt numerus, cateruatim agam, ſanè quantum poſsit auaritia, nunquam clarius quàm bello patuit Iugurthino. Nota eſt hiſtoria, ut uſq; ad Metellũ, nemo Cos. nemo miles, non auaritiæ ſeruus, in exercitu Romano fuerit, quæ res perfidũ illũ regẽ, & uiribus diffidentem ſuis, & parem & ſæpè ſuperiorem armis fecit, & ſi finis tãdem ſceleribus moribusq; ſuis dignus acceſſerit. quis non in eo bello, Calphurnij nomen noui & Scauri, de quo & primo præclarè ait Criſpus. Nam in Cos. noſtro multæ bonæ artes animi & corporis erant, quas omnes auaritia præpediebat. quis & ducum & totius exercitus impudentiſsimam auaritiam, non audiuit: ſed partius forſan in excidio Hieruſalem eadem peſtis hæc ſæuijt, ubi non ſola iuſtitia auaritiæ pedibus ſubiecta, ſed uerecundia humanitasqúe calcatæ, atque ea flagitia ſunt admiſſa, quæ memoria horret, ſtilus refugit. Sed quo rapior: totus mihi peragrandus eſt hic orbis, omnis retexenda ætas, omnis hiſtoria relegenda, ſi uelim auaritiæ exempla complecti. reuocanda in medium Euriphylæ, quæ auri cupidine, fidei coniugalis oblita eſt, ducendum denuò Polydori funus, adulter imbre aureo transformandus, riſu atque odio proſequendus auarus, & infamis ille muris, uenditor, emptor mortis. qui obſidione Caſilini ad extrema miſerrimæ famis adductus,

adductus,ut pretium licet ingens,infœlicis ſibi,ac uiliſsimi animantis pecuniam tamē exiguam,præcupido ſinu abderet,& neglexit uitam, & conſpicuam perſeuerantiam, ac fidē turpi dehoneſtauit auaritia. Ambiendæ præterea oſtiatim urbes,& quærendū,quid malorum quidúe dedecorum in ſingulas domus auaritia triſtis inuexerit. infinitum opus, recenſendi ad ultimū illi tres,ſimul apud Valeriū locati,Caſsius, Septimuleius, Ptolemæus, quorum primus percuſſores ſuos, cum gladijs ad ſe interficiendum miſſos, pacto pretio dimiſit. Pulchra res,ſi clementiæ,non auaritiæ conſilio acta eſſet, ſecundus Gracchi caput occiſi,cui familiaris extiterat,amputauit,per quę urbem etiam pſlo circumtulit, liquato etiam memorant in capitis cauernulis plumbo,quo ponderoſus foret,quoniam ſcilicet auro penſandum,illud conſul edixerat,digna ut libet Gracchi mors,Septimij tamen trux atque indigna cupiditas. Tertius cum eſſet Cypri rex,& propter opum magnitudinem, uitæ ſibi diſcrimen imminens uideret, conſilium cœpit ſeque diuitijs que ſuis perditis, ſe ludibrio,prædamque hoſtibus eripere,atque hoc animo progreſſus in pelagus, ut illuc pertuſa naui, cuncta undis obrueret,ubi ad executionem animoſi conſilij uentum eſt,auara mens auro attonita,& operib. ſuis parcens,quod deſtinauerat,non impleuit, ſed mutato propoſito,ad terram redijt,& pretium mortis & iugulum referens interfectoribus ſuis. execrabilis atque odioſa ſuperiorum auaritia, ſtulta huius atque ridicula, & ut ipſa Valerij uerba,ponam:

Proculdubiò hic non poſſedit diuitias,ſed à diuitijs poſſeſſus eſt.

quod Dauidicæ ſententiæ conſonat,ubi ait: Dormierunt ſomnum ſuum & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus ſuis, Audis ut non diuitias uirorum, ſed uiros diuitiarum ſignanter dixit ac mordaciter. Sed ſit modus: Tu uerò diuitiarum tuarum dominus eſto, non ſeruus, dumq́ adhuc inuenire aliquid in manibus tuis potes,ter uocatus, expergiſcere.

FRANCISCVS PETRARCHA AMICO SVO, S.

RArò admodum ſpei noſtræ rerum exitus reſpondent, ſæpè præmeditata deſtituunt,inſperata contingunt,neque id mirum cuiquam eſſe debet, mirum potiùs ſi quid aliter accidat. Siquidem ratio principia rerum regit, euentum fortuna moderatur, nihil autem magis aduerſum rationi quàm fortuna,itaque ſæpè telam quam ingenioſè illa ratio quidem ordita erat,hæc fortuna impetuoſè ante tempus abrumpit, quod probatione utinam egeret. neque his querelis adeò uita hominum plena eſſet,ut iam ferè nil aliud ingemiſcat. Sed ut ad rem noſtram ueniam,decreueras quidem me uolentem; fateor optantemq́, me comitem habere, nam quæ uſquam optabilior aut ſanctior uia eſt,iuſtiorq́ peregrinatio,quàm ad ſepulchrum,ubi ille iacuit cuius temporalis mors immortalitatem nobis, & æternam uitam peperit? Sepulchrum, ubi, ſi dici fas eſt, & uicta mors ſcilicet,& uictrix in ea ſepulta eſt. ò beatum iter, & inuidioſum Chriſtiano animo ſpectaculum, hinc ego nunc neſcio,quibus peccatorum nexibus arceor nutriſq́ detineor. Infans quidem,ut Flaccus ait:

Pudor loqui prohibet.

ſed imperioſa ueritas fari iubet,ea ut paream cogit. Cum multæ me detineant cauſæ, nulla potentior quàm pelagi metus, non quod aut uitæ cupidior,aut timidior mortis ſim,quàm cæteri mortales,aut terreſtrem mortem maritimæ præferendam rear,neque enim in loco,ſed in animo eſt,quod fœlices facit & miſeros, & cum ubique moriendum ſciam, ubi ſit melius mori ignoro. fruſtrà bellum & maria uitamus,fruſtrà labores fugimus,perituroq́ parcimus corpuſculo, In medias uoluptuoſorum latebras,inq́ ipſos regum thalamos inuiſa mors penetrat,& ſæpè quam fortè labor & exercitium diſtuliſſent,iners luxus anticipat,ſemel utique moriendum eſt, & hanc mortem ne arceſcere ueritum,ſic cupiditatē uelle dementia eſt,procraſtinare mollities, & æquanimiter expectare, tanquam ubique proximam & horis omnibus affuturam, ea uirtus eximia eſt, uerumq́ uiri opus, ſecundam mortem omni niſu fugere,conſilij eſt. Sed ita res ſe habet,ad impoſsibilia ſtudium omne conuerſum eſt,non mori, non ægrotare,non laborare, non dolere, non ſeruire, non egere uolunt omnes, non peccare uult nullus. cum ea uera,'& maxima mortis,& ægritudinis, & laboris,& doloris,& ſeruitutis,& penuriæ cauſa ſit. Mihi uerò fortè nunc dicat aliquis, ſi mortem ergo non metuis, quid metuis? longā mortem & peiorem morte nauſeam? non de nihilo quidem, ſed expertus metuo, quotiens putas illud monſtrum tentaui,ſi fortem naturam conſuetudo uel uinceret uel leniret,ſi quid perfecerim quæris,non metum minui,ſed gemina potius cum nauigatione ſupplicium hoc forſan animò uago,& rerum nouarum uiſione inexplebili,oculo frenum poſuit natura.congreſſum itaque noti hoſtis exhorreo,cuius proſpectu tamen adeò delector, ut quem tangere abominor,quam cupidè uideam ſtupor ingens ſit. Iſte me non metus hic detinet,exoptatum incognitum

mirarum rerum inuidet fortuna, ut nunquam uero poſthac meorum hunc uiſurus ſis charitas, ſubdifficilis coniectura eſt. ibis ergo ſine me, & multa cōſpicies, quorum tibi dum uixeris memoria uoluptatem renouet. ego interim dum tu redis, quod ut celeriter feliciterq; ſit cupio, Europæ Italiæq; finibus contentus agam, nihilominus te animo comitabor, & quoniam ita uis, his etiam comitabor ſcriptis, quæ tibi breuis itinerarij loco ſunt. Morem enim ſecutus amantium, cuius præſentia cariturus es, imaginem flagitaſti, qua utcunque tuam abſentiam ſolareris, non hanc uultus imaginem, cuius indies mutatio multa fit, ſed ſtabiliorem effigiem animi ingeniuq; mei, quæ quantulacunque eſt, profectò pars mei optima eſt, hic tibi ergo, non amici domicilium corpus hoc, quod uidentes quidam totum ſe hominem uidiſſe falſo putant, ſed amicum ipſum terrenis ſpectare luminibus licebit, quoniam ut ait Cicero: Mens cuiuſcunque is eſt quiſque, non ea figura, quæ digito monſtrari poteſt. ſed iam nimium te moror, quem ſocij expectant, quem tranquilla ueris facies fauentesq; uocant auræ, quem nos omnes qui ſuſpiramus abeuntem, iamiam reducem exoptamus.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. ITINERARIVM SYRIACVM.

IN QVO, QVICQVID PER EVROPAM VEL ASIAM PEREGRINIS HIEROSOLYMITANIS MEMORABILE occurrit, diligentiſsimè deſcribitur.

POſcis ergo uir optime, quoniam me nō potes, comites has habere literulas, in quibus quæ oculis ipſe tuis mox uidebis, ex me qui ea certè nec dum uidi omnia, nec unquam fortè uiſurus ſim, audire expetis, mirum dictù, niſi quia paſsim multa quæ non uidimus ignoramus. Parebo equidem, eoq; promptius, quo iuſtius cupis, primum ſcilicet ut quæ ad ſalutem animæ, dehinc quæ ad notitiam rerum, & ingenij ornamentum, poſtremò quæ ad memoriam exemplorū excitandumq; animum pertinere uidebunt explicem, iterq; longiſsimum breui ſtilo metiar. Prima, quæ niſi fallor religioſi prorſus ac fidelis, alia feruentis ac ſtudioſi, tertia militaris ac magni animi cura eſt, quod uerò non poſsit amor, certius te uiſurum ſperas quæ calamus meus hinc, quàm quæ oculus tibi tuus inde monſtrauerit. Ingrediamur uerò iam tandem iter hoc, & mœnia prætermittentes, quæ aſsiduè ſubiecta oculis, inculcare auribus ſuperuacuum eſt, Nondum tibi uiſam ut ais, Ianuam ueniamus. Videbis ergo imperioſam urbem, lapidoſi collis in latere, uiriſq; & mœnibus ſuperbam, quam dominam maris illius aſpectus ipſe pronunciat, ſua ſibi potentia, quod multis iam fecit urbibus obſtat atque officit. Iūgis unde materia ciuilium ſimultatum ſcatet, auctorem urbis & nominis Ianum ferunt, primum ut quibuſdam placet, Italiæ regem: quod an ita ſit, an ipſe ſitus urbi nomen dederit, quod noſtri orbis quaſi ianua quædam eſſe uideatur, incertum habeo, & publicis inſculpta monimentis, utrique autem illud obſtat, quod apud ueteres non Ianuæ, ſed Genuæ nomen in uſu eſt, huius ſanè multa recentia & memorabilia dici poſſunt quæ prætereo, neq; enim ſcribo nunc hiſtoriam, ſed lecta deſcribo, andqua autem pauciora, quod non ſemper hoc. Sed quantum intelligere eſt, caput gentis Albigannū fuerat, ipſa quidem de qua loquar Ianua, tēporibus Belli Punici ſecundi, à Carthaginenſibus euerſa, à Romanis ducibus reſtituta eſt, in qua tu nūc & populi habitum, & locorum ſitum, & ædificiorum decus, atque in primis claſſem, quod de Tyro ſcriptum uides, cunctis terribilem, tremendamque littoribus, tu molem pelago obiectam, portumq; mirabere manufactum, ineſtimabilis ſumptus, infinitæ operæ, quem quotidianæ ne quicquam feriunt procellæ. quid multa, cum ſedulò ciuitatem hanc, & dextera læuaque circumfuſum litus ac montes fluctibus impendentes, ad hæc corpora, inopes animos, & uictum gentis aſpexeris, ſcio te uidiſſe cotem illam alteram, quæ Romanæ

Romanæ uirtutis aciem, lõgo exercitio multos olim annos exacuit, quod ſiquid Liuio cre
ditur, nulla prouincia magis fecit, ut cũ ſcilicet omnia eſſẽt, q̃ uigilẽ atq; ſollicitũ Romanũ
exercitũ haberẽt, locorũ mõtana duritíes, hoſtis prompta uelocitas, cõmeatuũ difficultas,
inſidiarum opportunitas, communitio caſtellorum, labor iugis, periculi plurimum, prædæ
minimum, ocij nihil. Itaq; cum urbibus terrarum, cum ſingulis, hîc cum multis difficultati
bus, uno tempore pugnandum erat. Hinc tu tametſi ſocij properent, & nautæ de littore
funem ſoluant, nõ tamen ante diſceſſeris, q̃ pretioſum illud & inſigne uas ſolido è Smarag
do, quo CHRISTVS, cuius te tàm procul à patria amor trahit, pro paropſide uſus fertur ui
deas deuotũ, ſi ſic eſt, alioquin ſuapte ſpecie clarũ opus. Hinc digreſſus ad læuã totũ illũ diẽ,
ne oculos à terra dimoueas caueto, multa enim illis occurrent, q̃ multò facilius tibi ſit mira
ri, q̃ cuiquam hominum ſtilo amplecti, Valles amœniſsimas, interlabentes riuulos, colles,
aſperitate gratiſsima & mira fertilitate cõſpicuos, atq; auratas domos, quocunq; te uerte
ris uidebis ſparſas in littore, & ſtupebis urbem talem decori ſuorũ ruriũ delitijsq; ſuccum
bere. uiginti niſi fallor millia paſſuum emenſus, extentũ in undas promontoriũ, Caput mõ
tis ipſi uocant, obuiũ habebis, & Delphinis, ſiue ut nautæ nuncupant, Alphini portum per
exiguum, ſed tranquillum & apricis collibus abditũ. Inde Rapallum ac Sieſtrum, & nomi
ne Veneris inſignem portum, ſecurum uentorum omnium, & omniũ quæ ſub cœlo ſunt
claſſium capacem, noſtrum propè Erycem, habet enim alterũ Sicilia imminẽs mare, oppor
tunus fatigatis puppibus, & hoc quidem littus omne palmiferum atq; cedriferũ, ut aduer
ſum Cereri, ſic Baccho gratiſsimum ac Mineruæ. nulli uſquam terrarũ cedere certum eſt,
quo magis id priſcis rerum ſcriptoribus, & præſertim uatibus prætermiſſum miror, ſed
adducor ut extimem, non inuidiam, ſed deſidiam cauſam dediſſe ſilentio, uidelicet quod
nondum temptata, ideoquè nondum nota fertilitas locorum erat. Hinc eſt, ut cum claris
ſæpè carminibus Maroneũ Falernumq; concelebrẽt, terraſq; alias, hanc cunctis hac laude
præſtantem, omnes ignotam prætererant, id me mouit, omnium quæ ſcripſerunt, & inge
nio & ſtilo & ætate nouiſsimũ, ut in Africæ meæ quodam loco, idoneam nactus occaſio
nem, loca iſta deſcriberem caractere dicendiq; genere longè alio. qui liber niſi uitæ breuitas
uel ingenij tarditas, uel aliorum librorum unum in tempus cura concidens, uel quorum nul
lus eſt modus, fortunæ impedimenta uetuerint, aliquando fortè ſub oculos tuos ueniens,
in horum re atque aliorum, quæ multa nunc uiſurus es locorum memoria reuocabit. Sed
multum uiæ nobis reſtat, progrediamur ad reliqua. non procul habebis contra extremos
Ianuẽſes Fines, Coruũ famoſũ ſcopulũ, & nomẽ à colore ſortitũ: ac paululũ prouectus Ma
cræ amnis hoſtia, qui maritimos Ligures ab Hetruſcis dirimit, ſupraq; littus maris ſiniſtrãq;
ripã fluuij ruinas Lunæ iacẽtis aſpicies, ſi famæ fides eſt. aliud enim hac in parte nihil habeo,
magnum exemplum fugiendæ libidinis, quæ ſæpè non modò ſingulorum hominum, ſed
magnarum urbium, & locupletium populorum, ac regum fortunas peſſundedit, licet hu
iuſce rei exemplũ maius, & antiquius Troia ſit. Hinc iã ſenſim cedentibus montib. aliquã
diû planum & abſque ſcopulis leue littus, portus rari, caſtella procul in collibus, plaga
maris inhoſpita, Sarzanum paulò ſubmotum à littore nouum frequensquè oppidum, in
de Lauẽtia uicus ignobilis, fluuius deinde re & nomine frigidus, aquis areniſq; perlucidus,
ſecus Maſſam amœniſsimam terram, deſcendit in pelagus: propè oppidum eſt, q Petrã ſan
ctam dicũt. cuius auctor & audio conciuis quidam tuus fuit, illius tũc prouinciæ præſes, &
uir domi clarus ac nobilis, itaq; familiæ ſuæ nomen tranſtulit in ſuũ opus: ultrà iam Piſano
rũ duas arces, nihil memorabile, quarum alteram Adultionem, alterã Viam regiam appel
lant. nec multò pòſt Fercli atq; Arni fauces ſunt, quorũ alter Lucam præterlabitur, alter pa
triæ meæ muros, primùm tandem Piſas interfluit & de Luca quidem dubius ſum. Floren
tiam prorſus extra conſpectum latet. Piſas autem ex ipſa puppe gubernaculi tibi rector
oſtendet, ciuitatem peruetuſtam, ſed decenti, & decora ſpecie, & licet inter plana ſitam, nõ
tamẽ ut magna pars urbiũ paucis turribus, ſed totam ſcilicet eminentiſsimis apparẽtẽ, q̃mo
do quoq; maris potẽtiſsimam, donec patrũ memoria nõ modò uires æquoreas, ſed animos

 nauigandiq;

nauigandíque propoſitum magno uicti prælio Ianuenſium amiſère. Poſt hæc paucis
paſſuum millibus portus, & ipſe manufactus, Piſanum uocant, aderit, & ferè contiguum
Liburnum, ubi præualida turris eſt, cuius in uertice pernox flamma nauigantibus tuti litto-
ris ſignũ præbet. Hinc ſi ad dexteram te deflectas, Gorgon atq; Capraria paruæ quædam
Piſanorum inſulæ, præſto erunt, necnon turris exigua pelagi medio, quæ Mellora uulgò di
citur, Infauſta illi populo, q̃d ſcilicet illic ipſa cuius paulo ante memini, pugna cõmiſſa eſt.
Si preſsius intẽderis, uidebis et Corſicã incultã inſulã, & armentis ſyluestribus abundantẽ:
quinquaginta inde uel non multò amplius paſſuum millibus Plumbinum inſigne oppidũ.
ad læuam fertili ſedet in colle, portus ſubeſt, nec multarum capax nauium, & ſecuritatis am
biguæ. ad dexteram exiguo ſpatio Ilua eſt inſula, inexhauſtis chalybũ generoſa metallis, ut
Maro ait: perhibent qui longiores ibi traxerunt moras, omnia illic ad uitam optimam per
uenire. denique poſt Sardiniam amiſſam Piſanarum opum illam præcipuam ſedem eſſe.
haùd ꝓcul inde Popolonia, Maſſa maritima, Groſſetũ, Thelamonis portus, an ab Aiacis
patre an unde dictus, profiteor me neſcire, inde rurſus ad dexteram. Igilium inſula uino &
marmore nobilis. ad læuam ſancti Stephani quem dicunt, & mox portus Herculeus. Argẽ
tariæ mõs medius poſt Cornetum, Turritum & ſpectabile oppidum, gemino cinctum mu
ro. & ex alto colle maria longa deſpiciens. huius in finibus Tarquinij olim fuerat ciuitas,
nunc nihil præter nudum nomen ac ruinas, unde qui Romæ regnarunt Tarquini prodide
runt. Poſt hæc illa quæ Ciuitas uetus dicitur, decem niſi fallor paſſuum millibus ſita eſt, de
inde quẽ Adriani portũ uocãt, opus inter cuncta mirabile, quodúe inter ſeptem illa famo
ſiſsima numererẽ, nil ſibi niſi ætas & iactantia Græla defuent. His exactis Tyberinæ fau.
ces ad læuam ſunt, ad dexterã remanẽte Sardinia. Supra Tyberis ripã Oſtia eſt, Anci Mar
cij colonia, quarti Romanorũ regis, quã in ipſo maris fluminisq; cõfinio poſuit, ut ait Flo
rus, iam tamen præſagiẽs uidelicet animo, futurum ut totius mundi opes & cõmeatus illo
uelut maritimo urbis hoſpitio, reciperentur. Illic ſanè cum fueris ſcitò te à regina urbium,
Roma, nõ niſi duodecim paſſuum millibus abeſſe, de qua ſi tàm paruo ſpatio loqui uelim,
intollerandæ nimis audaciæ ſim, cuius geſtis atque gloriæ, totus orbis terrarum anguſtus
eſt, cuius nomini libri linguæq; omnes non ſufficiunt. Poſt Oſtia Tyberina caput Ancij
apparet, ita enim uocãt nautæ, ciuitas ibi Anciũ fuit, Volſcorũ caput, q̃ cũ multa olim bella
cũ Romanis geſsiſſet, capta demũ, & cum tota gente ſubacta eſt, ꝓximè deſtructa eſt. In
de mõs præaltus cui carminibus Circe nomẽ impoſuiſſe creditur. ibi enim ut dicunt habi-
rauit, atq; ibi Vlyxes ſocios uertit in belluas, quæ transformatio quid miſterij uellet noſti,
locus eſt aĩt & fama celebris & ſcriptorum ingenijs. hic ad dexteram Pontiæ remanent,
breuis inſula & olim carcer illuſtrium. Progredienti tibi Terracina nunc, olim Anxur pri
mum aderit, mox Caieta nutricis Aeneæ nomen ſeruans, ubi quo proſperior nauigatio ſit,
ſacrum Eraſmi tumulum adire ne pigeat, cuius opem multis iam in maritimo diſcrimine
profuiſſe opinio cõſtans eſt, hic flexus littorũ & pelagi ſinus ingens ſaltusq; lauriferi, cedri
feriq;, & odorantũ ac ſapidũ ſemper læte uirentium nemus arbuſcularum. In hoc tractu
Formiæ ſeu Formianum & Liternum, dicam uerius, fuerunt: alterum Ciceronis in fan.
da cæde, alterum Scipionis indigno exilio nobilitatum, & cineribus patriæ negantis, ſed
hæc duo loca, extimatione magis animi quàm oculis aſſequeris, alter enim iacet. alter
& latet, niſi quod apud Formias duæ adhuc ſeu tres magnæ ſupereminent arenæ, Ipſa ſed
in oculis erit maximè, quæ ſe obuiam dabit, inſula poëtarum nota præconio, Iſclam mo
derni uocitant, ſub qua à Ioue ob uinctum Typheum gigantem fama eſt, fectrque lo.
cum fabulæ uapor uelut hominis anhelantis, & Aethneo more æſtuare ſolitum incendiũ.
Vicina hinc Prochyta eſt parua inſula, ſed unde nuper magnus quidã uir ſurrexit Ioãnes,
ille, qui formidatum Caroli diadema non ueritus, & grauis memor iniuriæ, & maiora ſili-
cuiſſet auſurus, ultionis loco huic regi Siciliã abſtuliſſe. ſimul & ad læuã cuius colle humili
Sibyllæ patriã uidebis, ubi Targnius Supbus regno pulſus, ıãdẽq; Tuſcorũ & Latinorũ
de ſtitutus auxilijs exul obijt: nã hoc Mediolano proximũ latio imminẽs, alpibus adiacẽs.
Comum

Comum eſt, non Cume. quod ne cum uulgò fallereris dixerim. Hinc iam Miſenus collis, in mare porrigitur, illic humati tubicinis Phrygij nomē habens, cuius rei meminit Virgilius. Sunt qui putent Miſenum ibi peremptum, ab Aenea dijs inferis ſacra facturo, quæ ut aſſerunt, abſq; humana cæde fieri nequeunt, atrocitatemq́ue facinoris Maroneo eloquio excuſatam, illic ſanè ſacrificatum ab Aenea narraſſe Virgilium, ubi ſacrificaſſe Vlyxem Homerus ante narrauerat, pari ritus immanitatate. ea autem huiuſcemodi ſacra apta loca quod ibi ſint Auernus, atq; Acheron tartarea nomina, ibi Ditis hoſtia limen irremeabile, & ille facilis deſcenſus Auerni, de quo loquitur poëta, quem parentem diebus dixit, ac noctibus, ſed laborioſi atq; operoſi reditus, de qua re quia quod ſcriptum eſt legiſti, ſiquid ipſe præterea uiderim atque audierim ſequar, extra propoſiti metas erit. Hic Sibyllæ Cumanæ domus maxima, ſuper horrentem amnis ripam cernitur, iam ſenio ſemirupta, habitatore quidem nullo, ſed uanarum uolucrū nidus frequens, in eodem flexu fontes calidi tepentesq;, inſignius quàm in aliqua parte noſtri orbis erumpūt, quidā uerò ſulphureum ac feruentem cinerem eructantes, eſt ubi terra ſine igne uiſibili, ſine aquis, ex ſeipſa ſalubrem uaporem & medentem corporibus, fumum profert: denique ijſdem in locis, & humanæ uitæ remedium conueniſſe dixeris & mortis horrorem. Et ſub Miſeno quidem ſemper in anchoris Romanorum una claſsium ſtabat, ad occurrendū repentinis incurſibus, alia equidem Rauennæ erat, idq́ue alto conſilio Auguſtus Cæſar inſtituit, ut mare ſuperum atque inferū, quibus inſulæ inſtar, Italiæ magnæ pars cingitur, hoc gemino præſidio tuta eſſent. Intra Miſenum Baiæ ſunt, ab illic ſepulto Baio quondam ſocio Vlyxis appellatæ, ſitu longè amœniſsimo, ut non immeritò hybernæ, Romanorum delitiæ uideantur fuiſſe, quod & marmoreæ teſtudines calidis fontibus ſuperiectæ, & murorum reliquiæ indicat. ampliſſimæ urbi & ſatis multæ & ſcriptorum aſtipulatur fides. hic Veronianæ piſcinæ ingentia monſtrantur exordia. nam furoris alterius, quo foſſam ab Auerno uſq; oſtiam tanto terrarum ſpatio, per tot montes non impenſa Reip. ſed iactura, non labore populorum, ſed exitio, fodiendos deſtinarat, ut humano uincta ſtudio natura, tuto & liberè tantum iter non aperto quidem mari, ſed marinis ac nauibus ageretur, nulla niſi in literis ueſtigia remanſerunt. Hic angulus & Lucrinum habet, & undam illam Iuliam, atque æquor indignans, quorum & Poëta recordatus eſt, dum Georgicam ſcriberet opus à Iulio extructum, ab Auguſto Cæſare immutatum, & aut memoria fruſtratur aut mare mortuum appellant, ſic maris ferociam atque impetum, compreſsêre hominum manus. Contra Miſenum & Baias, Puteolæ tribus aut quatuor paſſuum milibus procul apparent, hoc maris interuallum, Caius quartus Ro. Imp. peſsimus uerò poſt Neronem, primus per inanem ſumptuoſamq́ue iactantiam terreſtre ponte connexuit, quem ipſe idem equeſtri primum habitu, mox triumphantis in morem, magno procerum comitatu faſtuq́ue plusquàm Cæſareo, permeauit. Non longè à Puteolis Falernus collis attollitur, famoſo palmite nobilis, inter Falernum & mare mons eſt ſaxeus, hominum manibus confoſſus, quod uulgus inſulſum à Virgilio magicis cantaminibus factum putat, ita clarorum fama hominum, non ueris cōtenta laudibus, ſæpè etiam fabulis uiam facit, de quo cum me olim Robertus regno clarus, ſed præclarus ingenio ac literis, quid ſentirem multis aſtantibus percunctatus eſſet, humanitate fretus regia, qua non reges modò, ſed homines uicit, iocans nuſquam me legiſſe magicarium fuiſſe Virgilium reſpondi: quod ille ſeueriſsimæ nutu frontis approbans, non illic magici, ſed ferri ueſtigia confeſſus eſt, ſunt autem fauces excauati montis anguſtæ, ſed longiſsimæ, atq; atræ tenebroſa inter horrifica ſemper nox, publicum iter in medio, mirum & religioni proximum, belli quoque immolatum temporibus, ſic uerò populi uox eſt, & nullis unq̄ latrocinijs attentatū patet, Criptam neapolitanam dicunt, cuius & in epiſtolis ad Luciliū Seneca mētionē fecit. ſub finē fuſci tramitis, ubi primo uideri cœlū incipit, in aggere edito, ipſius Virgilij buſta uiſunť, puetuſti operis, unde hæc forſan ab illo pforati mōtis fluxit opinio. iuxtà breue deuotiſsimū ſacellū ſupra ē Cripte exitū. & mox ad radicē mōtis, in littore uirginis Matris tēplū, quo magn᷒ populi aſsiduè pnauigādū fit cōcurſus. [pro]xima in ualle ſedet ipſa Neapolis inter urbes littoreas una qdē ex paucis, portus hic etiā

manufactus

manufactus,ſupra portum regia, ubi ſi in terra exeas, Capellam regis intrare non obmiſeris, in qua conterraneus olim meus pictor, noſtri æui princeps, magna reliquit manus & ingenij monumenta.non audeo te hortari ut ex antem in colle urbi proximo,Carthuſiæ domum adeas, ſcio ut nauigatio fatigationem, & ſtudiū faſtidium parit, at claræ uirginis præclarum domicilium, quamuis à littore parumper abſceſſerit.uideto regi reginæ ſenioris ampliſsimum opus,illud nulla feſtinatio,nullus labor impediat,quin duos illius urbis uicos,Nidum ſcilicet & Capuanam,uideas ædificijs ſupra priuatum modum.ante quā peſtis terræ funditus exhauſiſſet,uix cuipiam credibile, militiæ numero ac decore memorabiles,militem ad militem,pelagi opus,profeſſioni tuæ debitum, te mitto non ſtudioſum ueritatis ad fabulas,& id credo,caſtrum omni titulo cognitum eminus aſpexiſſe ſatis fuerit. Hæc eſt ciuitas ubi Virgilius noſter liberalibus ſtudijs operam dedit,cum iam patria illum tua, Mediolanum,tenerioribus annis diſcipulum habuiſſet. hic ſe carmē Georgicum ſcripſiſſe,hic ſe ignobili ſtudio floruiſſe uè iucundiſsimè memorat, hanc dulcem uocat ille Parthenopem,id enim eſt aliud de nomine cōditricis ciuitati nomen, demum peregrè moriēs inter extrema ſuſpiria,ſuæ meminit Neapolis,& huc reuehi optauit,ut quas uiuus amauerat,uita fructus incoleret.Hinc tandem digreſſa biceps aderit Veſeuus,uulgò Summa mōti nomen,& ipſe flammas eructuare ſolitus,ad quod olim ſpectaculum uiſendum,cum experiendi noſcendiq; cupidine perrexiſſet Plinius Secundus,uir ſcientiæ multiplicis & eloquentiæ floridæ, uento cinerem ac fauillam excitante oppreſſus eſt, miſerabilis tanti uiri exitus, ſic Neapolis, hinc Mantuani,inde autem Veronenſis ciuis oſſa cuſtodit. Mons autem eſt multarum rerum, ſed in primis uini ubertate mirabilis, quod Græcum ideò dicitur, quia illa pars Italiæ à Græcis poſeſſa olim magna Græcia dicebatur. Hinc ad dextram Capreæ inſula linquitur, aſperrimis rupibus circūſepta,ſeceſſus infamis ſenilium Tyberij uoluptatū,& officina ſæuitiæ,pulcherrimus terrarū tractus ad læuam Pompeios atq; Herculaneum habuit,celebres olim urbes,nūc inania nomina, quas terræmotibus euerſas Seneca inter cæteros teſte didicimus. Supereſt adhuc Surrentum, & ipſum mellifluo, palmite generoſum.tota regio Terra laboris hodie, pars olim Campaniæ fuerat, utraque præcipuè ubertatis appellatio, quo prætextu, Cereris hic Liberique certamen incerta uictoria ſtatuēre. poſt hoc gremium maris,mons alius ex ordine panditur,in quo Salernum uidebis & Silerim.fuiſſe hic medicinæ fontem fama eſt,ſed nihil eſt q; nō ſenio exareſcat. hinc utinam tu ſecundis uentibus,& curſu tàm facili proueharis,ut ego ad Italiæ finem facili prouehor ſtilo. Læua itaq; perpetuo tractu Calabrū littus extēdit, dextra autē lōgè Trynacria & Vulcanus,ac Liparis minoresq; inſulæ,& ipſæ fumū flammamq; fundētes, uentosq; adeò,ut Aeoli uentorū regis hinc regiam fuiſſe uel fabuloſum certè uel hiſtoricū ſit. Vtrūq; enim lectū eſt,hinc q; cōuenit Aeoliæ dictæ ſunt,ubi anguſtiſſima Italia eſt,Scalā uocant,neſcio quàm uetus oppidum,ſed nomē haud dubiè modernum. Vnde cum ad extremū Italiæ angulū perueneris, cum ſcilicet qui ad occaſum uergit, Hinc Rhegium Calabriæ Metropolim,hinc Siciliæ Meſſanam paruo admodū oculorū flexu & ferè ſimul aſpicies. In medio Farus eſt, qui Meſſaneū dicitur,in quo ſunt infamia illa portenta multum formidata nauigantibus Sylla & Charibdis. Syllam eſſe ſaxum conſtat,ad læuam, undiſonū, procelloſum. Charibdim contrà,aquarū magnam quādam rapidamq; uertiginem,neq; te moueat, q; libro tertio poëmatis locatæ aliter à Virgilio uideantur,ille enim uenientis,ego autē euntis iter proſequor, Cauſſa uerò tantæ uertiginis apud poëtas & hiſtoricos una eſt, ferunt enim hunc noſtrum qui nos obit,ſic dirimit Apeninum,in Trinacriā ,pendi ſolitū, donec multis ſeculis,duo maria uelut ex condicto,geminum latus montis, hinc illinc ſine intermiſsione tundentia undis ſuccumbere coëgerunt, ideòq; illic amoto obice, maria ſuo impetu aucta concurrere, Apenini autem ultima,ſic à toto corpore montis exſecta nomine etiā obmiſſo,conceſſiſſe in nomen mōtis,Siculi Pelori unius ſcilicet ex his tribus,unde Trinacriæ appellatio ſumpta eſt. quin mons Meſſanæ proximus eſt,cui quod nomen ante fuerit incertum habeo,hoc enim à Peloro gubernatore Hannibalis(quem ille ſiue tota cū claſſe Italiam linquens,ut Valerio placet,ſiue ut alij uolūt & uerò quidem ſimillius, dum

patriam

patriam ſuam peteret naui unica, Romanos fugiens uictores, dum eminus exitum non ui-
der, ſeſe deluſum, ac ſtudio in eas locorum anguſtias, ab illo eò delatum ratus, occiderat,
ibiq; tandem errore recognito terræ mandauerat) accepiſſe notiſsimū eſt. Et Scala qui-
dem digreſsis, uſq; Rhegium fermè rectus in meridiem eſt curſus, inde curſus ad oriētem,
relicta procul à dextris Aethna flammantium principe mōtium, inde breui flexu in ſepten
trionem uerſus, & Scyllaceis naufragijs infame trāſiens, Crotonem uenies, ciuitatē quon-
dam inter Italiæ populos, & animorum robore, & corporum & forma & opibus ac gloria
præcellentem, nunc (quid nō poterit longa dies) uix ipſis Italicis benè notam, hic Iunonis
Laciniæ templum fuit toto orbe percelebre, inde in intimo quodam pelagi receſſu Taren
tum tibi monſtrabitur, Ennio natalis, Virgilio fatalis locus, quamuis alij Brunduſium di-
cant, magni quæ quos Romanis belli cauſa, Pyrrho in Italiam accerſito, aduectoq;, armis
ac mœnibus pòſt longum tempus Hannibale, quos hoſtilium ducum primos Romanæ
hiſtoriæ omnibus ſeculis numerabunt, Iam ad finē orbis Italici peruentum eſt, in quo ulti-
mum cum promontorium attigeris Leucopetram Ionicum mare habes obuium, Adriati
cum æquor emenſus, primam inſularum ab aduerſo littore Corcyram ignobileſq; alias
inuenies, donec ad Achaiæ primum angulum perueneris. illic equidem optabis, Iſthmum
quod quidem uenit in mentem eſſe perfoſſum, quo cum rectior tibi, tamen breuior cur-
ſus fit: mons eſt duo maria dirimens, qui ſi in loco caderet, in inſula eſſet Achaia, eius in
uertice Corynthus eſt, ſitum inexpugnabili, & ſibi cum à Romanis capta eſſet, euerſionis
præbuit materiam, ſecurioris opportunitate loci, maximè ut ait Cicero, ne poſſet aliunde
ad bellum faciendum, locus ipſe adhortari: cum uerò limes æquoreus ille præcluſus ſit, pa-
rendum naturæ, & prætermiſſa Corynthо, Maleæ flexus ille longior obeundus eſt. ui-
dendum quod littus Achaiam atque urbes in littore Methonum, Corona, & quicquid
terrarum mare illud ambit uſque ad extremum regionis angulum, ut uerò alter Italiam,
ſic ille Cretam reſpicit, nunc poſſeſsio Venetorum ut humana omnia uoluuntur, olim Io-
uis regimen, ſuperſtitionum ferè omnium fontem atque principium. habet à dextris Eu-
bœam quam Nigropontum uocant, à ſiniſtris habens inter Cyclades Aegei maris inſu-
las, quæ ſyderum in morem, pelagus illud illuſtrant, crebris portubus iter ages. Hic Scyros
Achillei amoris atque adoleſcentiæ prima ſedes, unde Vlyxes tortum inde illud uenit ad
Troiam. Hic Coos Hippocratis, Lesbos, Theophraſti, Samos Pythagoræ patria, qua il-
le deſerta, in has noſtras terras uenit, & Italicus Philoſophus dici meruit, cū Philoſophiæ
nomē, q; primus inuenerat, ſummo ſtudio atq; ingenio exornaſſet. Sed quid ago nō mul
to facilius Cyclades omnes quàm cœli ſtellas enumerem, has ergo nauigans, & procul à
tergo linquens, illa duo ad dextram lumina, Lacedæmonem & Athenas, ad læuam uerò
Helleſponti fauces, Sextonque & Abidon infauſtis amoribus notas, & Byzantium atq;
Ilion illud, æmulationem Romani imperij. His præteritis famoſum malis Græcis tramite
Rhodum petes, olim ſoli, nunc CHRISTO ſcilicet uerius ſoli ſacram, & militiæ domiciliū.
In his iam hinc Aſia minor ad læuam iacet, olim prouinciarum mitiſsima, poſt Troiæ rui-
nam Græcis reſecta cultoribus, nunc Turchorum ueri hoſtium ferox regio. Huius partes
ad Auſtrum uerſæ & itineri tuo proximæ ſunt Bithynia atque Cilicia, & caput regionis
Yſauria, arx olim omnium pyratarum, qui ſummis tūc uiribus maria cuncta peruerterant,
ita ut ipſis quoq; Romanis claſsibus aperta acie decertarent, ſumma tamē Pompeij uirtute
ac prudentia ſuperati, abductiq; maritimis latrocinijs, & terræ cultibus reſtituti, ac ne qua
unquam occaſio illos ad conſueta retraheret, à conſpectu maris procul abſtracti ſunt: ex
ijs inter cæteras Laudem, Coloniam patriæ tuæ proximam, conſtare, de Pompeij lau-
dibus ſumptum nomen, traditur. quæ quidem non tantum à mari, ſed à fluminibus
etiam longè erat, donec nuper euerſa, dum reſurgeret, ut ſibi caſus ad aliquid pro-
fuiſſe uideretur, translatæ ſedis ripam pulcherrimi amnis obtinuit. ſed nondum tempus eſt,
in patriam redeundi, ad ea quæ reſtant procedamus. Ante Ciliciæ frontem Cyprus
eſt, terra nulla re aliqua quàm inertia ac delitijs nota, quam merito Veneri ſacram
dixère, & nunc quoque Veneri magis quàm Marti ſeu Palladi ſacra eſt. Ratio ibi, ſeu
nunquam

nunquam uir aliquis clarus fuit, neque enim in molli agro uoluptatis uirtutum ſemina rigida coaleſcunt, libidinem incolarum, cœli terræque fauor indicat, cum enim regiones tractu maximo, ſoli uiciniores, grata temperie perfruantur, hæc propè contra naturã intollerandis ardoribus æſtuat, quaſi hominum complexio animi elementa tranſierit. Noli ibi multũ immorari, non eſt enim militaris certè neque uirilis habitatio, Faſtus Gallicus, Syra mollities, Græcæ blanditiæ ac fraudes, unam in Inſulam conuenêre. quod optimum ac precioſiſsimum habent illic, diſsimillimis moribus aliunde ueniens, iacet Ilarion. Contra Cyprum in extremo maris angulo, minor latet Armenia, cui tergum puppis obuertẽs, in dextrum latus agenda eſt. Sed iam quaſi tecum periculi faſtidijq; particeps, ad terram peruenisſe gaudeo, in quã, ubi deſcenſurus ſis. neſcio, neq; enim unus tantũ portus, latet acceſſus magiſtri, ſentina, comitum conſenſus, uentus, mare, locus, opportunitas dicent. nam ut antiquo prouerbio monemur. Conſilia capiuntur ex tempore. Sunt autem in littore illo, ut ab aquilone in auſtrum deſcendam, maritima oppida, Tortoſa, Tripolis, Baruth, Sur, Cæſarea, Iapha, Aſcalon, horumquè in medio nobilis olim, nũc euerſa & in cinerem uerſa iacet Accon, Summum inexpiabile dedecus, ac turpiſsima cicatrix Chriſtianorum Regum, niſi aliquantò turpior eſſet ipſa Hieruſalem. ſane ſi altius deſcendas & hærebis amplius, ut uideas caput Syriæ Damaſcum, ſic enim uocauit eam, nõ quicunque Coſmographus, ſed clariſsimus prophetarum Eſaias, quamuis non ignorem apud alios Antiochiam Syriæ, primam ac metropolim habere ſedem, cui ſententiæ accedit Egeſippus libro tertio hiſtoriarũ, Ioſephum ſecutus, aliquantò tamen notabilior ut puto & certè multo uetuſtior eſt Damaſcus. Videbis ciuitatem & forma ſpectabilem, & ætate de qua quidem ab ipſis temporibus Regum Iſrael, multis ſeculis ante urbem conditam, crebra in utriſque literis ſacris ac ſecularibus eſt mentio. ſin infrà magis adplicueris, quantum ſpectaculo defuerit, tantum demitur labori, minus terreſtri calle laxaberis, quod in terram egreſſo uicina Hieroſolyma eſt, itineris propoſitiquè tui terminus. Itaq; tametſi multa tibi in medio quærenda, & uiſenda monſtrauerim, quæ poteras improuiſus fortè ſolumquè uix finem cogitans, præterire, hic quid te moneam non habeo, omnia enim iam hinc antequàm pedem domo moueas, præconcepta animo, & diu agitata ſunt, tibi quoniam finis rerum, ut Philoſophis placet, ſicut in executione ultimus, ſic in intentione primus eſt. Neque uerò tu aliam ob cauſam, tantũ laboris negotijue ſuſcepiſti, niſi ut in illa ſacra urbe, morte domini, lociſquè finitimis uideres oculis, quæ non iam uidebas. An uerò ſcilicet, quo loco eſt CHRISTVS ſepultus, templi ruinas in quo docuit, locum ubi ſumma cum humilitate paſſus eſt corpore, ut nos animi paſsionibus liberaret. ſepulchrum uerò ſacratiſsimum illic corpus ſubſtitit, dum ille mortis uictor, & inferni ad regna hoſtis ſpoliandi deſcenderet, unde etiam reuerſus idẽ corpus quod iam immortale recipiens, preſsis graui corpore cuſtodibus reſurrexit Syon præterea & Oliueti montem, ad hæc & unde ad cœlum aſcendit, quod ad iuditium reuerſurus creditur, ubi uentis & fluctibus imperauit, ubi cibo exiguo maximam turbam pauit, ubi aquam uertit in uinum, quæ licet magna cõuiuantibus uiderentur, facilia erant, illi qui cibum & uinum & aquam, & ipſos de nihilo creauerat conuiuantes. ubi denique elegit indoctos atque ineptos piſcatores, quorum hamis ac retibus piſcarentur, imperatores atque reges gentium. ubi ægros curauit, cæcos illumniauit, leproſos mundauit, paralyticos erexit, mortuos ſuſcitauit, quatriduanos iam fœtẽtes, uiuos uerbo eruit è ſepulchro. q̃dq; ijs omnib. magis eſſet, niſi quia omnia æquè facilia ſunt Deo, dæmonib. ac peccatis oppreſſam ſepultamquè animam, reſtituit libertati. multa etiam quæ perſequi potiùs longum quã neceſſarium tibi eſt, cui omnia ex Euangelio nota ſunt, quæ ſolamente cernentis per ſingulos paſſus, deuotam animam primus horror inuadit, unum quod elabi poſſet admoneo, uidere te urbem illam, quam uiciſſe uictores gentium Romani, tàm clarum opus eſſe duxerunt, ut Titus & exercitus, poſt imperij gubernationem in ipſo ingreſſu mœnia urbis admirans, tantam uictoriam non humanæ uirtutis, ſed diuinæ gratiæ faterentur. & profectò ſic erat, CHRISTVS ipſe quem ſurrexiſſe de terra uiuentiũ exiſtimabãt, aduerſus ſuos hoſtes, ſuis meritò fauebat ultoribus, licet adhuc illis incognitus, noſcendus tamen eorum

ſucceſſoribus

ſucceſſoribus & colendus, itaq; tamen ſæpè alterum in earum ſtatione præcipuè impletum eſt, quod ex perſona eius in Pſalmo, Reſuſcita me & retribuam eis. Ea hominum ſtrages, ea fames, miſerorum tàm mœſta neceſsitas, quæ ex ordine noſſe cupis, Ioſephum lege. nō audita, ſed uiſa & communia ſibi cum cæteris referētem. Quid uerò nunc cogitas, an nondum deſiderium noſtri cœpit, ut domum ut patriam, ut amicos inuiſere animus ſit, credo id quidem, immò ne aliter fieri certus ſum. ſed nullus eſt acrior ſtimulus quàm uirtutis, ille ire per omnes difficultates generoſum animum impellit, nec conſiſtere patitur, nec retrò reſpicere, cogitq; non uoluptatum modò ſed honeſtorum pignorum atq; affectuum obliuiſci, nec aliud quàm uirtutis ſpeciem optare, nihil uelle, nihil deniq; cogitare, hic ſtimulus qui Vlyxem Laërtis & Penelopis & Thelemachi fecit immemorem, te nunc nobis uereor abſtrahet diutius quàm uelimus, uideo tibi faciem eſſe longius euntis, nec immeritò, ubi enim dimitteres Bethleem ciuitatem Dauid: quàm cœleſti ortu claram fore, diuini fa:es præſago ore cecinerant, illic prima incunabula noſtri regis aſpiciēs cogitabis, quàm Deo grata fuit ſemper humilitas, quam in filij ſui unigeniti primordijs euidentiſsimè conſecrauit. cogitabis ineffabilem ſaluatoris originē, qui ante principium genitus, in fine temporum, ſi :d ætatum numerum attenditur natus eſt, Virginem matrem, in præſepio iacentem, contemplare, & diuinum infantem in cunis uagientem, Angelos ab æthere concinentes, paſtores attonitos, ſtupentesq; reges alienigenas, cum muneribus uenientes, indignum uerò regem gladio ſæuientem. Terram innocuo ſanguine, beatorum infantium, & miſerarum genitricum lachrymis madentem, & mœſtis reſonans cœlum omne gemitubus, inter hæc monitu angelico. ſecundum alterem, cum intemerata matre cœleſtiq; alumno, clam ex ingrata patria, in Aegyptum ire, tanto pignori tutas latebras quærentem. iam tamen gentibus ſpe immota, primogenito ingenio, propter ingratitudinē abdicato, ſummi patris hæreditatem, ad minorem filiū, hoc eſt ad populū gentiū eſſe uenturam, ſed tu quoq; nūc ut auguror Ioſeph, immò Mariam, immò CHRISTVM profugum ſequi uis, ſacrum profectò teq; dignū iter. ſequendus in terris quærendusq; nobis CHRISTVS eſt, ut uel ſic eum diſcamus, ad cœlum ſequi, ut ubi aliquando habitauit, diù quæſitum, eundem ubi habitat inuenire. iam uerò non longè huic mare q Sodomorum dicitur, Iordanis influit, ubi conſumptarum urbiū uindictæq; cœleſtis aperta ueſtigia apparēt: his deſerti ſolitudo proxima, & durum iter fateor, Sed ad ſalutē tendenti, nulla difficilis uia uideri debet, multas ubiq; difficultates, multa tibi tædia uel hominū, uel locorū hoſtis noſter obijciet, quibus te uel ab incepto uel retrahat uel retardet, uel ſi neutrum poſsit, ſaltem in ſacra peregrinatione te minus alacrem, efficiat, hic uerò circa naturam locorum, ingeret aſperitatem penuriamq; rerum omnium. Sed meminiſſe conuenit omne optimum magno pretio conſtare, & Virgilianum in tuos uſus transferre, ubi ait:

Vicit iter durum pietas.

Et illud paululum imitare, durum iter ad leges animæq; ruentis amorem. nihil tàm durum, quod uirtus ardens & pietas incenſa, non molliat. Equidem ſi per Syrtes Libycas, & arenoſa loca ſerpentum. M Cato, mite Cæſaris imperium fugiſſe laudatur, tu per deſertum nō fugies immitè feroxq; iugum Sathanæ, per quod tantus olim populus fugit furiam Pharaonis. & quod ſenes aut pueri & mulierculæ potuerunt, tu uir fortis ac iuuenis non poteris. Deus cum illis erat & tecum erit. his autem in locis legem datam Moyſi, colloquium cum Deo habitū, uiſionem Rubi uidendi, q propriè à Poëta non mare, ſed littus rubrum dictū eſt, non enim ab aquis, ſed à colore littoris nomen hoc trahitur. Quo cū perueneris, nō odores Indicos & Coas merces illic ſtantibus in Aegyptū atq; inde in noſtrū mare conuectas, ſed populum Deo adiutū, per medios fluctus ſicco pede trāſuectū, meditabere, illud etiam humanæ cupiditatis & inopiæ, hoc diuinæ pietatis ac potentiæ eſt. Hic Catharinæ uirginis corpus cernes, ubi angelicis manibus collocatum fertur, nec indignum fuit, ut quæ pro lege Dei uſque ad mortem decertauerat, & in eo ipſo monte requieſceret, ubi lex diuinitus data erat. Per hæc loca formidabiles eſſe ſolent Arabum incurſus, ſitis, fames,

labor,

labor, ſed nihil ferè periculoſius errore uiæ. nullis inditijs ad rectũ ferentibus, ideò uigilanter caue, ne illa te neceſsitas ſeiungat, à ſocijs. Iam tandem in Aegyptum laborioſo ac ancipiti calle peruētum eſt, ibi ergo ſupra Nilum uidebis Babylonē nouam, Cambyſis opus, & aras Aegyptiacas, frequentiſsimam & immenſam urbem, quæ Babylonem ueterem, Euphratem & Carras & Aſſyrias, repræſentāt. ſpectabis inſignem Aſiæ atq; Africæ limitem, aduerſus Tanai flumen ingens ſtupendumq;, de quo & philoſophi & poetæ & coſmographi multa ſunt opinati, Ariſtoteles uerò libro integro, aſſeruit flumē & æſtiui mirabilis incrementi & inundationis uberrimæ & infiniti aluei, & fontis incogniti. cuius certitudinem & Aegyptiorum & Perſarum & Macedonum reges, ad poſtremum quoq; Romani imperatores, ſed fruſtrà omnes quæſiere. Fons hactenus ignoratus manet, opiniones atq; inquiſitiones hominum, & hiſtoriæ de hoc ſcriptæ multa legentibus notæ ſunt. Clarũ quiddam & relatu dignum, quod ab illuſtribus uiris accepimus, locus hic exigit, fontem eſſe perlucidũ illic, ubi ab Herodis rabie CHRISTVM occultabant, quem puer omnipotens è tera arida, in refrigerium anxiæ matris eduxerat. ex illo Chriſtianos iucundiſsimè bibere, Sarracēis abſynthio amariorem eſſe, ita ut deguſtare illum, uel ſummis labijs pœna ſit. nos quoque tàm cupidè haurientes inde, ceu monſtrum aliquod admirentur. Nec ſanè magnum fuit illi, qui fontem fecit, eidem quoque quos uoluit edere, & pro uarietate bibentium, fidei unum ſaporem quiſquis immittere. Nil iam reſtat memorabile, quod quidem non meminerim præter Alexandriam Alexandri opus, Alexandri nomen, Alexandri buſtum, ad quod Iulius Cæſar poſt Theſſalicum diem mortemque Pompeij, cum Alexandriam ueniſſet, ambiguo turbati uulgi murmure permotus, per ſpeciem religionis eſſe legitur: & Auguſtus Cæſar, poſt uictoriam Actiacam Antoniumque deuictum & coactum mori, eodem ueniens, Alexandri corpus reuerenter aſpexit. cumque ex eo quæreretur, an & Ptholemæum uellet aſpicere, elegantiſsimè, regem, ait, ſe uidere uelle non mortuos. cui dicto illa proculdubio ſententia ineſt, uirtutem animi & rerum gloria non regno, non ſceptro, non diademate regem fieri, hoc tu dictum eatenus inflectes, ut ſanctos cupias ſpectare non mortuos. Quia tamen uetuſtas & fama clarorum hominum, non ſic quibuſdam faucibus animos hominum tangunt, poteris & hoc buſtum, ſi nondum ſenio ceſſerit ſpectare nec minus urnam, quæ Pompeij cinerum oſtenditur, illum enim Græci, hũc Romani ſcriptores Magnum uocant, Galli autem hoc cognomen ad ſuum Carolum tranſtulēre. Illos duos habet una urbs, quorum alterum arctos, alterum miſerat occidens. Illũ Alexander Pelle, hũc Pompeiũ, hunc Roma. uidebis ubi iniquo marte præuentus, & circũdatus, illa magnalia & uix credibilia geſsit Cæſar, uidebis Pharum, unde hoc Phari nomen per alias terras uſquequaq; diffuſum eſt, ſpectabis multifidas Nili fauces, ubi fortuna P. R. truncum ſui ducis & lacerum cadauer, abſciſſumq; trunco caput flens uictor aſpexit. ſic cum genero partitus orbem, ut illum Nilus, Tybris hunc abluat, ò fortunæ fides, ò rerum finis humanarum.

OPERVM FRAN. PETRARCHAE, TOMI PRIMI FINIS.

OPERVM

FRANCISCI
Petrarchæ Florentini, V. C.
Tomus Secundus, in quo
continentur quæ uer-
ſa pagella reci-
tantur.

Epiſtolarum de Rebus familiaribus,	Lib.	VIII.
Epiſtolarum ad uiros quoſdã ex ueteribus illuſtriores,	Lib.	unus.
Epiſtolarum ſine titulo,	Lib.	unicus.
Epiſtolarum de Rebus Senilibus,	Lib.	XVI.
Epiſtolarum uariarum,	Lib.	unicus.
De ſuipſius & multorum ignorantia,	Lib.	unus.
Galli cuiuſdam anonymi in authorem Inuectiua.		
Apologia authoris contra calumnias Galli.		
In medicum quendam Inuectiuarum,	Lib.	IIII.

Notha quæ in alijs æditionibus falſo authori tribuuntur.

Stephani Columnenſis & Simonis electi Mediolanenſis, Epiſtolæ III.

Nicolai Tribuni Romani, Oratio I.

Propoſitum factum coram Rege Vngariæ.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. IN EPISTOLAS FAMILIARIVM RERVM ad Socratem ſuum,

Præfatio.

Quid uerò nunc agimus frater? ecce iam ferè omnia temptauimus, & nuſquam requies, quando illam expectamus? ubi eam quærimus? tempora (ut aiunt) inter digitos effluxerunt, ſpes noſtræ ueteres, cum amicis ſepultæ ſunt. *M.CCC.XLVIII.* annus eſt, qui nos ſolos atque inopes fecit. neque enim ea nobis abſtulit, quæ Indo aut Caſpio Carpathiove mari reſtaurari queant, irreparabiles ſunt ultimæ iacturæ, & quodcunque mors intulit, immedicabile uulnus eſt. unũ eſt ſolamẽ, ſequemur & ipſi quos præmiſimus, quæ quidẽ expectatio, quã breuis futura ſit, neſcio, hoc ſcio, quod longa eſſe non poteſt, quantulacunque ſanè eſt, non poteſt eſſe non moleſta. ſed à querelis ſaltem in principio temperandum eſt. Tibi frater quænam tui cura ſit, quid de teipſo cogites ignoro, ego iam ſarcinulas compono (& quod migraturi ſolent) quid mecum deferam, quid inter amicos partiar, quid ignibus mandem circumſpicio, nihil enim uenale mihi eſt, ſum ſanè ditior (ſeu uerius) impeditior quàm putabam, multa mihi ſcriptorum diuerſi generis ſuppellex domi eſt, ſparſa quidem & neglecta, perquiſiui ſitu iam ſqualentes arculas, & ſcripturas cariæ ſemeſas puluerulentus explicui, importunus mihi mus nocuit, atque edaciſsimum tineæ uulgus, & Palladias res agentem, inimica Palladis turbauit aranea. ſed nihil eſt quod non frangat durus & iugis labor. Confuſis itaque circumuentus literarum cumulis, & informi papyro obſitus, primum quidem cœpi impetum cuncta flammis exurere, & laborem inglorium uitare, deinde (ut cogitationes è cogitationibus erumpunt) & quid, inquam, prohibet uelut è ſpecula feſſum longo itinere uiatorem, in terga reſpicere, & gradatim adoleſcentiæ tuæ curas metientem recognoſcere? uicit hæc ſententia. ſicut enim non magnificus, ſic non inamœnus labor uiſus eſt, quid, quo tempore cogitaſſem, recordari, ſed temerè congeſta, nullo ordine uerſanti, mirum dictũ, quàm diſcolor & quàm turbida rerum facies occurrerit, ut quædam non tàm ſpecie illorum, quàm intellectus mei acie mutata uix ipſe cognoſcerem, alia uerò, ſine uoluptate quadam, retroacti temporis memoriam excitarent, & erat pars ſoluto greſſu libera, pars frenis Homericis aſtricta (quoniam Iſocratis habenis raro utimur) pars autẽ mulcendis uulgi auribus intenta, ſuis & ipſa legibus utebatur, quod genus apud Siculos (ut fama eſt) non multis ante ſæculis renatum, breui per omnem Italiam ac longius manauit, apud Græcorum olim ac Latinorum uetuſtiſsimos celebratum, ſiquidem & Romanos uulgares rythmico tantùm carmine uti ſolitos accepimus. Hæc itaque uariarum rerum tanta colluuies, aliquot me diebus occupatum habuit, & licet dulcedine non parua, atque amore ad proprias inuentiones inſito retraherer, uicit tamen charitas maiorum operum, quæ iam diutius interrupta, non ſine expectatione multorum de manibus meis pẽdent, uicit recordatio uitæ breuis, timui (fateor) inſidias, quid enim, quæſo, fugacius uita eſt? quid morte ſequacius? ſubiit animum quæ iecissem fundamenta, quid mihi laborum uigiliarumq́; reſtaret, temeritas (immò uerò inſania) uiſa eſt, in tàm breui & incerto tempore, tot longos certosq́; labores amplecti, & uix ad ſingula ſuffecturum ingenium, in diuerſa diſtrahere, præſertim cum (ut noſti) labor alius me maneat, tantò præclarior, quãtò plus ſolidæ laudis eſt in auctoribus quàm in uerbis, quid multa? Incredibilem fortè rem audies, ueram tamen, mille uel eo amplius, ſeu omnis

generis ſparſa pöëmata,ſeu familiares epiſtolas,non quia nihil in eis placuiſſet,ſed quia plus ne
gotij quàm uoluptatis inerat, Vulcano corrigendas tradidi, non ſine ſuſpirio quidẽ, quid enim
mollicem fateri pudeat?ſed occupato animo, quãuis acri remedio ſuccurendũ erat, & tanquã
in alto prægrauata nauis releuãda pretioſarũ etiam iactu rerum, cæterum illis ardentibus, pau-
ca quidẽ animaduerti in angulo iacentia,quæ uel caſu magis quàm conſilio ſeruata,uel pridem
à familiaribus trãſcripta,cuncta uincenti ſenio reſtiterãt. pauca dixi,uereor ne lectori multa,
ſcriptori aũt longè nimia uideantur His ego indulgentior fui,uiuere paſſus ſum,non illorum
dignitati,ſed labori meo cõſulens,nihil enim negotij præferebãt.Ea uerò duorũ amicorum il-
branti ingenia,hac lance partiri uiſum eſt,ut proſa tibi,carmẽ Barbato noſtro cederet,ſic enim
& nos olim optare ſolitos,& me pollicitũ eſſe memineram. Itaq; cuncta paſſim occurſantia,uno
impetu uaſtãti,& ne bis quidẽ ut tunc erat animus parſuro,ueſtrum alter ad læuã,alter ad dexte
rã adeſſe uiſus,& apprehenſa manu,ne fidẽ meã & ſpes ueſtras uno igne cõſumerẽ,familiariter
admonere.hæc illis euadendi præcipua cauſa fuit,alioquin(crede mihi)cum reliquis arſiſſent.
hæc ergo,quæ nunc tibi de uirili reliquarum illarum parte obueniunt,qualiacunque ſunt,non
ſolum æquo,uerum etiam auido animo perleges.non audeo illud Apuleij Madaurenſis in cõ-
mune iactare,Lector intende,lætaberis. unde enim mihi id fiduciæ?ut lectori delectationem læ
ticiam ſic pollicear,leges tamen iſta Mi Socrates,& ut es amantiſsimus tuorum,fortaſsè lætabe
re,cuiuſq; animum probas,delectaberis ſtylo.quid enim refert quanta ſit forma,non niſi aman
tis ſubitura iudicium?ſupuacuo comitur,quæ iã placet,ſi qd hic ſanè meũ placet,nõ id meum
fateor,ſed tuũ hoc eſt,nõ ingenij mei,ſed amicitię tuę laus eſt.nulla hic eqdẽ magna uis dicẽdi,
qppè quæ nec mihi adeſt,& quã ſi planè afforet,ſtylus iſte nõ recipit,ut quã nec Cicero ipſe,in
ea facultate præſtantiſsimus,Epiſtolis ſuis inſeruit, certè nec libris,in quib. eſt æquabile quod
dã(ut ipſe ait)& tẽperatum,orationis genus.eximiã illã uim lucidumq; & rapidum, & exun-
dans flumen eloquentiæ,in orationibus ſuis exercuit:quo genere,pro amicis ſæpè aduerſus Rẽ
pub.ſuoſque hoſtes uſus eſt Cicero,quo pro alijs ſæpè,pro ſe quater,& quadragies Cato, quod
quidẽ genus inexpertum mihi eſt:nam & à Reipub.muneribus abſui,& fama mea,tenui mur-
mure forſan interdum,& ſibilis laceſsita clandeſtinis,nullum hactenus,quod ulciſcerer,uel ul
tarem,iudiciarium uulnus excepit,& uerbalem ferre opem alienis uulneribus , non eſt noſtræ
profeſsionis,neque enim aut tribunal ambire,aut locare linguam didici,aduerſante penitùs &
reluctante natura,quæ me ſilentij ac ſolitudinis amatorem fecit,fori hoſtem, pecuniæ cõtemp
torem,ſed benè habet,quando me eius rei non egentem fecit,cuius fortè inopem feciſſe ege-
rem.omiſſa igitur illa oratoria dicendi ui,qua nec egeo nec abundo,& quã ſi exuberet,ubi exer
ceam non habeo,hoc mediocre,domeſticum & familiare dicendi genus , Amice leges ut reli-
qua & boni conſules,his quibus in communi ſermone utimur, raptum accommodatumq́ſe
ſententijs.Sed non omnes tales iudices habeo,neque enim aut idem omnes ſentiunt, aut ſimi
militer amant omnes,quomodo aũt omnibus placerem,cui placere paucis ſemper ſtudiũ fuit?
Triplex eſt profectò,ueri iudicij uenenum.Amor,Odium,Inuidia,illud autem uide, ne nimi-
um nos amando uulgare cogeris,quæ melius latuiſſent,ut enim tibi amor,ſic alijs fortè aliud
officiet,Inter amoris autem & inuidiæ cęcitatem,cauſa quidẽ plurimum, effectu nihil intereſt.
odium quod medio loco numerauceram,nec mereor certè nec metuo,ſed fieri poteſt, ut nugas
meas tibi habere,tibi legere,nilq; in eis aliud quàm noſtros ac noſtrorum caſus meminiſſe co-
gites,in quo rem mihi pergratam feceris.ſic enim & petitio tua non neglecta uidebitur,& fama
mea tua erit,alioquin nihil ſuperuacuo noſmetipſos fauore decipimus , quoniam modo ami-
cum,licet niſi ſit idem,alter ego,lecturum hæc ſine faſtidio arbitremur? diuerſa inuicem & ad
uerſa,in quibus non idem ſtylus,non una ſcribentis intentio,quippè cum pro uarietate rerum
uariè affectus animus illa dictauerit,raro quidem lætus,mœſtus ſæpè. Epicurus Philoſophus
uulgò infamis,ſed maiorum iuditio magnus,epiſtolas ſuas duobus aut tribus inſcripſit, Ido-
meneo,Polyeno,& Metrodoro.totidem penè ſuas Cicero,Bruto, Attico & Ciceronibus ſuis,
Fratri ſcilicet ac filio.Seneca perpaucas,præterquàm Lucilio ſuo ſcribit.promptum opus,& fœ
liciſsimi ſucceſſus,noſſe collocutoris ſui animum,uuius aſſueuiſſe ingenio. ſcire quid illum
audire iuuet,quid te loqui deceat,mihi autem ſors longè alia ,nempè cui uſque ad hoc tempus
uita penè

uita penè omnis in peregrinatione tranſacta eſt, ulyxeos errores erroribus meis cõfert, profectò ſi nominis & rerũ claritas una foret, nec diutius errauit ille nec latius. Ille patrios fines iã ſenior exceſsit, cum nihil nulla ætate longum ſit, omnia ſunt in ſenectute breuiſsima. ego in exilio genitus, in exilio natus ſum, tantò matris labore, tantoq; diſcrimine, ut non obſtetricũ modo, ſed medicorum iuditio diu exanimis haberetur, ita periclitari cœpi, antequã naſcerer, & ad ipſum uitæ limen auſpicio mortis acceſsi. Meminit haud ignobilis Italiæ ciuitas Aretium, quo pulſus patria, Pater magna cum bonorum acie confugerat, inde menſe ſeptimo ſublatus ſum, totaque Tuſcia circumlatus, præualidi cuiuſdã adoleſcentis dextera, qui (quando iuuat laborũ diſcriminumq; meorũ tecum primitias recordari) linteo obuolutum, nec aliter quàm Methabus Camillam, nodoſo de ſtipite pendentẽ, ne contactu tenerum corpus offenderet geſtabat, is in tranſitu Arni fluminis lapſu equi effuſus, dum onus ſibi creditum ſeruare nititur, uiolento gurgite propriè ipſe perijt. finis Tuſci erroris Piſæ. Vnde rurſus ætatis anno ſeptimo diuulſus, ac maritimo itinere tranſuectus in Gallias, hybernis aquilonibus, haud procul Maſsilia naufragium paſſus, parũ abfui, q̃n ab ipſo rurſus nouæ uitæ ueſtibulo reuocarer, ſed quo rapior, oblitus propoſiti? inde nimirũ uſq; ad hanc ætatẽ, aut nulla prorſus, aut rariſsima ſubſiſtendi reſpirandiq; facultas fuit, & quot inter errandum periculorum ſic ſpecies pertulerim, præter me unum nemo te melius nouit, quæ idcirco memorare nunc libuit, ut memineris me inter pericula natum, inter pericula ſenuiſſe (ſi modo iam ſenui) & non grauiora mihi in ſenio reſeruantur. Hæc autẽ & ſi cõmunia ſint omnibus. Intrantibus in hanc uitam (neq; enim militia ſolum, ſed pugna eſt uita hominis ſuper terrã) ſunt tamen alia alij, & longè diuerſum pugnæ genus, & quamuis quemq; ſua prægrauent, tamen reuera, inter eas quibus premimur ſarcinas, multum refert. In his ergo uitæ tẽpeſtatibus (ut ad rem redeam) nullo portu ancoram longũ in tẽpus iaciens, quot ueros amicos neſcio (quorũ & iudicium anceps & penuria ingens eſt) notos añt innumerabiles quaſiui. multis itaq;, multumq; animo & conditione diſtantibus, ſcribere contigit tam uariè, ut ea nunc relegens, interdum pugnantia locutus ipſe mihi uidear, quod propemodum coactum me feciſſe fatebitur, quiſquis in ſe ſimile aliquid expertus eſt. prima quidem ſcribentis cura eſt, cui ſcribat attendere, una enim, & quid, & qualiter, cæteraſq; circumſtantias intelliget. aliter uirum fortem, aliter ignauum decet alloqui, aliter iuuenem inexpertum, aliter uitæ muneribus functũ ſenem, aliter proſperitate tumidum, aliter aduerſitate contractũ, aliter deniq; ſtudioſum literiſq; & ingenio clarum, aliter uerò non intellecturum ſi quid altius loquaris. Infinitæ ſunt uarietates hominum, nec maior mentium ſimilitudo quàm frondium, & ſicut nõ diuerſorum modò, ſed unius ſtomachum, non idem cibus omni tẽpore delectat, ſic idẽ animus non unò ſemper nutriendo ſtylo eſt, ut geminus ſit labor, cogitare quiſnam ille ſit, cui ſcribere propoſitum eſt, qualiterue tunc affectus, cum ea quæ ſcribere inſtituis, lecturus eſt quibus ego difficultatibus, multum à meipſo differre cõpulſus ſum. quod ne mihi ab iniqs iudicibus uitio uerteretur, partim beneficio ignis obtinui, partim tu mihi præſtiteris, ſi clanculum ſuppreſſoq; nomine iſta poſſederis: quæ ſi inter paucos ſuperſtites amicos occultare nõ potes (quoniã linceos oculos habet amicitia, nilq; amicorum uiſui imperuium eſt) admone, ut ſiqd horum apud eos ſubſtiterit, quã primũ abijciãt, ne qua in eis rerũ aut uerborũ mutatione turbentur, ita enim accidit, ut qui hæc in unã congeriẽ redigi, nunquã aut tibi, ut peteres, aut mihi ut aſſentier, uſturum in animũ ſuſpicabar, laborẽ fugiens, paſsim in una dictũ epiſtola, in altera repeterẽ, meiſq; (ut ait Terentius) pro meis uterer. Nouiſsimè cũ multis annis edita, & ad diuerſas mundi plagas ire iuſſ: unũ in tẽpus locumq; cõueniſſent, facilè deformitas uniti corporis apparuit, quæ per mẽbra tegebatur, & uerbũ q̃ ſemel in una Epiſtola poſitũ delectabat, in toto ope ſæpius repetitũ, faſtidio eſſe cœpit, uni itaq; relinquendũ, de reliquis eradendũ fuit. Multa quoq; de familiaribus curis, tũc fortè dũ ſcriberẽtur, cognitu nõ indigna, nunc quãuis cupido lectori, grauia detraxi, memor in hoc irriſum à Seneca Ciceronẽ, quãquã in his Epiſtolis, magna ex parte Ciceronis, potiùs quã Senecæ morẽ ſequar. Seneca enim qcqd mortalitatis in omnibus ferè libris ſuis erat, in epiſtolis cõgeſsit, Cicero añt philoſophica in libris agit, familiaria & res nouas ac uarios illius ſeculi rumores, in epiſtolis includit: de qbus quid Seneca ſentiat, ipſe uiderit, mihi, fateor, peramœna lectio eſt, relaxat enim ab intentione illa rerũ difficiliũ, quæ perpetua quidẽ, frangit animũ, intermiſſa delectat. Nã Sidonij temeritatẽ admirari uix ſufficio, niſi fortè temerarius ipſe ſim, q̃ temerariũ

illū dicā, dū ſales eius, ſeu tarditatis meæ, ſeu illius ſtyli obice, ſeu fortaſsis (nā unumquodq; poſ
ſibile eſt) ſcripturæ uitio nō ſatis intelligo, unū utiq; nō me fugit irriſum & à Sidonio Cicero-
nem ꝗ libertas, ne ſi dicā audacia, quos temeritatis nomen offendit, exaſperet. Inuſtum eſſe ho-
minē Latiū, qui non dico aliqd, ut (& Senecā, & iā hinc meipſum excuſem, uix eſt enim huma
num) omni reprehēſione caruiſſe, ſed eloquentiā aut ſtylū ſuū omnino dicēdi genus Ciceronis
irrideat, atq; hoc Sidonius auſus eſt: Aluernus orator, non Latioſē fingere, fratrē ut ait ille (quod
ipſum ſatis erat audaciæ) ſed æmulū, & (quod eſt grauius) irriſorē, atq; illi detrahere, cui omnes
deferunt, præter paucos illius coætaneos ac conuiuas, quos præſentiū comes haud dubiē forſie,
& in uoces cōpulit inuidia, quā nec Sidonio cauſam locus, nec tēpus indulſerat, quò magis ma
giſq; animum uiri miror. ut cōtra indubitatum eloquētiæ Principē, eloquētiæ ſtudioſus inſur
geret, alio ſæculo atq; alio natus orbe. & ſanè cuncta uerſanti, nihil occurrit quò uel docti homi
nis ignorantiā accuſare poſsim, uel iniuriā excuſare, nihilq; quod ſuſpicer, peruerſitatē fuiſſe in
dicij, nō naturæ, falli tamē in hoc poſſum (ut in multis) in eo certè nō fallor, uel ſi fallor, cū mul
tis longeq; clariſsimis falli iuuat, quod ſolutæ facundiæ principatus, cōtradictoribus larē uictis,
unius Ciceronis eſt proprius, quo luce clarior fit, uel morum uel intellectus obliquitas contra
rium aſſerētis. ille tamē adducit, neſcio quē Iulium Titianū, & neſcio quos Frōtonianos, ſuæ ir-
riſionis auctores, quibus ego ſimulq; omnibus idē ſentiētibus, una uoce reſpōdeo hoc ſolum, ſi
cut equidē uerum eſt illud Senecæ, quoniā quicqd habet Romana facundia, quod inſolēti Græ
ciæ aut opponat aut præferat, circa Ciceronē effloruit. uerumq; illud Quintiliani, ubi inter mul
ta & glorioſa præconia uiri huius, dono quodā prouidentiæ genitū dicit, in quo totas uirtutes
ſuas eloquētia experiretur. & poſt multa, quib. hoc probat. Quare, inquit, nō immeritò ab omni
bus ætatis ſuæ regnare in iudicijs dictus eſt, apud poſteros uerò id cōſecutus, ut Cicero iam nō
hominis nomē, ſed eloquentiæ habeatur, hūc igitur ſpectemus, hoc propoſitum nobis exem-
plū ſit. ille ſe profeciſſe ſciat, cui Cicero ualdè placebit. ſicut hæc, inquā, uera ſunt, ſic illud quo-
que uериſsimū, qbus diſpliceat Ciceronis oratio, uel nō noſſe uerā perfectāq; facūdiā uel odiſ-
ſe. hāc ergo calūniam indiſcuſſam tranſire nō potui, quanquā ualdè feſtinē ad rem credo. Mul-
ta igitur hic familiariter ad amicos, inter quos & ad teipſum ſcripta cōperies, nūc de publicis
priuatiſq; negotijs, nūc de dolorib. noſtris, quæ nimis crebra materia eſt, aut alijs de reb. quas
caſus obuias facit, nihil quaſi aliud egi, niſi ut animi mei ſtatus, uel ſi quid aliud noſſem, notū
fieret amicis. Probatur enim mihi, q prima ad Fratrem epiſtola Cicero idē ait, eſſe Epiſtolæ pro
prium, ut is ad quē ſcribitur, de his rebus quas ignorat certior fiat, atq; ea mihi tituli fuit occa-
ſio, de quo aliquādo cogitanti, quāuis epiſtolarū nomen conſentaneū rebus eſſet, quia tamen
& multi ueterū eo uſi erant, & ipſe ego uariū carmen ad amicos, de quo paulò ſuprà mētio inci-
dit, eodē prænotabam, his eò uti piguit nouumq; ideò placuit nomen, ut familiarium rerū liber di
ceretur. in quo pauca ſcilicet admodū exquiſitè, multa familiariter, deq; rebus familiarib. ſcrip-
ta erāt. Et ſi interdū exigēte materia, & ſimplex & inelaborata narratio, quibuſdā interiectis mo-
ralibus, quod & ab ipſo Cicerone ſeruatum eſt. Et hæc tām multa quidē, de tā parua re loqui cē-
ſorū præmordacium iubet metus, qui nihil ſcribētes, quod iudicari queat, de aliorū iudicant
ingenijs, impudētiſsima temeritas, quæ ſolo ſilentio tuta eſt. cōploſis in littore manibus ſedēti,
facilē eſt ferrè quā uelut de gubernatoris arte ſententiā, aduerſus hāc propter uiā latebris, ſaltem
tuis horridula, hæc atq; improuidē nobis elapſa defendito, illam uerò nō Phidiæ Mineruā (ut
ait Cicero) ſed qualecūq; animi mei effigiem, atque ingenij ſimulachrū, multo mihi ſtudio de-
dolatū, ſi unquā ſupremā illi manum impoſuero, cū ad te uenerit, ſecurè qualibet in arce con-
ſtituito. hæc hactenus. Illud libentius ſi liceret ſilentio tegerem, ſed ingens morbur, non facilè
occultatur, erumpit enim & indicio ſuo proditur, pudet uitæ in mollitiem dilapſæ. ecce enim
(quod epiſtolarum ordo ipſe teſtabitur) primo mihi tempore ſermo fortis ac ſobrius, benè ua
lentis animi fuerat, adeò ut nō ſolum, ſed ſæpe alios cōſolaret, frequentia indies fragiliora atq;
humiliora ſunt, neque ſat uirilibus referta querimonijs. illa præcipuè, ut occultare ſtudeas præ
cor, quid enim alij dicerent, cum ipſe relegens erubeſcā? ergo ego in adoleſcētia uir fui, ut in ſe
nectute puer eſſem? Infoelix & execranda peruerſitas fuit, animū uel mutare ordinem, uel ſub
trahere tibi penitus iſta quæ damno uentro circumuenire poſſe uiſus eras, qui & flebilium ex-
empla, & omnium cum Conſule diem teues, ad excuſationum igitur arma confugio, laſſauit
me longo

me longo & graui prælio, dum ſpiritus, dumq; animus fuit, ipſe teſtiti & ad reſiſtendum alios cohortatus ſum, ubi hoſtis uiribus atq; impetu, labare mihi pes atq; animus cœpit, excidit conſcitum ſermo ille magnificus, & ad hæc, quę modò diſplicent, lamenta deſcendi, quę in re excuſet me forſitan amicorum pietas, quibus ſaluis, ad nullum fortunæ uulnus ingemui, eiſdẽ mox unà penè omnibus ruina obrutis, & mundo inſuper moriente, inhumani potius quàm fortis uiſum eſt non moueri. Ante hoc tempus quis me unquam de exilio, de morbo, de iuditio, de comitijs, de ullis fori turbinibus, quis me de paterna domo, de fortunis perditis, de gloria imminuta, de pecunia dilata, de abſentis amicorum flebiliter agentem audiuit? quibus quidem in moleſtijs, tam molliter agit Cicero, ut quantum ſtylo delector, tantum ſæpè ſententia offendar. Adde litigioſas epiſtolas, & aduerſus clariſſimos, atque ab eodem pauloantè laudatiſſimos uiros iurgia, ac probra mira, cum animi leuitate, quibus legendis delinitus pariter & offenſus, temperare mihi non potui, quo minus ira dictante, ſibi tanquam coætaneo amico, familiaritate quæ mihi cum illius ingenio eſt, quaſi temporum oblitus ſcriberem, & quibus in eo dictis offenderer, admonerem, quæ mihi cogitatio principium fuit, ut & Senecæ tragœdiam, quæ inſcribitur Octauia, poſt annos relegens, parili impetu eidem, & quoque ac deinde uaris occurrente materia, Varroni Virgilioque atque alijs ſcriberem, è quibus aliquas in extrema parte huius operis inſerui, quæ niſi præmonitum lectorem, ſubita poſſent admiratione perfundere, quędam in illo publico incendio periêre. qualis ille uir tantus in doloribus ſuis fuit, talis ego in meis fueram, hodie (ut ſcias præſentem animi mei habitum, neque enim inuidioſum fuerit, id mihi tribuere, quod imperitis euenire ait Seneca) factus ſum ex ipſa deſperatione ſecurior, quid enim metuat quę toties cum morte luctatus ſit?

Vna ſalus uictis nullam ſperare ſalutem.

Animoſius indies agere uidebis, animoſius loqui, & ſi quid fortè ſtylo digni ſe obtulerit, erit ſtylus ipſe neruoſior, multa ſane ſe offerent. ſcribendi enim mihi uiuendique unus (ut auguror) finis erit. Sed cum cætera ſuos fines aut habeant aut ſperent, huius operis quod ſparſim ſub primum adoleſcentiæ tempus inceptum, iam ætate prouectior recolligo, & in libri formam redigo, nullum finem amicorum charitas ſpondet, quibus aſsiduè reſpondere compellor, neque me unquam hoc tributo, multiplex occupationum excuſatio liberat, tum demum & mihi immunitatem huius muneris quæſitam, & huic operi poſitum finem ſcito, cum me defunctum, & cunctis uitæ laboribus abſolutum noueris, interim iter inceptum, ſequar, non prius uiæ quàm lucis exitum operiens & quietis mihi loco fuerit dulcis labor. Cæterum (quod & rhetores & bellorum duces ſolent) infirmioribus in medium coniectis, dabo operam, ut ſicut prima libri frons, ſic extrema acies, uirilibus ſententijs firma ſit, uel eò amplius, quò uiuendo magis ac magis induxiſſe uideor, contra impetus atque iniurias fortunæ. denique quis inter experimenta rerum ſum futurus, profiteri minime auſim, ſed hoc animo ſum, ut nulli amplius rei ſuccumbam.

Si fractus illabatur orbis
Impauidum ferient ruinæ.

Ita me Maronis Flaccíq; ſententijs armatum ſcito, quas olim lectas & ſæpe laudatas, nunc tandem in extremis caſibus, meas facere, ipſa ineuitabilis fati neceſsitate didici. Dulce mihi colloquium tecum fuit, cupideq; & quaſi de induſtria protractum, uultum enim tuum retulit, per tot terras & maria, teq; mihi præſentem fecit, uſque ad ueſperam, cum matutino tempore calamum cœpiſſem, diei iam & epiſtolæ finis adeſt. Hæc igitur tibi frater, diuerſi coloribus (ut ſic dicam) licijs texta dicauerim, cæterum ſi ſtabilis ſedes, & fruſtrà ſemper quæſitum ocium contigerit (quod iam hinc oſtendere ſe incipit) nobiliorem & certè uniformem telam, tuo nomine meditor ordiri. uellem ex his paucis eſſe, qui famam promittere poſſunt & præſtare, ſed ipſe ui propria in lucem ueniens, alis ingenij ſubuectus, nihilq; auxilij mei egens, profectò tamen, ſi inter tot difficultates aſſurgere potuero, tu olim Idomeneus, tu Atticus, tu Lucilius meus eris. Vale.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARUM de Rebus Familiaribus, Liber I.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S.

Famam ante mortem non eſſe appetendam.

QVerelam publicam nemo ſapiens ſuam facit, ſatis quisque priuatarum querelarum domi habet, ſatis dixi, nimis dicere debuerã, nulli'ne hoc unquam accidiſſe reris? falleris. nulli uerò contrarium accidit, uix ſuperſtite qui fecerat, cuiuſquam ſcripta uel geſta placuerunt, laudes hominũ mors inchoat. ſcis quare? quia cum corpore moritur inuidia, uiuitq; cum corpore. Multorum, inquis ſcripta laudãtur, quæ ſi gloriari liceret, nõ pergis ulterius, ſed: qui indignantibus mos eſt ſuſpenſum linquens auditoris animum, ſermone prætervolans inexpleto, uerum enimuerò fugientem conſequor mentis augurio, ſcio qd uelis. multorũ ſcripta laudãtur, quæ tuis admota, carere nõ tantũ laudatore, ſed etiam lectore debuiſſent, cum tua interim nullus attingat, recognoſce in uerbis meis indignationem tuam, quæ iuſta eſſet, niſi illam de communi omnium aceruo, in uſus proprios traduxiſſes omnium, inquam, quos hic ſcribendi ſeu amor, ſeu morbus tenuit omniumue quos tenebit. reſpice enim in primis quorum ſunt illa quæ laudantur, quære auctores, certè pridem in cinerem uerſi ſunt: uis & tua laudari? morere. à morte hominis uiuere incipit humanus fauor, & uitæ finis principium eſt gloriæ, que ſi ante cœperit, ſingularis quædãm & intempeſtiua res eſt. Plus dicam, dum eorum qui tecum uixerunt, quiſquã ſuperfuerit, cumularè quidẽ quod appetis non habebis, cũ omnes pariter urna cõcluſerit, uenient qui ſine odio & ſine inuidia iudicent, ferant itaq; de nobis qualibet ſententiam præſens ætas, ſi æquam, feramus æquo animo, ſi iniquam, ad æquiores iudices, hoc eſt apud poſteros prouocemus, quando ad alios nõ licet. delicatiſsima res eſt, iugis conuerſatio, minimus offenditur, & famæ ſemper inimica præſentia eſt, multaq; admirationi hominũ familiaritas detrahit, frequẽſq; conuictus. Vides ne tu hos ſcholaſticos, genus hominũ uigilijs ac ieiunio ſqualidũ? crede mihi, nihil ad lucubrandũ durius, nihil mollius ad iudicandũ, cũ multa laborioſiſsimè legerint nihil examinant, & qd in re ſit dedignantur inquirere, cum hominẽ ipſum noſſe uideantur. itaq; omnium una lex eſt. cũcta enim ex æquo quorũ auctores, uel ſemel aſpexerint, ſcripta faſtidiũt. Hæc, inquies, paruis accidit ingenijs, magna enim & ualida, ꝑ obſtantia quælibet erũpunt. redde mihi Pythagorã, reddam tibi illius ingenij contẽptores. redeat in Græciam Plato, renaſcatur Homerus, reuiuiſcat Ariſtoteles, reuertatur in Italiam Varro, reſurgat Liuius, refloreſcat Cicero nõ modo ſegnes laudatores inuenient, ſed mordaces etiã & liuidos detractores, q; quiſq; ſuis tẽporib. expertus eſt. quid Virgilio maius habuit lingua Latina? Reperit tamen ille qui nõ Poëtã ſed raptorẽ alienarũ inuẽtionum & tranſlatorem dicerent, ipſe autem & ingenij fiduciam, & iudice fretus Auguſto, alto animo inuidorum uerba deſpexit. tibi quidem magnam ingenij conſcientiã eſſe ſcio, ſed ubi Auguſtum iudicẽ inuenies, quem enixè admodum atq; omnibus modis ingenijs ſui temporis fauiſſe compertum eſt? noſtri reges de ſaporibus epularũ, de uolatu auiũ iudicare poſſunt, de ingenijs hominum non poſſunt, quod ſi forte præſumpſerint, ſuperbiæ

tumor

tumor aperire oculos aut flectere, & in uerum figere non ſinit. Itaq; ne quid ſuæ ætatis
ſuſpicere uideantur, mirantur ueteres, quos nouere contemnunt, ut defunctorum laus, ui-
uentium contumelia non uacet. inter hos iudices uiuendū moriendūq; nobis eſt & (quod
eſt durius) tacendum, ubi enim ut dixit Auguſtum iudicem quæremus. Vnum habet Ita
lia, immò uerò terrarum orbis unum habet, Robertum Siculum regem, fortunata Nea-
polis, quæ unicū ſæculi noſtri decus incomparabili fœlicitate ſortita es. fortunata, inquam,
& inuidioſa Neapolis, literarum domus auguſtiſsima, quæ ſi Maroni quondam dulcis ui-
ſa es, quantò nunc dulcior uideris, ubi ingeniorum ac ſtudiorum æquiſsimus extimator ha
bitat, ad te confugiat quiſquis ingenio fidit. Neq; uerò differendum putet, ſuſpecta mora
eſt, deuexa enim eſt ætas, & mūdus iam pridem eò carere, & ipſa ad meliora regna tranſire
meretur, uereorq; ne multa ipſe mihi ſeræ pœnitentiæ materiam prolatando quaſierim, om
nis quidem pulchræ rei dilatio turpis, & omnis de honeſto deliberatio longior inhoneſta
eſt, rapiēda eſt occaſio, confeſtimq; faciendum, quod antè tempus fieri nō poteſt. quod ad
me attinet, currere & properare propoſitū eſt (ut quod de Iul. Cæſare, in epiſtola quadam
ait Cicero) omnia mea ſtudia in illum conferā. ego uerò ardenti quidem ſtudio, ac fortaſſe
efficiam, quod ſæpè uiatoribus cum properant euenit, ut ſi ſerius quàm uoluerint fortè ſur
rexerint, properando etiam citius, quàm ſi de nocte uigilaſſent, perueniant quò uelint. ſic
ego, quoniam in iſto homine colendo, tàm indormiui diù, curſu corrigam tarditatem. Ti-
bi aūt tuo foro uti neceſſe eſt, quādo ad eum regem aſpirare, nō tàm freti quàm belli obice
prohiberis, patria enim tua, cuius nemo amantior ciuis eſt, inimici regis imperio ſubiacet,
dicerem tyranni, niſi quia timeo aures tuas offendere. ad hæc & magna res eſt, neq; noſtris
calamis diſcernenda, ſed illorum gladijs. Igit̄ ad inceptum redeo. ſi hæc tibi exempla de illu
ſtriſsimis electa nō ſufficiunt, alia ex alio grege hominum adijciam, & ætate recentiora &
ſanctitate clariſsima, quātis olim æmulos Auguſtinus noſter, quātos Hieronymus, quan-
tos habuit Gregorius, donec ſpectata uirtus, & literarum diuina & admirabilis ubertas in
uidiam uinceret: uix horum quiſquā integrū famæ præconium, niſi ab ipſo die mortis ac-
cepit. unum æmulo ac reprehenſore carentē, unum plena & indecerpta laude decoratum
Ambroſium cuius ne iuuentis quidē famam mordax liuor attigerit, apud quoſdam inue-
nio, quod fortè ad puram eius ac ſimplicem doctrinā, omnis ambigui expertē referendum
eſt, nam apud Paulinū qui Ambroſij uitā & obtrectatorū eius nomina legimus, & uindi
ctam diuino irrogatā, pfer igit̄ iam ſine lamentis, ꝙ ſummis ingenijs cōtigiſſe uides. Vide
ris aūt quadā in parte tuarū literarū, hoc ipſum cōqueri, ꝙ multos noueris, magnum in uita
nomen aſſecutos. & hoc quoq; ſi me audire uolueris, magnificè cōtemnes. ſcis enim quib;
hoc euenit: his equidē ſolis, qui famā ſuam, qñiam calamo nequeunt, clamore defendunt.
aſpice iſtos purpuratos, qui ingenti ſtrepitu, populorum in ſe ora conuertunt, qui ſe ſapi-
entes dici uolunt, & quos ſapientes uulgus appellat, ſingulis ciuitatibus aſcribens ſapien-
tum greges, cum tamen illa florens olim ſtudiorum mater Græcia, non amplius quàm ſep
tem ſapientum nominibus glorietur, quod ipſum poſteris importunæ nomen arrogantiæ
uiſum eſt, ſed qui eos excuſant, aiunt nō id eis cognomen proprio iudicio, ſed populorum
ſuffragijs obtigiſſe. Vnus ex omnibus ſæculis Epicurus ſapientē ſe profiteri auſus, intolle-
randa ſuperbia, ſeu potius ridiculoſa demētià. cuius ſecūdo de finibus bonorū & malorum
meminit Cicero, hodie in noſtrorum cauſidicorum grege, furor ille uulgaris eſt. reſpice &
hos, qui in altercationibus & cauillationibus dialecticis totum uitæ tempus expendunt,
ſeq; inanibus ſemper quæſtiūculis exagitant, & præſagiū meū de omnib. habeto, omnium
nempe cum ipſis fama corruet, unum ſepulchrum nomini oſsibusq; ſufficiet. cum enim
mors frigidam linguam ſtare coēgerit, non modò ut ſileant neceſſe eſt, ſed ut de his etiam
ſileant, poſſem exemplis affluere, teq; ipſum in multis teſtem facere, quot loquaciſsimas pi
cas agnouimus in oculis inſanæ multitudinis perſtrepentes, quorum repente uox cecidit,
niſi longa & apud quoſdam ſuperſtitū odioſa fortè narratio eſſet: ſed de his & ſæpè alias,
& nūc quod res ipſa poſcebat diximus. neq; enim ut eos monerem ſermo mihi inſtitutus,
ſed ut tibi ſatisfacerem, cuius omnino diuerſa conditio eſt; tunc enim maximè reſonabis,

cum iam ſo qui amplius nequiueris. Cæterum ualdè impatientis animi eſt, breuiſsima expe
ctatione torqueri, expecta paululũ, eris uoti cõpos, cum obſtare tibi ipſe deſieris, id ex par
te, lõgæua forſan abſentia, ad plenũ mors ſola præſtabit. reduc ad memoriã ex omnibus ſæ
culi illuſtres uiros Romanos, Græcos, Barbaros cuius nõ præſentia famæ nocuerit, tibi (ſi
recentiore memoria eſt) plures fortè ex hiſtorijs occurrent. Ego id uni omnium Aphrica-
no tributum memini, ut ſcilicet & fama mirabilis, & præſentia mirabilior haberetur. idẽ ſa-
cris in literis tribuitur Salomoni, quære alium, fortè non inuenies, & ſi Virgilius immodi-
co ſtudio, Aeneam ſuum exornandi, hoc ad eũ gloriæ genus trãsferre cõtendat, ſed immo
bile uerum eſt, excuſant tamen quaſi non Aeneã, ſed ſub Aeneæ nomine, uirũ fortẽ perfe-
ctumq́ deſcribat. dedit idẽ Oratorũ uni duntaxat, is qui hoc ſicut uerius uſurpaſſet, præil-
luſtris ſcilicet oratorũ princeps M. Tullius, uni quoq; Poëtarum idẽ tribuit, Aulo Licinio
Archiæ, ſed uereor ne id amore iuditium obliquante, præceptori ſuo mediocris ingenij ui
ro tribuat, quod nec Homero tribuit, nec Virgilio tribuiſſet. Cæterum ut ad te reuertar,
nihil ex omnib. quæ dixi, quod tibi iuſtã indignãdi materiã præſtare poſsit inuenies, nemo
enim ſe anteiri ab uno uel à paucis ægrefert, niſi qui gloriæ principatũ pertinaci ſibi mente
conſtituit, parere (ut cæterarũ rerũ) ſic ingenij tui ſortẽ, nominisq; fortunã, putabas eam in
ſolis diuitijs ius haberet humanarum rerũ omnium, excepta uirtute domina eſt, illã quoq;
ſæpè oppugnare, ſed nunquam expugnare permittitur. famam certè, qua nihil eſt leuius, fa
cilè rotat, ac uentoſis ſuffragijs circũuoluit, à dignis eam transferens ad indignos, nihil qui-
dem mobilius, nihil iniquius uulgari iuditio, ſuper quo fama fundata eſt, itaq; mirũ nõ eſt,
ſi aſsiduè quatitur, quæ tam tremulis innititur fundamentis. hæc ſanè non niſi in uiuos re-
gnum habet, mors hominem eximit ab imperio fortunæ. ceſſant exinde ludibria, hæc uelit
ipſa uel nolit uirtutem fama, ſeu ſolidum corpus umbra conſequitur. Habes ergo (ni fal-
lor) gloriandi potius cauſam, quàm indignandi, ſi cum omnibus ferè præſtantibus atque
clariſsimis uiris cõmunis tibi tua ſors eſt, quoq; etiã nunc æquiore animo ſis, Aphricanũ ip
ſum, quẽ ex hac acie ſegregare uiſus erã, in cõmune reſtitutam, cui quãuis quod rariſsimũ
eſt, ut dixi, præſentia nõ noceret, nocuit tamẽ (ut cæteris hominũ inuidia, quã tantis uirtuti
bus nõ potuit extinguere, incẽditq; potius & inflãmauit, nocuit (q; ſine indignatione non
poſſum meminiſſe cõuerſatio lõgior & naſcẽs ex familiaritate cõtemptus. unde aũt hæc
eliciam percõtabere, nolo me aliquid immutaſſe ſuſpiceris: Ipſa T. Liuij clariſsimi ſcripto-
ris uerba ponã, qui orta cõtentione dignitatis honorũq; inter Scipionẽ Aphricanũ Titũq;
Flaminiũ, in qua ſuccubuiſſe Scipionẽ refert. Maior, inqt, gloria Scipionis, & quo maior,
eò ꝓpior inuidiæ. & ſtatim poſtea. Accedebat, inqt, & aliud, Sipio Aphricanus iam propè
annũ decimũ, aſsiduus in oculis hominũ fuerat, q̃ res minus uerẽdos magnos homines ip-
ſa ſacietate facit, & hæc quidẽ ille. tu uerò (ut iam finem faciã) fortunam tuam, tanto comi-
te ſolabere, expectabisq; tranquillius, memor uetus apud Flaccum uerbum eſſe, quod ut
uina, ſic poëmata meliora dies reddit. apud Plautum aliquanto uetuſtius. ille enim ait:

Qui utuntur uino uetere ſapientes puto
Et qui libenter ueteres inſpectant fabulas

Quod non minus ipſi Flacco bilem commouiſſe ſuſpicor, quàm tibi tãtam eſſe uetuſtatis
reuerentiam, ac crimen longo ſermone purgandũ ſibi fuerit, Lucilium reprehendiſſe. po-
ſtremò tecum cogita, quid eſt hoc, pro quo tam ſollicitè torqueamur, Vetus eſt fama quã
ſequimur, fumus eſt, umbra eſt. nihil eſt, itaq; facillimè recto atq; acri iuditio contemni po
teſt. quod ſi fortè (quoniam generoſos animos familiaris hæc peſtis inſequi ſolet) appeti
tum hunc extirpare radicitus non potes, excreſcentem rationis ſaltem falce compeſcere,
parendum tempori, parendum rebus eſt. deniq; (ut ſententiæ meæ ſummam breuius expe
diam) uirtutem cole, dum uiuis, famam inuenies in ſepulchro. Vale.

Fran. Petrarcha Raymundo Superantio, S. II.

Hominum uitam floſculo ſimilem eſſe.

VEreri mihi (nec immeritò) uiſus es, ne (quod ferè omnibus adoleſcẽtibus accidit æta
tis flore decipiar, nõ pollicebor tibi Pater animũ ſolidũ ac ſtabilẽ, omnisq́ uanitatis
exortem

exortem (quod in hac ætate difficillimum, & potiùs diuinæ gratiæ quàm humanæ uirtutis arbitror) ſed mente haud quaquam ſuæ conditionis ignaram ſpondeo, ſentio me, mihi crede, nunc dum maxime florere uideor, maximè ad areſcendum pergere. quid in re celerrima ſegnibus uerbis utor? immò uerò properare, immo currere, immò (ut loquor propriè) uolare. uolat enim ætas, ut ait Cicero, & omnino nihil eſt aliud tempus uitæ huius, quã curſus ad mortẽ. in quo, ut ait Auguſtinus, nemo uel paulò ſtare uel aliquanto tardius ire permittitur, ſed urgentur omnes pari motu, nec diuerſo impelluntur acceſſu. neq; enim cuius uita breuior fuit, celerius diẽ duxit, quã ille cui lõgior, ſed cũ æqualiter æqualia momenta raperentur ambobus. alter abijt propius, alter remotius, quo nõ impari uelocitate ambo currebant. aliud eſt enim amplius uiæ peregiſſe, aliud tardius ambulaſſe. qui ergo uſq; ad mortem productiora ſpatia temporis agit, nõ lentius pergit, ſed plus itineris conficit. ecce quanti duo uiri uelocitatẽ uitæ mortalis deſcribẽtes, uolare eã & currere aſſerũt. quotiens uerò Virgilius fugere tempus ait? quid ſi omnes tacerent? quid etiã ſi negarent? nunquid ideò ſegnius fugiẽs curreret aut uolaret? Neq; uerò me talia ſũmis labris locutũ putes (qꝙ coætaneis meis eſt mos) per auctorũ uireta captare floſculos, qꝙ uiro turpè ait Seneca, nobis ita permiſſum putant, ut nihil uideatur adoleſcẽtia formoſius. Ego me non nego floſculos interdũ legere, quib. inter ſeniorũ choros (ſi res tulerit) uti queã, ſed ita adoptatã ſenectutem merita cũ laude perueniã, ut ego magis omnia ad uitã extimẽ, quàm ad eloquentiã referendam. & quamuis (ut eſt uſus, ut eſt ingeniũ, ut eſt animus, ut eſt ætas) eloquẽtiæ ſtudio delecter, tamen & dum aliorũ benè dicta recenſeo, & ſi quãdo mihi aliquid fortè ſonantius excidit, utrobiq; magis meditor, ut quicquid id eſt uitæ proſit, adoleſcentiæq; me malis expediat, quã ut uerbis ornatioribus iuuenilis lingua laſciuiat. ſummæ quidẽ dementiæ uidetur, in id niti, ad quod fortè nunq̃ ſis uenturus, & quod paucis accidit, quodq; cum adeptus fueris, modicũ proſit fortaſsis, & multũ noceat, illud uerò negligere, quod & omnibus prõptum, præ omnibus utile, damnoſumq; nunq̃ eſſe poſsit. Scimus aũt magnorũ auctoritate hominũ experimẽtoq; rerũ edocti, quoniã paucis benè loqui, benè uiuere aũt omnibus datũ eſt, & tamẽ plures illud amplectunt, hoc fugiunt, ita eſt natura hominũ, difficultatibus incũbere & ea cupidius appetere, q̃ laborioſius parant. Ego quidem (& ſi mihi fidem ætas deroget) teſte tamen cõſcientia lego, non ut eloquentior aut argutior, ſed ut melior fiã. & quod de morali Philoſophiæ parte dixit Ariſtoteles, ad omnes traho, quanquam ſi uterq; fructus ſequeretur infortunatiorem me laborum nõ negarem. tibi aũt pater gratias ago, qꝙ me paternè mones, & oro ut idem ſæpè facias. ſed hic habeto, me iã hinc cœpiſſe cognoſcere curſum meũ, & pericula numerare, & multos noſſe decrepitos, me altius humi fixos ac tenacius inhærentes. multũ me tãgit illud Domitiani principis iam ſeneſcentis. Nil, inquit, gratius decore, nil breuius. & illud Catonis ſenis apud Tulliũ: Quis eſt tàm ſtultus, quamuis ſit adoleſcens, cui ſit exploratum ad ueſperum eſſe uicturũ? & illud Virgilij, tunc iuuenis iuueniliter dictum, ſed uerè, ſed grauiter, ſed maturè.

Collige uero roſas, dum flos nouus & noua pubes.
Et memor eſto, æuum ſic properare tuum.

Ego uerò memor ſum, & quãuis nondũ plenè poſsim, nitor. cogito tamẽ ut poſſum, & indies & ꝓfundius poſsim, nitor. cogito nõ quid alijs uideor, ſed quid ſum, & ætatẽ hanc & qualẽcunq; formã corporis, & reliqua (unde mihi fòrſan ab alijs inuidetur) ſentio data mihi ad periculũ, ad exercitiũ, ad laborem. deniq;, ut breuiter concludam, ſcio me aſcẽdere ut deſcendam, uiuere ut areſcam, ut ſeneſcam adoleſcere, uiuere ut moriar. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnenſi, S. III.

Germaniam Rheniq; ripas ſe peragraſſe narrat.

GAllias ego nuper, nullo quidem negotio, ut noſti, ſed uiſendi tantum ſtudio, & iuuenili quodam ardore peragraui, Germaniam tandem Rheniq; ripas attigit, contemplatus ſollicitè mores hominũ, & aſpectu telluris incognitæ delectatus, ac ſingula cũ noſtris cõferẽs, & licet multa utrobiq; magnifica uiderim, me tamẽ Italicæ originis nõ pœnitet, immò, ut uerũ fatear, quò latius peregrinor, eò maior Itali ſoli ſubit admiratio. qꝙ ſi gratias agebat Plato dijs, ut uerbo eius utar, immortalibus, inter multa qꝙ Græcũ eum & non

alieni-

alienigenam, edidiſſent, quid nos prohibet, pro eodem quoq; gratias agere, ortusq; noſtri
Deum auctorē recognoſcere: niſi fortè nobilius eſt Græcum naſci quàm Italicum, quod
ſi quis dixerit, dicat idem & ſeruū eſſe nobiliorem quàm dominum. atq; nullus hoc Græ-
culus, quantumlibet procax impudensq; dicere audebit, dum meminerit diù antè Vrbem
conditam, ante partum & auctum uirtutibus imperium, deniq; ante

Romanos rerum dominos gentemq; togatam,

Non Italiā, ſed quotā Italiæ partē, eo tēpore deſertā & uacuam Græcis habitatoribus poſſeſ-
ſam, magnamq; Græciā nūcupatam. quæ enim tūc magna uiſa eſt, quā maxima, quàm im-
menſa uideri potuit. poſt euerſam Corynthū, poſt uaſtatam Aetholiā, poſt Argos & My-
cenas cæterasq; urbes triumphatas, poſt Macedoniæ reges captos, Pyrrhumq; deuictum,
& madentes iterū Aſiatico cruore Thermopylas, credo neminem negaturū, aliquanto cla-
rius Italicū eſſe quàm Græcū. ſed de hoc fortè alibi: Nūc in Gallias reuertamur, Pariſeorū
ciuitatem regni caput, quæ auctorem Iul. Cæſarem prætendit introij, non aliter animo affe-
ctus, quàm olim Theſſaliæ ciuitatem Hypatā dum luſtrat Apuleius, ita enim ſollicito ſtu-
pore ſuſpenſus, & cuncta circunſpiciens, uidendi cupidus explorandiq; uera'ne an ficta eſ-
ſent, quæ de illa ciuitate audieram, non paruū in ea tempus abſumpſi, & quotiēs operi lux
defuit, noctem ſuper addidi. demum ambiendo & inhiando, magna ex parte didiciſſe ui-
deor, quis in eadē ueritati, quis fabulis locus ſit, quæ (quoniam longa narratio eſt, neq; hoc
loco ſatis explicabilis) differenda eſt, donec ex me omnia coràm audies. Gandauum quo-
que (ut mendacium ſileam) eodē conditore ſuperbum uidi, & cæteros Flandriæq; Brabātiæ po-
pulos, lanificos atq; textores. uidi Leodium inſignem clero locum, uidi Aquenſem Caro-
li ſedem, & in templo marmoreo uerēdum barbaris gentibus illius principis ſepulchrum,
ubi fabella audiui, non inamœnam cognitu, à quibuſdam templi ſacerdotibus, quàm ſcri-
ptam mihi oſtenderunt, & poſtea apud modernos ſcriptores accuratius etiam tractatā le-
gi, quàm tibi quoq; ut referam incidit animus, ita tamen, ut rei fides non apud me quæra-
tur, ſed ut (aiunt) penes auctores maneat Carolū Regem quem magni cognomine æqua-
re Pompeio & Alexandro audent, mulierculam quandam perditè & efflictim amaſſe me-
morant, eius blandimijs eneruatum, neglecta fama (cui plurimum inſeruire conſueuerat) &
poſthabitis regni curis, aliarum rerum omnium & poſtremo ſuipſius oblitum, diu nulla
prorſus in re, niſi illius amplexibus acquieuiſſe, ſumma cum indignatione ſuorū ac dolore.
tandem cum iam ſpei nihil ſupereſſet (quoniam aures regias ſalutaribus cōſilijs inſanus a-
mor obſtruxerat) fœminam ipſam malorū, inſperata mors abſtulit, cuius rei ingens pri-
mum in regia, ſed latens gaudium fuit. deinde dolore tantum priore grauiore, quantū fœ-
diori morbo, correptū regis animū uidebant, cuius nec morte lenitus furor, ſed in ipſum
obſcœnū cadauer, & exangue trāslatus eſt, quod balſamo & aromatibus cōditū, onuſtū gem-
mis, & uelatum purpura, diebus ac noctibus tàm miſerabili quàm cupido fouebat ample-
xu. dici nequit quàm diſcors & quàm malè ſe cōpaſſura cōditio eſt amantis ac regis, nunquam
profectò cōtraria ſine lite iunguntur, quid eſt autem regnū, niſi iuſta & glorioſa dominatio? cō-
trà quid eſt amor, niſi fœda ſeruitus & iniuſta? itaq; cū certatim ad amantē (ſeu rectius) ad
amentē Regem, pro ſummis regni negotijs legationes gentiū præcipuè & prouinciarū præſi-
des cōuenirent, is in lectulo ſuo, miſer omnib. excluſis, & obſeratis forib. amato corpuſcu-
lo cohærebat, amicā ſuā crebro, uelut ſpirantē reſpōſuramq; cōpellās, illi curas laboresq; ſu-
os narrabat, illi blandū murmur & nocturna ſuſpiria, illi ſemper amoris comites lachrymas
inſtillabat (horrendū miſeriæ ſolamen) ſed quod unum eſt ex omnib. Rex alioquin, ut aiunt,
ſapientiſsimus elegiſſet. addūt fabulæ, quod ego nec fieri potuiſſe, nec narrari debere arbitror.
erat ea tēpeſtate in aula Colonienſis Antiſtes, uir, ut memorāt, ſanctitate & ſapiētia clarus,
necnō comitatus & cōſilij Regij prima uox, qui domini ſui ſtatū miſeratus, ubi animaduer-
tit humanis remedijs nihil agi, ad Deum uerſus illū aſsiduè precari, in illo ſpē reponere, ab
eo finē mali poſcere, multo cū gemitu, quod cū diù feciſſet nec deſiturus uideretur, die quo-
dam illuſtri miraculo recreatus eſt. ſiquidē ex more ſacrificanti, & poſt deuotiſsimas pre-
ces pectus & aram lachrymis implēti, de cœlo uox inſonuit, ſub extinctæ mulieris lingua,

furoris

ſuroris Regij cauſam latere. quo lætior mox peracto ſacrificio, ad locum ubi corpus erat ſe proripuit, & iure notiſsimæ familiaritatis regiæ introgreſſus, os digito clā ſcrutatus, gemmam perexiguo anulo incluſam, ſub gelida rigentiq; lingua repertam, feſtinabundus auexit. nec multo poſt rediens Carolus, & ex conſuetudine adoptatum mortuæ congreſſum properans, repente aridi cadaueris ſpectaculo concuſſus, obriguit exhorruitq; cōtactum, auferri eam quantotius ac ſepeliri iubens, inde totus in Antiſtitem conuerſus, illum amare, illum colere, illum indies arctius amplecti, denique nihil niſi ex ſententia illius agere, ab illo nec diebus nec noctibus auelli. quod ubi ſenſit uir iuſtus ac prudens, optabilem forte multis, ſed oneroſam ſibi ſarcinam abijcere ſtatuit, ueritusque, ne ſi uel ad manus alterius perueniret, uel flammis conſumeretur, domino ſuo aliquid periculi afferret, anulum in uicinæ paludis præaltam uoraginem demerſit. Aquis forte tum rex cum proceribus ſuis habitabat, ex eoque tempore cunctis ciuitatibus ſedes illa prælata eſt, in ea nil ſibi palude gratius, ibi aſsidere, & illis aquis mira cum uoluptate, illius odore uelut ſuauiſsimo delectari. poſtremò illuc regiam ſuam tranſtulit, & in medio paluſtris limi, immenſo ſumptu, iactis molibus, palatium templumque conſtruxit, ut nihil diuinæ uel humanæ rei eum inde abſtraheret, poſtremò ibi uitæ ſuæ reliquum egit, ibiq; ſepultus eſt. cauto prius, ut ſucceſſores ſui primam inde coronam & prima imperij auſpicia capeſcerent, quod hodie quoq; ſeruatur, ſeruabiturq; quàm diù Romani frena imperij, Theutonica manus aget. longior fui in hac narratione, quàm debui. ſed quoniam peregrinatione longinqua, librorum ſolatio deſtituta eſt, & in perpetuo motu facilius eſt multa cogitare, quàm grandia, iuſtū epiſtolæ modum implere ſerijs non ualens, eam (ut uides) obuijs quibuſq; confarcio. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. IIII.

Coloniæ Agrippinæ urbis deſcriptio.

AQuis digreſſum, ſed prius unde ortum oppidi nomen putant, Aquis Baiano more tepentibus ablutum, excepit Agrippina Colonia, quæ ad ſiniſtrum Rheni latus ſita eſt, locus & ſitu & flumine clarus & populo. mirū in terra barbarica, quanta ciuilitas, quæ urbis ſpecies, quæ uirorum grauitas, quæ munditiæ matronarum. Fortè Ioannis Baptiſtæ uigilia erat, dum illuc applicui, & iam ad occidenten ſol uergebat, confeſtim amicorū monitu (nam & ibi amicos prius mihi fama pepererat, quàm meritum) ab hoſpitio traducor ad fluuium, inſigne ſpectaculum uiſurus eſt. Nec fallebar. Omnis enim ripa præclaro & ingenti mulierum agmine tegebatur, obſtupui, dij boni, quæ forma, quæ facies, quis habitus, amare potuiſſet, quiſquis eò non præoccupatum animum attuliſſet. in loco paulum altiore conſtiteram, unde in ea quæ gerebantur intenderem, incredibilis ſine offenſione cōcurſus erat, uiciſsimq; alacres, pars herbis odoriferis incinctæ, reductiſque poſt cubitum manicis, candidas in gurgite manus ac brachia lauabant, neſcio quid blandum peregrino murmure colloquentes. uix nunquam clarius intellexi, quod Ciceroni placet, & ueteri prouerbio dici ſolet. Inter linguas incognitas, omnes propemodum ſurdos ac mutos eſſe. unum mihi ſolatium grauiſsimorum interpretum non deerat. nam & hoc inter cuncta mirabere, cœlum illud ſpiritus pierios alere. Itaq; dum miratur Iuuenalis, quod:

Gallia cauſidicos docuit facunda Britannos:

miretur itidem:

doctos quod argutos aluit Germania uates.

Ac ne me auctore fallaris, ſcito ibi nullū Maronem eſſe, Naſones plurimos, ut dicas uerum fuiſſe præſagium, quod in fine libri Metamorphoſeos, multum uel poſteritatis gratiæ, uel ingenio ſuo fidens ponit. ſi quidem qua Romana potentia (ſeu uerius) qua Romanum nomen domito orbe ſe porrigit, plauſibiliter nunc fauentis populi ore perlegitur. his ego comitibus, ubi quid audiendum ſeu reſpondendum incidit, pro lingua & pro auribus uſus ſum. Vnum igitur ex eo numero admirans, & ignarus rerum percontatus Vergiliano illo uerſiculo:

Quid uult concurſus ad amnem, quidue petunt animæ?

Reſponſum accepi: Peruetuſtū gentis ritum eſſe, uulgo perſuaſum, præſertim fœmineo,

omnem totius anni calamitatẽ imminentẽ,fluuiali illius diei ablutione purgari, et deinceps
lætiora ſuccedere,itaq; luſtrationẽ eſſe annuã,inexhauſto ſemper ſtudio cultam colendãq;.
ad hæc ego ſubridens. O nimium fœlices,inquam,Rheni accolæ,quorũ ille miſerias pur-
gat,noſtras quidem nec Padus unquam ualuit purgare,nec Tyberis.uos ueſtra mala Bri
tannis Rheno uectore tranſmittitis,nos noſtra libenter Afris,atq; Illyrijs mitteremus, ſed
nobis (ut intelligi datur) pigriora ſunt flumina.cômoto riſu,ſerò tãdem inde diſceſsimus.
Proximis aliquot diebus à mane ad ueſperam,ciuitatẽ ijſdem ducibus circumiui, haud in-
iucũdum exercitiũ,non tàm ob id quod antè oculos erat,quàm recordatione noſtrorum
maiorum,qui tàm procul à patria monumẽta Romanæ uirtutis tàm illuſtria reliquiſſent,
in primis autem occurrebat Marcus Agrippa Coloniæ illius auctor,qui licet multa domi,
multa foris præclara conſtruxerit,illam tamen ex omnibus dignam cenſuit, cui ſuum no-
men imponeret,ædificator ac bellator egregius, dignuſq; habitus quem Auguſtus in ge-
nerum,ex toto orbe deligeret,qualiſcunq; filiæ uirum,ſed dilectæ,ſed unicæ,ſed Auguſtæ.
Vidi tot ſimul trunca millia, ſacrarum uirginum, & terram generoſis dicatam reliquijs,
ac degenerum,ut aiunt,cadauerum expultricem. uidi Capitoliũ effigiem noſtri, niſi quod
pro Senatu illic pacis ac belli conſilia agitante,hic formoſi iuuenes ac puellæ mixtim, no-
cturnas laudes Deo concinunt, æterna concordia. ibi rotarum & armorum ſtrepitus ac
gemitus captiuorum,hic quies & gaudium & iocantium uoces,deniq; illuc bellicus, huc
pacificus triumphator ingreditur. Vidi templum urbe media pulcherrimũ,quamuis in ex-
pletum,quod haud immeritò ſummum uocant,Magorum ibi Regũ corpora, ab ortu ad
occaſum tribus ſaltibus tranſuecta,quos æthereũ quondam regẽ ad præſepia uagientem,
cum muneribus ueneratos legimus,uenerabundus aſpexi. Parumper hic Pater optime &
pudoris mei metas exceſsiſſe uideor,& plura collegiſſe quàm neceſſe erat,utrum fateor,
ſed mihi nil tàm neceſſe eſt,quàm ut imperio tuo parẽ,inter multa ſanè quæ abeunti iuſ-
ſeras,hoc fuit extremũ,ut de terris,ad quas ibam,& de ſingulis quæ uidiſſem audiuiſſem-
que,perinde te certiorem ſcripto facere,ac uerbo ſolito,ne calamo parcerem, ne breuitati
uel ornatui ſtuderem,neue floridiora decerperem,ſed cuncta complecterer,deniq; Tullia-
no uerbo uſus. Scribe,dixiſti,quicquid in buccam uenerit. Promiſi me facturum,promiſ-
ſum crebris ex itinere literulis impleſſe uideor,ſi iuſsiſſes loqui de altioribus,tentaſſem.
nunc epiſtolæ officium reor,non ut ſcribentem nobilitet,ſed ut certificet legentẽ, quod ſi
omnino uideri uolumus,oſtendemus nos in libris,in epiſtolis colloquamur. procedo. Ad
ſecundas Cal. Iulias Colonia diſceſsi,tanto ſole ac puluere,ut ſæpè alpinas niues ac frigo
ra Rheni à Virgilio requirerem. inde Arduennam ſyluã ſcriptorum teſtimonio pridẽ mi-
hi cognitam,ſed uiſu atram atq; horrificam tranſiui ſolus (& quod magis admireris) belli
tempore,ſed incautos (ut aiunt) Deus adiuuat. at ne longum iter uix æquo peracto cala-
mo remetiar,multis ego regionibus ambitus,hodierno die Lugdunũ perueni, nobilis &
ipſa Romanorum Colonia eſt,paululumq; uetuſtior Agrippina,duo hic noti amnes,in no
ſtrum mare currentes. Rhodanus Arariſq; conueniunt Sonã incolæ appellant. ſed de his
nihil amplius. Iuncti enim ad te properant,alter cogenti,alter coacto ſimilis, & Auinionẽ
ubi te nunc ac genus humanũ Rom. Pont. detinet,permixtis uadis abluunt. huc ego cum
mane perueniſſem,& intranti fortè familiaris hic tuus occurriſſet,mille eum quæſtiuncu-
lis (ut mos eſt peregrè redeuntium) aggredior,ille autem nihil ad reliqua, ſed præclariſsi-
mum fratrem tuum,ad quẽ maximè properabam,ſine me Romam petijſſe narrauit. quo
audito quærendi ueniendiq; ardor repentè deferbuit. hic igitur expectare in animo eſt,do
nec & æſtas ipſe deferueat,quàm hucuſq; non ſenſeram,& me uegetiorẽ quies faciat, qui
me feſſum eſſe,hoc ipſo primum loquente perpendi. nulla quidem fatigatio maior quàm
animi eſt,quod ſi reliqui itineris tædium ſubierit,Rhodanus mihi pro uehiculo erit,interim
ut noris ubi ſum,hæc tibi feſtinante nuncio tranſcurrere nõ piguit. De fratre item tuo, du
ce olim,nunc (da dolori ueniam) deſertore meo,nuſquam alibi, quàm apud ipſum con-
queri uiſum eſt,quam querelam,ut ſibi quàmprimum mitti iubeas,oratus facito. Et Va-
le noſtri memor.

Fran.

Fran. Petrarcha Iacobo Columnæ, S. V.

De fide & taciturnitate.

REuertebar è Germania & iam Lugdunum perueneram, precum tuarum & deſiderij mei uncis retrahentibus, non tam Poëtico aut Phyſico, quàm curſorio more feſtinans. illic curſui meo moleſtiſsimum frenum adhibuit, inſperatus rumor, aufugiſſe te, abſentiæ meæ uelut opportunitate captata, & ſine me Romã petijſſe, quod profectò nunquam facturum eſſe promiſeras. quid dicam? Amante non amato nil reor eſſe miſerius. quomodo autem, ſeu quibus primum uerbis aggrediar? ſuſpitioſum ne, an tuorum cõtemptorem putem, nihil moribus minus tuis conuenit, obliuioſum quæram, mirator ipſe memoriæ tuæ? fidefragum dicam, ſed notiſsima fides eſt. quid ergo? tu culpæ nomen inuenies & teipſum condemnabis, uel ſi libet abſolues, apud tribunal tuum tecum agitur, tu idem & reus & teſtis & iudex eris. Sede igitur & mecum aliquantiſper æquo iure diſcepta. Aequat enim amor imparia. quod ſi contrà me fortè lingua tua pronunciauerit, ad conſcientiam prouocabo, reſponde dolori meo, quærenti. Cur tu Romæ, ego in Gallia ſum? quid tanto diuortio dignum feci? an ut inutilis & inamœna ſarcina in tergum obijcior? de utilitate quidem uideris, de reliquo (quoniam dolor ingens libertatis aſſertor eſſe ſolet) ipſe pronuncio. Nulla igitur (ſi te noui) amœnior, nulla curis tuis opportunior, tecum eſt Lelij mei, & cæterorum pace dixerim, quibus (ut me æquare audeam) ſuperbæ forſitan fortunæ illorum cogit & dolor mei. Ego enim te mundo prætuli, tu mihi quæſo, quid non præferes? an timuiſti ne ſecretum tuum ex me in uulgus erumperet? ita ne rimoſum expertus es, ita infirmi ac futilis animi, cui tàm facilè commiſſa diffluerent? egiſti incautè, qui mihi toties grauiora crediderıs. ſed (crede mihi) quoniam hodie (ut uideo) dolor uerecundiam ſuperat, crede inquam mihi, pater optime, nullius (quem quidem ego nouerim) fido ſilentio ſecundus ſum. nemo me ideò quod ſecreta non teneam, ne dicam fideli amicitiæ, ſed uel Senatorio gradu, uel Sacerdotio Cereris inhabilem arguerit. legimus apud Perſas, nihil fide ſanctius, nihil pulchrius ſilentio, nihil loquacitate deformius. itaque illud uel morte cuſtodiunt, hanc morte caſtigant, non eſt qui quocunque ſupplicio ſui regis pandat arcanum, ſi quis fortè contrà fecerit, nullo non ſupplicio dignus habebitur præclare. Quid enim omnino facilius quàm tacere? ad quid ergo utilis, aut cui magnæ rei ſit habendus idoneus, qui rem longè facillimam implere nequiuerit? an uerò occupationes meas interrũpere noluiſti? Conuerſatio igitur longæua quid profuit? Nondum intelligis, non eſſe me de illorum grege, qui, ut ait Flaccus:

Breui forti ſaculentiur æuo

Nulla qui terras alio calentes ſole permutant: *Qui penetrant aulas & limina regum:*

Vt Virgilius ait, qui animum ſuum in fruſta diſcerpunt, huic arrident, illi ſeruiunt, neminẽ ex integro diligunt, nulli plenè confidunt, certè ego qui ſim neſcio. ualdè enim in iuditio rerum noſtrarum fallimur. ſed ut ſim de grege nihil optantium, magnopere laboro, de multis nunquam ſperaui. ſciebã enim, quod qui paucorũ ſimilis fieri ſtudet, multis fiet inuiſus. ſpes & occupationes meæ in te hactenus ſitæ erãt, in quo ſi me diutius errare non es paſſus, perturbatè mecũ agi non negauerim, quod alienationẽ animi tui, non cõtumelioſo quidẽ actu, nõ uerbo aſpero, non graui ſupercilio, ſed fugæ ſilentis inditio perceperim, ſin experiri aut inflãmare deſiderıũ meum cogitaſti, uide ne aduerſus imbecillem animũ, nimis aculeatum ludi genus elegeris. At fortè indulgentior cauſa eſt, peperciſti arbitror labori meo, ueritus ne faſtidio pelagi impar eſſem, & quoniã id tibi quoque reſtat, iter periculoſam Apuliã, ſub æſtiuo ſole deficerẽ. ſed quæſo, non'ne hoc tuo de me iuditio iniurioſus es famæ meæ? ubi ego hanc opinionẽ merui? quis me labor fregit, aut terruit. ſola uidendi dulcedo, per ignotam me Barbariem circunducit, per Italiam credo pulchra neceſsitas nõ dixiſſet, ſub Pyreneis olim collibus, ut tibi comes eſſem niſi pudet, quantis me precibus ac blanditijs onerasti? quanquam (ut uerum fatear) ſequebar ego, propè cupidius, quàm detrahebar, qui ita nunc ſub Apennini iugis, comes eſſe non merui? niſi fortè inertiam meam illa peregrinatio patefecit, tu uerò quotidie miraberis, unde ea laborum patientia, in literarum

ocio

ocio mihi nato ac enutrito, præſertim cum & anni tẽpus eſſet aduerſũ & ueprícoſum iter,
& inculta regio (quodq; ſuper omnia nos angebat) conuerſatio dura & multũ noſtris mo-
ribus aliena. ſed fortè (quoniam ſenſim ratiocinatio ad uerum ducit) non quæcunq; potui-
mus poſſumus, dies auget, dies imminuit ab ea peregrinatione, quarta nunc æſtas agiť, tri
ennio ſenior factus ſum, quod tempus non tantum mutando corpuſcula mortalis homi
nis, ſed euertendis imperijs, atq; urbibus late patet. ludo tecum (ut uides) magnus inter-
dum dolor, ubi lamenta defuerint, in iocos uertitur, omnis quidem dies, fateor gradus eſt
ad mortẽ, & uagientis in cunabulis infantes creſcẽdo pariter ſeneſcunt. neq; tamen ea ætas
eſt mihi, quæ naturale detrimentum ſentiat, quippè quæ nondum plena eſt. Itaq; creſcen
tibus adhuc annis prouehor multoq; & membris & animo ualidior indies fio, quãuis non
ignorem quid ſequatur. Viator enim quò altius aſcendit, eò deſcenſui proximior fit, & ſi
dici fas eſſet, quodãmodo aſcendẽdo deſcẽdit. Idem mihi accidit. interim tamen aſcendo.
quæ cum ita ſint, idoneã facti tui cauſam fortè, tu noueris, ego eam palpitabũdus inquiro,
nec inuenio, & hoc uno uel maximè amare me intelligo (quod amãtiũ mos eſt, primis qui
dem offenſionibus moueri, mox ubi flãma extinguere nõ datur, ad excuſationum medica-
menta cõfugere, & quod acrius factũ dolent. uel nequaq; factũ ſi liceat, uel bono animõ
factũ dicere) hoc igiť ago, ſi poſſum ut iure deſertus uidear, quod utinã mihi perſuadeã, &
profectò fieri poteſt, ut tu nec profectionẽ meã impedire uolueris, nec potueris reditũ ex-
pectare, & cum me ab amplexu tuo lachrymantem dimitteres, nouam mihi gemendi ma-
teriam inculcare uolueris. Vellem inclementior fuiſſes, pietas enim tua in contrarium uer
ſa eſt, inexpectato nil hoſte nocẽtius, & intempeſtiua quælibet grauiora ſunt. unde ſi abſq;
fletibus eſſe non poteram, melius tunc fleuiſſem, quoniam natura hoc habet, ut abeuntiũ
potius quã redeuntium comites lachrymas uideamus. tu precor, quàm primum cogita,
qualiter te mihi exundanti illo defendas eloquio, quàm uere nihil ad rem, modò ueriſimili
ter ſatis erit. Credere parato nulla inefficax perſuaſio eſt, interim facilius inducar, ut tuæ cul
pæ ignoſcam, quàm fortunæ meæ. Vale noſtri memor.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. VI.

Dialecticorum deteſtatur contentiones.

TEmerarium eſt cum eo hoſte confligere, qui non tàm uictoriam appetit quàm certa-
men. ſcribis quendam ſenem dialecticum, literis meis uehementiſsime permotum,
quaſi artificium ſuum ego damnauerim. ideò palàm fremere & minari, multa ſe quoq; in
ſtudia noſtra ſuis literis inuecturum, eas te literas multis, ne quicquã menſib. expectaſſe.
Noli eas expectare amplius. crede mihi, nunq; uenient. hoc modeſtiæ remanſit, ſiue ijs ſtyli
pudor, ſiue ignorantiæ cõfeſsio eſt, lingua implacabiles, calamo non contendunt. Nolunt
apparere quàm friuola ſunt quibus armantur, ideoq; more Parthico fugitiuum pugnæ ge
nus exercent, & uolatilia uerba iactantes, quaſi uentis tela cõmittunt. cum his (ut dixi) ſuo
more contendere temerarium eſt, quippè qui ſummã uoluptatẽ ex cõtentione percipiunt,
quibus non uerũ inuenire propoſitũ eſt, ſed altercari. atqui Varronis prouerbiũ eſt: Nimiũ
altercando ueritas amittitur, noli autẽ trepidare, ne in apertum ſcripturæ ſolidiq; colloquij
campũ deſcẽdant. Hi ſunt enim, de quibus Quintilianus inter inſtitutiones Oratorias lo-
quebať, quos reperias in diſputãdo mire callidos, cum ab illa cauillatione diſceſſerint, nõ
magis ſufficere in aliquo grauiore actu, quã parua quædã animalia, quæ in anguſtijs mobi
lia, campo deprehenduntť, meritò itaq; campũ timẽt, uerũ eſt enim illud eiſdẽ diuerticula &
anfractus ſuffragia eſſe infirmitatis, ut qui curſu parũ ualẽt, flexu eludãt. Tibi uerò amice,
unũ hoc dixiſſe uelim, ſi uirtutẽ, ſi ueritatẽ ſequeris, id genus hominũ uita. ſed quo nam fu
giemus à facie inſanorũ, ſi ne inſulæ quidẽ tutæ ſunt? Ergo nec Scylla nec charybdis obſti-
terit, quo minus hæc peſtis in Trinacriã tranſnatarẽt, immò uerò iam inſularũ peculiare ma
lũ eſt, ſi dialecticorũ agmini Britãnico Aethnea nũc nouorũ Cyclopũ acies acceſſerit. hoc
cine eſt, q; in Coſmographia Põponij legerã, Siciliæ maximè ſimilẽ eſſe Britãniã. ego qui-
dem putabã ſimilitudinem hanc, in terrarũ ſitu, ac propè triangulari utriuſq; ſpecie & for-
caſsè

ta'ſe etiam in circumfuſi maris perpetua colliſione cōſiſtere, nihil de Dialecticis cogitabā. audieram Cyclopas primùm, poſtea tyrannos, utroſq; feroces incolas, tertium monſtri genus aduenisſe non noueram, armatum enthymemate bis acuto, & ipſo Taurominitani littoris feruore procacius. unum ſanè & ego pridem animaduerteram, & tu nūc admones eos ſectam ſuam Ariſtotelici nominis ſplendore protegere, dicunt enim Ariſtotelem ita ſolitum diſputare. eſt fateor qualisqualis excuſatio clarorum ducum inhæſiſſe ueſtigijs, nam & M. Tullius non inuitum ſecum Platone, ſi oporteat erraturum dicit, ſed falluntur, Ariſtoteles enim uir ardentis ingenij, de rebus altiſsimis uiciſsim & diſputabat & ſcribebat, alioquin unde huius tàm multa uolumina ſummo ſtudio & tantis exhauſta uigilijs, inter multorū, & præſertim illius fortunati diſcipuli graues occupationes, & in ætate nō longa, ſiquidem circa illū apud ſcriptores infamem, Tertium ſcilicet & ſexageſimum uitæ annum defunctum accepimus, iſti autē cur à duce ſuo, tàm diuerſi abeunt? cur quæſo Ariſtotelicos dici iuuat, & non potius pudet? Nihil illi tanto Philoſopho diſsimilius, homine nihil ſcribente parum intelligente, multumq; & inutiliter clamante. quis illas concluſiunculas non rideat, quibus literati homines, ſe ſimul & alios fatigant? in quibus omnem ætatē conterunt, quippe ad illa inutiles, ad hoc ipſum præcipuè dānoſi, qualia ſunt quæ à Cicerone & à Seneca pluribus locis irridentur, quale eſt illud Diogenis propoſitum, quem dum contumelioſus dialecticus uerbis eſſet aggreſſus, hoc modo: Quod ego ſum id tu non es. annuiſſetq; Diogenes. Ille ſubiunxit: Homo aūt ego ſum. cū id etiā nō negaſſet, concluſionem ſubintulit cauillator. Homo igitur tu non es. Enimuerò ultimum hoc, inquit, Diogenes falſum eſt, & ſi uerum fieri uis, à me incipe. Multa ſunt id genus perridicula, in quibus quid quærant, an famam, an oblectamentū, an benè beateq; uiuendi conſiliū, ſicut ipſi forſitan, mihi nihil ignotius. nam lucrū aut digna ſtudiorū merces, nobilibus ingenijs uideri debet, mechanicorum eſt lucra captare, honeſtarū artiū generoſior finis eſt. dum hæc audiunt iraſcuntur (eſt enim ferè multiloquium cōtentioſi hominis iracundiæ proximum) ergo, inquiunt, Dialecticam tu condemnas? abſit. ſcio enim quantum illi Stoici tribuant, ſecta Philoſophorum fortis & maſcula, cuius cum ſæpè aliàs, tum in libro de Finibus Cicero noſter meminit. Scio quod una liberaliū eſt, & gradus ad alta nitentibus, interq; philoſophorum dumeta gradientibus, non inutilis armatura, excitat intellectum, ſignat ueri uiam, monſtrat uitare fallacias, deniq; ſi nihil aliud, prōptos & perargutulos facit. hoc ita eſſe non inficior, ſed non ſtatim qua honeſtè trāſimus, laudabiliter immoramur, quinimmò uiatoris inſani eſt, amœnitate uiarū metam quam deſtinauerat obliuiſci, multa citò tranſiſſe & nuſquam citra terminū ſubſtitiſſe, uiatoris laus eſt. & quis nō uiator ex nobis eſt? breui omnes aduerſoq; tēpore, tāquam hyberno pluuialiq; die, longū ac difficile iter agimus, cuius Dialectica pars eſſe poteſt, utiq; terminus nō eſt, & poteſt pars eſſe matutina, nō ſerotina pluri ma quidē honeſtè fecimus quæ turpiſsimè faceremus. Si enim dialecticæ ſcholas, quod in eis pueri luſimus, ſenes relinquere neſcimus, eodē iure, nec par impar ludere, nec arundine tremula equitare pudeat, nec rurſum cunis infantilibus agitari. ſunt miræ uarietates rerum ac uiciſsitudines temporū, quas occurrēs natura faſtidio uigilantiſsimo artificio meditata eſt, eas non putes in anni tantum circulo, ſed multò magis in longa ætate reperiri. Ver floribus & arborum comis, æſtas frugibus diues eſt, autumnus pomis, hyems niuibus abundat. Hæc modò nō tantū tollerabilia: ſed grata, ſi peruertantur, fiēt concuſſis naturæ legib. importuna. & nemo erit, qui uel hyemis glaciem, æquo animo per æſtatem perferat, uel ſolis ardorē alienis menſib. ſæuientem. ſic nemo reperitur, qui uel ſenem infantibus colludētem non oderit, aut rideat, uel puerū canū aut podagricum nō miretur: quid autem quæſo ad omnem diſciplinam tàm utile, immo tàm neceſſariū eſt, quam ipſarū literarū prima cognitio, in quibus omnium ſtudiorum fundamento conſiſtunt? ſed ex diuerſo, quid ſenè ridiculoſius, in talibus occupato? tu ergo ſenis tui diſcipulos, meis uerbis excita, neque deterreas, ſed hortare non quidem ut ad Dialecticā ſed ut per eam ad meliora feſtinēt. Seni autem dic, non me liberales artes damnare, ſed ſenes pueros. ut enim nihil elementario ſene turpius, quod ait Seneca, ſic nihil Dialectico ſene deformius. & ſi ſyllogiſmos erū-

ctare cœperit, fuge conſulo, ac iube illum diſputare cum Encelado. Vale.

Fran. Petracha Thomæ Meſſanenſi, S.

Inuentioni & ingenio quomodo inſeruiendum.

QVid agendum tibi ſit cōſulis in eo ſtatu, in quo ferè omnis ſcribentium turba eſt, quando & ſua cuique non ſufficiunt, & uti pudet alienis & interim à ſcribendo ceſſare non ſinit, ipſa rerum dulcedo inſitaq́ mortalium animis gloriæ cupiditas, ſic itaq; perplexus, atq; hæſitans ad me redis, primum omnium conſultius fuerat certiorem adijſſe, cōſultorem à quo uel multa & uaria, uel unum quodcunque optimū & electiſsimū eſſet, accepiſſes. Enimuerò nunc ad oſtium pauperis pulſaſti, unde tamen, me uolente, non omnino uacuus abibis, quod ab alio mendicaui, id tibi libens impartiar. Mihi quidem fateor, de hac re non amplius, quā unicū cōſiliū eſt, quod ſi fortaſsis inefficax experimento deprehenderis, Senecam culpabis, at ſi efficax, ſibi non mihi gratiam referes, deniq; in omnem euentum, illū non quidem ſolū, nam & hoc ante Flaccus dixerat, & (quod ſatis auguror) ante Flaccum alij, quæ quærēdi nunc ociū non eſt, ſed expreſſiorē habeas uelim conſilij huius auctorē. cuius ſumma eſt. Apes in inuentionib. imitandas, quæ flores non quales acceperint, referunt, ſed ceras ac mella, mirifica quadā permixtione cōficiunt. eius autem non ſenſum modo, ſed uerba Macrobius in Saturnalibus poſuit, ut mihi quidem uno eodemq́ tempore, quod legendo ſimul ac ſcribendo probauerat, rebus ipſis improbare uideretur. Non enim flores apud Senecam lectos, in fauos uertere ſtuduit, ſed integros & quales in alienis ramis inuenerit, protulit, quanquam quod alienum ego aliquid dixerim, licet ab alijs elaboratum, cum Epicuri ſententia ſit, ab eodem Seneca relata, quicquid ab ullo benè dictū eſt, non alienū eſſe, ſed noſtrū. Nō eſt itaq;, cur Macrobius culpandus ſit, quòd magnā epiſtolæ unius partē, in proœmio operis illius, nō tā tranſtulit quàm trāſcripſit, id enim & mihi forſan interdum, & multis maioribus accidit, ſed illud affirmo elegantioris eſſe ſolertiæ, ut apium imitatores, noſtris uerbis, quamuis aliorū hominum ſententias proferamus. rurſus nec huius ſtilum aut illius, ſed unum noſtrum conflatum ex pluribus habeamus. fœlicius quidē nō apium more, paſsim ſparſa colligere, ſed quorūdam haud multò maiorum uermiū exemplo, quorum ex uiſceribus ſericum prodit, ex ſeipſo ſapere potius & loqui, dūmodo & ſenſus grauis ac uerus & ſermo eſſet ornatus. Verùm quia hoc, aut nulli prorſus aut paucíſsimis datum eſt, feramus æquanimiter ingenij noſtri ſortem, nec altioribus inuidentes, nec deſpicientes, qui infra nos ſunt, nec paribus importuni. ſcio autem quid tu nunc tacitus dicis, homo hic, me à ſtudio retrahit, & ab induſtria dehortatur, dum patienter ignorantiam ferre docet. ego uerò nihil magis cauendum arbitror, quàm ne ignauia cōſeneſcat ingenium. licet enim Cicero ſcribat uidere ſibi homines, cum multis rebus humiliores, & infirmiores ſint, hac re maximè beſtijs præſtare, quod loqui poſſunt, tamen id uel oratori, ad commendationem artis, quàm tradebat indulgendū fuit, uel ſic accipiēdum, ut ipſum loqui poſſe, ſine præuio intellectu eſſe non poſſit. Alioquin multo mihi potius uidētur in eo præcellere, quod intelligere, quod multa ſcire ac meminiſſe poſſunt, quod belluis natura non tribuit, tametſi aliquam intellectus diſcretionis, & memoriæ ſimilitudinem habere uideantur. quid ergo? hortor atq; obſecro, ut omni uigilātia & ſummis uiribus, animi tenebras, ignorantiam depellamus enitamurq́ in terris aliquid addiſcere, quo uia nobis ad cœlum fiat. Sed interdum meminerimus, ſi fortè (quia non omnes uno ſydere naſcimur) tarditati noſtræ iter ad ſumma non panditur, decere nos ingenij terminis eſſe contentos, quos Deus nobis & natura prædixerint. quod niſi fecerimus, nunquam ſine mentis anxietate futuri ſumus, quamdiu enim in cognitionem rerum ibimus, quod iter nunquam intermittere, uſq; ad extremum ſpiritum debemus, noui quotidie receſſus apparebunt, ad quos ſe ignorantia noſtra porigere, hic mœror & indignatio, & contēptus noſtri, quas latebras (quoniam uulgus indoctum non uidebit) lætius deger, atq; trāquillius. ita fiet, ut ſcientia quæ ingens cauſa ſacræ delectationis eſſe debuerat, moleſtiſsimam ſollicitudinem inferat, & uitam cuius ſe ducem pollicebatur interimat. aſsit ergo cunctis in rebus modeſtia, illa nobis ſuadebit, ut non in illis ſolum, quæ fortunæ aut corporis di-

ris dicuntur,ſed in his etiam quæ animi bona ſunt,quæcũq; nobis portiuncula obuenerit, de modicis quoq; non modicas grates agere conſueſcamus,largitori æterno,qui optime quid nobis expediat uidet,id largitus eſt, non quod delectabilius,ſed quod opportunius nouit.& nimirum ſicut iure laudatur ſenex paucorum ille iugerum, qui regum æquabat opes animo,ſic ille laudabitur deformis,hebes aut balbus,qui Alcibiadis formam animo, qui Platonis ingenium,aut eloquentiam Ciceronis æquauerit.cui igitur ingenium deeſt, non deſit æquanimitas,cui adeſt,aſsit & moderatrix rerum omnium diſcretio,ut incorrupto iuditio,uires ſuas extimet,ne fortè ſibi blandiens, & ipſe ſe fallens, importabili faſce prægrauet,contrà illud quod in arte Poëtica ſcriptum eſt:

Sumite materiam ueſtris qui ſcribitis æquam,
Viribus,& uerſate diu,quid ferre recuſent,
Quid ualeant humeri.

Nempe adiuuandum ſtudio ingenium eſt, & meditationibus ſubleuandum,ſed minimè cogendum, quo non poſſit aſcendere. alioquin præterquàm quod conatus erit irritus,ſæpe accidit, ut dum impoſsibilia cupimus,poſsibilia negligamus.dictum breue ſed utile (ni ſi fallor,& memorabile inſeram,quod apud Quintilianum acutiſsimum uirum legi, quod quoniam breuiter ac dilucidè ab eodem ſcriptum erat,mutare uerba non libuit. Accidit enim, inquit,etiam ingenioſis adoleſcentibus,frequenter ut labore conſumantur,& in ſilẽtium uſq; deſcendant,nimia bene dicendi cupiditate.Qua de re memini,narraſſe mihi Iulium ſecundum,illum æqualem meũ,atq; à me(ut notum eſt familiariter amatum, miræ facũdiæ uirum,infinitæ tamen curæ,quid eſſet ſibi à patruo ſuo dictum.Is fuit Iulius Florus, in eloquẽtia Galliarũ(quoniam ibi demum exercuit eam)princeps,alioquin inter paucos diſertus,& dignus illa propinquitate.is cum ſecũdum ſcholæ adhuc operatum,triſtem fortè uidiſſet,interrogauit:Quæ cauſa frontis tàm obductæ?nec diſsimulauit adoleſcẽs,tertiũ iam diem eſſe, quod omni labore materiæ ſcribẽdum deſtinatæ, nõ inueniret exordium, quo ſibi nõ præſens tantum dolor,ſed etiam deſperatio in poſterum fieret.tum Florus arridens,Nũquid tu,inquit,melius dicere uis quàm potes hoc nepoti ſuo Florus, Quintilianus autem nobis,immò omnibus.Ita,inquit,ſe res habent. curãdum eſt, ut quàm optimè dicamus,dicẽdum tamẽ pro facultate.ad profectum enim opus eſt ſtudio, nõ indignatione. quod cõſilium, ab eloquẽtia,ad actus alios uitæ hominum, multipliciter trahi poteſt. ſed quoniã de ingenio facũdiaq; ſermo erat,utriusq; rei ut cæterarũ omniũ, diuitiæ & paupertas æquo animo ferẽdæ.ſi quem ſanè,tàm benigno lumine aſtra reſpexerint, ut ipſe ſibi ſine externi operis adminiculo ſatis ſit, & per ſeipſum magnificos ſenſus poſsit exprimere,multum habet,quod dono gratiæ cœleſtis aſcribat,caueat inſolẽtiam,& cum multa humilitate fruatur muneribus Dei,ſuum apibus morẽ linquat.Nos autem quibus nõ tàm magna contigerunt,apes imitari non pudeat,illæ quidem ut Virgilius noſter ait:

Venturæq; hyemis memores,æſtate laborem
Experiuntur,& in medium quæſita reponunt.

Experiamur,& nos dum tempus eſt,dum feruet ætas,& uiget ingenium.nõ expectemus donec frigus ſenectutis obrepat,& æſtiuæ claritati. nubila hyberna ſuccedãt. de apibus apud eũdem Poëtam legimus,quod eas æſtate noua per florea rura:exercet ſub ſole labor. & iterum alio loco,quod ille in pratis æſtate ſerena floribus inſidunt uarijs:

Et candida circum lilia funduntur ſtrepit omnis murmure campus,

Si uolumus itaq; conſilium ad utilitatẽ noſtrã latius extendere,quæcunq; de apibus ſcripta ſunt,ad humanæ inuẽtionis induſtriam referemus. Aeſtas noſtra quid eſt.aliud,niſi ætas iſta flagrantior?rurſus quid eſt algenti brumæ ſimilius quã ſenectus?quẽ uerò tunc nobis huius tẽporis aut ocij fructũ ſperandũ eſſe proponimus,quas ingenij meſſes,ſi nũc facie laboris exterriti ceſſamus?qd ex horreis noſtris poſteritas feret,ſi deſidia torpẽte cõſiſtimus:

Nudus ara,ſere nudus hyems ignaua colono.

Sed ne ab apibus,ad colonos dilabitur oratio,nũc potius,nũc in pratis & per rura multorũ floribus uarij inſidamus,perſcrutemur doctorũ & hominũ libros, ex quibus ſententias

florentiſsimas ac ſuauiſsimas eligentes, candida circum lilia fundamur. idq́ꝫ ſicut indefeſsè ſic modeſtè leniterq́ꝫ faciendũ eſt ſtudiorum noſtrorũ non inanẽ uulgi gloriam uentoſæ cõtẽtionis argutijs paratã, ſed ueritatis effectũ ac uirtutis honeſtiorũ terminũ ſtatuamus. Licet (mihi crede) ſine clamoſis altercationibus ſcire aliquid, non facit clamor, ſed meditatio doctorem, profectò itaqꝫ niſi uideri magis, quã eſſe propoſitũ nobis eſt, nõ tàm plauſus inſanæ multitudinis, quã ueritas in ſilẽtio placebit, erimusq́ꝫ tenui ſono, protuliſſe nobiſipſis interdum autenticarum ſcripturarũ uerba contenti. atqꝫ ita nõ fragore reſonabit,

ſed ſtrepet omnis murmure campus.

Et quoniam (ut uides.) liberalius ago, quàm dubitationis tuæ neceſsitas exigebat, aliud etiam præmiſſis addiderim, ut omnem locum fugias, ubi aut turpiter, aut cum pompa uiuitur, & ad ſolius famæ popularis arbitrium, nec minus tibi quàm apibus peſtiferum ſcias habitaculum. aut ubi odor cœni grauiſa, ut ubi,

concaua pulſu ſaxa ſonant uociſq́ꝫ offenſa
Reſultat imago.

Neqꝫ tibi ſoli hoc dictũ putes, ſed omnibus quicunqꝫ in aliqua rerũ laudabilium inuentione uerſantur. duobus his præcipuè nobilia multorum ſuffocantur ingenia, libidinum conſuetudine, & opinionum peruerſitate uulgariũ. dũ enim illa ſedet intrinſecus, exterius iſta circũſidet, eneruatur animus, & lõgius ab ipſa ueritatis agnitione diſtrahit̃. hæc uiſa ſunt de apium imitatione, quæ dicerem, quarũ exemplo ex cunctis quæ occurrent, electiora in alueario cordis abſcõde, eaqꝫ ſumma diligẽtia parcè tenaciterq́ꝫ cõſerua, ne qd excidat ſi fieri poteſt. neue diutiùs apd' te, qualia decerpſeris, maneãt caue. nulla quidẽ eſſet apib. gloria, niſi in aliud, & in melius inuẽta cõuerterent. tibi quoqꝫ, ſi qua legendũ meditandiq́ꝫ ſtudio reppereris, in fauũ ſtylo redigẽda ſuadeo. hinc enim illa ꝓfluẽt, quæ tibi iure optimo, & præſens & uẽtura ætas attribuet. atqꝫ ut nullos hodie floſculos, niſi ex Virgilianis carpamus arboribus, hinc anni tempore certo, dulcia mella premes, nec tantũ dulcia, quantum & liquida & durum Bacchi domitura ſoporem. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi. S. VIII.

Eloquentiam animiq́ꝫ æquitatem cæteris rebus anteponendam.

ANimi cura Philoſophum quærit, eruditio linguæ oratoris eſt propria, neutra nobis negligenda, ſi uos (ut aiunt) humo tollere: & per ora uirûm, uolitare nobis propoſitum eſt. ſed de priore alibi, magna enim res eſt, & labor ingens, ſed meſſis uberrima. hoc loco (ne in aliud excã, quã qꝫ me ad calamũ traxit) exhortor ac moneo, ut nõ uitã tãtùm & mores: qꝫ primum uirtutis eſt opus) ſed ſermonis etiam noſtri conſuetudinẽ corrigamus, quod artificioſæ nobis eloquentiæ cura præſtabit, nec enim paruus aut iudex animi ſermo eſt, aut ſermonis moderator eſt animus, alter pẽdet ex altero. cæterũ ille latet in pectore, hic exit in publicum, ille comit egreſſurũ. & qualem eſſe uult fingit, hic egrediẽs, qualis ille ſit nũciat, illius paretur arbitrio, huius teſtimonio creditur. utriqꝫ igitur cõſulẽdũ eſt, ut & ille in hũc ſobriè ſeuerus, & hic in illũ ueraciter norit eſſe magnificus. quanquã ubi animo cõſultũ fuerit, neglectus eſt ſermo non poſsit, ſicut ex diuerſo adeſſe ſermoni dignitas nõ poteſt, niſi animo ſua maieſtas affuerit. qd enim attinet, quod Ciceronianis te fontib. prorſus immerſeris, quod nulla te, neqꝫ noſtrorũ ſcripta prætereant, ornatè quidẽ, lepidè, dulciter, altiſonè loq poteris, grauiter, ſeuerè, ſapiẽterq́ꝫ (quod ſuper omnia eſt) uniformiter certè non poteris. quoniã niſi primũ deſideria inuicem noſtra conueniant (quod præter ſapiẽtem, ſcito nemini poſſe cõtingere) illud neceſſe eſt, ut diſsidentibus curis, & mores & uerba diſsideant. at benè diſpoſita mens, inſtar in monte ſerenitatis, placida ſemper ac tranquilla eſt, ſcit quid uelit, & quod ſemel uoluit, uelle non deſinit. itaqꝫ tametſi oratoriæ artis ornamenta, nõ ſuppetant, ex ſeipſa magnificẽtiſsimas & certè ſicut cõſonas elicit, negari aũt nequit, quiddã ſingularius emergere, quotiẽs cõpoſitis primũ animi motibus, quibus æſtuantibus, nihil fœliciter euenturũ, ſperare licet, eloquentiæ ſtudio tempus impenditur, quæ ſi nobis neceſſaria nõ foret, & mens ſuis uiribus niſa, bonaq́ꝫ ſua in ſilentio explicans, uerborũ ſuffragijs non egeret ad cæterorũ ſaltẽ utilitatem, quibus cũ uiuimus laborandũ erat, quorum

animos

animos noſtris collocutionibus, plurimũ adiuuari poſſe nõ ambigitur. Inſtabis autem & dices: Heu, quantum & nobis tutius & illis efficatius fuerat ſuadere, ut eorum oculis, noſtræ uirtutis exempla preberemus, quorum illi pulchritudine delectati, ad imitationis impetum raperentur. natura enim hoc habet, multo melius, multoq; facilius factorum, quàm uerborũ ſtimulis excitemur, perq; hanc uiam expeditus, ad omnem uirtutis altitudinem conſurgamus. Ego uerò nõ aduerſor. quid enim de hoc ſentirẽ, iam tũc intelligere potuiſti, cũ in primis animũ cõponẽdũ eſſe præmonui. nõ equidẽ ſine cauſa reor dixiſſe Satyricũ:

Prima mihi debes animi bona:

Non eſſent aũt prima, ſi quod illa præcederet. ueruntamen, quantum quoq; ad informationẽ humanæ uitæ poſſit eloquentia, & apud multos auctores lectũ, & quotidiana experientia mõſtrante compertũ eſt, quàm multos, quibus nihil omnino loquentium exempla contulerant, ætate noſtra, uelut experrectos agnouimus, & à ſceleratiſsimæ uitæ curſu, ad ſummam repẽte modeſtiam, alienis tantũ uocibus fuiſſe conuerſos. Nõ referam tibi nunc, quæ de hac re M. Cicero in libris Inuentionum copioſius diſputat, etenim locus ille notiſſimus, nec fabulam Orphei uel Amphionis interſeram, quorum ille belluas immanes, hic arbores ac ſaxa cãtu mouiſſe, & quocũq; uellet duxiſſe perhibetur, nõ niſi ꝓpter excellẽtẽ facundiã, qua fretus alter libidinoſos ac truces, brutorumq; animãtiũ moribus ſimillimos, alter agreſtes & duros in ſaxi modũ atq; intractabiles animos, ad mãſuetudinem & omniũ rerũ patientiam creditur animaſſe, adde quod hoc ſtudio, multis in longinqua regione degentibus, prodeſſe permittitᷣ, ad quos enim noſtri copia & conuictus, nunquã forte uenturus eſt ſermo perueniet. Iã uerò quãtum poſterius collaturi ſimus, optime metiemur, ſi quãtum nobis cõtulerint, maiorum noſtrorũ inuẽta memineris. Sed hic rurſus occurres. quid enim eſt opus, amplius elaborare, ſi omnia quæ ad utilitates hominum ſpectant, iam ante mille annos, tàm multis uoluminibus ſtylo prorſus mirabili, & diuinis ingenijs ſcripta manent, pone, quæſo, hanc ſollicitudinem, nunquã te res iſta trahat ad inertiã. hũc enim metum, & quidam ex ueteribus nobis abſtulerũt, & ego poſt me uenturis aufero. decẽ adhuc redeant annorum milia, ſæcula ſæculis aggregentur, nunquam ſatis laudabitur uirtus, nũquam ad amorem Dei, ad odium uoluptatum, præcepta ſufficient, nunquam acutis ingenijs iter obſtruetur, ad nouarũ rerũ indaginem. Bono igitur animo ſimus, non laboramus in irritum, non fruſtrà laborabunt, qui poſt multas ætates ſub finem mũdi ſeneſcẽtis orientur, potius illud metuendum eſt, ne prius homines eſſe deſinant, quàm ad intimum ueritatis arcanum, humanorũ ſtudiorũ cura perruperit, poſtremò ſi cæterorũ hominũ charitas nulla nos cogeret, optimũ tamẽ & nobiſipſis fructuoſiſsimum arbitrarer, eloquentiæ ſtudium nõ in ultimis habere. de ſe alij uiderint, de me autem quid mereantur, in ſolitudine quædam uoces familiares, ac notæ non modo corde conceptæ, ſed etiam ore prolatæ; quibus dormitantẽ animum excitare ſoleo, quã præterea delectet, uel aliorum uel mea nunquam ſcripta reuoluere, quantũue ex ea lectione exonerari me ſentiã, grauiſsimis acerbiſsimisq; moleſtijs, nõ facilè dicturum me ſperauerim. eoq; magis proprijs adiuuor interdũ, quo illa languoribus meis, aptiora ſunt, quæ cõſcia manus, medici languẽtis, & ubi dolor eſſet ſentientis, apponit. quod nunquàm profectò conſequerer, niſi uerba ipſa ſalutaria demulcerent aures, & me ad ſæpius relegendum, ui quadam inſitæ dulcedinis excitantia, ſenſim illaberentur, atq; abditis aculeis interiora transfigerent. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. IX.

Quendam ſenem dialecticum deteſtatus.

SEniculum tuũ optime ualentẽ noueris, mores nõ animo tãtum, ſed & corpori opitulantur, frugalitas bonæ ualitudinis ſoror eſt, hunc (niſi famæ conficitur) immortalem ſcito. ita ſiccum & defecatũ corpuſculũ eſt, ita nihil loci febribus aut podagræ, uictum hominis, aſpectus ipſe teſtatur uultus, pallor, macies, & oculorũ ſpecus, & triſte ſupercilium, & inculta ſeueritas. accedit in coturni morẽ, ſubductus calceus, & attritũ ſenio palliolũ, modò literas noſſet, Philoſophum aut Poẽtã diceres. phyſicũ enim tergum, tragicos pedes habet, quicquid ad hæc additur, ſuperuacum erit. ut tamẽ paucis expediã, haud abſimilis eſt ſenis

Plautino, cuius mores atq; animum, mordaci ſale reſpergens ſeruus ille in Aulularia:

Pumex, inquit, non aequè eſt aridus atq; hic eſt ſenex.
Suam rem periiſſe, ſeq; eradicarier.
Quin diuûm atq; hominum clamat continuò fidem.
De ſuo tigillo fumus ſi quà exit foras.
Quin cum it dormitum, follem obſtringit ob gulam.
Ne quid animæ fortè amittat dormiens.
Aquam, hercle, plorat quum lauat profundere.
Fauum, hercle, utendum ſi roges nunquam dabit.
Quin ipſi pridem tonſor ungues depſerat
Collegit, omnia abſtulit q; præſegmina:
Pulmentum pridem ei eripuit miluius.
Homo ad prætorem plorabundus deuenit.
Infit, ibi poſtulare, plorans, eiulans.
Vt ſibi liceret miluium uadarier.
Sexcenta ſunt quæ memorem, ſi ſit otium.

Hæc ille. huius autem noſtri ſexies ſexcenta talia curioſus fabulator inueniet, hoſpitē Apuleij Milonem prodigalitatis arguet, quiſquis hunc uiderit, uel ſemel audierit diſciplinā rei familiaris, œconomicis nulli unquam philoſopho cognitis regulis coartantem, ſed nimis alienis uitijs immoramur. redeamus ad propria omnes ferè mortales uno morbo laboramus, extremis contrarijs iactamur. & eſt illud Flacci ueriſsimum:

Dum uitant ſtulti uitia in contraria currunt.

Quid autem intereſſe credimus, inter Ruſilli paſtillos, Gorgonij hircum, aut inter Ariſtippi iacturam, Stallerij epigrāma: Non oportet errare per deuia, & longè quærere quid beatos faciat, uitia in extremis habitant, uirtus in medio ſita eſt. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi. S. X.

Paraſitum faceta periphraſi famelico homini compara.

FOeliciter puto ſucceſſit, prima percontatio (ſecūdā facit experiri uis (ut arbitror) in demōſtratiuo cauſæ genere, quid poſſim. in laudib. potius q̃ in cōtrario me probaſſes uelim, ſed quādo ſic placitum tibi & ſine nomine res agitur, quāuis exacta periphraſis, uicē proprij nominis obtineat, & hic quoque quæſtioni tuæ morem geram. Is de quo quæris:

Scurra uagus eſt.

eſt qualem deſcribit Horatius:

Qui non certum præſepe teneret.
Impranſus, non qui ciuem dinoſceret hoſte.

In ſumma omniū importuniſsimus, qui unquam paraſiticæ arti operā dederit nihilo tamē fœlicior, quàm ſi omniū deſidioſiſsimus foret, nō tā uel natura ſcopulum, uel grandinem agricola, uel mercator furē, q̃ eū omnes metuūt, omnes declināt, omnes cedūt ſemita, qua ſi oneratus ſpinis adueniat. ubiq; uias uacuas, deſerta atria, obſeratas fores inuenit, perinde aduētu eius fugiē, ac ſi in gremio bellū ferat. nunquā tamē incōmodius iſta cōtingūt, quàm hoc anni tēpore, æſtas utcūq; pauperū portus eſt. una arbor, & ueſtē, & cibū, & tectū, & cubile ſufficit. nūc quid agat, conſpirat hyems, ſenectus, inopia, nullus opē fert, & (quæ omnium rerū duriſsima) ſine miſeratione miſeria eſt. uidi illū hodie ualido aquilone iactatū, ibat altè ſuccinctus, dederat q; omnia diffundere uentis, Maroneæ Veneris in morem, Si ſului lupi de pelle galerū tegmē capiti habuiſſet, in reliquis, hernico à Pelaſgis accepto habitu, in bellum ibat ſiniſtri enim pedis ueſtigia nudus erat: ea rabies urgebatur conuenire ſibi poſset, quod apud Plautum de ſe præceps ille Paraſitus prædicat:

Nam meus eſt baliſta, pugnus cubitus catapulta eſt mihi, Humerus aries

Talis erat. ita tamen ut inter minas diuturnæ famis ueſtigia cernerētur, hominē deniq; (ut Plautus idē ait) neq; ieiunioſiorē, neq; magis effractum fame uidi, ne cui minus procedat, quicqd facere occepit, poſtremò dū è cōſpectu in angiportū deflexiſſet, ut pyraticū uelut Scalmū latebris euaderē, uidi illū in trāſitu, fumi globos, p nebulas exhalātē. ceu Caci ſpeluncam, aut quamlibet Aeolicarum inſularum præteruheheret. audiui neſcio, quē tremulū

atque

atq; confuſum illi è faucibus erumpentem ſonum, quid dicere uellet ignoro, tàm conciſim
uerba frangebat, ſed puto proprios pedes ac ſcapulas, illo Satyrico ſolaretur elogio:

durate atq; expectate cicadas.

Habes quod optabas, maledicum me feciſti. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. XI.

In eundem ſenem dialecticum inuehitur.

ECce iterum temptamur, Dialecticus tuus ut ſcribit, quieſcere nõ poteſt, miraris? mi-
rarer ego ſi quieſceret, cuius gloria in ſtrepitu & cõuitijs ſita eſt. ſed benè habet, quod
nec ille ſcribere aliquid nouit, nec eum hinc exaudio, ita & aures interiecto maris ac terra-
rum ſpatio, & oculi mei illius ignorantia tuti ſunt, totum importuni collocutiores pondus
in tuum caput refunditur, & meritò, quoniam literas meas dialecticis oſtendiſti. ex omni
bus ſanè quæ de illius raucisſimo latratu collegiſſe te dicis, hoc primum erat et maximum
quod artificium noſtrũ, omniũ minimè neceſſariũ dicit. Ecce iam uirtus, quod in alijs lite-
ris minabatur euomuit, ſed eſt'ne, hoc quod in ſtudia noſtra ſe inuecturũ prædixerat? præ
clarè quidẽ. artificium, inquit, ueſtrum ex omnib. minimè neceſſarium. primũ de artificio
uideremus, neſcio enim, quid artificij nobis attribuat, ſed puto de Poëtica eum intelligere.
hanc minimè neceſſariam dicit non inficior, idem enim uidetur & noſtris.

Namq; animis natum inuentumq; Poëma iuuandis.

& Flaccus ipſe teſtatur, & res ipſa docuit Poëticam delectationi atq; ornamento eſſe, nõ
neceſſitati editam. uiuat ergo dialecticus tuus, & cornutis ſemper affluat ſyllogiſmis, quã
do & nobiſcum ſentit, & non eſt ignarus omniũ ut rebar. ſed nequaquã his terminis con-
tinetur, torrens & feruidum ingenium. quid ergo? Rapidũ enthymema contorquet, ſi mi
nus neceſſaria, inqt. & minus nobilis: ô quàm male tegit̃ inſania, iã ſe nõ dialecticũ modo, ſed
phreneticũ oſtendit, ergo ſutrina & piſtrina & uiliſsimarũ mechanicarũ artiũ, ſi neceſſitas
nobilitare illas poteſt, nobiliſsimæ omniũ fient, philoſophia aũt & reliquæ omnes quæcun
que beatã atq; excultã & ornatam uitã faciunt, ſi neceſſitatibus, nil conferunt, ignobiles. ô
doctrinã nouam & exoticam ipſiq; (cuius nomen infamãt) Ariſtoteli incognitã. ille enim
ait. Neceſſariores'quidẽ omnes, dignior uero nulla. legat primũ Methaphyſicæ librũ, &
inueniet. ſed ignota regione, uerũ ſequi, & ſcrupuloſo tramite ſenem ire iubeo, non par-
uus labor. Vale.

FRANCISCI PETRAR-
CHÆ. V. C. EPISTOLARVM DE
REBVS FAMILIARIBVS,
LIBER II.

Fran. Petrarcha Philippo Cauallicenſi Epiſcopo, S. I.

Propter obitum fratris mærentem conſolatur.

INgens ſcribendi negotium mihi nunc adimit uirtus tua, ut enim, corpo
ris, ſic animi grauius affecti, difficilior cura eſt, utrique autẽ ſano, aut nul
lis aut planè leuioribus remedijs eſt opus, utq; illic Medico, ita hic con-
ſolatore minus (immò uerò nihil) eſt opus, tecum ergo uir optime, accu-
ratius agerem, ſi te fregiſſet aut ſtrauiſſet aduerſitas, nunc cum fortunæ
impetum forti animo tuleris, conſolatoris mihi partes eripiens, laudato-
ris ac miratoris officium reliquiſti, qua in re ut dicebam operoſioris ſtyli mihi materiã præ
cidiſti. conſolatio enim, ut mœſti auditoris animum penetraret, eget multa uerborum ma
ieſtate, eget grauibus animoſiſq; ſententijs, uirtuti teſtimonium ſimplex, & incultum ſuf-

ficit, nec oportet ueritatem rerũ fictis adumbrare coloribus, quoniam uirtus ipſa ſibi plaudit, & proprio cõtenta præconio, alterius theatri ſtrepitũ non requirit, ueneram ad te nuper, acri rumore perculſus, immaturæ mortis amantiſsimi fratris tui, & quàm concuſſus eſſe animus tuus, ex mei pectoris manſuetudine metiebar, nec cogitabam quoſdam ictus inualidis tyronibus fuiſſe mortiferos, quos ſpreuiſſet fortis & expertus miles, quoſdam alieni ſanguinis effuſione perterritos exclamaſſe, ingemuiſſe, expalluiſſe, ſæpè in extaſim concidiſſe, cum tamen interim quorum ille pectoribus emanabat, taciti & intrepidi ſtarent, ſiccisq; oculis uulnerum ſuorũ fluenta conſpicerent. Veneram itaq; mœſtus & ad benè ualentẽ Medicus æger acceſſeram, inueni faciẽ tuã, inter affectũ debitæ pietatis, ac decorem, ꝓpriæ honeſtatis, fraternæ cõpaſsionis, & uirilis animi ſigna præferentem, utrũq; mihi placuit, alterũ manſuetudinem, alterũ ſapientiã tuã decet. Humanũ eſt in morte ſuorũ pietatis teſtes lachrymas fundere, uirile eſt modũ illis imponere, easq; cum aliquandiu fluxerint coẽrcere, id te utrinq;, quã decuit impleſſe, uultus tui habitus deſignabat. acceſſerũt & uerba maximorũ plena ſenſuũ, ex quibus ego, qui conſolãdi propoſito adueneram, nõ tàm tibi opẽ meã neceſſariã cognoui, quã ipſa ſolamẽ curis meis elicui. Nihil ego cõſolãtis in morẽ locuturus, laudo, probo, admiror, & ſtupeo magnitudinẽ animi tui, fratrẽ optimũ amiſiſti, immò uero nõ amiſiſti, ſed in patriã ꝓmiſiſti, ad quã tibi quoq; ueniẽdũ eſt. Sed loquamur ut uulgus, nõ ſentiamus ut uulgus, amiſiſti, nõ amiſiſſes, niſi foret ille mortalis, q̃rela eſt igitur non de unius hominis morte, ſed de mortalitate naturæ, quæ nos ea lege introduxit in hãc uitã, ut egrederemur ad reuocantis imperiũ, at reuocauit ante tẽpus, & præcipiti edicto feciſſe uidetur iniuriã. nullũ hic præfinitũ tempus eſt, ſine termino debitores ſumus, ſi eſſemus in diem obligati, poſſemus utiq; differre, tergiuerſari, & exactricis auaritiam culpare, nunc de celeritate conqueri non poſſumus, quaſi ante diem repetatur, quod ſtatim ut accepimus, debuimus. Sed poterat ulterius uiuere, poterat & citius mori, poterat & aliter mori, & quanquàm honeſto uiro nulla mors poſsit inhoneſta contingere, poterat tamen durius mori, iſte uerò ſic uixit, ſic mortuus eſt, ut Deo gratias agere debeas, & quod talem dedit, & quod taliter abſtulit, & ſi fata rerũ humanarũ ac uarietatẽ caſuũ recognoſcas, non ſolũ nõ lugebis, ſed fortaſsis etiam gaudebis extinctum. ſæpe enim mors labores uitæ præſentis intercipit, ſæpe præoccupat, quis anxietates, ſolicitudines mũdi huius: quis miſerias, quis ærumnas, & tot contumelias fortunæ, quis animi corporisq; pericula: & in utrunq; ius habentium morborũ turbas enumeret: quibus & ſi omnibus premimur, ſemper tamẽ ſubiacemus, donec nos ab eorum poteſtate ſuprema dies exemerit. Ab his omnibus ita ꝑ frater tuus, beneficio tempeſtiuæ mortis immunis eſt, in hoc aũt Pater benigniſſime fallimur, & nimis uulgariter erramus, quod moriẽtes dicimus, uitæ cõmodis abduci, q̃ tamen, ſiquis altius conſideret, ab innumerabilibus malis morte diſcedunt. quod facillimè poſſem & auctoritatibus & rationibus & exemplis oſtendere, niſi quia longum ſermonẽ epiſtolæ breuitas non capit, iam ergo fœlix adoleſcens, iſta nõ metuit, euaſit enim hinc, & modicũ diſceſſit à nobis, talẽ ſui nominis odorem poſt ſe relinquẽs, ut nõ parua dulcedine memorãtiũ, ſenſus & corda permulceat. Ad hoc, inquiet, quiſpiã dolemus, q̧ bonũ nobis & egregiũ uirũ mors ꝓripuit. laus enim defunctorũ quadã damni memoria, lachrymas uiuẽtib. excutit, & inconſolabilẽ gemitũ parit, irreparabilis iactura. nõ ſum neſcius hoc à pleriſque dici ſolere. ego aũt (ut uiua uoce tecũ dixiſſe memini. lõgè aliter exiſtimo, agebatur ad ſuppliciũ Socrates, iniqſsimis iudicũ ſentẽtijs, eoq; animo ibat ad mortẽ, quo ſteterat ſemper in uita, magno quidẽ & recto, & q̃ fortunæ iugũ ferre nõ poſſet, lætus erat, q̧ tyrannorũ minas, quas uiuẽdo deſpexerat, moriẽdo relinq̃ret, hũc tali cõſtãtia porrectũ ſibi à carnifice ueneni uaſculũ, iã labijs applicantẽ, multũ diſpariter affecta uxor auertit, cuius inter cæteræ fœminei ululatus cõmiſeratio uiri erat, Quod is iuſtus atq; innocens moreretur, quod ille audiẽs, & à potu tantiſper in uxorẽ uerſus. Quid ergo (an tu, inquit, ſatius putabas, nocentem & iniuſtum mori; hoc ille quidẽ eleganter ut reliqua. Ego itaq; ut unde diſceſſerã reuertar à plurimorũ opinionibus auerſus, ſic cẽſeo lugẽda eſſe malorũ mortẽ, quæ animã ſimul & corpus interemit, cõtraq; bonorũ exitiũ, gaudio, ꝓſequẽdũ, q̧ eos Deus ex hac ual

le mi.

ſe miſeriarũ miſericorditer eruẽs, ad lætiora traduxerit. Niſi fortè fratris tui mors ideò acerbior uiſa eſt, quod eum procul à finibus patrijs inuaſit, ſed nõ ſumus uſq; adeò rerũ ignari. Scimus à Poëta uerißimè dictum eſſe, quod omne ſolum forti patria eſt. & tamẽ hoc uerò uerius eſt, quod ait Apoſtolus: Non habemus hic manentem ciuitatem, ſed alıã inquirimus, uidentur hæc ſibi inuicẽ aduerſa, ſed nõ ſunt, quiſq; pro diuerſitate loquentium, ſatis breuiter quod ſentiebat expreſsit, & quãuis aliter atq; aliter, uterq; tamen uerè. ſi Poëtam ſequeris, non potuit frater tuus extra patriam ſuam mori: at ſi credis Apoſtolo, & omnes extra patriam morimur, ut ſic tandem in patriã reuertamur, & ſane utramuis ſententiam ſequaris, nihil inuenies, cur de fatalis zonæ diſtantia conquераris. dẽt fortaſsè uiuentibus, ut quibuſdã ſeu honeſtis affectib. ſeu turpibus inducti, locũ unũ alteri præferendũ eſſe cõtendant, morientiũ certe nihil intereſt, ubi potißimũ moriatur. & ſi cui contrariũ uidetur, adhuc ſe nutricis & muliercularum errorib. imbutũ norit. Interrogatus Philoſophus Vbi ſepeliri mallet. nihil ſua intereſt reſpondit, undiq; enim, inquit, ad inferos tantundẽ uiæ eſt. nos quibus aſcendens CHRISTVS in cœlũ, aſcendendi ſpẽ reliquit, dicamus aliter. quid refert utrum in Italia, an in Gallijs, an in Hiſpaniæ finibus, an in rubri maris littorib. iaceamus? undiq; ad cœlum tantundẽ uiæ eſt. Illa nobis uia calcanda eſt, arta quidem & difficilis, ſed ducẽ habemus, quẽ ſequentes aberrare non poſſumus, ſi ad illam uiam ſpectamus, quid ad nos pertinet, ubi hanc corporũ ſarcinã deponamus? niſi ſuſpicari libeat difficiliorem fortunam eſſe, longe iacentiũ corporũ reaſſumptionem, in die nouißimo. ſed hoc religioßißima & uerè tali digna filio, mulier non timebat, quæ moriens ordinansq; de ſepulchro. Ponite, ait, hoc corpus ubicũq;, nihil nos eius cura cõturbet, interrogataq;, Nunquid non procul à patria mortem formidaret? uide quid reſpondit. Nihil eſt, inquit, lõge Deo, neq; timendum eſt, ne ille nõ agnoſcat in fine ſæculi, unde me reſuſcitet, hic mulier illa catholica, nos qui & catholici ſumus, & uiros pollicemur, nunquid muliebrius ſentiemus? ſed ſcio, quid acerrimè lugeant ſuperſtites, in mortib. amicorũ, quod uidelicet nunq; eos reuiſuri ſint, quos ſummo amore dilexerũt. Paganorũ ſit iſta crudelitas, eaq; non omnium, ſed eorũ tantum, qui animos putant cũ corporib. interire. certè M. Tullius, quẽ paganum fuiſſe ſicut notißimũ, ita dolendũ eſt, credens animã immortalẽ, & glorioſis ſpiritibus, poſt hanc uitam cœleſte habitaculũ patêre, non hæc opinabatur. nunquam enim M. Catonem illum ſenẽ induceret, in eo libro qui inſcribit Cato maior, ſperantẽ, & uerbis talibus utentem, ô præclarum diẽ, cum in illud diuinorũ animorũ conſiliũ, cœtumq; proficiſcar, cũq; ex hac turba & colluuione diſcedã, proficiſcar enim, non ad eos ſolum uiros, de quibus antè dixi, ſed etiã ad Catonem meum, quo nemo uir melior natus eſt, nemo pietate præſtantior. & rurſus eodem loco quidem inquit: Efferor ſtudio, Patres ueſtros, quos colui & dilexi uidendi, neque eos ſolum conuenire habeo, quos ipſe cognoui, ſed illos etiam, de quibus audiui & legi, & ipſe conſcripſi. Hæc & his ſimilia, quæ apud Ciceronem Cato loquitur, ſatis quid uterque crederet teſtantur. illi tamen utcunque crediderint, quorum magna ex parte ſpes inanes ac fallaces fuerant, nobis ab illo, qui & falli non poteſt, & fallere non nouit, ſpes certa præſtatur, illuc tandem, quo fratrem tuum translatũ confidimus, eſſe uenturos. Sed quid interim faciam, dixerit aliquis, Deſiderio torqueor, amore langueo, auiditate crucior, fratrem reuidendi? Quid facias aliud, niſi quod facere ſolẽt, qui caſu aliquo à perſonis charißimis auelluntur? memoriam retinent, & abſentium imaginem, pro fundamento cuſtodiunt, illos amant, de illis loquuntur, illis proſperum optãt iter. Idẽ fac (& certus ſum iam feciſti) fratrem tuũ in ea parte cordis abſconde, unde nulla eum pellat obliuio. illum dilige ſepultum, ut uiuentem dilexiſti, uel etiam multo uehementius. Illum coge ſæpius ad te reuerti, commemoratione pia & frequenti. Precare iter ut fauſtum ſibi contingat, & calcatis perfidi hoſtis inſidijs, uelox in patriã reditus. Neq; enim hæc, aut patria noſtra eſt, aut fuerat ſua, ubi & nos peregrinamur. adhuc & eũ irritis uotis expectauimus, ad meliora properantẽ: exiliũ eſt hoc, ipſe in patriam profectus eſt. Oremus ut ſoſpes & ſine labore perueniat, id illi prodeſſe poterit, id agamus, piũ obſequij genus eſt, pro defunctis orare. Lachrymæ aũt ſunt arma mulierũ, uiros non decẽt, niſi moderatißimæ forſan atque

rariſsimæ. Alioquin & fundentibus eas officiũt, & illis non proficiunt, quorum amore funduntur. Si quibus etiam nunc deſiderij ſtimulis urgeris, cogita id diuturnum eſſe nõ poſſe, breuis eſt enim hominum uita, ut ſi ad nos non ſit ille reuerſus, nos tamen ad illũ oporteat ſatis celeriter proficiſci. Omnia autem breuia, ut ait Cicero, tolerabilia eſſe debẽt, etiã ſi magna ſint. Frater tuus ereptus eſt, mille laboribus, & ueri ſimiliter ſperatur ad æternam requiem perueniſſe, aut de proximo perueturus, nos in ſæculi fluitantis agone remanſimus. quãobrem ſi quis propter ſeipſum, quod relictus eſt deflet, uideat me meritò poſſit audire Tullianum illud: Suis incommodis grauiter angi, non amicum, ſed ſeipſum amantis eſt. ſi uerò propter illum, uerendum eſt (ut idem ait) inuidi magis quàm amici ſit. Hæc non tàm ad informationem, quàm ad gloriam tuam retuli, quoniã ſicut inceperam, gratias conſolatori æterno, ut externa conſolatione non indiges, quãquam quid etiã indigẽti conferre potuiſſent, hæ literulæ raptim de areſcẽtis ingenij ſcatebris expreſſæ. Superuacuum eſt deinceps illorum exempla ſubtexere, qui ſuorum mortem fortiter tuliſſe memorantur, & tamen ut intelligas, quorum ego te numeris aſcribo, tantoq́ fretus comitatu hæreas, in incœpto, quãtum memoria complecti potuero (pauci enim libelli me in hanc ſolitudinem ſunt ſecuti) aliquot nobiliora exempla, ex omni copia uetuſtatis interſeram. Aemilius Paulus, uir ampliſsimus & ſuæ ætatis, ac patriæ ſummũ decus, ex quatuor filijs præclariſsimæ indolis, duos extra familiam in adoptionem alijs dando, ipſe ſibi abſtulit, duos reliquos intra ſeptem dierum ſpatium mors rapuit, ipſe tamen orbitatem ſuam, tàm excelſo animo pertulit, ut prodiret in publicum. ubi audiente P. R. caſum ſuum tàm magnificè conſolatus eſt, ut magis metueret ne quem dolor ille fregiſſet, quàm ipſe fractus eſſe uideretur, ex quo non minorem, iudice me, gloriam cepit, quàm ex triumpho quem illis diebus ſpecioſiſsimum egerat. per illum enim Macedoniæ, per hoc mortis ac fortunæ uictor apparuit. Pericles Athenienſis dux, intra quatuor dies, duobus filijs orbatus, non ſolum non ingemuit, ſed nec priorem frontis habitum mutauit. Cato ſenior ille (cuius ſuprà mentionem habui) quãtum laudetur ab omnibus, nullus ignorat, qui modo uel tenuiter nouit hiſtorias, quodq; maius eſt, ſine ulla hiſtoriarũ notitia. ſic iam apud cunctos huius nominis fama percrebruit, ut eò audito, uix quicquam ad ſapientiæ ſummã adijci poſſe uideatur. ita fit, ut non magis ueterum iuditio, quàm modernorum conſenſu Cato ſapientiſsimus habeatur. Atq; inter multa, præclara hominis illius, nihil ſingularius admiramur, quàm quod mortem filij optimi uiri modeſtiſsimè datur tuliſſe. Xenophon filij morte nunciata, ſacrificium (cui nunc intererat) non omiſit, coronam tantum, quam capite geſtabat depoſuit, mox interrogans diligentius, atque audiens, quod ſtrenuè pugnans cecidiſſet, coronam ipſam capiti repoſuit, ut oſtenderet de cuiquam morte non dolendũ, niſi turpiter & ignauæ morientis, quo metu ueriſimile eſt, uirum ſapiẽtem uereq; Socraticum, ad primum nuncij relatum depoſuiſſe coronam. Anaxagoras mortem filij nuncianti, Nihil, inquit, nouum aut inexpectatum audio, ego enim cum ſim mortalis, ſciebam ex me genitum eſſe mortalem. ô uerè dignũ homine reſponſum. quàm multi ſunt è medio etiã grege Philoſophorum, qui & ſi naturæ conditionẽ amplecti ſimularent, tamen peruerſum moriendi ordinem, taciti non tuliſſent. Anaxagoræ uerò nihil inopinatum poterat contingere, Cogitabat enim aſsiduè, quod eſt apud Senecã, omnia & mortalia eſſe, & incerta lege mortalia. quodq; alio quodam loco ait idem, ſciebat ſibi omnia reſtare. ideoq́ quicquid factum eſſet, dicturus fuerat ſciebam. multa nunc ultrò equidem conſtantiæ ſimilis exempla ſe offerunt, ſed Epiſtolæ modus plura non recipit, finem igitur imponam. Etſi cui forſan patientia tua, ab his laudatiſsimis actibus aliena uidebitur, propterea quod tu non filium perdideris, ſed fratrem, æquo animo patiar, unumquẽq; ſentire, quod opinio ſua fert: ego quidem in meipſo alterum caſum duntaxat expertus ſum, filij amiſsionem non noui, at fraternæ necis uulnus excepi, de hoc certius loqui poſſum. nihil itaq; contendo, neque luctus inuicem confero, ſed illud ſcio, ſæpè facilius amiſſum filium reſtaurari poſſe, quàm fratrem. Vale.

Fran.

Fran. Petrarcha Cauillicenſi Epiſcopo, S. II.

De Varijs ſepeliendi ritibus.

AMicum bonum perijſſe tibi doleo, ſed magis in te rectum perijſſe iuditiū indignor, neq; enim aut te ipſe ſatis uiriliter, ne dicam Philoſophice conſolaris, aut illum quaſi flendus eſt defles, ſi modò quiſquam uiri fortis exitus, non inuidioſus potius, quàm miſerabilis uideri poteſt. nam (ut epiſtolæ tuæ ſenſum breuiter ſtringam) non tàm mihi uideris, aut damnum tuum, aut amici parumper feſtinatam mortem (ubi parcere poſſem, uulgato forſitan errori) quàm genus mortis, atq; inhumati corporis iniuriam, iactatum mari Aegyptio, cadauer deplorare, hanc non uulgarem magis, quàm anilem quærimoniā ferre non ualeo. Non'ne enim, quæſo, de genere ſepulturæ tàm ſcrupuloſæ ſollicito, illud occurrit. Sepulchri facilē eſſe iacturam? An Maronei uerſiculi, nil aliud clamātis oblitus es, qui adeò pueris etiam notus eſt, ut iam in prouerbiū abierit: quod ſi ad mortē reſpicis, falleris, ſi per hanc fœlicem aut miſerum fieri putas? ſatis eſt notus uerſus alterius Poëtæ:

Non fit morte miſer.

Vita eſt, quæ miſeros facit, & beatos, quam qui uſq; ad extremi fugam ſpiritus bené egit, nullo eget amplius, fœlix eſt, ſecurus eſt, in portu eſt, quid ergo ad ſummā fœlicitatis huius pertinere arbitraris, utrum tellus illum opprimat, an pelagus uoluat, an flamma conſumat? Sed quoniam te de ſepultura ſingulariter, præ quę omnibus anxium intelligo, quanto tu beatiorem æſtimas, hunc tellure demerſum, quàm illum alterum fluctibus obrutum? propter unius credo Virgiliani carminis horrorem, quia ſcilicet.

Vnda feret piſceſq; impaſti uulnere lambent?

Quid autem, ſi alterius uulnera, rabidi canes abſumpſerint, ſi famelicorum grex luporū effoſsis tumulis, membra diſcerperint? reſpondebis (ut arbitror) & hos iidem infœlices. ita iam ex omnibus felices erunt, quibus in conceſſa cōtingit requies ſepulchri? nihil hac opinione puerilius, cum enim cūcta prouideris, negata belluis uiſcera, infeſtis uermibus negare non poteris. iam cernis qui contactum pulcherrimorum fortaſsis animaliū formidabas, quid à turpiſsimis neceſſario ſis paſſurus. uerū iſta non adeò metuuntur, quoniam uſu iam quotidiana ſunt. uides itaq; (quod ſæpé dicere ſoleo) nec mea ſolum eſt, ſed illuſtrium Philoſophorū ſentētia. Quicqd in hac uita patimur moleſti, nō tàm ex iſta rerum natura, quàm ex noſtræ mentis imbecillitate, ſiue (ut eorum etiam uerbis utar) ex opinionum peruerſitate procedere. Noua timemus, uſitata contemnimus. cur quæſo? niſi quia in altero mens inermis improuiſa rerum facie turbatur, in altero frequenti meditatione rationis clypeum fabricata eſt, quem aſperitatibus cunctis opponeret. Reſpice naturarū morem, quā æquo animo patiuntur corpora ſuorum in fluctus effundi. unum de multis exemplū illuſtre non ſileo. Lambas de Auria, uir acerrimus atq; fortiſsimus, dux Ianuenſium fuiſſe narratur, eo maritimo prælio, quod primū cum Venetis habuerūt, omnium memorabile (quæ patrum noſtrorum temporib. geſta ſunt) qui hoſtili claſſe cōſpecta, ubi pugnandi horam adueniſſe cognouit, numero licet inferior, tamē ſuos pro tēpore magnificè ac breuiter adhortatus, magnum hoc hoſte cōſeruit. cumq; in eo congreſſu, filius illi unicus florentiſsimus adoleſcens, qui paternæ nauis proram obtinebat, ſagitta traiectus, primus omnium corruiſſet, ac circa iacentem luctus horrendus ſublatus eſſet, accurrit Pater, & non gemendi, inquit, ſed pugnandi tempus eſt. deinde uerſus ad filium, poſtquā in eo nullā uitæ ſpē uidit. Tu uerò, inquit, fili nunq; tàm pulchram habuiſſes ſepulturā, ſi defunctus eſſes in patria. hæc dicens armatus armatum, repentēq; complexus, proiecit in medios fluctus. ipſa ut mihi quidē uidetur calamitate fœliciſsimus, cui talē caſum cōtingit tolerare tàm fortiter. factum nempé eius ac uerba, accenſis animis, egregiam illo die uictoriam peperit. nec minus ideò plus eſt habitus, quàm ſi incumbens cadaueri, ac muliebriter ingemiſcens, in eo præcipuè rerū ſtatu, cum ſummo ſuæ Reip. diſcrimine torpuiſſet. Tu genas unguib. foderes, tale aliquid in tuis uidens, nō tam propter mortis dolorē, quā propter ignominiā ſepulturæ. nautici ergo homines, quod amicis cani turi ſint dolēt, ut cæteri, q; mare illos habeat, æquabilius fuerūt; ideóq; euenit, quia talia perpeti, longa conſuetudine didicerunt. quid'ni igitur indigner cum

Cicerone,plus uſum poſſe quàm rationem? Poterit natura rudis,ſine lachrymis cernere,
quia conſuetus,quod tu Philoſophus non poteris,ratione fretus,& tot bonis artib. inſtru
ctus,tàm tuorũ exemplorũ copia ſuffultus? animaduerte licet ex hiſtorijs, multiplices ho-
minum ritus in ſepulturis,& ab uſu noſtro multipliciter abhorrẽtes. E quibus quoſdam
ſuorum corpora domi ſeruare, ſummo ſtudio cõdita,quoſdã ea beſtijs obijcere ſolitos,ad
id unũ pro ſingulorũ facultatib. multo antè cõparatis,ac nutritis & generoſis canis aluũ
optimum ſepultura genus opinari,quoſdã uerò per ſeipſos deuoraſſe legimus.Artemiſia
illa Cariæ regina,cõiugalis amoris exemplũ,inter cuncta celeberrimũ,nihil habuit,quod ui
ro tàm dilecto dulcius præſtaret,quàm ut defunctum uiuo cõderet ſepulchro. redactum
enim in cineres ſummaq; parſimonia reſeruatũ,paulatim potui ſuperfundens,bibit,& ama
to corpori, tali ſui corporis hoſpitium dedit.Nec illud modò quæritur,rectène id fecerit,
illudq; potius agitur,ut intelligas omniũ quibus agimur, in opinionibus nõ in rebus eſſe,
inq; his gignendis alendiſue,conſuetudinem poſſe quàm plurimum. illa uirũ quem ama-
uerat conſumpſit,tu ſi quam ex noſtris mulieribus,idem facientem uideris, obſtupeſces,
& abominatione ſpectaculi oculos auertes. fiat idem,ubi fieri ſolitum eſt,nec humanitas,
nec inſignis amor,ſed uulgare obſequium dicetur. non oportet peregrina conquirere,ma
ioribus noſtris in hac ipſa Italia mos fuerat, ſuorũ corpora flãmis exurere, quem morem
& hiſtoriarum fides,& uſq; ad noſtram ætatẽ inuentæ ſub terram urnæ,cũ cinerib. teſtan-
tur.neq; tamẽ ea peruetuſta cõſuetudo eſt.ante enim(ut nunc)toti humabantur, donec id
remedij genus,inexplebili odio bellorũ ciuiliũ,in ſepulchra etiã ſæuiente cõmẽti ſunt, ſeq;
ope flãmarũ,hoſtili ludibrio ſubduxêre,Itaq; Scipiones,ut qui meritò ſe Reip. charos ſci
rent,omnes integri iacuêre. nec omnino ullus in gẽte Cornelia uſtus eſt,ante Luciũ Syllã
dictatorem,is primus omniũ,cõtra familiæ ſuæ morẽ,multorũ ſibi conſcius odiorũ,corpus
cremari ſuũ uoluit,nominatim ueritus(ut ferunt) ne id ſe Mariana factio,poſt obitũ aude-
ret, quo ipſe,auſus fuiſſet in Mariũ. ualuit exemplũ ſecutiq; ſunt factũ,quib. facti ratio nul
la erat.Sed poſtq; cremãdi mos inualuit,uiuiq; ſua eſſe cœpit auctoritas,tũ demũ quod re
medium fuerat,decus fuit,& ex illo probrũ ingens uiſum, ſupremis ignibus caruiſſe. hinc
laudata pietas,quæ pauculis lignis collectoris in littore Niliaco, truncatum impiè Magni
Põpeij corpus cremare nõ tàm potuit quã uoluit,inde ſibi partũ nomẽ. quis enim Codrũ
hunc noſſet,niſi Põpeij mẽbris faculas inferentẽ? Ille aũt Codrus Atheniẽſis,alia pietas ge
nere,& propria morte cognoſcitur.Nunc defunctos cõburere,extremæ fuerit uel iniuriæ,
uel uindictæ,unde hæc in una eademq; gente uarietas? nimirũ decurſu tẽporis,mutari mo
res,opiniones hominũ alternant.Nec rurſus id quæro,de quo magnos interdũ uiros diſſe
rentes audiui.Vter eſſe ſepulturæ modus honeſtior,ne quem maiorũ noſtrarum memo-
ria,quemq; multis adhuc gentibus ſeruari fama eſt,lege addita, quæ ſepeliri hominem in
ciuitatibus uetat,quibuſdam paucis admodum exceptis, quos ſingularis uirtus legibus ſo
lutos fecit,cuius tertio de legibus meminit Cicero? an hic noſter,quẽ à uetuſtiorib. reſum-
ptum,Chriſtianæ religionis uſus obtinuit. non ea mihi nunc cura eſt.id potius quod age-
bam perago,ideò multa nobis horribilia uideri,quia cõſuetudine lõga uarios concepimus
errores,quæ aupud alios diuerſi cõſuetudine non timẽtur.Si uerò tu mihi (quod profeſsio
nis tuæ proprium eſt) cæteris ſpretis,ueritatem rerum,non uulgi rumoribus,ſed inſita ra-
tione quæſieris,inuenies uirum ſapientem,opinionem ab erroribus auertere,& aut miſe-
riari delirantium greges aut ridere.Vale.

Fran. Petrarcha Seuero Apeninicolæ, S. III.

Exilium quid, & exul quis.

EXilium & ſi ab exiliendo tractum rear,uel ut Seruio placet,ab eo quod quis extra ſo
lum erat,non tamen exiliũ eſſe,niſi inuito accidat annuerim. Alioquin ſæpè à regnis
ſuis reges exulant, eoque maximè tempore,quod prorogandis tuendiſque regni finibus,
& propagandæ gloriæ impenditur, quando nemo illos, exules dicere audeat,niſi à quo
ratio omnis exulauerit,quippè cum nunquã uerius,& ſint,& dicant reges.aliqua ergo uis
dolorq; aliqs interueniat oportet,ut exiliũ uerũ ſit.id ſi recipis,iã cernis in tua manu ſitum,

utrum

utrum exul an peregrinus ſis. ſi lachrymãs, ſi mœſtus, ſi deiectus exiuiſti, exulem te procul dubiò noueris. ſi uerò nihil propriæ dignitatis oblitus, neq; coactus ſed libens, & eodem habitu frõtis atq; animi, quo domi fueras, iuſſus exire paruiſti, peregrinaris profectò, non exulas, nam & in cæteris formidatarũ rerum generibus, inuenies neminem eſſe miſerum, niſi qui ſe miſerum fecit. ſic pauperem, non rerum paucitas, ſed cupiditates facit, ſic in morte (quæ exilio ſimillima eſt) non tàm rei ipſius aſperitas, quàm trepidatio & opinionis peruerſitas nocet, quibus amotis, multos aſpicies, nõ modò æquanimiter, ſed lætè etiam ac fœliciter morientes. ex quo nimirum intelligitur, non eſſe neceſſarium, ſed ſpontaneum mortis malum. nec in re ipſa, ſed totum in obliqua mortalium exiſtimatione repoſitum, quod niſi ita eſſet, nunquã in periculo pari, tanta eſſet imparitas animorum. eandemq; rationem uideo exilij, quàm cæterorum omnium, nõ in illo, ſed in nobis eſſe quo uincimur. Opinionem ſcilicet, quæ ubi paulùlum à ueritate deflexerit, mox innumerabilibus iactatur erroribus, ut ad uerum difficillimè redeat, ſeq; niſi multum adiuta non erigat, ad intuendum propriæ originis maieſtatem. Vt enim cœptum perſequar, quid exilium quæſo? ipſa'ne rei natura aut intermiſsio dilectarum perſonarum? an indignatio potius & impatiens deſiderium animi, languentis, exaſperati? quod ſi tu mihi quicunq; à patria abſunt, exulare ſine ulla diſtinctione firmaueris, rari ergo non exules. quis enim hominũ, niſi deſidioſus, ac mollis, aliquotiens aut uiſendi auidus, aut diſcendi ſtudio, aut illuſtrandi animi, aut curandi corporis, aut amplificandæ Reifamiliaris propoſito, aut neceſsitate bellorum, aut ſuæ Reip. ſeu domini, ſeu parentis imperio, domum liquit & patriam? Cur autem ita peregrinantes non miſeri omnes ſunt, niſi quia reſtiterunt, nec impelli ſeipſos, in miſeriam paſsi ſunt. atq; etenim caruerunt, coniugio, liberis, cognatis, parentibus, amicorum conuictu, amatæ urbis aſpectu. horum tamen omnium deſiderium leniijt modeſtia, & ſolamen aliquod inuenit abſentiæ, ſed & multum profuit ſpes reditus. nunquam iuiſſent tàm cõſtanti animo, niſi ſe redituros in patriã crediaiſſent. ſit ita, tibi uerò, ſpem quis abſtulit, præſertim cum hæc ſit una, ex omnibus, quæ ab inuito non eripitur? pellitur in exilium uir bonus ad tyranni nutum, ſpoliatur rebus omnibus, in carcerem mittitur, detrũcatur, laniatur, occiditur, inſepultus abijcitur, inter tot minas atq; impetus fortunæ, cũ cogamur ad cætera, ad deſperandum nemo compellitur. uidimus in exilium miſſos, priuſquàm ad deſtinatũ peruenissent, immenſo patriæ deſiderio reuocatos, alios uerò poſt tempus tanto cum honore, tãtaq; ciuium pœnitentia reuerſos, ut mihi fœlices tali exilio uiderentur. quoſdam ab extrema inopia, ad ſummos repẽte diuitias, quoſdam ex carcere ad imperium perueniſſe. Nonnullos collum ſubduxiſſe ſecuribus, morti præreptos, & proſperitati eximiæ reſeruatos. nemo unquã tàm iniquo loco iacuit, ut non ei liceret oculos attollere, nemo tàm deploratũ rerum ſuarum uidit exitum, ut prohiberetur ſperare meliora. Ciceronem ab exilio Roma reuocauit, diebus paucis, egregij ciuis præſentia carere uix potuit. reuocauit & Metellum cui cum in ſpectaculo Trallibus ſedenti, honorificentiſsimæ literæ S. P. Q. R. nomine redderentur, nihil in lætitiam uerſus, eodem uultu fuit, quo mœnia urbis exierat. uix nec digreſſu fractior, nec inſolentior reditu. illic patriæ furori ceſsit, hic deſiderio paruit, illic modeſtus, hic pius, utrobique memorabilis. temptauit pari facilitate Rutilium, ſed ille durior manſit, & patriam reditu cenſuit indignam ſuo. eadem fuerat ſors Marcelli, euentus longè alius, qui dum reuocatus à Cæſare, ſummo deſiderio bonorum omnium rediens, in hoſtem incidiſſet effectum eſt, ut in locum prædulcis expectationis, publicus luctus incederet, cui mortem tamen illam, nunquam exilio difficiliorem fuiſſe crediderim. una eſt enim uirtus, quæ uarijs licet aſperitatibus perferendis, animos armat atq; inſtruit. fuerat autem hic in exilio talis, ut magnum ſui præberet indicium, qualis futurus eſſet in morte, de quo non tacebo, quid in libro de Virtute, ad Ciceronem Brutus refert. uidiſſe ſe eum uidelicet Mitylenis, exulem, tàm infracto animo, tamq; auido bonorũ ſtudiorũ, tàm deniq; fœliciter beateq; diſpoſito, ut non ille ſibi, quamuis longè relegatus, ſed ipſe potius exul, cum ab illo diſcederet uideretur. addit etiam C. Iul. Cæſarem, qui ſibi & exulandi auctor fuerat, & poſtmodum redeundi fuit, per ea loca tranſeuntem, uerecundia permotum, ſuper exilio

tandi

tanti uiri, urbemq́; ideò ubi ille tunc erat, de induſtria prætereuectum. ò glorioſum exulem, cuius exilium potentiſsimorum ciuiũ alter ſuſpexit, alter erubuit. ſit Cæſar mundo terribilis, Brutus & Cæſari, utrunq; tamen reuerentia cœpit exulis Marcelli. quis exiliũ tale non cupiat, immò uerò quis exilium, quod ipſis patriæ dominis inuidioſum eſt: illos cõmemoro, quos pœnitentia ciuiũ reduxit. Quã multos aũt fortuna reſtituit: nunquam Camillum Roma uocaſſet, ſors illi & excidium urbis, quis crederet, ac fremens per Italiã tranſalpinarum gentium furor, uiam fecit ad reditum, ut eſſet unus (uix memorandũ) cunctis exulibus, & bonæ ſpei ſimul, & ſpectatæ erga ingratam patriã pietatis exemplar. Atq; (ut aliquando ad noſtrorum temporũ acta tranſgrediar) Mattheus uicecomes, Mediolano patria, præpotentis inimici uiribus pulſus, quamdiu ſolus ac profugus, & in ſumma inopia rerum omnium fuit, comploratus à ſuis, illuſus ab hoſtibus: Quem ferunt die quodam, curarum plenum, præter ripam Benaci lacus errantem, habuiſſe obuium ſuperbi hoſtis nuncium, atq; ab eo Domini ſui uerbis interrogatũ: Quid'nam tibi tàm incomitatus ageret: nil aliud reſpondiſſe niſi ſe retia tendere. quod Reſponſum, tunc fortè contẽptui habitum, breui quid myſterij importarat innotuit. Ita ocioſus ſenex, unus aduerſarios ſuos omnes, ceu totidem piſces eſca ſpei inanis eluſos, prouidentiæ ſuæ retibus circunuenit. alio quoq; tempore cum ad eundem nuncius rediſſet, & percontaretur irridens. Quibus itineribus, aut quando eſſet in patriã reuerſurus: tranquilla fronte reſpondit: Tu uerò abi, Dominoq́; tuo nuncia, iiſdem me rediturum itineribus, quibus exiui, ſed non antequàm ſua crimina præponderare meis incœperint. nec fefellit augurium. Siquidem non multo poſt, in immenſum auctis hoſtium ſceleribus, quibus inſolens dabat alimenta fœlicitas, Mediolanum, illis eiectis, uictor ingreſſus eſt, in qua urbe (ut uides) uſq; in hodiernum diem, & nepotes dominantur & filij. nec in hanc narrationẽ incidiſſe ideò uideri uelim, ut uel tibi, uel cuiquam uiro bono auctor ſim, aduerſus quantumlibet malè meritam patriam, arma capiendi. ſatius reor pauperem in exilio mori, quàm libertate turbata uolẽtibus imperare: ſed ut ueteribus & nouis conſtaret exemplis, non poſſe per uim exulibus ſpem auferri. Et ſi animos difficultatibus obſeſſos, ad patiendum erigit fortium uirorum recordatio, accipe nunc etiam inſigne, recensq́; aliud exemplum. Stephanus de Columna, ſummum militiæ decus, cum in omni fortuna glorioſus, tamen in exilio glorioſiſsimus & admirabilis fuit, (neque enim una erat eius & cæterorum exulum conditio. quibuſdam extra patriam nobilibus, tuto uiuere permittitur, hi cum patriam reliquerint, laxiorem retinent libertatem, alijs artior dicta lex eſt, ut hoc aut illo loco ſe contineant, illic habitantibus nil durius expectãdum.) huic uerò & patria interdictum, & nullus in orbe terrarum tutus locus, nullus in tanta tempeſtate portus aut refugium, hoſtem habuit, ut potentem, ita inexorabilem Bonifacium *VIII.* R. Pont. quem armis frangere difficillimum, humilitate, ſeu blanditiis flectere, nec poſsibile quidem eſſet, denique quem nihil niſi ſola mors uinceret, ſæuitũ eſt inhumanè, petitumq́; modis omnibus immerentis caput exulis, promiſsionibus, minis, potentia, dolis, auctoritate, pecunijs, ingentia perſecutoribus præmia, fautoribus denunciata ſupplicia: cum Stephanus nunc citra, nunc trans æquora, nunc diſiunctiſsimas utriuſq; maris inſulas, Siciliam Britanniamq́;, nunc extrema Galliarum ſoliuagus circumiret, egenus interea cunctarum rerum, ſed prædiues animi, itaq; cum apud Arelatem caſu quodam in manus explorantium ueniſſet, interrogatus. Quis eſſet: nomen ſuum, quod diſſimulare poterat, multis audientibus dixit, ſeq; ciuem Romanũ intrepido ore profeſſus eſt. quanta autem Deus bone, unius capitis maieſtas, quem odioſas etiam & armatas manus à furore deterruit: edicto propoſito ſollicitabantur reges, ne quis eum foueret hoſpitio, cuius obtentu, cum Sicilia decedere iuberetur, eo animo paruit, ut exul in ea prouincia remanſiſſe, rex abijſſe crederetur. ſic illum, ſic alios toto perſecutionis ſuæ tempore reges uidit, tanquam ipſe rex eſſet. altiſsimo animo nec ullis aduerſitatibus cõtracto, & ſupra fortunæ fluctus eminente, prorſus ut uni ſibi dictum uideri poſſet Poëticum illud:

Aſpice ſecuros uultus non ſupplice reges:

Quotiens Romæ, & per Italiam nunciata mors eius erat, quotiẽs actum eſſe de rebus Columnenſi

lumnenſium fama fuit, & cum illo uiro egregiam corruiſſe familiã, nulla uſquã de illo ſpes, præter quàm in ſolo ipſius pectore reſtabat. nunquã tamen inde diſceſsit, quo minus diebus ac noctibus uerſaret animoſa cõſilia, & omnem laborem obiret imperterritus. Vltrò etiam in medio rerum ſuarum diſcrimine, amicorum bellis interdum, utriq; partium ignotus interfuit, & omniũ cõfeſsione, unius hominis præſentiã eſt ſecuta uictoria, haud ambigua, ſed tibi ipſi, quã mihi notiora recenſeo. quis ergo miſerũ dicat hũc exulem, cum quo tantus uirtutum comitatus exulabat, quem poſt decennẽ ſui experientiam, in priorem ſtatum, uera animi magnitudo non fortuna repoſuit? ſed quorſum hæc tàm multorũ exemplorum conquiſitio? Vt nemo præſenti malo attonitus, uenturũ opinione præoccupet, & mediocriter graui exilio, grauiſsimum malorum omnium deſperationem accumulet, præſertim, cum non ſolum uirtus operoſa, ea quæ Stephanũ ipſum in patriam reuexit, ſed mutatis ſæpè populorum moribus, uel diſſentio ſimultatũ, uel quæ feros animos mitigat longa dies, incidens cõmiſeratio, non digna patientium, uel ipſa tacitæ uirtutis admiratio, uel impenſum ciuibus ſuis obſequium, uel publicæ neceſsitatis occaſio, uel aliqua uis fortunæ finem imponere poſsit exilio. ne quis præterea, quod ipſe depulſus ſit, uirtutum ſuarũ proijciat ornamenta, graue cogitans, pretioſiſsima rerum in exilium ferre, cum uiliora non liceat. neq; enim nouum eſt, ut efferentes gẽmas, atq; aurũ, Vrbana prædia, & omnẽ inutilem aut oneroſam ſarcinam, in incendio relinquamus. Quod ſi aurũ inter pretioſa numerandum eſſe perſuaſum eſt, hominibus, quid tandem de uirtutibus iudicandum eſt?

Vilius argentum eſt auro, uirtutibus aurum,

Atqui cum non ſemper in exilium ferre argentum, & aurum ſinamur, quocunq; ferimus, uirtutes & bona animi ferre permittimur. quod feciſſe uidemus eos, quorum tibi nũc exempla propoſui, ut ad imitãdum exardeſceres, nec diffideres fieri poſſe, iterum quod totiens factũ eſt. Licet in exiliũ & carcerẽ, & in mortẽ ipſam ferre uirtutes, licet dixi, immò uerò expedit, neceſſarium eſt, oportet, alioquin uerè exules ſunt, qui relictis his abeunt uerè inopes, uerè infœlices & miſeri. nec ſatis eſt, quantum habueris afferre, pluſculũ exigitur. Vide quã accurate uiaticũ parat, peregrè profecturus, copioſior cupit eſſe, quo lõgius pergit. optimũ tibi in hac peregrinatione uiaticum, ex uirtutibus conſtabit, quib. affluentibus, etiam ſi alimẽta corporis deſint. pauper eſſe non poteris. has igitur cõgrega, his te undiq; fulcias, præclarã tibi fuiſſe olim ſcio multarũ uirtutũ ſuppellectilẽ, non importuna nec difficilis, ſed agilis & amœna res eſt, laborioſè fateor tãta res quæritũ, cæterũ poſtq; quæſita fuerit, ſine labore circunfertur. quæſiuiſti eam ab adoleſcẽtia, ſeruaſti eam domi, noli eã nũc ſenior & peregrinus amittere, ſed quantũ habuiſti uel eò ampliorẽ, quo maior ſe oſtendit neceſsitas, perfer, quanquã id tibi nolẽti ſciã euenturum ſpontè ſua, uiaticum quidem, hoc nunquam uſu conſumitur, ſed augetur potius. Eſt enim ex uirtutibus quæ uſu pullulant, & in medijs difficultatibus creſcunt, donec poſſeſſorem ſuũ, ad ſupremũ fœlicitatis culmẽ euexerint. Taceo nũc exilij tui non ſpernenda ſolatia, ſi ſub arcton æternum illud Scythiæ gelu, aut ſub ardenti ſole inhoſpitale mundi latus, incolere iuberetis, deniq; propius licet, ſed extra Italiã proiectus, haberes fortaſſe aliquid, quod fortunæ tuæ poſſes obijcere, nũc uide, quàm digna querela tua ſit, iuſſus es Florentiã ire, & illic manere, donec te populus reuocet. Nonne animaduertis quantas grates agere debeas magiſtratibus tuis, qui te ocio longo conſopitum excitarent, & ex diuturna conſuetudine maternis uberibus hærentem, abduxerunt, teq; ex patria (ut pace tua dixerim) multum impari, in ciuitatẽ florentiſsimam tranſire uoluerunt. hoc, inquam, prætereo, quoniam ſic ſumus naturaliter affecti, ut incultum licet ac deſertum ſcopulum, ubi natos nos educatoſq; meminimus, omnibus anteponendum terris arbitremur, quod ſi aliquando error iſte ceſſaret, ignoſceres profectò fortunæ, immò uerò ueniam peteres, quod beneficium ſuum non antè cognoueris. adde quod duos præclaræ indolis filios tecum eduxiſti, alterum iuuenem, infantem uerò alterum, per opportunis ætatum gradibus diſtantes, ut ſcilicet cum illo curarum ſarcinam partiri poſſes, cum hoc etiam obliuiſci. hinc præſidiũ uides, illinc ſolamen profectionis tuæ, hi tibi dulcem patriam faciebant, hos habes, quid requiris aliud? expectas ut uxor pudiciſsima,

ut pareat-

ut parentes optimi, ut blandiſsimæ filiæ reuiuiſcant? nō illos tibi exilium abſtulit, ſed mors quàm cum totiens inſultante, & rerum tuarum dulciſsima quæq; rapientē uiceris, non debes exilio uinci, quod te omnia uitæ prioris adminicula, & præcipuè natos tantorum pignorum, reliquias auferre non prohibet. uerum ego (ut dixi) & hoc ſolatium omne, quod fortunæ ictibus ſubiectum eſt ſileo, ſcio quæ patriam abſtulit, in filios ius habere, redeo ad uirtutum ſtabiliora præſidia, quas tibi nec ciuium tuorum decreta, nec imperia tyrannorū, nec prædonum uiolentia, nec nocturni fures eripient. hæc ſi tecū detuliſti, mentietur quiſquis te exulem dixerit, ſi autem reliquiſti, omnes dies, nouum aliquid quod lugeas feret, omnis locus, non moleſtus tantum, ſed hoſtilis nec exiliū modò, tibi ſed carcer erit. Vale.

Fran. Petrarcha Seuero Apeninicolæ, S.

Exilium non ægrè ferendum. 15.

EXcidiſſe tibi omnem ſpem uideo, quod quàm rectè patiaris, epiſtola ſuperiore teſtatus ſum, doleoq́; nil illam tibi remedij contuliſſe. nec ſatis ſcio, utrum in Medico an in ægrotante ſit uitium, qui ſi ad ſalutem peruenire cupis, credulū ſe conſilijs & obſequentiſsimum medicorum legibus præſtare debet. ego quidem in illa id agebam, ut dimiſſa patria, ſpem ſeruares, cuius tanta uis eſt, ut præſentes moleſtias, non ſentiat, dum ſibi lætiora promittens, euenturum tempus cogitatione complectitur. quid autem te ſperare prohibebat, patriæ ne relegantis aſperitas? quæ'nam uerò, ſeu quid prorſus eſt, tibi præter hoc unum exilij nomen ablatum, illatumúe quo doleas? an ad hæc tibi clarorū uirorum exempla defuerant? ſed multa ante oculos poſui, & plurima ponerem, niſi illa perijſſent, ex quibus agnoſceres, ſpem bonam euentus habere fœliciſsimos, an uerò timuiſti, patriam tuam, ſine fine ſæuituram, quod tantillum ex ſolita dulcedine remiſiſſet? ſed an ignorabas, nulli natorum patres eſſe mitiores, quàm ei, quē ſemel malè tractauerint? nullius amorem magis ardeſcere, quàm eius qui erga benè meritam ſe geſsit aſperius, ante magis exterruit edictum patriæ, quo pœnis adhibitis, cauetur, ne reuocandis exulibus mentio ulla fiat ad populum: ſcire autem debes, populorū uoluntates, ſicut ingreſſu frementes & uariæ ſunt, ſic progreſſu faciles & inſtabiles fore, ſed eſt quædam in animis mortalium, quàm & tenuiter uideo. & uerbis conſequi nequeo, miſerabilis & funeſta peruerſitas, aures obſtruentium, aduerſus ſalutares conſolatorum uoces, atque omnibus modis id agentium, ut miſeriores fiant, neúe aliquid quod dolorem lenire poſsit, obrepat, quod nihil excogitari poteſt, ne dicam dementius eſſe. Nunc uerò quoniam ſic te affectum inuenio, ut deſperationem reditus tui, pro quadam (ut ita dixerim) uoluptate ſuſcipias, ab illa parte manum, retraham in qua multum intractabilem, medicamenta nil releuant, quid autem prohibet, illorum more, qui uno aut altero membro perdito, ne per reliquū corpus infectæ partis contagia dilabantur, proxima circunliniunt, uulneris quoq; tui oras ambire, & (ne in totum animum dolor ſerpat) conquiſitis propè fomentis occurrere? noli, quæſo, trepidare, non illuc digitos inferam, ubi tu forſan expectas. nil contra opinionē tuam hodie dicturus ſum, illud potius, ne cum unius rei deſperatione, cæterarum omniū ſubeſſe faſtidio, totius uitæ tuæ trāquillitas pereat, enitor, quando ita uis, ut reintegrandæ tibi ſpei, nulla mihi ſpes ſuperſit. Finge itaq; in exilio uiuendum, tibi in exilio moriendum. habes, credo, quod petis, ut me fauente, reditum in patriam deſperare tibi liceat, uerùm ut cumulatius mos geratur, ægritudini tuæ, indulgebo tibi amplius, non ut in tantum exilio, ſed toto diuiſus ut orbe à terra moriare tua, hac tibi barbara tellus incumbat. plus ego quàm tuipſe dolori tuo permiſi, tu lætius nihil, ego etiam triſtiora propoſui, nec tamen uideo, quid in hac re tàm miſerum ſit, ut uirum fortem cogere poſsit ad lachrymas. Certè ſi aut inſani amoris, aut ambitionis facibus ardere te crederem, quæ procùl à patria conflagraturæ uidentur intenſius, uel ſi exilij comes inopia, ſequeretur abeuntem, multa mihi ſimul cōtrahenda fuerant, quibus ſeu blandum illud, ſeu uentoſum malum mitigari poſſet, ſeu præſtari ſolatium paupertati. quæ quanquā mihi dictù facilia uideri, & tibi auditu credibilia debuiſſent, non tamen facile uariorū remedia morborū, his explicabantur anguſtijs, quā triſtis enim res, quàm

luctuoſa ſit, iſte quem amorem dicimus, q̃ miſerabiles exitus inueniat, q̃ fucata & mendaci fulgore cælata ſit, quàm nihil eorum quæ pollicetur præſtare poſsit ambitio, quàm magno animo tolerabilis ſit paupertas, non poteſt à quoquã hominũ breuiter dici. In præſenti uerò quando nec amoris flãmas, morũ tuorũ grauitas nouit, & ſi qd olim tale ſenſiſſes, iam ætas extinxit, ambitionis p̃terea ſuſpitionẽ, bonorũ per omnẽ uitam fuga nõ recipit, & paupertatẽ remiſit, patriæ pietas, magnus mihi labor uberioris conſolationis eximĩ. Patria tua nullo te alio affecit incõmodo, q̃ ut eius careres amplexibus, omnia tua aut tecum ſunt, aut tibi ſeruiũt. nõ illa ſolũ dico, q̃ nec eripi poterãt, magnanimitatẽ, modeſtiã, aliasq́ uirtutes, q̃ ſiue Bias ille ſapiẽs (ut Cicero, ut Valerius, utq; omnes. ſiue ut Seneca ait) Stilbon, incẽſa patria ꝓfugus, ſua ſecũ ſe ferre gloriat̃, ſed uulgariter intelligo tua, etiã q̃ de fortunæ manib. accepiſti, ueteris enim patrimonij dominus, perinde locuplex exul excedis, ac domi fueras ciuis, ac neſcio, an eò fortè locupletior, ꝙ manentib. diuitijs ſumptus eſt parcior. Accedit ꝙ maior pars hominũ, nõ prius ſe cadere poſſe, q̃ tota ceciderit, ſuſpicat̃, tu uerò nõ cecidiſti, ſed impulſus es, integer igitur, ac rectus ſentis iã (ut arbitror) nutare fortunam, & q̃ fragilib. fundamẽtis inhæſeris, cum tibi magnus uidebaris, intelligis, nec deinceps dubitas, eam q̃ impulit poſſe proſternere: ita (ꝙ rariſsimis cõtingit) exul diues, & cautior uadis, ut facilè duobus grandibus bonis, malum unum, & illud exiguum, conſoleris, ſi quid tum in uita bonum, niſi uirtus, aut malum aliquid niſi uirtutis oppoſitũ dici debet. Vade itaque ſecurus, non te repetet patria, non reuehet caſus, at uerò, quod tantoperè defles, exilium & pertinax illuſtrabit iniuria, multos magnos uiros calamitas fecit, multos declarauit, neminem ex diuerſo miſerum fecit aduerſitas, ſed detexit, nec latitare diutius paſſa eſt. quid palles, quaſi magnũ in te ius habeat fortuna? nõ illa partes iudicis obtinet, ſed teſtis. qualis ſis, in tua poteſtate eſt, nõ eſt in illius, quale de te teſtimoniũ ferat, ſed ut ferat, tantũ mentiri nõ poteſt, loqui poteſt, quis aũt, niſi culpæ ſibi conſcius, teſtẽ metuit uerè locuturum? Non eſt quæ te ad ignauiã cogat, eſt quæ digreſſus tuos dinumerat, patientiam exerceat, ſuſcipiat aut deſpiciat pectoris tui robur, demum populo referat, quicquid inuenerit, erige animum, diſcute tenebras errorum popularium, non pateant aures tuæ muliercularum uocibus, nunquam lætus eris, nunquam ſecurus, ſi te populo regendum tradideris. quicquid magna pars hominum aut miratur, aut metuit, ridiculum eſt, quicquid prædicat falium, committe potius te paucorum conſilijs, non ſunt ut uidentur iſta terribilia, inter quæ uulgus exilium numerat, & ſi lectio longa non profuit, experientia proderit fortaſsè. Noli ſemper terram intueri, interdum oculos attolle, confeſtim ueritas occurret, & exilium nihil eſſe fateberis, nec peius uiuere uirum bonũ quantumlibet procul à patria, immò uerò, non poſſe extra patriam uiuere, cui totus hic orbis eſt patria. quid enim refert, quàm diuerſa parte conſiſtat, ualles quidem & lacus, & flumina & colles, alios uidet, cœlum unum eſt, illi ſe infert, illuc animum exigit, eò cogitationes ſuas ex omni mundi parte tranſmittit, nec aliud quàm ſub tecti unius amplexu, ex alio in alium thalamũ tranſiuiſſe ſe cogitat. tu quoque (niſi meam & multorum ſpem diutiſsimè ſefelliſti) abſit ut ad unum huius immenſi ædificij angulum, ſis aſtrictus, quo minus ubicunque terram, ſub pedibus calcaueris, ubi cœlum ſupra uerticem uideris, ubi te ſpirabilis aura perflauerit, patriam tuam uoces. erit igitur exilij tui, nõ ſolum facilis, ſed iucunda conditio. cũ enim duo ſint, quæ hominum affectum ad beneuolentiam excitent, Virtus ſcilicet qua (ut ait Cicero) nihil eſt amabilius, & immerentibus uiris inflicta Calamitas, quorum primum facit, ut amemus miremurque claros uiros, ſecundum ut miſereamur afflictis. alterum in hac tempeſtate tibi aderit, alterum adeſſe uidebitur. Virum fortem ſentient omnes, exulem dicent. & ſanè (ſi quid Tullio credimus) inter omnes uirtutes, fortitudinis ſplendidiſsimus uultus eſt, rurſus inter hominis ærumnas, non in ultimis numeratur exilium. aut ego fallor, aut optandum eſt, ne fortè recens hæc ciuium tuorum ira lenteſcat, ne ue tibi hoc exulis nomen, caſus aliquis eripiat, in quo miſeriæ nihil, fauoris aũt & gloriæ uides eſſe quàmplurimũ. Sed laborem, inquis, atq; ignominiã reformidat animus. primum nego, tale hic aliquid ineſſe, ubi oblatam tibi magnæ laudis materiam, ac generoſam fuiſſe linquendæ

patriæ cauſam, alto animo obiectam tyrannis cõtumaciam ſcio. ubi præterea ociũ, & quas ſemper optaueras laborum ferias inueniſti, denique qui ignominiam timet, quam peperit uirtus, famæ non uirtutis amicus eſt, qui uerò labores refugit, optare deſinat gloriam, ad quam certè difficilis, ſed clara (ni fallor) & delectabilis uia fert. Tibi quidem uni (ut dixi) ſingulari quadam prærogatiua, ingens gloria, nullis moleſtijs, niſi fortè, quas tuipſe tibi finxeris quæritur, illud enim uereor, ne alienis potius quàm tuis oculis ſuſceptum uulnus aſpicias, & caſum tuum, alieno metiaris arbitrio, quæ adeò quotidiana peſtis eſt, ut ad clamorem alienum, plerią; titubent, & multo prius concidant, quàm impulſi ſint, quanquam ſatis impulſus uideri poſsit, quem tot hominum millia, peſsimis opinionibus perurgere non deſinunt. Sed ut ualdè imbecillis uirium eſt, quem lenis aura proſtrauerit, ſic prorſus inſanum animi ſcito, quem uideris res ſuas, aliorum & præſertim ignorantium ponderare ſermunculis, qui quò frequentiores ſunt, eò cautius contagioſus morbus euitandus eſt, paſſim tàm multorum hominũ corda corripiens. Si alios audire uolueris, nõ deerunt qui fortunam tuam multiplicib. onerent querelis, qui te incolumem atq; optimè ualentem lugeant, qui ſemineces uelut feretro uiuentis aſsideant. audies uoces miſerabiles, uidebis forſan & lachrymas aut ſimulatas, aut amentiæ proximas, miſer eſſe incipies, quia miſeris aurem præbere cõſueueris. Nihil enim ferè eſt, quod conuictus aſsiduus, in hominum ingenijs nõ poſsit, quod ſi teipſum conſulere, tecũq; q̃ cũ alijs loqui malueris, nunquam deſinã de te grandia ſperare, teq; fœlicisſimũ iudice, te dicere, & inuidioſum magis extimare q̃ miſerum. Et ſi ad credendum alijs pronus es, & cur & mihi non credis ueriora ſimul, & gratiora referenti? non tu (mihi crede) corruiſti, nec corrues quidem niſi uelis, nullam ignominiam paſſus es, ſed adeundæ gloriæ penitùs in limine optionem habes, utrum glorioſus incedas, an retrocedas inglorius. nõ labor eſt iſte ſed requies: non exilium ſed libertas. quã olim mira celeritate fugientem quærebaris, occurrentem ultrò complectere:

Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa uidendi?
Libertas, quæ ſera tamen reſpexit inertem,

Ille in ſermone paſtorio, ut libertatem inueniret, patriam ſe reliquiſſe gloriatur, tu Philoſophus defles. Vixiſti alijs, diù incipe iam tandem tibi uiuere. Nemo properaſſe te arguet, qui nec prius incœperis, quàm paſtor ipſe Maroneus, ſed

Candidior poſtquam tondenti barba cadebat:

Omne tempus, ab ineunte ætate ciuibus tuis condonaſti, retribuerũt inextimabilis rei, perpetuam largitatem, & ut longæ uitæ reliquias, ſaltem tibi habeas decreuerũt. agnoſce ciuitatis animum, & hic propriam erga illam munificentiã contemplare, q̃ tanta fuit, ut egentiſsimas licet ſui manus pſeuerando laxauerit, utere lætus immunitate tibi nũc conceſſa, ſic patriæ tuæ mœnia tanq̃ inquietũ libertatis propriæ carcerẽ recordare, euaſiſti, & (q; magnũ eſt) cõtingit iubentibus abire cuſtodibus inſanis. ſiquid fortè committis ut redeas. ad illa potius te conuerte, quibus adoleſcentiam dedicaueras, quæ robuſtiores annos tuos feciſſent utique tranquillos, niſi quam adhuc deſideras patria uetuiſſet, faciẽt autem profectò placidiſsimam & uenerabilem ſenectutem, nec exilij modò, ſed fortuitarum rerum omnium contemptricem. de ſtudijs liberalibus loquor, & præſertim de illa parte Philoſophiæ quæ uitæ magiſtra eſt. hæc tu nunquã animo prorſus intermiſeras, & ſi parumper ab eis te ciuilium negotiorum impetus arceret. nunc uerò, his quoniam nihil obſtat, totus incumbe, idq; melioribus auſpicijs nouæ uitæ offer, & talibus animũ exerce muneribus. relege ueterũ hiſtorias, quantas æmulationes Romanorũ ducum, & quidẽ illuſtriũ, hinc reperis exortas, q; aut ſe quiſq; q̃primum extra patriam mitti uellet, aut ſerius reuocari, cur quæſo, niſi quia dulce natalis ſoli caruiſſe dulcedine, dũ latiorem alibi uirtutis exercendæ materiam inuenirent? celebratis Comitijs ſolebãt Coſs. prouincias ſortiri, & illam generoſior animus optabat, in q̃ periculi plurimũ uidebat, nõ q; per ſe qſquam hominũ niſi amens pericula ſeu difficultates eligat, ſed q; uirtutis ſplendor, in illis facillimè uideatur apparere. Quapropter ſiue exiliũ hoc tuũ leue eſt, & importuna querela eſt, inter blãda uociferantiũ, ſiue durum & moleſtum, q; populus aſſerit. ego aũt aduerſor, nec tamen ideò, ſi qd uſquã

uetuſtæ

peruſtæ indolis remanſit, erit uiro digna querimonia, oblatũ ſibi ſpontè deplorantis, quod alijs ambitur. locus hic quẽ tibi magiſtratus ordinaret, ꝓuincia tua eſt, nõ poſſunt omnes cũ ingẽti exercitu in Aphricã tranſire, detractoq; ex Italia Hannibale, infeſtã oppugnare Carthaginem. nõ poſſunt alias ex alijs propagando uictorias, nũc rebellantes Hiſpanias, nũc obſeſſa prædonib. maria, nũc Armeniã ac Iudæã, & totius orientis regna penetrare. nõ omnib. datũ eſt, aut fractis Numidiæ uiribus, & cõtinuatis imperijs à meridie, in boreã arma transferre, breuiſsimoq; tempore tinctum Libyco ſanguine, Theutonicis ac Cimbricis merſa re cruoribus, aut Gallicis latè perdomitis, & regibus ad uiolentam confeſsionem Romanæ uirtutis adductis, hinc Rheni, illinc Oceani clauſtra perrumpe, & Germaniam atq; Britanniam uno impetu calcare, nec omnibus contingit, ante currum reges captiuos agere, hæc enim Scipionibus, Pompeijs, Marijs, Cæſaribus Aemilijsq́ue reſeruata ſunt. His & ſimilibus uiris abſentibus, certamen fuit cum hoſte lõginquo, tibi cum exilio pugna eſt, cuius impetum non feres modò, ſed repelles & conteres, ſi cupias quodcunque neceſsè eſt, ſi animo tuo perſuaſeris, unicum aduerſus aſpera clypeum eſſe patientiæ, & illam ſaluberrimam Cleantis uocem in latinum ab Anneo Seneca translatam, in tuum pectus altè dimiſeris: *Ducunt uolentem fata nolentem trahunt.* Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. V.

Animam in corpore multa pati.

EX itinere meo redeuntem, epiſtolã tuam auidiſsimè ſuſcepi, optabam enim, ſolito etiã ardentius, ſtatũ tuum proſperũ audire, ꝗ amoris comites zelus & timor per abſentiã crecunt. angebar autem & turbatum erat cor meum, quoniam & turbatum te diſceſsiſſe nouerã, & hos q turbationi tuæ materiam ꝓbuerãt, nefarij uoti cõpotes, uidebam ſub oculis meis, uelut triumphaliter oſeruari, quod & te in exiliũ pepuliſſent, & me præſentia oris tui, conuictuq; ſobrio ac delectabili, ſpoliaſſent. terruerant quoque me uiſa mea & ſomniorum imagines, quæ turbulentæ miris modis, & infeſtæ ſemel & iterum animam dormientis i r pleuerant, non quod ignorarẽ ſomnijs temerè non habendam fidem, ſed ſic eſt, hoc iter ingreſſus ſum, iter dico, uitæ huius labentis, ad mortem, in quo & æſtuare oportet, & algere, & famem & ſitim, & ſomnium & ſomni minas atque ambages, & quietem turbidam ſentire. denique multa pati, donec illa dies expectata pijs, formidata nocentibus, mortalem hunc nos exuat amictum, & animos nitentes, ad ſupera de compedibus tandem huius caliginoſæ ſtationis eripiat. Interea, fateor, nec longa eſt uia paſsionum inſultibus, quicquid de his aut ſedandis aut tollendis Philoſophi diſputent, quicquid in ſe alij ſentiant, adhuc ualde ſum obnoxius, hæc mihi naſcendi lex cum corpore data eſt, ut ex eius conſortio, multa patiar, aliter non paſſurus. ſecretorum naturæ conſcius Poëta, ubi animabus humanis ineſſe quendam igneum uigorem, & cœleſtem dixit originem, excipiendo ſubiunxit:

Quantum non noxia corpora tardant.
Terreni'q; hebetant artus, moribunda'q; membra,
Hinc metuunt, cupiunt'q; dolent gaudent'q;, nec auras.
Reſpiciunt clauſæ tenebris, & carcere cæco.

Sic eram igitur admirans, quod de te poſt digreſſum tuum, aures meas, nullus rumor impulerat, dum ecce literæ tuæ mihi oblatæ ſunt, agnoui ſignum, & iam ſecurior legi. cæterùm quia nuncius mirum in modum feſtinabat, & res pluribus uerbis egere uidebatur, reſponſionem diſtuli in diem alterũ, q̃ iam hinc tripartitam fortè prouideo, quod tua quoq; de rebus uarijs triplex eſt querela. unum ꝗ breuiter dici poterat, nõ fuit conſilium differre, me ſcilicet peccatorum meorum, nodis implicitum, nondum in portum potuiſſe cõfugere, ſed in eadem tempeſtate, qua me diſcedens reliquiſti, actatum fluctibus hærere, ne quicquam ſæpè retentantem, uela facere, ſiquis meus uentus ab occidente conſurgeret, hoc tamen ſolo, lætum & Deo gratias agentem, quod te ſaltem, per multos labores euaſiſſe uideo, quod nauicula tua, ex eiſdem periculis ueniens, aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia

uelo. deinceps expeditior caſibus meis occurram, quod & conſequendi deſiderium inceſſit, & geminæ ſollicitudinis dimidia parte liberatus ſum. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. VI.

Amicitiam inter abſentes durare.

SPerabam ex te magnificum aliquid audire, ſapientia enim tua iam pridem mihi uidebatur finem impoſitura querimonijs, quibus ſtolidum uulgus & ingratum perſonat, longè uerò fallebar (ut uideo) atque utinam ſubmiſſum liceret ab alio ſuſpicari, & non proprijs tuis digitis, querulum illud chirographum conſtaret, in quo rem unam, exiguam, multis uerbis penè muliebriter deplorasti. cuius lamentationis ſumma eſt, te acerrimè atque inconſolabiliter doluiſſe, quod huius exoptatiſsimi atque optimi ducis noſtri, meamqúe & amicorum faciem uidere deſieris. motum te de digreſſu ſubito, turbatumque non dubito, manſuetudinem namque animi, & ſuauitatem morum tuorum noui, qui omninò cum ulla ſeueritate, aut habitu mentis aſperiore, non conueniunt. Vnde tamen hic tàm immodicus dolor non intelligo, innumerabiles cauſæ ſegregant amicos, amicitiam ueram nullæ, qua præſente amicus abſens eſſe non poterit: quantum enim locorum interuallis, ab amicorum conuerſatione disiungimur, tantum abſentiæ detrimentum, aſsidua commemoratione diſcutimus, cuius ſi tanta uis eſt, ut morte ſuperata, defunctos etiam amicos, pro uiuentibus celebremus, quod poſt obitum iunioris Aphricani, ſapientiſsimo & omnium Romanorum in amicitia glorioſiſsimo uiro Lelio, docente didicimus, quid tàm magnum eſt, ſi abſentia ſimiliter uicta, longè poſitos amicorum uultus, pro præſentibus habeamus? Apud Poëtam ſcriptum eſt:

Hærent infixi pectore uultus, Verbáq. Et iterum:

Abſentem abſens auditq́ uidetq́.

Ergo inſanus & obſcœnus amor, hoc poterit, pius ac ſobrius non poterit? immò uerò multò amplius eodem Poëta dicente:

Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui,
Et freta destituent nudos in littore piſces.
Ante (pererratis amborum finibus) exul.
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tygrim,
Quam noſtro illius labatur pectore uultus.

Lelius ipſe de amiciſsimo uiro loquens, uide quibus uerbis utatur. Virtutē inquit illius uiri amaui, quæ extincta non eſt. tu quare non dicis, uirtutem illius aut illorum amo, quæ abſens aut longinqua non eſt, ſed ante oculos, omni tempore uerſatur, & in honore ſemper erit apud me. at iucundiſsimum eſt, amicos præſentes habere, intueri frontē atq; oculos, uiuis eos uocibus alloqui, & colloquentium admotis auribus uerba pcipere, neque enim (quin in hac re Poëticis teſtimonijs uti uacat) ſine quadam animi dulcedine legimus, Anchiſen filij occurſu alacrem, tenſis ad cœlum palmis, & profuſis lachrymis dicere:

Datur ora tueri,
Nate tua & notas audire ac reddere uoces.

Nec ego quidem aduerſor dulciſsimam eſſe præſentiam amicorum, quis enim hoc negauerit, niſi inhumanus idem ac ferus? ſed tu mihi negabis abſentiam, quoq; ſuas habere uoluptates, niſi totam fortaſsis amicitiæ pulchritudinem, quæ latiſsimè patet ad oculos ſolos reſtringimus, & à ſede eius, quæ eſt in animo ſeuocamus, quod ſi fieri cœperit, anguſtiſsima quidem area reſtabit, ubi ſe amicorum charitas oblectet. ut enim mortem, ut carcerē, ut ægritudines, ut peregrinationes ſeu neceſſarias ſeu uoluntarias ſileam, quis quotidianas naturæ neceſsitates, ſomnū, famē, ſitim, æſtus, algores, laſsitudinē, quis ſtudiorū aliarūq; rerum occupationes innumeras explicet, quibus etiam in eadē domo ne dicam urbe degentiū, nec uultus aſpicere, nec ſemper uoces audire pmittimur? ita æui breuiſsimi reperiē amicitia, q̄ longiſsimæ uitæ, nō æquæ tuam modò, ſed (ut dixi) ſuperſtitem eſſe decuerat. Quiuis aūt locus in amicitia relinquet Appio cæco, cæteros enim in eadē cōditione poſitos taceo,

ille mihi

ille mihi primus occurrit, quem omninò credibile non eſt, quod oculos non habuerit, nec amicos habuiſſe, qui uniuerſæ Reip. talis fuerit amicus. quid eſt ergo, quod tantoperè lugeas abſentiam, quaſi hæc tibi poſsit amicitiam ſurripere, cum illa nihil, in hac neque cæteris rebus tuis, niſi quantum tu ſibi permiſeris poſsit? memento potius quæſo, non quã longè ſis corpore (quamuis quid longinquum uideri poteſt, in hac puncti unius breuitate, cuius nos homines, uix integram particulam incolimus) ſed eſſe in tua poteſtate, ut animo & cogitationibus præſens ſis, hoc igitur uno quo potes modo, nos iugiter aſpice, literarũ idem: idem frequenti commertio, teipſum nobis oſtende. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. VII.

Futurorum expectatio amputanda.

MOleſtiſsimam moram traxiſſe te Niciæ indignando deſcribis, per menſem integrũ, expectantem aliquam nauem, quæ in Italiam perferret, at qui in Italia tunc eras, dũ ad Italiam ſuſpirabas. ita dico ſi (quod Poëtis atq; Coſmographis placet) Italiæ terminus Varus eſt, intra quem à parte Italiæ ciuitas illa ſedet, ſed utique de re conſtat, interiorem Italiã in animo habebas, & pro Italia Romã dicere uoluiſti. ſentio iã morbi huius originẽ, expectationibus enim talibus plena eſſet adoleſcentia, quarum illi ætati, qualiſqualis uenia debetur, ſenectuti autem, quæ omnes ſpes ſuas, iam poſt tergũ ſpectare debet, omnis longa uitæ huius & anxia expectatio fœda eſt. tu itaque ſenior de te uideris, ego iunior de me loquar, qui adoleſcentia iam exacta, ætatem tuam adhuc longè, ſi quid hic longum eſt, ante me uideo. Cæterum quò rarius paſsionis huiuſmodi moleſtias experior, eò frequentius ueteris mali reliquias incuſo, eoquè certius intelligo, uirum prouectum, nec præſentibus frangi, nec futuris angi, ſed utrunque tempus æqua fronte deſpicere, & quicquid ſecum uel attulit uel præmiſit, paruipendere, præſentia taceo, quoniam ſermonem de futuris inſtitui, quæ mentes hominum uanis expectationibus ſuſpendunt & in quibus niſi fallor) ridiculoſius erratur. expectans alijs peregrinæ nauis aduentũ, totis diebus undas proſpicit

nutantia longè (ut eſt apud Lucanum)

Semper prima uidens uenientis uela carinæ.

alius iamiam moturus à littore, ſerenam cœli tranquillitatem, uotis omnibus expoſcit, iſte nulli honeſto negotio intentus, id agit ſemper, quod agebat olim claſsis Iliacæ magiſter ſurgit enim impiger, ut ait Virgilius, omnes explorat uentos atq; aëra captat.

Sydera cuncta notans tacito labentia cœlo.

alter beati ſenis hærens tabulis, ſegnem mortem increpitat, alter nuptias aut partum coniugis, amicæ noctem alter expectans, dies, horas momentaquè dinumerat. quid multa? Meminiſti credo in Philologia noſtra quam ob id ſolum, ut curas tibi iocis excuterem, ſcripſi quid Tranquillus noſter ait:

Maior pars hominum expectando moritur.

ita eſt, paucíſsimos inuenies, qui non toti ex incerto pendeant. Alexander Macedo, Iul. Cæſar, multiq; alij, uel noſtri uel externi duces, quàm multa parantes ab hac luce ſubtracti ſunt, & medijs eorum conatibus mors occurrit, tantò, ut mihi quidem uidetur, difficilior, quantò inſperatior. hinc eſt, quod idem ille Iul. Cæſar fragili carina, in ancipiti tempeſtate deprehenſus, cum mortem timere cœpiſſet, hoc unum uidetur lamentari, quod

Ingentes abruperit actus

Feſtinata dies fatis.

Nouerat Poëta, quid maximè tali uiro, aut moleſtum fuiſſet, in eo ſtatu aut eſſe debuiſſet, idquè potiſsimum querelis inſeruit. una eſt autem aduerſus hunc morbum medicina, primo guſtu fortaſsis amarior, hauſtu autẽ & dulcis & placida. animum à terrenis abducere, ſi fieri poteſt, ſi minus, auellere atque extirpare radicitus. quamuis enim hoc plerumque cum dolore & offenſione ſenſuum fiat, rarò tamen, ut uides, amiſſa corporis abſque moleſtia reſtauratur, quantò minus animæ ſalus, in quam & uehementiores morbi & frequentiores incidunt. hoc igitur fac, & præſenti lætus, nulla futuri tẽporis expectatione torqueberis. In Italiã, inquis, tranſire uolo, nauim expecto, uel quietum mare, ſic dices, ſi cor

tuum rebus mudanis adhuc uiſco cōſuetæ delectationis inhæret. at ſi rurſum nititur dices, In Italiam tranſire uolo, quid enim magis expediat, nouit Deus, homines ignorant. nauim aliquam, ſed non minus aliquem expecto, qui nauim non uenturam nunciet, & utrunque rumorem æquis auribus excipiam. Sed habeo, inquies, in Italia magnum aliquid agere. iam ſi quid tibi Philoſophiæ ſtudiū contulit, uides (ut arbitror) quod extra Italiam geri nequit. magnum eſſe non poſſe, quotiens me ad unum locum coartaueris, deſinit eſſe magnus conatus, qui inter anguſtias cogitur. Sed uolo in Italia ſaltem mori, & patria tellure contegi cupio. qui hæc dicit adhuc Italicus eſt, uir magnanimus nondum eſt, quid enim puerilius, quàm curam gerere, ubi capillorum & unguium purgamenta, ubi ſanguinis ſuperuacui uaſculum deponas, ubi ipſe iaceas non curare? certe ſi corpus conſideras, tua nihil intereſt, ubi ſit res à te olim poſſeſſa, nunc autem derelicta ſi pateris, ſi reluctaris, ablata, ſi uerò animum reſpicis, nullus eum locus aut ſtringit aut laxat, anguſtus & ſiue ad cœlum aſcendendum, ſiue ad inferos deſcendendum, undecunque diſcedat unus eſt labor. ſed dulce eſt ſuorum manibus ſepeliri. quædam dulcia facit, non inſitus ſapor, ſed corruptus manducantium guſtus. quid dulce dicitis, aut nihil ſentienti, aut omne huiuſmodi obſequium contemnenti. Vna omnium eſt (ut ad propoſitum redeam) expectantium conditio, dum uentura proſpiciunt, quæ ſunt ante oculos non uident, damnum certum ſub ambigua ſpe. hæc quidem utique tranſeunt, illa autem rarò plena fide ſuccedunt. adde quod uel ſuperuacua ferè ſunt, uel damnoſa & in caput noſtrum recaſura quæ cupimus, ut ſicut ſæpè reiectas indignatio, ſic libitum, prouectas uel faſtidium uel improuiſa pernicies ſequatur. adhuc igitur omnem ſpem, omne deſiderium auerte, ab fallacibus bonis, incipe unum ſolum & uerum & ſummum bonum optare, ſi tamen uſque ad hanc ætatem, rem apprimè neceſſariam diſtuliſti, tunc diſcurrendi libido ceſſabit, & odium longioris moræ, tū uerò nō modò Niceæ, ſed, ſi ita ſors tulerit, inter Libycas Syrtes, ſine moleſtia ſtabis, rebus tuis contentus, nihilquè aliud requirens. Dicet aliquis: Nunquid illud ſaltem unum, quod memoras bonum expectandum erit, ut præſens præſenti gaudio deſiderantem animam impleat? Minimè, ſi enim plenè deſideras, ſi ſanctè, ſi ſobriè (aliter quippe tanta res optari non poteſt) iam quod petebas tecum eſt, intus in anima illum quem diligis quære, & inuenies, non eſt ut eo potiaris exterius euagandum. Et ſi quid fortè reſtat adhuc, quod amplius uelis, aut cumulatius expectes, erit expectatio illa ſuauis & iucunda. qui ad hanc regulam ſe formabis, lætus è cunctis mortalibus, quotiens exacta luce cubiculum intrabis, de præterito quidem dicere poteris: ſecutus Virgilianum illud à Seneca relatum:

Vixi, & quem dederat curſum fortuna peregi.

Et de futuro illud Horatianum:

Cras uel atra nube cœlum pater occupato uel ſole puro

nec unquam uenturi ſtudio, præſenti oblitus, aut ſibi aut alijs inutiliter uitam aget. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. VIII.

Aduerſa & naturæ leges toleranda eſſe.

QVerelarum tuarum uocibus plenus ſum, iam res ad faſtidium inclinat, iam molliciem tuam ferre nō ualeo, neq; enim aliter, q̄ ſi in hanc uitam nuper intraſſes, ad occurſum rei cuiuslibet expaueſcis, pudeat inter lamēta ſeneſcere, immò uerò pudeat, olim ſenē, pueriliter lamentari. puerorū eſt ad omnia quæ uiderint obſtupeſcere, quippè quibus noua & admirāda ſunt omnia, ſenibus & præſertim eruditis, nihil nouū aut inopinatū euenire ſolet, nihil itaq; ſtupendum, nihil deplorandū. Vnde igitur tot querelæ, de rebus aſſiduis, & ſecundum naturæ ſtatuta fluentibus? portenta mouent animas interdum, ſi bicipitem puerum, ſi quadrimanum uides, miraris imbrem lapideum, bouis uerba, mulæ partū, in Annalib. legimus, quotidiana deſpicimus. Tu quid uidiſti ꝓpter q nunc totus in admirationem & lamenta cōuerſus ſis? admirando quidem admirationem, cogis ut admirer, non tàm grauiter in alio ferrem immoderatum hunc ſtuporem, qui totiens mare tranſiſti,

tranſiſti, totiens medijs periculis enataſti, totiens è faucibus mortis ereptus es, admirando & fortunam tuam accuſando deſcribis, paſſum te maris magnam, & ut Satyrici uerbo utar, poëticam tempeſtatem, atq; ad littus unde diſceſſeras flatu contrario impellente relatũ. hanc tu maris iniuriam exiſtimas, natura eſt, digniorem querelæ cauſam præferres, ſi uel illud tibi contigiſſet, quod quondam Cæſarea claſsis, inter Italiam Græciamq; ſuſtinuit, quando per Hadriaticum mare, glaciali uelut torpore conſtrictum curſum expedire non ualuit, uel illud, quod terra ſub pedibus tremẽte, Pompeianus exercitus tulit in Lybia, ubi nullius poteſt conſiſtere miles inſtabilis, raptis etiam quas calcat harenis. nunc uerò ſi per terram rigidos lapides, aut tumentes colles, ſi per mare fluctus inconſtantiam pertuliſti, nihil eſt quod lamenteris, tanquam iniurioſa tibi fuerint elementa, quod naturæ potius ſuæ paruerint, quàm uoluntati tuæ. altera literarum tuarum pars, non minus delicate ac flebiliter te cum iam Piſis applicuiſſes, in morbum diutinum incidiſſe memorat, non aliter quàm ſi in ætate tàm longa, quid morbus eſſet ignorares. quomodo aũt ſe aduerſus mortẽ præparabit animus, inter hæc quotidiana tàm querulus? ſed ne latius effundar, ampliſsima enim res eſt, & uerborum egens, accipe breuiter, quæcunq; de his querelis à me ipſe diffuſius dici ſolent. nimis faciles ſumus ad accuſandum naturam, nemo quod uiuit, at quod egeſtatem ſentit, quod labores patitur, quod ſeneſcit, quod ægrotat, quod moritur, quiſq; cõqueritur, quaſi ſecundum naturam minus iſta quàm illa ſint. Et naſci, & uiuere, & comedere, & eſurire, & dormire, & uigilare, & laborare, & ſeneſcere, & ægrotare, & mori, naturalia ſunt, ut nemo his mortaliũ uacet, niſi cui fortè ſeneſcendi neceſsitatem mortis præcipitata remiſerit. quid igitur inutiles querelas effundimus? an quia nobis ſolis iſta contingunt, ſolis nobis lugere permiſimus? an quia omnibus, cunctorum ſimul in nos lamenta transfundimus, & ueluti humani generis procuratores, naturam accuſamus immeritam? odioſum ſanè negotium & importunum. illa enim mitiſsima, nos beneficia eius per impatientiam exacerbauimus, in parentem optimam ingrati, in noſmetipſos impij. oro itaque Pater amantiſsime, & ſi ætatem hanc non dedecet, etiam cõſulo, ut quicqd euenerit, inducamus in animũ, ferre fortiter, ferre moderatè, ferre ſine eiulationib. & ſine ulla lamentatione muliebri. habuimus enim deliberandi, & gratias CHRISTO. habemus adhuc deliberata exequendi ſpacium, & licet uulgus inſaniat, ſunt tamen nobis aliquanto magis ſobrij conſultores, quorum potius monitis obſequendum eſt. nec te moueat uita mea, quotiens epiſtolas meas legis, nec in frontem reſpexeris iſta ſuadentis. uidiſti enim interdum pallentem medicum, qui ſuam non poterat, alterius ægritudinem curare.

Fran. Petrarcha Iacobo Columnæ, S. IX.

Varia continet cum Romæ urbis laudibus.

SEmiſopitum epiſtolæ tuæ clamor excitat, quàm iocoſis refertam cõuitijs, lætus ridensq; perlegi. &, ut primum uenienti iaculo prius occurram, uide quæſo Pater optime, de multis quæ contra me colligis, quantum ab intentione tua prima etiam ſcribẽtis uerba diſcordent. mirari ſolitũ te ais, quod mundum in ætate adhuc tenera, ſic artificioſè decipiam, ut ſcilicet ars hæc ſit, tàm experientiæ quàm naturæ. Panegyricũ plurium certè uerborum, ſed minimè amplioris gloriæ ceciniſſe mihi poteras. mundus deceptor generis humani, quot uitàm laqueis implicitã, quàm amaræ dulcedinis aſperſione cõmendet, nouit quiſqs apertis oculis iter hoc agit. cuius & nos fraudibus, de induſtria fauemus, ſtudioſeq; ut ipſi ignoti, ſcimus aduerſus Apollinis conſilium laboramus. Hunc ſuperbia inflat, ſub ſpecie magni & excelſi animi, illum malitia & fraus, & quicquid prudentiæ proximum uidetur, ſub amictu finitimæ uirtutis infatuat, ille ſe fortem putat, inhumanus & ferox, hic ſe humilem uocat timidus & imbellis. eſt & quẽ titulo frugalitatis, auaritia ſollicitet, & quem prodigalitas ſpecie largitatis exhauriat, perſonata ſunt uitia, & immania mõſtra, formoſis ſub pellibus deliteſcunt. Accedit delectabilium ſed tranſiturarum, immò uerò tranſeuntiũ ac fugientium rerum turba, ambitio honorem nobis, & plauſum auraſque uulgares, luxuria

blandas & uarias uoluptates, pecunia plurimarũ rerum ſufficientiam oſtentat. nullus hamus ſine eſca, nullus ſine uiſco ramus, nullus laqueus ſine ſpe. Accedit humana cupiditas pceps inopsq́ cõſilij, & falli facilis, & inſidijs opportuna. in hoc igitur ancipiti & lubrico & ſuſpecto itinere, ſi quem fortè tàm cautũ, uel natura uel ſtudiũ feciſſet, ut mũdi fraudibus eluſis, mundũ ipſe deciperet, frontẽ ſcilicet oſtendens populo ſimilẽ, tota intus mente diſsimilis. quẽ tu hũc uirũ diceres? hũc tamẽ ubi q̃rimus? & natura optima & ætate ſolida, ſimul ac ſobria opus eſt, & alienorũ caſuũ obſeruatione ſollicita. Tu tamẽ hoc mihi nomen imponis, immenſum quidẽ (modò nõ irrideas) ꝙ ſi hodie uerũ nõ eſt, Deũ oro, q potẽs eſt etiã ab inferis excitare, ut uerũ fiat anteq̃ moriar. ſed quo hinc iocando pgrederis? multos fictionibus meis opiniones, de me concepiſſe magnificas, fuit ars hæc fateor, quibuſdã ex illuſtribus uiris, ut ingenio quodam ueras uirtutes mirãtibus. hinc & Numæ Pompilio diuini colloquij, & Publio Aphricano diuinæ etiam ſtirpis fama quæſita eſt, mihi ars ea, non competit, nihil habeo quod oſtentem, & tamen neſcio, quis me ab incunabilis ſuperuacuus fati fauor inſequitur, notior ſum quàm uelim, et ſcio de me quantuluſcunq́ ſim, in utramuis partem multa iactari, quibus ego nec deprimor, nec extollor. ſcio populi totidem ferè mendacia eſſe quot uerba, & hæc quidem hactenus, neque enim ut turbæ diſpliceam, magnoperè laborandum eſt. Nec dum deſinit urbanitas tua, dicis me, nõ modò uulgus inſulſum, ſed cœlũ ipſum fictionib. tentare. itaq́ Auguſtinũ & eius libros ſimulata quadam beneuolẽtia cõplexũ, re aũt uera à Poëtis & Philoſophis nõ auelli. qd aũt inde diuellere, ubi ipſum Auguſtinũ inhærentẽ uides? quod niſi ita eſſet, nunq̃ libros de Ciuitate Dei, ut reliqua ſileam, tanta Philoſophorũ & Poëtarũ calce fundaſſet, nunq̃ tantis Oratorũ ac Hiſtoricorũ coloribus exornaſſet, nimirũ nunq̃ enim in ſomnis ad tribunal æterni iudicis tractatus acceſſerat Auguſtinus meus, ſicut Hieronymus tuus, nunq̃ exprobrari ſibi Ciceronianum nomen audierat, quod cũ audiſſet Hieronymus fidemq́ dediſſet, ꝙ nunquam amplius libros gentiliũ attingeret, quàm diligenter ab omnibus, ſed à Cicerone pſertim abſtinuerit, noſti Auguſtinũ uerò, cui nullo ſomno interdictũ erat, nõ ſolũ familiariter illis uti nõ puduit, ſed ingenuè etiã fateri, ſe in libris Platonicorũ, magnam fidei noſtræ partem inueniſſe, & ex libro Ciceronis, q uocaẽ Hortenſius, mutatione mirabili, ab omni ſpe fallaci, & ab inutilib. diſcordantiũ ſectarũ, cõtentionibus auerſum, ad ſolius ueritatis ſtudium fuiſſe cõuerſum, & lectione libri illius inflammatũ, ut mutatis affectibus, et abiectis uoluptatibus uolare altius inciperet. ò uirũ ineffabilẽ dignũq́, quem Cicero ipſe p roſtris laudet, cuiq́ publicè grates agat, ꝙ inter tàm multos ingratos, unus uelit eſſe gratiſsimus. ò uirũ magnificè humilem, & humiliter excelſum, non qui alienis plumis ornatus, auctorib. hic inſultet, ſed q tã Chriſtianæ religiònis fluitantẽ puppim, inter hæreticorũ ſcopulos agẽs, pſentisq́ magnitudinis, ſine arrogantia ſibi cõſcius, ueritatẽ primordiorum ſuorũ, & adoleſcentiæ rudimenta commemoret, & doctor tantus Eccleſiæ non erubeſcat, ducatũ Arpinatis hominis licet aliò tendentis. cur autem erubeſceret? nemo dux ſpernendus eſt, qui uiam ſalutis oſtendit. quid ergo ſtudio ueritatis obeſſe poteſt, uel Plato uel Cicero? quorum alterius ſchola fidẽ ueracem, nõ modò nõ impugnat, ſed docet & pdicat alterius libri, recti ad illam itineris duces ſunt. eadem & de alijs dici poſſent, ſed piget in re notiſsima, teſtes ſuperuacuos conquirere, nec tamen ideò negauerim, multa apud illos eſſe, quæ uitari oporteat, cum & apud noſtros quædam ſint periculoſa incautis, & Auguſtinus ipſe, in quodã operoſo uolumine. de uberrima meſſe ſuorum ſtudiorum, inter naſcentis erroris loliũ, proprio pollice decerpat, quid ergo? rara lectio eſt quæ periculo non uacet, niſi legenti lux diuinæ ueritatis affluxerit, quid ſequendũ declinandũue docens. illa autem duce, ſecura ſunt omnia, & quæ nocere poterant, iam Syrtibus & Charybdi, aut famoſis in alto ſcopulis notiora ſunt. Vt uerò iam tandem huic laſciuæ calumniæ finis fiat, uerò ne an falſo Auguſtinũ animo cõplectat, ipſe nouit. etenim ubi nec fallere uult quiſquam, nec falli poteſt, unde deuia uitæ meæ, erroresq́ cernentẽ, miſereri arbitror, pſertim ſi adoleſcentiæ ſuæ meminit, quĩ uagam & aberrantem miſeratus omnipotens, retraxit ad rectũ iter, & nũc p arenoſis

Aphricæ littoribus, ubi aliquandiù noxiè delectatus, Vergebat ad mortem, æternæ frõden
tis Hieruſalem ſine fine municipem eſſe dedit. inde mihi fauet, inde me diligit, quid enim
dubitem, cum audiam in eo libro, quem de Vera Religione conſcripſit, eum ſpe firmiſsi-
ma dicentem: Quiſquis angelorum Deum diligit, certus ſum, quod me diligit: ſi enim ille
cõtemplatione cõmunis Dei, angelicum amorem ſibi promittere nõ metuit, cũ ſit homo
audebo & ego, qui homo ſum, amorem humanum, animæ illius ſacratiſsimæ, quæ nunc
cœlo fruitur ſperare. Sed enim nouis hic ſalibus aſpergor, ais enim, mihi Phyſica etiam nũc
& Poëtica ruminãti, Auguſtini dicta, quaſi quædã ſomnia uideri. melius dixiſſes. Illa rele
genti, totam mihi uitam meam, nihil uideri aliud quàm leue ſomnium, fugaciſsimumque
phantaſma. Itaque lectione illa excitor, interdum uelut è ſomno grauiſsimo, ſed urgente
mortalitatis ſarcina, palpebræ rurſus coëunt, & iterum expergiſcor, & iterum & iterum
obdormio. uoluntates meæ fluctuant, & deſideria diſcordant, & diſcordando me lacerãt,
ſic aduerſus interiorẽ hominẽ, exterior pugnat, nũc dextra ingeminãs ictus, nũc ille ſiniſtra,
nec mora, nec requies, & ſi pater æternus uoce prælia dirimens, fuſum Dareta, de manibus
Entelli ardentis eripiat, uincet exterior. quid multa? adhuc de fine ſum incertus, uiuoque in
ſpe, ad uictorem mortis exclamans:

Eripe me his inuicte malis.
Da dextram miſero & tecum me tolle per undas.
Sedibus ut ſaltem placidis in morte quieſcam.

ſed nihil iocis lentius, nihil flexibilius, quocunque traxeris ſequuntur. quid ergo ais fin-
xiſſe me mihi ſpecioſum laureæ nomen, ut eſſet, & de qua ego loquerer, & propter quam,
de me multi loquerentur, rem autem ueram in animo meo lauream, nihil eſſe, niſi illam poë
ticam, ad quam aſpirare me longum & indefeſſum ſtudium teſtatur, de hac autem ſpiran-
te laurea, cuius forma captus uideor, manu facta eſſet, omnia ficta carmina, ſimulata ſuſpi-
ria: in hoc uno uerè ut iocareris, ſimulatio eſſet utinam, & non furor, ſed crede mihi, nemo
ſine magno labore diu ſimulat, laborare autẽ, gratis ut inſanus uidearis. inſania ſumma eſt.
adde quod ægritudinem geſtibus, imitari bene ualentes poſſumus, uerum pallorem ſimu
lare non poſſumus. tibi pallor, tibi labor meus notus eſt, itaque magis uereor, ne tu illa fe-
ſtiuitate Socratica, quàm Ironiam uocãt (quo in genere, nec Socrati quidem cedis) morbo
meo inſultes. ſed expecta, ulcus hoc cum tempore matureſcet, uerumque fiet in me Cice-
ronianum illud Dies uulnerat, dies medetur atque aduerſus hanc ſimulatam, ut tu uocas,
lauream, ſimulatus ille mihi etiam Auguſtinus fortè profuerit, multa enim & grauia legen-
do, multumque meditando, antequàm ſeneſcam ſenex ero. quis autem erit facetiarum mo-
dus? ubi deſines? quid ais? Temptatum te quoque fictionibus meis, ac propè deluſum, im
mò uerò deluſum, aliquandiù expectaſſe me Romæ, ſimulantem ingens ueniendi teque reui
dendi deſideriũ, tandem, quod ſpectatores callidi in circulatorum præſtigijs ſolent, aperien-
ti tibi oculos, & in artes meas profundius intẽdenti, omnem ingenij mei ſcænam patuiſſe.
Deus bonè, quid hoc eſt? calumniando tu quidem facies, ut magnus ſim. iam Zoroa-
ſtres uideri mihi incipio, repertor magiæ, ſiue unus ſuorum. eſto ſim Dardanus uel Domi-
geron, uel Apollo, uel alius, ſi quem ars ea notiorem fecit, parum'ne præſtigij eſt, præſtigia-
torem uerbo facere? ſed iam ſatis ſuperque iocum traximus, ſeriò uelim mihi reſpon-
deas. ceſſet quamuis ardor, faciem tuam uidendi, quem laborioſiſſimè in quartum
annum iam protraxi, dum cogito, ecce ille cras aderit, ecce tu poſtridie mouebis,
excidat quidam curarum non mediocris cumulus, quem cum nullo mortalium, ni-
ſi tecum æquo animo partirer, quieſcat affectus cernendi, præclariſsimum Patrem
tuum, magnanimos Fratres, honeſtiſsimas ſorores, exoptatos amicorum uultus.
quanti demum extimaturum reris, mœnia urbis & colles, & (ut ait Virgilius) Tu
ſcum Tyberim & Romana palatia cernere? Credi non poſſet, quantum Vrbem il-
lam (deſertam quamuis) & ueteris effigiem Romæ ſpectare cupiam, quam nunquam uidi,
ubi ſegnitiem meam ſi tamen ſegnities & nõ neceſsitas fuit, incuſo. exultare mihi uidetur

Seneca ad Lucilium ſcribens, ex ipſa uilla Scipionis Aphricani, nec modicum ducit, uidiſſe locum, ubi ille uir tantus exulauerat, ubi negata patriæ oſſa reliquerat. quod ſi contigit Hiſpano homini, quid me hominem Italicum ſentire putas? non de uilla Literni, aut de Scipionis ſepulchro, ſed de urbe Roma, ubi Scipio natus eſt, ubi educatus, ubi uictor idem & reus pari gloria triumphauit, ubi non unus ille, ſed innumerabiles uixerunt uiri, quos nunquã fama tacitura eſt. de ciuitate, inquam, illa, cui nulla ſimilis fuit, nulla futura eſt, quæ ciuitas regum etiam ab hoſte dicta eſt. de cuius populo ſcriptum legimus. Magna eſt fortuna populi Romani, magnum & terribile nomẽ, cuius ſine exemplo magnitudinem atque incomparabilem monarchiam futuram præſentemque diuini cecinerũt uates, neque ego nunc Romanas proſequor laudes, maior res eſt, quàm ut poſsit à tranſcurrente tractari, ſed hæc curſim attigi, ut intelligeres nõ paruipendere me Reginæ Vrbis aſpectum, de qua infinita perlegi, & ipſe multa iam ſcripſi, plura fortè ſcripturus, niſi primordia mea præcipitata dies mortis abrumpat. Finge me his nequaquam tangi, quam dulce tamẽ eſt Chriſtiano animo, Vrbem cernere, cœli inſtar in terris, ſacroſanctis martyrum neruis atque oſsibus confertam, & ueri teſtium pretioſa cede reſperſam. uidere uerẽdam populis ſaluatoris imaginem, & in ſaxo duriſsimo, æternum gentibus adoranda ueſtigia. ubi ad literam luce clarius impletum cernitur illud Eſaiæ: Et uenient ad te curui filij eorũ, qui humiliauerunt te, & adorabunt ueſtigia pedum tuorũ, omnes qui detrahebant tibi. Circumire ſanctorum tumulos, uagari per apoſtolorum atria, melioribus iam curis comitantibus, & inquieta ſollicitudine uitæ præſentis in littore Maſſiliæ deſtituta. quæ cum ita ſint, quid me ſegnem uocas, cum ſcias, quod iter meum ex alieno pendet arbitrio? ego meipſum tibi dederam, paruum quidem, ſed perpetuum munus, tu me alteri parere uoluiſti, ſi alter propriè dicitur talis: & tam unanimis germanus, nihil hic mihi conſcius ſum, ſi culpa eſt, uel tibi parce uel fratri. In extrema literarum parte ueritus forte, ne lepidiſsimis iocis tuis offenderer, ſolet enim leonis quantumlibet blanda contrectatio, animantia parua proterere, ſuaue olentis unguenti drachmam adhibes, ubi pupugiſſe uidebare, dum me ad te amãdum, immò uerò ad tibi reddendas amoris uices, prædulciter cohortaris. quid dicam? Multa loqui, non magis dolore quàm gaudio præpedimur, hoc unum me tacentem nõ ignoras, uſque adeò ſaxeus nõ ſum, ut ad tàm debitum amorem, ſit mihi neceſſarius hortator, atque utinam in amãdo nõ magis, frenò quàm calcaribus egerem. tranquillior iuuenta ſequeretur, hoc ſaltem oro, ne finxiſſe me fingas. Vale.

Fran. Petrarcha Agapito Columnæ, S. X.

Studia hominum in deteriora prolabi.

NOn miror in te, quod in omnibus ſtupeo, & in me autem queror & lugeo. publicum malum eſt, quæ negligi ſine periculo poterãt, certatim quærimus, quod apprimè curandũ erat, publicè negligitur. quàm fertilis ager, quàm domus cõpoſita, quàm obſequioſius ſeruus, quàm ſollicitus procurator, quàm ſplendida ueſtis, quàm nitidus equus, quàm pulchra uxor, quàm noſtri corporis ornata ſuperficies, omnes curamus: quàm pulcher & ornatus animus, curat nemo, nec ſe curaturum ſpondet, aut ſperat, ſed quod primum eſſe debuerat, differimus ad extrema:

O ciues, ciues, quærenda pecunia primum,
Virtus poſt nummos.

Sic eſt hodie, ſic erat Flacci ſeculo, ſic erit temporibus pronepotum, niſi fortè meliora de poſteris auguramur, utinam id quidem ſperare poſſemus. ſed, ut res eunt, indies peiora conijcio, quamuis iam peiora uix poſsim, nedum timere ſed fingere, certè ſic uiuitur, eoque criminum ac furorum uentum eſt, ut procedi ulterius, ſine publico præcipitio non poſsit. Nũc nunc impletum eſt quod ante tempus dixerat Satyricus:

Omne in præcipiti ſtetit.

Enitemur tamen pro uiribus, ut ſemper aliquid accedat inſaniæ, nec nunquam à maioribus traditæ licentiæ, finibus contenti erimus, nunquam cõmittemus, ut mentitus uideatur Horatius, ubi ait:

Aetas

Aetas parentum peior auis tulit
Nos nequiores: mox daturos,
Progeniem uitioſiorem.

Et, ut in tempus aliud grauiorem hanc querimoniam differamus, inſiſtentes cœpto, ſemper uerisſimũ faciemus, quod Marco Varroni, uiro longè doctiſsimo uiſum eſt, quoniam ſi duodecimam curæ partem, quam impendimus ut piſtor bonum nobis panem faciat, impendiſsemus in nobis ipſis, iam pridem boni eſſemus (ut de annulis, de calceis, de calamiſtris ſileam) ſic eſt proculdubiò, ſic erit, ſemper curabuntur ſuperuacua, ſemper neceſſaria negligentur. In literis tamen tuis clariſsimè uir, unum de te bonæ ſpei pignus habeo, uideris mihi uim pati, & (q proximus ad ſalutẽ gradus eſt) ſtatũ tuæ mẽtis agnoſcere uideris, mihi indignatione magnifica, cũ primũ ſe facultas obtulerit, ex his cõpedib. euaſurus. Vale.

Fran. Petrarcha Agapito Columnæ, S. XI.

Ad Cœnam poeticam amicum inuitat.

AD cœnam expectatus uenies, memorquè non hic cupidinarium forum eſſe, poëticum tibi conuiuium præſto eſt, idquè non Iuuenalis aut Flacci, ſed quale à Virgilio paſtorale deſcribitur:

Mitia poma,
Caſtaneæ molles: & preſsi copia lactis.

cætera duriora, inelaboratũ ac rigidum panem, fortuitũ leporem, aut peregrinam gruem, idq; perrarò, & callum fortaſsis apri rancidioris inuenies. quid multa? neq; locorum nec uictus aſperitas ignota eſt tibi, itaq; nõ pedibus tantùm, ſed ut facetè Plautinus paraſitus ait, Calceatis dentibus ut uenias, admoneo. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. XII.

Hetruriæ loca quædam deſcribit.

PEropportunum curis meis locum, ſi non aliò properat animus, nactus ſum, in Regione Romana Caprarum mons dictus eſt, olim credo, q ſylueſtribus uirgultis obſeſſus, capris quàm hominibus frequẽtior haberetur. paulatim cognitus loci ſitus, & ſpectata fertilitas, habitatores aliquot ſpontè contraxit, à quibus arx eminenti ſatis tumulo fundata, & domorum quantum collis anguſtus patitur, adhuc uetus Caprarum uocabulum non amiſit. locus ignobilis fama, nobilioribus cingitur locis. Eſt hinc Socrate mons, ſylueſtro clarus incola, ſed & ante ſylueſtrum poëtarum carminibus illuſtris. Hinc Cymini cum mõte lacus, quorum meminit Virgilius. hinc Sutrium, quod non niſi duobus paſſuum millibus abeſt, ſedes Cereri grasſiſsima & uetus, ut perhibent, Saturni colonia. campus oſtenditur non longè à muris, ubi primum in Italia frumenti ſemen, ab aduena rege iactum dicunt, primam meſſem falce deſectam, quo beneficio miraculoq; delinitis animis, in partem regni uiuens, in opinionem diuinitatis, uita functus fauore hominũ acceptus ſenex rex & falcifer deus eſt Aẽr hic, quantum breue tempus oſtẽdit, ſaluberrimus, hinc illinc colles innumeri, altitudine nec accesſu difficili, & expedita proſpectui, inter quos & umbroſa laterum conuexa, & opaca circum antra ſubſidũt, undiq; ſubmouendis ſolibus, frondoſum nemus erigitur, niſi q ad Aquilonem collis humilior, apricũ aperit ſinũ, mellificis apibus floreã ſtationem, fontes aquarum dulcium, imis uallibus obſtrepũt, cerui, damæ, capreoli, & feri nemorũ greges, apertis uagantur collibus. Omne uolucrũ genus, uel undis uel ramis immurmurat, nam bouum & omnis manſueti pecoris armenta, & humani laboris fructus, Bacchi dulcedinem & Cereris ubertatem. ad hæc & illa naturæ dona, uicinos lacus ac flumina, & nõ longinquum mare prætereo. pax una, quonam gentis crimine, quibus cœli legibus, quo fato, ſeu qua ſyderum ui, ab his terris exulet ignoro. quid enim putas, paſtor armatus ſyluis inuigilat, non tàm lupos metuens quàm raptores, loricatus arator, haſtam ad uſum ruſtici pugionis inuertens, recuſantis bouis terga ſollicitat. auceps retia clypeo tegit, & piſcator hamis fallacibus, hærentem eſcam rigido mucrone ſuſpendit (quodquè ridiculũ dixeris) aquam è puteo petiturus, rubiginoſam galeam, ſordido fune connectit. denique nihil ſine armis hic agitur, quis ille pernox ululatus uigilum in mœnibus? quæ uoces ad

arma

arma cõclamantium: quæ mihi in ſonorum locum, quod blandis è fidibus exprimere conſueueram, ſucceſſere. nihil incolis harum regionum inter ſe aut tutum uideas, aut pacatum audias, aut humanum ſentias, ſed bellum & odia, et operibus dæmonum cuncta ſimillima. His in locis pater inclyte, inter uolẽtem ac nolentem dubius, iam ſextumdecimum diem ago, & quantum poteſt in rebus omnibus conſuetudo, fragore militum, & ſtridore lituũ, cæteris in aciem concurrentibus, me ſæpè per hos colles uagum, uideas, atq; aliquid quod poſteritatem mihi concilìet aſsiduè meditantem. omnes me cum admiratione reſpiciunt, ocioſum, intrepidum & inermem, contrà ego omnes admiror pauidos, ſollicitos, & armatos. hæc eſt humanarum uarietas actionum, quod ſi forſan interroger, an hinc migrare malim, non facile dixerim, & ire iuuat, & manere delectat, Ad primũ pronior ſum, non quod hic moleſti quicquam patiar, ſed Romã uiſurus domo moueram. eſt autem ſecundum naturam, ut uſq; in finem uotorum, animus non quieſcat, ex quo maximè colorem mihi uidetur habuiſſe, opinio illa, quæ beatifica uiſione Dei, in qua conſumata fœlicitas hominis conſiſtit, defunctorum animas, tàm diù carituras aſtruebat, donec corpora reſumpſiſſent, quod naturaliter non optare non poſſunt, quamuis illa ſententia multorum, ſaniori iudicio uicta, & cum auctore ſuo, da ueniam quæſo, qui ualde eum, ſed non errores eius dilexiſti, ſepulta iam pridem ſit. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ. S. XIII

Cauſas moræ apud Caprarum montem recenſet.

IN hoc ecce Caprarum, immò uerò leonum ac tygridum monte, quolibet agno mitior, Vrſus iſte tuus habitat, Anguillariæ comes, amator pacis, ſine bellorum metu, inter bella ſecurus, non ſine pacis deſiderio, hoſpitalitate ſecundus memini, conſilio urgens, blandè ſeuerus, & rigidè benignus in ſuos, pieridum familiariſsimus, & excellentium ingeniorum mirator elegãtiſsimus, ac laudator. Et ſecum non aduerſum, ut ille, ſed cõueniens moribus ſuis, nomen ſortita Agnes coniunx eius præclariſsima ſoror tua, de qua ut de Carthagine Saluſtius ait, ſilere melius puto, quàm parum dicere, ſunt enim quædam, quæ nullo melius modò, quàm ſtupore & ſilẽtio laudantur, horũ ex genere ſoror tua eſt, hoc concors & mite par coniugium, ceu roſas aut lilia totidem, notaui inter ſpineta ac tribulos odiorũ, horum ſuauitate utcunq; reliquorum temperatur aſperitas. Acceſsit diuinus & ſingularis uir, Iacobus de Columna, Lomberienſis Epiſcopus, germanus tuus, ad quem cũ aduentus mei nuncium præmiſiſſem, per literas quid me agere uelles interrogans, quomodo obſidentibus omnes aditus domus tuæ hoſtibus, non tuto uidebar Romam petiturus, Reſcripſit ille, congratulatus aduentui, & expectare iubens, paucisq; poſt diebus ad VII. Cal. Februarij affuit, cum Stephano fratre primogenito, cuius etiam uirtus eximia, magna quidem materia uatum, eſt, neq; amplius quàm centum armatis equitibus ſtipatus uterq;, non ſine ſpectantium horrore tranſiuerat, cum quingentos & eò amplius ſub hoſtium ſignis eſſe conſtaret, ſed ea, quæ ſæpè bellum conficit, fama ducum, interſtrauerat, cum his ego nũc generoſis ſpiritibus habito, tanta dulcedine, ut ſæpè alibi quàm in terris eſſe uidear, nec iam Romam magnoperè requiram, ibimus tamen, quamuis denuò dicantur, aduerſarij reditum, in urbem accuratius obſtruxiſſe. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ. S. XIIII.

Ruinas Vrbis admirans obſtupeſcit.

AB urbe Roma quid expectet, qui tàm multa de montibus acceperit: putabas me grãde aliquid ſcripturum cum Romã perueniſſem, ingens mihi forſan in poſterum ſcribendi materia oblata eſt, in præſens nihil eſt, quod inchoare auſim, miraculo rerum tantarum & ſtuporis mole obrutus. unum hoc tacitum noluerim, contra ac tu ſuſpicabaris accidit. ſolebas enim, memini, me ueniendo dehortari hoc maximè prætextu, ne ruinoſæ urbis aſpectu famæ, non reſpondẽte atq; opinioni meæ, ex libris conceptæ ardor meus ille lẽteſceret. ego quoque, quamuis deſiderio flagrarem, non inuitus differebam, metuens ne quod ipſe mihi animo finxeram, extenuarent oculi, & magnis ſemper nominibus inimica præſentia. illa uerò, mirum dictu, nihil imminuit, ſed auxit omnia, uerè maior

fuit

fuit Roma, maioreſq́ʒ ſunt reliquæ quàm rebar. iam non orbem ab hac Vrbe domitum, ſed ſed tàm ſerò domitum miror. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. XV.

Laudatoria.

SVnt qui Romanorum ueteres matronas ſingulas ſingulis laudibus attollant, & Lucretiæ quidem pudicitiam aſcribunt, Martiæ grauitatem, pium impetum Veturiæ, coniugalis amoris ardorem Portiæ, Claudiæ hilaritatem ſobriam, Iuliæ facetias & eloquentiam muliebrem, urbanitatem Ceciliæ, Liuiæ maieſtatem, Corneliarum alteræ generoſum robur animi, alteræ morum uerborumq́ʒ dulcedinem. ſunt & qui peregrinas ſuis laudibus proſequantur, honeſtatem in Penelope, in Artemiſia amorem immortalem, In Ipſicratea tolerantiam, In Thamyri fortitudinem, conſilium in Thætide, modeſtiam in Argia, pietatẽ in Antigione, in Didone conſtantiam admirantes. uellem ut duo laudatores, ueterũ, ſorores tuas Ioãnam et Agnetẽ cernerẽt haberẽt profectò in una domo ampliſsimã, laudãdi materiam, neq́ʒ fœmineis titulis conquirendis, per omnes terras & per tàm multa ſecula uagarentur. quicquid uſquam ſparſim quæritur, apud has ſimul inuenitur. Tu uiue, non uirtute tantùm propria, ſed magni Genitoris gloria, Fratrumq́ʒ concordia, & talium ſororum pietate fœliciſsimus. Vale.

FRANCISCI PETRARCHÆ. V. C. EPISTOLARVM DE REBVS FAMILIARIBVS,

LIBER III.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. I.

Tyle inſula.

PErambulanti ueterum confinia, acceſſu quidem aſpera, ſed amœna cum perueneris, creber ſcrupulus ingenij pede calcandus eſt. hoc ſanè, quem tu tibi nuper iniectum ſcribis, ego iam pridem premor, quæroq́ʒ itidem, quànam mundi parte Tyle ſit inſula, quæro: ſed, ut uerum fatear, nec certo iudice, nec ad rem ducentibus coniecturis, aut ipſam, aut nulla inueniẽdi ſpem inuenio, & hæc tibi quidem, ex ipſis Britannici Oceani littoribus propinqor, ut fama eſt, ipſi q̃ ueſtigamus inſulæ ſcribo. pſectò unde uel antiquo literarũ ſtudio, uel noua ac ſollicita locorũ indagine, certius aliquid ſcribere poſſe debueram, ultimam quippè terrarũ eſſe nõ ambigitur, hoc Virgilius canit, hoc Seneca, hoc ſecutus utrũq́ʒ Boẽtius, hoc omnis deniq́ʒ ſcriptorum cohors, illud quoq́ʒ ſatis inter multos conuenit, in occiduo tractu ſitam, quã longiſsimè ab ortu ſolis & à meridie receſsiſſe. Cæterum nobis in occidẽte poſitis ſtimulos addidit, ipſa uicinitas, ſi ad orientem ſita eſſet, fortè non magis Tylẽ quàm Taprobanem curaturis, cũ uerò Britanniam & Hyberniam cunctaſq́ʒ Orchadas in occidentali Oceano, ad aquilonem, inq́ʒ eodem Fortunatas inſulas, ad auſtrum, partim uſu, partim aſsiduo cõmeantium teſtimonio, nõ aliter penè quàm ipſam Italiam aut Gallias noſceremus circũſpicere, mirariq́ʒ cœpimus aliquantoq́ʒ ſcrupuloſius inquirere, ſicubi undis emergeret celebrata hæc omniũ literis inſula, quã in noſtro Oceano, & antiquorũ locauit auctoritas, & nũc etiam orientaliũ populorũ, ac totius orbis confimat opinio, quid multa? Euenit huic, quod ſæpè claris uiris accidit, ut ubiq́ʒ ſint, quàm in patria notiores, percontare occidentis accolas, indocti ipſum inſulæ nomen ignorant, literis utiq́ʒ clarũ nomẽ inſulæ eſt. Inſula uerò non minus ignota quàm uulgo, mihi quidem de hac re cum Richardo quondam Anglorum regis cancellario, ſermo nõ ocioſus fuit, uiro ardentis ingenij, nec literarum inſcio, & qui ut in Britannia genitus atque educatus, abditarumq́ue rerum ab adoleſcentia ſupra fidem curioſus, talibus præſertim quæſtiunculis enodandis aptiſsimus uideretur, ille autem, ſeu quia ſic ſperaret, ſeu quia puderet ignorãtiam fateri (qui mos

hodie

hodie multorum eſt, qui non intelligunt quanta moleſtiæ laus ſit, homini nato, nec noſſe omnia uolenti, profiteri ingenuè ſe neſcire quod neſciat) ſeu forte, quod non ſuſpicor, quia huius mihi arcani notitiam inuideret: reſpondit, certè ſe dubietati meæ ſatisfacturum, ſed nō prius quàm ad libros ſuos, quorum nemo copioſior fuit, in patriam reuertiſſet, erat enim dum in amicitiam eius incidi, tractandis domini ſui negotijs, apud ſedem Apoſtolicam peregrinus ea ſcilicet tempeſtate, quia inter præfatum dominum ſuū, & Francorum regem prima diuturni belli ſemina pullulabant, quæ cruenta meſſem poſtea protulere, necdum repoſitæ falces, aut clauſa ſunt horrea, ſed dum promiſſor ille meus abijſſet, ſiue nihil inueniēs, ſiue nouiter iniuncti pontificalis officij graui munere diſtractus, quamuis ſæpè literis interpellatus, expectationi meæ, non aliter quàm obſtinato ſilentio ſatis fecit. Ita mihi Tyle amicitia Britannica nihil notior facta eſt. Poſt annos uerò uenit in manus meas libellus de mirabilibus Hyberniæ à Giraldo quodam aulico, Heinrici ſecundi regis Anglorum, licet tenui rerū ſtylo non rudi tamen uerborum arte contextus, quem ne totum bibliothecæ noſtræ, foribus excluderem, breuis quædam ipſius particula promeruit, ubi de hac eadē inſula noſtræ ſimilis & operoſa dubitatio inſerta erat, itaq; ſimilitudo una ingenij, mihi totius operis commendauit, auctorē. aliquot ibi ſcriptorum ſententias attingit, quod inſularum Oceani, quæ circa Britanniam, quæue inter arcton & occaſum ſunt, extrema ſit Tyle. ubi æſtiuo nulla nox, brumali contra ſolſtitio nulla dies, ultra quàm pigrum atq; concretum iaceat mare. ad hæc Solinum & Iſidorum teſtes citat, ignotam nihilominus inſulam occidēti, nullamq; huius uel naturæ uel nominis illic eſſe confirmat, ideoq; coniecturam ſequens, aut famoſam ſed fabuloſa inſulam exiſtimat, aut infinito ab alijs ſpatio ſecretam, nuſquam alibi, quàm in intimis borealis Oceani ſeceſsibus requirendam. Cuius ſententiæ aſtipulatorem facit Oroſium. Poterat & Claudium, ubi Hyperboreo damnatam ſydere Tylem ait. hoc tamen omiſſo, rem agit, & ad hunc ferè modum ille diſputat. Tu teſtes quos inducit examina, quam ſibi conſter, & quanta ſit dictis fides intelliges: ego enim nunc à libris omnibus, quàm longiſsimè abſum, & id unum in hac peregrinatione moleſtiſsimum experior, domo egreſſus, nullum Latinæ linguæ murmur audio, domum regreſſus, comites libros, cum quibus loqui ſum ſolitus, non habeo, omne mihi colloquium cum memoria mea eſt. hæc igitur ex tempore & memoria ſcribo, ita ut de quibus illam hæſitantem uideo, ſilentio potius quàm calamo committenda crediderim. multa ſanè non aliter, quàm ſi ſub oculis libri eſſent, memini, quæ frequens horum cogitatio, mihi altius atque tenacius impreſsit. Plinium ille Secundum, fortè non legerat, quo nemo certius rem expreſsit, quam uerè definire non auſim, cum illud ſemper occurrat, quid ita omnibus habeatur incognita inſula tàm uicina, tàm celebris. ſed dicam quid ipſe Plinius Secundus, ſecūdo naturalis hiſtoriæ libro ſenſerit. Tylem eſſe inſulam, ſex dierum nauigatione in ſeptentrionem à Britannia diſtantem, ubi ſemeſtrem æſtiuum diem ac paris ſpatij brumalē noctem eſſe coniectat, & uiolento, quantū ſibi uidetur, rationis argumēto. & præterea neſcio quo Phocenſi Pythia Maſilienſi teſte utitur, quæ ſi uera ſunt, quantulum hinc abeſt Tyle ipſa quam quærimus, cuius apud Indos, ut augurer, fama ingens, apud nos notitia nulla eſt. Seruius quidē & ſi Grammaticus melior quàm nec Coſmographus uel Poëta, ſequēs tamen priorum ueſtigia, ſuper illum Virgilij locum:

Tibi ſeruiat ultima Tyle:

ſic ait Tyle inſula eſt Oceani inter ſeptentrionalem & occidentalem plagam ultra Britanniam, Hyberniam, Orchadas. Vides ut unum ferè ſignum omnes aſpiciat, ut inter ſeptentrionem & occaſum, ac non procul à Britannia uario ſermone conueniant, ubi ſi corpore conueniſſent, re cogente, mutaſſent fortè ſententiam. Duo longius abſcedunt, à cæterorū dictis, ſed an ad uerū propius accedant, an propter diſtantiam nō ita manu, ut aiūt, mēdaciū prendi poſsit, incertum eſt. horum alter Oroſius eſt, cuius ſuprà eſt mentio habita, alter uerò Pomponius Mela, nobilis Coſmographus, quem Plinius in multis ſequi ſolitus, hic neglexiſſe uiſus eſt. is enim toto anno, unum ſolis ortum, uerno, unumq; autumnali æquinoctio, occaſum atq; ita una die dūtaxat, unaq; nocte diſtinctū anni ſpatium, Hyperboreis populis

populis aſsignat, primus in littore Aſiatico ſuper Aquilonem Ripheoſq; montes habitantibus, omnium (ſiquid ſibi credimus) mortalium innocentiſsimis fœliciſsimisq;, Tilem autem inter Oceani inſulas, Belgarum littoribus oppoſitam teſtantur, noctes ibi breues, hyeme quidem fuſcas, æſtate lucidas, ſolſtitio nullas. Adeſt tanta diſcordia, ut mihi quidem nihilo uideatur occultior inſula ipſa, quàm ueritas. ſed benè habet, quia q̄d laborioſè quærimus, impunè neſcimus. Lateat ad Aquilonem Tile, lateat ad Auſtrum Nili caput, modò non lateat in medio conſiſtens uirtus, & huius uitæ breuis ſemita, per quam magna pars hominum palpitando titubandoq; proficiſcitur ad incertum finem ambiguo calle feſtinans. ne ergo nimis magnam operam impendamus, in inquiſitione loci, quem forſan in uentum cupidè linqueremus, claudenda iam epiſtola, & tempus curis melioribus impendendum eſt. hæc ſunt, quæ de hoc ambiguo tibi, nūc ex ipſa (ut ita dixerim) inquiſitionis área, excutere potui. reliqua à doctoribus exige. mihi quidem, ſi hæc ne latibula rimari, & addita noſſe negatum fuerit, ne ipſum noſſe ſufficiet. hic oculos aperiam, hic figam intuitū, orabo eum qui me fecit, ut ſe mihi neq; ſimul oſtendat & (quod uotum ſapientis eſt) notū mihi faciat finem meum. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. II.

Curas hominum ſuperuacuas eſſe.

QVid ad literas tuas dicam? Vereor ne humanorum torrens rapidiſsimus, eorū amicum noſtrum, fundo aluei rotatum, cum uniuerſo rapiat. ſeneſcit, ut uides, inter ludos atq; præſtigia fortunæ, multa ſibi promittens, quæ, mihi crede, nunquam uenient. Vna tamen excuſatio eſt: omnes idem ferè morbus habet, quem inuenies, qui nō ſæpè craſtinæ quietis hodie laboret: hæc fœlicitas, hæc mortaliū uita eſt, mirus furor, nec miror ideò quia publicus, hiare inuentis, & certis bonis abiectis incerta ſectari ignorant homines, quā tum lucri ſit ſpes inanes, & fallaces perdere. Nulla grauior ſarcina, nulla tamen triſtius deponitur, uſq; adeò malis etiam proprijs delectamur. Laborat ille quidem & ſuſpirat & anhelat ſuperuacuè, & contra Flacci ſententiam. Terras alio calentes ſole permutans, breui fortis iaculatur æuo multa. nō accuſo in alijs, quod in nobis excuſo, tulit & nos multa uidēdi ardor, per terras ac maria, & nunc maximè ad extrema terrarum, ea me uoluptas traxit, pellente hinc tædio rerū, morumquè odio, quo rurſum dura neceſsitas retraxit, nudiuſtertius applicuit, & cum multa inde ſibi ſcripſerim reuerſus puluerulentum calamum, tuo primum nomine deterſi. Amicus autem noſter non ut doctior redeat, nullum mundi littus in acceſſum ſinit, & omni uento caducæ frōdis more circumuoluitur, ſuſpiriorum eius nullus, ut auguror, finis erit, niſi qui uitæ. hoc ſibi uerbis meis dicito. Raro quidem præmeditata ſuccedunt, ſed finge ſuccedant, creſcit cum fœlicitate miſeria, id haud difficilè perſuaderi poſſet experto, niſi conſuetudo peſſima, aures ſalutaribus uocibus obſtrueret. ſed ipſe de ſe uiderit, tu uerò cœptum tene, & ne turba delirantium animum à propoſito cōuellat caue. Senecæ, immò uerò ipſius naturæ uerbum eſt. Nec multo opus eſt nec diù. Vale.

Fran. Petrarcha Stephano Columnæ Iuniori, S. III.

Vſum uictoriæ non amittendum eſſe.

POtuiſti uir fortiſsime uincere, ſcito ſapientiſsime uir uti uictoria, ne quis, unquam noſtrum tibi poſsit obijcere, quod Cannenſi quondam die Maharbal Hannibali, qui ſi conſilio obſecutus, recto calle ab acie Romam, ſanguine noſtro rorantia ſigna uertiſſet, quæ nam ſit hiſtoricorum opinio, non ignoras. ſed illius impijs auſibus, obſtitit Italiæ fauens Deus. Idē pios adiuuans conatus, aciē tuam comitabit, diriget, ſe duce uictricia ſigna nō deſeret. ille tibi nunc perpetuā uictoriam ultimūq; tuorū hoſtiū exterminiū pollicet, qui de tot olim Barbaricis legionibus, piā paucitatē Theodoſij principis ſaluam fecit. & tu profectò iuſtiſsimam cauſam foues, & qui illius tunc iuſtitiæ fuit, tuæ nunc teſtis eſt CHRISTVS, deuotiſsimè tibi diebus ac noctibus inuocandus, ut peragat q̄ incepit, nō equidē procul ille, ſed tecū eſt & tecū erat (mihi crede) dū uinceres. alioqn quonā modo cū paucis tantū fudiſſes exercitum, atq; unus duos ſupbiſsimos hoſtes, incautuſquè idem ac propè

ſemiermis,

ſemiermis, præmeditatos illos, & inſtructos inopino marte tàm celeriter oppreſsiſſes? aderat proculdubiò cœleſte præſidium, aderitq́ue quotiens non mutata iuſtitia, partis tuæ pie reuerenterq́ue poſtulabitur. I tanto ſecurus duce, & de cæſorum ſanguine renaſcentem puerum, Eccleſiarum ſpolijs oneratum, prædam uerius ſcito eſſe quàm prælium, prior nempè uictoria, ut glorioſa ſic inops fuit, hæc tàm opulenta quàm facilis, uade igitur, ad certam uictoriam, potius iam ad ambiguū certamen, & uade non tàm proprijs uiribus, quàm diuino fiſus auxilio. Ipſa pro te etiam elementa pugnabunt, quæ pro Theodoſio pugnauerunt (quodque ait Claudianus)

Tibi mittet ab antris
Aeolus armatas hyemes, tibi militat æther.
Et coniurati ueniunt ad claſsica uenti.

Nam & tu quoque cum crucis hoſtibus, licet CHRISTI nomen uſurpantibus, bellum geris, quod ſic eſſe nouus Eugenius ex agno lupus, tyrannus ex clerico, oppreſſæ ac nudatæ per Italiam teſtantur Eccleſiæ. Te non tuarum magis, quàm ſuarum iudicem offenſarum poſcit læſa diuinitas, noli geminæ deeſſe uindictæ, neque in his quæ geſta ſunt, ſpem uſque adeò poſueris, ut quæ ſint gerendæ non uideas. aliquid eſt actum, immò multum, immò plurimum, immò nihil cum principio finis deſit, Ne quæſo cum uictoria uti poſsis, frui malis, qua in re noſtro quidem optimo, ſed peſsimo facto ſuo, erraſſe tantus ille militiæ magiſter arguitur. Quamuis autē unum illud omnibus bellorum ducibus qui ſunt, quiq́ue erunt omnibus ſeculis, abundè cautionis ac documenta præſtare debeat, ne tamen in tàm magno negotio, unius exempli commemoratione mouearis, & noſtra & peregrina ſubijciam. Magnus Pompeius ad Dyrrhachium uictor, Iulium Cæſarem propè captum, dū retinere poſſet, abire permiſit, ſiue ignorantia rei bellicæ in duce probatiſsimo, ſiue fortuna familiari ſuo, in extremis neceſsitatibus opem ferens, ſiue (quæ uulgatior fama eſt) mira prorſus atque utinam fœlix humanitas illa fuit, ex qua mox in Theſſalia calamitas publica, & in Aegypto ducis ipſius mors miſerabilis conſecuta eſt, & in Africa Catonis ſimul ac libertatis interitus, & in Hiſpania triſtis reliquiarum ſtrages, & Romæ ſpoliatum ærariū oppreſſæ leges, atq́ue ibidem ſuccinctus ferro abdito Senatus, & uictor in Capitolio, quod quatuor triumphis ornauerat interfectus. Hinc Peruſij ac Mutinæ grauis obſidio, et crudeliſsima Parmenſium clades, cuius in Philippicis Cicero meminit, & Pharſalia noſtro ſanguine rurſus infecta, & ſub Leucadio atq́ue Actio uerticibus, illa ingentia bella naualia. Poſtremò inde uſq́ue in ſeculum noſtrum, tantorū ſeries malorum, ut impoſsibilis enumeratio ſit, & amara memoria, nec dum miſeriarum finis ullus appareat. quid de Cyro rege Perſarum loquar, qui (ut propriè dicam) uictor in prælio in uictoria uictus fuit? quid de Alexandro Macedone, qui bello incolumis, in conuiuio perijt? Agmemnō non famoſum illud ac ſuperbum Ilion ſtrauit, Africanus minor noſter (ut ita dixerim) Poliorchætes Carthaginem atq́ue Numantiam funditus euertit, uterq́ue in bello, quàm poſt uictoriā tutior, militiaq́ue fœlicior quàm domi, quos nō minus moribus quàm locis, temporibusq́ue diſtantes, ſciens, in hac breuis epiſtolæ parte coniunxi, quod propè par fatum, atq́ue idem amborum exitus uideretur, uictores hoſtium, quiſq́ue ſua perdomita ac ſubacta barbarie, inter amplexus nefandiſsimarum cōiugum periêre. Nihil hæc, fateor, ad noſtrum propoſitum. itaq́ue rem omniū ad unum finem deduco, ut oſtendam multa etiam uictoribus metuenda. nuſquam igitur geſtarum rerum fiducia ſubſiſtendum, prodendumq́ue longius aſsiduè, ac more Cæſareo urgendum impigrè ſucceſſum, inſtandumq́ue fauoris numinis, credēdumq́ue nihil actū, dum agendum aliquid ſuperſit, alioquin multis bello ſuſpectiorem fuiſſe uictoriam, & uerendū ualdè, ne melius fuerit non cœpiſſe, q̄ cœptū medio procurentis facti calle deſerere. Vale.

Fran. Petrarcha Stephano Columnæ Iuniori. S. IIII.

Literas & carmen miſiſſe indicat.

DE uniuerſo rerum tuarum ſtatu, quid ſentirem, breue quiddam tibi, bellaciſsime Vir, materno pridem ſermone conſcripſeram, ut poſſet militibus etiam tuis innoteſcere, tecum in partem laboris & gloriæ profecturus. Subinde autem pariente noui aliquid

ſemper

ſemper ingenio, eidem tibi carmen, ex meo alienoq́; contexui, ea lege, ut primus meus, ſecundus alicuius probati Poëtæ uerſus eſſet, atq; ita, ut legẽtem non ſententiarũ modo artificioſa connexio, ſed uerborum quoq; cõſonãtia delectaret. qua in re, ceu noui poëmatis (tenui licet inuentione) gloriabar, donec miſſo iam carmine deprehendi, alios ante me hoc genus attigiſſe uerũq; quod Hebræus ſapiens dixit: Nihil nouum ſub ſole, quodq́; ait Comicus Poëta:

Nihil dictum, quod non ſit dictum prius.

Nouiſsimè per nuncium Stephani Senioris, magnanimi patris tui, quo plures uirtuti ſtimulos incuterem, ſcripſi oratione ſolita & libera, quam ſi habes. nihil eſt quod mutem, nihil quod adijciã, quãuis enim multa ſe offerant, tamen ſapiẽtem monuiſſe ſatis eſt. Vale.

Fran. Petrar. Stephano Columnæ Iuniori, S. V.

Solitudinem experientia laudatam.

POſtulas tibi ſtatũ uitæ ſolitariæ, quẽ hac ætate ſecutus uideor (ut aſſeris) præter morẽ hominum noſtrorũ, breuibus uerbis exponi, utrum imitandi an irritandi auidius, neſcio, tu ſcis cæterũ quã magnã rẽ, iter anguſtias cogi, ac breuiter dici uelis, forſan ignoras. ſunt de hoc ipſo diſertorũ hominũ libelli, nec tamen (quantum mihi uidetur) à quoquàm ſufficienter adhuc laudata res eſt, de qua ſæpe mihi fateor, ſcribere aliquid impetus fuit, & feciſſem, niſi quia nõdũ aut ingenio aut ſtylo, aut rerũ notitiæ ſatis fido, quod ad te preces quę tuas attinet, ego quidem, ut nunquã æquis auribus laudatorẽ uitæ huius audiam, niſi qui primo dulcedinẽ eius aliqua ex parte guſtauerit, cũ innumerabilibus bonis hæc affluat, quæ nec audiẽdo nec legendo, deniq; nec aliter quã experiẽdo diſcũtur, ſic fruſtrà quenquam doceri, uelle rear, niſi eadem experiẽtia magiſtra. quid enim refert, quanto eloquio res agatur, aut non intellecturis qui audient, aut minimè crediturisꝰ tu itaq; ſi te ſolitudinis meæ admiratio, & mirandi ſtudiũ trahit (ut prædicas) noli me curis alijs intentum fatigare, nolli narrationem imparem rebus expoſcere, ſed ſi modo tu (quod ego quia ualde uereor, ſæpe repeto) pura mente diſcendiq́;, nõ temptandi animo interrogas, ueni & uide, quodq́; ipſe tibi debere potes, alteri ne debeas. Deſine tuarũ auriũ pruritũ, alieni ſermonis unguẽtibus ſcalpere, leuioribus fabellis idem conſequi non prohiberis, idq́; fiet honeſtius, quàm ſi tractatum rei grandis extorqueas, ad nihil aliud aut anuenti profuturum, aut petenti, quã ut legentis intentio culpari poſsit, & ſint ſcribentis uerba contemptui. Vale.

Fran Petrarcha Stephano Columnæ Iuniori, S. VI.

Summa fœlicitas quæ.

QVid in quæſtione propoſita ſentiendum putes, ipſe uideris, nec ætas, nec librorũ lectio, nec rerum experientia defuerit, apud me quidem rerũ nõ honeſtarũ, uel ſola conſultatio turpis eſt, ſi ſentẽtiã extorques, abſit à me non modo ſummũ, ſed (quoniã & in hac opinione Stoicus quã Peripateticus, & in omnibus Stoicus, multò quàm Epicureus eſſe malim) ne aliquid quidem bonum in diuitijs, aut in uoluptate reponere, commoda ſunt hæc, & adminicula uitæ mortalis, itaq; illud fortunæ, hoc corporis bonum uocant. Bonũ uerò quod quærimus in animo eſt nec corpori ſeruiens, nec fortunæ, cætera uocari bona fateor, ſed nõ eſſe contẽdo. Neue me forſan errore lapſum putes, inaduertẽter hoc dicere, nõ ſum neſcius quid de hac re Ariſtoteles, quid Epicurus ſentiat, ſed philoſophantium auctoritas non impedit iudicij libertatẽ. mihi illa Philoſophorũ diuinorũ, ueriorq; ſententia uidetur. Beatos eſſe nõ poſſe, qui bona diuidãt tripartito. Vnũ bonũ eſt, unũ quod fœlices faciat, ueſtra quidẽ nimis inops & emẽdicata fœlicitas eſt, ad quã, nõ modo forma corporis, & pſperior ualitudo, ſed diuitiæ etiã admittuntur, ſeu potius exiguntur, nimis furum inſidijs expoſita, nimis deniq; ſollicita ſemp ac trepida, quo nihil eſt à fœlicitate remotius. Nã illa Epicuri in uoluptate conſiſtens, nõ ſolũ nulla fœlicitas, ſed extrema miſeria eſt. qd enim homini miſerius, quàm bonũ bono pecudis, hoc eſt rationẽ ſenſib. ſubſtrauiſſeꝰ ſed non'ne ego parum ſani capitis uidebor, qui inter tantas partes, ſuper lite tàm dubia iudex non electus acceſſerim. credat igitur, quisque quod credidit, durũ eſt enim ab inueteratis

opinionibus attelli, extant de his Phõrum tractatus uarij, quorũ uix nomina epiſtolæ clauderẽtur anguſtijs. extat integer Ciceronis liber, qui de Fine bonorũ & malorũ inſcribitur, quem cum legeris, neſcio an quicquã uel auribus uel ingenio relictũ ſit, quid requirendũ putẽt. ſed quoniam à me, non quid uerum (id enim fortè abditum eſt) ſed quid mihi uidere tur poſtulaſti, Breui rẽ omnẽ fine concludo: Noli iniquis cõſultorib. aurẽ prebere, neq; famam neq; ſalutẽ tuã diligunt, id tantùm cõſulunt, ꝙ uel ſibi eligerẽt, uel tibi gratum putãt, tu uerò nihil præter honeſtum cogitare, nihil in bonis numerare debes, at utile lucrum eſt, ita prorſus, ſi cum honeſtate coniunctũ ſit, alioquin nil noueris eſſe poſſe damnoſius. Vulgatum eſt, quid de hoc ipſo in Officialibus libris Cicero idem diſputet, ſed magnã pars legentium rerum negligens, ſolis uerbis inhiat & præcepta uitæ, iudicio aurium, quaſi totidem fabellas amplectitur, tu memento illic, nõ linguæ, ſed animi negotium agi, hoc eſt nõ Rhetoricos, ſed Philoſophicos eſſe ſermones. Stet ante oculos id ꝙ Athenis olim Anticis uotũ fuit, & Themiſtoclis conſilium, & Ariſtidis interpretatio, & iuditium concionis, proinde quamuis uulgus irrideat, ac demum lege, emolumentum non aſpernor, ſi nihil probri mixtum affert, ſi ſecus, nõ aliter aurũ quàm ſcopulũ uitabo. Aurũ enim, ut ait Plautus,

Multa multis ſæpe ſuaſit perperam.

Deniq; (ut eodem cum auctore concludam)

Non ego omnino lucrum omne eſſe utile homini exiſtimo. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. VII.

Mediocritatem amplectendam.

QVamuis non ſim neſcius, quantò plus ſub multorũ, quàm ſub unius imperio Romana res creuerit, multis tamen & magnis uiris uiſum ſcio fœliciſsimum Reipub. ſtatum eſſe, ſub uno eodemquè iuſto principe. ita pugnare ſimul auctoritas & experientia uidentur, ſed maior eſt quæſtio, quàm ut tàm breui ſit explicanda literula. certè ut noſtrarum rerum præſens ſtatus eſt, in hac animorum tàm implacata diſcordia, nulla prorſus apud nos dubitatio relinquitur, Monarchiam eſſe optimam relegendis reparandiſquè uiribus Italis, quas longus bellorum ciuilium ſparſit. hæc ut (ego noui fateorquè) regiam manum noſtris morbis neceſſariam, ſic te illud credere nõ dubito, nullum me regẽ malle, quã hunc noſtrum: cuius ſubditione uiuimus, adeò ſuauiter ac tranquillè, ut nec Pyrrhi humanitatem, nec fortunã Alexandri, nec Zeleuci iuſtitiã, nec, ut Romanis potius exẽplis utar, Romuli ardorem, nec Numæ religionem, nec Tulli militiam, nec Anci magnificentiam, nec Tarquini habitum, nec Seruij prouidentiam requiramus. & profectò ſi regem à tyranno ſola iuſtitia diſcernit, iſte rex uerus eſt, quemlibet tyrannum uocent, uerìſsimi omnium tyranni, qui ſe Patres Patriæ dici uolunt, cum quibus nullus Phalaris, nullus Agathocles, nullus Dionyſius, nullus denique Gaius aut Nero omniumquè fœdiſsimus Heliogabalus, poſsit de impudicitia, feritate contendere. Sanè quoniam prudentis eſt, non tàm quid delectet, quàm quid expediat aduertere, inquè hoc ipſo non principia rerum, ſed exitus contemplari, tibi cuius ille conſilijs agitur, optimo conſilio, cuius de prudentia & fide dubitari nuſquàm ſinis, tibi, inquã, amice, cuius animus meus notus eſt, hoc ruſticũ fortè ſed fidele conſilium dediſſe uelim, ut ſuadeas ſibi, fines ſuos ſatis patère, ſiue opes ſiue gloriam ſpectet. cupiditati nihil eſt ſatis, illa eum, non fallat promiſſis ingentibus, aurea mediocritas eſt in omni fortuna humana quidem fœlicitas, nullo ſibi fine propoſito progrediendi auida, & in infinitum tendens, ut ſollicitudinis plurimũ, ſic nihil ſolidi, nihil certi, nihil quieti habet. ideoꝙ ſemper mihi placuit Africani modeſtia iunioris, qui cenſor luſtrale carmen, quo à dijs Romanæ fœlicitatis augmentum poſcebatur, uelut nimiæ cupiditatis plenum, & ipſis importunum deis mutari, & ex illo nõ aliud, quàm ſtatus, qui tunc erat ſtabilitatem ſolam iuſsit expoſci. Sobriè quidem ac prudenter, ſi & mortalia conſiſtere ſcirent, & ab omnipotenti Deo petitum eſſet, quod à dijs fallacibus petebatur. multa hic dici poſſe uideo, ſed quid opus eſt uerbis? uides animum meum, quid cupiam, & quid metuam noſti, audio illum nouas res moliri, opto fœliciter, ſi pergit, ſed malo deſinat, tutior enim uia eſt. Oppone te oro principijs, ingere ſibi illud abſtinentiſsimi ducis, Romanos nõ tàm

aurum habe

aurum habere, quàm imperare aurum habentibus, uoluiſſe. Id ſi de auro rectè dicitur; quod addi poteſt, quid de terris atque urbibus? item quę ſi de hoſtibus rectè dicitur; quid de amicis dices, quos non coacto, ſed ſpontaneo modereris imperio? quorum non terris modo uel aurum, ſed corpora, ſed animos pleno iure poſsideas, cum honeſtius, tum tutius eſt, amicos habere quàm patrimonium amicorū: & ubi uolentibus poſsis, ſtultū eſt uelle nolentibus imperare Philoſophorū, quinpotius naturæ uox eſt. Nihil uiolentum diuturnū. modeſtos regni fines, facile tueâre, immenſum imperium, difficile quæritur, difficillimè cuſtoditur. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. VIII.

Præterita & futura anxiè non curanda.

ABiiciamus oro ſi poſſumus, & triſtem præteritorū memoriā, & anxiam ſollicitudinē futurorum, torquēt enim de nihilo, & geminis uelut aculeis, uitæ noſtræ requiē hinc inde perturbant. quid anhelamus? quid affligimur? nec tranſacta mutari poſſunt nec uententia præuideri. quid Mathematicis opus, aduerſus quos, non modo ſanctorū ſed Philoſophorū & Poëtarū, & omniū uera ſentientium, clamat auctoritas? & ut pluriū philoſophica prætercam, peruulgato Maronis teſtimonio:

Ignaras uatum mentes quis ignorat?

Scitum eſt illud Actij:

Nihil, inquit, credo auguribus aures uerbis ditant.
Alienas, ſuas ut auro locuplent domos.

Nec minus illud Pacuuij uetuſtiſsimi Poëtæ:

Nam quæ ſi uentura ſunt præuideant, æquiparentur Ioui.

Nec tu Poëta à Philoſophia putes hac in re diuerſum. ſic enim ait Eſaias: Annunciate quæ futura ſunt in futurū, & ſciemus quia Dij eſtis uos. Fauorini igitur doctiſsimi uiri Ciceronianum, magna ex parte conſiliū, quo nos uterq; ab his omnib. præſtigijs, ac fallacis dehortatur, nō admittēdū modo, ſed amplandū cenſeo. aut enim promiſſores hi, qui uenturi noticiam pollicētur. aduerſa falſo prænunciāt, & fruſtrà nos inani terrore compleuerint: aut uerè & ante tēpus miſeros fecerint, ruſus aut læta uerè, & duplex eſt incōmodū: fatigatio expectationis, qua neſcio an ulla ſit maior, & deliberatio gaudij cū uenerit, ſiue ut ipſe uocat præfloratio. quod quidē antequā ueniat ſperādo & mente præoccupādo tā dudū fere cōſumptū ſit, aut fallo, & inanem profectò ridiculāq; lætitiam, certū eſt, ſpei perditæ dolore mixtoq; ſimul pudore deſinere. Audīdi ergo penitus nō ſunt, impoſſibilia quidē ſibi, nobis etiā inutilia promittentes. quid uero quiſq; ſibi dixiſſe CHRISTVM putet, quod Amphitryoni uerò Iuppiter apud Plautum:

Bono animo es, adſum Amphitruo auxilio tibi & tuis.
Nihil eſt quod timeas, hariolos, aruſpices,
Mitte omneis, quæ futura & quæ facta eloquar.
Multo adeò melius quàm illi.

Non quidem, quia ſum Iupiter (ut ait ille) ſed quia ſum Deus. Ille ſanè multa nobis ad aurē cordis aſsiduè loquitur, quē ſi audire uoluerimus, facilè poterimus horū circulatorū promiſſa cōtēnere. mors certa eſt, hora moris incerta, ut omnē horā uelut ultimā expectemus, hæc ſalutariter noſſe ſatis eſt. Quæ igitur horū impudētia, quæ noſtra demētia, ut multa caligine obſiti, ſoliq; Deo cogniti, uenturi tēporis denūciatione nos crucient? eſt. unū fateor, in hac tota uanitate mirabile, q cū in reliqs ualde ueridicus quiſq;, uno inſigni mendacio ſubeat mendacis infamiā, hic quantūuis mendax, una fortuita ueritate, ueridici famam conſequitur. Miratur hoc Cicero alijs licet uerbis, in eo libro, quo exiguo in ſpatio diuinationem edificat euertitq;, Auguſtinus aūt. & ſæpè aliter & in libro diuerſarū quæſtionū, maximè; aduerſus eos loquens, qui nūc (ut ipſe ait) appellantur Mathematici, uolētes actus noſtros corporibus cœleſtibus ſubdere, & nos uendere ſtellis, ipſumq; pretiū quo uēdunt, à nobis accipere, rationē affert. Cū aūt multa uera, inquit, eos prædixiſſe dicatur, ideò fit, quia nō tenent homines memoria, falſitates erroreſq; illorū, ſed nō intenti, niſi in ea, quæ illorum reſponſis prouenerunt, ea quæ nō prouenerint obliuiſcuntur, & ea commemorātur, quæ non arte illa (quæ nulla eſt) ſed quadam obſcura rerum ſorte contingunt. quod ſi peritiæ illorum uolunt tribuere, dicant artificiosè diuinare, etiam mortuas membranas ſcriptas

quaslibet, de quibus plerunq; pro uoluntate ſors erit. quòd ſi non arte, de codicibus exit, ſæpe uerſus futura prænuncians, quid mirum, ſi etiam animo loquentis, non arte ſed forte exit aliqua prædictio futurorum? hæc ultima quidem Auguſtini ſunt, quæ hinc auctoritas hominis commendat, hinc fides. Horum uerò fallacijs omnibus, quid putas aliud uiam fecit niſi uulgaris inſcitia & infinita cupiditas, ne dicam rabies, ſciendi ea tantū, quæ nec ſciri poſſunt & ſcire non expedit? tu ergo genus hoc hominum temerarium & procax, ac tranquillæ uitæ contrarium fuge, ut quantum poſsibile eſt, breuiſsimum hoc tempus, ſine ſuperuacuis & inanibus curis agas. ſic enim habeto, donec ſuperſtitionum pondus abieceris, beatā uitam poteris optare nō aſſequi, cōtraria ſe uiciſſim trudunt, nunquam metus & & fœlicitas cohabitant. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. IX.

Ebrietatis incommoda.

TAceo quę aduerſus ebrietatem copioſiſsimè dici poſſunt, quàm fœda, quàm periculoſa, quā triſtis ægritudo eſt, quantusq; furor ſciēter obruere atq; enecare ſpumanti dolio rationē, quod ſingulare ac præcipuū habet hominis natura, neq; pedes, neq; linguā, neq; animum in poteſtate habere, tremulum caput, inſtabiles manus, ſtillantes oculos, grauem corporis odorem, & pridiani meri reliquias craſtino inſultantes. Taceo libidinis regnum, uirtutis exilium, uulgi fabulam ac riſum, bonorum odium atq; contemptum, mutationem repētinam, ſileo & quamlibet doctorum inſtantiā, ac cuiuslibet ætatis infantiam, omnium iocis ac fraudibus omniumq; ludibrio expoſitam, rimulas quoq; mentis oppreſſæ ac futilis, & graui pondere fatiſcentis. unde ſecreta effluunt, ſæpe cum propria, ſæpe cū aliena pernitie, quæ multis, mortis & extremæ miſeriæ cauſa fuit, luctum præterea & inane gaudium & contentiones & iurgia, & præcipitiū, & incautos congreſſus inermium cū armatis. hæc ut nota, inquam, & uulgata prætereo. Eſt Apulei Madaurēſis liber, qui inſcribit Floridorū, ibi quid primus crater agat, quid ſecūdus, ac deinceps faceta narratione diſſeritur, cuius ſententiā non muto ſed extendo. Neſcio enim, cur aut quomodo plus hodie bibitur quàm olim. utinamq; hic luxuriæ modus eſſet, quocūq; te uertas fragiliores ad uirtutem, fortiores ad uitia facti ſumus. ſecundum me igitur, primus crater pertinet ad ſitim, ſecundus ad lætitiam, tertius ad uoluptatem, quartus ad ebrietatem, quintus ad iram, ſextus ad litigium, ſeptimus ad furorem, octauus ad ſomniū, nonus ad morbū. hæc illi Marco Bibulo, collegæ nō Iul. Cæſaris, ſed tuo, cuius aſſiduè cum uitijs laſciuiaq; litigas, ſi profutura credideris, meis uerbis dicito, ſi forte ſibi irreprehēſibilis uidet, eo quòd nondū ad ebrietatis extrema peruenerit, ſciat plus eſſe è ſobrietatis ac modeſtiæ faſtigio, uel modicum deſcendiſſe, quàm ubi ſemel labi cœperis, in fundum excidere. gradatim ſubeunt uirtus & nequitia, nemo uel optimus uel peſsimus fit repentè. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. X

Ad bellum hortatur amicum.

FIdes ſilentium interrumpit, charitas loqui cogit, teſtor CHRISTVM, coactus ad ſcribendum uenio, quæ ſi eodem animo lecta fuerint, quo ſcribuntur, poterunt & mihi apud te beniuolentiam augere, & tibi gloriam apud gentes. quoniam enim non diſsimulare poſſum, ſi non falſum amicitiæ nomen gero, quin te magnis periculis circumuentum, uel dormientem excitem, uel commonefaciam uigilantem? uides quàm graue bellum inter Gallū Britannūq; reges oritur, nulla proculdubiò tāta res, ab auorū noſtrorū tēporib. certè nec ab atauis, proauorum in Europæ finibus apparuit, aut tàm latus gloriæ campus, fortibus uiris oblatus eſt. cuncti reges ac populi ſuſpenſi, ad tantæ contentionis euentum, præcipuè qui ab alpibus Italiæ ad occeanum incolunt, quos ingens uicini tumultus exciuit fragor, in armis ſunt, tu ſolus tanto ſub turbine dormis, te quidem Virgiliana premit increpatio, & tibi cœlo miſſus nuncius exclamat:

Potes hoc ſub caſu ducere ſomnos?
Nec quæ circumſtent te deinde pericula cernis?

Profectò ſi nihil aliud quā pudor obſtreperet, debebas celerius expergiſci. qua enim frō-

te, quo animo cæteris ad æſtiuum ſolem, ſub galea & umbone degentibus, tu procul ab agmine uirorũ, fœmineaq́ circumſtipatus acie, conquiſitis paſtus epulis & molli ueſte contectus, umbra torpes & ocio? homo olim (ut putabam) auidus honoris & gloriæ, homo potens & nobilis, homo iuuenis & robuſtus, quid oro te impedit. Munditias amas, refugis labores, ſed audi fortiſsimi uiri uerbum à Saluſtio relatum: Munditias mulieribus, laborem uiris conuenire, ſitim metuis, & calles arenoſos & ſerpẽtes ſub leone terribiles? ſed alterius, & ſi minus bellicoſi, nõ minus fortis uiri dictum accipe: Serpẽs, ſitis, ardor arenæ, dulcia uirtuti, gaudet patientia duris. at mortem gladioſq́ formidas? ſed & hic uerbum illud occurrat alterius uiri fortis:

Mors ultima pœna eſt
Nec metuenda uiris.

Non plus inquam metuenda quàm ſomnus aut requies, quid enim inter mortis & originis diem refert? immò uero largiter, ille nos humanæ uitæ laboribus inuoluit, hic liberat, hinc ille mos, ex intimis philoſophiæ penetralibus eductus, in ſuorum ortu lugentiũ atq́ in morte gaudentium. Sed ne ab opinionibus uulgarium recedamus, à quibus tamen, ſi ad ſalutem pergimus, q̃ longiſsimè recedẽdum eſt, detur timendã eſſe mortem, & illud uulgatiſsimum Ariſtotelis audiatur: Mortem eſſe ultimum terribiliũ, qui & ipſe quoque conſulto, non maximũ dicere, uoluit ſed extremum. ſed eſto, ſit maximum, putas ne illam ideò uitare, quia bello abſtines aut mari? notum & illud alterius Poëtæ:

Fruſtrà cruento Marte carebimus
Fractiſq́ rauci fluctibus hadriæ. Fruſtrà per autumnos nocentem,
Corporibus metuemus auſtrum.

Quamlibet exactam curam noſtri corporis habentibus, moriendũ eſt, ſed prolatãdæ mortis ſtudium, ſolet eſſe mortalibus fateor, & excuſationem publicæ imbecillitatis agnoſco. primum, oro te, quantula iſta dilatio eſt, deinde quot, & quam duris caſibus expoſita, quã multis uixiſſe nocuit, & uitæ gloriam imminuit mors dilata? quotidianis exemplis abundamus, ſed reuerentius antiqua commemoro, noſtra quoque libentius quàm externa. ſi paulò minus Tullus Hoſtilius uixiſſet, ictus fulmine non fuiſſet, paucos annos detrahe Tarquinio, rex mortuus erat, ille non exul. Appio Claudio uita longior cæcitatem, Mario carcerem & degenerem fugam, latibulum limoſæ paludis attulit. quid Pompeio Magno clarius, niſi ſplendorem tanti nominis, uitæ diuturnitas, & quæ illam ſecuta eſt mortis indignitas obſcuraſſet? quid de duobus Africanis dicam, quantò melius putas, alter ante mœnia Carthaginis, alter ante portas Numantiæ perijſſet? non primus ingratam patriam exilio indigno & famoſo epigrammate ſecundus inultæ mortis iniuria condemnaſſet? ipſe Cæſ. Auguſtus, quem ex omnibus fœliciſsimum iudicares, quãto fœlicior moreretur, priuſquàm filiæ iam ſeneſcentis adulteria & quas execrari ſolitũ accepimus, uomicas ſuas inciperet numerare? omitto Regulũ Catonẽ, & reliquos, quos nobilis mors illuſtrat, quamuis in Catone diuerſum à noſtris ſentire cogar. de Cicerone loquor & Seneca: Nolo ante ciuile bellum obierit, ne conſtantiæ ſuæ, teſtes fide digniſsimi detrahantur, labor ac diſcrimen miror intrepidum, miror colluctantem anguibus, miror arenis Libycis oberrantem, laudo animi robur, contumaciã, laudo libertatem, acceſſitam mortẽ deſperationẽq́ non laudo. ne autem me forſan extrema putes exempla negligere. clarior Pyrrhus, clarior Hannibal moriturus erat, ſi ſepulchrum ambobus Italicum contigiſſet, infauſtus utriq́ reditus in patriam fuit. clarior Cyrillus ſi ante moreretur, quàm Scythicos fines, clarior Brẽnus ueſter, ſi prius quàm Delphicum limen attigeret, quid uenenũ Mithridatis? quid uarietatẽ Alcibiadis? quid Themiſtoclis exilium? quid Ariſtidis catenas? quid incendium Crœſi loquar? raro uita longior, coæquauã fœlicitatẽ habet, quæ ubi occidit, nõ ſufficit infœlicem eſſe, niſi præſens calamitas tranſactæ fœlicitatis memoria, recrudeſcat. Et ſi nihil nobis accidat uiuendo, tamen multa ſpectare cogimur in noſtris, quæ nos beatos eſſe non ſinat. fœlix hinc abijſſet Priamus, fœlix Pileus, fœlix Neſtor, ſi filios præceſsiſſent. & ut alterius ge

generis exempla non deſint, non Socratem uenenatus calix, non Euripidem canes, non Demoſthenem ac Ciceronē gladij conſumerent, non obliuio Meſſalam, non Plotinum lepra peruaderet, ſi opportuna mors, inſtantes miſerias præuertiſſet. exemplorũ uerò tã ſatis eſt, in re præſertim non ambigua. Vides igitur ut longioris uitæ cupiditas cæca eſt, bona mors optãda eſt, in qua falli neminem poſſe conſtat, neminē pœnitere, ſed quoniam uſus obtinuit, nocitura paſſim, & in caput noſtrum recaſura cõcupiſcere, liceat optare cum populo, an tamen ignauiæ ſemita ſperas ad optatum, prouehi? Largè quidem falleris quàm multos ſopor immodicus oppreſſit, quos labor & uigiliæ præſeruaſſent, quàm multos uel necauit crapula, uel ſuffocauit ebrietas, q ieiunio ſalui forẽt. uulgarũ eſt, Plures cœnam occidere quàm gladiũ. quocunq; ciborum genere nutritos, quocũq; terrarũ angulo latitãtes, mors inueniet, & tributũ ſuũ inexorabilis repetet, exiget, extorquebit, fruſtrà tergiuerſamur, ſi ad mortē non iērimus, illa nos ſequitur. cogita ergo, quid honeſtius, quid uiro dignius, an deliteſcere, & fugere quod euitare nequeas, an occurere uenienti, et offerre quod debeas, atq; ultrò fortunam ſequi, ne ſi reſtiteris ui traharis? ô miſerãda breuiſsimæ ſtatuitas moræ, quiſquã ne uſq; adeò uiuẽdi cupidus, ut nõ ſtatim mori malit, quàm unius anni ſpatio, uitã cũ dedecore prorogare, præteritorũ omniũ annorũ decora corrũpens? quãto erit obſcœnius, metu mortis indecorũ aliqd agere, ubi ne dicã anni unius, ſed nec diei totius certitudo promittitur & quod ipſe tecũ cogitas. Item niſi mortis adire periculum timerem. tunc utrũq; dici poſſet, ſi ſine periculo maneres, nunc autem non'ne uel repentina febricula, uel peſtis alia (eſt enim multiformis humanorum caſuum & mira uarietas) uitam tibi, quã regi tuo negas fortaſſis eripiet? Quæ cum ita ſint, hortor atq; obſecro, ut iam tandē caput attollẽs circũſpicias, uidebis immenſam molē, tantis regũ & populorũ apparatibus nutantem ruiturãq;, quo eam fortunæ uis impulerit, non eſt diſſimulationi locus. Hoſtes tui uigilant, & regē iugi obſequio circũſtant, cui ſi uictoria ceſſerit ſomnũ tuũ, in tãto nũc eius diſcrimine contēplãti, & præter hoc, ab olim tibi, ſi neſcis infeſto, qd illũm animi habiturũ reris? ſin aliter ſucceſſerit (omnia enim rotat ad libitum fortuna) an forſan, tibi ex præſenti ocio ſecuritatem, in illo ardore uictoriæ partam ſperas? tu uerò nõ quia uolueris, ſed quia timueris, ceſſaſſe uideberis, teq; cõmunis ruina, cũ uniuerſitate pariter inuoluet. crede mihi, pars utraq; ſpectatorē te certaminis uocabit, paratũ ad fortunæ nutũ, atq; ad uictoris arbitriũ circũuolui: ita nuſquã fauor, undiq; periculũ. Meminiſſe profuerit, Metij ducis Albanorũ, qui quadrigis in diuerſum actis, ab Hoſtilio Romanorũ rege diſcerptus eſt, quod inter armatas acies, ſe medium præbuiſſet. expergiſcere oro, uelociter, & dum adhuc tempus eſt, neglectum hactenus ad officium redi, mundo enim tremente dormire, neſcio quid morti ſimiliùs quàm ſopiri eſt. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. XL.

Vim amoris ingentem eſſe.

MAgna prorſus amoris, & mira potentia eſt, qui tàm ualidè tamq; tenaciter, inuiſibili quidē, ſed haud quaquã inſenſibili nexu, minima nectit immēſis, & quorum nulla paritas, pari regit imperio. quid ni, aũt hoc iuris habeat, in animis hominum ſenſu & ratione uigentibus, qui certis fœderibus, ſurda & aduerſa inuicem elementa conglutinat. non flammis aër, non terra fluctibus hæreret, non ripas fluuij, non æquor littora, non ſemitas ſuas aſtra cognoſcerent, niſi omnipotens, & (ut eum uocant)

Sacer orbis amor.

uniuerſa cõnecteret. qui cœlũ igitur ac terras æquo iure moderatur, is inter humilitatē meam, & tuã altitudinē, nõ diſcernit, habet hoc ille præcipuũ, æquare nouit inæqualia, amãtēq; fideliter uix patitur nõ amari. Sēſit olim claritas tua, nullis qdē meorũ actuũ argumētis, ſed ſolo (ut dici ſolet. mētis augurio (habēt enim & ſuos oculos animi, qbus ſeſe mutuo ſuperatis corporeis uelaminib. intuētur) ſenſiſti, inquã, uir clariſsime, quæ nã erga tuũ nomen deuotio mea ſit, ut amãti uicē referas, amor cogit, id cũ ſæpe multis indicijs, tũ ex duab. nuper epiſtolis tuis, quas mihi Ioãnes Aretinus Cãcellarius tu⁹ oſtēdit, iucundiſsimè recognoui,

in quibus, mirum dictù, cum pro tot illum, tantiſq; rebus, huc miſeris, non de Romanæ curiæ ſtatu, quo nihil hac tempeſtate deformius, nihil incredibilius, non de maiorum fortunis amicorum, non de ipſis rerum tuarum ſucceſsibus, poſtremò, nihil omnino niſi de me meiſq; rebus interrogas, atq; illum increpitas, quod curioſius in reliquis, id unū quod ſingulariter, præq; omnibus noſſe deſideras tacuiſſet. Ac ne quis te fortuito locutū putet, bis idē per literas queſtus es. Mitto alias ijs fortaſſe mirabilia, qui neſcirent quā familiariter olim cunctorū dominus Auguſtus Cæſar, Virgilium ciuē tuū ruſticanæ originis, ſed minimè ruſticani uirum ingenij dilexit, & Horatiū Libertinū patre, ſed ingenuū ſtilo, quiq; principis illius, ad eoſdē humiles amicos, uelut ex æquo miſſas, et ſæpe dulcibus blanditijs refertas epiſtolas non legiſſent. quorum recordatio, quantum miraculo adimit, tantum adijcit lætitiæ, dum talibus exemplis, me miſceri ſentio, tantæq; laudis mihi aditum aperiri, quoniam ut alter ex his Cæſareis amicis, ait:

Principibus placuiſſe uiris, non ultima laus eſt.

Enimuero nouum hic miraculum emergit, ut enim multa illis, ſic mihi, fateor, nihil eſt quo placere debeam: quomodo enim ſperem alijs placiturum, qui mihi ipſe non placeo? Fortunatam ſanè dicimus uxorē, non quæ formoſa eſt, ſed quæ uiro ſuo uidetur. fortunatū ſeruū, nō cuius eſt opera nobilior, ſed in quē amor domini propēſior. ſic ego quiſqs uerè ſim, ſi tibi aliqd uideor, opinione tua me fœlicē dixerim. & ſi nihil habeo, quo placere merear, tamē ſi placeo ſatis eſt. Agerē gratias tibi, niſi humanitatē tuam, uerbis meis æquari poſſe diffiderem, in his quidem, quæ loquentis ingenium excedunt, tacere conſultius. Vale.

Fran. Petrarcha Marco ſuo, S. XII.

Diuinus Amor commendatur.

ANimum tuum, quàm uiſibilis fuit optime Vir, aperte ſatis in literis oſtendiſti, neque enim loqui taliter quiſquam poteſt, niſi qui taliter eſt affectus, ſentio aculeos ſtyli, magnus tibi amor uerba dictauit, occurroq; auide, & pulſanti amicitiæ meæ fores lætus aperio. quid loquor, aperio quæ tibi ſuauiſsime poſtulanti, iam ante quadriennium patuerūt? agnoſco Marcum meū, amplectorquè cum gaudio, in his literis tuis, ad me longo (ut ita dixerim) ſilētij poſtliminio redeuntē, & nunc illius floridæ indolis tuæ fructus uberrimos, grauiſſimoſq; pcipio. ſemp eqdē ſperaui, ut tātus de tali adoleſcēte uir fieres. Sed id fateor, tam citò fieri poſſe non credidi, præuenit ſpem meā præcox eoq; gratior uirtus tua. Cæterū & ardentiſsimi propoſiti tui memini, quod mihi non paucis olim uerbis, in ipſo amicitiæ noſtræ primordio, fidentiſsimè reuelaſti, idq; nunc uel mutatū, uel (quod magis auguror) dilatum eſſe non doleo, modò mihi illud exhibeas, quod optimo principio pollicitus es, ut in omni fortuna Deum ames, illi inhæreas, illum colas, atq; ad illum totius animi intentione ſuſpires, non impoſsibilem tibi legem ſtatuo, quam te ire iubeo, trita eſt uia, quàm multi uiri clariſsimi, magna cum gloria, per Reip. tempeſtates, ad heremetici portus ſilentium peruenerunt, q̄ multi etiā procul inde iactis anchoris, nauigationem uitæ præſentis fœliciſſime compleuerūt. nouit figmētum noſtrū figulus ille ſidereus, Scit quid nobis expediat, & animæ noſtræ ſæpe inenarrabilibus modis, quibus ſe tramitib. aditi uelut inſinuat. Tu igitur ne deſperes, quaſi deuiū, & (ut Pythagorici uocant) læuū iter ingreſſus ſis, aut quaſi tuorum cura ciuium, quàm geris, diuinæ quàm petis gratiæ, ſit aduerſa, perge, age, ne titubes, ne ſubſiſtas, ne ſaluti tuæ deſis, aderit ille, qui tempus tuum, quod quale diſpoſueras, nondum uenit, præuidit infallibiliter ab æterno. Nec eſt quo te interim inutiliter natum putes, ſi patriam tuam, his præſertim temporibus tui egentem, que (ut Plato uult) ortus tui partem ſibi iure ſuo uendicat, ope conſilioquè adiuuas. Notum eſt apud Ciceronem cœleſte illud Africani mei dictum: Omnibus qui patriam conſeruauerint, auxerint, adiuuerint, certū eſſe in cœlo definitum locum, ubi beati æuo ſempiterno fruantur. & quod ſequitur. Nihil enim eſt, inquit, principi illi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem fiat in terris acceptius, quàm conſilia cœtuſq; hominum iure ſociati, quæ ciuitates appellantur. Sanè cum exoptatum tibi amice tempus aduenerit, ut te ipſum humo tollere, non tantū ut Marco uel Ennius, ſed ut Ambroſius uel Arſenius poſ

ſis, alis ad uolatum ualidis, facies tandem te ipſa, quod animo iampridē facies, eodem adiutore, qui inſpirator fuit, & facies ut ſpero, ſecurius ætate integra, maturoq; conſilio, quàm ſi id inconſulto repētinoq; impetu iuueniliter attēptaſſes. Sicut enim per terras latrūculis uacuā, atq; purgata per planum, ac ſolidū callē, ſub tranquilla cœli tēperie, tutū uiatori iter eſt, ſic ſedatis paſsionibus, firmatoq; propoſito, & primæuæ inſolentiæ timore cōpreſſo, per modeſtiores atq; ſereniores ætatis annos, tutiſsime pergitur ad ſalutem, quamuis nulla ætas repulſa, nullū (ut dixi) genus hominū, eorū, q in aliqua honeſta exercitatione uerſantur, ab hoc tramite ſit excluſum. oſtēditq; iuxta Plotini ſententiā, nō purgatorijs modo, purgatiq; iā animi ſed politicis quoq; uirtutibus beatū fieri. ut enim aliquid more noſtro tu loquar, actuoſa Marthæ ſollicitudo, nō ſpernitur, quāuis ſublimior cōtēplatio ſit Mariæ. Habes ergo cariſsime, quantū inter huius tēporis anguſtias licuit. unū de poſtulatis tuis q fuit, ut tibi, p informatione uitæ aliqd ſcriberē. habes hoc inquā, pro unius ante lucanæ uigiliæ ſpatio, breue quidem, ſed in ſe (ut arbitror) abſolutum. ſi illud addidero, compēdioſam ſemitam, ad uirtutē uiſam eſſe Philoſophis, ut tales effici ſtudeamus, quales cupimus apparere & illud, quo nihil reor efficatius, quoniā ut eiuſdē placet, tota doctorū hominū uita, nō niſi cōmentatio mortis eſt. Hactenus hæc, q̃ nō ut te doceā, ſed ut admoneā, ac memoriā excitē dicta ſunt. reliquū erat, ut te memori animo cōmendatū haberē (iuuat enim uerbis etiam tuis uti) id uerò iamdudū factū eſſe cōfido. Ex quo, te primū uidi, imaginē tuā ex adamante puriſsimo, imis præcordijs indebiliter affixi, quā nulla reuellet dies, nullus locus excutiet extremū eſt, ut & uirtuti & fortunæ tuæ gratuler, quibus tanti principis affinitatē ac beniuolentiam meruiſti, & pro charitate huic impenſa, ſeniculo grates agamus. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. XIII.

Araneæ & podagræ apologus.

ANilem tibi fabellā, (ſed ex re ut Flaccus ait) garrio, Aranea iter agēs, forte obuiā habuit podagram. & quo, inqt, tā mœſta proficiſceris? ruſticū ait illa, & hirſutū hoſpitē nacta erā, qui me tamē ac labore perpetuo cruciabat, qui cū à mane ad ueſperā, me inter glebas & ſaxa tenuiſſet, uix ſerū pulueulētā atque inopem domū repetebamus, miſeri. nunquā integris calceis, nunquā ſine faſce grauiſsimo, ſic infœlicem diem, nox haud quaquā fœlicior ſequebatur, triſti quidē illic me cœna, mucidi ac lapidoſi panis, ueteribus fragmētis allioq; & præduris oleribus ſolabatur, aceto turbidam ſuperinfundens aquam. Saturnaliū dies erat, quoties caſeus ſardus acceſſerat ſic exceptā, agreſti demū, & ipſius agelli duritiā ſuperante grabatulo componebat ad aurorā inde conſurgens, rurſus in cāpū & ad inuiſum cogebat opus, ſic diē dies urgebat, nulla interim qes, nulla ſpes quietis. Feſto enim die, aut domini lauabat oues, aut riuo uiam pparabat, aut ſepem noualibus prætēdebat, immortale malū, & domū meis moribus aduerſam, peroſa diffugio. his auditis Aranea. Heu, inquit, quā diuerſa cōditio mea eſt. Hoſpitē habui effœminatū & mollē, apud quē non ſummum modò, ſed ſolū bonum uoluptas erat, raro pedē domo efferebat, cœnam ad aurorā, prandiū trahebat ad ueſperam, reliquum ſomnus habebat, purpureis acceſſitus ſtratis, quod conuiuijs luxuriæq; ſuperfuerat quieti datum. Conquiſitæ intus epulæ peregrinæ, ſpecies odorū, Bacchus alienigena uaſa aurea, gemmata pocula, ſerico ueſtitus, paries, oſtro tellus inſtrata hæc inter ſollicita, ſemper familiariū turba diſcurrens, locis omnibus aderat. nulla domus pars neglecta, nullus angulus inacceſſus, dum uerritur ſolum ſcopis, dum de laqueatis trabib. puluis excutitur, uix uſquā artificij mei telas ſinebat ordiri, & quo nihil eſt triſtius, ſi cœpiſſem, primo rerū apparatu, ſpem caducam, & labores meos irritos uidebam. agebar infœlix, præceps ejiciebar, quærebā latebras, nullæ erant, ſolidus niueo murus ex marmore, nulla mihi miſeræ diuerſoria relinquebat. Fugi igitur à facie perſequētis, ubi uis quieturum exiliū, domeſticis ſine fine laboribus prælatura. hæc cum illa dixiſſet, reſpondit altera: Heu quàm multa ſunt bona, quæ uel neiciendo uel negligendo perduntur, ignorantia cæcitas mentis eſt, negligentia torpor eſt animi. aperire oculos oportet, & quæ ſalutaria ſeſe offerunt non differre. Ecce nunc ex his quæ dixi, quæque audio, cum peſsime ſit

nobis

nobis erit optimè, ſi permutemus hoſpitia, tuus mihi, tibi meus hoſpes aptiſsimus fuerit. Placuit conſilium, mutant domos, & ex illo obtinuit, ut podagra inter delitias, & in palatijs diuitum, aranea in ſqualore & pauperum tugurijs habitaret. Domum tuam amice podagram ſubintraſſe audio, Miror, non putabam illi locum eſſe in domo tàm ſobria, uereor ꝙ ne quid ibi ſui iuris inueneris, quod ſi uerum eſt, nõ malum magis, quàm mali cauſam horreo. Malo iam hoſpitem habeas arenam. principijs reſiſtendũ eſt, nulla melius reſiſtitẽ ope, quã uigilijs, labore, ieiunio. uidi ego puer iuuenẽ podagricũ, eũdem ſenem podagra liberum reuidi. quæſiui cauſam, nullã mihi aliam reddidit, quã quod ſe uino penitus abdicaſſet. refert Cicero, & poſt Ciceronẽ alij, quoſdam diuites podagra inutiles, cum pauperes facti eſſent ſanitati redditos. Non audeo iubere ut ſis pauper, quãuis iubere non ſit neceſſe ſi ſapis, inter cætera profeſſus es: ut audio) ſpõtaneam paupertatem. an mentior? certè intra religioſum limen, & præſertim intra cellulã mendicantis, nullus diuitijs locus eſt. opulentia enim & mẽdicitas non habitant ſimul. Si paupertas excluditur, uereor ne non tàm aurum, quàm quod ait Apoſtolus: Theſaurizes iram in die iræ. de hoc tamen ipſe uideris, qui fœderum quæ cum CHRISTO habes optimè meminiſti. Si oblitus es, relege pactorum Chirographum, inuenies quid tu illi promiſeris, quid ille tibi. Ego, inquam, non iubeo ut pauper ſis, non quia uel tibi non expedit, uel me non decet, & amplecti fidele conſilium & dare, ſed quia piget uerba profundere & incaſſum loqui. uideo enim ipſum paupertatis nomẽ horrendũ & infame: ꝙ licet amplexus ſis, deponere ſpõte nõ potes. illud ſaltem cõſulo, uiuas ut pauper. Hæc eſt illa q̃ à Philoſophis frugalitas dicit̃, uoluntaria paupertas. hanc tibi ſuadeo, hanc tibi unã uiam corporeæ ſalutis oſtendo, alter tibi adſum Hippocrates, amarũ fortè, ſed ſalubre pharmacũ offertur. Si uis ſanus eſſe, uiue ut pauper. Latens aurum in arcula, animo tãtùm nocet, uictus delicatior & animo nocet & corpori, proinde ſi pellere uis podagram, pelle delitias. Si malum omne uis pellere, pelle diuitias. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. XIIII.

Penuriæ & paupertatis collatio.

REgum ceruicibus impoſitum pecuniæ iugum, liberrima indignatione reijcio, non ſinam (ſi Deo placet) metallis ſeruire animũ, ad maiora diſpoſitum. illa igitur quoniam præeſſe prohibeo, ſubeſſe non patitur, & quem ſeruũ habere non poteſt, dominum dedignatur. Minus loquor. Suꝑbior eſt quã dixi, nec me dominũ uult habere nec comitẽ. recuſat imperiũ, amicitiã nõ admittit, frãgit uectes, ſoluit nodos, ſpernit arculæ meæ ſeram: dũ clauſiſſa illam uideor, neſcio quibus rimulis inuiſa dilabit̃, id ſanè mihi ut ſæpè moleſtũ ſic glorioſum ſemper exiſtimo, dum circũſpicio quibus illa mãcipijs & quorũ ſoleat hoſpitio delectari. His ita ſe habentib. ignoſces, ſi (ꝙ multò mihi quã tibi grauius eſt) præſentẽ indigentiam tuam pecuniaria ope non releuo. At ne nihil putes te ſcribẽdo profeciſſe, ſcito copiã pignorũ optimorũ paratã tibi, apud me, quàm ut ad te perferre nũcius tuus, nulla ſibi perſuaderi ſiuit ingenio, iube illũ ad me, ſed exorabilẽ reuerti, alioquin meus ad te ueniet, & ſi uulnus noſtrũ nulli niſi Medico reuelatũ uelim. Præterea his illud addiderim, ludicrè potius quã iucũdè literis utrinq; cõſultũ. Mihi enim cõditionis meæ ſolamẽ additũ, non in anguſtijs te comite delecter, ſed quod in me indignari non ſit, fas quod commune mecum habeat, tantus uir, tibi uerò laborem excuſationis ademptum, niſi enim tu præoccupaſſes, iam calamus erat in manibus. at ne quid noſtrarum rerum fœneratoris auarum limen attingeret, interpellare decreueram, ut tu neceſsitatibus meis ſuccurreres, quid uis dicam uberrimum Philoſophiæ locum copioſiſsimamq; materiam non ignoro, ubi cõtra tela fortunæ, in quibus non ultima eſt paupertas, armantur animi, quæ licet in noſtris finibus non habitet, quia tamen, ut eleganter ait Faccus:

Curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei:

Et hic quoq; multa, non tantum nobis, ſed in commune ſalubria dici poſſunt, quæ ſciens ſileo, ne publicum ſequar morem, pro rebus uerba præſtantium, facilis amicitia eſt, prope dto auxilio conſilium dare. Certè ego in his caſibus, qui domi meæ crebri ſunt, eſſentque

Dd 5 rariſsimi

rariſsimi,niſi me rei familiaris incurioſum,cura generoſior effeciſſet,cum multa remediorum genera,uel ipſe mihi conficiã,uel à doctoribus cõfecta reperiam. Tum illud in primis efficaciſsimũ experior, quod licet omnis fortuna ſuas habeat moleſtias, ſitq; uerißimum quod ueritatis inquiſitoribus uiſum eſt,omnem uitam etiam, quæ fœliciſsima uideatur eſſe tormentum,moleſtiſsimus tamen & occupatiſsimus, & ſi profundius inſpicias. Vere miſerrimus eſt diuitum ſtatus, cõtra autem, dura quidem, ſed tutiſsima & expeditiſsima eſt paupertas, Mediocritas optima, & inter rariſsima Dei dona,hanc nobis cõtigiſſe gratulor.ſi quid interdum deeſt, accidit ut unico defectu,multorum nos munerũ ſuorum liberalitas cœleſtis admoneat, & breui guſtu amaritudinis,proſperitatem noſtra nobis efficiat dulciorem.qui ſi multa,qui ſi omnia deeſſent,hoc animo tamen ſum,ut fœlicius rear laudabiliter egere,quàm turpiter abundare,nec noſſe ueram opulentiã,eos qui honeſtè mendicitati,inhoneſtas diuitias anteponunt. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. XV.

De amicitiis ineunda.

STudeto bonis omnib. eſſe chariſsimum,neq; uerendũ eſt, ne nimios habeas amicos, aut nimiũ tibi negotij obijciã,ita dico, ſi omnes bonos amicos tibi feceris pauci erunt.

Rari quippe boni,numero uix ſunt totidem quot,
Thebarum portæ uel diuitis oſtia Nili.

Quis inquis,hic loquitur? quid refert ſi dictũ probas, quid quæris auctorẽ? Omne uerum (ut ait Aug.) à ueritate uerum eſt,ego hæc loquor,an fortè tu negas,loquitur experientia, quæ mentiri non ſolet,loquitur ueritas quæ mentiri non poteſt, qui ſi mortalem poſcis auctorem,loquitur hæc,peritiſsimus rerum talium. Iuuenalis,quique profundiſsimè mores hominum nouit. ſi ſibi non credis,audi alium,cuius ore loquitur,qui non modo nouit,ſed & creauit homines. is ergo quid ait? Non eſt qui faciat bonum,non eſt uſq; ad unũ. Poëta paucos, Propheta nullum, & ſecundum ſuum ſenſum uterq; uerißimè. tu uerò (quoniam deſperandum non eſt) aliquos bonos reperiri poſſe arbitrare,ne cum de omnibus deſperare cœperimus,de nobis etiam neceſſario deſperemus. cogita quoſdam, nõ modo bonos eſſe,ſed optimos, & pro concordia harum diſcordantium ſententiarum Flaccum, uel ut arbitrare pronunciantem audi:

Nam uitijs nemo ſine naſcitur:
Optimus ille eſt qui minimis urgetur.

Sic eſt profectò, Stoici licet obſtrepant, qui omnem morbum ex animis ſe radicitus auulſuros ſpondent, præclariſsimi Medicorum, modo quod pollicentur implerent, ſed in uita hominum, de qua nobis amicitiæ deligendæ ſunt, experimento compertum eſt, nullum animum quantalibet ſerenitate tranquillum, leuibus ſaltem interdum perturbationibus non moueri, quibuſdam humanarum turbinibus agitari. cæterum ſicut armata nauis, in alto fluctuabitur non ſuccumbet, eaq́ue ut nauis, ſic animi præcipua laus erit, Ita fit (quod Stoicis non placet) ut in hac uita, cui nihil ſcimus ineſſe perfectum, ſanitatis locum teneat, leuis at medicabilis ægritudo. igitur ut ad rem oratio reuertatur, ex hoc genere hominum, non quorum nulla ſint uitia, ſed quorum uitia uirtutibus cedant (quod ipſum noueris eſſe rariſsimum) amicos tibi, quibus potes artibus efficito, poteris autem nullis melius, quàm imitatione morum ac ſimilitudine ſtudiorum. cõtra autem malis, quorum, innumerabilis multitudo eſt, nec amicus eſto, nec hoſtis, certè nec cognitus. Vultum tuum aſpiciant, animum ignorent, ſequere illius conſilium qui monet, ut intus omnia diſsimilia ſint. frons populo noſtra cõueniat, putent illi te agere q̃ uulgò agit̃, tu uerò tuũ aliud negotiũ, & aliquid ſemper tecũ maius agito. ſic enim maximè inter mũdi diſcrimina ſecurus euades, paucis charus, multis ignotus, odioſus nemini. Neue me hodie, de nihilo Philoſophatũ putes, audio te aduerſus im,pbos, ingẽs bellũ & inexorabilẽ ſimultatẽ ſuſcepiſſe, quos an corrigere, an delere cogites, incertum eſt, utrobiq; enim par impoſsibilitas, niſi q̃ aliquanto facilius arbitror deleri poſſe quã corrigi. Generoſæ indignationis aculeos laudo, cer

do, certamen irritum & ſtudium inane non laudo, ſi enim laborem ſuperuacuum declinare conſilium eſt, quid de eo labore cenſeas, cuius unicus fructus eſt odium? caue itaq; recepturi obſecro. alioquin ſcito multis tibi legionibus opus eſſe. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. XVI.

Aduerſis non ſuccumbendum.

O Quàm multa nunc ad literas tuas dici poſſunt, ſed nec mihi ocium, nec tibi uerborum auxilio eſt opus, aliud cogito remedij genus, magna eſt enim fortunæ uis, neq; minor celeritas. Interim ſanè omnium, quæ uel ex libris uel è media uita hominum occurrunt, quæ ſunt multa & uaria hæc ſumma eſt. dura ſunt fateor, & grauia & inamœna, quæ pateris, unum eſt difficilium leuamen, patiētia, ſi humana deſpicias, ſi te non ad delitias, ſed ad laborem in hanc uitæ paleſtram deſcendiſſe memineris. ſi magno niſu aduerſa ſuſtuleris, memor in prælio militem, in tempeſtate nautam, in rebus malis, bonum animum probari. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. XVII.

De temporis iniquitate.

EGo uerò abſit, ut diſſuadeam, petitioni haud iniuſtè morē gerere, ſed illud moneo, ut in fronte oculos habeas, quos ego hactenus in tergo habui. nil iucundius, nil dulcius, quàm benemeritum & egentem auxilij compotire, contra autem inexperto, ingrati uitio nil triſtius. Magnæ quidem eſt, non ſolum prudentiæ, ſed fortunæ: inter tot pectorum latibula, puros animos, furatosq; diſcernere, & quanti quiſq; ſit, prius quàm experiaris agnoſcere, cuius honeſtæ preces, ac miſerabiles lachrymæ, cuius ficta neceſsitas, ſimulateq; blā ditiæ. magnæ parti hominum illud ineſt, ut ad impetranda quæ cupiunt memores, atque ſolliciti, ad referendam gratiam ſegnes obliuioſiq; ſint. Tanta & tàm repentina mutatio, inuadit animos, ut quem precantem mane uideris, ſerò uoti compotem non agnoſcas. De his in Eccleſiaſtico: Donec accipiant, inquit, oſculantur manus dantis, & in promiſſionibus humiliant uocem ſuam, & in tempore redditionis poſtulabit tempus, & loquitur uerba tædij & murmurationum. noſti cætera. At quoniam inter ingratos uiuitur, non ideò deſinendum. alioquin uirtus, uitio uicta uidebitur. ſed aliquantò cautius agendum reor. Tu Vale & quicquid acturus es, dum mutandi tempus eſt cogita, poſt enim deliberatio ſerò eſt.

Fran. Petrarcha Gerardo fratri, S. XVIII.

Scripta Veterum indaganda eſſe.

QVod ſæpè olim uel obliuio uel torpor abſtulit attingā, frater, ſi gloriari licet, apud te gloriabor, in illo, in quo ſolo gloriari tutum eſt. Iam ex omnibus humanarū cupiditatum ardoribus, & ſi non in totū, magna tamen ex parte, diuina me pietas eripuit. E cœlo enim eſt, ſeu id mihi naturæ bonitas, ſeu dies præſtiterit, multa quidem uidendo, multūq; cogitādo, intelligere tandē cœpi, quanti ſint ſtudia hæc, quib. mortale genus exæſtuat. Ne tamē ab omnib. hominū piaculis immunē putes, una inexplebilis cupiditas, me tenet, quā frenare hactenus nec potui, certè nec uolui, mihi enim interblandior, honeſtarū rerū, non inhoneſtam eſſe cupidinem. expectas audire morbi genus, libris ſatiari nequeo, & habeo plures fortè quàm oportet. ſed ſicut in cæteris rebus, ſic in libris accidit, quærendi ſucceſſus auaritiæ calcar eſt, quinimmò ſingulare quiddam in libris eſt. Aurum, argentū, gemme, purpurea ueſtis, marmorea domus, cultus ager, pictæ tabulæ, phaleratus ſonipes, cæteraq; id genus, mutā habet & ſuperficiariā uoluptatē, libri medullitus delectāt, colloquuntur, cōſulunt, & uiua quadam nobis, atq; arguta familiaritate iungūtur. Neq; ſolū ſeſe lectoribus quiſq; ſuis inſinuat, ſed & aliorum nomen ingerit, & alter alterius deſiderium facit. at ne res egeat exemplo. Marcum mihi Varronem, charū & amabilem, Ciceronis Academicus fecit, Ennij nomen, in Officiorum libris audiui primum, Terentij amorem, ex Tuſculanarum quæſtionū lectione cōcepi, Catonis origines, & Xenophontis œconomicum,

ex libro

ex libro de Senectute cognoui. eũdemq́ à Cicerone trãslatũ, in iiſdem Officialibus libris
edidici ſic & Platonis Timeus, Solonis mihi commendauit ingenium, & Platonicũ Phe
donem mors Catonis, & Ptolemæi regis interdictum, Cyrenaicum Hegeſiam: & de Cice
ronis epiſtolis. Senecæ prius quã oculis credidi meis, & Senecæ cõtra ſuperſtitiones librũ,
ut quærere inciperẽ, Auguſtinus admonuit, & Apollonij Argonautica Seruius oſtẽdit, &
Reip. libros cum multi, tum præcipuè Lactantius optabiles reddidit, & Romanam Plinij
Tranquillus hiſtoriam, & Aulus Gellius eloquẽtiam Fauorini, itemq́ Annei Flori floren
tiſsima breuitas, ad inquirendas Titi Liuij reliquias animauit, ut notiſsima & uulgatiſsima
illa prætercam, quæ teſte non egent, & tamen cum acceſſerit teſtis illuſtrior altius in ani-
mum deſcendunt, qualis eſt in declamationibus Senecæ, laudatus ille Ciceronianæ facun,
diæ principatus, ingenijq́ ſingulare præconium, & illud in Saturnalibus multiforme Ma-
ronis eloquium, ab Euſebio demonſtratum, & illud Statij Pampinij Poëtæ reuerens, ſub.
miſſumq́ teſtimonium de Virgiliana Aeneide, cuius longè ſequenda & adorãda ueſtigia
Thebaidem ſuam, in publicum exiturã, admonet, & illud ab Horatio Flacco, immò ue-
rò ab omnibus concorditer delatum Homero Poëtarum principi, pluribus ago, quã ne-
ceſſe eſt. nam illa quidẽ longanimis recordatio Priſciani grammatici, iuuenilis lectio, quot
mihi librorũ peregrina nomina cõgeſſerit, quot poſtmodum Plinius ſecundus, quot no-
uiſsime Nonius Marcellus, quotienſq́ ſaliuam excitauerint. Nemo ergo mirabitur (ut re
deam (unde digreſſus ſum) uehementer his animos inflammari, atq́ contigi, quorum ſin
gula ſuas ſcintillas, ſuoſq́ aculeos palam habent, alioſq́ clanculum in ſinu geſtant, quos ſi
bi inuicem ſubminiſtrant, itaque pudet equidem, ſed fatendum ingenuè, & cedendũ uerò
eſt, excuſabilior ſemper mihi cupiditas, uiſa eſt Athenienſis Tyrãni Aegyptijq́ regis, quã
noſtri ducis, aliquãtoq́ nobilius Piſiſtrati primum, deinde Ptolemæi Philadelphi ſtudium,
quam Craſsi aurũ, & ſi multo plures imitatores Craſſus habeat. Sed ne Romæ Alexan
dria uel Athenæ, & Italiæ Græcia uel Aegyptus inſultet, & nobis ſtudioſi principes conti
gerunt, ijq́ tàm multi, ut eos uel enumerare difficile ſit, tamq́ huic rei dediti, ut inuentus ſit,
cui Philoſophiæ, quàm imperij charius nomen eſſet, & ſtudioſi in quam, nõ tàm librorum
quàm libris cõmentarum rerum. ſunt enim qui libros (ut cætera) non utendi ſtudio cumu
lent, ſed habendi libidine, neq́ tàm ut ingenij præſidium, quàm ut thalami ornamentũ. atq́
(ut reliquos ſileam) fuit Romanæ Bibliothecæ cura, diuis Imperatoribus Iul. Cæſari, & Cæ
ſari Auguſto, tantæq́ rei præfectus, ab altero, pace Demetrij Phalerij dixerim, qui tñ hac
re clarum apud Aegyptios nomen habet, nihil inferior, ne dicam longè ſuperior Marcus
Varro, ab altero Põpeius Macer, uir & ipſe doctiſsimus, ſummo quoq́ Græcæ Latinæq́
Bibliothecæ ſtudio flagrauit Aſinius Pollio orator clariſsimus, qui primus hanc Romæ
publicaſſe traditur. illa enim priuata ſunt, Catonis inſatiabilis librorum fames, cuius Cice-
ro teſtis eſt, ipſi uſquè Ciceronis ardor, ad inquirendos libros, quàm multæ teſtantur epi-
ſtolæ ad Atticum, cui eam curam non ſegnius imponit, agens ſumma inſtantia, multaquè
precum ui, quàm ego nunc tibi, quod ſi opulentiſsimo ingenio permittitur, librorum pa
trocinia mẽdicare, quid putas licere inopi? hæc pro excuſatione uitij mei, proq́ ſolatio tan
torum comitum dicta ſint, tu uerò, ſi tibi charus ſum, aliquibus fidis & literatis uiris, hanc
curam impoſito, Hetruriam perquirant, religioſorum armaria euoluant, cæterorumq́ ſtu-
dioſorum hominum, ſi quid uſquam emergeret, leniendæ dicam an irritandæ ſitis meæ ido
neum. cæterum & ſi non ignores, quibus lacubus piſcari, quibuſuè fruticetis aucupari ſo-
leo, ne qua tamen falli queas, his ſeorſum literis, quid maximè uelim interſerui, quoq́ uigi
lantior fias. ſcito me eaſdem preces amicis alijs in Britanniam, Galliaſq́ & Hiſpanias deſti
naſſe. ne cui ergo fide, uel induſtria ceſsiſſe uidearis enitere. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. XIX.

Infœlicitatem omnes ultrò petere.

ADeò pertinax & fixa mortaliũ ſpes eſt, aduerſus infœliciter experta, ut neq́ ſterilitas
agricolã, neq́ tẽpeſtas nautã, neq́ tectorũ caſus architectũ, neq́ patrẽfamilias ſobolis
acerbus

acerbus interitus, deterreat ab incepto. hic illa cōmunia, ut famelicos ſerere, & naufragos nauigare, & ruinis uix elapſos noua ſuper eiſdē fundamentis ædificia moliri, & orbos ſenes, inter ſepulchra filiorum, alijs procreandis intendere uideamus. piſcatores frigoribus, & fame confectos, hic ante oculos habeo, mirum & prorſus incredibile, totos dies ieiuni ac nudi noctesq; ad aurorā inſomnes agunt, cum interim uel retia temptantiū una eadēq; ſors eſt nihil agere, fruſtrà torqueri tēpus, aliquantò forſitan utilius cōſumendū perdere, neque tamē obſtinatis ad inceptū animis, à fatali gurgite diuelluntur. uſq; adeò etiam amari exercitij, conſuetudo, longior dulcis eſt. infauſtam arenam, immò uertentes alueo, quam fugiunt egeſtatem, inter undas & ſcopulos inueniunt, nunquam fortè quod tantopere ſatagunt reperturi, illa quidem dictu minora, neſcio an maiori admiratione digna ſint. ferarum ſtudium totiēs uacuatis cubilibus non lenteſcit. nouis feribus pariendis alendisq; prioris, raptu nunquam ſegnior tygris redit, crebri partus ſolatio deſtitutæ, nihilò moderatior, in reliquum ardor eſt. Philomena poſtquā paſtorali furto perditos natos, longo gemitu & prædulcibus querimonijs proſecuta eſt, nidum ab eodem ramo, ſequētis puerperij fortunam temptatura ſuſpendit. rem dicam nouam tibi, ſed omnibus uallis huius notiſsimam incolis. Aquila iam pridem in his montibus habitat, ſubulcus aduena, nedum quos paſcit ſuibus, ſed hirſutis etiam apris aſperior, dàm nido inſidiatus eſt, neq; animam ſuam pluris extimans, quàm ualet de altiſsima rupe, quæ fonti Sorgiæ nubibus par impendet, ancipiti fune demiſſus, cuius rei uel meminiſſe horror eſt, ad aëream domum temerarius prædator accelsit, & ſollicitæ genitrici, ſpem generis, pullos implumes abſtulit. id ſemel, idq; iterum auſus, nil amplius aquilam mouit, quàm ut nuper triſti domicilio deſerto, nidum dumoſamq́; ſuppellectilem, in alteram rupis partem parumper auexerit. Illic modò ſæpius amiſſæ ſobolis ſpem refouet, nihil ſollicito lætius ut reor. Siquidem ſaxeus iſte ſuus hoſtis, exigui lucri cupidus, uitæ prodigus, iam reſtem nodosq; præparat, quibus per inane ſuſpenſus, & de inſolito ſpecu ſolitas prædas agat. Iam ſenſim ad minimam rerum ratiocinando deſcendimus, nec apibus quidem percepti mellis iniuria, mellificandi dulcedinem, nec formicis ſub terra latentium horreorum, inundatio graniferi laboris experientiam, frequentisq; curſus ac recurſus imminuit uoluptatem. non enim deſperant, infœliciter temptata, retemptari poſſe fœlicius. alioquin, ſi cum ſucceſsibus rerum animorū ſimul ſpes intereat, torpebunt æſtus, ij quos undiq; cernimus actionum uariarū quotidie interpellātibus, fatis & uitam ſitu marcidam, exitus inglorius manebit. Quod ne forte cōtingeret animantibus cūctis, & pſertim homini, dura propoſitiq; tenacia pectora data ſunt. Vrbē Romā (ut retrò iam facili ſaltu, ab imis rerū ad altiſsima cōſcendamus) à Gallis Senonibus incenſam reſtituere maiores, qua in re Camilli auctoritas, tribunis cōtrà nitētib. ominis etiā adiuta pualuit. idē illi maiores noſtri, poſt Alliā, poſt Ticinū, poſt Trebiā, poſt Traſimenū in aciē redierunt, poſt Caudinæ pacis ignominiā, glorioſiſsimas uictorias retulerunt, & poſt Cānas grauiſsimū ac penè mortiferū Reip. uulnus, ne ab ignauis ciuib. delinqueretur Italia, contra ſententiam Cecilij Metelli fulgens Aphricani gladius obtinuit. qui niſi inuicta ſpes, unius eiuſdemq; admodum adoleſcentis, multorum ſenū labantes firmaſſet animos, actum erat de imperio. nulla hodie Romani nominis memoria, nulla Romanæ potentiæ ueſtigia ſupereſſent, faciente enim (ut Flori hiſtorici uerbis utar) de Italia Aphricam Hannibale, profectò non Latini, ſed Aphri coloni, Italiā poſsiderēt, & ſiquis forte manſiſſet Italici ſanguinis, tantis ſuperſtes cladibus non aliter quàm dulcis aquæ riuulus, pelago mixtus, in peregrinos mores uictricemq; barbariē cōceſsiſſet. quod nō ſumus igitur, & quod ſumus fateamur ingenuè, ſpei bonæ duntaxat unius hominis debemus, & de nobis quidem hactenus. quid Lacedæmonios, quidue Carthaginēſes memorē, qui ſperare non prius quā eſſe deſierunt? quid Saguntinos, qui dum ſera nobis auxilia ſperant, extremas à crudeliſsimo hoſte miſerias acceperunt, longum eſt per cuncta diſcurrere. Itaq; ut unde eſt ortus, illic ſermo deſinat, ultima iactare nauis ancora ſpes eſt, quā ſi quis in hoc proceloſo mari, laborantibus abſciderit, nulla eſt ad uitam uia, nullus ad requiem portus, nullus reditus ad ſalutem. Miraris nūc, quid tàm longa ſibi uelit oratio. ſcilicet unū ago, ut amicū tuū ſubſcribas

exemplo,

exemplorum turbæ, raras & forte uanas, ſed firmas ſpes habentē, & hæc mihi quidem curioſius explicanda erant, ut affectū ſcribentis agnoſceres. cætera in ſilētio intelligis. Vale.

Fran. Petrarcha Lelio ſuo, S. XXI.

Literas amici poſtulat.

SAepè te literis ad colloquium elicere niſus ſum, inefficaciter ad hanc diem, pergā ſilentium tuum interrumpere, pudebit amici tot clamores tacitum audire. labellū clauſum, in indignationē fortè uel in riſus aperiā, uel in uerba. nō magnifacio qd reſcribas, modò loqui incipias, uictor ſum, ſi occupationes te ueteres tenent, nouas ingeram. ſi ſegnitie calamum amiſiſti, ſedulitate reſtituam. at ſi fortè ſuperbia extolleris, & quod ſuſpicari ne tenuiter quidem poſſum, amicis affatibus indignum cenſes humilitate, mihi ab illo animi faſtigio detrahendus, & in æquum campum amicitiæ retrahendus es. Itaqꝫ ſic tibi perſuade, inculcare querelas & lamēta non deſinā, donec mihi uel antiquū inter nos cōmeritū literarū reſtituas, quādiù ſaltē tàm propinqui ſumus, ut nunciorū penuriā prætendere neuter poſſit, & quaſi per manus ab altero ad alterū ſic epiſtolarū tranſitus, uel probabilē cauſam tantæ mutationis expedias. Nuncius alter alterius ueſtigia urgebit, literarū mearū aceruū ante oculos tuos erunt, amici digitū & anulū noſti, intactas abijcere amor & uerecūdia non ſinent. Aperies (licet nolis) ipſe tibi blandiens, ut perlegas, itaqꝫ qui breuis ſcripturæ laborem fugis, longè lectionis faſtidiū non euades. ſi quid igitur mihi credis, oculos tuos digitorum auxilio libera, & ignobiliores corporis tui partes, nobilioribus ſeruire doce. arripe calamum, nō inſueta ſuadeo, calamus ab infantia gladius tuus eſt, adulta ætas & patriæ ſtatus, ad aliam te deinceps arma rapuerunt, demum ad Romanorum Pontificum quietiores aulas retrahente fato, & ad antiqua ſtudia rediiſti. quid igitur peto, fac quod quotidie facis, ſcribe aliquid, fac itidē quod nūquam facis, ſcribe mihi mox nempe ſubſiſtam, & uel rarius ſcribam ipſe, uel breuius. Viciſſe, & de iſta ſilentij tui arce, te deieciſſe ſufficiet. hic tamen (ſcio cui loquor) ueteri illo & uulgari clypeo tectus occurres, quid quæreris frater? nihil habeo quod ſcribam. Ego uerò & ſi tanta rerū copia, talibus ingenio eloquioue nunquam defuturam ſcribendi materiā crediturus fuerim, facilè perſuaderi mihi patiar, quamlibet ſeu ueram ſeu fictam cauſam potius quàm obliuionis nebulam, tibi ſilentiū induxiſſe, hoc igitur ſaltem, quod multi ab amicis petierunt, ſed eorum, quos ego legerim primus omnium Cicero, ſcribe te nihil habuiſſe quod ſcriberes, hoc ipſum ſcribe, ſed alijs tamen uerbis, alioquin (quod intentionis meæ non fuit) breue nimis, & apertum euadendi tibi iter oſtendi euades, ſi te noui, ſaltu unico, & te uno uerbo redimes auctore me. ſic ego (quod multis accidit) conſilio meo ludar, ſed iam ſatis ſuperqꝫ querelarum eſt, niſi quia ad ultionem tendo, & taciturnitatem tuam loquacitate punio. Vt uerò aliquid etiam familiarium curarum huic epiſtolæ includam, quæſo, ne pigeat apud cōmunem dominum, pro fœlici rerum mearum exitu intercedere. Voco autem quemlibet fœlicem, modo aliquis ſit, multum eſt Frater uana expectatione liberari, ignorant homines, quid lucri eſt, ſuperuacua & infinita deſideria proieciſſe, perdita ſaciant, poſſeſſa cruciant miſerorum animos, pluribus inanibus quàm ſolidos occupatos, & tanta eſt inſania, extricari ab erroribus, ut ſit uerò locus metuunt, dum ſibi proſperos rerum prægrandium exitus pollicentur. ſibi quippè placentes, ac ſuperbi & iniqui rerum ſuarum iudices, dignos ſe finxerunt, quibus ad nutum uniuerſa ſuccederent. ita quod in amatoria materia dixit Naſo:

Dum ſibi quiſqꝫ placet, credula turba ſumus.

Iam mediū uitæ cōmunis latè delirando perduximus, Vt enim eleganter à Tullio dictum eſt. Metellli ſperat quiſque ſibi fortunam. quot autem in hac uanitate falluntur, immò uerò quàm pauci, quàm penè nulli non falluntur. hinc licet aduertere, quod ſi uerum ſcriptorum teſtimonio ſtamus, ex omnibus ſæculis fœlix ille Metellus, nō niſi unicum comitem, cumqꝫ ipſum non domi, ſed procul & extra Italiæ terminos dicitur inueniſſe, qui tamen ipſi, quàm ritè fœlicitatis hoc inane nomen uſurpauerint, locus iſte non recipit, & fortaſſè aliud dicendi tempus aduenient. Nunc (ut cœptum pergam) ſi quod omnes ſperant,

nullus

nullus aſſequitur, quã multos uitæ ſomnijs eluſos, expectãteſq́; mors oppreſſerit, quotq́; in fine oppreſſura ſit cogita. quibus ergo territus, hanc ipſe mihi legẽ ſtatui, altiora me non quærere. paria uerò pauca, quidem & modeſtiæ, quibus ſcilicet & obtentis ſobriè gaudeam, & amiſſa ferã fortiter, & repulſæ dolore non torquear. ad hanc legẽ ita me formaui, ut uix rei cuiuſquam uerear euentũ, modo expectationis faſtidia detrahãtur, quã obrem, per omnes te cœlicolas frater oro, ab hac quã primũ perplexitate diſſolui. aufer mihi expectationem, quicquid erit æquanimiter feram, finem facio, cum illo, cuius hoc mihi placet inter cætera, Pars beneficij eſt quod petitur, ſi bellò neges. Vale.

Fran. Petrarcha ad Lelium ſuum. S. XXII.

De uiolata quadam Virgine.

IMpletum eſt planè in nobis, quod de Pompeio tuo Corneliaq́; ſua ſcribitur, neuterq́; recedens ſuſtinuit dixiſſe, Vale. ſed nec multis inter nos uerbis opus erat, quæ nil aliud quàm amicorum, & paſsionum quæ in eis habitant notæ ſunt, cum animi noſtri (licet in ſilendo) uicisſim pateant, unũ eſt, quod te nunc agere, ſi poſsibilitas adeſt uelim. Iuuenis quidam, uirginem cuius amore languebat, ipſa non obluctante cognouit, matrimonij pactis interpolitis, idq́ue quod magis in aures tuas intret, neſcio an & in thoro, certè apud thorum accidit. loci dominus nobilis dicam, an ruſticus, iuuenem ipſum, quem graui & antiquo odio perſequitur, ad capitale ſupplicium uocat. mulier factum excuſat, nihil ſe contra quàm optauerit paſſam dicens, & promiſſas amantis nuptias efflagitat. Annuit ille, ſi liceat, ſed carcere cõcluſus, ſub iniquiſsimo, iudice cauſam dicit. cæterùm ubi compedes amoueãtur, ſoluti ambo, & ætate & animis & fortuna pares, optatiſsimas nuptias celebrabunt. Hæc ut ad me, indignantis primum populi uocibus, deinde etiam amicorum precibus, & lachrymis perlata ſunt, ut primus omnium occurriſti, à quo morbi talis auxiliũ peteretur, & nos aliquando Frater arſimus, & opem ferre decet ardentibus, Dominũ autem noſtrum, & ſi talia ſublimem eius animam non attingant, non tamen uſque adeò ferreum, aut inhumanum reor, ut humanis non miſeratur erroribus, nec eſt quod partius ardere ruricolas ſuſpicemur, in omne genus hominũ par imperium habet arcipotens ille puer. Scio; apud Virgilium ſcriptum eſſe, quod:

Subita incautum dementia cœpit amantem,

Et ſequitur. *Ignoſcenda quidem.*

Sed terret quod in fine ſubiungit:

Scirent ſi ignoſcere manes.

Vereor enim, ne durior ille Bellerephon nihil humanitatis habens, inſuper ita aſcenſus, ſit ſanguinis ſitientior quàm oportet. utcũque ſuccedat nos partes noſtras implebimus, ego apud te, tu apud dominum, ut ipſe à præfato thori domino gratuitum munus, captiuum illum per literas ſuas petat. cuius nomen & rei geſtæ ſeriem, uillicus hic noſter, ob hoc unũ ad te miſſus exponet, nihilo narrator urbanior, quàm amatoris, cuius amentiæ modò ueniam poſtulamus. Vale.

Fran. Petrarcha ad Lelium ſuum, S. XXIII.

Eloquentiæ uis quanta.

QVid tibi uis dicam? ſic eſt, ut audieram & legeram, nullũ eſt tàm aſperum ingeniũ, quod non morum uerborumq́; dulcedine mitigetur. ſic Aphricanus meus ille ſuperior, Syphacem regem barbarũ, atq; (ut Liuij uerbis utar) Romanis moribus inſuetum, & quod mirabilius fuit, Haſdrubalem quoq;, Carthaginenſium ducem, non barbarum modò, ſed etiã immitẽ Romani nominis inimicũ, inter cœnandũ ſuaui cõuictu, & comi manſueſecit alloquio. ſic Iul. Cæſar, Amyclam algis, & æquoreis ſpumis aſperſum, nudumq́; & inopem piſcatorem, tàm leniter fando cœpit, & illius Cæſareæ facundiæ retibus circunuoluit, ut inaudito uerborum ſono, & ignoti hoſpitis admiratione, ſuſpenſus, confeſtim iubente illo, fragilem atque imparem pelagi minis cymbam, de tui littoris ſtatio-

ris ſtatione diſſolueret,parendiq; ſtudio,ſciens ac uolens,ad interitũ properaret,at ne ſem
per Aphricanos & Cæſares loquamur,ille Philoſophorũ princeps Plato, Dionyſiũ cõci.
liare ſibi potuit,Syracuſium Tyrannũ. Archelaũ uerò Macedoniæ regem,Euripides Poë
ta,nec aut illi tyrannici ſpiritus rigor,aut huic immanitas obſtitit barbarica, utramq; duri.
tiem,ingenio & eloquentia molliuerunt. & quod huius generis omnia monſtra tranſgre
ditur,orator Aphthonius,ſæuos carnifices,ad ſe occidendũ miſſos,& iam ſtrictis mucro.
nibus irruentes,blanda oratione compeſcuit,uiciſſetq; crudelitatẽ eloquẽtia,niſi unus ex
eo numero,qui eum loquentẽ non audierat,cæteris iam digreſsis ſuperueniẽs, uelut aſpis
incantatoris uoce,non audita, uirus in illum ſceleſtis miniſterij effudiſſet. ſed quid homi.
num exempla conquirimus? Vrſos uidemus,pardos ac leones,atque alias truces & præ.
ualidas belluas blanditijs delinitas,parui domitoris imperiũ,patienter excipere,nexus inlu
per,carcerẽ,minas & uerbera. uolucres cœlo uagas,contra primæuam naturæ ſuæ legem,
humanam ſocietatem anteponere libertati,uitã in uinculis agere,operto capite,præreptoq;
etiam patriæ natalis aſpectu,famẽ ſuam nutritoris arbitrio moderari,de illius manibus ci.
bum ſumere,uocem iubentis agnoſcere,clamoribus obedire,ire ad emittentis arbitriũ, &
reuerti,opimaſq; prædas non ſibi ſed domino reportare. de piſcibus mihi tale (quod me.
minerim) legi, niſi quod Delphines neſcio,qua humano generi familiaritate coniunctos
ferũt,unde & Arionem quendam,tergo huius piſcis inſidentem,per tumidos fluctus ma.
ris euaſiſſe hiſtorica (ſeu potius) fabuloſa narratio eſt. uectorem ipſum fidibus canentẽ fa.
ciunt,quo nauigationi facilior fides ſit,mulcente aures muſica, & nauigium ſubleuante.
uiſum eſt enim,fabulam non admitti, niſi color mendacio quæreretur,gubernaculũ, ma.
lus,uela,remi deerant,pro his omnibus,unius muſicæ ſuauitas ſubrogata eſt. ſed quorſum
hæc tàm peregrina percunctaberis? ut intelligas me ingenium tuum ſummis inſerere, qui
non homines,non feras aut uolucres,ſed aquaticum hoc animal educatum,inter fontes &
flumina,eſcam de ſcopulis eliciens,contactu ac ſermone. In amicitiã pellexiſti,rediit equi
dem ad me ſui immemor,tui memor,cum multa de domino, multa de amicis quærerẽ,nil
niſi de Lelio reſpondebat,illius formam,illius mores,illius linguam,illius denique domicili.
um atq; habitum admirari. illum mihi quaſi incognitum ruralibus & terricrepis uerbis ex
collere,de illo mihi ſæpè licet interrũpenti,lõgiſsimas narrationes texere. cumq; ſæpè Te.
rentianum illud obijcerem. hui mihi illum laudas? ille eo magis ab exordio cuncta retexe.
re. quid plura? Intellexi illicò,te tuis artibus,meum mihi uillicum abſtuliſſe, nec indolui fa.
teor nec inuidi,ſed obſtupui plus te una hora,quàm me toto decennio potuiſſe. mirum eſt,
niſi tu colloquijs tuis,aliquid etiã magicæ artis immiſceas, nunc igitur captus amore tui,
cum his litteris iterũ ad te redit,ſimul & per te dominicæ interuẽtionis auxiliũ ſperans,per
quod amicũ ſuũ,de quo pridie tibi ſcripſi,iam extremis fortunæ laqueis artatum expediat,
niſi iudicis animo,(quod iam ab initio uerebar) ad ſuppliciũ obſtinato,non ſit precibus lo.
cus. fama enim eſt,eum dolore ſimul & inuidia delibati uirginei floris inſanire, ad quẽ ipſe
ſicienter (ut memorant) aſpirabat,indignantẽ grauiter plus in amoris regno pauperis blan
ditias,quã ſuas ineptas diuitias ualuiſſe. quod ſi accidat,ut obſtructis auribus uerba fun.
dantur,domino tamẽ partus erit integer miſericordiæ ſuæ,tibi beneuolentiæ tuæ fructus,
iſte quoq; agreſtis,amicitiæ ſuæ debitũ,me opitulante perſoluerit. ille aũt amator infœlix,
ſi aliter eſſe non poteſt,amoris ſui dulcedinẽ (quod multi fecerunt) mortis acerbitate penſa
bit. Hunc ſanè quo'nam humilium amicorũ loco numeres,tuũ erit. ipſe te dominorũ ſuo
rum inter primos numerat,aliquantoq; mihi de tua gratia iam,quàm de ueteris amici uita
uidetur ſollicitior,itaq; ut ſe tibi prorſus inſinuet, & allegorico munuſculo,animum ſuum
ſuauiſsime tibi deditũ oſtendat. liquoris omnium molliſsimi olei uaſculum tibi affert,quid
quod ſponte ſua, & ut aiunt) uirginitate ſeruata, nullo premẽte defluxit,è baccis arborum
noſtrarum,quæ in collibus iſtis ſunt,ubi poſthabitis Athenis repertricem oleæ Mineruam,
habitare dicerem,niſi eam iam pridem Ianuenſi littore ad portum Veneris
atque Erycem collocaſſem,in Aphricæ
meæ libris. Vale.

FRAN-

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS FAMILIARIBVS,

LIBER IIII.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. I.

Montem Galliæ quendam deſcribit.

ALtiſsimum Regionis huius montem, quem non immeritò Ventoſum uocant, hodierno die, ſola uidendi inſignem loci altitudinem, cupiditate ductus aſcendi, multis iter hoc annis in animo fuerat, ab infantia enim, his in locis, ut noſti fato res hominum uerſante, uerſatus ſum. mõs aũt hic latè undiq; conſpectus, ferè ſemper in oculis eſt, cœpit impetus tandem aliquando facere, q; quotidie faciebam, præcipuè poſt quam relegeu pridie res Romanas, apud Liuiũ fortè ille mihi locus occurrerat, ubi Philippus Macedonũ rex, is qui cũ P. R. bellum geſsit, Hemum montem Theſſalicum cõſcendit, è cuius uertice, duo maria uideri Hadriaticum & Euxinum, famæ crediderat. Verò ne an falsò ſatis comperti nihil habeo, quod & mons à noſtro orbe ſemotus, & ſcriptorum diſſenſio dubiam rem facit, ne cunctos euoluam Pomponius Mela, Coſmographus, ſic eſſe nihil hæſitans refert, Titus Liuius, falſam famam opinatur. mihi ſi tàm prompta montis illius experientia eſſet, quã huius fuit, diu dubiũ eſſe non ſinerẽ, cæterũ ut illo omiſſo, ad hũc montẽ ueniam, excuſabile uiſum eſt, in iuuene priuato, q; in rege ſene nõ carpit. Sed de ſocio cogitanti: mirũ dictù) uix amicorũ quiſq; omni ex parte idoneus uidebat, adeò etiam inter charos, exactiſsima illa uolũtatũ omniũ, moruũq; cõcordia rara eſt. hic ſegnior, ille uigilãtior, hic tardior, ille celerior, hic mœſtior, ille lætior, deniq; hic ſtultior, prudentior ille q; uellẽ, huius ſilentiũ, illius procacitas huius pondus ac pinguedo, illius macies atq; imbecillitas terrebat, huius frigida incurioſitas, illius ardens occupatio dehortabatur, quæ quanquam grauia, tolerãter domi, omnia enim ſuffert charitas, & nullũ põdus recuſat amicitia, uerũ hæc eadem fiunt, in itinere grauiora, itaq; delicatus animus, honeſtæq; delectationis appetens, circumſpiciensquè librabat ſingula, ſine ulla quidem amicitiæ læſione tacitus, quicquid propoſito itineri præuidebat, moleſtum fieri poſſe damnabat, quid putas tandẽ, ad domeſtica uertor auxilia, germanoq; meo unico minori, natu quem probe noſti, rẽ aperio, nil poterat lætius audire, gratulatus quod apud me amici ſimul ac fratris teneat locum. ſtatuta die digreſsi domo. Malauſanam uenimus ad ueſperam, locus eſt in radicibus montis uerſus in boream, illic unum diem morari, hodie tandem cum ſingulis famulis montem aſcendimus, non ſine multa difficultate. eſt enim prærupta & penè inacceſsibilis ſaxoſæ telluris moles, ſed benè à Poëta dictum eſt:

Labor omnia uincit improbus.

Dies longa, blandus aër, animorum uigor, corporum robur ac dexteritas, & (ſi qua ſunt eiuſdem) euntibus aderant, ſola nobis obſtabat natura loci. paſtorem exactæ ætatis inter con[…]exa montis inuenimus, qui nos ab aſcenſu retrahere, multis uerbis enixus eſt, dicens ſe ante annos quinquaginta, eodem iuuenilis ardoris impetu ſupremum in uerticem aſcẽdiſſe, nihilquè inde retuliſſe, præter pœnitentiam & laborem, corpusq; & amictum lacerum ſaxis ac uepribus, nec unquam aut ante illud tempus, aut poſtea auditũ, apud eos quẽquam auſum eſſe ſimilia. hæc illo uociferante, nobis ut ſunt animi iuuenũ monitorib. increduli, creſcebat ex prohibitione cupiditas, itaq; ſenex ubi animaduertit, ſe nequicq; niti, aliquantulũ progreſſus inter rupes, arduũ callẽ digito nobis oſtẽdit, multa monẽs, multaq; iã digreſsis à tergo ingeminans. dimiſſo penes illũ, ſi quid ueſtiũ aut rei cuiuſpiam impedimẽto eſſet. ſoli duntaxat aſcenſui accingimur, alacresq; cõſcendimus. ſed, ut ferè fit, ingẽtem

conatum, uelox fatigatio ſubſequitur. non procùl inde igitur, quadam in rupe ſubſiſtimus, inde iterum digreſsi, prouehimur, ſed lentius, & præſertim ego, montanū iter, greſſu iam modeſtiore carpebam, & frater compendiaria quidem uia, per ipſius iuga montis, ad altiora tendebat, ego mollior ad ima uergebam, reuocantique & iter rectius deſignanti. Reſpondebam, ſperare me alterius lateris faciliorem aditum, nec horrere longiorem uiam, per quam planius incederem, hanc excuſationem ignauiæ prætendebam, alijsque iam excelſa tenentibus, per ualles errabam, cum nihilo mitior, aliundè pateret acceſſus, ſed & uia creſceret, & inutilis labor ingraueſceret. interea cum iam tædio confectum perplexi pigeret erroris, penitùs alta petere diſpoſui, cumque operientem fratrem, & longo refectum accubitu, ſeſſus & anxius attigiſſem, aliquandiù æquis paſsibus inceſsimus. Vix dum collem illum reliqueramus, & ecce prioris anfractus oblitus, iterum ad inferiora deijcior, atq; iterū peragratis uallibus, dū uiarum facilē longitudinem ſector, in lōgam difficultatem incido, differebam nempè aſcēdendi moleſtiam, ſed ingenio humano terū natura non tollitur. nec fieri poteſt, ut corporeū aliquid, ad alta deſcendendo perueniat. quid multa? Non ſine fratris riſu, hoc indignanti mihi, ter aut amplius inter paucas horas contigit. ſic ſæpè deluſus, quadā in ualle cōſedi. illic à corporeis ad incorporea uolucri cogitatione tranſiliens, his aut talibus, meipſum compellebam uerbis. Quod totiens hodie in aſcenſu montis huius expertus es, id ſcito & tibi accidere, & multis accedentibus ad beatam uitam, ſed idcircò tàm facilè ab hominib. non deprehendi, quod corporis motus in aperto ſunt, animorum uerò inuiſibiles & occulti. equidem uita quam beatam dicimus, celſo loco ſita eſt, arcta (ut aiunt) ad illam ducit uia, multi quoque colles intereminent, & de uirtute in uirtutem præclaris gradibus, ambulandum eſt. in ſummo finis eſt omniū & uitæ terminus, ad quem peregrinatio noſtra diſponitur. eò peruenire uolunt omnes, ſed, ut ait Naſo:

Velle parum eſt, cupias ut re potiaris oportet.

Tu certè niſi, ut in multis, in hoc quoq; te fallis, non ſolum uis, ſed etiam cupis. quid ergo te retinet? nimirum nihil aliud, niſi per terrenas & infimas uoluptates planior, & ut prima fronte uidetur expeditior uia, ueruntamen ubi multum erraueris, aut ſub pondere malè dilati laboris, ad ipſius te beatæ uitæ culmen oportet aſcendere, aut in conuallibus peccatorū tuorum, ſegnem procumbere: & ſi, quod ominari horreo, ibi, te tenebræ & umbra mortis inuenerint, æternam noctē in ꝑpetuis cruciatib. agere. hæc mihi cogitatio, incredibilè dictù eſt, quantum ad ea quæ reſtabant, & animum & corpus erexerit. atque utinam uel ſic animo peragam iter illud, cui diebus & noctibus ſuſpiro, ſicut ſuperatis tandem difficultatibus, hodiernum iter corporeis pedibus peregi. ac neſcio, an non longè facilius eſſe debeat, quod per ipſum animum agilem, & immortalem, ſine ullo locali motu, in ictu trepidantis oculi fieri poteſt, quàm quod ſucceſſu temporis per moribundi & caduci corporis obſequium, ac ſub graui membrorum faſce gerendum eſt. Collis eſt omnium ſupremus, quem ſyluestres filiorum uocant, cur ignoro, niſi quod per antiphraſim ut quædam alia dici, ſuſpicor. uidetur enim uerè pater omnium uicinorum montium. illius in uertice planities parua eſt, illic demum feſsi conquieuimus. & quoniam audiſti, quæ'nam aſcendentis impetus aſcenderint curæ, audi Pater & reliqua, & unam precor horam tuam, relegendis unius diei mei actibus tribue. Primum omnium, ſpiritu quodam aëris inſolito, & ſpectaculo liberiore permotus, ſtupenti ſimilis ſteti. reſpicio, nubes erant ſub pedibus. iamquè mihi minus incredibiles facti ſunt Athos & Olympus, dum quod de illis audieram, & legeram, in minoris famæ monte conſpicio. dirigo dehinc oculorum radios, ad partes Italicas, quo magis inclinat animus, Alpes ipſæ rigentes ac niuoſæ, per quas ferus ille quondam hoſtis Romani nominis tranſiuit, aceto, ſi famæ credimus, ſaxa perrumpens, iuxta mihi uiſæ ſunt, cum tamen magno diſtent interuallo. ſuſpiraui fateor ad Italicum aërem, animo potius quàm oculis apparentem, atque inextimabilis me ardor inuaſit, & amicum & patriam reuidendi, ita tamen, ut interim, in utroque nondum uirilis affectus, mollicìem increparem, quamuis excuſatio utrobique non deforet, magnorum teſtium fulta præſidio. occupauit inde animū, noua cogitatio, atque à locis traduxit ad tēpora.

dicebam

dicebam enim ad meipſum, hodie decimus annus completur, ex quo puerilibus ſtudijs dimiſsis, Bononiam exceſsiſti, & ô Deus immortalis, ô immutabilis ſapientia, quot & quantas morum tuorum mutationes, hoc medium tempus uidit, infinita prætereo, nondum enim in portu ſum, ut ſecurus præteritarũ meminerim procellarum. tempus forſan ueniet, quando eodẽ ꝗ geſta ſunt ordine, uniuerſa ꝑcurram, ꝓfatus illud Auguſtini tui. Recordari uolo, tranſactas fœditates meas, & carnales corruptiones animæ meæ, nonꝗ eas amem ſed ut amem te Deus meus. Mihi quidẽ multũ adhuc ambigui moleſtiꝗ negotij ſupereſt, ꝙ amare ſolebam, iam nõ amo, mentior, amo, ſed uerecundius, ſed triſtius, iam tandem uerũ dixi. ſic eſt enim amo, ſed ꝙ nõ amare amem, quod odiſſe cupiam. Amo tamen, ſed inuitus, ſed coactus, ſed mœſtus & lugens. & in meipſo uerſiculi illius famoſiſsimi ſententiam miſer experior: *Odero ſi potero, ſi non inuitus amabo.*

Nondum mihi tertius annus effluxit, ex quo uoluntas illa peruerſa & nequam, ꝗ me totũ habebat, & in aula cordis mei ſola ſine contradictore regnabat, cœpit aliam habere rebellẽ & reluctantẽ ſibi, inter quas iamdudũ, in campis cogitationum mearũ, de utriuſꝗ homini imperio laborioſiſsima, & anceps etiam nũc pugna cõſerit. ſic per exactũ decenniũ, cogitatione uoluebar. hinc iam curas meas in anteriora mittebam, & ꝗrebam ex me ipſe. Si tibi fortè cõtingeret, per alia duo luſtra uolatilem hanc uitam producere, tantumꝗ pro rata temporis ad uirtutem accedere, quantum hoc biennio per congreſſum, nouæ contra ueterem uoluntatis, ab obſtinatione priſtina receſsiſti, non'ne tunc poſſes. & ſi non certos, at ſaltem ſperans, quadrageſimo ætatis anno, mortem oppetere, & illud reſiduum uitæ, in ſenium abeuntis æqua mente negligere: hæc atꝗ his ſimiles cogitationes, in pectore meo recurſabant Pater, de prouectu meo gaudebam, imperfectum meum flebam, & mutabilitatem communem humanorum actuum miſerebar, & quem in locum, quam ob cauſam ueniſſem, quodammodo uidebar oblitus, donec ut omiſsis curis, quibus alter locus eſſet opportunior reſpicerem, & uiderem, quæ uiſurus adueneram. Inſtare enim tempus abeundi, quod inclinaret iam ſol, & umbra montis excreſceret, admonitus & uelut expergefactus, uerto me in tergum, ad occidentem reſpiciens. Limes ille Galliarum, & Hiſpaniæ Pyreneus uertex, inde non cernitur, nullius quem ſciam obicis interuentu, ſed ſola fragilitate mortalis uiſus. Lugdunenſis autem prouinciæ montes, ad dexteram. ad læuã uero Maſsiliæ fretũ, & quod aquas Mortuas uerberat, aliquod dierũ ſpatio diſtantia, præclariſsimè uidebantꝰ Rhodanus ipſe, ſub oculis noſtris erat, quæ dũ mirarer ſingula, & nũc terrenũ aliquid ſaperẽ, nũc exemplo corporis animũ ad altiora ſubueherem, uiſum eſt mihi confeſsionum Auguſtini librum, charitatis tuæ munus inſpicere, quem & conditoris & donatoris in memoriam ſeruo, habeoꝗ ſemper in manibus, pugillare opuſculũ, perexigui uoluminis, ſed infinitæ dulcedinis: aperio lecturus, quicquid occurreret, ꝗd enim niſi piũ & deuotũ poſſet occurrere: fortè aũt decimus illius operis liber oblatus eſt. Frater expectans, ꝑ os meũ ab Auguſtino aliꝗd audire, intentis aurib. ſtabat, Deũ teſtor, ipſumꝗ qui aderat, ꝙ ubi primũ defixi oculos, ſcriptũ erat. Et eunt homines admirari alta montium, et ingentes fluctus maris, & latiſsimos lapſus fluminum, & oceani ambitum & gyros ſyderum, & relinquunt ſeipſos. obſtupui fateor, audiendiꝗ auidũ fratrem rogans, ne mihi moleſtus eſſet, librũ clauſi iratus, mihimet ꝗd nũc etiam terreſtria mirarer, ꝗ iampridẽ ab ipſis gentiũ Philoſophis diſcere debuiſſem, nihil ꝑter animũ eſſe mirabile, cui magno nihil eſt magnũ. Tũc uerò montẽ ſatis uidiſſe cõtentus, in meipſum interiores oculos reflexi, et ex illa hora, nõ fuit ꝗ me loquentẽ audiret, donec ad ima peruenimus. Satis mihi negotij uerbũ illud attulerat, nec opinari poterã, id fortuitò cõtigiſſe, ſed quicquid ibi legeram, mihi & nõ alteri dictũ rebar, recolẽs ꝙ idẽ de ſeipſo ſuſpicatus, olim eſſet Auguſtinus, quãdo in lectione codicis Apoſtolici (ut ipſe refert) primũ ſibi illud occurrit. Non in cõmeſſationib. & ebrietatibus, nõ in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione, ſed induite dominũ IESVM CHRISTVM, & carnis prouidentiam ne feceritis in concupiſcentijs ueſtris. ꝙ iam ante Antonio acciderat, quando audito Euangelio ubi ſcriptum eſt: Si uis perfectus eſſe, uade & uende omnia tua quæcunꝗ habes, & da pauperibus, & ueni ſe-

quere me, & habebis theſaurũ in cœlis. ueluti ꝓpter ſe, hæc eſſet ſcriptura recitata (ut ſcriptorũ rerum eius Athanaſius ait) ad ſe traxit Dominicum imperiũ. & ſicut Antonius his auditis, aliud nõ quæſiuit, & ſicut Auguſtinus his lectis, ulterius non proceſsit, ſic & mihi in paucis uerbis, q̃ præmiſi totius lectionis terminus fuit in ſilentio, cogitanti quanta mortalibus conſilij eſſet inopia, qua nobiliſsima ſui parte neglecta, diffundantur in plurima, & inanibus ſpectaculis euaneſcant, quod intus inueniri poterat, quærentes extrinſecus, admirantiq́; nobilitatẽ animi noſtri, niſi ſpontè degenerans ab originis ſuæ primordijs aberraſſet, & quæ ſibi dederat in honorẽ Deus, ipſe in opprobriũ cõuertiſſet, quotiens putas, illo die rediens, & in tergũ uerſus cacumen montis aſpexi, & uix unius cubiti altitudo uiſa eſt, p̃ altitudine cõtẽplationis humanæ, ſiqs eã nõ in lutũ terrenæ fœditatis immergeret. Illud quoque p̱ ſingulos paſſus occurrebat, ſi tantũ ſudoris ac laboris, ut corpus cœlo paululũ proximius fieret, ſubire nõ piguit, q̃ crux, quis carcer, qs aculeus deberet terrere animũ, appropinquante Deo, turgidumq́; cacumen inſolẽtiæ, & mortalia fata calcentẽ, & hoc quoto cuique accidet, ut ab hac ſemita, uel durarum metu rerum, uel mollium cupidine non diuertat? ô nimium fœlix ſiquis uſquam eſt, de illo ſenſiſſe arbitrer Poëtam:

Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas,
Atq; metus & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, ſtrepitumq́; Acherontis auari.

O' quanto ſtudio laborandũ eſſet, ut non altiorẽ terrã, ſed ut elatos terrenis impulſibus, appetitus ſub pedibus haberemus. hos inter nudos pectoris motus, ſine ſenſu ſcrupuloſi tramitis, ad illud hoſpitiolũ ruſticũ, unde ante lucem moueram, profunda nocte remeaui, & luna pernox, gratum obſequium præſtabat euntibus, interim ergò, dũ famulos apparendæ cœnæ ſtudiũ exercet, ſolus ego in partem domus abditam perrexi, hæc tibi raptim & ex tempore ſcripturus. ne ſi diſtuliſſem, pro uarietate locorum, mutatis forſan affectibus, ſcribendi propoſitum deferueret. uide itaque Pater amantiſsime, quàm nihil in me oculis tuis occultum uelim, qui tibi nedum uniuerſam uitam meam, ſed cogitatus ſingulos tàm diligenter aperio, pro quibus ora quæſo, ut tàm diù uagi & inſtabiles, aliquando ſubſiſtant, & inutiliter per multa iactati, ad unum bonum uerum, certum, ſtabile ſe conuertant. Vale.

Fran. Petrarcha Dionyſio ſuo, S. II.

Diuitias eſſe contemnendas.

NIl dulcius audierant aures meæ, poſtquam uocem tuã audire deſierũt, quàm quod ad regẽ uocatus acceſſeris, rationem, inquit, expecto, nõ poſſum breuiter, itaq; longius incipiam. Optauit aliquando tibi genitrix, longitudinẽ dierũ innumerabilibus periculis et calamitatibus obiectam. aliquando diuitias humanarum mentiũ, non mediocrem laqueum ac funeſtam ſarcinam libertatis, aliquando formam corporis, deformitatis animæ plerunque materiam, quid de ſodalibus, quid de nutricula tua ducam? muliercularum omnium una lex eſt, inepta cupiũt, ridenda formidant, de patre libet altiora credere. optauerit ergo filio, quod ait Satyricus: eloquium & famam Demoſthenis, aut Ciceronis, quæ quanti ſæpè periculi plena, utriuſque exitus eſt teſtis, multis & inanibus, uel tuis uel aliorũ pro te uotis fatigatæ ſunt aures Dei. horum tibi aliquid amici non opto. quare? quia ſtultum eſt, uehementer appetere, quod poteſt peſsimo fine concludi. illud bonum tibi cupio quod mihi, beatam uitam, ad quam multi ſuſpirant, pauci perueniunt. eſt enim ſalebroſum iter atque anguſtum & difficile, & amœna ac prona circum deuia, eſt autem ut in ſagittando, ſic in alia qualibet operatione mortalium, aberrare perfacile, ſignum attingere, is demũ artificij finis eſt. Idcircò difficilior, quia ad illũ una tantũmodò, ad errorẽ innumerabiles ſunt uiæ. hanc ſanè quam dico beatã, quanquam ingenioſiſsimis atq; doctiſsimis uiris fortè aliter uiſum ſit, in hoc corporis ergaſtulo mereri, quidem utcunq; poteſt labor humanus & ſperare, amplecti aũt ac tenerè, non poteſt. hoc ergo ſtudio decurritur, finis eſt, ubi quieſcit intentio, neque nobis hoc ſolis perſuaſum eſt. quid enim aliud Cicero ſentiebat, ubi ait, quod Hæc uita uia eſt in cœlum? habet tamen interdum, illi æternæ, quiddam hæc mortalis uita ſimillimum, ut & ſi beata nondum ſit (id enim beatum eſt,

duntaxat,

duntaxat, cui nil ualet accidere, iam tamen humanas miſerias, longè infra ſe uideat, & in imo ſtans, adhuc ſupernæ fœlicitatis luce reſplendeat. hoc ſanè non diuitiæ præſtant, non inſanientis uulgi plauſus, non potentia, non uoluptas. ſed uirtutum comitatus atque animi tranquillitas, ad quam adipiſcendam, diuerſum fortaſsè alijs uidebitur. ſed quantum opinio mea fert, nihil æquè adiuuat, ac nobilium ingeniorum familiaritas & clarorum uirorũ conuerſatio. cernis (ut arbitror) quid intendam, dicam tamen expreſsius. qs in Græcia clarior Themiſtocle: ut ait Tullius, ego fidẽtiſsime, qs in Italia, immò uerò quis in Europa clarior Roberto: in quo ſæpè cogitans, ſoleo non tàm diadema, quàm mores, neque tã regnũ q̃ animũ admirari. illũ ego uerè regẽ dixerim, q nõ ſubditos modò, ſed ſeipſum regit ac frenat, q exercet in paſsiones ſuas imperiũ, q̃ ſũt animo rebelles, illũ ſi ceſſerit oppſ. ſuræ, ut nulla eſt quidẽ clarior uictoria, q̃ ſeipſum regere. q̃modo ille mihi Rex erit, in quẽ regnat ambitio? q̃modo inuictus, quẽ ſternit aduerſitas? q̃modo ſerenus, quẽ mœror obnubilat? q̃modo magnanimus, quem minimarũ etiã rerũ pauor examinat? &, ut fulgida uirtutum nomina taceamus, quis mihi liberum dicet eum, qui cupidinum uariarum iugo premitur multiplici: infra omnia iſta deſcendam, qua fronte hominem dicimus, quem ſcimus ex homine nihil præter nudam effigiem retinere, belluarum moribus deformem, & ſæuorum animantium feritate terribilem? mira ergo, licet publica, dementia? Regem eũ dicere, q nec rex nec liber, & ſæpè ne homo quidẽ ſit. magnũ eſt regẽ eſſe, perexiguũ regẽ dici, rariores ſunt reges, quàm uulgus exiſtimat, nõ eſt titulus iſte uulgaris, minus gemmarũ atque eboris ſceptra conſumerent, ſi ſoli reges illa portarent. ueri reges intra ſe gerunt, q eos uenerabiles facit, ſemotis licet ſatellitibus, & abiectis inſignib. reges ſunt. cæteros cultus exterior, facit horribiles, Robertus uerè inclytus & uerè rex eſt, qui quàm ſit imperioſus in ſeipſum, exempla inauditæ patientiæ, & moderationis indicant, de quibus alter fortè dicendi locus fuerit: quàm uerò latè regnet in alios, diſſonantes lingua & moribus populi, & diſiunctiſsimi regionum fines oſtendunt. Seneca tuus in quadam Tragœdia, quid regem faciat, & quid non faciat egregiè recollegit, his uerſibus:

Regem non faciunt opes, *Non ueſtis Tyriæ color,*
Non frontis nota regia, *Non auro nitidæ trabes.*
Rex eſt, qui poſuit metus, *Et diri mala pectoris,* nec longè poſt:
Mens regnum bona poſſidet, *Nil ullis opus eſt equis,*
Nil armis, & inertibus *Telis, quæ procul ingerit*
Parthus, cum ſimulat fugas. *Admotis nihil eſt opus,*
Vrbes ſternere machinis *Longè ſaxa rotantibus.*
Rex eſt, qui metuit nihil: hæc ille.

Ad hunc itaque regem (ut principio conueniat finis) uocatus fuiſti, quod ut ille iuberet, & ut tu pareres, quid aliud quàm ſtudiorum ſumma conformitas fecit? ille quidem quantũ curis ſuis ſolamen aſciuerit dicerem, ſi apud alium loquerer, tibi certè ad interni hominis pacem, quàm uti ſæpè querebaris, Tuſcarum rerum fragor impulerat, qua compendioſius pergeres non erat. congratulor ergo ſeu prudentiæ ſeu fortunæ tuæ, & uocem, quæ tũc mihi fuit in ore, aliquantò nunc fidentius repeto. ubi enim fama primum, deinde per literas tuas accepi, te Florentia digreſſum, iſſe Neapolim, & mecum & cum amicis dixi: Dionyſius noſter, ad tranquillitatem animi, magnis paſsibus contendit, & ad beatam uitam rectum iter ingreſſus eſt. De me autem ſic habe, breui te conſequar. noſti enim, quid de laurea cogito, quàm ſingula librans, præter ipſum de quo loquimur regem, nulli omninò mortalium debere conſtitui, ſi tanti fuero ut uocer. benè eſt: alioquin fingam neſcio quid audiſſe, uel epiſtolæ ſuæ ſenſum, quam ipſe mihi ſumma hominis incogniti & familiariſsima dignatione tranſmiſit, quaſi dubitans, in eam potiſsimum partem traham, ut uocatus uidear. & regio quidem ſtylo, quiddam modò plebeium reddidi, fulgore attonitus, nec æquis ingenij uiribus & lyra, ut aiunt, longè impari. Vale.

Fran. Petrarcha Roberto Siciliæ regi. S. III.

De Animæ immortalitate.

PRæſtrinxit oculos meos fulgor inſolitus, fœlix calamus uiſus eſt, cui talia crederentur. quod primum mirer? Eximiam breuitatem, an maieſtatem ſententiarum, an diuinam eloquij uenuſtatem? nunquam Rex inclyte (fateor) credidi, rem tantam dici poſſe, tàm breuiter, tàm grauiter, tàm ornatè, nec iam tale aliquid ex humanis ingenijs expectabã. equidem ut cõſtaret, te corda hominũ in manibus habere, quo tota illuſtrium Oratorũ ſuſpirat intẽtio, legentis animũ, tàm uarijs affectibus impuliſti, ut ſine luctamine, in omnẽ partẽ ſtyli, tua ueſtigia ſequeretũ uolubilitate mirabili. ecce enim in prima ſobrij frõte ſermonis, dũ ſummã humanæ miſeriæ, acerrimasq́ moleſtias laborũ, & neceſsitatem mortis acerbiſſimam, tractim ex radicis labe ramis ac frondibus obrepentem, magnificentiſsimè deplo raſſes, mouebar uſq; adeò, ut crebò inter legendũ ſuſpirans, & ineluctabili ſorte perterritus, totũq; hoc nomen hominis peroſus, penè nec natus eſſe, nec unquam naſciturus optauerim. Actũ erat, & mihi iã tranquillitas omnis exciderat, niſi quæ lætale uulnus inflixerat manus, eadẽ mox remediũ attuliſſet, ſenſi unũ & repentini mœroris & conſolationis artificem, nec unquam certiùs qd eloquentia poſsit agnouerã, tàm potenter enim paucorũ ope uerborũ, ſub immortalis animæ futuræq; reparationis obtentu, ægrũ atq; labantẽ animum erexiſti, ut gaudio mihi fuerit, genitũ eſſe mortalẽ. nam qd beatius excogitari poteſt q̃ exutũ ueſte corporea, & de compedib iſtis explicitũ, ad illã diẽ, exactis tẽporũ curriculis peruenire, q̃ nos abſorpta morte, immortalitatẽ induat, reparans indiſſolubiliter, ac reformãs putrẽ & ſemeſam tineis, atq; undiq; fluentẽ tunica carnis noſtræ? quã ſpẽ, et ſi Philoſophorũ gẽtiliũ nullus attigerit, uetuſtiſsima tamẽ eſt immortalitatis opinio, nec noſtris ſolũ, ſed illis etiam ꝓbata, qbus CHRISTI nomen inauditũ eſt. præter Epicurum enim, & neſcio quot ex illo infami grege, immortalẽ eſſe animam, nemo eſt q neget. de qua re (ut Pherecydem primum apud Syrios ſententiæ huius auctorem, diſcipulumq́ Pherecydis Pythagoram, totãq; Pythagoream familiam, Socratem omneſq; Socraticos prætercam) Plato ipſe ſummus uir, clariſsimum uolumen edidit, quo Vticenſis Cato moriturus, ſuprema illa nocte ſua, pro conſiliario uſus perhibetur, ut ad cõtemptũ uitæ huius animoſior, & ad amorẽ decretæ mortis accederet. quam ſententiam, poſtea M. Cicero, & in Tuſculano ſuo, & in ſeptimo Reipublicæ diuino genere orationis aſſeruit, nec non, & in dialogo Lelij qui de Amicitia uera eſt, & in eo libro, qui Cato maior inſcribitur. defenſionem continens ſenectutis, alijsquè præterea tàm multis in locis attigit, ut ualdè mihi quidem ſollicitus uideatur, ne quem ueritas tàm comperta prætereat, ſed cui hæc inſipiens loquor? profectò non modò regum noſtri temporis, ſed Philoſophorum regi. Ignoſce autem quæſo, ſic hactenus me dicendi calor euexit, ut regium dogma, cui plurimum me debere fateor, non amplecterer ſolum, ſed teſtibus adhibitis confirmarem, quod ita mihi animum affecit, ut ſecurus iam ac ſpei plenus, formidatum gentibus diem mortis expectem. Hunc diem tranſuecta neptis tua, quam finis epiſtolæ canit ac prædicat, inuidioſa potiùs, ut mihi quidẽ uidetur, quàm miſerabili ſorte defungitur. quamuis enim ab ipſo ætatis & formæ flore ſubtracta ſit, publica ferè totius orbis querimonia, multisq; præcipuè populorum utriuſque regni, & unde ortum, & in quod tranſlatum, illud rarum & eximium decus erat, lachrymis ac lamentis. ipſa tamen fœlix eſt, non ſolum, q ad æternæ uitæ delitias, per horrificum illud mortis limẽ ingreſſa eſt, ſed etiã, q̃d tu eam nobiliſsimo elogio omnib. ſeculis illuſtraſti. qs enim mortuam, immò uerò, quis non glorioſiſsimè uiuẽtem dicere audebis, q̃ Deus in cœlo, tu in terris uiuere uoluiſti? ò, inquã, fœlix, mulier, ò iterũ fœlix, q̃ ꝓ una temporali uita eademquè breui & incerta, & mille ſemper caſibus expoſita, duas æternitates, ut ita dixerim, conſecuta eſt, quorum alteram cœleſti, alterã terreno regi, illam CHRISTO debeat, hanc Roberto, ingentia duo munera, munificentiſsimis largitoribus accipiens, eò fœlicior uideri debet, q in cœlo & in terra, gratiam digniſsimis relatura eſt. plurimum enim ex perſona tribuentis muneribus ipſis accedit, multum intereſt, à quo beneficium acceperis, & cui proinde ſis obnoxius. ſanè quæſitam illi cœlitùs immortalitatis

condi-

condicionem, beatiſsimamq́; uitæ mutationem ſileo, ne ineffabilia proſequentem deſtituant uires, quanta demum gloria eſt, quàm tu ſibi ſupremis laudibus peperiſti. certè dum illud tuum ſiue epigramma, ſiue epitaphium dici mauis, quod æternæ manſurum eſſe confido, nuper defunctæ neptis memoriam celebrabit, ſemper illa tecum, & cum clariſsimis omnis æui nominibus uiuet. erunt qui mortem immaturam, & iacturam modici temporis tali cupiant compenſaſſe panegyrico, quique quod de Achille dixiſſe fertur, Alexander Macedo, ſuſpirantes dicant, ô fortunata, quæ talem præconem tuæ uirtutis inueniſti. ſed iam metuo, ne prolixitas in faſtidium uergat, elegantiſsima quoque breuitas tua, ne longius uager admonet. ſubſiſtam igitur, Deum orans, cunctosque cœlicolas, ut ſerenitatem tuam, geminis tàm bellorum quàm ſtudiorum laureis ornatam, diu iubeant in ſtatu fœliciſsimo florere. Vale.

Fran. Petrarcha Peregrino Meſſanenſi, S. IIII.

Obitum amici deplorat.

GRauiſsimam querelam, epiſtolæ finibus non contemnam, differre compulſus ſum, non eſt uſitatum animi mei uulnus, aut uulgato medicamine reuelandum, altiùs in præcordia deſcendit, obſeruauit enim nocendi locum, ac tempus, & toto pondere ferox incubuit fortuna. Thomamq́; meum, nunquam mihi ſine lachrymis nominandū, eximio flore, raræ indolis, fructus uberrimos, & magna rerum incremēta pollicitum, primo, ut ſic dixerim, ætatis uerè præripuit. cuius immatura obitu, ipſe mihi fateor, mortalia cuncta, uiluerunt. uideo quanta rerum noſtrarum firmitas, quid mihi nunc ſperandum ſit, exemplo cōiunctiſsimi fratris admoneor, una ætas erat, idem animus, ſumma ſtudiorum paritas, incredibilis identitas uoluntatum. unum eramus, uno calle gradiebamur, unum terminum petebamus, uno calle gradiebamur. unum terminum petebamus, unus labor, una ſpes, una erat intentio, unus utinam finis eſſet. Hanc acerbiſsimam fati uim, deflere mecum, & profundiſsimo ſimul uulneri meo, paria ſi poſſum adhibere remedia, meq́; ipſum meis literis, & iuſto uolumine conſolari propoſitum eſt mihi. fecit hoc primus in morte dilectiſsimæ filiæ, M. Cicero, diuino ille quidem & inacceſsibili quodam ſtylo. fecit idem multis poſt ſeculis, in morte fratris Ambroſius, temptare libet modò, per occupationes liceat, quid in amici morte poſsit ſtylus humilior, Interim epigramma, quod poſtulas, udum fletu accipe, placet, ut ſuper ſepulchri lapidem, breue carmen, & ſuper amici corpus dolor meus emineat. Vale.

Indolis atq; animi fœlicem cernite Thomam,
Quem rapuit fati præcipitata dies.
Hunc dederat mundo, tellus uicina Peloro,
Abſtulit hæc eadem, munus auara ſuum:
Florentemq́; noua iuuenem uirtute repentè,
Succidit, miſero, mors inimica, mihi.
An'ne igitur grates referam, pro munere tanto:
Carminibus Siculum littus, ad aſtra ferens?
An'ne gemam potiùs ſimul indignerq́; rapinam?
Flebo? Nihil, miſeris, dulcius eſt gemitu,

Fran. Petrarcha Iacobo Meſſanenſi, S. V.

Obitum amici conqueritur.

POſt Thomam meum, fateor, mori uolui, nec potui, ſperaui, ſed eluſus ſum, nec ignoro, quid ſi hoc audiat, reſpōſurus ſit Anneus Seneca. Fruſtrà ſcilicet optari, quod in manu poſitum noſtra ſit. ego uerò in multis hominis ingenium probans, ab eodem tamen, in multis & præſertim in hac præcipiti ac temeraria opinione, diſſentio, quam non ſolum noſtris, ſed Philoſophorum quoque gentilium teſtimonijs, & auctoritate conuincere, non operoſa diſputatio eſſet, ſed modò non id agimus. igitur ut ad rem ueniā, infœliciſsimis rumoribus affecto, & optima mei parte amiſſa, uitam ſine illo uerè ſolitariam, atq́; anxiam peroſo, peropportuna febris affuit, qua duce, lætus uſque ad ipſum limen mortis acceſsi, ſed cum tranſire uellem, in foribus ſcriptum erat. Noli adhuc, nondum

uenit hora tua: continui gradum, & repulſus inde mœſtus ad uitam redij. atq; ita ſum, ut facilè cernentibus appareat, me inuitum uiuere, uiuo tamen, q; omnes metuũt, ſolus ſperãs, & dolorẽ meũ breuitate cõſolor. ſcio enim q; mihi cũ morte fœdus, q; cũ carne commercium, utinam ſic mihi, quantulumcunq; uitæ ſupereſt, contingat agere, ut omnibus horis, in promptu & (ut dici ſolet) in numerato habeam, quod debeo, ſitq́ue quod ait Pſalmiſta: Anima mea in manibus meis ſemper. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. VI.

Super morte fratris amicum conſolatur.

VRget dolor, hortatur charitas, ut ſcribam aliquid, ſola deſperatio profectus dehortatur. credo enim, recentiſsimum adhuc animi tui uulnus, talibus auxilijs non egere, uincet dolor, uincet amor, cedet deſperatio, inſitæ deuotionis imperio damnatum, ſæpius & abiectum reuertor ad calamum. ſic enim, & ſi nihil amplius, tantiſper euaporabit iſte, qui me intus urit, & prægrauat calamitoſæ mentis affectus, atque utinam mœrori tuo, non intempeſtiuus & inopportunus conſolator acceſſerim. Scio triſtos à Tyberio principe Ilienſium legatos, quibus, cum ad eum conſolandum, in morte filij aliquanto ſerius ueniſſent, mandatis expoſitis reſpondit: Etiam illorum uicem ipſæ dolere, quod egregium ciuẽ Hectorem amiſiſſent. ſed non ea tibi mens eſt, neq; hi mores, notiſsima tua eſt pietas, peruulgata humanitas, non in tuos modò, ſed in omnes. itaque non ſum neſcius, quot gemitus, iam fortaſsis uel animi uirtute compreſſos, uel tractu temporis parumper abſterſos, hoc ſim ſuſcitaturus alloquio. nunquam etenim caſum tuum uerbis extenuare temptabo, illud potius fatebor, nullum ex omnibus, quos ego quidem uiderim, de quibus audierim, aut legerim, plus unius morte fratris amiſiſſe. uide quantum lachrymis indulgeo, & quàm latum ſuſpirijs iter pando, dum extirpandis ſi dabitur, totius morbi radicibus ſum intentus, Fluant interim quacunque libet, dum meminerint, ijſdem mox tramitibus obſtruſis, non licere amplius niti, &, qui luctuoſarum mentium mos eſt, alias atque alias dolori rimulas conquirere. Magnam igitur in primis, quandam & inſignem iacturam accidiſſe tibi uideo, talis & tàm dilecti fratris interitu. uerum tunc ego, infinitam & inextimabilem iudicarem, quando mors illum extinxiſſet, & non ſpatio modici temporis ſeparaſſet, at qui dũ hic fuerat, quantulam uitæ ſuæ particulam ſub oculis tuis egit? Computa oro tempora, quod auidiſsimè faciunt amantes, & ab ultima repetens infantia, uſque ad hanc ætatẽ, memori animo percurre, lã ille ꝓcul à patria genitus, & ſub illo glorioſiſsimo patris exilio ꝓductus in lucem, primos uagitus edidit in terra longinqua, ſpectatæq; in dolis puer, teneriores uitæ annos, uel ſine te, uel ſi tecum egit, ea tamen erat amborum ætas, quæ nec ueri iuditij capax eſt, & ſolidi amoris fundamenta non recipit. ita uel ſemper externus abſens fuit, uel abſenti ſimillimus. Mox ubi adoleſcẽtiæ fines attigit, incredibili quodã amore literarum, quarum aut temerè quiſquã fuit appetẽtior, nunc per Italiã, nunc ꝑ Gallias longè lateq́ue peregrinatus eſt, ita dum anhelans, ac per diuerſa terrarum generoſam ſitim ſatagens extinguere: omnibus fermè ſtudiorum fontibus immergitur, uſque ad uirilem ætatem, ſpontaneum ipſe ſibi indixit exilium, poſt hæc ſola uirtutis admiratione, facillimè diſpenſante, ante annos ad Epiſcopatum eſt prouectus, quem ſic geſsit, ut tantum uirum, non altiori ſolio ſedentem cernere, cunctos bonos puderet, præter eum ipſum, qui ab omni ambitionis aut auaritiæ ardore liberrimus, & ſorte ſua lætus, Epiſcopalem gradũ inſigniter honeſtabat, atque altiorem non modò non optabat aſcenſum, quin potius deteſtabatur atque oderat, & uelut præcipitij ſedem, illud ſupremæ fortunæ faſtigium perhorrebat. cuius rei, cum totius uitæ tenor, atque unus ſemper ſecretioris textus eloquij, in quo celſum illum ac tranquillũ animũ uidebamus, tũ præcipuè teſtis eſt, grauitatis ac modeſtiæ contẽptusq; terrenarum rerum, plena epiſtola, quam manu propria nouiſsimis uitæ ſuæ temporibus ad te ſcripſit. quamque dum relego, nunquam ſine iucundis lachrymis facio. eſt enim apud me, quem illius & cuſtodia, & reſponſo dignum credidiſti, nunc etiam, & præſentem ſpectare, & uiuas uoces audire mihi uideor, nec magnoperè ullas requirere Philoſo-

Philoſophorum ſcholas, tàm plenè ibi pauciſsimis uerbis abſoluit, quæ ad ſobrietatem pertinent, & ad beatam uitam, atque inter cætera, mirum dictù, cum de eo attollēdo altius aſſiduè ageretur, religioſiſsimo iureiurando interpoſito affirmat, ſe ſupra quàm credi poſset, rebus ſuis eſſe contentum, nec ullo pacto altius aſcenſurum, & in quo tunc erat ſtatu mori ſe, nō ſperare tantum, ſed optare. aſcendiſſet autem uel inuitus, quo eum & ſanguinis claritas, & merita trahebant, niſi olim quæ mentes curialiū poſsidet, obſtitiſſet inuidia, & nūc poſtquam ea, iam gloriæ ac uirtuti ceſſerat, uirentiſsimæ iuuentutis curſum, medio calle mors obuia præuertiſſet. ſed ad ordinem reuertor. Factus Epiſcopus, commiſsi muneris exactiſsimam curam habens, te quàm primum relicto, ad ſedem propriam maturauit, nec eum tanta rerum locorumꝗ; mutatio exterruit, Inter romanas opes ac delitias, enutritus, ad Pyreneos ſaltus, ſereniſsima fronte & æquiſsimo animo tranſiuit, ita ut aduentu eius non tàm ſua, quàm locorum facies mutata, nec tàm ipſe in Vaſconiam, quàm Vaſconia omnis in Italiam trāſiſſe uideretur, ꝙ iter ego ſecum egi, & me fœlicē recordatio ſola facit, dū memini, & māſuetudinem, in ea fortuna, & humilitatē in illis tot naturæ dotibus, & honeſtatē in ea ſpecie corporis admirandam. denicꝗ; dum in animum redit illa cærimoniarum omniū iugis integritas, atꝗ; illa iuuenis pontificis optāda potius ſenibus, quàm ſperanda grauitas, ſicubi errantem audieris, interrumpe, Toto quidem illo tempore germanum amantiſsimū non uidiſti, at inde rediens, ſubſiſtit fortaſsè, uſurus aliquando fratris exoptatiſsimo conuictu, ſperaſſe quidem id illum reor, nam optaſse certus ſum, ſed ea quæ actus hominum diſpenſat, domina prohibuit fortuna. Siquidē & domus, & patriæ laboribus ac uocibus excitatus, Romā coactus eſt petere, quo & ego qui tunc lōgè aberā, ipſum (ut ſcis) dulciter euocātē, te uix tandē permittēte ſecutus ſum. credo id agente Deo, ut geminæ uirtutis mirator ac teſtis, pace belloꝗ; illius prouidētiſsimi pectoris cōſilijs intereſſem. Septēnio in patriam exp... to, ea pietate, eaꝗ; animi cōſtātia. ut reliquiarū ſuarū illū unicū ſeruatorē Roma recognoſcat, & ꝙ in cineres nō tota corruerit, illius etiā nūc cinerib. ſe debere fateať, ad cōſpectū tuū nouiſsime remeauit. neꝗ; amplius ſubſtitit, ꝗ̄ ut tibi ſupremū Aue ſimul & Vale diceret. illicò enim & deſertæ ſedis uiduitatem miſeratus, & ſolitudinis auidus, ꝗ̄ diuturnis populorū cōcurſibus compēſare decreuerat, aliquando ſibi ipſi uicturus, cui patriæ uixerat, & amicis. rurſus ad Epiſcopatū ſuum ſeſe contulit, ubi multa cum honeſtate degens, & ſicut antea cæterorum, ſic tunc ſui ipſius uictor, uitam ſuam Deo & hominibus exēplariter cōmēdauit. Anno ibi tandē uix peracto, iuuenis admodū, ab huius uitæ tempeſtatibus, ad quietis portū, & ad fœliciora regna translatus eſt. recognoſce mecū ſingula, Pater optime nec de germano colloqui pigeat, cum illo, qui in fratre tuo decus ſuū ſibi præreptum luget, & tamen (quod infantibus prolapſis nutrices ſolent, pòſt tàm grauem caſum, animo ſuo mœrenti, hæc uerborum adminicula qualiacunꝗ; conquirit. recenſe mecum, igitur fraternæ uitæ tempus uniuerſum, ætatis illum anguſtiſsimam portiunculam, tecum exegiſſe, teque germanam eius dulcedinem, ſemper in tranſitu, & uix ſummis (ut aiunt) labrjs deguſtaſſe, fateberis, & ſi hactenus non luxiſti iam tandem lugere deſinito. ego tamen hinc intelligo & ſcio, fecit enim me talium expertum, crebra mortis iniuria, ſcio quid mihi nunc, in ſilentio uulneratus & ulceroſus animus reſpondet. tu'ne mihi mortis & abſentiæ parem conditionem argumentaris? atqui abſentem reuidere cum deſiderio ſperabam, ubi nam degeret noueram, aſsiduisqúe rumoribus onus ſolabar abſentiæ: nunc uerò, & ſolamen illud, & ſpes omnis intercidit. Mihi autem, fateor, nihil omnino morte ſimilius, quàm abſentia uideretur, niſi in morte certiora quædam ſolatia reperirem. utraꝗ; quidē corpore ſegregat, animo neutra diſiungit, uerum ſuſpendit abſentia, & ſemper anxias mentes habet, quibus mors omnem ſuperuacuam curam demit. quis enim fratres abſentes, præſertim uel amicos habere & ſecurus eſſe poterit, niſi qui caſuum humanorum omnino neſcius, fortunæ uim atꝗ; inconſtantiam, nō attendit? de ſe alij uiderint, ego quidē ex quo hic ſum, nunꝗ̄ meorū literas, niſi tremens & pallidus accepi, & poſtquam omnes bene ualere nunciatum eſt, adhuc curis non exoneror. quis enim me certū facit, ne dū per alpes ac maria ad manus meas ſcripta peruenerit, aliquid forſan inciderit aduerſi, ꝗd in ictu oculi fieri ſolet, nec pudebit

apud te familiariter gloriari,multum me inhoc temporis ac ſtudij poſuiſſe, ut aduerſus re-
pentinos caſus armatum,ac præparatum animū haberem, utq; ad id ſi quo modò poſſem
peruenirem,quod ait Seneca:Sapiens ſcit ſibi omnia reſtare,quicquid factum eſt dicit,ſcie
bam.ego uerò cum in alijs innumerabilibus,tùm in hoc præcipue ſenſio,me nec eſſe ſapiē-
tem,quod uſq; ad hoc tempus,hanc unam ſarcinam prorſus deponere nullo ſtudio ualue
rim,iſtam ſollicitudinem tibi mors eripuiſſe debuit,&,niſi magnitudine animi tui fallor,eri
puit.ſcis ubi frater tuus eſt,& qualiter ſibi eſt,neq; iam ſtatus ſui ueritatem ſolitam pertime
ſcis,ſi iuſtitia, ſi fides,ſi pietas,ſi charitas uiam ſternit ad ſuperos,ſi terrenis laqueis,expedi
ta mens,liberiore ſurſum tollitur uolatu:ſi bonis & benè creatis ſpiritibus, ſedes ultima &
æterna cœlum eſt,illuc fratrem tuum aſcendiſſe cōfidimus,& ſi qua eum mortalitatis no-
ſtræ contagia,quod profectò non ſuſpicor,retardaſſent,in uia eſt, & iam ſolitus atq; alacer
feſtinat ad patriam. Cæterum ubicunq; eſt,ſæpè ad te oculos reflectit oratq;,ne fœlicisſimā
profectionem eius, gemitibus tuis impedias. Nec te uidendi fratris deſiderium torquere
debet,uidebis eum ſuo tempore, multò anguſtiorem ſolito, multoque lætiorem. quid ni,
cū ego adhuc eum uidere non deſperem?alioquin fateor inconſolabiliter angere.quis enim
mihi Catholico quamuis peccatori,ſpem negauerit, quam gentiles homines habuiſſe com-
perio? intelligis quid uelim.de Catone loquor & Socrate,quorum in hac parte ſententias
annotare non attinet,quas multò tibi notiores arbitror eſſe quàm mihi , non igitur mors
auferre,ſed differre potuit fraterni uultus aſpectum,quem licet in perpetuum abſtuliſſet,
non tamē immoderati luctus,uiro digno eſſet occaſio. Nam ſiue illum defles uitæ labori-
bus ac periculis liberatum,& uide,oro,ne inuidentiæ potius dici poſſint, quàm compasſio-
nis lachrymæ,ſiue teipſum tanto præſidio ſpoliatum,& dulcisſimo iucundisſimoq; comite
in medio peregrinationis huius calle deſertum dicis,& uera quidem,ſed nequaquam ſuffi
ciens cauſa eſt,ut egregios animos propriæ calamitatis afflictione deijciat. Accedit, quod
damni tui memoria, quotiens ante oculos mentis redit, totiens diuinæ liberalitatis admo-
neat æquisſimum eſt.ingratus enim eſt,qui ablati memor,obliuiſcitur accepti.proinde ubi
animum pupugit acerba illa cogitatio, Heu qualem fratrem amiſi,leniat illa iucundior. ô
quantum fratrem habui,immò uerò quantum fratrem habeo,& in æternum habebo. licet
ille donec ſibi ſimul, & mihi & patriæ, & mundo neceſſarium fuit, breuem hic moram
traxerit, dū uerò ſibi uni expedientius eſſe cœpit,ab his malis ſeparari, eripuerit illū Deus
ei ſcilicet conſulens,& non nobis.immò forſan & nobis.quis enim ſufficit abditas , & im-
perſcrutabiles dominæ præſcientiæ cauſas, aut exitus contemplari, dicente,niſi fallor Apo-
ſtolo: Senſum domini quis nouit? aut quis conſiliarius eius fuit? quis'nam hominum iudi-
care audeat,an cuicunq; mortem alterius deploranti,non ſatis propriè dici poſsit,quod in
tabellis reddito reſpōſo,patri olim in morte filij dictum eſt tribus his uerſiculis:

Ignaris homines in uita,mentibus errant.
Euthynous potitur fatorum numine leto.
Sic fuit utilius finiri ipſiq; tibiq;.

Calcitrat aduerſus ſtimulum humana temeritas,& implenti fato ſuperbiæ,ſuæ cornibus ob
luctatur,ne quicquam,niſi ut grauius uicta ſuccumbat. quid enim ego,nunc deuotis inani
bus,de gaudio,aut querelis hominum loquar? Latet alte ueritas abſcondita, caliginoſa nu
be circumcludimur,caſu regimur,cæci cæcis ducibus innitimur, nec quid op randum,me-
tuendumúe nobis ſit per umbram carnis agnoſcimus,bonis noſtris ingemiſcimus,miſerijs
exultamus,ſine delectu flemus ac ridemus. ſuam quiſque ſententiam ſequatur. Mihi erro-
rum maximus uidetur,quod non libere nos & noſtra Deo committimus, quod aliquam
in noſtris conſilijs ſpem habemus,totiēs decepti, quod tanto huius caduci corporis amore
detinemur, ut uix aut æquanimiter hinc exire ualeamus, aut noſtros exeuntes aſpicere,
quaſi ad nihil aliud nati ſimus, quàm ut inter mundi fluctus & ludibria, fortunæ perpetuo
turbine iactandæ carnis noſtræ tenacisſimo limo,ac ſordibus hæreamus,quod profectò nō
accederet cogitantibus uotorum noſtrorum multiforme periculum,breuis eſt equidem in
primis uita,& fugacisſimum uitæ tempus rerum humanarū inquietum aduerſis flatibus,
& procello-

& procelloſum pelagus: rari & uix hominibus acceſsibiles portus, ſcopuli undiq; innumerabiles, inter quos difficilis, prorſus ambigua nauigatio eſt. Iam uix uni contingit ex millibus, ut integer enataret, ſic nos fortunæ imperium exercet, in omnes gradus hominum pari iure graſſantis, ita in quiduis obuium cymba fragilis noſtræ mortalitatis alliditur, & poſſumus inter hæc, nobis aut noſtris longiuſculam uitam. immò, ut uerius dicam, lõgius periculum optare? fingatur aliquis tàm benigno ſydere, tàm propitia fortuna, tàm denique fauentem Deo iter hoc ingreſſus, ut nihil ei poſsit aſperum moleſtumquè contingere. Rem impoſsibilem, & inauditam ſeculis fingi iubeo, nec ideò tamen, quamuis periculum abſit, aberit metus, & idcircò fortaſſe, non infœlicius nec inconſultius foret, modò noſtri eſſet arbitrij, ſicut in æquore ſuſpecto, nautæ ſolent circumſpecti clauum flectere, diuquè ante ſolis occaſum uela ſubmittere, ſic in uita portum petere, & adhuc florenti ætate atque animo uirenti, & ualentibus membris, mori prius, quàm eò peruentum ſit, quò ſaltem uita longior perducit, ad ultimas ſcilicet anguſtias ſenectutis, inter quas arctati quidam, & uixiſſe dolent, & mori metuunt, & totiens uotis exoptatum tempus accuſant. denique quid uelint, & quid nolint, neſciunt, tanta eſt diſcordia. Hæc & his ſimilia, cogitantes abſtinere decet, nec decretum cœleſte ſeu mortis feſtinãtiam accuſemus, alioquin pro nobiſipſis tantummodo, conqueri uidebimur & affligi. ego enim nõ dubito, ſacræ memoriæ fratrem tuum, nec plus uixiſſe quàm neceſſe ſibi fuerit, nec minus & opportuno tempore reuocatum. & ſi multis inter quos mihi miſero, diu antequàm uellemus aut ſuſpicaremur, abſceſſerit. Piget opinari in te, ne dicam cõſolari, illos mollisſimos plebeiarum gentium affectus. Vt quid tàm longè poſitum mors abſtulit, quare patrio caruit ſepulchro, cui uidere non contingit expirantem? qualia apud Poëtam etiam ille uir fortis, ſed nimis ſemper pronus ad lachrymas uidetur lamentari.

te amice nequiui
Conſpicere, & patria decedens ponere terra.

Vulgata non ingeram, nec quanta ſit terræ totius exiguitas Geometricis demonſtrationibus utar oſtendere, quod undecunque digreſſo, una eſt ad cœlum uia, quod non ſolum omne ſolum forti patria eſt, ſed omne homini natale ſolum. quis enim iſta non nouit? illud potius dicam, utrumque conſulto diuinam ſtatuiſſe prouidentiam, primum ſcilicet, ut duabus longè licet imparibus urbibus, ab eo dum uixit ſingulariter exornatis, ambæ quidem defunctum uiriliter partirentur. & Roma ſui ciuis perpetuã & immortalem famam, Lomberienſis eccleſia, ueneranda pontificis oſſa ſeruaret, nullum, niſi fallor augurio, celebriorem titulum omnibus ſeculis habitura, ſi tamen id illum proprium ac perpetuum permiſeris, audio enim te de transferendis Romam reliquijs cogitare, quod ſuadere nec diſuadere propoſitum eſt, ne illum aut Vrbi, in qua ciuis, aut Eccleſiæ in qua canonicus ſum, inuidiſſe uidear. ſecũdum, ut uno ex nobis aſtantem, qui abeuntis amplexus ſupremaq; uerba perciperet, cæterorũ luminibus parceretur, q̃niam ſicut experimento deprehenſum eſt, mitiora ſunt aurium, quàm oculorum uulnera. Lõgior ſum in hoc ſermone quàm oporteret, teq; contra omnes inſultus, armis longè ualidioribus inſtructum, nihil in eo ꝙ laudes, p̃ter fidem reperturum ſpero. ſit uerò iam finis, conquieſcant gemitus, areſcant lachrymæ, ſileant lamẽta, noli fratrem tuũ mortuũ extimare, uiuit enim, at nos quotidie morimur, nec ſentimus, & uel mortem ô cæcitas, ueræ uitæ principium formidamus. Vt uiuens itaq; non luctibus, ſed cogitationibus tuis & colloquijs interſit, prohibe in aula tua, illud puſillanime ſilentium, ꝙ plæriq; in luctuoſis domibus obſeruant defunctorum nomen ceu triſte aliquid abhorrentes, immò uerò nunc reſonet glorioſum illud nomen, & latè ramos porrecturum, apud te radices agat, præſertim, quia inuidiæ nebulam, quæ excelſos uiros libenter inſequitur, ſepulchra non metuunt, & ſi multos, quos domus, ac forum odioſos & obſcuros fecerat, claros & amabiles buſtum fecit, quid de hoc ſperem, cuius & ſuauiſsima ſemper & præclariſsima fuit uita? & ſiquid ſuperlatiuo altius, mors quoq; præclarior. ille etiam obſecro, uulgaris abuſus, quem in multis, ſed in Romanis meis præcipuè notaui, atq; interdum caſtigaui à limine tuo procul exultet. ſolent enim nullum defunctum nominare, ſine præfatione miſeriæ. Ille infœlix. ille male ominatus. & ſubdunt tandem, ipſum

in

inexpletum nomen, uix primis ſyllabis intellectis. at uerò germanus tuus fœliciter hic ui-
xit, fœlicius hinc abijt, nunc alibi uiuit fœliciſsimè, & ideò pleno ore proferendus eſt. Apud
Lucanum morientis Pompeij uerbum eſt:

Non ſit morte miſer.

Eleganter, Alioquin omnes qui nati ſunt miſeri, quique omnibus ſeculis naſcentur, poſtre
mò unū hoc iterū & iterū admoneo, quoſdam uiros egregios, quorū nomina tibi inculcā
da non credidi, nulla re amplius laudatos, quàm quod ſuorum mortes forti animo tulerūt.
q̃ tibi eo ſtudioſius aduertēdū eſt, quoniā ſi circumſpicis uidebis actus tuos in exēplū trahi,
te in eminenti ſpecula collocatum, atq; in te omnium oculos eſſe defixos, hoc tibi laborio
ſum decus, & ampliſsimi generis maieſtas, & retroactæ uitæ moderatio pepererē. Vale.

Fran. Petrarcha Lelio ſuo, S. VII.

Obitum amici deplorat.

NImis uiximus Lelij chariſsime, moriēdum fuerat, antequàm præriperet nobis Deus
benigniſsimum dominum, & indulgentiſsimum patrem noſtrum, utilem mūdo, no
bis neceſſarium, patriæ glorioſum, longæui patris baculum. ſolamen ſororum, fratrum læti
tiam, amicorum ſpem, hoſtiumq; terrorem, morum ſpecimen, uirtutum templum, honeſta
tis imaginem, literarum hoſpitem, ſtudiorum amatorem, ingeniorum præconem, ac exti-
matorem rectiſsimum meritorum. nulli inuidū, ſpectatum claris uiris omnibus, pium, mi-
tem, modeſtum, ſobrium, affabilem, conſtantem, fortem, iuſtum, largum, munificum, mag
nanimum, circunſpectum. heu mihi, laudans deficio, nec inuenio quid tantis uirtutibus di-
gnum loquar, aut amore decipior, aut ætate hac præradiantem & conſpicuam cleri lucem,
feſtinatæ nubes mortis obduxit, cuius nuncio accepto, quanta me miſerum circumfuderit
eclypſis, ſenſit cor meum, teſtes ſunt oculi mei. uerum poſt parentis & fratrum lachrymas,
nullas uberiores arbitror eſſe quàm tuas, hoc mihi. & animi tui manſuetudo ſuggerit, & ue
tuſta deuotio, in qua hæreditario iure ſuccedens, & paternis finibus non contentus, longè
lateq; proceſſeras. heu quotiens quantaq; dulcedine cogitabam diem illum, quem proxi-
mum opinabar, quo ſcilicet mitiſsimus eius literis obſecutus, & ab Apenino in Pyreneū
transgreſſus, exoptatiſsimo eius cōſpectui improuiſſus aſsiſterē, eiq; & Romanam laureā,
qua in uertice meo, licet indignus, imprimo, quæq; iam ante uel auditu ſolo, quantæ ſibi iu-
cunditatis è longinquo materiam præmiſiſſet, elegantiſsimum manus & ingenij ſui car-
men indicat. Inſuper & noua Africæ meæ fundamenta, duo parua quidem, ſed deuota
munuſcula uenerabundus offerem, præuertit omnipotens deſiderium meum, nec dignius
fui, tàm lætum & tàm fœlicem diem cernere. quid uerò nunc conſilij capiam? quid de meip
ſo ſtatuam? quid agam? ſæpè mecum hæc cum lachrymis loquor. quo ire paras infœlix? is
quem petebas abijt quem ſequeris? aulam 'ne fratris flebilem, & tanto ſplēdore uiduatam?
an buſtum ubi ſepultæ ſunt ſpes tuæ? utrobiq; moleſtiæ. parum'ne tibi mœroris attulit ca
ſus, niſi gemitibus tuis obuiam pergas? & uel hinc te mœrentē agmini mœſtus immiſceas,
uel illinc ſuperbi, Pōtificis barbaricas deoſculeris manus. ſic ſum, donec tu literis & affectui
meo uela feceris, & conſilij uagum firmaueris. Vale.

Fran. Petrarcha Senutio Florentino, S. VIII.

Famulorum uitia deſcribit.

TRia mihi ſeruorum paria, ſiue, ut modeſtius loquar, humilium amicorum, ſiue, ut ue-
rius, familiarium hoſtium domi ſunt. primum quidem ſic affectum, ut alterius nimia
ſimplicitas, alterius ſit periculoſa calliditas, ſecundum ſic, ut hūc pueritia, hunc ſenectus red
dat inutilem, tertium uerò, ſic ut huius furor, illius torpor, odioſius ſit. & iuxta illud Socrati
cum à Cicerone relatum in epiſtolis. alter frenis, alter calcaribus egeat. Ego autem has in
ter contrarietates, caſtigator olim, nunc ſpectator ſedeo, nec eorum propoſitum mutari ſa
tis poſſum, qui ſeruorum turbas, ceu glorioſum aliquid aſpiciūt, & obſideri ſemper, ab his
quos paſcunt, hoc eſt à domeſticis ſuffoſſoribus delectantur. indigentiam tibi meam inno-
tuiſſe ſufficit, puto non expectas, ut deprecer, ſicubi forſan humiliori fortuna, ſe oſtende-
rent animus, ætas, mores, ab extremis æquo ſpatio diſtantes, ſcio hominem, cui non dicam
excellenter,

excellenter, ſed tollerabiliter iſta contigerint, non mihi ſeruū eſſe poſſe, ſed ſocium, ſed amicum ſed dominum. uereor tamen, ne phœnicis inquiſitionem tibi cōmittere uidear, quàm non niſi quingenteſimo anno, renaſci ſolitam ac toto orbe unicam ferunt, & nobis in occidente poſitis incognitam. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. IX.

De ueterum ſcriptis quid ſentiendum.

DIctū difficile eſt, quantum aures meas uulgari feſſas ſtrepitu, epiſtola tua, bis terq́ꝫ relecta permulſerit, quæ quanquā tibi uerboſa uideretur, ut ex fine cognoui, ego tamen, in ea nihil præter breuiloquium accuſaui. itaqꝫ comminationem illam ultimam, quod deinceps compendioſior ſis futurus, inuitus aſpexi, mallem prolixior eſſes, ut libet tamē tu Pater, non te mihi, ſed me tibi morē gerere dignum eſt. Sed ita ne totum in tua manu poſitum erit, an ignoras, quod ſæpè conſilio diſsimilis eſt euentus? audies forté, quod uel ſilentij auidum loqui cogat, tuis quod minitari uideor, iam nūc rebus impleam? Teſtor in primis eandem me de te opinionem gerere, quàm de Ariſtotele Macrobius, ſeu illam amor, ſeu ueritas genuerit, uix te aliquid ignorare poſſe arbitror, ſi quid autē uerò aduerſum tibi accidit, aut minus præuidiſſe, aut, ꝙ de eodem ait idem, luſiſſe te ſuſpicor. Nempè quod Hieronymo ſcribis, te illum ſacrorum doctorum ex numero prætuliſſe, haud nouum eſt mihi, uetus eſt iam, & latè cognitum hoc iuditium tuum, equidem fruſtrà de comparatiuis litiges, ubi ad ſuperlatiuū peruentum eſt, falli non potes. Optimum ac maximum erit, quicquid elegeris, licet de hac re inter amicum tuum claræ memoriæ Lomberienſem Epiſcopum Iacobū, & me crebro diſceptatum eſſe meminerim, illo per ueſtigia tua ſemper uno ore Hieronymum, me uerò Auguſtinum inter ſcriptores Catholicos præferente. Et ſanè ſi neqꝫ ueritatem, neqꝫ te uerear offendere, dicam Pater quod ſentio. cum multa uaria & luminoſa ſint ſydera, ut ſit hic Iuppiter, hic Arcturus, hic lucifer, ſol accleſiæ Auguſtinus eſt, ſed hæc, ut dixi, haud magni momenti fecerim, quoniam & electio tuta eſt, libera debent eſſe iuditia. At quod ſequitur te inter mortales Valerium præferre, quis nō ſtupeat, ſi tamen ſerio, per ſeueranterq́ꝫ dictum eſt, & non iocandi temptandiq́ꝫ animo, ſic enim Valerius primus eſt, quotus quæſo Plato eſt? quotus Ariſtoteles? quotus Cicero? quotus Anneus Seneca, quē in hac re magni quidem extimatores, omnibus prætulerunt, niſi illud fortè Platonem ac Tullium excludit, quod in epiſtolæ tuæ parte perlectum noui, mihi ſtuporis cauſa fuit, ubi neſcio, quid cogitans illos, poëtas eſſe, & poëtarum choris annumerari oportêre dixiſti, ꝗd ſi loquendo conſequi potes, plus egeris fortaſsè, quàm putas, ſecundo Apolline, & plaudentibus Muſis, magnos duos incolas, umbroſis Parnaſsi collibus addideris, at quid, oro, te mouit ut id opinareris aut diceres, cū Tullius in prioribus libris ſummus Orator, in ultimis Philoſophus illuſtris appareat? Sicut autem ubiqꝫ Virgilius Poëta, ſic Tullius nuſquā quoniam ut in declamationibus legimus, Virgilium illa fœlicitas ingenij oratione ſoluta reliquit, Ciceronem eloquentia ſua in carminibus deſtituit. De Platone quid dicam, qui maximorum hominū conſenſu philoſophiæ meruit principatum? cum Cicero & Auguſtinus, & alij qui plures, in omni ſermone, ubi Ariſtotelem cæteris Philoſophis præferunt, Platonem ſemper excipiant, non intelligo quid Platonem faciat poëta, niſi unum fortè Panetij uerbum à Tullio relatum, qui Homerū philoſophorum illum uocat, quod nihil eſt aliud, quàm philoſophorū principem, ac talem inter eos, qualis inter poëtas eſt Homerus alioquin ꝗd ipſi Tullio dicemus, qui in epiſtolis ad Atticū ꝗdam loco, Platonem ſuū Deū uocat, omnibus quidem modis id agūt, ut Platoni diuinitatē ingenij attribuant, hinc & Homeri, & ꝗd eſt expreſsius Dei nomen. Proinde ſumpta hinc occaſione, mira dulcedine loquendi, de rebus incognitis, in tractatum poëtarum tuus immergerit, quis qua ætate ſit genitus, quē qſqꝫ ſtyli modū, ꝙ poëtandi genus, quē famæ gradū teneat, longū eſt ſingula perſequi, tàm multa nunquam alijs audita, nos omnes diſcendi auidos facūdis tuis literis docuiſti, ꝙ ſi inter fari aliq̄d, nō mihi, ſed, pfeſsioni meæ pmittit̄, miror quid ita tibi Neuij Plautiq́ꝫ nomē ignotū eſt, ut ꝗſi barbaricū neſcio, ꝗd locutū putes, ꝙ eos literis ad te meis inſerui,

inſerui,& auſum (ut ait Flaccus) perſonā formare nouam, tacita licet admiratio, ne caſti.
ges. adeò ſcrupuloſè enim in hac inquiſitione uerſaris, ut nihil reſtet, niſi temeritatē meā m-
cōdemnare, in ſcænam noua & peregrina nomina producētem. frenaſti tamen impetū m,
& tandem ignorantiam tuam culpare maluiſti, urbane quidem ac modeſtè, cæterum aliud
uerba ſonant: aliud clamat, niſi fallor, intĕrio, prorſus mirabile, cum tam familiarem habere
Terentium uideris, ille enim iam ſtatim à principio in ipſius Andriæ proœmio & Neuij &
Plauti, unà cum Ennio, eodem meminit uerſiculo. in Eunucho & Neuij itidem & Plauti,
in Adelphis. Plauti ſolius, mentionem fecit, eorundem quoq; ſimul meminit Cicero in ſe
nectute, & Aul. Gellius in noctibus Atticis, ubi amborum epigrāmata deſcribit ſermone
uetuſtiſsimo. ſed quid ago? quis enim, quæſo, unquàm Poëtriæ nomen, abſq; illorum no-
minibus audiuit? itaq; ſtuporem tuum ſtupeo, & cum bona uenia pater obſecro, ne in ma-
nus alienas iſta perueniant, quò enim clarior eſt fama tua, eò ſibi ſtudioſius conſulendū eſt.
mecum quidem non aliter, quàm tecum omnia loqui potes, & quod ſecum docti faciunt,
mutare ac retractare quæ dixeris, at poſtquàm in uulgus dicta peruenerint, ea demum fa-
cultas eripitur, & multorum iudicia ſubeunda ſunt. ego epiſtolam tuam, ad te ſub fida cu-
ſtodia remitto, & hanc illi alligatam mitto, cuius exemplum apud me manebit, non ob ali-
am cauſam, niſi ut ſi quid adhuc reſpondendum duxeris, dum uerba uerbis confero, memo
riam non fatigem, unum præterea noui, & exotici dogmatis inducis, utar enim plena liber-
tate, quando ſemel non cepiſſe non poſſum, aſſeris Ennium & Statium Papinium coæta
neos fuiſſe, quis te, oro, Pater in hanc Chronographiam impulit? quis à te nunc iſta poſce
bat? atqui exactius hoc inquirere, inuenies Ennium ſub Africano maiore, Statium aliquot
ſeculis interiectis, ſub Domitiano principe floruiſſe. habes quibus, niſi fallor, & reſponde-
re uelis, & tàm breuiter, ut putabas non poſsis, unum adderem, ſi bona fide ueniam dares,
quod olim dum in Vaſconiæ partibus adoleſcens agerem, uerecundè quidem, ut illam æta
tem decuit, tibi ſcripſiſſe recolo, cum uulgaribus ſcriptis tuis offendere, quæ ad eum, cuius
ſuprà memini, Iacobum de Columna, interdum ea tempeſtate mittebas, cuius me amor, ſi-
cut in eas terras traxerat, ſic in Aethyopiam traxiſſe. ſed tunc penè pueriliter, ut qui uix dū
ferulæ manum ſubduxeram, tempus eſt, ut iam uirilis oratio mea ſit. ita tamen ut dixi, ſi tu
ueniam dederis, quid ais? rides puto, benè habet, ueniam tribuiſti. Audi ergo Pater & uide,
& inclina aurem tuam, ne qua externa auris interueniat. tibi enim loquor, & te rerum tua
rum iudicem ſtatuo, quæ accuſare uideor, alijs accuſantibus defenſurus, nec tamen igna-
rus nimis, acrimonioſam & inſolentem filij ad patrem Epiſtolam, reprehenſoriam uideri,
ſed amor audaciam excuſet, ita enim mihi clarum nomen, non popularis auræ ſuffragio, ſed
uirtute contingat. Vt ab ineunte ætate ſingularis quædam mihi tui nominis cura fuit, hæc
me loqui cogit, ne ſi ego tacuerim, idem ab alijs audias, uel, quod metuendum magis eſt,
tacito iuditio lacereris, & quidam iniqui rerum arbitri, ampliſsimum ingenium tuum, ex
his quibus ludens te includis, peregrinæ facultatis anguſtijs metiantur. animaduerti enim te
in ſcriptis tuis, omni ſtudio ut appareas niti. hinc ille diſcurſus, per ignota uolumina, ut ex
ſingulis aliquid decerpens rebus tuis interſeras. Plaudūt tibi diſcipuli, & omniſcium uocāt
innumerabilium auctorum nominibus attoniti, quaſi omnium quorum titulos tenes,
& notitiam ſis adeptus, docti autem facilè diſcernunt, quid cuiuſque proprium, quid alie-
num ſit, & rurſus quid mutuum, quid precarium, quid furtiuum, quid è medio hauſtum,
quid à prætereunte delibatum. memoriam oſtentare puerilis eſt, gloria uiro, ut ait Seneca,
captare floſculos turpe eſt, quippè quem fructu deceat gaudere, non floribus. Tu ue-
rò in hac ætatis parte, uenerabilis, & in tua profeſsione clariſsimus, immò, ut non ſemper
pungam ſed interdum ungam, ſolus ſine exemplo noſtri temporis, earum quibus es dedi
tus literarum princeps, neſcio quo iuuenili animo, dimiſsis finibus tuis, in alienis pratis
ocioſus & uagans inclinata iam die, interlegendis floſculis tempus teris. Placet ignota
temptare, ubi ſæpè uiam non inueniens, aut uageris aut corruas, placet illorum
ſequi

ſequi, ueſtigia qui ſcientiam quaſi mercimoniũ aliquod ante fores explicant, cum interim ua
cua domus ſit. certe tutum eſt, ad id potius niti, ut ſis aliquid pluſquàm uideris, operoſa
ſemper & periculoſa iactantia eſt, adde ꝙ cũ magnus uideri uoles, innumerabilia incidẽt,
quæ te non modò ueram ad menſurã redigent, ſed infra etiam contrahent. uni ingenio ſatis
eſt, unius ſtudij gloriam mereri, qui multarum titulis artiũ ſuperbiunt, aut diuini homines
ſunt aut impudẽtes aut inſani. quis uſpiam aut Græcorum aut noſtrorum, id præſumpſiſſe
memoratur? nouus mos, noua temeritas, glorioſas inſcriptiones præ ſe ferunt, ꝓpter q̃s
ut ait Plinius uadimoniũ deſeri poſsit, at cum intraueris, dij d'xiꝗ, quàm nihil in medio inue
niens. Tu igitur (ſiquid mihi credis) eſto tuis finibus contentus, noli illos imitari, qui omnia
pollicentur, nihil præſtant. faciuntq; ut omnia cõtrectando. itaq; (ut ait Comicus) intelligen
do, nihil intelligant. Græcum uetus & ſalutare prouerbium eſt: Quam quiſq; nouit artem,
in hac ſe exerceat. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi. S. X.

De antiquorum authorum ſcriptis.

SIc eſt ut putabam, libertas iram peperit, ueritas odium, admonitio faſtidium, ſed quid
agam? uerba non redeunt, blandior fuiſſem, ſi te blanditijs delectari crederem, immò ue
rò ſeuerior & hunc ipſum affectum, in uiro forti fœmineum, liberius arguiſſem, nunc quo
niam (ut uideo) amicitiæ, inimica libertas eſt, fortè conſultius agerem ſi tacere, ſed id quoq;
ꝑtereo, eſt ubi ſilentium bilem mouet, loquar ergo, ne rurſus offendam, ſed tàm breui-
ter, ut coactum noueris. Primum ego te iudicem feci, omnium quæ dixi aut dicam, tu ſen-
tentiam breuem fers, erraſſe me in quibuſdam, in multis, in omnibus. gaudeo equidem me
potius erraſſe quàm te, eo quòd apparatior eſt omnis in luce deformitas, & error in ſene
deſperatior. ſed tamen eſt aliquid, quod amplius requiram, ades ergo, ad tribunal tuum pro
uoco, nullis aſſeſſoribus opus eſt, ſolus ſed tu Hieronymũ præfers Auguſtino? Hoc ſciebã,
ſed eam quam affers iudicij rationem, profiteor me non intelligere. quid enim, quæſo, ſibi
uult ꝙ ais, nõ te illũ propterea prætuliſſe, quia ſit maior, ſed q̃ fructuoſior Eccleſiæ, quod
in quodã opere tuo probaſſe te dicis diſputatione longiſsima, q̃ uellem literis inſeruiſſes,
ſed profectò uel nuncio pepercisti uel epiſtolæ. ꝙ tamẽ ad huiuſce rei probationẽ ꝑcipuum
erat, addidiſti, hoc ſcilicet Auguſtini ipſius auctoritate cõcludi. ſed an ignoras, ꝙ in generali
ſermone, perſona loquẽtis excipitur, q̃d uerò, inquis, ſi Auguſtini aperta confeſsio eſt, ſibi
Hieronymum præferentis? quis non uidet, quid ad hæc dici debeat? hoc inquam, unum eſt
in quo illius ſacratiſsimæ animæ teſtimonio non ſtarem, cui inſitum ſcio, ut de alijs glorio-
sè, de ſe autem humiliter & loquatur & ſentiat. ego quidẽ fructuoſi laboris palmam. in Ec-
cleſia Auguſtino dabam, haud pertinaciter tamen, uelut is, qui nec opinioni, nec ſectæ, nec
homini uſq; adeò ſum addictus, ut abire non poſsim ueritate comperta, hoc apud M. Tul-
lium, hoc apud ipſum patrem Auguſtinum didici, quod ipſe apud eundem Tullium ſe di-
dicisſe non negat. nam apud Horatium Flaccum:

Nullius iurare in uerba magiſtri,

puer ualdè didiceram. quanti autem iſta ſint, ipſe non diſsimulas, qui hac defenſionis parte
deſerta, mox ad aliam euadis, dicens omnibus excuſsis, omnino nihil eſt, q̃d te in hanc opi-
nionem traxerit, niſi indignã quandam & ſingularem erga Hieronymum ingratitudinem
Italorum, hoc eſt illud unicum patrocinium cauſæ tuæ: hoc eſt, inquam, illud mihi nulla ex
parte intellectum intelligibile argumentum. quæ nam enim hæc ingratitudo eſt? ſumus, fa-
teor, nõ erga ſanctos tantum, ſed erga ſanctorũ dominũ ingrati, quæ nam Hieronymo ſin
gularior, quã cæteris querimoniæ cauſa eſt? aut quæ nã potius Italorũ culpa quã hominũ,
cum nec ipſe Italus origine, & ſæpius in oriente uerſatus ſit. Verſa te pater hac illà, ratio, ut
arbitror, non erit ſufficiens, probare ꝙ intẽdis, niſi fortè qui rationis uice fungitur, inſtinctus
animi tacitus, & pia magis q̃ ex amuſsim trucidata deuotio. Verũ iſta ꝑtereo, tã ſacra
enim nomina diſputatiũculis peccatoris obſoleſieri, ac q̃dãmodo ꝓphanari, ſacrilegio ſimil
limum reor, itaq; iam tacere de his conſultius fuerit. nam pretioſarum rerum confricatio
atq;

atq; colliſio,periculoſa eſt.ad Platonē ac Ciceronē tranſeo,q̃s tu ob duas fabulas,morũ do
ctrina,&(ut de altera Macrobius teſtat̃) tripartitæ philoſophiæ integritate pfectas, ac pro
cul ab omni metrorum lege,in medijs politicæ,ac rerũ publicarũ libris inſertas,poëtas face
re niteris. fruſtrà Macrobius idem ambos excuſat,aduerſus inſultantes,nõ debere fabulam
à philoſopho cõfingi,ego quidem gratulor,& hos Ariſtotelem & Senecam & Varronem
(ſi fieri poſsit,in agmine poëtarum cernere, quod fortè non ineptius,de horum quolibet,
quàm de Platone & Tullio dici poſset. nam & Ariſtoteles poëtriam de poëtis, & Varro
Satyrarum libros edidit,Seneca autē Tragœdias, quæ apud poëtas profectò, uel primum
uel primo proximũ locũ tenent.ſed cur, quæſo,nõ & hiſtriones feciſti,quoniã aliquid for-
ſan in uita ludicrum dixerunt, aut fecerunt?præſertim Tullius, cuius tàm multa quæ riſum
moueant,ſcripta ſunt,in Saturnalibus,cum Tyro libertus eius,de patroni iocis librum ſcri
pſerit,cur non piſcatores aut remiges,aut tale aliquid, quia forſan aut hami iactu,aut remi
tractu,in ſolitudine poſiti, animum relaxarunt? uis'ne tu mihi caſtrenſem morem, ſcho-
lis inferre, ut ſicut unum duellum, Torquatos atque Coruinos fecit, ſic una oratio poë-
tam faciat, perſeuerantia requiritur. unus actus habitum non inducit. hæc hactenus.
Nam de Ennio ac Statio, in ultima epiſtola nulla mentio erat,credo annorum numerum
in digitos reduxiſti,poſtremò ad illum longum atq; continuum orationis tuæ textum,ubi
omnibus modis efficere ſtudes,ut iniuſtè monuiſſe uidear, quod ingenio tuo nihil imper-
uium ſit, nihil aliud dixerim, niſi quod benè tibi eſt, ſi hanc de rebus opinionem habes.
ô te tuo qualicunque iuditio fœlicem. ô utinam hanc me artem, & docere poſsis
& doceas,qua talia ipſe mihi de me nouerim conflare iuditia, neſcio enim an melius ſit
interdum, de errore gaudere,quàm ſemper de ueritate dolere. ad id uerò q̃d me uelut iura
tæ militiæ deſertorem arguis,quoniam cum maximè florere inciperem, ſtudium iuris Bo-
noniamq; dimiſerim,expedita reſponſio eſt,quis tibi,& ciuitatem illam,& ſtudium ſingu
lariter illuſtranti,minimè ut arbitror placitura. quoniam itaque ſatis exagitaui,id totum ſi
lebo,quo factum meum tueri ſoleo,fuit enim hæc mihi quæſtio ſæpè cum multis, præcipuè
cum Oldrado Laudenſi iuriſcõſulto,noſtra ætate clariſsimo,hoc unum eſt, quod ſalua con
cordia dici poteſt.nihil enim contra naturam benè fit.ſolitudinis amatorem illa me genuit,
non fori, denique ſic habeto,me aut nihil unquam proinde feciſſe,quod magis puto,aut ſi
quicquam hoc in primis, non audeo dicere ſapienter,ſed fœliciter factum eſt,& quod Bo-
noniam uidi,& quod non inhæſi. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. XI.

De ſumptuum temperamento & frugalitate.

DElectari te lautitijs nõ miror,paucorũ hæc domorum peſtis olim hoſpita, nunc om
nium iugis incola eſt,niſi quarum paupertas limen obſtruit.qua in re,nõ natura pau-
cis longè iucundius uictura,quàm nimijs, ſed conſuetudo multum,multoq́ue magis pec-
cat imitatio.qs enim tã frenatæ modeſtiæ eſt,cuius non interdũ oculos auertat, uicini ſump
tus nitor ac gloria, ſed utile cõſilium eſt Plautini ſenis in Aulularia,pro re nitorē, & gloriã
pro copia,cuius ſi meminiſſent homines,& profuſis ſumptibus,& iniquis lucris claudere-
tur uia,& multò tranquillius uiueretur.nunc cæcitatem cupiditas inuexit, & frenum ratio-
nis fregit impetus uoluntatis,tu autem,oro quantum potes enitere,ut rationis propriè ſe-
ctator,potius quàm alienæ libidinis æmulator,appareas,fuge exempla peſtifera,nimis ma-
lorum dociles animos habemus. Magiſter unus uoluptatis,magno in populo ſatis eſt, ci-
tò luxuriæ dat terga frugalitas,niſi cogitationum noſtrarum aciem,ratio inuicta firmauerit,
docens ſequi uera bona, fucata contemnere, quid nunc uicini tui, purpureum latus,
atque intermicantes crebra iaſpide digitulos miraris? phalerata fœlicitas eſt, exue,homi
nem infœlicißimum non negabis. latet ſub auro calamitas, &, quod extremum mali
genus arbitror,inuidioſus ſimul & miſer eſt. concludam aliter quàm concluſit Plautus
Epidicum ſuum:

Hic

Hic, inquit, is eſt homo, qui libertatem malitia inuenit ſuo,

Immò uerò hic, malitia opes, potentiã & regum amicitias inuenit, ſe ſuamq́; libertatẽ perdidit. habeat ſibi ſine inuidia multa illa, & uulgi iuditio permagna, tu tuis bonis, eoq́; præcipuè, quod ille perdidit fœlix ac contentus uiuito. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. XII.

Obſcœnum amorem improbat.

TIbi quidem amicus, nō moribus tuis ſum, quid autem de te, mihi deq; tota tua re familiari uideatur, quoniã rogas, uerißimè atq; breuißimè, pro me Plautus abſoluet, nō niſi ſingulis uerbis ad ſingula. Primū nō mihi placet amor tuus, animæ pondus infauſtum, obſcœno igne perureris, quæro autem ex te, ut Plautinus ſeruus in Aſinaria:

Num fumus eſt hæc mulier, quàm amplexare?

Si cur quęſierim interroges, quia oculi tui ſemper lachrymantes ſunt, hæc tibi. mulierculis tuis, hoc unum quod in ea Comœdia cui Curgulio nomen eſt legiſſe potes:

Mulieres duas priores eſſe quàm unam.

Seruo autem illud eiuſdem Poëtæ in Epidico:

Nimis doctus ille ad malefaciendum.

Hoc ex me addito. nimis tu facilis ad credendum, nimis pronus ad obſequendum. hæc amice ſi falſa ſunt, dictum meum argue, ſin uera, mores tuos corrige. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. XIII.

Confeßionem erroris emendationis ſpem habere.

QVod obiectum ab amico crimen non negas, facis ingenuè, magnam emendationis uitæ ſpem præfert erroris proprij uerecūda confeßio, quod autem de ſeruo tuo taces, cautè quidē, quippè quem accuſare non potes, at ꝙ mulierculas tuas excuſas, urbanitatis ineptè uel cæci iuditij dixerim, tu uideris, quid de illis ſentiendū putes, quarũ alteram optimam, alterã tolerabilē dicis. ego illud Plauti in Aulularia uerò propinquius reor. Optumam fœminam nullam eſſe. alia licet alia peior ſit. Vale.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS FAMILIARIBVS,

LIBER V.

Fran. Petrarcha Barbato Sulmonenſi, S. I.

De obitu Regis dolet.

QVod uerebar accidit, quod timebam patior, in dolorem metus, uota in gemitum abiêre, non multo antequàm præſagirem, deſeruit nos inclytus ille Rex noſter, cuius & ſi matura ætas eſſet, tamen peracerba mors eſt, & heu, me miſerum, Barbate optime, quàm uereor, ne illa quoq; præſagia confirmet euentus, quæ mihi ſuggerit, anxius, & malorum ſuorū ſemper nimis certus uates animus meus, ita me Reginæ iunioris nouique regis adoleſcentia, ita me Reginæ alterius ætas ac propoſitum, ita me tandem territant aulicorum ingenia, & mores, mendax hic utinam ſim propheta, ſed agnos duos, multorū cuſtodiæ luporum creditos uideo, regnumq́; ſine rege. nam quid ego, eum qui ab alio regitur regem dicam, multorūq́; ſæuitiæ expoſitum? itaq; ſi quo die Plato rebus humanis exceſsit, ſol cœlo cecidiſſe uiſus eſt, quid illo moriēte uideatur, & qui Plato alter ingenio fuit, & regum nulli aut ſapientia ſecundus, aut gloria, cuius præterea mors, tàm multis hinc in-

de periculis uiam fecit? ſecundet hæc omnipotens Deus, & ſollicitudinem meam, piam magis quàm neceſſariam rebus probet. at ut alijs cuncta ſupra ſpem eueniant, & metus iſte ſuperuacuus fuerit. mihi tamen amice, quis conſulet, aut quis medebitur dolori meo? cui de cætero uigilabo, cui quantulumcunq; hoc ingenium aut ſtudiũ conſecrabo. quis ſpes collapſas eriget? quis torpentem animum excitabit? Duos ingenij duces habui, utrũque mihi annus hic abſtulit, & de altero quidem nuper dum adhuc eſſet in Italia, utrobiq; conſortem fletus idoneum quærens, noſtro cum Lelio queſtus ſum, de hoc, hodie tecum queror, querarq; dum uixero, & qui ſolari alios interdum ſoleo, nunc qua me ipſum ratio ne uel oratione conſoler, non inuenio. hinc ergo conſolandi deſperatio, hinc flendi pudor, hinc ad utrumlibet ſtyli diffidentia, ſed ſuper omnia, illicò te uidendi ſpes, ſilentium iubet; parebo, tecum propediem fleturus ex commodo. hæc interea tibi flens ad fontem Sorgiæ dictabam, notum procellarum animi mei portum, quo heri ad ueſperam ſolus fugi, cum mane Rhodani ad ripam, rumor mœſtiſsimus me inueniſſet. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ. S. II.

Gratiarum actio pro beneficijs acceptis.

GRatias ago, cùm pro alijs multis, tùm pro eo q; quotiés Romam peto, totiens uberrimo tuarum literarum fauore præuenior, Agnoſco inſidias amoris tui, neq; enim ut homo, ſed ut angelus excipior nihil impigrius eſt amante, nunquã tàm iugi aquilone ſum uectus, ut imparatũ aliqd offenderim, mirarer magis, niſi tuis de me iudicijs aſſueuiſſem, cõſuetudo enim longior & rerum miracula extenuat, & dolores lenit, & minuit uoluptates. quis autem enumerare ſufficiat, quibus tu me, per omnem uitam honorificentiſsimis decretis honeſtaueris? quæ nam illa ex æquo propè, cum ſis dominus, conuerſationis comitas? quæ nam libertas hominis. ſub maioris arbitrio degentis? quæ nam ſecretorum participatio? quæ nã prærogatiua? quis honor? quãta dignatio? Recordari dulce eſt, enarrare lõgiſsimum, unũ ex mille referã, quid immò radicatũ pectori, & medullis inhæſiſſe miraberis, meminiſti dum graui olim, inter quoſdam tuorum extorto odio, ad arma peruentum eſſet, & tu iuſta indignatione flammatus, ut pro tribunali ſedens, familiam conuocaſſes, ac dicendæ ueritatis iuſiurandum omnibus detuliſſes, iuraſſetq; etiam Agapitus Lunenſis epiſcopus germanus tuus, atq; ego iam dexteram porrigerem, tu in medio irarum impetu, codicem Euangelicum retraxiſti, teq; cunctis audientibus, ſimplici uerbo meo contentũ eſſe dixiſti: cuius me, aut pœnituiſſe te, aut impræmeditata facti benignitas uideretur, cũ ſæpè ſimiles caſus acciderint, iurantibus cunctis nunquam me iurare es paſſus. quid hoc iuditio tanti patris illuſtrius? quanti uolũt aurũ & gẽmas extimẽt auari, hoc extimare non poterunt. Renouaſti in me Pater omnium optimè, Xenocratis Philoſophi antiquum decus, cuius in epiſtolis ad Atticum mentionem facit Cicero, qui cum teſtimonium dicturus, iurare ſecundũ leges teneretur, ea ſibi ab Athenienſibus ſpectatæ fidei credentibus, remiſſa neceſsitas fuit. hoc, inquam, in me renouaſti, niſi quod illi maturo æui, id adoleſcenti mihi, quodq; illi ſemel accidit, tu mihi perpetuũ feciſti. & putas me poſſe taliũ obliuiſci? Ingens erit hiſtoria, ſi ſimilia cõplecti uelim, nec tempus patitur nec locus, magnanimi Patris tui uocem audio, extra muros urbis me licet inuitum proſecuturus aduenit: hodierno die apud Preneſte ſuum hoſpitabor, ibi me clariſsimus ex fidelio ſuus, ex fratre tuus nepos, expectat. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ. S. III.

Scribit de ſua Romam Neapolimq; uerſus profectione.

VT fidem frangerem & tibi utile, & mihi propè neceſſarium fuit. Pollicitus me maritimo itinere profecturum, non aliam ob cauſam, niſi quia uulgò iam perſuaſum eſt, expeditius ac citius iri pelago quàm terris. Nauim conſcenderam apud Niceam Vari, quæ prima Italicarũ urbium ab occaſu eſt, & ad Monæci portum cœlo iam ſtellante perueneram, iraſci tacitus cœpi, nam illic die poſtero, inuiti mãſimus, ſæpe ne quicquam retẽtato abitu,

abitu, poſtridie ancipiti tempeſtate funē ſoluimus, & die toto iactati fluctibus, ad Maurici portum, uix intempeſta nocte peruenimus. itaq; caſtrum ingredi non fuit, littoreum hoſpitium, nauticum cubile ſortitus, cœnam ut fames condiret, ſomnum ut laſſitudini deberem, ibi indignari altius & ludos maris agnoſcere. quid multa? uarijs per noctem conſilijs agitatis, ad auroram ſtatui præferre terreſtrem duriciem, æquoreæ ſeruituti, itaq; familia & impedimentis omnibus in nauim reimpoſitis, ipſe uno ſolo comitatus, in littore ſubſtiti, & fauit fortuna conſilio. inter Liguſticos ſcopulos, caſu neſcio quo, Theutoni equi uenales aderant impigri & atque præualidi, quibus ego raptim comparatis, propoſitum iter egi. necq; tum prorſus nauigationis faſtidio immunis. Eſt inter Piſanos ad præſens & Mediolani dominum bellum ingens, magis (ut uides) de animorum faſcibus, quàm de terrarū finibus ſe præbente materia, latè enim confinia diſcreuerat Apeninus, ut contemnatur antiquus Padi limes, ſed ſuperbia frenum neſcit, & nullis terminis eſt contenta cupiditas. Dū recto tramite proficiſci uellem haud procùl Lauentia, exercitus ambo conſtiterant, Tyranno grauiter urgente contrà Piſanis Mutronem ſuum ſumma ui tuentibus, coactus ſum apud Erycen mari iterum me credere, & Coruum ſcopulum ingentem, à colore nominatum, ac rupem candidam, & Macræ oſtiam, ac Lunam olim famoſam potentemq́;, nūc nudum & inane nomen præteruectus, nocte concubui apud ipſum Mutronem, in Piſanorum caſtris expoſitus, per terram abſq; inſigni impedimento, reliquum uiæ feci. nō proſequor ubi cœnauerim atq; cubuerim, quod qualibet in parte uiderim audierimúe, ad extrema feſtino. per Piſas relicta ad læuam Florentia, Senas, atq; inde Peruſium ueni, inde Tudertum ubi à Claraualleníibus tuis, magno cum gaudio exceptus, per Narniā ipſis ducib. Romam ingredior *IIII.* Non. Octobris. & iam bona pars noctis erat, ita me hoc tempore nocturnum uiatorum feſtinatio præceps fecit, uiſum eſt tamē, magnanimum Patrem tuum, prius quàm me quieti traderem, inuiſere. Deus bone, quæ maieſtas hominis, quæ uox, quæ frons, quæ facies, quis habitus, quæ in illa ætate uis animi, quod corporis robur? Iul. Cæſarem aut Africanum ſpectare mihi uiſus ſum, niſi quia utroq; multum iſte longæuior, & tamen idem prorſus aſpectu, qui ante ſeptennium erat, dum eum Romæ iterum dimiſi, uel qui ante annos duodecim, dum eum apud Auinionem Rhodani primum uidi, mirum & penè incredibile, uir unus Roma ſeneſcente non ſeneſcit. pauca ibi, nam ſeminudum & iam in cubiculum euntem illum repereram, de te tuiſq; rebus affectu patrio percontatus eſt, cætera in diem poſterum reiecimus. illū diem, à mane ad ueſperam ſecum egi, cuius ne una quidem hora in ſilentio acta eſt. ſed de reliquis coràm: Mirum in modum exhilaratus eſt aduentu meo, ſperans (ut aiebat) amicos ueſtros, per induſtriā meā, finem carceris ac miſeriæ reperturos, quàm ſenis ſpem, falſam eſſe doleo, ne enim te longius traham, Roma digreſſus, Neapolim ueni, Reginas adij, & reginarum conſilio interfui propudor, quale monſtrum. auferat ab Italico cœlo Deus genus hoc peſtis, putabam *CHRISTVM* apud Memphim & Babylonem Mechamq; contemni, compatior tibi mea nobilis Parthenope, uerè tu harum quælibet facta es. nulla pietas, nulla ueritas, nulla fides, horrendum tripes animal, nudis pedibus aperto capite, paupertate ſuperbum, marcidum delitijs uidi, homunculum uulſum ac rubicundum, obeſis clunibus, inopi uix pallio contectum, & bona corporis partem induſtria retegentem, atq; in hoc habitu non ſolum tuos, ſed Romani quoque pontificis affatus uelut ex alta ſanctitatis ſuæ ſpecula, inſolentiſsimè contemnentem, nec miratus ſum, radicatam in auro ſuperbiā ſecum fert, multum enim, ut omnium fama eſt, arca eius & toga diſſentiunt, ac ne ſacrum nomen ignores, Robertus dicitur, in illius Roberti sereniſsimi nuper regis locum, quod unū decus ætatis noſtræ fuerat, æternum dedecus Robertus iſte ſurrexit. iam minus incredibile putabo è ſepultu hominis medulla naſci poſſe ſerpentem, quoniā à ſepulchro regio aſpis hæc ſurda proſiluit. ô ſuperum pudor, quis'nam ſolium tuum inuaſit regum optime: ſed hæc fortunæ fides eſt, humanas res uertit pariter & euertit. non fuit ſatis mundo ſolem abſtuliſſe, niſi atras inſuper tenebras attuliſſet, & erepto rege unico, non alter qualibet uirtute inferior ſuccede-

ret,ſed hæc atrox & immitis bellua.ſiccine nos aſpicis aſtrorũ rector:hic tanto regi ſucceſ-
ſor idoneus?hic poſt Dionyſios Agathoclemq; & Phalaridē,cunctis obſcœnior, & cũ li
cet immanior,fato debitus,reſtabat aulæ Ficulæ(ut Macrobij uerbo utar.inclemētiſsimus
incubator,qui miro genere tyrannidis,non diadema, non purpuram, non arma, ſed ſqua
lidum palliaſtrum induit,eoq; non totus ut dixi,ſed dimidius, obuolutus, nec tam ſenio
curuus,quàm hypocriſi,nec tàm eloquio fretus quàm ſilentio & graui ſupercilio,per regi
narum aulas diſcurrit,& hac illo innixus humiliores proterit,iuſtitiam calcat, quicquid di
uini aut humani iuris eſt,polluit,qui quaſi nouus Tiphys,alterq; Palinurus,fluitantis cym
bæ clauum regit,citò(ſi quid mihi credis)ingenti naufragio peritura.multi enim ſunt tales
& ferè omnes,præter unum Cauallicenſis eccleſiæ præſulem Philippum, qui ſolus pro de-
ſerta iuſtitia partes facit.ſed quid faciat agnus unicus,in tanto luporum agmine?quid faci
at niſi quàm primum fugiat,ſi poſſit,& ouile ſuum repetat,quod ipſum meditari arbitror,
ſed miſeratione regni labentis,& ultimæ obſecrationis regiæ memoria,ceu geminis com-
pedibus detinetur. interim quantum in maleſuada aulicorum acie, ſane uox unius audiri
poteſt, Dei & hominum implorans fidem,obſtrepit iniquiſsimis conſilijs,& auctoritate
ſua retundit multorum impudentiam,prudens ſapientia,fortunam & humeros proprios
ſubmittens,publicæ ruinæ, quam differre poterit,mutare non poterit, atq; utinam non &
eum pariter inuoluta(adeò enim inclinata res eſt)ut iam de humanis auxilijs nihil ſperem,
præſertim Roberto ſuperſtite,qui tum perfidiæ principatu,tum nouitate habitus,primum
inter monſtra curiæ promeruit & nomen & locum. Tu uero reprehenſione non carebis,
niſi de ſingulis quæ alijs ſecretioribus ad te literis,latius ſcripſi,Romanum pontificem cer
tiorem feceris,unum illi meis uerbis in fine dicitor. Siquidem reuerentius ut opinor acce-
piſſet exhortationes Apoſtolicæ ſedis,Sarracena Suſis aut Damaſcus,quã chriſtiana Nea
polis,quod niſi ſanctitatis ueneratio prohiberet,adderem Ciceronianum illud, iure quidē
plectimur,niſi enim multorum impunita ſcelera tuliſsemus,nunquam ad unum tanta li-
centia perueniſſet.Verum ego dum uerborum ſpumis indignantem ſtomachum releua-
re ſtudeo,uereor ne tibi quoque bilem moueri,quæ ſi nulli rei profutura eſt , & præter in-
dignari nil reliquum nobis,hinc illorum temeritas,hinc patientia ueſtra fecit. quid iuuat
indignitatem rerum æquare uelle ſermonibus,quod nec Cicero ipſe poſsit, nec Demoſt-
henes?& ſi fortè ſucceſſerit auctori ſuo tantum damnoſum ſit ingenium, quo ſcribenti po
tius animi tranquillitas,quàm ſcelerum impunitas ſontibus auferatur. itaq; finem uerbis
imponere conſilium eſt. Ter niſi fallor,aut quater ipſum carceris limen ingreſſus. Capua-
næ caſtrum dicitur,amicos tuos uidi,nil niſi de te ſperantes,quoniam iuſtitiã ſibi ſuam , in
qua ſummum præſidium eſſe debuerat,damnoſam hactenus experti ſunt,& profectò pe
riculoſiſsimum eſt,ſub iniuſto iudice,iuſtam cauſam fouere.accedit,quod nullus miſero ca
pitalior hoſtis eſt,quàm qui fortunæ ſiue ſpolijs ſuperbus incedit,ſiquidem de medio tolli
cupit,cui quandoq; repetendæ rationis eſſe poſſit occaſio.ita ſemper auaritiæ uicina crude
litas,obſeruatũq; eſt,unde inſignis patrimonij iactura prouenerit,inde quoq; uitæ pericu-
lum prouenire.dura ſors hominis,cui nec tuto pauperem eſſe,nec diuitem denuò fieri li-
cet,id ſi ulli unquam,amicis modò tuis accidit(de captiuorum enim præda nemo non par
tem rapuit)quando autem alienæ liberati , aut ſaluti fauebunt rapaciſsimi prædones, quæ
cum propria paupertate coniuncta eſſe uideatur,itaq; nihil habuiſſe ſecurius , ſed ita ſe res
habet,dãnis grauibus acres inimicitias quæſiere. Vidi eos in cõpedibus, ò rem indignam,
ô inſtabilem ac præcipitem fortunæ rotam,cæterum ut nihil illa captiuitate deformius, ſic
captiuorum animis nihil excelſius,ſaluo te,ſpem optimam rerum ſuarũ habent, ego quod
ſperem nihil habeo niſi aliqua uis maior interuenerit , ſi enim conſilij clementiam expe-
ctant,actum eſt,ſqualore carceris conſumentur,Regina ſenior coniunx olim regis,nunc
miſerrima uiduarum , miſeretur ,ut dicit, nihil amplius ſe poſſe confirmans, Cleopa-
tra cum Ptolemæo ſuo miſereri poſſent,ſi Photinus Achillesque permitterent,ego hæc
uideo, quo animo, ne dici quidem opus eſt. ſed quid agam patiendum eſt, & quam
uis re-

uis reſponſi certus, reſponſum tamen etiam nunc ſuſſus expecto. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. IIII.

Quæ admiratione digna Baijs & Puteolis uiderit.

MOs mihi tuus olim notus, nil ignorare potes æquo animo, ita generoſum ſpiritum inexplebilis noſcendi cupiditas exagitat. geſsi uoluntati tuæ morem, quotiens arcton, aut occaſum circũire fortuna me uoluit mea, nũc mihi diuerſum iter peragenti mens eadem eſt, idem parendi propoſitum, atq; aduentus quidem mei ſummam, uariũq; caſus, & quæ deinceps in captiuorũ tuorum negocijs, apud Neapolim geſta ſunt, quæ uie in reliquum ſpes ſuperſit audiſti, audi nunc reliqua, quibus irarum nihil, ſic delectationis pluſculum inerit. ſiquidem expectationis inutilis ac diuturnæ tædio affectus, Garganum montẽ, Brundusijq; portum, atq; illum omnem ſuperi maris tractum luſtrare decreueram, non magis illa uidendi, quã iſta linquendi deſiderio, quod tamen Regina ſeniore diſſuadente compeſcui, & longioris peregrinationis impetum, ad proximiora certè & mirabiliora cõuerti. qui ſi fortè hinc digreſſo, & illa inuiſere, anni tempus nõ negauerit, laborem ipſe meum ſolabor, quod quamuis eorum, pro quibus ueneram nihil fecerim, multa tamen, quæ non putabam uiderim, ſed de illius ingenti ferè totius Italiæ ambitu, ad te rediens, uita non deſerente, coràm loquar. uiſa hactenus, quoniam hac citiùs uia in notitiam tuam uentura ſunt, ſcriptis præferenda commiſi. Baias ego, clariſsimis uiris Ioanne Barijli, & Barbaro meo comitantibus uidi, nulla mihi lætior dies, & amicorum comitatu, & uarietate rerum illuſtrium, & uicina multorum triſtium dierum, uidimus illum hybernis menſibus peramoenum ſinum, quem ſol æſtiuus (niſi fallor) infeſtat. nihil enim præter opinionem habeo, nunquam me hic æſtas reperit, tertius annus eſt, ex quo huc primum ſæuiente aquilone, hyeme media delatus ſum, præſertim tempore, iter æquoreum ſeruitus magna eſt. itaq; de multis, quæ optabam nihili cominus ſpectare licuit. cæterùm breuiſsimo rerum guſtu, tunc incenſum animum & iam aurea ab adoleſcentia calentem, hodie demum uoti compotem feci. uidi loca à Vergilio, & (quod maximè mireris) ab Homero multum ante deſcripta. uir Graius antiquiſsimus, atque doctiſsimus, & nulli ſecundus ingenio, inſignem, & qualem res exigebat, locum, nuſquam inueniens, ab Italia mutuatus eſt. uidi Auerni & Lucrini lacus, Acherontis quoq; ſtagnantes aquas, piſcinam infœlicis nati ſæuitia Auguſtæ, Caij Caligulæ ſuperbum olim, nunc obrutum undis iter, & Iulij Cæſaris iniectum pelago frenum. uidi Sibyllæ patriã ac domum, & horrificum illud ſpecus, ſtultis irremeabile, doctioribus inacceſſum. uidi Phalernum montem, famoſo palmite conſpicuum, & hic aridam tellurem, morbis ſalutare, fumum perpetuo exhalantem, illic cinerum globos, & feruentes ſcatebras, ahenei inſtar undantis, confuſo murmure eructantem. uidi rupes undique liquorem ſaluberrimum ſtillantes, & cunctis olim morborum generibus, omniparentis naturæ munera adhibita, poſt Medicorum inuidia, ut memorant, confuſa balnea, ad quæ tamen, nunc etiam è finitimis urbibus, ingens omnis ſexus ætatisqúe concurſus eſt. uidi non cryptam modo, quæ Neapolitana dicitur, cuius ad Lucilium ſcribens meminit Anneus Seneca, ſed paſſim perforatos montes, atq; ſuſpenſos, teſtudinibus marmoreis eximio candore fulgentibus, & inſculptas imagines, quis latex, cui corporis parti faueat, manu appoſita, deſignantes. In ſtuporem me non magis facies locorum, quàm labor artificũ coëgit, iam minus miror Romana mœnia, Romanas arces, Romana palatia, quando tàm procul à patria (quamuis excellentibus uiris ubiq; ſit patria) Romanorum ducum ſimul cura protenditur, quibus ultra centeſimum lapidem eſſe, quaſi ſuburbanæ fuerant hybernæ delitiæ, æſtiuas enim Tybur præſtabat, & Succinus & frondẽtes Apenini ualles & Cymini cum monte Lacus, ut ait Maro, & aprici Vmbriæ receſſus, & umbroſi colles Tuſculi & ex re dictum Algidum, & uiui fontes, & lucida flumina hybernas Antiũ, Anxuri, Phormiæ, Caieta, Neapolis, nulla tamẽ amœnior, nulla frequentior quàm Baiarum ſtatio, quod & ſcriptorum illius æui fides & ingẽtes murorũ reliquiæ teſtantur. & ſi nõ ſim neſcius fuiſ-

ſe magis hoc humanæ uoluptati, quàm Romanæ ſeueritati dignum domicilium, ideoq;
& Marius natura uir aſperior, & Pompeius & Cæſar & humanis moribus altiores, in mō
tibus ædificaſſe laudātur, unde quod decuit, non immerſi, ſed ſubducti effœminantibus a-
nimos munditijs, nauticum ſtrepitum, & Baianas ex alto deſpicerent uoluptates. Scipio
autem Africanus, uir incomparabilis, & cui in uirtute omnia, nullum cū uoluptate cōmer
cium, conſilio reliquæ uitæ ſimillimo, non tàm ex alto deſpicere, quàm prorſus non aſpice
re decreuit, hunc locum ſuis artibus aduerſum, extra proſpectum igitur ſeceſsit, & Literer
ni, quàm Baijs habitare maluit, quā uillulam, hinc nō abeſſe ſcio, nilq; auidius ſpectaſſem,
ſi quo duce, in loca tanto habitatore nobilia penetrare poſuiſſem. cum multa ſanè mirabi-
lia Deus ille fecerit, qui facit mirabilia magna ſolus, nihil tamen homine mirabilius in ter-
ris fecit. ſuper omnia ergo, quæ uel iſte dies mihi oſtendit, uel ubi hæc oſtendet epiſtola, Pu
teolanæ mulieris animi, ac corporis inſigne robur fuerit Mariam uocāt, ſingulare illi ſerua
tæ uirginitatis decus, iugis inter uiros, eosq; ſæpius armatos conuerſatio. nulli unquam ta-
men (ut conſtantiſsima omnium opinio eſt) uel ioco uel ſeriò rigidæ mulieris attentata uir-
ginitas, metu magis, ut memorant, quam reuerentia prohibente. corpus illi militare magis
quàm uirgineum, uires corporeæ, probatis militibus optandæ, rara & inſueta dexteritas,
uirens ætas, habitus ac ſtudiū uiri fortis, non telas illa, ſed tela, nō acus & ſpecula, ſed arcus
& ſpicula meditatur, non illam oſcula, & proterui dentis laſciua ueſtigia, ſed uulnera cica-
tricesq; nobilitant, præcipua armorum cura eſt, animus ferri mortiſq; contemptor. Bellum
cum finitimis hæreditariū gerit, quo multi iam ultrò citroquè periēre, interdum ſola, ſæpe
paucis comitata, manum cum hoſte conſeruit, ubiq; ad hūc diem, uictis præceps in præliū
ruere, lenta diſcedere, animosè hoſtem aggredi, cautè inſidias texere, famem, ſitim, frigus,
æſtum, ſomnum, laſsitudinem, incredibili patiētia perferre, ſub diuo pernox, & ſub armis
agere. humi requieſcere, herboſum ceſpitem, uel ſubſtratum clypeum, in delitijs habere,
inter tàm continuos labores, multum breui tempore mutata eſt. quātulum eſt enim, quod
me Romam ac Neapolim ad regem Siculum, iuuenilis ſtudium gloriæ attraxit, profectò
quàm tunc inermem uideram, hodie armata, & armatis ſepta, cum ad me ſalutandum ac
ceſsiſſet, miratus ſum, & uelut ignoto uiro ſalutem reddidi, donec riſu eius, & comitum
monitu preſſius intuitus, uix tādem ſub caſſide toruam, & incultam uirginem recognoui.
Multa de illa fabulis ſimilia narrantur, ego quod uidi referam. Conuenerant è te diuer-
ſis mundi partibus uiri fortes, & armorum exercitio durati, quos aliò tendentes, illic fortu
na depoſuerat, auditaq; mulieris fama, experiendi uires cupiditas inceſſerat, itaq; magno
conſenſu omnium in Arcem Puteolanam aſcendimus, ſola erat, & ante templi fores ne-
ſcio quid cogitans obambulabat, aduentu noſtro nihil mota eſt. Inſtamus oraret, ut uiri-
um ſuarum aliquod nobis experimentum prebeat. illa diu excuſata brachij ualitudine, tan
dem graue ſaxum, ac ferream trabem iuſſit afferri, quam cū in mediū proieciſſet, ut tollerēt
atque experirentur hortata eſt. quid multa? Longa ibi (ut inter pares contentio) & magna
res acta certamine, ſpectatrice quidem illa, & ſingulorum uires in ſilentio exæimante. po-
ſtremo facili iactu, adeò ſe ſuperiorem approbauit, ut reliquos ſtupor ingens, me etiam pu
dor inuaderet, deniq; ita inde diſceſſum eſt, ut uix oculis fidem dantes, ſubeſſe aliquid præ
ſtigij putaremus. Fama eſt Robertum ſummum illum, & uirum & Regem, his quōdam
littoribus magna claſſe prænauigantem, permotum talis fœminæ miraculo, uidendi gra-
tia ſubſtitiſſe Puteolis, quod ideò apud me ueri faciem non habet, quia in tanta uicinitate
terrarum euocaturus illam fuiſſe uideatur. Sed fortaſſis aliam ob cauſam, cū illuc applicuiſ
ſet rē nouā ſpectare uoluit, ardēs & noſcēdi cupidū illū ingenium, uerū huiuſce rei fides, ut
cæterarū quas auditu credimus, penes narratores maneat. mihi quidem fœminæ huius a-
ſpectus credibiliora efficit, quæcunq; non modo de Amazonibus, & famoſo illo quodā
regno fœmineo. ſed etiam quæ de bellatricibus Italis uirginibus traduntur, duce Camilla.
cuius inter eum cunctas celebre nomen eſt. quid enim in multis opinari prohibet, quod in
una, niſi uidiſſem, eſſem forſan ad credendum ſegnior? & illa quidem uetus non procul
hinc Priuerni, ſcilicet tempore Iliacæ ruinæ, hæc recentior Camilla Puteolis noſtris tem-
poribus

poribus orta eſt, quam tibi interim, literulis meis teſtatum eſſe uolui. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. V.

Tempeſtatem, quam apud Neapolim ingentiſſimam uiderat deſcribit.

INſignem tempeſtatem deſcribens, Satyricus, ut multa paucis clauderet, poëticam tempeſtatem ſurrexiſſe ait. quid enim breuius, quid expreſsius? Nihil iratum cœlum aut pelagus poteſt, quod non æquet uerbis ac ſuperet poëtarum ſtylus. & ne manifeſta in re ſuperuacuis utar, Homericam tempeſtatem, noſti, & alliſum ſcopulo ducē. atq; omnē Caparei montis inſultum quem imitati noſtri Poëtæ. aquarum montes, ad ſydera ſuſtulerunt. nihil ſanè uel pingi eloquio, uel animo fingi poteſt, quod nō externa dies impleuerit, immò procùl exceſſerit, ſingulare quoddam, & omnibus ſeculis inauditum malum. Itaq; Homerus Graiam, Aeoliā Maro, Lucanus Epirenſem, alij alias tempeſtates canant, mihi ſi unquam uacuum tempus erit Neapolitana tempeſtas, carminis materiam abundè tribuet, quanquam non Neapolitana tantum, ſed totius ſuperi atque inferi maris, & uniuerſalis quodammodo tempeſtas (ut opinantur) fuerit, mihi Neapolitana eſt. quia me Neapoli graues moras agentem, repperit. Sanè quanta inter præſentis temporis anguſtias, & feſtinationem nuncij loqui datum, hoc tibi perſuade, nihil unquam horribilius, nihil concitatius uiſum eſſe. Præuenerat quidem mirum dictū, inſtantis mali famem, religioſo quodam Epiſcopo aſtrorūq; curioſo, uicina quadam inſula, aliquot ante diebus periculum nunciante, ſed ut ferè nunquam coniecturis ad uerum penetrant, non maritimum, ſed terreſtrem motum prædixerat, ruituramqúe Neapoli ad *VII.* Cal. Decembris, *M. CCC. XLIII.* uſque adeò miris cuncta terroribus impleuerat, ut magna pars populi peccatorum pœnitentiæ, & ſub mortem mutando uitæ ſtatui intenta, omne aliud negotij genus abijceret. multis contra uanos metus irridentibus, eoq; magis, quod per eos dies, non paruis quibuſdam tempeſtatibus in die erratū, & tota uaticinij fides abſumpta uidebatur, ego nec ſpei plenus nec timoris, ut ad neutrum prolapſus, ſic ad utrūlibet pronus erā, ſed pronior ad timorem. nam & ferè hoc in rebus eſt, ut ſegnius ſperata quàm formidata proueniat, & multas eo tempore cœli minas audieram, ac uideram, quem gelidis in regionibus habitare ſolito, monſtri inſtar, hyemali frigore, in metū ac penè in religionem uerteram. quid plura? Nox aderat, quàm lux ſuſpecta ſequebatur, trepidula fœminarum turba periculi potius quàm pudoris memor, per uicos plateasqúe diſcurrere, atque ad uerba, preſsis infantibus, ſupplex & lachrymoſa, templorum liminibus obuerſari, trepidatione igitur publica permotus, prima ueſpera domū redij. ſolitò quidē trāquillius cœlū erat, quæ fiducia qui mecum ſunt maturius in cubiculum conceſſerant, mihi expectare uiſum eſt, contemplaturo qua luna fronte occumberet, erat autem (niſi fallor) ſeptimá. Inſtiti igitur ad occaſum ſpectantibus feneſtris, donec eam obuolutam nymphis & mœſta facie ante medium noctis, proximus mōs abſcondit. tum demum & ego lectulum meum, dilatū ſoporem excepturus ingredior. uix dum totus obdormieram, cum repente horribili fragore, non tantum feneſtræ, ſed murus ipſe, ſaxea teſtudine ſolidus, ab imis fundamentis impulſus tremit, & nocturnum lumen, ſopiro mihi uigilare ſolitum extinguitur, excutimur ſtratis, & in locum ſomni, uicinæ metus mortis ingreditur. Ecce autem dum inter tenebras alter alterum quærit, & beneficio diræ lucis, oſtenſos trepidis inuicem nos uocibus cohortamur, religioſi uiri, quorum ædibus habitamus, & ſanctiſſimus eorum prior, quem honoris cauſa nomino, Dauid, qui ex more ad nocturnas *CHRISTI* laudes ſurgebant, repētino malo territi, crucibuſqúe ac ſanctorum reliquijs armati, & alta uoce Dei miſericordiam implorantes, thalamum ubi ego eram, prælatis facibus irrumpūt. Reuixi tantiſper, omnes inde ad Eccleſiam pergimus, ibiq; effuſi multis cum gemitibus, pernoctamus, cum iamiam affuturum finem, & ruitura circum omnia crederemus. Longius eam, ſi omnem illius infernæ noctis horrorem uerbis amplecti uelim, & quamuis longè cætera uerū ſiſtar, uiri tamen fidē tranſcēdet oratio, quis imber, qui uenti, quæ fulmina, quis cœli fragor, quis terrarum tremor, quis mugitus pelagi, quis hominum ululatus, cū in hoc ſtatu, quaſi magicis carminibus, geminato noctis ſpatio, ad aurora uix tandem ueniſſemus,

& diei uicinitas, magis coniectura animi, quàm lucis indicio appareret, amicti ſacerdotes
ſacra, altaribus inſtaurant, & nos cœlum nudum intueri auſi, in uda & nuda circum tellure
proſternimur, cæterùm, cum haud iam dubia licet nocte ſimillima dies, & omnis repentè
clamor hominum ſuperiore urbis parte ſiluiſſet, ſed de littorea regione, magis magiſq; cre
breſceret, neq; percontando, quid rei eſſet appareret, deſperatione (ut fit) in audaciam uer-
ſa, equos aſcendimus, & ad portum uiſuri morituriq; deſcendimus. dij boni, quando un-
quam tale aliquid auditum eſt: decrepiti nautæ, rem ſine exemplo aſſerunt, in ipſo portus
medio, fœdum ac triſte naufragium, ſparſos æquore miſeros, & uicinam terram manibus
prændere molientes, unda ſaxi impegerat, & ceu totidem tenera oua diſiecerat, totum eli-
ſis & adhuc palpitantibus refertum cadaueribus littus erat. huic cerebrum, illi præcordia
fluebant, hæc inter tantus uirorum ſtrepitus, tantaq; mulierum eiulatio, ut maris cœliq; fra
gorem uincerent, accedebat ædium ruina, quarum multa funditus, uiolentior fluctus euer
tit, cui nullus die illo limes, nulla uel humanæ manus reuerentia, uel naturæ ſtatutos fines,
& littora conſueta tranſcenderat. & tam moles illa ingens, ſtudio hominum aggeſta, quæ
obiectu laterum (ut ait Maro portum efficit, quàm omnis uicina mari regio undis obruta,
& ubi planum ſiccis pedibus interfuerat, periculoſa nauigatio facta erat. Mille illic uel eò
amplius Neapolitani equites. uelut ad exequias patriæ conuenerant, & ego turbæ immix-
tus, iam partius timere cœperam, tanta cum acie periturus, dum nouus repēte clamor tol-
litur. locus ipſe in quo ſtabamus, fluctu ſubter penetrante domitus ruebat, eripuimus nos
in editiorē locum, non erat oculos in altum mittere, iratam Iouis ac Neptuni faciem, mor-
talis acies non ferebat. mille inter Capreas atq; Neapolim fluitabant undarum montes,
non ceruleum. aut (quod in magnis tempeſtatibus ſolet nigrum, ſed canum, horrifico ſpu
marū cādore fretum cernebatur. Regina interim iunior, nuda pedes, & inculta comas, &
cum ea fœmineum ingens agmē, expugnata periculis, uerecundia regia egrediuntur, &
ad Reginæ uirginis templa feſtinant, orantes ueniam rebus extremis. ſed iam tanti pauoris
exitum pauidè, niſi fallor, expectas. Aegrè nos in terris euaſimus, in alto nauis nulla par flu
ctibus inuenta, ne in portu quidem res Maſilienſium longas naues (quas Galeas uocant)
quæ Cypro reduces, & tot maria emenſæ mane nauigaturæ in ancoris ſtabant, illachrymā
tibus uniuerſis, nemine autem ferre auxilium ualente fluctibus mergi, nautarum atq; ue-
ctorum, ne uno quidem ſaluo uidimus. aliæ quoq; maiores, & omnis generis naues, quæ
in portum uelut in arcem tutiſsimam confugerant, pari fine conſumptæ ſunt. unde tam
multis ſola ſuperfuit, onerata latronibus, quib. iuſtum ſupplicium remiſſum erat, ut in ex-
peditionem Siculam mitterentur, & huic gladio erepti, in illos inciderent. horum ingens
quædam & fortiſsima, & taurinis corijs armata nauis, cum uſque ſub occaſum ſolis uim
pelagi pertuliſſet, tandem & ipſa uinci cœperat. illi uerò undique fatiſcenti carinæ, ſupre-
mis urgentibus periculis occurrunt. erant enim, ut aiunt, quadringēti numero, turba claſſi,
nedum nauigio ſufficiens, & erant uiribus pollentes, & qui à morte liberati, nil iam graui-
us formidarent, eoq; pertinacius atq; animoſius obſiſterent. itaq; dum differunt, ſenſimq;
merguntur, uſque ad proximæ noctis partem naufragium traxēre, tum uicti, deſertis
armis, in ſuperiora nauis eruperant, dum ecce præter ſpem, & cœli uultus ſerenari, & feſſi
maris ira leneſcere cœpit, itaq; cunctis pereuntibus, peſsimi omnium euasēre, ſiue

Quia ſeruat multos fortuna nocentes,

(ut Lucanus) ſiue quia dijs aliter uiſum eſt, ut Virgilius ait, ſiue ut intelligi detur, illos inter
mortis pericula tutiores, quibus uilior uita eſt. hæc heſternæ hiſtoriæ ſumma eſt, quæ ne
fruſtrà digitos meos aureſque tuas detinuerit, quamuis humanorum diſcriminum am-
plam præferat materiam, de quibus multa quidem ſæpè, ſed pro rei qualitate pauca, ſemper
à ſapientibus dici ſolēt, hoc unū mihi certè præſtiterit, ut te obſecrem, ne me unquam am
plius uitā uentis ac fluctibus credere iubeas, hoc enim eſt, in quo neq; tibi, neq; Romano
Pontifici, neq; patri meo, ad lucem redeat parere uelim. aërē uolucribus, mare piſcibus re-
linquo, terrenum animal terreſtre, iter agam, dum pes meus terrā calcet, nec pharetratum

Sarmatam,

Sarmatam, nec ludentem in hoſpitibus Maurum adire renuo, mitte me quo uis, ne Indos quidem excipio. alioquin parce confeſſo, non Decembribus tantum Saturnalibus, ſed toto anno libertate utar. quid enim, oro, mihi amplius ſuadeas, aut quibus unquã me uerbis aggrediaris, ut nauigem: firmã puppim, doctos nautas elige, at his utrũq; cõtingerat, cum ſole portum pete, nocte anchoram demitte, hoſtis occurſum caue, lege littoris oram, at ſi diurnis horis in portu, anchora harenis tenacibus affixa, & pene litus ipſum remigio tangentes, inter tot millia miſerantium amicorum periere. Hæc ego non legi, nõ audiui, ſed oculis meis uidi, itaq; deſine iam tandẽ, & in hoc ſaltem pauori meo, pudor tuus ignoſcat, ſcio quid aduerſus hoc à doctoribus diſputetur, ubiq; par periculũ, & ſi in mari clarius appareat. ſit ita, ut tamen ingenue feceris, ſi in terris ortũ, in terris mori permiſeris, uix ollum inter nos mare eſt, cuius non ſæpe naufragus fuerim, cum tamẽ inter laudatas Publij ſententias illa ſit:

Improbè Neptunum accuſat qui iterum naufragium facit. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ; S: VI.

Gladiatorios ludos deteſtatur.

ABſolui grauibus occupationum laqueis ſperabam, & ſucceſsiſſet (ut arbitror) niſi constrictos pietate animos, ſerpens ille tabificus reſoluiſſet, non ore Pſyllus promptius, quàm ego aure uirus cognoui. inſtiti occurrere, ſed iam uereor, ne lætale malum ſit, retemptabo tamen, donec ille ſpei reliquiæ ſupererunt. & forſan heri ad ueſperam, uel repulſæ gratiam meruiſſem, niſi conſilium diremiſſet feſtinata nox, & domum maturius coẽgiſſet immedicabilis ægritudo, huius urrbis, quæ multis in rebus præclariſsima, unum hoc obſcurum habet, & obſcœnũ & inueteratũ malũ. Nocturnũ iter, hic non ſecus atq; inter denſiſsimas ſyluas, anceps ac periculis plenũ eſt, obſidentibus uias nobilibus adoleſcentulis armatis, quorũ licentiã nulla unquam, uel patrum diſciplina, uel magiſtratuum auctoritas, uel regum maieſtas atque imperium frenare quiuit. quid autem miri eſt, ſi quid per umbram noctis, nullo teſte petulantius audeant, cum luce media, inſpectãtibus regibus ac populo, infamis ille gladiatorius ludus in urbe Itala, celebretur, pluſquàm barbarica feritate? ubi more pecudum ſanguis humanus funditur, & ſæpe p'audentibus inſanorum cuneis, ſub oculis miſerorum parentum, infœlices filij iugulantur, iuguloq; gladium cunctantius excepiſſe, infamia ſumma eſt, quaſi pro Rep. aut pro æternæ uitæ præmijs certetur? illuc ego pridem ignarus omnium, ductus ſum ad locum Vrbi contiguum, quem Carbonariam uocant, non indigno uocabulo, ubi ſcilicet ad mortis incudem, cruentos fabros denigrat, tantorum ſcelera officina. aderat Regina & Andreas regulus, puer alti animi, ſi unquã dilatum diadema ſuſceperit, aderat omnis Neapolitana militia, qua nulla cõpertior, nulla decentior, uulgus certatim omne confluxerat. ego itaq; tanto concurſu, tantaq; clarorũ hominum intentione ſuſpenſus, ut grande aliquid uiſurus oculos intenderam, dum repente quaſi lætum quiddam accidiſſet, plauſus inenarrabilis ad cœlum tollitur. circunſpicio, & ecce formoſiſsimus adoleſcens, rigido mucrone transfoſſus, ante pedes meos corruit. obſtupui, & toto corpore cohorreſcens, equo calcaribus adacto, tetrum atq; tartareũ ſpectaculum effugi, comitum fraudem, ſpectatorum ſæuitiam, & luſorum infamiam identidẽ accuſans. hæc gemina peſtis Pater optime, quaſi per manus tradita, à maioribus ad poſteros, ſemper creſcendo peruenit, eoq; progreſſa eſt, ut iam dignitatis ac libertatis nomen habeat, licentia delinquendi. ſed de his hactenus. Nam & tragicum opus eſt, & multa ſuper his, inter obſtinatos ciues iam perdidi, minime uerò mirabere amicos tuos, tanto auaritiæ præmio propoſito, in ea urbe uinctos eſſe, in qua hominẽ innoxiũ occidere, ludus eſt, quã licet, unã ex omnib. Virgilius dulcẽ uocat, nõ inique tamẽ, ut nũc eſt biſtonia notaſſet infamia,

Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum

Ego quidem & de hac patria dictum illud accipiã, & niſi aliud audieris, ante triduum uel infectis rebus effugiſſe me credito, in Ciſalpinã primum Galliam, inde in Tranſalpinã, &

ad te, qui omne tempus, omne mihi præter æquoreum delectabile iter facis. Vale.

VII.

Fran. Petrarcha Ioanni Andreæ Bononienſi. S.

Somnijs quanta adhibenda ſit fides.

NOcturno te ſomnio permotum ſcribis, uſq; adeò, ut niſi quia quod ſomniaſti, ex illo
rum genere eſt, quæ amplius quam ſemel fieri nequeunt, & uigilantem te uidiſſe cre
diturus fueris, quod dormiens uideras, & ſecundo cernere, quod uigilans uidiſti, itaq; con
feſtim ſubſequens euentus (ut memoras) minime iterabilis rei, docuit ſomniũ fuiſſe quod
prius uideras, & an aliquid mihi tale contingerit in uita, quidue de tota hac re ſentiam,
quid docti homines cenſeant quæris? Magnus ſermonum campus, magna diſputandi ma
teria eſt, præſertim quia quæſtio hæc, non intra literatos tantum (ut pleræq;) ſed in uulgus
excutitur, & cuiq; per ſe grabatuli ſui argumenta ſuppeditant, ut in tanto diſceptantiũ ſtre
pitu, uerum inuenire difficile ſit. Neq; enim uulgus modò, ſed docti quoq; diſſentiunt,
quorum omnium ſententias noſti. niſi quia de induſtria me ad ſcribendum elicis. habes
Macrobij cõmentum in Reip. Librum ſextum. ubi de ſomnijs clara & breui diſtinctione
deſeruit, habes de his & horum adiacentijs Ariſtotelicum uolumen, habes demũ Cicero-
nianæ diuinationis libros, ibi quid alijs, quid ſibi uideatur inuenies, quid me iubes replica-
re notiſsima? Sanè poſt ueterum auctoritatem, opinionem meã audire uelle curioſum eſt,
quippè curioſa eſt omnis amicitia. ſi quid uerò momenti repoſitum apud te, in iuditio meo
eſt, & quid mihi etiam placeat, ad rem pertinere arbitraris, cum in multis, tum in hoc Cice
roni meo aſſentior, minimè quidem pertinaciter, ſed paratus cum eodem mutare ſenten-
tiam, ſi quid certius affulſerit, affirmandi ſuperbiam temeritatemq; declinans. id ipſe mihi
de Academiæ ſuæ fontibus conſilium præbet, hæc ſumma eſt, ſi quid de hac re uerbo ſius a-
gentem audire uolueris, eſt in manibus liber Memorandarum rerum, qui ſi unquam in pu
blicum exierit, prima operis pars, de his latius tecum aget. alienis autem exemplis, quæ ibi
multa collegi, duo hic mihiipſi (quoniam id poſtulas) per quietem uiſa ſubijciam, alterum
læti, alterum mœſti, ſed utrunq; certiſsimi euētus, utriuſq; teſtes uiuunt, qui ex me hæc in-
ter ſomnum, & ſomnij exitum audiêre, ſic enim & tibi ſatisfiet, & dulce mihi fiet amborum
recordari. Amicus mihi primus ſub annis fuerat, quo nihil carius ætas illa, uel à fortuna uel
à natura datũ habuit, hic repentè graui preſſus ægritudine, nec Medicis ſuæ, nec mihi meæ
uitæ ſpem reliquerat, quod unum ſupererat, genus ſolatij lugebam, & per diem ac noctem
lugenti, ſemper mihi ſupererant lachrymæ. nocte quadam uſq; ſub auroram peruigil, ſom
num triſtem fatigatis tandem oculis excepi, imago mox illius affuit, cuius ad conſpectum
horrendos edens gemitus, ſocios exciui, qui (ſicut poſt ex eis didici) ut dormientem me ui
derũt, & ſi graui aliquo ſomnio implicitum cogitarent, longas tamen uigilias miſerati, tur-
bidam me, quàm nullam quietem ſuſcipere maluerunt. Aeger autem amicus ad me acce-
dere, lachrymasq; meas leuiter abſtergere uidebatur, & orare, ut dolori quẽ ex falſa cauſa
ſuſcepiſſem, finem facerẽ, cunq; ego dictum refellere, & multa aduerſus fortunam meã di-
cere pararẽ, interrumpentẽ querelas meas, audire illum uidebar, & dicentem: Tace quic-
quid dicturus es ſcio. Sed en adeſt, qui colloquium hoc noſtrum dimittat, illi, oro, te ſalutis
meæ ſpem reſtitue, & ſic habeto, me nequaquam ex hoc morbo periturum eſſe niſi deſe-
ror hæc, inter impulſum cubiculi hoſtium ſtrepuit, quo ſonitu & imago pariter & ſomnus
euanuit, reſpicio, & iam albeſcente aurora, unus ex Medicis amicior ambobus, qui de illo
deſperans omne ſtudium ad me ſolandum ſanandumq; conuerterat, ante lectulum meum
ſtabat, aggredior chariſsimum, & indulgentiſsimũ mihi uirum, multis obſecrationibus ut
ad amicum meũ pergeret, neue aliquid deſperaret in homine, præſertim tàm iuuene, dum
ullæ ſpiritus reliquiæ ſupereſſent. ille aũt ſubtriſtis, inanẽ & importunã ſollicitudinẽ admi
rari, curãdi nõ ſuſcitandi ſcientiã ſe profeſſum dicere, hoc eſt Medicũ eſſe non Deũ. ego cõ
tra nocturnis adhuc lachrymis madẽs, quid corpore ſobrio, licet, curis ebrius, uidiſſem ex-
poſui, affuſus opẽ rebus afflictis petij. quid multa? Luctantẽ impuli, iuit, & mox reuer[illegible]

neſcio quid ſpei melioris attulit, inde certatim, qui deſeruerant omnes rediêre, ſic amicus meus, ex ipſa mihi morte reſtituitur, & quanquã dulcedine captus, in rebus proprijs ſim longior, tamen quod ſequitur non ſilebo. Iacobus de Columna, hic Iunior, non noſtra tantum ætate uir clariſſimus, ſed ingenio præditus fuit, facile quibuſuis ſæculis in altũ euaſurus. huic ego, dum uixit ſatis familiariter charus fui (uerum hanc unam aſperioris fortunæ leuitatem experior, perrarò ſupremis me doloribus meis, intereſſe ſuſtinuit, de longinquo nocuit, & uulneraſſe aures cõtenta pepercit oculis) multa de illo uiro dici poſſent, quæ prætereo, quoniam & à propoſito longè ſunt, & de moribus quidem eius, nil tu nouum audire potes, qui è cunctis epiſcopis, hunc unum tibi colendum uenerandumq; delegeras florenti ætate generoſiſsimi adoleſcentis eximiã indolem, ingeniorum ſolertiſsimus agricola, de flore fructũ cogitans fouiſti, uirtutem mox uirilis animi, optimè cognitã amaſti, tãdem debitos honores, dignitati ac ſacerdotio detuliſti: poſtremò de procurſu tantarum rerum, & è medijs uitæ laboribus, quãuis ad meliora translatum, tamen humanitatis affectu pijs lachrymis proſecutus es dignitate patrẽ, ætate filium, familiaritate germanum. Sed ad rem redeo. Peroſus ille igitur uitæ mortalis ſtrepitum, uerendũ genitorem, fratres ac patriam fugerat, ſeq; præſul egregius, ſedem ſuam repetens, in Vaſconiæ receſsibus abdiderat, illic cum reliquas, ubiq; magnificè, tũ partẽ uitæ extremã, uelut inſtãtis præſagus termini, prorſus epiſcopaliter ac deuotiſsimè tranſegit. ego autem nõ paruo terrarum ſpatio diſtractus, in Ciſalpina Gallia, & hoc ipſo in hortulo, unde tibi hæc ſcribo, dulci tũc ocio fruebar, pertulerat ad me fama quoſdam ægritudinis ſuæ rumuſculos, ſed ita ut inter ſpem & metum fluctuans, certiores aſsiduè nuncios expectarem. horreſco nunc etiam memorans, locus ipſe ſub oculis eſt enim, ubi cum nocte, per quietẽ uidi. Incomitatus erat, & hũc ipſum horti riuulum tranſibat, obuiam ferebar admirans, & de multis interrogans. unde? quo pergeret? quid tàm properè? quid tàm ſolus incederet? ille nihil ad reliqua, ſed ut erat in ſermone iucundiſsimus ſubridens? meminiſti, aiebat, olim dum trans Garũnam mecum degeres, ut moleſtæ tibi Pyreneæ tempeſtates erant, illis ego nunc fatigatus, & irrediturus abiẽs Romam peto. hæc dicens, iam loci extremũ feſtinabundus attigerat, contra ego ut ducerer inſtabã. ille me ſemel & iterum manu oppoſita ſuauiter repulſo, tãdem alio & oris habitu & uocis ſono, deſine, ait, nolo te nunc comitem. figo oculos, atq; exangui pallore mortuum agnoſco, & metu mœſtitiaq; tactus, exclamo. ita ut eo ipſo momento temporis experrectus, accentus ultimi mei clamoris audierim. Diem ſigno, rem omnem, & præſentibus amicis narro, & abſentibus ſcribo, poſt uiceſimum quintum diem, nuncius ad me mortis allatus eſt, collatis temporibus eo ipſo die, quo uita deceſſerat, ſic mihi illum aperuiſſe cõperio. reliquiæ eius (quod nec ſciebam, nec ſuſpicabar quidem) Romam anno demum tertio reportatæ ſunt. ſpiritus enim, ut ſpero & cupio, cœlo reditus triũphat. ſed iã ſatis ſomniatum eſt. Expergiſcamur hoc addito, neq; quia mihi anxio uel dominũ uel amicũ ſomnus obrulit, neq; q̃a hic obijt, ille reuixit, cæterũ in utroq;, uel ꝙ optabã, uel ꝙ horrebã cernere uiſus ſum, & cum uiſis meis fortuna coincidit, idcirco ſomnijs fidẽ habeo, nõ magis q̃ Cicero ipſe, propter unius ſui ſomnij fortuitã ueritatẽ, multorũ ambagib. implicatur. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Andreæ Bononienſi. S. VIII.

Quid de adoleſcente amore noxio capto, ſentiat.

DE adoleſcente tuo, quid mihi uideatur, & quid ſperẽ? amore noxio, & (quod peius eſt) turpi atq; omnino malis retibus captus eſt, iubiraſci interdum poteſt, uno uerò ſæpè cogitur. hæc natura amoris, hæc amantium uita eſt, iraſcunt, & litigãt, & frequẽs bellum, crebra pace cõcludit, & uix momẽto tẽporis, unus propoſiti tenor manet. nulla quidẽ ex omnib. uitæ difficultatib. incõſtãtia & fluctuatione uehemẽtior eſt, itaq; rariſsimè lætos, ſæpe mœſtos, ſemper uarios, uniformes nũquã uideas, illũ tum modo delirijs acriter in ſenſum ſcribis, credo, quin aliter eſſe non poſſe certè ſcio. quis enim tã obſtinatè miſer eſt, ut nõ interdũ oculos aperiat, miſeriasq; ſuas dum uidet oderit. ſed tecũ in eò q̃d ſequit nõ ſentio. Tu enim ſpẽ optimã hinc elicis, poſſe eũ à uinculis reſilire, ego ut eſt ætas hominis

atq;

atq; animus,niſi præſentiſsimo Dei auxilio, intricatũ iri magis magiſq; illum reor. Illa que ata uolucris mos eſt,ut exagitando ſeſe artius implicet,melius ſperarẽ, ſi non odio amo- rem ac litigio,ſed obliuione ac ſilentio finiret. illud ſanæ mentis,hoc læſi amoris indiciũ eſt. timeo illud Terentij in Andria:

Amantium iræ amoris integratio eſt.

Timeo illud Senecæ ad Lucilium: Nihil facilius recrudeſcit quàm amor. timeo Vergilia- num illud:

Improbe amor quid non mortalia pectora cogis.

Timeo quicquid quarto die Cicero de hac re in Tuſculano ſuo diſputat. ad poſtremum et meo cunctorum hac in parte concordiũ Philoſophorũ Poëtarumq; ſententias. uerum ſu per omnia lenonum ac meretricũ nefarias artes,& inenodabiles laqueos paueſco, horreo Sirenũ blanditias,& uiſcũ tenaciſsimæ uolũtatis,importuoſam hanc ipſam horreo, quàm is nunc nauigat Charybdim,multorum naufragijs infamem,deniq; nihil eſt, quod rebus ſic euntibus non timeam. nam quod ille, nunc uel atrociter minatur, uel iratus ſecum cogitat:

Ego' ne illam, quæ illum, quæ me, quæ non?

Et quæ ſequuntur in hanc ſententiam ſimilia. hæc omnia, una mehercle falſa lachrymula, ut Terentius idem ait, quàm oculos terendo miſeræ uix ui expreſſerit, reſtinguet, & ſe ul trò accuſabit,& dabit ei ultrò ſuppliciũ,magno licet clamore deſæuiat, ſeq; tumultuosè in libertatem aſſerat. Ego ſi iudex ſim, ſecundũ murmur aniculæ in ſeruitutem aſſerentis, uin ditias dabo. cur quæris? quia noui quã ſit illud murmur, hoc clamore potentius, quantũ ue artes artibus antecellãt, nulla rerum paritas, nulla proportio eſt, inde ferrum hinc lutum, in de ignis hinc ſtipula, Inde fingendi celeritas, hinc facilitas credendi, inde unci innumerabi- les, hinc totidem anſæ ſunt. noſti omnia, & quanquam ab his te curis ætas abſtraxerit, niſi tibi tamen ignotũ loquor. Parum'ne his fidere Plautina tibi uidetur anus in Aſinaria? quæ tumidum & minacem adoleſcentem ſic alloquitur:

Fixus eſt hic apud nos animus tuus clauo Cupidinis.
Remigio uelo'q; quantum poteris feſtina & fuge.
Quàm magis te in altum capeſsis, tùm æſtus te in portum referet.

Secura erat ualde mulier uenefica, quæ talibus adoleſcentium ſucceſsibus, plenam uitam experiendo didicerat. ad hæc ego tibi, nunc nihil adiecerim, niſi hoc unum ut cogites, lapſu temporis ruere quidem urbes, regna transferri, uariari habitus, innouari leges, quæ uerò naturaliter ſunt, non mutari. & animos hominum, & animorũ morbos prop. omnes eoſ- dem eſſe, qui fuerunt dum Plautus iſta fingebat. Quod ab hoc ſanè crebro iactari ſolitum ais, arſiſſe ſe quidem, ſed amplius nõ ardere, ſi id paſsim prædicat, ſignũ in hoc morbo mor- tiferum eſt. ſcitus eſt Naſonis uerſiculus:

Qui nimium multis, non amo dicit, amat.

Non uerbis ſed operibus, credo, hisq; non ſtatim, ſed ſi pertinaciter inſtiterit contraria ui- ta, maculas uitæ ſuperioris eluere. uetuſtam ægritudinem repens medicina non adiuuat, quod longo uſu didicimus, longa deſuetudine dediſcendum eſt. habes de adoleſcente tuo præſagium meum, quod utinam falſum fuiſſe res doceat, & certè potẽs eſt excelſi dextra, mutatione illa Dauidica: dicto citiùs ab uno miſeriarũ fundo miſericorditer attollere, ſed id rariſsimum & paucißimorum hominum ſcito eſſe. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Andreæ Bononienſi, S. IX.

Quid de libidinoſo ſene ſentiat.

DIſsimilem primæ, ſed iuſtiorem Satyræ materiam afferes, Iuxurioſum ac laſciuum ſe- nem (ut enim declamator ille ait) adoleſcens luxurioſus peccat, ſenex luxurioſus in- ſanit. ac profectò ſic eſt (ut ait Plautus) deliramus interdũ ſenes, immò uerò non interdum ſed ſæpiſsimè, hoc illa iam tunc ætate cœptũ erat, nũc aũt reptamus infantes, ludimus pue- ri, adoleſcentes inſanimus, conflictamur uiri, deliramus ſenes. ita nullã uitæ partem perdi- mus, ſed omne æuũ, uarijs quidẽ errorũ gradibus, immò ſtultitiæ tenore traducimus. neſcio quid dicã, niſi tantis in tenebris, aliquid ætheræ lucis affulſerit, parũ abſum, ab antiquo ſẽ

ſenten-

ſententia, ut non naſci optimum fuerit, proximũ quàmprimum mori, omniũ tamẽ huiuſcemodi ſenũ, excuſatio una eſt. Imbecillitas ætatis, ſolatio egentis, & iam uſu publico ꝑmiſſa licentia. ſic in Aſinaria petulantiſsimum ſenem ſuum, idem Plautus excuſat his uerbis:

Hic ſenex, ſi quid clàm uxore ſuo animo fecit volup'
neq; nouum, neque mirum fecit, nec ſecus, quàm alij ſolent:
Nec quiſqua'ſt tàm ingenio duro, nec tàm firmo pectore,
quin ubi quicquam occaſionis ſit, ſibi faciat benè.

Hæc ille dixit, hæc omnes dicimus, ſiue adoleſcentes, quibus luxuriari gloria eſt, ſiue uiri, quibus conſuetudo eſt, ſiue ſenes, quibus iam ueniale peccatum eſt, quem tu inuenies ſenem, qui ſi qua facultas affuerit, teſte ſubmoto, non ſtatim oblitus uirium, iuueniliter ruat in Venerem: ipſe ſibi blandiens, quaſi quicquid delectat aut mulcet, & proſit & deceat, & quaſi ſenectutis unicum ſolamen ſit luxuria, quæ potius ſenectutis obprobrium ac ruina eſt. Tu uerò ſenem noſtrum ora, ut inducat in animum attendere, quid agat, quo progrediatur, quanq; aduerſo tempore, quàm indecora, quanq; ambigua & intempeſtiua Venus ſua ſit. pudor forſan ac metus efficient, quod ratio iam pridem ac ſatietas debuiſſent. ſin pergit, unũ hoc illi meis uerbis dicito, breui uel inuitus deſinet. ſiquidem iuuenilis luxuria, ſenectuti proxima, ſenilis autem ſepulchro contigua eſt. Vale.

Fran. Petrarcha Barbato Sulmonenſi, S. X.

Quod in hoſtium inſidias deuenerit.

VT more noſtro, fortunas laboreſq; meos tecũ partiar eſt animus. ad Parmã bellum conſtitit, ut noſti, circumſiſtimur, & magnis non Liguriæ tantũ, ſed propè totius Italiæ motibus, intra unius urbis ambitũ, coartamur, nõ quod animus noſtris, ad pugnã deſit, (q; ſæpius animoſa eruptione teſtati ſunt) ſed ea hoſtis aſtutia eſt, ut nec pacis nec prælij uiã pandat, durãdo uincere & debilitare animos, lentæ obſidionis tædio cõndit, itaq; iam ſæpè uariante fortuna, idẽ ipſe qui obſidebat obſceſſus eſt, nec dum certus eſt exitus. cæterũ ſummis utrinq; uiribus res agitur, & (niſi fallor augurio) ſummus fatorum dies accelerat. nutat animus, ac neutrã in partem totus inclinat, ex quo declinare ſtudẽs, & inanẽ ſpẽ & ſuperuacuum pauorem. In hoc ſtatu non iam paucorũ nos dierum, ſed multorũ menſiũ premit obſidio, inter calamitates bellicas haud ultima, his ita ſe habentibus ſubijt, nuper deſiderium libertatis, quã omnib. uotis expoſcere, omni ſtudio amplecti, poſtremũ quã terra mariq; fugientẽ ſequi ſoleo. ſubierat iam ante cupiditas trãſalpini Heliconis, quoniã Italus Helicon bellis ardebat, ita ergo hinc odio, hinc deſiderio agebar, ſed qd agerẽ? Quæ ea ducit ad occaſum uia, prorſus inacceſsibilis facta erat. uertor ad Orientẽ, & ſi enim omnia hoſtiũ plena eſſent, tutior tamẽ breuis tranſitus, quã ille ingens per Hetruriam circuitus uiſus eſt. Quid multa? Inter hoſtium ſtationes, cum paucis egreſſus *VII.* Cal. Martias abeunte ſole, carpo iter, cum propè Rhegium inimicã urbẽ, ſub nocte media perueniſſem, repentè latronum manus ex inſidijs erumpit, magno mortẽ clamore denunciãs, nõ erat cõſilij facultas, tẽpus, locus & circũfuſus hoſtis ſuſpectiſsima omnia faciebat, pauci inermes, impuidi, qd aduerſus plures armatos, ad ſcelus inſtructos facerẽt? una in fuga atq; in tenebris ſpes erat.

Diffugiunt comites, & noctis teguntur opaca.

ego, etiã fateor, meipſum morti & circunſonantib. telis eripui, dũq; iam omne diſcrimẽ euaſiſſe crederẽ, quid oro te, uſquã tutũ homini eſt? ſeu foſſæ, ſeu trunci, forte ſeu ſaxi obice, nihil enim prorſus cernere ſinebat, illius nubiloſæ cæcæq; noctis obſcuritas, equus ipſe fidiſſimus uector meus cernuus ad terram ruit, tãto impetu, ut confractus ac penè examinatus ſim, colligo tamẽ in extremis animũ, & aſſurgo, quiq; multis iam diebus interiectis, ad os manũ referre nondũ ualeo, tũc ſubleuãte metu in equũ reſilui. E ſocijs pars domum redijt, pars uago errore circũacta, in cœptũ nõ deſeruit, duo uiarũ duces, cœli ac terrarũ inditijs amicis, feſsi ac trepidi inter auia ſubſiſtere coẽgerunt. Vnde ne quid terrificum deeſſet, inimicorum uigilum uoces, uicinis neſcio quibus, ex mœnibus audiebantur. ad hæc & ſeua grãdine mixtus imber acceſſerat, & inter crebra tonitrua, famcſioris aſsiduus timor mortis.

Longa

Longa erit hiſtoria,ſi eam per ſingula,illi ergo uerè tartaream noctem ſub diuo atq; humi iacentes egimus,cum interea magis magisq; læſi brachij tumor ac dolor ingraueſceret. nō herboſus ceſpes ad ſomnum,non frondoſæ ramus arboris,aut cauæ rupis fornix,ſed nuda tellus, aër turbidus & iratus Iupiter,hominum ſimul ac ferarum metus.atq; inter tot aſpe ra corpus inualidum,unum quod miraberis forſan,& mis͡ereberis ſolatij genus,in tātis dif ficultatibus fuit,equis medio calle tranſuerſis,pro tentorio uſi ſumus,& illorum terga pro cellis obiecimus,qui paulo ante fremētes,ac rapidi mox taciti,& immobiles,non ſine quo dam quaſi miſeriæ ſuæ ſenſu, geminū nocte illa nobis obſequiū præbuerunt,ſic ad aurorā laborando,ac trepidādo peruenimus.ubi primū ſemitā inter ueptes uicinæ lucis,dubius ful gor oſtendit, præproperè ſuſpecta loca reliquimus,& amici oppidi,Scandianum uocant, mœnibus excepti,didicimus nocte tota,magnam equitū ac peditum cateruam,circa mu ros ut nos exciperent in inſidijs latuiſſe,pauloq; antè noſtrum aduentū pulſam tempeſta tibus abijſſe. i nunc & negare aude, magnum aliquid eſſe fortunam, quæ & conſilia in pernitiem,& errores in ſalutem uertere potens eſt.Ludo tecū Barbate chariſsime, de for tuna enim iuditium meum tenes,formidabile nomen eſt. utcunq; ſe res habeat, profuit error uiæ,profuit procella,peiora malis euaſimus. illic ergo,cum iam illuxiſſet cælatū ca ſum meū,non ſine multis comitū lachrymis aperio,& quoniā,ne ibi quidē tuta uidebatur mora,alligatus pro tēpore mōtano calle, Mutinā inde.luce proxima Bononiā ueni,hinc ti bi præter ſolitū,alienis digitis iſta præſcribo,ne aut meo aut terū ſtatui fides deſit. Circa cu ram corporis fit, quantum humano ingenio fieri poteſt,ſpes eſt potius certa quàm uelox, æſtatis opem medici,ego Dei omnipotentis auxilium expecto, interim torpens mihi dex tra non obſequitur,animus fit promptior in aduerſis. Vale.

Fran. Petrarcha Andreæ Mantuano, S. XI.

Obtrectatorum uerba contemnenda eſſe.

VIx unquam aliter iuſtior mihi quærelarum cauſa, uix uberior defenſionis materia, oblata eſt,in triuijs laceror, quid agā, auctor tangit iniuriæ. fama mea ab infamibus carpitur,contemnendus obtrectator. cæterum eò moleſtior, quò uilior, diſsimulare diffi cilè,ſed decorū ſilentiū,iuſtæ querimoniæ præferendū, linguas acuat uerba,non metuo,ſi ſcripto egerint,ſentient & me calamum habere. Viuus ego uiuorum ſubruam calūnias,at ſiquid fortè poſt buſtum minitantur. audio enim eos aſsiduè parturire,neſcio quidē, an ri diculum murē,an elephantē Indicū parituros,quod ipſum ſi conſulto inquam, in id tēpus trahunt,quo amplius hic non ero,timidè agunt minimeq; inſidias ſtruunt. quorū conſilijs, quid aliud dicam niſi Planci illud,in Aſinium Polliōnē,cuius in principio naturalis hiſto riæ Plinius ſecundus meminit.Cum mortuis laruas ſolere luctari. proinde ſi quid habent, proferant in medium,dum adeſt qui reſpondeat. Videbis conuitijs attritum nomē ſplen deſcere, clariorem facit Aeſchines Demoſthenem,Catonem Galba,Saluſtius Ciceronē, Aemilianus Apuleium,alioquin inglorium belli genus eligunt in abſentem loqui,& mu tis decertare cineribus,quamuis (ut eſt ætas) impudenter idipſum ſperent. Vale.

Fran. Petrarcha Andreæ Mantuano, S. XII.

De eadem materia,de qua in ſuperiori epiſtola.

THeon ille,ſiue mauis Bion,iurgium quærit,agnoſco ſibilum,aſpis in proximo eſt,in digner an mirer,ſi mihi nō parcat,qui nec ipſe pepercerit Homero? puto extimet, ut quæ ſibi eadē mihi uoluptas ſit,longè uero fallitur,nihil mihi gratius ſilentio, pòſt illud nil colloquio dulcius amici.ſin pergit effugiā,ſi ne id dabitur,quid ſim acturus interrogas? ſile bo.Si ne id quidem,loquar. quantum ſanè, nihil breuius. Et quid dicam? Comminabor in primis id conuitij genus,quod nunquam audierit turbabitur,congelaſcet,& forſan (ut fit) multa ſibi conſcius tacebit, atq; hic iurgio finis erit.Siquidem nil magis maledici lin guam frenat, quàm mordatioris alterius linguæ metus. ſic ne hic tamen deſinet. culicem hunc quibus armis excutiam? Vlciſcar aniliter, & quod anus anui dixiſſe traditur dicam ſibi.

tibi, o uir maximè omniumq́ modeſtiſsime, o decus ac ſpes patriæ. Certè nunquam tale aliquid audiuiſti, quid nunc ais? An non ſatis promiſſum impleſſe uiſus ero, aut ego fallor, aut & ſi calloſas conuitijs aures habet, hoc unum hactenus non audiuit, non ex ore amantis, non arriſoris, non deriſoris, non adulatoris quantumlibet impudentis, ſic ut reor inſuetum ſtilum, ille mirabitur, tu ridebis, ego interim euaſero. Vale.

Fran. Petrarcha Socrati ſuo, S. XIII.

Moram ſemper aliquid periculi habere.

OBſecro, obteſtorq́ te, meq́ ipſum ſimul obſecro, ſi quis apud utrumq́ noſtrum precibus meis eſt locus, ut ſi tu nondum pectoris tui curas cōpoſuiſti, ego enim inquietudinis meæ mihi ſum conſcius, propellamus iam tandem cuncta, quibus angimur, & adhuc fluctuantem animorū noſtrorum ſtatum, aliquando cōpeſcamus, nec nos pigeat, quod multum diſtulimus uel ſerò aggredi. neq́ enim uiatori, quanquam uel ſomno grauis, uel uino obrutus, uel tædio fatigatus, tardè ſurrexerit ſuadebis, ut uiſo ſole in cubiculum reuertatur, ſomnum tractaturus ad ueſperam. multò ſatiùs eſſe monſtrabis, accelerare greſſum, ingeminare, & in id niti, ut quod ſopor eripuit reddat induſtria. & nos (ſi recolis uiatores ſumus, & immenſum nobis ſupereſt iter, & hora iam tarda eſt, noſtrū enim mane dormiuimus, quo uigilantius exurgendum eſt. ne cunctantes fortè nos opprimat, plura res exigit, tempus autem pauciora & certè intelligenti uolentiq́ ſatis eſt dictum. Vale.

Fran. Petrarcha Socrati ſuo, S. XIIII.

Seruorum malignitatem deteſtatur.

NVper dum fugiēdi faſtidij & relaxādi animi gratia, lepidiſsimas fabellas, apud Plautum legerem, curiſq́ mordacibus tantillū temporis uetuſtiſsimi uatis auxilio cor furarer, mirū dictù quot ibi elegantes nugas inuenerim, quas ſeruiles fallacias, quas aniles ineptias, quas meretricū blanditias, quā lenonis auaritiā, paraſiti uoraginē, quā ſenū ſollicitudinem, quos adoleſcentium mores, iam minus Terentium noſtrum miror, qui ad illā elegantiam tali uſus eſt duce. ſed de cæteris ſuo tēpore, nam & copioſa & ocio affluentibus, ſi unquam id nobis fortè contigerit, peramœna rei eſt. Nunc unum quod hodierno die, tempeſtiuè admodum ſe obtulit interſeram. eſt illius Comœdia, cui nomē eſt Caſsina: ibi uir & uxor de nuptijs ancillulæ diſcordant, bellum domeſticum, & pluſquàm ciuile dixeris, ita intra cōiunctiſsimos, diſiuncta ſunt omnia, prorſus nihil conuenit paterfamilias proprijs, mater filij ſtudet amoribus, ſerui duo competitores, pertinaciſsimi, certatim ad puellæ connubium aſpirant, hic à patre ſubornatus, hic à matre Herilis ergo cōcupiſcentiæ miniſter, ut incœpto abſiſteret, precanti dominæ inexorabilem ſe præbens, à domino qui fortè ſuprema uerba contentionis acceperat, interrogatur.

quoi cum litigas Olympio

Cum eadem qua tu ſemper S. cum uxore ne hem mea?

Reſpondet ſenex, quaſi circūlocutione rem intelligens, enimuerò ad hæc ſeruus, neq́ ſeruiliter neq; illepidè reſpondet, quod dum hodie legerē, mihi quodammodo dictū credidi.

Quam tu mihi uxorem? quaſi uenator tu quidem es

Dies atq; noctes cum cane ætatem exigis.

Hæc ille ſeruus. mihi uerò quid conuenientius dici poteſt? uxorem nempè uita noſtra non recipit, multis licet obiecta tempeſtatibus, ſed ab hac Charybdi libera & immunis, uerum aliud moleſtiæ genus eſt, cui, & illius ſeruuli uerba cōueniūt. & rem quidē olim experiebar, uerba non aderant, ſciebam me cum canibus uiuere, uenatorē eſſe, niſi admonitus neſciebam. Seruos uocant, canes ſunt mordaces, guloſi, latratores, cuncta præter ultimum ferre poſſum, latratus enim tranquillitati, quam quærimus, nimis aduerſus eſt, ſed ex omni canum grege, duo mihi prorſus importabiles ſunt, cæteros adhuc ferre propoſitum eſt. Horū alter eſt, quem ad te multis cū literis amicorum hodie mittebā, unde hāc tibi ſuperaddere epiſtolam, Plautus obtulit. hunc tu ergo uel tibi habeto, ſi uenator fieri cupis, uel in nemus uel in macellū mitto, modò ne unq́ ad me redeat. altera eſt rabidus ſenex ille, quē

noſti

noſti optime, illum depellere pudor prohibet, neq; tàm eius, quã ætatis ſuæ ac longæuæ familiaritatis intuitus. itaq; quando me mihi uenatorem Plautinus ſeruus oſtendit, faciam quod ingenui uenatores ſolẽt, domi inueteratum canem, quamuis ſenio & ſcabie inutilẽ, latratuq; moleſtiſsimum non expellã. cæterũ quẽ fugare nõ licet, fugiem, dimiſſaq; ſibi domo uacua, in alias oras ibo, de quo, quia nondũ fixa mihi ſententia eſt, ſecretiore epiſtola propoſitum meum leges, ſumma eſt, ad fontẽ Sorgiæ, ut nunc eſt animus, piſcator eſſe potero, certè uenator amplius non ero, neq; cum his ſaltem canibus ætatem agam. Vale.

Fran. Petrarcha Socrati ſuo, S. XV.

Beatam uitam inquirendam eſſe.

IN campum Martium, omnes qui naſcimur uocati ſumus, quidã tamen non, niſi ad ſtrepitum numerumq; complendum, quidam uerò, ut honores & laborum præmia percipiant, quorum ex agmine ut ſimus, optandum enitendumq; nobis eſt. de euentu uiderit ille, cuius in manu nos & noſtra conſiſtimus. uelle quidẽ noſtri erit arbitrij, itaq; firmare propoſitum, & candidatos adeſſe, conueniet, ac ſupremi imperatoris, & amicorum eius implorare ſuffragia. non enim de cõſulatu aut Prætura, ſed ut Plautinus adoleſcens ait) de capite noſtro ſunt comitia. Vale.

Fran. Petrarcha Guidoni Ianuenſi, XVI.

Quod tardiuſcule ad eum ſcripſerit ſe excuſant.

EPiſtolam ſub tuo nomine deſcriptã perdidi, hoc mihi & nuncij longior expectatio, & ſociorum præceps fauor attulit, qui dum aſsiduo nouarum rerum deſiderio, & (ut Solini uerbo utar) impatientiùs potius, quàm ſtudioſus, per Bibliothecam meam more ſolito uagantes, in illam incidiſſent, legerunt & tulerunt, ignorante me ueriti (ut aſſerũt) ne ſicut amicis indignantibus, & incurioſitatem meam damnantibus, mihi plerunq; cõtigerat, illius etiam periret exemplum. Ego re cognita, ut mihi redderetur inſtabam, illi autem feſtinabant. quid te moror? Verum eſt quod ait quidam:

Male cuncta miniſtrat impetus:

Dum enim omnes habere cupiunt, nullus habuit, dumq; omnium conſenſu, uni ſcribenda traditur, ille eam omnium cum dolore, uel amiſit, uel amiſiſſe ſimulauit, qualiter neſcio, niſi quod ad oculos meos ultrà non redijt. unũ fatebor, nec erubeſcam teſtimonium tuum, nunquam credidiſſem, quod res ulla tàm parua tàm magnæ mihi foret perturbationis cauſa, raro unquam alias fragilitatẽ meam, ſic euidenter agnoui. Torquebar enim, & per multos dies noctesq; perditam quærebam, ſimul & quærebar, & nunc temerariam ſociorum fiduciam, nunc leuitatem meam increpabam. illis exprobrans, quod plus æquo ſtilũ hunc, mirantes, importunè agerent, mihi quod immaturam gloriam, è primitijs ſtudiorum quærens, amicis fierem fortaſsis aſperior. quantalibet ſanè plaga, animi tempore mitigatur. Iam dolere deſij, doloremq; pudor expulit, pudet tàm grauiter doluiſſe. nunc quoniam illius nullæ mihi reliquiæ ſuperſunt, præter amantem memoriam (ut ait Auguſtinus perierit quidem illa, ſed calamo ſuperſtite, interim ergo, dum reuertor ad ſolitum ſcribẽdi morem, intermiſsionis cauſam tibi eſſe uolui, ne inſueto ſilentio moueremis.

Fran. Petrarcha Guidoni Ianuenſi, XVII.

Dolet de amiſſa Epiſtola,

NOn ſum neſcius mirari te, quid ita debiliter fortunã unius epiſtolæ ferre uiſus ſim, neq; enim magnæ indolis argumẽtum eſt, ex litteris gloriam ſperare, ex factis, non ex dictis oriri ueram gloriam, ueræ Philoſophiæ non dubitant ſpectatores. illã, inquam, gloriam, non quàm prædicat uulgus, à quo laudari magnis animis penè faſtidioſum eſt, ſed quæ ex ſobria ac iucunda recordatione bonorũ operum, in pectore uirorum excellentium uiget, atq; aliter, cuius ſine theatrico ſtrepitu, ſine fauore, uulgari fides, & conſcientia teſtes ſunt. hæc eſt equidem illa uerax gloria, quæ in ſolo ſtabili, actis altè radicibus, caſum neſcit. Illa uerò in hominum fundata ſermunculis. Primum diuturna non eſt, & perfacile protentur,

proteritur, & quibus attollitur flatibus, eiſdem ſemper agitatur ut corruat. deinde ſi eſſe
poſſet æterna, uulgaribus tamen, ac minimè generoſis artib. quæſita, nunquam ingenuos
animos delectaret, ſeruilis opere uilis merces, idq́ ego mecū cogitans, fateor, & mirabar,
et mihi nō mediocriter indignabar. ex diuerſo aūt, dū reminiſcebar, quo mihi dulcis epiſto
læ illius lectio fuerat flectebar, ut omni culpa deſideriū eius abſoluerem. nec ſatis ſcio, ue-
rò ne 'an falsò, ſed perſuadebam mihi, multis rationibus, nullius me uentoſæ laudis ambitu
perditam deflere, ſed quod eam mihi utilem ſenſeram, tantamq́ue fiduciam dabat, nō ars,
nō ingenium, ſed uetus ille magiſter artis, ingenijq́ largitor, ut auderem ſperare, literas il-
las, tanti peccatoris digito contextas, legentibus nedum placituras, in quo nudum nomē
uertitur, ſed fortè etiam profuturas. Multa ibi contra hominū, & præſertim meijpſius mol-
liciem, inuectus fueram, multisq́; ad uirtutem exhortationibus, nec paucis indignationi-
bus, in ſæculum noſtrum, & uitia, toto nunc orbe regnantia, uelut alternis ſtimulis, utrun
que illi latus armaueram. adeò ut ad eam rediens, uix ingenij mei opus crederem, & plus
ei quàm ſcriptis meis ſoleo, uenerationis impenderem. De Phydia & Apelle nuſquam
lectum eſt, fuiſſe formoſos, operum tamē illuſtrium alterius reliquiæ ſtant, alterius ad nos
fama peruenit, itaq́ tot interlabentibus ſæculis, utriuſq́ artificis præclariſsimum uiuit in-
genium, uariè licet pro uarietate materiæ. uiuacior enim ſculptoris quàm pictoris eſt ope-
ra, hinc eſt, ut in libris Apellem, Phydiam in marmore uideamus, idem de Parrhaſio, et Po
lycleto, & de Zeuxi & Praxitele cenſuerim, cæterisq́, quorum corporeæ formæ, nulla mē
tio eſt, operum decor eximius, & fama pcelebris. Atq́, ut à ueteribus, ad noua, ab externis
ad noſtra tranſgrediar, duos ego noui pictores egregios, nec formoſos, Iottum Florenti
nū ciuē, cuius inter modernos fama ingens eſt, & Simonē Senenſem, noui ſculptores ali-
quot, ſed minoris famæ, eo enim in genere, impar prſus eſt noſtra ætas, cæterū & hoc uidi,
& de quibus fortaſsè, alius plura dicendi locus dabit, opera ſingulorum, ab auctorib. ſuis
multum differentia, longæq́ diſtantiæ, ſiquis ab eis cauſam quæreret, reſponderent puto,
non ut olim Mallius pictor, qui ab amicis interrogatus ſuper cœnam, Cur tàm deformes
filios genuiſſet, cum tàm pulchras figuras pingeret. quia in luce, inquit, pingo, In tenebris
fingo. faceta reſponſio illius, horum uerior, ſi dicerent, & formam corporis, & ingenium
quæ forma eſt animæ, unde opera hæc, quæ laudamus ac miramur, uelut unà è fonte pro-
cedunt, munera Dei omnipotentis eſſe, non hominum, & ſumenda eſſe, nō tantū æquo,
ſed & grato animo, ſeu largius prouenerint, ſeu partius, cum gratuita ſint, & humanū meri
tum ſemper excedant. nec ab homine quæri rationem oportere, cur plus minusúe aliquid
ab illo fiat, cuius uoluntas ipſa eſt ratio, ſumma & inacceſsibilis, & ad quam, fruſtrà per ſe-
ipſum nititur humanus labor, quia quantò accedet homo ad cor altum, tantò exaltabitur
Deus, & mortales intuitus, conſilij ſui profunditate, fruſtrabitur. In hanc ego narrationē,
cum præterire poſſem, ſponte incidi, quæ eò ſpectat ne mireris, ſi mihi quoque contigerat,
ut pulchram ſcriberem epiſtolam, turpis ego, & ſi in ea (ut Gregorij uerbo utar) pulchrum
depinxi hominem. pictor fœdus, proinde ſpecies ea, qua ſorores ſuas illa uincebat, & ſibi
pereundi, & mihi dolendi fuit occaſio, ut intelligerem, non ſolum in corporibus, ſed etiam
in ſcripturis excellentem formam, interdum nocere, & mediocritatem in rebus omnibus
expetendam. ſic epiſtolæ meæ, quam ipſe mihi non adoptaueram ſed genueram, pereunt,
& tunc exequiarum quaſi quoddam genus lamenta perſolui, & tunc memorans, anni-
uerſarium diem ago, dolens de medio tàm citò ſubtractam, &, ut dixerim, in ipſis cunabu-
lis extinctam, eoq́ minus huius rei conſolabilior eſt querela, quo minor eſt ſpes, de illius
oſſibus, quaſi de phoenicis cineribus alteram ſuſcitandi. nullæ eius apud me reliquiæ re-
manſerunt, præter morem enim meum, totam chartæ credideram, memoriæ nihil. Idcircò
nec eam in memoria requirens inuenio, nec ullum ueſtigium abeuntis agnoſco. tantum il
lud teneo, dulcem mihi fuiſſe dum ſcriberem, dulciorem dum legerem, amariſsimam dum
recordor, nec aliter eueniſſe, quàm ſi cui ſaporiferi fauus mellis, labijs admotus, repentè
ſubtraheretur, amotaq́; dulcedine, ſola quidem amara dulcedinis recordatio ſupereſſet.

His ego perculſus diù à ſcribēdo ceſſaui, oderam enim uigilias meas, & unius euentu cæteras metiebar, tandem per memetipſum admonitus, eſſe ſtolidum conſilium, ut unius naufragij metu, nauigatio relinquatur, aut unius anni memor, aratrum damnet agricola, ad calamum redij. ſed quid iterum faciam? Epiſtola tua etiam mihi perijt, & comitem ſecura eſt, quantum ſuppetit memoria, duplex inde mihi gaudium fuit. Gaudeo equidem ut mos eſt hominum, tecum ſolito benignius agere fortunam, quamuis non ignorem, friuolam eſſe lætitiam, quæ de fortunæ facilitate concipitur, quæ nunquam amicior fuit, niſi ut familiarius falleret, neminem euexit niſi ut altior caſus eſſet. Verum hic unus ex humanis erroribus eſt, qui ſunt innumerabiles, quoſque ut Ciceroniano uerbo utar, cum nutricis lacte ſuxiſſe uidemur, & quos utinam uel in ſenio deponamus. certius gaudium ex epiſtolæ tuæ fine percipio, ubi & fortunam noſſe, & ad omnes caſus paratum, mihi uideris animum habere, hoc eſt quod optaui, hoc eſt quod ſperaui, hoc eſt quod Deum rogaui, et ut mihi, & amicis fortem animum contemptorem rerum mutabilium præſtaret. ne quid enim in uita ſentiamus, aduerſi ne quicquam poſcitur. Vt quicquid euenerit feramus patienter, digniſsimæ preces ſunt. equidem (niſi fallor) in uerbis tuis animum tuum uidi, & dixi mecum. Iam uir eſt, humo erigitur, cœlum ſpectat: Vale.

Fran. Petrarcha Guidoni Ianuenſi, S. XVIII.

De conditione ſui ſtatus certiorem reddit amicum.

DE ſtatu meo, quem noſſe deſideras, breuiter ſic habe. & ſi inter benè philoſophantes, unum ſit hominis bonum, & non tria, id ſcilicet, quod in animo eſt, benè cœlitùs inſtituto, & poſſeſsione generoſi habitus inſignito, quoniam corporis ac fortunæ non bona, ſed commoda quædam, ac leuia adminicula dici debent, quia tamen credo uelle te, de omnibus audire, geram morem uoluntati tuæ, qualis ſit animus meus, nec plenè ſcio, nec aſſerere meum eſt. ſunt enim (ut ait Auguſtinus) & iſtæ plangendæ tenebræ, in quibus me latet facultas mea, quæ in me eſt, ut animus meus de uiribus ſuis, ipſe ſe interrogans, nō facilè ſibi credendum exiſtimet. quatenus autem effari poſſum? Vndique me habent anguſtiæ, in luto carnis, & in uinculis mortalitatis meæ, adhuc aut ſedentem aut iacentem. Videor tamen, niſi forſan hoc ipſum uideri, idem ego mihi mendaciter fingo, libentiſsimè ſurrecturus. ſed ponderibus meis premor, & inualuit in me durum inueteratæ conſuetudinis iugum, à cuius ſeruitute, quis liberabit me miſerum, niſi Dominus ille, qui ſoluit compeditos, & illuminat cæcos? fortuna contra me hactenus perpetuum bellum gerit, ego autem ſciens, quod communio diſcordias parit, ut in pace uiuam, ne quid commune ſecum habeam laboro. Imperia, regna, diuitias, honores, cæteraq; eiuſmodi ſua ſunt, & ſibi habeat. nihil eſt horum quod me moueat. Mihi linquat, ſi qua ſunt animi mei bona, hæc ſui muneris non fuerunt, & ne ſui iuris ſint flagito. quid ſæuit? Quid minatur? nimis diù debitor ſuus ſum, calculū ponamus, auferat quæ ſua ſunt, nimis diù depoſitū eius ſeruo, quid cogitat? nulla mora eſt, nullum luctamen, tollat quicquid id eſt, & nunquam reuerſura diſcedat, & certè iam partem non exiguam tulit, & id quantulūcunq; quod reſtat, odioſum onus eſt humeris, ad altiora nitentibus ꝙ ad corpus attinet. non ſum quem reliquiſti, hoſpes corporis mei, ſecū malè concordans, implacabilem litem agit, hæc iugis ſollicitudo, faciem meā mutauit, ante annos, ita ut iam uix primo me cognoſcas occurſu. Huius tamen rei, me cura nō tangit, adhuc enim integer Domitiano principi credideram. Nihil gratius decore, nihil breuius. ad maiora uerò genitus ſum. q̄ ut ſim mancipiū corporis mei. Seneca, inqs, hoc dixit. qs negat. & ego dico, & multi dicēt poſt me, & ante eū multi fortè dixerūt, & quiſquis id dixerit, modò ne mētiat̄, egregiū magnificūq; uerbū dixerit. ego & illud dixi, & ꝙ ſequitur dicā, & in utroq; ſcio, ꝙ non mentior utinam nec fallar. Abſit à me ut amore corporis, aut huius lucis deſiderio, diem mortis horreſcam, quoniam & hoc ab alio uerìſsimè dictum, in uſus meos uerti, quod hæc noſtra quæ dicitur uita, mors eſt. Vale.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS FAMILIARIBVS, LIBER VI.

Fran. Petrarcha Hannibali Tuſculanenſi, S. I.

De Inuidia, Auaritia, cæteriſq́ eccleſiæ procerum uitijs.

INfœlicem inuidiam dixit Maro, nec immeritò. quid enim infœlicius, q̃ ſuis malis, alieniſq́ ſimul bonis affligi, non ineleganter quidem, in Mutium neſcio quem, apprimè inuidum, atq; maliuolum luſiſſe legitur Publius quidam, cum enim triſtiorem ſolito uidiſſet. Aut Mutio, inquit, neſcio quid incommodi acceſsit, aut neſcio cui aliquid boni. prorſus ita eſt, inuidus alterius bonum, ſuis aſcribit incommodis, & ut ait Flaccus:

Inuidus alterius rebus marceſcit opimis.

Magna miſeria, nō aliter ſaturitate alterius, quàm fame propria torqueri, atq; alio pingueſcente, non ſecus ac ſe eſuriente marceſcere. ſed aut temerè diffinierim, an nō inuidia tantū ſed uitijs omnib. infœlicior auaritia ſit. inuidia enim mœſta eſt ſæpè, ſed ocioſa eſt, auaritia triſtis, & occupata ſuperbia dū ſe aliquid magnū putat, falſa licet opinione delectatur, auaritia ſemper ſe famelicam & egenam ſentit, neq; fallit̃. uerißimū enim eſt Poëticum illud:

Semper auarus eget.

nā ſi auarus eſt, cupit, ꝙ ipſum uitij nomē indicat. ſanè ꝙ ait Seneca: Nō q parū habet, ſed q plus cupit, pauper eſt. & hoc inde cōcludit̃, ꝙ nō paucitas rerū inopē facit, cū paucis natura cōtēta ſit, cui qui ritè ſatisfecerit diues eſt, & nihil ei deeſt, ſed cupiditas expleta, q̃ indicat ſibi tantū deeſſe, quantū cupit, cupit aūt omnia, & optando ſupuacua fecit neceſſaria. ita egeſtatē minimā, cuiq; pfacile ſuccurri poterat, irremediabilē atq; immēſam fecit. rurſus enim et illud eſt uerum, ꝙ Philoſophis placet, auaro tā ꝙ habet deeſſe, q̃ ꝙ nō habet. niſi ꝙ mihi quidē magis uidetur, auaro deeſſe ꝙ habet, q̃ ꝙ nō habet. ex illo enim nil præter ſollicitudinē ppetuā, & ueros metus, ex hoc nonnunq; breue falſum gaudiū capit, dū ſibi arridet, & optatū bonū, ſpe fallente præoccupat. ita nunquā ſatiat̃, fera quadā ut aiūt) & inhumana dulcedine. auaritia uerò nunquā. nā & ſucceſsib. inardeſcit, & Satyricū illud uerū eſt:

Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

& minus hūc optat, q nō habet, cuius rei cauſam unā, (nam plures excogitari queūt) in epiſtola quadam ponit Anneus Seneca. Neminē, inq̃t, pecunia diuitē facit, immò cōtrà, nulli nō maiorē ſui cupidinē incuſsit. & ſequit̃: Quæris, q̃ ſit rei huius cauſa? plus incipit habere poſſe, qui plus habet. Venio ad reliquas peſtes, & eius quidē, quā accidiā noſtri uocant, eadē ratio eſt, q̃ inuidiæ fuit. Gula aūt ac libido, ſæpè ſuis fruuntur delitijs, qbus exultant, & gaudio fugitiua percipiunt, auaritia nulla re fruitur, niſi curis auariſsimis, dū enim q̃rendis inhiat, & illa nō habet, & q̃ſita nō uidet, niſi ad ſupp'iciū hinc trepida, inde ſollicita. quæ cū ita ſint, iure auaritia ſororū omniū peſtilentiſsima dici poteſt, quam radicem malorū omnium uocat Apoſtolus. Nec ſum neſcius, te mirari quid hodie tecū, hac ut aiūt importuna Philoſophia, præter ſolitū uti uelim, ego aūt nō te magis, q̃ mortales ferè omnes, & præcipuè tuū genus alloquor, inter quos maxima, & ſolium poſuiſſe, & uexillū fixiſſe, uictrix mihi uidetur, & imperioſa cupiditas, quod eò indignantius miror, quo minor uobis cupidinum cauſa eſt. cui enim hos auri cumulo aceruatis? legitima quidem uobis negata poſteritas, uos parcus & exiguus cultus decet, reliqua pauperum CHRISTI ſunt, quos fraudare prædariq; nō timetis, domino illorū ſpectante deſuper, & minitante uindictam, & neſcitis cui ueſtrū crimen utile ſit futurū, ꝙ uobis interim laborioſum peſtiferumq; & funeſtū eſt. multi ſe propter filios excuſant, & uitio animi, uelū pietatis obtendit̃ (ſic leæna, ſic tygris fit enixa ferocior, & animalia manſueta, nouæ plis amor exaſperat) uobis excuſatio nulla, uelamē uitij nullū eſt, ante totius orbis oculos, nudi eſtis, digitoq; monſtramini, populorum

omnium cum exprobratione mordaci. ecce uirtutis, inquiunt, præcones, qui cũ de uita
æterna, deq; animi libertate, multa magnificè loquantur, ſine cauſa tamen, & temporalib.
addicti, & auaritiæ ſerui ſunt. te enim uera, & ſi de omnibus dicat, non ne de uobis tantũ
ſenſiſſe uidet̃ Dauid ubi ait: Vniuerſa uanitas omnis homo uiuens, ueruntamen in imagi-
ne pertranſit homo, ſed & fruſtrà conturbatur. Et ut rabiem Pontificalis auaritiæ, tot poſt
ſæculis futuram notaret expreſsius, Theſaurizat, inquit, & ignorat cui cõgregabit ea. hæc
utiq; uobis ante alios auari Pontifices dicta ſunt, parentes quidẽ theſaurizantes filijs, & le
gimus & uidemus, quamuis ſæpè fortuna paternis uotis obſtante, q alijs partũ erat, ad ali-
os deuoluat̃, parentũ tamẽ intẽtio nota eſt. ueſtra intẽtio quæ nam quæſo? qd agitis, cui the
ſaurizatis, niſi diabolo & angelis eius, qui ſollicitè uos obſeruant, numerant dies, & hære-
ditatẽ ueſtram auidiſsimè præſtolant̃, gratiſsima trophæa ueſtris inſcripta nominibus, in li-
mine tartari, de manib. ſpoliatorũ pauperũ erecturi? ſed admirans percõtabere, cur hodie
potius iſta, q̃ alias, an uel hactenus, uos non auaros, uel auaritiam uitiũ non fuiſſe, uel te,
nũc primũ oculos aperuiſſe crediderim, qui prius iſta non uideris? reſpõdebo admiratio-
ni tuæ. Et ſciebam uos auaros, & auaritiam uitiũ eſſe, nemo uſquam eſt q neſciat, & in utrã-
que, non nũc primum oculos aperio, ſed cũ fortè nudiuſtertius ueniſſem ad te, altaria tua,
immò uerò altaria Domini uirtutum, argento atq; auro & gemmis onuſta conſpexi, atq;
inſanis fulgoribus, pculſus obſtupui, & dixi mecũ. Ecce noua auaritiæ arma, nouũ pereun-
di genus. Auaritia nobis noſtra non ſufficit, niſi auarũ quoq; CHRISTVM facimus, & di-
uos ipſumq; uocamus in partẽ pdamq; Iouẽ (ut Virgilius ait) Vos quidẽ diuitias malè par
tas, iuſtificaſſe uideamini, ſi pdæ rapinarũq; ueſtrarũ pauperẽ CHRISTVM cogit... eſſe par
ticipẽ, & auro obſideris inuitũ. nõ hic placandi numinis modus. An nõ legiſtis apud Sene
cam, deos tunc propitios fuiſſe, cũ fictiles fuerunt? atqui deos nunquam propitios fuiſſe,
nec eſſe potuiſſe certũ eſt, quomodo enim propitius alijs eſſe poteſt, q miſerrimus eſt ſibi?
placet igitur nõ hæc Senecæ ſentẽtia, ſed uerba, q̃ fœliciori materia licet inſerere. profectò
CHRISTVS ſemper, ppitius humano generi, ſed tũc pſentior fuit, cũ fictilis fuit. nunc au-
reus atq; gemmatus iraſcit̃, & pces noſtras iuſtiſsima indignatione nõ audit, nõ aurũ odit
ille, ſed cupidos, qbus optandi q̃rendiq; nullus eſt finis. Primi hominũ, q erat apertè pfite
bant̃, q̃rebant diuitias, ut abundarent, uos q̃ritis, ut ornetis CHRISTVM piũ opus, ſi ſpo-
lijs ille miſerorũ, & nõ potius uirtutibus, ac deuotione fideliũ, uellet ornari, & ſi nõ fictioni
ſũcta cupiditas, odioſior Deo eſſet. animaduerti olim tale aliqd in principibus, dominisq;
terrarũ, q omni ſtudio libros quærũt, petũt, rapiũt, mercant̃, non literarũ amore, quas igno
rant, ſed auaritia inducti, nec animi, ſed thalami q̃rentes ornatum. nec ſcientiam, ſed nomẽ,
neq; librorũ ſentẽtias, ſed pretia cogitantes, uerũ his colorata excuſatio, licet falſa non de-
erit, dicent enim, ſobolem ſe ac poſteros cogitare, & uerbo quidem nondum natis, aut q
uitæ genus eligant prorſus incertis, ueræ autem auaritiæ propriæ atque ignorantiæ biblio-
theca congeritur, uobis congerendarum opum, quis eſt color? reſpondebitis, Vt CHRI-
STI templa farciatis auro. ſee quid Perſio dicitis, exclamanti?

O curuæ in terris animæ & cœleſtium inanes,
Quid iuuat hoc templis noſtros immittere mores?

neúe hoc alijs dictum crederetis, audite, ut ſtatim ueſtro nomine uos appellat:

Dicite Pontifices in ſancto quid facit aurum?

Reſpõdete Põtifices, uobis enim loquit̃. reſpõdete tot ſenes, uni iuueni, tot Theologi, uni
Poetæ, tot Chriſtiani, uni pagano. qd dicitis? In ſancto qd facit aurũ? ſi reſpõdere negligitis
Poetæ, an non ſaltẽ reſpõdebitis Prophetæ: Qui non aurũ, ſed alia quædã à uobis ornamẽ
ta tẽplorũ exigit? apud Malachiã legitis: Filius honorat patrẽ, & ſeruus Dominũ ſuũ time-
bit, ſi ergo pater ego ſum, ubi eſt honor meus? & ſi Dominus ego ſum, ubi eſt timor me-
us? dicit Dominus exercituũ. & ut noſcatis quia uobis dicit. ſeqtur: Ad uos ô ſacerdotes, q
deſpicitis nomen meũ, niſi fortè quiſquam eſt, q putat ulla unquam ætate, dignius hoc q̃ſi-
tum, q̃ nunc quærit̃. Video quidẽ ut dixi, uulgus auaritia ardere, & fateor, nihil excuſat,
nulla eſt enim excuſatio peccati, ſed natorum caritas, multiplexque neceſsitas, & uulgaris
ignorantia crimen leuant. Vos uerò Pontifices, dicite, oro, Quid ſibi uult hæc rabies ha-
bendi,

bendi, inter diuitias tàm certas? In tanta rerũ diuinarũ humanarũq; notitia, in uita ſolitaria et cœlibe, & de craſtino cogitare prohibita? Illud mihi fortè notiſsimum ingeretis. Aurum habet Eccleſia. benè ſi habet, peſsimè ſi habetur. placere poſſunt diuitiæ uirorum, uiri diuitiarum penitus non placent, qui cum ſomnum ſuum dormierint, in manibus ſuis nihil inuenient. uerior igitur illa reſponſio, quàm percontationi propriâ Perſius ipſe ſubiecit, cum enim ſecundo quæſiſſet, In ſancto quid facit aurum intulit:

Nempè hæc, quod Veneri donata à uirgine pupa.

Faceſſat, oro, iam tandem aurũ templis inutile, & in alia tẽpla Dei, hoc eſt in uſus hominũ egentium conferatur. ſit CHRISTI charitas, quæ ſeculi pompa eſt. nec ſemper ſub obtentu, deuotionis idololatriæ ſeruiatĩ. Neſcitis ꝙ auaritia eſt idolorũ ſeruitus? nulla tot indolis gens abundat, nulli cõuenientius dicitur. Cauete à ſimulachris. credite mihi Pontifices, aurũ potuit CHRISTVS habere ſed noluit, diues eſſe potuit, dũ inter homines agebat, paupertatẽ maluit, Corynthijs uaſis uti potuit, fictilibus uſus eſt. nolite Pontifices excuſationes friuolas aucupari, aut ſub CHRISTI nomine pabulũ auaritiæ, & ueſtris alimẽta furoribus aggregare. CHRISTVS ueſtro auro non eget, nec ueſtris ſuperſtitionibus delectatur, puri ac nudi cordis eſt, appetens piorum actuum honeſtarũ cogitationum, & humiliũ uoluntatum, quis inter hæc auro locus? Nolite miſeri curare, quàm ſuperbè ſacrificetis, q̃ ornatè, quàm ſplendidè, ſed quàm piè, quàm humiliter, quàm caſtè, quàm ſobriè. ſacrificate quod diruptis uinculis liberatori ſuo Rex propheta ſacrificat, hoſtiam ſcilicet laudis, ſacrificate ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate non in auro, ſed in domino: Audite Pſalmiſtam ſurdi, diebus ac noctibus clamantem: ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus. Quid hic opus eſt auro? ſpiritu opus eſt, eoq; nõ niſi contribulato, opus eſt corde, ſed cõtrito & humiliato, hoc eſt ſacrificium Deo gratum, atque homini ſine terrarum effoſsione parabile, ſubmiſſo & immaculato opus eſt animo. Contrà nec terſo nec rudi, auro opus eſt. neſcio quid amplius dicam, & uereor uerba iactare, ſed ſi poſt Prophetam ipſum quoq; Perſium, Poẽtam audire non piget. uidete, quid ibidem paganus homo, Pontificibus ſuis dicat:

Quin damus id ſuperis, de magna quid dare lance.
Non poſſit magni Meſſalæ lippa propago.

& ne dubium foret, quid eſt, hoc ſuperis offerendum, quod genere atque opibus ſuperbi, cæci diuitum filij non poſſunt, ſubſecutus expreſsit:

Compoſitum ius faſq; animi, ſanctoſq; receſſus,
Mentis & incoctum generoſo pectus honeſto.

præclarum uerbum, dignumque de CHRISTO dictum eſſet. Tu Vale: & quàm fidelibus conuitijs aurem præbe.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. I.I.

Veritas, non ſecta ſequenda.

DEambulamus Romæ ſoli, meũ quidẽ obambulandi Peripateticũ morẽ noſti. placet. naturæ moribusq; meis aptiſsimus eſt, ex opinionibus quædam placent, aliæ aũt minimè, nõ etenim ſectas amo, ſed uerũ, itaq; nũc Peripateticus, nũc Stoicus ſum, interdum Academicus, ſæpè aũt nihil horũ, quotiens quicquã occurrit, apud eos, ꝙ ueræ ac beatificæ fidei aduerſum ſuſpectũue ſit, ita enim Philoſophorũ ſectas amare, & approbare permittimur, ſi à ueritate nõ abhorrẽt, ſi nos à noſtro principali, ꝓpoſito nõ auertũt, ꝙ ubi fortè tẽptauerit, ſeu ille ſit Plato, ſeu Ariſtoteles, ſeu Varro, ſeu Cicero, libera cõtumacia cõtẽnantur omnes, atq; calcentĩ, nulla diſputationũ argutia, nulla uerborũ lenitas, nulla nominum nos tãgat auctoritas. homines fuerũt, quantũ humana inqſitione fieri potuit, & notitia rerũ docti, & eloqo clari, & naturali ingenio fœlices, ſed ſuꝑmi & ineffabilis obiecti priuatione miſerabiles, & ut, q uirib. ſuis fiderẽt, ueràq; lucẽ nõ reqrerẽt, cæcorũ in morem ſæpè lapſi, ſæpè ad lapidẽ offendẽres. itaq; ſic illorũ miremur ingenia, ut ingenij ueneremur auctorẽ, ſic illorũ cõpatiamur erroribus, ut noſtræ gratulemur, & cognoſcamus nos gratuitò, ſine ullis meritis honoratos, prælatoſq; maioribus, ab illo, qui arcanũ ſuum, quod ſapi-

entibus abſcondit, paruulis reuelare dignatus eſt. deniq; ſic philoſophemur, ut (q philoſophiæ nomē importat) ſapientiā amemus. uera quidē Dei ſapientia CHRISTVS eſt, ut uerè philoſophemur, ille in primis amandus nobis, atq; colendus eſt, ſic ſimus, omnia q ante omnia Chriſtiani ſimus, ſic philoſophica, ſic poëtica, ſic hiſtorias legamus, ut ſemp ad aurē cordis, Euāgeliū CHRISTI ſonet, q̄ uno ſatis docti ac fœlices, ſine q̄ quāto plura didicerimus, tanto indoctiores, atq; miſeriores futuri ſumus, ad q uelut ad ſummā ueri arcē referēda ſunt omnia, cui tanq̄ uni literarū uerarū immobili fundamēto, tuto ſuperædificat humanus labor, & cui doctrinas alias, nō aduerſas ſtudioſè cumulātes, minimè rephendendi erimus. & ſi enim ad ſummā rei modicū, forſan ad oblectamentū, certè animi & cultiorē uitæ modū plurimū adiecisſe uidebimur. hæc incidenter, quantū locus iſte capere uiſus eſt, dixerim, pcedo. Vagabamur pariter in illa urbe, tàm magna. q̄ cū ,ppter ſpaciū uacua uideať, populū habet immenſum, hæc in urbe tantū, ſed circa urbē uagabamur, aderatq; per ſingulos paſſus, q linguā atq; animū excitaret. Hic Euandri regia, hic Carmentis ædes, hic Caci ſpelūca, hic Lupa nutrix, & Ruminalis ficus, ueriori cognomine Romularis, hic Remi tranſitus, hic ludi Circenſes. hic Sabinarū raptus, hic Capreæ palus, & Romulus euaneſcens, hic Numæ cū Aegeria colloquiū, hic Tergeminorum acies, hic fulmine ictus uictor hoſtiū artifexq; militiæ Tullus Hoſtilius, hic Rex architector Ancus Martius, hic diſcretor ordinū Priſcus Tarqnius habitauit, hic Seruio caput arſit, hic carpēto inſidens atrox Tullia trāſiuit, & ſcelere ſuo uicū fecit infamē. Hæc aūt Sacra uia eſt, hæc ſunt Exquiliæ, hic Viminalis, hic Quirinalis collis, hic Cœlius, hic Martius cāpus, & Supbi manib. decuſſa papauera, hic miſerabilis Lucretia ferro incūbens, & in mortē fugiens adulter, & læſæ pudicitiæ uindex Brutus, hic minax Porſenna, & Hetruſcus exercitus, et infeſtus errāti dextræ Mutius, & Tyranni filius, cū libertate cōcurrens, & hoſtē urbe depulſum, ad inferos ſequens Cōſul, & fractus à tergo uiri fortis pons Sublicius, & Horatius natans, & Tyberis reuehens Cloëliam, hic erat Publicolæ, ne quicquā ſuſpecta domus, hic Quintus arabat, dum fieri meruit, de aratore dictator, hinc abductus Serranus ad Cōſulatū uenit, hoc eſt Ianiculū. hic Auentinus ille ſacer mons, in quo ter irata patrib. plebs ſeceſsit, hic libidinoſum tribunal Appij fuit, & ferro patris iniuriæ ſubducta Virginia, & decemuiri luxuriæ dignus finis, hinc Coriolanus armis fortè uicturus, ſuorū pietate uictus abſceſsit, hoc ſaxū defendit Manlius, hic excidit, hic Camillus inhiantes auro Gallos, ſubito repulit interuentu, & deſperantes Ciues, amiſſam patriā ferro docuit recuperare nō auro, hic deſcēdit Curtius armatus, hic inuētū ſub terra caput hominis & immotus terminus, p̄ſagiū ſummo & ſtabili implo fuêre, hic fallax uirgo armis obruta & ſuis circūuēta fallacijs, hæc Tarpeia arx, et Romani populi cenſus toto orbe collectus, hic anſer argenteus. hic cuſtos armorū Ianus, hoc Statoris, hoc Feretrij Iouis templū, hæc fuerat cella Iouis, hæc domus omnium triumphorū, huc compulſus eſt Perſes, hinc repulſus eſt Hannibal, hinc impulſus eſt Iugurtha (ut quidam opinantur) alij uerò in carcere illum necant, hic triumphauit Cæſar, hic perijt, hoc Auguſtus in templo reges affuſos, & tributarium orbem uidit, hic Pompeij arcus, hæc porticus, hoc Marij cymbriū fuit, hæc Traiani colūna, ubi ille unus omniū imperatorū (ut ait Euſebius) intra urbem eſt ſepultus, hic eiuſdem pons, qui ſancti Petri nomen inuenit, & Hadriani moles, cui ipſe quoq; ſubiectus eſt, quod ſancti Angeli caſtrum uocant, hoc eſt ſaxum miræ magnitudinis æneisque leonibus innixum, diuis imperatoribus ſacrum, cuius in uertice, Iul. Cæſaris oſſa quieſcere fama eſt. hæc Telluris ædes, hæc Fortunæ domus, hoc templum Pacis, aduentu uerè pacifici regis euerſum. hoc opus Agrippæ quod falſorum deorum matri, ueri Dei mater eripuit, hic uinctus Petrus nonis Auguſti, hinc riuus olei fluxit in Tyberim, hic, ut fama eſt, monſtrante Sibylla, ſenex Auguſtus CHRISTVM uidit infantem. hæc Neronis inſolentia & in ædificijs feruens luxus, hæc Auguſta domus uia Flaminea, ubi ſepulchrum ipſius domini quidam tradunt, hæc Antonini columna, hoc eiuſdem proximum Appiæ palatiū, hoc Seueri Aphri Septizonium, quam tu ſedem Solis uocas, ſed meum nomē, in hiſtorijs ſcriptum lego. hoc Praxitelis Phidiæq; extans in lapide, tot iam ſæculis, de ingenio & arte dictamen. hic CHRISTVS profugo uicario fuit obuius, hic Petrus in crucem actus, hic truncatus eſt Paulus, hic aſſatus Lau-

rentius

rentius, hic ſepultus uenſcti Stephano locũ fecit, hic ſpreuit ſeruẽs oleũ Ioãnes, hic Agnes poſt obitũ uiuẽs, ſuos flere ꝓhibuit. hic Syluester latuit, hic lepra depoſuit Cõſtãtinus, hic glorioſam Calixtus exercuit libitinã. ſed quò pergo? poſſũ ne tibi in hac parua papyro Romã deſignare? profectò ſi poſsim, nõ oportet. noſti omnia, nõ quia Romanus ciuis, ſed quia tali um in primis rerũ curioſiſsimus, ab adoleſcentia fuiſti. Qui enim hodie magis ignari rerũ Romanarũ ſunt, quàm Romani ciues? inuitus dico, nuſquam minus Roma cognoſcitur, quàm Romæ, qua in re nõ ignorantiã ſolam fleo, quanquàm quid ignorãtia peius eſt, ſed uirtutũ fugam exi liũq; multarũ. quis enim dubitare poteſt, quin ilicò ſurrectura ſit, ſi cœperit ſe Roma cognoſcere? ſed hæc alterius tẽporis eſt querela. Solebamus ergo poſt fatigationẽ, quàm nobis immẽſa urbs ambita pepererat, ſæpius ad Thermas Diocletianas ſubſiſtere, nõnunquam uerò ſupra teſtudinẽ illius magnificentiſsimè olim domus aſcẽdere, quòd & aër ſalutaris, & ꝓſpectus liber, & ſilẽtiũ, ac uotiua ſolitudo, nuſquàm magis ibi de negotijs. nihil omnino, nihil de re familiari, nihilq; de Rep. quàm ſemel fleuiſſe ſatis eſt, & euntib. ꝑ mœnia fractæ urbis, & illic ſedẽtibus ruinarũ fragmenta ſub oculis erant. quid ergo? multus de hiſtorijs ſermo erat, quas ita partiti uidebamur, ut in nouis tu, in antiquis ego uiderer exptior, & dicantur antiquæ quæcunq; ante celebratũ Romæ, & ueneratũ Romanis principib. CHRISTI nomẽ, nouæ aũt, ex illo uſq; ad hanc ætatẽ. Multus quoq; de ea parte Philoſophiæ quæ mores inſtruit, hinc nacta cognomẽ. interdũ uerò de artibus, & de earũ auctorib. & principijs, itaq; die quodã, dum in eam mentionẽ incidiſſemus, flagitaſti, ut dicerẽ, explicitè, unde putarẽ liberales, & unde mœchanicas initiũ habuiſſe, quòd carptim ex me audieras. feci quòd iubebas, haud duriter. quòd hora diei & uacuitas inutiliũ curarũ, & ipſe locus hortabatur, ut ſermonẽ lõgiuſculũ ordirer, & attẽtio tua rẽ tibi admodũ placere indicio erat. teſtatus ſum tamen me nihil nouũ, nihil ferè meũ dicere, immò uerò nihil alienũ. omnia enim undecunq; dicimus noſtra ſunt, niſi forſan abſtulerit ea nobis obliuio. quæris nũc, ut quòd illo die dixi repetã, ac literis mandẽ. multa, fateor, dixi, quæ ſi nõ mutatis uerbis dicere cupiam, nõ poſsim. redde mihi illũ locũ, illud ociũ, illam diẽ, illam attentationẽ tuã, illam ingenij mei uenam, potero quòd unquam potui. ſed mutata ſunt omnia, locus abeſt, dies abijt, ocium perijt, pro facie tua mutas literas aſpicio. ingenio meo relictarũ à tergo rerũ fragor officit, qui adhuc in aurib. meis tonat, quamuis ob hoc ipſum in primis, inde diffugerim, ut tibi liberius reſponderem, parebo tamẽ ut potero, poſſem te ad ad antiquos, & ad modernos mittere, à quibus quod poſcis acciperes, ſed ne ita me liberẽ prouidiſti, dũ rogas, ut dicam meis uerbis quicquid id eſt, quòd, ut ais, tibi omnia ex ore meo cùm gratius, tùm clarius ſonent. Gratiam habeo, ſiue ita ſe res habet, ſiue ita ut accendas animum dicis. accipe igitur, quod tunc dixi, uerbis fortè alijs, ſed eadem profectò ſententia. uerum quid agimus? nam & nõ parua res eſt & epiſtola hæc abũdè creuit, & non dũ cœpimus, & diei huius extremũ eſt. uis parumper digitis meis, atq; oculis tuis parcam? differamus quæ reſtant in proximũ diẽ, & laborem & epiſtolam partiamur, nec eadẽ papyro res diuerſiſsimas inuoluamus. ſed quid rurſum cogito? quidúe polliceor tibi diẽ proximũ epiſtolamq; alteram? nec diei unius opus eſt, nec epiſtolare negotiũ, librũ exigit, quẽ non prius aggrediar, ſi tamẽ curis maiorib. non retrahor atq; diſturbor, quã in ſolitudinem meã me fortuna reuexerit. ibi enim nõ alibi meus ſum, ibiq; meus eſt calamus, qui nunc paſsim rebellat, & recuſat imperiũ, moleſtiſsimis occupationib. meis fretus. ita ille, qui ex ocio meo iuge negotiũ habet, ex negotio ſibi ociũ quærit, & quaſi impius ſeruus, ac cõtumax domini laborem in requiem ſuam trahit. ubi uerò primum fines meos attigero, ſuum iugum ſubeat cogam, & de eo, quod quæris ſeorſum ſingulari libro, quid aliorum ſcriptis, quid meis coniecturis aſſequor ſcribam. ſanè ut familiares epiſtolas, ludens & in ipſo maximè uiarum diſcurſu, tumultuque rerum ſcribere ſoleo, ſic ad ſcribendum libros, ſolitaria quiete dulciquè ocio, & magno nec interrupto ſilentio opus eſt. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. III.

Humanam calamitatem nullam beata uita obeſſe poſſe.

VNa mihi mihi tecũ lis eſt, cũ cæterarũ rerũ omniũ ſit tanta cõcordia, nimis eſt querulus, nimis indulges tibi, fortẽ ꝓpriã deflere, miſerari res tuas, excuſare teipſum, accuſare

fortunã, deniq; nimis molliter humana toleras, cū ſis homo. mouit mihi fateor lachrymas, epiſtolæ tuæ principiū, q̄d enim occultare cogitē affectus meos, et ubi conſtātiā tuā regro, illic ꝓpriā diſsimulare molliciē: certè ubi te lætū eſſe iubeo, mœſtū me fuiſſe nō inficior. ſed eſt ꝙ mihi interblādiar, honeſtiores lachrymæ ſunt in alienis calamitatib. q̄ in noſtris, quanquam uſq; adeò ſint noſtra cōmunia, ut nil ꝓpriè alienū dici poſsit ab altero ꝙ alterius noſtrū ſit. idq; nō modò in tāta amicitia, ſed ne in cōmuni etiā ſocietate hominū dici poſſe Satyricus ait: Vbi uiro bono, nullū alienū malū, & humano generi pietatis ad indiciū datas, à natura lachrymas docet. ꝙ tāto ante Comicus dixerat: Homo ſum, „humani à me nihil alienū puto. enimuerò licet id uerū eſſe, nō negē, tamē haud dubiè, in hoc publico diligendi debito, gradus ſūt, q̄bus ex ampliſsima, ut ita dixerim, humanitatis area, cognationis amicitiæq; redigimur in anguſtū, et uniuerſalis amor, omniū ſingulari quadā charitate paucorū, ac bñuolētia coarctat̄. ſed q̄d rurſus occulrē tibi ꝙ ſequit̄: ut lachrymas epiſtolæ principiū, ſic riſum mihi finis mouit, aduerſa ſunt inq̄s, ſcio, licet interdū uno de fonte ꝓdeant, riſus & lachrymæ. nō minus forſitā mœſtus erat Democritus, qui ꝑpetuo riſu pulmonē agitare ſolebat (ut ait ille) q̄ madēs ꝑpetuo lachrymarū rore Diogenes, nec lætior Hānibal in calamitate patriæ, ſolus ridēs, q̄ populus q̄ lugebat. ſicut ex diuerſo, ſi Lucano credim', nō mœſtior in morte generi flens Cæſar, q̄ exercitus q̄ plaudebat. ſed ad te reuertor. Prima igitur epiſtolæ tuæ pars id egit, ut multarū ac ꝓpè omniū cōgeriē ærumnarū, uni tibi incubuiſſe diceres, ſicut miſerabili, ſic magnifico q̄dē ſtylo, legēs lachrymas nō tenui, & tuarū lituris, ut dixeras, lachrymarum nouas addidi. neſcio enim quō caſus ſuos, uiriliter q̄ muliebriter lamētantē, uirū ꝓfundius miſeramur. ꝓſeq̄bar intētus animo, atq; oculis, & ipſa ſtyli dulcedo blādiebat̄, ut legerē q̄uis lōgiuſcula epiſtola eſſet. ecce aūt dū cætera humētib. oculis ꝑlegiſſem, expectās q̄d inſolitæ & tantis q̄relis æquæ miſeriæ patereris, totā malorū ſummā trib. in finē aut q̄tuor uerbis incluſeras, Eſſe te Tybure, ſenē, pauperē, podagricū. q̄bus in malis ferre te illud ægerrimè, ꝙ tibi noſtræ ſpes ablata p̄ſentiæ uideret̄: neq; enim te morbo uinctū, loco moueri poſſe, neq; auſurū de tam lōginq̄ ad te amicū euocare, occupationum ſuarū nō ignotis tibi pōderib. irretitū, hoc, flebilē epiſtolā fine cōcludis. hic fateor riſi. et q̄d, dixerit quiſpiā, Pauca hæc tibi uidēt̄ an leuia? neutrū quidē, ſed ſūt adeò uulgaria omniūq; cōmunia, ut penè inhumanū ſit penitusq; ridiculū, talib. incōmodis indignari hominē uel mirari. q̄s enim, ut à primis ordiar, q̄s hominū unq̄ uixit, q̄ nō uiuēdo ſenuerit? priſcos illos patres, multis ſæculis ꝓtēdiſſe uitæ ſpaciū legimus, nūquid tandē & ſenuiſſe nō legimus? mitto illos, q̄ in mūdi primordio memorant̄, q̄s uelut in ipſius ſæculi iuuēta editos in lucē, uegetiores, atq; uiuaciores fuiſſe, ac ꝓpè ad M. uitæ annū peruēniſſe cōfirmant, ſed eoſdē licet ſerius, tamē ſenuiſſe nō negāt. hos inq̄ omitto, de quorū ætatib. magna inter magnos ſolet eſſe cōtētio, q̄ p̄ſentis noſtri ꝓpoſiti nō eſt, ad illos uenio, q̄bus ut minus mira, ſic ſenſib. noſtris accōmodatior eſt ætas. ſenuit Abrahā, ſenuit Iſaac, ſenuit Iacob. de quorū primo ſcriptū eſt: Erat aūt Abrahā ſenex dierūq; multorū. & iterum: Deficiēs mortuus eſt in ſenectute bona, prouectæq; ætatis, & plenus dierū. de ſecūdo: Senuit aūt Iſaac et caligauerūt oculi eius, et uidere nō poterat. & rurſum: Cōſumptusq; ætate mortuus eſt, & appoſit' populo ſenex, & plenus dierū. de tertio: Oculi Iſraēl caligabant, p̄ nimia ſenectute, & clare uidere nō poterāt. Audis ecce, nec ſenectutē, modò ſed oculorū quoq; caliginē ad defectū. Moyſes fortaſsè robuſtior, de q̄ cū centū uiginti eſſet annorū, & moreretur ita legimus: Nō caligauit oculus eius, nec dentes illius moti ſunt. nunquid ideò tamē non ſenuerat, quia ſolidior ſenex eſſet? cuius ſucceſſor Ioſue bellator inſignis, qui tot reges occidit, tot populos ſtrauit, ſenio obſtare nō potuit, quando audiret Dominū dicentē ſibi: Senuiſti & lōgæuus es. & ipſe congregato populo diceret ad eos: Ego ſenui, & ꝓgreſsioris ætatis ſum. Ille uir cuius uoci Deus paruit, q̄ inaudita fiducia ſoli ac lunæ p̄cepit, ut ſtarēt, & ſteterūt, nunquid illū fugaciſsimæ diem uitæ continere potuit, ne properaret, aut obuiam ſenectutem retardaret? quid Dauid rex? non'ne & ipſe ſenuerat, habebatq; ætatis plurimos dies, cum quē operiretur ueſtibus non calefiebat? is cuius & inter homines, & erga Deum talis ardor fuerat, breui adeò refrixerat ſenectute, ut accubātis puellæ patrocinio, uteretur. qui de ſeipſo loquens. Iunior fui, inquit, & cōfeſtim addidit: Et enim ſenui habes cui fortè dierū

numer aū

numerũ inuideas, at nõ perpetuã iuuẽtutẽ. omne q̃ eſt ortũ, neceſſe eſt, aut immaturũ occidat, aut ſeneſcat, mox maturius occaſurum. in ſecularibus hiſtorijs, nõ æquam humanæ uitæ menſurã inuenies, & ſiqd tibi tale reprehẽderis, irriſiuè nõnũq̃ potius q̃ hiſtoricè dictũ ſcito. quippè ſupra Ninũ Aſsyriorũ regẽ, q Abrahæ cõtemporaneus uidet de excellenti rerũ geſtarũ memoria, ut Macrobio placet, ne Græca qdẽ extat hiſtoria. omnes hiſtorici, q lõgiſsimè retrocedũt, à Nino initiũ ſcribẽdi faciũt, multisq̃ poſt illũ tẽporib. noſtrorũ ſenũ incipimus exempla colligere. itaq̃ minimè mirandũ putãt qdã. nam alij litigãt, ut dixi, ſi ſeneſcente iã mũdo, & uita breuior & fragiliora ſunt corpora, & apud exteros quidẽ, & pauca de multis, ſed illuſtriora pſtringã, diutiſsimè uixit Neſtor, q (ut ſcriptũ eſt) tertiã iam ætatẽ hominũ uiuebat. diù Hiero Syracuſius, diù etiã Maſaniſſa Numidarũ rex, quorũ alter nonageſimũ annum attigit, alter excelsit. laudata Solonis, nec illaudata Sophoclis ſenectus, quorũ primus nũq̃ intermiſſo ſtudio, ſempq̃ aliquid addiſcens ſenuit. ſecũdus morti pximus, nobiliſsimã Tragœdiam, ea quidẽ ſcripſit ætate, qua uix ſui cõpotes eſſe ſolẽt, q ad uitam illã ueniũt. Iſocrates orator, eadem, ppè ætate quarto ſcilicet, & nonageſimo uitæ anno, cũ uolumen eximiũ edidiſſet qnq̃ annos ſupuixit, ſerã uoluptatẽ ſui operis percepturus. Homeri nõ tantũ ſenectutem, ſed et oculorũ cæcitatẽ lego, ſed an ſenectus, an alia cæcitatis cauſa ſit, neſcio an tu legeris, mihi enim nõ occurrit. qualẽ aũt, & q̃ iucũdam credimus Homericã ſenectutẽ, omnibus ſuis accumulatã, & inſtructam curis, quarum paruæ reliqæ, poſt amicorũ milia, tanta me dulcedine afficiũt. atq̃ perfundũt, puto idẽ alijs accedere, ut ſæpè mearum immemor curarum oblitusq̃ præſentium malorum, totus in illius cæci ſenis memoriã cõquieſcã. Carneades ad nonageſimũ, Cleantes ad undecẽteſiimũ, Gorgias Leotinus ad centeſimũ ac ſeptimũ uitæ annũ, tranquilla ſenectute peruenit. Chryſippus nono ac trigeſimo anno, cœptũ miri opus acuminis, octuageſimo moriẽs reliquit. qua ætate Simonides, in carminũ ſe certamẽ deſcendiſſe cõmemorat. Aetate prouectũ Socratem legimus, & ibat ulterius, niſi uenenatus obſtitiſſet calix, cuius præclariſsimus ille diſcipulus Plato, uno et octoginta annis expletis, eodem ipſo natalis ſui die obijt, & in eo ipſo cui diutiſsimè animũ intenderat, exercitio literarũ. Cuius diſcipulus Ariſtoteles, non niſi ad tertiũ & ſexageſimũ acceſsit, quem periculoſum numerũ annorũ, & humano generi, uel morte, uel inſigni calamitate terribilẽ ferũt. Et cur ita ſit rationes quidã, alij obſeruationẽ ſolam experiẽtiæ longioris afferũt, utrũq̃ ſanè quid uirιũ habeat, ipſi qui attulẽre diſcutiãt: hunc, ſi uera memorãt, uitæ ſcopulũ humanæ, ne trãſire poſſet noſter Cicero, nõ ſenectute ſua, ſed Antonij crudeli ac nephario imperio effectũ eſt, & q̃niã ad noſtros obuio Cicerone peruẽtũ eſt, uenerabilis apud nos, Romani regis Numæ Põpilij ſenectus, ſed uenerabilior Catonis, Camilli, Fabrij, Metelli ac Valerij Coruini, quorũ ferè omniũ una eſt ætas, centum anni Appij quoq̃ illius cæci, de cuius cæcitate, omniũ ciuium oculi, & uniuerſa Reſp. cõſilium expectabãt. Glorioſiſsimè ſenuit Auguſtus, Pompeius infœlicius, uerũ nõ de fortuna, ſed de ætate hic agit. certè Auguſtus ipſe, omniũ maximus ac potentiſsimus monarcha, poſt inceptum, ut quibuſdam placet & quod nemo negat, diutiſsimè ſummaq̃ cum pace gubernatum imperium, inter multas Romanorum lachrymas, interq̃ caſtiſsimæ cõiugis amplexus, ſexto ac ſeptuageſimo ætatis anno, placida morte ſubtractus eſt. Eandem metam tenuit Auguſtinus, ut nomine, ſic uitæ termino imitatus Auguſtum, Hieronymus uerò ulуacior fuit, Origenes ad ſeptuageſimum uitæ annum uenit, tertium & ſexageſimum Bernardus impleuit, de Ambroſio Gregorioq̃ non ita compertum teneo. omnes tamen procul dubiò ſenuerunt prouidente illo, apud quem fons uitæ eſt, ne hi parum uiuerent, quorũ uita multum profutura erat Eccleſiæ. ad octogeſimũ annũ uenit Aſinius Pollio, Marcus Varro uiuendo & ſcribendo ſeculi unius ſortitus eſt ſpaciũ. Multa de ſua ſenectute locutus eſt Seneca ſenex, aliq̃to ſenior futurus, niſi ferox diſcipulus uetuiſſet pmitte mihi oro te, indulgentiſsime Pater, permitte mihi, ut narrationem quæ ualdè animum meum premit, huic loco inſeram, te fauente & ſenectus adhuc unicũ exemplũ, humile quidẽ, ac recẽs, ſed honeſtũ & cui mihi dulcis ac ueneranda recordatio eſt, tot glorioſorũ ſenũ illuſtribus

exemplis adijciam, nunquam id, ſi apud alium loquerer auſurus. Fuit mihi proauus paternus, uir ſanctiſsimus, & ingenio quantũ ſine cultura literarum fieri potuit, clariſsimo, uſq; adeò, ut eum non tantum de re familiari, de negotio, de contractu, de natorum nuptijs, uicini, aut de Rep. magiſtratus, quod de Appio cæco traditũ accepimus, ſed de rebus etiã altiſsimis, & ad Philoſophiam ſpectantibus literati homines, præſentes abſentesq; conſulerent, omnesq; in illius reſponſis, & æquitatem iuditij & acumẽ ingenij mirarentur. uiro nomen fuit Garcius, his modis, eaq; pietate prædito, ut ad cõſecrãdam uiri memoriam, nihil ei præter promotoris auxiliũ defuerit. nuper me iã adoleſcentiã egreſſo, multi ſuperãt de illo mirrabilia narrantes, quæ ſpõtè ꝑtereo, hoc ipſum nõ dicturus, niſi ne faſtidires exemplum. Is ergo, poſt innocuè ac fœliciter actam uitam, ut audiebam ſenes noſtros dicere, quarto ac centeſimo ætatis anno, ipſo etiam, ut Plato natalis ſui diei, ſed trium & uiginti annorum ſpatio uiuacior, quàm Plato, & præterea eodem in thamo, in quo natus fuerat, longè ante prædicta multis tranſitus ſui hora, in gremio filiorum ac nepotũ, nulla corporis aut animi moleſtia, nil niſi de Deo & de uirtutib. loquẽs, inter loquẽdũ quodãmodo cõſopitus eſt, ꝙ ex eius ore ſonuit extremũ illud Dauidicũ fuiſſe ferunt: In pace in idipſum dormiam & requieſcam. quibus uix uerbis explicitis, quieſcens, obdormiuit in pace. Gratias tibi pater amantiſsime, ꝙ me hactenus paſſus es, proaui mei memoriam repetere, & nomen eius, his ad te literulis occulere, ꝙ neſcio, an uſquã dignius q̃ inter egregios ſenes inter collocandum eſſet, ſed quid ago? breuis cõſolatio, in longam hiſtoriam uerſa eſt. dabis autem ueniam, ſi ſcias quãta cũ delectatione uerſatus ſum, cũ his optimis atq; lectiſsimis ſenibus quibus te iã nũc, neq; nõ multo pòſt aſcriptos cupio, & ſi cæteris in rebus impares, at æquanimitate & patientia ſaltem pares. ne enim me propoſiti prorſus oblitum putes, quis ægrè ferat, ſe ſenem fieri, dum tales uiros, ſenes factos eſſe meminerit, immò uerò, qs nõ magno cũ gaudio participet ſortẽ beatiſsimorũ hominum, & alacri animo, cõmunem ſibi cũ talibus excipiat ſenecturẽ. quis enim horũ, ſeu quis omnino hominum diù uixit & nõ ſenuit, cuius longam uitã legimus, nõ in ſeniũ deſinentem. At nos uoto contrario, ſeculiq; pugnante diù, immò ſemper uiuere cupimus, nunquam ſeneſcere, nunquam interire. ſcio aũt quid reſpõſurus es, horũ te omniũ nõ ignarum, illud dolere, ꝙ ante tẽpus ſenueris, cõmunis omnium ſeneſcentium querela. & Numa Pompilius, cuius ſuprà mentionem feci, patria ætate canus fuit, & Virgilius poëta, tota ætas noſtra, hic lamentis abundat. Ego ipſe, non tàm queri ſoleo, quam mirari, ꝙ canos aliquot ante uigeſsimum quintũ annũ habui, cũ illud nõ exciderit, ꝙ genitor quondam meus, in reliquis neq; me ſanior neq; ualidior, quia poſt quinquageſimũ ætatis ſuæ annũ, conſulto ſpeculo, ſupra uerticem ſibi unum fortè capillum ambigua canicie albeſcẽtem uiderat, plenus ſtuporis & querelarũ, totam nõ modò familiã, ſed uiciniam excitauit. hoc eſt, ꝙ æuum noſtrum dolet, hoc ꝙ iuuentus noſtra cõqueritur, multum breui tempore uariaſſe, uiuendi ſeneſcendiq; modum quibus forte ſecundum fatear, primũ negem. ſeneſcunt ſolitò citiùs, nec id forſan, uſq; quaq; uerum eſt, ſed quod incũctãter affirmem, ſolitò citius ſeneſcunt, ſiue id latens cauſa, ſiue curarum multitudo efficit, profectò enim noſtri maiores melioribus, nos pluribus curis inuoluimur. nihil eſt autem, quod magis præcipitet iuuentæ florem, quam curarum anxietas & labor animi. cæterũ uitæ modus, niſi eũ caſus, aut culpa præſecuerit, idem propemodum permanet, qui Pſalmographo præſcriptus eſt carmine. Sed quoniã tua me religioſa modeſtia, certũ facit, nõ te canos cõqueri, q̃s potius amplecti, & ſi intẽpeſtiui eſſent, ac gaudere nõ dubito, ſi ꝙ Stiliconi ſuo Claudianus attribuit. Vultus factura uerendos, canities feſtina uenit, uerũ alia q̃dam ſenectutis incommoda lamentari, quæ plura apud alios, apud Tullium ſunt quatuor. Imminutio uirĩũ, auocatio à rebus gerendis, ademptio uoluptatum, mortiſq; uicinitas. multa quidem hoc loco in tuam conſolationem dici poſſent, ſed rem à Tullio ex intentione tractatam retractare temeritas. habes eius de Senectute librũ. qui inſcribitur Cato maior, quo lecto nihil erit ꝙ requiras amplius, ut reor, nihilq; ꝙ nõ modò moleſtam, ſed nõ planè gratiſsimam ſenectutem faciat tibi. nam quantũ ad celeritatem anticipatũq; tempus attinet, hoc unũ dixerim. ſicut enim ubicunq; mors occurrit, ſenectus eſt noſtra (ꝙ doctiſsimis uiris placet) ſic ubiuis debilitas corporis affuerit, ſenectus noſtra eſt. nam ut uitæ terminus eſt mors, ſic

floridæ

floridæ ualidæq; iuuentæ terminus eſt, quandocunq; incidens, mãſura debilitas, ſiue igitur
totius, ſiue robuſtioris uitæ finis, dici ſenectus debet, qualibet ætatis parte ſe offerat, datum
tẽpus impleuimus, & legitima eſt ſenectus. de Paupertate quid dicã? quis nõ eſt pauper,
niſi qui nihil cupit? hi qui ditiſsimi uidentur, eò cæteris pauperiores ſunt, quò pluribus egẽt,
cũ neceſſarijs egere, ea demũ ſit paupertas. at iſti procul à uerò falſis opinionibus acti, ſibi
neceſſaria fecerũt, quæ apud minus inſanos, uoluptuoſa quidem, apud ſanos uerò ſuperua-
cua, poſtremò aũt apud doctos damnoſa etiã, atq; omni ſtudio fugiẽda ſunt. uerè itaq; ſunt
omniũ pauperrimi, innumerabiliũ egeni, & uel aſſecutione rerũ optatarũ accendentes, in
digentiam, uel expectatione torquentes. nec ſum neſcius, quid ad iſta reſpõdeant. cõtemni
paupertatem aliquantò difficilius re q̃ uerbo, non obluctor, dura res eſt fateor, ſed dij boni
q̃ tuta, quàm ſecura, q̃ expedita, quàm libera, q̃ deniq;, ſi amare illã, in animũ duxerimus iu
cunda? ſed deſinamus paupertatem laudare, & amare diuitias, & reuera, quotus hominũ
inuenitur, qui cũ paupertatem ualdè laudauerit, laudatam tota intentione nõ fugiat? uicta
erit, & in æternum ab animis hominum relegata, uel potius extincta cupiditas, ſi q̃t laudato
res habet paupertas, totidem habeat amatores. habebit autem multò plures, ſi innoteſcere
cœperit quid boni habeat, quid quietis ac fœlicitatis adducat. hactenus tamen, ut ætate
Lucani erat munus Dei eſt, nondũ mortalibus intellectũ, niſi admodũ raris. in quibus ſunt
exẽpla illa clariſsima. Valerius, Cincinnatus, Curius, Fabricius, Regulus, nõ diutius q̃ dũ le
guntur, audiũturúe, & tunc quoq; nõ niſi ſuperficietenus, animos cæcos auaritia & cupidi
tate tangentia. ſed multo ſacratiſsimi ſenes noſtri, q circumierunt orbem terrarũ, ueritatẽ
ingerendo pectorib. hominũ, in fame & nuditate lætiſsimi, uictiſq; & calcatis neceſsitati-
bus triumphantes, quorũ nudis pedib. nõ erat tellus digna calcari. aude teipſum talibus ex
emplis inſerere, aude hoſpes contemnere opes, nõ fortuitò neq; indeliberatè, aude, inquã,
plures ad cõtemptum uitæ, & ad effundendũ propriũ ſanguinem, proijciendaſq; animas,
q̃ ad cõtemnendas diuitias fuêre magnanimi. aude igitur & tu hoſpes, qui nõ habes, hic mã
ſuram ſtationem, deponere ſarcinam libertatis amatoribus importunam, tanto tutior ad
patriam peruenturus, quantò expeditior inceſſeris. aude, inquam, cõtemnere opes, & ꝙ ſe
quitur te quoq; dignum finge Deo. quis enim dubitet, opes potentiamq; cõtemnere, dũ
meminerit, ut ſileam cæteros, CHRISTI ſacrã atq; humilem paupertatem, p̃cipuè ſi huic
cogitatio illa ſuccreuerit, quantũ calamitatũ, quantumúe diſcriminum, iſte omnibus uotis
exoptatæ expetitæq; diuitiæ ſecum ferãt? certè Salomonis, q apud Hebræos ſapiens habet,
ut Lycurgus apud Lacedæmonios, Solon apud Athenienſes, Cato uel Lelius apud noſtros,
nõ diuitias neq; paupertatem optat à Deo, ſuperbiendi ſcilicet deſperandiq; materiam, quid
ergo? tantũ uictui meo tribue, inquit, neceſſaria. quem ſecutus Apoſtolus: Habentes uictũ
inquit, & quibus tegamur, his cõtenti ſimus. at nos non modò diuitias optamus, ſed in his
ipſis nihil magis appetimus q̃ ꝙ nocet, luxum ſcilicet & exceſſũ. quid enim oro te, quid eſt
in auaritia ꝙ delectat? nempè nil aliud, q̃ querendi labor, quàm ſeruandi pauor, nil inquam
aliud quàm timere ruinas, incendia, rapinas, domeſticos & extremos fures, ad extremum
mures ac tineas. eſſe ſemp̱ occupato animo, ac mœſto, omnes curas ipſumq; cor uiuentis in
auro ſepelire: cũ ſit ſcriptũ: ubi theſaurus tuus, ibi cor tuũ. Verè ergo miſera eſt,

magni cuſtodia ſenſus. ſed hæc nobis accidunt neſcientibus (ut ait Flaccus)

Quid ualeat nummus, quem præbeat uſum,

Sic affectis, ſi honeſtus diuitiarũ modus acceſſerit, paupertas dura uidebitur, ſunt ſine ulla
difficultate fortunæ, illi duo diuitiarum gradus, à Seneca deſcripti, habere ꝙ neceſſe eſt, ha
bere ꝙ ſat eſt. accedat & tertius, ꝙ abũde eſt, & q̃rtus, accreſcat ꝙ multũ eſt: nihil actũ pu
tabitur, donec ad id anhelando & æſtuando peruenerimus, quod nimium eſt. ita niſi noce
re cœperit, niſi cauſas miſeriarum & laborũ & forſan feſtinatæ mortis attulerint, diuitiæ nõ
erũt, ſed qd rurſus ago, q tibi aduerſus paupertatẽ arma cõquiro? q̃cũq; de hac re nõ tantũ
dici, ſed cogitari poſſunt, nota ſunt tibi. Vnũ erat in animo p̃teruulgata hæc, ꝙ tibi nõ ſub
traham. equidem, ut euacuatio prægrauato corpori, ſic tibi neceſſaria eſt paupertas. tergi-
uerſent licet, ut audio, quidẽ ex ueſtris, & cauillent, paupertatẽ tamen uel expreſsè uel ta
citè nouiſti. Benè habet, tu illam fugiebas, illa te ſequitur. Iam quæ attigit arripuitq;, uotis
optanda

optanda neceſsitas, quæ te cogat implere quod debeas, CHRISTI ſeruus es, ſcis quid illi conueneris, ſi e, patientiã habe, non te poſſum æquis auribus audire. perinde mihi paupertatem defles, quaſi neſcias, nudum te intraſſe in hanc uitam, nudum egreſſurum, & quaſi non paupertatem CHRISTI, ſed Crœſi diuitias ſis profeſſus. Crede mihi pater, paupertas ſæpe multis utilis, ad ſalutem fuit, nulli unquam inutilis, niſi his, qui eam impatientia & lamentis exaſperant, tibi quidẽ adeò non tantum utilis, ſed neceſſaria & ſalutaris eſt, ut ſine illa neq; ſaluus eſſe, neq; creatori tuo potueris pacta ſeruare. hæc in præſens de honeſta & ſobria paupertate perſtrinxerim. illa enim importuna & ſordida, quæ turpis egeſtas, apud Poëtam dicitur, Deo gratias, te non tangit, ad quam leniendam, maioris eloquentiæ uiribus opus eſſet. Iam hinc ad podagræ remedia ueniendum eſt, ò ſi quis eo morbo tentus, in hanc epiſtolæ partem fortè oculos coniecerit, quàm putas ſpem concipiet, fomenti cuiuſpiam, aut puluerís, aut lenitiuum cuiuſcunque conſilij, deſinat ex me talia ſperare. uolo labori ſuo parcere, ſi ex his litteris hoc ſperat ulterius non legat, huius enim generis remedia, Medicorum eruditiores, magna ex parte deſperant. reliquos ſi conſulas, nihil homini diuiti deſperandum, nihil inopi ſperandum dicent, cum tamen ſæpius diuitum domos hæc peſtis inhabitet. ſi hos igitur audire uolueris, præſtabunt tibi, ut inter anguſtias præſentium dolorum, & futuræ ſanitatis ſpem ſemper ligatus ulules, ſemper oleo triſtitiæ unctus, atque unguentis madidus ingemiſcas. ego uerò te ſiccum ſolutumquè ac liberum dolere maluerim, dieta, exercitio, laboribus, aduerſus nouum hoſtem ſolidare corpuſculum, hac in re nihil à Medicis ſperare præter uerba, ſi quid aduerſus podagram auxilij eſt, totum à paupertate, uel ſi id fruſtrà ſit, ab animi moderatione poſcendũ. Podagræ medicina optima paupertas eſt, ſeu illam neceſsitas, ſeu uoluntas attulerit. ultimam hanc frugalitatem uocant, quam definiunt uoluntariam paupertatem. De his autem alia ad te olim epiſtola ſatis dixiſſe uideor, quando nondum ad me, niſi podagræ ſolius fama peruenerat, ſi unum quod tunc me latebat, illis addidero. credere me diuinitus permiſſum, ut podagræ paupertas acceſſerit, ut ſicut ex quibuſdam uenenoſis animantibus fit remedium ueneni, & ſicut apes, ex quibuſdam herbis amarioribus dulciſsima mella conficiunt, ita tu malis tuis non aliundè, quàm ex tuis malis poſsis conflare remedia, & de paupertate quidem, remedioq;, quod illa ſecum habet hactenus. de animi autem moderatione, patientiaquè longior ſermo eſt, auctoritatibus, rationibus & exemplis inſtructus. hic occurrit Marius, hic M. Attilius, hic integræ Romanæ Legiones. nulla enim gens in hac gloria par eſt. Hic ex alio genere hominum, Poſsidonius, Anaxarchus, & quò uilius, eò ni ſi fallor efficatius exemplũ. Seruus Apher, ultor domini à Tito Liuio relatus, qui tormentis laceratus, non modò non ingemuit, ſed ſuperante lætitia dolores, ſpeciem quoque præbuit ridentis. Innumerabilia ſunt id genus, è quibus non modò epiſtolam impleas, ſed librum. ueruntamen, ut dixi, poſt Ciceronem uerecundum modeſtumquè ſilentium uidetur. & ſecundus illius inter Tuſculanas diſputationes liber, quem ſæpè ſalubrem in meis doloribus expertus, aliquot inſignes uiros audiui de libri illius efficacia ſimilia memorantes. illum tibi familiarem facias uelim, illum in manibus habeas, quotiens notis indicijs, aduentare podagricum ſenſeris dolorem. quanquam eſt alia multo dulcior multoquè ſuauior, & docto ac religioſo uiro dignior medicina, in omnibus laboribus ac doloribus noſtris quibus carere nequit uita mortalis, meminiſſe laborum ac dolorum, quos nobis CHRISTVS pertulit, meminiſſe uulnerum, quibus uulnera noſtra ſanata noſq; periculo ſemp[illegible]ternæ mortis erepti ſumus: meminiſſe clauorum ac lanceæ pretioſiſsimiquè ſanguinis, qu[illegible] lauacro ſordibus ablutis recreati, & clementer admoniti ſumus, tẽporales alto animo cal[illegible]re moleſtias, nihilq; niſi æternæ damnationis & pœnarum immortalium ſupplicia formidare. Illud inſuꝑ meminiſſe profuerit, nõ modò CHRISTVM, cui, ꝑpter Deitatẽ ſuã propter incõparabilẽ gloriã inacceſsibilẽq; potentiã omnia prona erãt atq; facilia, ſed cãdidatũ q̃q; quẽ uocãt martyrũ exercitũ, multoſq; ut nos ſumus mortales homines, &, q̃ miraculi clarioris eſt, nõ modò uiros fortes, ſed ſæpè etiã mulierculas ac puellas, diuino ſpiritu, afflatas illa ꝑtuliſſe, in quorũ cõparationẽ q̃cq̃d pateris, q̃es atq; ſolatiũ dici poſsit. tria hæc, tibi & in primis

in primis profeſsionis tuæ debito notiſsima, ideoq; diutius non inſiſto, ad ſecretiora feſtinans. Eſt remedrj genus, quod tu fortè nõ cogitas, quod cum legenti mihi literas tuas ſubitò occurriſſet, riſum mouit, ut dixi, nolo autem indigneris, me quod in meis ſæpè ſoleo, in tuis malis etiam iocari, non in doloribus tantum, ſed in morte iocari ſolitos, uiros fortes doctoſq; cõperimus, teſtes ſunt Veſpaſianus princeps, & Socrates Philoſophus. patere mein pedum tuorum doloribus idem facere, quanquam non metus, ſed ueritate conditus iocus meus eſt. qd enim putas? recenſe Pater ab adoleſcẽtia curſus tuos, & animũ ſtare neſciunt, uidebis ut frenum equo indomito, ſic tibi neceſſariam podagram. eſſet neceſſaria forſan, & mihi ut iam tandem ſtare loco, diſcerem ac mecum habitare, tibi tamen proculdubiò ante omnes quos ego nouerim, neceſſaria eſt. Iiſſes extra noſtræ habitabilis zonæ terminos, tranſiſſes Oceanum, adiſſes antipodas, nullum tibi diſcurrẽdi finem, qua polles in reliquis ratio feciſſet. quid multa? non alio quàm podagræ auxilio ſiſti, quibus illa tibi frenum ſtringit, iubetq; conſiſtere. quid ais? parebis, uelis nolis. noli autem iniuriam arbitrari, nihil cuiquam tempeſtiuius accidit, nihil unquã opportunius, fluitantem carinam, magiſter puppis fune uel ancoris regit, & tibi propè terram, unde primum es in altum euectus, ancora iacta eſt. Permiſit tibi tua ſors, uagam ac laborioſam iuuentutem, nec ſenectuti daturus ferias uidebaris, podagræ beneficio quieſcet. uagum & inſtabile iumentum, cautus paſtor alligat, ubi diſcurſu uetito quieſcendi paſcendiq; ſit facultas. agnoſce paſtoris tui prouidentiam. non te in Perſide, non in Arabia uel Aegypto, ubi uelut in ſuburbano uagabaris tuo, ſed in patriam integro membrorum obſequio reuerſum, poſt peregrinationes innumeras, &, ſi te noui, nunquam tuo iuditio deſituras, uberrimis & amœniſsimis alligauit in paſcuis, ad cumulũ enim gratiæ cœleſtis accedit, quod nõ te Romæ clauſit, ubi & proprijs & familiæ tuæ titulis es clarior, quàm quieti tuæ expedit. ſed nec procul & extra proſpectum dilectæ urbis amouit, quid ergo? Tybur tuo ſenili ocio deputatũ eſt, prouiſumq; ne fugias. doles, & non potius Deo gratias agis, qui te tot terreſtribus maritimisq; periculis, totq; tàm longis anfractibus ereptum, hac demum uoluit conſiſtere terra (ut ait Maro) ubi ſcilicet animæ ſimul & corporis alimenta non deſint, libri tui, feruor tuus, ingenium tuum, & puriſsimi aëris & nitidiſsimarũ ſpecies aquarum, & pulcherrimæ tellus amœnitas, tetricũ licet & agreſtem animum mulcere queant, ubi ſemper aſsit patriæ prædulcis aſpectus, amicorum moderata propinquitas, ſubmotis tædijs, abſente faſtidio, quæ tibi uel immẽſæ urbis ſtrepitus, uel iugis fortaſsè tot notorum conuerſatio peperiſſet. fuẽre bonis tuis gratanter, æquanimiter, pacificè, melius tibi accidit quàm putabas, commodiorem toto orbe locum nequiuiſſes eligere, quàm quæ tua tibi ſors obtulit. ſed inſtabis. & cur non inquies, ſine hac corporis iniuria, iubes reſpondere quod ſentio? Animus tuus uinculis egebat. id non ad infamiam, ſed in partem laudis accipias precor, quò enim fertilior eſt ager, eò pluribus abundat compeſcendis extirpandiſque, ut ſeges utilior coaleſcat, & ſæpè quò generoſior atq; ualidior, eò ferocior eſt equus, & tenacioribus uinculis egẽs. eſſes nunc, ut auguror, in aliquo mundi angulo, iam Nilum, iam Indum aut Tanaim transnatares, iam Rhipheos montes aut Hercinij ſaltus dumeta tranſcenderes, uagus ſemper & profugus ſuper terrã. occurrit pietas illius, qui ſolus morbos noſtros, et morborum noſtrorum medicamẽta cognoſcit. non idcircò minus utilia, quoniam amariora ſunt, illa magis ingenua uideri poteſt, & humanitate tua dignior querela, quod præſentiam atq; cõuictum meum ualdè ſuauiter requiris, & in quo unicè tibi complacebas, ut dicis, dum cum maximè delectaret, ablatũ luges. enim uerò nihil negotij eſt hic. ſi es amicus, immò uerò ſi Pater, neq; enim aliũ te pietate eximia & paternis ſemper affectib. cõprobaſti, nullus tibi me locus, nullũ tẽpus eripiet, pone me in ſcopulo Atlantis, Meduſeis luminib. durato uertice, te in rupe Caucaſea, ubi uinctus Prometheus de Ioue cõqueritur, ſimul ſedebim⁹, ſimul ambulabimus, ſimul cœnabimus, ſimul fabulabimur, ſimul ſeria tractabimus, nihil unq̃ interueniet, quo uicinos cernere, & audire phibeat. uolucer eſt amor, nõ terras tãtũ, ſed cœlũ trãſit & maria, nec podagrã nouit ille nec cõpedes, liberrim⁹ eſt, et fortuna licet obluctãte, ubi uolueris p̃ſẽs. miraris? mortis quoq; neſcit imperiũ, & quę illa uidet abſtuliſſe cõplectit. itaq; uerſos in cinerẽ, apud illũ integros inuenies, &

na:um

natum Octauia, uirum Artemiſia, amicum. Lelius inuita morte, & effractis, ut ita dixerim, tumulis, uiuos habent ac præſentes. habe igitur me, nam & ego te habeo, nulla mihi ſine te dies agitur, nulla nox, nullum iter, nulla conſeſsio, ubique tecum ſum. qui ſi fortè, quoniam negare non poſſum, dulce quiddam, & iucundum in ſe habere præſentiam amicorum, modò illud mihi non negetur, ſæpè dulciorem eſſe memoriam, & quod nollem, ſæpè delicatam eſſe præſentiam. ſi ergo ad ſolatium uitæ, tàm tibi utilem præſentiam meam putas, duplex ad id uia eſt, nam & ego ſupra ſpem tuam ad te uenire, tuumque & Horatij uatis æſtiuum habitaculum uidere, quantumque deſiderio tuo ſufficiat, manere non renuo. & tu ſi ad me uidendum uenire malles, humanus enim animus his dulcis frui ſolet, quæ laborioſius quæſiuit, monſtrabo tibi uiam, in qua nec pedum uitio tardêris, nec terram cogaris plantis attingere, inter ſeruorũ manus, ad amnem Tyburtina mœnia prælabentem perges, ibi nauiculæ impoſitus, prono alueo deſcendes, donec ad dexteram Tyberis occurrerit. inde iam latiori amne per ipſius urbis Romæ mœnia, ad mare perueníes, inde etiam dextrorſum, ſed fortiori aluo creditus, Tyrrheni ſinus æquoris obibis, donec lõgè relicta Maſſilia, rurſus ad dexterã, ratæ fluminea Rhodani oſtio ſubuehare, qua uetus Arelas paluſtribus uadis, & lapidoſa planitie, mox in rupe horrida triſtis ſedet Auẽnio olim, nunc Pont. Max. Rom. proprijs ſedibus deſertis, obſtante, ut arbitror, natura, caput orbis efficere nititur, & Laterani immemor & ſyluestri. inde ſemper aduerſo flumine, tribus paſſuum millibus, aut paulò amplius, aſcendens, argenteum gurgitem obuium habebis, ad dexteram flecte iter, Sorgia eſt placidiſsimus fluuiorum. cuius aquis, quindecim aut circiter paſſuum milia conſcendens, nulli ſecundũ fontem lucidiſsimi amnis originem uidebis, & incũbente ſcatebris præaltam rupem, ut iam tranſiri ulterius, nec poſsit nec oporteat, ut enim dextera & ſecunda ſint omnia, illic tandem in terram depoſitus, ad dexteram me uidebis: ubi enim procul ab Italia poſsim eſſe tranquillius? uidebis autem modicis, ſed umbroſis hortulis, anguſtoq́; contentum hoſpitio, ſed quod tanti hoſpitis aduentu, factũ putes auguſtius. uidebis quẽ deſideras optime ualentẽ, nullius egentẽ rei, nil magnoperè de fortunæ mãib. expectantẽ. uidebis à mane ad ueſperã ſoliuagũ, herbiuagũ, montiuagũ, fontiuagũ, ſyluicolã, ruricolam, hominum ueſtigia fugientem auia ſectantem, amantem umbras, gaudentem antris, roſcidis pratisq́; uirentibus, execrãtem curas curiæ, tumultus urbium uitantem, abſtinentem liminibus ſuperborum, uulgi ſtudia ridentem, à lætitia mœſtitiaq́; pari ſpatio diſtantem, totius diebus ac noctibus ocioſum, gloriantem muſarum cõſortio, cantibus uolucrum, & nympharum murmure, paucis ſeruis, ſed multis comitatum libris, & nunc domi eſſe, nec ire, nunc ſubſiſtere, nunc querula in ripa, nunc tenero in gramine laſſarum caput, & feſſa membra proijcere, & (quæ non ultima ſolatij pars eſt) neminem accedere, niſi perrarò, qui uel milleſsimam uaticinari poſsit ſuarũ particulam curarũ. ad hæc modo obnixũ defixumque oculis tacere, modo multa ſecum loqui. poſtremò ſeipſum & mortalia cũcta contémnere. ecce pater, dum te uoco, ueniendi laborem abſtuliſſe uideor, ſi enim hæc perlegis, & fidem habes, abunde me uides, iam tandem, dum enim colloqui uideor, epiſtolam me ſcribere ſum oblitus. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. IIII.

Exempla ueterum, cur ſcribens toties recitat.

EXemplis abundo, ſed illuſtribus, ſed ueris, & quibus, niſi fallor, cum delectatione inſi[illegible] auctoritas. poſſem aiũt paucioribus uti, fateor, poſſem & ſine exẽplis agere, nec iſtu[illegible] inficior, quippè cum & tacere poſſem, & fortè conſultius, ſed in tot mundi malis, inter tàm [illegible] multa dedecora, tacere difficile eſt. Satis patientiæ præſtitiſſe uideor, quod nondum Satyr[illegible] calamum applicui, cum diù ante hæc monſtra ſcriptum uideam:

Difficilè eſt Satyram non ſcribere.

Multa paſsim loquor, multa etiam ſcribo, non tàm ut ſeculo meo proſim, cuius iam deſperata miſeria eſt, quàm ut meipſum conceptis exonerem, & animum ſcriptis ſoler. uerum tamen ſi ratio quæritur, cur exemplis interdum affluam, curioſèq́; in his uidear immorari, dicam, puto lectorẽ eo animo eſſe, quo ſum ego, me quidem nihil eſt q̃ moueat, quantũ

exempla clarorum hominum. Iuuat enim aſſurgere, iuuat animum experiri, an quicquam
ſolidi habeat, an generoſi aliquid, atq; aduerſus fortunam indomiti & infracti, an ſibi de ſe
ipſe mentitus ſit, id ſanè præter experientiam, quæ certiſsima magiſtra rerum eſt, nullo me
lius modo fit, quàm ſi cum his quibus ſimillimus eſſe cupit, admoueam, itaq; ſicut omni-
bus, quos lego gratiam habeo, ſi mihi ſæpè propoſitis exemplis hanc experiendi facultatē
dederint, ſic mihi gratiā habituros ſpero, qui me legent. fallor forſan in hac ſpe, tu tamen in
hac narratione non falleris. hæc enim una uera rei cauſa eſt. Altera eſt quod & mihi ſcribo,
& inter ſcribendum cupidè, cum maioribus noſtris uerſor, uno quo poſſum modo, atque
hos, cum quibus iniquo ſydere datum erat, ut uiuerem, libentiſsimè obliuiſcor. inq; hoc ani
mi uires cunctas exerceo, ut hos fugiam illos ſequar. ſicut enim horum grauiter cōſpectus
offendit, ſic illorum recordatio magnificiq; actus, & clara nomina, incredibili me afficiunt.
atq; inextimabili iucunditate, quæ ſi omnibus nota eſſet, multos in ſtuporem cogeret, quid
ita cum mortuis eſſe potius, quàm cum uiuentibus delectarer. quibus ueritas reſponderet
illos uiuere, qui cum uirtute & gloria diem obierunt. hos inter delitias, & falſa gaudia exul
tantes, luxu ſomnoq; marcidos, uino graues, & ſi uiuere uideantur, eſſe tamen adhuc qui-
dem ſpirantia, ſed obſcœna iam & horrēda cadauera. uerum hæc inter doctos & indoctos
æternalis maneat, ego ſequar inceptum. Habes ergo ꝙ interrogationi tuæ quodq; quorū
dam, qui tecum ſunt admirationi, modò reſponſum uelim, cur exemplis abundem, ueterū
illuſtrium, quod & alijs profutura ſpero, & mihi ſcribenti ac legenti profuiſſe, admodum,
certè ſcio deinceps, quoniam nihil ab uno homine, quod omnibus hominibus placeat fie-
ri poteſt, mirenī, improbētq; ſi libet, certè ego, ne propter alienū murmur intermiſiſſe uide
ar morem meum, inſerere huic etiam epiſtolæ, aliquod exempla non deſinam, & quid ex-
empla poſsint, exemplis oſtendam. Omnes qui ante Marium à Medicis ſecabantur, uinci-
ri mos fuerat, quia enim dolorem corporis, animi robore ſuperari nō poſſe perſuaſum erat,
uinculorum auxilio utebantur. primus Marius, ſolutus ſectus eſt, ſed poſt eum plurimi. cur
quæſo, niſi quia exemplum uiri conſtantiſsimi, ad imitandum animos erexit, &, ut compa-
triotæ ſui uerbo utar, ualuit auctoritas. Bello Latino Decius Cos. ſeipſum pro legionibus,
& pro P. R. uictoria deuouit, res dictū, quam executione facilior, ſpontè tua mortem appe
tere, ut alteri uictoriam quæras. tàm efficax tamen exemplum fuit, & tàm ualidum, ut bello
Samnitico ac Gallico, filius Decius & ipſe Cos. patris imitator exiſteret, & nomine patrē
uocans, ſecurus iret ad mortem, quàm pro ſalute ſuorum ciuium. contemnere illo auctore
didicerat. quos bello Tarentino aduerſus Pyrrhū imitatos Nepos, tertio tandē uno de gre
ge uictima, & ſi non eodem inſularum habitu, pari tamen animi uirtute, eademq; Reip. pie
tate procubuit. nunquam talis uir Themiſtocles fieret, niſi Milciadis exemplis accēſus, fie
ri illi par in animum induxiſſet, nunquam Iul. Cæſar, in illud gloriæ culmen aſcendiſſet, ni
ſi mirari & imitari Marium ab adoleſcētia didiciſſet. quin & Alexandri profuit imago, in tē
plo Herculis Gadibus conſpecta, qua mox ad cupidinem magnas res agendi, non exar
ſit modò, ſed, ut ait Tranquillus, ingemuit. profectò autem, ſi ſtatuæ illuſtrium poſſunt no
biles animos, ad imitandi ſtudium accendere ꝙ Q. Fab. Maximū. & Q. Cor. Scipionē di-
cere ſolitos, Criſpus refert, quantò magis ipſa uirtus hoc efficit, claro dum proponitur non
marmore, ſed exēplo: corporū nempè liniamenta ſtatuis forſan expreſſius continentur, re
rum uerò geſtarum morumq; notitia atq; habitus animorum, haud dubiè plenius atq;
perfectius uerbis, ꝗ̄ incudibus exprimuntur, nec impropriè mihi uideor dicturus, ſtatuas
corporū imagines, exempla uirtutū. qd de ingenijs loquar: imitatio unū inſigne par ſyderū
linguæ Latinæ Ciceronē ac Virgiliū dedit, effecitq; ne iā amplius Græcis ulla in parte elo-
quentiæ cederemus. Dū hic Homerum ſequitur, ille Demoſthenem, alter ducem ſuū at-
tigit, alter à tergo liquit. in omni hominum genere licet oſtendere. idem, ſed in eo, ꝙ in me
reprehēdit arctius, nolim hodie nimius uideri. Vnū etiam nūc exēplū, tibi notiſsimū, quo
minus interſerā tēperare neq̄o. ſiqdē quē uitæ callē eriperet, diutiſsimè fluctuāti Auguſtino,
& Antonij & Victorini rethoris ac martyris pfuit exēplū, necnō & illorū duorū, in rebus
agētiū apud Treueros, repētina cōuerſio, ꝗ̄ cū ſibi Pōtianus miles impatorius enarraſſet,
ipſius Auguſtini uerba tenes octauo, niſi memoria fruſtrat, confeſsionum libro poſsita.

Exarſi,

Exarſi, inquit, ad imitandum. ad hoc enim, & ille narrauerat. hæc ergo conſilij mei ratio
eſt, propter obſeruatores ac miratores meos, ſæpius iteranda. uideo enim quàmultis exē-
pla contulerint, ad uirtutem, & quid in me agant ſentio, & de alijs idem ſpero, ſi fallor, res
periculo abeſt, & quibus exempla non placent, non negant, neminem cogo, & ſi me ro-
gas, à paucis legi malim. Vale.

Fran. Petrarcha. Barbato Sulmonenſi, S. V.

Regis Andreæ mortem deplorat.

HEu quàm uiolenti, quàmq; ineuitabiles ſunt fortunæ exitus uel præuiſi, ſæpè quidem,
ut noſti, Barbate amātiſsime, de fortuna deq; alijs quibusdam loqui ſoleo, ut uulgus,
ne in ſermone communi ſingularis appaream, ſi ſeorſum interroger, reſponſurus fortaſsè
longè aliter. ſed tranſeo ne ſi hæream, acturus aliud, de hac re ſuperuacuis diſputatiunculis
implicer abſtraharque. ut autem cœptum ſequar, & fortuna omnipotens, & ineluctа
bile fatum, non cum uulgò ſolum, ſed cū maximis atq; doctiſsimis quibuſdam uiris, & in
primis cum Virgilio uideri poſset, niſi & unus omnipotens, & fati nomen in ore catholico
ſuſpectum foret, at quæcunq; uis illa ſit, ſeu Dei iuditio, ſeu permiſſu, res hominū uerſans,
haud dubiè magna uis, et prorſus ineluctabilis eſt, & aduerſus quam fruſtrà imbecillitas no
ſtri conatus accingitur. nam in curſu facili, conſilium humanum opprimit, mali moles, &
mortale remedium diſcutit, inuicta neceſsitas, id ſi unquam alias, nunc maximè intellectū
conſpectumq; clariſsime eſt. rogo quid noui, quid inopini accidit? quis nō iſta præuiderat?
& præuidiſſe, quid profuit?. tàm profundè enim totis regni præcordijs, ſe nequitiæ dirū ui-
rus infuderat, ut iam niſi mortiferum eſſe non poſſet, tantum audaciæ tantumq; licentiæ
reproborum, tanta piorū deſperatio, tantus mœror inceſſerat, erāt crebra undiq; uelut in
ſtantiū procellarum ſigna, graues frontes, turbida nubes, obduxerat, et turbida pectora pu
gnaces urgebant uenti, fulgurabant oculi ardentes, flabant ora minacia, tonabantq;. propè
erat ut manus impiæ fulminarent, æquor aulicum iam tumebat, iamq; æſtus horriſonus, &
reciproci fluctus, & obſcœnæ aues, & peregrina prodigia, ueſtris latæ littoribus recurſabāt.
morte regis mutata regni facies, & cū unius uiri anima, omniū uigor & cōſiliū euanuiſſe ui
debant̄. ſpectabamus hæc omnes, futuriſq; nō ſecus ac p̄ſentibus angebamur malis, loqui
aūt quis auderet, ubi uix liberi cogitatus erant, & non tantum uocibus, ſed nutibus para
ta ſupplicia? quamobrem in triuijs muti omnes, in thalamis murmur ambiguum, mœſta
præſagia, & impendentium nuncij malorum, taciti augures, metus ac dolor, deniq; ſic aper
tis oculis torpuerant animi, quaſi quos uicini fulminis lux horrenda præſtingeret. nemo,
niſi fallor, unus hominū me apertius timuit, doluitq; liberius, nemo illa curiæ portenta & in
troſpexit acutius, & contumacius, aut ligna percuſsit, aut calamo. heu quanta, quamq; eui-
dēs prouerbiorum fides? Mala uaticinert̄, inquiūt, qui uates ueridicus fieri uult. & iterū: Ra
rò ulla calamitas ſola uenit. ſic eſt, ſic ab antiquis audiuimus, ſic uidemus. magna ſemp ærū
narum acies, incomitatæ non prodeunt miſeriæ, in multas incidiſſe ſe nouerit, q in unā inci-
dit, equidē ut in tāta malorū copia miſeros multos eſſe neceſſe eſt, ſic in tāta bonorū inopia
fœlices paucos, & ſanè miſeris miſerorūq; gemitibus, atq; q̄relis referta ſunt omnia. cōtrà
aūt quā ſit mortalibus rara fœlicitas, qs non uidet, cū & in hoc uitæ tramite, ſi acriter intuea
re fortunæq; phaleras diligenter excutias, nemo uſq̄ uerè fœlix, aut uotorū plenè cōpos oc
currat, & apud ſcriptores rerū, uix comitem unū procul in ultimis Arcadum latebris, fœ
lix ille habitus Metellus inuenerit? qbus ita ſe habentibus, qs miretur ut in hominū turb
cōiecta ſpicula, ſic in cōgeriem malorū miſſa uaticinia nō errare? utq; ad uiuū illa, ſic a
uerū iſta pertingere. Meminiſti amice, ut olim præſens uerbis, uiuo adhuc, mox extincto
Rege, cui ſoli ſuum, hoc & proprium nomen fuit, abſens literis, nec multo poſt, præſens
iterum uiua uoce, non ſine ſuſpirijs quid ſentirem, quidúe in poſterum præſagirem, quaſi
iam tunc uenturi certus explicui, Videbam enim, ſubtractum regni faſtigio fundamen-
tum, erantq; ſub oculis corruentis regiæ graues caſus. caput adoleſcentis innocui primū
omniū hac ruina oppreſſum iri, fateor, nō uidebā, neſcio quid obſtabat, feralib. coniecturis,
id unum quod in malis peſsimum erat abſcondens, quanq̄, ut meminiſſe uideor, iam inde,

primis

primis ad te literis agnum lupis obiectum, utinam nõ tam certo dixerim augurio, & profecto luporum morſus ac rabiem, & illa cõmunia perditorum hominum, contemptum, odium, inuidiam, dolum, rapinam, carcerem, exilium cogitabam. tales homines, talem mortem nec cogitare didiceram nec uereri, quippè qui nullis ex tragœdijs, tàm nephanias & tàm truces inſidias meminiſſem. Tulit ecce feraciſsima ſcelerum ætas noſtra: quo glorietur antiquitas? quo ſe poſteritas conſoletur, utque omne æuum fiat excuſabile, hoc in tempus ſæuitiæ ac totius inhoſpitalitatis erupit, ò breui multum mutata Neapolis, ò infœlix Auerſa, uerè auerſa, nomen ex re ſumptum, auerſa, inquam, prorſus ab humanitate ac fide, quarum prima homini, ſecunda Regi, & iuſto domino debebatur, in te utriuſque ſpreta reuerentia, utriuſq; in te ſacrum gentibus fractum fœdus, in te enim fraude impia perijt Rex tuus, ferro utinam, aut uirili morte alia, ut hominum manibus interfectus, non ferarum dentibus atq; unguibus laceratus uideretur. ò iniquo condita ſydere, infauſto ſignata uomere, cementis extructa ſanguineis, & uipereis habitata cultoribus, magiſtra urbs crudelium exemplorum. abundè impietatis & criminũ erat, animantũ principis ſacroſanctam effigiem, ad imaginẽ Dei factam, uiolare tàm atrociter, tàm ſuperbè, nunc id ſcelus non in homine, quolibet auſa es, ſed mitiſsimum, innocentiſsimũ hominũ, & dominum tuũ, & ante annos tui ſollicitũ, tui amantẽ, raræ indolis puerũ, magnæ ſpei regem, truculentiſsimè laniaſti. immò non tu, ſed in te acres & immites, dicã homines an belluæ? an quod aduentitij genus monſtri, qui orbem Italicum Barbarica feritate maculantes, tuũ ſuumq; regem, non gladio, non ueneno, dura licet ac ſolita regũ morte, ſed uelut incendiarium aut latronẽ, infami laqueo peremerunt, et cuius uertici debitũ ac ſperatum diadema, diu perfida tergiuerſatione diſtulerant, eius collo reſtem & nodos miſerabiles iniecerunt, ut exequiarum genere alio, & uita longiore digniſsimi corporis ludibria indigna, præteream, ſi noſtro fortè ſilentio poſterorum notitiæ ſubtrahantur, tu quidem miſera ciuitas, hæc perpeſſa tuis in penetralibus, quæ omnes terras, & omnia ſæcula triſti ſint inquinatura memoria, cæterùm & culpæ expers, niſi quod patientia criminum, ſæpe conſenſui proxima eſt, & nec obſtare poteras. nec ulciſci, miſeratione potiùs digna, quàm odio. At tu CHRISTE ſol iuſtitiæ, cuncta uidens, & æternis radijs uniuerſa colluſtrans, ut quid hanc infamiæ, nebulæ paſſus es, terris noſtris incumbere, cum poſſes tàm facilè, niſi delicta hominum obſtarent, uapores noxios odiorũ, caliginoſæ noctis algore concretos, feruido tui amoris ſplendore perrumpere? tu aũt ſumme Regũ noſtri temporis Roberte, quam ex aliqua cœli parte, res noſtras & miſerari crediderim & ſpectare, quib. hoc nephas luminibus aſpexiſti, & hanc tantam tui ſanguinis iniuriam, quo animo pertuliſti? an non poteras pijs precibus, impium ſcelus? an poteras, ſed nolebas? ſubdifficilis coniectura. & ſi enim ſimillimum ueri ſit, te cœleſti gaudio repletum, terrenis doloribus non moueri, nunquid tamen tuorum charitate, atque ingenita pietate non tangeris? ut cunque eſt, fœlicem te, qui hunc diem in corpore habitans, non uidiſti, quin te ſuperſtite, nunquam tàm flebilis illuxiſſet dies, nunquam tantum inuidiæ licuiſſet. fuit enim uerè frons regia, regni ſalus, conciliatrix animorum, iuſtitiæ altrix, expultrixq; perfidiæ, ac uelut quædam ſalubris umbra, gregibus tuis, ut iucunda paſtoribus, ſic funeſta ſerpentibus. Quod ſi humana uirtus obſtare decretis æthereis non ualet, optanda utiq; & penitùs opportuna mors fuit, quæ oculos tuos, quibus ad huc naturæ legibus horror & lachrymæ inerant, tàm mœſto ſpectaculo liberaret. proh dolor, tuum illud eximiè charum, pium dolo depoſitum, quibus ſeruandum colendũque cõmiſeras perdiderunt, non ſomno aut ignauia uicti, ſed flammanti odio & inuidia ſtimulati. ò ultrix ſcelerũ iuſtitia, neq; illi aut innocentia aut ſanguis aut maieſtas profuit? non hominum quiſquàm aut Deorum, non quæ efficaciſsima ſperabatur tui recordatio opem tulit, uoces illas monitusq; nouiſsimos pij patris, & regis optimi. quibus moriens, quantum mortali conſilio datum erat, in longũ & familiæ tuæ proſpexeras, & regno præruptæ deſperatæq; nequitiæ uẽtus tulit, atq; omnis diuini & humani iuris cõtexit obliuio. ſed iam fletuum ſatis eſt, modo ne ubi finem fingimus, initium ſit. cum enim ut dicebam, & crebra & comitata ueniant mala, cum rara & ſolitaria bona ſint, ex hoc malo neſcio qd

malorum ſequi uideo, quod ne iterum certior, quàm uelim mali nuntij uates ſim, ſilentio
premam. meliora cuncta proueniant quàm ſpero. nec Reipub. noceat paucorum furor
qui in illis, quorum eſt, inultus (ut auguror) nō erit. & ſi enim diuina iuſtitia, ſæpe miſericor
diæ ſuccumbat, in his tamen hoc accidit, quos pudet ac pœnitet, non his qui flagitio glo.
riantur. hæc tibi quoque Sorgiæ ad fontem, quo rurſus è tanto Italiæ naufragio, uelut in
portum fugi, & præteriti dolens, & uenturi trepidus, dictabam Cal. Sextil. intempeſta no.
cte. Vale tui cautus, memor mei.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S VI.

Deploratis uitijs corrigendis, inanem eſſe laborem.

SIne illum, linque eum ſibi, ætatem habet, uiæ patent, ire licet quocũq; libet, demitte in
collum habenas homini indomito, fruſtra niteris, repeto, linque ſibi, eat quo fert ani.
mus, crede autem mihi, non aſcendet. uidiſti equos ad iter & aſcenſum pigros, ad pugnam
pauidos, tamen impatientes ſocij frementesq;, degeneris animi, ſignum eſt inſultare mino
ribus, non poſſe comitem pati, nocere cum poſsit occaſionem expectare, non cauſam.
muſcæ macros ſtimulant boues, pauperem peregrinum canis infeſtat. homunculum no.
ſtrum his exemplis aſcribito. ubi uel miſerabilis orbitas, uel extrema paupertas, deniq; ubi
defenſionis eſt minus, ibi plus ſæuitiæ, nocendiq; feruentior libido, qua in re nihil deliberat,
niſi an facultas aſsit, uoluntas nũquam abeſt, & ſemper una. quid caſtigas igitur? perdis
operã, plus aliquid quàm uerba requirit hoc malum, da illi parem aduerſarium, cõfeſtim
ardor iſte tepuerit, ſemper erit lupus oue conſpecta, admoue lupum, ouis erit. quid igitur
(ut ait Flaccus) obſeratis auribus fundis preces, quin tu ſine illum ſceleribus obrutum, &
oppreſſum ſuis ſuperbia tumidum, ardentem, auaritia, iracũdia rabidum, inuidia tabeſcen.
tem, libidinibus efferatum, gulæ uentrisq; mancipium, nimio ſemper ſopore confectum,
& (ut ait Maro)

Somno uinoq; ſepultum.

quid enim huic facias? quid loquaris? dolio loqueris, & quidē pleno, & nil penitus reſpon
ſuro, nil intellecturo, nil etiam audituro. perproprie in hunc dixiſſe Licinius Craſſus uide.
retur, modo barbam æneam haberet, cætera enim aſſunt. Os ferreum, cor plumbeum, uti.
que calloſas aures, calloſumq; animum habet. callũ mēdacijs ſuperductũ, uera uerba non
penetrant: neſcio an ex illis ſis, quibus perdere uerba leue eſt, illud certè ſcio, quæ in homi
ne uerba perduntur, tollerabilis forè iactura, niſi contemptus hinc ſimul atque odium quæ
rerentur. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. VII.

Loquaces contemnendos.

QVod ad ſtudiũ rei familiaris attinet, coaceruandasq; diuitias, prouidentiſsimum ho
minem, omniumq; quos ego quidē nouerim, circumſpectiſsimum, non nego, qui
que non in uultu tantùm, ſed (ut Plautina anus) in occipitio quoq; oculos habet, cæterum
in eo quod de eloquentia hominis addidiſti, longè diſſentio. inter facundum enim ac lo
quacem largiter refert, alterũ qualitatis eſt, quantitatis alterum. hoc ingenium, & ars, &
exercitatio modeſta, illud præceps impetus, et impudentia præſtabunt. contraria ſunt hæc,
plærique tamen in diſcernendo falluntur, tu illo loquente, ſi diligentius animum aduerte
ris, fateberis, ut nihil promptius, ſic nihil illius ſermone durius, nihil aſperius, nihil intem
ſtiuius, quod non ideò ut ſibi, cuius nomen ſciens ſilui, eloquentiæ falſam famam, ſed ut ti
bi iudicij errorem eripiam, dictum ſcito. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. VIII.

Mineruæ ut recipienda.

QVàm pauper quamuìe ſis diues neſcio, loquor de arcula, animus enim proculdu.
bio diues eſt, Bianteo more, ſua ſecum bona circumferens, nec incendio peritura,
nec naufragio, & quibus nihil omnino non prædonũ uim, non furũ metuit dolos, non ru
biginē tineasq;, nõ morbos, nõ mortē, nõ ſenium, nõ ruinã. de arcula ſariè idcirco ſum dubi
us. quia dum

tis, quia dũ animum moresq́ tuos, fortunamq́ ſimul extimo, ſimulq́ non multis, ſic nonnullis egere te ſuſpicor. ſicut enim inſanorũ eſt, innumeralibus indigere, ſicuerũ eſt, quod ait Xenophon ille Socraticus. Nihil egere eſt Deorum, quamminimè aũt proximum à dijs. quamobrem quia de arcula ipſa, nuper à conſcio quodam, neſcio quid audiui, pro uirili parte ſuccurrendum ſtatui. Ecce itaq; de fortunæ meæ ſi reliquijs dicam ſuperbius quàm uelim, ſi de muneribus aliter loquar ac ſentio dicam ergo, de muneribus, quibus ille me talia non curante, ſupra ſpem ſupraq́ uotum cumulare dignatus eſt, aliquantulum ad te miſi, quod quantulũcunq; eſt, haud dubito dignãter accipies, & in exigua re, paruo uelut in ſpeculo cõſpiciẽs, magnũ mittẽtis affectũ, munuſculi paruitatẽ, animi uolũtate pẽſabis. nõ quod ego ſim neſcius, quosdã fortes quosdã doctos ac ſimillimos tui uiros, & utroſq; magnanimos, fruſtrà olim muneribus fuiſſe tẽptatos, in quib. antè alios eſt Fabricij clarũ nomen, & Curij Romanorũ ducum, quorum alter Pyrrhi regis, alter aurum cõtempſiſſe Samniticum laudatur. clarius uterq; contemptus, ſed nobilitatis alter etiam claritate reſpõſi. Quamuis enim ſcholaſtici quidam, more ſuo cõfundant hiſtorias, reſponſum tamen illud nobile & famoſum, Romanos nolle aurum, ſed aurum habentibus imperare, non Fabricij, ut uulgus putat, ad regem, ſed Curij eſt, ad Samnitium legatos. Xenocrates legatos Alexandri Macedonis, cum quinquaginta talẽtis, ad eum ab ipſo Rege tranſmiſſos, inuitatos ad cœnam, in uillam Academiæ ac mediocri & minime apparato cibo, Philoſophice habitos, cum dimiſiſſet, poſtridie reuerſos, quærẽteſq; cui numerari pecuniam regis uellet, ſic increpuit. Quid uos, inqt, heſterna cœna, nõ intellexiſtis, me pecunia nõ egêre. quo reſponſo, cum mœſtos factos cerneret, ne munus ac legationẽ, regiã ſpreuiſſe diceretur de magna pecunia, exiguã particulã accepit, reliquũ referri iuſsit ad regẽ. fertur erga eundem regem & Diogenis Cynici contemptus, ad quẽ uerſatili dolio habitantẽ, cũ Alexãder uidẽdi cupidus ueniſſet, & miratus hominẽ quæſiſſet, An donari ſibi à rege aliqd uellet. Cætera, inquit, aliàs, nũc ut à ſole dimoueas peto. erat enim hyẽs, & fortè tũc fundo teſtæ illius ad aquilonẽ obuerſo, ore autem ad meridiem applicabatur ſeminudus, ſed feruẽs animi ſeniculus. facetũ hoc, duriùs & propè ſuperbũ Demetrij reſpõſum, qui miſſum ſibi ab imperatore Romano aurũ, ridẽdo ita contẽpſit, ut diceret: Si tẽptare me uoluit, toto illi fuerã experiẽdus imperio. Calanus Indus, dũ ingẽti lignorũ cõgerie extructa & incẽſa more patrio, nudus ad uolũtariã mortẽ iret, Alexandro Macedoni obuio, & quærẽti ſimiliter. Nũ ſe aliquid uellet: Nihil, inquit, eſt opus, breui te uidebo. ſed hic quidem miri nihil, quod enim non ſpernat, qui ipſam, ppter quã cætera concupiſcimus, uitam ſpreuit: contẽptus ſanè miraculũ, ſuppleuit uaticinij certa fides, ſiquidem intra dies paucos, Alexander apud Babylona cratere illo, Perſarũ atq; Indorũ ultore, conſumptus eſt. urbanius aliquanto Dindymus, ad quem nudum cum Alexander, idem omni faſtu regio depoſito ueniſſet, in extrema ſolitudinum, è cunctis muneribus ab opulentiſsimo rege ſibi allatis, non niſi minima & utiliſsima rerum ſumpſit, ne contẽptus aſperior inſolentiæ notaretur. ſed hæc ſingulorũ hominum, illa publica animorum & incomparabilis altitudo, Pyrrhi regis, cuius ſuprà meminí, legatus Cyneas, uir ingenio & ſapientia excellens, immenſis cum muneribus Romã miſſus, Senatu primũ, atq; ordinibus cunctis, ex ordine, ne quicquã temptatis, poſtremò plebẽ ipſam fruſtrà etiam aggreſſus, ac nemine prorſus inuento, cuius domus aut mens muneribus regijs pateret, cum eo ipſo, quod adduxerat auro, ad ſtupentem Regem, ſtupens ipſe reuerſus eſt. cæterum hi omnes, aut ab hoſte rege, uel populo, aut à ſuperbo aliquo donatore temptati ſunt. At non Romani Senatus dona Ptolemæus rex Aegyptus, non Africani ſui munus, Maſaniſſa contempſit, non Africanus alter, munera regis amici, non denique P. ipſe R. munerum licet ſpretor hoſtium, Pergamæi regis, quem amabat hæreditatem teſtamentumq́; deſpexit, multum refert, quo animo quid donetur, & à quo, & ſicut quidam longè magnificus, ſic alter inhumanus atq; inſolens eſt contemptus. Amicus ego non temptator uenio, nec (ut uerum fatear) dono aliquid tibi, ſed tecũ partior, quæ ſcis ipſe iampridem nobis eſſe communia, ac munus exiguum, magnis uerbis exaggerem accipe quicquid id eſt, & boni conſule, quod profectò, ne idem ipſe qui fert, nec alius qui-

uagus Sarmata, & arcitenens Getes, niuoſos oberrant collibus, ad occupandam armis patriam ſuam uenturos, ullo tempore præuidiſſet, ad quos ſe Cæſaris imperio proficiſci, tam iniquo tulit animo, ut nihil aliud flere, nihil aliud deprecari, nihil aliud loqui poſſet. te uerò frater, quid nunc dicere arbitrer iſta cernentē, quæ nec ego præſentia ſine lachrymis audio, nec ille futura ſine gemitu cogitaſſet? ô fœliciora iam ſaltem Naſonis oſſa, externa tellure obruta, quàm ſi patriæ Pyramidis honore condita, huius temporis ludibrio ſeruarentur, iam tranquilliora dixerim ſepulchra inter Iſtrum & Hypanem, quàm inter Lirim & Vulturnum, illinc Barbari magno agmine diffugiunt, huc irrumpunt, at ego dum dolorem animi ſequor, propoſitum exceſsi, & euehebar longius, niſi me expectans, & crebro interpellans hic nuncius reuocaſſet. igitur unde diſceſſeram reuertor. Magno ſuper te pauore torqueor, ſed nihil in me, quod ipſe nouerim, conſilij eſt, nihil auxilij, quia tamen plus interdū aliqui poſſunt, quàm ſe poſſe confidunt, ſi quid in me operis agnoueris, iure tuo utere. gratiam fateor, non mediocrem, apud tribunum ſtirpe humili, ſed excelſo uirum animo propoſito'q;, & apud P. R. habeo, nullis profectò meis meritis, ſed Deus mihi malorū odia, bonorum beniuolentia compenſauit. nō quod uel illis nocuerim, his profuerim, uel malus eſſe deſierim, uel ſim bonus, ſed quia malos odiſse, bonos amare diſpoſuit, & ab illorum turba, ad horum paucitatem ſæpè transfugere uolui, ſi datum eſset, & uolo ſi dabitur. ſiqd igitur in præſenti diſcrimine, apud præfatos Tribunum ac Populum prodeſse tibi interceſſio mea poteſt, Ecce animus & calamus præſto ſunt, eſt mihi præterea in longinquo, & ab his moribus ſecuto, Italiæ tractu domus, parua quidem, ſed duobus unum animum habentibus, nulla domus anguſta eſt, nullæ illam damnoſæ diuitiæ, ſed nec paupertas, nec cupiditas, libelli autem innumerabiles, inhabitant, hæc modo nos expectat, me ab occidente reuerſurum, quem iam biennio affuiſſe conqueritur, te ab oriente ſi fata cogerint, & ſi libuerit uenturum. quid tibi præter hæc offeram non habeo. Domus autem ad quam inuito te, ubi ſit noſti, in loco ſalubri, & terroribus uacuo, & pleno gaudijs, & ſtudijs opportuno, tu quicquid conſilij cœperis, & ad fœlicem exitum Deus applicet. Ego interim utinam falſa timuerim, & abſentia quod naturaliter ſolet, metum auxierit amantis, animus quidem meus non quieſcet, donec uel te uidero, uel per literas accepero, te ſaluum ex his tempeſtatibus enataſſe. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. II.

Veram humilitatem non eſſe ſpernendam.

NOli obſecro amicū ideò ſpernere, q̄a humilis, ne cōtrarius fias dicto irrefragabili, quo humilitas exaltanda promittitur. uera quidem humilitate, nil minus contemptibile, nil minus uera ſuperbia uenerandum, in diſcretione tamen huius rei, & aliarum quoque multarum fallimur. Viles enim timidosq;, & abiectos humiles uocamus, magnanimos aūt ſuperbos. contrà autem ueros humiles, falſo credita puſillanimitate contemnimus. Inſolentes uerò ceu uerè magnanimos ueneramur, ſcitumq; eſt illud Catonis huius iunioris à Saluſtio relatum. Vera rerum uocabula iampridem amiſimus. ſi igitur conſtat de re, amicum q; tibi (ut eſt) humilē fateris, uide quæſo, ne humilitatem altiſsimā uirtutē CHRISTO'q; grauiſsimam deſpexeris, ne quod nunquam fuiſti importunè, & odioſè ſuperbus uidearis. quis enim uel mediocris ingenij, qui utrarūq; , ſacrarum ſcilicet ac ſæcularium ſcripturarū ſeriem legerit, non aduertat, quantum magiſter humilitatis CHRISTVS humilia ſemper amauerit? ut equidem à primo ordiar, ex quam humili radice naſci uoluit ille, cuius faciem uidere ſumma & ſola fœlicitas eſt? an non ex nobiliſsima qualibet naſci poſſet, uel nobilitate quam uellet? ſed nobilitate contempta humilitas quærebatur, Egreſſa eſt uirga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendit. cuius ſub umbra reges ſedent, populi requieſcunt, cuius orbis totus odore reficitur. quæ nam uerò radix iſta Ieſſe, quàm ſuperba, quàm nobilis, cui Ruth materna auia, mulier aduena, inops, uidua, orba, ſocrum extra fines patrios ſecuta, & poſt pueros meſſores, in agrum Booz ad legendum ſpicas, primū miſericorditer admiſſa, deinde & nocturnis quoq; blanditijs, in ipſius domi promota coniugium, un

de Ieſſe pater prodijt, per ſeipſum obſcuri uir nominis: ipſum quoq; Ieſſe quis noſſet, niſi
propter eius filium Dauid: immò quis quẽquam noſſet eorum, niſi propter CHRISTVM
ex illorum radice ſurgentem: quorum originem, quantum ſpernere, quantoq; cum ſtoma
cho & filium Iſai, & ſeruum ſuum dicere, ſolebat ipſe Saul cõpatriota ſuperbior, nouiſsima
licet familia editus, minimè tribus Iſraël, quiſquis regũ libros legerit inueniet. Ipſe Dauid
quamuis eximiæ uirtutis atq; excellẽtis ingenij, tamen adoleſcẽtulus paſtor erat, quando
eſt electus à domino, & ſublatus de gregibus ouiũ (ut ipſe fatetur, & de poſt fœtantes, ac
ceptus in Regem, pauit Iſraël innocẽtia cordis ſui. An Moyſes fortè nobilior, quãdo uiſio
nem illam uidit rubi ardentis, & incõbuſti, quando tot prodigiorum ſignis illuſtratus, ad li
berandum populũ Iſraëliticũ ſeruitute Aegyptiaca deo iubẽte profectus eſt: certè nõ rex,
aut princeps, qui tanto operi eligeretur, ſed humilis paſtor fuit, & (quod magis ſtupeas) a-
lieni gregis. iam ipſe pater Abrahã, filiusq; & nepos, quorũ nominibus omnis ſacræ pagi-
næ plenus eſt angulus, quorũ tanta eſt gloria, ut omnipotẽs ab illis cognomẽ accipere, &
Deus Abrahã, Deus Iſaac, Deus Iacob dici uoluerit. atq; ipſe de ſe loquẽs, eodem ipſo co
gnomine uſus ſit, putas, reges aut tetrarchæ eſſent: immò uero uel agricultores, uel paſto-
res ouiũ fuerũt, aſellis uilibus inſidentes, ſtipati gregibus ſuis, inter filios & uxores ſedes
mutabant, ſed in hac humilitate, Deum merebantur ducem, qui eoipſo tempore potentiſ-
ſimis ac ſuperbiſsimis Aſſyriorum regibus, non modò familiaris eſſe, ſed ne naſci quidẽ
uelle dignatus eſt. ipſe Iacob à quo in ſcripturis ſacris, crebrius illud inſigne cognomẽ, ac
familiarius Deo eſt, nõ ſupbia originis, ſed humilitate ſua clarus, qualiter ab illo ſoceri ſui
diuturno & graui ſeruitio redeat attende. certè nõ ſceptrũ reuehit, non diadema, non pur-
puram, non currus aureos, non armatos exercitus, ſed ouium & caprarum, bouumq; aciẽ
inſtructa clàm fugiens, filiorum turbã, ac ſeruorum, & ſimul duas ducit uxores, ac totidẽ
concubinas, ſemen gentis innumeræ, quarũ ex utero, duodecim Tribus Iſrael, & tanta po
pulorum multitudo, Deo fœcundante mulierculas & humilitatem honorãte deſcenderet,
fiebãt illis in figurã, quæ ſuperficietenus cõtẽptibilia uiderẽtur, eſſent aũt in ipſa rerũ uerita
te magnifica. ſi enim nõ aliter accepta fuerint, quã narrẽtur, qs nõ audita deſpiciat: q; ſi glo
ria tẽporalis clarior foret, quã humilitas, qs dubitet, q̃ in partẽ iſte tãtus Dei fauor, multò
propẽſior futurus eſſet: cõfert enim cũ his tribus ſenibus tã famoſis, cũq; omnib. illorũ gre
gib. atq; cõiugib. tres immẽſis exercitib. ſubnixos Romanorũ duces, Scipionẽ, Africanũ,
Hãnibalis cornua cõfringentẽ, & tributario iugo imperioſæ Carthaginis colla ſubdentẽ,
Magnũ Pompeiũ in Septẽtrione atq; Aſia tonantem, et non lacte, ſed auro repleta patria,
captiſq; non ouium ſed regum gregibus, à mari rubro ad Mæotidas paludes Ripheosq;
montes uniuerſa calcantem, Iulium Cæſarem in Gallijs ac Germania fulminãtem, perdo
mitisq; hoſtibus, ad poſtremum in uiſcera patriæ uictricia pila uertentem, ipſamq; tum gẽ
tibus imperantem Romam, & in eo terrarum orbem unico Theſſalico prælio uincentem
quanta quidẽ hæc ſit imparitas, rerum uides, poterat naſciturus ex homine Dei filius, uel
ex his naſci, uel eos ipſos è quibus naſci decreuerat tales facere. quippè qui utroſq; crea-
uerat, poterat non Dauid in anguſtijs Iudeæ finibus, ſed Auguſtum in toto orbe regnantẽ
habere ſtirpis auctorem, uel Dauid ipſum, tamen principem facere, quantum fecit Aug
ſtum. poterat non in Bethleem uico exiguo, ſed Romæ cui Iudea inter cæteras ſeruieba
& in thalamo aureo naſci, non in ſtabulo, poterat natus, cui cœlum ſedes eſt, cuius eſt
ra & plenitudo eius, non in ſumma pauperie, ſed in ſummis delitijs enutriri, niſi quia no
litatem & delitias noſtras ſpernit, utinam & non oderit. poſtremò poterat, qui ei ſucced
rent, ſuumq; nomen gentibus prædicarent, diſcipulos ſibi literatos, ac potentes, reges or
toresque & Philoſophos, non piſcatores, ruſticos, inopes, & indoctos eligere, niſi qu
ipſe Deus eſt, qui ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam, nec potentia noſtra egẽ
ad agendum, quoniam ipſe dixit & facta ſunt, neq; ad perſuadendum eloquentia morta-
li. Viuus eſt enim Dei ſermo, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingẽs
uſque ad diuiſionem animæ ac ſpiritus, compagum quoq; & medullarum, & diſcretior co
gitationum, & intentionum cordis. hoc ſermone diſcipulos ſuos armauerat, quãdo eos ad
perſua.

perſuadendũ generi humano, toto diſperſit orbe terrarum, nõ conſulari trabea, non imperiali diademate, non laurea triumphali, non Philoſophorum ſententijs, non oratorum floribus, non aculeis ſophiſtarum, non deniq; Verbi ſapientia (ut ait Apoſtolus) ne euacuaretur crux CHRISTI. non inter eos Cæſar fuit, qui cogeret, non Plato qui doceret, non Ariſtoteles qui argueret, nõ Cicero qui ſuaderet, ſed homunculi pauperes, imbecilles, & inculti, qui nunquam aut ſcholas intraſſent, aut literas didiciſſent. ij tamen inter perſequentium gladios, & ferarum dẽtes, flãmasq; ac tortores, perſuaſerunt publicè quod uolebant. CHRISTVM Deum & hominem natum, paſſum, deſcendiſſe ad inferos, ſurrexiſſe à mortuis, aſcendiſſe in cœlum, rediturum ad iuditium, & cætera omnia, quæ ille mandauerat, qui ut ſcriptum eſt, ſtulta mundi elegit, & infirma ut confunderet fortia, qui cum prodeſſe omnibus ueniſſet, elegit (ut ait Auguſtinus) prodeſſe imperatori de piſcatore, non piſcatori de imperatore. quod ſimiliter prorſus de Oratore ac Philoſopho dici poteſt, idq; non ætate rudi accidit, & ad credendum facili, ſed longè magis inueteratis literis atq; doctrinis omniq; illo antiquo, ex inculta hominum uita, errore ſublato, lõgeq; magis iam doctis hominibus, ac temporibus ipſis eruditis, quàm ætate Romuli fuerãt, de cuius diuinitate credita Cicero loquens, ait, hæc in ſua Repub. & Auguſtinus retulit in ſua, ut ad fingendum, ſi tum uix quicquam (ut idem ait) nunc omnino minus eſſet loci. Antiquitas enim, inquit, recepit fabulas, fictas etiam nonnunquam incondité, hæc ætas iam exculta præſertim eludens, omne quod fieri non poteſt reſpuit. quæ ſi ut dixi, ad colorandam falſam Romuli diuinitatem, quæ credi iam cultiore ætate potuerit, Cicero, uelut non parua argumenta conquirit, Roma uix dum condita, & unum è ſeptem collibus uix integrum, eumq; non tectis, muroq; marmoreo, ſed dumoſo ambitu, & culmis agreſtibus occupante, atque adhuc neſcio quid paſtorium redolente, quid ætate CHRISTI dici debet, Roma dante iam iura gentibus, imperantibus Auguſto Tyberioqúe, quorum ſub altero natus, ſub altero CHRISTVS eſt paſſus, inter quod tempus & Romuli ætatem, incredibilior, quàm pro numero annorum, rerũ mutatio facta erat, non quod medium tempus exiguum ſit, ſiquidem ex quo, propter ſuam inſolẽtiã à Senatu Romano, ad Capreæ paludem diſcerptus eſt Romulus, uſque dum propter peccata noſtra, in Iudæis, in monte Caluario crucifixus eſt CHRISTVS, paulo (niſi fallor) plus minusúe ſeptingentorum annorum tempus effluxit, quamuis enim Cicero minus ſexcentis dixerit, non ad ſuã ibi, ſed ad Africani & cæterorũ reſpexit ætatem, quos in eo ipſo libro Reipub. loqui facit. & præterea inter Ciceronis cædem, ſub Antonio, & CHRISTI paſſionem ſub Pilato, quantũ uериſimilib. coniecturis aſſequor, ſeptuaginta uel circiter annorum ſpatium interceſſit. Longius ferebar, ſed nuncius tuus ſcribẽti imminet, & ſingulos calami tractus notat, morulasq; medias metitur, & crebro oſtiũ cœloq; reſpiciens ſuſpirat. miſereor, expertus, quid eſt expectatio properãti animo, & ante deſtinatum, cogor ut dicam, humilitatem ama. Vale.

Fran. Petrarcha Socrati ſuo. S. III.

Somnium, quod de inuento theſauro ſomniauerat narrat.

HEſternæ noctis ſomnium referam tibi, uidebar mihi incertum unde, nihil enim tale, uel cogitare ſum ſolitus, uel loqui, uidebar, inquam, in agello meo, quem ad fontem Sorgiæ habeo, theſaurum inueniſſe, monetæ peruetuſtæ aureæ, nõ mediocrem cumulum, una ſpatiabamur ſoli (ut noſter eſt mos) te itaq; confeſtim euocans, digito rem deſigno ambos, ut fit, gaudium ſtuporqúe defixerat; mihi quidem ut eram, Nemini enim, occurebat illud Annei. Vitate quæcunq; uulgò placent, quæ tribuit caſus, ad omne fortuitum bonũ ſuſpitioſi, & pauidi ſubſiſtite, & fera & piſcis, ſpe aliqua oblectãte decipitur, munera iſta fortunæ, quæ putaris inſidiæ ſunt. de hoc ergo conſultantes, parumper hæſitauimus, læti trepidiq;. quid multa? ultimæ inſaniæ uiſum eſt, quod per terras ac maria, tantis laboribus tantisque periculis quæri ſolet, id oblatum ultrò contemnere. Mox certatim oneramur auro domum clàm taciti conuehimus, additis pro tempore, qui exportari uno faſce non poterant, hoc ſemel, hoc iterum & iterum facimus & ſemper auidius, ſemper enim, ut natura rerum

habet, cū pecunia ſollicitudo cupiditasq; creſcebāt. Ferit aures interim murmur, inuſſum ſe creuū noſtrū, nulli licet creditū, ipſōrē ſua in uulgus eruperat, nec ita multo poſt, neſcio quis maior dominus, locorum aderat, uendicans ſibi iure theſaurum, obnitimur. hinc primum longa & inamœna colloquia, inde lis minæq;, & ſemper litibus iuncta conuitia, illo acriter urgente, nobis indignantibus, in noſtro reperta, nobis eripi, propitiæ dona fortunæ. mille ſubinde rerum motus, & mille conſilia, nunc matura & cauta, nūc temeraria & acerba, cum iam ad reſiſtendum nos, non tàm noſtra cupiditas, quàm inexorabilis aduerſarij ſuperba durities, inflammaret. iam ab ocio ruris, ad urbana negocia, iam à ſtudijs ad arma translati, nouis curarum turbinibus agebamur, iam pro intentione peruigili, & inquiſitione pulcherrima, nouarum rerū, pernox odiū atq; ira ſucceſſerant. poſtremò iam res litigio, ad bellum ſe uerterat, ita mutatus animorū ſtatus, & ſæpe reperti auri pœnitebat, Philoſophabamur in inſomnijs. Vbi uitam ſerenam atq; tranquillam linquimus? quis nobis has curarum ſuperindixit nubes? Quis in has procellas non impegit? an ignorabamus, in auro ſpecioſam ærumnam & ſplendidam eſſe miſeriam. neceſſitas, cum diuitijs creſcit, & fugit cum mediocritate fœlicitas. occurrebant aceruatim exempla eorū, qui uel in diuitijs infœlices, uel in paupertate fœliciſsimi fuiſſent. ſpernebantur inutiles opes Crœſi, & funeſtū Midæ aurū, & Dionyſij Craſsiq; ſpolia, tēplis auulſa laudabāt Cincinnati, Curij, Reguli, Fabritij fœlix & glorioſa paupertes, accedebat acies hominū noſtrorū, qui nudi in ſolitudine, ſolibusq; & frigoribus aduſti, radicibus herbarū & ſylueſtribus baccis paſti, pro tecto cœlum, terram habentes pro cubiculo, cum uoluptate torrentem turbidum hauſerunt, aſperóq; & anguſto calle gradientes, ſpe patriæ melioris, omnia prorſus mortalia contempſerunt. cæterùm quò plura huius generis ingerebantur exempla, eò grauius dolebamus, non uidiſſe, nos in tempore ſed in tergo, ut aiunt, oculos habuiſſe: denicq; ſic eramus, ut iam ne cœpto uellemus abſiſtere, ſolus reddēdi pudor obſiſteret, & iam ſupremi certaminis inſtabat alea, cum repente medio noctis, ira metuq; anxius expergiſcor, gelidus ſudor corpus omne perfuderat. Ita me diuinitas ſaluum uelit, ut ego perinde feſſus animi, feſſusq; mēbrorum eram, ac ſi graue durumq; negocium non ſomnians, ſed uigilans agitaſſem. nec facilè dici poteſt, quàm lætus fui, ubi ſenſi me theſauro ſimul, & ſollicitudine liberatum, & tātum habere quantum, alit, nō quātū angit, quantumq; uitæ ſufficit non quantum affligit, quanq; per ſomnum in ea ſententia radicatus ſum, quam mihi uigilans perſuadeo, eſſe uериſsimam ſcilicet, plus mali quàm boni cupidis mortalibus afferre diuitias. Surrexi demum hora ſolita: conſuetudinem meam noſti, dumq; quotidianis laudib. Deo dictis, ex more manum calamo applicuiſſem, hoc primum quod ſopitum exercuerat, ſeſe obtulit expertecto, huius ergo ſententiæ te participem facio, qui particeps ſomnij uidebaris. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Tricaſtrino, S. IIII.

Promiſſis ſe uelle ſtare.

PEtitionis tuæ memor, promiſsiq; mei non oblitus, Italiam, ſiue ne grammatica lite implicer, quam in epiſtolis Ciceroni ſuo mouet Atticus, in Italiā uado. ſcio quidem, & memini, quid me de ipſius Ciceronis libris in ordinem redigēdis, & quarundam (ut dicere ſoles) ueluti ſcintillarū lumine declarandis, ſæpè rogaueras. demum quo ineluctabiles præceps eſſent, ut Rom. Pon. qui feruoris tui conſcius, hanc generoſam bibliothecæ ſuæ cuſtodiam ita ibi credidit, ut olim noſtri principes, Iul. Cæſar Marco Varroni, Cæſar Auguſtus Pompeio Marco, & Rex Aegyptius Ptolemæus Philadelphus, Demetrio Phalereo, commiſiſſe noſcuntur, curam prorſus ingenio tuo dignam, ut Romanus, inquam, Pontifex digredienti mihi, ſuum hac in re modeſtiſsimè indicaret animum, effeciſti. quid faciam? notum licet ignoti Poëtæ carmen:

Eſt orare ducum, ſpecies uiolenta iubendi,
& quaſi nudato ſupplicat enſe potens,

parebo ſi potero. nā & ſi parere neceſſariū, & tibi placere delectabile, contraq; preces tuas ſpernere durum, illius iuſſa negligere ſacrilegum, totum in hoc uertitur, quàm mihi ita

illius

ſilis, quos poſcitis emendatis codicibus reperiendis, fortuna fuerit. noſti enim, expertus ſæculi noſtri crimen, quanta ſit rerum taliũ penuria, cum tamen inutiles & ſuperuacuæ, immò uerò pœnitus dãnoſæ funeſtæq; diuitiæ, tantis curis ac laboribus aggregẽtur. quod in me erit, ſtudium indefeſſum, ac diligentiã adhibebo. ac ne moram fortaſsis accuſes, ſcito me reparãdis uiribus corporeis, quas morb. imminuit, in ſolitudine mea ad fontẽ Sorgiæ, uſq; ad autũni temperiẽ ſubſediſſe, metuentẽ corpus, adhuc inualidũ, lõgæ uitæ cõmittere, tunc auctis uolente Deo uiribus, atq; æſtibus imminutis iter arripiã, Interea utinam ſcire poſſes, quanta cũ uoluptate ſoliuagus, ac liber, inter mõtes & nemora, inter ſontes & flumina, inter libros & maximorũ hominũ ingenia reſpiro, quamq; me in ea quæ ante ſunt cum Apoſtolo extendens, & præterita obliuiſci nitor, & præſentia non uidere. Vale.

Fran. Petrarcha Lælio ſuo, S. V.

Quod non multa ad eum ſcribat, ſe excuſat.

MVlta ſcribere tẽpus dehortatur, ſomnus prohibet, noctem iam tertiam inſomnem ago, neq; ueteribus curis liber, & oppreſſus nouis, quas mihi profectio mea peperit, multa in faciem & in tergum curanda denũcians. cum ex æquo deſpicere omnia in animum induxero (quod magna ex parte iam feci) tùm primum tranquillos ſomnos carpere incipiam, non aliter, quàm Aeneas ille Virgilianus, qui

Iam certus eundi,
Carpebat ſomnos rebus iam rite paratis.

Aut enim fallor, aut anceps & lõga deliberatio, plena moleſtiæ ac laboris eſt. dubitãdi exitus initium eſt quietis, dici nequit anxia mens, & cõſultationibus uagis exercita, quãtũ electione cõſilij, in unũ aliquod uerſa propoſitũ, conquieſcat. Tũc igit̃ ut occurret, nũc ſemiſopitus, & uelut inſomnis loquar, excuſationẽ tuã, quãuis ſuperuacuam amplector, ſcio enim locorũ diſtantiã, ut amantib. odioſam, ſic honeſtis amicitijs, non obeſſe ubicunq; ergo erimus, ſimul erimus. De negotio tuo faciã ut ſcribis, quod mihi ſcilicet fieri uellẽ, breuiter expedire, nil enim in me moleſtius experior, quàm uerbis trahi, hanc amicis ſciens, moleſtiam nũquam feci, nec faciam quidem, placebo ſi potero, alioquin ne deſpiciam prouidebo. Verſus tuos excitato apud Helicona noſtrũ ingenio, texere meditabor, ſed neſcio, qualiter ſcedula tua, quam decies in manibus habui, diſcedẽtem me ſefellit, & ſine me domi ſubſtitit, quære eam ibi, & poſt me mitte, licet, & ſine illa ſcire uidear, quid dicturus ſum, modo frondoſi nemoris uſpiam diuerticulum occurrat. Tribunitiæ literæ, copiam quam mihi miſiſti, uidi, legi, ſtupui, quid reſpondeam non habeo, ſatum patriæ agnoſco, & quocunque me uerto, dolẽdi cauſas materiamq; reperio. Roma enim lacerata, qualis Italiæ ſtatus? Italia deformata, qualis mea uita futura eſt? in hoc publico & priuato mœrore, alij opes, uires alij corporeas, alij potentiam, alij conſilium conferent, eſto quid conferre poſsim, præter lachrymas non uideo.

Fran. Petrarcha Socrati ſuo, S. VI.

Mediocritatem ſe amare ſcribit.

SVmmæ quidem rerum mearum, quas ſpectatæ fidei tuæ credidi, nihil detraho, nil adijcio. non tantum firmus, ſed fixus etiam in propoſito meo ſum, cuius ſi meminiſti, ſuperuacuum eſt, quicquid de hac re ulterius loquor. Vt tamen me, mei non immemorem ſcias, breuiter ſic habe: Magnæ fortunæ appetens nunquam fui, ſiue id modeſti, ſiue puſilli, ſiue (quod quibuſdam magnis uiris placet) magni animi eſt, uera quidem, & uulgo etiam nota cõmemoro, & quorum te in primis teſtem habeo, & interdum laudatorẽ. interdum uerò pro qualitate temporum amiciſsimum reprehẽſorem, quod ſcilicet (ut uerbis tuis utar) cœpto nimis inſiſterem, & uidendum eſſet, ne unde famam ſummæ conſtantiæ quærerem, inde pertinaciæ nomen infamiamq; conſequerer. Me tamen conſilij mei hactenus non pœnitet. Omnis enim mihi altitudo ſuſpecta eſt, & præcipitij admonet omnis aſcenſus, multoq; facilius natura duce, in illorum conſortium declinare, qui (ut ait Poëta:)

Habitabant uallibus imis:
quàm eorum qui ut ait idem:
Poſuire in montibus urbem.

Quæ cum ita ſint, ſi optata mihi mediocritas, quàm iure Flaccus auream uocat (ut pridem
promittebatur) obuenerit, eſt quod grata intentione ſuſcipiam, & per liberaliter mecũ agi
dicam, ſi inuiſum illud, & graue maioris officij oris imponitur renuo, excutio, pauper eſſe
malim quàm ſollicitus, quãuis ut res eunt, & ut eſt animus, pauper eſſe non poſsim. Hæc
& his ſimilia, quæcunq; inter nos, in hãc ſententiam dici ſolẽt, tu qui noſti optimè & ami-
cis, & dominorum domino, nota fac obſecro, cum tempus uidebitur, quamuis à me ipſo
nec occultata nec tacita. Sed ſunt quidã, quibus ut in animum penetret, ſæpè ueritas incul
canda eſt, quod eò nũc minus mirer, quo quicquid de me modò dicturus es, uideri ſcio, &
ab ætatis noſtræ moribus, & ab ipſa uulgi opinione remotius, cum quo mihi ut in multis,
ſic præcipuè in eo quod nunc agitur, diſcordia multa eſt. Sed incredibilitatẽ audientiũ, ui-
gor animi & facundia loquẽtis excutiet. Multa Socrati meo de re qualibet, ſed multò plus
auctoritatis ac fidei fuerit, amico de ſecretis amici conſilijs differenti, multa quoq; de ami-
ci ore, quàm de proprio fauorabilius audiuntur, illud in finem ne diſsimules, ne quis forte
de noſtra ſimplicitate ſibi placeat. Non eſt uera liberalitas dura, non lenta, non difficilis,
nihil reſpicit niſi quem complexa eſt. illi morigera eſt, non iubet illa, ſed obſequitur, & im
plet uota non limitat. ſcimus ergo, quia petenti modicum, immenſa porrigere, ſpecies eſt
negandi. Vale.

Fran. Petrarcha Nicolao urbis Romæ Trib. S. VII.

Famam amici imminutam indignatur.

FEciſti fateor, ut ſæpè per hoc tempus, illud apud Ciceronẽ loquentis Africani dictum,
multa cum uoluptate repeterem: Quis eſt hic, qui cõplet aures meas, tantus & tàm
dulcis ſonus? quid enim in tanta claritate tui nominis, ad tàm lætos & tàm crebros rerum
tuarum nuncios co[illegible]uenientius diceretur, idq; quàm cupidè fecerim, inſcriptus tibi exhor
tationum mearum liber indicat, ſtimulis meis, ac laudibus tuis plenus. Noli, quæſo, cõmit-
tere ut dicam, quis eſt hic qui uulnerat aures meas tantus: & tàm triſtis fragor? caue obſe-
cro, ſpecioſiſsimam famæ tuæ frontem, proprijs manibus deformare. Nulli fas hominum
eſt, Viſi tibi uni, rerum tuarum fundamenta conuellere, tu potes euertere qui fundaſti. So-
let architectus eſſe optimus, propriorũ operum demolitor, noſti quibus tramitibus ad glo
riam aſcendiſti, uerſis retrò ueſtigijs, inde deſcenditur, & natura facilior eſt deſcenſus. latiſ-
ſimè enim patet, neq; ſolum apud inferos locum habet (quod à Poëta dicitur)

Facilis deſcenſus Auerni.

Tantum ab illorum deſperata miſeria, præſentis uitæ uarietate differimus, quod quamdiù
hic ſumus, cadimus quidẽ, & reſurgimus, deſcẽdimus & aſcẽdimus. inde aũt nullus eſt redi
tus. quid uerò demẽtius, quã cũ ſtare poſsis, cadere fiducia reaſſurgẽdi? Sẽper ex alto peri-
culoſior caſus eſt, & quid, oro, uirtute altius ac gloria, quarũ in uertice cõſcẽderas, noſtris
temporib inacceſſo, tàmq; impigrè & tàm inſueto calle, ad ſumma perueneras, ut haud ſciã
usq; formidoloſior, cui ſit ruina. Pedẽ figere oportet, obnixus ut conſiſtas, neq; ſpectaculũ
pbeas, ridendũ hoſtibus, lugendũ tuis, nõ quæriĩ gratis clarũ nomẽ, nec ſeruatur quidem.

Magnus enim labor eſt, magna cuſtodia famæ

Permitte mihi, meo uerſiculo tecum uti, qui adeò mihi placuit, ut eum ex quotidianis Epi-
ſtolis, non puduerit ad Africam transferre, & hanc mihi quoq; duriſsimam neceſsitatem
exime, ne lyricus apparatus tuarum laudũ, in quo teſte quidẽ, hoc calamo multus erã, deſi-
nere cogatur in Satyrã, neu me caſu in hanc narrationem incidiſſe, aut de nihilo locutum
putes. E curia digreſſum, amicorum literæ conſecutæ ſunt, in quibus ad me rerũ tuarũ di-
ſcolor, & primæ multũ diſsimilis fama peruenit. non te populũ ut ſolebas, ſed partẽ populi
peſsimam amare, illi obſequi, illã amare, illam admirari. quid dicã, niſi quod Ciceroni ſcri-
bens Brutus, pudet cõditionis ac fortunæ? mũdus ergo te uidebit, de bonorũ duce, ſatelli-
tem reproborum. ſic nobis ſubitò turbata ſunt ſydera? ſic infenſa diuinitas? ubi nunc ille

tuus ſalutaris genius: ubi (ut uſitatius loquar) ille bonorũ operũ cõſultor ſpiritus, cum quo aſsiduè colloqui putabaris: neq; enim aliter talia fieri poſſe, per hominẽ uidebantur. quid aũt torqueor: ibũt res, qua ſempiterna lex ſtatuit, mutare iſta non poſſum, fugere poſſum, itaq; nõ parũ mihi negocij remiſiſti, ad te animo properam, flecto iter. Certè te alterũ non uidebo, tu quoq;, longum uale Roma, ſi hæc uera ſunt, Indos ego potius, ut Garamantas petam, ſunt ne autem uera hæc: ô multum principio diſsimilem finem, & ô nimium delicatas aures meas: aſſueuerant magnificis rumoribus, pati iſta non poſſunt, ſed & poſſunt, falſa eſſe quæ loquor, & falſa ſint utinam, nunquam libentius errauerim. magna quidem apud me eſt ſcribentis auctoritas, ſed cognitæ mihi multis inditijs, generoſæ dicam, an animoſæ cuiuſdam inuidiæ, non parua ſuſpitio. igitur & ſi plura, loqui dolor imperet, frenabo tamen impetum, quòd profectò non poſſem, niſi quia ſollicitudinem meam incredulitate conſolor, ſecundet hæc Deus, & lætiora faciat quàm narrantur, potiusq; me amicorum alter mendatio, quàm impietate alter flagitioq; læſerit. ſiquidem conſuetudine peſsima effectum eſt, ut mẽdaciũ iam quotidianum, & uulgare peccatũ ſit, proditorem patriæ, nullius æui licentia, nulla conſuetudo, nulla libertas criminũ excuſat. potius ergo ille mentiendo, paucos mihi mœſtos dies, quàm tu patriam deſerendo, mœſtam omnem uitam feceris, ille ſiquid uerbo deliquerit, uerbo purgabitur. tuum ſi (quod fictum cupio) uerum ſcelus eſt, quibus unquam piaculis abolendum ſperes: immortale decus eſt, inmortalis infamia. Quamobrem ſi (quod opinari nequeo) tuam fortaſſe negligis, at ſaltem famæ meæ conſule. ſcis quanta mihi impendeat procella, quanta ſi labi cœperis, in caput meũ reprehenſorum turba conſpiret, proinde dum tempus eſt (ut Terentianus loquitur adoleſcẽs) etiam atque etiam cogita, circũſpice oro, ſummo ſtudio quid agas, excute acriter teipſum, examina tecum nec te fallas, qui ſis, qui fueris, unde, quo ueneris, quorſum inoffenſa libertate progredi phas ſit, quàm perſonam indueris, quod nomen aſſumpſeris, quam ſpem tui feceris, quid profeſſus fueris, uidebis te non dominum Reip. ſed miniſtrum. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Aretino, S. VIII.

Patriæ libertate congratulatur.

OMnia optato prouenniunt amice, gratulor ego libertati patriæ, principum noſtrorum gloriæ, trãquillitati ciuium, religionis augmento, publicæ lætitiæ, ſingulariter honori tuo, cuius manibus turbidæ hactenus, & tenebroſæ urbi blãda ſerenitatis, & pax ꝑdulcis inuehitur, uotiuo quoq; ſucceſſui, familiarium rerum tuarum gratulor. Perrarum eſt, ut læta cumulatè accidant, quin fortunæ dulcia ſemper, immixtus aliquis amator inficiat. At ſi quando plenè propitia eſſe uult, ex amaritudine rerum, ipſa dulcedinem inſperatam, miris modis nouit elicere. ſæpè igitur dura molliens, & inflectens quæ triſtia uidebantur, uertit in gaudium. Vtendum fortunæ muneribus, non fidendum, certè hoc nunc artificio uſa eſt, Itaq; quid uis dicam: non tantum uotiuis euentibus, ſed caſibus ipſis noſtris, atq; difficultatibus gratulari incipio, uni ſcilicet motiunculæ, illi tui corporis, quam ingens atq; animi multiplex lætitia temperata eſt, & uiarum mearum impedimentis, multis ac uarijs quibus effectum ſpero, ut ambo ſimul in patriam reuertamur.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. IX.

De ficta amicitia.

AGreſtè prouerbium, Lectum cani ſternere magnus labor. dicti ratio ſi quærit̃, quia ſcilicet accubiturus, huc atq; huc in gyrũ uertitur, ut neſcias tibi puluinar collocet. ludicra quidẽ cognatio illius, cui primũ hoc dicere in animũ uenit, & tamen ſic eſt. Ideõq; de multis hominib. dici poteſt, q̃d de cane dictũ rides. Multi enim ſunt, quib. nihil ritè fiat, ita crebro uoluunt̃, ut q̃ in partẽ ſint caſuri, aut qd uelint ſciri nequeat. cum illis placuiſſe credas, nihil egeris, omnis labor, omne perijt obſequiũ, ſi urbanas illis offeras delitias, ruris frugalitatẽ laudẽt, ſi ex urbe deduxeris, frequẽtiã quærãt, ſolitudinẽ execrent̃, ſi colloquio cœperis, faſtidiãt indignent̃q; ſi taceas. abſentes deſiderẽt, p̃ſentes deſpiciãt amicos, ſæpè etiam oderint

oderint. à talibus ſemper abeſſe cōſultius, intelligis quid uelim, & fruſtrà erit, quicquid amplius dixero. dico tamē, ne qua diſsimulationis occaſio tuæ manſuetudini, meo ſilentio præbeatur. ut quid operā perdis generoſe anime: lōgè tibi imparē atq; diſsimilē nactus, pedem retrahe, ab incepto laborioſo & inefficaci rei, cōciliare illū tibi, ne quicq; niteris, inuito amicus eſſe nō potes, formidabilis inimicus potes eſſe, quē nūc ille contēnit, timere incipiet, ſi apertè incipias iraſci ſentietq;. quiſnā eſſet, quē gratis, ingrato animo laceſſendū duxerit. medicorū morē in hoc ægro & infecto homine ſequere, oro te, experire cōtraria. mānſuetudine irrita, efficax fortè ſeueritas fuerit, odiūq; potētius amore, quē blandientē ſpernit, horrebit ex ꝓfeſſo inimicitias exercentē. morib. aduerſum meis, ſed cōſentaneū reb. cōſiliū dedi. quid enim illi facias, qui amorē uocet inſidias, humanitatē, putet eſſe formidinē? Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Anchiſeo, S. X.

Quæ cauſa potius Ciſalpinam Galliam, quàm Florentiam petierit.

LIteræ tuæ plenæ gratiſsimis atq; dulciſsimis reprehenſionibus, inuenerunt me circa Padi ripam. IX. Cal. Aprilis ad ueſperam. confer aduentus diē, cum illarū miſsione, & uide ſi eo tēporis ſpatio uenire debuiſſent, ex Aegypto, uenerūt cum eis & amicorū literæ, & duorū facie mihi non notorū, ſed utiq; illuſtriū (ut dicis) Iuuenū, ut ſcripta teſtantur ſenū, quales utinā multos haberet ciuitas ueſtra, ſi tamen nō eſſet in exiliū miſſura, immò etiam ſi miſſura, quorū diſperſio, reliquas ſaltē ciuitates Italicas adornaret. Sed omitto hāc inexhauſtam ſemper, & ueterē querelam, & reuertor ad literas. omniū ferè una ſententia eſt. Arguor poſt propoſitū ueniendi Florentiā iter in Ciſalpinā Galliam deflexiſſe, quaſi natalis patriæ contēptor, & ſpes ac uota multorum me illic expectantium eluſiſſe. Poſſem ad hæc multifariam reſpōdere, & quid aliorū reſpōſurus ſim literis, nedū ſcio, reſpondebo tamen aliqd, licet occupatiſsimus. rogas enim, ſequar impetum, dum calamus erit in manibus, ille mihi quo ſe duci uelit, oſtēdet. Certè cum illis ut ſtylo ſcribentium ſatisfiat, muſarum mihi ꝑſidio opus erit, tibi autem, cui ſine ullo artificio aperta & nuda omnia eſſe debent, unū hoc minimè tacuerim, quod neq; uiarū labor, neq; peſtis anni huius, uniuerſum orbem, ſed cuncta præſertim littora proterens, atq; cōſumens, neq; animi mei dolor, neq; mala (niſi fallor) & iniqua patriæ tractatio, me à ſuſcepto itinere detorſiſſet, præſertim cum maiore laboris parte confecta, iam Ianuā perueniſſem, hæc igitur uerior & potior cauſa fuit, quod ſecundū ſpem, quā mente cōceperam, immò uerò (ut euentus docuit) ſomniaueram, fieri non poſſe uidebar, quin aliquem tibi rerū noſtrarum letiorem exitum afferrem, itaq; dulce erat expectare, donec in locū ſpei, res ipſa ſuccederet, & iam non curſum modò, ſed uolatum meditabar, uidebarq; mihi ſine ullo laboris ſenſu, alpes Bononiæ tranſiturus, Apenninum uulgariter alpes dixi, inde enim improuiſus licet, non inexpectatus tuis, & amicorū oculis adeſſe decerneram. accedebat quod hinc potiſsimè cœpti operis adminicula ſperabantur, quibus mora omnis inimica erat, quippe cum nec celeritas exacta ſufficerit. quid dicam? ſcio res ſolidas eſſe, ſpes inanes, ſcio quod qui ſpem prodit, nihil perdit, minus dixi, multum uerò lucratur, & tamen expertus loquor, ut nulla minor iactura quàm ſpei, ſic nulla moleſtior cauſa eſt, quia ſæpè pluris fiūt ſperata quàm poſſeſſa, & ſæpè quantum nos ſpes rerum blanda fefellerit, adipiſcendo cognoſcimus. hinc eſt, ut quotiens ante experimentum ſpes interijt, graui nos incommodo affectos extimemus. præuertit ergo conſilium meum Deus, & curas quas pias arbitrabar ſuperuacuas declarauit, ut uel ſic edoctus agnoſcerem, cogitationes hominum uanas eſſe. & de hoc quidem hactenus. Super negotio litis noſtræ nil aliud dico: res in curia uertitur, ſpero fore ut illius prædonis inſidiæ detegantur, in omnes tamen caſus paratus eſt animus, uictor gaudebo, uictus uicta cum cum iuſtitia, me ſolabor, non nunc primum fortunæ ludis exerceor, didici quibus artibus caducæ ſpei uulnus eluditur. eant igitur res utcunq;, modo ego non moueor, neque hercle quo moueri debeam intelligo. nempè æquo animo poſſum uel aſſequi, quod meum eſt, uel dimittere quod nunquam aſſequi potui. compendiaria ad diuitias Philoſophorum uia eſt, quæ monſtrat non addendum diuitijs, ſed cupiditatibus detrahendū. hanc ſequi diſpoſui, ne

ſui, ne in illud durum ac laborioſum negociorum inextricabiliū iter incidam, à quo me Deus & ipſa naturæ meæ conditio, manus (ut ita dixerim) retraxerunt. De lite igitur, ſit quicquid eſſe poteſt, mihi paupertas mea nō moleſta nec ſordida, ſed plus etiam quàm uellem, inuidioſa ſufficiet, cum qua ſibi bene, mihi conuenit (ut uidetur Senecæ) diues ſum. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Anchiſeo, S. II.

Aduentui amici gratulatur.

CRedi non poſſet, quantum mihi curarum deceſſerit, quantumúe letitiæ acceſſerit, recenti quodam nuncio, quod tecum, quamuis multa loqui, longum tempusq́ prohibeat, partiri quantalibet breuitate diſpoſui. Franciſcum noſtrum aduentare audio, & iam eſſe Malsiliæ, multis quidem iactatum caſibus, & terreſtribus maritimiſq́ periculis ſaluum tamen, & ad me primum ille nūc recto, ut aiunt, calle feſtinat, & de uiarum, ut certus ſum, prolixitate conqueritur, ſæpe Virgilianum illud in ore habens:

Italiam ſequimur fugientem, & uoluimur undis.

Nec immeritò, putabat enim me in Gallia reperire. ſed illam curiæ ſentinam tolerare nequiueram, Proximus illi ſaltus in patriam, tui eum deſiderio ardere certe ſcio, ſed mihi crede, quod non ſcriberem, ſi propoſitum meum præuertere poſſes, ulla prouidentia, crede, nunquam, mihi, de conſilijs hominum fortuna iudicat. Inter cogitatus atq́ actus magnus quidam (ut uulgò dicitur) mons eſt, quando hic erit, quem iamiam affuturum ſpero, iniȷ́ciam manus. Imperioſa res eſt amor, nihil non licere ſibi extimat, uidebor iure meo uti, ſi quaſi reinuentum theſaurum domi recondidero, curamq́ue ſumpſero, ne tàm facile rurſus eò careat. id ubi prænunciatum uelim, quo patiētius feras, cum acciderit. Neq́ enim ut aduentus ſui famam, tecum modò partitus ſum, ſic ipſum quoq́ partiar amicū, multo rarior, multoq́ pretioſior res eſt amicitia, quàm aurum. in qua ſi quid auidius egero, excuſet utcunq́ poſſeſſæ rei pretium, duritiē poſſeſſoris. ego quidem te conſortem, non reijcio, ita tamen, præſentem partiamur. ut partem igitur tuam feras, immò uerò ut pro uno duos habeas, uenire te amor agat. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Anchiſeo, S. XII.

Amici ſui mortem immaturam dolet.

HEu quid hoc eſt, quid audio? ô ſpes mortalium fallax, ô curæ ſuperuacuæ, ô labilis ſtatus, nihil homini tranquillum, nihil ſtabile, nihil tutum. hinc fortunæ uis, hinc mortis inſidiæ, hinc fugacis mundi blanditiæ, undiq́ circumuallamur miſeri, & inter tot laqueos, ſpondere nobis iucūdum aliquid audemus? totiens fruſtrati, totiens ludibrio habiti, ſperandi conſuetudinem, & millies eluſam credulitatem neſcimus exuere, tāta fœlicitatis (licet falsè) dulcedo eſt. heu demens, heu cæce rerumq́ oblite tuarū, quotiēs mecum dixi. uide hic, nota, attende, ſubſiſte, recogita, imprime ſignum fixum, manſurum, indelebile. memento fraudis huius & illius. nihil unquam ſperaueris, nihil crediderìs fortunæ mēdax eſt uaria, leuis, infida, priora eius blanda & mitia, poſteriora acerbiſsima. noſti iam hoc ferale prodigium, expertus à nemine iam docēdus, tuis igitur exemplis tibi conſule, & ullum, cum hac inire cōmertiū caueto, æquè promittentē ac negantē deſpice, æquè rapientem largientemq́ contemne. Hoc decreueram, hoc mente firmaueram, at poſt tàm uirile propoſitum, ecce rurſus quàm muliebriter, quàm inepte decidi, ridiculosè dixerim, an uero flebiliter? ridiculosè alijs fortaſſe, mihi quidem prorſus mirabiliter ac miſerrimè. Poſt tot rerum ſperatarum inopinos caſus, induxi in animum, ſperare iterum, atq́ huic momētaneo & uelut hybernæ ſerenæ noctis credere, & ex euentu craſtini pendere præceps, temerarius, inconſultus, interblandiri curis mordacibus auſus ſum. Ecce iam dilectus meus aderit, Franciſcus meus, non minus mihi iūctus uoluntate, quàm nomine, non minus amore, quā ſanguine. ecce aderit, & fortè iam adeſt, tàm uehementi enim meditatione in eum incubuerā, ut ſæpè uelut ante oculos aſpicerem, tanto maris ac terrarum ſpatio diſtantem, & heu, nunquam amplius in huius mihi peregrinationis exilio reuiuendum. ſed ego iure quodam

meo

meo (quod amantium omne eſt cōmune) fictis cōgreſsibus, atq; colloquijs, inuiſæ moras
ſolabar abſentiæ, meq; ipſum (ut fit) quadam cum uoluptate fabellam. quotiens aliquis ex
pueris meis, quibus ille ſe fecerat multa morum ſuauitate chariſsimum, ad me aliquid nun
ciaturus intrauerat, ita eram, quaſi ille iam adforet. quotiens quis'nam fores impulerat flu-
ctuabam, & paſtorium illud in primis occurrebat animo.

Neſcio quis certe eſt? & Hylas in limine latrat.

Credimus, an qui amant ipſe ſibi ſomnia fingunt?

Hæc miſer amans ſomnia fingebā, his angebar curis, his æſtuabam ſollicitudinibus, paſce-
barq; tenui quadam ſpe, nō aliter quàm opimis per quietem dapibus ſopitus, eſuriens, &
latratus canum, & ſeruorum uoces, & moti ſtridor cardinis, & pauimentum proterens un
gula cornipedis, & omnis omnino ſtrepitus excitabat. quotiens uel libellos, quibus inhia-
bam, uel cui inhærebam calamum, feſtinabundus abieci? quotiens ſurrexi? quotiens proſi
lui, uidendi auidus, tenendiq; dilectum meum, & curarum mearum prædulciſsimum par-
ticipem. Neq; fratrem ſolum (ut Tullij quibus hoc loco poſſum propriè uerbis utar) ſed
ſuauitate fratrem, propè æqualem, obſequio filium, conſilio parentē, quem neſcio an nimis
ſerò cognouerim, an uerius nimis citò, niſi enim amare hominem cœpiſſem, nequaquam
morte eius in has lachrymas incidiſſem. Biennio uix integro illius conuictu & amicitia fre
tus ſum, tēpus, heu, uix alloquij, ne dicam amicitiæ ſatis patens. ſed hoc uno ſolor orbitatē
meam, quod ambo certatim illius temporis breuitatem, ardentiſsima hinc illinc charitate
laxauimus, & quicquid in amicitia dulce uel ſanctum eſt (quod in ſpatioſo æuo alij ſolent)
nos explicuimus in anguſto, ut iam delectatio noſtra diuturnior, amicitiæ uerò fides cer-
neq; ſincerior, neq; familiaritas artior eſſe poſset. Inuidit guſtatam mihi uitæ dulcedinem
fortuna, plurima & magna fidei ſuæ pignora, ſanus ægerq; ſuſcepi, qua in animi mei pene
tralibus, adamantina ſede reconditi, ſpero itidem de me, ille ſentiret, eoq; propēſius, quò &
humaniorem illū & amantiorem, natura protulerat, nūc aūt illius tēporis memoria, & ama
ra mihi ſimul & dulcis eſt, hinc mulcet, hinc cruciat, nec ſatis expedio, malim'ne fuiſſe illi ho
homini notus an incognitus. Amicū enim talem, fœlix & dulce quidē habuiſſe, ſed amiſiſ-
ſe miſerrimū atq; amariſsimū, nunq; ferè aliàs meipſum ut nunc excuſſeram, ꝙ nō ſine pu-
dore fateor, & affectuum in me plus, & uirium minus quàm opinabar inuenio. putabam
enim, & dignum erat multa lectione, lōgaq; rerum experientia obduruiſſe, aduerſus om-
nes ictus, & iniurias fortunæ. Fallebar infœlix, nihil me mollius, nihil eneruatius, putabam
immò, equidem certus eram, me Franciſcū meū amare tenerrimè, hoc enim illius erga me
charitas, & obſequia merebant. quantū tamen amauerim, heu, ſerò nec aliter ꝗ perdēdo co
gnoui, ideoq; nunc intractabilius ulceroſa mēs dolet, plus ſe cernens amiſiſſe, quàm crede-
ret, qua in te nihil magis obfuit, quā impræmeditatio eius, ꝙ euenire neceſſe erat, nō cogi-
taueram moriturum, & profectò, ſi quis in hoc torrente rerū humanarū ordo eſſet, ante me
mori nō debuit, poſt me natus. Acceſsit feruens atq; anxia eius expectatio, de qua mu a
iam dixi. ſic enim ipſe mihi ſupremo lachrymans degreſſu, ſic deinde, per literas pollici us,
ſic Socrates meus, nō futurū iā, ſed præſentē eius nunciauerat aduentū, digreſſum ex Gal-
lia, recto ad me tramite in Italiā properare, heu mihi, nunc recolo, uelut adhuc fœlix a in
teger, proximam abſciſionem, & inſtantes miſerias præſagirem, meq; confeſtim ſcirē opti-
ma mei ipſius parte cariturum. breuiſsimam fœlicitatem meam nitebar expendere, q d
fata mecum agerent ignorans. ueniet dicebam, prius me, grandæuum patrem, quàm dul-
ces fratres ac ſorores uiſere. inijciam manus, ac tenebo, hæc magnis uiribus opus erit, opi
tulatorem ex aduerſo inueniam. Amor, qui cum illo habitat, partes mecum faciet, iam ille
crebro mihi dicere conſueuerat Horatianum illud:

Tecum uiuere amem, tecum obeam libens.

Sed ecce manus, quas ego ſibi inijcere cogitabam, mors inicctt, & (quod ad te p-
die breui quadam epiſtola dixeram, de conſilijs hominum iudicare fortunam)
aliter atque ego ſenſeram interpretata eſt. nunc erepta ſpe, geminatoq; deſiderio, quid
agam? lachrymis'ne atque ſuſpirijs alat, & in amiſsi locum memorem meum indeſ en-
ter amplectar? an uerò ſerenare animum nitar, & circunſtrepentibus fortunæ minis,
in arcem

in arcem rationis euaderet? hoc præſtat, il ud placet, hinc uirtus erigit, hinc affectus incuruant, & quo me uertã, quidúe potiſsimũ ſequar incertus ſum, & malè mihi eſt ſæpiſsimè cadẽti, ſæpiſsimè reſurgenti. Saona nocens, atq; impia q̃ me his anxietatib. inuoluiſti, quid tibi pro meritis imprecer? abſtuliſti animæ meæ dimidiũ, ac florentiſsima ætate, creſcẽteq; iuuenem uirtute, dum adhuc ordiretur inexorabiliter ſuccidiſti, & nunc illi pectori, in quo Franciſcus meus hoſpitabatur, uiolenter incũbis. ipſe enim abijt, te licet inuita. nihil in illã iuris habes, corpus tantũ illius, & ſpem meã ſimul obruis, pro quo qd aliud optẽ tibi? curuati in arcũ colles extendantur, ut in faciẽ directi, & importuoſi littoris redacta. iniquã præbeas claſsib. ſtationem. corruãt mœnia, & manufacta præſidia, quæ uentis ac fluctib. obieciſti. huc uis Syrtium & Eurypi feruor, huc Scyllea rabies, huc charybdis impetus, & quæcunq; uaſti maris pericula trãſferantur, laxet Aeolus inquietos fratres, auſtrũ & reliquos qui tuis finib. inſultare ſunt ſoliti, ut toto orbe trãquillo, te unã perpetuæ quatiant procellæ, quicquid uel mortiũ, uel morborũ per omnes terras, ac maria peſtifer hic annus effudit, in te ſolam cõfluat, quæq; alijs annuatim, tibi peſtis æterna ſit, purgetur inſula Sardiniæ, & quicquid cœli craſsioris uſquã eſt, purgentur ſtagna & ſulphurei lacus limoſæq; penitus paludes, tepeſcat arctos, refrigeretur Aethiopia, uacuetur ſerpẽtibus ſuis Aphrica, tigribus Hyrcania, quicquid mõſtrorũ & immaniũ belluarũ orbis habet, in te, ex omni terrarũ parte cõueniat. in te triſtes nebulæ, in te latices funeſti, & inclemẽtes auræ, in te frigora æſtusq; deſæuiant, deniq; cum ſumma humani generis ſalute, tu ſola depereas, tu locus mortis, tu formidinis ac terrorum, regio tu luctus ac miſeriæ domus eſto, te peregrinus, te mercator, poſtremũ te ciues tui fugiant, te uiator pallidus è ſummis montium deſpiciat iugis, te nauta trepidus ex alto proſpecter, & infamem ſcopulum declinans, opem uelorum remis adijciat, heu, quo me dolor perpulit, quid loquor, aut ubi ſum? Mortalia mortalis tàm grauiter fleo, & inſontem terram, quæ ſuum ius recipit execror, incertus ubi'nam ipſe moriturus, atque hunc puluerem terræ redditurus ſim. itaq; iam lamentis & gemitibus abſtinendum eſt, & pro fratre præmiſſo, dum ſuperſumus orandum, id potius uiros decet, tibi uerò ciuitas pulcherrima, quæ depoſitum meũ ſeruas, ad me tandem reuerſus gratiam habeo, quod in terra forſan barbarica taciturum ipſa complecteris. Vitæ quidem breuitas fatalis fuerat, tuum eſt, quod amico meo iuueni licet, feſſo tamen iam curarum, contigit Italici ſaltem requies ſepulchri, leue ſolamen, ſed multis iam uiris illuſtribus optatũ. te nimirum hactenus, ut cupidè uiderem, ipſe terrarum ſitus, amœnitasq; præſtabãt, deinceps chariſsimi mihi cineris ſeruatricem, amara quadam dulcedine multo libentius uidebo, ſi enim amantiſsimæ olim coniugi Pompeij ſui mors, & truncum impie cadauer, arenas Niliacas commendabat, uſq; adeò, ut inde nollet auelli, cur non ego dilecti mei, perpetuam ſedem, littus Italicum amabo? Salue tellus egregia, fraternarum reliquarum cuſtos fideliſsima, tu me largius flere, tu partius ſperare docuiſti. Tu autem, ante tempus ereptæ mihi frater, qui hæc in me lamenta præcipitas, æternum uale. ego quidem ex te gaudium ac ſolamen, quod in his quibus aſsiduæ morimur terris expectabam, ubi neq; gaudij neq; ſolatij locus eſt, multo certius præſtante Deo, multoq; cumulatius, deinceps in terra uiuentium expecto. ſed ecce nunc experior, quod apud Statium legi:

dulce loqui miſeris.

Profecto ſic eſt, quàm multa enim non ſentiens, impetu magis, quàm animi iuditio dolenter effudi, nec loquendo ſatior, ſed accendor, nec deſinere quidem ſcio. abrumpam igitur. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. XIII.

Forti animo fratrum & nepotum obitum ferendum eſſe.

FAtebor ingenuè, & ſi enim ſoluendo non ſim, bonæ fidei debitor ſum, fatebor tibi, Te omnia debere, ingeniũ ſcilicet, & corpuſculum hoc, quod peregrinus inhabito, & ſi quid externorum obtigit bonorum. neque enim minus aula tua, animo meo con culic. quàm corpori, quàm fortunis, ſub te nutritus à iuuentute mea, ſuo te auctus atq; eru ditus ſum, quãtum uel intercurrentiũ caſuum malignitas, uel ingenij mediocritas paſſa eſt.

Vtex

Vt ex merito teneat, & hunc calamum, & hanc dexteram, & hoc quantulumcũq; eſt animi lumen, ad animi tui ſolamen refrigeriumq́; conuertere. id me in alijs malis, noſtris pro uiribus, obſeruaſſe memini, nec ut reor oblitus es. In hoc uerò tàm graui tamq́; intractabili & funeſto uulnere, quod nobis non dum flentibus noſtris ſatiata mors intulit, quid agerem, quid loquerer, uel omnino quid hiſcerem non inueni, corrui miſer, ad primam rei famam, & uelut repentino fulminis fragore dirigui. deinde ubi primum ſparſa rationis arma colligere, & proſtratũ ac iacentẽ animum attollere poſſe cœpi, literas infœliciſsimi rumoris, quem prius ab egregio uiro Paganino Medialonenſi, qui hanc urbem regit, dolenter narrante, mœſtus audieram, popoſci, & oſtẽſas, non ſine lachrymis legi. enimuerò illic ambagibus perplexa omnia & nil penitus certum legebatur, ab urbe ueteri fama ſurrexerat, mox perlata Florentiam, & per quorundam religioſorum literas, Apeninum tranſgreſſa, Bononiam primo, inde ad nos ſemper, ut fit, creſcendo ac uariando peruenerat. in re igitur dubia (quia natura hoc habet, ut audita quæ diſplicent, uix totis præcordijs admittãtur) malui mihi interim fœliciora promittere, ſic ægra mens, ad melioris ſpei dulcedinem recurrebat, ea tamen euanida, & uelut ſomniãtis miſeri fugitiua fœlicitas erat, quid multa? quamuis aſsiduè ſuperuẽtu nouorũ nunciorũ, ſpes illa decreſceret, nihil tamen prius planè compertum ſciui, quàm ad me Socratis noſtri lachrymabiles literæ peruenirẽt, ita mirum Tyberinas erumnas, ex alio orbe mihi Rhodanus nunciauit. ille uerò mihi literæ ancipitis ſpei refugium præcluſerunt, quo effectum eſt, ut id modicum intellectus, unde nonnunquam animi medelam mihi atq; alijs elicui, fletus & quæſtum pondus opprimeret, non ceſsi tamen nec ceſſaui: quotiens aſſurgere niſus, ſcribere aliquid uolui: quotiens libellos euolui, rubiginem ingenij tabeſcentis abſterſi, & in intimas memoriæ meæ cellulas, mœſtus ſcrutator introij: denique omnia feci, incaſſum tamen. uenerunt ad manus meas epiſtolæ quædam, quas uiſitante nos ſæpius fortuna, per hos annos, utroq; ſtilo ad te miſeram, in quibus nihil omnino meis, ne dicam tuis angoribus, non ſolum curandis, ſed etiam leniendis ſatis efficax uiſum eſt. & pudebat totiens uulgata repetere, noua autem cudere exhauſto in primis ingenio non ualebam, ordiri tamen & temptare non deſtiti, ſi fortè ſuprà ſpẽ orſa ſuccederent. Poſſem tria uel quatuor literarum oſtentare primordia diuerſo charactere, modisq́; ferè omnibus, quibus pro uarietate rerum grauidæ mentis affectus, conceptusq́; parturio. Sanè quantum mihi illa placuerint, cõditor idem, & caſtigator calamus tranſuerſo liturarum uulnere indicat. his ego difficultatibus implicitus, ſilere firmauerã, & præſentem gemitum CHRISTO conſolatori optimo, ſolandum finiendumq́; cõmittere. hæc pro excuſatione ſilentij mei dixerim, & nunc quod te, poſt tantũ tempus alloquor, non mutati propoſiti, ſed inſperati gaudij eſt, quod pectori meo nuper obſtinatius, dolẽti, & (qui miſeris mos eſt) mœrorẽ propriũ amanti, eiuſdẽ Socratis recentiores inuexerũt literæ, quibus animi tui inter tot fortunæ impetus, incõcuſſam magnitudinem eminẽtiamq́; perdidici, & qui dolorem meũ tacitus tuleram, ſuperaduenienſ gaudiũ ferre non potui, quo minus pias ſimul in lachrymas, & in uerba prorũperẽ, quod me friuolis ne quicquã tẽptare ſermunculis, pudor & dolor, & reuerentia uetuerant, & id ab illo cœleſti artifice factũ uidens, cui cum pro alijs multis, tũ pro hoc præcipuè gratias agere, dignũ eſt, quod tibi tot rerũ bellis exercito, fortitudinẽ tribuit, & cõſtantiã exemplarẽ. itaq; decus meũ, & iam quaſi ſola ſpei meæ, & multorũ ancora cõpoſito, tandẽ ſtatu fatigati pectoris, & ſedatis imbrib. lachrymarum, qui ubi uehemẽtius ingruerint, ſerenitatẽ mentis offuſcant, & conſpectũ præripiunt ueritatis, quid aliud ſuadeã: quidúe aliud rogẽ, niſi inſiſtendũ cœpto, & inuicto animo fortunæ minacis inſultibus occurrendũ, reſpiciendũ ſobriè ad naturæ noſtræ uiolẽtas ac ſuperbas leges, quid ſumus, ubi ſumus, quãdiu uel hoc ipſum, uel hic futuri ſumus, unde fune ſoluimus quem petimus portũ, quos inter ſcopulos nauigamus, quantũ maris emẽſi ſumus, quantulũ eſt quod reſtat, quantũ ſub fine periculũ, quã multi per tumidum æquor incolumes, in faucib. portus & in littore perierũt: Poſtremò quã graue iugũ ſuper filios Adã, non ut ſuper colla boũ, alternis horis ac dieb. ſed prorſus omnib. nulla eſt immunitas, nulla quies à die exitus de uentre matris eorũ (ut ſcriptũ eſt) uſq; in diẽ ſepulturæ, ac reditus in matrem

omnium

omniũ,hoc nos omnes,nõ magis graui,quã continuo iugo premimur mortales,ꝙ non genus,non forma,non diuitiæ,non ingenium,non facundia, non uires excutiũt, non arma, non ſatellites,nõ amici,non deniq; legiones,& claſſes & exercitus,ſed patientia,longanimitas,conſtantia.cogitandũ ꝗd nõ liceat fortunæ,in eos dico,ꝗ caduca & fugacia iſta complexi,ſeſe illius imperio ſubmiſerũt,reliquos enim territat,quidẽ urget & uellicat,ſed non ſternit.reuocanda ſub oculis omnis æui exẽpla. quas ſeu ꝑpotentiũ populorũ opes effuderit,ſeu ſuꝑ illuſtrium regum regna calcauerit,ſeu ꝗd uſquam ab origine mundi intactu furibũda reliquerit. Nõ uacat hiſtorias euoluere,ꝙ in alijs conſolatorijs epiſtolis ad te feci, & ꝗcunq; poſſem ſtudio,congrere nota ſunt tibi , non demiſsè neq; muliebriter agam, non enim uel fœminã alloquor, uel puerũ,uel unũ è plebe multiuola,ſed uirum fortem, & natura ſemper excelſum,nũc ſpero fortiorẽ ſolito, & ipſis calamitatib. altiorẽ, uirũ crebris ſignatũ fortunæ uulneribus,duratoq́; iam uirtutis callo,minas illius & prælia contemnentem.non itaq; delinimẽta blanditiarũ,aſperitatib. tantis interſeram,neq; ingeram ſpem ne potũ,quamuis & illa Deo caſus noſtros miſerante nõ deſit,tibi oſtendam.Orabo luctus tuos numerare,iacturas extimare,deſine in ea ꝗ reſtãt,lumina iam terſa cõuerte.Circũſpice familiæ tuæ ſtatũ, Columnienſium domos,ſolito pauciores habeat colũnas,quid ad tem, modò fundamẽtum ſtabile ſolidumq; permaneat.unus erat Iul. Cæſar,Fratrẽ nõ habuit, nec filios,& patris nomẽ occultũ eſt,quid tamen unus egerit norunt omnes.perſuade tibi quæſo,quod ueriſsimum eſt,quo plus ſæuijt,eò minus metuendam eſſe fortunam, quod potuit fecit,breui tẽpore,& fratres tibi,& nepotes & propinquos abſtulit, florentiſsimã que proſapiã redegit ad paucos.ſecurus generoſæq; plenus cõtumaciæ illam intuère, præter magnanimũ genitorẽ,propè iam nihil eſt in ꝙ arietare poſsit.& illi quidem,ut humani nihil unquam intolerandũ fuit,ſic nihil deinceps intẽpeſtiuũ accidet,mortalis æui metas lõgè poſt tergũ liquit. quem uerò ſenum mihi dabis, qui tot uitæ annos numeret, quot hic noſter fœlicitatis & gloriæ numerat?omnium profectò fortunatiſsimus, quos noſtra ætas habuit,ſi aliquanto citiùs abijſſet. cæterũ ſollicitudo ac metus, non niſi expectantis animi eſſe ſolet. qui iam ſuum recepit, in tuto eſt. quantum uerò ſolatium fortitudo tua,ſibi tribuet,inter ſeniles anguſtias, quibus eum ſub uitæ finem ferox implicuit fortuna, & unde illum explicare,non niſi uel propria,uel ſuperſtitis filij uirtus poteſt.hæc & his ſimilia præſentis mali remedia tibi ſunto, reliqua enim quæ remedia uidentur, ſtimuli ſunt,non leniunt,ſed acerbant,mors nec lachrymis redimitur, nec lamentis uincitur, uitari non poteſt, ſperni poteſt.hæc inſuperabilis, & ineuitabilis mali huius uíctoria ſola eſt. pluribus agerẽ niſi ſcirem, quod erectus & ſui memor animus loquaci conſolatore non eget. deiectum uerò,& propriæ nobilitatis oblitum uerba non erigunt,perge modò quæ cœpiſti, & bona fide ꝙ monſtras exterius,intus age,ne fortè ſub tranquilla fronte, turbida mens lateat, ꝙ periculoſiſsimum multis fuit,dum diſsimulatis ulceribus,in publico uelut læti,in cubilibus ſuis mœſti,latenti mœrore tabuerunt.Parum ſani capitis, & in perniciem propriam laborantis eſt iſta calliditas,ægritudinem profiteri,& palàm flere ſecurius eſt. deniq; quod ſæpè dixiſſe memor ſum, & dicendum ſæpius exiſtimo, alto loco ſitus es, unde aſpectum & iudicia ſermonesq́; hominum effugere non potes,quo accuratius tibi decoris ac famæ ſtudium eſſe debet,inter multas quidem iniurias,unum hoc de te benè meruit fortuna, magnam laudis obtulit materiam,habent qui nobiſcum uiuunt,habebunt qui naſcentur, poſteà quid in te ſuſpiciant, quod laudent, quod efferant, quod mirentur, infractum malis animi robur & generoſam uerè Romani ſpiritus maieſtatem. Vale.

Fran. Petrarcha Brunoni Florentino, S. XIIII.

Amantium cæca eſſe iuditia.

SOlum ſeu ſolis comitatum curis, epiſtola tua me repperit , laudum mearum onuſta præconijs.& quanquam teſtis afforet,erubui tamen,interlegendum fateor, quia uerò non proprium, aut alterius non amantis,ſed illius amiciſsimi ſenis teſtimonium ſecuta , in tam narrationem uenerat,minus attulit negotij,illud enim omnibus , quæ uel dicta ſunt,

uel in eandem ſententiam dici poſſunt, reſpondiſſe ſuffecerit. ſolere amantũ cæca eſſe iudicia. Hinc & apud Flaccũ. Balbinus Agnæ polypo delectatur, & apud uulgus, amatoria fabella eſt eius qui monoculæ mulieris amore correptus, à parentibus tandem morbo conſulentibus, in alias oras miſſus, & poſt aliquot annos, amore depoſito, in patriam reuerſus, fortè illi quam uehementer amauerat obuius, ac repentè triſti concitus ſpectaculo quæſiuit, quo nam illa caſu oculum amiſiſſet. Minimè illa, oculum amiſi, ſed tu oculos inueniſti. grauiter quidem ac præclarè. ſed ne plura. Siquis uſquam eſt amans, ſenex noſter eſt amantiſsimus ſuorum. in reliquis igitur deinceps (ſi quid mihi fidei eſt) ſibi, non ut Dodoneo Ioui, uel Delphico Apollini, ſed ut uiro unicè ueridico, adhibe aures animumque, quotiens ad me, quem paternæ amat, eius mellifluus & ſuauis ſermo deſcenderit, partius crede, niſi fortè, quod neſcio an in ſapientem cadat, errare nonnunquam, & decipi dulce eſt. Sanè carmen egregium, quod inſertum erat epiſtolæ, ſine reſponſo manſiſſet, tacita mei pectoris admiratione contentum, niſi obſtitiſſet ingenij tui meritum, in tanta præſertim uulgaris ignorantiæ nube radiantis. accipies igitur ſeorſum, & qualecunq; eſt boni conſules, carmen breue, quod in lachrymoſa materia occupato, nunc animo uix excorſi, non tàm ut id reſponſum eſſet, quàm ne nihil. Vale.

Fran. Petrarcha Luchino Vicecomiti Mediolanenſi, S. XV.

Veterum Principum & recentiorum collatio.

QVales ſperaueram, immò quidẽ quales nec ſperaueram literas tuas legi. gratulor inter excellentiam tuam, & humilitatẽ meam, hoc ſaltem interueniſſe cõmerciũ, taleq; mihi ad notitiã tui aditũ aperuiſſe fortunam, in eo ſanè, ꝙ literarũ ipſarũ ultima pars iubet, diligentiæ meæ cura non deerit, eoq; promptius enitar, quò plus delectationis labor afferet, dũ hortulanus herbis & arboribus, ego uerbis & carminib. incũbam, inuitante riui murmure, q querulus fugit, et dextera læuaq; ꝓminentẽ pomiferã ſyluam ſecat, cuius ſtudij primitias, iam nũc deguſtabis. Et ſi fortaſsè animũ altiſsimis intentũ curis, iſta nõ tangant, ut temporũ mos eſt, ſcio tamẽ, illos tàm magnos rerũ Dominos, Iuliũ & Auguſtum Cæſares, ſæpè à Reip. negotijs, bellorũq; laboribus, in noſtri tranqllitate ocij quieuiſſe, & rigentes gladijs dexteras, ab hoſtib. feriendis, ad ſyllabas numerãdas, ac uoces aduerſis agminibus, intonare, interq; tubarũ clangorẽ, & militarẽ ſtrepitũ, exaudiri ſolitas, ad Pierij modulaminis dulcedinẽ tranſtuliſſe. Neronem tranſeo, ne præclarũ ſtudio, glorioſaq; nomine illius monſtri commemoratione, commaculem. quã deditum muſis Hadrianum credimus, cuius intentio tàm uehemens fuit, ut ne uicina quidẽ morte leniſceret, prorſus mirum dictù, ſub extremũ uitæ ſpiritum, de animæ diſceſſu uerſiculos edidit, quos infererem, niſi ga uel tibi, uel tuorum alicui notos eſſe confido. quid Marcũ Antoninũ loquar, qui cũ nõ ambitione, ſed meritis ad imperiũ aſcendiſſet, uetus Philoſophiæ cognomen tenuit, nouũ ſpreuit, aliquantò maius extimans Philoſophũ eſſe, ꝙ̃ principem. huius generis exemplorum copia ingens eſt, uixq; aliquis principũ, ſine hac literarũ ſupellectili, ſe principem, immò uerò ſe hominẽ eſſe cenſebat. ſed mutata ſunt tẽpora, reges terræ, bellũ literis indixerũt, aurũ credo & gẽmas, atramentis inquinare metuunt, animũ ignorantia cæcum ac ſordidum, habere nõ metuũt. ſed grauis & periculoſa materia eſt, uiuũ potentẽ uerbis offendere, nec ad offenſionem longo ſermone opus eſt. Quiſquis malè uiuit, nuda læditur ueritate, mortui autem ſecuriùs reprehenduntur. Nulli grauis eſt percuſſus Achilles, ut ait Satyricus, itaque hoſtes literarum reges, noſtri temporis, non nominare conſiliũ eſt. non eſt enim tutũ, in eũ ſcribere, q poteſt ꝓſcribere (ut ait Aſinius Pollio egregius orator, in Cæſarem Auguſtum iocans) cuius ego nunc exemplo, ſuppreſsis reorum nominibus, accuſationem publicam peregero. propè enim omnes idem error agit, & cum nullus eos, quos ſuprà retuli literarum amicos principes ſequi uelit, certatim Licinium Cæſarem imitantur, qui ruſticanæ uir originis, ita literas oderat, ut eas uirus ac peſtem publicã appellaret. uox non quidẽ imperatore digna, ſed ruſtico. at non ſic Marius & ipſe quoq; ruſticanus uir, ſed, ut ait Cicero uerè, uir, quẽ licet uel occupatio, uel natura literarũ ad ſtudia tardiorẽ faceret, literatos tamen homines amabat, præcipuè Poëtas, quorũ ſperaret ingenio ſuarum rerũ geſtarum,

gloriam,

gloriã, celebrari poſſe.& nimirum,quis eſt hominum,niſi ſit idem prorſus agreſti duritie, qui & ſi non ualdè literis delectet,clarum ſaltem non cupiat nomen,quod profectò ſicut ſine uirtute,non quæritur,ſic ſine literis non ſeruatur. Fluxa eſt hominum memoria,picturæ labiles,caducæ ſtatuæ,interq; mortalium inuenta,nihil literis ſtabilius, quiſquis illas nõ metuit,oportet ut diligat,omninoq; uerum eſt illud Claudiani:

Gaudet enim uirtus,ſibi teſtes iungere cauſas.
Carmen amat quiſquis carmine digna facit.

Noſtri uerò,q̃ nihil,niſi Satyrico carmine dignũ gerũt,quas metuunt literas oderũt, itaq; cum Licinio ſentiunt omnes, nemo cum Mario, nec cum alijs dicam, &, qua nulla turpior deſidia unquam fuit,id quod pretioſiſsimum habebant, ſurripi ſibi per plebeios homines paſsi,eò ſenſim peruenêre,ut iam inter diuitias ſuas, grauiſsima premantur inopia, ita qui pro exiguo ſenſu,pro paruo regni angulo,in aciem deſcendiſſet,relictum ſibi à pro auis theſaurum inextimabile proiecerunt, inq; ipſam animi regiam permiſerunt alienigenas ingredi,qui eos non purpureis,ſed ſydereis ueſtibus ſpoliatos,inde depellerent. unde illud regale dedecus, uidemus plebem doctam, regesq́ue aſinos coronatos, licet ſic enim eos uocat, Romani imperatoris epiſtola quædam,ad Francorum regem. Tu ergo hac ætate uir maximè, & cui ad regnum nihil præter regium nomen deſit, è duabus principum ſententijs,cui potiſsimum te applices ignoro, ſed meliora omnia de te ſpero, itaque (ne in longum exeam breue carmen,quod ex tempore occurrit,inter arbores illas, de quibus tibi admodum familiariter partem poſcis, excellentiæ tuæ miſi,quod ſi placuiſſe tibi ſenſero,in eo genere poſſe enim uideor,quam putas, & quam occupatio mea ſpondet liberalior, apparebo. Vale.

Fran. Petrarcha Iacobo Florentino. S. XVI.

Adulationem uitandam eſſe.

VEris utinam laudibus meis,plenæ tuæ nuper ad me literæ uenêre, & dulcedine mira permulſere animum,ſic in eis affectum potius quàm effectum metiebar,ſi enim ab alio mitterentur, illud crederem.nunc de puriſsima quidem animi tui parte prodeuntes, ſcio non fallunt,utinam non fallantur, proinde uera tibi uideri omnia, quæ ſcribis certus ſum.amori tuo gratulor:compatior errori,nec tamen hic te partius errare uoluerim, adeò delectat, quod non ſum uideri tibi,mallem eſſe quod uideor.quid ſi ab alto negatum eſt, tu tamen ne amicus tibi error excidat caueto, equidem ego quamuis mihi temperatè nequiuerim,quominus ad literas tuas,iterum atque iterum reuerterer, ſenſi tamen lectionem ipſam, non uacare periculo, ſic enim grauiter,ſic ornatè,ſic dulciter,ſic denique ad perſuadendum appoſitè in propoſito uerſaris, ut ualde metuendum ſit, ne legentem ad credendum quidlibet facile poſsis impellere,quod ſi efficis, habebis opinionis tuæ comitem,niſi quod cum tuus generoſus & ingenuus error ſit, me implicueris errore ridiculo. Itaque conſilium fuerit,& ſi cum labore fiat,ab illa deinceps literarum tuarum parte, oculos auertere,& ſi poſt hac rerum me tuarum iugem ac ſedulum lectorem uis efficere, uide quæſo,ut Satyricè potiùs quàm Lyricè mecum agas. Larga enim materia eſt, ſi intendere cœperis,uidebis in me multa,amicis licet oculis grauia,& fauentis etiam linguæ non euaſura cenſuram. hic precor incumbe,huc facundiſsimum tuum calamum uerte. oſtende me mihi,inijce linguæ manum,arripe,liga,feri,ure,ſeca,tumida comprime, ſuperuacua reſcinde,nec ruborem mihi feciſſe timueris,nec pallorem.triſtis potio triſtes pellit ægritudines, æger ſum quis neſcit? Acriore tibi ſum curandus antidoto, non cedunt amara dulcibus, ſed amara inuicem ſeſe trudunt,ſi prodeſſe uis,ſcribe quod doleam. Milonianam Ciceronis,cum reliquis accepi,gratias ago,non mihi nunc primum,tuæ mentis indulgentia nota eſt, reſcribi faciam, & remittam. Comœdiam quam petis, me admodum tenera ætate dictaſſe,non inficior, ſub Philologiæ nomine.illa quidem procul abeſt, & ſi adeſſet,quanti eam modò faciam,quàm ue ac doctorum hominum auribus dignam tear,ex communi hoc intelliges amico. Vale.

Fran. Petrarcha Gilberto Grammatico Parmenſi, S. XVII.

De ſcholaſtica diſciplina.

ADoleſcentulum noſtrum conſilij inopem, & ætatis agitatum ſtimulis, paternæ ſollicitudinis ope complectere, iam ut uides, ad biuium Pythagoricum uiuendo peruenit, nuſquam prudentiæ minus, nuſquam periculi magis eſt. læua quidem ad inferos fert, ad cœlum dextera, ſed illa facilis, prona, latiſsima, & multarum gentium trita cõcurſibus, hæc ardua, anguſta, difficilis, & paucorum hominũ ſignata ueſtigijs. Non ego hoc dico, dixit Dominus omnium & magiſter. Spatioſa uia quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam. arcta uia, quæ ducit ad uitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam. puerũ ſanè noſtrũ, ſi hic ſibi dimiſeris, qd acturũ putas? nempè uel cæci more uulgarẽ ſtrepitũ ſequet, uel ſerrato (ut aiunt) ibit itinere, &, quæ grauiũ corporũ natura eſt, deorſum ſuis ponderibus feretur. nũc tu, oro, uir optime, ſuccurre, & incautũ ac nutantẽ adiuua, rege, ſuſtẽta. diſcat te magiſtro, dextrũ ſequi callẽ, diſcat aſcendere. ꝙ promptius faciet, ſi peculiariter in eum oculos defixeris, & adoleſcentiæ ſuæ morbis, ſingularis quædam tuæ prouidentiæ medicina ſubuenerit. ſcis quam in partẽ pendeat, unde ſit ruinæ ꝓximus, illic opportuno præſidio fulciat. Vetus medicorũ regula eſt, cõtraria cõtrarijs curari. in lætitiã effuſo, triſte quidlibet, mœſtitia cõtracto lætũ aliqd obijcito. Intenſione nimia, ſi obtuſum erit ingenium, more ſolertis agricolæ, alterna intermiſsione reparabitur, ſi rubiginem ſitu traxerit, exercitio eniteſcet. atque ita fiet, ut labor quietem condiat, laborem quies, uiciſsimque nunc ocio, nunc negotio recreetur animus. Innumerabiles præterea ſunt morum differentiæ, & tàm diuerſa remedia, non magis morborum corporis, quàm animi paſsionum, ut quod uni peſtiferum eſt, alteri ſit ſalubre, in hoc tota diſcretio ꝑceptoris uertitur. Iuuenilis pauor, familiaritate ac blanditijs mulcetur, Inſolẽtia minis, & ſeueritate cõprimitur, nec una ſcholaſticæ cenſura militiæ eſt, leuia uerbis, grauia uerberibus caſtiganda. hic laudib. erigendus, hic coërcendus infantia, hic opere fatigandus, hic domandus eſt ferula. generoſo animo, perſeuerantiæ ſtudium, affecto ſolatium, deſperanti ſubſidium, feruor algenti, præcipiti frenum, lento calcar addendũ. Notiſsima ſcienti ingero, ut attritu memoria recaleſcat, & de communibus magna pars artium conſtat, & aliquando iucũdius aſſueta loca reuiſimus, ſæpè non tàm notis, q̃ nouis cantibus delectamur. Puero huic, ut ad rem redeam, uel inuito manũ inijce, ne corruat, ne deuiet ad ſiniſtram, doce quanto periculo proceſſurus, quanto inde labore, quantoq; diſpendio regreſſurus ſit. oſtende illi, quanto tutius, iam hic rectum iter ſequi, q̃ ſpe reditus, q̃ multos in abruptum egit ultrò diuertere. Facilem caſum eſſe, paratumq; omnibus, in aſſurgendo aũt magnis uiribus, magno niſu, magno auxilio opus eſſe. monſtra ei uana eſſe uulgi ſomnia, falſam de omnibus, ſed præſertim de uoluptate ſententiam, nihil ad læuam uiæ huius, niſi fœdum, fuſcum, fragile, caducum, nihil ad dexteram, niſi pulchrum, lucidum, ualidum, immortale. & quàm propriè illam ſequentib. conueniat, quod ſcriptum eſt: Derelinquunt iter rectum, & ambulant per uias tenebroſas. atq; illud: Viæ eorum & tenebræ & lubricum. & illud: Via impiorum tenebroſa, neſciunt ubi corruant. Hanc uerò alteram ſectantibus, illud potius conuenire: Viæ illorũ pulchræ. & illud: Via iuſtorum ſine offendiculo. De utraq; autem ſimul dictum. Vias quæ à dextris ſunt nouit dominus, peruerſæ uerò ſunt quæ à ſiniſtris ſunt. neque ſolum uni dictum populo, ecce ego do coram uobis uiam uitæ, & uiam mortis. fac iſta conſideret, fac uideat, quàm reprehenſibilis poſt tot duces, quamq; error ambiguus, per inextricabiles uiæ anfractus, unde ſæpè redeuntibus ſeu redire meditantibus mors occurrit, denique dum res integra, dumq; ipſe ſuus eſt, nec dum peccati iugum ſubijt, doce, quantò facilius iugũ illud declinare, quàm excutere, & Poëticum illud teneris auribus frequenter inculca:

hac itur ad aſtra & illud:

Hac iter Elyſium nobis, at læua malorum
Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit.

In quo Poëtæ noſtro, ſapientũ Hebræorũ unus cõſonat, ſic enim ait: Via peccantium conculcata

calcata lapidibus, & in finem illorum inferi & tenebræ & pœnæ. his hac ætate conſueſcat monitis, has hauriat diſciplinas. Facilè quamuis formam recens excipit materia, facilè quiuis habitus, nondum duratis mentibus imprimitur, ubi falſis opinionibus aditum præbueris, operoſius excluduntur, inſta ergo dum uotiui ſpem ſucceſſus tractabile tempus præfert. & ſic habeto, plus te illi puero hoc beneficio collaturum, quàm ſi omnes ſimul ingenuas artes, in pectus ſuum ſedulo ore transfunderis. Magna quædam res eſt, fateor, ſcientia literarum, ſed maior uirtus animi. Et ſi utramque ex te diſcipulus docilis, ſperare queat, noſti ingenium quid poſsit, noſti melius expertus. ego id unum noui, paucorum eſſe, ut literati fiant, omnium ut boni, modò ſe bonis ducibus exhibeant obſequentes. Faſtidioſior quidem eſt ſcientia quàm uirtus, cum ſit illa nobilior, paucorum dignatur ingenia, illa nullius animum contemnit, niſi à quo prius contempta eſt. Vale.

Fran. Petrarcha Lanceloto Equiti Placentino, S. XVIII.

De Remedijs amoris.

HAerebat calamo dextera, ſcribendi auida, ſed incerta, quid ſcribet, tàm multis & tàm uarijs uno propè tempore, nuncijs pulſabar. interpellabat hinc Tyberis, hinc Arnus, hinc Rhodanus, ille mihi infœlicis, & de me optimè meritæ urbis ſtatum, immò uerius ruinam, quam ſine lachrymis audire non poſſum, nunciauerat. ille quorundã ingenioſorum adoleſcentium querelas, ad me diuerſo quidem ſtylo, ſed una eademq; ſententia tranſmiſerat, indignantium grauiterq; tolerantium, quid illic expectatus, huc diuerterim, ſeu quid ita natali ſolo habitaculum, iſtud antetulerim, quæ crebra multorum admiratio eſt. ille autem curialium literis amicorum ſilentio meo, in tanto excellentis amici gemitu, ꝙ in leuioribus malis minimè ſolebam. quodq; non tàm iudicio, quàm ſtupore cadẽ eis illuſtriſsimæ familiæ ac mœrore ſuſcepi, calcar blandæ, ſed ualidæ reprehenſionis incuſſerat. quo'nã ergo primũ uerterer, Romanis amicis miſeratio, Florentinis excuſatio, Transalpinis conſolatio debebatur, in hoc triuio hæſitanti, quartus rumor acceſſerat, quidam & nomine mihi iunctus, & ſanguine (quodq; ſuper omnia eſt) & amore & obſequijs animo meo probatiſsimus, atq; chariſsimus, dum ex Gallijs ad me uiſendi cupidus accelerat, morbo, ſeu laboribus uiarum, ceu cœli inclementia contracto, Saone ſubſiſtere coãctus, acerbã mihi morte ſubtrahitur, qua in re, quibus longæui parentis ac miſeræ matris orbitatẽ, fratrũq; ſolitudine ac ſororum lachrymas conſolarer, qui meas proprias lenire nõ poſſem? itaque turba rerum circumuẽtus. feci quod in talibus ſoleo, quiq; mos peculiaris inertiæ meæ eſt, ſtatui ex æquo, uniuerſa negligere, uel ſi poſſem etiam obliuiſci. ſi affecto tua incidens epiſtola, torporem abſtulit, & deſtitutum atq; abiectum calamum reſtituit, tàm dulcis grauitas, & tã grauis dulcedo inerat. ſanè ꝙ inter cætera ſcriptũ erat, Aphricæ meæ nomẽ iuſpirare, uel inuitũ compulit, neq; enim ſolus cœpti illius exitum expectas, mihi uerò promptius ſit, arenas maris, & cœli aſtra numerare, quã cuncta fortunæ laboribus meis inuidentis obſtacula. finem & ipſe incertus operior, prorſus ne fruſtra uigilauerim, an mihi ſaltem ſtudij mei uoluptas aliqua, quamuis ſera ſeruetur. ꝙ ſi ritè ſucceſſerit, ad hoc qualecunque ſpectaculum ingenij curabo, ne quis te præueniat in orcheſtra. Vltimam literarũ tuarum particulam ſubridens legi, iuuat enim morbi mei, ueteris tales noſſe participes, & arbitrari cogor, non ignobile accidens, quod in tali conſederit ſubiecto, ſolamen uerò uulgaris eloquij, ꝙ ex me iocoſè (niſi fallor) exigis, ego ex te, ſi fortè animi uulnus fando leniſceret, & poſcendũ dicerem, & ſperandũ. hiſcine uerſiculis ſperas, tibi poſſe dolores atque æſtus curasque graues è pectore pelli? augentur potius aluntu rq;, alia eſt igitur huius ægritudinis medicina, cuius quidem, quod fateri ueritas iubet, noſter Aeſculapius auctor eſt. herbæ autem, quibus illa conficitur, uel in hortulo tuo certè non ſunt, uel incognitæ tibi ſunt, uel in amœno guſtu efficiunt, ne tangantur. uale, et quod optimum aduerſus omnia uitæ noſtræ mala remedium reor, quicquid ſe ad mouendum loco animum obtulerit, diligenter examina, & ſi principio delectaris, finem cogita.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS FAMILIARIBVS,

LIBER VIII.

Fran. Petrarcha Stephano Columnæ, S. I.

Fortitudinem animi laudat.

HEu Miſerande ſenex, heu uiuaciſsimum caput, quo piaculi genere cœlū offendiſti? quid feciſti, ut tàm longæ uitæ ſupplicio punireris? Metellus alter dicebaris, nec immeritò, omnia conuenerant, patria, genus, forma, diuitiæ, altæq; corporis atq; animi ſingulares & admirabiles dotes, uxor quoq; clariſsima, & uxoris generoſa fœcunditas, & Cos. dignitas, & in Romanis exercitibus imperij faſtigium, & uictoriarum ac triumphorū tituli. ſenectus longæua, & inconcuſſa uſq; ſub ultimum fortuna, ſi quid enim aduerſi inter miſcere hactenus auſa eſt, qualia multa famoſis perſecutionib. pertuliſti, fecit hoc ut aſperitate inſigni abſtergeretur, & eniteſceret gloriæ tuæ decus. Hāc tibi fidē propè centeſimū uitæ annū fortuna ſeruauerat, & tu ſimiliter in orbe terrarū, & in orbis regina Vrbe princeps natus, poteras ubi de fœlicitate agitur, ea ſcilicet quæ ſperari poteſt, in hac uita rariſſimis exemplis, tuum nomen inſerere, non ut Sophidius inops, & inglorius arator, mendaci fœlix dictus oraculo, ſed ut glorioſiſsimus omniū noſtræ ætatis Romanorum ducū, & ꝙ prorſus difficillimū ac penè impoſsibile dixerim, in altiſsima fortuna fœliciſsimus, poteras excluſo Archade peregrino, ſedere fidentius, Romanus cum Romano, princeps cum principe, Stephanus cum Metello, niſi quod præter religionis eminentiam, cuius inter paganum Chriſtianumquè hominem, comparatio nulla eſt, cedere illum tibi, ſaltem fratrum ac liberorum numero dignum erat. fratrem ille nullum habuiſſe legitur, tibi quinque contigerant, ſummi uiri, &, ut breuiter dicam, nec ſanguine nec fortuna, quàm uirtutibus & gloria clariores. quatuor ille filios habuit, prætorios, conſulares, cenſorios, triumphales. tibi ſeptem fuerunt. unus R. E. Cardinalis. alius uel Cardinali maior futurus, ſi ad legitimam perueniſſet ætatem, tres Epiſcopi, duo bellorum duces & bellica gloria parenti, ut omnia ſimul expediam, propè pares, illi tres, tibi uerò ſex filiæ, de quarum moribus ſilentium breuiloquio præferendum puto, & quæ nam Deus bone, quàm flores ex utroq; ſexu, nepotum ac pronepotum acies, quàm dulcis turba, quàm iucunda ſocietas? quis ille, ne infinita ſequar, ex primogenito filio, primogenitus nepos, Ioannes diuinus quidem, & plenus priſcæ ueræq; Romanæ indolis adoleſcens, cui iure optimo Columnæ cognomen obtigiſſe diceres? neque enim de columna ut cæteri, ſed ipſa columna dicebatur, in quam ſcilicet amicorum ſpes, in quam domus ingens & antiqua recumberet. alter iam Marcellinus euaſerat, eadem ætas erat, eadem uis animi, par corporis uigor, idē & amor armorum, et equorum ſtudiū, & equitandi peritia, alter quoq; Marcellus indies, uel ſi quid Marcello clarius fiebat. quæ cū ita eſſent, quaquauerſum. Romanū reſonat nomen, uulgò iam fœliciſsimus, ſi duci poteſt, fœlicior ac ſummis ſublimior uidebaris, ſed ſapientes expectare finē iubent, quod ille fortunatiſsimus olim rex Lydorum, Solonis cōſilio monet. Re enim uera de mortali fœlicitate mors iudicat &, ꝙ mirabilius, de æterna. Nemo ergo confidat lubrica fœlicitas eſt. Vis te fœlicem fatear? morere, ueri teſtes uitæ, ſunt ciuis ac ſepulchrum, aliter enim, quò altior es, eò grauiori ſubiaces ruinæ, unicum fœlicitatis exemplum eras noſtri temporis, ſi qualis uitæ curſus, talis exitus fuiſſet, nihil mali eſt, ꝙ non ſecum afferat longa ætas. ut multorum dierum nauigatio, ſic multorū annorū uita eſt. Non unum cœlo ſydus, non una tempeſtas pelago, ſæpè flectendus

clauus, ſæpè cõtrahẽda ſunt carbaſa, & ſæpè, quo nihil periculoſius habet ars nautica, pro uentorũ uarietate flectenda ſunt, nunquã expectes ut diù ſit immota tranquillitas, aut maris aut uitæ, mutantur aſsiduè rerum facies, & ſæpè ſereniſsimus mane dies, nubilo fine concluditur:

Me 'ne ſalis placidi uultum fluctusq́ quietos,
Ignorare iubes? Me 'ne huic confidere monſtro?

Hoc apud Virgilium ille famoſus nauta, in mari dicit, hoc apud ſeipſum ſapiens uir dicet in uita. nihil metuit armatus, & iugi meditatione præparatus animus, improuidum & ſibi læta omnia promittentem, quælibet aduerſa deijciunt. Sed ad fortunæ tuæ uarietatem redeo. quinque germanos fratres iampridem ſepelieras, quem non tantarum columnarum ruina proſterneret? manſiſti tamen inconcuſſus, &, ꝙ propriũ magni inuictiq́ animi fuit, in te unũ uniuerſam domus ſarcinam tranſtuliſti. ex illo quidẽ, damnũ irreparabile, immortali cõpenſabas, Fama rerũq́ ꝑgrandiũ memoria, ſolabaris, inq́ tot fratrũ locũ, nepotum lõgus ordo ſucceſſerat. dilecta tibi interim & amãtiſsima uxor eripiĩ, fœlix morte ſua, nec in hũc ſeruata dolorem, multò quidẽ ſua morte fœlicior, ꝗ̃ uxor Euandria, de qua id dictũ eſt. Illi enim ne unius, huic ne plurimorũ filiorũ acerbũ interitum uideret, tempeſtiua morte cõſultum eſt. eripitur & natorũ maximus, cui ſingulariter incũbebas, gemini graue uulnus, iàm multa ꝑpeſſo, manſiſti tamen iam ruentib. fundamẽtis. inde alijs uſq; ad inuidioſam magnitudinem auctis, & mira luce fulgentib. fortunæ peperceras, & miſcens amara cũ dulcibus, deſideriũ defunctorũ ſuperſtitũ ſolario leniebas. iam ſenſim obliteratus primorũ uulnerũ dolor erat, fœlix adhuc, & (ut dixi) Metello fœliciori mori poteras, lõga uita præſtitit, ut fieres Priamo ſimilior, quàm Metello. Metellum quippe ſepelierunt ſui, ſuos Priamus ſepeliuit. multum diuerſa conditio. trux fortuna, pauca ne inconſtantiæ tuæ argumẽta præbueras, niſi ueteribus etiam, nunc exemplis Stephanus noſter accederet, quem breuiſsimo tempore, uario genere moriendi, filiorum ac nepotum multitudine ſpoliatũ, de fœliciſsimo patre miſerandus orbitatis ſpectaculum poſuiſti? ô magnanime uir, ô memorabilis Stephane, iam fœlicior apparebas, quàm qui fieri poſſes infœlix, iam comitatior eras, quàm qui ſolitudinem formidares, iam morti proximior quàm cui eſſet mors filiorum adoleſcentium metuenda, extra teli iactum conſtitiſſe uidebaris. ſed impotens illa, & immitis Dea eſt, ſeu uerius Dei miniſtra, & diuinarum uoluntatum executrix impigerrima, ſed occulta, miris & incomprehenſibilibus modis agens. cuius ut clandeſtini ſemper & uarij, ſic ſæpè mœſti & flebiles ludi ſunt, & certè nullum hac ætate clarius, ſuæ uarietatis indicium erat, ideò inſidiatam eſſe, & aſcenſui glorioſo fauiſſe crediderim, quo ſe mundo notiorem faceret, & poſt tantùm fauoris inſignior clades, & ex tàm alto terribilior caſus eſſet. neque enim poteras tàm infœlix. Talium filiorum numerus efficit, ut ſpectabilis orbitas tua, heu dulcedo amariſsima, heu laborioſa requies, heu funeſtæ blanditiæ. quid metuendum? quid optandum? quid tenendum uitandũue homini eſt? Importunum nihil habuiſſe, quod placeat, durum dulcia tot habuiſſe quæ perderes. uixiſti nimium fateor, ſed ſic oportuit, ut doctior morereris. putaſſes ſolidum aliquid eſſe, fortunam, ſi eius alteram tantummodò faciem aſpexiſſes, ô multis iactate caſibus, quid nunc expectas ut dicam? nolo ſperes, nolo deſperes, alterum uani, alterum infirmi animi eſt. quid enim oro te ſperes? nouos filios? noua coniugia? intempeſtiua eſt ætas, tàm ſenectus apta nuptijs quàm bruma meſsibus. ridiculum ioci genus, ſponſus, ſenex, contrà autem quid deſperes? de tot filijs nullum habes. ſi habes teipſum ſatis eſt, nullæ diuitiæ maiores, nulla clarior poſſeſsio, quàm in poteſtate animum habere. inuenimus, qui centum quindecim filios habuerit. Herotimus quidam rex Arabum, mirum dictũ, ſeptingentos habuiſſe traditur. ſeipſum habere paucis contigit. Amiſiſti colloquia filiorum, tecum loquere, cum alijs enim omnium, ſecum loqui paucorum eſt, multa ſunt quæ loquaris, multa quæ reſpondeas, multa enim in tàm longa uita feciſti, quorum uel meminiſſe iucundiſsimum eſſe poteſt. Non poſſunt (ut apud Ciceronem ait Cato) omnes eſſe Scipiones aut Maximi, ut urbium expugnationes, ut pedeſtres, naualesq́ue pugnas, ut bella à ſe geſta, ut triumphos recordentur. tu uerò de illorum

es acie, quibus rerum ſuarum recordatio glorioſa eſt. recordare quæ geſſeris domi militiæque, terra pelagoq; ſis paſſus, quos labores, quæ pericula obieris, quæ tibi clariſsima contigerunt. fateberis credo te, & ſi ſemper ſine liberis fuiſſes, magnum uirum, & non ocioſa quidem fœlicitate, ſed fœlicem tamen. nunc uerò nec ſine liberis fuiſti, & tales habuiſti, quales ut amiſiſſe durum, ſic habuiſſe ſuauiſsimum ſit. adde quod nihil incauto accidit. Ea ſapientia tua eſt, ut non modo quæ tibi euenerunt, ſed & omnia quæ poſſunt euenire præuideris. poſsibile enim, nihil eſt inopinabile ſapienti, ſtultorum impræmeditata ſunt omnia. non hoc dicere uolo, maius quiddam in animo eſt, cuius tibi uno uerbo memoriam renouare ſatis erat, ſed nec quid eorum quæ ex te audierim effluere mihi putes, dicam expreſsius. Memento ergo, mihi enim imago illius temporis ante oculos eſt, dum ante annos decem, Romæ tecum agerem, & fortè ſoli, hora diei iam ſera eſſemus, deambulantes in uia lata, quæ à domibus tuis ad Capitolij arcem ducit, conſtitimus tandem illic, ubi tranſuerſa illam ſecat uia, quæ à montibus ad Camilli arcum, atque inde ad Tyberim deſcendit, dumquè in illo quadriuio, nullo interpellante multa colloqueremur, de ſtatu domus ac familiæ tuæ, quæ tunc ut ſæpè alijs externis clarior periculis, ciuili bello grauiſsimo agitabatur, incidit (ut fit) unius ex filijs tuis mentio, quo cum ſuggeſtu maliuolorum reor, eo tempore pluſquàm paterna iracundia diſsidebas, ſed tribuit, mihi benignitas tua, quod multis ante negaueras, ut me auctore ille tunc rediret in gratiam) cæterum cum de eo multa mecum familiariter queſtus eſſes, mutata fronte, tandem adiecisti hæc ferè (non enim rerum modò, ſed uerborum mihi ſuppetit memoria). Filius meus, amicus tuus, de quo me cogis, ut paternæ ſim affectus, in ſenectutem meam, quæ honeſtius continuiſſet euomuit, ſed quoniam negare tibi hoc non poſſum, præteritorum omnium obliuio, &, ut aiunt, abolitio ſit, poſt hanc diem, nullum mihi in uerbo iræ ueſtigium uidebis. unum non ſilebo, cuius te tempus in omne teſtem facio, mihi quidem obijcitur in primis, qui contra ætatis meæ decus, pluribus me bellis implicem, q̃ oportet, hanc filijs odiorum atq; diſcriminũ hæreditatẽ relicturus, ego uerò Deum teſtor, nullam me aliam ob cauſam niſi amore pacis bella ſuſcipere. quietis auidum me uel ſenectus ultima, & in hoc iam terreo pectore frigeſcens animus, uel longa humanorum caſuum reddit obſeruatio. uerũ ita fixum atq; firmatum habeo, labori terga non uertere, mallem tranquilliora, ſed ſi ita ſors tulerit, ad ſepulchrum potius pugnando perueniam, quàm diſcam ſeruire ſenex. Ad id ſanè, quod de hæreditate dicitur, hoc unum reſpondiſſe uelim, & hic fige in me oculos, animumq;. Vtinam hæreditatem aliquam filijs dimitterẽ, ſed aliud uoto meo debitum, aliud fato uiſum, quod mœſtus dico, ſiquidem cum fuſo naturæ ordine, filiorum meorũ omniũ hæres ero. hæc dicens, undantes lachrymis oculos auertiſti. id quo'nam ſeu animi præſagio, ſeu Dei monitu dixeris incertum, quamuis uaticinari aliqua, de natorum euentibus, principes ſolere, teſtis eſt diuus Veſpaſianus, qui alterius natorum mortis genus, amborumq; prænunciauit imperium. Ego quidem die illo, tanquam uel caſu tibi elapſum, uel ab indignatione profectum uerbũ cõtempſi, fateor, neq; tantarũ fore uirium ſuſpicatus ſum, poſt longum uerò tempus, dum crebris filiorum mortibus, quæri fidem, uaticinio uiderẽ, rem inter amicos retuli. inde in uulgus effuſa eſt, itaq; ſacræ memoriæ Ioannes, Romanidecus Cardinis: & familiæ tuæ princeps, tribus iam fratribus defunctis, euicit precibus extorſitq;, ut ſibi rem totam ordine narrarem. quod cum inuitus feciſſem, ille ſuſpirans ait: Vtinam genitor noſter nõ tàm ueridicus uates eſſet. eodẽ anno, ferali illo primogeniti tui, ac nepotũ caſum, magis ac magis horrere præſagiũ tuum cœpit, donec ipſe dolore confectus, ut arbitror, nouiſsimè moriendo, dictum patris triſti quidem, ſed plena fide compleuit. quæ res cunctis qui eam audiuère mirabilis, mihi uerò magis indies horribilis ac ſtupenda eſt. Meminiſti omnium non dubito, ego certè ſic memini, ut adhuc ſepulchrum illud marmoreum antiquum, quod in angulo eſt, & cui uterque noſtrum cubito inſiſtebat. ad hæc, & omnis tui habitum ſpectare, uocesquè illas tuas his auribus audire mihi uidear. quæ cum ita ſint, non debet intolerabile damnum eſſe, quod tanto ante præuiſum eſt, armat enim meditatio animum. quid pateris, quod non te paſſurum ſcires

nemo

nemo plorat, filium ſe genuiſſe mortalem, niſi ſit idem amens & propriæ mortalitatis oblitus. Amamus noſtri ſimiles filios habere, nihil uerò magis eſt noſtrum, quam inſita atque indicta naſcentibus conditio moriendi, ſola omnium inſeparabilis inhærensque oſsibus ac medullis, quid ergo dolent, homines in funeribus filiorum? profectò non certum & publicũ naturæ debitũ, ſed mortis inſperatũ ordinẽ, hic tibi (quantũ intelligi datur) nec improuiſus nec ignoratus fuit, prima lugendi cauſa ſublata eſt, inopini dolor uulneris. aut igitur affectus tuos, diuino ſubdis imperio, quod docti omnes & benè inſtituti faciunt) & quæcunq; tibi acciderunt, tàm præuidiſti æquanimiter, quàm tuliſti. aut ſi fortè (quoniam ſuum naturæ ius eripere difficile eſt) gemitũ reluctandi paternus amor ui expreſsit, tantum tamen tempus effluxerit, ex quo lugere primũ cœperis, ut iam ueriſsimile ſit, lachrymas aruiſſe. leniteſcit enim tractu dolor, leniteſcit & gaudium, quodque unum habent bonum, humanarum paſsionum nulla perpetua eſt. ſed quoniam magnas res agentibus, oratio longior inuiſa, finem faciam, ut uerò non inhumani patris fuerit epiſtolæ principium, ſi id pietas coëgerit, humentibus oculis legiſſe, ſic ſiccis ſinem luminibus perlegere uiri fortis erit, & indomiti, itaque totum animum collige obſecro, & ingenti niſu fortunæ ruentis incurſum excipe, quiſquis primum impetum pertulerit uictor erit, plures enim terrore quã ui ſuperat. ſed quid ago? quod ſuadeo impleſſe te ſpero, id duntaxat, obteſtor ac deprecor, ne unquam fortè, ut eſt animus ſæpè curioſior, eorũ in quibus nullũ iam niſi memoriæ ius habet, uetera memorando, in nouas miſerias relabaris, ac nimis indulgens patrio dolori, reſcidas hærentium uulnerũ cicatrices, ſine abijſſe, quæ ut redeant impetrari nequit. an crucient, an delectẽt, in tua poteſtate ſitum eſt, uulgus te orbum, ſenem, miſerũ appellet, tu uulgus, ut ſolet inſanire & te fœlicem credito, de utroq; fortunæ dolio guſtaſti. ſcis quid ſapiant, lætũ te dulcia fecerũt, amara cautum faciunt, ut intelligas quorſum fidendum ſit ſecundis. uidebas & olim credo, ſed hoc non negabis, nunquam te clarius uidiſſe. nullæ ſunt certiores ſcholæ, quàm in quibus experientia magiſtra eſt, quod à multis audieras uidiſti, & aurium diſciplinam oculis approbaſti. uides eam, de qua omnis ferè mortalium ſermo eſt, nihil eſſe fortunam, uides fabulam eſſe, quæ uulgò dicitur fœlicitas, illamq; amiſiſti, inueniſti aliam certiorẽ, atque ſolidiorẽ. Et quã, inquies inter tot dolores mihi fœlicitatem oſtentas? quam putas, niſi quam nemo tibi unquam ſi nolis eripiat? Monſtro tibi fœlicitatem contrariam, primæ bonis tuis eſſe contentum, ſcire quibus ornatus uidebaris, tua non fuiſſe, diſcuſsis demum erroribus, ueras opiniones executum licet ſerò. ante omnia formidarum gentibus fortunæ imperium, nõ timere. quid dicam amplius? In hoc deſino, nudus intraſti, nudus ingredere, & illam humanarum, ut aiunt, rerum dominam, celſo animo cõtemnere, nocuit uſque adeò, nocere iam non poſsit, quid nunc etiam cogitat, quid minatur? exhauſit pharetram exarmata eſt, nec habet illa quod iaculetur, ne tu habes, ubi de cætero feriaris. Vale.

Fran. Petrarcha Olympio ſuo, S. II.

Se domum non repererit dolet.

Nihil omni ex parte fœlix aut dulce, dũ uiuimus, ſentio quàm impropriè locutus ſim, immò uerò dum nõ uiuimus, cũ enim uiuere cœperimus, nihil niſi dulciſsimũ ac fœliciſsimum erit. ecce dũ eo lætus ac redeo, exoptatiſsimũ mihi tuũ, & illius amici optimi cõſpectum colloquiumque perdidi, uix lachrymas continui, domum hodie reuerſus, ubi comperi uos ſimul, hic fuiſſe, mei uiuendi deſiderio, ſuperatis alpibus, atque omni uiarum aſperitate calcata, meq; non inuento, magna uelut deſtitutos ſpe dolentes abijſſe. hæc enim & famulorum uocibus perdidici, & literis ueſtris, quas inter libellos meos, tanquam extimæ dilectionis obſides reliquiſtis, & arrabonem moræ breuis & pignora redeundi. ſed quoniam dura leniorem in partem flectere ſapientis eſt, cogitemus id cœlitus actũ, ne me ut optabatis inuẽto, cõgreſſu amici feruor ille tepeſcere, & animorũ, quo nũc ut reor, per abſentiam irritato, pro paucorum forte dierum gaudio prærepto multorum

nobis annorum iucunditas compenſetur, de hoc tamen illa uiderit, cuius adamantina duritie, ſæpè humani conſilij acies, infirma retunditur, certò ego ſic mihi fingo, ſic cogito, ſic ſpero, & in hac ſpe multis obſeſſus laboribus conquieſco. De quo quid ſentiam, quid ue tibi ſuaſurus ſim, quod & magna res eſt, & nuncius hic feſtinat, in diem alium differre coactus ſum. Vale.

Fran. Petrarcha ad Olympum, S. III.

Quanto fontis Sorgiæ amore teneatur.

EXpectaui anxiè, nec dum aut patiens nuncius, aut ocioſus dies affuit, itaq; ſimul concepta carptim explico, non quidem ex animi mei ſententia, noui enim orationis perpetuæ quanta uis, ille orientalium fluuiorum maximus, multis diſtinctis alueis, uides quàm nō modo permeabilis, ſed etiā cōtemptibilis factus eſt, ſed pareamus tēpori, ſit libitū quod licet, quando quidem eſt libitū nō licet. & quoniā nuncij huius, haud ſat explorata fides erat, unā duntaxat epiſtolæ tuæ partē exequar, ubi reditū ad fontem Sorgiæ diſſuades, ut illā tibi ſolicitudinem eripiā. uideris enim mihi, de hac re non mediocriter curare, nec immeritò quod eò ſæpius uocantē Socratem noſtrū, non audire non potui, itaq; uictus tandē precibus, ſpopōderam, ſi tractata ſuccederent, quibus & honeſtus illic manendi color, & uitæ neceſſaria quærerentur, uitæ, inquam, ſodaliū, et multorum ad me illic de more conuenientiū, mea enim uita, non modo neceſſarijs inſtructa, ſed uereor, ne ſuperuacuis impedita ſit, quo ſibi libuiſſet ſecuturum, non ignarus quidē rerum harū & illarum, ſed magnū ibi hactenus ducem noſtrum, & uos omnes eſſe cogitans, quos mihi reliquos mors feciſſet, amoris ueſtri, uelut uncis quibuſdam ualidiſsimis retrahebar. nunc mutata ſunt omnia, & amicorum turba abijt, & dux noſter obijt, & Socrates meus, qui ſolus ibi eſt, quamuis unus in me poſsit omnia, quamuis inueteratæ conſuetudinis ui, & ipſe ibi eſſe, & omnes ſuos, meq; ante alios ſecum eſſe deſideret, nunquam tamen audebit, omni ſpe abſciſſa, in eas nos terras accerſere, ubi omnes prorſus alienigenæ atque hoſpites futuri ſimus. neque enim ludus eſt, hominibus mortalia & caduca corpuſcula trahentibus dicere, quod animæ fœlices corpore reſolutæ, apud Virgilium loquuntur

Nulla certa domus, lucis habitamus opacis,
Riparumq; thoros, & prata recentia riuis
Incolimus.

Si enim iſta ſufficerent, poſſet utiq; Clauſa uallis, unde Sorgiæ fons erumpit, nobis omnibus abundè riuulos nitentes, & frondoſas domos, & herboſa cubilia miniſtrare. ſed plus aliquid exigit natura, philoſophos quidem, & poëtas duros ac ſaxeos uulgus exiſtimat, ſed in hoc fallitur, ut in multis, carnei enim ſunt, humanitatem retinent, abijciunt uoluptates, eſt autem certa, uel philoſophicæ uel poëticæ meta neceſsitatis, quàm præterire ſuſpectum ſit. non eſt per ſe ſufficiens (ut ait Ariſtoteles) natura, ad ſpeculari, ſed oportet & corpus ſanum eſſe, & cibum & reliquum famulatum exiſtere. neq; enim cantare ſub antro Pierio, thyrſum ue poteſt contingere, ſæua paupertas, atq; æris inops, quo nocte dieq; corpus eget (ut Satyricus ait) magno ac perpetuo apud doctos philoſophici poëticiq́ue dogmatis conſenſu rerum, ſed uerborum uarietate multiplici. Igitur Clauſa uallis (ut cœptum ſequar) ad aliquid breue tempus, urbanarum uoluptatum tædio affectis, ut olim diuerticula, non inamœna ſufficeret, in longum certè, nec promitteret neceſſaria, nec præſtaret. nobis ſanè, ſi ſapimus, non in longum modo, ſed in finem quoque proſpiciendum eſt, ut uitemus illud Senecæ, quod humano generi facit improperium, ubi ait: De partibus uitæ cogitare omnes, neminem de tota. uerè ſic eſt enim, & hoc eſt, quod conſilia noſtra præcipitat, ut inter occupationes tàm uarias, miſerandum ſimul, & ridiculum ignoremus, quonam fluctuantis uitæ gubernacula dirigamus. Scio Clauſæ uallis optabilem æſtiuo præſertim tempore ſtationem, & ſi illi unquam receſſus, ille gratus fuit, mihi fuiſſe gratiſsimum, decennis indicio eſt mora, quod ſi apud te, immò uero apud alterum me ſine iactantia gloriari licet, pace montium ac fontiū ſyluarumúe, quid uſq; nunc loco illi non dicam clarius,

ſed certè

ſed certè notius incolatu meo accidit: opinari auſim, apud multos, non minus illum meo nomine, quàm ſuo, miro licet fonte cognoſci: quod idcircò dixerim, ne quis dubitet, me illius rus non ſpernere, quod mihi meisq; rebus aptiſsimum ſemper inueni, ubi ſæpè curas urbanas, ruſtica requie permutaui, quod non tantùm electione ipſa, ſed agreſtibus muris, & (ut ſpero) ſolidiore cemento, uerbis atque carminibus illuſtrare pro uiribus ſtudui. illic, iuuat enim meminiſſe, Africam meam cœpi, tanto impetu tantoq; niſu animi, ut nunc limã per eadem referens ueſtigia, ipſe meam audaciam, & magna operis fundamenta, quodammodo perhorreſcam. illic & epiſtolarum utriuſq; ſtyli partem nõ exiguam & penè totum Buccolicum carmen abſolui, quàm breui dierum ſpatio, ſi noris ſtupeas. Nullus locus, aut plus ocij præbuit, aut ſtimulos acriores, ex omnibus terris ac ſeculis, illuſtres uiros in unũ contrahendi, illa mihi ſolitudo dedit animũ, ſolitariam uitã religioſumq; ocium, ſingula ibi, ſingulis uoluminibus perſtringenda, & laudanda ſuſcepi. deniq; iuuenilem æſtum, qui me multos annos torruit (ut noſti) ſperans, illis umbraculis lenire, eo iam inde ab adoleſcẽtia ſæpè confugere, uelut in arcem munitiſsimam ſolebam. ſed heu, mihi incauto, ipſa nempè remedia, in exitium uertebãtur. nam & his, quas mecum aduexeram curis incendẽtibus, & in tanta ſolitudine nullo prorſus ad incendium accurrente, deſperatius utebar, itaq; per os meum flamma cordis erumpẽs, miſerabili, ſed, ut quidã dixerũt, dulci murmure, ualles cœlũq; cõplebat. hinc illa uulgaria iuueniliũ laborũ meorũ cantica, quorũ hodie pudet ac pœnitet, ſed eodẽ morbo affectis, (ut uidemus) acceptiſsima. quid multa? ſi quæcunq; alibi, cũ his quæ ibi ſcripſi conferantur, loca omnia, locus ille, me iudice, hactenus ſuperet. eſt igitur eritq; dũ uixero, ſedes illa mihi gratiſsima comemoratiõe iuueniliũ curarum, quarũ uſq; ad hanc ætatẽ in reliquis elaboro. ueruntamen niſi noſmetipſos fallimus, alia quædã ſunt uiro tractanda, quàm puero, & ego aliud illa ætate non uiderã, obſtabat tamen recto iuditio cæcus amor, obſtabat ætatis imbecillitas, paupertasq; conſilij, obſtabat reuerentia ducis noſtri, ſub quo eſſe pluris erat, quàm libertas, immò ſine quo, nec libertas, nec uitæ iucunditas plena erat. nec & illum, & quicquid dulce ſuperat, uno penè naufragio amiſimus, quodq; ſine ſuſpirio dici nequit, uirentiſsima olim laurus mea, ui repentinæ tempeſtatis exaruit, quæ una mihi, non Sorgiam modò, ſed Druentiã Ticino fecerat clariorem, uelumq; quo oculi mei regebantur ablatum eſt, ut uideam quid inter uallem Clauſam, Veneſini, & aptas Italiæ ualles, collesq; pulcherrimos, & urbes amœniſsimas ac florentiſsimas interſit. interq; unicum Sorgiæ fluuium ac ſontem, & tot lucidos fontes, tot uaga flumina, tot piſcoſos lacus, duo longè clariſsima maria Italiam, curuis & ſpecioſis anfractib. hinc inde uallantia, ut reliquas naturæ præſtantiſsimas dotes ſileam, atq; in primis ingenia moresq; hominum, non hic dicendi locus eſt. & tamẽ uide, quantum primæ impreſsiones animis hæreant, quantumúe conſuetudo longior poſsit in rebus omnibus, ut enim iuxta perfectæ legem amicitiæ, omnes tibi pectoris mei fluctus aperiam, ſenſum hac in parte rationi rebellantem ſentio, & fateor uallem illam, nunc uel maximè repudiãs ſuſpiro, meq; uel inuitum neſcio quis locorum amor uellicat. Ibam uerò nunc longius ſed expectantis murmure nuncij admoneor, ut dicam. Vale.

Fran. Petrarcha Olympio ſuo, S. IIII.

Illum iterum cæterosq; amicos ad uitam ſolitariam inuitat.

OMnis amor impatiens moræ, feſtinationis appetens, nec ulla tanta celeritas eſt, quæ nõ tarditas ſit amãti. multa tibi heſterno die ſcripſerã. ſed quoniam & multa ſuper erant, & exonerari animus ardebat, cũ fortuitus nũcius nõ adeſſet, ad domeſticos me cõueni, & ſingulorũ quidẽ obſequia trutinanti, ut intelligas, quàm ueſtri deditus ſim, coquus primus occurrit, quo ſine incõmodo, immò uerò nõ ſine cõmodo carerẽ. coquus, inquã, ꝙ non te latet, apud maiores olim noſtros, uiliſsimum mãcipiũ, uicta demum Aſia in pretio haberi cœptum. nunquam utinam armis Aſiam uiciſſemus, ne unquam ſuis illa delitijs, nos uiciſſet. ſed ad noſtra feſtino. Coquus ergo nunc mihi pro uiatore fuerit, uillicos pro coquo, ſcis me ruſtico apparatu, & cibis agreſtibus delectari, & in tenui uictu ſolum cum Epicuro ſentire, cui in hortulis & oleribus illius à ſe laudatæ uoluptatis ſumma reponitur. ſæpè quidem ruſticitati meæ gratulor, quæ mihi perpetuã fecit, ꝙ his delicatis ac lautis

uiciſsitudo

uiciſsitudo facit, alternum. quis eſt enim tàm faſtidioſè arrogans, cui non ſemel in anno dulce ſit, uel in herboſis aggeribus ſub diuo, uel in amici paſtoris tugurio diſcumbere, quamuis auratæ trabes non impendeant, quamuis menſas argentum graue non oneret, murosq́ marmoreos, purpurea aulea, nõ ueſtiant, cuius tàm ambitioſa ſitis eſt, ut præter patulam gemmam ſeu leones aureo nemore decertantes, Polycleti opus poculũ omne faſtidiat? aut cuius tàm ſuperba fames, quæ non interdũ ruſtico conuiuio ſedari queat, quãuis peregrinæ Colchorum uolucres nõ abſint, nec ignotis littoribus iactatus rhombus, interq́ duos põtes captus Tyberinus lupus, cui ueterum opinio palmam inter piſces tribuit? hæc ergo, quæ his nauſeatoribus nõnunquam raritatis lenocinio temptantur, mihi naturæ beneficio ſemper accepta ſunt. & ſi quando forſitan alternare libuerit, hic mihi iugis uiuendi tenor placeat. lautiora non reſpuam, ſed quæ rariſsimè et magno redeant interuallo. neúe me fruſtrà loqui putes, cũ longè aliud ſim dicturus, iſta ſic accipies, ne fortaſsis incõmodo meo conſuleris, coquum meũ mihi ante remiſeris, quàm plenè conſiliũ ceperitis, de ſumma rerũ noſtrarum quæ nunc agitur. in quam quæſo, aperite aures, & non repugnantes animos adhibete. quod enim uni dico. omnibus dico, & cupio has literas (ſi fieri poſsit) per ora amicorum omniũ circũferri, & ſiquis ibit iſtinc ad occidentẽ nuncius, Socrati noſtro nominatim dirigi, ut omnes agnoſcant, uel ſenſus meos uel ineptias. multa quidem altius dici poſſunt, an nõ multa (niſi fallor) utilius, de hoc tamẽ uos tamẽ uideritis, ego inſtitutũ ſequar. Equidẽ aut omnino nihil calleo, aut niſi iam uiri ſumus, nunquam erimus. nemo nobis blandiatur, nemo nos iuuentutis appellatione decipiat, nõ ſumus decrepiti, eſto ne ſenes ſimus, at profectò nec pueri, tempus eſt puerilia relinquendi, tempus eſt, inquam, eſſet: utinam, nec tranſiſſet, ſed mihi crede tranſiuit, & magna iam ex parte poſt tergum eſt. ſed & aliquid reliqui eſſe nõ inficior, id ne pari ſegnitie dilabatur, celeriter occurrendũ eſt, alioquin eueniet nobis (quod uulgò ferè omnibus) ut adoleſcentiam reſpectantes, & in illam oculis ac mente conuerſi, ſenectutis in foueam incidamus, atq; ita demum iacentes, illuſiq; de naturæ fragilitate, deq; æui breuitate lamẽtemur, & ueræ querimoniæ Theophraſtum proferamus auctorem, Cicerone ac Saluſtio, & Seneca reſiſtentibus, magnificè ſuperandum, quin arripimus hoc quantulumcunq; quod reſtat, inq; uſus noſtros uertimus, ita ut ſecundum ipſius Senecæ ſententiam, quæ Ciceronis ante fuerat, quod facere ſolent, qui ſerius exeunt, & uolunt tempus celeritate reparare, Calcar addamus, cuius ope ueras opiniones, & fugientem hactenus beatã uitã, uel ſub ipſum uitæ terminũ conſequamur. nunquã enim ſerò fit ꝙ ſalutariter fit. Nã & ſi reprehẽſionẽ dilatio mereatur, emendatio tamen laude digna eſt, certe ꝙ bonum eſt, intempeſtiuum eſſe non poteſt, alioquin bonum utique non eſt, ſi tempeſtiuum eſſe deſijt. qualem eſſe credamus pœnitentiam defunctorum, ad nihi iam, niſi ad miſeriæ cumulum ualituram, cum contrà non inefficax pœnitentia ſerum ſit. Nos uerò nõ pudeat, quod multò antè decuit feciſſe, uel nunc aggredi pudeat, potius ne nunc quidem uariante capillo, turpè eſt, uariantia non firmare conſilia. Aggrediamur itaq;, iam tandem & cogitemus, acriter, quo in ſtatu res noſtræ ſunt, nec noſtræ ſolum res ſed quorumcunq; mortalium, quid enim quæſo uita hominis flatus exiguus, & tenuis fumi uapor? ſentit in ſe quiſque q̃ putre, q̃ debilè, quàm caducũ corpus inhabitet, ſed errore iã publico diſsimulamus, & imbecillitatis noſtræ conſcij, diuturnitati proxima cupida menti concepimus. ſic eſt. Nemo eſt. qui ſe moriturum credat, immò uerò nemo eſt, qui non ſe mortalem ſciat, ſed diem mortis, qui forſan hodiernus eſt, in longum pro ſe quiſque reijcit, ita cuius maximè præſentia timemus, eius abſentiæ maximè fidimus, cum nihil tàm ambiguè abſit, nihil tàm ſubitò præſens fiat. fallit miſeros Ariſtotelicum illud, ait enim quæ longè, ualdè non timentur. ſciunt enim omnes quod morientur, ſed quia non propè nihil curant. hæc ille uir tantus, in Rhetoricis, ego autem & nihil curare mortem homines fateor, & eſſe quam idem dicit incuriæ cauſam, non nego, ſed eam ipſam falſam eſſe concedo, nam quid falſius, quàm longè ualdè mortem credere, quæ ne unquam longè ſit, uitæ breuitas facit, ut ſemper impendeat, ſupraq́ caput ſit? facit humanorum caſuum mira uis, ineluctabilis euentus, infinita uarietas. nihil ergo homines mortem curant, non quia

eſt, ſed

eſt,ſed quia creditur longinqua, ſi enim ſcirent, quàm propè eſt(quod neceſſario ſcirent
niſi ultrò oculos auerterent) puto uel timere mortem inciperent,uel ita ſe uirtutibus arma-
rent, ut eam ceu melioris uitæ principiũ, meritò non timerent. nunc uerò quem inuenies,
qui nõ uirtute abiecta, longæ uitæ ſpem arripiat? quæ ut nõ fallat, & ut ſit uita longiſsima,
breuis erit,& in finẽ uitæ ſpes uiuẽdi,ꝗuis rarius,ꝗuis nihil mentita fefellerit.Quẽ, inquam
mihi reperies,qui nõ coætaneis ſuis,ſe ſuperuicturum ſperet? ita cogitatus noſtros, actusq́;
diſponimus, quaſi nullus noſter, omnium hæredes futuri ſimus, cum interim noſtra ſuos
expectatores habeat hæreditas,& haud dubiè falli alterutros ſit neceſſe. eripiamus nos hu-
ic ludibrio,& ſi ratio non mouet,moueant nos exempla, quæ undiq; uel nolentibus ocu-
lis ſe offerunt,& uel excluſa ſe ingerunt,uel admiſſa præcordijs inſident, nec facile niſi con
temptu impio & obliuione mortifera differuntur.delectat ſcire quid ſcimus, & quo imus,
quis cunctantes tergiuerſantesq; manet exitus, intueamur alios, non lynceis oculis eſt o-
pus,aut illius acie, qui à Lilybei ſpecula, digredientem portu Carthaginis claſſem Puni-
cam numerabat,iuxta reſpicere iubeo,uicina oſtia,contiguas domos,urbes ipſas, quas in-
colimus, nimis uagos, ad proprios lares ac limina redeamus, uidebimus, quàm repentè
uelut ſomnium ac umbra præterijt,atque ab oculis noſtris euanuit, quicquid in terris cha-
rius habeamus. amici qui pro noſtra uita ituri ad mortem, ſi res poſceret uidebantur, mœ-
ſtam nobis, & nimis ſolitariam ſorte ſua uitam effecerunt. non illi nos hic perpetuos reli-
quêre, ſed eodem properantes præuenêre, & ſorte ſua in tempore uſi ſunt, utemur noſtra
nos, nam, ut ait Flaccus: Omnes eodem cogimur, omnium uerſatur urna ſerius, ocyus,
ſors exitura, exiuit ocyus ſors illorum, exibit noſtra ſerius, ſed confeſtim:nulla mora eſt,
quantulum enim refert, ſenex an iuuenis moriare? ſi ad finem uitæ reſpicis, quæ ultima &
communis omnium eſt ſenectus,uerum eſt illud:

Nemo non ſenex moriaur.

Si ad uitæ ſpatiũ nemo nõ iuuenis, ſi ad opiniones, nemo nõ puer. uerũ iſta prætereo, tàm
multa enim occurſant,ut uix ꝓpoſitũ ſequi poſsim,piget & impedior gemitu ſtringere nu
meris,quos affectus intimos,quæ dulcia pignora mœſtus,ac peſtilens,& ex omni ſeculo-
rum ſerie eradendus nobis annus hic abſtulit,pauci fateor,ex omni grege hominum,pau-
ci admodum ſupereſtis, cum quibus & uiuere eligam & mori. non quod ego plures alios
ab hac acie ſecludam,niſi quos à nobis uel coniugium,uel occupatio,uel ætas, uel difficul
tates aliæ diſiungunt, amariq; iubente longinquo. neque uerò nunc de ſuperioribus agi-
tur, quorum beneuolentia fortaſsè aliqua conuerſatio nulla eſt, obſtat enim mutuo con-
uictui,diſparitas fortunarum,& amicitiarum uirus inſolentia,dũ uileſcere metuentes,ado
rari expetũt,non amari. nos uerò ꝗd impedit,quo minus has uitæ reliquias,quantulæcũq;
ſunt,ſimul in pace animi bonarumq; artium ſtudijs transigamus? & ſi in freto uiximus
(ut ait Seneca)moriamur in portu:an quod uni quondam domino obſequẽtes fecimus, id
nobis uiuentes non audebimus?plusq; in nobis potuit ſeruitutis ſtudium, quàm libertatis
amor potuerit?Et ſi enim nobis ea ſeruitus libertate qualibet gratior foret, quod illius uiri
optimi,& in eo ſtatu minimè inſolentis affectio,merebatur tamen,eſſe ſub altero,parêre
alteri,alieno uiuere, uideri poſſunt ſeruitutis honeſtioris, uera autem libertatis utiq; non
ſunt.En inuiſa licet, contigit libertas,aliquantoq; citiùs quàm optauimus noſtri ſumus,&
animos quidem noſſe,omniũ uideor,an fallor?impedimenta rerũ,ſors omnia nõ nouit,&
ſi mihi nihil in uobis occultum rear.non ſumus principes maris & terræ(ut Ariſtoteles ait)
nec oportet ad beatam uitam,habemus autem quod ſufficere poſsit animis moleſtis,ſeqúe
componentibus ad naturam,quod ſi ſingulis ſat eſt,quid omnibus euenturũ ſuſpicemur,
ubi uiciſsim alter alteri manum dabit,& quicquid neceſsitatis inciderit,alterna ope ſupple
bitur?Abundabimus mihi crede,magisq; forſan inuidia nobis, quàm inopia metuenda
eſt. quid igitur expectamus? quid mari & montibus fluminibusq; diſtrahimur? cur nõ tan
dẽ domus una cõiũgit,quos olim iunxit unitas uoluntatum,niſi quia noua quælibet,& in-
ſueta refugimus,multaqúe pollicitam ſpem dimittere,uocantemqúe nos altius fortunam,
non audire ſtultum credimus,cum multò ſit ſtultius,cõtemptis rebus, certis ac ſolidis, in
umbris

umbris inanibus ſpem habere? ego quidem non conſcientiæ meæ, ſed præſentis epiſtolæ teſtimonio, in uos culpam omnẽ retorqueo, quicunq; fueris, ad ſalubre conſilium tardiores, quin huc ſolutis ſeu præfectis occupationum laqueis feſtinate, neq; mihi detur arrogātiæ quod trahere uidear non ſequi, ad utrumlibet ex æquo paratus eſt animus. ſiquis uſquã uitæ noſtræ locus eſt aptior, raptim adero, nõ ſum enim qui fidele conſilium ſpernere ſoleã, nulli credo mortaliũ, maiorũ eſt uel fides uel auctoritas amicorũ, ſin hic ueſtro iudicio prælatus eſt, quod noſtræ fatentur literæ, quod uos nũc etiam tenet? Nolite cupiditati aurem dare, nunquam dictura eſt ſufficit, ſemper neſcio quid deerit, habet hoc auaritia proprium ac peſsimum inſatiabilis eſt, & dum promittit abſentia, præſentibus uti uetat, hæc habendi ſitis nunquam plura quærendo, ſed pauciora concupiſcendo ſedabitur. crede non mihi, ſed Philoſophis, quorum hæc ad ueras diuitias uia eſt. quod ad me attinet, cupiditatibus metã fixi & oraculi loco Poëticum illud accipiens: *Semper auarus eget.*

Ne ipſe quoq; ſemper egeam, quod ſequitur feci, certum uoto finem petij, eumq; iampridẽ licet reflantibus fortunæ uentis attigit. ne uerebor, ne mihi ſegnitiem meus hæres obijciat, mihi uiuo, non ſibi, & rerum mearum cum amicis, Dominus non negotiorum eius, qui nõ dum certè mihi noſcitur ſum geſtor, pro me autem, quid mihi tantoperè laborandum? expedit, expeditum eſſe, impedito itinere gradientem, quid nunc etiam inutiles & funeſtas ſarcinulas cogitamus? eleganter ait Flaccus:

Spatio breui ſpem longam reſeces.

Id ne aũt de breui aliqua uitæ particula dictum putes, & non de tota uita, alio loco ait idem:

Vita ſumma breuis ſpem nos uetat inchoare longam.

Ita eſt, non fallitur, nihil eſt uerius, & ſi enim uitæ huius anguſtias, quo poſſumus modò, ætatũ ſcilicet operoſa diſtinctione, laxemus, & in quãtaslibet minutias diuidamus, reduc tamẽ in unam cuncta congeriem, & curioſius ſciſſa reintegrans, à primo ad ultimũ, quamuis longiſsimæ uitæ diem, totum ſimul mẽte complectere, fateberis ſummam huius rapidiſſimi temporis eſſe breuiſsimam, huius ipſius ſi retrò circumq; reſpicimus, bona pars nobis exacta eſt. Colligamus nos igitur ad extrema uiarum, quodq; non ambigitur, duriora abiectisq; ſuperuacuis neceſſaria tenemus. quid procraſtinamus? quid differimus? dies diem, menſis menſem ſequitur, atq; in ſe, ſua per ueſtigia uoluitur annus (ut præclarè ait Maro) deſinendoq; reincipit, & nunquam ſic deſinit ut quieſcat. quis igitur expectandi modus? aut quis finis? canos iam comites ſenectutis, & nuncios mortis aſpeximus, quid amplius præſtolamur? an ut oculi ſenio caligent? tremant poplites? terga curuentur, primum quis Mathematicus tam longè nobis ſponſor eſt uitæ, Eſto, ſit Petoſyris, ſit Necepſos, ſit Nigidius ex noſtris, ſit Veritas demum ipſa, quanta tamen amẽtia eſt, quod iuſtis in ſpatijs, et ex cõmodo fieri poteſt inter anguſtias differre, præſertim, quia ut uini & olei, ſic temporis & uitæ fex in fundo iacet, at illam te, cũ ſuperiora neglexeris, reſeruare ridiculum. Votum ſolet eſſe uiatoribus ante noctem hoſpitari, accingamur obſecro, & poſt multos itinerum labores, illi nos æterno tandem hoſpitio præparemus, in hoc uobis luce chariores fratres, ſi qd in me opis aut conſilij eſt, ſi quid oblectationis aut gratiæ, ex me ſperari poteſt, ſi qd ſubſidij ex his rebus, quas impropriè meas dicunt, cum fortunæ ſint, deniq; meipſum, qd ſine arrogantia poſſum, libellos atq; hortulos meos, offero, & ſi quid eſt aliud. ſunt autem non pauca, quorum indiget inops hæc & mortalis uita, quæ nominatim ſtylo inſeri decor uetat. ad extremum, ut in uota preceſq; deſinam, inſpiret utinam nobis conſolator ſpiritus, in hoc ſaltem conſpirare, ut dum ſpiramus adhuc, ad requiem aſpiremus, & qui tota die ſuſpirauimus, reſpiremus ad ueſperam. Vale.

Fran. Petrarcha Olympio, S. V.

Solitudinem ſuadet ad capeſſendam Sorgiæ fontem.

IAm ſuperiori epiſtolæ anulum impreſſeram, dum ecce nondum ſatiato animo, quædam uenturi dulcedo temporis, quam mente & cogitatione præcepto, fatigatũ mihi reſtitui calamum, & cunctante nuncio, ne occaſionẽ perderem, ſed ultrò moræ cauſas exquirens admonuit

admonuit. iuuat enim diù colloqui, iuuat lateri tuo, quos ipſe experior ſtimulos incutere. ſi omnes igitur beatam quærimus uitam, neque ab hoc fine, ulla uſquam mortalium ſecta diſſentit, quanquam quibus ad illam tramitibus peruenitur, multum ſoleat humana curioſitas altercari. ſi, inquam, nobis eſt illa, quam licet perdimus, nec perdere poſſumus ſi uelimus, nec perdere ſi poſsimus, uelle poſſumus, ipſa cum anima fœlicitatis inſeparabiliter adiuncta cupiditas, ſi fœlicitatem ipſam ſcimus, ſine amicorum ſolatio, plenam hic non poſſe contingere, quo gaudijs noſtris obſtamus? quid ue omnium bonum impedit tarditas ſingulorum? Venit equidē ad nos, ut ait Seneca, ex his, quos amamus, etiam abſentibus gaudium, ſed id leue & euanidum, conſpectus & præſentia, & conuerſatio habent aliquid uiuæ uoluptatis. ea ergo, quàm primum nobis arripienda eſt. Etenim ſi obſcœnæ uoluptatis, Philoſophorum aliqui adeò appetentes fuerunt, ut ibi ſummam boni ponerēt, & illam humanorum actuum dominam ſtatuētes, ipſius quoque uirtutis ſibi tribuerent famulatum, quis erit tàm ferrei pectoris, qui honeſtæ uoluptatis non capiatur illecebris, quàm uirtutis comes amicitia præſtare poteſt? Nam quæ, oro te, uita fœlicior aut lætior, quàm cum illis degere, cum quibus te perfectus amor, & mutua charitas, unum fecerint, indiſſolubili quodā nodo, conſenſu unanimi, rerum adhibito: Cum quibus tibi nil diſſonum, nil occultum, ſed concordes animi, ſerenæ frontes, ſermo uerax & inelaboratus, apertimq; etiam cogitatus. hæc ſi nobis uita cōtingerit, nil amplius optabo, & ſicubi fœneratorē aut hæredipetam alieno tumidū uidebo, nullam mihi mouebit inuidiam, me quidem extimatore pauperrimus, licet (ut Satyricus ait)

Poſſideat, quantum rapuit Nero, montibus aurum
Exæquet, nec amet quenquam, nec ametur ab ullo.

Vbe ſanè unum in locum couenerimus, quid enim & uenturo prohibet gaudere? ſi quidē hoc meum habitaculum approbare uidemini, nec immeritò, etenim & ſi non quale habet apud Virgilium rex Latinus, auguſtum, ingens, centum ſublime columnis, at certè iucundum, ſolitarium, ſalubrè, & profectò paucorum tàm benè concordium hoſpitum larè capax. Siquidem ergo uos huc fata contraxerint, iaciemus ancoram, portum inueniſſe uidebimur, & ſi forſan ad quietis noſtræ famam, confluentium amicorum turba ſuccreuerit, nō deerit urbe media domus auguſtior, quam ſub hac ſpe uacuam ſino, ego enim partem eius exiguam non implerem, cum omni familia quæ mihi ſolitudinis auido, turba ingens eſt. neue tibi his uerbis iniectas compedes, teque uni domicilio aſcriptum putes, erit nobis in Bononia ſtudiorum nutrix, in qua primùm adoleſcentiæ tempus expēdimus, & dulce erit, mutatis iam non ſolum animis, ſed capillis antiqua reuiſere, & firmiore iuditio ciuitatis illius, ſimulquè noſtrorum animorum habitum, & ex collatione temporum, quantulum uiuendo proceſſerimus contemplatio. erit inde Plaro imminēs Placentia, & Antonini tui uenerabilis domus, cui tu præſides, mediocritatem loci non aſpernatus, multis opulentioribus neglectis, quoniam, ut dicere ſolebas, uicinitatem meam, in prouentibus numeraſti, illic tu omnium hoſpes eris, occurrent, ſi paulo longius proficiſci libeat, hinc Mediolanum, illinc Ianua, illa terreſtrium, hæc maritimarum decus urbium. illa tractus lacus habet & fluuios, hic æquor undiſonum, tumidum, ueliuolum, illic Larium uidebimus uberem lacum, cui Comum adiacet, unde Abdua amnis egreditur. uidebimus Verbanum, qui lacus Maior ab incolis dicitur, quem Ticinus interſecat. uidebimus unde Ollius prodit, nec procul inde Benacum, unde Mintius erumpit, uulgò lacus notiſsimos, doctis etiam incognita nomina. uidebimus impendentes lacubus alpes, aëreas, ac niuoſas æſtate, gratiſsimū ſpectaculū, & ſylua aſtra tangentes atq; inter cōcaua rupiū, q̃rulos riuos ſummisq; de montibus, magno cū ſonitu cadentia flumina, & quocūq; te uerteris, audiū murmur ac ſonitū. In hoc aūt tractu altero, Apeninus ſupra uerticē erit, mare ſub pedib. Tritones in oculis, & pelagi mōſtra, Neptuniq; fragor in aurib. & ſaxorū fletus, & Nereidū q̃relæ, ibim' p eos, quibus ultra q̃ credi poſsit oblector, Tyrrheni ſinus æquoris, uacui mordacium atque pungentium curarum, & optatum ſemper ocium, q nobile illud amicorū par Scipio ac Lelius, poſt

labores.

labores bellicos, in Caietæ olim, nos Ianuæ littoribus, poſt labores pierios ſortiemur, ſi quādo autem hac terrarum parte, pleni erimus, alia nobis Patauî nec minus tranquilla, nec minus idonea ſedes eſt, ubi non ultima portio bonorum fuerit, talis illius uiri meruiſſe conuictum, ſub quo ciuitas illa nunc, multorum ſerie laborum feſſa, reſpirat, ipſum honoris cauſa nomino, Iacobum Carrarienſem, quem amare & colere, in animum ut inducas uelim. nam cum omni ætate uirtus amabilis fuerit, noſtra eò amabilior, quò rarior, eritq́ nobis, ad latus omnium quas ego uiderim, & uidi cunctas ferè quibus Europæ regio ſuperbit, mira culoſiſsima Venetiarum ciuitas, eiusq́ue dux illuſtris, honoris quoque cauſa nominandus, Andreas, non minus bonarum artium ſtudijs, quàm tanti magiſtratus inſignibus uir clarus, erit & Taruiſium, fontibus fluminibusq́ue circumfluum, domus emporiumq́ lætitiæ, itaque quotiens identitas tædij mater offenderit, aderit optima faſtidij medicina uarietas, & quicquid moleſtiæ obrepſerit, alterno colloquio, & locorum talium mutatione purgabitur, uides non dubito, quibus te armis aggredior, quibus artibus urgeo, ut uirilibus montis, blanditias muliebres miſceo, omnia facio, ut perſuadeam, quàm fideliter, ipſe mihi ſum teſtis, quàm efficaciter, exitus arguet. quod in me erat præſtitiſſe uideor, poteram fortè ſi uellem hoc ipſum comptius eloqui, ſed affectus immodicus, ſæpè facundiæ officit, dixi utcunq; q̄ in animo erat, dixi quod intelligeres, atq; utinā probares. Noli, quæſo, qualiter, ſed quid dicam extimare, melius conſulit balbutiens amicus, quàm diſertus hoſtis. neſcio finem inuenire, & ſentio me animi calore longius, quàm deſtinaram proceſsiſſe, unū hoc identidem quod ſine hortatu meo tibi in animo eſſe perpendi, inculcare non deſinam. Conueniamus, oro, impigrè in hunc locum omnes, ſi locus hic omnibus placet, alioquin è toto orbe terrarum (nullum enim mundi latus, nullam barbariem recuſo) eligite, ubi uobis placeat locū, ego affectus meos exuo, ueſtros induo, modò ſimul eſſe liceat, benè erit. eligite ubi q̄d reſtat pacificè uiuamus, ubi æquanimiter moriamur, tu interim cura, ne ſanum conſilium corrumpat mora. Vale.

Fran. Petrarcha Bartholomeo Hæremitæ, S. VI.

Carmina quæ petierat amico mittit.

QVod profeſsionem tuam decuit, ex Auguſtini dictis, uolumen ingens, per alphabeti literas collegiſti, rem maioris operis quàm gloriæ. in quo ipſo animum tuum miror, qui ſtudio utilitatis publicæ maiora (niſi fallor) auſurum ingenium inclinaſti, cuius ut uotiuus exitus, ſic proſper euentus, ſicut decuit fuit. ſiquidem cum ob eam cauſam, Clementi Rom. Pont. literatiſsimo, ſed occupatiſsimo homini atque ob id talium compendiorū auidiſsimo placuiſſes, patriæ tuæ Pontifex factus, & altiora ſperare iuſſus, quāuis, ut eſt animi modeſtia & religionis, humilitas, natalis ſoli iuncta dulcedini, neſcio an nihil nō dico altius, ſed gratius inter hæc rerum prætereuntium faſtigia ſperare queas, & de labore in laborem miſſus, quod de Auguſtino feciſti, de Ambroſio facere iuberis, parebis iam, cœpiſti enim & perficies ſpero, pari utinam facilitate & fœlicitate. parebis, inquam, ſi te noui, non ut altior fias, ſed ut gratior, & ſi enim ſorte tua lætum te, altioris ſtatus cupido non tangeret, æquum tamē animum decet, tàm ſe gratum præbere ultrò oblatis, quàm optatis petitisq;. nihil enim æquè in omni munere librandum ac donantis intentio. ſed ad Auguſtinum tuum redeo, et ad te. Petijſti equidem, ut in fine illius magni operis quod ſudore tuo de illius opulentiſsimi patrisfamilias, lapidibus & calce compactum, Pontifici præſenti, ſed multò maximè poſteris præparaſti, aliquot tibi uerſiculos ſubſcribendos mitterem, parui & ipſe tibi, cui nil negare uolens, & quāuis iam dudum muſis indignantibus, longeq; alijs curis exercentibus animū, ab eo ſtudio diſtractū reuocarīt, preces tuæ, mitto igit̄ paucos Elegos, eiuſdemq; ſententiæ totidem, ſi malis hexametros. utere uel utriſque, uel utrisliberis, utrosq; raptim, & extemporali impetu dictatos noueris, nuncio tuo mecum ſyllabas metiente, ita ut nulla tàm breuis fuerit, quæ ſibi non longiſsima uideretur. Vale.

Fran-

Fran. Petrarcha Socrati ſuo, S. VII.

Quod annus peſtilens & coniunctos & amicos eripuerit conqueritur.

MI frater, mi frater, mi frater, nouum epiſtolæ principium, immò antiquum, & ante mille ferè quadringentos annos Marco Tullio uſurpatum. heu mihi frater amantiſsime, quid dicam? unde ordiar? quo nam uertar? undiq; dolor, terror undiq; in me uno uideas, quod de tanta urbe apud Virgilium legiſti:

nam crudelis ubiq;
Luctus, ubiq; pauor, & plurima mortis imago.

Vtinam frater, aut nunquam natus, aut prius extinctus forem, quod ſi nũc optare cogor; quid dicturum putas, ſi ad extremam ſenectutem uenero? ad quã ô utinam non uenirem, ſed ueniam, timeo, non ut diutius uiuam, ſed ut diu moriar. Noſco etenim fatum meum & ſenſim intelligo, ad quid in hãc ærumnoſam & infœlicem uitam ſim proiectus. heu mi frater optime, piget ex intimis, ac miſeret me mei. quid enim dicent, qui hæc audient? tu qui ſolamen auxiliumque alijs laturus uidebare, qui de te nobis nil mediocre promiſeras, qui malorum uſu obduxiſſe iam callum aduerſus omnes fortunæ tribulos, omnemq; duritiem, ſeu magis in ſilicem obriguiſſe debueras. ecce quàm molliter ſarcinas tuas fers, ecce quàm crebris eiulatibus, aures noſtras percutis, ubi nunc maximè profeſsioni tuæ debita celſitudo animi? ubi uerba magnifica? que ſi ad ingenij laudem, non ad uitæ conſilium referantur, quid niſi ſonitus inanis, & curioſarum delinimenta ſunt aurium. Præſtolabamur ex te carmen Heroicum, elegos legimus, hiſtorias uirorũ illuſtrium ſperabamus, unam cernimus proprij doloris hiſtoriã, quas putabamus epiſtolas, ſunt lamẽta, ubi artificioſas iuncturas uerborũ, noua incude percuſſorũ, & dulciter intermicãtes colores rhetoricos q̃rebamus, nil niſi dolentis interiectiones, atque indignantis accẽtus, & lituras aſpicimus lachrymarum? & quis erit modus, aut quis finis? ſi omniũ fata mortaliũ deplorare uolueris. unum tibi pectus, & una lingua, non ſufficit, ingens miſer moleſtumq; negotium ſuſcepiſti, ſuperuacuum, inexplebile, alio de fonte petendæ ſunt lachrymæ, ſemper nempè recentibus aſsidueq; naſcentibus dolorum cauſis, duo feſsi, iamq; exhauſti & arentes oculi, parũ mœſti humoris infuderint. quid agis igitur, tui oblite, & propria nõ cõtẽtæ miſeria ac morbo, in quem ſciẽs uolensq; incideris, niſi amicis inſuper uenenũ porrigasq; pollicitus medicinam? Quin potius uel fle ſolus, uel diſce mortalis æquo animo ferre mortalia, teq; non ſolum, neq; cum amicis ſolis, ſed cum omnibus rapi uidẽs iam tandem inutilibus querimonijs modum pone? erit aliquis indignãtior natura, qui mœſtos apices prorſus abijciat, aut conculcet cũ iriſione mordaci, Abi, inqet, in malũ ſydus, an ſi tu muliebriter uictus es, nos ſaltẽ uiros eſſe nõ ſines? cuncta præſentio, nilq; me horum frater fallit. Scio uiri eſſe, primũ quidem dolorem propellere, proximum extinguere, tertium moderari, ultimum abſcondere. ſed quid agam? Moriar, niſi dolorem in fletũ ac uerba profudero? illud me ſolatur, qđ quicquid ſcripſero, molle quamuis ac friuolum, cum ad tuas uenerit, non ad alienas perueniſſe, ſed ad proprias manus meas redijſſe uidebitur, quamobrem non magis erubeſcam, dum hæc à te legentur, quam dum à me ſcriberentur erubui. nec me tamen erubuiſſe negauerim. Sẽſi enim animũ ac ſtylũ excuſſo rationis freno, extra deſtinatum iter, affectibus iniecto trahi, quo nil moleſtius pati poſſum, id pudori meo grauius inſultat, quod iam annus integer, iamq; alterius bona pars abijt, ex quo nihil uiro dignum, non dicam facere, ſed ne loqui quidẽ cõtigit, tonãte undiq; ac fulminãte ferociter fortuna. qua in re, benigno ſub iudice forſan excuſer, ſi ad examẽ uenerit, illud quoq; non leue aliqd, ſed *M. CCC. XLVIII.* ſextæ ætatis annum eſſe, quem lugeo, qui non ſolum nos amicis, ſed mundum omnem gẽtibus ſpoliauit. cui ſi quid defuit, ſequẽs ecce annus, illius reliquias demetit, & quicquid illi procellæ ſuperfuerat, mortifera falce proſequitur. Quãdo hoc poſteritas credet, fuiſſe tempus, ſine cœli aut telluris incendio, ſine bellis aut alia clade uiſibili, quo non, hæc pars aut illa terrarum, ſed uniuerſus ferè orbis, ſine habitatore remanſerit? quando unquam tale aliquid uiſum, aut fando auditũ, quibus hoc unquã annalibus lectũ eſt, uacuas domos, dere-

relictas urbes, ſqualida rura, arua cadaueribus anguſta, horrendã uaſtamq; toto orbe ſoli-
tudinem: conſule hiſtoricos, ſilẽt, interroga phiſicos, obſtupeſcunt, quare à Philoſophis, hu
meros contrahunt, frontem rugant, & digitulo labris impreſſo ſilẽtium iubent. Credes iſta
poſteritas, cũ ipſi, qui uidimus, uix credamus, ſomnia crediturí, niſi experrectis, aperti hæc
oculis cerneremus, & luſtrata urbe funeribus ſuis plena, domum reuerſi exoptatis pigno-
ribus uacuam illam reperientes, ſciremus utiq; uera eſſe, quæ gemimus. ò fœlicem populũ
pronepotum, qui has miſerias non agnouit, & fortaſsis teſtimonium noſtrum inter tabu
las numerabit. mœremur hæc quidem, & grauiora, non inficior, ſed & maiores noſtri meri
ti ſunt, atq; utinã non & poſteri mererentur. quid eſt ergo iudiciũ iuſtiſsime, quid eſt quod
inſigniter adeò in noſtrum tempus ultionis tuæ feruor incubuit? quid eſt, quod cum cul-
pæ non deſint. deſunt exempla ſupplicij? cũ omnibus peccauimus, flagellamur ſoli? ſoli in
quam, audeo enim affirmare, quod ſi omnium ſæculorum flagella poſt arcam illam famo
ſiſſimam, reliquias mortalium informi pelago circumferentem, cum præſentibus extimẽ-
tur, deliciæ fuerint, & ludus & reges, neq; enim cũ his malis cõferri decet, bella quãtalibet,
in quibus & remediorum multa ſunt genera, & (quod ultimum eſt) uiris ſaltẽ mori licet.
eſt autem ſolamen mortis eximium, benè mori. hic remedij nihil prorſus, nihilque ſolatij
eſt, cumuloque cladis additum, mali cauſas principiumq; neſcire, nam nec ignorantia, nec
ipſa quidam peſtis odioſior nugis ac fabulis quorundam hominum, qui profeſſi omnia, ſci-
unt nihil, quorũ tamen ora licet aſſuefacta mendacijs, tandem ſilent, & quæ impudentia
primum ex more laxauerat, ad ultimum clauſit ſtupor. Sed ad inquiſitionẽ meã redeo. An
uerò ſicut longum iter agentibus euenit, ut aliæ uix pars fatigationẽ faciat, alia fateatur,
ſic nobis accidit, ut lenitas tua Deus, humanis paulatim laſſata criminibus, & iugi acceſsio
ne prægrauata, nunc potiſsimum uicta ſubſederit, tuq; nos uector optime, tolerare ampli-
us non ualens, in terga proieceris, atq; à nobis miſericordiæ tuæ oculos iratus auerteris. q
ſi eſt, non noſtrorum modò, ſed paternorum ſimul criminũ pœnas damus, an peiores illis
neſcio, ſed certè miſeriores. an illud fortaſsè uerius quod magna quædam ingenia ſuſpi-
cata ſunt, Deum mortalia non curare? ſed abſit à mentibus noſtris hæc amentia. ſi non cu-
rares, illa non ſubſiſterẽt. nam de his qui noſtri curam non Deo tribuunt, ſed naturæ, quid
ſentiendum nobis ſit, ueritatis tuæ ſtudio deditis, cum Seneca ingratiſſimos omnium appel
let, qui mutato nomine, diſsimulent Dei munus, & cauillando implè ſupernè debitũ abne
gent maieſtatis? Curas profectò nos, & noſtra Deus, ſed aliquid latirantis & ignotæ no-
bis cauſæ eſt, cur ex omnibus ſæculis digniſsimi uiſi ſumus, qui acerrimè plecterentur, non
idcircò minore iuſtitia, quod occulta eſt. namq; iuditiorum tuorum imperſcrutabilis, &
humanis ſenſibus inacceſſa profunditas, uel ergo peſsimi omnium uerè ſumus, quod ne-
gare uelim, potius quàm auſim, uel ad futura bona præſentibus malis exercitatores purga
tioresq; ſeruamur, uel omnino aliquid eſt, quod ne cogitare ſufficimus. cæterùm quæcun
que ſint cauſæ, quantumlibet abditæ effectus apertiſsimi ſunt. ſed ut à publicis ad priuatas
lachrymas reuertamur. Anni equidem ſecundi, uix dum prima pars acta eſt, ex quo Italiã
repetens, te procũl ad fontem Sorgiæ lachrymãs dimiſi. non iubeo in longum oculos refle
ctere, hos pauculos dies numera, & cogita, qd eramus & quid ſumus. ubi dulces nũc ami-
ci? ubi ſunt amati uultus? ubi uerba mulcentia? ubi mitis & iucunda conuerſatio? quod ful-
men iſta conſumpſit? quis terræmotus euertit? quæ tempeſtas demerſit? quæ abyſſus abſor
buit? Stipati eramus, propè iam ſoli ſumus, nouæ amicitiæ contrahendæ ſunt, unde autem
ſiue ad quid, humano genere penè extincto & proximo (ut auguror) rerum fine? ſumus
quid diſsimilem, uerè ſoli, credo id agente Deo, ut uitæ huius illecebris, impedimentisquẽ
ſuauibus ſpoliati, liberius iam ad alterã ſuſpiremus. En quo ſubita rerũ mutatione peruen
mus, ut experiri liceat in nobis, an præclaram illam Epicuri uoce, iure poſſumus dicere: S
tis magnũ alter alteri theatrũ ſumus quod ut uerè dici poſsit à nobis quãdiù tamẽ dici p
terit? aut quis augur ſtatuat, quorſum nobis datum ſit, de huius mutui theatri ſtabilita
conſiderem? alteri ſecus nutantibus iam columnis, quid enim ego de tua uita certior, hæc ſc
bens, quã tu hæc perlegens de mea (nimis caducum ſimul ac ſuperbum animal eſt homo
nim

nimis alte fragilibus ſuper ædificat fundamentis, è tanta ſodalium turba, ad quem redacti
numerum ſumus uidès, & ecce dum loquimur ipſi etiam, fugimus atq; umbræ in morem
euaneſcimus, momẽtoq; tẽporis abijſſe alter alterũ accipiet, & ipſe mox præuiũ ſecuturus.
quid ergo ſumus frater optime, quid ſumus, nec deſinimus ſuperbire? ſuis angoribus con-
ſternatus Cicero in epiſtola quadam ad Atticum: Ipſi, inquit, quid ſumus, aut quãdiù hæc
curaturi ſumus? breuis quidem, ſed bona (ni fallor) quæſtio, & ſalutaris & grauida, atque
utilibus plena ſententijs, ſub qua multum ueræ humilitatis ac modeſtiæ, multumq; con-
temptus rerum fugitiuarum, uigil foſſor inueniet. quid ſumus inquam? quàm graui, quàm
tardo, quàm fragili corpore, quàm cæco, quàm turbido, quàm inquieto animo, quã uaria,
quanq; incerta uolubiliq; fortuna: aut quandiù hæc curaturi ſumus? Profectò perbreuiter,
nempe non aliud ſonat, quàm ſi diceret, Ipſi quid ſumus, & hoc ipſum quandiu futuri ſu-
mus? utique hercle non diù, cum hoc idem noſtrum eſſe, ut diuturnum eſſe non poteſt, ſic
nũc poſſit inter uerba deſinere, neq; ſi accidat miri aliquid acciderit. Vtrũq; igitur benè &
grauiter quæris M. Tulli, ſed quæſo te, ubi nam tertiũ reliquiſti, & euentu periculoſius, &
quæſitu dignius? poſtquã hic eſſe deſierimus, quid futuri ſumus? ò rem magnam & ambi-
guam, ſed neglectam. Supererat hic mihi paululũ de fragmentis annis præteriti, ante alios
uir clariſsimus, & (ſiquid mihi credis) magni animi conſilijq; Paganinus Mediolanenſis,
qui mihi poſt plurima experimenta uirtutis, acceptiſsimus, nec me modò, ſed nobis dignis
ſimus uiſus erat, itaq; iam hic, mihi Socrates alter eſſe ceperat, fides, familiaritasq; prope ea
dem (quodq; dulciſsimum habet amicitia) participatio utriuſq; fortunæ, apertisq; animi la-
tebris, fida communicatio ſecretorum. quãtum uerò te amabat, quantum uidere cupiebat,
quem internis oculis iam uidebat, quantum uitæ tuæ ſollicitus erat, in illo publico naufra
gio, ut mirarer ipſe hominem incognitum ſic amari poſſe? nunquam triſtiorem ſolito me
uidit, Quid amice, trepidus inquireret, quid rei eſt, quid amicus noſter agit? Cum uerò be
nè te ualẽtem audiuiſſet, metu poſito, perfundebatur alacritate mirabili. & hic quidẽ (quod
ſine multis lachrymis non dico, & cum pluribus dicerem, niſi præcedentibus malis exhau
ſtos hoſce oculos, atq; omnes, ſi quæ ſunt lachrymarum reliquias inſtantibus reſeruarem,
hic inquam peſtilenti morbo, qui nunc orbem populatur, repentè correptus, ad ueſperam,
poſtquam cœnam cum amicis, & quod occidui temporis reſtabar, in noſtro tantùm ſer-
mone & amicitiæ rerumq; noſtrarum commemoratione conſumpſerat, noctem illam, in-
ter dolores ultimos imperterrito animo tranſegit. manè autem rapida morte ſubtractus, ac
ne quid de funeſta conſuetudine laxaretur, triduo inexpleto, illum filij, omnisq; familia cõ
ſecuti ſunt, ite nunc mortales, æſtuate, anhelate, laborate, circumite terras ac maria, ut nõ
ſecuturas opes, nec manſuram gloriam cumuletis, ſomnus eſt uita, quam degimus, & quic
quid in ea geritur, ſomnio ſimillimum, ſola mors ſomnum & ſomnia diſcutit. ò ſi prius ex-
pergiſci datũ ſit, ſed de hoc aliàs. Nũc inexhauſtã ſeriem gemituũ meorum proſequor, non-
dum ſatisfeceram fortunæ, niſi acutiore me cuſpide impeteret & ad iram Dei malignorum
furor accederet. Hei mihi, iam deficere, iam tremere incipio, illorũ more, quos primus tor
por gelidæ febris inuadit, iã toto corpore cohorreſco, & libẽter ualdè ab his curis & ab hoc
ſermone diuerterem, ſed impellit ac præcipitat animum dolor, quem frenare non ualeo.
Duos nobis amicos fortuna reliquerat, & licet alios reliquiſſet, ij tamen erant, tempus ui-
tæ noſtræ, quod reſtat ea non prohibente poſſe traducere uidebamur, quid enim ex omni
bus obſtabat? non paupertas, non diuitiæ, non diſparitas uolũtatum, Animus in qua tuor
unus erat. Itaq; gloriabar antiquitatem perraris & in diuerſis ſæculi uno uel altero, æta-
tem uerò noſtram eſſe, & domum unam, breui fore, duobus ſimul amicorum paribus ad
ornatã. Minus propriè paria nominaui, unũ erat immò uerò nullũ par, ſed una omniũ mẽs
ut dixi. quid heu mihi, Luca noſtro benignius? quid Maynardo ſuauius? in quorum iudi-
tio nos errare, diuturnior experientia non ſinebat. Primus quidem ſic animo compoſitus,
ut præter dulciſsimum iocundiſsimumq; conuictum, etiam noſtrorum ſtudiorum parti-
ceps, & comes eſſet. Alter autem, & ſi huiuſcemodi rerũ expers, abundè tamen ornatus
ijs, per quæ ſtudijs talibus peruenitur, humanitate ſcilicet, fide, liberalitate, cõſtantia, quid

multa? Liberalium diſciplinarum neſcius, ſed uir bonus & amicus eſſe didicerat, & in cœtu noſtro talis unus aptior erat, quam ſi omnes ſtudio deditos, cæterarum rerum omnium in curioſitas habuiſſet, itaq; ad opportunitates uarias cōmodè admodum, & penè diuinitus ille nobis quartus acceſſerat. Nimis fœlices uiſi ſumus, inuidit crudeliſsima fortuna, & indignata eſt, quod nos nondum totos tantorum comitum perditione proſtraſſet. Mouerant ambo ſimul, & te frater apud Auinionem, ut certus ſum, non ſine ſuſpirijs dimiſſo me alteram animi ſui partem cupidiſsimè petebant. Mœſtam nimis, & miſeram hiſtoriam aggreſſus ſum. ſed eſt quædam & lugendi dulcedo, qua ſæpe nimium paſcor infœlix. Veniebat pariter optimo animo, fato peſsimo, miſerabili euentu, ille Romam petiturus, ille Florentiam. quo ergo diuertitis amicitiæ rectius, ite ſecurius non hoc ueſtrum iter, quid uobis cum Alpibus niuibusque? Omnia uincit amor, & uos ceſsiſtis amori. ueniebatis me uiſuri, hic erat inimicus, hac cathena trahebamini nō ibatis, ſed trahebamini ab illo, cui cœlum ipſum obſequitur, cui diſcordātia inuicem obediunt elementa, amor omnipotens uos trahebat. Agnoſco inſidias fortunæ, hoc egit ut incoſolabilius dolerem, quin & illud impiè molita eſt, ut qui iam recurſo anni ſpatio, pedem Parma non noueram; nunc abeſſem ſub obtentu magni neſcis cuius boni, quo ſcilicet & nos aſpectu mutuo priuaret, & uos animo conſternatos, raptimquè ac properè fugientes, facilius in laqueum præparatæ mortis impelleret. Heu dolor inſatiabilis, heus uulnus æternum. Feſtinabitis obliti laborum & periculorum omnium, cæteras enim curas & ſpes, ac deſiderium oppreſſerat. Naturale eſt, ut minorem paſſionem maior abſorbeat, ardebat animus, me coram cernere, & mecum de uitæ totius ordinatione diſſerere, Inde ſuſceptum iter agere, & rebus in patria diſpoſitis, huc reuerti, hoc eis nempè propoſitum erat, mi frater, ac meorum dolorum comes unice ut te illuc accerſito, ſimul uſq; ad exitum uiueremus. quod ſi me Parmæ reperiſſent, poterat mora longior, fortunæ duritiem fortaſsis inflectere, mutaſſent fortè conſilium, & per nuncios actis, quæ acturi erant in patria, ipſi amoris dulcedine compediti, mecum inſeparabiliter reſediſſent. & nunc quid prohiberet. quo minus ſimul omnes eſſemus in quiete illa animi diutius exoptata? ſed adamantinis fatorum uinculis tenebamur, & ut abeſſem ferox fortuna prouiderat. Itaque cum Parmam ueniſſent, percunctando per obuios, recomperta, triſtes ad domum noſtram, deiectis animis ac uultibus deſcenderunt. quid ſingula proſequar? Omnem domus atque orti angulum, omnes herboſos ceſpites (cœperat enim iam ad arietis aduentum bruma miteſcere) dulci accubitu compreſserunt, implentes cuncta ſuſpirijs. deinde cum poſſent alibi ambo, per noctem in lectulo meo iacuerunt, credo ut quem ad quietē neceſſariam humana fragilitas meditata eſt, ad laborem mihi perpetuum conſecrarent. Poſterò autem circa horam diei ſextam abierunt literis domi relictis, quibus mihi, & eorum triſtitia, redeundi propoſitum, multaquè præter hæc alia, nota ſunt, quas ego literas, dum uiuam inter delitias habebo dolorum ſtimulos, ac lachrymarum materiam immortalem. Menſis ab hinc integer lapſus erat, cum ego ignarus horum omnium domi redij, literas reperi, famulosquè meos, cum earum tenore concordes audiui & admirans. ſed quid agerem? illi tanto ante diſceſſerant, ut iam demens expectarem reditum ac negligentiam accuſarem. Quæ poſtquam mihi debito longior uiſa eſt, unum ex famulis Florentiam miſi, Maynardum literis excitans, ad obſeruantiam promiſſorum, atque illud adijciens ut eundem nūcium Lucæ noſtro mitteret, ſeu ille Romæ moras ageret, ſeu Theani, cui ingentem quoque epiſtolam ſcripſi exhortatoriam, ad notorum modeſtiam & ad huius uel alterius loci electionem, quicunque rebus noſtris appareret oportunior, nec non ad morem ſtudioſe ſolitariæquè uitæ, quæ quoniam omnes æqualiter tangebat, ut per eum ad te etiam mitteretur inſerui. Præclarè quidem ut multa illud à Vergilio dictum eſt:

Neſcia mens hominum fati fortiſq; futuræ.

literarum portitor abſceſſerat, & ego qui Romam ſecūdam multa mihi dulcia fingebam, hæc quidem ab ortu aderunt, illa autem ab occaſu. quis me fœlicior congreſſu talium amicorum

amicorũ: quorum uſq; tranquilliora ſtudia: quorũ uita quietior: has inter curas quæ infauſti rumoris amaritudinem geminarum, nuncius meus, die octauo, poſtquam hinc diſceſſerat, per intenſiſsimum imbrẽ nõ expectatus affuit, & pluuia & lachrymis madens, & fronte uulnus animi uiſibiliter præferiente, dirigui, & excuſſo manu calamo, ſcribentem enim fortè compererat. Quid noui affers dic ocyus: exclamo. At ille gemitu uerba frangente, Infœlix, inquit, nuncius aduenio. amici tui ſuper Apennini uerticem in ſæuas latronũ manus inciderunt. hei mihi, Quid mali eſt: Proſequitur ille ſingultiens. Maynardum, qui caſu quodam nil tale metuens ſubſtiterat, in inſidias lapſum, & repentè cõpreſſum inter carnificum gladios procubuiſſe, Lucã clamore permotum adacto calcaribus æquo, aduolaſſe uiriliter, ſolũq; inter decem aut amplius ſicarios, ſtricto mucrone conſtitiſſe, multiſq; uulneribus datis & acceptis, uix tandem uiuum euaſiſſe, prædones ſublata occiſi præda, impio greſſu abijſſe, ita tamen, ut labore ſimul & conſcientia defeſſi, facile capi potuerit, excitatis agreſtibus ad tumultum, niſi quidã falſo & indigno nobilitatis nomine ſuperbi, quos nominare non eſt neceſſe, accurrentes è montib. & cohibuiſſent iuſtum impetũ inſequentium, & cruentam prædonum cateruam ſuis mœnibus excepiſſent. Lucam adhuc gladiũ in manibus habentem, procùl inde uiſum, inter rupes ac nemora, nil de eo deinceps aliud auditum. O frater, quid mihi tũc animi fuiſſe arbitraris: duobus una mortiferis ictibus, in corde trãſfigor, hic ſcilicet deſperato & irreparabili dolore, inde ſollicito ancipitiq; metu. auertat deus omne malum, quodãmodo æquanimius audiuiſſem ambos extinctos. Scirẽ nempè quid agerem, clauderem fores, conſolatores excluderẽ, ſolus eſſem, & dolori meo totus incumberem, ita uel exonerarem mœrore animum, uel opprimerem, uel lenirem fletu deſiderium, uel implerem, & amicos duris uulneribus ablatos, lachrymando conquererer. nunc uerò nõ una, ſed tribus ſimul acerrimis paſsionibus indeſinenter afficior, dolore, metu, ſpe. & miſerabilem in modum, fluctuantibus atq; inter ſeſe certantibus curis laceror, atq; diſcerpor, quæ mihi uita nihil morte ſecurior eſt, & finem eius ſupplicibus, atq; aſſiduis uotis expecto. Aliquanto enim longior eſt, quàm uellem. adhuc quidem iuuenes uidebamur, ecce biennio pluſquàm oportuit uiximus. Miſi nuncios ac literas, per diuerſa terrarũ, in primis Placentiam, Florentiam ac Romam. ex his enim præcipuè ciuitabus de eo qui ſuperſtes dicitur, aliquid expectabam. Ita iam intentus atque inhians, & omne iter circunſpiciens, & ad omnem ſtrepitum contremiſcẽs, quintumdecimũ diem ago, quod tẽpus, ſi cum multorum annorum calamitatibus trutinetur, facilè prepõderet. Fuit mihi impetus interdum ire, nec ſubſiſtere, donec præſens Lucæ noſtri ſtatum, quicũq; eſſet agnoſcerem, & Maynardi ò ineuitabilis ſors hominum, alpinũ & rude cernerẽ ſepulchrũ, fuit enim ut fama eſt, ingenti non modo circũſtantium caſtrorũ, ſed ciuitatis etiã concurſu ſummaq; omniũ miſericordia tumulatus, indignãtibus & exclamãtib. multa ruricolis, grauiterque ferentibus, nõ modo defuncti caſum, ſed propriã quoq; fortunã, ꝙ animo præſagirẽt, id ꝙ illicò conſecutum eſt. Interrupto ſcilicet itinere pro hoſpitib. ac lucris, dãnoſa ſibi bella ſuccedere. Iſſem profectò iampridem, in eaſdem fortè manus, ſimul fato impellẽte uicturus, niſi me & anni tempus aduerſum, & ualitudo corporis imbecillior tenuiſſet, & tamẽ, an ſibi animo contrariũ ſuggerenti potiùs obtẽperem, hactenus frater incertus ſum. Trãſibat hac, ſextus hodie ut reor aut ſeptimus dies eſt, nobilis quidam uir Florentinus, Ciuis è curia ueniens, cui cum fortè in uia publica equos ſuos currenti, occurriſſet unus ex pueris meis, ſecretorum mihi conſcius dolorũ, & ex ſermone hominis ut fit etiam, patriam cognouiſſet, ultrò uerbis eum aggreſſus inquirere cœpit: An de hoc amicorum noſtrorum caſu noſcet aliquid. & cum noſse omnia uideretur, hortatus eſt, ut mecum loqui, & infeſtum dubietatis meæ nondum uellet abſoluere. At illi audito nomine meo, alioquin licet mihi incognitus, benignè admodum multis comitantibus ad me uenit, quem de omnibus diligentiſsimè percunctatus, in ſumma didici Lucam noſtrum uiuere, ſic & apud nos literas Florentia trãsmiſsas, ſic publicam famam loqui. Ita ego quod mirari & indignari ſoleo, in media poſitus Italia, rumores Italicos ignoro, donec ex Gallia nuncientur. Illius ergo digreſſu, ſic remanſi, quaſi inter denſas animi mei nubes quidam inſperati gaudij ra-

dius penetraſſet. Heri autem, cum iam aduesperaſceret, ſacerdos quidam ſenex, familiaris
meus, ad me lachrymabundus acceſſit, narrans nuncium quẽdam, de Tuſcia uenientem
dicere Maynardum non ſolũ, ſed cũ alijs perijſſe, quod audienti mihi de pectore ſtatim al
terius inuecta ſagitta, ſerenitas omnis ablata eſt. ſed uix dum ſacerdos uerba compleuerat,
& ecce mercator quidam Mediolanenſis, notus meus, locum in quo mœſtus eram in-
greditur, ſalute data & reddita. Cum, inquit, hac tranſitum facerem, audiens quod hic eſ-
ſes, licere mihi non credidi, ſine cõſpectu & colloquio tuo progredi. Vrbane, inquam, ſed
ſed unde nũc te reuehis? Quartus, inquit, dies eſt, ex quo Florentia diſceſsi. Et heus bone,
inquam, quæſo quibus itineribus tranſiuiſti? Rectum, inquit, iter ſequi non potui. Audi-
ſti enim ut arbitror illius boni uiri mortem, pro cuius ultione populus Florentinus ad ar-
ma conſurgens, multa iam in illis mõtibus caſtra cõbuſsit. itaq; deuio quodam, & ſylue-
ſtri calle profectus ſum. Dic age, inquam, uir an uirorũ mortẽ memoras? Hic enim & ſacer
dotẽ illum digito ſignaui, plures narrat occiſos. Minimè uerò, inquit, unus profectò ſolus
occubuit, reliqui euaſerunt. & cum intentum me atq; anxium uideret: adiecit. De hac re,
præter uoces populi, nihil habeo. illic enim in omnium ciuium conuentu, non niſi de uni-
us nece audiuntur, indignationes hominũ & querelæ. credibile eſt autem, quod ſi plures
eſſent, de plurib. loquerẽtur. Placuit coniectura, ſed quia nihil certi afferebat, ſerenare a-
nimum, frontemq; nõ potuit, & qualem inuenerat dimiſit. Hæc ſingula frater, tàm ſcrupu
loſè exequor, ut particulariter intelligas, quod in ſumma ſcire te non dubito, peſsime mi-
hi eſſe, alternantibus his curarũ fluctibus, & fragilem ſpei cymbam, hac illac æſtu recipro-
cantem iactantibus. Accedit ad ærumnarũ cumulũ, quod dum numerare dies incipio, q̃d
curioſè faciunt amantes, miror & ſtupeo, quid eſt quod ad literas meas Taruiſij, inde Pa-
tauij, mox Veronæ datas, tãto lapſu temporis, nil omnino reſcripſeris, præſertim cum per-
fidos nuncios miſſæ, & de rebus non paruis ſcriptæ eſſent. Neſcio quid nunc mihi nouæ ſu
ſpicionis oboritur. audio enim peſtem illam anni alterius, quæ abſceſſiſſe uidebatur ex inte
gro, rurſus inuaſiſſe Modani ripas, à quibus utinam abeſſes. Sed quid ago infœlix? an non
ſatis mihi uera, & præſentia mala ſufficiant, niſi & ficto & futuro inſuper miſer fiam? Ver-
tat hæc Deus in melius, ut qui falſa ſpe totiens deceptus ſum, ſemel ſaltẽ decipiar falſo mœ
tu. quod ſi acciderit, ut te cum pauculis qui ſuperſunt, adhuc ſemel aſpiciam, antequàm mo
riar, uixiſſe me ſatis arbitrabor. Cæterum epiſtola texi cœperat, in libelli modum euaſit,
cuius me illud præcipuè delectat in malis meis, quod ſcribentis animo nubilo & inquieto,
non ſolum ſtylus ipſe, ſed forma etiam literarum & papyrus & atramenta conueniunt, q̃
niſi proiecero, & uim dolori fecero, nullus erit modus. Alia enim ex alijs erumpunt. ſed
forrè nec adhuc nobis ſol dierum omnium occubuit, & aliquid in craſtinum reſeruandum
eſt, litteræ exemplum quàm Florentinis miſi ſuper hac tanta eorum ignominia, quia te iu-
uet lecturum auguror, præſentibus innexui. Vale frater, & temetipſum rebus lectioribus
præſeruare ſtudeas, ut nos, ſi tamen ex alto permiſſum eſt, in terris iterum uideamus. Par-
mæ. Iunij. xx. recommendo me domino meo domino Theanen. participi dolorum meo-
rum. Item domino Archidiaconen. Leodenſi. ſimiliter domino meo domino Cauallicenſi
& domino Seneſcallo ſi propè ſunt, dominum Guidonem ſeptem. & Romanellũ & Leo
nem ſaluto. Hei mihi. Maynardũ amplius more ſolito non ſaluto, ſed ſaluto eum ſicut poſ
ſum, & pro eo tantus peccator, indeſinenter oro, quatenus cuius corpus mei uidendi deſi-
derio, in perniciem & in mortem incidit, anima ſaltem euadat de manibus impiorum, libera
te & ſaluante liberatore & ſaluatore noſtr. DOMINO IESV CHRISTO: qui propter pec-
cata mea multa & grauia, me nunc in amici corpore uulnerari tàm grauiter, paſſus eſt. Be
nedictũ ſit tamẽ in ſæcula nomen eius. Vale iterũ & ſemper mei memor, & reſcribe quæſo
ſi uiuis & ſi uales, hæc frater ut facilè perpendi poteſt, ſcripſi inter moleſtias & tumultus
animi uarios, & cum multa feſtinantia, licet nuncius aliquis non adeſſet, ſed aderit fortè,
dum nõ ſperabitur, uel me abſente, qui perferat, ego enim quotidie per rura noſtra diſcur
ro, non tàm rei familiaris cura, quæ mihi nulla eſt, quam amore ſolitudinis, ut ſi quomodo
fieri poſsit, meipſum obliuiſcar & languores meos. Vale.

FRAN-

Fran. Petrarcha Lobardo de Scirico, S. VIII.

Vitam quàm degimus, deſcribit.

QVid mihi, de hac uita quam degimus uideatur, interrogas; neq; immeritò, multæ enim & uariæ de hac ipſa opiniones hominum ſunt, meam breuibus accipe. Videtur mihi uita hæc dura quædam arca laborum, paleſtra diſcriminum, ſcœna fallaciarum, labyrinthus errorũ, circulatorum ludus, deſertũ horribile, limoſa palus, ſenticuloſa regio, uallis hiſpida, mons præruptus, caligantes ſpeluncæ, habitatio ferarũ, terra infœlix, cãpus lapidoſus, uepricoſum nemus, pratum herbidum, plenumq; ſerpentibus, florens hortus ac ſterilis, fons curarũ, fluuius lachrymarum, mare miſeriarum, quies anxia, labor ineſſicax, conatus irritus, grata phreneſis, pondus infauſtum, dulce uirus, degener metus, inconſulta ſecuritas, uana ſpes, ficta fabuloſa, falſa lætitia, uerus dolor, riſus inconditus, fletus inutilis, inane ſuſpirium, confuſus ordo, tumultuoſa confuſio, trepidatio turbulenta, ſolicitudo perpetua, inſonoris inertia, inops copia, diues inopia, imbecilla potentia, tremulæ uires, ægra ſanitas, iugis morbus, gemina ægritudo, pulchra deformitas, honor inglorius, infames tituli, ridiculus ambitus, ima elatio, excellentia fictilis, humilis altitudo, fuſca claritas, ignota nobilitas, pertuſus ſacculus, uas rimoſum, ſpecus inexplebile, cupiditas infinita, dãnoſum deſiderium, luxus hydropicus, ſitis inſatiabilis, aridum faſtidium, famelica nauſea, uentoſa proſperitas, querula ſemper aduerſitas, uiror trãſitorius, flos caducus, amœnitas labilis, fugax forma, mœſtum gaudium, amara dulcedo, uoluntas aculeoſa, ſtulta ſapientia, cæca prudentia, tetra domus, breue diuerſorium, fœdus carcer, ſine gubernaculo nauigatio, ſine baculo ſenectus, ſine freno iuuentus, ſine duce cæcitas, iter lubricum, tecta fouea, latens præcipitium, ſilens lima, tenax uncum, operti laquei, abdita retia, ineſcati hami, ſentes aſperi, lappæ hærentes, tribuli acuti, ſcopuli rigentes, uenti rapidi, fluctus impetuoſi, atri turbines, horriſonæ tempeſtates, procelloſum pelagus, uadoſa littora, anceps portus, exarmata nauis, immane naufragium officina ſcelerum, ſentina libidinum, caminus irarum, puteus odiorum, catena conſuetudinum, ſirenus cantus, circea pocula, mundi uincula, rerum unci, conſcientiæ morſus, pœnitẽtiæ ſtimuli, peccatorum incendia, putre ædificium, fundamentũ fragile, muri hiantes, tecta labentia, prolixa breuitas, latæ anguſtiæ, calles inexplicabiles, paſſus impliciti, circulorum motus, ſtatio inſtabilis, rota uolubilis, manens curſus, ſcabra leuitas, ſcrupuloſa ſuauitas, blanda crudelitas, doloſæ blanditiæ, fallax amicitia, concors diſcordia, fidifragæ induciæ, bellum inexorabile, pax infida, ſimulata uirtus, excuſata nequitia, laudata fraus, honoratum dedecus, irriſa ſimplicitas, & contempta fides, Nugæ ſeriæ, ingenioſa dementia, loquax torpor, uelata ignorantia, opinio ſcientiæ tumida, ſcientia uerò nulla, querelarum ſuſpiria, contentionum ſtrepitus, uulgi fragor, obliuioſa peregrinatio patriæ odium, amor exilij, lemurum ciuitas atque laruarũ, dæmonũ regnũ, luciferi principatus (ſic enim Principem mundi huius Veritas uocat) uita dæmonum mendax, & exanimis, ſpirans mors, ſegnis incurioſitas ſuiipſius, inutilium cura, apparendi ſtudium, ſuperuacui appetitus, operoſus uermium apparatus, uiuentium infernus, & uiuorum corporum diuites exequiæ, longum funus, pompoſa uanitas, laborioſa militia, periculoſa temptatio, ſuperba miſeria, miſeranda fœlicitas. En amice, qualis mihi hæc uidetur, quæ tàm multis exoptatiſsima, ac gratiſsima uita eſt, nec dum tamen conceptum omnem meæ mentis expreſsi, peior enim eſt, multo miſerior, quàm à me, ſeu quocunque hominum dici poſsit. ſed quo ex ingenio, ex his paucis, totum reor animum, loquentis introſpicis, unum tot in malis habet bonum, quod ad bonam & æternam uitam, niſi dexter trames deſeratur, uita eſt. Vale inter colles Euganeos III. Cal. Decẽb.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM ad uiros quoſdam, ex ueteribus illuſtriores, Liber.

FRAN. PETRARCHA. M. T. CICERONI. S.

EPiſtolas tuas, diù multumq; perquiſitas atq; ubi minimè rebar inuẽtas, auidiſsimè perlegi, audiui multa te dicentem, multa deplorantem, multa uariantem M. Tul. & qui iampridem qualis præceptor alijs fuiſſes noueram, nunc tandem, quis tu tibi eſſes agnoui. unum hoc uiciſsim à uera charitate profectum, non iam conſilium, ſed lamentum audi, ubicunque es, quod unus poſterorum tui nominis amantiſsimus, uix ſine lachrymis fundit. ò inquiete ſemper & anxiè, uel ut uerba tua regnoſcas, ô præceps & calamitoſe ſenex, quid tibi tot contentionibus, & prorſum nihil profuturis ſimultatibus uoluiſti? ubi & ætatis & profeſſionis fortunæ tuæ cõueniens ociũ reliquiſti? quis te falſus gloriæ ſplendor ſenem, adoleſcẽtium bellis implicuit, & per omnes iactatum caſus, ad indignã Philoſopho mortem rapuit? heu & fraterni immemor, & tuorum tot ſalubriũ præceptorũ ceu nocturnus uiator, lumen in tenebris geſtans, oſtẽdiſti ſecuturis callẽ, in quo ipſe ſatis miſerabiliter lapſus es. omitto Dionyſium, omitto fratrem tuum ac nepotẽ, omitto ſi placet ipſum etiam Dolobelam, quos nunc laudib. ad cœlũ efſers, nũc repentinis maledictis laceras. fuerint hæc tolerabilia fortaſsis, Iul. quoq; Cæſarem, prætereho, cuius ſpectata clemẽtia ipſa es, lateſcentibus portus erat, Magnum præterea Pompeiũ ſileo, cum quo iure quodã familiaritatis, quid libet poſſe uidebare. ſed quis te furor in Antoniũ impegit? amor credo Reipub. quã funditus iam corruiſſe fatebaris. quod ſi pura fides, ſi libertas te trahebat, quod quidem de tãto uiro libet opinari, quid tibi tàm familiare cum Auguſto? quid enim Bruto tuo reſponſurus es? Siquidẽ, quod, inquit, Octauius tibi placet, non dominũ fugiſſe, ſed amiciorẽ dominũ quæſiſſe uidebaris, hoc reſtabat infœlix, & hoc erat extremũ Cicero, ut huic ipſi tàm laudato malediceres, qui tibi ne dicam malefaceret, ſed malefacientibus non obſtaret. Doleo uicem tuam amice, & errorum pudet, ac miſeret tantorum. iamque cũ eodẽ Bruto, hijs artibus nihil tribuo, quibus te inſtructiſsimum fuiſſe ſcio, nimirũ, q̃d enim iuuat alios docere, quid ornatiſsimis uerbis, ſemꝑ de uirtutibus loqui prodeſt, ſi te interim ipſe nõ audias? Ah quãtò ſanctius fuerat, Philoſopho p̃ſertim, in trãq̃llo rure ſenuiſſe, de perpetua illa, ut ipſe quodã loco ais, non de hac exigua uita cogitãtẽ, nullos habuiſſe faſces, nullis triũphis inhiaſſe, nullos inflaſſe tibi animum Catælinas. Sed hæc quidem fruſtra. æternum Vale mi Cicero. apud ſuperos, ad dexteram Atheſis, in colonia Veronẽſium tranſalpinæ Italiæ. *XVI.* Cal. quintiles, anno ab ortu eius, quẽ tu non noueras. *MCCCXL.*

Fran. Petrarcha M. T. Ciceroni. S.

SI te ſuperior offendit epiſtola, uerum enim ut ipſe ſoles dicere, quod ait familiaris tuus in Andria, Obſequium amicos, ueritas odium parit. accipe quod offenſum animum ex parte mulceat, ne ſemper odioſa ſit ueritas, quoniam ueris reprehenſionibus iraſcimur, ueris laudibus delectamur. cum quidem Cicero, quod pace tua dixerim, ut homo uixiſti, ut Philoſophus ſcripſiſti, uitam ego tuam carpſi, nõ ingenium aut linguam, quippè qui illud miror, hãc ſtupeo. neq; tamẽ in uita tua, quicq̃ præter cõſtantiã requiro, & profeſsione Philoſophicæ debitũ quietis ſtudiũ, & à ciuilib. bellis fugã, Extincta libertas, ac ſepulta iã & cõplorata Reſpub. uide ut ciuiliter tecum ago ac tu cum Epicuro multis in locis, ſed exp̃ſſius

in libro de

In libro de finib. agebas enim ubilibet uitã probas, rides ingeniũ, ego nihil in te rideo, uitæ tamẽ cõpatior ut dixi, ingenio gratulor eloqóe. O Romani eloqij ſumme parẽs, nec ſolo ego, ſed omnes tibi gratias agimus, quicũq; Latinæ linguæ florib. ornamur, tuis enim prata de fontib. irrigamus, tuo dt catu directos, tuis ſuffragijs adiutos, tuo nos nomine illuſtratos, ingenue cõfitemur, tuis deniq;, ut ita dicã, auſpicijs, ad hãc quãtulacũq; eſt ſcribẽdi facultatẽ ac propoſitũ perueniſſe. acceſsit & alter poëticæ uiæ dux, ita enim neceſsitas poſcebat, ut eſſet & quem ſolutis, & quẽ frenantibus greſsibus præeuntem ſequeremur, quem loquentem, quem canentem miraremur, quoniã cum bona uenia amborum, neuter ad utrunq; ſatis erat, ille tuis æquoribus, tu illius impar anguſtijs. Nõ ego primus hoc dicerem fortaſſe, quamuis plane ſentirem, dixi hoc ante me, magnus quidem uir Anneus Seneca Cordubenſis, cui te, ut idem ipſe conqueritur, non ætas quidem, ſed bellorum ciuilium furor eripuit. uidere te potuit, ſed non uidit, magnus tamen operum tuorum, atq; illius alterius laudator, hæc affirmat, quicunq; quẽq; ſuis eloquentiæ finib. circunſcribens. Verum expectatione te torqueo, quis'nam dux ille ſit quæris, noſti hominẽ, ſi modo nominis meminiſti, P. Virgilius Maro eſt, Mantuanus ciuis, de quo egregie uaticinatus es. cum enim ut ſcriptum legimus, iuuenile quoddam eius opuſculũ, miratus, quæſiuiſſes actorẽ, eumq; iuuenem iam ſenior uidiſſes, delectatus es, & de inexhauſto eloquentiæ tuæ fonte, cum propria quidem laude permixtum, ueruntamen præclarumq; ac magnificum illi teſtimonium reddidiſti. Dixiſti enim,

Magna ſpes altera Romæ:

Quod dictum ex ore tuo auditũ, adeò ſibi placuit, inſeditq; memoriæ, ut illud poſt annos uiginti te pridem rebus humanis exempto, diuino operi ſuo, eiſdem penitus uerbis infereret, quod opus ſi uidere licuiſſet, lætatus eſſes, de primæuo flore, tàm certum te uenturi fructus præſagiũ concepiſſe. Nec non & latius gratulatus Muſis, quod inſolentibus Graijs, uel reliquiſſent ambiguam, uel certã uictoriã abſtuliſſent, utriuſq; enim ſententiæ auctores ſunt, te ſi ex libris animum tuum noui, quem noſce mihi non aliter, quàm ſi tecũ uixiſſem uideor, ultimæ aſſertorem futurũ, utq; in oratoria dediſti, ſic in Poëtica palàm Latio datum, atq; ut Aeneidi cederet. Illas iuſſurũ fuiſſe, non dubito, quod iam ab initio Virgiliani laboris, Propertius aſſeuerare nõ timuit. Vbi enim pcij operis fundamenta cõtẽplatus eſt.

Cedite Romani ſcriptores cedite Graij.
Neſcio quid maius naſcitur Iliade:

Hæc de altero Latino duce facundiæ, magnæq; Romæ ſpe altera. Nũc ad te reuertor, quid de uita, quid de ingenio tuo ſentiam audiſti. expectas audire de libris tuis, quæ'nam illos exceperit fortuna, quàm ſeu uulgò, ſeu doctioribus probentur. extant equidem præclara uolumina, quæ ne dicam perlegere, ſed nec enumerare ſufficimus, fama rerum tuarum celeberrima, atq; ingens & ſonorum nomen, perrari autem ſtudioſi, ſeu temporum aduerſitas, ſeu ingeniorum hebetudo & ſegnities, ſeu quod magis arbitror, aliò cogens animos cupiditas cauſa eſt. itaq; librorum aliqui, neſcio, an irreparabiliter, nobiſcum qui nunc uiuimus, niſi fallor, proculdubiò periere, magnus dolor meus, magnus ſeculi noſtri pudor, magna poſteritatis iniuria profectò, namq; quod in tuis conqueror, & in multorum uirorum illuſtrium libris accidit. tuorum ſanè, quia de ijs mihi nunc ſermo erat, quorum inſignior iactura, hæc ſunt nomina Reip. Rei familiaris, de conſolatione, de gloria, quãuis de hoc ultimo, magis mihi ſpes dubia, quàm deſperatio certa ſit. Reliquũ eſt, ut urbis Romæ ac Romanæ Reip. ſtatum audire uelis, quæ patriæ facies, quæ ciuium concordia, ad quos rerum ſumma peruenerit, quib. manibus, quantoq; cõſilio frena tractent imperij: Hiſter'ne & Ganges, Hyberus, Nilus, & Thanais, limites noſtri ſunt: an uerò quiſquã ſurrexerit:

Imperium Oceano famam qui terminet aſtris,

Vt amicus ille tuus Mantuanus ait, hæc & his ſimilia cupidiſsimè auditurũ te auguror, id enim pietas tua ſuggerit, & error erga patriam, uſque in ruã pernitiem notiſsimus, uerum enim tacere melius fuerit. crede enim mihi Cicero, ſi quo in ſtatu res noſtræ ſunt audieris, excident tibi lachrymæ, quãlibet uel cœli, uel Herebi partẽ tenes. Aeternũ Vale, apd ſupos

ad ſiniſtram Rhodani ripam, in trans alpina Gallia, eodem anno *XIIII.* Cal. Ianuarij.

Fran. Petrarcha Anneo Senecæ, S.

Reprehenſoria uitæ & laudatoria ingenij.

PEtitam à tanto uiro, impetratamq; ueniam uelim, ſi quid aſperius dixero, quàm aut profeſsionis tuæ reuerentiam deceat, aut requiem ſepulchri. qui enim me M. Ciceroni, quem Latinæ eloquentiæ lumen, ac fontem, teſte te, dixerim non pepercifſe legerit, ſi te reliquis itidem uera loquens, non pepercero, indignationis iuſtæ materiam non habebit, iuuat uobiſcum loqui, Viri illuſtres, qualium miram patitur ætas noſtra penuriam. Inter omnes quidem cui clara nomina, tuum nomen annumerandum eſſe, non ſum neſcius, id'q; ſi aliunde neſcirem, magno quodam, & externo teſte cognoui. Plutarchus ſiquidem Græcus homo, & Traiani principis magiſter, ſuos claros uiros, noſtris conferens, cũ Platoni & Ariſtoteli (quorum primum diuinum, ſecundum dæmonium Græci uocant) M. Varronem, Homero autem Virgilium, Demoſtheni M. Tullium obiecifſet, auſus eſt ad poſtremum, & ducum controuerſiam mouere, nec eum, tanti ſaltem diſcipuli ueneratio continuit, in uno ſanè, duorum ingenia prorſus imparia, nõ erubuit confiteri, quod quem tibi ex æquo, in moralibus præceptis obijceret non haberet. laus ingens, ex ore præſertim hominis animoſi, & qui noſtro Iul. Cæſari, ſuum Alexandrum Macedonem comparaſſet, ſed neſcio, quomodo ſicut corporum, ſic animorũ egregias formas, aliqua ſæpè grauis iniuria naturæ uariantis inſequitur, ſiue quod omnium parens, perfectionem mortalibus inuidet (eoq; magis, quò ad illam propius uidentur accedere) ſiue quod inter multa decora, deformitas omnis apparet, & quod in obſcura facie, facilis ne tuus eſſet, in præclara cicatrix fœda eſt, tanta lux in rebus ambiguis, ex contrariorum uicinitate ſuboritur. Tu uerò uenerande uir, & morum incomparabilis præceptor, errorem uitæ tuæ, ſi nõ moleſtum eſt, mecum recognoſce. In omnium ſæculorum crudeliſsimum principem incidiſti, & tranquillus nauta, pretioſis mercibus onuſtus, ad infamem & procelloſum ſcopulum appuliſti. cur autem illic hæſiſti, quæſo te? an ut in tẽpeſtate magiſterium approbares? ſed hoc nemo niſi amens eligit, neque enim ut fortis perpeti, ſic prudentis eſt, optare periculũ, quin etiam ſi libera prudentiæ relinquatur electio, ocioſa ſemper erit fortitudo: nihil enim accidet, aduerſus quod auxilium implorandum ſit. modeſta potius ſuis utens partibus, & lætitiam frenabit, & uotiua moderabitur. ſed quoniam enumerabiles caſus eueniunt, & multa fert uita hominum, quibus conſilia noſtra uincuntur, id circò uirtus iuncta opponitur fortunæ, non quidem ſecundum electionem, ut dixi, ſed ſecundum neceſsitatis ineuitabiles, ac ferreas leges, at ego nunquid ſanus ſatis uidear, ſi diutius cum magiſtro uirtutum, de uirtute diſputem? & probare nitar, id cuius contrarij probatio impoſsibilis ſit? unicum uel te iudice, uel quolibet, qui inter uitæ huius fluctus mediocriter nauigare didicerit, non fuiſſe conſilium Syrtibus inhærere. Quod ſi laudem, ex difficultate captabas, hoc ipſum ſummæ laudis erat, emergere, & in portum aliquem ſalua puppe confugere, impendentem iugiter ceruicibus, tuis gladiũ uidebas, nec timebas, nec tàm ancipitis rei exitum prouidebas, præſertim, quando quod moriendi miſerrimũ genus eſt, intelligere poteras, mortem tuam, & fructu quolibet & gloria carituram Veneras ô miſerabilis ſenex, in hominis manus, qui quicquid uellet poſſet, nil niſi peſsimum uelle, poſſet. ſomnio iam ab initio deterritus, uigilans deinde, multiplicibus argumentis, fidem turbidæ quietis acceperas, quid igitur tibi cum his laboribus tàm diu? quid cum inhumano cruentoq; diſcipulo? quid cum diſsimillimo comitatu? reſpondebis. Effugere uolui ſed nequiui, & illum Cleantis uerſiculum prætendens, quo in Latinum uerſo uti ſoles.

Ducunt uolentem fata, nolentem trahunt.

Illud inſuper proclamabis, uoluiſſe te, opibus tuis renunciare, uel ut ſic laqueum, libertatis abrumpes, teq; in tutum, ex tanto naufragio, uel nudus eriperes. Res & ueteribus hiſto

ricis

ricis nota eſt,& mihi ipſi illorum ueſtigijs incedēti,haud quanquam ſilentio prætermiſſa,
uerum tibi palàm loquens,ſecretiora continui,nunc autem,quando ad te mihi ſermo eſt,
putas'ne ſilebo,quod indignatio uel iraſq; ſuggeſſerint?teſtem nempè certiſsimum habe-
mus,& qui de ſummis uiris agens,nec metu flectitur,nec gratia, Suetoniū Trāquillum.
is igitur quid ait?Euertiſſe te Neronē à cognitione ueterum Oratorū,quo ſcilicet in tui il
lū admiratione diutius detineres.illi igit̃ pectori charus eſſe ſtuduiſti,tibi ut fieres utilis,et ir
riſione dignus habereris,uel ſimulato certè,uel in accerſito linguæ uitio curare debueras.e
prima eſt miſeriarum tuarum radix,ab animi leuitate,nec dicā uanitate,profecta, inanem
ſtudiorū gloriam,duræ ſenex,nimis molliter,ne rurſus dicam pueriliter concupiſti. ipſum
quod ad imitis uerè magiſteriū acceſſeras,fuerit uel iuditij, uel fati cuiuſpiam, quādo excu
ſationem errorū ſtudioſius aucupamur,& culpas noſtras in fata reflectimus,hoc uotū,pro
fectò iuditij tui fuit,non potes accuſare fortunam,quod optaueras inueniſti,ſed quo per-
go?ha miſer,poſtquàm in admirationem tui,ueſanum iuuenē,eò uſq; perduxeras,ut nul-
la libertatis,aut commeatus occaſio ſupereſſet,nunquid æquanimius ſaltim pati poteras iu-
gum,quod ſpontè ſubieras,& hoc ſaltim præſtare,ne in cōtumelioſas notas,æternæ ſugil-
lationis erumperes?nō equidem ignorabas,Tragœdiam eſſe genus ſcripti grauitate uin-
cere,ut ait Naſo?hanc tu,quā mordaciter,quàm uenenosè,quā acriter in illū ſcripſeris no-
tum eſt.non quod ego ſi m neſcius,nullā uel ingenij uel ſermonis acrimoniā,nephādis acti
bus æquari poſſe,bonis illius,ſi modo hominis nomine dignus eſt.uide tamē,num te dece
ret id ſcribere,de Imperatore ſubiectū,de domino familiarē,de diſcipulo præceptorem, po
ſtremo de illo,cui tàm multa blandiri,ne dicam blandiendo mētiri,ſolitus eras. Relege li-
bros,quos ad eū ipſum de Clemētia,reuolue quē ad Polybū de cōſolatione dictaſti, cæte-
ra deniq; tuarum uigiliarum monumenta percurre.ſi modò uel libros,uel librorū memori
am Lethei gurgitis unda non obruit.pudebit credo laudati diſcipuli.qua enim fronte,de
tali talia ſcripſiſſe potueris,ignoro,certe ego,illam ſine pudore nō relego. ſed hic rurſus oc
curres,& adoleſcentiā principis,atq; indolem multum ſpei melioris præferrentem obijci-
ens,errorem tuum,repentina morum eius mutatione,tutabere,quaſi uerò,hæc nobis igno
ta ſint,uerum ipſe conſidera,quàm ſit excuſabile,paucula perſonati principatus opuſcula,
uel ſimulatæ pietatis uoculas obliquaſſe,animum ac iudicium tibi tali utrum,tali ætate,tan
ta rerum experientia ac doctrina. quid enim oro,tibi placuit ex illius actis, quæ ab hiſtori-
cis (ut eorum uerbis utar) partim nulla reprehenſione, partim non mediocri laude, me-
morantur, prius ſcilicet,quàm ſe totum in probra & ſcelera demergeret?an aurigandi po
tius,an cytharizandi ſtudium?quibus tàm curiosē deditū accepimus,ut ſecretius primùm
còram ſeruis ac plebe ſordida, deinde etiam in publico,uniuerſo populo ſpectante prin-
ceps auriga decurreret,& quaſi numen aliquod oblatum,ſibi cytharam adoraret,egregius
cythariſta. quibus tandem ſucceſsibus euectus, & uelut Italicis non contentus ingenijs,
Achaiam petijt,& Græcorum Muſicorū adulationibus inflatus, ſolos Græcos ſtudijs ſu-
is dignos aſſéruit. ridiculum monſtrum,ferox bellua,an illud omen certis magni ſimul &
religioſi principis habuiſti,quod barbæ primitias,& illas inhumani oris exuuias,in Capitó
lio conſecrauit?ij certè ſunt actus Neronis tui Seneca, ea ætate, qua hiſtorici adhuc e-
um inter homines numerant,tu eum inter deos,nec laudante nec laudato dignis præcó-
nijs conaris inſerere,niſi fortè illud maiori gloria dignum putas,quod Chriſtianos genus
hominum,reuera ſanctum,& innocuū uerum ut ſibi uidebatur,& Suetonio referēti,ſuper
ſtitionis nouæ ac maleficæ,ſupplicijs affecit,omnis pietatis pſecutor atq; hoſtis crudeliſsi-
mus.Ego quidem de te iſta non ſuſpicor,eoq; magis propoſitū animi miror,nam & ſupe-
riora illa friuola nimis & uana ſunt,ultimū hoc nepharīū etiam & immane,nec ibi aliter ui
deri potuiſſe certus ſum præſertim Pauli Apoſtoli ſacris monitis,aurē non neganti,& ob-
latam cœlitus amicitiā cōplexo, quàm utinā arctius tenuiſſes, ut diuelleris in finē,ut cū
illo ſaltē præco ueritatis,pro ueritate ipſa,& pro æterni p̄mij ꝓmiſsione moreteris,ſed pro
greſſus ſum lōgius,dicēdi impetu,& intelligo me,ad hæc exaranda ſerius proceſsiſſe,quā

ètolla

ut ulla tẽpeſtiuæ frugis ſpes appareat. Aeternum Vale. apud ſuperos in Gallia ciſalpina, inter ſiniſtram rapacis Entiæ, & dextram pontifragi Parmæ ripam. Cal. Sextilibus anno ab ortu, eius quem ante tu noueras incertus ſum. M. CCC. L.

Fran Petrarcha Tito Liuio, S.

OPtarem ſi fato datum eſſet, uel me in tuam, uel te in noſtram ætatem incidiſſe, ut ætas ipſa, uel ego per te melior, & uiſitatorum ex numero tuorum unus forem, profectò non Romam modò te uidendi gratia, ſed Indiam ex Gallijs aut Hiſpania petiturus, nunc uerò quia datur, te in libris tuis uideo, nõ equidem totum, ſed quatenus nõdum ſæculi noſtri deſidia perijſti. Centum quadraginta duos, rerum Romanarum libros edidiſſe te nouimus, heu, quanto ſtudio, quantis laboribus uix triginta ex omnib. ſuperſunt, in illis exerceor, acri cum indignatione animi, aduerſus mores hominum noſtrorum, quibus nihil in pretio eſt, niſi aurum & argẽtum, atq; obſcœna corporum uoluptas, quæ ſibi in bonis habenda ſunt, multò cumulatius, multoq; perfectius, non tantum mutæ pecudis, ſed immobilis eſt, & inſenſibilis elemẽti, quàm rationalis hominis bonum erit, ſed de hoc aliàs. Nunc tibi potius tempus eſt, ut gratias agam, tùm pro multis, tùm pro eò nominatim, quod oblitum ſæpè præſentium malorũ, tecum me fœlicioribus inſeris, ut inter legendum ſaltẽ cum Cornelijs, Scipionibus, Aphricanis, Lelijs, Fabijs, Maximis, Metellis, Brutis, Decijs, Catonibus, Regulis, Curſoribus, Torquatis, Valerijs, Coruinis, Salinatoribus, Claudijs, Marcellis, Neronibus, Aemilijs, Attilijs, Quintijs, Curijs, Fabricijs, ac Camillis, & non cum his extremis furibus, inter quos aduerſo ſydere natus ſum, mihi uidear ætatem agere, tu uelim de antiquioribus Polybium, & Q. Claudium, & Valerium Antiatem, reliquoſqúe quorum gloriæ ſplendor tuus officit, de nouis uerò Pliniũ ſecundum Veronenſem, uicinum tuũ, atq; æmulum quondam tuum Criſpum Saluſtium ſalutes, quibus nuncia, nihilo fœliciores eorum uigilias fuiſſe quàm tuas. Aeternum uale, rerum geſtarum memoriæ conſultor optime. apud ſuperos, in ea parte Italiæ, & in ea urbe, in qua & ego nunc habito, & tu olim natus ac ſepultus es, in ueſtibulo Iuſtinæ uirginis, & ante ipſum ſepulchri tui lapidem VIII. Cal. Martias. anno ab ortu eius, quem ſi paulò uixiſſes diutiùs, cernere potuiſſes. M. CCC. L.

Fran. Petrarcha M. Varroni, S.

VT te amem ac uenerer, tua me ſingularis uirtus, & induſtria, tuum me clariſſimum nomen, cogit. Sunt quidem, quos licet extinctos, ſuperſtitibus tamen beneficijs ac monitis amamus, qui ſcilicet cæteris conſpectu & odore grauiter offendentibus; ipſi doctrinis inſtruunt, exemplisq́; delectent, quique licet hinc abierint, in communem locum, ut ait, Plautus in Caſsina, tamẽ abſentes proſunt præſentibus. Tu nihil aut modicum prodes, non tua quidem, ſed omnia corrumpentis æui culpa, ætas noſtra libros tuos perdidit, quæ autem unius nummorum cuſtodiæ ſtudioſa, quis uſquam iniuſtæ rei cuſtos bonus? tu cognitione rerum ſupra fidem, & ſine exemplo deditus, non ideò tamen actuoſæ uitæ ſemitam declinaſti, utroq; calle conſpicuus, & illis ſummis uiris Magno Pompeio ac Iulio Cæſari, merito tuo charus. itaq; ſub altero militaſti, ad alterũ ſcripſiſti libros mirabiles, omniſqúe diſciplinæ refertiſsimos, inter bellorum & publicorum negociorum diuerſiſsimas curas. Magna eſt laus, non ingenij modò, ſed propoſiti, corpore atq; animo poſſe ſimul, & uelle, non ætati tuæ tantum, ſed omnibus ſæculis prodeſſe. Ii equidem tanto ſtudio elaborati libri, digni non ſunt habiti, qui per manus noſtras ad poſteros peruenirent, ardorem tuum noſtra uincit ignauia, nemo tàm parcus pater uſquam fuit, cuius nõ longæuam parſimoniam, breui tempore luxurioſus filius poſſet euertere, quid nunc libros perditos enumerem? quot librorum tuorum, totidem famæ noſtræ ſunt iacula, tacere conſilium eſt, quoniam & contractatione recrudeſcit uulnus, & ſopitus dolor, damni memoria excitatur.

tur. Sed o incredibilis famæ uis, uiuit nomẽ ſepultis tẽporibus, & cũ de Varrone nihil appareat, doctorũ tamen omniũ conſenſu, doctiſsimus Varro eſt, ꝙ ſine ulla cunctatione cõpatriota tuus M. Cicero, in ijſipſis libris, in quib. nihil affirmandũ diſputat affirmare nõ timuit, ut quodãmodo luce tui nominis perſtringente oculos, uideatur interim dũ te loquit̃, ſuum principale propoſitũ nõ uidiſſe. quod Ciceronis teſtimoniũ quidã Latinitatis anguſtijs circunſcribũt, alij ad Græcorũ metas extendũt, præcipueꝙ Lactãtius uir, ex noſtris eloquentia & religione clariſsimus, qui nullum Varrone doctiorem, ne apud Græcos quidem uixiſſe non dubitat. Sanè inter innumerabiles præcones tuos famoſiſsimi duo ſunt, primus eſt ille, cui ſuprà mentionẽ feci, coëtaneus & conciuis Cicero, qui multa tibi, & cui tu multa ſeruata, ex Catonis præcepto ratione ocij, ſcripſiſti, cuiusꝙ ut uiuaciora ſint opera, ſtyli forſan dulcedo præſtitit. ſecundus uir ſanctiſsimus & diuino ingenio Auguſtinus, origine Apher, eloquio Romanus, cum quo utinam de libris diuina tractãtibus, deliberare potuiſſes. Summus nempè theologus futurus, qui eam quam poteras theologiam, tàm ſcrupuloſè tàm anxiè diuiſiſti. Vt uerò rerum tuarum nihil ignores, quãuis de te ita ſcriptum ſit, legiſſe te tàm multa, ut aliquid tibi ſcribere uacaſſe miremur, tàm multa ſcripſiſſe, quã multa uix quemquam legere potuiſſe credamus, nullæ tamen extant, uel admodum laceræ tuorum operum reliquiæ, licet diuinarum & humanarum rerum Libros, ex quibus ſonantius nomen habes, puerum me uidiſſe meminerim, & recordatione torquear, ſummis, ut aiunt, labijs guſtatæ dulcedinis, hos alicubi forſitan latirare ſuſpicor, eaꝙ multos iam per annos, me fatigat aura, quoniam longa quidem, ac ſollicita ſpe, nihil eſt laborioſius in uita. hæc hactenus. Tu uerò ſolare animum, & labores egregij fructum, ex cõſcientia percipiens, mortalia perijſſe non doleas. Sciebas peritura dum ſcriberes, mortali enim ingenio, nihil efficitur immortale. Quid autem refert, an ſtatim, an poſt centum annorum millia pereat: quod aliquando perire neceſſe eſt, eſt quidem illuſtris ſimilis ſtudio fragrantium cohors, haud quaquam fortunacior laborum, cuius exemplis, quamuis nemo tibi par fuerit, tamen utcunque ſortem tuam æquanimius ferre debes, ex qua nunc aliquos numerare delectar, quoniam clarorum nominum, uel ſola cõmemoratio dulcis eſt. ſunt igitur hi M. Cato Cenſorius, P. Nigidius, Antoninus Gnipho, Iulius Higinus, Ateius Capito, C. Baſſus ueranius pontificalis, Octauianus Herennius, Cor. Balbus, Maſurius Albinus, Seuerus Sulpitius, Cloacius Verus, C. Flaccus, Pompeius Feſtus, Caſsius Hemina, Fabius Pictor, Statius Tullianus, multiꝙ alij, quos nominare lõgum eſt. hos omnes meis uerbis tuo ore ſalutes. Velim Iul. & Auguſtum Cæſares, quãquam ſtudio ſummiſsimos, atque doctiſsimos ſciam, uerecundius tamen fuerit, noſtris imperatoribus ſalutandos linquere, ſi tamen ſalutare illos audent, quorum ſtudio ac uirtute fundatum imperium euerterunt. Aeternũ Vale, uir clariſsime, apud ſuperos, capite orbis Roma, quæ tua fuit, mea patria facta eſt. Cal. Octobris, anno ab ortu eius, quæ utinam nouiſſes. M.CCC.XLIII.

FRAN.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. IN EPISTOLARVM SINE TITVLO, LIBRVM.

Præfatio.

CVM ſemper odioſa fuerit, nunc capitalis eſt ueritas, creſcentibus nempè flagitijs hominum, creuit ueri odium, & regnum blanditijs, ac mendacio datum eſt, id me ſæpè dixiſſe, interdum etiam & ſcripſiſſe memini, idq́ dicendũ ſæpius, ſcribẽdumq́ eſt. non antè ſilerus deſinet quàm dolor. Ea me pridem cogitatio induxit, ut Bucolicum carmẽ, poëmatis genus ambigui ſcriberem, quod paucis intellectum, plures forſitan delectaret, eſt enim nonnullis, corruptus adeò guſtus ingenii, ut eos notus ſapor, quamuis idem ſuauiſſimus offendat, ignota omnia, licet aſperiora permulceant, ſic (mirum dictu) difficultas rerum, ſæpè etiam fragilibus humeris grata eſt. Idem me hodie reſpectus inducit, ut his literis, pauca quidẽ, ſed quò ueriora, eò magis odioſiora concludam, bonis uerò niſi fallor amabilia, Epiſtolas ſcilicet aliquot, diuerſis ex cauſis uarijsq́ temporibus, ad amicos ſcriptas, quas unum in locum ideò cõegi, ne ut erant ſparſæ, totum epiſtolarum corpus aſpergerent, ac ueri hoſtibus odioſum facerẽt. Et ut qui has legere uoluerit, ſciat ubi eas quærat, qui noluerit intelligat, quid declinet, ſiquis autem eradendas abijciendasq́ cenſuerit, poſſit facilius partem unam, ſine totius operis deformitate conuellere. quod in re & lectori conſultum uolui & mihi. Et ſicut in paſtorio, de quo loquebar opuſculo, ſic in iſto, illic obſcuritate quadam, hic ſcriptorum latebris, ac ſilentio tutus ſum, nec ſolus ego, ſed hi quoque quibus hæc ſcripſeram, quorum nomina ſciens uolensq́ ſubticui, ne his forſan in lucem erumpentibus, aut notæ ſi ſuperſtant, aut odio ſi obierint illis ſint, quaſi hæc eis potiſſimè inſcripſerim, quos ſcirem libentius audituros. Equidem liber ille, ad quorundam manus maximorum hominum, me præſente peruenit, dumq́ eam partẽ legerent, quæ maximè tangebãt eos, quid ibi ſenſiſſem percontatos memini, meq́ de induſtria tranſtuliſſe ſermonem. Hic uerò quia nullum huiuſcemodi uelum erat, prouidebo, ſi potero, ne uiuo me, cuiuſquã talium in manus ueniat, ſi fefellerit, ego tamen ueri ſtudio, quæſitum odium, non uerebor, & mentis partem inuidiam, Inter titulos numerabo. Sin uſque dum abiero, bona fide latuerit, poſtmodum ut libet ſæuiant, iraſcantur, tonent, fulminent, quid ad me? certè ſi ut Satyrico placet, otioſum de mortuis loqui tutum eſt, multò eſt tutius, mortuo de uiuis. illic enim poteſt ſupereſſe, qui uindicet, hic in quem uindicet, ociiq́ iam non eſt. Sit licet odioſa ueritas, ſit peſtifera, ſit funeſta, ipſe iam in portu nauigat, ut ait Comicus, & in tuto eſt, iã terribilia cuncta tranſgreſſus, omnes mortalium minas ſpernit, ſi quid tunc igitur in me parant, iam hunc pro reſpõſo habeant illud Plancij Oratoris elegans, dictum aduerſus Aſinium Pollionem. Cum mortuis non niſi laruas luctari. ſin in hunc, ſeu alios libellos meos accingentur, ubi illos huic calamo, uel mea indignatio, uel eorum obiecit indignitas, non mecum ſibi fore nouerint, ſed cum ueritate certamen, Deo iudice, mundo teſte.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM ſine titulo, Liber.

FRAN. PETRARCHA AMICO, S.

Seculi fallaciam, portum ſalutis oſtendit.

QVid agis bone uir? quid agis pater optime? quid agis oro te? quid cogitas? quem rebus exitum, quem præſenti naufragio finem ſperas? portum'ne tenebimus, an in medijs tempeſtatibus obruemur? æquorei ſæuis cymba tantis impar eſt fluctibus, nimius carbaſa uentus impleuit, & carina grauiſsimo faſce deprimitur, remos agũt inexperti, clauũ aũt rector, ut uides, artis nauticæ præcepta deſpiciens, terram amat, quod ingens nauigantibus ſolet eſſe periculũ, idẽ & ſereno nimiũ fidit, demẽs, & ſtellas uagas intuẽs, ſtabilem arcton, fidã puppibus ducẽ ſpernit. Hæc inter, uino madidus, æuo grauis, ac ſoporifero rore pfuſus, iam nutitat, iam dormitat, iam ſomno præceps, atq; (utinã ſolus) ruit. iam pallorẽ cadẽtis aſpeximus, iam naufragiũ miſerũ murmur audiuimus, iã fatiſcens aluus crepuit, ſparſa iã pelago fluitãt armamenta. ô utinã ſi Pater excelſus, amiſſo fluitantem errare magiſtro

magiſtro ſentiens, ipſe etiam ratem ſuam, nocturnis in undis regat, nec emergi ſinat, quàm tanto pretio redemit ab hoſtibus. Alioquin ualdè metuendum eſt, ne urgente æſtu, inter piratas & ſcopulos pereamus. huc nos gubernatoris noſtri perduxit inſcitia, mitius loquor, immò uerò cæcitas, & hocipſum excuſabile, loquẽdum eſt igitur propriè, & uera rebus reddẽda uocabula, fecit hoc furor & rabies & turpis inertia, & procelloſi littoris ferui dus appetitus, & rationis imperium fortunæ traditum, & hortatu fœde cupidinis pondus infamiæ ſuſceptum. heu quantò felicius, patrio terram ſulcaſſet aratro, quam ſcalmum piſcatorium aſcendiſſet, quid dicam, ſcio equidem, quod uniuerſi offenſæ, particularis uindicta non ſufficit. ſed quid amplius fiat. Ille igitur uadit pro meritis accepturus, & canib. eſca maritimis, ille digitis omnium oſtenſus, omnium ſalibus aſperſus, omnium ludibrium locuſquè menſarum. poſtremo omnibus hoc mare ſulcantibus in æternum fabula. De nobis autem quid putas. certè ſi ad clauum ſimilis nauclerus acceſſerit, ſalus nos ipſa, ſi uelit ſaluare uix poterit, una nobis in tantis terroribus ſpes ſalutis tale nuſquam eſſe portentũ. tu uerò circunſpici, ſi qua eſt ad enatandum tabula, quàm complexi, in ſiccum euadamus. ſi conſilium meum poſcis, in rure tuo, ſi liceat optime manebimus, ibi ſilentium optatum, & potius mihi quietiſsimus uidetur, hic animum intende, & Vale.

Fran. Petrarcha Principi Romano, S.

Maieſtatem læſam dolet.

QVid hinc humanitatis aut clementiæ, ſeu quid omnino iuſtitiæ ſperare poſsis, excellentiæ tuæ nuncius, expertus teſtabitur, nouum genus ſæuitiæ, puerum incomitatum, incautum, innocentem, hoſtiliter aggredi, uirgulam, quam ſi quid ſani eſſet. & uereri & timere debuerat, capſulam quoq;, grauiſsimis ac ſuauiſsimis literis refertam, in caput immeritum, donec utrunque frangeretur allidere, ipſas quoque literas, quæ marmoreos animos mollire potuiſſent, diſceptas effundere. en hoſpitalitas, en charitas, ad Durentiam captus, tortus, flagellatus, & ciuitatis ingreſſu prohibitus, nuncius tuus, minas cum uerberibus ac uulneribus referens, ad pedes tuos, uertice cruentato rediit. ô uere Durentia, ut uulgus appellat, durities gentium, ſiue ut quidam ſcriptores uocant, Ruentia, à ruendo diceris, præceps fluuius, damnoſusq;, cuius accolæ nihil undis & alueo mitiores, & ipſi tanto impetu in quodlibet ſcelus ruunt. ô impudẽter elati, ô irruentes & indeuoti amnes. ô non tua ſorbens, & tumidè in Dominum ſurgens. Sorga. ô Rhodanus rodens omnia, ſic Tyberim recognoſcitis. ſic Romanam dominam honoratis? ô Auinio, cuius uinea (ſi quid coniectoribus fidei eſt) botros amariſsimos, & cruentam profert uindemiam, ſic dominum Romam colis, ſic tui, ſic illius, ſic propriè ſeruitutis, ſic ſummi imperij memor es. ue tibi infœlix, ſi illa cœperit expergiſci, immò uerò, ſi caput extulerit, & dormienti ſibi illatas iniurias, ac damna proſpexerit, experrecta enim iam nunc eſt, crede mihi, non dormit, ſed ſilet, & ſomnia præteriti temporis, ſub ſilentio repetit, & quid ſurgẽs actura ſit cogitat. expectata paululum, & uidebis magnalia in orbe terrarum, fieriq; mirabere, quæ antè factum impoſsibilia iudicaſſes. an quid ſcis, an ubi ſis, an cui ſubſis ignores, an prouinciæ nomen neſcis, unde diſcendat? quis'nam furor hic? quæ'nam iſta dementia? ſic modico ſereno, tempeſtatem omnium ſurrepſit obliuio? ſiccine prouinciarum dominam ueneraris? ſopita erat, tu mortua credidiſti, ac uelut morte dominæ libertati reddita, ad huc ſeruam te putaſti. Niſi libertatem ipſam flagitijs approbares, eſſe aliquid poſſe, aliquid uideri cupis, nos aliquandiu te uoti compotem, deliberando fecimus, tempus eſt, ut nobis admonentibus reſipiſcas. multorum nempè potentia, non in proprijs uiribus, ſed in aliena debilitate fundata eſt. Verùm hæc aduerſario conualeſcente, corruat oportet, tunc ergo quid fueris intelliges, cum quid adhuc ſit Roma cognoueris, cuius modò nuncijs ſic inſultas, putans non eſſe qui uindicet, falleris, ineptis, inſanis, eſt qui uindicet in cœlo Deus, eſt qui uindicet in terris amicus Dei, quem tu neſcis, ſunt uires quas ne ſuſpicari quidẽ potes, ha miſera, ſed experiẽre ilicò ut ſpero, tuæ, nobis uim noſtrã, iniuriæ reddidere,

cum

incuſſurũ iuſtiſsimæ indignationis aculeos,ſpero,excuſſurumq; grauedinẽ torporis, quo
nunc priſcus generoſæ indolis uigor tepet,cui ui uel ſponte totus olim orbis ceſsit, nũc pu
dor,ultimi hominũ inſultant,non inutile opus Reip. ſi ſucceſſerit ut opto, breuis ſcintilla,
magnum mouit incendium, uerbum unum, multarum ac magnarum rerum fuit indici-
um, ſed iam res ipſa tractanda eſt, nec tàm magis exaggeranda ſermonibus,quàm indi-
gnatione legentium. Nuper equidem inter quoſdam,ex his qui ſibi uidentur ſapientes,
alijs fortè non ita,dubitatum,& in quæſtionis formam propoſitum fuit.Expediret ne terra
rum orbi,urbem Romam,& Italiam eſſe unanimes atq; pacificas:& quamuis illa rerum
dubitatio,ſatis puerilis & inepta ſit,tamen diſputandi ſtudio,utrũq; poterat excuſari, niſi
multis argumentis ultrò citroq; iactatis,is qui omniũ ſapientiſsimus habebatur,cũ plauſu
& fauore omnium,Nullatenus expedire,uenenata diffinitione firmaſſet.quod tu, quæſo,
Vir eloquentiſsimè,cum primũ ut ſoles,in publico perorabis,populo Romano meis uer-
bis indica,ut intelligat,quæ ſunt horum procerum,de noſtra ſalute,per quas & ſi nihil no
cent,animos tamen ſuos,uentoſa loquacitate detegunt,dum quod de nobis cupiunt, tàm
uehementer cupiunt,ut diſsimulare non poſsint,& uotum iniquiſsimum, ac hoſtile pro-
poſitum ſuum,in rationis locum transferre contendunt, cæcitate turpiſsima. ſed ipſi qui-
dem,in erroribus ſuis morientur.nos in manibus Dei ſumus,fortunam non quam ipſi uo-
lunt,ſed quam ille nobis præparauerit habituri.Non tamen his deliramentis interfui, con-
triſtaſſem fortaſsè aliquos,neque enim aut honeſtum,aut mihi poſsibile, in tàm impia lo-
quacitate,ſilentium fuiſſet,cæterùm ut res ad me perlata eſt,indignatus grauiter,& tunc in
ter noſtros contractum diffiniui,& nunc,& apud te libertatis noſtræ Principem, quantu-
lumcunq; auctoritate diffinio.teq; ante alios & Romanum populum atq; uniuerſam Ita-
liam,ut quod ego uerbis aſſero,rebus approberis,per omnes cœlicolas ſupplex oro, & ut
in ſtatu proſpero diù uiuas,& Remp. fortiter liberatam,fœliciter regas opto.

Fran. Petrarcha Populo Romano, S.

Libertatem & eiuſdem aſſertorem,ut tueatur,& innoxium defendat,hortatur.

APud te quidẽ Inuictiſsime domitorq; terrarũ Popule meus, apud te clã,paucis, res
magna tractanda eſt,aduertite animos,quæſo,obteſtorq; uos Viri clariſsimi,ueſtra
res agit̃. magna,inquã,nec ſolũ magna ſed maxima,& cui in terris nulla par eſſe poteſt,
neue forſitan ſciẽdi auidos,expectatione cõficiam,aut rẽ ſuapte natura pmaximam, nitar
uerbis augere,p̄fationibus omiſsis, ad ipſam rẽ uenio. Tribunus olim ueſter,nũc captiuus
alienus,ò triſte ſpectaculũ,ceu fur nocturnus.aut patriæ ꝓditor, ex uinculis cauſam dicit,
& q̃ nulli unquam ſacrilego p̄repta eſt,apud iudices orbis terrarum,& iuſtitiæ magiſtros,
iuſtæ ſibi defenſionis facultas eripitur.eſt ille fortè nõ indignus hæc ꝑpeti,q ſuo ingenio ſu
iſq;,ut ita dixerim,manibus plantatam,& iam radicatam florentemq; Remp. in ipſo glo-
rioſiſsimi ſucceſſus flore deſtituit:at minimè digna eſt Roma,cuius olim ciues,lege inuio
labiles,& ſupplicio exempti,nũc nõ modò ſine ſceleris infamia,ſed multa quoq; cũ laude
uirtutis,paſsim ſæuo quorũlibet arbitrio uiolent̃:ne enim cauſam ignoretis Viri illuſtres,
qua olim caput & rector,nũc ciuis dicã,an exul ueſter opprimitur,rẽ neſcio an uobis inco
gnitã,ſed certè mirabilẽ & indignam audietis.nõ ille quidem neglectæ, ſed defenſæ liber-
tatis arguitur.nec deſerti,ſed occupati Capitolij reus eſt.illud ſibi ſummũ, & crucibus ex-
piandum ſcelus, obijcitur,quod affirmare præſumpſerit,Romanũ imperiũ,nũc etiam Ro
mæ,& penes P. R. eſſe.ô impia ſæcula,ô truculentam inuidiam,ô maliuolentiam inaudi-
tam.tu uerò nũc infallibilis & incorrupte rerũ arbiter CHRISTE, qd agis: ubi ſunt oculi
tui,quibus humanarũ miſeriarum nebulas ſerenare ſolitus es:cur illos auertis:Cur nõ an
cipiti fulmine,cauſam dirimis ſceleratã:& ſi nõ meremur,aſpice in nos, & miſerere noſtri.
reſpice inimicos noſtros, nec minus tuos,quoniam multiplicati ſunt, & odio iniquo ode-
runt nos,nec minus te.diſcerne quæſumus,inter partes,omni ex parte diſsimiles, denique
de uultu tuo iuditium noſtrum prodeat,oculi tui uideant æquitatem.Certè ſi iugo Roma
no,q; omnium iuſtiſsimũ atq; ſuauiſsimũ fuit,aliqua gens,immò uerò gens omnis,ut cer-
nimus, Voluit colla ſubducere, nihil eſt quod indignemur, aut miremur.eſt enim animis

mortalium, libertatis inſitus appetitus, ſæpè etiam inconſultus ac præceps, & ſæpè dũ parêre melioribus pudor uetat, qui benè ſubeſſent malè præſident, ſic omnia miſcentur, atq; turbantur, unde nonnunquam, in loco digni imperij, ſeruitiũ indignũ, & in loco iuſti ſeruitij, iniuſtum imperium uidemus. quod niſi ita eſſet, meliori loco eſſent res humanæ, & adhuc incolumi capite, mundus integrior, id ſi mihi non creditur, experientiæ credatur. quando unquam tanta pax, tanta tranquillitas, tanta iuſtitia, tantus uirtutis honor, tanta bonis præmia, tanta malis ſupplicia, tàm benè cõſultum rebus, quàm poſtquàm unum caput orbis habuit, caputque ipſum Roma fuit? quo potiſsimum tempore, amator pacis ac iuſtitiæ naſci Deus ex uirgine, terrasque uiſitare dignatus eſt. ſingula quidem ſingulis corporibus data ſunt capita, & orbis uniuerſus, cui à Poëta magni corporis nomen attribuitur, uno temporali capite, debet eſſe contentus, monſtruoſum eſt enim omne animal biceps, quantò magis horrendum & immane prodigiũ eſt, animal mille capitum diuerſorum, ſeſeque mordentium inuicemque pugnantium? quod ſi capita plura ſint, unum tamen, quod cuncta compeſcat, atque omnibus præſit, eſſe debere non ambigitur, ut totius corporis pax inconcuſſa permaneat. certè quod experimentis innumeris, & doctiſsimorũ hominum auctoritate deprehenſum eſt, & in cœlo & in terra, optima ſemper fuit unitas principatus. id ſanè ſupremũ caput, uelle ſe Deus omnipotens, nõ aliud eſſe q̃ Romam, multiplicibus declarauit indicijs, quàm belli paciſq; gloria, quàq; mirabilem ſine exemplo uirtutis, tanta præeminentia dignam fecit, quæ quamuis ita ſint, adhuc tamẽ ſi humani more animi, malo ſuo quotidie gaudentis, aliqua gens, ut dixi, damnoſam & ambiguam libertatem, quàm tutum & ſalutare publicæ matris imperium mallet amplecti, poſſet inſolentiæ, uel inſcitiæ uenia deberi, illud uerò, quis inoffenſis auribus accipiat, inter homines doctos quæri. An Romanum imperium Romæ ſit? ergo apud Parthos Perſasq; & Medos, Parthorum Perſarumq; & Medorum regna conſiſtent, Romanum imperium uagum erit? quis hanc indignitatem ſtomachus ferat? quis non potius euomat penitusq; reijciat, ſi imperium Romanum Romæ non eſt, ubi quæſo eſt? nempè ſi alibi eſt, iam Romanorum imperium non eſt, ſed eorum, penes quos illud uolubilis fortuna depoſuit. & ſi enim ſæpè Romani Imperatores, pro neceſsitate Reip. in orientis, aut occidentis extremo, ſæpè ſub Borea uel Auſtro cum exercitib. agerent, Romanũ tamen interim imperium Romæ erat, & de Romanis imperatoribus, quo uel præmio uel ſupplicio digni eſſent, Roma cenſebat. De Capitolio petebatur quis honorandus, quis plectendus, quis Vrbem priuatus, quis ouans, qs triumphans introiret, inquinent poſt Iul. Cæſaris ſeu tyrannidem, ſeu dicere malumus Monarchiam, Romani principes, quanquam iam Deorum concilio aſcripti, adhuc tamen à S. P. Q. R. gerendarum rerum licentiam poſtulaſſe compertum eſt, & data uel denegata licentia, egiſſe quæ deſtinauerant, uel ceſſaſſe. Imperatores igitur uagi eſſe poſſunt, ſtabile fixumque ſemper imperium eſt, nec de temporali ſtatu, ſed de perpetuitate imperij dixiſſe credendus eſt Maro, ubi ait:

Dum domus Aeneæ Capitoli immobile ſaxum
Accolet, imperiumq; pater Romanus habebit.

neque enim hæc dicens, centum aut mille annorum, ſed immortalem illis duobus, gloriam ſpondebat. neue quiſquam uerba hæc blanditias uocet, quæ profectò, nec lingua mea, nec ueſtris auribus dignæ ſunt, digreſsione opus eſt. ſcio ego, de hac re Virgilium quodam loco ab Auguſtino reprehenſum, non iniuſtè, ſed ibidem mox iuſtiſsimè excuſatum, cum Poëta loquentem de uobis Iouem faceret: ſic ait:

Romulus excipiet gentem, & Mauortia condet
Mœnia Romanosq; ſuo de nomine dicet.

et origini perpetuitatem adijciens, inquit:

His ego nec metas rerum, nec tempora pono
Imperium ſine fine dedi:

hoc non immeritò quidẽ notat Auguſtinus. quomodo enim imperium ſine fine dabit, q nihil unquã dedit, aut dare potuit, niſi q homo ſceleratus & mortalis poteſt, falſa diuinitatis opinione,

opinione, non ornatus ſed oneratus, & oppreſſus? præterco autem hæc, quiſquis imperium Romanum dedit, (quod non dediſſe certum eſt, niſi omnipotentem Deum, cuius in cœlo & in terra imperium unum eſt, unde imperia cuncta deſcendunt) ubi tamen hoc imperium ſit quærit Auguſtinus: in terra an in cœlo? Et utiꝗ, inquit, in terra eſt, & ſi eſſet in cœlo, cœlū & terra tranſient, tranſient quæ ipſe fecit Deus quantò citius, quæ cōdidit Romulus? Hæc Auguſtinus in Virgiliū. & certè perſpicuum eſt, regna omnia, & quicquid uſquam clarum aut magnificum oculis noſtris apparet, & ſi ante non ruerint, tunc ſaltem ruitura eſſe, dū cœlū & terra mouebunť. illo concutiente qui creauit, quiꝗ nouū cœlū nouamꝗ terram faciet, nō mentiturus, ut Iuppiter, cū ipſe ſit ueritas. eius eſt illud regnū, principio carēs, & fine cariturū, de quo ſcriptū eſt: Et regni eius non erit finis, ꝙ licet fortè Virgilius ignoraret, cui Deus ingenium excellens eloquiumꝗ pſtiterat, uerū hæc à ſapientibus abſcondita, & paruulis reuelāda negauerat, illud certè nō ignorabat, peritura eſſe omnia regna, q̃ initiū habuiſſent. Ingenij igitur cautela uſus eſt, ſiquidem ubi immortalitatem Romano pollicebatur imperio, non ipſe loquebatur ex perſona propria, ſed Iouē loquentem inducebat, ut mendacis Dei, mendax oraculum eſſet & falſa promiſsio. Ipſe autem ad gratiam P.R. alieno mendacio utebatur, at alibi, quando ex pſona ſua loq uoluit, ueritatem ipſam idem Poeta non tacuit: *At enim res Romana perituraꝗ regna.*

Quis non clarè uideat, inter imperium ſine fine, perituraꝗ regna, quid interſit? ſed hic Virgilius, ibi Iuppiter loquebatur, hic homo ingenioſus, ibi falſus deus, alijs quidē uerbis, ſed hac planè ſententia Virgiliū accuſat & excuſat Auguſtinus, ſecundū quam intelligo quæ dixi, & q̃ dicā. Certè Romanus erat, ille q ſcripſit. Omnia orta occidūt, & aucta ſeneſcūt. ſeneſcent ergo hæc omnia, ſi durent, & ſi cuiuſꝗ rei finis eſt ſenectus ſua, utiꝗ omnia ſeneſcent, niſi iam fortè ſenuerint, quādo & q̃ ſtant, cuncta occident, & occaſum ſi nō præuenerit, ſaltē comitabiť ſenectus. ita nulla eſt exceptio, ſeu durent ſeu nō durent, orta omnia, aut ſerius aut ocyus tandē occident, & ſeneſcent. Voluet motu cōtinuo, rotam ſuam inſtabilis fortuna, & de gente in gentē uolubilia regna uerſabit. faciet illa cum uolet reges ex ſeruis, ſeruos ex regibus, & in urbem Romam, & in orbē Romanū, ſuam ineluctabilem potentiam exercebit. quā pcipuè in uos Viri optimi, multis fortè miſerantibus, nullo penitus ſuccurrente, diū miſerabilibus modis exercuit & exercet. ſcio doleoꝗ, & plus quā credi poſſit indignor, quid amplius faciam non habeo. nec me angit, quod fortuna iure ſuo utitur, ut in reliquis, ſic in uobis, atꝗ ut ſe rerum humanarū planè dominā probet, ipſum rerū caput attingere nō uereť. ſcio uiolentiam, inſtabiles mores noui, quarundam uerò indomitarum gentium inanem iactantiam ægrefero, quarum nunc Romano trita iugo colla laſciuiunt, ita pudor & fœlix fabula, iam (ut cætera multa & grauia ſileam) in quæſtionem uenit. an Romanum imperium Romæ ſit? enimuerò ubi nunc horrida ſylua eſt, poterunt regia tecta conſurgere, atque ubi nunc atria ſunt, auro rutilante fulgentia, poterunt cupidi greges paſci, & penetralibus regum, uagus paſtor inſiſtere, non detracto fortunæ imperium, poteſt illa funditus, ut urbes alias ſic reginam Vrbium pari niſu, ruina maiore proſternere, quod heu magna ex parte iam fecit. illud profectò nunquam potuit efficere, ut Romanum imperium, alibi ſit, q̃ Romæ, ſimul enim ut alibi eſſe cœperit, deſinet eſſe Romanum. Hæc ſe mirabilis Ciuis ueſter affirmaſſe & affirmare non negat, & hoc eſt illud graue crimen, unde in diſcrimen capitis adducitur, addit autem, ſe id multorum conſilio ſapientum dixiſſe, nec puto mentitur, & defenſionis copiam aduocatumque ſibi dari flagitat. negatur, & niſi diuina miſericordia ueſterque fauor occurrerit, actum eſt, innocens indefenſusque damnabitur. hominum pars magna compatitur, nemo ferè eſt, qui non miſereatur, præter eos, quibus proprium erat miſereri, & parcere erroribus, non inuidere uirtutibus. Iuriſconſulti inſignes hic etiam non deſunt, qui iure ciuili aſſerant, hanc ipſam ſententiā probari clariſsima ratione, nec deſunt qui ex hiſtorijs, ſe multa & ualida probaturos dicant, ad eiuſdem ſententiæ firmitatem, modò liberam uocem liceat emittere. nunc tamen nemo eſt, qui mutire audeat, præterquàm in angulis, in tenebris, in timore. Ego ipſe, qui uobis hæc ſcribo, & fortè pro ueritate non recuſem mori, ſi mea mors

collatura aliquid Reip. uideatur, nunc taceo, neque hiſipſis ad uos ſcriptis meum nomen adijcio, ſtylum ipſum ſufficere arbitratus, hoc adiecto, ciuem Romanum eſſe, qui loquitur, ꝙ ſi tuto in loco, apud æquum iudicem, & non ad tribunal hoſtium res agatur, ſpero ueritate animum illuſtrante, et linguam ſeu calamum dirigente Deo, poſſe aliquid dicere, quo luce clarius appareat, Imperiũ Romanũ, quamquam fortunæ iniuria attritum, oppreſſum que diu, & quamquam uarie ab Hiſpanis, Aphris, Græcis, Gallis, Theutonis occupatũ, adhuc tamẽ quantulumcũq; eſt, Romæ eſſe, non alibi, ibidemq; manſurum, & ſi nihil prorſus ex tanta urbe, præter nudum ſaxum Capitolij ſupereſſet, quinetiam tunc, quando non dũ externis manibus agebamur, tantumq; Romani Cæſares imperitabant, non penes eos, ſed penes Capitolij arcem ac Populum Romanum, omne ius imperij fuiſſe, ſi uerum eſt, quod malæ fidei poſſeſſor, ullo tempore non præſcribat. In hoc aũt rerum ſtatu, dum dies trahitur, ꝙ forte deſuper datũ eſt, ut ꝙ modo nec ſperare quidẽ auderetis, tanta res in lucẽ ueniat, unum quod ad ueſtram & Romani nominis dignitatem ſpectare uiſum eſt, diſſimulare non potui, cogente me ad calamum fide illa, qua nos urbemq; ueſtram, inter omnes ſingulari quodam amore ac ueneratione complector. Claritatẽ igitur ueſtram hortor, atq; obſecro, ne ciuem ueſtrum in extremis poſitum deſeratis, ſed ueſtrum eſſe monſtretis, ſolennibus eum nuncijs repoſcentes, etſi enim uobis imperij titulũ nitanẽ eripere, nondũ tamẽ eò ueſaniæ ſunt euecti, ut negare audeãt, uos in ueſtros ciues ius habere. certè ſi qđ homo iſte peccauit, Romæ peccauit, nec dubitari poteſt, de cõmiſsis Romæ peccatis, ueſtrum eſſe iudicium, niſi uobis fundatoribus legum atq; cultoribus, & qui iura gentibus tradidiſtis, eripitur ius commune. ubi enim iuſtius delicta caſtiges, quàm ubi cõmiſſa ſuntẽ ubi ſcilicet & locus ipſe memoriam criminis renouans, ſceleratis pars nõ parua ſupplicij, & ſcelerũ ſpectatores, penè ſpectaculũ aut ſoletur aut terreat. ꝙ ſi forte Trib. ueſter, quoniã multi, quin potius boni omnes ita ſentiunt, nõ ſupplicio, ſed pmio dignus eſt, ubi nam melius, ꝙ meretur accipiet, quàm ubi fecit propter quod talia meretur? nuſquam dignius præmium uiri fortis exoluitur, quàm ubi fortiter geſsit, ut qui actum uiderint, ad imitandum præmio accendanẽ. Fidenter itaq; repoſcite Ciuem ueſtrum, nihil nouum, nihil iniuſtum poſcitis, potius q; delinquitis ſi taceatis. quod ſi communis iure patriæ, ubi nũc captus eſt puniendus aſſeritur, quantò uerius communis patria Roma eſt, ubi ille natus educatus que eſt, ubi qcqd id eſt, unde accuſatur admiſit, q contrà nihil hic uel laude uel uituperio dignum fecit, ſi uerò contrà morem maiorum, cum fortuna ceciderit animi, adeoq; degeneratũ eſt, ut iuſtitiam poſcere temeritas uideatur, his quorum patribus, nihil olim difficile uiſum eſt, at ſaltẽ ꝙ ab omni, q̃ legibus uiuat barbarie poſci poteſt, poſcite, ut ciui ueſtro audientia publica, & defenſionis legitimæ nõ negetur copia. neue q in luce fecit omnia, immò q quantũ p hominẽ fieri poterat, lucẽ mundo reddidit, in tenebris condemnetur. oſtendite uos deniq; cauſam ac fortunam non negligere Ciuis ueſtri, reſiſtite iniuriæ, prohibete nephas, protegite innocentem, reum uel nocentem iudicate, aut ſaltem, ne pro cuiuſquam libidine iudicetur occurrite. ferte q̃ poteſtis, & q̃ debetis opem Trib. uel ſi id nomen euanuit, Ciui ueſtro, multa de Rep. benemerito, atq; illud in primis, ꝙ quæſtionem magnam, atq; utilem mundo, multis ſopitam ac ſepultam ſeculis, ſuſcitauit, quæ una ad reformationẽ ſtatus publici, atq; ad aurei ſæculi initiũ, uia eſt. Succurrite illi uiro, neq; cõtẽpſeritis ſalutẽ eius, qui pro ueſtra ſalute, ſeſe mille pìculis, ac ſempiternæ obiecit inuidiæ, illius ppoſitũ atq; animũ cogitate, & memineritis, quo in ſtatu res ueſtræ fuerant, & q̃ repentè unius uiri cõſilio atq; opere, quantã in ſpem, non Roma tantũ, ſed Italia omnis erecta eſt, quantũ ſubitò nomẽ Italicũ, q̃ renouata ac deterſa Romana gloria, quantus hoſtium metus ac dolor, quantum gaudium amicorum, quanta populorum expectatio, quàm immutatus rerũ tenor, quàm facies orbis alia, quàm diuerſus habitus animorum, quàm nihil ſibi ſimile, ex omnib. q̃ ſub cœlo ſunt, tã mira & tàm repẽtina mutatio rerũ fuit. Septẽ enim menſiũ nõ amplius ſpatio, frena Reip. tenuit, ut uix ab origine mundi maius aliquid attemptatum rear, & ſi ſucceſsiſſet ut cœperat, diuinum potiùs quàm humanum opus eſſe uideretur. et profectò, quicquid ab homine benè agitur, diuinum opus eſt. Huic ergo, quem ueſtræ gloriæ

gloriæ, nõ ambitioni propriæ deſudaſſe notum eſt, fauor haud dubius debetur, de euentu
fortuna culpanda eſt, ſiquis aũt torpor feruenti principio interuenit, humanæ uarietati atq;
imbecillitati ueniam date, & dũ licet uindicate, Ciuem ueſtrũ ab iniuria, q̃ Græcos à Mace
donũ, Siculos à Carthaginẽſiũ, Campanos à Samnitiũ, Tuſcos à Gallorũ iniurijs, nõ ſine
graui ueſtro periculo uindicaſtis. Extenuatæ ſunt fateor opes ueſtræ, at nunquam plus ani
morum patribus ueſtris fuit, quã dum Romana paupertas, diues uirtutum uiguit. imminu
ta ueſtra potentia eſt non ignoro, ſed mihi credite, ſi qua priſtini ſanguinis gutta ſupereſt,
nõ parua uobis eſt maieſtas, neq; mediocris auctoritas. Audete aliquid, adiuro uos memo
riam rerum Romanarum, per maiorum cineres, ac gloriam, per nomen imperij, per miſe-
ricordiam *IESV CHRISTI* qui diligi proximũ, & ſuccurri iubet afflictis. Audete, oro,
aliquid, præſertim cuius & honeſta petitio, & inhoneſtum ac turpe ſilentium eſt, & ſi non
propter illius ſalutem, at propter ueſtrum decus. audete aliquid, ſi uultis eſſe aliquid, nil mi
nus Romanũ eſt, q̃ timor. Prædico aũt uobis, quoniã ſi timetis, ſi uoſipſos cõtẽnitis, multi
uos quoq; cõtẽnent, metuet nullus, ſin ſperni nolle cœperitis, lõgè lateq; metuemini, q̧ cũ
ſæpè olim, tũ nuper apparuit, illo Remp. gubernante, de quo loquor. Aperite tantũ una-
nimiter ora ueſtra, ſentiat mundus, unam eſſe uocem P. R. nemo uſquã illam irridebit, aut
ſpernet, nemo nõ uenerabitur aut timebit. repoſcite modò captiuũ hũc, uel iuſtitiã poſcite,
alterũ nõ negabitur. & q̃ parua quondam legatione, regem Aegyptiũ, ſub obſidione Syri-
aca liberaſtis, nunc ciuem ueſtrum, ab indignis carceribus liberate, & ualete.

Fran. Petrarcha amico, S.

Quod in Gallijs moram trahere cogatur, dolet.

GEminus mihi Parnaſſus, alter in Italia eſt, alter in Gallijs, qualis qualis exulantiom la
rè Pieridum duplex domus, In Auſonio Helicone fœlicior fui:

dum fata Deusq; ſinebant,

ut apud Maronẽ illa miſerabilis amans ait, ſi tamen amans miſerabilis, & nõ pudiciſsima
ac conſtantiſsima mulier fuit Dido, nunc me Gallicus orbis habet, & occidentalis Ba-
bylon, qua nihil informius ſol uidet, & ferox Rhodanus æſtuãti Cocyto, uel tartareo ſimil
limus Acheronti, ubi piſcatorum inops quondam regnat hæreditas, mirum in modũ obli-
ta principij, ſtupor eſt memorare illos, hos cernere auro onuſtos et purpura, ſuperbos prin
cipum ac gentium ſpolijs uidere pro inuerſis ratibus, luxurioſa palatia, & mœnibus clau-
ſos montes, pro retibus paruis, quibus olim in æſtu Galilæo, uictus uix exiguus quæreba
tur, quibus in ſtagno Genezareth tota nocte laborantes, nihil cœperant, mane autem fa-
cto, capta eſt in nomine *IESV* ingens piſcium multitudo, audire nunc mendaces lin-
guas, ſpectare membranas uerò uacuas, & pendenti plumbulo, uerſas in retia, quibus in
nomine eodem, ſed in operibus Belial, credula Chriſtianorum turba concluditur, ut mox
ſquamis exuta, curarum flammis, & deſolatorijs carbonibus exuatur, auari uentris exple-
tura uoraginem. Cernere pro ſancta ſolitudine, frequentiam ſceleratam, & circunfuſas
acies ſatellitum peſsimorum, pro ſobrijs uoluptuoſa conuiuia, pro peregrinationibus pijs
ocium inhumanum, & obſcœnum, pro nudis pedibus Apoſtolorum niueos, furum uoli-
tare cornipedes auro inſtratos, auro tectos, aurũ mandentes, auro deniq; propediem, niſi
dominus ſeruilem luxum coërceat calciandos. quid multa? Perſarum aut Pathorũ reges
dicas, quos adorari oporteat, quos ſalutari, ſine munere nephas ſit. ô hirſuti ieiuniquè ſe-
nes, quibus laboraſtis, quibus agrum Dominicum ſeuiſtis, quibus ſata rigantes, ſacrum
ſanguinem effudiſtis, mitto autem hæc. His igitur nunc in locis, miſereare ſortẽ iniquiſsi-
mam amici, aliud fortè, ſed hoc certè ſupplicũ non merentis, his ego nũc in locis, ubi puer
fueram, iam ſenior ſum, fato me, liberum (ut putabam) ad puerilia rurſum faſtidia retrahen-
te, hic ita confectus & affectus ſum, ut iam ſenſim morbo animi, in corpus translato, to-
tus æger, nil præter meros dolores ac rancores loqui poſsim. Itaque multa, quæ in animo
errant, dierre habui, uterque mihi nunc ſtomachus dolet, nil ex me hodie placidum ſpe-
res. non poteſt ex amaro fonte dulcis riuus erumpere. natura fert, ut exulcerati pectoris in
feſta ſuſpiria, & offenſi animi uerba ſint acria.

Fran. Petrarcha amico, S.

Malignitatem temporum ſuorum deflet.

SI per occupationes licuiſſet, nunquam aliàs tàm iuſta ſcribendi ſimul & indignandi,
ne dicam flendi, materia data eſſet, quid uis dicam? Piget incœpiſſe, ſed & deſinere iti-
dem pudet, itaq; quamuis aduerſo ſydere, poſtq̃ tamẽ (ut aiunt) boues ſub iugũ miſi, hæc
mihi breuis papyrus exaranda eſt: *Omne in præcipiti uitium ſtetit.* inquit Satyricus,
O ſimplex, ætatem noſtram certè non uideras, nunc in præcipiti uitia ſubſtiterunt, ut iam
ſine publica ruina tranſiri ulterius non poſsit, intempeſtiuè igitur alienam querelam, in tu-
um ſeculũ tranſtuliſti. quicquid hiſtoricorum labor, quicqd tragœdiarum gemitus, in no
ſtram ꝑtulit notitiam, minus fuit, q̃ ꝙ oculis uidemus. ꝙ apud illos cothurno dignũ ſcelus
erat, apud nos tã ueniale peccatũ eſt. iratus eſt mũdo Deus, nec immeritò, patientiã potius
tantã miro. Tẽporibus illis locabatur fortuna, nũc ſæuit, redde Neronẽ precor, redde Do-
mitianũ, aptior qdem ꝑſecutio, ſed leuior erit & breuior. Liceat pretio modici ſanguinis
mercari coelũ, & ad gloriã martyrio peruenire, latenti tabe conſumimur, non uita præripi-
tur, ſed uirtus, nec benè uiuere ſinimur. nec honeſtè mori. Sentio, rediijt ab inferis Iulianus,
eoq; funeſtior, ꝙ nouũ nomen aſſumpſit, animum ſeruat antiquum, & hoſtile propoſitum
amicitiæ uelo tegit, ſigna noſtra ſequentes prodimur, noſtriq; ducis auſpicijs imus in per-
nitiem, & niſi ſe CHRISTVS iterũ uindicet, actũ eſt. heu, nimium dilecte mihi, qd putas,
quid æſtimas, quid cenſes, quid mihi nunc animi ſuſpicaris? mirũ niſi contra naturam meã
croceus ſum, ſiquidẽ totus effuſo felle ſum cholera, nõ aũt metus, nõ reuerentia, nõ amor,
non ueritati indicta ſupplicia, præmia mendacio impediũt apertè loqui quæ ſentio, ſed oc-
cupatio ſed ira, ſed dolor animi, ſed luctus, hoſtes ingenij. & o utinam ſtylus par materiæ
rebusq; meis explicitis, ocioſæ uitæ ſpatium detur, profectò impetus ardorq; nõ deerunt.
non fabulas agam, & ſi fabulis ſint hæc ſimiliora quàm uero, dicam monſtra quæ uidi, quæ
quæ audiuiſti, quibus infectos oculos atque aures habeo. Non ſimplex inſania, nõ unus
furens Hercules, nõ una Thyeſtis cœna, non unus monſtruoſus, fœdusq; cõcubitus quí e
cõcubitus, nõ una diſcordia inter auaros fratres, nõ unus innocẽtis oſor ac mactator coniu
gis matrisq;, nõ una profugæ parẽtis impietas ac libido, deniq; nõ unũ Ilion euerſum, non
unus iniqui patris imperio diſcerptus Hippolytus, ſed totus orbis euerſus ac lacer, quæ ab
alijs undique ſtudio conquiruntur, hic paſsim in triuijs occurſant. putas'ne Tragico car-
mini deeſſe ſubiectum? cæteri ſingulorum fortunas ac ſingula ſcelera cecinère, mihi inau-
dita portenta, quorum nullus eſt numerus, mihi totius humani generis cantanda, ſeu po-
tius deflenda calamitas, ſeruitus, ruina, ludificatio et mors: uerißima quoque texetur hiſto
ria, ſed flebilis & horrenda, non lintei libri ab annalibus diſſentient, nulla inter Polybium
& Claudium, & Lucinium, & Valerium Antiaten, nulla inter Saluſtium & Liuium, nulla
inter Herodotum & Thucydidem lis erit, uero omnia conſonant, inquit, Ariſtoteles.
Ego ſcribam, ueritas dictabit, humanum genus omne teſtabitur, iudex eſto poſteritas, niſi
fortè tuis malis oppreſſa, noſtris intendere non potes. tibi interim amice, ſi te noui, ex his
paucis, omnia non modò quæ ſcribo, ſed quæ meditor clara ſunt, nec Tragœdia tibi alia,
nec hiſtoria opus eſt. Vale & te fœlicem ſcito, quod hinc abes.

Fran. Petrarcha amico, S.

Calamitatem temporum deplorat, Deumq; pro uindicta orat. [?]

DVm ſanctiſsimum grauiſsimumq; ſermonem repeto, quem mecum antè religioſi
illius, ac ueteris templi fores, nudiuſtertius habuiſti, concaleſco acriter, & ita ſum, ut
oraculũ aditis penetralib. emiſſum putẽ, & Deũ mihi uidear audiſſe non hominem, adeò
mihi diuinè ꝑſentẽ ſtatũ, immò caſum ac ruinam Reip. deplorare, adeoq; profundè digitos
eloquij tu in uulnera noſtra dimittere uiſus eras, ut quotiès uerborum tuorũ ſonus, ad me-
moriam aurium mearum redit, totiens dolor ad animũ, mœror ad oculos reuertatur, & cor
meum, ꝙ dũ loquebaris ardebat. nunc dum meminit, dum cogitat, dũ ꝓuidet reſolui in
lachrymas, non quidem fœmineas, ſed uiriles, ſed maſculas, & ſi detur pium aliqd auſuras,
proq; uirili portione, uſque ad iuſtitiæ patrocinium erupturas. cum ſæpè igitur antea, tum
præcipuè

præcipuè poſt eum diem, ſolito ſæpius tecũ ſum, ſæpè ſi bit deſperatio, ſæpè ſpes, ſæpè añt inter utramq; fluitante animo mecũ dico: ô ſi unquam, ô ſi in diebus meis accidat, ô ſi tam clari operis, & tantæ gloriæ ſim particeps. dehinc crebro ad eum, quem in delitijs crucifixum habeo, uerſus mœſta uoce, atq; oculis humentibus exclamo, IESV bone, & nimium manſuete, quid hoc eſt? exurge quare obdormis, exurge & ne repellas in finem, quare faciem tuam auertis, obliuiſceris inopiæ noſtræ, & tribulationis noſtræ, protector noſter aſpice Deus, uide quid patimur & unde, quæue ſub clypeo tui nominis ab hoſtibus tuis fiunt, uide & uindica. ſi minus, occurre, priuſquã mortiferi uis ueneni uitalia membra corripiat, & extremis malorum obruamur molibus. quid agis in te ſperantium ſalus? quid ſaluator cogitas, quid hæres, quamdiù oculos auertis, quamdiù noſtris non tangere miſerijs, quamdiù nullũ tantis laboribus modum pones? an mala noſtra nõ uides, quẽ nec cœli ambitus, nec abyſsi profunditas fallit, nec ſtillæ oceani, nec ſyluarũ folia, nec arenæ maris, nec ſtellarum numerus, nec animantium multitudo, nec herbarũ uarietas? an odio tibi ſumus, quos uſq; adeò amare conſueueras, ut noſtri amore uictus, cœli regnator Deus, in terram deſcenderes, atq; homo moriturus aſcenderes in crucem? an fortè uides & diligis, ſed retrahit impotentia ſuccurrendi? at ſi non es omnipotens, quid ſperamus? An terret uis hoſtium tuorum? ſed nondum puto ſeculi noſtri ſuperbia, fecit homines Deo pares. an potius miſericordia iuditium frenat? ſed uide iudex infallibilis, uide ne dum paucis parcis, perdas innumeros, & pietas ſceleratis exhibita ſit crudelitas bonis innoxijsque pernities. ſed quid loquor homuncio, quis ego ſum, qui tecum litigem? tibi nos ac noſtra committimus, de nobis tu uideris qui creaſti, memor imbecillitatem noſtram, diutius ſub tantarum ærumnarum cumulo non poſſe ſubſiſtere, itaque fer opem opportunam, dum adhuc quicquam reliqui eſt, ne ſi perire permiſeris, ſuſcitare habeas, quos ſaluare potueris. adeſto ſpes noſtra, & quod quotidie iteramus, In adiutorium noſtrum intende ac feſtina, & uel tot mundi mala, uel mundum ipſum finias, precamur.

Fran. Petrarcha amico, S.

De inamœno occiduæ Babylonis ſtatu.

SI quicquid animus meus fert, de huius occiduæ Babylonis ſtatu, cuius fato ſeu uerius peccato meo, inuitus totiens ciuis fio, uelim ſtylo committere, uereor Pater, ne ei dolorem meũ lamentis exaggerem, & ſanctiſsimas curas tuas occupationesq; pulcherrimas, intempeſtiuis & inutilibus querimonijs interpellem. In ſumma ſcito, non modò hunc, ſed ne Ciceronianũ quidẽ calamũ rebus parẽ. quicquid de Aſſyria uel Aegyptia Babylone, quicqd de quatuor labyrinthis, qcquid deniq; de Auerni limine, deq; tartareis ſyluis, ſulphureisq; paludib. legiſti huic tartaro admotum, fabula eſt. Hic turrificus ſimul atq; terrificus Nemroth, hic pharetrata Semiramis, hic inexorabilis Minos, hic Rhadamãtus, hic Cerberus uniuerſa conſumẽs, hic Tauro ſuppoſita Paſiphaẽ, mixtũq; genus (q; Maro ait) ꝓlesq; biformis Minotaurus ineſt, Veneris monimẽta nephandæ, hic poſtremò qcqd cõfuſum, quicqd atrũ, quicqd horribile uſquam eſt, aut fingit, aſpicias, ô ſemper uirtutib tuis fœlix, nunc abſentia etiam fœlicior tua. putas'ne ciuitatem hanc eſſe quam uidiſti? lõgè alia eſt, lõgèq; diſsimilis. Fuit illa equidẽ omniũ peſsima, eaq; tẽpeſtate fœdiſsima, hæc uerò, non iam ciuitas, ſed laruarum ac lemurum domus eſt, & ut breuiter dicam, ſcelerum atq; dedecorũ omnium ſentina, atq; ille uiuentiũ infernus, tanto ante Dauidico ore notatus, q̃ fundatus aut cognitus. Ah quotiens redit ad memoriã illa tua penitus paterna uox, & ſalutaris admonitio, dum digreſſum paranti diceres: quo abis? quid moliris? quæ te tui immemorem trahit ambitio? neſcis quid petis? quid relinquis? an ſciens ad indignum te laborem uadis? uide, quæſo, acriter quid agas? quo properes? ſi benè mihi notus es, pœnitebit te profeſsionis tuæ, curiæ laqueos expertus totiens, non ignoras, in quos ubi ſemel incideris, abſolui non poteris cum uoles. hæc & his ſimilia te ſuadente, quid reſponderem aliud non erat, niſi me charitate uictum amicorum, notas ad miſerias reuerti. dicebam hæc nec mentiebar, nec dum me charitatis illius pœnitet, ſed an libertatem meã, amicorum commodis habuiſſe pœniteat incertus ſum. certè nunc tibi malè crediti, &

ſerò probati conſilij, tui magnas gratias habeo, cui hactenus non impunè fuit non parère, ſed parebo melius, ſi unquam hinc emerſero, quod CHRISTO dextram porrigente non deſpero, & in quod ſummis iam niſibus accingor. hæc tibi Pater, ne ante ſcriberem pudor inhibuit, turpè enim & indecorum uiro eſt, uelle quod mox nolit.

Fran. Petrarcha amico. S.

De generibus perſecutionum, quas nolentes aut uolentes patimur.

PErſecutionũ duo ſunt genera, hoc nolentes patimur, hoc uolentes, plura forſitan alter inuenerit, & pfectò pſecutiones innumeræ, ſunt quas qſqs diù uixit intelligit, omnes tamẽ ad uiolentam ac uolũtariã reſtringunt. patimur aũt nolẽtes exiliũ, pauptatẽ, rapinas, morbos, carcerẽ, ſeruitutẽ, ignominiam, uincula, ſupplicia, ſecures, gladios & mortem. uolẽtes uitiorũ iugo pmimur, & uel degeneri metu, uel turpi ſegnitie, uel infami patiẽtia, uel uilis lucri ſpe, uiliſsimorũ hominũ imperio paremus. exempla poſui, è quibus quid uelim uides, & ſimilia colligis, illud equidem primum multis, hoc mihi nouiſsimum grauius uidetur, ubi ſcilicet crimẽ in cauſa eſt, & eſt ſine commiſeratione calamitas. hoc perſecutionis faſce, ſerua noſtris temporibus ſuſpirat Italia, tũ demũ finem habitura miſeriæ, cũ unũ uelle cœperit. difficilis planè cõditio, ſed nequaq̃ impoſsibilis. unũ dico, nõ ſtudijs, ſed ſtudiorũ termino tædioq; ſeruitij indigni. pròh ſuperi, dominari ſolebamus optimis, heu quo decidimus, nunc ſeruimus peſsimis. dura ſors, intolleranda mutatio. ſed ô temp ſtulta, nũc etiã demẽs & uæſana barbaries, reginam rides Italiã, omnibus utinã, idẽ animus, cõſilio maiore, affectu aũt nõ minore, q̃ mihi eſt, citò quidẽ exploſis nugis, uentũ eſſet ad ſeria, de hoc tamẽ omnipotẽs Deus uiderit, ſi nondũ exoſus ad imũ eſt, uiderit fortuna, ſiqd eſt fortuna, ſiqd humanis ius habet in rebus. ſin altius effundere uerũ iubes, & quid ſentiam exprome, rident labijs, corde gemunt, ludunt exterius, intus tremunt, & nos enim & ſeipſos norunt, contemptum pro odio, & pro formidine ſimulantes. quorſum hæc interroges? Scribo, non quia audire expedit, ſed quia mihi non expedit tacere. graue enim onus & moleſtum eſt, quod nuſquam fidentius, quam in tuis auribus depono, hæc tibi raptim Hieroſolymitanus exul, inter & ſuper flumina Babylonis indignans ſcripſi. Vale.

Fran. Petrarcha amico. S.

De tertia Babylonia, & quinto Labyrintho in Gallia.

SVbſcriptiones epiſtolarum mearũ miraris, nec immeritò, nõ niſi geminã enim Babylona cũ legeris, alteram apud Aſſyrios olim, ubi clarum Semiramis nomẽ habet, alteram apud Aegyptios noſtra ætate florentẽ, q̃ Cãbyſem habet auctorẽ, cuius nũc Babylonis in auditũ tibi nomẽ ingerit tecũ uoluis, nõ q neſcias, quoſdam ex noſtris Romã, quaſi alterã Babylonẽ propter pportionẽ imperiorũ, & climatũ ſtatuiſſe, q̃ ga me almam, ſanctam & reginã urbẽ uocitare ſolitũ tenes, huius nouiſsimæ Babylonis, tibi nũc etiã ſtupor manet. Deſine iam mirari, & ſua Babylõ huic terrarũ tractui eſt, ubi enim quæſo dignius, q̃ in occidentali plaga ciuitas cõfuſionis exiſteret? à qbus quidẽ cõdita incertũ, ſed à quibus habitata notiſsimum, certè ab his, à quibus iure optimo nomen hoc poſsidet. & ſi uis, hic mihi crede, Nemroth potens in terra & robuſtus uenator, contra dominum, ac ſuperbis turribus cœlũ petens, hic pharetrata Semiramis, hic orientali quoque ueſanior Cambyſes, & ipſe regum primo ceruicibus actus, poſtremò defectus epidis. & paſtus cæde ſuorũ, ab inſonti principio, redactus ad miſerrimam egeſtatem, nõ ego te ad Poëtas, neque enim Pierium opus eſt, non te ad Hiſtoricos mittam, conſule Catholicos tractatores, ſed præcipuè Auguſtinum, ſuper eo Pſalmo qui ſic incipit, ut epiſtolarum ad te mearum aliquæ q̃ deſinũt, inuenies, quid ſibi Babylonicum nomen uelit, quod cum legeris, dices non minus Rhodano quàm Euphrati debitum, quàm Nilo. Neque uerò miraberis, ſi in mentem redit, Ambroſium in eo libro, quo indignum Valentiani iunioris interitum deflet, hoc uſum eſſe cognomine, dum de Rhodano loqueretur, atque ut hac admiratione ſuccißa, à radice aliam conuellam, de quinque Labyrinthis potes etiam mirari. cum apud cæteros ſcriptores, nõ niſi de quatuor mentionẽ inueneris, ut puto, in quibus cũ famam habeant Aegyptius, Lẽnius, Creticus & in Italia Cluſius, labyrinthũ Rhodani tacuerũt, omniũ

inextrica-

inextricabiliſſimum ac peſſimum, ſiue quia nondum erat, ſiue quia nondum noſcebatur. huius apud me mentio crebra eſt, quàm iuſtè autem qui noſcere cupit, huc properet, non hic carcer horrendus, non tenebroſæ domus error, non fatalis urna humani generis fata permiſcens: deniq; non imperioſus Minos, nõ Minotaurus uorax, non damnatæ Veneris monimenta defuerint: ſed remedia, ſed amor, ſed charitas, ſed promiſſorum fides, ſed amica conſilia, ſed fila perplexum iter tacita ope ſignantia, ſed Ariadna, ſed Dedalus, Vna ſalutis ſpes, in auro eſt, auro placatur rex ferus, auro immane monſtrum uincitur, auro ſalutare lorũ texitur, auro durum limen oſtenditur, auro uectes & ſaxa frãguntur, auro triſtis ianitor mollitur, auro cœlum panditur, quid multa: auro CHRISTVS uenditur.

Fran. Petrarcha amico. S.

Veritatem ſcribere, metu ſe uictum non audere.

VNde nunc ordiar, an uerò non ordiar, in dubio eſt, & poëticũ illud identidẽ occurſat *Eloquar an ſileam?* Loquar tandem, ne fortè de ſilentio ſuſpiceris, aut per deſidiam negligi, aut per inſolentiam contemni, ſed quid primum, aut quid penitus loquar, ſeu potius quid non loquar, tã diuerſa certatim & me urgent, & ſe inuicem premunt, impediuntq; concurſum. non uacat omnibus obſequi, infinita ſunt enim, & ſi uacet, minimè tutũ erit, itaq; nullis licet occupationibus, nulliſq; curis obſidear, quarum tamen pondus ac numerum non ignoras, uel ſolus calamum timor excuſat. Siquidem extra uirtutis regnum, imbecillis ſemper, & nuda ueritas atq; omnis præſidij inops fuit. quid euenturũ cenſes, ubi extinctæ prorſus & ſepulta pridem uirtus eſt: ibi profectò ſummũ crimen eſt ueritas, & ſola ſufficiens ad quærenda multorum odia, cum unius hominis amor, multis obſequijs ſit quærendus. multis inſeruiat neceſſe, eſt qui multis charus eſſe uult. at qui omnibus odioſus, minus negotij habet. non arma capiat, non hoſtem feriat, oportet, lingua liberior pro gladio eſt, uerax ſermo pro uulnere, quidni autem id accidat, ubi nemo eſt, cui uerum uerbum abſq; graui conuitio dici poſsit: ubi nulla pietas, nulla charitas, nulla fides habitat. ubi tumor, liuor, luxus, auaritia cum [illegible]ribus ſuis regnant, ubi peſſimus quiſq; prouehitur, & munificus prædo, ad cœlum tollitur, iuſtus pauper opprimitur, ubi ſimplicitas amentiæ, malitia ſapientiæ nomen habet. ubi Deus ſpernitur, adoratur nummus, calcantur leges, irridentur boni, uſq; adeò, ut iam ferè nullus qui irrideri poſsit appareat, ô mores hominum, ô ſeculum noſtrum, ô triſtem & miſerum exilij mei locũ, & ô fœlices oculos tuos, qui iſta non uident, iucundiſsimus labor tuus, & inuidioſa pauperies, ſi huic obſcœnæ ac marcidæ quieti, & his malè collectis, et malè fundẽdis diuitijs, conferãtur, uetus uerbum eſt, Cecidit denarius in cloacam. cuius intellectum, qui non habet, huc ueniat, uerbum hoc in frontibus ſingulorum, cum mille alijs æque famoſis titulis ſcriptum leget. unum ego libenter, huic ſcelerum uniuerſali diluuio eximere, & meretur, fateor, ſed ridiculum uiſum eſt, tàm ſolidam & tàm latam regulam unius nominis exceptione, conuellere, nullus hinc igitur Noë, nullus Deucalion enatabit, ac ne Pyrrham putes fœlicius nauigaſſe, prorſus ſcito, nullam emergere, ciuitatem ſimul obſcœniſsimarum uoluptatum fluctus inuoluit, atq; incredibilis quædam muliebrium criminum procella, pudicitiæq; fœdiſsimum ſine exceptione naufragiũ, hæc pauca de multis auſa ueritas, uicto metu, ex quibus, & quæ ſilentio premuntur, elicis. ſi tamen hinc, aut ex quibuſdam peſtiferis animãtibus, aut herbis ſalutare tibi aliquid, amici ope conflari poſſe confidis, ſcribere illicò. ne differas. omni enim ſtudio, feſtino irremeabile Labyrinthi huius limen attingere, iamque ni fallor, quod unum hinc ſperari poteſt, generoſi contemptus filiũ teneo. ſi quid optas, oro, interim fiet, pro uiribus, & ſupra uires fiet. ego enim tantis in tenebris, quid tibi, aut etiam quid mihi præter fugam expediat, non uideo. Optat tibi ſalutem diſcipulus tuus, qui utinam tecum eſſet, niſi forſan utilius mecum eſt, ut ab annis teneris diſcat, hoc infandum ſpecus, hunc uerè tartareum carcerem, horrere, ne quando per errorem capi poſsit, ubi ego propè infans neſcio, an parentum meorum, an meis, ſed certè nõdũ admiſsis, illa ætate piaculis captus fui, & nunc eũ ſæpius euaſiſſẽ, atq;

iterum & iterum in laqueos recidiſſem. ad poſtremum, ſponte mea iam uir, immò uerò iã
ſenior captiuus, præter meipſum non habeo quem accuſem. Huic autem epiſtolæ, neq; ma
nũ meã, neq; anulũ, neq; locũ, neq; tẽpus appoſui. ſcis ubi ſim, & uocẽ loquẽtis agnoſcis.

Fran. Petrarcha amico, S.

Afflictionem patriæ & calamitatem deplorat.

VE populo tuo CHRISTE IESV, ue populo tuo CHRISTE, patere nos miſericor
diarum fons, noſtras tecum flere miſerias, quiq; læſorum amantium mos eſt, eò fiden
tius cõqueri, quò feruẽtius amamus. ſi fas eſt de angelorum Domino ſemimortuos uermes
lamentari, querelam noſtram, placatus admitte, & miſerere qui ſolus potes, non accuſato
res, ſed ſupplices tui querimur, ante æternitatis tuæ ſolium, cum lachrymis affuſi querimur,
unde & ut querulos, inoffenſus audias, ſupplicantesq; pius exaudias, oramus: Nec longo
ſermone, immò nec uerbis ullis opus eſt, uides conceptus noſtros, non ſolum antequàm in
linguam, ſed ante etiam, quàm in animam ueniãt. ſtatum uerò populi tui, non modò tu
qui omnia conſpicis, ſed unde grauiter dolemus atq; erubeſcimus, hoſtes etiã noſtri uidẽt,
& inſultantes dicunt: Deus dereliquit eos, pſequimini & cõprehendite eos, quia non eſt q
eripiat, Deus ergo ne elõgeris à nobis, Deus noſter in auxiliũ noſtrũ reſpice, & reſpice ut
nõ uideas tãtũ, ſed ut miſerearis atq; opẽ feras, reſpice res noſtras afflictas, & in extremo po
ſitas, & quoniam nobis propter inenarrabilẽ miſericordiam tuam, hoc fiduciæ prebuiſti,
ut uaſcula terrea, atq; fragilia, aduerſus æternum figulum diſceptemus, certe ſitu nos in ho
norem creatos, in contumeliam uertis, quamuis id iuſtè facias, multò tamen, quàm ſoles
acrius ulciſceris, ſi pateris ab alijs uerti, ualdè noſtris in malis patientior ſolito factus es, ſi ue
rò nõ aſpicis, ualde præter ſolitũ factus es negligens tuorũ. at ſi nos odiſti, ubi eſt amor ille
tuus, qui te pro nobis uolũtariam traxit ad mortem? quod ſi fortè nobiſcum ludis, uide ne
ludus tuus, æquo durior ſit, noſq; nimis inualidi, ad tam grauia tolerandum, tu enim es ui
ctor Leo de tribu Iuda, nos autem oues paſcuæ tuæ ſumus. uide quàm impar eſt ludus leo
nis morte, niſi deſinis, nos ludendo conficies ac mactabis. ſin iratus es nobis, iram tuã nos
meritos non negamus. ſed ubi eſt illud quod de te nobis dictũ Prophetæ, tui ore credidimus.
cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis? recordare Domine, recordare miſericordiæ
tuæ, criminumq; noſtrorum obliuiſcere, hoc nobis expedit, hoc te decet, meremur fateor
omne ſupplicium, immò certè peccatis noſtris nullum ſupplicium par eſt, ſcimus propè
quæ dignè iuſteq; nos punias, et ſcimus quia iuſtus es ualde, ſed duplo miſericordior, unde
non ſine cauſa Propheta idem tuus, antequàm te iuſtum diceret, miſericordem ac miſe
ratorem dixit: Exortum eſt, inquit, in tenebris lumen rectis, miſericors & miſerator. uix tã
dem ait, & iuſtus. idem alio loco cum dixiſſet: Miſericors Dominus & iuſtus, uidens hæc
paria, cõfeſtim addidit: Et Deus noſter miſeretur. irã in medio poſuit, geminosq; hic illinc
miſericordiæ obices adhibuit, iramq; circumdedit, ne miſericordia frenãte, ſe moueat. ergo
miſericors IESV CHRISTE, noli quæſumus iſta confundere, noli licet contumaces in ſer
uos iræ tuæ frena laxare, cuius impetum intra miſericordiam incluſiſti, noli intra iram miſeri
cordiam includere, ſed noſtrarum immemor offenſarũ miſerere noſtri. nunquid in æternũ
proijcies Domine, aut in finem miſericordiam tuam abſcindes à generatione in gene
rationem? aut obliuiſceris miſereri Deus, aut continebis in ira tua miſericordias
tuas? ecce Domine prophetica interrogatio illud ſonat, ne miſericordias in ira cond
neas, ſed potius econuersò, ubi non fortuitò uerba iactauit, ſed conſulto poſuit,
unde appareat quod dicebam, iram unam, miſericordias plures eſſe. has ergo miſericor
dias tuas, mirifica nunc in nobis, qui ſaluos facis ſperantes in te, à reſiſtentibus dexteræ tuæ
cuſtodi nos, ut pupillam oculi, & qui ingratiſsimum tibi ſemper populum Iudaicum in mi
ſericordias dediſti, apertoq; mari rubro ad propria reduxiſti, nobis quoq; mare rubrũ ape
ri. & nouum populum tuum, licet ingratum, certè tuo nomine gloriantem, da miſericor
dias in conſpectu omnium qui cœperunt nos, & ſaluos nos fac Domine, ut experti intel
ligamus miſericordias Domini & confiteantur tibi miſericordiæ tuæ. Cito nos anticipẽt mi
ſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis, adiuua nos Deus ſalutaris noſter, non qui
dem propter meritum noſtrum, ſed propter gloriam nominis tui libera nos, & propitius
eſto

eſto peccatis noſtris, non quia digni ſumus, ſed propter nomen tuum, & ne forte dicant quod certè dicunt in gentibus, ubi eſt Deus eorum? ubi enim ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ, miſericordiæ Domini, quas in æternum cantabimus, de quibus in æternū ſperauimus ac ſperamus, aut quid eſt Domine quod nunc agis? Contriuiſti portas æreas, noſtræ captiuitatis, & uectes ferreos confregiſti, & humiliatos in compedibus pedes noſtros uinctos, in mēdicitate & ferro, mittens .ex alto iuſsionem tuam, rex æternæ ſoluiſti, cur noua nobis uincula, ex eadem maſſa te patiente conflantur? Contriuiſti laqueum antiquū, cur eiuſdē canabis laqueus nobis alter intexit? eripuiſti nos iugo graui & peſsimo, & obſcœno, quid nobis ex eodē ſtipite iugū importabile reimponis? reimpoſuiſti, enim noſtro in dorſo tribulationē, et homines ſup capita noſtra, atq; utinā homines, & non belluas famelicas & immites. oramus flētes, Ne tradas beſtijs animas cōfitētes tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem. repuliſti nos, & deſtruxiſti nos, iratus es, Miſerere nobis. Cōmouiſti terram & conturbaſti eam, ſana contritiones eius, quia uerè grauiterq; commota eſt. oſtendiſti populo tuo dura, igne nos examinaſti, ſicut examinatur argentum, tranſiuimus per ignem & aquam, reduc nos in refrigerium. Noli nos à noſtra iuſtiſsima expectatione confundere, ſperauimus enim in te, quod motum fluctuum noſtri maris, in quo fœliciter ſenex ille piſcatus, tandem perijt, tradita ſucceſſori nauicula, mitigares tu, q poteſtati eius dominaris, ſ̄dq; ſuperbū humiliares, & in brachio uirtutis tuæ deponeres inimicos tuos, de quib. lupos, de piſcatorib. piratas, de paſtoribus abactores, nūc uerò ſuperbia eorū qui te oderunt aſcendit ſemper. hactenus Deo hæc. Tu autem Pater, quem in primis dolorum meorum participem habeo, noli fortunæ ſuccumbere, ſed donec illa, q modò facturā ſperabamus meliorē in partē, inſtabilē rotam uoluit, nitere ut uiuas & ualeas, ut hinc poſtmodum noſtro tempore diſcedentes, meliorem rumorem ad fœlices animas perferamus.

Fran. Petrarcha amico. S.

Eccleſia Catholica oppreſsionem luget.

VT uides eunt res, immò uerò nō eunt, ſed retrahuntur, nihil eſt præſidij in uirtute, Iuſtitia perijt, libertas abijt, æqtas uicta eſt, libido regnat, ſæuit auaritia, feruet inuidia, omne genus hominum ſuos patitur tyrannos. ad laudes ore & animo canendas Deo geniti, totā uitā in cōtētionibus & emulationibus agimus, inſignis illa IESV CHRISTI aula, illa olim arx diuini cultus eximia, nunc tandem peccatis noſtris id agentibus cœleſti auxilio deſtituta, immaniſum ſpelunca latronum facta eſt. & uno quidē fonte deſcendit origo mali, accedūt fontes alij minores, ex quibus ingēs omnimode miſeriæ flumen exæſtuat? quo neceſſe eſt propediem pereamus, ſupremisq; malorum obruamur fluctibus, ac niſi humanæ perfidiæ diuina pietas occurrerit, triſte naufragiū patiatur Eccleſiæ, quàm uerò diuerſi mores, quàm adiuerſa edificantium & euertentium mens, prouideat domui ſuæ, Deus omnipotēs, ego enim nihil habeo, quod tàm multis contra nitentibus præſtare poſsim, præter commiſerationem matri debitam & mihi placitam, ut uides fugam, quàm oculos meos tàm mœſto liberem ſpectaculo. Video quidem eminus, ſed prohibere non uales, cominus uidere renuo, artificium hoc ſenum & infame, quo Eccleſiaſticus iſte Dionyſius, noſtras uexar ac ſpoliat Syracuſas. uideo quā ſarā uirum mentita Semiramis, frontem tegit, ingenioq; oculos præſtringit aſtantium, & inceſtis polluta complexibus, uiros calcat. uideo quibus artibus, noſter hic Pericles ſe tuetur, ut quæ reddi nequit, non cogatur reddere rationem, & hic ſuum habēt Alcibiadem, & nemo uelocius iniquis cōſilijs acquieſcit. turbat igitur omnia, miſcetq; de induſtria, quam putas ob cauſam, niſi ut circulatorum more, uel perplexo loro, uel confuſo uulnere licentius fallat. & fraus propria ſub umbraculo turbatæ Reip. deliteſcat? & ille quidem, pro qualitate propoſiti, artibus utitur non nouis. nā & in fruticoſo gaudet anceps, piſcator in turbido, fur in tenebris, nobis autē pro inertia noſtra, quid poſsim optare miſerius. quàm ut noſtri ſimiles ſemper ſimus, coram adultero uigili, nare ſtertentes ad calicem, neſcio fateor, an illius impudentia, an patientia noſtra ſit turpior.

Fran.

Fran. Petrarcha amico, S.

Quod in Gallijs habitare deſideret, diſſuadet

Diu diſtuli expectans & materiam & nuncium, utrumq; ſimul affuit, quamuis ut es tu ſemper honeſtorum actuum prælargus, ego & ſi ingenij inops, ſcripturæ utiq; non auarus, horum alterum deeſſe non poſsit. adeſt ecce nuncius, ultrà quam optari idoneus, nihil tibi deuotius, nil mihi familiarius, adeſt ſcribēdi materia. Peregrinationis tuæ tumor lōgè difficilis, inamœnæ, qui mihi iam pridem calamum ſuggerebat, niſi quia incertus eram, ubi nam terrarum eſſes inueniendus, neq; enim aut ipſe mihi perſuadebam, lōgas te moras apud inferos exacturum, ſponte tua, aut omnino ſuſpicari poteram, te illuc aliter quàm coactum cuiuſpiam magnæ neceſsitatis impio perrexiſſe, itaq; tuum tacitus excuſabam iter, quod illa iuſsiſſet, quæ adamātinum ſæpè Regum quoq; Pontificumq; ceruicib. iugum imponit. nunc quia incolumen te reuerſum gaudeo, familiaritate illa, quam mihi peperit tua dignatio, fides mea, libet ex te quærere, quid uiro optimo, cū peſsimis locis, qd tibi cū Babylone? fortiſsimos Romanorum, legimus uitare ſolitos campaniæ Baias, apricū licet, et ſalubrē locū, ubi ut exiguū honeſtatis, ſic ſaltē uoluptatis & lætitiæ multū erat, adeò rebus omnibus neglectis, uni ſtudio uirtutis intenti erant, ſi hoc ita eſt, quis nō Rhodanū uitet? quis oro, non fugiat Babylonem, & uitiorum ſimul omnium, & laboris ac totius miſeria mœſtam, domumq; de quo quidem aliquid noſſe debes. Viſa loquor non audita, fato meo peſsimo, in eas terras puer euectus, cui uſq; ad hanc ætatem, indignati equidem, ſed fortunæ compedibus, neſcio quibus uicto, magnæ illic partes ætatis in geminibus abierūt. noui expertus, ut nulla ibi pietas, nulla charitas, nulla fides, nulla Dei reuerentia, nullus timor, nihil ſancti, nihil iuſti, nihil æqui, nihil penſi, nihil deniq; uel humani. Amor, pudor, decor, candor inde exulant. de ueritate quidem ſileo, nā quis uſquam uero locus, ubi omnia mēdacijs plena ſunt, aër, terra, domus, turres, uici, atria, plateæ, porticus, ueſtibula, aulæ, thalami, tectorū laquearia, murorū rimulæ, diuerſoria ædiū, penetralia templorū, iudicum ſubſellia, pontificum ſedes? ad poſtremum ora hominum, nutus, geſtus, uoces, frontes animi? quid ais? an mentior, an uero de mendacijs uerum loquor? Si illic fuiſti, & nullo tuo maiore negotio diſtractus, in nephariam illam ſcelerum ſcœnam, acumen ingenij, atq; oculos intendiſti, alium iudicem non optabo, quàm ſcilicet omnia ibi uirtute ueroq; ſint uacua, plena criminibus, plena fallacijs, plena fucis, plena blanditijs, plena peſsimis artibus, ambitionis, auaritiæ, ſuperbiæ, liuoris. Vidiſti fictè & inaniter fieri omnia, nō tātū hominib. ſed Deo notaſti ſubdolos riſus, corda flebilia, ſerena ſupercilia, nubiles mentes, molles manus, actus aſperrimos, angelicas uoces, dæmoniacas intentiones, ſuaues cantus, ferrea pectora, & uerba prædulcia pulmone amaro, & ſicco ore cadentia, ſummiſq; labijs uix expreſſa, in quibus planè Dauidicum illud impletur: Molliti enim ſunt ſermones eorum, ſuper oleum & ipſi ſunt iacula. neq; uerò impunitum modò apud eos, ſed glorioſum etiā eſt mentiri, ceu maioris ſit ingenij qui feſellit, maioris ſtatus quem increpare audeat nemo. Nolo hunc articulum ſcrupuloſius exequi, ne forſan urgente materia, ſtylus eat quo nō expedit. res eſt inſuper mūdo nota, neq; probationis omnino. neq; ſermonis egens. unum & breuè & ad reliqua perdiſcēda ſatis efficax inſeram, cui ego ipſe, qui loquor interfui. Duo ſimul è conſcriptis Patribus, in quibus orbis terræ, & oſtium Domus Dei, uelut in cardine uoluitur, à palatio Pont. Max. denſa ſtipati famulorum acie, deſcendebant, turba ingens expectantiū, quibus ante omnes illa infœlix & Deo odioſa ciuitas plena eſt, de more ſurdū illud & prædurū limē obſiderāt, qui ducibus ſuis uiſis, in quib. ſpem habebant, circūſtrepere cœperūt, & pro ſe quiſq; anxie percontari, q̄ fortuna, quiſue ſuarū rerū apud Pōtificē ſtatus eſſet. tūc unus patrū, nihil motus in re ſubita, ut q iā pridē talibus aſſueuiſſet, nihil aut uerecundia tactus, aut miſericordia miſerorū, inter ſpes uaniſsimas anima, uitā fortunaſq; ſuas, & tēpus omne pdētiū, inſignis mēdaciorū opifex, multa mētiri orſus, & fingere qd cuiq; ſpe reliquū, quid ad huius aut illius poſtulata Pōtifex reſpondiſſet, ſingula cōſtāti impudētia & in nullo hæſitās pſecutus eſt. qb. auditis creduli omnes, & hic qdē ut fit lætior, ille ſubmiſtis in diuerſum abeūt. alter aūt Patrum, & naturæ nobilioris & uerecundioris animi, & qui niſi ex

illo

ſllo eſſet ordine, uir bonus eſſe potuiſſet, in collegam iocans: nihil'ne te, inquit, pudet his
ſimplicibus uiris illudere, & pro arbitrio fingere reſponſa Pontificis, quem ut ſcis, non mo
dò hodiè, ſed multis iā diebus proximis uidere nequimus? ad hoc ille reuerendus Pater &
egregius ueterator, ut erat fronte meretricia, & attrita ſubridens: Immò uerò te, inquit, pu
deat, tàm ingenio tardum fore, ut curiæ artes addiſcere, tanto iam tempore nequeas. quo
dicto in ſtuporem ego, cæteri autem riſum reſoluti omnes, & reſponſum nebulonis illius
multis laudibus efferentes, uirum argutiſsimum prædicarunt, qui tàm promptè mentiri di
diciſſet ac fallere. uerū ego nimis latæ materiæ cāpum, nec epiſtolæ, ſed libri opus ingreſſus
ſum, itaq; frena iam contraham. ad te uerò pater optime ſtylum uertens, oro, obſecro, obte
ſtor, adiuro te per temetipſum, ſi tibi charus es, ſi ſolitam animæ curam geris, ne quando ti
bi poſthac in cor ueniat illuc ire, unde nemo unquàm exemplo melior factus, peſsimi autē
innumerabiles rediēre. adde quod nemo inde unquā nō mœſtus exiuit, niſi eo fortè lætus,
quod euaſerat, & infauſtum limen fuſco calle reppererat. ad ſumma, quoniam tua omnina
cupidè, ſemper in optimam ac fœliciſsimam partem traho, profectionem hanc tuam neceſ
ſariam, breuem, unicam, non modò nihil nocituram tibi, ſed plurimum profuturam ſpero.
quid enim aliud, ut ſeria fabuloſis aſpergam, quid ſibi uult Achilles Homericus, dū ut im
penetrabilis ferro fiat, fertur ad inferos, & tartareis undis abluitur, niſi ut uitiorū fluctib. tan
tis exercita, cōtrarij ſui odio, ſolida tua uirtus indurerit roburq; cōtraxerit, cōtra'q; omnē
humanarū cuſpidē paſsionū, iā prorſus inuiolabilis facta ſit? placet, laudo, approbo, modò
ne redeas. Senecæ uerbum eſt, nō tantū corpori, ſed etiā moribus ſalubrē locū eligere de
bemus. ille aūt unde te dehortor, & corpori peſtilens & animo, nec omnino te dignus eſt,
nō cōueniunt mores: ſit igitur inter uos diuortiū ſempiternū, eant illuc qui artes illas diſce
re cupiunt, quarū ibi ſunt innumeri profeſſores, tu domi mane inq; tuo propoſito & tua
ſede conſiſte, quam tibi clariſsimā uirtus dedit, cum clariorē, etiam mereâre. ſin ut eſt, ani
mus honeſti motus appetens, quoniā quod eruditiſsimis quibuſdā placitum uiris ſcio, unū
hoc nobis cœleſtis originis argumentū eſt, ut motu perpetuo delectemur, loco te ſi moue
re uolueris, ad nos ueni, uide Romam, uide Mediolanum, uide Venetias, uide Florentiam,
uide Patauium tuū, uide Bononiam, ubi honeſtis in ſtudijs egiſti adoleſcētiā, & integrā iā
tem patriam Italicis artibus adornaſti, poſtremò quid libet uide, Indos quoq;, modò ne ui
deas Babylonem, neq; deſcendas in infernum uiuens.

Fran. Petrarcha amico, S.

Diſsuadet Galliarum habitationem.

O Quàm cōſona ſenſibus meis cōſilia tua ſunt, breuiter dici nequit, eſt ſanè inter opti
ma rerum ac peſsima, minimè difficilis electio, itaq; toto animo, & quod dehortaris
fugio, & q̄ hortaris amplector, quodq; aiūt pedibus in ſententiam tuam eo, unde nō diuel
lar, niſi inſignis fortè, aliqua rerum incidens mutatio uehementer urgeret, quam profectò,
neq; hic metuo, neq; iſtinc ſpero. ubi ſi qui olim uidebant eſſe, uel fuerāt uirtutis amici, aut
certè iāpridem obierunt, aut abierūt, ſcelerū ſchola iam, uirtutis & bonorū hoſtes eſſe didi
cerūt, corruptiq; & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis, Nō eſt qui faciat bonū, nō eſt uſ
q; ad unū. de his loquor, quibus ut benefici eſſe poſſent liberalior fortuna dederat, ut con
trario delectari, ſontes & malefici eſſe mallent, inſita dedit iniquitas, & peccandi auida
& dæmoniacis inſtigata ſuggeſtibus, neq; per inſolentiam aliquando cœleſtibus oraculis
acquieſcens. tu uerò meus hortator, quid de te ſtatuis (quāq̄ quid ſtatuiſſe profuerit) nuſq̄
minus cogitata reſpondeant. unus enim in terris eſt locus, ubi nullus conſilio locus eſt, ubi
omnia temerè fortuito'q; uoluuntur, interq; omnes miſerias loci illius, quarum non eſt nu
merus, illud inſigne ludibrium eſt, quod cuncta uiſco atq; uncis & laqueis plena ſunt, ut
dum euaſiſſe uideâre, tum te arctius implicitum uinctumq; reperias. nulla ibi præterea lux
nullus dux, nullus index anfractuum, ſed caligo undiq;, & ubiq; confuſio, ne parum uera,
ſic Babylon ac perplexitas rerum mira, utq; Lucani uerbo utar: *Nox ingens ſcelerum:*
Tenebroſa, inquam, & æterna nox, expers ſyderū, & aurore neſcia, tū profunda & iugis
actuum

æſtuum opacitas, perennes anguſtiæ, infinitus labor, immortale faſtidium, neq; uiolentior illic aut Rhodani gurges, aut Circi flatus, ac Boreæ, quàm impetus & inſtabilitas animorum, non populum ſed rotatum uento puluerem putes, neq; magis ciuitatis infandæ ucos, quàm ciues ipſos, fœdos ac lubricos fateare: una prorſus eſt hominum ac locorum facies obſcœna, triſtis, informis, utriſq; non aliter quàm Aegypto & Pharaoni intelligas iratum Deum, & mittentem in eos iram indignationis ſuæ, iram, indignationē & tribulationem, immiſſionem per angelos malos, deniq; nulli omnino gentium magis incubuiſſe Dauidicam precationem. Fiat tanq̃ puluis ante faciem uenti, & angelus Domini coartans eos. fiant uiæ eorum tenebræ, & lubricum, & angelus Domini perſequens eos. hinc ergo niſi Deus eripiat, quis emerget?

Fran. Petrarcha amico, S.

Quod ex Gallijs in Italiam redierit amico congratulatur.

O Si noſſes, quanto me gaudio compleuit abitus, immò quidem reditus tuus (nãq; ire in patriã redire eſt) omnino nihil de te gratius audire poterã. cætera enim fortunæ futura erãt, hoc uerè proprium tuum eſt, hunc tibi animum fuiſſe, ut inter tantas ſpes tot curarum uncos, tot aduerſa conſilia, obſcœniſsimam ſentinam flagitiorum omnium ſponte deſereres, & illos meraciſsimo ſanguine impinguatos, & in Dominum calcitrantes, non hominũ, ſed uoluptatũ & pecuniæ piſcatores, ſimul illã terrarũ arcem ſemirutã ſed uerẽdã, atq; illud ſacroſanctiſsimũ mundi caput, impexa canicie glorioſum, tandem conſilio ſaniore reuiſeres. Feciſti optimè ſecundum cor meũ, qui nec diutius alme Vrbi tanti ciuis aſpectum eripere uoluiſti, nec infauſtum illud ergaſtulum, dignum amplius tua præſentia iudicaſti.

Quod metui, nequid Lybia tibi regna nocerent:

Nunc uerò quàm læte audio, te illius irremeabilis labyrinthi fœdis an mœſtis ambagibus abſolutum, nũquam ſi quid apud te fidei mereor, in eoſdem laqueos, ſic ſe rebus habẽtibus reuerſurum, & ſi tibi quies, ſi delectatio, ſi libertas, ſi uita ſi gloria chara eſt, neq; ideò minus & diuinæ gratiæ & ſortibus tuis fidas, ſemel locutus eſt Dominus, & de te, & omnibus qui ſunt, & qui fuerunt eruntúe mortalibus, immò ſtatuit edicto, omnis ceſset ambitio, dic Deo: In manibus tuis ſortes meæ. & ſemel arreptum iter ne deſtituas, durum licet, arduum & difficilẽ, ibis neceſſario ad fœlicem portum, neq; tibi peſſimorum hominum ſegnis liuor obſtiterit. tabeſcent illi malis proprijs, & inter malè partas opes more Tãtaleo ſitientes, aridiq; æquanimem te, in omni ſtatu & ferè diuinis utentem muneribus mirabuntur atq; intelligat, fortunam, nullum penitùs inconſtantem & generoſum animum ius habere. proinde multis in tenebris, hos breues anxios & inglorios dies agent, unus uitæ & nominum finis erit, furijs illos ultricibus, & diris ſuorum ſcelerum aculeis laniandos linque. Ipſi te & omnes bonos & ſpoliatum atq; oppreſſum orbem ſuis manibus, ſuis euentibus uindicabũt. ſi quid ueri præſagij uſquam eſt, propè eſt Deus ultionũ Dominus liberè agat & retribuat abundanter facientibus ſuperbiam: ſua eſt enim ultio, & ipſe retribuet, ut labatur pes eorum, iuxta eſt dies perditionis, & adeſſe feſtinant tempora. redit in animum, quod illi olim noſtro, qui ex eo numero, ſi dici poſſet, peſsimorũ optimus fuit, & cui tu ſanguine, ego autem familiaritate, obſequio iunctus eram, ante multos annos occurrit, ut dicerem, inſtare illi ordini fati diẽ, quo ſuperbia eorum fatigata, iam Dei patientia atq; hominum deponerẽt ac ruerer, Cũq; ille (cuius ut noſti ipſe iracundæ mẽtis fuit) proteruiter, mixto riſu, potius mihi Tyreſiæ cæcitatẽ, q̃ uaticiniũ optaſſet, obieciſſet illud Euangelicũ. Simon ego rogaui pro te, ut non deficiat fides tua, & ego non fidei defectu, ſed euerſorum fidei ruina, quæ utiq; fidei eſſet augmentum, loqui me loco liberiore ſubiungerem. ille iam ſerio in me uerſus: Tace, inquit, & ſi uerum eſt, non ſimus auctores, ſed ecce iam ex illo quot fluxerit dies? credo ſi uiueret, ut res ſunt, uatem illi me diceret, iam ad extrema peruentum, iã & Romano & humano generi ſatis illuſum eſt. ſatis diù uirtus & ueritas fuère contemptui, ſatis barbarica regnauit indignitas. Omnia & ſi nolint, ſuum locum repetunt, & illuſionum & longæui ludibrij finis adeſt, quem cum uidero, ſatis uixero.

Fran.

Fran. Petrarcha amico. S.

Calamitatem Vrbis Romæ deplorat.

QVo te cunq; conuerteris, idem es, & pariter me delectas, uniformi enim amoris tui dulcedine, ſed multiplici & uaria uerborum tuorum conſolatione reficior, ſiue ab oriente ſiue ab occidente, et deſertis montibus, quoniã licet Deus iudex ſit, & hunc humiliet, hũc exaltet, tamẽ te mihi ſemper humilẽ, ſemper altũ, ſemper amabilẽ, & ab omni parte ſuauiter ſpirantem, dulce curarum mearum refrigerium ſeruat. epiſtolæ quidem illi, uerißimis grauißimisq; ſententijs exundanti, ubi diuinæ facundiæ tuæ fons, e terra arida ac ſquallẽti, & omnis boni uacua, terra (ut Prophetæ egregij uerbo utar) deſerta, inuia & in aquoſa, oculos meos atq; aures animumq; compleuit, iucunditate mirabili, neq; perennib. ingenij ſcatebris, mutati loci nocuiſſe malignitas quiuit, quid prius tibi reſpondeam, non habeo, quàm ut miſerari me ſortem tuam, quæ in terra florentißima ortum te, & ab incunabilis enutritum, nunc repentè patrijs finibus auulſum, ad extrema terrarum, atq; hominum inopina rerum mutatione trãſtulerit. ſit illud gratulari, quod iuditium tuum, uel opinionibus uel perſuaſionibus falſis inuolui abduciq; à uerò non eſt paſſa, tali enim ingenio, humani nihil incognitum eſſe debet. poteras fortaßis errare, poteras ſuſpicari, poteras credere his, quibus (ut dici ſolet) præter pretium in pretio nihil eſt, nũc uerò neq; ueritas opinionibus cedet, neq; cuiq; potius, quàm oculis ipſe tuis, & experientiæ fidem dabis. ecce iã oculis uides, iam manibus palpas, qualis eſt Babylon illa nouißima, feruens, æſtuãs, obſcœna, terribilis, quàm nec Cambyſis opus Babylon Niliacam, nec illa uetuſtior regia Semiramidis Babylon æquet Aßyria, Nilũ, & Euphratẽ Rhodanus uincit, nẽpè qui tartarea flumina, Cocytum uincit, & Acherontem, quicquid uſpiã perfidiæ & doli, quicquid inclementiæ ſuperbiæq;, quicquid impudicitiæ effrenatæq; libidinis audiſti aut legiſti, qcquid deniq; impietatis & morũ peßimorũ ſparſim habet, aut habuit orbis terræ, totum iſtic cumulatim uideas, aceruatimq; reperias. nã de auaritia, deq; ambitione ſuperuacuum eſt loqui, quarũ alteram ibi regni ſui ſolium poſuiſſe, unde orbem totum populetur ac ſpoliet, alteram uerò, alibi nuſquam habitare compertum eſt. de quibus omnibus ad te dudum non epiſtolã, ſed librum ſcribere meditabar, ne in rebus, ſcilicet à prima mihi ætate notißimis, amicum falli ſinerem, & ſi enim nolim, me ibi tunc mirabiliter & miſerabiliter inuiſcato, eiſdem tu fuiſſes in locis, ubi ueluti in cœno, immò quidem, uelut in igne, aurũ amicitiam primum tuam longè auro chariorem repperi, tunc tamen & inexpertior rerum ætas, & iuditij minor uis & moræ tuæ breuitas uerò obſtabant, inſuper & exilio in peius infinita mutatio facta erat. rediſti ergo & ætate iam & iuditio pleniore, & mora non ad ſufficentiam modò, uel ſatietatem ſed niſi fallor ad faſtidium prolixa, ut qui optima rerum probe noueras, in peßimis non errares, quique uirtutem ſemper amaueras, ad uehementius amandum, quod efficacißimum eſt, uitiorum odio animum excitares. & ſi CHRISTVM colis, quod ſemper religioſißimè feciſti, conſpecta hoſtium eius impietas, manum pietati & fidei tuæ calcar adijceret. uides enim populum, non modò CHRISTI aduerſarium, ſed quod eſt grauius ſub CHRISTI uexillo rebellantem CHRISTO, militantem Sathanæ & CHRISTI ſanguine tumidum, atq; laſciuientem & dicentem: Labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter Dominus eſt? Populum duricordem & impium, ſuperbum, famelicum, ſitientem, hiãti roſtro acutis dentibus, procuruis unguibus, pedibus lubricis, pectore ſaxeo, corde chalybeo, plumbea uolũtate, uoce melliflua, populũ cui nõ modò propriè cõuenire dixeris Euãgelicũ illud atq; propheticũ: Populus hic me labijs honorat, cor aũt eorũ longè eſt à me, ſed illud etiã Iudæ Iſcariotis, qui Dominũ ſuũ prodens & exoſculãs aiebat: Aue Rabbi, et Iudæorũ qui indutũ purpura, coronatũ ſpinis, percutiẽtes & cõſpuẽtes illuſione amarißima, flexis poplitibus adorabãt, & ſalutabãt, Aue rex Iudæorũ, quẽ neq; ut Deũ, neq; ut regẽ diuinis aut humanis honorib. ſed ut reum mortis ac blaſphemũ, contumelijs dignũ, atq; ſupplicijs in humano iuditio deſtinarãt. qd enim, quid oro, aliud aßiduè gerũt, hos inter CHRISTI hoſtes, & noſtri tẽporis Phariſeos? nõ'ne etenim CHRISTVM ipſũ, cuius nomen die ac nocte altißimis laudibus attollunt,

attollunt, quem purpura atq; auro ueſtiunt, quem gemmis onerant, quem ſalutant & adorant cernui, eundem in terra emunt, uendunt, nundinantur, eundem quaſi uelatis oculis non uiſurum, & impiarum opum uepribus coronant, & impuriſsimi oris ſputis inquinãt, & uipereis ſibilis inſectantur, & uenenatorum actuum cuſpide feriunt, & quantum in eis eſt illuſum, nudum, inopem, flagellatum iterum atq; iterum in Caluariam trahunt, ac nefandis aſſenſibus, cruci rurſus affigũt. & ô pudor: ô dolor, ô indignitas, talĩ hodie, ut dicit Roma eſt, patientibus, quorum erat obſtare, tanto illam faſtu ſibi uendicant, ut q̃ ſuã uolunt, aſpicere dedignentur, & pro qua olim orbe toto tantus fluxit cruor, tot clari duces, tot exercitus cecidère, eam nunc neſcio, quot indigeſti & infames ruſtici nutu regunt, & captam, uelut ab hoſtibus, nullo iam contradictore dilacerant ô inconſultè Princeps ac prodige, neſciebas quantis laboribus conſtaret imperium, quod tàm facilè diſpergebas: ſolent ſtulti adoleſcentes à patribus quæſita prodigere, nempe ignari, unde uel qualiter parta ſint, ſiquidem indigentiæ ac laborum recordatio, magnũ prodigalitati ac laſciuiæ frenũ ponit. at tu ſenex, quid agebas, ubi eras: ſi uideri munificum delectabat. de proprio largireris, tuam donaſſes, Imperij hæreditatem, quam curator acceperas ſucceſſoribus integram reliquiſſes. neſcio quidem, an potueris ſed feciſti, ut ad has tũc humiles nũc ſuperbas manus, heu longè, alijs manibus fundati ſtatus adminiſtratio perueniret. de quo nõ illepidè iocans quidam ait: Roma, ubi fuerant ſerui, Domini Dominorum, ſeruorum ſerui, nunc ubi ſunt domini. Pol, ego tecum multa loqui habeam, ſi facultas detur. ſed an hæc audias ignoro, & certè ſi audias fruſtrà ſit, feciſti enim, q neq; ſi redeas, mutare poſsis, inſtaurator fundatori, quam euerſori ſimilior ſit oportet. Tu CHRISTE, qui potes, à quo imperia omnia, & in terris, & quæ ſurſum, & quæ deorſum ſunt precario poſsidentur, qui hanc meã & maximè publicam querelam uel in ſilentio audis, exaudi queſumus, ſi iuſta eſt. ſcio quidem ſcriptũ eſſe. Si iniquitatẽ aſpexi in corde meo, non exaudiet Dominus. apud te CHRISTE rerum ueritas certa eſt, apud nos anceps opinio, ſecundum quã, certè quod poſceris, æquũ eſt, cum multa enim grauia, tùm illud importabile, quod non ſolũ duro & inepto, ſed odioſo etiam & hoſtili faſce premimur, ut uerificatum ſit à nobis ad literam, illud Pſalmi: Auertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros, & qui oderũt nos diripiebãt ſibi, dediſti nos tanquàm oues eſcarum. nota ſunt quæ ſequuntur, nobis hoc unum ad querelam & gemitum ſatis eſt, nam ſi res inſpicitur, olim Domini gentium, quid nunc aliud facti ſumus niſi oues eſcarum: utinam lanæ oues aut lactis eſſemus, eſcarum ſumus. rodimur uolentes, conſumimur, deglutimur, ab his qui ſi nolle ceperimus, oues coram leonibus uidebuntur, neq; id inſolitum uidebuntur, quod diutiſsime uiſi ſunt. nunc noſter torpor, hanc ignauiæ præſtat audaciam. patientiam noſtram impiè prorſus & deuorant, & oderunt, & quod uehementiſsimè ſtupeas, quos extra deſpiciũt, intus timent, contemptus fingitur, metus eſt. mille ſunt odij, mille formidinis argumenta, unum utriuſque ſimul inſeram, quod licet occultum prius, erupit tamen, ut nõ modò Babylone ſed longius naſceretur. Eo tempore, quo ille Pont. Max. qui ſibi prouinciam Italiam, atque inprimis hanc urbem Mediolanenſiũ euertendam, ſacerdotalis militiæ, ſenili expeditione delegerat, & ſic in utramque Chriſtianam, Chriſtianorum Pater perfecto odio ſæuiebat, quaſi non Italia hæc, ſed Syria uel Aegyptus, non Mediolanum, ſed Damaſcus eſſet aut Memphis. cum ad hoc ſanctum piumq; opus, unum è ſacro patrum collegio, filium ut multi dixerunt, ſuum (et ſecundum famam ſimilitudo ingens morumquè ferocitas adiuuabat) non Apoſtolicum, ſed prædonis in morẽ, neque ſignis uirtutum ac miraculis, ſed ſignis caſtrorum & miris inſtructũ legionibus, in has terras, quaſi alterum non Petrum, ſed Hannibalẽ deſtinaſſet, in quo bello Deus omnipotẽs ſuo more & ſupbiæ reſtitit, & fauit humilibus, ac palã pro iuſtitia decerauit. Fuit unus ex eodẽ illo grege uir & ipſe in nos inexplebilis odij infinitæq; ſuperbiæ, cuius ego tunc & faciem puer noram & quantum poterat ætas inualida animum execrabar. Is pontifici ante omnes charus, die quodam in ſecretarium ingreſſus: cũ rumoribus conſternatum atq; anxium inueniſſet. Hærebat enim belli impetus præter ſpẽ huius Vrbis, in

fulmine,

limine, quæ tunc quidem muris nuda erat (at quod optimum muri genus eſt, & militia in-
ſigni & ducibus armata fortiſsimis) itaq; ſæpe iam obſeſſores ſuos fuderant obſeſsi, iam
captiuorum turbis carceres redundabant, iam Cæſorum pingueſcebant arua uiſceribus.
in hoc ergo rerum ſtatu, cum ſolito mœſtiorem cerneret, familiaritate intima fretus, ſic ag
greditur: Miror, inquit, Pater Sanctiſsime, quid eſt, quod acutiſsimus in cæteris, in eo
uno, quod eſt ſummum nobis ac præcipuum parum uides? ad hæc Pontifex grauibus preſ
ſum caput extulit: Et perge, inquit, Quid rei eſt? tunc ille conſultor egregius: Scio, ait, te ni
hil tàm optare quàm Italiæ uaſtitatem, in hoc uires, opes, conſilia expendimus, in hoc Ec-
cleſiæ theſauros, iam penè omnes effudimus, inextricabilem rem aggreſſi, niſi alia tempte-
tur uia. ecce nunc ille tantus bellorum apparatus, illa noſtrarum uirium cuſpis, in ipſis Me-
diolani portis obtunditur, quàm tibi adulatores, uni alicui noſtrarum, urbium ſimilem aſſe
rebant, re ipſa ſuperior omnibus eſt inuenta, quando Italiam uinceremus, ab una Italica
ciuitate uincimur. ſed ſi uelis. alia lōgè facilior uia eſt. quænam, inquit, Pontifex dic ocyus?
hoc enim molior, hoc cupio, hoc eſt unum, pro quo uelim corpus & animam paciſci. ille
autem: Potes, inquit, omnia, & quicquid iuſſeris ratum eſt, cur non igitur, & Papatum &
Imperium urbi Romæ & Italiæ eripis, & illum Cathurcum patriam noſtram, hoc eſt, in
Vaſconiam transfers? non magnus eſt labor, dic, & fiet, non armis eſt opus, quibus longè
impares ſumus, uerbo de hoſtibus triumphabis, ſic & nos ornaueris nouis inſignibus, ad
nos tranſlato rerum apice, & gemino lumine inuiſum genu orbaueris, his erectus Pon-
tifex, ex ira riſu oborto, Fefelliſti me, inquit, hactenus, nōdum, te delirare cognoueram, an
ignoras inſcie, hac uia quam ſtatuiſſe ſubtiliter uiſus es tibi, & me, & qui mihi ſucceſſerint
Epiſcopos Caturcēſes fieri, & Imperatorē quisquis is fuerit Vaſconiæ præfectum. illū ue-
rò, qui Romæ præfuerit, ſiquidem ſpiritaliter Papam, ſin temporaliter Imperatorem fore?
ſic Italum nomen dum euertere putas attollis, & in antiquam reſtituis dignitatem. nos er-
go, dum datur. de ſuper Romani pontificatus frena teneamus, & in hoc omni ſtudio in-
tenti ſimus, ne quando fortè ſuum ius, Italica manus arripiat, quod ipſum, quàm diù prohi
beri poſſit incertum eſt. de titulis non certemus, uelimus, nolimus enim rerum caput Ro-
ma erit. his auditis, argutus ille ſtultus, erubuit. ego uerò Pontificis & ſi animum impro-
bem, probare cogor ingenium, qui quamuis in nos odio flagraret immeritò, meminerat
tamen ac nouerat, ubi fundata eſſet altitudo, cuius è faſtigio ſuperbirent, & ruinæ proxi-
mum uidebat fundamenta concutere, itaque quieſcendum exiſtimabat, & quaſi furtim
quæſitis in ſilentio gaudendum. hanc hiſtoriam, quæ neſcio, an ab alijs ſcripta ſit, iam cu-
rioſè retexui, ut ſi tibi nota eſt, & mihi cognitam ſcias, ſi ignota autem, ex me diſcas, neu
gnarus ueterum præſentium ſis ignarus, his uerò nunc ducibus agimur, quibus prædæ ſu-
mus atq; odio, & ſimulato contemptui & timori uero. Et ſiquis etiam nunc ex noſtris
metu aut uerecundia magis, quàm iudicio, aſſumptus in eo numero eſt, quaſi lucidus ri-
uus, torrenti mixtus turbido, natiuum depoſuit colorem, inquè plurium naturam & exter
nos mores abijt. Et iam prorſus nihil eſt reliqui, niſi CHRISTVM precari, hiſquè ereptā
tradat alijs, quorum non & pœniteat ſimul, & pudeat humanum genus. hi etenim tales
ſunt quales dico, fallor, immò uerò quales dicere nequeo, ſic ad extrema dedecorum at-
que nequitiæ, quæ ut cunque olim ſteterat prolapſa res, eſt, ex quo ſancta & potens tunc
Romana, nūc Auinionēſis Eccleſia tāgit, uertice ſydera & digito cœlū uoluit, ubi & Iudas
ſi triginta illos ſuos argenteos pretium ſanguinis attulerit admittetur, & pauper à limine
CHRISTVS arcebitur, quod ita eſſe Chriſtianus nemo eſt qui neſciat, nemo qui non do-
leat, nemo qui uindicet. Ita dum alius alium expectat, malorum impunitas, quantum ui
des creuit, & quod à principio medicabile malum fuerat, iam tempore putruit. ceperat e-
nim, fateor, ante etiam ætatem noſtram, ut ab auis accepimus fœdum hoc ulcus inflari,
ſed quod moleſtum diceres, intemperans morbum auxit exiguum. itaq; iam hæc peſtis ad
interitum ſpectat, totaq; ſanies in noſtrum tempus erupit flebile, niſi unum tantis in malis
ſolatij genus eſſet. Dicā uerò tibi nūc, quod interdum dixi ei, qui ſolus è cunctis qui ſuper
ſunt, e illo grege peſſimo, melioribus paſcuis dignus erat, ingenti cum aſſenſu eius, licet ip

ſe dicto, non tàm morum reſpectu, quàm ſtatus atq; originis tangeretur. ſiquidem enim, quoniam mortalium res oportet eſſe mortales, duo hæc mundi luminaria extingui, duosque gladios retundi, decreti neceſsitas cogebat, quamuis utrunq; præcipueq; alterum, occaſui exemptum, promiſſis cœleſtibus, ſperaremus, nec deſperandum ſit, omnia hæc cum funditus ruerint ſurrectura altius, ſi tamen hæc tã grauis rerũ eminẽtiũ ruina, noſtro ſæculo impendebat. Gaudeo, hercle, quod cũ in manibus noſtris lux & uigor ſuus his manſerit, in alienis hæc tanta mutatio facta eſt, tantæq; culpæ partẽ habet illa horrida & immitis, partẽ hæc mollis & eneruata barbaries. quibus ille auditis, libertate mea nihil offenſus. Grauiter, inquit, & libere, & aliorũ fortaſsè auribus importunè, meis certè fidentiſsimè, & ut te decuit uerisſimè locutus es. neu me forſan ueri inſcium, aut diuerſæ ſententiæ arbitreris, duos Clementes noſtros, plus attriuiſſe Eccleſiam paucis annis, quam ſeptem Gregorij ueſtri, multis ſæculis reſtaurare poſſent, nec ego dubito, nec dubitare aliquem exiſtimo. ille quidem hæc ſuſpirans, nos autem zelo domus tuæ CHRISTE IESV iam ſatis euecti ſumus, nec ullus ſub ſole fœdior rerum trames, ſtilo potuerat occurrere, itaq; redeundum eſt. Ad hunc ergo populum, amice ſatis, tuis, an tibi quietem inuidentibus, an doctrinam ingerentibus uenisti, peregrinatione ne dicam exilio, utili magis quàm iucunda, quo effectum eſt, ut & tibi legendi, & mihi conceptum ſcribendi negotium abſtuleris. Iam profectò, nec mihi nec alteri docẽdus, quid ſit Babylõ Rhodani, qualiterue ſit exulibus Sion inter flumina Babylonis, de quibus adeò magnifice tua mecum nuper egit epiſtola, ut illius ſenſuum abdita funditus ſcrutatus, omnes eius Labyrinthi latebras penitus inſpexiſſe uideare, multo tædio, multisq; reor angoribus, huius ueri notitiam comparaſti. illud tibi pergratum, mihi inuidioſum affuit ſolamen, quod inter tantas uitiorum tenebras, quatuor magnis illis quidem uiris, uelut totidem lucidiſsimis te ſyderibus uſum ſcribis, quos neſcio, an auorũ crimen, ipſos enim optimos integerrimosq; hominum noui, an quæ fallaciſsima uitæ ſpes, an quæ fortunæ uiolentia triſtiſque neceſsitas, ibi detineat, quare permitte, quæſo ut quod in animo eſt, uel inamœno ſermone explicem, quaſi, inquam, in cloaca ſolis radios, & loci ſimul obſcœnitatem, omnem ſuo lumine nudantes, & circunfuſis ſordibus inacceſſos.

Fran. Petrarcha amico. S.

Babylonem Gallicam deſcribit.

ET quid adhuc hæres, an non hæres, ſed teneris & obluctans raperis, hoc potiùs reor, malo uim, quàm ſecordiam opinari, non eſt tuum torpor, ardens ingenium, mens ignea, generoſus impetus. Sed quid hæc, ſi fortius impedimentum eſt quàm uirtus, magna etiam uis, habet oppoſitam uim maiorẽ, neceſsitati omnia ſuccumbunt. illa te Babylon traxit illa te detinet durũ, ſed ferendũ, loci natura eſt. omne bonũ ibi perditur, ſed primũ omnium libertas, mox ex ordine quies, gaudium, ſpes, fides, charitas, animæ iacturæ ingentes. ſed in regno auaritiæ, nihil damno aſcribitur, modò pecunia ſalua ſit. futuræ tibi uitæ ſpes inanis quædam fabula, & quæ de inferis narrantur fabuloſa omnia, & reſurrectio carnis, & mundi finis, & CHRISTVS ad iudiciũ uenturus, inter nænias habentur. Veritas ibi dementia eſt, abſtinentia uerò ruſticitas, pudicitia probrum ingens, denique peccandi licentia magnanimitas, & libertas eximia, & quo pollutior, eò clarior uita, quò plus ſcelerum, eò plus gloriæ, bonũ nomem, cœno uilius, atq; ultima mercium fama eſt. habes quantum in tã paucis licuit illius ſacræ urbis expreſſum ſtatum, quem nõ magis in his literis hodie, quàm in illorũ frontibus hominum, quotidie plegis, quorũ uitam nullus ſtylus, nullum æquet ingenium. cæterum prima omnium ut dixi, ibi libertatis iactura eſt, quisquis limen illud introijt, cõfeſtim ſuus eſſe deſijt, tũ nec queſcere, nec abire permittitũ, ſed rotatur, & inefficaci labore conſumendus atteritur. paucos inde diuina clementia eripi, à lege, ut Hieruſalem diligant, atq; oderint Babylonem. hæc mihi de te ſpes reliqua eſt. alioquin tuis de rebus actum crederem, tàm tenaci profundoq; limo te demerſum & infixum uideo, interim non uoluntati, aut iuditio, ſed neceſſitati imputo ac fortunæ, quod tamdiù ibi ſis, & moras quas uehementer odi, libenter excuſo, quod ſi qua fortaſsis in profectione culpa fuit, in mora

ipſa,utiq; tũ nõ culpa,ſed ſupplicium & purgatio culpæ eſt.Sed quoniam multi,multa ſæpe
in carcere didicerunt;quid te uetat,in uinculis diſcere,aliquid,quo perpetuo ſis doctior,q̃.
dam nullo modo melius quã contrario diſcũt,ideoq; qui Mathematicas artes docẽt,ſi quã
do parum ueri capax mens,diſcipuli uiſa erit,ſolent falſa proponere , quæ dũ refugit ani.
mus,ad ueriora confugiat. Tu quoque ſolitus,& religioni ſemper & honeſtati operã dare,
quarũ altera ad illius aſpectũ erigit,optantẽ animã,de quo ait Pſalmiſta: Quærite faciem
eius ſemp.alterius ea facies eſt,q̃ ſi oculis cerneretur,ut ait Plato,miris animũ amoribus in
flãmaret,neq; tamẽ ideò minus amãda eſt,q; animo cernitur,ſiquid tibi nũc etiã ad utriuſq;
notitiæ ſummã deeſſe putas omne ſtudiũ in aduerſa reflectito, arrige aures,fige oculos,in
tẽde animũ.uis pulchritudinẽ Dei noſcere,cerne quãta eſt hoſtium eius obſcœnitas . non
ſunt aũt lõgè quærendi,Babylone habitãt,omnis uicus his uermibus ſcatet.uis formã ac de
cus honeſtatis agnoſcere, contẽplare quãta eſt fœtiditas uitiorũ, quorũ omniũ exẽplar in
oculis eſt tibi.quocunq; reſpexeris,uidebis cuius odio ſimul Dei ac uirtutis amantior fieri
queas. Tu aũt gaude,cõtrario ſaltẽ magiſtra uirtutum,gaude,inquã,& ad aliquid utilis,in
uenta gloriare,bonorũ hoſtis & malorum hoſpes,atq; aſylũ peſsima rerũ Babylon,feris,
Rhodani ripis impoſita,famoſa dicã,an infamis meretrix.fornicata cũ regibus terræ. illa
equidẽ ipſa es,quã in ſpiritu ſacer uidit Euangeliſta.illa eadem,inquàm,es,non alia, ſedẽs
ſuper aquas multas,ſiue ad literã tribus cincta fluminib.ſiue rerũ atq; diuitiarũ turba mor.
talium,qbus laſciuiens ac ſecura inſides,opũ immemor æternarũ,ſiue ut idẽ qui uidit expo
ſuit.Populi & gentes,& linguæ,aquæ ſunt, ſuper quas meretrix ſedes , recognoſce habi.
tũ. Mulier circundata purpura,& coccino,& inaurata auro & lapide pretioſo,& margari
tis,habẽs poculũ aureũ in manu ſua, plenũ abominatione & immũditia fornicationis eius.
noſcis ne teipſam Babylon?niſi illud forſan errorẽ facit,quod in illius fronte ſcriptum erat,
Babylon magna,tu uerò Babylon parua es. Parua utique murorum ambitu,ſed uitijs &
ambitu animorum & infinita cupidine,cumuloq; malorum omnium , non magna modò
ſed maxima,ſed immẽſa es.& certè quod ſequitur,tibi uni conuenit,nõ alij Babylon, ma.
ter fornicationũ & abominationum terræ.mater impia,partuũ peſsimorũ,quãdo quicqd
uſquam terrarum abhominabile,quicqd fornicatorium ex te prodit, & cũ ſemper parias,
ſemper tumeris,& taliũ plenus ac grauidus uterus tuus eſt.ſi nunc quoq; diſsimulas, audi
reliqua.Et uidi,inquit,mulierẽ ebriam de ſanguine ſanctorum,& de ſanguine martyrum
IESV.quid ſiles?aut aliam hoc ſanguine ebriam oſtende,aut omnino ſi potes,te hanc ebri
am negã.uera enim Euangeliſtæ & Apoſtoli uiſio ſit oportet, qui ſi te in ſpiritu uidens mi
ratus eſt,admiratione magna,quanta nos admiratione perfundimur,qui apertè oculis te ui
demus?Ex omnib.quidem fornicationibus tuis,de quibus biberũt omnes gẽtes & reges
terræ,& ex omnibus abominationibus quid expectes,niſi quod Ioannes idẽ ait.Cecidit ce
cidit Babylon magna,& facta eſt habitatio dæmoniorum.nota ſunt quæ ſequunt.Vere iã
talis facta es; quanto enim homo perditus,& deſperatæ nequitiæ dæmone melior. uerè ha
bitatio.immò regnum dæmonum facta es,qui ſuis artib.humana licet effigie , in te regnãt.
tu uerò amice,cum eodem apoſtolo, audi uocem aliam de cœlo dicentẽ.exite de illa popu
lus meus,& ne participes ſitis delictorũ eius,& de plagis eius,non accipiatis quoniam per
uenerũt peccata eius uſq; ad cœlum,& recordatus eſt dominus iniquitatum eius,quantũ
glorificauit,ſe & in delitijs fuit, tantùm date illi tormentum,& luctũ,quia in corde ſuo di.
citur.Sedeo regina,uidua nõ ſum,& luctũ non uidebo, ideò in una die , uenĩet plagæ eius,
mors,& luctus,& fames ,& igni cõburetur,quia fortis eſt Deus,qui iudicabit illam. Hæc
& quæ Apoſtolicus ille locus habet audi omnia,audi & fuge,ſi qua uia eſt, ne innocẽtiam
tuam ruinæ nocentiũ et Babylonicæ premant iniquitates,quarũ nõ modus,non numerus,
non mẽſura,non extimatio demũ eſt.taceo hæreditatem Symonis,& illam hæreſis ſpeciẽ,
non ultimam, ſpiritus ſancti dona mercantium. taceo mali illius auaritiam matrem, quæ
ſd olorum ſeruitus, ab Apoſtolo dicta eſt.taceo utriuſque peſtis artifices,& concurſantes
Po ntificũ thalamis proxonetas.taceo crudelitatẽ humanitatis immemorẽ,& ſuiipſius ob
lit ã inſolentiam,atq; illos uanis flatibus tẽſos utres.taceo deniq; illa prodigia que inſenſibi
lis Laereq; orbus terrarũ orbis, tandiù quaſi Etnam Enceladus,aut Typheus Inanime pati

poteſt,

poteſt quorum omnium mœſta nimis, & ſeuera narratio eſt. ad ridicula ſimul atq; odioſa feſtino. Quis, oro, enim non iraſcatur & rideat, illos ſenes pueros, coma candida. togis amplisſimis, adeoq; laſciuiẽtibus animis, ut nihil illuc falſius uideatur, quã quod ait Maro:

Frigidus in Venerem ſenior?

tam calidi, tamq; præcipites in Venerem ſenes ſunt, tanta eos ætatis & ſtatus, & uirium cœpit obliuio, ſic iq libidines inardeſcunt, ſic in omne ruunt dedecus, quaſi omnis eorum gloria, non in cruce CHRISTI ſit, ſed in cõmeſſationibus & ebrietatibus, & quæ has ſequuntur in cubilibus, impudicitijs, ſic fugientem manu retrahunt iuuentam atque hoc unũ ſenectutis ultimæ lucrum putant, ea facere, que iuuenes nõ auderent. hos animos, & hos neruos tribuit. hinc Bacchus indomitus, hinc orientalium uis baccharum. ò Liguſtici & Campani palmites, ò dulces arundines & indicæ nigrantes arbuſtulæ, ad honeſtas delitias, & utilitates hominum creatæ, in quos uſus, & quanta animarum pernitiem cladem'q; uertimini? ſpectat hæc Sathã ridens, atq; in pari tripudio delectatus, interque decrepitos ac puellas arbiter ſedens, ſtupet plus illos agere, quàm ſe hortari, ac ne quis rebus torpor obrepat, ipſe interim & ſeniles lumbos ſtimulis incitat, & cœcum peregrinis ſolibus ignẽ ciet, unde fœda paſsim oriuntur incendia, mitto ſtupra, raptus, inceſtus, adulteria, qui iam Pontificalis laſciuiæ ludi ſunt. mitto raptarum uiros, ne mutire audeant, non tantum auitis laribus, ſed finibus patrijs exturbatos, quæque contumeliarum grauiſsima eſt, & uiolatas cõiuges, & externo ſemine grauidas rurſus accipere, & poſt partum reddere, ad alternam ſatietatem abutentium coactos. quæ omnia non unus ego, ſed uulgus nouit, & ſi taceas, quamuis ne idipſum taceat, iam maior eſt indignatio, quã metus, & minacẽ libidinem uicit dolor, hæc, inquam, uniuerſa prætereo. malo quidem te hodie, ad riſum quã ad iracundiam prouocare, ita enim quæ ulciſci nequit, in ſe flectitur, & in dominũ ſuum ſæuit. fuit ergo ſeniculus quidã, ex eo numero unus, cunctis annalibus implẽdis idoneus. hircina libido homini inerat, uel ſi quid libidinoſius atq; olẽtius hirco eſt, hic ſeu mures metuens, ſeu lemures, dormire ſolus non audebat, nil apud eũ triſtius, nil miſerius cœlibatu, nouas quotidie nuptias celebrabat, & creber uagis amplexibus ſpõſus erat, cũ & os illi uacuum, & ætas plena eſſet, ſeptuageſimum pridem annum exceſſerat, ſeptimo uix iam dente ſuperſtite. Erat illi puellarum auceps unus ex multis, domini ſui libidine nihilo ſegnior, cuius retia & laquei, omnes uicos, omnium, & præſertim pauperum domos obſederant, huc pecunias, huc redimicula, huc anulos, huc poſtremò blanditias, huc cœnæ reliquias, huc omne genus eſcarum, & quæcunque flexura muliebres animos, conuehebat, ipſe interim ſuſpenſus animo canebat. nam & reuera cãtor erat, ſed qui uocẽ ab altaribus ad choreas ac lupanaria tranſtuliſſet. notam hominẽ uulgi digito monſtratum, qui his artibus, multas prædas, in os lupi ſenis, inferre ſolitus diceretur. mille locus hic ridiculoſas hiſtorias capit, unum accipe. Multis ille pollicitis, miſellam uirguncula, an meretriculam, illexerat, ut domino eius, utique & excelſi gradum, & magnarum opum, ſed nec formæ nec ætatis amabilis, obſequi in animum induceret. quid multis agam? acquieſcit, & uelut Pſyche illa Lucij Apulei, fœlicibus nuptijs honeſtanda, ignoti uiri thalamum ſubit. re comperta, impatiens moræ ſenex aduolat, & ulnis arreptam, pendulis labijs exoſculans, atque inermi ore commorſitans, cõſummare nouas nuptias anhelabat. repentino malo percita, & olente ſenio, & uultu lurido deterrita, exclamat. Ad magnum ſe quendam, & inſignem prælatum non ad deformem & decrepitum ſacerdotem adueniſſe, nõ poſſe ſibi fraudem fieri. uis ſi fiat, manibus quoad poſsit, deinde gemitibus atque ululatibus occurſuram, neq; dum reliquiæ ſpiritus ullæ eſſent paſſuram ſe à tàm turpi ſene uiolari. hæc uociferãs ubertim flebat. ille autem, & manu ſcabra, & ore hiſpido, ſpumantique tenerum os præcludens, fletibus & querimonijs conabatur obſtare, atque incondito murmure & ineptiſsimis blandimijs (erat enim præter cætera bleſus adeò, ut à nemine poſſet intelligi) ægram animi ſolari. ſed cum nil proficeret ſenex egregius, in ſecretarium ſe proripit, arreptoque quo conſcripti Patres, à reliquis diſcernuntur, rubenti pileo, & inſigne ſuum, albo caluoque uerticis imponens Cardinalis ſum, inquit, Cardinalis ſum, ne timeas filia. ſic amaſiola adhuc

la adhuc flentem, & præſenti ſpecie, & futura ſpe magnificè conſolatus, in geniale cubicu-
lum deduxit pronuba nō Iunone ſed Teſyphone, ac Megæra. ad hūc modū Cupidinis ue
teranus, Baccho ſacer & Veneri, non armatus, ſed togatus & pileatus de ſuis amoribus tri
umphauit. plaude, fabula acta eſt. Noſſes hominem, iucudiſsime ſonuiſſet, & huius & reli
quorum mille ſunt talia, quorum quædam non ludicra ſed pudenda, alia uerò inania & hor
renda ſunt. I nunc, mirare, ducibus his, & propitium populo ſuo CHRISTVM & Rem
pub. proſperari.

Fran. Petrarcha amico, S.

Periculum egreſſo gratulatur & ut caueat hortatur.

EVaſiſti, erupiſti, enataſti, euolaſti. benè eſt, timebam fateor tibi, timebam animæ tuæ
ne poſt deſcenſum ad inferos, nō cum uelles emergere ſciebam, & Auerni deſcēſum
facilem, & apertū Labyrinthi limen laborioſum atq; operoſum exitū, dicebam mecum. ò
ſi meus Alcides, ò ſi Theſeus meus, ab inferis redeat. ò ne mali pondus illum opprimat, ne
que pedes ad uirtutem uolucres, adamantinæ ſcelerum catenæ uinciant detineantque. In
ter hæc uota, hosq; inter metus emerſiſti, Deo gratias, qui ex inferno in ſe ſperātes animas
educit, exoptatus, euocatus, expectatus aduenis, his igitur primum terris redditus, quæ te il
li Hærebo crediderant, non Phœbo ut Dedalus, ſed CHRISTO alarum remigium conſe
crabis, & cauebis, ne unquam amplius Gnoſum ſpectes. non eſt ſæpius retemptanda for
tuna, periculum ſine periculo non fit, id cum ſemel euaſeris, declina, ne quando corruas un
de non ſurgas, nulla unquam te mala cupiditas tangat, ut illos principes tenebrarum rur-
ſus adeas. quos cum ſuis opibus ſuisq; flagitijs dij deæq; omnes, immò uerò deorum De-
us, uiuos ac mortuos malè perdat, quæ cœleſtis agni ſanguine ſaginati, calcitrant ac rebel-
lant, eò me, mirum, meus ille nunc euocat, quò te præſente, perſuaderi mihi non potuit, ut
uenirem, ille mihi hortator eſt fidus quidem, ſed improuidus, ut Babylone uiuere eligam
ac mori. cur autem ſiue ad quid, ut uideam bonos mergi, malos erigi, reptare aquilas, aſi-
nos uolare, uulpes in curribus, coruos in turribus, columbos in ſterquilinio, liberos lupos,
agnos in uinculis, CHRISTVM denicq; exulem, Antichriſtum dominum, Beelzebub iu-
dicē. hæc ad ſpectacula reuocor, non audiam, malè mihi cum illis, malè illis mecum con-
uenit. ò crudelis & impia ſecta hominum, nil niſi ſeipſos amantium, idque ipſum peruersè
prorſus ac nephariè. quis releuabit oppreſſum orbem? quis uindicabit afflictam urbem?
quis euerſos mores reformabit? quis colliget ſparſas oues? quis paſtores erroneos argu-
et? quis reducet aut retrahet in ſedem ſuum? nullus 'ne licentiæ ac ſcelerum modus erit, an
fruſtra per Prophetā ſpiritus ſanctus intonuit? Hæc feciſti & tacui, exiſtimaſti inique, quod
ero tui ſimilis. arguam te & ſtatuam contra faciem tuam. intelligite qui obliuiſcimini Deū
ne quādo rapiat, & non ſit qui eripiat, intelligite inquam, nobis loquitur, Dei hoſtes intel-
ligite. ſurdis loquitur ſopitisq;, nunquam intelligent, niſi horrendo tonitru, ſeu quoniam
tonuiſſe non ſufficit, triſulco fulmine expergecti. Ad te mihi nūc ſermo eſt inuictiſsime
Regum noſtri temporis, quē non nomino, quādo & nomen obſtat inſcriptioni, & abūdè
te nominat, ipſa rerum ac gloriæ magnitudo. nam quid opus eſt uerbis ubi res loquitur?
haud immeritò tantis te uictorijs ornatum credere phas eſt, qui præter principalis tuæ cau
ſæ iuſtitiā, uulpes illas ueternoſas, fœdis, & nō ſuis è caueis CHRISTIq; ſponſam cœno ac
uinculis eruere potens es. & facies ſpero iure, tibi perpetuam fœlicitatem, & uotiuū cœpti
exitū quisq; fideliū optauerit. Paſtorem illū, & ſenio, & ſoporem, & mero grauidū, nun-
quā ſponte latebris & amatis fornicibus egreſſurū, ſolus manu prehenſum, & uerbis incre
pitū, à uerberibus caſtigatū, in antiquū penetrale reſtitues. id ſi fortè tibi celitus non datur,
quanquam nec dignatus pluribus, neq; hoc munere dignior quisquā ſit, uenient alij quo-
rum quò fœdior manus eò pulchrior uindicta. denicq; qualia multa undiq; crebreſcūt, uel
prædonum iuſta acie, uel ſalubri peſte clementiq; cœli inclementia. ad poſtremū plaga ali-
qua euidenti, quoniam minis ac prodigijs cor Pharaonis obduratum ſuperbūq;, non tan
gitur, ſponſæ CHRISTVS ſuperueniet laboranti. ò quid ſcripſi, ò quid mihi uenit in animū

quo prodijt lingua, quo progreſſus eſt calamus? poſſem cum Iob & ego fortaſsis dicere. Vnum locutus ſum, quod utinam non dixiſſem, dixi tamen, & iam non dixiſſe non poſſum, delere autem & ſi adhuc liceat non libet, tantus eſt ueri amor, tantumq; mali odium, ut periculi omnis interim obliuiſcar. In uno conſilium ſenis illius ſequar, quia cum infinita ſe nunc offerant, & perexigua dicendorum pars exacta ſit frenabo impetum, & eodem Iob, manum meam ponam ſuper os meum, & his ultra non addam.

Fran. Petrarcha C. Amico, S.

Contra Auerroistas ut ſcribat hortatur amicum.

MAgnam tuis uberemq; materiã, & lætãdi tribuis & ſperãdi, antè alios mihi, quo fortaſsè, non alius in te oculos altius defixit. clarũ tibi lumẽ ingenij Deus dedit, induſtriæq; nobilis ſtimulos addidit, atq; ex his notitiã rerũ uariarũ, p ætate mirificã, ipſe nẽpè, nõ alius eſt, qui dat omnibus affluenter, & nõ improperat. ipſe eſt, cui ſoli cõuenit, quod ludens pro ſuis longè aliàs traduxit, magiſter artis ingenijque largitor. & ſicut tibi, ad rerum perceptionem intellectus, ſic ad expreſſionem lingua ſuppetit, cuius defectus magna ſæpe decolorauit ingenia, & minoribus oſtendit imperia. tu omnibus his inſtructus, & fauore Dei uultus, & hominum, mane primo, aliũ iter, duræ religionis ingreſſus es, eo duce, poſt quem nemo unquam errauit, niſi qui uoluit Auguſtinum dico, cuius hæſiſſe ueſtigijs, ea demum & ad cœlum & ad gloriam uia eſt. Adhuc penè puer eras, dum cõſanguineo illo tuo, uiro bono & amico meo, inſtante ad me perductus, aliquandiù pro tuorum tũc annorum imbecillitate recuſantem, bona ſpe illicò me impleſti, ut contra, morem propoſitumquè meum, tanto imparem amicitiam amplexus, ſæpe exinde de me redeuntem, indies lætius te uiderem, admirans, unde tibi id ætatis, noſtræ amicitiæ tanta cupiditas, & ſæpè mecum in ſilentio poſt, etiam cum amicis illud patris Ambroſij repetens. Puer iſte, ſi uixerit aliquid magni erit. tranſiuerunt interim anni plures, nihil enim tàm tacitè, tamq; uelociter tranſit, diùq; in patriam reuerſo, tuo conſpectu carui. ecce nunc puer meus, ad me redijt, ſed ut ait Naſo:

Iam iuuenis, iam uir, iam formoſior ipſo:

Ea ſcilicet forma, quam nec ætas imminuet, nec morbus eripiat, nec mors ipſa. iam de te igitur nõ tãtũ ſpero, ſed ſpero ſimul & gaudeo, eſt enim præſentis boni nomẽ gaudiũ, ſpes futuri. ecce iã te magnis uiris parem teneo, parem maximis mox tenebo, age modò, perge iter aſſumptũ, excita teipſum, adde geminum calcar ingenio, hinc honoris, hinc pudoris, mane cœpiſti, noli ſub meridiem torpere. ſolent pigri uiatores, dum ſolem cœli medio ſuſpiciunt, multum lucis ſibi ſupereſſe cogitantes umbras quærere, ſeq; ſomno & quieti tradere, ſerò tandem experti, inclinatam diem, ſe & eluſos intelligere, id ex te certè nõ metuo, non hoc animi tui ardor ſpõdet. non frons, nõ oculi, nõ uerba denunciãt. uerè autem multos, ad ſumma uenturos error iſte detinuit, & auertit, dũ auctoritate neſcio quorum inſanorum freti, neſcio quã ætatẽ cõſiſtẽtem, uana ſibi perſuaſione confingũt, quæ nulla unquã ſui in parte conſiſtit, ſed id ſemper & labitur & currit & rapitur, utq; ait Cicero, uolat. Excuſat forſan ut cũq; ſenectutis inertiã fragilitas & morborum cohors undiq; illã premens, quæ tamen, ſi quid inſitæ uirtutis eſt reliquum, neq; omnia, anni uolatiles abſtulerunt, magna ui, ſenilem ſuis affinibus abigit torporem, & uigorem iuuenilẽ, ad honeſtos actus manu retrahit. meminiſti M. Port. Catonẽ, latinas literas iam tunc ſeneſcentẽ, Græcas uerò, iã nunc ſenẽ didiciſſe. eaq; ipſa ætate Socratem, poſt literas fidibus operam dare, Carneadem Philoſophiæ ſtudio cibi ſolitum obliuiſci, Platonem toto penè orbe peregrinantẽ die ultimo uel Sophronis Mimos ſub capite habentem, ut Valerius, uel ut ait Cicero, ſcribentem mori. Simonidem octogenarium, in certamen carminum deſcendiſſe, atq; ipſa ætate Chryſippum, & propè centenarios Iſocratem, ac Sophoclem præclariſsima edidiſſe uolumina. Et Solonem ſenem, poſt conditas ſuas ciuibus leges, Poëticæ inhiantem, ſemper deniq; literarũ ſitientem, & in ipſa demum morte diſcentem. poſſem exẽpla ſubtexere, eorũ ſenũ, qui ætate ultima res bellicas, ut ciuiles elegantiſsimè caluerũt, ſed mihi ad ſtudioſum alterius generis ſermo eſt. Et hæc quidẽ, atq; his ſimilia, ſenectuti mirabilia prorſus & glorioſa

ſunt,

ſunt, iuuentuti autem, uſq; adeò debita & ſua, ut nihil ſit pigro iuuene turpius, nihil inexcu-
ſabilius, nihil ad extremum deſperatius. quædam enim uitia annis cedunt, atque diminuun
tur, alia ingraueſcunt augẽtur q́ue horum è numero ſegnities eſt, itaque ſegnem iuuenem
quem uideas, quàm ſollicitum ſenem ſperes? quod attendens, cogitabis, ne qua tibi pars tẽ
poris ignaua præterfluat, neúe nulla tibi unquã, aut lõgioris aut tardioris ſpes ætatis blãdia
tur. breuiſsima enim ſimul & fugaciſsima eſt, & utrum magis incertum ſit, ex æquo conten
dit cum breuitate celeritas. nihil eſt uerè uita hæc, pro qua tanto tempore agimur, ac torq̃-
mur, & hoc ipſum nihil, nunquam ſtat. ſed dum quæritur, tanquam fumus euanuit. non
eſt iuuenibus expectandum, dum quid prompte faciunt lẽtè faciant, ſed in iuuentute pro-
perandum, unde ſenes gaudeant, mortui celebrentur, & ſepulti uiuant, uoliténtq́ue ut ait
Ennius, docta per ora uirum. hæc amice diſcendi ætas eſt, quod hæc ſtudioſa collegerit,
ſenectus docta, diſtribuet, quodq́; à multis acceperit, refundet in plurimos, in quærendis il-
lam, expectare dementia eſt, cui uel quæſita ſeruare difficile, neq; uerò ſtudioſos ſolos me-
morẽ, quibus ætas alia nulla eſt niſi hæc una quam degis, & corpore & ingenio prævalida,
& impedimẽtis libera, niſi q̃ ſibijpſa peperit, quibusue ſibi iter ipſa præſtruxerit, quod mul-
ti faciunt, qui ſcientiæ ac uirtutis ad quas deſtinabantur obliti. poſt cõcupiſcentias ſuas eũt.
neq; à uoluptate ſua auertuntur, donec ſuis pudor ac dolor, inimicis gaudium, uulgò ludi
brium effecti, undiq; inutiles, nec literis nec cõcupiſcẽtijs habiles, ad ſeniũ peruenire. Sed
ex alio quoq; genere hominum attingã paucos, quorũ te exẽpla ſollicitẽt, quæ cũ alias par
tes ætatis poſſent, ad agendũ fortia, hanc unã nullãq; aliam elegerunt, neq; uel modicũ diſtu
lerunt, neq; ſi diſtuliſſent ſucceſsiſſet, ut fecit. certè hac ætate, ſiã Achylles Troiã, Alexãder
Indiã pulſabat, Scipio Aphricanus occidẽtẽ fregerat, meridiẽq; frãgebat, Põpeius Magnus
Hiſpaniã prædomitiſq; prædonibus, maria cuncta pacauerat. hac ætate Druſus uerò Ger-
maniã fatigabat, iamq; ad diuortia Rheni, omnia populando ac uincendo peruenerat, tanta
q́ue animi uirtute eaq;(more iuuenũ) maieſtate, ut hoſtibus quoq; uenerabilẽ ſe, in omne
tempus efficeret. quod nec hodie Germani negant, uel diſsimulant, q; interdum fortè po
ſitus in ea terrarũ parte, perpẽdi, & ingenua huius noui Cæſaris & ſuorum procerũ cõfeſ-
ſione cognoui. Poſſem plurib. illuſtrioribus munire, his teipſum urge ſtimulis, his attolle
comitibus. Magnorũ ſequi ueſtigia ſeq; illis cõferre, magnis animis dulce eſt. neu dicas: Iu
uenis ſum, multũ mihi ſupereſt tẽporis. ut enim hoc dubiũ, ſic certiſsimũ illũ, quod nũquã
dies iſta reuertitur. Arripe eã ergo, ne tibi infructuoſa prætereat, & ut magnæ parti hominũ,
immò ferè cunctis hominibus, atq; in morẽ inter digitos effluat. Profectò aũt, ut quod nul
li unquã fuit, tibi certi temporis multũ eſſet, & huius tamen. & rerũ omniũ parſimonia, tũc
eſt utilis dũ abũdant, nempè cũ defecerint, ne quicquã admiſſa cuſtodias. quãobrem iterũ
atq; iterũ te moneo, & obteſtor, ne ullum diẽ per ignauiam labi ſinas, ſed omni ferò, tecum
ipſe calculũ ponas, tanquã diligens paterfamilias, cum ſuſpecto diſpenſatore: hoc egi ho-
die, hoc incepi, hoc didici, hoc doctior, hoc melior factus ſum. neq; enim minus ad uirtutẽ,
quã ad ſcientiam te cohortor, quẽ inutilem tibi diẽ præterijſſe deprehẽderis, nec uixiſſe te
credito. Amice diẽ perdidi, inq̃t, Titus Cæſar. id ſi dixiſſe laudatur, qui nõ alijs illa luce pro-
fuerat, quid dicturum putes, qui non profuit ſibi? Non poſſumus fateor libro ſemper incũ
bere, non ſemper ſolitarij & tranquilli eſſe, & nos fragiles, & mundus eſt turbidus & res
inextricabiles, hoc poſſumus, curare ne dies ulla ſine noſtra diſcuſsione, & in nos animi re-
flectione pertranſeat. quomodo enim aliena curabimus, ſi noſtra negligimus? ſedendo qui
dem ſtãdoq́;, licet & eundo, de ſe ſuiſq; de rebus in conſilio, in conſenſu, & quãq; Cicero-
ni aliter uideatur, etiam in cõuiuio, ſed lenius cogitare. uix tàm ſterilis ager, uix tàm durus
eſt animus, quem non iugis ac diligens cultura fœcundet ac leniat. quid de tuo igitur ſperẽ,
quem natura ipſa tractabilem fecit, ac fertilem? noſtram ergo, quod apud Tullium ait Ca-
to. ducem optimum tanquam Deum, immò quidem naturæ rerũq; omnium patrem Deũ
ipſum ſequere, altis te uocibus euocantem, omnesq; quos creauit redemitq; homines nõ
è cœlo tantùm, ubi in æternum regnat, ſed ex aſperrimo etiam tropheo quod pro nobis nu
dus, ſpinis coronatus, triumphator aſcendit, omnes inquam uocat, pauci illum audiũt. eſto

unus è paucis, alioquin nihil eſſe praſtaret. Audi illū & exaudi, à quo corpus atq; anima & ingenium accepiſti, per quem es, qualem te gaudemus, per quē eris, niſi reſpuis qualē te cupimus & ſperamus. non te hodie pluribus premam, certus hæc tibi, & multo etiam pau ciora ſufficere, ut qui ex te quid optem ego, quid ue alij qui te amant, tacito me licet intelli gis. unum tamē non obmiſerim, ne illis aures aut animum accommodes, qui obtentu ſtu dij Theologici, te nituntur à notitia literarum ſcholarium dehortari, qua ut ſileam reliquos, ſi Lactantius atq; Auguſtinus caruiſſent, neq; illæ ſuperſtitiones paganorū tā facilè ſubru iſſent, neq; iſte Ciuitatē Dei. tāta arte tātiſq; molib. erexiſſet. expedit Theologo p̄ter Theologiā etiā multa noſſe, immò ſi fieri poſsit, penè omnia, quibus cōtra inſultus carnaliū ſit inſtructus, certè ſicut unus eſt Deus cui omnia ſubſunt, ſic una eſt ſcientia, de Deo, cui bonæ omnes aliæ obſequūt. de his tamen libro ſecundo de doctrina Chriſtiana, ipſe idē diſputat Auguſtinus. lege ergo de illius conſilio, q̄ potes ſine propoſiti principalis præiudicio, & di ſce quantum dum ne ingenium aut memoriā afficias, ſemperq; memineris eſſe te Theologum nō Poëtā aut Philoſophum, niſi, inquam, tum uerus Philoſophus ueræ ſapientiæ eſt amator. Vera autem Dei patris ſapientia CHRISTVS eſt. his illud addiderim, ut in omni doctrina illa tibi præcipua cura ſit, nunquam abdita, quanquā obſcura, ſed quā uera, quàm clara ſint, quibus animū intēdis, ſunt enim qui de his maximè quæ nec ipſi alij intelligūt inaniter gloriantur, ſtultū genus, nam ut ueritas obiectum, ſic ni fallor claritas eſt fœlicitas intellectus, in omni autem ſanctitate ac uirtute expeditā illā & cōpēdiariam, Socratis ad gloriā uiā nunq; deleras, ut ſcilicet talis eſſe ſtudeas, qualis uis uideri, ſunt enim peſſimi qdā, q uideri uolūt optimi quaſi ut alios, ſic & Deū & cōſcientiā ſuā fallāt. Geminæ autē uitæ huius duces multos habes, utriq; tamē unus ſuffecerit Auguſtinus domeſticus tuus dux, quē uides, hac ipſa tua ætate, cū erroribus ac uitijs generoſo impetu magnificētiſsimè colluctantē, ſiquis in illo unquam uitæ error fuit, aut doctrinæ primus contraria ſublatus eſt uita, ſecundus manu propria diſcretiſsimo uolumine extirpatus eſt, ut nil ſit tutius, quàm uiri illius & uitam ſimul & doctrinam ſequi. hoc ne tibi unquam è memoria excidat. Extremum quæſo ut cum primum perueneris quo ſuſpiras, quod cito fore confido, contra canem illū rabidū Auerroim, qui furore actus infando, contra dominum ſuum CHRISTVM contra què catholicam fidem latrat, collectis undiq; blaſphemijs eius, quod ut ſcis, iam cœperamus, ſed me ingens ſemper, & nunc ſolito maior occupatio, nec minor temporis quā ſciētiæ retraxit inopia, totis ingenij uiribus ac neruis incumbens, rem à multis magnis uiris impiè neglectam, opuſculū unū ſcribas, & mihi illud inſcribas, ſeu tunc uiuus ero, ſeu interim abiero, ſemper enim tempus eſt omnibus & mihi inter alios, iam de habitu cogitandi. neu dubita defuturum tibi, uel ingenium uel ſtylum quamuis tuorum nonnullis ſolitum deeſſe aderit CHRISTVS ſuas res agens, qui tibi affuit uel naſcenti. Vale.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. IN EPISTOLAS RERVM SENILIVM AD SIMONIDEM SVVM,

Præfatio.

OLim Socrati meo ſcribēs, queſtus eram, quod ætatis huius, annus ille M.CCCXLVIII. omnibus me propè ſolatii, uitæ amicorum mortibus ſpoliaſſet. quo dolore, nam memini, quibus [illegible] & lachrymis cuncta compleueram, quid nunc primo & ſexageſimo faciam anno, qui cum cætera ornamenta fermè omnia, tum id quod chariſſimum unicū habui, ipſum mihi Socratem eripuit. Nolo per aliorū caſus ſtylum ducere, ne triſtis mihi fletū renouet memoria. & annus hic peſtilens, qui illum in multis locis peſt; hic maximè Ciſalpinam Galliam non æque [illegible] uit modo, ſed uexit, quique inter cæteras Mediolanum florentiſſimam, frequentiſſimamque urbem his hactenus malis intactam, penè funditus exhauſit, me quod nolim iterum [illegible] neque hac ætate, neque iis ſtudiis, neque omnino me dignas cogat. multa mihi [illegible] quæ nunc nego. ſpero non me flētem cernet amplius fortuna, ſtabo ſi potero, ſi minus, ſiccum ſternet [illegible] pior eſt gemitus, quàm ruina. ad id quod dicturus ſum progredior. Eſt ad Socratē liber Familiarium rerum noſtrarum, cor- pore

pore quidem ingens, & ſi ſineretur ingentior futurus, proinde quod illic præſagiebam uideo, nullus mihi alius epiſtolaris ſtyli, quā uitæ finis oſtēditur. itaq; ſiquid tale mihi deinceps, uel amicorum inſtātia, uel rerum neceſſitas extorſerit, ego enim rerum conſcius mearum, nō quid iam ſarcinis adijciam, quæro, ſed quid detraham, totum tibi inſcribere eſt animus, cui proſam familiariorem ſcio eſſe quàm carmen. quantum ſanè uel rerum uel uitæ ſuperet, incertum eſt, quantulumcunq; tamen id fuerit, boni conſules, quod & ſi modicum totum ſit, neq; uerò ſecundi loci ſortem indignabere, aut Socratem tibi prælatum credes, ſed memineris ea te mihi tempeſtate, nondum cognitum, qua opus illud inceptum eſt, in quo tam multa ſunt ad te, cui necdum Simonidis nomen indideram, quin hoc ipſum quicquid erit, quaſi enim iactum retis, tibi dono, eò gratius accipies quò ſerius. & libratiora enim & rariora eſſe ſolent, ſenum dona quàm iuuenum.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARUM DE REBUS SENILIbus, Liber I.

FRAN. PETRARCHA SIMONIDI SVO, S.

Fortunæ blanditias contemnendas eſſe.

IAm antè literularum tuarum aduentum, & Zenobium noſtrum defunctum eſſe mœſtus, & te Campanū fieri lætus audieram, gaudeo, hercle, ubi totus eſſe non poſſum, te quaſi dimidiū animæ meæ eſſe, ut de Virgilio ait Flaccus, dum quod cupio, & ſpero, ubicunq; fueris benè ac fœliciter ſit. Neq; uerò aliter eſſe poſſe perſuadeo mihi, tali hoſpite, Mœcenate, illo noſtrū omniū tali, hoc animo tuo, tali deniq;, & tàm fido tuarum uirtutum, tamq; indiuiduo comitatu. ad id quidem quod Mœcenas ipſe, tuq; poſt illum, tanta precum ui, me nunc etiam in Campaniam euocatis, quid aliud dicam, quàm mirari me, non ueſtros olim mihi planè notiſsimos affectus, ſed indefeſſam hanc inſtantiam, totiēs negata flagitantiū. nec rogando enim, nec expectando laſſamini, cùm ego iam non negando tantum, ſed tacendo ac uiuendo, propè laſſatus ſim. de hoc ſanè nihil noui eſt, ultrò citroq; quod dici poſsit, trita ſunt omnia. His omiſsis, unū dicam, quo intelligas, quos mihi nunc quoque, ni caueam blanditiarum laqueos mundus intexit, ſed ut tempter, falli nequeo, ſic edoctus ludis talibus, atque ut dicitur coactus ſum. Siquidem hoc ipſo tempore, quo me hic, noſter tantus tamquè unicus ac dilectus uocat, ubi niſi alia obſtarent, non alterius quàm ad mei ipſius propriam domum uocor, ſimul me hinc Romanus Cæſar, hinc Francorum rex certatim euocant, his promiſsis, hiſquè muneribus, iā præmiſsis, quæ ſi pergam exequi, & longum erit & uidebitur fabuloſum. Mirum prorſus, unde duobus principibus armatis, & unius inermis, & iam ſeneſcentis clerici cura eſt. nouiſsime uerum ſummus Pontifex, hic ſolitus Nigromāticum opinari, & ipſe me altis uocibus ad ſe uocat, duobus iā nunc beneficijs collatis, pluribusq; ſi pareā oblatis, hic enimuerò miri nihil, quoniam cauſa nota eſt, uult me ad officium Secretorū, quod Zenobius noſter geſsit, quodq; nec ipſe, nec prædeceſſor unquā ſuus habuiſſet, niſi ego illud oblatum mihi, perquā honorificè multos antè annos recuſaſſem. ſed ſenectus auaritiæ ſuſpecta eſt, ſperant forſitan me ſenem, & quod (ut prohibent) cupiditatem acuit ditiorem ſolito, amplecti, quod iuuenis inopsq;, nunquam uolui, ſed falluntur. cum præſertim egentiū amicorum, quorum me charitas tunc urgebat, tanto ſim factus egentior, inter quos ne longam tibi nunc ordiar mei doloris hiſtoriam, quàm præcidere potius, nitor ac ſeponere, & ſi liceat obliuiſci, Ioannes meus, tuus, noſter, immò CHRISTI ut Hieronymi utar uerbo. is Ioannes, qui te colere apud occiduam Babylona conſueuerat, inter uitæ durum ac breue antè ueſperā, immò uerò ante meridiem peregit, cum mutationis in melius ſpem dediſſet, credo quò gratior mihi mors eſſet. ſed non ita eſt. quod enim ad damni cumulum calcarq; gemituum, magna pars uerteret, uerti ego ad ſolamen; & quia ille melior obijt, ego lætior uiuo.

Omnibus ergo me uocãtibus, excuſationes obijcio, miras quidẽ, ſed præ alijs ſenectutem ueram illam nõ inficior, ſed ſando auctã, ad honeſtos enim & placidos labores, adhuc Deo præſtante, ſat ualidus, ad inuiſos decrepitus, atq; impotẽs factus ſum, quod ipſum inter naturæ dona cõnumero, ut & quod poſſe nolim, nec poſsim quidẽ, nec honeſta mihi unquã deſit excuſatio, cuius me ſæpè penuria, tædijs multis grauibuſque negocijs imparatũ obtulit. Ad hanc ſanè ultimã uocationẽ, cum me Põtifici excuſaſſem, nominaui te amice, idq; pro honore tuo feci. Dabis ueniam ſi erratũ eſſet. Cogitaui enim, ſi mihi quem ad tantam rem ut idoneũ elegiſſent, de alterius ingenio creditum eſſet artificis, ut par erat, uel æmolumentum acceptati, laborioſi fateor, ſed honeſti officij, uel repulſæ magnanimæ, tibi non defuturum decus. quod ſi mihi propter inobediẽtiam infeſti, meum quoq; de te indicium ſpreuiſſent, tamen tuum nomen, ſemper & tunc maximè, ueris laudibus proſequi meum duxi, quod quidem, ex alio quàm ex me tibi nunciatum malim, ſcribo autẽ, ut paratior ſis, reſpõſo, ſiquid hinc forſan audieris. Neque uerò Mœcenatis noſtri laude, laus tua caruit. ſcripſi enim, te cum illo agere, & illius è gremio poſcendũ ut appareat, tum in alijs multis, tum in hoc quoq;, qualis ille ſit uir, qui talia Eccleſiæ nutrit ingenia, cui olim Zenobiũ dediſſet, nunc ſi requiritur te daturus, ut de cõmunis patriæ laude tacuerim, quæ totius ciuiũ gloriæ, quaſi fons quidam, illum ſimul & uos genuit, & altos edidit, & altorem. reliquum eſt, ut noris me rumoribus aſperis, hinc atq; hinc pulſum, lætum minimè, ſed rationis auxilio rectum ſtare. quid de me ipſo ſtatuam, tamen adhuc dubium. & facile fieri poteſt, niſi nouum aliquid emerſerit, ut me audias, non poſt multos hos menſes, in transalpinam ſolitudinem rediſſe. plenus ſum Italicarum rerum. Vale.

Fran. Petrarcha Simonidi ſuo, S.

Pro conſolatione gratias agit.

PErgratam meis uulneribus medicinã, ſuauiſsima quidem, ac doctiſsima tua manus, adhibuit. ſolans me ſuper adoleſcentis mei obitu, quem uiuentem uerbo oderam, defunctum mente diligo, corde teneo, complectorq; memoria, quæro oculis, heu, ne quicquam. amantiſsime tu quidem iſtud ut omnia. ſed ô ingens uis amoris, & rationis imperio exempta, fles tu interim conſolator meus, & quod fieri ratio prohibet, amor cogit, fles tu illum nec immeritò. Quiſquis enim eſſet in reliquis, tu amator miratorq;, tuiq; nominis indefeſſus cultor euaſerat. quod mihi unum de multis indicium erat, immutari illum indies, magno niſu æui uitia tenerioris excutere. CHRISTVM teſtor, cui ille nunc uiuit, & cui ſæpè ſuſpirans precor funus meum, raptiq; animam recommendo, non ille me tibi, uel charitate uel extimatione prætulerat, neminem ille mortalium tibi æquabat, ſic in arce iudicij ſui ſtabas, is amor, ea mẽs erat, ea demũ uniformitas indicantis. in cæteris namq; pro ætatis inconſtantia uarius, In te unus ſemper, ſi quis fortè in comparationem tui ueniſſet, ſeniorũ in cõcilio palàm loqui ueritus, ſubmiſſa fronte, riſu tacito, ſententiã proferebat. Et ſi quando iuuenilis illũ ardor in uerba cõpelleret, reuerentiam cum dilectione certãtem cerneres, uerecundiam cum pietate, iure igitur illum fles, illumq; deſideras, qui te fleturus eſſet ut patrem, deſideraturus ut filium. ſed quoniam ius eſt, ut fortuna ſemel feriat, & non repetitis ictibus conficiat, quem inuaſit, unà nunc quoq;, uulnus alterum Socratem meum defles, quem mihi orbe alio genitum, primo ſtatim congreſſu frons, ingenium, uirtus, unanimem fecerant, ſic ut nunq; poſtea, uel momento temporis labare illi meis in rebus animum ſenſerim, fidemue lenteſcere, barbaricè nato homini, rarũ prorſus. ſed cõſuetudo lõgior, & cõuictus aſsiduus, noſterq; amor, ſic illũ morbus, ſic affectibus noſtris imbuerant, quaſi media natus eſſet Italia. noſter erat, noſtra omnia mirabatur, & penè iam oblitus originis, nil in terris, niſi Italiã ſuſpirabat. quid uis dicam: tanta illa transformatio ſtudiorum, ac naturæ & ſtupori omnib. & gaudio mihi erat ingenti, eò maximè. q; in meã gloriã reflecti quodammodo uideret, cũ haud dubie inter inmortales, primũ ille me ſibi animo feciſſet, hũc ego ante ortum alterius, toto fermè ſeptẽnio primo flore adoleſcentiæ primũ noui, tũ ſcilicet, dum haud procul Pireneis collibus, ſub incomparabili uiro almæ memoriæ, Iacobo de

Columna

Columna locorum præſule,magno & dulci coæuorum contubernio iucundiſsimè uiuere-mus.& ô cœli regnator,ô creator temporũ,ô ſyderũ moderator.unde hæc tanta uelocitas. nudiustertius id fuiſſe dicturus ſim,niſi quod præter unũ Leliũ noſtrum,de quo ipſo ſum dubius,nullũ penitus è cœtu illo ſupereſſe iam reor.ô fallax uita hominum,nec deſinimus longas hic,& tàm breui ſpatio inexplicabiles ſpes ordiri. ô laborum campus aſperrimus, ô errorum inſcrutabilis Labyrinthus,ô gemituũ trux paleſtra,hic infœlices agimur, hic ni timur,collidimur,exercemur,& qui furorum ultimus,hic gaudemus,extollimur,ſuperbi-mus,hic potentiã,hic honores,hic opes,hic imperia molimur,hic iniurias,hic rapinas uol uimus,hic uindictas,quid de nobis interea,nõ uentura tantũ dies,ſed hora etiã tẽpus pariat incerti,nihilq; aliud diu uiuendo conſecuturi,niſi ut ſoli ac mœſti,ut corporibus, utq; ani mis graues inter queſtus & lachrymas & deſideria ſeneſcamus.certè ego quod nudiustertius dixi,melius hodie dicturus.Quid enim niſi dies unus eſt uita hæc? isq; hybernus breuis turbidus.& ut multis mane,multisq; meridie interruptus,ſic paucisſimis perductus ad ueſperam,hodie,inquã,tanto & tàm delectabili comitatu,ſtadiũ hoc ingreſſus.ecce iã uix feſſus,& propè iam ſolus ad me tàm feror,neq; in hoc exoptato uotis omnibus longiuſculæ uitæ tractu,boni aliquid intelligo,niſi quod æquanimius fortaſsè morimur,ijs præmiſſis,qui dulcẽ nobis faciebant uitã,nil à tergo quod uellicet animum relinquentes,niſi cõtra opportunũ illud ac miſerũ,ſemper flendo in perpetuo mœrore , ut Satyricus ait, & nigra ueſte ſeneſcere,ſiue ut propriè quod eſt dicam,inter amicorum mortes ſæpè mori,nullum tuorum nouiſsimè relinquentem,cuius in oræ memoriaq;,poſt obitum ſis uicturus. & tu mihi nunc amabili prorſus iniuria,ac paterna,laborioſi huius triſtisq; negotij longitudinẽ imprecaris, dum tremere te ais,atq; horrêre,ne mihi ſuperſtes ſis.ego uerò ſuperſtitẽ te uolo,& hos pauculos,qui è tanta amicorũ acie iam ſoli ſuperant. Sint qui ultima iuſſa abeuntis excipiant,ſint qui oculos tegant,humi obruant,quãuis affatim illud mors faciet,hoc natura,ſed dulce eſt amicæ manus obſequium. nec ulla mihi aduerſus fortunam meam, grauiora querela eſt,quàm quod amicis antè diem ablatis,ſi quis huic numeri dies eſſet, ego durior adamante,teſtudine tardior,ac phœnice uiuacior,huc dilatus ſim.neu cumulus deſit offenſæ,quorum manibus ſepeliri optaueram,intereſſe non licuit ſepulturæ.Sed redeo ad Socratem,qui ad me non redit,nec me tamen animo deſerit,ut puto corpore licet abſceſſerit,cum unũ & triginta mecum annos fidelis expleſſet amicitiæ. alter enim fletus noſter uitæ quartũ & uigeſimũ non impleuit.quid nũc loquar? Dicerẽ,hei mihi ter & amplius,niſi quod luctũ pellere eſt animus,poſſem ſimul utinã, & dolorẽ pellere,nitar equidẽ. in quã rem tamen tuo mihi cõſilio utendũ uideo,quod & uirtus humanis caſibus altior,& qui dedit abſtulit.ignoſcẽdũ morti, ſuo iure uſa eſt, nec fortuna nobis accuſanda,nec natura,nec quærendus ordo,ubi nullus unquã fuit,cauendũq; quod in alijs aliquãdo rep̄hendimus,ne iure optimo reprehendatur in nobis.nec mirandum uerò quòd acerbus ille, hic maturus,adhuc uirẽs obijt,uterq; ſuũ uitæ tẽpus impletũ,noſtra nobis implenda ſunt, ſequẽdiq; quos præmiſimus,& quod millies diximus,iam tandẽ antè oculos habendũ.leuis eſt enim ſolius linguæ diſciplina,philoſophandũ nobis & rebus eſt,ſi re ipſa ſalui eſſe cupimus, hic figamus animũ,& quod loquimur,ſentiamus.ſequemur noſtros,quis hoc dubitat,ſequemur citò,ſtatim,nũc fortaſse,& certè nunc ſequimur.nam quid aliud agimus,oro te, dum quieti etiã uidemur,niſi properare & currere? currimus quidẽ omnes, & ſinguli currimus, & uiciſsim nos urgemus. quid hic opus eſt ſtimulis,ipſa noſtra nos uehit,ne dicã præcipitat natura,& pereuntib. applicat,nulla eſt mora.quid mœrori incũbere,aut torquere deſiderio animã iuuat? en confeſtim quos quærimus conſequemur,ad illos enim nos ituri ſumus, illi ad nos minimè reuerſuri, nempè neceſſarium hoc nobis, at illis irremeabile iter eſt. Quibus ita ſe habentibus,abſtinendum gemitu, & querelis inutilibus, propeq; illorum ſalute,oblationibus pijs ac precibus indulgendum, quas tu familiaris ac domeſtice conuiua CHRISTI, frequentes pro altero,te daturũ ſpondes,utq; id pro utroq; facias,quotiẽs ad mẽſam colloquiũq; domini tui ueneris,per memoriã noſtri, per amicitiæ fidẽ, etiam

atq;

atq; etiam obteſtor. hæc ſunt noſtri doloris utiliora remedia, quorum mihi non exiguam
portionem, more ac ſtilo illo tuo, ſenſuum largior, quàm uerborum in auguſtam partē epi
ſtolæ congeſsiſti. quæúe idcircò meis uerbis libens repeto, ut in meum animum, tuo ſtilo
transfuſa, meoq́; calamo mox in te refuſa, ſic mea fieri incipiant, ut tua eſſe non deſinant, re
percuſsi claui in morē, hinc illinc, affixa pariter ac ſuffixa memoriæ. utar hoc libens tuo mu
nere, quo nullum tempore aptius præſtari poterat, nullumq́; ſalubrius indigenti. efficacißi-
ſimus ad curandum ille eſt medicus, de quo maximè æger ſperat. Supereſt, ut quoniā mihi
ad tempus Socrates meus eripitur, neq; ut uides huic generi cōmunium ſcripturarū, ullus,
quod ſæpè iā diximus, niſi qui uitæ finis apparet, quod & ſi ſolito auidior ſim quietis, ami-
cis tamen interpellantibus, non reſpondere nefas ſit, nec ſine quadā (quam ualdè horreo)
nota inſolentiæ fieri poſsit, omnis ille familiarium rerum, iamq; ſenilium rerum ſtilus ad te
tranſeat, & alienigenæ hac in parte deditum ingenium, cōciui deinceps meo, uati ſacro, ob
eamq́; rem noſtro Simonidi conſecretur, tu es enim meus ille Simonides, quē prima huius
operis compellat epiſtola, quæ nōdum tamen ad te uenit, nec ueniet quidē ſola. illam certè
cum legeris quid huic deſit intelliges. Reliquum eſt, ut & tui honoris, & mei me ocij ſtu-
dioſum, ad IIII. Idus Ianuarias Patauio digreſſum perrexiſſe Mediolanum, quo eſſem ad
tranſitum alpium paratior, oderam namq; Italos tumultus, optabamq́; quamprimū hinc
abire, ut & tranſalpinum Helicona reuiſerem, quem iam prope decennium intermiſi, cuius
mei deſiderij ſimul ac tædij, ſatis te uno uerbo ſuperioris epiſtolæ finis admonui, Et ſiquid
fidei Pont. mihi Max. habuiſſet, te ſibi, quod abſens ſcripto feceram, pro me uicariū præ-
ſens darem. ſic ſimul & officio illi, totiens mihi oblato, cui uel ob hoc ipſum benè conſul-
tum uellim, non tantum benè, ſed magnificè, & tibi, ſeu neceſsitatibus ſaltem tuis, quas oc
cultare mihi uis, nec potes, tanto licet tempore, ac rerum ſpatio diſtractus, utrunq; proul-
ſum iri exiſtimans. uerum, omnibus, undiq; bello ardentibus, atq; armatis inter, aditus pau
cis inermibus non fuit, ſubſtiti ergo, reſponſum Pont. operiens, quod ſeu illis ſuo bello im
plicitis (multa enim & grauia inde narrantur) ſeu captis in itinere nuncijs, quod de multis
audiuimus, nondum habui, hoc unum ciuibus noſtris mercatoribus Mediolani agentibus
ſcriptum eſt, per ſuos reſpondiſſe Pontificem, ſi oblata reſpuerem, irem ſaltem ad eius præ
ſentiam, mecum ducens, quem officio idoneum iudicarem. quæ an uera ſint neſcio, ſed ſi
ita eſt, paratus eſto, uel mecum, uel cum literis meis illuc ire, ſi cætera enim clauſa perman-
ſerint, iter tibi patet æquoreum, ego quidem expectationis impatiens, atque in circuitu no
ua bellorum ſemina iacta conſpiciens, iam ferè cunctis fractis itineribus, Pado me credidi.
& quo in hoc ſtatu rerum, uix uolucris penetraſſet, ad V. Idus Maias Patauium redij, hinc
ex ordine iturus ad Cæſarem, tàm me crebris, tamq́; altis uocibus euocantem, ut diſsimula
ri amplius, illæſa uerecundia ac deuotione non poſsit. ſic accinctus in zephyrum, in boream
ibam, ut intelligas humanorum conſiliorum quanta conſtantia eſt, ſed hac quoq; , præter
ſpem, bello obſtruſa omnia repperi, neque minus hic angulus Venetorum, pacis olim ha
bitatio, atque alpes Noricæ, quàm reliqua feruet Italia, tum quæ alpibus uicina Germa-
niæ pars eſt, ſuis & ipſa motibus æſtuat. ita omne latus noſtri orbis, uno nunc tēpore Mars
infeſtat. quæ quamuis amico pacis animo, non moleſta eſſe nequeant, quia tum æſtiuam
requiem pollicentur, propè gratiſsima dixerim, tenſas nempe ad occaſum alas, atque ad ar
ctom inter alpes atque Apenninum, ſecus adriaci ſinum maris, nota contrahunt, ac detinēt
ſtatione, huc tum, ſiquid mihi nunc ſcripturus es, ſcribe. & quoniā te littoribus Siculis, mor
te regis auulſum ſuſpicor, illud quoq; ne ſubtrahas, tua omnia noſcendi auido, ubi, quàmq;
ſuauiter, teq́;, tuumq;, immò equidem noſtrum ducem, inſtabilis fortuna depoſuit. Vlti-
mum eſt, ut exoptatum diligentiæ tuæ munus, promiſſumq́; non differas, bibliothecæ hu-
ius ornamentum, in qua mihi omnis requies oblectatioque animi, atq; unicū iam uitæ ſo-
latium remāſit, propera, per omnes cælicolas oro te, & arculæ noſtræ fidē adhibeto, quod
cum mihi contigerit, nil magnopere in terris amplius optabo, nempè qui iam ſpe ſola eſſe
ror. itaq;, & ſi librorum nihil acceſſerit, ijs ipſis qui nō pauci ſunt, neq; ignobiles, meo diues
ſatis

ſatis ipſe iudicio, opibus Crœſum uinci, omnesq́ noſtrorum locupletum arcas æquè parui pendo. Viue, & uale noſtri memor *VI.* Idus Iunij.

Fran. Petrarcha Talauando Albanenſi Epiſcopo Cardinali, S.

Honores oblatos recuſat.

Literas pridē tuas amantiſsime Pater, inq́ illis Apoſtolicū præceptū, reuerenti gaudio ſtupens legi, ad quas familiaris tui illius feſtinatio, iuſtū reſpondendi ſpatium non dedit, reſpondi tamen ut potui, idq́ ꝑbreuiter, ſed puræ, & quod literis defuit, notæ fidei nūcio cōmiſiſſe contentus fui. ecce nunc iterum alijs atq́ alijs, de eadem re & literis pulſor & nuncijs, quibus & ſtupor meus creſcit, & gaudium. nam quis, quæſo, non ſtupeat ſimulq́ non gaudeat, ſi amicus ſit, uicario IESV CHRISTI, qui me magicū non tantū ſuſpicari, ſed affirmare ſoleat, opinionē hāc de me, falſo conceptam, ſemperq́ hactenus cōtra tuum eloquium, ac multorum illam extirpare uolentiū, pertinaciter defenſam, nunc repentè non modo depoſuiſſe, ſed opinione alia permutaſſe, tàm diuerſa, ut cuius horrere uideretur alloquium, atque aſpectum eius, nunc ſecretam conuerſationem, ac fidele obſequium, donis poſcat ac precibus? Magna uis ueri eſt, impelli poteſt, proſternique mendacio, non extingui. Per ſe ipſum, cum aliquandiu iacuerit, altius aſſurget, & clarius. Parcat autem illi Deus, qui falsè illius opinionis auctor fuit. magnus ille quidem uir, nempè tu ordinis non ultimus, & præterea iuriſconſultiſsimus, quodq́ mirabiliorem facit errorem, & experientiæ multiplicis, & prouectæ admodum ætatis, niſi fortè nō error ille aliquis, ſed odium ſolum fuit (quamuis error nullus, maior poſsit eſſe quàm crimen, neq́ uerò tàm turpiter quiſquam errat, quamlibet ridiculum aliquid, ineptum ſibi ignorans finxerit, quā qui ſciēs Deum odit, aut proximum, quæcunq́ demum fuerit cauſa, magicum ille me dixit, nec erubuit afferre rationem, quod Virgilij libros legerem, ſeu legiſſem, & inuenit fidē: En ingenia quibus rerum ſumma commiſſa ſit, de his uerò quotiens riſerimus, tu noſti, eoipſo nōnunquam præſente, cui delator meus perſuaſerat, donec illo tandem, ad Papatum euecto, res ludicra eſſe deſijt, atq́ ad iram tuam uergere cœpit, ac dolorē meū. Non quod aliquid ab eo magnopere cuperem. ambitiones meæ notæ tibi omnes ſunt, ſed cum Benedictus adoleſcentiam, & iuuentam Clemens meā, nō dico Innocentem, ſed à turpibus ſtudijs ac maleficis artibus abhorrentē agnouiſſet, ſenectutem meam Innocentio ſuſpectā eſſe, nō dolere non poteram. Proinde per id tempus, quo ille conſcenderat, neſcio, an unquam reuerſurus, inde abiens, dum tu me ualedicturum, ipſo etiam uolente ducere uoluiſſes, abnui, ne aut illi mea Magica, aut mihi moleſta credulitas ſua eſſet. ſcis me uerū loqui, teq́ non ſemel fruſtra nixū, ne inſalutato illo proficiſcerer. En quid mihi uenenoſa uox contulit, unius uiri, cui nulla quidem in me odij ratio erat, ſed ſine cauſa nihil fit, oderat ille me, non propter me quidem, ſed propter illū, cui familiariſsimum me fuiſſe meminerat, propter quē & te ipſum oderat, ſed odij ſibi cōſcius iniuſti, erga utrūq́ noſtrū, ſimulator callidus, amicitiā fingebat (nota tibi cōmemoro) ſicut ſepulto illi, ipſius nec lenitus morte, ipſis bellum cineribus indixerat. ô triſtis & cæca rabies animi, propagatrix peſtilens odiorū. certè ſi inimicos diligere dominico iubemur imperio, quid ijs fiet, quibus inimicos etiam extinctos odiſſe non ſufficit, niſi amicos illorum omnes immortali odio inſequantur, ſiue autem uiuax odium, ſiue pudor mutandi quod dixerat, cauſa eſſet, ſuggeſtionem hanc aluit ille dum uixit, & quā plātauerat irrigauit, gratias Deo quot mendaciū ueritas, mors mendacē uicit. Non credit profectò Magum Pontifex, quē ſecretariū uult, nec ſcœleſtis operā dare carminibus, quem interioris thalami archano dignum, & ſacris aptum cenſet epiſtolis. magnas ſibi pro tantis honoribus, nec minores pro tali errore depoſito, grates ago, & ſi enim opinionibus uagis ac falſis, quanti nequeant conſtantes animi, ſine quodam tamē angore nō fuerat, apud animum meum falſa licet opinio, tanti uiri, neq́ ullo pacto uelim diuturnā adeò fuiſſe, ut de me talia ſentientē, uel mea illū, uel ſua dies ultima inuentura fuerit. Scio autem expectari reſponſum meum, & quamuis humilitatē meam illinc, & Pōtificis pietas, & tua humanitas, & amicorum preces & lachrymæ, uehementer trahant, hinc meorum conſilia

impellant,

impellant, fixus tamen in propoſito primo ſum. nil eſt penitùs quod immutem, quæres apud alium, ſi agenda ſit, plurimum haud dubiè uerborum egeat, tibi meis in rebus, nõ tantum ſermo breuis, ſed ſilentium ſat eſt, tecum enim meo iure Dauidicum mihi illud uſurpo, domine ante te omne deſiderium meum, & non quidem gemitus. qui mihi de rebus iam labentibus nullus eſt, ſed certè ſuſpirium meum à te non eſt abſconditum. Quid uelim, quid optem, quid ambigam, quo ſuſpirem, non mihi notius quàm tibi eſt. quid igitur multis agam? uideo me uocari ad luctam, ad honorem, ad laborẽ, ferè cunctis optata mortalibus, mihi uerò cum multis nihil conuenit. proinde nec fortuna mea, nec animus lucri egens, nec profeſsio uitæq; genus honorum talium, neq; occupatio, ætasq; deuexior laborum. excuſabis me iterum Pontifici, ne quod modeſtiæ eſt, inſolentiæ tribuatur. quod ſæpè me honeſtauit, tuum modò me defendat eloquium, nominaui duos compatriotas meos, & ſi tanto officio par creditus, æſtimator aliorũ dignus cenſor, eſt uterq; digniſsimus. ego tamen, qui effectum rei celerem ac fœlicem cupio, nam utrunq; literis meis experiri uolui, & quod uaticinabar reperi. alter onerosum reſpuit honorem. alter ſi requiritur præſto eſt. Vbi nam uerò ſit, quærendus, & quicquid in rem eſt, tuus hic nuncius nouit, hoc extremum Papæ dicito, ſi hunc habet, me quidem, & quicquid ex me quærebat, plusq; aliquid inuenerit, Vna eſt patria, unum nomẽ, unus animus, unum ingenium, unus ſtylus, uita illa clarior, & ſacerdotio inſignis. Vale. Eccleſiæ decus ac noſtrum.

Fran. Petrarcha Ioanni Boccatio. S.

De uaticinio morientium.

MAgnis me monſtris impleuit frater epiſtola tua, quàm dum legerem, ſtupor ingens cum ingenti mœrore certabat. uterq; abijt, dum legiſſem. quibus enim oculis niſi humentibus, tuarum lachrymarum, tuiq; tàm uicini obitus, mentionem legere potui, rerum neſcius omnino, ſoliſq; inhiãs uerbis? ubi demum in rem ipſam internos flexi oculos, defixiq;, mutatus ilicò animi ſtatus, & ſtuporem ſepoſuit & mœrorem. Iam primũ quod erat, in ipſa literarum fronte prætereo, ubi dum uerecundiſsimè ſimulq; reuerẽdiſsimè, non te auſum dicis, præceptoris tui inclyti, (ſic me nimia tua uocat humilitas) cõſilium improbare, quod Muſas totumq; ut ais helicona, mecũ trahẽs, cuius olim ut ſcis, inops plebeiuſque incola fueram, nunc iam peregrinis abſtractus curis, penè exulſum, quaſi damnatis Italis, & indignis induſtriæ meæ fructu, meique præſentia iudicatis, in Germanos ſiue Sauromatos (uerbo tuo utor) ultimos, commigrare decreuerim. multo me fateor, efficacius reprehendiſti, quàm ſi totum eloquentiæ tuæ flumen, in Satyrã effundiſſes. Equidem gratulor hunc tibi eſſe animum, atque hunc zelum, ut quod Maro ait, omnia tuta timẽs, mœtu magis abundes, quàm amore deficias. Tibi uerò amice cui meorum conſiliorum, nihil occultum uelim, totum læſe mentis archanum pando, me ut Italicæ telluris aſpectu. ſatiari nequeo, ſic quod nuper Simonidi noſtro ſcripſi, Italicarum rerum uſq; hercle. ad faſtidium plenum eſſe, & ſæpè hinc mihi in animum ueniſſe, nempè non in Germaniam, ſed in aliquas mundi latebras me conferre, ubi procùl ab hoc ſtrepitu, inuidiæque turbinibus, quibus me non tàm utique mea ſors, quæ me iudice, neſcio an contemptum, ſed certè inuidiam non meretur, quàm hoc undecunque partum nomen expoſuit, (benè latitans, benè uiuerem, ſi datum eſſet, ac morerer) & feciſſem, niſi quia quo me animus urgebat, fortuna iter obſtruxerat. At quid nũc ad arcton intenderam, non huius quid audiſti propoſiti mens erat, neque enim in illa barbarie. Inque illa cœli inclementia: terræque duritie requiem quæro, ſed uerecundi modeſtimque prorſus obſequi, quod ſcilicet Cæſari noſtro, totiens tantiſque me precibus euocanti, breuẽ mei præſentiam denegaſſe, non ſuperbiæ modo, ſed rebellationis aut ſacrilegij cuiuſdam uideretur, quandoquidẽ noſtri maiores, ut apud Valerium legiſti, eum qui uenerari principes neſciret, in quodlibet facinus procurſurum crediderit. parce aũt metui, & querelis parce, nam & hac quoq; bello clauſum iter, haud inuitus offendi, mira res dictũ, quo libenter ibam, libentius non eo, ſatis & deſiderio Principis, & meæ fidei fuerit, ire uoluiſſe, de reliquo fortuna culpabitur. His omiſsis ad id uenio,

id uenio, quo me adeò prima lectione concuſſum dixi. ſcribis, neſcio quem Petrū Senenſem patria, religione inſigni, & miraculis inſuper clarum uirū nuper obeuntem, multa de multis, inter quos de utroq; noſtrum aliqua prædixiſſe, idq; tibi per quendam, cui hoc ille cōmiſerat nunciatū, ex quo exactius dum quæreres, quemadmodū ſanctus ille uir, nobis incognitus, nos nouiſſet ſic reſponſum, fuiſſe illi propoſitū, ut intelligi datur, pium aliquid agere, quod cum implere denunciata ſibi ut augurot morte, non poſſet, oraſſe Deum efficaci, & ad cœlū peruētura prece. rebus idoneos uicarios deſignaret, quibus negatum, ſibi cœpti ſeu deſtinati operis exitum, diuinitas largiretur, cumq; familiaritate illa, quæ Deū inter iuſtiq; animam eſt, ſe intelligeret exauditum, ne quid in re dubij foret, CHRISTVM ipſum habuiſſe præſentem, cuius in uultu omnia cognouiſſet.

Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahantur

Non ut apud Maronem Protheus, ſed plenius multoq; perfectius ac clarius, nam quid o-ro non uideat, illū uidens, per quem omnia facta ſunt: illum oculis uidiſſe mortalib. magna res, fateor, ſi uera. uſitatum enim ac uetuſtum eſt, pleruncq; mēdacijs fictiſq; ſermonib. uelum religionis, ſanctimoniæq; prætendere, ut humanā fraudē tegat diuinitatis opinio, de quo in præſens prонūcio, cū ad me defuncti nūcius illi peruenerit. Quē ad te primū, quod eſſes fortè uicinior, expoſitiſq; mādatis, mox Neapolim, inde mari in Gallias atq; in Britāniam perrexiſſe ſignificas, nouiſſime me uiſurū, & mihi uirilē mandatorū partē, ex ordine prolaturū, tum demū, quantū apud me ſit fidei reperturus uidero. Aetas hominis, frōs, oculi, mores, habitus, motus, inceſſus, ſeſsio, uoxq; ipſa, & oratio, & ſuper omnia cōcluſionis effectus, ac loquētis intentio ad cōſiliū uocabunt. nunc quantum ex tibi dictis elicio. Vos duos alioſq; nōnullos, ex hac uita deſcēdens, ille uir ſanctus uidit; ad quos quædā ſecretiora cōmitteret, huic ſuæ huiuſmodi ultimæ uolūtatis executori, induſtrio ut tu extimas ac fideli, hæc ni fallor hiſtoriæ ſumma eſt. Cæterū quid ex hoc alij audierint in dubio eſt, tu quod ad ſtatum tuum attinet duo hæc. (nam cætera ſupprimis) audiſti, Vitæ tuæ terminum inſtare, paucorumq; tibi iam tempus annorum ſupereſſe. hoc primū tibi. Præterea Poëtice ſtudium interdici. hoc ſecūdum ultimūq; hinc illa cōſternatio mœrorq; ille tuus, quem legendo meum feci, meditādoq; depoſui, & tu ſi mihi aurē, immò ſi tibi, ſi rationi inſitæ, animum præſtas, abijcies, & uidebis inde te doluiſſe, unde potius ſit gaudendum. Nō extenuo uaticinij pōdus, quicquid à CHRISTO dicitur, uerū eſt. fieri nequit, ut ueritas mentiatur, at id quæritur, CHRISTVS ne rei huius autor ſit, an alter quiſpiā ad cōmenti fidē. quod ſæpè uidimus CHRISTI nomen aſſumpſerit. eſto aūt, inter ignaros huius nominis res agatur, ſi Poëtis, ſi Philoſophis gentiliū fides eſt, multa uaticinari ſolitos morientes, & Græcorum literæ loquuntur & noſtræ. Vides ut Hector Homericus, mortem uaticinetur Achilli; Virgilianus Herodes Mezentio, Ciceronianus Theramenes Critiæ, Galanus Alexandro, & quod eſt ijs ſimilius, quæ te premūt, apud Poſsidoniū philoſophū ſua ætate chariſſimum, Rhodius quidā moriens, breui poſt ſe morituros, ſex ex equæ queuis ſuis nominat; & quod plus eſt, ordinē adijcit moriendi. de quarū rerū uel ueritate, uel cauſa diſputandi nō eſt locus. Sed ut hæc & quæ ſimilia traduntur ab alijs, poſtremò quæ terrificator hic tuus nunciat uera ſint. quid eſt tamen, quod te uſq; adeò permoueat, uulgaria & nota cōtemnimus, inopina nos quatiūt ac perturbāt, An tu quæſo modicū uitæ eſſe quod ſupereſt, ſi iſte tibi nō diceret ignorabas? quod hæc hodie natus infans, ſi ratione uti poſsit, ignoret, omnium uita mortaliū breuis eſt, ſenijq; breuiſsima, & ſi ſæpè præter opiniones ſpeſq; hominum, quod quotidie querimur ac lugemus: naſcendi ordinē mors præuertat, ut ex uita, qui huc ultimi uenere, primi abeant. profectò fuimus umbra, ſomniū, præſtigiū, nihil deniq; niſi luctus, & laboris area, uita eſt, quæ hic agitur, quod unū boni habet. ad aliā uitam uia eſt, alioquin non contemptibilis modò, ſed odioſa prorſus, ac miſera, & de qua cōſideratiſsimè dictum ſit, longè optimum non naſci, proximum quàmprimum mori. neue ſuſpecta ſit pagani hominis præciſa ſentētia, Hebræorum ſapientiſsimus illi accidit, immò uerò quod & Ambroſius fratris obitū deflens, ſuo more ueſtigat, & ſic eſſe diſcuſſa temporū ratione deprehenditur, nō ille Philoſophos, ſed illum Philoſophi ſequunt. cuius ego ſenſum tibi, de Ambroſio po-

ſio potiùs, quàm Salomone deſcripſerim, ut dicto uni duplex eſſet auctoritas. Sic ergo ait
Non naſci lõgè optimum ſecundum ſancti Salomonis ſententiam, ipſum enim etiam, ij
qui ſibi uiſi ſunt in Philoſophia excellere ſecuti ſunt, nam ipſe illis anterior, noſtris poſteri-
or, in Eccleſiaſtem locutus eſt. Et laudaui ego omnes mortuos, qui iam defuncti ſunt, ma-
gis quàm uiuentes, quicunq; uiuunt uſq; adhuc, & optimus ſuprà hos duos, qui nondum
natus eſt, qui non uidit opus malum, quod factum eſt ſub ſole. nec ita multo pòſt. Et hoc,
inquit, quis dixit, niſi ille qui ſapientiã popoſcit, & impetrauit? & mox paucis de ſapien-
tia illius interpoſitis, quem igitur, ait, non latuerũt cœleſtia, quẽadmodum laterent morta-
lia, & de ſuæ conditione naturæ, quã in ſe expertus eſt, errare aut mentiri poteſt. ſed nõ ſo-
lus hoc ſenſit, & ſi ſolus expreſsit, legerat ſanctũ dixiſſe Iob. Pereat dies illa qua natus ſum.
cognouerat naſci malorũ omnium eſſe principium, & ideo diem qua natus eſt perire op-
tauit, ut tolleret origo incommodorum. Poſt hæc Dauid ac Hieremiæ teſtimonio adhibi-
to ſic concludit. Si igitur, inquit, ſancti uiri uitam fugiunt, quorum uita, & ſi nobis utilis, ſi-
bi tamẽ inutilis extimatur, quid nos facere oportet, qui nec alijs prodeſſe poſſumus, & no-
bis uitam hanc, quaſi funebrem pecuniam, uſurario quodam cumulo graueſcente, onera-
ti, indies peccatorum ære ſentimus. quæ ſi dixit Ambroſius, ſi tales ante eum uiri dixerant,
quid miſer ego dicturus ſim, cuius uita nõ ſolũ peccatis obnoxia, atq; oppreſſa, ſed tota nil
niſi temptatio ac peccatum eſt? Verum etſi multa hic, & dicantur ab alijs, & à nobis etiam
dici poſsint, quos malorum experientia doctos fecit, tamen tibi uel iſta ſuperfluunt, neq;
enim docendus mihi, ſed excitandus es, ut memineris, quid diuini homines, quid tu ipſe
hac de re ſenſeris antequàm tibi repentinus ſtupor tui memoriam extorqueret, ex quo ta-
men, huc loquẽdo peruenimus, inſiſtam paululum. Quamuis igitur hæc ut dixi, ab ingen
tibus uiribus diſputata atque firmata ſint, ſic ut non tantũ rationibus, ſed auctoritate etiam
præmãt ſua, non alienum fuerit fortaſſe, qui de ijs ipſis alijs ſenſerint audire. Sunt autẽ duo
hæc, unum quod hæc noſtra quæ dicitur uita mors eſt, hoc iuuenis Cicero ſexto Reip. li-
bro ſcripſit: idem ſenex, Tuſculanarum quæſtionum prima luce repetit, alterum eodem
Tuſculani libro primo poſuit, non naſci homini longè optimũ, proximũ quàmprimũ mo-
ri. Vtrunque fortaſsis & Cicero ipſe, alibi, & multi alij dixerunt, & primum quidem tam
etſi innumerabilibus uitæ malis, non uerum modò, ſed uerißimum uideatur, ſimpliciter ta-
men uitam mortem dici, animoſum potiùs arbitror, quàm uſquequaque uerum aut libra
tum ſatis. quid uerò? placet Gregoriana illa moderatio, è ſermone illo quotidiano. Tem-
poralis, inquit, uita æternæ uitæ comparata, mors eſt potius dicenda, quàm uita. hoc & tuti-
us & ſalubrius dici puto. de ſecundo autem & de utroque, quamuis ut uides maximi ſint
auctores, quid tamen uir doctus & eloquens Lactantius Firmianus hinc ſenſerit, non alie
num uidetur inſerere, qui libro Inſtitutionum, non recordor quoto, impatientiam arguẽs
humanam. Quid dicemus ergo, ait, niſi errare illos, qui aut mortem appetunt, tanquam bo
norum, aut uitam fugiunt, tanquam malum, niſi quia ſint iniquißimi, qui pauciora mala
non pẽſant, bonis pluribus. Nam cum uitam omnem, per exquiſitas & uarias traducãt uo-
luptates, mori cupiunt. ſiquid fortè ijs amaritudinis ſuperuenit, & ſic habent, tanquam illis
nunquam fuerit benè, ſi aliquando fuerit malè. Damnant igitur uitam omnem plenamq;
nihil aliud quàm malis opinantur, hinc nata eſt inepta illa ſententia, hanc eſſe mortẽ, quàm
nos uitam putemus, illã uitam, quam nos pro morte timeamus, ita primũ bonum eſſe non
naſci, ſecundũ citiùs mori. quæ ut maioris ſit autoritatis Sileno attribuitur, Cicero in Con
ſolatione. Nõ naſci, inquit, longè optimum, nec in hos ſcopulos incidere uitæ, proximum
autem ſi natus ſis, quàmprimum, tanquam ex incendio effugere fortunæ. credidiſſe illũ ua
niſsimo dicto, exinde apparet, quod adiecit de ſuo aliquid, ut ornaret. quæro igitur, cui eſſe
optimum putet non naſci, cum ſit nullus omninò qui ſentiat. nam ut bonum ſit aliquid
aut malũ, ſenſus efficit, deinde cur omnem uitã, nihil eſſe aliud quàm ſcopulos & incen-
dium putauerit, quaſi aut in noſtra fuerit poteſtate ne naſceremur, aut nobis uitam fortu
na tribuat non Deus, aut uiuendi ratio, quicquam ſimile incendio habere uideatur. hæc
Lactantius. Ecce autem, ne me cuiuſquam ſententiæ addictum putes, & auctores &
ſenten

ſententias diſcordantes, in medium ſciens uolensqúe connexi, & tu eliges, ut uiſum erit, et ſuo ueritas loco ſtabit. ego autem ut ad rē redeam, unum hoc dixiſſe uelim, quicquid horum quæ multa diximus ſit uerius, nobis tamen hæc uita, ut non nimis amanda, ſic uſq; ad exitum tolleranda eſt, perqúe hanc ipſam, ad alteram, quaſi per prædurum iter, ad optatam patriam aſpirandum. equidem iam non nati eſſe non poſſumus. at ſi uita anceps, ſi periculoſa, ſi mala eſt, de quo ut puto nemo uiuens dubitat, niſi qui uanis uoluptatibus excæcatus, ueram ſui notitiam iuditiumqúe perdiderit, conſequens eſt, rei malè bonum atque optabilem finem eſſe, & ſi flenda uita eſt, quod de uita forſan per ſeipſam extimata non negem, non quod deſinat flendum eſſe, ſed quod cœperit. ꝙ & quaſdam gentes fecere ſolitas accepimus, quibus naturalē eſſe Philoſophiam, iure dixerim, in ortu ſuorū flentibus, in fine gaudentibus, quē timenda non tàm delectatio uitæ breuis cauſa eſt, ꝗ ſupplicij, pauor æterni. quod ut trahi poſsit, uitari utiq; niſi uirtutis & miſericordiæ ope non poteſt, ſed nec trahi quidem. Non mors itaque metuenda, quæ fruſtrà metuitur, ſed corrigenda uita eſt, quæ res una, ne mors ſit formidoloſa, præſtabit, habenda nobis interim ipſa cū morte familiaritas quædam, nec tantum nomen illud horribile, ſed rei ipſius extimatio, atque imago in commercium arceſſenda, ut quàm ſæpè meditati erimus, uenientem excipiamus intrepidi, nec ut incognitam horreamus. hæc Platonis, hæc poſt eum Philoſophorum excellentium doctrina eſt, qui Philoſophiam ipſam omnemq; ſapientium uitam meditationem mortis eſſe diffiniunt, quod & Paulus ſentiebat Apoſtolus, ubi ſe quotidie mori ait, nemo enim amplius quàm ſemel naturaliter mori poteſt, ut ſæpius moriamur, & rem uulgi opinione durisſimam conſuetudine leniamus, meditatio frequens efficiet, non natura. quæ qualis fuerit Philoſophis, norunt ipſi Nunc clarius multo quàm prius, noſtra id eſt Chriſtianorū meditatio CHRISTVS eſt, uitaliſq; CHRISTI mors, ac de morte uictoria, non poſſum ſecludere quod ſe ingerit de hac re conſilium Ambroſij, libro eodem, de uitæ obitu fratris. nec miraberis hoc auctore uti me, qui iam propè decennium Mediolanenſis, totoq; quinquēnio ſuus hoſpes fuerim. ait ergo. Quid eſt CHRISTVS niſi mors corporis, ſpiritus uita, & ideò commoriamur cum eo, ut uiuamus cum eo. ſit quidem quotidianus in nobis uſus, affectusq; moriendi, ut per illam quam diximus ſegregationem, à corporeis cupiditatibus anima noſtra ſe diſcat abſtrahere, & tanquam in ſublimi locata, quo terrenæ adire libidines, & eam ſibi glutinare non poſſunt, ſuſcipiat mortis imaginem, ne pœnam mortis incurrat. mitto alia, & hæc ipſa, ſi plura ſunt, quam uoluiſſes ignoſcito, eo enim pergunt, ac te retrahunt, unde te mœror abduxerat, ut nec ualde uitam diligas, neque uitæ finem oderis, aut metuas, neque propinquum iam prouectæ ſtupeas ætati, qui nunquam pueritiæ uel infantiæ longè erat, & ſi longisſimè fingeretur. illud potius mirare contigiſſe tibi, quod neſcio an cuiquam alteri, præter Ezechiam regem omnibus ſæculis acciderit, ut ſcilicet tui uatis elogio certus ſis, aliquot annos uitæ tibi nunc etiam reſtare, neque enim tàm pauci eſſe poſſunt, quin ſaltem duo ſint, ſic ubi nemo mortalium diei unius, nemo uel horæ intelligere, tu annorum teneas ſponſionem, niſi fortè proximam nuntianti mortem creditur, non ſic uitæ ſpatium exprimenti. Et eſt hoc ſanè in his uanitatibus importunum, ut ex malis nuncijs timor, dolorqúe certus oriatur, & bonis inane gaudium, ſpes incerta, utcunque res caſura eſt, an non Virgiliani carminis meminiſſe oportuit:

Stat ſua cuiq; dies, breue & irreparabile tempus
Omnibus eſt uitæ, ſed famam extendere factis
Hoc uirtutis opus.

Factis inquam, non tenuem famæ ſonum aucupantibus, ſed uirtutem ipſam, quæ neceſſario è ſeuere gloriæ umbram iacit. dicerem ſalutare, diceremq; unicum in hac rerum perplexitate conſilium, ni Poëticum, ſciens auribus tuis parcerem, ab hac omni conſideratione prohibitis, qui multum mihi maior priore ſtupor incidit, nam ſi id ſeni, ut aiunt, elementario diceretur, æquo animo pati poſſem. ſenuiſti, iam uicina eſt mors, age res

animæ, intempeſtiuum ſenibus, amarumque negotium literarum, ſi nouum atque inſo-
litum proponatur, ſin una ſenuerint, nil dulcius. Seram hanc igitur curã linque, ſine Mu-
ſas Heliconias, fonteq́ꝫ Caſtaliũ, multa puerũ decuerãt, q̃ dedeceant ſenẽ, fruſtrà niteris, tor
pet ingeniũ, memoria labaſcit, oculi caligant, omnesq́ꝫ corporei ſenſus hebent, nouoq́ꝫ ã
fragiles ſunt labori. memẽto uiriũ, & metire ꝙ aggrederis, ne irritis conatibus mors irrum-
pat. Fac potius, ꝙ ſemꝑ benefit, quodq́ꝫ cũ omni ætati ſit honeſtũ neceſſariũ eſt, extremè.
hæc horũq́ꝫ ſimilia inchoanti ſeni, quid'ni grauiter ac magnificè dicerent, indocto aũt, ſum
mũq́ꝫ iam habenti, cur dicantur neſcio. ecce iam morti ꝓximus, linque ſeculares curas, pel-
le reliqas uoluptatũ, malas cõſuetudines, reforma animũ ac mores, Vt Deo placeas, noui-
tatẽ & renaſcẽtia uitia, q̃ hactenus abſcindebas, radicitus nũc extirpa, in primis auaritiæ ſtu
diũ, ꝙ ſenib. cur annexũ ac peculiare ſit admiror, hoc unũ ſtude, & hoc cogita, ut paratus,
ut ſecurus ad extremũ uenias, optime, inq̃, prudẽterq́ꝫ, linque literas ſeu Poëticas ſeu quaſ-
cũq́ꝫ alias, in qbus nõ iã tyro ſis, ſed emeritus ueteranus, in qbus qd tenendũ, qd reſpuẽdũ
tibi ſit noueris, in qbus deniq́ꝫ nõ iã labor, ſed oblectatio uitæ ſit, iucũditasq́ꝫ repoſita, hoc
certè, qd ſit aliud nõ uideo, niſi auferre ſolatiũ ac ꝑſidiũ ſenectuti. qd uerò ſi qd tale Lactan-
tio dictũ eſſet? quid ſi dictũ & creditũ Auguſtino, dicã ꝙ in animo eſt. neq́ꝫ ille tã ualidè pe
regrinarũ ſuperſtitionũ fundamẽta cõuelleret, neq́ꝫ iſte ciuitatis Dei muros tanta arte cõſtru
eret, aliquantoq́ꝫ Iouinianus Iuliano, atq́ꝫ alijs pari impietate latrantib. reſpõderet. qd tan-
dẽ ſi Hieronymo, quãuis id ipſe dictũ memoret, et ꝙ credi uult etiam Vigilantio. qd uerò
ſi Poëticis, ſi Philoſophicis, ſi Oratorijs, ſi Hiſtoricis ſemꝑ literis abſtineret? nunq̃ ille Ioui
niani & hæreticorũ calumnias reliquorũ, tanta perſuadendi facilitate contunderet, nunquã
Nepotianũ ſic uel uiuum doceret, uel defunctũ fleret, nunquam deniq́ꝫ epiſtolas ac libel-
los ſuos, tanta orationis luce perfunderet. ut enim à ueritate uerum, ſic artificioſum atque
ornatum dicendi genus, unde oro, niſi ab eloquentia requirendum eſt? quam Poëtarũ atq́ꝫ
Oratorum propriam eſſe, nec Hieronymus ipſe negauerit, & eſt notius, quàm ut probari
egeat. non diſcurro per ſingulos, ſed ad ſummam non intelligo, quid his ſtudijs, non dico
ſenem imbui. nihil enim benefit, quod nõ & tempore ſuo fit, ſed à puero hauſtis, uti ſobriè,
uel in ſenectute prohibeatur? ſciẽtem dico, quid ex his ad rerum notitiam, quid ad mores,
quid ad eloquentiam, qd poſtremò ad religionis noſtræ patrocinium trahi poſſit. ꝙ feciſſe
illos maximè uideas quos proximè memoraui, nec ignarũ ꝑterea, qd Ioui adultero, quid
Mercurio lenoni, qd homicidæ Marti, quid ꝓdoni Herculi, quid demũ ut innocẽtiores at
tingã, Aeſculapio medico, quid patri eius Apollini cythariſtæ, qd Vulcano fabro, qd tex
trici inſuper Mineruæ, cõtraq́ꝫ qd Mariæ uirgini matri, qd eius filio redẽptori noſtro uero
Deo ueroq́ꝫ homini debeãt. ꝙ ſi ideò Poëtas fugimus, cæterosq́ꝫ qbus inauditũ & ob id ta
citum CHRISTI nomen, quantò periculoſius uideri debet, hæreticorum & nominanti-
um CHRISTVM, ſimul & oppugnantium libros legere, quod tamen ſtudioſiſsimè fa-
ciunt, ueræ fidei defenſores. crede, mihi, multa quæ tarditatis & ignauiæ ſunt, grauitati &
conſilio tribuuntur, ſæpè deſpiciũt homines, quæ deſperant, propriumq́ꝫ & ſuum eſt igno
rantiæ, ut quæ nequiuerit apprehendiſſe contemnet, & quæ ipſa non ualuit, neminem cu-
piat peruenire. hinc de rebus incognitis, obliqua iuditia, in quibus non cæcitas magis ipſa
iudicantium, q̃ liuor emineat. non ſumus aut exhortatione uirtutis aut uicinæ mortis obtẽ-
tu, à literis deterrendi. quæ ſi in bonam animam ſint receptæ, & uirtutis excitant amorem,
& aut tollunt metum mortis, aut minuunt? ne deſerte ſuſpicionem diffidentiæ afferat, quæ
ſapientiæ querebatur. neque enim impediunt literæ, ſed adiuuant benè moratum poſſeſſo-
rem, uitæque uiam promouent, non retardant. quodque in cibis euenit, ut multa, quæ nau-
ſeantem atque imbecillem ſtomachum prægrauarent, ualidum atque eſurientem benè nu
triant, id in ſtudijs accidit, ut acri ſanoq́ꝫ ingenio, ſit multa ſalubria, quæ peſtifera ſunt infir
mo, ſi ꝑſertim utrobiq́ꝫ uis diſcretionis affuerit ꝙ niſi ſic eſſet, nõ illa pertinax ad extremũ
tàm laudata foret induſtria multorum. Præterit enim, quod Cato Latinas literas, iam ſene
ſcens, Græcas uerò iam ſenex didicit, ꝙ Varro ad centeſimũ uitæ annũ legendo, ſemper ac
ſcribendo

ſcribēdo perueniens, uitam prius, quàm amorē depoſuit ſtudiorū. ꝙ Liuius Druſus ſenio
& cæcitate confectus, iuris ciuilis interpretationem utiliſsimam Reip. non omiſit. ꝙ Ap-
pius Claudius, iiſdem preſſus incommodis, eadem fuit perſeuerantia. quod Homerus
apud Græcos idem paſſus, idem præſtitit, alioquè rerum licet in genere, par induſtriæ ge-
nus exhibuit. quod Socrates iam ſenior Muſicæ operam dedit, quod Chryſippus cœptū
iuuentute media opus acutiſsimum, ultima uix explicuit ſenectute. quod Oratorum Iſo-
crates, tragicum Sophocles uolumen utrūq; nobiliſsimum, ille quartum & nonageſimū,
hic propè centeſimum agens annum ſcripſit. quod ſtudij amor ingens, & Carneadem ſe-
nem cibi, & Archimedem uitæ reddidit negligentē, quod Cleantem apud illos, amor idē,
cū inopia primum, poſt cū ſenio, apud nos Plautū compulit, cū paupertatē ſimul ac ſene-
ctute luctari. quod Pythagoram, quod Democritum, quod Anaxagoram, quod Plato-
nem per omnes terras, perq; omnia maria, periculorum immemores ac laborum, non ha-
bendi, ut multos, ſed diſcendi ardor impulit. quod Plato ipſe ſenex ſupremo eodemq; na-
tali ſuo die, uel literis incumbens, uel ut alij uolunt ſcribens, Philoſophiæ amicum ſpiritū
exhalarat, ꝙ Philemon meditabundus, ac libro incumbens, ſocijs illum expectantibus, pi-
eriam animam emiſit, & ſi de hoc, alia ridiculoſior fama eſt. quod ad extremū, is pſæpè mi-
hi nominandus occurrit Solon ſemp noui aliquid addiſcens ſenuit, atq; obijt, nec genero
ſum diſcendi deſideriū mors extinxit. præter hæc igitur, & quæ ſunt id genus innumera-
bilia, non'ne & noſtri omnes, quos imitari optamus, uitam omnem in literis conſumpſe-
runt, in literis ſenuerunt, in literis obierūt, ita ut eorum quoſdam legentes aut ſcribentes,
ultimus dies inuenerit, neq; illi unquam, quod audierim præter unum quē dixi Hierony-
mū, noxæ fuit, diſciplinis ſæcularibus floruiſſe, cum multis fuerit gloriæ, nominatim ſibi.
Nec me fallit laudatum à Gregorio Benedictum, quod inceptum ſtudium ſolitudinis, &
propoſiti rigidioris amore deſeruit, at non ille Poëticas, ſed omnes omninò literas neglex-
erat, an uerò laudator ſuus, idem ſi tūc faceret, laudaretur, minimè arbitror, aliud eſt enim
didiciſſe q̃ diſcere, aliterq; puer ſpem, quàm ſenior rem, ille impedimentum, hic ornamen-
tum, ille laborem & quærendi ſtudium anceps, hic laboris fructum certum, delectabi-
lem, & quæſitum ſtudio pretioſum theſaurum literarum abijcit. quid expectas? Scio mul-
tos ad ſanctitatem eximiam, ſine literis perueniſſe, nullum literis hinc excluſum ſcio, &
ſi audiam Paulo Apoſtolo quæſitam literis inſaniam exprobrari, quàm iuſtè autem mun-
do notum. quin potiùs, ſi de proprio loqui licet, ita ſentio, planum forſitan, ſed igna-
uum iter, per ignorantiam ad uirtutem, unus eſt finis omnium bonorum, multipli-
ces autem uiæ, eodemquè tendentium multa uarietas. ille tardius, hic ocyus, Ille obſcuri-
us, hic clarius, ille depreſsius inſedit, hic altius. quorum quidem omnium peregrinatio
eſt beata, ſed ea certè glorioſior quæ clarior, quæ altior, unde fit ut literatæ deuotioni
comparabilis non ſit, quamuis deuota ruſticitas. nec tu mihi tàm ſanctum aliquem,
ex illo grege literarum inopem dabis, cui non ex hoc altero ſanctiorem numero obij-
ciam. De his autem cogente materia, quoniam ſæpè mihi neceſsè fuit, ut loquerer,
te amplius hodie non morabor, qui ſi cœpto hæres, ut ſtudia hæc, quæ pridem poſt
tergum liquimus, literasquè omnes, quantum in imis ac diſtractis libris, ipſa etiam ue-
lis literarum inſtrumenta proijcere, atque ita undique perſuaſum tibi eſt, gratum, her-
cle, habeo me librorum auidum ut tu ais, ego non inficior, ne ſi negem ſcriptis ipſe meis
arguar, in hac emptione omnibus tuo iuditio prælatum. & quamuis ipſe rem meam
uidear empturus, nolim tamen tanti uiri libros huc illuc effundi, aut profanis ut fit ma-
nibus contrectari. ſicut igitur nos ſeiuncti licet corporibus, unum animo fuimus, ſi ſtu-
diorum hæc ſupellex noſtra, poſt nos, ſi uotum meum Deus adiuuerit, ad aliquem no-
ſtri perpetuò memorem, pium ac deuotum locum, ſimul indecerpta perueniat, ſic enim
ſtatui (ex quo ille obijt, quem ſtudiorum meorum ſperaueram ſucceſſorem) libris au-
tem pretia ſtatuere, quod tua mihi præbet indulgentia, non poſſum, quorum nec no-
mina certè, nec numerum nouerim, nec ualorem. tu mihi per literas rem digere, ea le-
ge, ut ſi quando tibi forſan in animum uenerit, mecum has qu[illegible]ntulaſcunq; temporum

reliquias agere, quod & ego ſemper optaui, & tu aliquando pollicitus uidebare, & eoſipſos, & hos non minus tuos quos modo connexi, ſic ſimul inuenias, ut detractum nihil, ſed non nihil tibi ſentias acceſsiſſe. extremum ſit, ut quod te multis, inter quos, mihi pecuniæ debitorem facis, pro me negem, mirerque quiſnam hic ſuperuacuus, ne ineptus dicam conſcientiæ tuæ ſcrupulus. poſſum tibi Terentianum illud obijcere: Nodum in ſcirpo quæris. nil mihi debes niſi amorem, ſed nec illum debes, quem pridem fateor bona fide integerrimè perſoluiſti, niſi fortè ideò, quia quod ſemper accipis, ſemper debes, ſed & quod ſoluis continuè, nunquam debes. nam ad id, quod ut ſæpè olim, de inopia quæris, nolo tibi conſolationes, nolo pauperum illuſtrium nunc exempla congerere, nota ſunt tibi, quid ergo, clara equidem, ſemperque una uoce reſpondeo. Laudo quod me magnas, licet feras tibi diuitias, procurante, libertatem animi quietamque prætuleris egeſtatem, quod amicum totiens te uocantem, ſpreueris, non laudo. non ſum qui ditare te hinc poſsim, quod ſi eſſem non uerbo, non calamo, ſed reipſa tecum loquerer, ſum uerò, cui uni tantum ſuppetit, quantum abundè ſufficiat duobus, unum cor habentibus, atque unam domum. Iniurioſus es mihi ſi faſtidis, iniurioſior ſi diffidis. Vale. Pataui, V. Cal. Iunias.

Fran. Petrarcha Franciſco Bruno, S.

Contra immodicam amicitiæ fidem uera ſuæ paruitatis expreſsio.

SVauis mihi, Vir inſignis, epiſtolæ tuæ odor, guſtusque ſuauior, ſi de alio ſcripta eſſet, nunc cum ſuauitate uerecundiam ac ruborem attulit, illis me præferens, quorum idoneus utinam ſim mirator. illudi metuerem, niſi notiſsimæ uirtutis, ac fidei tuæ candor obſtaret, te potius errare crediderim, quàm me falli, habet enim illud excuſationem beneuolentiæ plenam, hoc reprehenſionem amicitiæ alienam. cæterum ne ſub tanto, non mearum laudum faſce multiloquus ſim, fatigatio enim eſt amica ſilentio, hoc unum modò dicturus fuerim, rem tuam, quantiuis pretij facere tuum eſt, ſed, mihi crede, ſic æſtimans terrebis emptores. reſpondebis non eſt mihi uenale, quod laudo, credo equidem, nemo autem, te rem paruam, æquis aurib. audiet, ſic laudantẽ, ut inuidiæ meæ, ut æſtimationi tuæ cõſulas, quod eſt dicito, minus quoque, ſiquid minimo minus eſt. pudet ſtrictim attingere. quod te ubertim copioſeque diſſerere, ne puduerit, præſtringens oculos amor fecit, tu me Oratorem, tu Hiſtoricũ, tu Philoſophum, tu Poëtam, tu me denique Theologum facis, quod non faceres, niſi ſic eſſe tibi perſuaſum eſſet, ab illo, cui non credere magnus eſt labor, amorem dico, quo nunc forſan ueniam merebaris, niſi me claris oneratum titulis, ad extremum maximis, & quibus conferri non mereor, etiam prætuliſſes. Ego uerò amice, ut intelligas quantum uel opinione mea, uel reipſa ab hac ſententia tua abſim, horum omnium, quæ mihi tribuis, nihil ſum. quid ergo? Scolaſticus. & ne id quidẽ, ſed ſyluicola, ſoliuagus, inter aërias fagos, neſcio quid inſulſum ſtrepere ſolitus, quæque præſumptionis & audaciæ ſumma eſt, acerba ſub lauro, fragilem calamum attingere, non ut feruens operum, ſic & fœlix euentuum amantior, quàm ditior literarum, ſum ſectarum negligens, ueri appetens, quod quoniam quæſitu arduum, ego quæſitor infimus, atque infirmus, ſæpè diffidens mei, ne erroribus implicer, dubitationem ipſam, pro ueritate complector. Ita ſenſim Academicus, aduena unus ex plurimis, atque in humili plebe nouiſsimus, euaſi, nil mihi tribuens, nil affirmans dubitansque de ſingulis, niſi de quibus dubitare ſacrilegium reor. En tuus ille Hippias, in conuentu olim Philoſophico, cuncta profiteri auſus, tecum nihil, præter inquiſitionem ueri anxiam, præterque dubietatem atque inſciciam, profitetur. iamque illuſtris Pandulphi teſtimonium, ad tuæ multum diuerſæ ſententiæ robur trahis, quàm ualidum ſit agnoſces, ſi non quæ in illo ſummæ ſunt, dignitatẽ ſcilicet, uirtutẽque uirtutẽ libraueris, ſed affectũ nempè, ſi iuditiũ uerũ quæris, liberũ tribunal, liber quærendus eſt animus, non eſt autẽ liber animus, cui amor imperat, nil tu magis amatori credideris, quàm oſori, errat alter honeſtius, in iuditio pares ſunt. Crede ergo illi interpreti de Rep. crede illi de militarib. artibus, multoque maximè de ducis imperio, de fortitudine, de

prouidentia,

prouidentia, de ſeueritate, de clementia, de patientia laborum, de conſtantia, de magnanimitate, de gloria, de ingenijs quoque aliorum pluſquàm militanter, cum ad me unum ſermo deſcenderit, quære, cui credas, alium, hic plurimos iam fefellit, huic ego ſi neſcis, mei uſque ipſius in miraculum, charus ſum, nullis quidem meritis, ſed generoſa mens amore alitur, gratis amat, is cibus, ea uoluptas, id ſibi ſolatium. Putabam calamum frenare, ſed rapior, neque hinc præconijs tuis preſſus, hinc occupationibus meis feſſus, poſſum quieſcere, quominus longiuſculam hiſtoriam literis inſeram, dicamque quod tu, quoque mecum ſtupeas, multos quidem ille uir per annos, antequàm me uideret, loquaci tantum ſama excitus, pictorem non exiguo conductum, nec paucorum dierum ſpatio miſit ad locum, qui ea me tempeſtate incolam habebat, ut is ſibi in tabellis exoptatam ignoti hominis faciens reportaret. quod cum me neſcio factum eſſet, longo poſt tempore, graui bello turbatis, hunc Italiæ rebus exigente, Mediolanum uenit, ubi tunc eram, & licet uarijs undique motibus, periculiſque diſtractus, quibus unum caput minimè ſuffecturum diceres, nihil tamen prius habuit, nihil antiquius, quàm ut uultum cerneret, cuius uidiſſet imaginem. mitto quæ à propetante dici nequeunt, quotiens per id tempus ad me, quamque familiariter uir tantus, & tantorum exercituum ductor acceſſerit, quàm cupidè, quamque ex æquo, cũ tanto inferiore uerſatus ſit, ut demũ graui ægritudine liberatus, quam ſibi & ardentiſsimo ſub ſole acta æſtas, hyemſque ſub niuibus, & immodicus belli labor curæque pepererant, cum ſe nondum ſuis pedibus ferre poſſet, famulorum nixus humeris me petijt. quem per totum tempus ægritudinis, ad cubiculi ſui ſpondam diebus ſingulis uidiſſet, ſed iucundius inter libros ut aiebat, ſede uelut in propria reuideret. quã tantam tamque heroicam uiri illius humanitatem, è memoria mea, ne fugaces ferent anni, nec immemor læthes toto gurgite diluet. denique uictor in patriam, confecto bello, multa cum gloria reuerſurus, quod neque pictor primus uotum eius impleſſet, & mutata annis eſſet eſſigies mea, alterum adhibuit, unum quidem ex paucißimis noſtri æui pictoribus adhibiturus Zeuxim aut Prothogenem, aut Parrhaſium, aut Apellem ſi noſtro ſæculo dati eſſent, ſed omnis ætas contenta ſuis ingenijs ſit oportet, miſit ergo quem potuit, magnum prorſus artificem, ut res ſunt, qui cum ad me ueniſſet, diſsimulato propoſito, meque lectioni intento, ille ſuo iure aſsidens, erat enim mihi familiariſsimus, neſcio quid furtim ſtylo ageret, intellexi fraudem amiciſsimam, paſſuſque ſum nolens, ut ex profeſſo me pingeret, quod nec tamen omni artis ope quiuit efficere. ſic mihi, ſic alijs uiſum erat, cur ſi quæris neſcio, niſi quod ſæpè uehementius tentata ſuccedunt ſegnius, & nimia uoluntas effectum necat. eam tamen ipſam imaginem, tantus ille dux ſecum tulit, interque delitias habuit, ob hoc unum, quod meo ſaltem nomine facta eſſet. I nunc, & ſic affecto meis in laudibus fidem habe. Hæc tàm multa in iniquiſsimo loco ac tempore ut ſcriberem, coëgit illius recordatio tui, cum ut agnoſceres illum ualdè amare, teque non minus, ſi illi credideris, errare. ſit hoc primum amicitiæ meæ pignus, falſis amici animum opinionibus, abſoluiſſe, bona fide quid ſim, quidue non ſim dixi, de me mihi potiùs crede quàm alteri, nulli enim profundius notus ſum, qui & ſi me amem, amo tamen ueritatem, hac in parte mihi notam adeò, ut uix magis me pudeat contra illum loqui, quàm loquentibus, uel in ſilentio conſentire. Sileo tamen interdum non aſſenſu aliquo, ſed uel contentionis odio, uel loquendi tædio. nunc ne ſilere potuerim, hinc importabilis laudum moles, illinc eloquentiæ tantus ſplendor, in cauſa eſt, deliniri fortaſsè alijs, & ſi me omnes abſoluerent, ipſe mihi reus atque inexcuſabilis uiſus ſum, ſi tàm copioſo atque artifici laudatori, me tacitum præbuiſſem. ueni igitur in certamen hac una de re, cum illo, cui in reliquis omnibus conſentiens, atque unanimis eſſe uelim, laudari, fateor, nonnunquam ab alijs ſolitus, ſed non ita, unde eſt ut nullum unquam tale duellum cum amicis habuerim, nihil tale quo ſciam fecerim, quia nec tale aliquid paſſus ſum, tu deinceps, ama ut facis, incorruptius iudica. poſtremò autem quiſquis ſim, quamlibet uel tardus ingenio, uel hebes iudicio, uel fuſcus eloquio: omnium penè incertus atque hæſitans, ſum tamen ut arbitror, niſi hoc ipſum falſo mihi arrogo, in amicitijs ſatis conſtans, non de perfectis illis,

 loquor

loquor, atque rariſsimis, ad quas uirtute opus eſt multa, quarum perpauca ex omnibus ſæculis paria memorantur, ut noſti, ſed de his alijs, quas mediocritas mea fert. In amãdi actu, ut eſt animus ceſſurus, Memini, cunctis in rebus alijs, cedens multis. proinde quemcunq; uel tua ſibi me charitas finxerit, uel ueritas, ipſa me fecerit amicum, ſcito, quod cunq; tibi pollicitus ſum, ne dubita, fixũ eſt, ſic tua meretur uirtus, ſic mea exigit natura, ſi noſtræ bonus amicitiæ ſponſor iuber, id tibi non Delphico, ſed cœleſti oraculo dictum crede. Et uale, quoniam non niſi oris meminiſſe non potes, memor ſaltem noſtri nominis.

Fran. Petrarcha Franciſco Bruno. S.

Vitæ finem proximum, & incertum, fugam mortis nullam. Aſtrologos multa mentiri.

QVod me ad fugam mortis hortaris, gratum habeo, neque enim id faceres, niſi contrarium motus, hoc eſt uitam amares meam, amas igitur, quem non noſti, dicam uerius non uidiſti. nimirum, ſi non niſi quæ uidimus amaremus, nemo Deum, nemo ſuam animam amaret plus dicam, nemo fratrem, nemo filium, nemo amicum, quos dum cernere credimus, non eos, ſed eorum Domos, & hoc quoque dicam uerius, illorum uidemus ergaſtula. profectò enim, quæ corpora dicimus uincula ſunt, quæ niſi ſolubilia nobis, ac fragilia contigiſſent æterna, erat humana calamitas, unde Plotini illud iure laudatur, qui de eo atque hominibus loquens, Miſericors, inquit, pater mortalia illis uincula faciebat. Sed redeo ad charitatem tuam, nempè ut in te amicum, id quidem fraternũq; quod de me cogitas, ſic ſi ad naturam rei aſpicias inane, nulla eſt enim mortis fuga, immò uerò perſæpè accidit, ut fuga mortis, ſit ad mortem fuga, itaque nil melius, nil tutius, quàm inter deſiderium mortis ac metũ, nec anticipare, nec detrectare quicquid erit, quod ſupernè iubemur, memorque es ſenis illius, multis malis exerciti, ſed ex arce patientiæ non deiecti, qui cũ Deo loquens: Vocabis, inquit, me & ego reſpondebo tibi. obſeruemus & nos reuocatorem noſtrum, ne aut tergiuerſatio, aut præcipitatio ſibi noſtra diſpliceat, nam ut uocanti Domino non reſpondere ſuperbia eſt, ſic non uocanti reſpondere dementia, æqua uanitas eſt, mortem nimis uel metuere, uel optare. alterum ignauiæ eſt, alterum impatientiæ, illic metus inefficax, hic uotum ſuperuacuum, fruſtrà metuitur, quod uitari nequit. fruſtrà optatur, quod mox aderit, ſimus forti animo, ac tranquillo, nihil minus uiri eſt, quàm metus, nihil minus, quàm perturbatio ſapientis. Ex quo die nati ſumus, & pericula nobis, & tædia undique & labores, & laquei, quæ cuncta iampridem uiris prouiſa eſſe debent, ſi non ſunt. quem circum? quam palæſtram? quod certamen ingreſſuri ſimus, atq; omninò, quem in mundum uenerimus ignoramus? ianitor nos fefellit, niſi patienda omnia prædixit in limine, hominem ſe non nouit, qui ſe humanis caſibus neſcit expoſitum, & naturæ mortalis obliuiſcitur, qui de morte non cogitat, horisq; illam & locis omnibus non expectat. Hæc ſors noſtra eſt, quam flere licet & conqueri, quod totis uoluminibus docti homines fecêre, ut egoipſe, nõ paruis epiſtolis olim feci, ſed nil fletu proficitur, aut lamentis adamantinæ leges rerum ſunt. ſemel locutus eſt Deus, dixitq; ſemel naſcentibus auctor, quicquid ſcire licet, & quæ ille dixit, fixa ſunt omnia. nam ut uatum alius quidam ait:

graue & immutabile ſanctis
Pondus adeſt uerbis, & uocem fata ſequuntur.

Et profectò ſi à fando fatum dicitur, quod non huic tantum, ſed ſacris quoq; doctoribus, atq; Auguſtino præcipuè uiſum ſcio, fatum noſtrum, ſi hoc nomine uti liceat, non in ſtellarũ motibus, ſed in Dei uerbis ac prouidentia ſitum eſt. ſeu ſecuris ergo, ſeu timidis accidet, quod natura, quod Deus rigido ſanxit edicto, moriendũ eſſe, nemo dubitat. quãdo, ubi, qualiter, horum dubietas multa eſt, ut eſt fermè omnium futurorum, neque dubietas modò, ſed inſcitia, ſed caligo profundiſsima atque denſiſsima, quam acies noſtra non penetret. quid hic opus aruſpice? quid torquetur Aſtrologus? quid inſudat curioſitas uana Matheſeos? quos etſi uerbis accendi poſſe, non corrigi planè norim, de ſucceſſu deſperans ſæpè tamen ſic aggredior. Sinite ô inſani, ſinite, ſydera curſus ſuos agere, ſiue enim in nobis nihil agunt aſtra, ſiue nihil in nobis iudicant, ſiue horum nihil à nobis intelligitur,

intelligitur, è quibus unum ſaltem uerum eſſe, ſi nihil aliud, ueſtra utique mundo iudicant mendacia, quodlibet eligite. eligere enim aliud non licet, ſtultè de re nulla, fruſtrà de re inacceſsibili diſputatur, quid ergo mendaciorum mole nos obruitis? feſsi ſumus audiendo, feſsi expectando, cum nihil eueniat omnium, quæ uelut conſopiti ebrij murmuratis, niſi rarum fortè aliquid, aut fortuitum uerum, qualia etiam aliquando mentiri uolentibus elabuntur. Nemo enim, quamuis uelit, falſa omnia, loqui poteſt, ſæpè inuitis labrjs, mendaci de pectore ueritas prodit, & uos, quidem, uero unico caſu elapſo, inter mille mendacia ſuperbitis, cum honeſti animi, mille inter uera, unico mendacio erubeſcant. Dicite nobis ante factum certi aliquid, ac ne fortuitum uideatur, uerò uni alterum addite, cur uel poſt factū, uaticinia uana confingitis, uel fortunæ ueri nomen datis? quid cœlum fruſtrà, quid terram, quid homines fatigatis? quid ineptiſsimis legibus ueſtris, lucida aſtra ſubijcitis? quid uos liberos natos, inſenſibilium ſyderum ſeruos uultis facere? ô ridiculoſa proteruitas, & impudentia inaudita, cum ab his quibus humanum genus uenditis, nihil omninò, ab his ſtultis ac miſeris, qui uenduntur pretia uultis, expetitis, extorquetis. miri contractus, nouæ nūdinæ, ſed cum ignaris præſentium ac præteritorum, nihil'q; niſi futura noſſe uolentibus, quæ ſola noſci nequeunt. proſper & facilis ludus eſt ueſter, doctiores præſtigia ueſtra ident, nā quid uobiſcum Mars aut Venus, quid Iuppiter aut Saturnus, quid nomina pridem abdicata renouatis? nos'q; uel ore impio, uel nautica ruditate ſic licēter illuditis? quorū anima tartarus habebat, ad cœlum tranſlata ſunt nomina, ab his, qui mox illos ad inferos ſecuturi erant, nos quibus cœlum promittimus, in his nominib. ſpem ponemus niſi fortè illud autenticum magis, quod nauta tūc ſtellis numeros, & nomina fecit, ut ait Maro. ſed ꝑfectò non illa, quæ diù ante fecerat is qui numerat multitudinē ſtellarum, & omnibus eis nomina uocat, ò fœlix ſi quis eſt cui repoſitum ſit illa cognoſcere. erit is uerus quidem, ac ꝑclarus Aſtrologus, non Ptolemæus, non Archimedes, aut Iulius Firmicus, ſed altior multò certiorq;, proinde hæc nominum mortalis inuentio, impietati ſupplicium, nauigationi præſidiū, uitæ noſtræ neque præſidium poteſt eſſe, neque ſupplicium debet. quid incaſſum malefici laboratis? cum uulgo ut libet, nos aduerſus ueſtras inſidias experrecti, intentique, & armati ſumus, uultis & nos numeris ueſtris aſcribere, ut uobiſcum ſimus, ex illorum grege, quibus per Sophoniam Dominus comminatur? Qui adorant ſuper tecta militiam cœli, q; ibi ſic exponitū, Solem ſcilicet & Lunā & cætera. qui eleuantur contra ſcientiam Dei, quicquid in mundo geritur, ad ortum et occaſum ſtellarum referentes, qui iurant in Domino & in Melchon, qui duobus ſcilicet dominis uoluit placere. deo & mundo, quod nullo pacto propter dominorū diſcordiam fieri poteſt. nos aūt ſub tecto clauſi, pij pectoris non cœli militiam, ſed ipſum cœli regem adoramus, omnipotentem ſcilicet Deum patrē, & filium eius unigenitum IESVM CHRISTVM crucifixum, & ſanctum ſpiritū paraclitum à patre & filio procedentem, unum hunc trinumq; Deum colimus, illi fidimus, in illū credimus, in illo non in alio iuramus, quid externa ſuperſtitione nos inuoluitis? illi obſequimur, qui creauit nos, & creatos regit, cœlumque ſimul ac ſtellas & creauit, & regit, neque magis in uobis aut creandis, aut regendis ſtellarum ope, quàm in ſtellis noſtro eget auxilio. ſi quid loci eſſet, in nobis alterius poteſtati, illam pariter cultu debito coleremus, nunc nil alteri nos debere cognoſcimus. ſi quid in nobis eſt boni, ab illo eſt. quicquid autem mali, num ab alio quàm à nobis? alioquin pœnale non eſſet. quod aliunde procederet. nolite ergo creatorem & creata confundere. deniq; ſi errorem demum eligiſtis, uiā linquite ueritatis, ac uitæ. ad illum aſpirantibus, qui eſt uia, ueritas, & uita, cæci ſyderum miratores, ac ſyderum uiles ſerui, quodq; eſt mirabilius proxenetæ, & captiuandarum artifices animarum, quo pergitis? quid intēditis? Quid nobis aut igneos globos inſtabiles, aut mortuos peccatores duces procuratis? Ioue minor, ſed uel non notus nobis, uel non creditus, nec dilectus cœlum uoluit ac temperat, & ſuum orbem, ipſe opifex moderatur. illi canit̄, & non Ioui, in manibus tuis ſortes meæ. poteſtis in animum inducere, ut neglectis fulgoribus, qui ſi per ſe extiméntur, oculos mulcent excæcant'q; animos, ad illum attollatis in-

genia, de quo ſcriptum eſt: In lumine tuo uidebimus lumen. & incipiatis aliquando credere, quod Iuppiter ueſter nihil, CHRISTVS noſter poteſt omnia, quod ſol & luna lucent oculis, horum conditor menti lucet, quid illam incorpoream ac diuinam, ad corpora quamuis clara reflectitis? Stupetis forſan hæc lumina, cœlum ipſum dieſq; & noctes ornantia, et mundo, ſi ijs ſanæ uti norit utilia, ſed recta atq; alta ſpectantem animam, interior lux delectat, in quam uerſi, ſortilegis non egemus, & his falſis uatibus, credulorum arculas auro uacuantibus, at uerò nugis aures, errore animos atque horrore complentibus, præſentemq; uitæ ſtatum, futuri pollicitatione turbantibus. hæc amice aduerſus hos nugatores, non tantum mihi, ſed CHRISTO, & in illum credentibus odioſos, atque his ſimilia, & ſæpè dixi, & nunc, ut mirari deſinas, his eiſdem, quibus honeſtiſsimam hanc urbem uacuam ſperabam, per hos dies, præter ſpem obſeſſus, ac uexatus, quaſi illos alloquerer, penè tui oblitus dixerim. pauca licet ex multis, plura tamen q̃ hoc tempus poſceret, aut hæ caperent anguſtiæ, niſi cum calor heri & nudiuſtertius, loquendo conceptus, ſcribentē nūc etiam inflammaſſet. ad rem redeo. Siquis eſt igitur, quem adhuc iſta ſollicitent, quiq; futuri anxius, regi ſeculorum, cui debet omnia, parum fidat, auium ſe nocturnumq; iter agere, ſine lumine, nouerit diuinumq; illud Flacci carmen audiat:

Prudens futuri temporis exitum *Caliginoſa nocte premit Deus.*
Ridetq; ſi mortalis ultra fas *Trepidat.*

Confidamus ô ſolliciti mortales, neq; trepidemus, ne trepidationem noſtram & nos rideat, quodq; grauiſsimum eſt oderit, is, à quo amari una certa fœlicitas eſt. Quieſcamus, moderemur curas, querimonias compeſcamus, & prouidentiſsimi ac clementiſsimi ducis imperium, præſtolemur taciti, quin potius occurramus, expeditiq; atque alacres feſtinemus. non ad nos mors uenit, nos ad illam imus, non fortuito ait Maro:

Stat ſua cuiq; dies.

ô quid ait, dies ſtat, nos currimus, & dum fugere, dumq; ſubſiſtere nitimur uolamus, quo cum peruenerimus, dies illa nobis amplius non ſtabit, ſed & ipſa cum cæteris, quaſi quod expectabat nacta diffugiet, niſi ſit aliquis fortaſsis, cui contrarium uideatur, propter id, quod de peccatore ſcriptum eſt in Pſalmo: Dominus irridebit eum, quoniam proſpicit quod ueniat dies eius. & alio loco: Iuxta eſt dies perditionis, & adeſſe feſtinant tempora. Sanè ſuperuacua diſceptatio uerbi eſt, ubi de re conuenit, loquendi morē præferat quiſq;, quem uolet, dum meminerit diem hanc, uicinam uel ſtantem, adeundam magno animo, uel ad nos uenientem feſtinantemque pari animo expectādam. Vtrumuis autem imperterritos adimpleſſe non ſufficit, lætos docet, meq; ante alios, quē iam nihil aut modicū hic delectat, qui præmiſsis uerè omnibus, lætam mihi uitam fatere ſolitis, totiens laudatam ſolitudinem, & in terris iam ſuperuacuas moras odi, ac fortaſsè breuiſsimas fortè, enim hoc ipſum quod loquimur propè eſt. quid uerò rem certiſsimam in dubio ponimus, iuxta dicere uolui cum Pſalmiſta: Propè enim eſſe, quis dubitet. an quod hoc iter intrantibus, nunquam longè fuit, progreſſus elōgabitur? & quod manè propè erat, eo rapti ſine intermiſſione pergentibus, procul erit ad ueſperam. Fieri poteſt, neq; ſi fiat mirum erit, aut inſolitum, ut quod uaria ſpe in longum trahimus, hoc ipſo futurū die ſit. & quis nouit, an quod humanis in rebus peſsimum ſuſpicamur, ſimus optimum reperturi? ut quod ualde timuimus, non modò timuiſſe nos pudeat, ſed etiam non ſperaſſe, cum errorum nebulas diſcuſſura dies illuxerit, cumq; in lucem illam exierimus, à qua fuſco nunc carcere prohibemur. & de his horumq; ſimilibus, ut ipſe ais, per me multa. ſed tamen multò plura per alios dici poſſunt, quæ nec tempus patitur, nec locus, & ego ſatis hodie euagatus ſum. unum hoc tibi tuæque ſollicitudini notum uelim, me aliam licet ob cauſam, iam impleſſe quod mones, & pridem Patauio ubi peſtis inualuit digreſſum, Venetias petiſſe, non ut mortē fugiam, ſed ut quæram, ſi qua in terris eſt requies. Vale.

FRAN-

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIbus, Liber II.

FRAN. PETRARCHA IOANNI BOCATIO, S.

Obiectorum crimina purgat.

AVt tacere oportuit aut latere,ſeu uerius non naſci,ut Scyllicos euaderem latratus,non eſt ludus in publicum prodire,ualidi canes dente,uoce ſæuiunt inualidi,illinc diſcrimen, hinc tædium, utrunque ſilẽtio ac latebris uitare, conſilium erat, tulit me rerum æſtus, quo nolebam, iam conſpectus in populo,digitis notor,eorum hominum,quibus ignotum eſſe prima pars gloriæ eſt. Non ſum Scipio, quem noctu in Capitolium aſcẽdentem,nunq̃ canes latrauerunt,ſic de illo enim ſcriptum memini,quamuis id uel medicamento fieri poſſe,uel carmine quidam putent, me quocunque licet media incedentem plebe, canum turba circunſtrepit,quo me uertam,omnes talibus uici ſcatent,neque uerò tam uerear generoſos,rari ſunt enim,nec facilè irruunt iniuſsi,iſti aũt innumerabiles,inquieti, rauci,quique quos morſu nequeant, tædio agitent immortali. eleganter Anneus tale aliquid & ipſe perpeſſus,ſicut,inquit,ad occurſum ignotorũ hominum minuti canes latratis. Verè,& minuti illi & ego eis, & ſi non inuiſus, incognitus. ſunt canes, qui præ timore, uel latrare ſoliti, uel mordere, nullus hic timor talis, nam neque Theoninis ego ſum dentibus,& illis ne morderi poſsint.mira arte conſultum eſt,tacitis ſemperq; latentibus,nec attendunt,quantæ ſit impudentiæ,quantæque ſuperbiæ,iudices aliorum fieri uelle,qui ſui iudices alios fieri nolint. Profectò equidẽ uocis ſuæ iudicem non admittit, qui obſtinato ſilentio uocem premit.nouum genus,immò antiquum, nec mihi ſoli ultimo hominum,ſed primis ac maximis importunum,an alios Hieronymo,qui de ijs ad amicos ſcribens,librũ, inquit.Non efferatis in publicum,& ne faſtidioſis cibos ingeratis,uitetisq; eorum ſupercilium,qui iudicare tantũ de alijs,& ipſe facere nil nouerunt,quamuis idipſũ ſatis illos iudicet,ut opinor,quodq; ad tegmen inſcitiæ meditantur,ad inſcitiæ uertitur argumentum, & quomodo ſe maxime tegunt prodũt,quia dũ taciti iuditia hominũ declinãt,tacito doctorũ homini iuditio condemnantur.ſi hos tantum ille uir timuit,& uitandos monuit,quid mihi? quid ue alijs agendum putes? equidem horum ego non tàm metu,quàm odio ac contẽptu, & ne prurientibus linguis ſcalpẽdi materiã atq; inſtrumẽta cõgererẽ,ſæpè me monui, ſæpè amicos,me ne noui aliquid ſcriberem, illos ne ſiquid fortè iam ſcripſeram,in apertum educerent.non habeo,quod de alijs querar,ipſe mihi non parui, quæ ſi ſcribendi tantus ardor accenderet,ſcriberem ac delerem,& quando ea mens erat, ex literis uoluptatem capiens, morſus ac latratus inuidiæ declinarẽ.idq; ſic forſitã factum eſſet,niſi quod me ut ad ſcribẽdum celerem delectatio,ac ſegnem ad delẽdum miſericordia faciebat. miſerebar innocuæ nouitatis, durum mactare quem diligas, ipſe mihi proprijs manibus uidebar, in meam hoc eſt ingenij mei progeniem ſæuiturus, & ſæuij tamen, ut Abraham in filio, Dei Zelo, ſic ego in ſcriptis ſacrificium, ut poëticæ magis, hoc quàm catholicæ dixerim Phœbo gratum ratus ac Palladi, ſimul multum proteruiæ, multumque libidini latratoribus meis demptum iri extimans. & ſi quiſſem, uel nil ſcribere, uel ſcripta perurere perpetuam illis raucedinem, mihi requiem peperiſſem, ſed nequiui, rurſumque ſi reliquias limæ ſeuerioris addere potuiſſem,uiuus ſaltẽ geuiſſem,ſed nec ad ipſum potui,ut qui amicis nil occultare didicerim,nil negare,hinc mihi faſtidij prima radix. Vnum de multis audies,ante annos plurimos,dum poſt obitum ſummi regis,à Romano Pontifice miſ-

ſum me Neapolis haberet, atq; inter expectationis tædia, opportunum ac dulce remedium Barbatus meus Sulmonenſis illic eſſet, uir omnium literarum cupidiſsimus, mearum uerò tam immodicè, ut in illis non rerum pondus, non uerborum gratiam, nil poſtremò quæ rat aliud, niſi an meæ ſint. ſed ne id quidem, ſic illarum ſibi eminus uel odor ipſe notiſsimus eſt, neque mihi per id tempus abſque illo dies ullus ageretur, accidit ut in Africa mea, quæ tunc iuuenis notior iam famoſiorq; quàm uellem, curis poſtea multis, & grauibus præſſa conſenuit, aliquot illi tali amico uerſiculi placuiſſent, quos palàm poſcere ueritus (nemo namque uerecundior, nemo reuerentior amicorum, atq; inprimis mei) ſubmiſit, qui illos muneris inſtar ingentis, ſupplici prece depoſcerent. negaui contra meũ morem, & intempeſtiuum deſiderium, libera charitate redargui, erubuit, quieuitq; tantiſper, atq; orauit imperioſo ut parcerem amori. Nec ſecius die altero atque altero, adhibitis interceſſoribus inſtitit, importunitate prorſus ingenua ac modeſta, tenera quidem frons, pudorq; purpureus mearum duritiem repulſarum ferre nõ poterat, ſemper igitur illo abſente ſubſtituti aderant (eſt quidem quiſque, pro alio quàm pro ſe honeſtius importunus) iam ut arbitror finem tenes. negaui quantum illæſa quiuit amicitia, cumque nullus peccandi modus eſſet, ad extremum uictus, nunquam enim cum amicis luctor, quin ſuccumbam, ceſsi, & uerſus niſi fallor quatuor ac triginta, limæ adhuc & temporis indigentes, illi amico, cui nil ad ultimum negaturus ſim, ea lege conceſsi, ut ad manus alterius non uenirent. ad promittendum prona ſemper intenſa cupiditas, non æquè autem ad memorandum tenax, nullam conditionem reſpuit, dum optata percipiat, dedit fidem, quàm eodem ipſo die puto fregerit. ſic ex illo uix bibliothecam literati hominis introire mihi contigit, ubi non eos uerſus, quaſi epigramma illud Apollinei tripodis templum ſubeuntibus, obuium in limine uideri, quorum natiuo horrori, ſcriptorum quoque error acceſſerat, & ſi hæc non mea magis, quàm communis omnium ſcribentium ſit querela, ſic me igitur, meus ille, ignoſcendum fateor, quod honeſti amoris cogit impetus, dum laudare, dumquè quod ſibi ſum facere alijs clarum, ſtudet ſeipſum ac me reprehenſoribus multis ſobiecit, ſed non miror, noſco uoces, accentus intelligo, ciues noſtri ſunt, ad aliena temptandum acutiſsimi atque promptiſsimi, ad reliqua tardiores, ne quid mordacius in eos loquar, quorum omnia, præter mores diligo. locus iſte digreſsionem recipit. Fredericum hunc ætati noſtræ proximum, qui huius nominis ultimus, Romanum rexit imperium, prudentiſsimũ principem, & qui Germanus origine, conuerſatione Italus, utriuſque gentis ad pleynum mores & ingenia, hinc natura, hinc cõſuetudine, didiciſſet, ita dicere ſolitum accepimus. Eſſe has duas toto terrarum orbe præcipuas ac præſtantiſsimas nationes, inter ſe uerò prælargiter differentes, utrorumq; enim meritis æquè præmia deberi, ſed ſupplicium non ita. nempè utroſq; præmio ad uirtutem erigi, uerũ Italos uenia meliores fieri, & ſuum crimen, & clemẽtia ſui ducis agnoſcere, Germanos impunitate tumeſcere, miſericordiam imputare formidini, quo plus ignoueris, plus auſuros, itaq; ſæpè Italis tuto parci, nec tuto tãtum, ſed utiliter, at Germanus pœnas debitas, uel differri magni rem eſſe periculi, de reliquo Italos honorifice habendos, Germanos uerò familiariter, hos quidem honoribus, illos effectibus & communione gaudere, hiſquè artibus hos & illos, ad amicitiam & ad fidem trahi. Italorum familiaritatibus abſtinendum, eo quòd & curioſi rerum, & in utrijs alienis nimium ſint acuti, atque omnia iudicent, non modo quæ uera ſunt, ſed quæ falſa licet opinione conceperint, quicquid omnino aliter ſit, quàm fieri eis debere uideatur, irrideant, tantã enim cuiq; fiduciã ſui eſſe, ut idoneum ſe cunctorũ putet eſſe cenſorem: contrà aũt germanorum cõuictus indulgendũ, nihil in amicis iudicandũ, nilq; aliud in amicitia quærentiũ quàm amari, nec ullum amoris argumentũ maius familiaritate credentiũ. Hæc tam multa dixerim, ut uideres quid de familiaritatibus noſtris, deq; libidine iudicandi tantus ille uir ſenſerit, quæ ſententia quàm ſit uera non diſputo, uerè autem hoc mihi uideor dicturus, ſi non de Italis, ſed de ciuibus tantũ noſtris id diceret, nil uerius, nil grauius dici poſſe, quorum non familiaritates, aut amicitiæ, ſed cenſuræ ſunt. non illæ quidem mites ac placidæ, ſed inexorabiles & acerbæ, quorum nemo eſt, qui tum in uiuendo ſit mollior Sardanapalo, non ſit in iudicando multum Fabricio

aut Catone

aut Catone rigidior. & ut cæterarum rerum, ad me minus ſpectantium iuditia præmit-
tam, ſic de literis iudicant, quaſi nihil ritè dici queat, quod non & capaces ac patulas illo-
rum aures impleat, & leniat aſperas, & infenſas placet, & recreat feſſas, delicatas mulceat,
& illiciat occupatas, opus uel Ciceroni arduum uel Maroni, uel utrinque, quod magis reor
impoſsibile. puto non legerint memoriter quod ait ille, cuius non multa quidem ſed hoc
multum placet, Improbè facit, inquit, qui in alieno libro ingenioſus eſt. quantò au-
tem improbius, qui ingenioſiſsimus in alieno eſt, & ſcrupuloſiſsimus, uſque ad faſtidi-
um atque odium. in proprio non hæbes modò, ſed mutus, ſed elinguis, ſed exanimis.
Ego quidem ut poſſum gratulor ingenijs noſtris, pauci illi incorruptique uerſiculi, poſt
Apenninum ac Padum, alpem quoque ac Danubiū tranſgreſsi, nuſquam quod audierim
reprehēſorem, niſi in patria repperere. ſed ô ingenia magis acuta, quàm ſolida, magis acria
quàm matura. quis uos urit igniculus? quod uirus inficit? quod calcar exagitat? non tàm
nobis æſtuantis æthnæ rabies aut charybdis, non tàm trucis pelagi fragor, aut tonitru,
quàm ueſtri ciuis horrificè nomen ſonat. non de me uno enim agitur, quii quis gregi publi
co ſe ſubducere nititur, hoſtis eſt publicus, cur obſecro? an fortè & illud Senecæ uerum eſt?
Expedit enim, inquit, uobis neminem uideri bonum, Quaſi aliena uirtus exprobratio
delictorum omnium ſit. crede mihi amice, & indignationis huius, & iniuriæ particeps,
ex ea urbe nati ſumus, ubi unius laus improperium ſit multorum, maximè ſi illorum admo
ueatur ignauiæ, unde nullum magis quàm ſuos ciues ſi quid excellentiæ ſit oderunt, quam
putas ob cauſam, niſi quod latendi auidos eò moleſtior, quò uicinior lux offendit, uis ne
hoc tibi adeò clarum fieri, ut nec ſol ipſe ſit clarior, cogita quot noſtra, quot patrum atque
auorum memoria, & quàm grauibus bellis exerciti, cum abundè fortiſsimos militiæque
doctiſsimos uiros, domi ſemper habuerint, nunc Ciſalpinam Galliam, nunc Picenum, ter
rasque alias, pro bellorum ducibus adeuntes, alienis auſpicijs uinci potius elegerunt, quā
ſuis uincere, tantus eſt pudor ſuo duce parta proſperitas, ut de ſe hoſti uictoriam, quàm de
hoſte ciui ſuo gloriam quæri malit ſiue is liuor, ſiue eſt pauor de liuore oriens, ne ſcilicet ui-
rorum uirtus illuſtrium, factis inſignibus innoteſcens, iuxta ſe poſitum pandat inertiam.
quem morem, neſcio quidem, unde, ſed non utique à Romanis patribus ac fundatoribus
noſtris accipiunt, ut omnis exotici dogmatis externæque conſuetudinis miratores, ſic pa-
ternorum atque ſalubrium indociles exemplorum. iure igitur, & Romanis uictorijs claro
rum trophea, ciuium ſunt inſcripta nominibus, & cladibus noſtris, alienigenarum infœ-
lices ducum tituli, atque aduentitiæ pondus hæret infamiæ. ô peſsima omnibus exani-
mi morbis inuidia, mortem humano generi diceris intuliſſe, necdum deſinis. quid ulte-
rius quæris? quid ſufficiet, ſi peremiſſe non ſufficit? ô triſtis ac miſera corporum comple-
xio, ſed miſerior animorum. Febricitare leonem quotidie fama eſt, quanque de hoc, ut de
alijs maximè peregrinis animantibus, multa narrentur inania, & obſtet haud dubiè huic
uulgi ſententiæ, quod Ariſtotelem ſequens ait Plinius, quoniam leo uidelicet ægritudi-
nem faſtididij tantùm ſentit. Certè medico familiari meo filius adoleſcens fuit, de quo
mihi iuratus pater aſſeruit, de ſalute illius paterna ſe pietate ſolicitum, nullo unquam tempo
ris momento, die aut nocte febre liberum inueniſſe. quod an ſic eſſe potuerit phyſicis lin-
quo, ſed ut credi poſsit, perpetuam febrem Mæcenati fuiſſe, autor eſt Plinius naturalis hi
ſtoriæ libro ſeptimo. Capram porrò nunquā febribus carere, non quiſque humilis, ſed
clariſsimus lōgeq; doctiſsimus autor eſt Varro, rerū ruſticarum libro, q̄ à carpendo caprā
quaſi carpā dici extimat. ſed ô inuidiæ grauior febris, ô ariditas maior, non herbis paſcenda
uel frondibus, nō umbris aut fontib. lenienda, ſed damnis ac mortib. & infamia proximorū
utinā ſicut in lege locationis excipitur, ne colonus in fundo caprum natum paſcat: q̄ Var-
ro ipſe ſua ætate ſeruare ſolitum tradit, hodieq; diligens patrumfamilias, cum nō negligit
ſic natura parens optima, lege perpetua excepiſſet, ne in ſuam poſſeſsionē uitæq; cōmerciū
humanæ quiſq̄ inuidiæ filius, & liuore malo tractus irrumperet, aut bonis cōmunib. paſcere
tur? nunc quando omnia paſcua, ijs maximè gregibus proteruntur plantiſq; nobilioribus
auidius

audius infliguntur inuidiæ uulnera, quid niſi gloriæ iudices extimandæ ſunt, huiuſcemodi
dentium cicatrices? Sed quid ego carptoribus? quid capellis meis febrientibus, & malè olē
tibus, ac petulcis faciam? ſilentio inſultant, reſponſionib. iraſcūtur, ueri hoſtes, patiētiæ con
temptores, iā uerò q in cauſis primū eſt, de accuſatorū pſona ſatis multa, euaporādi ſtudio
dicta ſint, ueniamus ad cauſam. In illa ergo poëmatis mei parte, pmaturæ decerpta, ac uul-
gata præproperè, mors et mortis querimonia eſt Magonis Pœni: qui Hamilcaris filius, fra
ter Hannibalis, bello Punico Secundo, in Italiā miſſus cū exercitu, tandē ex uulnere in Li
guribus accepto, patriā repetēs, mare medio ante Sardiniā obijt. Hic accuſatores mei, quo
me ſine inuidiæ ſuſpitione liberius notēt, à laudibus incipiūt carmenq; ipſum cœlo æquan
tes, in ſe clarum, ſed à me cui non decuit attributū dicunt. nec rudis quidem, nec inſulſa re-
prehenſio, ſi uera eſſet, nihil enim quamuis grauiter dictū diſerteq; reprehenſione legiti-
ma cariturum ſcimus, q dicētis ſtatui moribusq; nō cōuenit, immò uero, quò plus eloquē-
tiæ, plus erroris impertinens oratio habitura ſit, hoc eſt nāq decorū illud poëticū ex perſo
na, de quo Cicero egit in officijs, & Flaccus in arte poëtica, quo neglecto, nil Pieriū, nil di
uinū ſperes. uideamus autē nūc ad peragendā calumniā, uafre ceptā quanto ſint ingenio,
quantoquè iuditio reprehenſores mei, has nempè ſi neſcis nugas, & hæc murmura tandiu
dum ſubſtomachans, ſed tacitus ſpero, ſparſim audiens, quid unus, quidue alius oſci-
taſſet, nec dum ſeriem accuſationis intelligens, hoc ipſo autem primum die, rem omnem
ordine didici, referente religioſo quodam iuuene, ciue itidem noſtro, multum illis licet
aduerſo, quique mei ſtudio. cum illorum certet inuidia, quaſi ſacrilegium ducēs, homines
quantum ſibi uidetur ignaros uelle meis in rebus ſcientiam oſtentare, idquè adeò mole
ſtum omnibus, in patria meum nomen amantibus, ut moleſtius nihil ſit, & multa ab eis
in auxilium ueri dici ſolere aſſerens. illos autem cepis inſiſtere tanto nixu, ut iam nō rei ue
ritas queri, ſed mei tantum infamia uidebatur. hæc mecum ille hodie ſcintillantibus oculis,
& inexpletis ac tremulis uocibus agebat, denique tanta erat indignatio, ut uix lachrymas
cohiberet. agnoui ætatis amorisquè impetum, ſolatusquè hominem, iuſsi eſſe bono
animo, eandem ſortem Philoſophorum ac Poëtarum, maximis fuiſſe non recuſandam
ſed optabilem, his, qui recta uia ad gloriam niterentur. nam & languidis inſtare rubigi-
nem, & clara quælibet ac ſolida, auri in morem attrita & confricta niteſcere. ille uix tan-
dem compreſſo tumore ac feruore animi, quid Ariſtarchi mei excauillentur explicuit.
In primis dicunt non his quidem uerbis, ſed ſuis, ægre ſe hoc dicere uelle ſignantibus,
illam tantam ſcilicet uim ſermonis, ac congeriem querelarum, non ſat conſentaneam mo-
rienti, neque horam illam, tales & tàm graues, ſenſus admittere. ſic ut uides, prima pars ca-
lumniæ biceps eſt, non potuiſſe uel morientis ſpiritum in eas uoces, uel ingenium in ea
uerba ſufficere. ad hæc uerò, ſolenni more diſputantium nunc omiſſo, priusquàm pluri-
bus diſtrahamur reſpondebo, dum impetus, dum memoria recens eſt, neque enim bella-
tor expectat, dum ad ſatietatem aduerſarij percuſſus, totidem mox ſe ictibus ulciſcatur,
ſed uulnera uulneribus miſcens, & nunc hoſtem præueniens, nunc repellens, uictoriam
cogitat, non uindictam. Primum ergo, non ſum neſcius, uires morientium exhauſtas,
atque ideò neque magnis, neque artificioſis atque compoſitis uocibus pares eſſe. noui
in CHRISTO mirabile atque unicum, ut uoce magna clamans expirauerit, dans aſtanti-
bus intellectum, plus in illo aliquid eſſe quàm hominem, quo miraculo experrectus, ille
centurio, Dei filium eſſe, eſt confeſſus. quem locum Marco Euangeliſta Hieronymus tra-
ctans, Tum una uoce, inquit, ſiue ſine uoce, nos morimur, qui de terra ſumus. ille uerò,
cum exaltata uoce expirauit, qui de cœlo deſcendit, quid hic ſanè ſim dicturus, nemo
non uidet, niſi cui oculos tumor liuorquè præcluſerint. me fateor pudet tàm abiectæ
ineptiæ reſpondere, ſed res cogit, non morientem ergo loqui facio, ſed uicinū morti, eiq;
de pximo intuētē. quo in ſtatu nō doctos modò, ſed indoctos, et multa loqui ſolitos, & ue
ris ac grauibus referta ſentētijs, quis ignorat, interdū q̄a neſcio q̄d pſagij ac diuinationis ha-
bētia, & ſi igit pſens mors, igeniū pmat, & uitalē ſpiritū intercludat, uicina tamē utriq; adiu-
uat atq; attollit, & uel in lumine carceris egreſſurū, admonet, in terga reſpicere, ac uidere q̄-
tum laborauerit.

tum laboris, quãtumq́ miſeriæ relinquatur. profectò quidem de re qualibet nemo melius iudicat, quàm qui & diù illam expertus eſt, nihil inde iam metuens, nihil ſperans, paſsionibus expeditum animum habet. poſſem multa de philoſophis, multa de hiſtorijs, ſed malo dicere, in quo falli nequeo, quod his oculis uidi, quodq́ his auribus audiui. Fuit unus ex his, cum quibus uitæ huius ex parte laborioſum, licet breue ſtadium cucurri, multos ſecum ſic res tulit, annos egi, nunquam tanto in tempore, quod audierim ex ore illius uerbum prodijt, aut perrarò, niſi uoluptuoſum, præceps, tumidum, inuidum, inquietum, turbidum, meras ſimultates ac ſcãdala loquebatur. nec mirabere, talis erat uita, talisq́ præterea uox ipſa, qualis materiæ debebatur. frendere aprum, uel ſæuire urſum diceres, non hominem loqui. tandem affuit, quæ nulli hominum defutura eſt, quamq́ ſi mei iudices præuiderent, nõ ſtyli mei ut arbitror, ſed uitæ mortiſq́ ſuæ curam gererẽt. conuenimus certatim, & pietatis ſtudio, & uiſendi qualiter moreretur, qui ſic uixerat, ille ubi ſe morti proximum intellexit, mirum audies. ſtatim uultu, geſtu, uoce, alius ea loqui cœpit, ſic ſe arguere, ſic nunc omnes, nunc ſingulos nos hortari ac monere, tantisq́ ſuſpirijs hunc ſermonem, uſq́ ſub extremũ ſpiritum traxit, ut me qui nunquam mores hominis probaſſem, neque amaſſem, credo itidem & reliquos qui aderant, perpetuò ſui memores beniuolosq́ dimitterer. quid de Roberto Siculo dicam rege, quamq́ illi morienti ſimul ac uiuenti, ſemper unus fuerit actuum ac uerborum tenor, clarius tamen quiddam, atque altius in morte perſonuit, cygneumq́ illud obiens impleuit, philoſophicum ac regium & diuinum uerè, ſic inſtans regni periculũ caſusq́ue omnes ante oculos poſuit audientum, ut quæ futura alijs, ſibi præſentia iudicares, cuius lingua, ſi ſui ſimiles aures atque animos inueniſſet, non tàm ſubito infœlix illa Campania, & illa olim maior Græcia, nunc minor Italia, ex tam inuidioſo & tranquillo ſtatu, ad hũc adeò inquietũ ac miſerabilem corruiſſet. ita dũ ij noſtri ſecretioris & nouæ philoſophiæ profeſſores, uocem & ingenium, uimq́ omnem nondum extincti hominis obruũt, atq́ ſepeliunt, tum præcipuè proſtrati ſeſe erigunt, & erecti, ſolito altius attolluntur, ſic uexatio animum tergit atq́ acuit, ſic ſopit ignauiam, ſic uirtutem excitat mors uicina, de quo tempore quid apud Tullium admirans legerim dicam. Tum uel maximè, inquit, laudi ſtudent, eosq́ qui ſecus quàm decuit uixerunt, peccatorum ſuorum maximè pœnitet. q dictũ ex ore pagani hominis, ſecundæ mihi ſufficiens calumniæ fuerit, ea uerò eſt huiuſmodi. Quæ illi tribuerim morituro, nõ ſua, ſed quaſi Chriſtiani hominis uideri. ego uerò, non minus hanc inſcitiam quàm priorem miror, & fateor, uix putaſſem noſtro ſub æthere naſci poſſe, qui iſta tàm raucæ tamq́ exiliter blacteraret. aridi atque ignobilis intellectus ſunt talia temptamenta, quibus paſsio ſola temptantis, & impatientia detegatur. quid enim per CHRISTVM obſecro, quid Chriſtianum ibi & non potius humanum, omniumq́ gentium commune? quid enim niſi dolor ac gemitus, & pœnitentia in extremis? de qua quid Cicero ipſe ſcripſerit audiuiſti, quanquam quid uno teſte res agitur. de qua quiſque ſibi totusq́ue adeò terrarum orbis, uno ore reſpondeat, at nuſquam ſibi CHRISTI nomen expreſſum, quod ſuperis licet atq́ inferis ſanctum ac terribile, illis tamen in literis nõ habuit locum, obſtãte temporum ratione. Nullus ibi fidei articulus, nullũ Eccleſiæ ſacramẽtũ, denicq́ nihil Euangelicum, nihil omnino quod non in caput hominis multa experti, iamq́ ad finem experientiæ feſtinantis, ſecundum naturale ingenium, atq́ inſitam rationem poſsit aſcendere, quibus utinam, nõ ab illis atq́ alijs ſæpenumerò uinceremur. poteſt errorem ac peccatũ ſuũ recognoſcere, & perinde erubeſcere ac dolere, homo etiam non Chriſtianus, fructu quidem impari, pœnitẽtia autem pari. quod niſi ſic eſſet, nunq̃ in Phormione Terẽtianus hoc diceret, adoleſcens, egomet me noui, & peccatum meũ. q ſi ſoſpes atq; integer fatetur, quid ægrotum poſita ante oculos morte facturum credimus, de qua rurſum cognitione, & confeſsione, ac pœnitẽtia peccati, operepretium eſt nõ quid Anaxagoras aut Cleantes, ſeu ex noſtris Cato uel Cicero, ſed quid laſciuiſsimus poëtarum Naſo, quid ue philoſophorum ut perhibent leuiſsimus Epicurus ſenſerit audire, ille enim ait:

Pœnitet ô, ſi quid miſero creditur ulli
Pœnitet, & facto torqueor ipſe meo.

Iſte

ſte autem, initium, inquit, eſt ſalutis peccati notitia, quod uerbum nõ immeritò Senecæ ui deo placuiſſe, itaq; illud excutiens, qui peccare, ait ſe neſcit, corrigi non uult, deprehendas te oportet, antequàm emendes. & poſt ſtatim. Ideò, inquit, quantum potes teipſe coargue, inquire, in te accuſatoris primum partibus fungere, quid hic tibi dicere aliud uidetur, quã quod in Prouerbijs Salomõ. Iuſtus prior eſt accuſator ſui, aut quid aliud Seneca, idem ad Lucilium ubi ait: Somnium narrare uigilantis eſt, & uitia ſua confiteri ſanitatis indicium quàm quod in Pſalmo Dauid. Dixi cõfitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino. en confeſsio, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. en ſanitas confitentis. quamuis ergo, cui & qualiter confitendum ſit nemo niſi Chriſtianus nouerit, tamen peccati notitia & conſcientiæ ſtimulus, pœnitentia & confeſsio, communia ſunt omnium, ratione pollentium, & ſi uerba reſpicimus, quod minus eſt quod amans ille Terentianus paulò antè loquebaẽ, quàm quod ipſe Dauid in Pſalmo illo nouiſsimo, & illiciti ſui amoris memor, & ſceleris, Quoniã iniquitatẽ meam ego agnoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. ſed parum mihi uidentur correctores mei, ſeu hæc pauca quæ diximus, ſeu philoſophica illa multorũ, ante alios Platonica & Ciceroniana relegiſſe, quibus ſi nomen deſit authoris, ab Ambroſio ſiue Auguſtino ſcripta iuraueris, de Deo, de anima, de miſerijs & erroribus hominum, de contemptu uitæ huius, & deſiderio alterius. quæ quoniam nimis multa ſunt, & nimium uulgata ſciens taceo, ſed ſi ad mordendum, ſic ad diſcendum uigiles eſſe uoluerit infinita reperient, ex quibus ita eſſe (ut loquor) attendant, & fortaſſe pudeat iſta tàm friuola collegiſſe. Tertia reſtat accuſatio. Nam ſat conſideratè me ſermonem illum tàm grauem iuueni tribuiſſe, qui prouectæ conuenientiſsimus ſit ætati. quod ego ab ijs iàm non iuueniliter, ſed pueriliter dictũ dico. relegant omnes huius articuli tractatores, nemo niſi fallor, ad initium ſenectutis, minus ſpatium inuenietur poſuiſſe, quàm Cicero Sex tamen & quadraginta annos poſuit, cuius ſententiam ſiluiſſem, niſi quia & nihil uiri illius negligendum extimo, & ipſe Cato, uera loqui faciens ore illius, id maioribus uiſum dicit, ſicq; in unũ triplex coit autoritas. Vt ſit ita, quando nihil proprius aduerſarijs meis fauet, nunquid exempli cauſa, anno ætatis quadrageſimo ſecundo moriente, quo defunctum Tytum Veſpaſiani filium, optimum principem palàm eſt, loqui falſum maturumque aliquid non licebit, conſpecta huic lapſilis uitæ fuga, atq; huic errorum tenebris mortis uicinitate diſcuſsis, Auguſtini autem ſenectus multò quàm Ciceronis eſt tardior. eſt illius liber, qui inſcribitur diuerſarum quæſtionum, ubi ab anno ſexageſimo incipere illam dicit, quæ ſententia, ſeu autor inſpicitur, ſeu res ipſa, quantum firmitatis aut ponderis habitura ſit, uiderint, qui nil ſobriũ, niſi à ſene decrepito dici poſſe contendunt. Nec uerò tàm pertinaciter hanc amplector, ut reliquas omnes abijciam, ſcio de hoc, alios aliter atque aliter ſenſiſſe, ſed operoſum eſt hominum ſenſus ac uerba colligere, itaque & ſi plures ad teſtimonium trahi poſſent, paucos ſponte obuios adhibui. inter quos Iſidorus, quo autore raro utor, dum in ſex ætates uitam noſtram diuideret, quarta, inquit, eſt iuuentus, firmiſsima ætatum omnium, finiens in quinquageſimo anno, quid Roſores mei dicunt? an hic ſaltem æuo, ultimus, opinione medius teſtis placet, an quis alius? ego enim cauſæ fiſus, nullũ reſpuo, niſi qui inter iuuenem ac puerum non diſcernat, quales ij uidentur, quibus cum mihi res eſt, qui de iuuene uiro forti, bellicq; duce me loquentem, quaſi de puero uel infante loquar, arguunt. hac ætate igitur, plena & firma iuuenis mens erat, quam qui loqui neſcit, meo conſilio ad ſcholas eloquentiæ nunquam ibit, hunc ego ideò iuuenem Pœnum dixi, ne ſi indefinitè Pœnum dicerem, prima fronte Hannibal crederetur, & natu maior & clarior fama benè autem & ætate ſua, & comparatione fratris dictus eſt iuuenis, qui hinc iuuenis eſſet, hinc iunior, ſed uir tamen ſummis in rebus expertus, totiens utranque fortunam. Sed quid cauſam munitiſsimam ut inermem tueor, cum promptiſsimum ſit, quod illi firmiſsima ac ſolidiſsima in ætate ſi[illegible] pent, id in infirmis ac teneris demonſtrare. Mitto Diadumenum Antoninum, qui cum ſene patre nõ iuuenis ipſe, ſed puer ad imperium prouectus, cum populum affari nouis principibus mos eſſet, ubi ad id uentum, prudentius ipſo patre concionatus legitur S[illegible] dium albinum, cuius adoleſcentiæ nonnulla, tàm grauia referuntur, ut in ſene [illegible]

mirabilia

mirabilia uideri poſsint, quod ij fortè reprehenſoribus meis habeantur incogniti, non tàm hiſtoriæ deditis, quàm Satyræ, ſed Alexandrum Romanum principem non nouerint, cuius multa in arctiſsimis caſibus, tàm prudenter atque integrè acta tàm modeſtè reſponſa tàm ſeuerè animaduerſa, tàm prouidè de liberata narrantur, ut liqueat longum tempus, ad ſapientiam non requiri, quippè non amplius quàm uigintinouẽ annis, tribus menſibus, & diebus ſeptem uixit. an hunc ſenem fuiſſe? an qui tanta dictorum atque factorum laude diù in illa tumida fortuna, quæ prudentiam necat, inſolentiam parit, tanti pondus tuliſſet imperij paucula uerba conſultius loqui non potuiſſe, in ipſa quæ humani animi tumorem comprimit, morte dicturi ſunt? de quo quidem, non in poëmatibus, ubi pluſculum licentiæ eſt, ſed in hiſtorijs ita ſcriptum cernimus. Seueritatis tantæ fuit in milites, ut ſæpè legiones integras, exauctorauerit, ex militibus Quirites appellans, nec exercitum unquam timuerit. & ſequitur ratio dicti huius optima. Quod ſcilicet in uitam ſuam dici nihil poſſet. de hoc eodem principe hac ætate ſic prædicat Aelius Lampridius hiſtoricus, Erat enim, inquit, ingentis prudentiæ, & cui nemo poſset imponere. quid ergo? hic qui imperiũ adeptus adoleſcentiæ in ingreſſu, uſque ad egreſſum tanta illud ſapientia iuſtitiaquè rexerit, totaquè tàm claris concionibus ornauerit, mutus in fine fingitur futurus, ſi naturalis ac tranquillus illi finis, non uiolentus ac rapidus contigiſſet. ſed hæc fortè etiam illis ſerò ſtudioſis inaudita, quæ mihi lectori uago ſors obtulerit. An uerò Alcibiadis puerile quoque neſciunt acumen, qui ſapientiſsimo tum florentis Græciæ ſeni conſilium illud dedit, quod Græcorum ac Latinorum ſenes pariter mirarentur, uerum ille non habitus animi, ſed flos fuit, atque ideò non uirtutis, ſed indolis exemplis aſcribitur, probat tamen non iuuenem modò, ſed puerum poſſe aliquid efficax ac mirandum loqui. Sed an cuiquam hominum qui ſenorit ignotus eſt, Scipio ille, cui primum Africani cognomen uirtus ac gloria peperère, qui duriſsimo in prœlio infœliciter ad Ticinum geſto, patrem ſuum Romani, tunc exercitus clariſsimum ducem, ſed iam uictum affectumquè acri uulnere, media de morte ſeruauit, idquè uel tum primum pubeſcens, ut Liuius ait, uel Vir dum annos puerilitatis egreſſus ut Valerius, ſeruatiquè ciuis, & ducis, & patris triplex decus, ac triplici laude conſertam meruit coronam, illa ex acie, unde nihil præter fugam iam ſperabant, aut quærebãt, uiri fortes, duratiquè bellorum uſu & armorum exercitu ueterani. neque tàm acerbæ contumatiæ uel fortunæ uis aduerſæ horrendæquè ſtragis reſpectus. obſtitit, uel ætatis imbecillitas (non enim aut periculum aut annos numerat uera uirtus, idem ipſe non multo pòſt adhuc ut teſtatur Liuius admodum adoleſcens, ignaua prorſus ac pudenda conſilia. Italiæ relinquendæ, præſentiſsimo animo atque incredibili uirtute diſcuſsit, item poſtea quatuor & uiginti nactus annos, ducibus uel attonitis uel extinctis, unus Reip. tutelam, teneris adhuc ſubire humeris, nõ ueritus, imperium in Hiſpanijs ante tempus accepit, & domeſticæ ſuæ cladis, & publicæ tepido tunc etiam cruore manantibus, cumquè poſt factum extimatio ætatis in metũ uerteret, cœpiſſetque iam populũ inconſulti ſuffragij, pœnitere uocantis ad cõcionem tribubus, ita omnem diffidentiam magnifica oratione cõpeſcuit, ut extinctum animorũ impetum ſuſcitaret, & cũctorũ mentes certiſsima uictoriæ ſpe cõpleret, nihil credo, ſecũ in grabatulo iã ætate, puectior, quamuis adhuc iuuenis loq ſciret, q tn publico adoleſcens, maximũ in terris populũ, ac diſcordẽ & multiuolũ, fando tã facile in ſuã ſententiam traduxiſſet, ac ne falſæ ſpei impleſſe animos adoleſcentis audacia uideatur, in Prouinciã mos profectus, quã fortiter quanque fœliciter, & patrẽ & patruum, & patriam uindicarat, toto orbe uulgatum eſt. neùe martia uirtus, hanc laudem ſola occupet. quæ nam eius ijs diebus apud Hiſpanam Carthaginem continentia, & fides erga hoſtem quoque, quanta apud Sueronem ſeueritas mixta clementiæ. Illic cuſtodia diligens matronarum, & ne oculis quidem delibata pudicitia, hic nutu frontis compreſſus exercitus puniciquè fontes, & ad milites habita teſtatur oratio. Age bello uictor, ex ordine quantus apud populum, quantus in curia apparuit, quando Q. Fabium Max. principem tunc ac ſenatus ſapientiſsimum, ac famoſiſsimum ſenem, ſecum de ſumma Reip. diſsidẽtem, ſic et aduerſis Patribus præclara uicit oratione, in qua, illud & ipſe gloriat̃, & res probat,

ſenem

ſenem ab adoleſcente ſaltem linguæ modeſtia ſuperatum. idemq; mox ex Sicilia in Africã traiecturus, quanto ingenio aliam illã fortiſsimorũ equitum, armauit atq; inſtruxit, & ut ſileam quæ audaciæ potius, aut fortunæ, quàm conſilij dici poſſent, & ſi ab eo nihil uel in acie ſine certo conſilio geſtum ſit, utq; attingam quæ conſilij ſunt ſolius, & ingenij, quæ nam illa ſuauitas, quæ comitas, quæ uis eloquentiæ, qua non Syphacem modò regem barbarum, ut Liuij uerbis utar, inſuetũq; moribus Romanis, ſed hoſtem etiã infeſtiſsimũ ſibi cõciliauit. Haſdrubalẽ. quæ humanitas, quæ caſtitas, dum uel ſponſam formæ inſignis intactam uiro reddidit, uel regi puerum ſanguinis captiuum, muneribus adornatum remiſit, auunculo, quibus artibus utrunq; uicit utilius quàm prælio uincerentur. quæ illa grauitas, quæ ſanctitas, qua ſine offenſione coætaneum ſibiq; chariſsimum, ſed ferocem atq; amore languidum arguit Maſiniſſam, & deinde luctu nimio conſternatum erigens, à præualidæ ſenſu peſtis, in alias curas, alta prouidus arte diſtraxit. poſtremò quæ illa mens, quæ illa fiducia, qua inſtante ultimo rerum caſu, petẽdi pacem reſpondi Hannibali. multa de Scipione meo loqui dulcis & opima materia eſt, quod nec ducum, quempiam magis amem, nec quiſquam melius horum nugas atq; aculeoſam retũdat inuidiã, ſine dubiò enim, dico idẽ ſæpè ut me ſurdi mei audiãt. ſine dubiò, inquam, monſtruoſius eſt iuuenem morbo, præſertim & uicina morte cõmonitum, breue aliquid de communi natura, deq; caſibus ac fortunis hominum ſubmiſſa uoce ſecum agere, quàm adoleſcentẽ mollire hoſtes alloquio, amicos arguere, armatas legiones caſtigare, & contentione orta, quæ acerrima eloquentiæ pars eſt. Romanorum atq; Carthaginenſium duces calidiſsimos confutare. ſin quo alia geſta licet à iuuene. Hæc nempè quæ dixi omnia, ab adoleſcente, uel in ipſo adoleſcentiæ iuuẽtuteq; confinio, ante ſeu circa annũ trigeſimũ acta erãt, iuuenis aũt meus ut dicebã aut quadrageſimũ annũ exceſſerat, aut ad quinquageſimũ propinquabat, nec dũ ideò diù poſſeſſum iuuenis nomen amiſerat. ſine ijs omnibus perſuaſi, neq; humanæ proficiunt coniecturæ, diuinæ quis obluctabitur ueritati. Siquidẽm Deus in fine temporum factus homo, qui diuinitate ſua æternus atq; immenſus præſidens'q; omnibus, nec immirationis patiẽs, nec augmenti, humanitate uerò parentibus, hoc eſt matri ueræ, & putatiuo patri, ſubditus creſcebat, & cõfortabatũ, ut Lucas ait Euãgeliſta. & proficiebat, ſapiẽtia & ætate, ad prædicationis initium, ut Deus ab æterno gnarus omniũ, nec egens temporis, ut homo annum trigeſimũ duxit idoneũ. qs hominũ hãc ætatem dicere audeat imperfectã, q̃ nobis noſtri ducis electio cõſecrauit: quis uerebat expectare illũ, q nec naſci, nec mori potuit, niſi dũ uoluit: poterat tardius, & citius poterat, cœleſte iter oſtẽdere, omnis illi ætas apta erat. ꝙ ita eſſe ne dubites, tã inde à pueritia, anno ætatis duodecimo, inter doctores legis ſedens ac diſputans omnes ſtupore compleuerat. annũ ergo trigeſimũ expectauit, & nõ amplius, idq; nõ propter ſuã neceſsitatẽ, ſed propter exemplũ noſtrũ, ut enim libro ueræ religionis ait Auguſtinus, tota uita eius, in terris per hominẽ quẽ ſuſcipere dignatus eſt, diſciplina morũ eſt. Rẽ itaq; nobis aggredi, aliquid grande uolentibus, metã uixit, ne uel magiſteriũ anticipemus uel operationem uirtutis, aut doctrinam in ſeniũ differamus. quieſcant oro mei iudices, neq; fruſtrà ſe torqueant, nõ infantem, ſed nec puerum, nec adoleſcentem quidẽ, immò iuuenem, hoc eſt nondũ ſenem, dixi, quin qui non ſapit, adhuc modicũ & in ſenio delirauit. ſunt multi fateor, immò innumeri, qui omnes ætatum partes in uoluptatibus, inter uanitates & inſanias falſas agunt, ea ſpe, ut quaſi non doctrina, non ſtudium, ſed ſoli ſapientia ferant aura, ſint in ætate ultima ſapientes, quod tale eſt, quale ſi agricola tum inter ſomnum ac ludos ſeuientis tempus omne conſumpſerit, uentura æſtate meſſem ſperet uberrimam. Sed iam peregrinæ materiæ ſatis eſt, unde ego melle ſoporatam. & meditatis frugibus, offam latratoribus meis obijcerem, atque horrentem colubris Cerberum conſopirem, ꝙ ſi prorſus implacabilis & inſomnis inuidia eſt, ueritati tamen ſuiſq; cultoribus, ante alios ubi quem his primũ latratibus fatigatum ſcio, hac ut noſtris amicis, ſic æmulis relatrandi, epiſtola ſatisfactũ reor. Quarta, hercle, neſcio an & ultima accuſatione, ſi moueor ad aliud quæ ad riſum moueor. altior in Buccolicis, ut aiunt, ſtylus eſt meus, quàm paſtorij carmina poſcat humilitas, omni utinam alio crimine careant, quæ ſcripſi, omnia & quæ ſcribam

huius

huius reum fieri me facilè patiar, non ignarus, cũ tres Poëtis atq; Oratoribus ſtylos eſſe
nec culpa uacare, ſi unius in locum alius transferatur. Cæterum comparatiuè magis quàm
ſimpliciter altum aliquid, imumq; uel medium dici uolet, & parui colles in plano eminẽt,
& magni montes, maioribus cincti latent. Olympus ipſe uictor nubium, cœlo uincitur.
luna nobis altiſsima ſyderibus cunctis inferior eſt, Poëma ego illud iuuenis ſcripſi, audax-
quẽ iuuenta, ut de ſuis Buccolicis ait Maro, uidebar inde aliquid ſcripturus, iamq; incepe-
ram quod ſperabam, nec deſpero, altum adeò euaſurum, ut aliud ſibi adiunctum humile ſa
tis oſtenderet, & depreſſum. Adde quod ut omnis ceſſet comparatio, multa etiam per ſe
accepta, pro uarietate iudicatum, huic alta, illi uidentur humilia, & in Pſalmo ſcriptum
eſt: Montes excelſi ceruis Et ſequitur: Petra refugium herinacijs, & talpa terræ ſuperfi
ciem, ubi attingit, altius non aſſurgit. & inter uolucres aquila, ut altum teneat, nubem ſcã-
dit. pauo tegulas, fimum gallus. & quid plura. Stylum ego uerò abſoluam, cuius per uni
cum uitium altitudo eſt, & ſi oporteat, huic nõ inuitus infamiæ ſuccumbam, meo autem
iuditio, non oportet, modeſtiore forſan ingenio ſunt, quibus id uiſum ſit, apud me quidem
illo in carmine, nihil altius quàm deceat, aut quàm uelim. Tandem uerò amice, aliquan
do ſi placet, hos obtrectatores noſtros Latinè loquentes aut ſcribentes, aliquid audiamus,
& non ſemper in angulis inter mulierculas ac fullones, uulgaria, eructare problemata,
his enim Philoſophantur in ſcolis, his in tribunalibus iudicant, ſine iuſtitia aut delectu,
quisquis abſens idem reus, nulli hominum differtur, nulli parcitur indefenſo, ueterum &
nouorum lacerantur famæ, longis terſa uigilijs, nomina deformant. ſic graſſantibus adhi-
be literatum hominem, muti fiant, & Palladia quaſi Gorgon acceſſerit, durãtur in ſilicem,
Scribant modo aliquid quæſo, ut & nobis uti ſi libeat, eſſe dentes intelligant. Sed quid
poſco non plus ignorantiæ, nec plus inuidiæ quã cautelæ eſt, ſemel prouiſum eſt ab incur-
ſibus ſemper ac latitant, & in hoc ſe doctos arbitrantur, ſi alijs detrahant, ut cum illo fini-
am, qui talia multa paſſus eſt Hieronymo. Vale Venetijs. III. Idus Martias.

Fran. Petrarcha Franciſco Bruno; S.

In egeſtate & diuitijs uirtuti ac gloriæ locum eſſe.

AD id q; de fuga mortis lociq; mutatione pridẽ ſcripſeras reſpõdi, q; ne miſerrimi loci
mutatio, deq; mutatione oriẽs perplexitas cauſa fuit, quamuis ad eas tibi literas, uel
ſolĩ(us) famæ præconio ſatisfactum eſſe potuerit, nunciantis me ex illo naufragio elapſum,
prono gurgite Venetias petijſſe, urbem licet ſitu proximam, longè nunc tamen cœli ſalu-
britate diſtãtem. ſed cum peſtis has uolucres, fugam nullam, fixumq; & immobilem finem
ſcirem, non id fugæ ſtudio fateor, ſed quietis feci, ad has uerò nouiſsimas, licet de præte-
rito conſultatio non ſit, unum tamen hoc dixerim, conſilium ut opinor optimum elegiſti,
tui amicorum ultimus, non fide, ſed tempore ac loco, ſi quid in me momenti poſitum reris,
accedo. Ita enim ſentio, Sanctiſsimum illum Patrem, uereq; liberalem & urbanum, cui
te familiariter notum, lætè audio, Dei nutu expreſſo, ad humanæ excellentiæ ſummum gra
dum & tibi, & bonis omnibus utilem, ac mundo ſalutiferum aſcendiſſe, quoque inſperati
us eò ſanctius. i fœlix, itaq; CHRISTO duce, fœliciorq; reuertere. Neq; uerò, tam etſi rerũ
labentium contẽptores iure optimo laudẽtur, idcirco uituperandi ſunt, qui neceſſarijs uſi-
bus illas quærunt, modo id caueant, ne habendi ſtudio iuſtitiam, modeſtiam, pietatem, ue
recundiamquẽ poſt habeant. Quanquam enim Diogenes Cynicus, effracto ad ſontem
uaſe ligneo naturali poculo contentus, & uerſatili domo habitans, clarus ſit, nihilo tamen
[illegible]rior, aut Democritus inter diuitias multas, aut ex noſtris duo illi, quibus exprobari
[illegible]nouimus, Cicero & Anneus quorum alter in Officijs, Nec uerò, inquit, rei familia
[illegible]plificatio nemini nocens uituperanda eſt, ſed fugienda ſemper iniuria. alter in eo li-
[illegible]o beatam uitam ut potuit figurauit. Deſine, ait, Philoſophis pecuniam interdice
[illegible] ſapientiam paupertate damnauit, habebit Philoſophus amplas opes, ſed nulli de-
tractas non alieno ſanguine cruentas, ſiue cuiuſquam iniuria partas. Audis ne ſententiam

Ciceronis Senecæ uerbis expreſſam, ut opũ amplificatio, nõ iniurioſa, nec nocua, bono &
officioſo uiro ac Philoſopho etiã ſit permiſſa. multa ibi pro ſua & eorũ quibus opulentiæ
crimen obiectum eſſet, excuſatione diſſeruit. quod ad ſummã rei attinet, Diuitias nego, in
quit, bonum eſſe, nam ſi eſſent, bonos facerent, nunc quod apud malos deprehenditur, di
ci bonum non poteſt, hoc illis nomen nego, cæterũ & habendas eſſe, & utiles & magna
commoda uitæ afferentes fateor. mitto alia ne diuitiarum quibus parum debeo, niſi forſitã
in tranſitu ceu Craſſus alter aut Crœſus, hodie patrocinium uidear ſuſcepiſſe. ſed magis
ad noſtros ut ueniam, an'ne ideò, quod Franciſci clariſsima ſit paupertas atq; humilitas, di-
uitiæ atq; honores Ambroſij aut Gregorij minus clari ſunt? quorum alter opulentiſſimæ
urbis Epiſcopus, alter Epiſcoporum omniũ princeps erat & ut quæq; in genere, nõ modo
plures inuicem, ſed eundẽq; ſibi ipſi conferã, oſtendamq; quod uolo Nũquid Plato, nunquid
Ariſtoteles, ante peritã ſiue acceptã pecuniã, id enim utriq; conſtat, obiectũ quã poſtea fue
rant clariores, poteſt nõ ignoro humilis aut importuna petitio, claris obeſſe nominibus, nõ
pecuniæ licet ingentis honeſta poſſeſſio. nũ quid ergo aut Virgilius multo auro ditatus à
Cæſare fuit obſcurior, quàm dum rure primo depulſus exul, atq; inops Romam peteret?
aut Syluester immẽſo Cõſtantini munere minus ſanctus, quam dũ pauper, nudus in nemo
ribus ac cauernis montium habitaret? nocuit ſucceſſoribus ſuis forſitã ea largitas, nocebit-
que. ſibi nil penitus abſtulit ſanctitatis, aut gloriæ. & omnino benè fundatum atq; in ſoli-
do radicatum animũ, nihil eſt quod loco moueat, cũ inter fortunæ lubrica, male hærentẽ,
& leues auræ agitent, & exiguæ moles frangant. Demũ ne ſemper philoſophemur in nu-
bibus, ſed è latebris erumpentes, aliquando nos & intelligere ualeamus & intelligi, de ſe
quidem alij, ut libet apud me optimus uitæ modus eſt, mediocritas. hinc ſi cogar ad extre
ma deflectere, malim certè diues eſſe quã pauper, de paupertate loquor, anxia ac deformi,
quàm triſtis indigentia, & luridæ premunt ſordes. Nam ut paupertate ſi facilis atq; hone-
ſta cõtigerit, nihil eſt dulcius, ſic ultima nil moleſtius egeſtate, unam excipio. quæ propter
CHRISTI nomen aſſumpta eſſet. quod ſolum ita ſuperandis difficultatibus, leniendiſq; ue
moleſtijs, & leuandis oneribus, & leuigandis ualet aſperitatibus, ut abſq; illo omnis Philo
ſophorum labor, quaſi inanis ac ſterilis, nitor oculos iuuet, non pellat eſuriem. Poſtremò
hæc nodi huius reſolutio breuis ſit, diuitias nec ardẽtius appetendas, nec inſolentius reſpu
endas, eas denique nec laudandas, nec uituperandas quidem, ſed ut ſapientibus placet, in-
ter indifferentia numerandas. idem planè de paupertate cenſeo, huius autem atq; illarum
uſum laude ſeu uituperio dignum eſſe. nulla tu nunc igitur ambitionis infamiam uereâre.
non eſt ambitio, nec cupiditas quidem ulla, non dicam fortunæ ut uulgus, ſed Dei dona
lætè ſi offerantur admittere, tranquillæ ſi auferantur amittere gratè ac ſobriè illis uti æqua-
nimiter carere, ſic ut rebus tuis, omnibus ſeu proſperis ſeu aduerſis idem animus, iſq; inui-
ctus, infra ſe poſitis, pari uertice ſemper emineant. Sanè quod te Pont. max. meis literis cõ
mendari poſtulas, amoris id potius quàm iudicij tui eſt. ita enim de me ſentis, ut mea tibi
omnia profutura confidas, quod ſi & ego de me crederem, non grauarer tali amico, tanta
modeſtia deprecanti, paucas literulas donare, qui tàm multas ſæpe uel ſcribendi impetu,
uel ingratorũ importunitate proiecerim. Sed mihi crede, nõ ſimplicitas modo, quæ haud in
uiſa eſt bonis, ſed amentia ſeu temeritas uocabitur, ſi apud tantum patrem, tàm puſillus pro
tam bene meritò, tàm dignus, inſuper & ignotus commendator acceſſero. Nec ſim dubi-
us, & ſi pro hoc quoq; tibi errore gratias agam, non tibi iuditium fore, aliud quam mihi, ſi
repoſito, parumper amantium uelo, quod me magnum aliquid in tuo facit examine, rem
ipſam inſtiteris cogitare. quin tu potius cum ad ſacros pedes acceſſeris, ſi dignum ducis,
nec in tanta luce fuſci nominis pudet, qualem tibi uidebitur, mei memoriam habeto, qui-
uis enim non tantũ facie, ut & tibi, ſed prorſus illi ut noſcis incognitus. quod me tamen inſtu-
porem egit, & ſæpè per hos dies, & nouiſsime heri ad ueſperã præferuidis meorũ literis ha
bui, uelle Põtificem ac iubere, ut ad ſe ueniam, idq; confeſtim. magna quidẽ & magnos ſer
ſitan ſmorum animos ſpe iniecta, fama ut putant mei aliqua, ſed falluntur, immò uero ſola

Dei clementia, quæ immeritũ ſpontè proſequitur id agente. Et fatebor tibi me, ſi tanti facerem, ut CHRISTI uicarius conſpectum meum poſſet optare, iam nunc iter arripuiſſem, non meis tantùm aut equi pedibus, ſed lectica, ſi res cogeret ac nauigio perferendus, Deum teſtor, non tam Papatum eius cogitans, quàm uirtutem, de qua multa, uel tuis, uel exterius, quas dixi meorum literis, uel communi undiq; proborum ac ueracium hominum relatione percipio. in quibus illud eximium, bonos amat, quorum licet è numero nõ ſim, ut cunq; tamen ijs annumerari, tanto præſertim extimatore, delectaret. nunc niſi fallor augurio, ad laborem uocor, honorificum non dubitem, & ſi ea cura me tangeret, etiam fructuoſum, ſed ætati meæ iam, & exoptato ſemper ocio aduerſum nimis. Vale. &c.

Fran. Petrarcha Franciſco Bruno, S.

Quanti laboris & periculi ſit ſcribere, ſcribendum tamen, & qualiter.

QVãta uis eſſet eloquij, lepõre ſimul & ratione conditi, atq; hinc uerbis, hinc ſententijs affluentis, ſæpe recognitum atq; compertum eſt. nũquam Milonis aut Herculis tã fortia brachia, quin Ciceronis eſſet aut Demoſthenis lingua potentior, illi quidem magno niſu, molem forte aliquam, pondus ignobile, hi uero animos mouebant, rem nobiliſsimam, penitusq; mutabilem ac diuinam. hæc in mentem ut nunc redeant, tu facis. cœpi ego literis tuis, uix perlectis, magna uelut aliqua ui compulſus, uariè ac uehementer in diuerſum agi, ſic ut tibi mirum dictu, ſimul & compaterer & congauderem. gaudeo equidem, quo pergebas te incolumen perueniſſe, qualemque optabas ac ſperabas, Apoſtolicam clementiam inueniſſe, nihil durius, nihil amarius ſpe caduca, illius nempè manſuetudinis, morumq; ſuauium, & cõuerſationis angelicæ, præterquàm quòd tuis multorũ quę mihi literis fides fit, certum iam ante præſagium fecerat, urbani nomen. apud me enim appellatio ſpontè ſuſcepta, iudex eſt animi, teſtis propoſiti, optimam ſane Deoq; & hominibus gratam uiam elegit, quæq; eum ad fœlicem portum neceſſariò perductura eſt, uiam licet multis incognitam ac neglectam, ſibi tamen & ſuo ſtatui maxime debitam, quamuis enim Rom. Pont. nil altius, nil clarius, nil uenerabilius, immò uerò nihil illi par habeat orbis terræ, ipſe tamen tanto euectus honore tantoq; oneri ſubiectus, cum fideli reuerentia ac ſtupore debet humanitate ac pietate contemnere, aliquantoq; niſi fallor, & mitior & humil[illegible]ior eſſe quàm fuerat. mirum hoc multis fortaſsè uidebitur, qui leui qualibet proſperitate ſuperbiunt, ac non ſibi, qui meminit, ut res docet, ſed illius in terris uicem gerere, qui ait: Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde. indecorum eſt quidem, atque abſonum, humilis domini uicarium ſuperbire. huius ego igitur argumentum maius, nec poſtulo nec expecto quam quòd mihi tu ſcribis, & loquitur fama. nam quod certius quæſo, inuicti & in ſolido fundati animi ſignum quæras, quàm neque fortunæ nimis deijci, neque blandiţijs attolli. aut unde altius poſcas experimentum, quàm quo nihil eſt altius, equidem quem ſupremus humani faſtigij uertex immotũ uidit, nulla amplius res mouebit, ò bene creatum ſpiritum, quem iſta non quatiunt. Fœlix ille his moribus, fœlix mundus hoc capite, fœlix tu hoc domino, ita dico, & ille fœlicior his moribus, q̃ hoc ſtatu, & tu hoc domino, quã libertate fœlicior. Eſt ubi libertas labor, eſt ubi regnum ſeruitus, eſt ubi ſeruitus regnum ſit. proinde & fortunæ tuæ gratulor, & glorię, ſi cõpatior labori. Benè autem ſe res habet, ualida eſt ætas, meritorius ac præclarus labor, extimator optimus, quo nil optabilius, ingenijs bonis, atque ad alta ſurgentibus. ſub hoc ergo Deo auſpice, quicquid erit obibis alacri[illegible]eſſe, uiriliter, memorans illud Flacci:

Nil ſine magno uita labore dedit,

[illegible]fidei abũdans, dexter animi, nihil acceſſu arduum inuenies, nihil executione difficile, [illegible] etiam fides transfert, & ualdè uolentibus omnia plana ſunt. non tu artis eges, nec [illegible]i quid inſuetum nouitas feret, animi illud forcipe rapies, & in uſum trahes, tua incude rep[illegible]cuſſum, tuis infectum recoctumque fornacibus, tuum fiet, idq; non ſolum tale, ſed meliu[illegible]. An ignoras ut ex eadem maſſa Phidias aliam cudebat imaginem, aliã Praxiteles, aliam [illegible]iſyppus, aliam Polycletus. incipe ne diffidas, & ueteribus noua permiſce, ſi id ri

tè feceris, ſuum precium inuenient. Friuolū eſt ſoli ſenio fidere. & qui hæc inuenerunt homines erant. Si uirorum ueſtigijs deterremur, pudeat, primas partes huius laudis fœminæ occupant, harum quibus utimur literarum inuentrix mulier fuit, nec nos moueat tritum illud ac uulgare, nihil nouum eſſe uel dici poſſe, poſtquam id Salomon atq; Terentius ſcripſere, quàm illuſtrata philoſophia eſt quam elimata poëmata, quanta hiſtoriæ lux addita. quot inuentæ artes, quot diuerſis in gentibus leges latæ. quis humanæ uitæ cultus acceſſus quę rerū exercitiū, quæ notitia diuinorū. nil tam cultum nilq; adeò cumulatū, cui nō aliquid addi queat. aſſurgere & enitere, ut uoluptas ægri, ſic fortis ſaniq; animi cibus eſt labor. primum ſolus in ſilentio meditare, meditata clauſtris abde memoriæ, ſeriisq; conſtringito, tacitusq; eadem intentusquę circuito, atq; incorruptus examina. inde oris ad lumen, & ad calamum nullo adhuc teſte pedetentim prodeant, uiciſſimq; ſubſiſtant, deliberantibusquę ſimilia & dubitare uideantur & fidere. Dubitatio circumſpectam, cautam, ſobriam, ac modeſtam reddet orationem, fiducia uerò lætam, uberem, magnificam, ſpecioſam. Vbi ſanè conceptus in uerba, ſiue in literas cōtinuæ lectionis eruperint, ſic præſentantur ut te audias, non quaſi conditor ſed iudex, aurem atque animum in conſilium uocat, & cogita quid dicturus fueris, ſi tuus hoſtis illa dictaſſet. quid ſcis, an tua hæc ad manus hoſtium ſint uentura? quorum inquies? inuidorum, qui uirtuti bellum perpetuum indixêre. quisquis paulò altius niti ceperit, multos hoſtes inueniet, non eodem modo nitentium, ex acie, ſed torpentium quoque, quod miraberis, humiq; iacentium, immò quidem horum maximè. Nullum uitium pigrius inuidiæ eſt, nimis ferè depreſſisque pectoribus habitat, gaudij neſcia lucis hoſtis. Vides quantum cum labore periculum ſit ſcribere, ſed ſcribendum tamen, ne ut lupus ruſticum, ſic nos raucos feciſſe inuidia uideatur. ad ſcribēdum ita, ut qui noſtra momorderint, ſolida feruida, hiſpida, dura, atque hirſuta reperiant, & dentibus fractis, intelligant uerum dixiſſe, qui dixerit, inuidos homines nihil aliud, quàm ipſorum eſſe tormenta, eam pro non rapidam, iuuenilem, ſed maturam ueręq; regiam fuiſſe ſententiam fateantur. id quo fœlicius aſſequemur ſi recti, ſi ueri, ſeuerıq; iudices noſtrarum inuentionum erimus, nihil minus in illis cogitantes quàm auctorem, nihil amantes minus quàm quod noſtræ ſint. neque enim, ut deformis filius atq; incultus, amabilis, quia filius eſt, ſic ſtylus quoq; quia noſter, in quo non cuius, ſed quis ipſe ſit quæritur, quæ in illo ueritas, quæ grauitas, quis ornatus. ubi illud acerrimè prouidendum, ne quis te uerbi huius, aut illius ſplendor, ne qua tuæ uel alienæ uocis fallat illecebra. in quorundam ore nil nō dulce ſonuerit, alterius ad os transfer, alio fuiſſe tibi uidearis ingenio. optanda dictantibus, lingua ſuauior, ſed aſperior metuenda, ut ſemper placeas ad ſententias reſpice, quæ ſi aptè, ſi nobiles ſi decoræ erunt, & unde etiam delectabunt, & facile ueſtientur. multa utranque in partem poteris ne deſperes, hæc tu ſolus, aut cum paucis primum dehinc pluſculos adhibe liberos, nō tam tui quàm ueri amicos, quanquam ſi amici fuerint non fortunæ, nil niſi fideliter conſulturi ſunt. ſic ſenſim domi horridula, poſt in lucē terſa peruenient. id cū ſemel atq; iterū feceris, indies minui ſenties laborem, donec te in habitum uerſa, non iam labor, delectatio in actu [illegible] non te amice ſed meipſum doceo, tequę alloquens me moneo, meq; audiens diſco, da ueniam longus ſum. Experientia, inquit, Ariſtoteles artem fecit. idquę enim uerè dicere nulla artium neget, hæc præſertim quam ſub oculis habeo, nauticam artē dico. quæ prima poſt iuſtitiam, huic magnæ urbi in quam nuper procellas mundi fugiens commigraui, tantùm & tàm multiplex incrementum attulit. Meminiſti enim quanto cum ſonitu, & Græcorum & noſtrorum uatum nauis olim rudis atque unica, ſed onuſta ſemideis, ut fama eſt, Theſſalicis digreſſa littoribus, per uicinas ac propè contiguas Helleſponti fauces, anguſtamquę Propontidem ac Thracium Boſphorum horribilia nomina, æquor Euxinum ingreſſa, magna uel gloriæ ſpe, uel lucri quaſi alium orbem Colchon adijt, plauſu omnium gentium & immortali præconio dignum fuit, Phaſidos alueum attigiſſe, [...]rnam. incipiebat experientia artem facere, ſed adhuc in cunabulis ars iacebat, creuit [...] adeò, ut non immerito dictum putes, patre maiorem ex Thetide naſciturum. quod & ſi [...] cunctis euenerit, in nulla tamen apertius. Ecce nunc Italo de littore naues immanes [...]nem ſoluunt.

nem ſoluunt, pars pridem hyeme rigida, pars hodie dum adhuc uer ambiguum brumæque ſimilius quàm æſtati. illæ ad ortum ſolis, ad occaſum aliæ, pars in Boreã, pars in Auſtrum, Helybicas Syrtes aditura, illæ occiduum mundi limite Gades & Calpem à tergo, illæ duos Boſphoros & Celchon & Phaſidem relicturæ, non aureæ ouis, ut quondam trahente miraculo, ſed hortante auro, tamen & urgente, ut per tot caſus, totq; terrarum pelagiq; diſcrimina, hinc uina noſtra Britãnis, illinc noſtra inſuper mella Scythis, in poculũ deueharentur, hinc noſtræ ſyluæ quod uix credas ad Achæos aut Aegyptios. illic ad Syros & Armenios, ad Perſas & Arabes noſter crocus, noſtrum oleum, noſtra lina perueniant, uiciſſim quę inde aliquid huc redeat. Cogam te una hora uigilare mecum, nempè dum tibi ſomno grauis hæc ſcriberem, intempeſta nox erat, nimboſus aër, cumq; ad hunc locum feſſus calamus perueniſſet, tantus ſubitò nautarum clamor aures perculit, cõſurgens, ſigno quod aſſolet memoriæ impreſſo ſuperiorem in partem domus euaderem, quæ portui imminet, reſpicio, Deus bone, quod ſpectaculũ. quis horror, pius, tremendus, delectabilis, hic ante oſtium littoreo marmori retinaculis hærentes aliquot naues, hybernauerant, hanc ipſam quã meis uſibus dedicauit libera & liberalis hæc ciuitas, ingẽtẽ domũ, molæ æquãtes ac geminas angulares turres, nimis inſigniter ueliferi mali uertice ſupergreſſæ, harum maxima, hac præſenti hora, nubibus aſtra tegentibus, uẽtis muros ac tecta quaſſantibus, mari quodam tartareum mugiente, iter arripit, fauſtum precor, crede autem mihi, ſi hanc Iaſon uideat, aut Alcides uehementer obſtupeant, ſi Tiphys ad clauum ſedeat, erubeſcat tantùm ſibi de nihilo partum nomen. Diceres non nauis illã eſſe, ſed montis pelago natantis effigiem; cum faſce tamẽ preſſa grauiſsimo, bona pars uteri fluctibus tegeretur. & ipſa quidem Tanaim it uiſura, noſtri enim maris nauigatio, ultrà non tenditur, eorum uerò aliqui, quos hæc fert, illic iter eã egreſſuri, nec antea ſubſtituri, quam Gangem & caucaſo ſuperato, ad Indos atq; extremos Seres & orientalem perueniatur Oceanum. en quo ardens & inexplebilis habendi ſitis, hominum mentes rapit? miſertus ſum, fateor nec immeritò à Poëtis dici, nautas miſeros, intellexi, quos cum iam per tenebras ſequi oculis non poſſem, concuſſus animo ad calamum redij, hoc unum tacitus mecum uoluẽs, heu quàm chara ſimulq; uilis quàm uilis eſt uita mortalibus. Ecce amice fabulam peregi, non neceſſariam epiſtolæ, ſed iocundam mihi, quam quæſitam minimè res ac tempus obtulerant, ad id uerò reſpicite, quod dicere ceperam, Experientia ſiquidem artem facit, uſus autem artem gignit, nutrit, ac perficit, uerumquę fit quod Affranius opinatur, rerum ſapientiam, uſus ac memoriæ filiam, uerba tenes,

Vſus me genuit, mater peperit memoria,
Sophiam uocant me Graij, nos ſapientiam,

hæc horumq; ſimilia cogitaſſe uidetur Auguſtinus, ubi artem rerum expertarum, placitarumquę memoriam diffiniuit. & tu igitur experire, idquę tam ſæpè, ut quod fuit experientia, uſus ſit, hoc plena memoria, mox tibi pulcherrimam ſobolem, facilitatem actionis, fiduciam, delectationem gloriamquę pepererit. & licet fortaſsis interdum, quod in talibus ut moleſtiſsimum, ſic commune eſt, plebeiorum ingeniorum turba circumſtrepat, facilè cũ tanto ſub iudice murmur inane deſpicies, uirtute ac doctrina & ſtudio inuidiam extincturus, ſed iam finem poſcunt graues oculi, feſſa manus, hora noctis ad ſoporiferam uergentis aurorã, quem ſola inſomnis, nec dum hoc colloquio ſatiata mens refugit. hæc me, ut ad quod modo reſpondeam adigit, quod ſcripſiſti eſſe nonnullos, apud uos, qui non de te tantùm ſed de me etiam, de quę meo iudicent ingenio. noli precor indignari, noli obniti, noli [illegible]am perdere, hoſtes tibi quæſieris, nec eoſdem mihi ideò dempſeris, ſed irritaueris am[illegible] atque flammaueris, fatalis hæc mihi, ſi dici fas & antiqua eſt peſtis, Multi de me iudi[illegible] quos nec noui, nec noſcere quidem uolui, nec noſci dignos arbitror, & quis eos rerũ mearum fecerit, non inficior me mirari. neque uerò magis iſtinc, quàm communi patria noſtrisq; conciuibus id patior. iudicibus tàm certis ac iuſtis, utinam quàm uelocibus ac ſecuris. neſcio autem, huic generi, unde hoc propriũ atq; affixum, ut ad iudicandum, eò

quiſque ſit audacior promptiorque, quò indoctior, ſeu quòd paucorū notitia, multa uetet aſpicere, & uacuitas animorum, illos efficiat leuiores, atque ita cum breuior, cum celerior ad ferendam ſententiam ſit proceſſus, ſeu quod in hac hominum fama, cuius tenue licet fluxūque negotium, multis ac uarijs artibus præcipuis, tamen armis ac literis agitur, idē quod in rebus ferè cunctis eueniat, ut is ſemper ad aliena rapiendū uaſtandumque ſit pronior, qui proprium nihil habet, quod eripi ualeat aut uaſtari. cæterùm cuſtis iſta procacitas, ingentē mihi nuper epiſtolam extorſit, hanc externam, ob illius reuerentiam, cuius canibus ne dicā familiaribus, deferendum eſt, tacitus feram, non modò dum ludit, ſed ſi ſæuiat. & ſanè tolerare equis animis decet omnium iuditia, nam ut iuſtè reſpuere ſuperbia eſt, ſic mollicies iniuſta metuere. non ſolet mendacium eſſe longæuum, & ſæpè multo ſtudio conficta reprehenſio, in magnam reprehenſi laudem, & reprehenſoris infamiam uerſa eſt. tegi poteſt ueri lumē, ſed extingui nequit, uiuit enim dum extinctū creditur, perq; obiectas nubes in expectatum iubar erumpit. quamobrem, & ſi interdum ſubiraſcar ac ſtomacher, faſtidioque mihi non exiguo ſit, tot taleſque tamq; non meos iudices pati, ad ſummam tamen nullum iudicē, præter inuidiam atque odium recuſo. Reſtat ad ultimū, ut te horter quicquid ages quamuis nimium tibiq; notiſsimū, ne unquam uiribus tuis fidas, ſed ex alto poſcas & ſperes auxilium. pia & humilis terrenæ fragilitatis extimatio, iugiſq; memoria diuinam opem ac robur cœleſte merebitur. nullum hoc artificio certius ad res agēdas, nullum efficacius, hoc fidele conſilium amici ſenioris amplectere, & Vale noſtri memor Venetijs V. Idus Aprilis.

Fran. Petrarcha Lelio ſuo. S.

Quid ſit peius, an ſua ſcriptoribus eripere, an aliena fingere.

QVid adulantium mendacijs eſt opus, quando neq; ijs obſcura ingenia illuſtrantur, neq; præclara tali indigent auxilio, quo in geſto potius offenduntur quàm iuuentur. extenuat nēpe, non cumulat laudati gloriam, laudator mēdax, falſiquè ſuſpitionem ueris laudibus incutit. non ſum ex hoc quidem numero, fateor, ſed quiſquis ſim, de me mihi loqui expedit, cogit enim res ipſa. Scribis te uidiſſe opuſcula nuper aliquot, quædam quoq; uulgaria, meo nomine inſcripta, quorum mihi principia miſiſti, tantūq; de ſingulis ut intelligerim mea'ne eſſent an alterius, laudo diligentiam, ambiguitatē miror. ego enim ſubitò ijs cōſpectis, non tantum intellexi mea non eſſe, ſed indolui, ſed erubui, ſed obſtupui, potuiſſe illa, uel mea uideri alijs, uel te dubium tenuiſſe. qui hæc ergo mihi tribuunt bis iniurij ſunt, & authorem ſuo ſpoliant, & me prægrauant nō meo. ſi de quo peius mereantur, queritur, ſub difficile iuditium, acſi de quoquā illuſtrium quereretur palàm eſt offendi magis, cui datur tale aliquid inuitò, quàm cui aufertur. cui de ſuo enim eripueris, non plus famæ detraxeris, quàm quod ſcriptū illud, quicquid id erat peperiſſe potuerat, cui uerò alienum attribueris, immortalem facilè conflaris infamiam, atq; feceris ut quæcūque benè dixerit fortunatus dicentur, longè ſanè eſt aliud laudis ignominiæ cumulus, illam deſpiciet Vir magnus, hunc oderit. Ego quidē, quāuis & ſperatæ modicum & quæſitæ gloriæ nihil ſit, malim tamen huiuſce generis rapinis, in unum quā uno tali munere creſcere, & ſi quid eſt proprij decoris oculi quàm aliena deformia ori meo imprimi, atque affigi cui ſatis ſuperque nimiū ſit ſuorū. Multa quidā auferre mihi, ne qequā nixi ſunt, quæſo, nō ſunt potēriores in hac iniuriæ parte, quā in altera, neq; largiendo impleant quod nequeunt rapiendo, dic conſtanti animo uultuq; tue, mea non eſſe quæ feruntur, meq; meis preſſum, aliena reſpuere. eſt autem nō ſum neſcius, uetus hæc iniuria, multiſq; olim magnis ingenijs, uel errore, uel amore, uel odio inflicta. quàm multa tribuuntur Ariſtoteli, quorum innocens ille eſt? Senecæ libellus nolenti non dubitem, datus eſt, cuius Titulus eſt De quatuor uirtutib. omne uulgus opuſculum illud auidiſsimè legit, ac Senecæ libris interſerit, inquè eo quod Seneca nunquam uidit, Senecam prædicant, miranturq; ſunt qui inter ipſius Senecæ libros omnes, hunc maxime diligant.

ximè diligant, quippè illorum maximè ingenijs conforme. nam reuera, & Senecæ inuito, ac ſi liceat relecturo, in adeptionem uenerit, naturaliter non ſuus, adhuc tamen uulgò, quã doctis eſt gratior, quanquam pleriſque etiam doctiorum, iam errori ſuccumbente uero hoc ipſum, quod loquor ignotum ſit, iamque cum uulgò de authore ſentiant, de opere autem ipſo conſentire uulgo nequeant, illud uel præferenti melioribus, uel æquanti, cui quidem ego, ipſe non detraho, ſed his importunis ac loquacibus ſcholaſticis, omnia prorſus nulla lege miſcentibus ſubiraſcor. nam is quidem liber Martini cuiuſdam eſt Epiſcopi, ad Myronem quendam regem, ab authore ſuo inſcriptus, formula uitæ honeſtæ. quæ omnia non libenter, errantibus, breui quadam præfatiuncula dicti operis pridem noſtris ex libris abolita, per Bibliothecas autem Galliarum ubi ſcriptum creditur, adhuc ſtante noſcũtur. iſti uerò ino pem ſcriptorem, & hoc forſan unico gloriantem, ſuo ſpoliant, ut diuitem & rebus onuſtum ſuis, onerent alieno, neque hoc contenti, ſua ſibi quoque bis ingerunt, quod in libro de Moribus ac prouerbijs obſeruatum eſt, qui libri Senecæ dicuntur, cum in eis nihil ille peccauerit, niſi quod in alijs ſparſim ſcripſit, unde illa decerperentur, ex multis unũ in locũ importunius aceruanda. raro quidẽ ille, niſi de moribus agit, & ſententiæ breues ac præciſæ, quibus ante alios abundat, quid niſi prouerbia quædam ſunt, neque ideò tamen ex bene diſtinctis apteq; diſpoſitis, hæc ſuorum confuſio ſequi debuit, neq; his raptus alienorum, quaſi indignum eſſet, ut pauper ille Martinus, de uirtutibus quarum cultor eſſe potuit, & fortaſsis fuit, aliquid cogitaret ac ſcriberet, ſed referri ad unum omnia etiam mendacio, oporteret, ne uirtus atq; honeſtas ſubiectum eſſe poſſet alterius, cum ſit omniũ mortalium, & Platonis ante alios, atque Ariſtotelis, & ex noſtris M. Tullij, ad quem nominatim M. Bruti liber eſt de Virtute clariſsimus, cuius & Seneca ipſe ſuis in libris meminit. quantò ergo melius fuerat, eiuſdem Senecæ contra ſuperſtitiones, niſi me guſtus fallit egregium opus, uel perditum quærere, uel ne perderetur occurrere, & de Conſolatione ad Polybium ut in multis uoluminibus animaduerti, & correxi non quidem perditum, ſed permixtum cum eo, qui de breuitate Vitæ inſcribitur, in apertum educere ut non unus, ſed Duo Libri, ſicut ſunt ita & uiderentur, & non dicam liber, ſed libri titulus non periret. quæ res tardiuſculis lectoribus ſæpè non paruæ caliginis cauſam dedit. multa Origeni tribui fama eſt, famæ uſq; etiam ad diſcrimen, quædam Auguſtino ego ipſe, in magno quodã uetuſtoq; uolumine, quod Ambroſiana Mediolanẽſis habet eccleſia, ubi ſcriptorum Ambroſij bona pars eſt, librum ſtyli alterius Ambroſio datum uidi. quæ me res, dum Solitariæ uitæ libros ſcriberem, paulò minus circunuenit. ſenſi demum Palladij eſſe non Ambroſij. multa ſunt huiſmodi. Ciceroni ac Virgilio tale nihil accidiſſe ſcio propter inacceſſibile, credo, ſemperq; unum ſtyli genus. Librum cuius nomen eſt de Vetula, dant Naſoni, mirum, cui uel cur cuiquam id in mentem uenerit, niſi hoc fortaſsè lenocinio clari nominis obſcuro, fama operi quæritur, & qđ uulgo fit, ut gallinis pauonũ oua ſubijciãt. id ab iſtis in contrarium uertitur ſperantibus, ut generoſus ſuperincubitor uilia oua nobilitet, atq; ita eueniſſet, poteſt conſentientibus ipſis authoribus ſua plus opera quàm ſuum nomen amantibus. quod ſi credimus, miraculo res non uacat, cum ſcriptorum parti maximè prima nominis ætate ac præcipua cura ſit. mihi quidem ut ad rem reuertar, nulla de alio, nulla alij de me, ut arbitror talis eſt ſpes. nemo mihi mea igitur eripiat, nemo mihi uel ſua uel aliena ingerat, hoc precor, hæc ſumma eſt, ſi alterutro laborandum ſit, ſpoliari feram æquius quàm premi. Vale.

Fran. Petrarcha Lelio ſuo. S.

De ſilentio utili & damnoſo.

Bonum cenſeo ſi fieri poſſit in libertate uiuere, nulli obnoxium aut ſubiectũ, niſi charitatis legibus, bonum dixi, cum ſit optimũ, quo nil melius habet hominum uita, nulla igitur opum ſpes. nullus auri pallor, nullus purpuræ aut gemmarum fulgor, nullus ex diuerſo ſqualor inopiæ, nulla uictus aſperitas hinc animum dimoueat. melior multò eſt paupertas libera, quàm ſeruæ diuitiæ. neq; uerò libertatem ſi accipio, ut turpi marceſcamus

mus ocio, ſed ut ſpõte nõ coacti, nõ labores gratos dicimus, ſed honeſtos nobis, utiles patriæ ſubeamus, & Ciceronianum illud in Oratore: Mihi enim liber eſſe non uidetur, qui non aliquando nihil agit. Sic accipio, ut nihil agat occupatorum more, qui duri ſtimulis urgentur imperij. ſed ſæpe ocioſus exterius, cum alijs nihil, ſecum intus ſemper agat aliquid, omninò enim nihil agere, non liberi ſed inertis eſt. ſi autem, quoniam, ut ait paſtor Maroneus,

fors omnia uerſat.

Prorſus alieno ſub imperio uiuendum eſt, quod tibi nunc, mihi olim, multisq; ſæpè uiris maximis ad tẽpus neceſſariũ, uis fortunæ, ſeu uolũtas potius Dei fecit, multa cauenda, multa undique prouidenda erunt, de quibus modo agere, nec tempus patitur, nec res poſcit. Duo maximè propria tuæ conditionis attingam, primum ut ſileas, ne ſileas ſecundum. miraris, dicam clarius. eras olim Romæ, communem illum dominum ſecutus, qui tàm citò nos in hac miſeriarum ualle deſtituit, dum querulam illam ex Gallijs epiſtolam miſi, quanta eſſet ſilentij religio apud Perſas, inter multam diſſerui, cuius ſi meminiſti, ut mearum ſoles rerum omnium, non eſt opus pluribus, niſi ut ſcias omnes hac in re dominos Perſas eſſe, nec dominos tantum, ſed amicos, quibus non idcircò minor fides debita eſt, quod uiolatæ fidei minus prompta ſit ultio, decus namque non pœnam uirtus liberat, neq; lentius præſtat, quod impunè negligitur, quàm quod neglectum plectitur. ultrò enim agit, & ut Tullij uerbo utar, ſuis animum trahit illecebris, ipſa ſibi præmium, ut Philoſophus placet, noſtri enim altius aſpiciunt, ſupplicium eſt peccaſſe. ſiquidem uiro bono, nulla peccato grauior pœna eſt, cui nil detrahit, multum addit impunitas, mauult certè Vir bonus innocens torqueri, uel ſi ita res tulerit mori, quàm nocens uiuere ac regnare. Sed quoniam de dominis ſermo eſt, quamuis rari boni, crebriquè mali ſint, quamuis ut certum eſt, plures malos ſeruos, quàm dominos eſſe, ſic incertum, pauciores ne boni domini ſint, an ſerui. ſi cui tamen horum qualiumcunq; dominorũ, te tua ſors ſubdidit, ſiquidem talis eſt ſeruitus, qua dominus maior offenditur, & libera iugũ contumatia diſcute, neu quid hinc ſequi poſsit examina, an paupertas, an exilium, an carcer, an ſuppliciũ, an mors: nihil enim non utiliſsimum atq; optimum uideri debet, quo peſsimam rerum iram Dei fugias, ſin tolerabilis, licet dura conditio eſt, perfer, et donec omnium dominus de te aliud ſtatuit, eius iuſſu à quo omnis eſt poteſtas, te illi quiſquis eſt, domino ſubditũ puta. Illi cum in cæteris, tum præſertim, in hoc uno de quo loco loquor deditus, inconcuſſam ſuis in rebus, ſemper ſacri ſilentij fidem ſerua, quàm non tibi blanditiæ, non minæ, non impetus, non ira, nõ ebrietas, non ſpes, non metus, nõ tortor excutiat, & de primo quidem hactenus. alterum erat ut ſicut omne domini teneas ſecretum, ſic in dominũ ſecreti nihil quod non ſtatim pandas, inquè illius notitiam perducas, omnis periculoſa cunctatio atq; ſuſpecta eſt, neque excuſat innocentia tarditatem. eſt ubi non ſufficit innocentem eſſe, nunquam plurium reus, unius ſolutione ſe liberat, multæ de hoc in manibus noſtrum temporum hiſtoriæ ſunt, ſed clariora profundius animo illabuntur, & prætereà nouis, auctoritatem atque obſcuris lucem dare difficile eſt, itaq; uetus una ſufficerit, & exempli ſatis unus fuerit Alexander, neq; notiſsimum caſum narro, Philotæ illius, qui ut Macedo clarus uir, inq; illo exercitu, primi loci, ad eum diem habitus, ſemper quod nunciatam ſibi regis mortem tacuiſſet, ultimo ſupplicio affectus eſt, neq; eum tam mœſtis euentib aut propria uirtus, rerũq; à ſe geſtarũ recordatio aut paternæ gloriæ fulgor eripuit. is enim nõ ſuppreſſor modò coniurationis in Regẽ, ſed conſcius uiſus ac particeps, nõ ſilentij, neq; deſidiæ, ſed conſilij atque perfidiæ pœnas luit. Si ſenes autem Perſa quidam Philippo primum, mox cum filio militans, atquè illi charus ac patri fuerat, ad hunc quaſi compatriotam, & ob id pro patria memorandum aliquid ausurum, literæ prætoris Darij Perſarum regis inuentæ, atque ad Alexandrum primo delatæ erant, in ijs ſe ſenem Prætor hortabatur, ut inſigni aliquo magnificoquè facinore, gloriam ſibi, ſuiquè regis gratiam mereretur, eas cum legiſſet Alexander, ignoto ſignatas anulo, ipſi cui inſcriptæ erant, per Cretenſem quendam militem dari fecit, quibus ille perlectis, homo fidus atque innocens, illicò perrexit ad regem literas oſtenſurus,

quem

quem cum curis atque conſilijs bellicis occupatiſsimum inueniſſet, ſubſtitit ambiguus animi, an cogitatibus regijs nouæ rei intempeſtiuus nunciator irriperet, an differret donec uacuo illum animo uidiſſet, demum reuerentia peſtifera differendum ratus, illo die tacuit. reuerſus in craſtinum eodem in ſtatu regem repperit, & benè ſibi conſcius, & ob eã rem ut nil regi, ſic nil ſibi metuens, nec periculum dilationis intelligens, iterum tacitus abijt. inter has morulas, cum ſæpè idem faceret, compluſculi fluxerunt dies, quo in ſuſpitionẽ præceps animi rex adductus, innoxium dilatorem iuſsit interfici. utramque hiſtoriam apud Q. Curtium inuenies, quarum prima fidem ſeruare, quod natura inſitum debet eſſe, ſecunda uerò moras pellere fidei monemur, ne quis inter pericula dominorum expectandum cenſeat, cum uitæ necisq́ hominum cauſas afferre, non horæ tantum ſoleant, ſed momenta, & ſæpè debitam dolo pœnam tarditas occupet. Vale &c.

Fran. Petrarcha Roberto comiti de Batifolle, S.

Incogniti amicitiam ambit.

ET tui nominis claritas inclyte Vir, & amici communis charitas me cogit, ut hunc calamum aliò tendentem ad te ſola, mihi notum fama, quod non ſoleo tantiſper inflectere, multa quidẽ & magnifica & iocunda de te, tuisq́ ſtudijs. & moribus, audio, pro quibus tibi patriæq́ tuæ gratulor, nemo mihi unquam loca ſylueſtria ſeu deſerta dixerit, ubi tales oriantur uiri, qualium urbes magnæ ſteriles, atq́ effetæ ſunt. Gratulor aërijs atque umbroſis & roſcidis Apennini collibus, qui te noſtræ tulerint ætati, ſed ut uerum fatear, illos tibi teq́ illis inuideo, tuiq́ ſimul & illorum deſiderio teneor rapiorq́. te mihi quidem uirtus animi, illos loci ſitus reddit optabiles, & quod ortus meus, quamuis impari ſydere ijſdem quoque uicinus eſt collibus. at quoniam occupatio uotis obſtat, tu me iſtinc, ſi quis etiam paruæ rei uſus eſt, iure tuo utere, meq́ ſi non prorſus indignus uideor, habeto ibi animo præſente, inter opaca montium conuexa, & patrij amnis herboſam ripam, thoroſque gramineos, nec dum malis urbium moribus infecti gurgitis alueum, inter denſas & uirides ſyluas teſtudines, frondea ſubmouentes ſolem, inter riuos fonteſq́ prægelidos, leonis rabiem temperãtes. ego te hic inter aurata palatia, ac tẽpla marmorea, inter Patauina Taruiſinaq́ flumina ſinũq́ intimum maris Adriaci præſentiſsimum habeo. Vale fœlix, cõdiſce etiam non uiſa diligere. Venetijs *IX*. Calend. Auguſti.

Fran. Petrarcha Roberto comiti de Bentifolle, S.

Patriam cur non inhabitet.

SPem de te concepta Vir clariſsimè, miris mihi modis auxit Epiſtolæ tuæ ſtylus. nempè quem militariter eruditum alijs crediderim, anxiè doctum, mihi iam credo, ſic Philoſophicis ac Poëticis cuncta ibi plena ſunt floribus, quid ni ergo, magis magiſque tibi gratuler, ac patriæ regiq́ montium Apennino ingenia parienti, & ſuis uberiora fontibus, & ſuis uiridiora frondibus, & ſuis uerticibus altiora? ſcribere tibi, fateor, hæſitabundus inceperam, non quod uſquam omnino aliquid bonorum atque illuſtrium familiaritate dulcius habeam in uita, ſed ueritus, dum fortunam, dumq́ ætatem tuam cogito, te ab his publice iam deſertis ſtudijs abhorrentem, nec ſatis aut famæ fiſus, multa mentiri ſolitæ, aut amantis iuditio, quod antiquo prouerbio cæcitatis arguitur. Ecce iam cui ſcribam ſcio, itaq́ ſecurus atq́ alacer ſcribo, nec uerba perdere metuens, quæ apud Naſonem leuis iactura, ſed apud ſilentij auidos grauis eſt, immò uerò magnum gratumq́ de tuis reſponſionibus, tuisq́ colloquijs lucrum ſperans. Sanè quæ de mei deſiderio, deq́ expectatione non tua tantum, ſed locorum dulciſonis atque honeſtis blanditijs multa dixiſti, uera eſſe no dubitem facit, hoc non meæ uirtutis illius, ſed tuæ nobilitatis extimatio. proinde ſi per occupationes aliquando licuerit, tuum hoc recens. ſimulq́ meum uetus deſiderium, ut impleam dabo operam. quod ſequitur libẽtius tacuiſſem. Nam amariuſculum guſtu eſt, ſed nihil uiri talis ore prolatum, negligi fas reor. ad admirationem igitur illam tuam, quæ ſæpè

multorum fuit, quid ita patriam fugiam deſeramq́ꝫ, uno breui, ſed è medio cordis erumpente ſuſpirio reſpondiſſe uelim. ô patriæ uenerator, & quando ita uis amator mei ignotiq́ue cultor hominis. non ego illam, ſed me illa deſeruit, quem & aliquando complecti uiſa eſt. & ſi gloriari humiliter tecum ſinis, non tantùm urbes Italæ ſed tranſalpinæ etiam barbaricæq́ue, nunc maximè precibus irritis euocāt & expectant, non quod ego ſic merear, noſco me, ſed quia id mihi cœlitus datum eſt. quo unò forſan inutili & uentoſo bono, multa ut poſſum uariarum rerum ſoler incommoda. Vale, & ignoſce uaniloquio, non hoc dicere uolui, ſed coēgit dolor, mœſtam ſarcinam fidēter in amica aure depoſui. Patauí *VIII.* Idus Octobris.

Fran. Petrarcha prior Camaldulenſi, S.

PRo benigna illa, & plena ueræ charitatis epiſtola, in qua quidem illa ſcripſiſti, nõ quæ ego audire, ſed quæ tu loqui & ſcribere dignus eras, meritas grates ago, ad laborē ueniendi ad me, ut tuam me ad hæremum ducas, quem tua ſibi ſumit humilitas, quia nec tibi conueniens, nec debitus mihi eſt, acceptum habeo, & perinde apud me eſt, ac ſi ueneris, ueniſti enim meliore tui parte, non dubito uenturus totus, niſi obſtarem. mihi autem ſatis eſt, ſic ueniam, ſic affectum talis uiri animum reperire, inter hoc mihi, quæſo, tributo, & mihi utilius & facilius tibi, ut *CHRISTVM* quotiens ad menſam eius acceſſeris, pro me ores, det quod ſupereſt uitæ, tuto fœliciterq́ꝫ agere, delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris, demum ex hoc carcere caduci corporis egreſſuro, lõgumq́ꝫ iter & ambiguum acturo, uel ipſe mihi obuius ſit, & ſæpè uocatus, tunc reſpondeat, ecce adſum, uel angelorum aliquem ſuorum præcipuè Michaēlem adeſſe mihi iubeat, qui per ipſas hoſtium inſidias, plano calle dirigat infœlicem animam, ſuis diffidentem meritis, & de ſola Dei ſui miſericordia præſumentem. Vale. Patauí *VIII.* Idus Octobris.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARUM DE REBVS SENILIbus, Liber III.

FRAN. PETRARCHA IOANNI BOCATIO, S.

De Aſtrologorum nugis.

PRæſentiam tuam animo meo gratã, & ſperaui ſemper & ſciui, & quantum tibi placuit ſenſi. illa uerò quod minime nouerã, & fauſta erat, quandoquidem his menſibus paucisſimis, nimiumq́ue uelocibus, quibus in hac quæ mea dicitur, tua domo moram trahere tibi mens fuit, inducias, bona fide mea, uideor habuiſſe cum fortuna, nil niſi lætũ te præſente auſa. mirabar ipſe. quid ita rumorum infœlicium iaculis ſemper expoſitas aures meas, triſtioris nũciĳ cuſpis, nulla percelleret, mecũq́ꝫ tacitus quærebã quid nũc ageret hoſtis mea: feſſa'ne an oblita mei eſſet an tandē patientiæ uicta ſuccubuiſſet: nihil horũ, nunc intelligo. cauſa erat occultior, lõgeq́ꝫ alia breuis & inſolitæ quietis, an forſan erubuit ſub oculis tãti amici, mecũ morib. ſuis uti, dũq́ꝫ ſibi nõ parceret, mihi ꝓpter te pepercit: illud uerius putem, ſæuitiam hãc, & dolos quib. largiter affluit, nõ uerecundiam qua penitus caret, aut miſericordiam fuiſſe. nõ enim tali ſubnixum comite ferire auſa diſtulit, dum abires, ne prius inuaderet, ultrò te illi obuium dares, neu mihi uel ſtrato dexteram uel nutantí humerũ offeres. non parcebat igit̃ ſed hærebat, & nocendi tempus obſeruans, interim ſagittas cruēta cote mortiferas acuebat, itaq́ꝫ uix dũ funē ſolueras, dum repētè ex inſidijs hoſtis

erumpens,

erumpens, ſolum atq; incautũ, teq; animo ac ſuſpirijs proſequentẽ, uulnere perculit inopino, ſtrauiſſetq; illicò, ni complexus propoſitum conſtitiſſem, quod uix ſerum ueris ac ſolidis conflatum ſententijs, quaſi unum fluctuãtis uitæ gubernaculum, tempeſtatibus multis feſſus arripui, & Deo præſtante non deſeram, mortẽ ſcilicet, & mortalia quælibet æquanimiter ferẽda mortalibus, cæterum me ſic ſæpè olim, ſic nouiſsimè mea me pupugit ſors immitis. ô quid loquor, aut ubi ſum. quæ mentem inſania mutat? neq; enim hoc tàm illi conuenit, cui à Marone tribuitur, quàm mihi, quem contra notiſsimã ueritatem contráq; meam quoq; ſententiã, loqui cogit dolor, atq; ita fortunã accuſare, quaſi me claua percuſſerit, aut cuſpide fixerit Panthaſilea uel Orithia. Magna quidem pars quærelarum humanarum, non iniuſta materia, ſed ſtulta eſt, illud ergo conſultius ac rectius, & fateri & credere, nil hominibus ſiue iuſto licet abdito Dei iuditio euenire, neq; fortunam immeritam & incognitã lacerare. Sed ad id inceptam reuertor hiſtoriam. Igitur te digreſſo, ſacerdos ille, cui literas ad meum Lelium perferẽdas dederam. ea ipſa hora rediens, intactas retulit, non fuit uerbis opus, aſpectus ipſe, pro nuncio fuit, literas ipſe meas mœſtus arripio, manum atque anulum recognoſco, & quid, inquam rei eſt? quid hæ ſibi uolũt literæ? quid huc redeunt? quid incomitatæ? quid intactæ ſaltẽ ueniunt? quid Lelius meus agit? ubi eſt? ad hæc ipſe defixis in terram oculis tacebat, ſenſi ad quod longo & frequẽti uſu, ualde ſenſibilis factus ſum, ut damna mea antè etiam quàm mihi nuncientur intelligam, tantus amicus ille perierat, immò certè præierat, ſecuturus uerius ſequentem, & curſu continuò properantem. Obijt ergo Lelius meus, uir ingenio, & eloquio, & uirtute unicus, nam de amicitia loqui ſuperuacuum, ſic omnibus nota eſt. Erat autem hic quartus ac trigeſimus noſtræ annus amicitiæ, pro breuitate uitæ longum ſatis, pro uiuendi deſiderio breue tempus. ecce autem manu adhibita, dum adhuc recens uulnus foueo, ſpiritumq; contineo, reperita cuſpide nouum miſero uulnus infligitur, Simonidis noſtri obitum referente illo, cuius in gremio expirauit, ô fœlices animæ, dumq; hic fuiſtis unanimes, unũq; ſub tempus hinc digreſſæ, uobis ut ſpero benè eſt. nobis qui remanſimus, ueſtro abitu uitæ curſus, quaſi ex amœno & prono calle, ad difficiles ſalebras ac perplexus penitus deflexit anguſtias. ſic amice nobiſcum ludit mors, lætales ictus ingeminans, nec nos differt, niſi ut ſupplicio longiore confecti, noſtrorumq; omnium ſpectatores cinerum effecti, & diutiùs & ſæpius moriamur. ſed ut libet. Ego enim iam obtorpui, iam ſentire nihil incipio, & uſum uerſus dolor, nõ iam dolor, ſed conſuetudo flebilis ac natura eſt. animalia quædam ueneno uiuere fama eſt, ego uerò malis meis paſcor, uoluptate quadam effera, & qui fuerant gemitus cibi ſunt, impleturmq; eſt in me ſeu Dauidicum illud, fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. ſiue illud Ouidianum:

Cura dolorq; animi, lachrymæq; alimenta fuere.

Ego his paſtus, inter hæc ſenui, & illud afflicti ſenis, in meum redijt caput, Dies mei uelociores curſores fugierunt, & non uiderunt bonum. quid uis? prorſus extra me ſum, inſueta Metamorphoſis, animi habitum moresq; exui, ſola reſtat effigies. ſic me celeres transformauerunt anni, & quidem pauci & mali, ſic ſerenitatem illam, qua me incipiens adhuc læta & facilis ſenectus, ſemper licet apud Poëtam triſtis ornauerat, mœſtis undiq; nubibus inuoluerunt, nulla uſquam de alia re conceptis, quàm de amicorum moribus: in quibus ego moriens uiuo, ut ſi gaudendi materiam ſors daret, oblitus, ut arbitror, ſim gaudere. Age autem conſternatum ſparſumquè animum colligamus, ô chariſsimi Leli, ſic uobiſcum enim, quaſi cum præſentibus loquor, uereq; uiuentibus, planè, inquam mihi tu Leli, & ſi ego tibi non Scipio, quantum hoc ipſo anno, quod tuæ teſtant epiſtolæ, me defunctum famæ credens, fleueras? ô Simonides optime, iurè tu mihi Simonides, & ſacerdos & uates, & utrunq; pariter ſacer uates, quantũ nuper tremere atq; horrere te ſcripſeras, ne ſuperſtes mihi fieres, quem tibi ſuperſtitem precabaris, me nolẽte factus es uoti cõpos, clauſum meis apertumq; tuis precibus cœlum fuit. ô curæ hominum inutiles, mœtus ſuperuacui, ſpes inanes. quid timuiſtis amantiſsimi? quid ſolliciti fuiſtis? ecce ego cuius aut fama mortis, [illegible] ut ſola cogitatio ſic præcordia ueſtra concuſſerat, quiq; meorum primus omnium

mori

mori optabam, mori ultimus permetuo, & hoc primum queror, quia quod me literis ueſtrum uterq; monuerat, in ſe ſpreuit, infectumq; aërẽ & loca morbis infamia declinare. Verum ego hæc nequicquam, dumq; animum exonero, non reſpõſuros arguo, qui utinam ô amice te ſecuti, ut animo ſemper, ſic nunc corpore, & uobiſcũ fido ſub lare latitantes, peſti cedere uoluiſſent, Romã inſigniter Neapolimq; uaſtãtẽ. quod te feciſſe gaudeo, tibiq; gratiam habeo, qui tectũ meum dignũ duxeris, ſub quo iiſdem malis, patria laborante quieueris, illi aũt, quorũ mihi fideliter, pro ſe quiſq; conſuluit, uti ſuo ipſi cõſilio uoluere, dicam fortaſſè uerius, nequiuêre, durũ eſt fixa cõuellere. & Romæ quidẽ iure ſuo, ſi neceſſe nũc mori erat, oſſa Lelij debebant, ubi cõpacta primum neruis fuerant & pelle ueſtita, ſed alterius cinerem Florẽtiæ debitũ, ſibi abſtulit Neapolis. ſic terrena ſui parte Simonides ille noſter, amor noſtræq; delitiæ iuxta Virgiliũ, iacebit peregrini ſolamen buſti aliquod amatori Pieridum & cultori. utriuſq; uerò pars æthereа, cœlum petijt, ſic mihi perſuadeo, ſic oro, ſic cupio, & profectò ſic eſt. non poſſunt tales animæ, aliorſum ire, delectatur enim cœli regnator, altis & mitibus ingenijs, ſed cur, heu, qui noſtri collegi ultimus, uitæ huius aſperſum limen intrauerat, primus egreditur, niſi ut multiplicibus argumentis intelligam. quod ualdè ſi nunc primũ intelligere cœpero, tardus ſim, nullo agi ordine res humanas. Video amice, ut iudicio damnatæ depulſæq; animo, ad calamum redeunt querelæ, & ſunt ſanæ ægri quidam, quibus remedij genus, ſua ubertim queri, quaſi mali ſenſum lamentis extenuẽt. ſunt qui feſsi, ſine ſuſpirijs & læui murmure non quieſcant, quaſi puluinar aptius ſternat ille, ubi ſtrepitus, & tremulæ illæ uoces, pro mollibus plumis ſint. mihi quocunque conſuetudo antiqua, linguam aut calamum impulerit propoſitum recens eſt, fixumque animo, quod dixi, multo quidem niſu fateor, ſed & multo rerum turbine ſtabilitum, ex æquo deſpicere ſpes, metuſque gaudia & dolores. hæc ſunt enim ferè, quæ conſtantes quoque animos & generoſa conſilia interpellant. inſtat autem dies, quo nihil ad nos iſta pertineant, quæ nunc tanto molimine uitam noſtrã obnubilant, ac ſerenant. nobis interim ut res ſunt, ſumma ope terroribus urgentiq; triſtitiæ reſiſtendum eſt. quando his contraria, uel ſpes anxia, uel illa geſtiens lætitia, quæ multos attollendo præcipitat, Deo gratias, nihil nobis his tẽporibus attulit, nihilq; uidetur allatura, negotij, diu à noſtris exul atq; auerſa luminibus. cæterum his omiſsis ad te redeo, noſtrumque Simonidem, quorum mihi tu penè iam ſolus ſuperes ſtudiorum comes, ille licet abſceſſerit, præſens eſt, nunquam quæ præſentior, quàm dum abfuit. antè enim finem abſentiæ præſtolabar, quod quoniã mihi morte præripitur, non iam reuerſurum cogito, ſed reuerſum, fictaq; præſentia me conſolor. & ego quidem illum, ac te, ſi quid mihi humanitus inexpletis operibus accidiſſet, quaſi alterum Varii Tuccamq; alterum, animo prouidebam. nunc quando hic ordo ſuperis placet, quod illum mihi fore decreueram, id me illi fieri (niſi fallor) æquum eſt, itaque ſiquid opuſculorum atq; epiſtolarum eius omnis generis imperfectum supereſt, inter nos uiritim diuide, & poſtquàm nos quoq; noſtra ſors diuidit, extimatis ingenijs, meam mihi partem mitto, tuam ſerua, debemus hoc illi fateor, nec tu negas, uiuat ille in cœlo, & in memoria noſtra uiuat, dum nos uiuimus, poſt nos autem in memoria poſterorum, quibus non me fallit amor, ſi notus fuerit, charus erit. in quo ſi res æget, faſce licet preſſus, propria meam operam uerecundè memoriter polliceor. In eò autem, quod illi læte admodum acceptandi, poſt mei Socratis obitum, totum illud, quod niſi cum uita finiri poſſe non uideo, opus epiſtolare deuoueram, nihil muto. quod ad hoc attinet nihil actum eſt illius morte, nunc eſt opus ut ſileam. ſcribere illi amplius non poſſum, ſed de illo & ſcribere, & cogitare & meminiſſe, dum mei ipſe meminero, nemo certè uetuerit, proinde nunquã inſcriptio prima mutabitur, quod uiuo uirenti uiro olim ſpopõdi, ſoluam cineri arido, ſoluam nudo nomini, quicquid id erit ad Simonidẽ meum erit. quod quandiù ſeu quantulũ ſit ignoro, tanti erit haud dubiè, quantũ uitæ ſpatiũ, quo nil incertius. certè aũt lõgius eſſe iã incipit, q̃ ſperaui, quãq; optaui, illa etiã ætate, quæ cupidiſsima eſt uiuẽdi, uiuere uolui, ſed nõ ſolus, ſine probatis ac ueteribus amicis, qbus ut uides, iam ferè omnib. ſuperuiuo, ut citò, uel ſine amicitijs ſit uiuendum, inhumanũ ac miſeriæ genus, uel nouæ quærendæ amicitiæ, anceps ac difficile negotium

negocium. Sed ne redeam ad querelas, quæ in ſingulis uerbis occurſant, paſsimq́ſe ingerunt reluctanti, ad aliam, ſed confinem ſtylus trãſeat materiam, uides puto, ualde enim aut ſopitus eſt aut cæcus, qui non uidet quo res hominũ ſint ſtatu. annum ætatis huius ultimæ M. CCC. XLVIII. luximus, nunc lugendi principium illud fuiſſe cognoſcimus, neq; ex illo ceſſaſſe unquam, hanc inſolitam & inauditam à ſæculis mali uim, huc illuc dextra læuaq́ue dimicatoris more, promptiſsimè ferientem, itaque toto ſæpius orbe tranſcurſo, cum nulla maneat pars immunis, quaſdam bis terq́; repetiit, nõnullas anniuerſaria tabe peſſundedit, Mediolanum urbẽ Ligurum caput, ac Metropolim, uſq; ad inuidiam hactenus horum neſciam laborum, & cœli ſalubritate, ac clemẽtia & populi frequentia gloriantẽ, ſexageſimusprimus annus, & uacuam fecit, & ſqualidam. quo quidem ego diluuio, qui Deo duce tũc aberã, quid amiſerim noſti, illi dehinc populo mitior, mihi uel crudelior annus ſequens, quod habui optimum in terris, eripuit amicum illum, cui ut ſimilis nulli hominum erat, ſic nulli ſimilis eſt iactura, nomen uiri ne inuitum cogat ad lachrymas, nũc ſilebo, neq; ubi opus eſt nomine, ut quem loquor intelligas. idem annus ſic Veronam exhauſit, ut noſtra illam ætas, qualem uidit, uiſura utiq; iam non ſit. ô immite pectus ſæui principis, quem de conditione temporũ ſuorum queri ſolitum legimus, quod nullis calamitatibus publicis inſignirentur, & cõmune malum aliquod atq; inſignẽ peſtilentiam optare uides, utinam tale aliquid ferox Cai, ne nos talia multa quotidie uideremus, & ut piis luminibus parceretur, impios oculos mœſtum ſpectaculum recreaſſet. neq; uerò trãſmarina tantum, ſed & noſtra prætereo, longanimis actu ſtis hiſtoria eſt. Ad ſummã, uacuus hominũ, ſed criminũ plenus eſt orbis, ſic ad paucos tota ſcelerũ deſcendit hæreditas, ne miremur, ſi quo pauciores & peiores ſumus, nam neceſſe eſt, hoc mentium uirus & hanc rabiem, & hunc luxum & hanc ſatagi ſemu iorum, perpe uis ignibus ſuperiectam, cui nil demitur, ſed indies aliquid additur, eò feruore ſunestius, quò feruet anguſtius. Sed procede. tertius hic annus, ex ordine ab initio malorum ſextuſdecimus, multas quidem urbium nobilium, inter quas & Florentiã reinuaſit, quã ſic præſens æſtas exercuit & afflixit, ut parum ſextædecimæ retrocedat æſtati. cui acceſsit ad domeſticam cladem, belli furor externi, quod uariæ cum Piſanis geſtum, magna partis utriuſq; pernitie, & maiore periculo, nunc maximè dubiis pendet euentibus. Inter hæc mala quid Aſtrologi ſomnient audiſti, uſq; ad ſexageſimumquintum annũ iniqui ſyderis uim producunt, inde iam his qui durare potuerint, letiora omnia, quibus aſtipulatoribus polliceantur, in dubio eſt, pollicentur tamen, & tàm propè eſt dies, ut promiſsi fides, quanta ſit, diù dubium eſſe non poſsit, apud populũ dico, quem nõ modò Aſtrologorum, ſed quorumcunq; uaticinantiũ, & qualitercunq; furentiũ promiſſa ſuſpendunt, apud nos enim, non minus hodie certum eſſe debet, quàm cum uenerit, ueterũ ſi benè meminimus promiſſorum. Proinde nunc Martẽ & Saturnum, neſcio ubi nam ſyderũ nundinãtes faciunt, eamq; coniunctionem (ut eorum utar uerbo) poſt exitum anni huius, toto nunc etiam biennio duraturam, dicunt, mirũm ualdè ab initio rerum, nunquã his in locis aſtra illa fuiſſe, cum iam totiens circos ſuos & cœlum omne luſtrauerint. ſin ibi fuêre, mirum aliud, eiſdem ex locis ac ſyderibus effectus, tanto diſsimiles prouenit ſe. horum enim alterum fateri oportet, uel ſi negant ſimile aliquid poſt orbem conditum, ſeu quoniam conditum negare ſolent, poſt hominum memoriam, uiſum lectũq; uel auditum proferant, quod ſi nequeunt, quieſcant, & quieſcere alios ſinant, neq; nos ſaltem ſuis artibus falli poſſe confidant. Neſcimus quid in cœlo geritur, quod ipſi quidem impudenter an temerariè profitentur, at ex parte, quæ in terris geſta ſunt, nouimus, niſi fortè ſuas, & ipſum alterationes ſuasq́; diſcordias cœlum habet, & iam uel ſenio delira, uel turbata odiis, uias ſuas oblita ſunt ſydera, ueræq́ue nunc uagæ & errantes ſtellæ, nullis legibus, aut naturæ [illegible]terus extra Zodiacum Phaëtontea licentia, funeſtos, mortalibus curſos agunt. & ho[illegible]enim, & quiduis ineptiæ dicturi ſunt, potius quàm ignorantiam confeſſuri, quorum [illegible] non ignorantiam modò, ſed cæcitatem uecordiamq́; omnem, uulgò etiã multa, olim, ſe [illegible] nil clarius, quã præſens hæc peſtis aperuit, uerecundũq; iã eſſet, aliquãdo fateri, ſe neſcire

neſcire quod neſciunt, inſuper quid neſcire, illos, nemo eſt qui neſciat. modeſtius hac in par
te Medici, quorum peritiſsimi habiti, ſæpè me præſente falſi ſunt, artis ſuæ remedia ad hoc
naturæ ſeruientes arcanum non extendi. Poſſem eis ignorantiam donare, ſi eam ſic in reli
quis faterentur, at Aſtrologi, qui feruntur, omnium ignari potius mori uelint, quàm ſe rei
illius ignorantes dicere. Nempe conſuetudo & pudor, & peruicacia, & lucellum, & faci-
tas inſanorum, futuri ſemper ab expectatione pendentium, hi ſunt linguæ nodi, ut uerum
elicias aculeo opus ſit. Nemo uolens, niſi modeſtia uigens cogat, ignorantiam profitetur.
Norunt ipſi quidem, & ſi dubitant, cœlo ſuo tot mendacijs aduerſante condiſcant, nihil eſt
quod uentilant, quod mercantur, quoúe arida pectora, & ſiticuloſas aures infarciunt, ſed
id nihil ignotũ alijs fieri ſtudent, ne ſi emerſerit, ipſi etiam nihil ſint. Talis enim quiſq; eſt,
qualibus delectatur, inter artificiũ atque artificem multa cognatio eſt. hæc pertinaciæ cau-
ſa ingens. quod ſunt uideri metuunt, quod non ſunt cupiunt, quia quod ſunt, nihil eſt pe-
nitus, fieriq; aliud iam non poſſunt, uſu peſsimo compediti, unum hoc poſsibile arbitran-
tur, idq; eligunt quod eſſe nequeunt apparere, fruſtrà id tamen inſenſati. Qui ut certè ſi
de motibus agant, ſi uentos ac pluuias, ſi æſtus ac frigora, ſi procellas maris, ſi ſolis lunæq;
nuncient eclypſes, utiliter ſæpè ſemperque delectabiliter audiendi ſint, ſic dum res caſusq;
hominum ſoli Deo cognitos fabulantur, ceu mendaciorum triſtium opifices reſpuendi,
æq; commercio non literatorum modò, ſed bonorum omniũ repellendi, Ipſi uerò peruer-
ſitate animi, quadam atque obſtinatione mirabili poſsibilia negligunt, impoſsibilius ope-
ram dant, quinimmò uſqueadeò depuduit, & cognitu faciliora diffiniunt. Venit ad au-
res tuas forſitan, ut nuper expeditione Ticinenſi, cum uir ille magnanimus, qui nunc ſibi
præſidet, laceſsitus, urbem ualidam munitamq; aggredi ſtatuiſſet, Aſtrologi omnes ſtrepe
bant, & hic noſter, antè alios tantæ famæ, ut uulgò futuri præſcius, potius quàm præſagus
haberetur, multis hic diebus paratam profectionem, ſublataq; ſigna continuit, expectan-
dum dicens, horæ fatalis aduentum, ea uerò cum ueniſſet, illo iubente, motæ acies, & totis
in bellum uiribus itum eſt, eumq; antea multis menſibus, mira cœlum ac terram ſiccitas ha
buiſſet, eodem ipſo die, patefactis ſubitò cœli ualuis, tanta uis pluuiæ cœpit, multisq; con-
tinuis poſt diebus ac noctibus creuit. ut campi omnes & hoſtiles primum, muros, caſtra
cingentia, miro & inſolito diluuio inundarent, non ſine multo diſcrimine, ut uicturi armis,
propè imbribus uincerentur, & ſi poſtea melioribus auſpicijs in aciem reditum, & uirtute
ac fortuna Viri illius, Dei fretus præſidio, abſq; aſtrorum cõſilio capta urbe, bellumq; con
fectum ſit. Sanè tunc mendacio infenſus, coniectorem illum, alioquin uirum bonum; do
ctumq; ſupra cõmunem modum, mihi uerò chariſsimum, ſed futurum fateor chariorem,
niſi eſſet Aſtrologus, amice argui, quid ita in tantæ rei iudicio dormitaſſet, ut tam periculo
ſam cœli mutationem, & tàm proximam non uideret. reſpondit ille: Difficillimum eſſe,
uentos & pluuias & impreſsiones alias aëris, & quæ dicuntur præuidere. cui ego: Facili-
us ergo eſt, inquàm, noſſe quid mihi uni, quidúe alteri poſt annos plurimos euenturum
ſit, quàm quid cœlo & terræ totiq; rerum naturæq; impẽdeat hac ipſa luce uel craſtina eru-
pturum, cum naturaliter quidem iſta, ſupernaturaliter illa cõtingant, diſtribuente cuilibet
ſuas ſortes Deo. Facilius, inquit, haud dubiè, ſed hoc ita dixit, ut animi pudorem, media in
fronte perlegeres. ſcit ipſe me uerũ loqui, neq; horũ aliqd ut opinor neget. quanq; iam in
de à dominij pñtis exordio, inter ipſum & me, qui ea tẽpeſtate illic erã, de maiori etiã er-
rore certatũ eſſet. Cum enim tẽpus anxio prorſus horoſcopio delegiſſet, quo fœlicius tri
bus illis magnis fratribus, dominationis inſignia tradarent, me cui iniũctũ erat, ut in ea ſo
lennitate uerba facerẽ, & orationẽ meã, & nouorũ dominorũ intentionẽ ac publicã interru
pit, dicens, aduenisse horam, q̃ præteriri ſine multo periculo nõn poſſet. cũq; ego licet talĩũ
haud inſcius nugarũ, tamẽ ne ſtultorũ numeroſæ ſententiæ obſtarẽ, cœpto ſermoni finẽ an
tè mediũ poſuiſſem, ſteterit ille hæſitãs, atq; attonito ſimilis, dicẽs: Adhuc modicæ reſtare an
te quã hora illa fœlix afforet, meq; interim hortari cœpit ut loquerer. ego ſubridẽs, peroraſ-
ſe me, neq; poſt finẽ eſſe aliqd reſpõdi, neq; pulchrã aliquã fabellã occurſare animo. quam

Medio

Mediolanenſium populo recitarem, ille æſtuans & ſæpè ungulis frontem ſcalpens, tacitis omnibus quibuſdam indignantibus ac ridentibus alijs, poſt paulum exclamauit: Hora eſt, tum uerò longæuus quidam militaris uir, cui id negotij datum erat, tres paxillos puros, rectos, candidos, qui noſtrarum nunc urbiũ ſepta ſunt arripiens, cuiq; ſuum lætis uerbis uotisq; & fauſtis ominibus in manu poſuit. ſed id tãto, in ſingulis interſtitio temporis actum eſt, ut ſi uerò eſt rota illa Nigidij, qua Aſtrologi ignorantiam ſuam, dum uelare uolunt detegunt, meritò credi poſſet, diuerſam fratribus fati ſeriem inſtare. neq; hercle aliter fuit. nota eſt hiſtoria, ut antè annum exactum, natu maior & Bononiam nobilem dominij ſui patrem, & mox uitam, adhuc uirentibus annis amiſerit, reliquorum & proſperitas certior & uita longior, uſq; iam poſt decennium producta, nunc maximè floreat. quod ſæpè amico illi aruſpici iocabũdus obieci, cum ille quidem arte ſua nihil amplius fieri poſſe, uno ſemper ore reſpõdeat. & credo, edepol, uerè hoc dicat, eumq; ut paulò minus excuſatum habeam, ætas facit, & magnæ familiæ educandæ uiolenta neceſsitas, quæ ad indigna nonnunquam artificia, magna etiam curuat ingenia. quã ut eum quoq; in has nugas impegiſſe arbitrer, uno maxime reſponſo uiri illius adducor, nam cum ego & ſibi amicus, & famæ ſuæ, ſæpè idem aliter, atq; aliter ſecum agerẽ, quãuis ipſe & ætate me multũ & ſciẽtia anteiret. ille ſemel uelut experrectus, profundoq; erumpens, in uerba ſuſpirio. Nihil amice, inquit, hac in parte ſentio, niſi quod tu. ſed ita uiuere hic oportet. ſenſi neceſsitatis auream cathenam, & miſertus ex tunc ſilui. cæterùm hic eſt mos, ut ad inceptum regrediar, hic fatẽdi pudor, ea mentium libido, in nos & fortunas ut aiunt noſtras, noſtri animi libertatem ius utrunq; ſibi aliquid acquirendi, unde fit ut pro honeſti ſtudij clara laude neglecta, fuſcam fallaciæ & erroris infamiam mereantur, quorum iudicijs, quod falſi ineſt fraudi. atq; inſcitiæ iudicantis. Siquid autem ueri non ſcientiæ ſed caſui debeas imputare fortuitò. quid eſt enim aliud quod Auguſtino olim adoleſcentulo, & ob eã cauſam tũc minimè credituro, poſt autem non credituro tãtum, ſed breui etiam alijs perſuaſuro, perq; omnem uitã aduerſario ingenti atq; euerſori huius uanitatis acerrimo, bonus ille conſultor dixit. Vim ſortis hoc facere in rerum natura, uſquequaque diffuſam. unde eſt enim, quòd & diligẽtiſsimè cogitata fruſtrantur, & caſu elapſa, certis ſæpè ſucceſsibus confirmantur, & longo ſtudio non inuenta ueritas, quaſi per ludum ſeſe aliud agentibus ingerit. iſti autem, ſi quod uerum, unum fortè uel alterum exciderit inſolentiſsimè prædicant. quod aſsiduè mentiuntur excuſant, prædictiq; fidem requirentibus iraſcunt̃. Importunum ualde non erubeſcere, cuius contrario glorieris poſſem uel errori, uel inopiæ ueniam dare, ſi uerecundius mentirentur. impudentem ignorantiam, ac ſuperbum mendacium, quis non oderit? nec ignoro in his redarguendis, multa ſæpè me ſcribentem plura etiam loquẽtem uerba iactaſſe, quæ mihi fateor, non profectus ſpes, ſed mendacij odium elicuit, iacturamq; ipſe meam ſolor maximis comitibus. quis enim ueri amicus non hos odit atq; arguit? fruſtra tamẽ æquè omnes, nil uerbis proficitur, uerberibus opus eſſet, & legum ſupplicijs, non doctorum hominum libris. fixum eſt enim, præteritorum atque præſentium ignaris, uentura prænoſcere, ſeu uerius quaſi præcognita prænunciare credẽtibus. quorum iam non infœlicitas ſolum, atq; impietas, ſed ruditas intellectus, uerique omnis incapacitas nota eſt, his fidem habẽtium, contra quos ueritas, & ratio, experientia, & nõ ſancti tantũ uiri, ſed Philoſophi etiam graues, totis uoluminibus accinguntur. linquo Ciceronis, linquo Ambroſij atque Auguſtini operoſiſsimos ualidiſsimoſque tractatus, diſputationesque lõgiſsimas, quas nec tempus exigit, nec recipit locus, nec requirit quiſquis aliquãtulũ legẽdo proceſſerit. Nota nẽpe ſunt omnia, unã Ambroſij ipſius, quę ſeorſum ſcripta eſt, uerã neſcio, an breuẽ magis audiãt ſententiã, ex eo libro, quem de obitu Satyri fratris ſui ſcripſit, Philoſophi, inquit, de cœlo diſputãtes, quid loquant̃ ignorãt. quid hic dicẽt, irridebũt ſcio, ſunt enim non ſtulti magis, q̃ audaces, ſed meminerint quicquid in hũc dicit̃, in Spiritũ ſanctum dici, quo ille plenus hæc dixit. Sed quid rurſus ago, an qui Spiritũ ſanctum ſpernunt, Spiritus ſancti organũ, ſanctorũ linguas & calamos non cõtemnent? nec reuerentius Eſaiã audiẽt dicentẽ: Annũciate q̃ uentura ſunt in futurum, & ſciemus quia dij eſtis uos. nam ut noui Teſtamẽti ſcriptores, ignorantiæ, ſic

Prophe-

Prophetas arguunt inſanire, & ad ſummā, omnia præter Ptolemæum Aegyptiū, aut Firmicum ſiculum execrantur, ſed illorum furor eis noceat, nobis proſit, ut quantò illos à uerò turpius prolapſos cernimus, tantò nos illi conſtantius hæreamus, demum ut ijs pro omnia iam tēpore finis ſit, necꝗ mihi inter ſurdos inutiliū plus uerborū effluat, de horū omniū cōminationibus ac promiſsis, breue ſi iuditiū meum uis, miro cōpendio te ditiniū faciam, obſerua igitur, quid de re qualibet hij nuncient, contrarium enim erit. qui hoc genere diuinationis uti uolet, rectè illis aduerſus, hoc eſt, rariſsimè quidem mendax, ſemper ferè uendicus deprehendetur. Iam quid de promiſſo malorum fine ſperē, puto perſpicis, de quo iterum abiectis odioſis ſimulꝗ ridiculis horū uaticinijs, ſi iuditiū amici ſimplicioris expoſcis, non aſtra, non fulgura, non exta, non uolucres, non deniꝗ ſortes ullas, ſed ſolum animum in ſilentio conſulentis. & ſiqua eſt præſagio meo, fides ita ſentio, ſiquidem ira Dei eſt, qua nunc mortale premitur genus, inquit fateor iam dudum mea fertur opinio, & tum demū finietur, dum aūt molliti flexiꝗ ad aliū uitæ modū erunt animi, aut dignis fracta ſupplicijs humana durities, quæ ut uides inflexibilē ſe oſtendit, malleoꝗ hactenus & incude recuditt. Quo in ſtatu, remediū aliud, nullū eſt, niſi ita uiuere, ut parati ſimus dum uocabimur, ne quaſi res noua ac improuiſa nos terreat. quæ utiꝗ uetus eſt, & niſi deſipimus, prouiſa iam pridem nobis eſſe debuit, præſertim ex quo hanc mundi publicā ruinā, & ſub ea, noſtros fermè omnes oppreſſos, & quæcunꝗ nobis in terris fuerant, chariora cōſpeximus. Quorū ſiquid fortè ſupererat, ecce non reliquiæ penēre, hoc in malis unicū remedium probo, teꝗ hortor, ut cōprobes. fuga enim mortis (quod monenti olim ſcripſerā amico, ne muto ſententiam) nulla eſt. claude oculos præſtigijs, aures nugis, uitam medicis, aſtrologos fuge, illi corpora, hi animos lædunt, ſoſpitatorem uerum atꝗ aſtrificum uenerare. ſin uarietates naturæ aliqua cauſisꝗ latentibus infectus aër, uel ſi ſic penitus dici placet, conſtellatio quædam, nos mortalibus ignota, perſequitur, finis erit, dum decocta corruptio, ac digeſta ſolis radijs, uel aliquorſum deriuata, ſeu conſumpta labes, fuerit, horum ſane uel alterum, uel utrunꝗ, quando ſit futurum non cœli ſpectator, ſed creator nouit, uel fortaſsè aliquis Vir pius ac ſapiens, cui hoc ille reuelauerit, non Saturnus aut Mars. Iis enim auctoribus uitiorum inſana garrulitas, hos nobis dominos imponere nititur, & conſilia Dei eludēs, quantum in ſe eſt, & interimens arbitrij libertatem, quàm deinde fomentis inanibus ſuſcitare ſibi uidentur circulatores egregij, dum dicunt dominari aſtris ſapientem, præclarè infinita mendacia uno regunt uerbo, immò uerò mendacia mendacijs accumulant, nam & id quoꝗ falſum eſt, nec ſapiens aſtris, nec aſtra ſapienti, ſed utriſꝗ dominat Deus, unde uerò ſi id credimus, niſi ab aſtris hoc habuit dominator iſte aſtrorum ſapiens, ut ſapiens eſſet, ô perplexi loci, ludus turpis ac fragilis, ô male laudatum diù uerbū, quod ſanè aures reſpuant. quomodo enim aſtris dominabitur, qui nihil habeat, niſi quod ſibi aſtra conceſſerint: quæ lex unquam feudatarium eius dominum, à quo feudum habet, & non illi potius obnoxiū ac ſubiectum fecit. dominatur ſibi Sapiens, dum Deo paret, & reſpiciēs ad illum, rationis gubernaculo, uitæ cymbam regi, aſtris uerò nec poteſt dominari, nec uult quidē, unus enim eſt aſtrorum atque hominum dominatur, cuius ſapiens non ignarus, atque illi ſeruire, ab alijs liber eſſe contentus, non dicam cœli, ſed nec terræ ipſius quàm inhabitat, dominum quærit, uſus illi ſatis eſt. eſto autem dominetur aſtris ſapiens. ut hi uolūt, dominiūꝗ iſtud, uel ab ipſis aſtris, uel undecunꝗ ſuſcipiat, an non uident, an diſſimulant, quàm multi ſunt aſtrorum ſerui, ſi ſapiēs ſolus aut dominus aut ſeruitio ſit exemptus. Poſſem multa de ſcripturis promere, quibus oſtenderem, quàm pauci ſemper fuerint ſapientes, quamꝗ illud uerum Salomonis: Quod ſtultorum infinitus eſt numerus. niſi quod probatio rei huius ut arbitror experientiæ relinquenda eſt quiſque mihi, pro ſe magnis in urbibus circunſpiciat, atque intendat, quot ſibi quotidie ſapientes ueri occurrant. quiſque recogitet, quot ſibi cum ſapientibus res fuit. ita tamen, ut quem quærimus ſapientem, uitæ meritò, non uulgaria fama, hoc eſt nō uerbis aliorum, aut etiam ſuis, ſed factis rebuſque ipſis exiſtimet, poſt numerum conficiat, puto dextræ manus auxilio, non egebit. non enim ſapientem ſic accipio, ut ſapientes cauſidicos ſtulti uocant, neque ut docti quidā, qui multiſcium ſapientem dicunt,

dicunt, aliud eſt enim ſapientẽ eſſe q̃ diſertũ, mores ad hanc rem, nõ literæ requiruntur, quæ ſi benè inſtructo animo acceſſerint, ornamẽto quidẽ, ac ꝑſidio ingẽti erũt. Iniquo aũt & in malũ ꝓno, nunq̃ proderũt, ſæpè oberũt. idq; & multis & claris argumẽtis oſtendi facilè eſſet, niſi uulgò etiã cõſtaret, literatos homines fuiſſe, q uel cõſilijs malis Reſp. euerterũt, uel graues fando diſcordias aluerũt, armataſq; in necem compulêre acies, uel quo nihil potuit fieri peius, diro animas dogmatũ ueneno, & uarijs erroribus infecerunt orbem, uoluntas ergo bona, non ingenium, uita, non oratio ſapientem facit. Fuêre autem qui nullum, fuêre qui unum ſolum dicerent ſapientem, qui Catoni honos à noſtris, apud Graios uerò ab Apolline tributus eſt Socrati, Græci ipſi ſeptem numerant, quam uerè autem & qui id dicunt, & de quibus dicunt uiderint, certè horum nomina ſcholis omnibus trita ſunt. Plures alij fortaſsè, ſed gens loquaciſsima, & ſuarum miratrix rerum, maxima hoc contenta fuit numero, quem ipſum non defuêre qui carperent ac riderent, multo quidem citiùs ſapiens dicitũ quæ fit, itaq; ſi oculis cerni poſſet, q̃ multa hiſipſis, qui ſapientiæ nomine gloriantũ deſint, ut eſſe incipiant qđ dicitur uulgò, puto ipſum pudoris inicitũ puderet, & diceret pauciores ſunt quàm fama loquitur ſapientes. Mea certè ſententia, non dicam Phœnice rarior, atque anno renaſcens quingenteſimo, ſed rara utique auis eſt ſapiens, nõ gregatim uolat, non ubique nidificat, non quolibet ſedet ramo, non omni uerno tempore naſcitur, nempè cuius ortum rariorem Cicero extimat unile partu, quem inter prodigia numerari ſola raritas facit. Vt ergo aſtris dominetur, hic ſeu nullus ſapiens, ſeu perrarus, quid facient alij, ſeu quid facient omnes? quid porrò niſi ſeruient aſtris, ſeruitute non tantum corporum, ſed quæ nulla miſerior, animorũ, hos tamen iſta non tangunt, qui ſalute hominum ſpreta, ſolũ de hominibus lucrũ captant, ſoli inhiant ꝑdæ, quæ quoniã de liberis nõ ſperarent, nec facere ſuos poſſunt ſeruos, faciunt ſtellarũ, ut iam diximus, quarũ ſe conſcios, & quaſi conſiliarios dici uolũt, ſeq; inter ſeruos ac dominos ſecretorũ internũcios ſpõdent. ô flagitium audax promittentiũ, ô credentiũ ſtultus pauor, & q̃ audaciæ ſumma eſt, ut peccata hominũ excuſent, Dei iuſtitiã accuſant, cũ dicũt ut ꝑclarè ait Auguſtinus, de cœlo tibi eſt ineuitabilis cauſa peccãdi, & Venus hoc fecit, aut Saturnus, aut Mars ſcilicet, ut homo ſine culpa ſit, caro & ſanguis, & ſupba putredo, culpãdus ſit aũt cœli & ſyderũ creator & ordinator, & quis eſt hic niſi Deus noſter ſuauitas & origo iuſtitiæ: Iam uerò ut raptanti ſtylũ iracundiæ frenum ponam, et qui ſupra deſiturum me promiſi, uel hic deſinam, atq; à circũſcriptoribus his diuellar, ſi hic quoq; ubi naturalis ſcilicet malorum præſentium cauſa ſit, conſiliũ meum quæris. nullum mihi certius aliud quàm quod audiſti, ubi de hac mortali ubi periclitamur, ac miſera uita ad illum confugere, apud quem eſt torrens uoluptatis & fons uitæ. nam quid, oro, agat aliud uiator, aquæ modicum rimoſo uaſe collectũ, labi ſentiens, & ſiti metuens perire, niſi ut raptim eò ſe uertat, ubi uel perhennẽ riuum, uel aquæ fontem indeficientis inueniat, hic tamẽ humanæ pluſculũ cautionis haud ſpreuerim, atq; in primis locorũ mutationem, ut dimiſsis ad tempus, quibus peſtiferum acrius incubuit ſydus, ſalubriora ſectemur, ſic ꝓcellam portu nauta, tecto imbrem uitat agricola, ſic periculũ honeſto diuerſorio ſapiens declinat, omniũ licet intrepidus, & ſi cogat eligere. mortẽ ipſam uitio prælaturus. Hoc nimirũ mihi conſiliũ duo illi dederant amici, qđ tamen heu, me miſerũ, cur cõſultor alterius q̃ ſui melior quiſq;. In proprios uſus utere neglexerũt, ſi ſui quidem erat arbitrij, nec decreti uiolentia tenebantur, tu ſeu humano conſilio, ſeu aliter id quod conſtat duce fretus Deo linquens Neapolim, & omiſſa Florentia longiore circuitu me petiſti, quamuis adhuc utraque urbium illarum tranquilla perſiſteret fœlix ut decuit, pia fuit electio, qua patriæ me prælatum glorior, tuæquè uel prudentiæ gratulor uel fortunæ, illud queror quod coràm quoq; ſum queſtus, nimis te hinc abitũ properaſſe, & ſi enim purgata ſibi omnia dicerentur, noſti tamen uulgi morem, uel fingit uel anticipat quæ delectant, Senſi aũt, patriæ pietas animum urgebat, nec mei deſiderium obſtabat, trimeſtri præſentia iam lenitum, ſic inexorabilis abijſti, neque ego uel equitantem arguere, uel me illi poſthabitum indignari poteram, cui me antea prætuliſſes. ſed quoniam etſi non lynceos oculos, ac aprinas aures habet amor, neſcio quid iſthic nunc etiam reliquiarum metus atq;

diſcriminis ſupereſſe audio, quod ſi ita eſt, te amice per teipſum precor, ut redeas, aufer hanc mihi ſollicitudinem, cui ſi neſcis ſolito carior factus es. cur ſi quæris, ipſa raritas cauſa eſt, nulli quàm monoculo charior lux, è numero ueterum amicorum, ut dicebam, penè unus es mihi, nam de Barbato noſtro quid ſperem dubius ſum, ſic modò Pelignos ac Brucios peruagatur mors. Veni ergo optatus, adeſt ecce anni pars leuiſsima, curæ nullæ, niſi Pieriæ ac iucundæ, domus ſaluberrima, & quam ſtylo tibi fortaſsis exprimerem, ni tu illam plenè noſces. adeſt optima, & neſcio an melior optanda ſocietas, nomen ab effectu nactus, Beneuenendius præclariſsimæ huius urbis Cancellarius, & ſtatui publico, & priuatis amicitijs & honeſtis ſtudijs benè intendens, cuius ueſpertini congreſſus, dum diurnis relaxatus curis, læta fronte, pio animo, inſtructo nauigio ad nos uenit, & nauigationes cõfabulationesque ſub noctem, quàm ſuaues ſint, quamque ſincerum & benè falſum, quicquid in homine illo eſt, nuper expertus tenes. Nec non Donatus noſter Apennigena, quem ex Tuſcis collibus ereptum, multos iam per annos littus ſeruat Adriacum, Donatus, inquam, noſter & donatus nobis ſe donante, donatoque illi antiquo & profeſsionis ſucceſſor & nominis, quo nil ſuauius, nil purius, nil noſtri amantius, nil notius tibi: nolo plures nominare, ſufficient hi, quamuis enim nunquam mihi ſolitudo illa ultima, atq; inhumana placuerit, neq; mihi probetur qualis ſcribitur fuiſſe Bellerophon ipſe, ſuum cor edens, hominũ ueſtigia uitans, de quo in ſolitudine mea, olim duobus ſolitariæ uitæ libris, pro ingenij uiribus multa diſſerui, ſemper tamen mihi uir doctus ac ſapiens, paucis egere comitibus uiſus eſt, quippe qui ſibi, ipſe ſi res adigat, comes eſſe collocutorq; didicerit. ſin uel grauis hic mora, uel autumnalis intemperies ſuſpecta erit, quanquam meo iuditio nullis aquilonibus, aut zephyris ſerenari, purgariq; melius cœlum poteſt, q̃ ſerenis frontibus, atq; optatis colloquijs amicorũ, ibimus hic, erisq; tu mihi ſeceſsionis fortaſsè utilis, at profectò delectabilis author ac comes, commigrabimus Iuſtinopolim, ac Tergeſtum, unde mihi fidelibus literis uotiua temperies nunciatur. Ad poſtremum boni hoc ſaltem habiturus eſt reditus tuus, ut quod iamdudum cogito Timaui fontem, uatibus celebrem, multis uerò uel doctoribus ignoratum ubi eſt, non ubi quæritur, hoc eſt non Patauinis in finibus ueſtigemus. quem errorem peperit Lucani uerſiculus, quo Apono illũ iunxit Euganeo, ſed in agro potius Aquileienſi ibi illum Coſmographi certiores locant;

Vnde per ora nouem uaſto cum murmure montis.
It mare præruptum, & pelago premit arua ſonanti.

Vale. Venetijs *VII.* Idus Septembris.

Fran. Petrarcha Ioanni Bocatio ſuo, S.

De illius ſtatu.

CAſus noſtros ſciſti, non dubitem & fleſti, Lelij mei Simonidiſq; noſtri obitum, alterum antequàm hinc iſſes noueras, uerum aures meas percuti cuiuſuis alterius, quã tuæ linguæ cuſpide maluiſti, alterum ſtatim poſt tuæ domus in limine didiciſti, de quibus multiſq; alijs, quæ præſentem noſtramq; ſimul ac mundi totius reſpiciunt tempeſtatem, longam tibi mœſtus epiſtolam dictaui, quam ne miſeri cauſa eſt, non tàm labor aut tarditas, quamuis uerè utraq; cauſa eſt, quàm perdendi metus, hunc etiam laborem, ſicut alium ad ipſum, de quo loquor Lelium Simonidemq; ipſum perdidi. quibus cum multa ſcripſiſſem, utriuſque tepido cinere inuento, una fermè hora, diuerſis licet, è tractibus terrarum, ſignatæ uti erant ad me literæ rediêre, quas aſpectu primo infauſtas, ut erant nuncias ratus, flammis iniectas, charis manibus inferias dedi. De te autem ut quod eſt fatear, *Donatũ* noſtrum, & me ingens pauor arripuit, ne tu quoque poſt illos abieris, neque nobis uidetur fieri poſſe, ſi uiueres, ut nihil his ſcriberes, quos ais quàm ſuſpenſos, quàmque ſollicitos linqueris ſcire te credimus, proinde ſi uiuis, nulla tibi ꝓrſus excuſatio eſt, ſin abſumpta ſalus ut Maro ait, & te chariſsime frater ceſpes habet patriæ, excuſatus es planè, excuſatione tibi quidẽ, ut a[illegible]tror fœlici, nobis miſera, & quæ ſi quid adhuc gemituum in fundo animæ reſedit, eliciat longum. Vale ſi uiuis, ſi defunctus æternum. Venetijs *XII.* Cal. Octobris.

Fran.

Fran. Petrarcha Nicolao Magno regni Siciliæ Seneſcalco, S.

Promiſſa non preſtari conqueritur.

DVdum magne Vir charūq; decus meū, dicere tibi aliquid uolui, ſed amor meus, ac ſuauitas tua, dulcibus ſemper alloquijs, uelut manu iniecta, os loqui parantis præclusère. nunc tandem ipſe me arguo, ꝙ talem animū, tàm excelſum, tàm ueri amicū, ego quoque ueri amicus, aliter ꝗ uel illū audire deceat, uel me loq ſuauiter, magis quā uiriliter, nunc uſq; tractauerim, breue eſt aūt uerbis, ſed re amplū ꝙ tibi nunc dixiſſe uelim. longum tempus eſt, ex quo te mihi gratiſsimū fidiſsimūq; refugiū, procelloſæ uitæ ac ꝑdulce animi ſolatiū ſtatui, neq; tu tibi, ut dicis, in omnib. primū, ut ego ſpero, nō ultimū elegiſti. Ecce interea, ut deuoti tui fratresq; mei optimi fermè omnes ſimul uento citius abière, Socrates, Zenobius, Lelius, Simonides, & quod nouum audio Barbatus, noſtri omnes, at qui te propè ut numen aliquid colerent, me ſupra hominem amarent. mitto alios, quos numerare longum ſimul ac flebile eſt. Et quid putas, ibimus & nos noſtro ordine, idquè quàmprimū, nulla penitùs mora eſt, citò ſtatim, & forſan hodie moriemur, & quos ꝓmiſimus conſequemur, nec tua te uirtus aut fortuna, nec mea me ſtudia liberabunt. Soluendum naturæ debitum, moriendum, abeundum, cedendumq; ſequentibus, agendumq; iter eſt patrum, æquè in tua palatia, & in meas ſolitudines mors intrabit. In huius autem miſerrimæ uitæ calle breuiſsimo, cuius ut uides ad exitum propinquamus, & imus, & currimus, & uolamus, & præcipuè in his annis ultimo proximis, dux mihi multos ante alios electus, meq; multis, tuo alioquin inſigni præferens iudicio, cum ad finem, uel noſtrum alter, uel ambo uenerimus, quod utique fieri oportet, & differi nequit, quantum dolebis, quod neſcio quibus alijs curis, fortaſsè maioribus, neſcio an & pulchrioribus diſtractus, nihil unquam pro me feceris, cum potueris ſemper & ſæpè promiſeris. & quanquam nullo meo merito, promiſſo tamen tuo debitor ſis, & qui patrimonij ampliſsimi, tuarumquè rerum omnium partem mihi, primam, maximamquè meis proximam, totiens interpoſita iuſiurandi religione deputaueris, tibi ultima & minima, quam ego uſui tuo relinquerem, reſeruata, de quo chirograghum non unum tuis ſcriptum digitis, habeo, requiſitus tandem, non dicam patrimonij partes illas, aut de tuis omninò rebus quicquam, quod minimè petebatur, ſed ne unicum quidem uerbum, iuſtum, honorificum tequè dignum, & tuis in labijs & in auribus audientium honeſtiſsimè ſoniturum, illi tuo electo & dilecto præſtare nolueris, ipſe tecum cogita. Ego mihi peccare in te, & in meipſum uiſus ſum niſi te neglecti huius tàm decori, et tàm tui officij aduerterem, quod ut differrem hactenus, quid putas, niſi ſtupens dolor fecit, ne uerò amplius differam, dolore tandem uictus ſtupor, & caſu oblatus hic Vir, mei nuper, tui pridem amantiſsimus impulit, penes quem ſic deſiderium, & querelam & ſuſpirium meum omne depoſui, quaſi in eo cernerem te præſentem, tecumquè de te quærer quod perſæpè tacens ſoleo. ſibi igitur crede, ipſumque audi obſecro, & niſi tibi inglorium ducis, exaudi, patientia ſed armare, priuſquam incipiat, & uerbis aſperiorib. mitem animū oppone, contra te dici audies. noli partes extimare, ſed cauſam tu, reus idemquè & teſtis, & iudex, de te ipſo fer ſententiam, uide quàm conueniens famæ tuæ ſit, habuiſſe tot annis hominem, quem amicum uoces, quemuè interdum humilitate inſita, magnitudinis immemor, ut maiorem alloqui ſoleas, & ſi ipſe, ut eſt longè, ſe imparem omnibus fateatur, nihilquè ſibi præter ſomnij tàm longo in tempore contuliſſe, tàm claræ nomen amicitiæ, cum amici munus, breui & facili pridem uerbo impleſſe potueris. quid ad tribunal illius, qui non ſolum amicis, ſed etiam hoſtibus benefacere præcipit, huic ſis calumniæ reſponſurus uideris, ego bis te requiſiui, utinam uel negaſſes citò, uel impleſſes ſerò licet, aut ſaltem lentius promiſiſſes, ecce nunc tertiæ & ultimæ preces meæ, ꝗ efficaces, in te eſt, nondum ſperare de te deſij, ſi nūc quoq; meam ſpem deſtituis, tuus ero nihilominus, nam quē ſemel dilexi ſemper diligo, ſed moleſtus amplius non ero. ultimum hoc præmiſsis adijciam. Magnam et inſignem amicitiæ laudem fore, ſed eam multis & magnis ex rebus conſtare, Amicum dici facile eſt, amicum eſſe difficile. Vale. & ſi nimis familiariter, loquor ignoſcito, Pataui *III.* Idus Octobris.

Fran. Petrarcha Amico incognito, S.

De ingenio ac moribus Barbati Sulmonenſis.

BArbati mei nomē, quo uix mihi aliud aut charius fuit, aut nunc quoq; dulcius ſonat, hūc in paruis forſitā, ſed in multis certè occupatū calamū auertit, rogas enim, & quaſi debitū repoſcis, ut de illius uiri uita & moribus actibusq;, quos mihi notos reris, opuſculū aliquod, ſeu Panegyricū ſcribā, ad memoriam poſterorū, ego uerò & illū carmine dignū, & te honeſtæ rei aptum precatorē, & me illi talis officij debitorem fateor, & uirtutē eius, ut chariſsimam ſic mihi notiſsimam nō nego. nihil mitius, nihil integrius, nihilq; candidius Sol uidit, nihil amantius literarum. quibus ut lautiſsimis ueſcebatur cibis, huius appetentiſsimus, reliquarum omnium negligens uoluptatum. Inanis gloriæ fugitans, inſolentiæ neſcius ac liuoris, ad hæc & ingenio acer, & ſtylo dulcis, & doctrina uber, & memoria promptus fuit. hæc ego de homine illo noui. & ſi qua mihi fides, apud poſteros futura eſt, teſtor ita eſſe, & multo amplius quàm uel temporis breuitas, uel ſtyli huius humilitas pati queat. Me autem ille ſic dilexit, ut nullum mihi mortalium, niſi fallor, non dicam anteponeret ſed æquaret. conuerſationem tamen illius, mea mihi ſors inuidit, ex quo illud ſydus Italiæ, noſtrique ſummum æui decus, Siculum regem, dura mors abſtulit Robertum, non ſibi dura, ſed patriæ, quo agente, ſub iugū amicitiæ miſsi eramus, quo ſuperſtite ſeparari ab inuicem, non magis corporibus quàm animis poteramus. ille nos iunxerat, ille iunctos tenuiſſet, qui compage ſalubri & ualida, quaſi lapis angularis multa nectebat. quo ſublato, & nos disiuncti locis, & totis concordiæ nexibus reſolutis, regni ruina miſerabilis conſecuta eſt, ut omnibus Siculis notum eſſet, quantum ad ſalutem publicam, in unius uiri ſapientia ac uirtute repoſitum ſit. illius morte igitur & Barbarus meus Sulmonem ſuum repetijt, inſtantium ſeu præſcius malorum, & ego admiratione illa Regiæ maieſtatis explicitus, cuius uinculo captus, Parthenopen retrahebar, me deinde uel in Gallijs ubi tūc erā, uel ubi nūc ſum, inter Alpes Apenninūq; continui ſic effectū, ut de amici optimi charitate ac uirtute certiſsimus, ſuos mores domeſticos ignorarem, quæ uiuendi norma, quæ familiæ ſuæ diſciplina, quæ Reip. curæ: deniq; quid egerit duobus ac uiginti annis, quibus eū oculis non uidi, quid dixerit aut ſcripſerit, cum haud dubiè exundanti ingenio, multa potuerit, nihil habeo comperti, ut ſi quod abeſt ocium adeſſet, de his ſcribere certa rerum fide non ualeam, aliud quàm quod audiſti. Quod ad me, tum pro uirili portione attinet, nomen eius curæ mihi fuiſſe multæ mearum teſtantur epiſtolarum, quæ ad eum ſunt, & iuuenile opus epiſtolaris liber, lege carminis aſtrictus, ſibi totus inſcribitur. tu qui ſub illius magiſterio creuiſti, cui conuictu continuo ac longæuo rerum illius atque actuum plena notitia eſt, cui ætas, ocium, ingenium fauet, quod ex me poſcis per teipſum imple, oro fœliciter, ut quod ualdè noſſe cupio ex te diſcam, quo non ſolum communis mihi tecum amici memoriam, ſed communis tibi ſecum patriæ gloriam celebrabis, quæ maiorem niſi amor me fallit, nulla ætate ciuem habuit, Naſonis antiqui pace dixerim, ille enim ingenio clarus, fuſcus moribus, quamuis fruſtrà, multas longæ uitæ maculas, uno breui purgare uerſiculo nixus ſit, hic autem noſter, & ingenio bonus, & uita melior fuit. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Bocatio, S.

De tædio ſcabiei, & Medicorum remedijs.

SAtis ſuperq; tacuimus, & eſt ut iucundi ſermonis, ſic trāquilli ſilentij uoluptas quædā, hæc ne nos æquo lōgius trahat, occurrendū eſt. nō dicā ſcribēdi materiā defuiſſe, ne mētiar, quādo enim nobis illa defuerit, q̄bus cœlū, terra, mare, quæue in eis ſunt omnia, & in primis homo, mirū naturæ parētis opificiū, idēq; optimū, peſsimū animal, & nūc ꝓpè par angelis, nūc aſpidib. atris immanior, materia inexhauſta eſt, ſemperq; ſe oculis atq; aurib. ingerens, tempus ſolum defuiſſe uerè dixerim. affuiſſe autem atq; adeſſe, & neſcio quouſq; affuturam eſſe, ſqualidā & arentē ſcabiem, quæ cū omni difficilis ſit ætati, noſtræ ut perhibent, & tā ſuſpecta eſt, mihi uerò abſit, dum pruritū animi, morbosq; diſcuſſero, ut cæterorum quiduis incommodorū queat eſſe ſuſpectū, cæterū hæc peſtis, quintū ſic ē menſem

occupat,

occupat, ut non ſolum calamo, ſed cibo etiam ereptas manus, ad ſe arandam fodiẽdamq; cõuertit. Amici mei Medici, in quibus quid remedij, quidue omninò cõſilij ſit, experti nouimus, qui de malis hominũ, ludũ ſibi & mercimoniũ fecêre, quiq; auxiliarios ſe profeſsi, ſpectatores ægrorum & ægritudinum facti ſunt, omnibus fruſtrà patiente me, potius q̄ probâre, ſeu aliquid hinc ſperante, tentatis ad extremum, ut etſi non Medici ſaltem pronoſtici uideantur, aduentantis æſtatis expectandum auxilium cenſuerunt, dura grauisq; neceſsitas, quæ aduerſus hoſtem, non niſi ab hoſte poſcere opem cogit, aut ſperare. ego autẽ neque Medicis credo, neq; ab æſtate ſpero aliquid, ſed ab illo de quo ſcriptum eſt: Aeſtatẽ & uer tu plaſmaſti ea. & hoc unum ſcio, certiſsimumq; pronoſticum morbi huius habeo, quod cito uel ego eum, uel ipſe me deſeret, diù ſimul eſſe non poſſumus, hoc me ſolor, nõ in iſta ſolũ, ſed in omnib. moleſtijs meis, benè prouiſum eſt enim, ut eũ uitæ mortalis innumerabiles ſint angores, nullus poſsit eſſe longæuus. Audio quidem aliquos eſſe, qui ſcabiem ſanitatem eximiam eſſe dicant, quam mihi ablaram, ſi his accedere non tantum patiar, ſed optabo. certè ſi hæc ſanitas eſt, nemo me ſanior uiuit, uſqueadeò ut præ nimia ſanitate, uix hæc pauca perſcripſerim, ſed nec multis opus erat, ſatis eſt rupiſſ. ſilentium, ſcripſi ecce aliquid, tuque aliquid reſcribas. Hoſtis hæc mea interim forſan abſceſſerit, nos ad conſuetudinem reuertemur. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Bocatio ſuo, S.

De mortalis inſtabilitate propoſiti.

DVm nil ſeriũ q; ſcriberem adeſſet, & omninò aliqd ſcribere mens eſſet, q; memoriæ proximũ fuit arripui, Leo noſter uerè Calaber, ſed ut ipſe uult Theſſalus, quaſi nobilius ſit Græcũ eſſe q̄ Italũ, idẽ tamẽ ut apud nos Græcus ſit, apud illos puto Italus, quo ſcilicet utrobiq; peregrina nobilitet origine. Hinc Leo, inq̃, undecunq; magna bellua, me nolente, fruſtraq; diù ac multũ diſſuadẽte, ſurdior ſcopulis, ad quos ibat, tuũ poſt abitum hinc abijt, noſti hominẽ, et me noſti, an is triſtior, an ego lætior, haud facilè iudices. itaq; ueritus, ne cõuictu aſsiduo fortaſsis inficerer (eſt enim animi ægritudo nõ minus cõtagioſa, q̄ corporis) abire paſſus ſum, ad quẽ tenendũ, alio q̄ preci uinculo opus eſſet, dato illi uiæ comite comico Terẽtio, q̄ incredibiliter delectari eũ, animaduerterã, ſæpè ſtupẽs, qd commune habere poſſet Græcus ille mœſtiſsimus, cũ hoc Affro iucũdiſsimo, Sic è cõtrà, nulla tãta ſimilitudo, q̄ nõ aliqd diſsimulet. Abijt ergo ſub æſtatis exitũ, multa me corã, ſæpè in Italiã Latinũq; nomẽ acerrimè inuectus, uix illũ perueniſſe diceres, dũ ex inſperato barba & crinibus ſuis horridior, maiorq; ad me redijt epiſtola, ubi inter multa, ceu terrã cœleſtẽ damnatã, modò laudat, atq; amat Italiam dilectãq; Græciam odit, laudatãq; Bizantiũ execrat̃. & ut ſe iubeam ad me uenire, tanta rogat inſtãtia, quanta uix Petrus naufragãs imperantẽ fluctib. CHRISTVM orat, ego rideo mirorq; hanc iuditiorũ tantã uertiginẽ, tã breui tẽporis ſpatio, immò ne id quidẽ miror, ſcio enim, animo q radices in ſapiẽtia & uirtute nõ egerit, nihil eſſe mobilius, cuius rei cauſas fortaſſè alias, ſed unam haud ineptã ut pagani hominis apud Senecã legiſſe potes, in eo libro quo Elbiam conſolat̃. Inuenio, inqt, qui dicant naturalem ineſſe quandam irritationem animis, commutandi ſedes, & transferendi domicilia, mobilis enim & inquieta homini mens data eſt, nuſquam ſe tenet, ſpargitur, & cogitationes ſuas, in omni nota atque ignota dimittit. uaga & quietis impatiens, & nouitate rerum lætiſsima. quod non miraberis, ſi primam eius originem aſpexeris, non enim terreno & graui concreta corpore, ſed ex illo cœleſti ſpiritu deſcendit, cœleſtium autem natura, ſemper in motu eſt. probat hoc deinde, ſed ſuperfluo, nam res ſenſibus clara eſt, cui hoc tamen adijciam, & rem dicam mirabilem, ſed ni fallor ueram, ubi duo illa defuerint, quibus radicatum quæro animum, ad cõſtantiam eius non modò, non prodeſſe literis, ſed obeſſe. dant audaciam, loca edocent, uias monſtrant, conſumunt uiaticum, uarios ingerunt cogitatus, quibus ut ſtimulis multa uidendi excitant appetitum; neq; frenant natura uagum animum, ſed impellunt, agitant, circumuoluunt, Id ſi unquam in ullo homine clarum fuit, in hoc noſtro Leone clariſsimum eſt. non Leo Marmaricus dum febrit, caueis luſtrandis ardentior, crebriorque quã hic noſter prouincijs peragrandis, & ut auguror, niſi rationis

officium pauperies occupaſſet, non Leo eſſet ille, ſed uolucris. Gaudeo hercle uerbis incredulum, rebus admonitum, & ſaxeum illud caput, experientia emolitum, cæterum nec constantiæ ſuæ fido, neque uel naturam uel ætatem, & ſi ipſe aliud ſpondeat, mutandis moribus aptam reor. Vnum præterea quod ridebis precibus inſerit, ut pro eo ſcilicet apud Conſtantinopolitanum imperatorem literis intercedam, cuius mihi nec uiſa facies, nec auditum nomen, Leo tamen, me ſic illi ut Romano imperatori notum, ac familiarem, quia ſimple, etiam opinatur, quaſi q in imperij titulo conueniunt, unum ſint, propè ſuo iure id quidem, Græci enim Conſtantinopolim alteram Romam uocant. quã non parem modò antiquæ, ſed maiorem corporibus ac diuitijs effectam, dicere auſi ſunt. quod ſi in utroque uerum eſſet, ſicut in utroque Sozomeni hoc ſcribentis, pace dixerim falſum eſt, certè uiris, armis, at uirtutibus, & gloria parem dicere, quamuis impudens Græculus nõ audebit. poſtremò autem ne amici uolatilis, tàm uerboſa mentio fruſtrà ſit, redit his in animum, te precari, ut Homericæ partem illam Odyſſeæ, qua Vlyxes it ad inferos, & locorum qui in ueſtibulo hærebi ſunt, deſcriptionem ab Homero factam, ab hoc autem, de quo agimus, tuo hortatu in Latinum uerſam, mihi quàmprimum potes admodum egenti, utcunq; tuis digitis exaratam, mittas, hoc in præſens. In futurum autem ſi me amas, uide obſecro, an tuo ſtudio, mea impenſa fieri poſsit, ut Homerus integer bibliothecæ huic, ubi pridẽ Græcus habitat, tandem Latinus accedat, nec ſum neſcius, quanta tuarum mole rerum prægrauatis humeris, qd imponam, ſui appetens, fidens tui. Vale Venetijs Cal. Martijs.

Fran. Petrarcha Nerio Morando Foroliuienſi, S.

De fama mortis ſuæ ſæpius conficta.

STupor tuus, fateor tibi, Vir optime, ut multa alia cõmunis eſt mecũ, cũq; omnib. penè niſi fallor, ſiq ſunt qui reculas meas, cogitatu ſuo dignas iudicet, nã quis, oro, non ſtupeat, hominẽ nulli inuiſum, charũ omnibus, ut fama eſt, eũq; nõ apud Indos aut Seres extremamúe Taprobanen, ſed in Italia, interq; Italos agentẽ, quotidie mortuũ fieri. Vigeſimus annus eſt, ex q Clemẽtis imperio Petri in ſolio tũc ſedentis, Neapolim profectus, dum ibi aliquantulũ tẽpus tero, p Liguriã Venetiãq; omnẽ atq; Aemyliam, defunctus publicè nunciatus ſum, additũq; mẽdacio, me intra Siciliã obijſſe, de qua re amicus ille, tũc noſter, non mali uir ingenij ſed uagi, carmen illud flebile texuit, q audiſti, q ut uides, me ad ipſam quam defleuit mortem, incertum quo ſpatio anteceſsit. Cæterum carmen ipſum, & uulgaris rumor, ſic ora omnium aures qúe compleuerat, eoqúe proceſſum erat, ut me reducem, quaſi umbram defuncti hominis admirantes, dubitantes qúe conſpicerent, uixq; oculis crederet, cuius contrarium auribus credidiſſent. fueruntq; in eo præſtigio nonnulli, qui Thomæ in morem, non me prius uiuum crederent, quàm manibus attrectaſſent, & ceu prodigium aut fantaſma complexi, corpus ſolidum comperiſſent. ſic uix tãdem prius auditus uiſui ac tactui, & cõtrario ceſsit auditui. Mirabar fateor, nam etſi omni ætati mors cõmunis ſit, ea tamẽ erat ætas, q̃ nõ qdem mortẽ, ſed pleriſq; mortalium, cogitatiõẽ mortis excludere ſoleat, ex illo aũt uix annus p̃terijt, quo nõ ſaltem ſemel, eadẽ fama ſonuerit. quæ ſic oram fermè noſtri orbis cum ueritate partita eſt, ut ubi ego adeſſem, illic ueritas, unde abeſſem, mendax fama regnaret, itaque uiuus in Italia, defunctus in Gallijs, contra quoque, illic uiuus, hic mortuus ſum habitus, inqúe ipſa Italia, eo fortè quod ſublonga eſt & Apennini ſciſſa iugis, quid aliquando ſim paſſus, dixi iam, dum uidelicet, quem pars una paſcebat, altera ſepeliſſet. Nunquam ſanè de me tantum famæ licuit quantum nuper, quando hic uiuus, utrobique, immò ubique mortuus opinione hominum fui, uſque adeò, ut Rom. Pont. Vrbanus v. qui me uidendi auidum ſe dicebat, meq; iam ter uocato Eccleſiaſticum mihi, quo delectari & moueri animum poſſe crediderat beneficium reſeruabat, nõ illud modò, ſed reliqua, quæ dudũ teneo inſuper, & qui ante decenniũ, hoc qbuſdã amicis tũc egentib. nũc defunctis ceſſeram, ambitiosè ſupplicantibus, famæ credulus, conceſſerit. ingens denique illa in curia, de his paruis ac paucis beneficijs, tumultus fuit, diſcurrentibus quidem illis, ad conficiendas gratiarum literas, uelut ad opimam prædã, totamq; urbẽ clamore complentibus. neſcio enim, q̃modo meũ nomẽ, & cupiditati

ſtimulos,

ſtimulos,& beneficijs pondus addiderat.qua in re,ſpei unius perditæ iacturam, eo ſolor,
quod in reliquis importunitatem illam uulturũ ſeu coruorũ,cibũ ſibi de aliena morte quæ-
rentium,lucri cupiditas,in damnũ traxit,uiuentis enim ad beneficia ſuſpirantes,& plumbo
aurũ pmutantes,nil in finem ſibi præter laborẽ & pudorẽ.ſi qs auaritiæ pudor eſſet, ac ſum-
ptuoſa et ridiculas literas q̃ſiere,utq; illos ad inanem prædam,ſic nos ad luctũ ſuperuacuũ,
falſus rumor impulit. Amici mœſti fletu.fleruntq; alij,quos Mediolani charos ſollicitosq;
mei habeo,& ut recentiora prætercam,hic ad latus Pataui ſcilicet fletu ſum,ubi penè debu
erat,ſi uerum eſſet,morientis ſuſpirium exaudiri. ſic ut inceptum ſequar, cum ut ait Apo-
ſtolus: Datum ſit hominibus ſemel mori,horum me circulatorum artes, ac mendacia ſæ-
pius mori cogunt. Hinc ille igitur,quem dicebam, tuus ſimulq; meus, & multorum ſtu-
por,quo enim de fonte,quæſo,prodeunt hæc figmenta? ſeu quid ſibi artifices iſti uolũt? an
forte adeò nullus ſum,obſcuriquè nominis,ut ex æquo mea uita,& mors lateat, unde igi-
tur iſta ſollicitudo? quorſum iſta ſedulitas.quærendi anxiè,rem tam fuſcam tamquè humi-
lem. Solet nempè famæ flatus, ima contemnere, nec niſi clara atque excelſa contingere,
an fortè potius contrà eſt,ut hoc claritas quædam,nec dum mihi certè cognitus fulgor ef-
ficiat. quod ſi ita eſt,ut quid ita de me falſo fama loquitur,& ad ſummam, ſi puſillus atque
abditus,quid in medium trahor? ſi magnus atque conſpicuus, quid in luce non uideor? ſi
obſcuritas,inquam tanta,eſt,unde hic tantus famæ labor? ſi claritas unde error. Mira res
prorſus,& inſolita,uel de noto homine tot mendacia,uel de incognito tot ſermones, ſe-
mel in Hiſpania Scipionis Africani nunciata mors,& credita,Romanum exercitum in di-
ſcrimẽ ultimũ adduxit,ſed morbus grauiſsimus,illi famæ fidem fecerat,erat ille Vir maxi-
mus,atque incomparabilis,ego puſillus atque humilis, ille hoſtibus ſuis cinctus lateque
formidabilis,ego amicis ſtipatus,ſuſpectus nemini ſine maleuolo ut perhibent,ſine hoſte,
denique ex me nihil,ex illo tunc Italiæ, Hiſpaniæ atque Africæ fortuna pendebat, quod
illi tamen unicum fuit,mihi crebrum,atque anniuerſarium eſt malum, minus dico,ſcis tu,
ut annus idem,bis hanc famam peperit,bis extinxit. Verum commenti huius ultimi, &
auctorem nouimus, & cauſam committimus, reliquorum ſtupor adhuc integer manet.
an fortè quædam peruerſa animi uoluptas eſt.ea ſibi fingentis auidius, quæ magis exhor-
reat,non cogitando ſolum,ſed loquendo etiam,ac uulgando, quod minimè uerum uelit,
& hoc eſſe ſuſpicemur. Vnde ego ille hoſtium expers, amicorum diues, ſæpè fingor
exanimis,ab his,qui me maximè uiuum optant.certè niſi fallor,nullus eſt hominum, cui
haud damnoſa uita,aut mors utilis mea ſit.ipſe hæres meus, ſi tamen is erit, quem cupio,
quemúe diſpoſui,pluſculum ex uita mea ſperat,ut arbitror,quàm ex morte.nouit enim be
neuolentiæ mihi plurimum,ac pietatis, at unde teſtari liceat,patrimonij parum eſſe, meq;
ſuperſtite ſibi indies aliquid,obeunte autem nihil,aut minimum prouenturum uidet.Sed
an malo huic fortè latentior cauſa eſt,fieriq; poteſt,ne ſic hoſtibus caream, ut multi putãt,
immò habeam,quos mihi non ſpes,non metus,non offenſa (hæ ſunt qdem odiorũ cauſæ)
at quo nil peius,nil occultius liuor fecit.q̃ haud dubiè multis immeriti, & inopini exitij ra-
dix fuit,dum quibus charos ſe ſperabant, odioſos rebus ipſis experti ſunt. Ecce amice, ut
ad uerum ratiocinando peruenimus,ita eſt,digito fundum uulneris attigi. fingunt hæc nul-
lis iniurijs laceſsiti,nihil ex me timentes aut ſperantes,ſed gratis odientes,atque optantes,
ut malè mihi ſit, nec morte peius aliquid opinantes,falſo quidem.nam morte bona nihil
eſt melius,ipſi uerò inter bonam ſiue optimam ac peſsimam non diſcernunt, tantum ut de
medio auferat,& infectos tumentesquè oculos, graui hoc fortè,etiam clariore quàm cu-
piant obiecto liberem, quod ſi ritè optarent, mecum herclè, optarent, mecumquè ſenti-
rent.nam quis nouit.oro te, uiuere ne in longum æuum, an mori hodie magis expediat?
ſi diù uiuere fœlicem faceret,fuiſſet quod nemo unquam dixit, aut credidit, fœliciſsimus
omnium Mathuſalem, non quantitas uitæ, ſed qualitas extimanda eſt, nec longitudo
annorum, ſed actuum claritudo, & præcipuè finis attenditur, unde fit, ut ſicut dubius
ſum,an melius uiuere ſit,an mori, ſic profectò non dubitẽ,tutiſsimũ atq; optimũ benè mo
ri. Iſti qbus æqua omnis,qa omnis mala mors eſt.unũ hoc ut moriar uolũt,id quoniã noto

ſegnius procedit, anticipãt, quodq́; iniuſtè cupiũt, impudentẽr fingũt, & cõſtatiâ ſe rumoris ſonitu, pro uero nũcio fruunẽ, ac more ſedentiũ in Orcheſtra, lexnicis, q̃ utiq; falſa norũt ſpectaculis delectanẽ, his ego qd faciam, niſi ut, pro ac uolẽti animo, calcar incutiã q̃ in horas, promptior alacriorq́; ſit, ad omnia, q̃ liuorẽ illis adaugeãt, & dolorem, & quid ſcimus, an agente illo, q fons & principiũ uitæ eſt, & de q̃ ſcribiẽ: Si iniquitatem aſpexi in corde meo, nõ exaudiet Dominus. inter iniquiſsima illorum uota, uiuacior ſim futurus, ut ſic illos torqueam diutiùs, certè lõgior illis ſaltẽ uita uidebitur, q̃ finiri expetunt, hoc unum genus ſupplicij non euadent. Et quãuis q hi ſæpè factũ fingũt, ſemel fieri tandem ſit neceſsè, q tamen totiens falſum fuit, & cũ uerũ eſſe cœperit, falſum poterit uideri, ut q uiuus, uerè dicor mortuus, uerè mortuus uiuus credar, & tã multis erronb. unis fides cõtrario ſit errori. atq; ita, q intẽpeſtiuam falſamq́; lætitiã, ex me q̃runt, uerè obſtent, falſoq́; pleni uix ueri gaudij ſint capaces, proinde quoniam hæc peſtis, quotidie integraſcit, non potero, quidem ſcio, ſuperſtes eſſe omnibus his me uoce mactantibus, at forſitan multis ero, & proculdubiò multis ſum. Cur, quæſo igitur, laborat, & ſterilibus ſulcis, mendacia uana diſſeminant, non poſſunt uenenatis linguis omnibus ac ſibilis, unum mihi momẽtum dati temporis eripere, nõ eſt enim impietas pietate potentior, nec poſſunt piæ preces amicorum, uitæ tempus augere, nec impia hoſtiũ uerba minuere, agant tamen per me licet, fingant, p̃dicent, mentiantur, nil in re mutabitur, utrumque aũt mea ſors caſura ſit, ipſi interim grauis ſeſe cruciant, ego illos, dum hic ſum, & torqueo & torquebo, nunquam tamen torturus amarius, quàm poſt mortem, tunc ut ſpero quidem uiuam. ſi quid enim Ciceroni magnisquè, et ante & poſt eũ uiris credimus, hæc noſtra q̃ dicitur, uita mors eſt, de quo dicto nuper ad Ioannẽ noſtrum ſcribens, latius, nõ qd mihi tantũ, ſed quid alijs uiſum eſſet, expreſsi, proinde tũc uiuus uerè & inuidiæ ſubductus, ueris iaculis è ſepulchri arce, liuida corda transfigam, Et reor fore, ut q multũ uiuo inuident, magis ac magis inuideant ſepulto, cũ nocere iam nil poſsint, quique diù mori optauerint uiuum malint. Hæc aduerſus inuidiam ira diſſeruit. ad te redeo, reſtat enim epiſtolæ tuæ pars, in qua quod nemo, niſi uir bonus ac doctus poteſt, ipſe te ad uirtutem fœlicemq́; exitum, magnificentiſsimè cohortaris, qua unicè delectatus ſum, niſi in eo, q tuæ huius propoſiti, tui ducem & exemplar uitæ ſtatuis, imbecillitatis & cæcitatis ſibi conſcium, amicum rubore nimio perfudiſſes. Ego te potius ducem uelim, uel ſi mauis CHRISTO duce, ambo pariter, q uitæ reſtat, cũ Apoſtolo præterita obliuiſcentes, & in ea, quæ ante ſunt extenti, quoniã aduesperaſcit, nec ullus eſt iam torpori locus, alacriter tranſigemus. Vale mi Neri, fœlix & mei memor. Venetijs VII. Cal. Maias.

Fran. Petrarcha Gulielmo Rauennati Phyſicõ, S.

Dehortatio à ſtudio eloquentiæ.

DVlcis & ualidis uncis ac laqueis, me in amicitiam tuam me trahis, & cogenti ſimilis argumẽtorũ nexus inijcis mihi, fruſtrà id qdem, cogi nequeo, nemo uolẽs cogitur, uolo ego, & pulſanti ultrò amicitiæ fores pando, & in limine obuius animi te ulnis amplector, uirtus, fides, & inſtantia id meretur tua. nõ poteſt excludi, q admitti tã honeſtè tamq; obnixè poſtulat, q amicus & meus eſſe experit & Donati mei eſt. quicqd illi es, mihi etiã ſis oportet, omnia mihi cũ illo uiro cõmunia ut eſſent, utriq; placitũ, & nõ uerbis ſæpè fallentibus, ſed rebus ipſis animiſquè conuentum eſt, atq; in primis quod eſt optimum amici. Pluribus hoc loco agerem, larga enim & amœna materia eſt, ni uererer, ne loquendo te ad eloquentiæ ſtudium excitarem, unde te ut iam hinc, amice tecum loquar, maximè dehortari uelim. ſine medicos loq, longè falliẽ, quicũq; meditãris eſto quiũ pfuturum ægro ſomniat, cui p̃ter curã aut leuamen morbi, omnia grauia & moleſta ſunt. expertus loquor. memini olim me in Vrbe Mediolanẽſiũ, dura quidem & difficili uexatũ ægritudine, ab omnibus qui in pretio ibi erant Medicis, bis quotidie uiſitatum, ſic uolebat enim, is qui poterat, quoſdam licet amor noſtri, cunctos tamen ſuperioris imperium urgebat. Erant inter cæteros duo diſpares, non tàm arte q̃ moribus, alter enim ad grabatuli mei ſpondam tacitus accedebat, & uenarũ tumultu digitis explorato, quæ in rem eſſent, cum familiaribus amicis extra thalamum agebat, inde ad me rediens, bono animo ut eſſem hortabatur,

abſq;

ſibibatq́;, hunc ergo ut patrem, ut ſoſpitatorem meum intuebar. alter ubi aſſederat, quaſi actis radicibus obtundebat feſſum uerbis caput, quantum poterat, quippè immò quidem plus multò quàm poterat eloquentiæ intentus miros & inextricabiles texebat apologos, unde ſæpè præter ueros angores, noui aliquid ſimulandũ eſſe, ut abiret. hũc amicum ſanus licet, æger oderam, excluſurus, niſi famæ ſuæ parcerẽ, erat enim mihi grata hominis fides, confabulatio tædioſa. Dices autem, hoc tibi uni forſitan, cæteris aliter uideatur, crede mihi, nemo æger diligit concionantẽ medicũ, ſed curantẽ ſanos, ſecuros, ocioſos, cõpta & dulcis mulcet oratio, quod ipſum utique medici non eſt, certè ægris, pauidis, occupatis, omnis uerboſitas odioſa eſt. nemo medicum conducit eloquentiæ appetens, ſed ſalutis, ad hanc herbis non uerbis opus eſt, odoribus non coloribus, phyſicis demum non rhetoricis argumentis, cura corporum uobis impoſita eſt, curare animos aut mouere, Philoſophis ueris atque oratoribus linquere. ſi utrunque temptabitis, neutrum ritè complebitis, diuerſa ſunt enim, longeq́ue diſtantia, & quæ uno ſimul ingenio exequi perdifficilè ſit, cui alterum ſatis eſt, ad quod ipſum omni ſtudio peruenirẽ, quàm ſit arduum raritas probat. quid autem quæſo, ad profeſsionem medici rhetorum flores? quid dialecticorum nodi, quid grammaticum hyperbaton? quid ænigmata poëtarum? ad naturã rei non, ad artis iniuriam reſpexit Maro, ubi deſcribens Medicinam, ut omnem inde loquacitatem excluderet, mutam artem dixit. Contra opinionem multorum loquar ut ſoleo, cum multa neceſſaria ſint Medico, artificioſa quidem eloquentia non modò non neceſſaria, ſed damnoſa eſt. nempè quæ Medicum diſtrahit, ægrum premit. quid ergo efficax opera, præſensq́; remedium. hæc ſunt Medici. oratio autem breuis, grauis, ſobria, pauca uerba, ſed ſapida, quæ diffidentis trepidum cor confirment, nec cerebrum languentis exagitent, uerba inelaborata, ſimplicia, puro animi de fonte cadentia, nõ artis plena, ſed fidei, quodq́; ad ægrũ attinet ſpei bonæ, ita dico, donec ſine periculoſo mẽdacio fieri poteſt. alioquin ſpem uitæ huius abſcindere, curamq́; uitæ melioris ingerere, ſatius quàm promiſsis inanibus, & lubrica ſpe incautum, eouſq; deducere, ubi mortis in limine uita ſimul & ſpes corruat. Bona quidem atq; utilis ſpes eſt, quæ ſic corpori prodeſt, ut non obſit animæ, hanc de me dico, tunc æger concipiet, quando illũ ſcientia doctũ credet, experientia agilem, diligentia intentum, & charitate ac fide inſignem. potius quàm ſermone, dum profeſsionis ſuæ memorem cogitabit, hoc eſt nõ perſuadere diſpoſitum, ſed mederi. Hæc ni fallor ergo ſpem pariunt, atque attollũt, hæc auctoritatẽ Medico tribuũt augentq́;, uos aũt dicere ſoletis, ut audio, plures illũ curare, de quo plures ſperãt. uerba ſuperflua nihil ægro, nihil medico, nihil ſpei conferũt, nihil rei. dici nequeat, quot hominum millia, diſputantibus Medicis aut perorantibus periêre. hæc tàm multa familiariter, ut uel ſic intelligas me amicum. Vale.

Fran. Petrarcha Bonauenturæ Baſro, S.

VNa hora duas mihi gratiſsimas literas tuas attulit, quæ diuerſis inde temporibus digreſſæ, unũ hic in tempus coiêre. illis uiſis, illicò tecũ fui, quamuis enim ut eſt animus, amicitiarum tenax, & uulgarium negligens curarũ, nõ tecũ modò quotidie, cũq́; his paucis, quos mihi iã reliquos mea ſors fecit, ſed cũ ijs quoq;, quos abſtulit creber ſim, ne cui mirum uideatur, non poſſe in me abſentiam, quod mors nequit, ſemper tamen atque omnib. præſens locis, ipſis in literis præſentior fit amicus. ſic optata faciem docta manus exprimere, nõ ſcribendo minus quã pingendo didicit. Quibus ego nũc literis hoc reſponſum uelim, & ſi deſiderio tui angar, te tũ in loca amœna & ſalubria cõmigraſſe gaudeo, ex diuerſo autẽ, naturæ donũ hominũ peruerſitate confundi, cœliq́; ſerenitatẽ belli fumo & puluere defor mari doleo, fit hoc ut arbitror, ne qua dulcedo mortalis, noſtrũ iter impediat, neúe nos patriæ cœleſtis immemores, uiarum fortè terreſtrium redeat amœnitas. ſpeculator æthereus ut torporẽ nobis excutiat, nũc nos blandis & nũc duris agens ſtimulis, dulcia amaris, læta triſtibus, ſecura ſollicitis miſcet ac temperat. Libros quos quærimus, illic non eſſe miror, nam & ego dum id tibi imponerẽ, temptabam potiùs quàm ſperabam, ſed iuuabat experiri, an q; interdũ accidit ſpẽ ſucceſſus excederet. inquiſitionẽ quidẽ hãc librorũ, quis

ſæpè irritam omittere neſcio, tàm dulce eſt ſperare quod cupias, habebimus uerò quos poterimus, neque pulchræ indagini, fœdus torpor obſtiterit, reliquos patienter optabimus, atque ita progrediemur, his contenti, quos nobis noſtra ſors tribuit, legendique impetum ac diſcendi ardorem mortalitatis recordatione ſolabimur. At quod ibi etiam amicos mihi eſſe ais, & miror glorior, una enim pars Italiæ eſt, cui ignotiſsimum me putabam, unde autem ne amicó & fauenti, mendatio nunc quoq; fuſcum nomen ornaueris. Poſtremò quod de patriæ meoq́; ſtatu queris, accipe, Nullus eſt malorum finis, nulla niſi in miſericordia Dei ſpes, ſine hos qui quæ cupiunt fingunt ſibi, iam adeſſe, & quæcũque ſomniauerint uidiſſe ſe credunt, paululum forſitan ſeſe minor, ſed adhuc ingens atque horrifica ſæuit peſtis, undique aures fletus & querelæ, undiq; oculos tepentia funera, ut næque ferium patentes, quodque in capta urbe ait Maro, crudelis ubique luctus, ubique pauor, & plurima mortis imago, & quocunque te uertas, adhuc latè feruentem uideas libitinam. quarum me rerum, fateor, non uictus, ſed faſtidium domi tenet, ſæpè ſolitos congreſſus tuæ fidiſsimæ amicitiæ requirentem. et de domeſticis hactenus. Bellum uerò nunquam grauius fuit, nunquam funeſtius, quod finitum ſperabamus ingeminat, & in dies inferni, ut ita dicam, follibus excitũ inardeſcit. ſic de cœlo ira Dei culpis hominum, de terris hominum rabies dæmoniacis pulſa calcaribus, & confuſo laborum ac terrorum puluere mundi callem, & multa nube miſeriarum, purum iubar uitæ huius, implicuit atque inuoluit, utque omiſsis totius humani generis malis, quæ non dicam ſingula ſparſim flere, ſed ſimul omnia cogitare difficile eſt, omiſſa quæ nos propius premit, infœlicis Italiæ tempeſtate, ipſam noſtrarum ægritudinem medullarum atque inteſtinum ulcus attingã, dicam, quod nondum forſitan audieris, quodque maiori dolore, an pudore ſim dicturus extima. Siquidem per hos dies, Venetorum claſsis, de more annuo, Cyprum atque Alexandriam petens, dum Cretes nuper fidis ac ſubditis, nunc hoſtilibus eſſet depulſa littoribus, ad oppidum cui Scythæ nomen eſt, in extremis inſulæ finibus, qua minorem ſcilicet Aſiam & minorem proſpectat Armenia, manus iuuenum noſtrorum, iuſtiſsimo quidem odio, nefariæ rebellionis accenſa, ſed ut res docuit, plus impetus habitura, quàm cõſilij, aquandi ſeu propoſito, ſeu prætextu in terrã egreſſa, cumque aquatione prohiberetur, bipartito agmine muros aggreſſa eſt, tanto ardore, ut iam ea pars oppidi quàm Alexandrinarum nauium ductor inualerat, nam & arte prævalidis diffuſa mœnibus, inque humiles preces uerſa, ſupplicum more prætentis manibus, ſpem ſalutis in deditione reponeret. denique actum erat, ubi repente pars altera, quam claſsis Cypriæ dux agebat, quaſi nõ Cyprum petens, ſed in Cypro nata, paucis armatis, immò inermibus Græculis, proximo in colle conſpectis, leporino ac degeneri & indigno metu, ſine uulnere, ſine ferro, quin & ſine ſtrepitu terga uertiſset. in qua fuga primo attonitis nouitate rei, uixitq; ſibi credentibus q̃ uidebatur, deinde reſumpto animo erumpentibus oppidanis, noſtrorum quidam gladio, alij undis abſumpti ſunt. naues ſparſæ reliquiæ periêre, ita horum ignauia, aliorum uirtus irrita, propè iam parto caruit effectu, damnumq; uetus, nouo dedecore cumulatum eſt. quod ſi pars hæc aut domi manſiſſet, aut alteri ſimul illuc iſſet, non illius tantum lucis, ſed totius belli inſtantis momẽtum, ingens paruo diſcrimine quærebatur. Hæc tibi amice, & ſcituro grauiter, & grauius neſcituro nota facere uolui. quæ ſic eſſe & idem mihi, illius qui ceſſa de puppe, cuncta oculis uidit, communis amici literis nunciatum, & hic paſsim indignantis populi murmure, lamentiſq; compertum eſt, quibus in malis, hoc unum boni cognito, ut ſicut caudinam ignominiam in Samnites, Attilij ſupplicium in Pœnos, Mancini obprobrium in Numãtinos, ciuium ſuorum mortes in Mithridatem, Auli fœdus, & fœdam fugam in Iugurtham ulta eſt Roma, ita hæc urbs, ante alias nũc amica iuſtitiæ, multiplicatis iniurijs exacerbata, & ob id natiuæ parumper oblita dulcedinis, cruentæ perfidiæ ultrix, acrior potentiorq; conſurgat, in illos patriæ proditores, quos Venetos putabamus. Quid non dies longior, mutatioq; cœli qualitas poteſt? Cretenſes tamẽ inuenimus non præſenti tantùm. noſtro, ſed antiquo tàm poëtico quàm Apoſtolico teſtimonio infames, fefellit nos aſpectus exterior, pectorũ latebras introſpicere nõ eſt mortalis, obtutus habitu ac nominib. Veneti, propoſito

atq;

atq; animis hoſtes erant, quos uiuos ac mortuos, malè perdet mendaciorum & nequitiæ ultor CHRISTVS. Iam quod ultimum de me petis breue eſt, non poteſt mihi priuatim bene eſſe, cũ publicæ male ſit, ut tamẽ ex fide iuſtus, ſic ego peccator ex ſpe uiuo, uenit, unde non timebatur excidium, ueniet unde non ſperatur auxilium. miſit nobis rex tartareus proditorem, mittet rex cœleſtis ultorem, iuſtiſsimo enim bello, dux fortiſsimus quæritur, ne quid neſcias, noſter ille Fabritius Veronenſis, nulli noſtrorum temporum bellicis artibus ſecundus, hoc unum in conſilijs omnibus nunc agitur, in quod quidem tua patria uti opera dignatur mea, quod eſſe me illi amiciſsimum notum eſt. Proinde cum Laurẽtius noſter Dux illuſtris & cognomine Celſus, & re celſior, illum per literas reipublicæ uerbis arceſſeret, ego meas iuſſus addidi, quod facilius amici monitu, & priuato fulta cõſilio, publica eũ flectat autoritas, quem ſi dediſſe dextram ſenſeris, cum illo duce confidito, noſtrum limẽ et uictoriam ſubiſſe, de reliquo autẽ, ſi hac animi ægritudine liber ſim, corpore ualeo, et ſi morẽ noſti. uſurpo enim per contrarium illud Hãnibalis, caloris ac frigoris patientia par, haud aliter hercle eſt, uerum ille utrunq;, ego neutrũ pati poſſum. æſtas me cõficit, ſi quid deeſt, hyems perficit, utraq; hoſtis uſq; adeò, ut altera rediens, deſiderium ferat alterius: ſic in rebus humanis, ſemper odioſius quod eſt. quando, & præteritum quoq; dũ aderat odioſum fuit, futurumq; cum uenerit odioſum erit. ſola rerũ, uel memoria uel expectatio dulcis eſt, ut facile iudices, quanti ſint extimandæ, quæ niſi abſentia non delectant, ò lucida ſemperq; eadem cœleſtis habitatio, ubi nec præteritum aliquid nec futurum, ſed præſentia cũcta ſunt, ubi nil requiritur, nil ſperat̃, ſed gaudet̃ de uero & præſenti bono. ubi q; ſemel placuit ſemper placet, ſemperq; eſt placiturũ immutabile atq; æternum, quod fruentis deſiderium, ſic lenit, ut non minuat, ſic complet ut non finiat, ſic refrigerat ut accendat, cui demum non ſatietas ſurrepit, aut ſurrepere unquam poteſt, non defectus, nõ alternatio, nõ ſollicitudo uel moleſtia ulla metuitur. fœlix uiator, qui illuc tandem miſericordia duce, peruenit. nos hic ſumus adhuc, ubi diuerſa ſunt omnia, miſeri quidem, niſi animum ſpes & patientia ſolarentur. Vale. Venetijs *VIII*. Idus Decembris.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIBUS, Liber IIII.

FRAN. PETRARCHA LVCHINO VEREMIO, S.

BEnè habet, non ſemper quod uerebar, ſed interdum quod ſperabam accidit, uiciſti enim, quodq; eſt optimum incruenta uictoria eſt. nulla tanta proſperitas belli eſt, quæ non nimio emi poſsit, hæc nullo ſanguine empta eſt, nec minoris ideò, ſed maioris eſt pretij. Armatã prima pugnæ in frõte iuſtitiã fuiſſe crediderim, qua cõſpecta cecidere animi hoſtiles, et cõſcientiæ cuſpide, iniuſta acies fuſa eſt. alioquin. quo modò tot armati uiri ſolo uiſu territi terga uertiſſent? erãt intus in illorũ præcordijs, ex memoria ſcelerũ diffidentia & metus, magnas partes in caſtris hoſtiũ habebatis, poterat quorundam fortaſſe iuditio uictoria clarior uideri, ſi multo cruore rutilantior fuiſſet. ad me hercle nec fœlicior utiliorque Reipublicæ, nec tibi glorioſior, nec mirabilior in ſeipſa, nulla eſt eſt enim tàm inſtructa acies, quæ non in curſu rapido atque impreſsione præualida, & obſtinatis in mortẽ animis, uinci queat. ſine ferro & ſanguine uincere, ea demũ uictoria uera eſt, quæ hoſtẽ ſubigit, ciuẽ ſeruat. nõ eſt in lucro ponẽda, multorũ morte ciuiũ, parta mors hoſtiũ, ſcitũ eſt

illud

illud inchyti ducis, Male ſe unum Ciuē ſeruare, quàm mille hoſtes occidere. nempè hoſtis aut uinctus, aut placatus in amicitiam trahi poteſt, at peremptus ad uitam eius retrahi non poteſt. egò quidem multa circunſpiciens, & amantis more multa metuens, te in arma proficiſcentem, multa monueram, uictoriam certè ſperans, ſed neque tam facilem, neque tam celerem. itaque non minus mihi negotij ſupereſſe præſagiebam, neque pauciora poſt uictoriam, uel in bello ſcribenda mihi, quàm ante belli principium opinabar. gratiam habeo Cretenſium conſcientiæ, ac pauori, qui me hoc labore liberant. ex omnibus equidem quæ tibi ſcripſi, unum tibi præcipuū deſcerpſiſti, ut cum Metello de uincendi celeritate cōtenderes, & hoſtes bello igitur, & Metellum uelocitate ſuperaſti. quod ad te attinet, Romano more et Romano certè animo in bellum ibas, paratus ſcilicet, ut ait Cicero, aut uincere aut mori, cōtrà, illi autē te cōſpecto indigenarū more caprearum, cita formidine, circumuenientium magniq; metus telo ſaucij, atq; confixi, quaſi ad Dictamni notā ſibi & uulneribus ſalutarem herbam, ad uictoris miſericordiam confugerūt. ſic tui fama nominis, ſic notiſsima Venetorum uirtus ac potentia, nec minus nota clementia, bellum grauem mira facilitate confecit. Cæterum ut proſpera, & prona cuncta cum hoſtibus, ſic cum improbis perfidiſq; militib. difficultatem ac periculi plurimū fuit, qui cupiditate atq; inuidia excæcati, non exercitum modò ad rebellionem uerbis accendere, ſed te quoq; ſuum ducem, ſub quo tam fœliciter militaſſent, ferro aggredi auſi erant, ne quando forſitan uiciſſe te, ſine periculo gloriari poſſes. quem tu motum magnis etiam ducibus profectò terribilem, magnis te maiorem probans, multa uirtute atq; conſtantia compreſsiſti, priuatæq; diſsimulatorum iniuriæ latam Rēp. ultus es, iuſto ſupplicio, paucorū, quiete illicò rebus reddita, et exercitu ad obſequiū reuocato. In hoc quoq; magnificè, ut in multis incomparabiles illos duces, Africanum maiorem ac Iul. Cæſarem imitatus. itaq; cum omnia, & ſi magna atq; memorabilia, breuia, tamen atq; uelocia fuerit, non eſt æquum ſcripturam rebus ipſis, de quibus texitur longiorē eſſe. ſicut autem multū ſcribere neceſſe nō fuit, ſic debitū uiſum eſt, hinc tuæ uirtuti, hinc fortunæ publicè gratulari, teq; cum uictoria redeuntem lætis ac triumphalibus uerbis accipere. Salue igitur Metelle Cretice, ſeu tu noſter Scipio Veronenſis, ſeruator ciuium, uictor hoſtium, punitor ſontium, militiæ reſtaurator. tu nobis uictoriam ſine ſanguine glorioſam, tu exercitum ſine lite reducis incolumen, tu rei bellicæ ſuas leges, tu captis ciuibus libertatem, tu patriæ pacem, & perdita regna reſtituis. quibus meritis, & ſi pridem lauræ cæteræq; decus obſoluerit coronæ, & ſi niuei cornipedes atq; aurei currus, & capitolia ſumma defuerint, præmia antiqua uictoribus, uirtutem tamen amantium, in animis quo nullum augustius theatrū, nulla prorſus arx celſior, glorioſiſsimè triumphabis. Vale teq; quàm primum tuorum oculis exoptatum refer. Venetijs IIII. Iunias.

Fran. Petrarcha. Petro Bononienſi Rhetori. S.

ET ſi præſens animo, corpore proximus, penè auribus ſtrepitū plauſumq;, penè oculis fumum puluerēq; haurias ludorū, & ſiquid notitiæ defuerit, nocte dieq; cōmeantium uiua uox ſuppleat, credo tamen te cupidè meis literis percepturum, quæ cupidius ſpectaturus fueris, niſi hanc tibi pulcherrimam uoluptatē morbus corporis inuidiſſe. nam quid oro te pulchrius, ſiue quod iuſtius ſpectaculum fingi poteſt, quàm iuſtiſsimam ciuitatem, non de uicinorum iniurijs, non de ſimultatibus ciuium, aut rapinis ut reliquas, ſed de ſola iuſtitia gaudentem cernere? Auguſtiſsima Venetorum urbs quæ una hodie libertatis ac pacis, & iuſtitiæ domus eſt, unum bonorum refugium, unus portus, quem bene uiuere cupientium tyrannicis undiq; ac bellicis tempeſtatibus quaſſæ rates petant, urbs auri diues, ſed ditior famæ, potēs opibus, ſed uirtute potentior, ſolidis fundata marmoribus, ſed ſolidiore etiam fundamento ciuilis concordiæ ſtabilita, ſalſis cincta fluctibus, ſed ſalſioribus tuta cōſilijs. non credas de recepta Cretæ inſula, quæ uetuſtate nominis, ingens licet, tamen ingentibus animis parua res eſt, & parua præter uirtutem omnia quamuis maxima uideantur, ſed de euentu, qualem eſſe decuit, hoc eſt non de ſua, ſed de iuſtitiæ uictoria glorietur ac gaudeat. Nam quid magnum uiris fortibus ac potentia & hoc duce, atq; ijs terræ mariq;

militæ

militiæ magiſtris, uiciſſe inermes Græculos, & nequitiam fugitiuam: magnum eſt, quod, noſtra etiam nunc ætate, tam citò fortitudini fraus cedit, & uirtutibus uitia ſuccumbunt, quodq; nunc etiã Deus curat atq; aſpicit res humanas. Ego dominus, inquit, & non mutor, & rurſus: Ego, inquit, ſum qui ſum. non eſſet autem uerè ac planè, ſi qua ei mutatio ineſſet, quod fuit idipſum eſt, neq; à caſu hoc illi nomẽ tribuit Pſalmiſta. quod inſuper fuit, quodq; eſt, idipſum erit ſemper, immò quidem neq; fuit, neq; erit, illi propriè cõuenit, ſed eſt tantũ, ſimili modò & ꝙ ſciuit ſcit, quod uoluit uult, ꝗd potuit poteſt, id ſi cui unquã dubium fuiſſet, eò ꝙ uel culpis hominũ manifeſtis, uel occulto dei iuditio negligi, quandoq; mortalia uiſa eſſent ecce, ut nuper incruẽtæ faciliſq; uictoriæ mira celeritas declarauit, quæ tanta fuit, ut perfectum ante quã cœptum bellũ, quod de illis olim Romæ, nunc de Cretenſibus Venetijs audirem: hinc ergo gaudium, hinc triumphus. Longum neq; occupati atque humilis ſtyli eſt, totam ſacræ feriẽ lætitiæ, uerbis amplecti, rerum ſummã accipe: Cum ad *II.* Non. Iunij anni huius *M. CCC. LXIIII.* hora fermè diei ſexta, forte ad feneſtrã ſtarem, maria alta proſpectans, eſſetq; una frater olim meus, nunc pater amantiſsimus Patracenſis Archiepiſcopus, qui autumni principio, ad ſedem propriam trãſiturus, propter immotam fortunæ fauoribus charitatem, hic in domo ſua, quæ mea dicit͂, hanc agit æſtatẽ, ſubitò longarum una nauium, quas Galeas uocant, ramis circumfulta frondentibus, portus oſtia, remis ſubit, inopino proſpectu, noſtrum colloquiũ interrumpens, illicet auguriũ cœpimus, læti aliquid rumoris illam uehere, ſic tonſis uada frangebant uelis, nautæ alacres, & frondibus coronati iuuenes, læto uultu, uexilliſq; ſuper uerticem agitatis, è prora ipſa uictricem, ſed adhuc ignaram rei patriam ſalutabant. iam peregrinæ nauis aduentum, ſigno dato, ſummæ turris excubitor nunciat, itaq; nullius imperio, ſed noſcendi deſiderio, ad littus è tota urbe concurſum erat, cum uerò iam propior facta, & ſubiecta oculis res eſſet, aduertimus ſigna hoſtium, de puppe pendentia, nihilq; iam dubij ſupererat, quin uictoriæ nuncia nauis eſſet. necdum tamen belli, ſed prælij cuiuſpiam, aut captæ urbis alicuius uictoria, ſperabamus, neque quod erat, capiebant animi. at ubi in terram egreſsi, nuncij uerba in conſilio fecẽre, ſupra ſpem ſupraq; fidem læta omnia, uicti enim cæſi, capti, & fugati hoſtes, ciues uinculis eruti, urbes ad obſequium reuerſæ, reimpoſitum Cretæ iugum, poſita arma uictritia, pactum denique ſine cede bellum, & pax parta cum gloria. quibus cognitis, dux Laurentius uerè Celſus, Vir niſi me forſitan amor fallit, & magnitudine animi, & ſuauitate morum, & uirtutum ſtudio, ſuperq; omnia ſingulari pietate atque amore patriæ memorandus, ſciens nil ritè nilq; fœliciter fieri, niſi ſumptum fuerit à religione principium, in laudes Dei & gratiarum actiones toto cũ populo ſe conuertit, per quæ urbem omnẽ, ſed conſpectius, in baſilica beati Marci Euãgeliſtæ, qua nulla ut reor uſquã pulchrior factũ eſt, quantum fieri per hominẽ Deo poteſt ſacris celeberrimis, & proceſsione inſigni, ante & circa templum habita, ubi non ſolum populus clerusq; omnis affuit, ſed prælati etiam externi, quos hic uel caſus aliqs, uel uidendi amor uel uulgata deuotio detinebat. Peractis eximiæ quæ ad rem diuinam pertinebant, in ludos ac ſpectacula uerſi omnes, operoſum fuerit enumerare, quot ludorum ſpecies, quæ formæ, qui ſumptus, quæ ſolennitas, qs ordo. ut quod in re tali rarum ualdè & mirabile, nullus uſquam tumultus, nulla confuſio, nullus rancor, ſed omnia plena lætitiæ, plena gratiæ, plena concordiæ atq; amoris. & ſi magnificentia regnum ſuũ tenuit, ne inde modeſtia ac ſobrietas exularent, ſed in ſua illã urbe, & in ſua feſtiuitate regnantem regerent frenarentq;. multos quidem feſtos dies, uario apparatu celebritas hæc deduxit, duobus tandem tota res ludis clauditur. quibus ego nunc propria nomina latina non habeo, dicam tamen ut intelligas. alter nempè diſcurſus, alter cõcurſus, ut arbitror, dici poteſt. in altero enim recto calle decurrũt ſinguli, in altero ſinguli ſingulis hinc inde concurunt, uterque ludus equeſter, ſed inermis primus, niſi quod haſtis & clypeis decurrentes, ſericis exuuijs uento effuſis, quandam bellici actus imaginem repræſentant: at ſecundus armatus, & duelli ſpecies quædam, itaque in illo quidem elegantiæ plurimum, periculi minimũ, in hoc aũt artificio par diſcrimen, unde nõ ſat ꝓpriè haſtiludiũ Galli uocãt, ꝙ nomẽ primo magis cõuenit, illo enim uerè luditur, hoc certatur. cæterum in utroque,

quod

quod narrari alteri uix me credulum præbuiſſem, ſed nunc oculis meis credo, magna & mi
ra prorſus induſtria, non ut mundo perſuaſum eſt nauticæ atque æquoreæ, ſed militaris ac
martiæ gentis eminuit. ea equitandi tractandorumq; ars armorum, ea demum aſtus & la-
borum patientia, quæ quibuſuis acerrimis terræ bellatoribus ſatis eſſet. uterq; ludus in pla
tea illa, cui neſcio an terrarum orbis parem habeat, ante ipſam marmoream atque auream
templi faciem exhibitus, & priori quidem ludo, nemo externus interfuit, quatuor & uigin
ti nobiles adoleſcentes, forma, habitu & ætate conſpicui, hanc ſibi partem lætitiæ delegere,
accerſito Ferraria Thoma Bambaſio, qui ut poſteris breuiter notus fiat, ſiquid ego apud il
los aut notitiæ ſum habiturus aut fidei, talis eſt hodie in uniuerſa Venetia, qualis quondam
Romæ Roſcius, mihi uerò tàm charus, tàmq; familiaris, quàm Tullio ille fuit etſi ut in alte
ra quidem harum amicitiarum parte portio ingens, ſic in altera multa inſit imparitas. Cæte
rum huius ductu & conſilio, ludus hic actus, & pactus tanto eſt ordine, ut non homines
currere, ſed uolare angelos iudicares, mirum ſpectaculum tot ephebos, oſtro atq; auro ue
ſtitos cernere, tot Aeripedes ac fulgentes phaleris equos, ſic regentes frenis, ſic urgentes ſti
mulis, ut uix terram pedibus tangere uiderētur. Atq; ita ſui ducis edictum præſentibus ani
mis obſeruantes, ut hoc ad terminum propinquante, ille clauſtris erumperet, ille autem ſe
curſui præpararet, qui alternatione hac, & ſumma omnium paritate, in circulos redigeba
unus illeq; perpetuus curſus erat, dum unius finis principium eſſet alterius, & deſinente ulti
mo, rurſum primus inciperet, ita ut cum multi tota luce currerent, ſero unum diceres con-
curriſſe. & uiciſsim nunc haſtarum fragmina cœlo uolitantia, nunc uento crepitantia cer-
neres, ſigna purpurea, nec dictù facile, nec credibile eſt auditu, quæ nam ibi indies homi-
num frequentia. nullus ſexus, nulla ætas, nullus ſtatus defuit. Iam Dux ipſe, cum immen
ſo procerum comitatu, frontem templi ſupra ueſtibulum occuparat, unde marmoreo è ſug
geſtu, eſſent, cuncta ſub pedibus, locus eſt, ubi quatuor illi ænei & aurati equi ſtant, antiqui
operis ac præclari, quiſquis ille fuit artificis, ex alto penè uiuis adimentes, ac pedibus ob-
ſtrepentes, neúe æſtiuus ſol, pronus ad ueſperam aut caſtore offenderet, aut fulgore diuer-
ſicoloris auleis uſquequaque pendentibus prouiſum erat. illic ego rogatus quæ crebra di-
gnatio ducis eſt, ad dexteram eius ſedi, uerum biduì ſpectaculo contentus, de reliquo occu
pationem nulli incognitam excuſaui. Infra uerò nihil uacui, non ut aiunt milii granum in
terrã cadere potuiſſet, platea ingens templũ ipſum, turres, tecta, porticus, feneſtræ: nõ tantũ
plena ſed conferta omnia & condenſa. Inextimabilis atque incredibilis populi multitu-
do terræ faciem tegebat, & ſubiecta oculis urbis florentiſsimæ, numeroſa ſimul & culta fœ
cunditas, feſti lætitia geminabat, ut nihil penitus plebi eſſet tanta iucunditate ſuppſius
aſpectu et contemplatione iucundius, erat ad dexteram, ingentis in morem pulpiti contex
tum trabibus ſolarium, ob idipſum tumultuario opere erectum, ubi ex omni flore nobilita-
tis, honeſtiſsimæ electæ quadringentæ, matronæ inſignes, ſpecie atque ornatu ſpectabiles
Meridianũ, & quotidianis quoque conuiuijs matutinũ ac ſerotinũ ornamẽtũ cõſeſſu ſyde
reo præbuêre. Interuenere præterea, quod debere ſilentio tegi, negat in has terras, caſu
nuper aduecti è Britanniæ partibus, nobiliſsimi quidam uiri, comitesq; & conſanguinei
Regis ſui, quos recenti uictoria exultantes, peregrinatio huc tranſmarina contraxerat, qui
qúe ſeſe interim laborari æquoreo uegerabant. hunc multorum dierum equeſtris illa de-
curſio finem habuit, cuius præmium ſolus honos fuit. iſqúe tàm ex æquo unus omnibus,
ut cum uictor quiſqúe nemo uictus meritò dici poſſet. Alteri autem ludo quod neq; tàm
pari euentu, & periculo maiore agitandus, & in parte uenturã aduenæ erant, alia ſtatura ſũt
præmia corona magni põderis puro ex auro gemmiq; fulgentibus, uictoris decus, dehinc
balteus argenteus præclari operis, quo ſe munere ſolaretur, qui ſecũdum locum gloriæ me
ruiſſet. iam edictum militari, quidem ac uulgari ſtylo ſcriptum, ſed ducalis bullæ teſtimo-
nio inſigne, per finitimas diſtantesq; prouincias miſſum erat, quo acciti ad equeſtrem illũ
quem concurſum dixi omnes, qui tales gloriæ ſtudio traherentur, conuenêre autem multi
non diuerſarum modò urbium, ſed linguarum, quibus & militiæ diſciplina & uirtutis fi-
ducia

ducia eſſet & ſpes laudum, cumque iam laudi alterius finis eſſet, hic ad duas Nouas Augusti cœptus, quatuor diebus continuis actus eſt, tanta celebritate, ut poſt hanc urbem conditam, nihil tale memoria hominum repetatur. ad extremum, & ducis & procerum & externorum militarium uirorum nominatim illius, qui dux belli fuerat, uictoriæq; poſt Deũ ac lætitiæ auctor erat, concordi iuditio, primus honor ciui obtigit, ſecundus aduenæ Ferraria profectò. hic ludus, ſed non gaudijs proſperiſq; ſucceſsibus, hic & epiſtolæ finis ſit, quas id nitor, ut ꝙ morbus eripuit oculis tuis, auribuſq; reſtituã, & ut noris ex ordine, qd apud nos gerit̃, utq; intelligas, inter maritimos etiã uiros, cõſtare militiã & magnificentiã, & excelſos animos contemptumq; auri gloriæ appetitum. Vale Venetijs IIII. Idus Auguſti.

Fran. Petrarcha Petro Boronienſi, S.

De famulorum peruicacia.

VEnit ad me uidendum ſocrus tua, uenerabilis matrona, cui ſi nil aliud ſuffragaretur, quàm quod filiam te dignam genuit, abundè erat, ut non ſolum admittenda ſed amplectenda animo, & colenda eſſet ac dignis honoribus proſequẽda. quid te longius trahã? Famulos meos, ſeu domeſticos hoſtes, noſti quanquam quid meos infamauerim, qui optimi omnium dici uolũt, & fortaſsè famulorum optimi, ſed profectò peſsimi hominum ſunt, ita ut cum quidam mihi illos inuideant, ego eos, quaſi inteſtinum malum, et uiſceribus infuſum uirus exhorream. famulos igitur noſti omnes, nullis deſcriptionibus opus eſt, profeſſi ſeruitium, imperiũq; exercẽt, immò tyrannidẽ importunã, atque indignã, mitto alia, non epiſtolæ ſed annalium materiam. Centies non dicam iuſsi ſed oraui, ut ſi quis ad me ueniat, dum diuino deditus officio ſum, niſi uel perſona admodum inſignis, uel aliquid magnæ rei ſit, expectare iubeant, ſed dum ſtudio intentus, neque paſsim omnes accipiant, neq; excludant, ſed diſcretione, ſi qua eſſet, uti uelint hominũ & cauſarum. At dum menſe aut lectulo partem dedi, confeſtim introẽat quiſquis ſit, nam & utrique breuiandi cauſas afferri cupio, et utrunq; repetere, poſt colloquium licet. in ijs ſanè ut in reliquis, omnibus eius, ꝙ me uelle norunt, contrarium faciunt, ſeu hæc illorum perfidia, ſeu mea ſors eſt, ſeu ijſdẽ fortè quibus ſe ſciũt, me quoque uictum paſsionibus ijſdem, ſubditumq; rebus putant, ſomno ſcilicet ac uentri, quamuis hanc ſuſpitionẽ nec ſermo meus, nec ut reor uita recipiat. ſed ad hodiernæ ſeriem reuertor hiſtoriæ. Erat hora diei ſexta, & ego æſtiuo de more, in cubiculũ conceſſeram, quod nocti defuerat, à meridie exacturus. hæc ab illo primo noſtri generis, non tàm familiæ ſuæ utili, quàm famoſo parente, nobis ſuperant, fames, ſitis, laſsitudo, & ſomnus, ſiue hic breuis, ſiue ille perpetuus ſopor mors, uix dum ergo, ut perhibẽt, hãc quotidianam mortis imaginem ſomnum, oculis carpere orſus eram, dum hanc, illam tuã quã inhabito domum, adijt me uidendi auida, quem nec uiderat hactenus, & non uiſum amat. reſpõderũt ij cuſtodes mei egregij, conſopitum me, neq; mendaciſsimum genus hoc mẽtiti ſunt, ſed nec lætheus ille, nec irreparabilis ſomnus erat. quid faceret feſſa mulier ac grandæua, utrunque enim auguror, & quod difficilius feſtinantibus pulſa comitibus, & magna in urbe ſemper plena, populo, nunc aduenarũ turbis penitus exundanti. quas hinc dies, atq; utinam nõ ſpectaculi uidendæq; pulcherrimæ urbis deſideriũ, ſed indulgẽtiæ annuæ pia ſpes & cũ CHRISTO ad cœlũ mentib. aſcẽdẽdi cura cõpulerit. abijt ergo, fortunã ſuã accuſãs, ꝙ me cernere nequiuiſſet. Ego autẽ experrectus, qd egerim, qd remedij cœperim, qd putas, niſi ut tacitus indignarer, nẽpè ut aiũt, aſſueta nõ cruciãt immò qdẽ cruciãt, ſed parcius, callũ habet conſuetudo, durũ certè, nõ imperuiũ dolori dolui, & queri illam facere mẽs fuit, ſed facilius Adriæ in æſtu piſciculum, quã hominẽ unũ Adriatica in urbe reperias, hac præſertim die. hæc illi precor meis uerbis dicito ne apud eam fortè uel comites, ꝙ ſeruilis nequitiæ fuit, mihi ſuperbiæ tribuatur. & Vale. Venetijs in die Aſcenſionis ad ueſperam.

Fran. Petrarcha Frederico Aretino S.

De quibuſdam fictionibus Virgilij.

IVuenilia inter opuſcula, quæ mihi per adoleſcentiam exciderunt, carmen eſt tumultuarium, tunc ardenti recens ſtudio, nunc uetuſtum, ut res eũt, et penè meo iuditio, iã uix meũ quod aduerſus magnum illũ inuidum, ut propriè dicã, ira dictauit, ego autem ſcripſi illic,

contra eum, qui cum ſummam gloriam literarum quæreret, ita ut nec parem in Italia certè nec comitem pati poſſet, præter paucas, quas ſibi non pro rerum merito, ſed pro aurium uoluptate delegerat, literarum ferè omnium hoſtis erat. Inter multa accidit, ut poëticam defenderem, quàm ille mordacius carpebat, cuiq; eo pro ætate tūc deditus eram, cumq; inter poëtas laudatos, noſtrorum primus ut decuit Virgilius, ſtylo obuius, ac fictionū, quæ apud illum & reliquos crebræ ſunt mentio incidiſſet, quas ille maximè execrari ſolitus dicebatur, earum aliquas prætereundo attigi, quas ſuperbo illi, quaſi gemmas lintheo obuolutas oſtēderē, ſimulq; ſuā ſibi ignorantiā detegerē, inq; oculos ingererē, ut uel coactus agnoſceret, q̄ turpè eſt, uiro ingenioſo, damnare q̄ neſciat. Hinc tibi, poſt tantū tēpus quæſti materia orta eſt, atq; humiliter ueſtigādi, q primus ad uirtutē ac ſciētiā gradus, qdnā dicto, q circūfuſū uerò eſt allegoriarū uelo, ille ſibi uelint fabulæ, dignus es fateor, cui omnia pateſcāt, dignus ego, qui honeſto deſiderio manū dem. quod me hercle, ſi quantū animi, tantum eſſet ocij, libenter aggrederer, iuuaretque de reliquijs iuuenilium ſtudiorum meorū, iuuenilē tuā induſtriā adiuuare, uereor autē ſi quæ olim iuuenis (iam enim mihi hæc longè alijs intento, pridem in tergum abierunt) de his horumq; ſimilibus cogitare conſueueram, loqui incipiam, ne memoria repetendis, nec tempus deſcribendis ſufficiat rebus, in aliorum opiniones coniecturaſq; ſequi uelim, ingens rerum ſeries aperitur, & tàm uaga, tàm diſcolor, ut pro monſtro ſit, ſcriptorum tanta diuerſitas ac libertas. nam & ingeniorum infinita diſſimilitudo eſt, nullus autem, qui nouorum dogmatum caſtiget audaciam, & res ipſas tales, quæ multos ac uarios capiant intellectus. qui ſi & ueri ſint, & litera illos fert, quamuis ijs, qui fabulas condiderunt, nunq̄ fortaſsis in mentē uenerint, nō erunt repudiandi. nam quis inter tot ambages rerum, quid in re qualibet ſtudioſè abdita ueri inſit, ſic uaticinari audeat, ut indubitanter affirmat, hoc illos, ante annorum millia ſenſiſſe nō aliud, ſatis eſt unum aliquem ex uerbis, aut multos ſenſus elici, ueros tamen, licet plures aut totidē, & eoſdem aut pauciores, nec eoſdem omnes, & horum nullum prorſus habuerit, qui repertor fuit. neq; enim tàm facilè quid cuiq; uiſum, quā quid uerū ſciri poteſt: qualia multa de Moyſe in confeſsionum libris diſputat Auguſtinus. Ego autem, quando id rogas, et & me feſſum inclinata iam die, de hoſpitio cogitantem, ad matutina negotia retrahis, dicā breuiter, non quod uerisſimum electiſsimumq; eſſe contendam, ſed quod illa ætate, quam nūc degis, cum eiſdem quibus tu nunc curis ac ſtudijs exercerer, uarieq; ut fert ætas illa, modò huc opinionibus agerer, modò illuc, nūc hoc nūc illud occurreret, cogitanti ſæpius occurſabat, quodq; cum coæuis meis, quantum non fatigandæ memoriæ præſto eſt, ſæpius fabulabar. Accipe uerò nunc, in manus epiſtolam illam, unde tibi hæc ſcrutandi animus fuit, ſimul, & quod ibi ſcriptum memini. aſpice Virgilium, quem contra illum maledicū defendebam et quē conſtat, diuino illo in opere, quod ſibi ultimum eſt, omnibus Caſtalio de fonte guſtantibus, primū atq; præcipuū eſt, altius aliquid ſenſiſſe, quàm q̄ loquitur, idq; nō modò poëtantiū cōmunis habet opinio, ſed Poëtæ ipſius epiſtola. quædā ad Auguſtū Cæſarē ſcripta teſtatur, ubi ſe rem maximā, & præter id, q̄ apparet ſtudij multiplicis indigā, dicit ingreſſum. multa præterea, neq; enim cuncta memoriter teneo, ſed quæ ſumma ita ut dico, clarè innuunt. cæterum quia ut ego ipſe tunc aſſerui, nec dictū miror, ferè nullus apud hunc Poëtam uerſus, ſine tegmine eſt, ne infinitam atque inextricabilem ordiar telam, ad id ueniā q̄ quæſiſti, & ſiquid addidero, liberalem calamū laudabis, ſin dempſero aliquid occupatū excuſabis. Iam in primis atrijs fratres, quibus imperitarē dixit Aeolū, uenti ſunt fratres, ideò, quia ex eodē parēte geniti, hoc eſt ex aëre. atri uerò propter turbines et procellas, & puluerē, & imbres, & grandinē, & nimbos, quos reciprocis flatibus, fratres iſti agitant. fratres ergo, ſed turbidi ac diſcordes inuicem, inq; ipſum parētem inquieti ac rebelles. Aeolus uerò, uentoſiſsimarū nouē circa Siciliam inſularum rex, quæ de nomine eius Aeoliæ dictæ ſunt, tantum ſiue uſu, ſiue arte aliqua uentorū notitiā habuiſſe fertur, ut ex colore motuq; aëris, mōdiumq; uerticibus erupturos, aut deſituros uentos, certa fide prædiceret, hanc ob cauſam, non apud rudes modò rerū neſcios, ac ſtupētes, rex uentorū dictus, atq; habitus, ſed apud ipſos etiā poëtas, ante alios Homerū, apud quē elegantiſsimo figmento,

Aeolus ipſe uētos utre cōcluſos, errāti munus tribuit Vlyxi, hoc ſanè Phyſicū atq; Hiſtoricū notūq; omnibus. Sūt q moralē ſenſum apud Virgiliū q̄runt, ſic eſt enim, q̄ſq; ſuū tendit in finē, in q; id maximè animū intēdit, itaq; de una eadēq; re, ꝓ uarietate utentiū, uarij captant effectus, utq; ait Anneus: In eodē prato, bos herbā q̄rit, canis leporem, ciconia lacertam. Laborioſum fateor utrunq; opus, ſeu materiam ſcilicet ſeu uirtutem, ſub poëtica nube quærentium, ita demū, ſi noſcendi ardor à principio uſq; in finem protēdat indaginem. Vix enim mortali ingenio fieri poteſt, ut cuncta conueniant, neq; ea quidē, ut opinor ſcribentiū fuit intētio. Sed ut omiſsis alijs, ad ipſum de quo quæris Virgiliū reuertar, cuius finis ac ſubiectum, ut ego arbitror, Vir perfectus eſt. quæ perfectio uel ſola, uel præcipua ex uirtute conficitur, apud eum quidem, inquiſitionem mortalem utiliſsimam cenſeo, tū quia uitæ unicū ornamentū, tùm quia prima ſcribentis intentionem ſequitur. & q̄ de Virgilio dixi, de Homero dixerim, uno enim calle gradiuntur æquis paſsibus. In eo igitur, de quo quæris, loco ut iam tandē quod petis expediam, uideri mihi ſolent uenti illi, nihil aliud quā irarū impetus, & cōcupiſcentiæ motusq; animi in pectore, ſubterq; præcordia habitantes, & humanæ uitæ regem, quaſi q̄buſdam tēpeſtatib. tranquillū aliquod mare turbātes Aeolus aūt, ipſa ratio regēs frenansq; iraſcibilē & cōcupiſcibilem appetitum animæ, quod ni faciat, ut Virgilius ipſe ait: *maria ac terras cœlumq; profundum,*

hoc eſt ſanguinem & carnem atq; oſſa, ipſamq; poſtremò animam, illā terreſtris, hāc cœleſtis originis, quippè ferant rapidi ſecum in mortem ſcilicet ac ruinā. Speluncæ atræ quibus ille abditos facit, q̄d ni ſit cauæ & latebroſæ partes hominis ſunt: ubi ſecūdū Platonicam diuiſionē, ſuis ſedibus paſsiones habitant, pectus & ilia. ſupaddita moles caput eſt, quā rationi ſedē Plato idē ſtatuit, Aeneas uir fortis ac perfectus, de quo paulò ſupra dixi. at Achates cura uirorū comes illuſtriū, & ſollicitudo & induſtria. ſylua uerò uita hæc, umbris atq; erroribus plena, perplexisquè tramitibus atque incertis & feris habitata, hoc eſt difficultatibus & periculis multis atq; occultis, infructuoſa & inhoſpita, & herbarum nitore & cantu auium & aquarum murmure, id eſt, breui & caduca ſpecie, & inani ac fallaci dulcedine rerum, prætereuntium atque habitantium accolarum oculos atque aures. interdiù leniens ac demulcens, lucis in finem horribilis ac tremenda. aduentuquè hyemis, cœno fœda, ſolo ſqualida, truncis horrida, frondibus ſpoliata. Venus obuia, ſyluæ medio, ipſa eſt uoluptas, circa tempus uitæ medium, feruentior atque acrior, os habitumquè uirgineum gerit, ut illudat inſcijs, nam ſiquis eā, qualis eſt cerneret, haud dubiè niſu ſolo tremefactus aufugeret, ut enim nihil blandius, ſic nihil eſt fœdius uoluptate. ſuccincta autem, quia uelociter fugit, & idcircò uelociſsimis comparatur, nil nempè uelocius uoluptate, ſiue in uniuerſo illam, ſiue in partibus extimes, nam & tota citiſsimè deſinit, nec dum exercetur, niſi ad momentum durat. habitu demum uenatricis, quia uenatur miſerorum animas, arcum habet & comam uentis effuſam, ut & feriat & delectet, & ſit delectatio ipſa uolatilis, & inconſtans, & uentoſa ad extremum omnia. & hæc quidem Troianis amica fingitur, ſiue quod apud Troiam reuerentius colebatur, ſiue quia cum ſint tres uitæ à Poëtis ſimul ac Philoſophis intellectæ ac deſcriptæ, & ſit prima ſapientiæ & ſtudiorum quæ Palladi tribuitur, ſecunda potentiæ atq; opum, quæ Iunoni datur, tertia uoluptatis & libidinū, quæ Veneri aſsignatur, Troiani ultimam ꝑtulerūt, & Troianus iudex, æquitatis & iuſtitiæ famam nactus inter belluas, magnis in rebus iniuſtus atq; ineptus apparuit. Aſſumptus namq; ad certamē illud famoſiſsimū Dearū, quas non memoraui, nō rationi obediens, ſed paſsioni, pro nuda Venere ſentētiam tulit, unde illi dignū ꝓmium, delectatio breuis, & mox lōgus labor, ac malorū ſeries, ad extremū mors, nō ſua tantum, ſed ſuorum omnium, & totius demum populi ſibi fauentis excidium. Hæc Aeneæ genitrix fertur, q̄ etiam Viri fortes ex uoluptate generantur, & quod ſingularis quædam illi fuerit uenuſtas, qua exul atq; inops, caſtis etiam oculis placuiſſe deſcribitur, hæc eadem formoſæ uiduæ, quorum ex primo libidinis incentiuum, ex ſecundo libertas oritur delinquendi, ſuum obijcit Aeneam, magnis iactatum caſibus, incēdio ac naufragio elapſum, uno tantum Achate comitatum, & fuſca nube circundatum, quæ quidem nubes, hac myſtica nube reconditur, quod interdum ac-

 cidit,

cidit, ut ſolius fama uirtutis exciti ſub obtentu, primũ humanitatis ac miſericordiæ moueantur animi, ad ferendam opẽ miſeris egentibus. conſiderata poſtmodum, & conſpecta illorũ nobilitate ac forma, uelum illud ſcinditur, et filius Veneris nudus remanet, turpiterq́ incipit amari. Ipſe quoque nonnunquam flectitur, quia difficile eſt etiam perfectis, excellenti rerum ſpecie non moueri, præſertim ubi ſe amari ſenſerit, atque appeti, immò quidem, ut ait Hieronymus: Impoſsibile eſt, in ſenſum hominis non irruere, motum medullarum calore, ſed quia, ut idem ait, ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui ſtatim ut cœperit cogitare, interficit cogitatus. quod nihil eſt aliud, q̃ quod dixerat ante Dauid tenere ſcilicet, & allidere paruulos ſuos ad petram. uel quia hoc, non omnibus accidit, ille etiam ſit beatus, qui etſi conſenſerit peccato qúe ſuccubuerit, ſiue quod eſt grauius, malæ conſuetudinis uiſco implicitus fuerit, & aſtrictus uinculis, & faſce curuatus, aliquando tamen Dei inſtinctu tacito, uel alicuius monitu Dei, placitum nunciantis aſſurgit, neglectaq́ue qua tenebatur uoluptate, ad uirtutis & gloriæ rectum iter redit. Hic Mercurius eloquij dux, à Ioue miſſus, meliora ſequi admonet Aeneam, & ille licet paſsionatus, magnoq́ue animum labefactus amore, paret tamen imperio cœleſti, aduerſante nequicquam uoluptate ipſa, & blando uſu, nec inexpertum relinquente aliquid, quo dilecti habitus trahi poſsit. dici enim uix poteſt, quibus blanditijs occupatum animum, & euadere meditantem uoluptas illecebroſa detineat, quas dulcedines perſtanti obijciat, quas amaritudines abeunti. quibus fruſtrà tentatis, & digreſſo ad ultimum, quem tenebat ſola fiet miſerabilibus modis, & ſemota parumper Anna ſorore ſua annoſa, hoc eſt, conſuetudine præteritiq́ue temporis memoria, quàm ad illum retinendum, fruſtrà ſæpè tranſmiſerit, & quæ præſens eam mori non ſineret, tandem ipſa ſe perimit, quia nimirum animus, dum Apoſtoli conſilio præterito, ad honeſta conuertitur uoluptas, fœda per ſeipſam perit. Ille uerò diu licet inter deliberandum fluctuatus, ac deinde paratis rebus, iam certus eundi, celſa in puppi conſopitus, hoc eſt alta in mente, & certo propoſito conquieſcens, quia ſcilicet conſilij firmioris electio, quaſi quidam terminus eſt laboris, ad extremum nauigat, & quamuis interdum oculos reflectens, ac dimiſſa reſpiciens, pergit tamen, & per fluctus aquilone horridos Italiam petit, hoc eſt per difficultates medias, perſeuerantis animi, nauigium, gubernaculo rationis adminiſtrans, actuumq́ue & uerborum uelis ac remis in aduerſum agens, deſtinatum tandem littus tenet. ubi religioni primum data opera, patrio more ſacrificans, ſanctum iubet ſaluere parentem, quem uerſiculum, & Catholici adoptarunt, & uſque ad altiſsimum CHRISTI altare pia traduxit eccleſia. Rebus diuinis explicitis, ad humana conuertitur, quæ nil aliud, q̃ ludi quidam ſunt, in quibus uariante fortuna, ſæpè primi ultimi, & nouiſsimi primi ſunt, & lenitatem ac ſuperbiam iuuenilem, tarda & cõſtans ſuperat ſenectus, de more tamen extrema gaudij luctus occupat. quo concuſſus animus uiri fortis, ſed amicis conſilijs ac nocturnis uiſis, & diuinis confirmatus oraculis, tantum robur aſſumit, ut non ſolum perſtet in incepto, ſed gubernatore licet amiſſo, per ſeipſum regat fluitantem, nocturnis in fluctibus carinam, id eſt in obſcura caligine uitæ huius inſtabilis, & incertæ, alienam gemens negligentiam ac fortunam, clauum tamen conſilij non relinquens. quod in dubijs rebus, inq́ue periculis maximè eluceſcit, donec ad interius uiſæ etiam littus Italicum prouectus, Cumanum ſcilicet Baianumq́ue ſinum, in quo ni fallor, & locorum ſitu, & naturæ Graium ſuperat Poëtam, propter concretas ſordes, uitæ mortalis caſib. multis exercitæ, flumine lotus, inuento fatidicæ Vatis ductu, mẽte inferos adeat, ubi fictionum nullus aut modus aut numerus. illic uerò alterius uitæ ſtatu, quantum fieri poteſt, cognito, ac præclarè poſteritatis ingenti ſpe concepta, iam ſecurior lætiorq́ progreditur, ne in nutricem quidẽ ſolitæ immemor pietatis, Circæumq́ inde mõtem prteruectus, ut exẽplo doceat, mala quæ uinci nequeunt, declinanda eſſe, Tyberinis tandem faucibus inuectus, ad ea ubi nunc Roma eſt loca, hoc eſt ad laborioſum, atque ancipitem quærendæ gloriæ campum uadit, quam mox difficultatum uictor omnium, minoribus ereptam procis, cõiugio ſibi perpetuo propriã facit, unde illi ſoboles, poſteritasq́ clariſsima, ſummi

condiitrix

conditrix imperij, moderatrix pacis, miſeratrix humilium, atq; inſolentiū debellatrix. huius ſiquidem puellæ, cuius de connubio certaī, pater animus, mater uero ſponſæ animi caro, quoniā utriuſq; ex actibus, gloria naſci ſolet, uerum etſi externis hanc generis fata deſtinaſſent, hoc eſt, operoſis, & difficilia atq; ignota penetrantibus, mater tamen infirmior, & cōſilij inops, natā domeſticis, & iuxta ſe geniū iūgere ſatagit, hoc eſt carnalibus deſiderijs, ſtudijsq; terreſtribus, ita ut interdum precibus, & importunitate fœminea, uirū ipſum in ſententiam ſuam trahat, qui tandem peregrinæ uirtutis, omnia uincentis, admiratione permotus, pœnitenti ſimilis ſeſe incuſat, & propoſitum mutat. inclinatis ad extremum rebus, mater uirginis de genero actū putans, in patibulo ſe ſuſpendit, quia caro intelligens gloriā ceſsiſſe uirtuti, nec ullū iam ſuis affectibus locum uidens, ipſa ſe perimit. ſecūdum illud quo ſe Paulus apoſtolus Crucifixū mūdo dicit. Et quanq̄ nec tu iſta quæſieris, & ego aliqua, de q̄ſitis omiſerim, quādo tamē huc loquēdo ꝑuentū eſt, ne ceptæ curſum narrationis abrūpam, breuiter ad exitum rem deduco. Amara igitur, naturæ nimium dilecta, carne uoluntariæ ſic perempta, & uirtute ad optatum magna ui intētæ, procus inferior, chare ſocerus auxilio deſtitutus, & hoſtili impetu cuncta miſceri audiens, & turrim, hoc eſt, ſupremā partē animæ, uirtutis ardore ad cœlum aſcendente, correptam, ex ipſo, in quo erat curru, uolubilium ac rotantium curarū uidens, obſtupet, & uaria confuſus imagine rerū, licet impar uiribus, temptare tamē ultimam fortunā ſtatuit, ac ſorore, hoc eſt pertinaci ſpe reiecta, ad terram unde eſt, ꝑcipiti ruens ſaltu, pedes pergit in ꝑ.iū, quia etiam poſt edomitos atq; extinctos carnis motus, adhuc fomes interior non quieſcit, ſed iam lenitus bellū mouet, unde & enſis primo illi frangitur conatu, immortalis autem ſoror, alium ſubminiſtrat, nō primus deſitura pugnam auxilio fouere, quàm iuſſu Iouis mœſtam, ac gementem tartareus illam pauor arceat. contrà, Aeneas & ſagitta ictus, & labante genu, quia ſcilicet Vir quantūlibet uirtute armatus, interdū temptationibus uulneratur, ſicut in propoſito claudicet, & ſagittam oſsibus inhærentē, non Medici manus, neq; ulla penitus ars humana, quāuis id profeſſa, ſed diuinæ tantum miſerationis auxilium conuellat. animoſior tamē in pugnā ꝓficiſcitur, & utroq;, hoc eſt bonorū & malorū exercitu ſpectante, cōgreditur, & cōgreſſo primo, magnis in hoſtem uiribus haſtam iacit. illa uolans, in oleaſtri amaræ arboris truncum incidit, inhæſitque, ut auelli ipſa etiam humana non poſſet manu, quia ſcilicet, dū aduerſus carnale deſiderium acies mentis intenditur, neſcio q̄d amarū repperit, ſi enim delectatio dulcis eſt, amarum eius oppoſitum ſit oportet, & uſqueadeò detinetur, ut repeti ictus non poſsit, rei ipſius obſtante duritie, neque actus, unde habitus quæritur frequentari queant, & ceu totidem aduerſario infligi uulnere, donec haſtam Venus id eſt delectatio operis, ac uoluptas bona quidem & honeſta, reuulſerit: quæ ſuperueniens, ſignum eſt, q̄ſiti habitus, ut Ariſtoteli placet, quē facilitas ſequitur actionis, & actuum frequentia. ex actibus enim difficilib. genitus ipſe, mox faciles actus gignit, ut cum gaudio fiat, q̄ fiebat cū triſtitia. Proinde Aeneas aduena, id eſt, uirtus, ſeu Vir fortis, carnis uictor, iam facilem ac ſequacē haſtam manu arripit, librans què fœlicius ac certius, competitorē ſuum indigenam, carnalē, humi ſternit affectū, parſurus forſan ſupplici, eoq; cōcupiſcentia naturalis, ac propterea excuſabilis uideaī, niſi cōſpectis inſignibus, q̄ Pallanti ſuo, id eſt adoleſcentiæ generoſæ, q̄ occidit, eripuit, exarſiſſet: hunc igitur in uindictam illius interficit, quo peremptο, iam tranquillus regnat, relictoq; regi filio, poſt abitum mortali debitū, opinionem diuinitatis aſſecutus, & materia uatum factus, in ore hominum uiuit. Excucurri ecce uſq; in finem cum per te liceret, tanto ante ſubſiſtere, tulit impetus, & tua hinc pulſus induſtria, hinc ſerie rerum tractus, ne conſuta diſſuerem, tuæ metam percunctationis exceſsi, Nunc ad ea q̄ ſuperſunt redeo, Troiæ ſcilicet incendium, & conuiuium Didonis, atq; ut ab ultimo ordiar, unde orſus eſt Maro, primum omnium Didonem reginam cōditricem Carthaginis, caſtā fœminā fuiſſe, ſi aliunde neſciremus, magnus teſtis eſt Hieronymus, non ſacrarū modò, ſed & ſecularium literarū peritiſsimus, in eo libro, quē aduerſus Iouinianū hæreticū ſcripſit, mille compactum confertumq; hiſtorijs, neq; uero Aeneam ac Didonem coëtaneos fuiſſe, aut ſe uidere potuiſſe, cum trecentis annis, aut circiter hæc poſt illius obitum

nata ſit, norunt omnes, quibus aut ratio temporum, aut Grææ Punicæque hiſtoriæ notitia ulla eſt, non hi tantum, qui commẽtarios in Virgilium, ſed qui libros Saturnaliũ legerũt, neq; Aeneã aliquando Carthaginem ueniſſe, ſecũdo Confeſsionũ Auguſtinus meminit, totã aũt Didonis hiſtoriam, originemq; Carthaginis, Trogus Pompeius, ſeu Iuſtinus explicuit, libro hiſtoriarũ XVIII. & quid rei manifeſtiſsimè teſtes quæro? quis enim niſi pars uulgi ſit, quis uſquam, quæſo, tàm indoctus, ut neſciat Didonis & Aeneæ fabulã eſſe confictam, ueriq; locum inter homines, non tàm ueri auidos, q̃ decore, & uenuſtate materiæ, & dulcedine, atq; arte obtinuiſſe, fingentis uſqueadeò, ut iam triſtes & inuiti uerũ audiãt, ac pſcripta dulcis poſſeſsione mendacij ſpolientur. Scio quid loquor, ego enim primus, imo ſolus, hac ætate, & his locis mendaciũ hoc diſcuſsi. q; ſic animos occuparat, ut cõtrarium audire, non ut nouam modò hæreſim, ſed ut iniuriam conuitiumq; aliquid delicati reſpuerent, multorũ aures illius, ante alios, in quẽ ipſa, de qua quæris epiſtola ſcripta eſt. itaque cum adhuc nouus, atq; ignotus hæc dicerem exclamabant, quaſi ego Virgiliũ ignorantiæ damnarẽ, cũq; non hæc illum neſciſſe, ſed ſcientẽ luſiſſe contenderem, mirabant & q̃rebant facti cauſam. & ſanè cur Poëta doctiſsimus omniũ atq; optimus, nam finxiſſe cõſtat, hæc finxerit, cur cũ uel aliam q̃libet heroidum, ex numero eligere, uel pſonam formare nouam, ſuo iure licuiſſet, unã hanc elegerit, ſempiterno elogio notandam, ut quã ſtudio caſtitatis, ac ſeruãdæ uiduitatis extinctam ſciret, hanc laſciuo amore parentẽ faceret & q̃ri poteſt, & dubium ualde eſt. qd tamen hic ſentiam, qdúe opiner, q; ex me pſens audieris, ne plura nũc his aggeram omitto, & hæc interfatus ad rẽ uenio. quæcunq; ergo fingendi cauſa Virgilio fuerit, Dido ipſa, q; conſtat regina, non quidem indigena, ſed externa eſt, per quam humana potẽtia deſignatur, regni nomine. omnis nẽpè qua ſuperbiũt homines, poteſtas aduentitia eſt, cũctis æquè mortalib. nudis in hanc lucẽ editis. hæc exul domo, cunctis opibus, peregrino cõſidit in littore. omnes enim exules ſumus, ac peregrini nõ habentes hic manentẽ ciuitatẽ, in hoc tamen exiliũ uenientes, opes uarias argenti põdus & auri, hoc eſt eloquiũ, intellectũ & naturalia bona detulimus, & illa qdem miro ingenio, ædificãdæ arci locũ quærit atque ampliat. & nos quanta arte, quot fraudibus noſtras anguſtias dilatantes, hic ædificemus palàm eſt. quod ad quæſita attinet, illa conuiuium celebrat, quia regum ac potentũ eſt, ſubditos alere, quos nunc tamen ſpoliant deuorantq;. In hoc ſane conuiuio, ſeu conuictu humano, cui reges pſident, tria genera hominum diſcumbunt, ipſi reges primi hominum, tàm ſapientiæ q̃ eloquentiæ ſtudioſi, hos ſignat Iopas, de ſecretis naturæ rebus agens, quod Philoſophi eſt, atque ideò crinitus, adhibitis cantu & cythara, q propriũ eſt Poëtæ. item cupidinarij ac uoluptuoſi, q per hauſtũ Bitiæ exprimũtur, pateramqúe auream reginæ porrectam manu, ferè enim uoluptas, ut è fonte riuulus, à regibus ſubiectos deriuaẽ. ita rurſus ad tres illas uitas ſermo rediſt, quarũ ſupra mentio eſt habita. In hoc ſtrepenti conuiuio, recubans Vir fortis, conſcia rerum ſuarum paſcitur, & oratione magnifica delectat aſtantes, iuſſus enim loqui, uelut coactus incipiens, diſſonis conuiuarum clamoribus, finem facit, narrat autem tacitis atque intentis. & quid putas, niſi fortunæ inſultus, dolosqúe hominum, & uitæ præſentis incendia, & hærentes parietibus animæ paſsionum ſcalas. tu in periculis ſopitorum uana ſomnia, & conatus irritos facit obſtantibus & falſis conſilijs habitam fidem, & negatam ueris, tum peccatorum ariete procumbentem ianuam, factumqúe hoſtibus aditum. cuſtodibus animæ primo extinctis in limine, denique uitam omnem, quaſi unam ac ſupremam noctem, inter falſa gaudia cæcis actã mortalibus, & immixtas plebi, iuſtorum ac piorum, quin etiam Regum mortes, per quas ipſe cum ingenti diſcrimine natalis ſoli, relicta tergo mollitie, & antiqua coniuge ibi amiſſa, hoc eſt conſuetudine uoluptatum à prima ætate copulata, animo ſolus primum, ſed uirtute armatus, poſt alijs ad exemplum coëuntibus, iam non ſolus, & grandæuũ patrem geſtans humeris, & paruum filiũ manu trahens, uix uiuus euaſerit, quo diximus euenturus, & gemina pietate memorabilis, & fortunatus euẽtu. & hic tumultus, hæc rabies. hoc periculũ, in quo libidinũ flammis, & irarũ cuſpide, hoc eſt duplicium uulnerib. paſsionũ, uoluptuoſa ciuitas perit. Noctu fieri æquum erat, propter errorũ tenebras humanorum, finitáq;

finitamqúe caliginem, urbe ſomno uinoq; ſepulta: id eſt oblinione & ebrietate preſsis animis. in quam urbem, fractis mœnibus, & omnis prouidentiæ dirupto neglectoq; munimine, qui unus animarum atque urbium murus eſt, armatis plenus hoſtibus: ingens equus ab initio ſæuæ noctis irrepſerat, idem impetus ac ciuilis diſcordia armatis, grauida ſemper affectibus, atque odijs latentibus & malorum cauſis, infauſtam uerò hanc machinam, quã patriæ in excidium ephœbus ſeu ephœborum atque adoleſcentium iuſtitia fabricata eſt. unus urbibus euertendis aries, Lachoon ſacer ſenex, urbem inuehi prohibens ſerpentum ſpiris, & uenenatis inuidorum nodis, ac flexibus circumuentus, opprimitur. quo amoto, uulgus inſanum, in perniciem ſuam præceps, magno conſenſu properat, & monſtrum infœlix, ſacrata ſiſtat arce, dum rationis locum occupat appetitus, quo nihil eſt propius ruinæ, itaq; tum demum & fatalis equus panditur, & quæ latebant mala erumpunt, multa quidem inter cætera Vlyxes, id eſt aſtus hoſtilis, & Neoptolemus, id eſt ſuperbia, ardorq; uindictæ, & Menelaus, id eſt Zelus & dolor, offenſarumq; memoria, & ſi non ipſe funerum cuſtos latebrarum, ac peſtifer perſuaſor, id eſt ſimulatio & periurium, atque erũpens, cum occultis malis, ſuisq; omnibus artibus in lucem, fraus ſub quo tanto rerum turbine, regibus ac regum filijs, ut dictum eſt pari cum populo ſorte cadentibus, ſolus Vir fortis euadit, ſiue ad requiem, ut Anthenor, de quo dictum eſt:

Placida compoſitus pace quieſcit. ſiue ad laborem glorioſum, ut Aeneas, de quo ſcribitur:

Bellum ingens geret Italia: & rurſus:

Sublimemq; feres ad ſydera cœli:
Magnanimum Aeneam,

Cui nempe per mœnia incẽſæ urbis erranti, Helena radix ac principium malorum incendio, id eſt uexatione lucem dante, cognoſcitur quam dum extinguere, ruentémqúe ulciſci patriam parat, & ſi ea pars diuino carmini ſit adempta, Venus illi iterũ fit obuia, excuſans Helenam Paridemq;. quid'ni aũt Venus ueneream opus excuſet. cũ ſæpè etiam apud rigidos cenſores, data uenia ſit amori. Monet præterea ſerum eſſe, q; in animo habeat, poſt effectus ultimos, cauſis intendere, cũ iam nullus remedio locus. & ineuitabile iuditium Dei ſit, hortatur denique ut fugam potiùs quàm uindictam cogitet, quod deſperans in rebus utilius ſit, fortunæ cedere quàm obniti. ſeqúe illi fugæ comitem ſpondet, uſque dum, in tutum peruenerit, eos ſcilicet quod etiam uiri fortes, & periculis eripi amant con ingentium, modò nihil omiſerint. & cum uoluptate ſeruantur. His dictis, & Venus abſcedit, inter pericula enim rerumqúe aſperitates, libido non habitat, ſecuri leniqúe ocij amica, quæ etſi poſt rediens, abeuntem comitetur, non iam libido eſt, ſed honeſta quidem è periculi fuga, oriens uoluptas, & confeſtim Venere digreſſa, iratas ille facies deorum aſpicit, Neptuni ſcilicet & Iunonis & Palladis, & ipſius demum Iouis, quod & maris artibus, atque nauigijs, & potentia, ac ſapientia & poſtremò, quæ cauſarum potentiſsima eſt, ſummi Dei fauore Troianos Græci uincerent. quod iam antè præſenſerat, ubi ait:

Excesſère omnes, adytis ariſq; relictis
Dij quibus imperium hoc ſteterat.

ſed quod ibi cogitabat, hic conſpicit, erepta nube humida, quæ obducta oculis, mortales uiſus hebetabat. quia iuxta famoſiſsimum dogma Platonicum, quod Auguſtinus reuerenter amplectitur, multiq; alij nihil magis humanum animum impedit, à diuinitatis intuitu, quàm Venus, & uita libidinibus dedita. quam doctrinam grauem, ueramq; proculdubio hauſiſſe potuit Plato, ab alto quodam, non tàm noto, ſed utique ſummo uiro, ſibiqúe quod epiſtolæ eius indicant amico, Archita ſcilicet Tarentino, eo præſertim ſermone, quẽ gratiſsimum habuiſſe memoratur, cũ C. Pontio Herennio. patre illius Pontij, q Samnitium dux, Romanum exercitum, Caudinis anguſtijs incluſit, & ſub iugum miſit, homine ſuæ ætatis prudentiſsimo, cui ſermoni Platonem ipſum interfuiſſe, teſtis eſt apud Ciceronẽ Cato, cuiuſq; illud inter multa memoriæ affigendum, neq; libidine dominante, temperantiæ locum eſſe, neq; omnino in uoluptatis regno, uirtutem poſſe conſiſtere, denique omne illam animi lumen extinguere, iure igitur abeunte illa, & excitate animni depoſita:

Apparent diræ facies,inimicaq́; Troiæ
Numina magna deum.

Hæc de illo, quod quæſieras perſtrinxerim,tu ut es ingenio agili, in alijs Poëtæ locis ſimilia cogitabis. Vale Ticini x. Cal. Septembris.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIbus, Liber V.

FRAN. PETRARCHA IOANNI BOCATIO, S.

Deſcriptio urbis Ticinenſis.

FEciſti optime,qui quando oculis uel nolebas uel non poteras, ſaltē me literis uiſitaſti,audito nempè q alpes tranſcenderas,Babylonem uſurum occiduam,eo peiorem communis quo uicinior eſt,ſuſpenſus ad euentum rei,manſeram uſque dum te reducem audirem, & difficultatum uix crebris olim gnarus ex curſibus, & corporis atq; animi grauitatem tui cogitans,ocio amicam ſtudioſo,talibus aūt curis & negotijs ſic aduerſam, ut ex illo ſecura mihi nulla dies,nulla nox fluxerit. gratias Deo, q te ſoſpitē reuexit. quāto enim grauiore pelagi periculo rediſti,tanto dulcior eſt reditus,gratiorq;. Sanè niſi admodum properares,haud difficilè fuerat,cum Ianuam perueniſſes,huc deflectere,non niſi bidui iter erat,uidiſſes me, quem uides ſemper ubicunque terrarum ſis, uidiſſes & quam ut arbitror,non uidiſti Ticini ripæ amnis impoſitam Ticini urbem, Papiam iuniores uocant, quaſi admirabilem,ut Grammaticis placet, & famoſam diù Longobardorum regiam,ubi prius horū ante ætatem, ſub Germanici motū belli, Auguſtū Cæſarem fuiſſe comperio, credo quidē,quo uicinior rebus eſſet,ut priuignum ſcilicet in Germaniam p̄miſſum, maximasq; ibi & glorioſiſsimas res agentem,quaſi è ſpecula proſpiciens excitaret, & ſi fortè bellorum more aliquid incidiſſet aduerſi,ipſe ilicò totis imperij uiribus,præſentiq́; inſuper ſui nominis maieſtate,ſuccurreret. Vidiſſes ubi Dux Pœnus, primam de ducibus noſtris uictoriam quæſiuit, qua acie dux Romanus à filio uix dum adoleſcente,telis hoſtium ereptus, & media morte ſeruatus eſt,ſummi futuri ducis inſigne præſagium. uidiſſes ubi ſepulchrum Auguſtinus,ubi exilij ſenilis idoneam ſedem, uitæque exitum Seuerinus inuenit, urnisq; nunc geminis, ſub eodem tecto iacent,cum Luitprando rege,qui ipſum Auguſtini corpus, è Sardinia in hanc urbem tranſtulit, deuotum piumque conſortium clarorum hominum.putes Auguſtini ueſtigia Seuerinum ſequi, ut uiuentem ingenio & libris his præſertim, quos poſt illum de trinitate compoſuit, ſic defunctum membris ac tumulo. optes his tàm ſanctis, & tàm doctis uiris, proximus iacuiſſe. uidiſſes denique, urbem famoſiſsimæ per ora hominum uetuſtatis, mihi enim ſupra tempus belli Punici ſecundi,de quo proximè loquebar,de hac nihil in literis nunc occurrit,immò quidem niſi me fallit memoria,ne tunc etiā apud Liuiū urbis, ſed ſolius amnis eſt mentio. poteſt aūt fortaſsè cōfuſionē peperiſſe,ſimilitudo ipſa nominū,Ticinus fluuius, urbs Ticinū,ſed ut omiſsis dubijs,certa perſtringam,uidiſſes urbem ſaluberrimi aëris,ecce iam tres hic æſtates egi,ita nuſquā q meminerim,tàm crebris & tàm largis imbribus,tàm paruis rarisq; tonitruis,tàm nullis penè æſtibus,tàm perpetuis tamq; ſuauibus auris,alibi unquam tēpus,hoc egerim,uidiſſes pulcherrimi urbem ſitus,ciſalpinæ Galliæ,magnam partē *Ligures* tenēt, gens & olim potens, & noſtra ætate potentiſsima, horum hæc in medio eſt, & mediterranei, imperioſo quodam ſedens loco, ripæq; leniter pendentis in margine, denſis turribus aſſurgit in nubila, proſpectu undique expedito, & libero, ſic ut neſciam, an ulli

urbium

urbiũ in plano ſedentiũ apertior ſit, atq; iucundior. nullo fermè flexu oris, hic uinoſa iuga alpium, hic frondẽtes Apennini colles, in oculis ſunt, Ticinus ipſe lætus flexib. deſcendẽs, & miſceri Pado properans, ima mœnia labendo p̄labitur, ſuoq; impetu, ſicut ſcriptum eſt, lætificat ciuitatẽ, ripis ſaxeo p̄clari operis ponte coniunctis, amnis omniũ lucidiſsimus, ut & fama loquit̃ & res probat, mirũ quo ꝙ celer in modũ, quamuis huc, quaſi iam curſu feſſus perueniat, & famoſioris aquæ uicinitate cunctantior, & aduentitijs riuis, natiui aliq̃d nitoris amiſerit. ad ſummam Sorgiæ noſtro tranſalpino ſimillimus, niſi quod hic maior, ille autem & æſtate quidem, uicina fontis algentior, & hyeme tepentior fluit. uidiſſes præterea ex his unã, in quibus tu multus, & ego uel nimius ſum, æneam ſcilicet atque inauratam ſtatuam equeſtrem, fori medio, quaſi curſu concito, cliui ſumma carpentẽ, tuis olim ut fama eſt ereptam Rauennatibus. quam eius artis, picturæque doctiſsimi nulli aſſerunt ſecũdam. quodq; ultimũ facit, non rerum ordo ſed temporum, Palatium ingens urbis, in uertice uidiſſes, ſtructuræ mirabilis, atq; impenſæ, ꝙ magnanimus Galeaz Vicecomes, hic minor, Mediolani atque huius, & multarum in circuitu regnator urbium, erexit, uir in multis alios, in ædificandi magnificentia ſeſe uincens, credo niſi me amor fallit auctoris, quo iudicio rerum es, cuncta inter modernorum opera, hoc auguſtiſsimum iudicaſſes, & præter amici conſpectum, quem tibi non ſpero quidem eſſe gratiſsimum, ſed ſcio, multa te ut arbitror, non profectò leuium ut ait Maro, ſed utique grauium ac grandium admiranda ſpectacula delectaſſent. me enim fateor, delectant detinentque, niſi quod alio ſuæ animum trahunt curæ, itaque iam hinc abeo, haud inuitus tamen, iterum hic menſes æſtiuos, ſi qui mihi fato æſtiui menſes ſupererant, acturus Quando autem ita res tulit, ut te ab amplexu meo, uel me labor uiriũq; ꝙ ipſe teſtaris diffidentia, uel tempus anguſtum reditũq; tuũ expectantis patriæ iuſſus arceret, uellem Guidonem ſaltem meum Ianuenſem Archiepiſcopũ, & in illo pariter me uidiſſes, qui ſumma concordia uoluntatũ, rerũq; omniũ ab infantia ſecũ uixi, uidiſſes mihi crede hominẽ, corpore licet inualidũ, animo ſic ualentem, ut uiuacius nil uidiſſe te diceres, inq; fragili & caduca domo, magnum hoſpitem habitare poſſe fatereris. quid multis agam, uidiſſes quẽ q̃rimus, uirũ bonũ, nulla ni fallor, crebrem, ſed nulla ætate bonum rarius q̃ noſtra, quem tibi non uiſum doleo, neq; tàm tuæ, q̃ amici cõmunis negligentiæ, uel obliuioni imputo, qui te pati non debuit, generoſas illas cauſas, gregis egregij, inſalutato paſtore præterire. ut querelam uerò gratulatione concludam, gaudeo, hercle, quod apud ipſam Babylonem, quos mihi reliquos mors fecit, uideris illum ante alios uerè Patrem, ut dicis, meum Philippum Hieroſolymitanum Patriarcham, uirum ut breui eum circumlocutione deſcribam, & titulo parem ſuo, nec Romano imparem, ſiquando fortè dignus meritis honor acceſſerit, hic ut ſcribis, poſt longos amplexus, quibus te hactenus ſibi ignotum, ceu alterum me, in conſpectu Summi Pontificis, ac mirantium Cardinalium, ueri amoris ulnis aſtrinxerat, poſt pia oſcula, poſt grata colloquia, & de ſtatu meo, ſolicitas quæſtiones ultimum orauit, ut Librum Vitæ ſolitariæ, olim dum Cauallicenſis eccleſiæ p̄ſul eſſet, in rure ſuo ſcriptum, & ei inſcriptum, aliquando ſibi mitterẽ. iuſta quidem petitio ſua eſt, ex quo opuſculũ illud abſolui, ſed uidentem omnia Deum teſtor, decies uel eo amplius retentaui, ita ſcriptũ mittere, ut etſi ſtylus, neq; aures, neq; animũ, litera ſaltẽ oculos oblectaret, uerũ ſtudio meo, uotoq; obſtitit, illa de qua totiens queror, nota tibi ſcriptorum fides induſtria, nobilibus non ultima peſtis ingenijs, uix credibilia loqui dicar, paucisſimis menſibus ſcriptum opus, tàm multis annis, non potuiſſe reſcribi, ut ſcias quæ maiorum pœna operum. deſperatio quanta eſt? nunc tandem, poſt tot caſſa primordia, ſcribendum illud domo abiens dimiſi, inter cuiuſdam ſacerdotis manus, quæ an ad ſcribendum ſacræ fuerint, ut ſacerdotis, an ad fallendum faciles, ut ſcriptoris, neſcio. nunciatum tamen eſt mihi amicorum literis, iam factum eſſe quod iuſſeram, de qualitate, donec uideam, mos horum certiſsimus, me dubium facit: ſolẽt enim audita mirum, non quod ſcribendum acceperint, ſed neſcio quid aliud ſcriptitare, tantùm uel ignorantiæ eſt, uel inertiæ uel contemptus. Hoc igitur quod in horas expecto, qualecunque erit, illic ueſtigio tranſmittam, ſcriptorem quã me potius incuſet. Tibi autem

epiſtolam cum hanc mitto ad te anno altero dictatam, quam in tuis his nouiſsimis literis, ceu deſperans, dulci acriter querimonia flagitaſti, ſimulq; alteram anni huius, q̃ non poſcis adijcio, in qua, ſiquid illi litigio antiquo, quod mihi olim, quatuor inuectiuas aduerſus hæc monſtra hominum, extorſit, ſe curare iactantium, uereq; mactantium, defuiſſe uidebitur, adimpletum dices, ut intelligas q̃ me non ſentētiæ poeniteat. & has quidem ambas aliena, q nunquam ante tempus tecum feceram, ſcriptas manu accipiens, cogitabis uel laſsitudo uel occupatio, quanta ſit, quæ inſolito more, me tecum, immò mecum, ut ſic dixerim, per interpretem loqui cogit. Et hæc hactenus. Quod mihi de Homero manu tua ſcriptum miſeras, antequàm Venetijs proficiſcerer, ſuſcepi, ut fide atq; indulgentia tua lætus, ſic ſuperuacuo mœſtior labore, quem tibi impoſiturus non fueram, ſi ſciuiſſem quod nunc ſcio. Nō enim noſſe optabam, quid apud Graios inferos ageretur, apud Latinos noſſe quid agitur ſatis eſt, idquè uel lectione, uel auditu ſolo, utinam nec uiſu unquam contigerit. ſed uolebam ſcire qualiter Homerus, ipſe grauis homo, uel Aſiaticus, & quod miraculum auget, cæcus quoque ſolitudines Italas deſcripſiſſet, uel Aeoliā ſcilicet uel Auernum lacum montemquè Circeum, ſed quoniam tibi placuit, ut mihi poſtea totum opus illud eximium deſtinares, ibi forſan inueniam quod quæro, ſpem tamen hanc minuit quod ſcribis, miſiſſe te Iliadem totam, Odyſſeæ autem partem. in eo quidem libro eſt, quod ſcire uelim. Miror ſanè, quid ita illam totam, huius partem miſeris, ſed fortaſsè integram non habebas, quicquid erit, uidero dum me domum mea ſors reuexerit, tranſcribi quìe faciam, & remittam tibi, quem tanta re priuaſſe pati nolim. Iterum tibi gratias ago, Donatoquè noſtro ſubiraſcor, qui cum ſæpè de minoribus ſcriberet, tum hoc factum malè ſiluit, quod animo meo ſciret, & miſsi & mittentis conſideratione gratiſsimum. Vale Ticini *xix.* Calendas Ianuarij.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S.

De Laurea adepta & libertate Parmæ.

ROma rediens, diutiùs exoptatæ laureæ meæ compos, & uelut uictor, laureati cognomen referens, quod gauiſuro tibi, quod tibi ad gaudium quoq; ſignifico, ductu & auſpicijs amicorum tuorum de Corrigia. Parmam unde (ut ſcis) arcebamur, ingreſſus ſum, hoc eodem die, ſibiipſi reſtitutam urbem, pulſo hinc præſidio tyrannorum. in quam repente mutata rerum facie, atque incredibili gaudio libertate plebis, pax, libertas & iuſtitia redîere. hic ergo precibus eorum uictus, quibus ueniam tuam acceſſuram ipſi ſperant, & ego non dubito, æſtatem agere in animum induxi. iurant enim ſe præſentia mea admodum egere, quod indigentiæ non neceſsitatis eſſe certum eſt. cui enim uſui in hoc ſtatu rerum ſim? non ego urbanis ſtrepitibus, ſilentijs delector, non legum aut armorum curis, ſed ſollicitudini & ocio natus ſum. ipſi quidem uoti mei conſcij, miram mihi quietem pollicentur, cum fragor hic & ardor lætitiæ geſtientis, aſsiduitate tepuerit, quicquid erit mos gerendus fuit, benignè precantibus. hyemis initio, me uidebis, ita dico, niſi uel tibi citiùs uel fortunæ ſerius placuerit. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Bocatio, S.

De quorundam ambitione.

HAbeo tibi aliquid dicere, ut peccator ſaluatoris utar uerbo, id uerò aliquid quid nam ſit, expectas, & quid putas, niſi quod ſoleo, patientiæ animum, litigio autem paracum enim nihil uſquam mihi conformius animo tuo ſit, ſæpè, mirum dictù, nihil eſt actibus conſilijsq; difformius, & ſæpè unde id prodeat mecum quæro, non in te ſolum, ſed in nonnullis amicorum, in quibus idem patior, nec inuenio cauſam rei huius aliam, niſi quia quos natura parens ſimiles fecit, ipſa q̃ naturam alteram dicunt conſuetudo, diſsimiles fa-

cit,

cit,utinam ſimul uiuere contigiſſet,nempè hæc eadem nos unius, quaſi bicorporis animi
reddidiſſet. Magnum fors nunc aliquid me dicturum reris,minimum eſt, quid ni autē mi-
nimum ſit, quod ipſe opifex paruipendit,cum cuiq; ſua maximè placeant, unde uix quiſ-
quam iuſtus,ſui operis extimator,omnes fermè ſuimet,ſuarumq; fallit amor rerum. unus
tu tantis ex millibus inuentus es,quē odium,an contemptus in rei propriæ extimatione de
ciperet,non amor,niſi forſan in hoc ipſe decipior,humilitati tribuens quod ſuperbiæ ſit,&
quid his uelim uerbis,iam nunc audies,noſti quidem hoc uulgare ac uulgatum genus, ui-
tam uerbis agentium,nec ſuis,quod apud nos uſque ad faſtidium percrebuit. ſunt homi-
nes non magni ingenij,magnæ uerò memoriæ magnæque diligentiæ,ſed maioris audaciæ,
regum ac potentum aulas frequentant,de proprio nudi,ueſtiti autem carminibus alienis,
dumque quid ab hoc,aut ab illo exquiſitius materno præſertim caractere dictum ſit,ingen
ti expreſsione pronunciant,gratiam ſibi nobilium,& pecunias quærunt,& ueſtes, & mu-
nera,huiuſcemodi autem inſtrumenta uiuendi,nunc ab alijs paſsim,nunc ab ipſis inuento
ribus,aut prece mercantur,aut pretio,ſi quando id exigit,uendentis uel cupiditas uel pau-
pertas,quod ultimum & Satyricus norat ubi ait:

Eſurit intactam Paridi niſi uendat Agauen.

& hi quidē,quotiens putas,mihi,credo idem alijs, blandè in portū moleſtiq; ſint,q̄uis iam
mihi ſolito rarius,ſeu mutati ſtudij atq; ætatis reuerētia,ſeu repulſus.ſæpè enim ne eſſe mi-
hi tædio inſueſcāt,nego acriter,nec ulla flector inſtantia,nonnunquam uerò maximè,ubi
petentis inopia & humilitas nota eſt , cogit me charitas quædam , ut ex ingenio meo,
qualicunque illorum uictui opem feram,in longum percipientibus utilem, mihi non niſi
ad horam breuiſsimi temporis onerosam,fueruntque horum aliqui,à me quem precibus
uicerant, uoti compotes, illi quidem,ſed alioquin nudi, atque inopes digreſsi,non multò
poſt ad me induti ſericis,atque onuſti & diuites remearent,gratiaſq; agerent,quod me au
ſpice,paupertatis grauem ſarcinam abieciſſent,quo interdum ſic permotus ſum,ut eleemo
ſinæ ſpeciem ratus,nulli talium me negare decreuerim,donec rurſum tædio affectus, id de-
cretum ſuſtuli. Cæterum cum ex nonnullis horum quærerem,quid ita me unum ſemper,
& non alios, teque in primis,pro ijs rebus impeterent,tale de te reſponſum reddidêre,&
feciſſe,eos ſæpè quod dicerem,& nihil unquam profeciſſe,cumq; ego mirarer,quid ita re
rum largus, uerborum parcus exiſteres,addidêre hoc etiam combuſiſſe,quicquid omni
no uulgarum poëmatū habuiſſes,quo nihil admirationi meæ demptū, ſed nō nihil additū.
cūq; ex illis facti tui cauſam quærerem,faſſi omnes ignorantiā,ſiluêre,niſi unus qui opina
ri ſe ait neſcio, an etiā audiuiſſe,eſſe tibi in animo,ut hæc omnia adoleſcentulo primū,poſt
& iuueni elapſa, præſenti ſolido, & iā cano ingenio reformares,quæ licet illi,et mihi,in lon
gū quoq; prorogādæ uitæ huius incertæ,nimis certa fiducia uideretur, hac ætate præſertim,
quanq̄ nō me lateat animi ille uigor tuus & prudētia,mihi illa maior erat admiratio,qs hic
ordo,q corrigere uelles,exurere,ut ſic qd corrigeres nō extaret. ita diù ſtupor hic meus
mecū fuit,donec tādē in hāc urbē ueniens, Donato hoc noſtro,quo nihil tui amantius, ni-
hilq; deuotius,tibi familiariſsimè natus,ex eo nuper, dū in hunc fortè ſermonē nos quoti-
diani colloquij ſeries deduxiſſet,rēq; ipſam,olim notā ignotamq; rei cauſam didici.ait enim
te prima ætate,hoc uulgari ſtylo unicè delectatū,plurimū in eo curæ ac tēporis poſuiſſe, do
nec quærēdi legēdiq; ordine,in mea eius generis uulgaria,& iuuenilia incidiſſes,tū uerò tu
um illū ſcribendi impetū refrixiſſe,nec fuiſſe ſatis,in poſterū à ſimilibus ſtylū abſtinere,niſi
iam editis odium indixiſſes , incenſisque omnibus , non mutandi animo ſed delendi,teq;
ſimul & poſteros,tuorum huius generis fructu operum ſpoliaſſes, non aliam ob cauſam,
quàm quod illa noſtris imparia iudicaſſes. indignum odium, immeritum incendium,hoc
eſt autem illud ambiguum. quod an ſuſpſius contemptrix humilitas , non ſupra alios ſeſe
efferens ſuperbia ſit ignoro.tu qui animū tuū uides,de ueritate iudica,ego p coniecturas ua
gor q̄ſi mecū ut ſoleo tecū loquens. Quam ijs ergo quibus re ſuperior es, opinione tua

 ſis inferior,

ſis inferior, laudo, & errorem hunc mihi magis optauerim, quàm eius qui cum uerè ſit inferior ſibi altior uideatur. hic me locus admonet, Lucani Cordubenſis, qui ardentis uir ingenij, atque animi, quæ ut ad aſcenſum, ſic & præcipitiũ uia eſt, cum ſe adhuc iuuenem, & prouectum, ſuorum iam proſperum ſtudiorum cerneret, & ætatem ſuam, & rerum à ſe ceptarũ reputans initia, ſucceſſuq́ operũ elatus, ſeq́ ipſum cũ Virgilio cõparare auſus, libri quem de ciuili bello morte præuentus inexpletum linquit, partem recitans, in præfatione quadam dixit. Et quantũ reſtat mihi ad culicem. huic inſolenti percontationi, an tunc è quoque amicorum, quid ue reſponſum fuerit incertũ habeo, certè ego, ex quo illam legi, primum gloriabundo illi, ſæpè tacitus & indignans hoc reſpondi, bone homo, ad culicẽ quidẽ nihil ſed immẽſum ad Aeneida. Quid ni ergo pluris faciã, humilitatẽ tuam, me tibi tuo iudicio præferentis, quam illius iactantiã, uel præponẽtis ſe Virgilio uel æquantis. ſed eſt hic neſcio quid aliud, quod requiram, idq́ tàm abditum, ut non facilè ſtylo erui poſsit, nitar tamen, uereor ne tua hæc tàm inſignis humilitas, ſit ſuperba, nouum multis, & fortaſſe mirabile epithetum, ut ſuperba dicatur humilitas, quod ſi aures offendit, dicam aliter. uereor ergo, ne huic tantæ humilitati, aliquid ſuperbiæ ſit adiunctum, uidi ego, in conuiuio aut conſeſſu non ſat honorificè locatum, ſubito ſurgere, extremũq́ ultrò locũ petere, humilitatis obtentu, ſed ſuperbiæ impulſu, uide aliũ abire, & ſi hoc quiddam molle ſit, uel ira, uel ſuperbia, ita fiunt hæc quaſi cui primus locus, qui unius & non plurium eſſe poteſt, non obtigerit, non niſi aut illo, dignus eſſe poſsit, aut ultimo, cum ut meritorum, ſic & gloriæ gradus ſint, tu uerò, quod non tibi primum locum arrogas, humilitas ea eſt, cum quidam, nec ingenio tibi pares, nec eloquio, ſperare illum atque abire auſi, ſæpe riſu mixtam bilem nobis exciuerint, uulgi quoque ſuffragijs annixi, quæ utinam non plus foro præiudicij, quàm Parnaſſo afferant, quod autem ſecundum tertiumue pati nequis, uide ne ſuperbiæ uera ſit, ut ego etenim, te antiſtitem cui utinam par eſſem, ut te præcedat ille noſtri eloquij dux uulgaris, id ne adeò moleſtè fers, ab uno uel altero, conciue præſertim tuo, ſeu omnino à paucisſimis te præiri, uide ne ſuperbius id ſit, quàm ambire excellentiam primi loci ſumma enim optare, poteſt magni animi uideri, ſummis proxima faſtidire, utique ſuperbi animi uidetur. Audio ſenem illum Rauennatem, rerum talium non ineptum iudicem, quotiens de his ſermo eſt, ſemper tibi locum tertium aſsignare ſolitum. ſi is ſordet, ſi que à primo obſtare tibi uideor, qui non obſto, ecce uolens cedo, locus tibi linquitur ſecundus, hunc ſi reſpuis, neſcio an ferendus ſis, ſin equidem ſoli primi clari ſunt, quàm innumerabiles ſint obſcuri, quamque ad paucos iſta lux redeat, aduertere pronum uides, ſæpè cum tutior, tum ultior ſecundus ſit locus. eſt qui primos inuidiæ ictus excipiat, qui tibi ſuæ famæ periculo uiam ſignet, cuius ueſtigia intueare, quidue in ijs uites, & quid ſequaris intelligas, qui te excitet excutiatq́ torporem, quem æquare ſtudeas, quem tranſire cupias, neu ſemper ante te uideas, enitaris. ij ſunt nobilium ingeniorum ſtimuli, quibus miri ſæpè ſucceſſus prouenêre. nimirum enim, primum citò locum mereri poterit, qui ſecundum pati poteſt, qui non poteſt autem, ipſum quoque quem reſpuit, incipiet non mereri. & certè ſi ad memoriam redis, uix ducem, uix Philoſophum aut Poëtam ſummum inuenies, qui ad illam altitudinem capeſcẽdam, non ijs ſtimulis actus ſit, Primus autem locus, ut cunctis fermè ſuperbiæ in ſe inuidiæque, ab alijs ſic multis deſidiæ cauſa fuit, & amantem & ſtudioſum liuor excitat, ſine riuali amor, ſine æmulo uirtus torpet, melior eſt pauper induſtrius, quàm ignauus diues, ſatius eſt accenſũ Virgilij ſtudio, moliri in altò poſitũ, quàm turpi ſopore marceſcere, melius tuiuſq́ eſt operoſæ uirtutis auxilio niti, quàm ocioſæ famæ præconio fidere. Habes ut arbitror, quo ſecundi loci non repudies fortunam, quid ſi tertius? quid ſi quartus? indignabere, an ſi excidit illud Annei Senecæ contra Lucilij ſententiam, Fabianum Papyrium excuſantis. cui cum Marcum Tullium prætuliſſet, addidit. Et non ſtatim, inquit, puſillum eſt, ſi quid maximo minus eſt, cum deinde Aſinium Pollionem, Tanta, inquit, res eſt poſt duos, poſtremum cum Titum Liuium adiunxit, & uide, ait, quàm multos antecedat, qui à tribus uincitur, & tribus eloquentiſsimis. Et tu amice uide, an non ſatis tibi quoque hæc propriè dici poſſint, ita tamen

ut

ut quemcunque tu locū teneas, quēlibet ante te uideas, ego ille meo iuditio non ſim. Parce iam flammis & tuorum carminum miſerere, quin ſi fortaſsè, ſic penitus perſuaſum eſt, uel tibi, uel alijs, ut ego te in hoc ordine uelim nolim ſuperem, tu'ne id doles, teq; mihi proximum numerari, ad infamiam tuam trahis, pace tua dixerim, ſi hoc facis, diù me feſelliſti, neque illa tibi eſt animi modeſtia, neque is noſtri amor, quem ſperabam. ſolent enim ueri amantes, ſponte ſua ſibi præferre quos diligunt, & uinci optare, & ex hoc eximiam uoluptatem percipere ſi uincantur, idque ita eſſe, nemo pius pater neget, cui nihil eſt grauius, quàm à filio ſuperari. Speraui ego, ne deſino eſſe minus quàm tu ipſe, non dicam, quàm filius charus tibi, nomenq; tibi meum tuo charius, ſic te olim amica, dulciquè ira motum, exprobaſſem mihi memini, q; ſi à te uerè dictū erat, lætè me præuium cernere debuiſti, neque curſum ideò deſerere, ſed obnixius ſequi, & curare, ne quis in hoc ſtudio currentium, inter nos forſan irrumperet, tuumq; tibi raperet locum. Amicus enim charo aſſidens, uel coambulans amico, non quotus fit, ſed quàm iunctus quærit, nihil dulcius, quàm optata uicinitas, multus amor, nullus ferè in amicis ordo eſt, ſed ultimi primi, primi ultimi ſunt, quia omnes ſcilicet unum ſunt. Hactenus accuſatio. dehinc excuſatio facti tui eſt. quod licet & confeſsione tua notum, & ad me talis amici ore perlatum ſit, nitor tamen, aliam quàm tu dicis generoſam aliquam facti cauſam inuenire. ſiquidem actus idem, pro intentione agētis, nūc laudabilis, nūc infamis eſt. & quid in animū uenit dicā: Nō te Inſolentia, qua nihil eſt à tua lenitate remotius, nō uel cuiuſq̄ inuidia uel impatiētia tuæ ſortis, proprias res deleſſe, quo illis tibiq; eſſes iniurius, ſed indignatione quadā clara, & nobili, ætati inutili ac ſuperbe nihil intelligenti, omnia corrumpenti, quodquè eſt intollerabilis contemnenti, tui iuditium ingenij, ſurripere uoluiſſet, utque olim Virginius ferro natam, ſic te igne pulchras inuentiones, quaſi animi tui prolem, turpi ludibrio liberaſſe. heus tu quid ais? an ad uerum augurio fortè peruentum eſt? certe mihi interdum, unde coniecturam hanc elicio, de uulgaribus meis paucis licet, idem agere propoſitum fuit, feciſſemquè fortaſsis, ni uulgata undique iampridem mei uim arbitrij euaſiſſent, cum eidē mihi, tamen aliquando contraria mens fuiſſet, totum huic uulgari ſtudio tempus dare, quod uterque ſtylus altior latinus, eo uſque priſcis ingenijs cultus eſſet, ut penè iam nihil noſtra ope, uel cuiuslibet addi poſſet. at hic modò, inuentus ad huc recens, uaſtatoribus crebris, ac raro ſquallidus, colono, magni ſe uel ornamenti capacem oſtenderet, uel augmēti, quid uis? hac ſpe tractus, ſimulquè ſtimulis actus, adoleſcentiæ magnum eo in genere opus inceperam, iactisquè iam, quaſi ædificij fundamentis, calcem ac lapides, & ligna congeſſeram, dum ad noſtram reſpiciens ætatem, & ſuperbiæ matrem, & ignauiæ cœpi acriter aduertere, quanta eſſet illa iactantium ingenij uis, quanta pronuntiationis amœnitas, ut non recitari ſcripta diceres, ſed diſcerpi. hoc ſemel, hoc iterum, hoc ſæpè audies, & magis magiſquè mecum repetens, intellexi tandem, molli limo, & inſtabili arena perdi operam, mequè & laborem meum inter uulgi manus laceratum iri. tanquam ergo, qui currens calle medio, colubrum offendit, ſubſtiti mitramq; conſilium aliud, ut ſpero rectius atq; altius arripui, quamuis ſparſa illa, & breuia, iuuenilia atq; uulgaria, iam ut dixi, non mea amplius, ſed uulgi potius facta eſſent, maiora ne lanient prouidebo. quanquam quid indoctum uulgus arguo. cum de his quoque, qui ſe doctos uocant, tanto & grauior & iuſtior ſit querela qui præter multa ridicula, odioſum illud in ſe, ignorantiæ ſummam ſuperbiam addidēre, itaq; quorū particulas carptim intelligere, olim magnæ gloriæ ducebant, horum hodie famam carpunt. ô ætas ingloria, tu ne antiquitatem matrem tuam, honeſtarum omnium artium repertricem, ſpernis? te'q; illi non æquare tantum, ſed præferre audes? omitto enim hanc hominum fecem, uulgus, cuius dicta atq; ſentētiæ irrideri merent, potius q̄ reprehendi. omitto militares uiros, ac bellorū duces, qui ſuo tēpore diſciplinā militiæ conſumatam, atque perfectā non erubeſcūt, opinari, quæ inter eorū manus haud dubiè perijt, funditusq; collapſa eſt, apud quos nil penitus arte uel ingenio, ſed ignauia caſibusq; fortuitis aguntur omnia qui ad bellum quaſi ad nuptias cōpti, & imbelles uina & fercula & libidinē meditātes eunt, fugāq; pro uictoria cogitātes, quib. nō aduerſariū ferire, ſed manū tollere, non

terrere

terrere hoſtes, ſed muliercularũ ſuarum oculos mulcere, propoſitum atq; ars eſt. nam & horum falſas opiniones, ignorantia, & doctrinæ omnis inopia excuſat. Sileo reges, qui ceu regnum in auro & purpura, in ſceptro ac diademate ſitũ ſit, ut in his, ſic in uirtute & gloria ſe ſuperioribus pares putant, ad hoc unum in ſolio conſtituti ut regãt, unde & regis ortum nomen, ipſi uerò non regunt ſed reguntur, & quorum cõſilijs res docet, præſunt populis, ſubſunt uoluptatibus. Reges hominum, ſomni ac luxuriæ ſerui ſunt, & hos uetuſtam inſcitia, fortunæq; præſens fulgor nimiæq; proſperitati ſemper addita uanitas, utcunq; facit excuſabiles. ſed quid quæſo literatos homines excuſabit? qui cum ueterũ non ignari eſſe debeant, in eadẽ opinionũ cæcitate uerſantur? ſcito me amice, acri ſtomacho hæc tractãlo. qui, ſurgunt his diebus, dialectici non ignari tantum, ſed inſani, & quaſi formicarũ nigri acies, neſcio cuius carioſæ quercus, è latebris erumpunt, omnia doctrinæ melioris arua uaſtantes. Hi Platonem atq; Ariſtotelẽ damnãt, Socratem ac Pythagoram rident, hæc Deus bone, quibus hæc ducibus, quàm ineptis agunt? nolo ego nomen facere, quibus ipſa res nullum fecit, etſi furor ingẽs faciat, nolo inter maximos ponere, quos inter minimos uidi, horum tamen iſti nominibus gloriantur, relictiſq; fidis ducibus, hos ſequuntur, qui neſcio an poſt obitum didicerint, certè uim, nec ſcientiam, nec famam ullam ſcientiæ habuerunt. quid de his dicam, qui M. Tul. Ciceronem lucidum eloquentiæ ſolem ſpernunt? qui Varronem, qui Senecam contemnunt? qui T. Liui, qui Saluſtij ſtylum horrent, ceu aſperum atque incultum?: & hi quoque nouis freti ducibus, pudendiſq; interfui dum ut ſolent eloquij Virgilius carperetur, dumq; admirans præruptæ dementiæ ſcholaſticũ, percontarer, Quid apud illum tàm famoſum uirum, tanta dignum infamia deprehendiſſet: contemptim facie elata, quid reſpondit accipe. Nimis eſt, inquit, in copulis. I nunc Maro uigila, Muſarumquè ope ſumptum cœlo carmen, lima inter has uenturum manus. quod de alio nũc hominum monſtro loquar, qui religioſi habitu, moribus atque animis profani, Ambroſium, Auguſtinum, Hieronymum multiloquos magis, quàm multiſcios appellant. neſcio unde noui ueniunt theologi, qui iam doctoribus non parcunt, nec mox Apoſtolis, & ſiq; parcent Euangelio, ora deniq; ipſum in CHRISTVM temeraria laxaturi, niſi ipſe, cuius agitur, res occurrat atque indomitis animãtibus frenum ſtringat. Eſt iam hoc inter eos celebrum, atque in conſuetudine redactum, ut quotiens hæc ueneranda & ſacra nomina proferuntur, uel nutu illa tacito, uel impio feriant ſermone. Auguſtinus, inquiũt, multa uidit, pauca ſciuit. neque uerò de alijs loquuntur honeſtius. Fui nuper in hac noſtra Bibliotheca, unus horum non quidem habitu religioſius, ſed Chriſtianum eſſe, ea demum religio ſumma eſt, unus autem horum dico, moderno more philoſophantium, qui que nihil actum putant, niſi aliquid contra CHRISTVM & cœleſtem CHRISTI doctrinam latrant, cui cum neſcio quid è ſacris libris ingererem ille ſpumãs rabie, ac natura fœda ira, & contemptus ſupercilio frontem turpans, Tuos, inquit, & eccleſiæ doctorculos tibi habe. Ego quẽ ſequar habeo, & ſcio cui credidi, Verbo, inquam, Apoſtoli uſus es, & fide utinam uti uelis. Apoſtolus, inquit, ille tuus ſeminator uerborũ, & inſanus fuit. Optimè, inquam, philoſophe ſequeris. nã & primum illi olim alij philoſophi, & ſecundũ ſibi præſes Syriæ Feſtus obiecit, et profectò ſeminator uerbi fuit utiliſſimi, quod ſemẽ, ſalutifero ſucceſſorũ uomere excultum, & ſacro ſanguine martyrum irrigatum, quantam fidei meſſem tulit cernimus. ad hæc ille nauſeabundus riſit. Et tu, inquit, eſto Chriſtianus bonus, ego horum omnium nihil credo. & Paulus & Auguſtinus tuus. hiq; omnes alij quos prædicas, loquaciſſimi homines fuère, utinam tu Auerroim pati poſſes, ut uideres quanto ille tuis his nugatoribus maior ſit. Exarſi fateor, & uix manum ab illo impuro & plaſphemo ore continui. Et hæc, inquam, mihi cũ alijs hæreticis uetus eſt quæſtio. abi uerò hinc, irrediturus tu & hæreſis tua. ſic pallio apprehenſũ cõtumacius quàm mei, nõ quoniã ſui mores poſcerent, domo exegi. mille ſunt talia, contra quæ, non dicam Chriſtiani nominis maieſtas, CHRISTIq; reuerentia, cui obſequentibus & affuſis angelis, infœlices homunculi inſultant, ſed nec ſupplicij metus ualet, nec inquiſitores hæreſum armati, nec carcer atq; ignis, ignorãtia ꝓcacẽ atq; hæreticam peſcit audacia. In hoc tempus incidimus amice, in hac uiuimus, iamquè ſeneſcimus ætate,

ætate, interq́ue hos iudices, ꝙ ſæpè queri ſoleo, & indignari, quos ſcientiæ uacuos ac uirtutis falſa ſui implet opinio. quibus libros ueterũ perdidiſſe non ſufficit, niſi ingenijs ac cineribus dicerent, & ignorantia ſua læti, quaſi quod neſciunt, nihil ſit, pingui ac tumido laſciuiũt intellectu, nouos uulgò auctores & exoticas inuehunt diſciplinas. Si tua igitur his ſeu iudicibus, ſeu tyrannis, cum non alius eſſet aſſertor, ignis auxilio rapuiſti, factum non improbo, cauſam probo ego ipſe quod de multis feci, penè uelim de omnibus meis idem feciſſe dum licuit, nulla enim æquiorum iuditium ſpes apparet, horumq́ue indies & licentia creſcit, & numerus, iam non ſcholas, ſed latiſsimas urbes replent, & uicos impediunt, & plateas, ut ipſe mihi ſæpè iraſcar, qui ſic modò his proximis annis ultoribus iraſcebar exhauſtumq́ue flebã orbem, uiris enim forſan fatear, at uitiorum atq; hominum nulla ut arbitror ætate plenior fuit, & ad ſummã, credo ſi etiam illis hoc animo fuiſſẽ, Apij cæci filiam abſoluiſſem. Vale iam, hoc enim, non aliud habebam tibi nunc dicere. Venetijs *V.* Cal. Septembris.

Fran. Petrarcha Ioanni Bocatio ſuo, S.

De audacia & pompa Medicorum.

MEum tibi cõſilium approbari, teq́; illo uti gaudeo, illa demum approbatio uera eſt, quæ re ipſa fit, multi enim uerbis attollere, quod mente deſpiciunt didicêre. ſcripſiſti neſcio quando, oblitus temporis, rei memor ſum, ægrotaſſe te grauiter, ſed Dei gratia & medici opere liberatum. reſpondi tunc, nam & id memini, me uehementer obſtupuiſſe, quibus uijs error ille uulgaris, in tàm altum aſcendiſſet ingenium, feciſſe enim Deum omnia, tuamq́; nobilem naturã. Medicũ nil omnino uel feciſſe, uel facere potuiſſe, niſi ꝙ Dialecticus loquax poteſt, tædij diues, inopſq́; remedij, at nunc ſcribis, te ad tuã ægritudinem Medicum nõ uocaſſe, iam non miror, ſi citò conualuiſti. Nulla eſt ægro rectior ad ſalutem uia, quàm Medico caruiſſe, dura loquor inexpertis auribus, at expertis tota liquida, comperta ueriſsima. Naturæ auxiliarios profitentur, ſæpè contra naturam ipſam, proq́ue morbis militant, minus mali medium tenent, expectantes rei exitum, ueraciſsimi fidiſsimiq́ue homines, ſpectatores qui ſe exhibent ægrotantium, duelli, ſequentesq́; fortunã, ocioſa ſigna uictricibus applicant, & in partem gloriæ ſurrepunt Deus bone. quot Metij Suffetij, cum his nullus Tullus Hoſtilius, hoc hominum monſtro diù caruit Roma, dum fuit optima, præuidit hanc peſtem, uitandamq́ue præmonuit. Cato ille qui ſapientis nomen apud noſtros meruit, ſed conſilio utili, male creditum, recta ſuadentium ſors communis, irruperunt in orbem noſtrum, magno agmine Medici, atq; utinam Medici, & non Medicorum ſub inſignibus, Medicinæ hoſtes armati, non ſolum ignorantia propria ſcientiæq́ue cognomine, ſed amẽtia inſuper & credulitate languentiũ, qui tanto ſalutis deſiderio trahuntur, ut quiſquis hanc audacius promiſerit, is Apollo ipſe ſit. neque, hercle, ulli horum audacia iſta defuerit, atq; efficaciſsima ad fallendum cuſpis, impudentia, frontiſq́ue conſtantia, in artem, inq́ue uſum uerſis inconcuſſa mendacijs. Acceſsit hæc indigni habitus uſurpata iactantia, ueſtes murice ardentes, ſub ſuto uario diſtinctæ, annuli radiantes, aurata calcaria. cuius non uel ſani oculos, lux tanta perſtringeret? ſtupor ac præſtigium in urbibus, & præſertim noſtris hæc cernere, neque ullum ſeu priſcum eſſe Tarquinium, ſeu omnino principũ noſtrorũ qui temeritati infenſus, ac nobilitati cõſulẽs, lege lata, pœnisq́; propoſitis, huic rantæ mechanicorũ licẽtiæ modũ ponat: nam ſi ob ipſum plebeiæ artis exercitiũ, hæc præſumũt, cur agricolæ textoresq́; & reliqui pariũ profeſſores artiũ, nõ eadẽ audeãt & faciãt, niſi quia nullis mechanicorũ par temeritas? ſin ob philoſophiã, cuius nomẽ q̃ iuſtè ſibi uẽdicẽt tu noſti, Has phaleras ſibi uſurpãt, & profeſsioni ſuæ debitas putãt, ꝙ turpiter fallãtur aduertere eſt. nõ his modò qui ſciunt mechanicos illos eſſe, nõ philoſophos, ſed his q̃q; quibus è philoſophãtiũ notus eſt habitus, & ſub paupere pallio, mens diues, & præter ſciẽtiam uirtutẽ rerũ omniũ cõtẽptrix, ante omnia leuitatis atq; iactãtiæ, q̃tũ hi noſtri mechanici es ſũt. quibus hæc audẽdi, quid aliud opinemur cauſæ eſſe, niſi inextimabilẽ uulgi notiſamq́; dementiam, q̃ fretos lateq́; uictores infelicis turbæ, & errorum eius pompam, ac

ſpolia

ſpolia præferentes, & præda onuſto, & ſuperbos cedibus triumphalem habitum induiſſe. Quid enim quæſo, iam præter equos candidos & purpureos currus deeſt, immò ne equi quidem deſunt, neque equorum aurea ornamenta, ipſi propè diem currus aderunt, nõ poſſunt omnes, quinque millia hominum occidiſſe, quod ad triumphum exigitur, inſtituto ueteri Romano, ſufficiat occidiſſe quàm plurimos. nam quod numero deſunt occiſorũ, qualitas ipſa ſupplebit, ibi enim hoſtes, hic ciues perimuntur, atque amici, ibi armati uictores, hic togati ſunt, ut iure minor numerus ad triumphum ſatis ſit. illud inter utroſque planè conuenit, ut ſicut apud bellorum duces, ij qui plures maioreſquè hominum ſtrages fecerint, clariſsimi habentur, ſic inter hos, qui plures periculoſas licet, & ancipites experientias quæſierint, ij ſint omnium duces, digitoque omnium monſtrentur. multa, inquiunt, uidit, multa eſt expertus, quod nihil eſt aliud, quàm occidendi fiduciam, longa cõſuetudine quæſiuiſſe. unum hic nouum longequè diſsimile, quod illud niſi de hoſtibus, iſti autem niſi de ciuibus non triumphant, quod eadem ipſa Romana lege, & conſuetudine uetitum, uerum ijs quibus ciues impunè liceat occidere, immò equidem non impunè tantùm, ſed pretio etiã mortis adhibito, quomodo non liceret, leges ipſas moresquè conuellere, aut quis humanæ uitæ dominis, reliquarum rerum negaret arbitrium. triumphant ergo de ciuibus, & ludum reris, cum ijs congredi: qui cum in ſalute artis imperium acceperint, de tua ægritudine lucrum ſperent, de morte etiam diſciplinam: qui, cum tibi, neſcio quibus Cois auctoribus Pergameiſquè & Arabibus, doctis forſitan, ſed noſtrarum complexionum prorſus ignaris, poculum lætale porrexerint, ocioſi ſedeant, expectantes finem, tu ueneno ambiguo uenas ac præcordia pererrãte, auxiliũ ſperes illius, qui nec tua norit, & ſuis interim tortus malis, nulla ſibi ipſe opem poſsit impendere. hic pomis, ille herbis atque oleribus abſtinendum dicit, ſine quibus multorum præcipueq; noſtrorum hominum uictus, quemlibet pretioſis ac medicatis epulis iniucundus ſit. neque uerò intelligere eſt, quonam illud agriculturæ ſtudium, & uariarum æquè orbe alio petitarum inſitiones arbuſcularum, ſi illarum foetus, ſatoribus cultoribusuè ſuis, ſic uitandi ſunt. ſtirpes quidem noxios, atque herbas quaſdam uenenoſas audiuimus, ſed quis illas, quæſo, unquam niſi ad alienam fortè perniciem, ſuo ſeuit in hortulo, & non ultrò natas infeſtus euulſit. at hic iuſſor egregius, quod hæc ſibi, uel non placebant, uel non proderant, quantum in ſe fuit, mortalibus cunctis fecit infamia ac ſuſpecta. alius neſcio, an & idem forſan exanguis ſemianimisq;, quod accolarum plagæ, illius magna pars patitur, ſanguinem, ut theſaurum parciſsimè reſeruandum docet. ego autem hac etiam nũc ætate, niſi hunc uerna ſemper, atq; autumnali tempore largiter profunderem, ſentio Græcus ille theſaurus, me iampridem oppreſsiſſet. ſed ij ſecretarij naturæ, nulliuſq; rei neſcij, quod in ſe ſuisuè non probant, in omnibus execrantur, ſic ad propriam uel ẽoam cuncta menſuram rediguntur. Alius ardentis forſitan uini potor, quale Achaicum littus aut Gnoſium, aut longinqua fert Meroe, ob eamq; cauſam, atque hoſtis, famoſo illam damnauit epigrãmate, Aquæ, inquit, ullum opus iuueni, niſi quod bibitur in acutis. ô nobilem aphoriſmum. ego uerò præter acutas, quæ mihi ignotæ hactenus, & ne unquam notæ ſint uelim, multa opera, & multos præclarosq; aquæ uſus noui. ſed ut iocis omiſſis agam ſeria, & ut tot hominum millia ſileam, robuſtiſsimorum optimequè ualentium, quibus unicus potus aqua eſt, iſq; & placitus & ſaluber, de me teſtor, qui niſi nunc quoque, ijs hybernis noctibus, ſæpè aquæ gelidæ magnam uim biberem, crede mihi non uiuerem. paruus ne rei uſus eſt, aut nullum opus, quã ſi dempſeris, uita hominis non ſubſiſtat? q̃ꝫ multa ſunt talia. Sed ijs coeleſtibus uiris, quicquid de uniuerſa natura, temere licet effluxerit, non modò dogma perfectum, ſed diuinum oraculum, uulgò habetur. Hæc eſt enim nobilis ars Græcorum, quam ne nobis inueherent, ille noſtrorum ſapientiſsimus ut timebat, inuexerunt tamen, haſitq; iam altè actis publico in errore radicibus, haud facilè Catonis ipſius manu Cenſor, ut redeat extirpanda, et hos quidem ego non miror, nam qui quod deſtinauit animo, id agit, & ſi à uirtute deuiet, propoſito non deerrat, nec populum quidem ipſum. nam qui quod eſt ſolitus facit, nouam uel admirationis uel reprehenſionis materiam nullam affert. Benè autem inſtitutas Reſpublicas earumquè rectores, miror

ac reges

ac reges ſtupeo, mechanicum habitum parem, ſibi quibus oculis ſpectare, quibus animi pati poſsint. Sed ut ad principium reuertar, hos tu æger ſi à lectulo arcuiſti, feciſti non tantum fœliciter, ſed conſulto, peremiſsent te fortaſsis, ut ſcias enim, qui tum etiam artificio ſuo fidant, de his loquor, quibus quod fateor rarum aliquis ingenuus pudor eſt, Deum ac memoriam meã teſtor, audiſſe me olim Medicum magni apud eos nominis ſic dicentẽ: Ego, aiebat, non ignoro, & me ingratum dici poſſe, detrahentẽ arti, unde mihi opes atq; amicitias quæſiuit, ueritas tamen cunctis affectibus præferenda eſt, itaq; ſic ſentio, hoc affirmo, ſi centũ aut mille homines, unius ætatis ac naturæ, et unius uictus, uno ſimul omnes morbo correpti eſſent, eorumqúe pars dimidia conſilio utetur Medicorum, talium quales habet ætas noſtra, alia uerò ſine ullis Medicis, naturali inſtinctu & propria diſcretione ſe regeret, nulla mihi dubitatio eſt, quin ex illis euaderent. Alium audiui hominem, plurium literarum & maioris famæ, ex quo cum in familiari colloquio admirans, quærerẽ quid ita ipſe, alijs uteretur cibis, quàm quibus utendũ prædicaret? conſtanti fronte, nilqúe hæſitans reſpondit: Et ſi inquit, uel Medici uita, conſilio ſimilis eſſet, uel cõſilium uitæ, aut ualitudinis iacturam pateretur, aut pecuniæ, quod uerbum non ignorantiæ tantùm, ſed perfidiæ manifeſtam confeſsionem continere, quis non uidet? quas inter peſtes ſeruari, ſi periculũ eſt ſanis, quid aliud q̃ periculorum omniũ finem ſpernẽt ægri? nemo certè mirabitur, ſi qui beneualentibus nocet, is ægrotantes interficit, non facilè enim arbor radicata conuellitur, facilè autem conuulſa proſternitur. Audiui alium nuper, & fama clarum, & ſcientia non illius tantum, ſed multarum artium, mihi uerò pluſquàm communi familiaritate coniunctum, à quo dum quærerem, Quid non arte ſua ut cæteri tanto illi impares uteretur? ſupercilio mœſto & graui, & amari digno, & ad fidem rei ſatis uirium habente, Timeo, inquit, Deo res hominum ſpectante, impietatem hanc cõmittere, ut credulum uulgus circumueniam, capitali fraude. cui ſi notum eſſet, ut mihi, quàm modicũ, ſeu quàm nihil ægro Medicus proſit, & quàm ſæpè multũ obſit, minor, & minus phalerata eſſet acies medicorũ. agant ſanè, quando & agentiũ impietas, & patientium credulitas tanta eſt, abutant̃ ſimplicitate populorũ, uitã polliceantur, & perimãt & lucrẽtur, mihi nullũ fallere aut necare propoſitũ eſt, nullius mali ditior fieri uelim, hæc me cauſa ad alias artes, quas innocentius exercerẽ trãſtulit. hoc reſponſo quãtum ille me ſui amantiorẽ fecerit, quantũúe opinionem, q̃ de eo ſemper habuerã auxerit, atq; firmauerit, difficilè dictù eſt. & hæc quidẽ illi, quorũ teſtimonio domeſtico, minimeq; ſuſpecto in ueteri mea illa ſententia, ſtabilitus ſum, atque ipſam mordicus arripio, nec dimittam quoniam uera eſt, cui te etiam acceſſiſſe gaudeo factumqúe tuum probo, etſi paupertas, ut ipſe ais, cauſam dedit, ne Medicum è lonquo arceſſeres, cum nullum habeat ſolitudo tua, & ſolitudinem & paupertatẽ ipſam laudo, quæ ut ſæpè nolentibus, & tibi nunc utilis fuit, fortaſſe Medicum ne dicã carnificem euocaſſes, nõ tàm ſæpè ſalutis quàm urbanitatis obtentu, quæ multos falſum famæ periculum declinantes, in uerum uitæ periculum impegit, qui dũ auaritiæ notam uitant, qui ſe perderent, pretio conduxêre, quanta ſanè tibi quoque Medici fides eſſet, nec ipſe diſsimulas, dum ægrorum illos facultatem imminuere, & augere morbum ſolitos, & exhauriendæ crumenæ potius, quàm aluo utiles dicis. hoc conſilio & ipſe meis utor in rebus, fuerunt mihi amici Medici plures, olim, ſed ex omnibus adhuc quatuor ſuperſunt, unus apud Venetos, & Mediolani unus, Pataui autem duo, docti uiri omnes & affabiles, qui fabulentur egregiè, qui diſputent acriter, qui perorent ſatis uehementer, ſatis dulciter, qui denique perimant ſatis coloratæ, ſatisqúe etiam apparenter excuſent. quibus in ore multus Ariſtoteles, multus Cicero, multusqúe ſit Seneca, multus demum quod miraberis Virgilius. neſcio enim qua ſeu fortuna, ſeu furia, uagaqúe mentis ægritudine accidit, ut omnia melius ſciant, quàm id unũ quod profeſsi ſunt. ſed linquo iſta, ſatis hæc ueritas odiorum mihi pridem, atq; tumultuum excitauit, hos ego autem mea, quotiens ualitudo tentatur, admitto, ut amicos ut non Medicos, uelut is, qui amicis ante omnia delector, nilqúe uel præſeruandæ uel reſtaurandæ ſaluti, aptius reor amicorum uultibus atque colloquijs, ſiquid iubent meæ conſonum ſententiæ pareo, idqúe ipſum illis imputo,

alioquin

alioquin audio tantùm, & quod inſtitueram facio, atque ita neceſſarijs meis mandaui, ut ſi quid grauius ingruat, nihil omnino ex illorum iuſſu meo fiat in corpore, ſed naturæ meæ relinquar, immò Deo qui creauit me, poſuitque terminos mihi, qui præteriri non poterũt & hoc tuum meumque conſilium, quo tibi nunc quoque ſit acceptus, non ſolum incorrupto illo ſeculo, omnem mollitiem reſpuente, ſed poſtea etiam, quàm medici & unguentarij & ambubaiarũ collegia pharmacopolæ, & uoluptates, & delitiæ orbem Romanũ peruaſere, maximorum fuiſſe hominum ſcito. Neue nũc properas, in quiſitione multiplici diſtrahar, tres illuſtrium, aut quatuor, qui memoriæ ultrò occurrunt attigiſſe ſuffecerit. De Tyberio principe apud Suetonium Tranquillum legimus, quod ualitudinem qua proſperrima, & tempore principatus penè toto propè illæſa uſus eſt, arbitratu ſuo rexit, ſine adiumento conſilioue Medicorum. De Veſpaſiano apud eundem, quod ad tuẽdam ualitudinem, qua & ipſe proſperrima eſt uſus, nihil prorſus adhibuit, præter membrorũ fricationem, & per ſingulos menſes unius lucis inediam. de Aureliano autem, apud Vopiſcum Syracuſium Hiſtoricum ita ſcriptum eſt. Medicos ad ſe, cum ægrotaret nunquam uocauit, ſed ipſe inediã præcipuè curabat. de Carolo aũt qui Magni cognomen apud Gallos meruit, Albinus præceptor eius, in ipſius Hiſtoria cum aliquot annis ante obitum crebris illũ febribus corripui ſolitum dixiſſet, addidit. Et tũc quidẽ, inquit, plura ſuo arbitratu, ꝙ Medicorũ cõſilio faciebat, quos penè exoſos habebat. noſtri uerò nũc Principes nec ructare, nec ſpuere quidem audent, abſque Medicorum permiſſu, neque ideò tamẽ aut melius quàm illi uiuũt aut diutius. Medici aũt regũ menſis impendent, auctoritate uſu parta, iubẽt, prohibent, minãtur, exterrẽt, arguũt, indignantur & quas ipſi primi omniũ præuaricent dominis leges ponũt. quarũ obſeruantia regũ, ut cernimus uitas breues ægritudines longas fecit. Scio ego multis pſuaſum, immò inſitũ, Medicorũ omnium, me publicũ hoſtem eſſe, propter uulgatũ certamen, ꝙ cũ illis mihi in Gallijs olim fuit, quæ res præter ꝙ ꝙ Medicorũ mihi amicitiæ notæ ſunt, fuerũtꝙ, ita per ſeipſam inepta eſt, ut de nullo uſꝗ ſtulto, licet niſi ſit idẽ amẽs atꝗ excors credibilis iudicanda ſit, nam quis, oro Medicum oderit, niſi qui morbos amet: ex diuersò autem quis hominum morbos amet, niſi qui ſalutem uitamque ſuam ac ſeipſam oderit: illi uerò ſi Medici ueri ſunt, haud dubiè & naturam adiuuant, & oppugnant morbos, & ſalutem ægris corporibus reuehunt, ſanis ſeruant, firmantꝗ nutantibus, quis tam furioſus, tàm naturæ immemor, tàm ſui hoſtis, ut ſuſpitatorem ſuum oderit: & ego homo ſum mortalis, & caducum nactus habitaculum, & mihi mei corporis amor, quædam uel uolenti datur. quomodo igitur ſic affectus, medicinam Medicosue oderim, amo ego illos, odi autem nugatores quoſdam, qui tenui dialectica non armati, ſed implicîti, obſtrepunt non medentur, neꝗ ſolum tædio ſanos afficiunt, ſed ægros morte conficiunt, hos odi, fateor, quæ innumerabilis turba eſt, illos diligo qui perrari ſunt. ut tamen cũ his ipſis, ſiquis eſt aditus in gratiam reuertar, neu ſemper contra hoc artificium genus loquar, Grecis certè remediorum nominibus ac morborum præſtare credentibus, ſunt ſoliti, ut ægrotent Græcè. præſtarent ſaltem, ut Græcè etiam curarentur, et promittunt quidem. quid enim promittere uereantur, quibus & promiſſi lucrum, & nullus pudor, aut pœna mendacij eſt: mille ſunt huius rei exempla, unum recens præſensque narrabo, hinc & tempori conueniens, & loco. ſunt enim nunc maximè cuncta ſub oculis, æger Medicus, promiſſiones, mendacia. Eſt unus prouectæ admodum ætatis, umbroſis illis ac gelidis ortus in uallibus, quas rupes alpium anguſtant, & quas paruus adhuc Rhodanus ſecat, unde regio ipſa Vallenſis uulgò dicitur. in illa barbarie natus iſte, & longa uita, & inculta patria, & ignorantia accolarum nomen nactus, non ſolum inter ſuos, ſed illorum teſtimonio, & loquaci & falſo, apud exteras etiam gentes noſci, & ut longum iter, magno mendacio eſt amicum, alter Aeſculapius haberi cœptus eſt, quid rem uerbis traho: ad huius tandem *Ligurum domini* aures perlata uiri fama, eius ſe conſilio iuuari poſſe ſperans, in ægritudine pedum, quam multos iam per annos, non ſine ſuis magnis angoribus, nec paruis populorum incõmodis perpeſſus noſcitur, quoties putas homunculũ illum arte clarũ, et origine peregrina ut fit, liberoꝗ famæ mendacio cariorẽ, blandis precib. & magni pretij

euocarit,

euocarit, ille uel inſcitiæ conſcius, uel fama tumidus, & quaſi rogari dignus, qui rogatus eſſet, ſeſe aliquid magnum ducens, uſque hoc tempus inexorabilis manſit, non ignorantiam, quidem falſus: uel ignotam ſibi, uel ſuppreſſam, ne mendacio auctum nomen ueritate minueret, ſed occupationem modo hanc, modo illam uel ſimulans, uel excuſans, quo uocantis magis ac magis & deſiderium creuit, & opinio, donec proxima nuper æſtate, in neſcio cuius ſui hoſtis poteſtatem delapſus, magna ſibi redẽptionis ſumma impoſita, cum ſe il laqueatum cerneret, ad hũc dominum ſcripſit, ſe ad eum ſi redimeretur uenturum eſſe, & morbi ueteris, noua remedia allaturum, ut qui non legiſſet aut oblitus eſſet, aut ſperneret illum pueris quoque notiſsimum Ouidij uerſiculum.

Tollere nodoſam neſcit medicina podegram

Dominus aut hic, cui & præ animi magnitudine nihil non exiguum, & præ deſiderio ſalutis nihil non dilatum uideretur, libens hoc audiuit, uel ſalutem ſcilicet recepturus, uel qui Italorum medicorum uerba probauerat, nugas quoq; barbaricas experturus. miſitq; illicò qui redemptum hominem adducerent, & ut totam noris hiſtoriam, præter ſumptus itinerum, magnificè exhibitos, & quæcunq; honorifico noui Hippocratis aduentui uiſa ſunt conuenire in quibus quod conſtat nemo largior. Nemo non ſolum ab auaritia, ſed à parcitate remotior) ipſa redemptionis ſolius ſumma fuit ter mille quingenti aurei, quales noſtra urbs cudit, non medico tantum, ſed bellorum duci ingẽs pretium, proinde die illo, quo Mediolanum ſeniculus magno emptus intrauit, fortè ego cum domino cœnabam, ſeruidusq; illum præcurſor anteceſſerat, nuncians Medicum naui uectum applicuiſſe. lætatus dominus, iuſsit illi obuiam iri, excipiq; cum lætè ac liberaliter, ut mos eſt ſuus. præmiſſi comites, equi, famuli, ſibi uerò quem grauis ac grandæuus inſideret, ſonipes miſſus, quem expertus laudo niue candidior, uẽtis agilior, agno mitior, mõte ſolidior, hoc Theutonus Galienus urbem Italam introiuit, non ſine populi ſtupentis occurſu, & ſurrecturos iamiam mortuos expectantis. Iam ante per eum ipſum aduẽtus ſui nũcium, medicinali illos ſuo imperio iuſſerat, parari oua recẽtia, & neſcio quid aliud, ut ſolent, atq; ijs ferculum confici, cõfeſtim porrigendum domino. quo audito mirari omnes, quidã diuinũ hominẽ opinari, ego aũt ſtomachari, & temeritatẽ barbaricã execrari, quæ tãto ægro, nõdũ quidẽ, immò nunq; uiſo, fortuita dictare remedia auſa eſſet, Ticinũ interea reuerſus, qd illis proximis diebus, more ſuo iuſſerit, quidúe egerit ignoro, niſi quod breui poſtmodũ ſibi male, dominoq; ſolito peius eſſe cœpit: nec multo pòſt, uel curandi ſpe, uel promittendi impudentia deſtitutus aſſeruit, artis ope fieri non poſſe, quod putauerat, libros itaq; neſcio quos magicos, ſacros uocat, ipſe conquirendos, in illis ultimam ſpem ſalutis ſitam eſſe, & inquiſitionem hanc, neſcio ubi nam terrarum, neque ipſum ſcire arbitror, fieri iubet. inq; hoc modò eſt totus, tã nunc omnium, & illius ante alios, qui maximè negotio tangitur ſpe algente. ſic Hippocratica illa fama, & expectatio illa ſollicita, præcoxque illa & intempeſtiua remediorum cura, in iocos atq; in Magiam abiêre. hunc ergo qui trãſalpinis in Gallijs, inque ea Germania famoſiſsimus haberetur, uſque adeò, ut præuulgati nominis claritate, ſuum proprium nomen amiſerit, tantumque Valenſis medicus nuncuperur, in medium deducere uiſum fuit. ſibi itaque nec petenti, nec ſcituro quidem. nec ſi ſciat gratias acturo, hanc noctis inſomnis ocioſam particulam dedicaui, ut appareat, quid de illaudatis & obſcuris medicis, eorumq; pollicitis ſit ſperandum, quando hæc laudatiſsimo fides eſt. promittũt tamen æq; omnes, ut ad rem redeam, promittunt, inquam, ſed promiſſum impleturi ut dicere ſolebat Auguſtus Cæſar, ad Cal. Græcas, ideſt nunquàm. ſiquidem & ægrorum neceſsitas, & tallẽtium promiſsio Græca eſt, & herbarum & frondium & radicũ nomina, balauſtia, reubarbarum, calamentum. nil non Græcè, quodque eſt moleſtius, Arabicè geritur, ut & mendacio longè petito, plus fidei & remedio peregrino, plus preti) ſit, rurſum illicò ut admiſsi ſunt morbi, nomen Græcum dicunt, aut ſi opus eſt faciunt, Hæc eſt, inquiunt, epilẽtia, hæc apoplexis, hæc eryſipela. quis non tàm ſonoris nominibus delectetur & noſce cupiat, quid dicatur Græcè, qđ Latinus æger patitur, quãuis nec Græca ſint remedia nec Latina. ſed iã ſatis luſimus de Medicis quidẽ noſtris & multa olim ex profeſſo, & hæc hodie incidẽter

dixerim. De Leontio autē, ſeu Leone olim noſtro, qui Theſſalus dici mauult quā Italicus, non muto ſententiam, & iure ſubnixam, & tuo demum iudicio comprobatam, nunquam ergo literis meis aut nuncijs reuocabitur, quàmuis roget, maneat ubi elegit, & quo inſolenter abijt, illic flebiliter degat. qui tanto faſtu cum in omni fortuna turpi, tuum in paupertate turpiſſimo, delitias Florentinas ſpreuit, tanto gemitu Bizantinam ferat inopiam, de ſ
qui Itala culta dānauit, ſeneſcat per me licebit in ſyluis Hemonijs, & Græcis eſca ſit uermibus, aut ſi libet, ubi quod neſcio an tu noris, mihi planè compertum eſt, multos olim egit annos ad Cretenſis labyrinthi cuſtodiā reuertatur, homo alioquin noſtris ſtudijs non ineptus, ſi tàm homo eſſet, nec ſe belluam aſperitate inſigni, & nouitatis ſtudio effeciſſet, quam ob cauſam neſcio, niſi uel naturæ durioris imperio coactus, uel ob calle fortaſsis, quod multos feciſſe nouimus, famam quærens, eat ſanè ſuoſq; ſibi mores habeat, ſuam barbam, ſuū palliū, ſuā famē, metatq; quod ſeuit, teratq; quod meſſuit, edat deniq; quod inuenit. eſt ubi humanus error aliundè plectitur. eſt & ubi ipſe ſe punit, ſuumq; ſupplicium ſecum fert. Vale, Ticini IIII. Idus Decembris.

Fran. Petrarcha Donato Apennigenæ Grammatico, S.

Quantum Medicis ſit fidendum.

FOrtè ſic accidit, ut è duabus epiſtolis tuis, ſimul ad me perlatis, illam prius inſpicerem, quæ ultimo ſcripta erat, unde effectum, ut ægritudinem tuam prius abijſſe cognoſcerē, quàm ueniſſe. atq; ita cōſolatorium, de more aliquid ſcribendi negotio liberarer, inuiſo mihi magis quàm difficili, dicam enim, quod ut puto miraberis. ea ipſa hora, qua literæ illæ uenerunt tuæ, in libello meo de Remedijs, animo ſimul ac digitis intentus erā, feſtino enim, ut eum tibi ſi detur abſolutum feram, & iam fini proximus ſum. caſus autem fuit, ut tunc maximè tractatum illum ſcriberem, qui eſt de Auditu perdito. itaq; nullus, niſi quæ ibi dictauerant tranſcribendi labor erat, gratia illi, qui largitor ſenſuum ſeruatorq;, te noſtri remedij non egentem fecit, meq; dubium an ad tempus eueniſſe gaudeam, quo & tibi donū Dei gratius, & tu ſemp gratior Deo ſis, dulcior eſt enim periculo, & metu parta ſecuritas. charius fit habenti quod perdidiſſe ſe timuit, non habent ſuum pretium, quæ ſine ſollicitudine poſsidentur, proſperitas non noſcitur, quam non interpellauit aduerſitas, contraria contrarijs aggerantur, non re quidem ipſa, ſed opinione hominum. Et ut mala præſentia, præteritorum bonorū recordatio exaſperat, ſic mali memoria ſuauiſsimum condimentum bonis eſt. illud quoq; non paruifacio, quod quorſum medicis fidas, hoc breui periculo tuo uides, quod & pridem noueras, ſed magiſtram in ſe experientiā habuiſti, hæc deinceps mei illius, de hoc genere hominum ueteris, uulgariſq; iudicij, non ſequacem ſed ſigniferum duceq; te fecerit, in quo ut indies ſis ſtabilior, mitto tibi tres illas Epiſtolas ad Ioānē noſtrum. quas mirum & dictu raucidum, & auditu, idiota quidam, uerborum ſono, quaſi aſellus ad lyram, longis aurib. delectatus, magna ut uides anni huius parte detinuit, ſemper ſe illas mihi ſe aſſerēs ac deierās, nec unquàm redditurus, niſi tandem ira & indignatione perterritus, cogitanſq; id quod erat, mandaſſem ſibi me hanc eius iniuriam tacitum ulterius non laturum. quo audito, ſeu pudor ille, ſeu pauor fuit, remiſit eas contactu agreſti ſemilaceras. quæ ad me ſqualore obſitæ, ſed gaudentes rediere uinclis ſaltem, & carcerali cuſtodia dilapſæ. hæ nunc igitur, quo pridem ſi licuiſſet ibant, ut aliquando perueniant curabis, excuſatione tarditatis, tuis uerbis addita. & ſi intempeſtiuè enim ſint, non acceptæ eſſe non poſſunt, is illic, quo pergunt noſtri eſt amor, ea rerum cupiditas noſtrarū. Proinde harum una eſt, quæ perlecta in hac te noſtra opinione firmabit, ut & tu eam mordicus arripiens, ad extremum feras, dices ſi quid inuectiuis noſtris defuit. abunde ſuperadditum, ſi nunc etiam illud adiecero. Siquidē unus, nuper illo de grege famoſiſsimus uir, & ſcientia & ætate, & uſu tu te uenerabilis, quem non nomino, ne inuiſum inter ſuos faciam, hanc noſtram ſententiam clara mecum uoce confeſſus eſt. & inter multa, quod tibi quoq; uelim notum. Magiſter, inquit, meus cui parem in hac facultate nullum uidi, ſæpe dicere ſolebat, quod Medicinæ notitia delectabilis eſt, ut reliquarum omnium, quæ arte & regulis continentur, operari autem ſecundum Medicinam à caſu eſt. I tu nunc, & caſui fidem habe. quid agendum

uerò

uero?quid niſi orandus Deus,& ſi qua eſt nubes aditũ orationis impediens, pijs perrumpenda ſuſpirijs,noſtrorumq́; obex terminũ precibus frangendus,ac lachrymis,ut is apud quem fons uitæ eſt, mentis perpetuam ſanitatem tribuat, corporis uerò quantum nobis expediens uidet. de Medicis non modo nil ſperandum, ſed ualdè etiam metuendum, Medicos ne autem omnes auſim. hac abſciſſa præruptaq́ue adeò damnare ſententia, abſit id quidem. nam & bonos, & noſtri amantiſsimos multos noui, & facundos & literatos multarum artium doctos,ſed ſolius indociles medicinæ,mirum ſcire omnia,niſi quod unum uelis aut debeas.inter multa ſanè quæ de ijs uaria ſe offerente materia ſæpe occurrit,ut ſcriberem,redit nunc ad memoriam res antiqua,Scripſi olim adoleſcens breue carmen ad amicum,ardentiſsima tunc febre liberatus, & curuationis illius,totam laudẽ medico, acuto plane homini,& mihi iuuenili familiaritate coniuncto, dedi.qua ætate non febrem modò ſine ope Medici,ſed ipſam ſi dici phas eſt mortem,prouocaturus, mihi uidebar ac uicturus.quid nũc igitur dicã,aut quo modo iſta conglutinẽ,quæ directè inuicem aduerſantur?At ſi animum intendiſti,non opus eſt pluribus.ſatis eſt me iuuenem, immò uerò necdum iuuenem id ſcripſiſſe. erat quidem uagula mens, & inconſulta, delectabar laudare hominem mihi charum,quem uerè autem non magnopere diſquirebam. nec aliud laudis genus habẽs,feci illum meæ ſalutis auctorẽ, cuius auctor eſt Deus ſolus,inde indies preſsius intuens, & multa conſiderans,atque obſeruans,nunc alienarum ægritudinum,nunc mearum exitus,& laudatum illum Medicum ut alios taceam,contemnere cœperam, & ratione experientiaq́; ducibus,in hanc alteram utinam,non tàm ueram ſententiam ſuam traductus,hæc dixerim,ne te forſan ante alium carmen, illud exiguum in magnam trahas admirationem.lege igitur illud ut adoleſcẽtis,hoc ut ſenis,ſit uero iam aliquãdo huic finis liti, altercentur illi, nos benè ualentes humanorum nec ignari caſuum, hinc ægrorum credula ſtultitiam hinc contentioſam Medicorũ inſcitiam redeamus. Cæterum Solitariæ uitæ librum,quem penè iratus iure tuo poſtulas, ſacerdoti meo Paduano, ſcripſi iam ut tibi tranſmitteret. quem ut arbitrio tuo legas permitto,ne tranſcribas ueto,uſq; dum uenero,adhuc enim uerbum ibi addidi.noſti morem,alter Prothogenes,neſcio è tabella manum tollere. Vale fidiſsimamq́ue uxorem quos illa nobis edidit Antonium meum & Solonẽ tuum ſaluere iube. Ticini. Ca'. Septembris.

Fran. Petrarcha Donato Apennigenæ Grammatico, S.

Laus cui utilis uel damnoſa.

INter uitæ tedia, atq; iniurias fortunæ,non ultimum poſuerim,quod externa mihi dies peperit,adoleſcens noſter,quem tu olim, ego nuper in filium adoptaram, cuius laudibus noſtro hinc atque hinc ore ſonantibus, non aures modò præſentium amicorum, ſed abſentium oculi pleni erant, quem certatim lingua & calamo ferebamus ad ſydera, memores illius præclariſsimæ uериſſimæq́ue, & ſæpe mihi repetendæ ſententiæ,quod generoſis ingenijs ingens calcar eſt gloria, ille cuius moram nobis utilem, ſed utiliorem ſibi,noſtriſq; aptam,ſed ſuis ſtudijs aptiorem,& ſic communis emolumenti mutuis ultrò citroq́; uinclis aſtrictam, eòq; perpetuam ſperabamus, per quem & nos in deſcribendis opuſculis noſtris,parte laborum non exigua leuabamur,& ipſe legendo,ſcribendo, meditando,imitando,meliorem ſe facturus indies,atque ad culmen alti nominis euaſurus uidebatur, quem in menſa, in itinere,in conſeſſu, in colloquijs,non tantùm communibus ſed archanis in iocis ac ſerijs,non ut familiarem, humilem ſed ut charum,comitem,neq; ut alienigena,ſed ut noſtro genitum de ſanguine tractabamus,quem ego,quod pridem noſti, ad clericalem ſtatum,quo nullus mihi ſecurior,nullusq́ue tranquillior uidetur, ut ſæcularibus curis liber, affixus ac propius nobis eſſet,prouehi feceram,per ſuæ ciuitatis antiſtitem, uirum & religione,& literis & ſanctitate unicũ,à quo quidẽ quib.monitis,quã ſacris ac grauibus edoctus fuerit,me colere,meq; amare,atq; obſeruare, neq; à me unquã quantũ ſibi poſſibile eſſet auelli,inq; hoc uel maximè Dei munus agnoſcere,quod ætate hac in manus illũ meas deduxiſſet,nouit ipſe,qui tã ſubito tãti patris conſiliũ uerba contẽpſit,quẽ deniq;

quod noſſe nūc incipis, nudiuſtertius beneficij eccleſiaſtici auxeram certa ſpe, quo ſcilicet in emendis libris ac ueſtibus, adoleſcentiæque ſumptibus extra ordinarijs, non tam oneri meo quod ferebam auidè, quàm ſuæ uerecundiæ parceretur, maiora ſibi parans animo, ſi uita longior nobis, & fortuna proſperior fuiſſet. Iſte inquam adoleſcens talis noſter, amor noſtræq; deliciæ, heri ad ueſperam, uultu & corde alio ad me uenit. Ait nolle ſe amplius mecum eſſe, uellet illicet abire, ego autem tactus, immò uerò ictus ijs uocibus, papyro & calamo, curiſq; alijs quibus intenderā, reiectis & uelut è ſomno grauiſsimo experrectus fixiſque oculis os loquentis aſpiciens, mirari tacitus mecum cœpi, nec minus miſerari animi inconſtantem, atq; ætatem illā, qua nulla miſerior, & ſi ſtultis ac miſeris nulla ſit dulcior. ubi in uultu tandem ſatis animum legi quero, Quidnam rei eſſet, an à me, ſeu à quoquam amicorum aut ſeruorum commiſſum, omiſſumue eſſet aliquid unde hunc animum concepiſſet, negauit ingenuè, atq; addidit, nō ignarum ſe, nuſquàm æquè tranquillam ſibi atq; honorificam motam eſſe, ac fuerat mecum. hæc lachrymabundus aiebat, quæ idcircò non ſingere uiſus eſt, mihi, quia ante non multos dies, inter ſcripturas, quas ad me de morte referebat, papyrum exiguam latitudinem reperi, in qua epiſtolæ breuis exemplum erat, manu ſua ſcriptum, ubi quod intelligi poterat. neſcio cui amicorum ſuadenti abitum, reſpondebat, Malè illum conſulere, & ne quicquam loqui, eſſe enim ſe in ſumma pace animi, ubi ad uiuendum benè ac fœliciter nil deeſſet, patrem ſe non minus quàm dominum inueniſſe. reliqua ſileo, quæ de me amor pius, de ſuo autem ſtatu ueritas ipſa dictauerat. quæ ſcripta cū illius uerbis cōferēti, mihi magis ac magis admiratio miſeratioq; creſcebat. Et heus, inquit, infœliciſsime adoleſcens, ſi hæc ita ſunt, ſi nil abeſt quod requiras, nilq; deeſt quod offendat, quid te ergo præcipitat, aut quo ruis? ille lachrymis iam penè manantibus. Nil, inquit, niſi quia ſcribere amplius non poſſum hic ego riſu, ut fit ex indignatione orto, quid ergo inquam, manus ne tremunt? an caligant oculi? Neutrum, inquit, At ſcribendi feruor nō tantùm tepuit, ſed refrixit nullo iam pacto perſuaderi mihi poſſet, ut ſcriberem. ad hæc ego: iure id quidem pateris, ſæpe enim, ne tàm continuus in ſcribendo eſſes, me monētem audire noluiſti, fecit ecce nimietas, quod ſolita eſt, ſatietatē peperit atq; faſtidium, intermitte autē hūc ſcribendi impetum, da quietem animo, fac quod agricolæ cauti ſolent, intermiſſio, ut exhauſtis aruis, ſic & feſſis ingenijs utiliſsima eſt, niſi quod illis annus integer, ijs autē menſis uel dimidius, & ſæpe dies unus ſufficit. ſine tēpus labi, ferè enim cūctis in rebus uerū eſt illud Philoſophicum, dies uulnerat, dies medetur. pelle faſtidium, ex aſſiduitate conceptū, optime autem huic morbo alternatio uarietaſq; medebitur, ſepone negotium, quod te premit, curaſq; alias admitte animo, aliud cogita, age aliud, illud quidem huius deſiderium faciet. quæ placuerunt diſplicent, & quæ diſplicent placebunt, uoluntates hominū, in primis adoleſcentiū uagæ ſunt, uiciſſimq; de uoluptate ſupplicium, de ſupplicio fit uoluptas. eſto lōganimis & expecta, breui crede mihi, ocio cōſequeris, ut negotiū ames, ociūq; oderis, utq; laborioſiſsimū cenſeas feriari, contraq; omnes tædij ſubrepētis inſultum, à calamo primum poſcas auxilium. hæc dicentem pluraq; etiam nūc dicturū, ille indignans, uultuq; ſubtriſtior interrupit. Et nūquam, inquit, hercle uel tibi, uel cuiquam omnino hominum ſcribā. Quod Dij, inquā bene uertant. noli ſcribere, quid ad rē? quæ tāti cauſa diuortij? nō ego te ut ſcriptorē, ſed ut filium habui, ſi non ſcribes leges, colloqueris, comitaberis me, ornabis hanc paruam domum, quæ te forſan ornabit, & maiori habitaculo dignū reddet. Perdis, inquit, ille operam, non patiar ut me domus habeat, in qua nulli uſui ſim. maior eſt animus, quam ut ocioſo pane ueſci uelim, fruſtrà obtineris, ire eſt propoſitum, liceat te uolente facere, quod uel nolente facturus ſim. ad hæc ego iam excitatior ſpiritu. ò infœlix, ita ne teipſum deſpicis, ut niſi ſcriptor fueris nihil ſis, maiorem profectò tui ſpem dederas nobis, nam ſi neſcis, hanc ſcripturam tuam, non fluxam neq; laſciuientem, tractibus literarum, ſed compreſſam atq; eximiè caſtigatam, & magis ſobriam quàm decoram, non ut ingenij tui fructum, ſed ut florē ac præludiū magnæ ſcientiæ tenebamus, fefelliſti nos, arram credidimus, totum erat, quod ex te percipi ſperariq; poſſet, quādo ſcilicet hoc ſubmoto nihil eſt reliqui. ſed quid, oro, nā me ſpernis? quid dicturus es Donato noſtro, qui te mihi donauit, &

nauit, & me tibi. Quid, inquit, mihi & Donato eſt? ò ingrate inquã, ſic ingenij tui patrem
uenerarís, ſic doctrina & paternorum affectuum meminiſti? ſic omnino depuduit? certè il-
le, dum te ſolum uiderit exclamabit. ubi patrem reliquiſti? & uel me peremptum, uel furen
tem te putabit, neq; errabit, furis enim, tibiq; ipſe manus inijcis. his addidi, quod neſcio an
modeſtius ſiluiſſem, ſed ſæpe ira dolorq; gloriari compulit, quos nec ambitio nec iactantia
compuliſſet, dixi autem hortatusq; ſum, meminiſſe oportere uerborum ſui Præſulis, mãſu
rum fortaſſe alibi opulentius, nec tamen honeſtius, atq; ad id quo niteretur utilius. cogita-
ret, quæreret, ruminaret, an non ſibi conuerſatio mea, uel dum uiuimus ſatis idonea uidere
tur, uel ſatis clara poſt obitum, ſi mihi ſuperuiueret, quod ætas ſua, magis quàm cõplexio
polliceri poteſt, haud forſan infamiæ ſibi futurũ apud poſteros, quo familiaris mihi, quàm ami
cus, immò quod filius fuerit, iudicio ut ſi dicam genitus atque electus, inopis licet ingenij,
ſucceſſor ac nominis. Nihil agis, inquit ille, his me uerborum laqueis non tenebis. ſic ſe
inde proripuit, & ad ſummum recto mox tramite ibat, ad portum, nec illum pudor ſui,
nec noſtri amor aut reuerentia tenuiſſet, niſi quod hæc gemino muro, undique & flumine
gemino circunſcepta ciuitas, frenum habet, quo ſtultos atq; improbos cohibet, bonos regit,
iniuſſu meo, ne ſe loco moueat prouiſum. ita igitur ne quid ſoli & incauto accidat, uſque
ad meum reditum, quem, ob hoc ipſum maturabo, mœſtum reluctãtemque contineo. O-
raui ut uerã mihi rei cauſam panderet, & licentia laxandus, ſi id faceret & commendatijs
literis, ad amicos quocunq; terrarum noſtri orbis ire diſponeret, ac uiatico proſequendus,
lædi enim me mendacio grauius, quàm diſceſſu, ipſe aũt cœpto hæſit, perſanctè deierans,
nullam eſſe cauſam aliam, quàm dixiſſet. mea tamen & quorundam eſt opinio, uel noua
ſpe lucri maioris trahi illum uel inſania. quorum quid uerius in dubio eſt, utrumque ali-
quam ueri faciem habet. nam & per me laudatus, placere multis incœperat, & quod eſt
grauius, ſibi de primo ſpes, de ſecundo inſania naſci poteſt. notaui ego nec ſolus quidem
oculos eius præter ſolitum nutãtes, natanteſque liberius, quod ſpectantium coniecturas
ad utrumlibet inclinaret. unum tot inter triſtia iucundum audies. ut ſi iratus es rideas, digi
to iam monſtrari incipit, nam & ipſe notus hic pridem erat, & res neſcio quibus rimulis
in publicum uenit (nihil nẽpè quod ſerui nouerint uulgus latet) ſunt qui tacito murmure,
uides tu, inquiunt, hunc iuuenem, inſanus literis factus eſt, fueruntq; qui hoc mihi dicerẽt,
quibus ego ſtomachans reſpondi, neq; hunc iuuenem inſanum, neque literis inſanos fieri,
ſed inſania liberari literatos, nam ſolere cauſas effectus ſui ſimiles parere, non contrarios
abortire, falſumq;, quod uulgo dicitur, inſanire aliquos literis, quibus uerius ab inſania de-
fenduntur. quamuis id ſæpè multis, ante alios Paulo Apoſtolo ſit obiectũ habet tamẽ ado
leſcens noſter intempeſtiuè iam nunc præmium ſeceſſionis, cum inſani literati nomen,
quod multi ſibi pretio quolibet partum uelint, tantus eſt doctrinæ fulgor, ut quibuſdam in-
ſaniæ tenebris optandus, non is tantùm, ſed falſa licet eius opinio uideatur, quibus ego to-
ta mente contrarius ſum, qui non dicam, Benedictus aut Franciſcus ſancti homines & in-
docti, uel ex alio genere Marius uir fortis literarum neſcius, ſed uillicus olim meus & ſqua
lidus, ſed fidelis ac diligens eſſe malim, quàm Empedocles, qui nõ inſanus literis, ſed utinq;
literatus & inſanus quærendæ famæ ſtudio, ſeſe in medium flammantis Aethnæ iecit incen
dium. uel Lucretius, qui pari ſeu literarum copia, ſeu furoris ob impatientiam, ultæ proprio
ſe mucrone confodit, manuque illa qua tot egregia carmina ſcripſerat, ingenioſam ma-
gis, quàm infœlicem animam extruſit. Habes hiſtoriam tibi non ſum dubius, permoleſtã,
nec immeritò, tu enim illius ingenij primus cultor, tu formator morum & hortator indo-
lis fuiſti, & profeciſſe uidebaris, non tibi tãtum ſed omnibus, antè alios mihi, ut res docuit,
tu laborẽ perdidiſti, nos omnes errauimus. ò quàm durum eſt alta de ſpe cadere, qui nil un
quàm dolere decreueram, hoc fateor, non dolere non potui, quamuis ſanè in hoc ingenio
& tu ſemen, & ego qui ſucceſſeram in labores tuos, ſpem honeſtam, magnæ frugis amiſe-
rim, nullius tamen maior eſt iactura, quàm illius, qui noſtris laudibus, quas non ad inflan-
dum, ſed ad excitãdum iuuenilem animum dicebamus, & falſa de ſe opinione tumefactus,
cum poſſet fieri aliquid, ante propè quàm cœperit conſumaſſe ſe credit. itaque ſibi accidet,

quod multis ut perueniſſe iam putans, nunquam perueniat, quo tendebat. nempè hic error infinitos mortaliũ, ne mediũ glorioſi curſus apprehẽderẽt, compediuit, & præſenti falſo gaudio, cõtentos oblitosq; propoſiti, medio calle detinuit. Equidem ex quo mediũ epiſtolæ huius exceſſi, audio quod hic noſter orbẽ ambire ſtatuit, demẽs uiriũq; immemor, & ignarus, ut uiarũ maiora pericula ſileam, quid ſit inter manus hoſpitum immò hoſtium uenire, bona eſt autem ætas, experietur, & quod nos noſtra didicimus, ſua diſcet impenſa. primo uerò Parthenopẽ petiturus fertur, ut ſuſcitet credo de cineribus Mantuanis nouũ Virgilium Rauennatem. ſed ut illius uiri memoriæ, plenos libros, ſic uacua pridem oſſium buſta comperiet. proinde quod ſibi, Muſisq; Italis fauſtumq; ſit, eat, & longa ſterilitate arẽs, Latiũ ſitiensq; exundãtis ingenij fonte reficiat, nulla per nos bono publico mora ſit, dũ præſens illũ tibi reddidero, mox erũpat, ſeq; in altũ tollat atq; euolet. quando noſtri adeò rudi pudet, pœnitetq;, ſpero fore, ut qui ſe aliquid magnũ credit, ubi primũ implumes adhuc alas uẽto dederit, quod nũc agit, intelligat, ſeroq; licet Ichari meminerit, ac Phaẽtõtis. Tandẽ ut ad nos oratio reuertatur, & ſi prouerbiũ ſit antiquũ, Duobus aut pluribus ex malis, minus malũ eligẽdum eſſe non uideo, cum minus malũ haud dubiè malũ, ſit, qualiter mali lectio ſit laudãda. itaq; rectius dici reor, maiora mala, maiori ſtudio uitãda, ut ſi uitari cũcta nõ poſſunt, minora facilius tolerẽtur, non electione, ſed patiẽtia, æquanimitate, modeſtia. id potiùs conſilio Ciceronis in prouerbiũ eat: Ex malis eliciendũ ſiquid ineſt boni, neq; id mirũ uidebitur, cogitãti non ſolũ, ex radicibus atq; herbis amariſsimis, ſed ex quibuſdã quoq; uenenoſis animãtibus, ut fama eſt morborũ remedia conſtare. Ineſt aũt malo huic bonum niſi fallor duplex, primum ne quem de cætero laudemus, niſi ſolidi conſtantiſq; uirum animi, notiſsimæq; uirtutis, in hoc enim ueræ laudata uirtus creſcit, ut Naſo ait, in reliqs autem creſcit laudata ſuperbia, laudata uanitas, laudata dementia. neue aliũde quæras argumentum, hunc nos noſtrum laudando perdidimus, ſecundum ne unquam fidamus, illi ætati, quamuis uerecundiam præferat, quamuis cõſtantiam ſpondeat, ac fidem, quamuis deniq; grauitatem fingat, ſimuletquè prudentiam, proq; comperto ſemper nobis ſit, quod apud Lucanum ille uir magnus ait:

Ardua quippe fides robuſtos exigit annos. Vale. Pataui. Cal. Maias.

Fran. Petrarcha Donato Apennigenæ Grammatico, S.

Familiaris diſceſſum indicat.

ILle quidẽ noſtris noſtrorũq; clamorib. parũper abſterritus hæſerat, magis ætatis quàm naturæ uerecũdia, aut rationis imperio, citò ergo quid corde gereret, res oſtendit, dũ ueſaniæ ui ruptis, obicibus abijt, ut uidiſti multum corpore, ſed magis animo uagus, nũc Parthenopen, nũc ille Calabriã ſeu Virgilij buſtum, ſeu Ennij incunabula cogitans, nunc uerò neſcio quid ſomnians, Bizantiũ ſuſpirabat, & quid ageret inquietum caput, corpore ſimul, tàm diuerſis in locis eſſe non poterat, animo erat in omnibus; atq; ita ſic Anneo credimus, cum ubiq; eſſet, nuſquam erat. mirum & penè incredibile, adoleſcentulum ſub ferula enutritum, & ualitudinis, & pecuniæ inopem, tantùm licentiæ tantumquè proteruiæ, tàm repentè quaſi uirus letale ac præſentaneum imbibiſſe, ut quibus auribus nõ te tantùm, ſed pedagogi tui uoces, heri horruerat ac flagellum. his te hodie, & me, amicorum omnium monitus ac uerba reſpueret, & cauſa quidem temerarij ambitus una prætendebatur, quam ex eo ſæpius audiſti, non iam ſcribendi labor ac tædium, quo ſe ab initio tuebatur, ſed Græcarum ſubitus literarum amor. Mirus ualdè homini cui multum & penè totum deeſſet adhuc ad notitiam latinarum, quod cum frementi ſibi, ceu frenum aliquod inicere niteremur, difficultatibus additis, & uiarum & rerum omnium, atq; in primis rei familiaris inopiam, me eo etiã uanitatis ob odium auxilio deſtituendum, cunq; his omnibus Athenarum uetuſtiſsimam ruinam, ut quæ ab ipſa iam Ouidij ætate, nihil eſſent, niſi nudum nomen, & poſtremò notiſsimam nunc Græcorum ignorantiam iungeremus, ſtimulis ille latentibus incitus, frena mordebat & ſi enim honeſtiori ſeſe uelo tegeret, ueræ tamen cauſæ longæ aliæ inerant, quas ægrè ad ultimum occuluit, ſed has ſileo, ne plus quàm iuuenilibus infenſus erroribus, uideri queam. Prima enim omnium & maxima fuit inconſtantia animi,

animi, qua cũ alijs fortaſſe aliud, mecũ uerò ne fruſtrà inſanierit, hoc adeptus eſt, ut in nullo unquã homine uideri, de nullo audierim aut legerim parẽ leuitatẽ, nullæ ſimul res diuerſas & aduerſas uno illũ uidimus agitare pectuſculo, non unũ ſed mille animos, eoſq; diſcordes, inuicẽq; certãtes diceres nihil illic horæ ſpatio uniforme nihil unũ præter unã incõſtantiam, q̃ ſola in tãta conſiliorũ inſtabilitate conſtabat. confliĉtantium deniq; uoluntatũ exitus ad occaſum uertit, de quo unũ uerbũ fuerat, puto nec cogitatus, ſpretis meis ad amicos literis, quibus prodeſſe cupiẽs, immeritò furioſum impetum, uelut induſtriã commẽdabam, uelle ſe occidentis inuiſere Babylonem ait, & cũ dicto, iter præcipitabundus arripuit. Nouam tibi hactenus legis hiſtoriã. quod ſequitur nouũ lege. Iuit ergo, & plectente peruicaciã natura, perpetuis imbribus Apenninum tranſijt, ſe quibuſq; uotis obuijs à me miſſum dictãs, ut qui iam expergiſci inciperet, ac ſentire, quis ſoliuagũ peregrinũ ſequeret pudor. quo mẽdacio, quod poſtmodũ ſciui, nonnullis indebitã ſui cõmiſeratione falſamq; ſuſpitionem mei fecit, uenit demũ Piſas, Thyrrenũq; littus adijt, manſitq; ibi expectãs nauim, cui ſe ſuamq; omnẽ inferret amentiã, uagã puppim, uanis mercibus referturus, qua tardante & creſcente indies infœlices uitæ tædio, ac decreſcente uiatico, raptim tetrãſit Apenninum. mitto autem caſus ac diſcrimina, quorũ ipſe ſibi unus eſt conſcius, ſed extimare perfacile eſt, homunculum fragilem inexpertum, ſolam tunicæ oris terram lãbentibus, periuga montiũ, per tot lubrica, tot ſaxoſa, tot cõfraga, tot prærupta, per tot ualles, tot flumina, tot torrẽtẽs hybernis imbribus tumidos, uiæ neſcium atque hominum, & ſeipſo, & udis oneratum ueſtibus, non ſine crebris lapſibus iugiquẽ periculo tranſiuiſſe. plano tandem redditus Liguſtico, cũ Faronẽ amnẽ Parmenſiũ penè ſuæ parẽ inconſtantiæ tranſuaderet, rapido gurgite arreptus, & inter arenas ac ſaxa cõtortus, parte ſui altera redibat, unde diſceſſerat, altera ibat, ſubiturus partẽ laboris Ixionij, ſeu potius nouã rotã inferis inuecturus, niſi miſeratus quidã, calce apprehẽſum undis eduxiſſet, ſic ereptus morti, ſed euectus & cõfectus inedia, & pecunia defectus & labore exhauſtus, & ſqualore luridus huc peruenit, quo me uel perueniſſe iã credebat, uel peruẽturũ mox ſciebat. quẽ cũ recenti caſuũ memoria atonitũ ſtupẽtẽq; conſpiceret Frãciſcus meus, quo nemo te iudice, me enim fortaſsis amorũ falleret, adoleſcẽs melior, tam charitatis & cõſtãtiæ plenus, quã ille uacuus utriuſq; primo quidem non agnouit, neq; enim homo ſed tenuis umbra uidebatur, morte obita, quales fama eſt uolitare figuras, ut Maro ait. deinde uix agniti, miſertus, audita errorũ ſerie & laborũ ſumme conſolatus mœſtum, atq; undiq; diffidentem cohortatus eſt, ut me domi expectaret. quod ille pudore metuq; dehortãtibus negauit primum, poſt neceſſitate uictus annuit, nec ita multis poſt aduenięns diebus, re per literas præagnita, cum inter amicos ille mihi per noctem, in ipſo Ticini alueo occurriſſet, exclamaui Poëticũ illud iocans:

Vera'ne te facies, uerus mihi nuncius affers.

& quod ſequitur unus ne. ubi uerò illum uerecundia mutum, defixumq; humi oculos animaduerti, ſolito eum more, ſed non ſolito, fateor, amore, cõplexus ſum. Nihil enim ſibi iam nihil moribus ſuis fido, ut pudorem dies, & laborem quies expulerit, ueſtigiumq; periculi delerit obliuio, uidere illũ uideor, rurſus ad me uultu alio uenientem ac dicentem Vale. itaque iã nunc ſibi uiaticum aliud congeſſi, ac ſepoſui, nequa prorſus dilatio ſit furori. in numerato, illud inueniet, me tacitum bipatentem ianuam: Scio quidem per meipſum, quid de hoc homine addendum erat, & ſi neſcirem, tuis nunc literis, atque conſilijs inſtruor, quibus inhæreo, atq; animi, ut aiunt, pedibus in ſententiam tuam eo. cæterum mens ſuadet, hoc frõs damnat. noſti me. nullæ tantæ ſunt iniuriæ, quas non poſſum obliuiſci facile & ignoſcere. Nullus tàm acerbus hoſtis, quem non ualeam pœnitentem atque erubeſcentem miſerari, dũq; ſic affectus manſerit amare. Vtor in hoc igitur ſui merito, non amici cõſilio. ſed inſtituto meo, & lenitate animi, ſæpe mihi non inficior damnoſa, nunquam tamẽ ut arbitror pudenda. Malo culpa illius tota, quàm ulla ex parte mea ſit. malo illũ inſtabilẽ, quã me durũ dici, ſi unquã forte reſipuerit, quod uix ſpero, & ſe noſcat, & me & amicorũ iuditia quæ contempſit extimet & pœnitentia ac dolore ſe puniat, alioquin ipſe ſuis, ego meis moribus uſurus ſim. Vale Ticini. V. Idus Iulias.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIBVS,

Liber VI.

FRAN. PETRARCHA IOANNI BOCATIO SVO, S.

Amici caſum mirabilem deplorat.

ORis ingentes epiſtolas, quas anno altero ſimul ad te uenturas, & ſi non ſimul editas, Ticino abiens dimiſi, diù licet, unde non decuit impeditas, tandem perueniſſe confido. quibus quidem exhauſiſſe tunc animum uiſus eram, noui itaque nihil eſt, niſi quod cum profunda nocte Venetias attigiſſem, primo mane Donatus noſter ad me ſolus. Illic multa, ut inter amicos, deſiderio colloquendi per abſentiam irritato, ſed pars maior, ut meritus de te fuit, ſimulque de Homero quem miſiſſe te ſcripſeras, de quo illic quid ſit actum quære, huc enim non ueniſſe illum ſcito, unde me in alijs ad te literis de Donato immeritò queſtũ queror. ſed Homeri mentio me illius admonet, quo hic medio in Latinum uenit. ò male igitur, ò peſſimè actum de Leone dicam noſtro, cogit enim pietas atque ingens miſeratio, ſine ſtomacho iam de illo loqui, de quo pridem multa cum ſtomacho, mutatus eſt animus ſemper meus, cum illius hominis fortuna, quæ cum miſera fuerit, nunc horrenda eſt. infoelix homo, qualiſcunque quidem nos amabat, & ſi talis eſſet, qui nec alios, nec ſeipſum amare didiciſſet, ſiniſtris alitibus in hunc modum ingreſſus, ſiniſterioribus abijt, ubi nullum puto ſerenum diem uidit. quem memoria repetens ſæpe, admiror quomodo in tàm triſtem fuſcamq́ animam Pyerij ſpiritus ac cœleſtis muſicæ, uel tenuis deſcendiſſet olfactus. Orabat miſer, multis precibus ut pro ſe mitterem, falſus errorem, quæ res maximè iratos animos placat. ego uerò & inſtabilitatem mihi notiſsimam, & ætatem intractabilem, mutandiſq; iam moribus duriorem ueritus, & conſilio inſuper tuo fretus, quo fidenter in re qualibet uti uelim, ut quod ritè conſulentium utraque fax illuſtrat, ingenium & fides, ſpretis precibus reſponſum literis nullum dedi, cœpit illum tandem familiaritatis noſtræ deſiderium ardentius, & male ſibi cognitæ pudor, Italiæ moribusq́ ſuis noſtris cogitansq́ quòd uerũ erat, & ſi uocari eſſet indignus, ſi tamen ultrò ueniſſet, minimè quidem ſe noſtris arcendum liminib. proxima æſtate Aeolo ac Neptuno totoque Phorci exercitu aduerſante Byzantio funem ſoluit. O quid dicam, miſerabilem terrificamque rem audies. iamq; Boſphorum atq; Propontidem, iamq; Helleſpontũ Aegeumq́ & Ionium maria Græca tranſiuerat, iam Italicæ telluris ut auguror aſpectu lætus dicerẽ, ni natura reſpueret, at equidem minus mœſtus, Adriacum ſulcabat æquor, dum repentè mutata cœli facie pelagique ſæua tempeſtas exoritur: cæteriſq; ad ſua munera effuſis, Leo miſer, malo affixus inhæſerat, malo, inquam, uerè malorumq; ultimo, quod per omne æuum multa perpeſſo, dura in finem fortunam ſeruauerat. horret calamus infœlicis amici caſum promere, ad ſummam inter multas & horriſonas cœli minas, Iratus Iuppiter telum torſit, quo diſiectæ antennæ incẽſaq́ carbaſa in fauillas abière & lambentib. malis flãmis æthereis, cũctis ſtratis ac territis, ſolus ille noſter perijt, hic Leonis finis. ò res hominum improuiſæ, ò mors clarior ſonantiorq́, qui uellem. non putabam Capaneo Argiuo duci, nec Tullo Hoſtilio aut Caro regi illi huic principi Leonis aſcribendũ nomẽ, uiri humilis nec indocti, ſed nec fortunati unquam proſperè nec iucundi. Semper certè nunc intelligo, ut multa poſt factũ intelligemus, ſemper inquam, nubes illa mœſtiq; oris obſcuritas nunciabat, hoc fulmen. Supellex horridula, & ſqualentes libelli, hinc nautarum fide, hinc propria tui inopia euaſère. Inquiri faciam, an ſit in eis Euripides Sophocleſque & alij, quos mihi quæ-

hi quæſiturum ſe ſpoponderat truncus informis, ac ſemiuſtus in mare iactatus eſt. quem alia ad te epiſtola, Græcis eſcam uermibus deſtinatam, heu, Italis cibus eſt piſcibus. Tu uiue fœlix & uale noſtri memor. Venetijs *VIII.* Cal. Februarij.

Fran. Petrarcha Ioanni Bocatio, S.

Res ſuas indicat amico.

ANimaduerti ex literis tuis, ad amicum miſsis, te ualde ſollicitum mei eſſe, ſuper negotio libertatis. Gratus mihi, fateor, hic animus tuus, ſed non nouus, pone aurē metum hunc, & perſuade tibi me hactenus, dum duriſsimo etiã iugo ſubditus uiderer, libertimum ſemper hominũ, & fuiſſe, adderem & futurum eſſe, ſi qua futuri notitia certa eſſet: nitar tamen, & ſpero fore, ne diſcam ſeruire ſenex, ubiq; ubilibet animo liber ſim, & ſi corpore rebusq; alijs ſubeſſe maioribus ſit neceſſe, ſiue uni ut egò, ſiue multis ut tu, quod neſcio an grauius moleſtiusq; iugi genus dixerim, pati hominē credo facilius, quã tyrannum populum. id enim uerò, niſi ſemper ſic fuiſſet, ut ubiq; liber agerē, aut me uita iam pridem, aut profectò uitæ tranquillitas, ac iucunditas defeciſſet, cuius cõtrarij tu mihi ante alios teſtis es, ſeruire equidem, nõ niſi ſponte atq; amoris imperio, nulli diù ualeam mortali. quid ergo, noſti hominum mores, & uitæ nodos & laqueos rerum, quarum perplexitates, nec Arithmeticus numeret, nec Geometra mẽſuret, nec rimetur Aſtrologus. ſentiunt autem, qui inter eas apertis oculis gradiuntur, unde ſemper mihi placuit, & à me ſæpè laudatum eſt illud Hebræorum ſapientis breue, ſed gaudio plenumq; ſententijs. Cunctæ inquit, res difficiles, o quid ait. cunctæ, inquam, etiam quæ perfaciles uideantur, ſed inter cunctas res difficiles, nulla difficilior quàm uiuere, & præſertim diù, omnis hora & momentum omne, noui aliquid fert, omnis paſſus ſuũ lubricum ſuumq; offendiculum, & ſcrupulos ſuos habet, quos calcare aſperſum, uitare difficilè. ſed quo rapior, in què rerum difficultatibus tempus tero, Infinita materia, tibiq; non aliter nota fortaſsis & notior quàm mihi. Linquo alia. certè Africanus maior, ut uides conuerſatione diutina uiluit in oculis Romanorum, quid minores putas in oculis aliorum? Crede mihi, multis maximeq; ægris expedit, interdũ uoſui, nec eſt inconſtantis, ſed prudentis pro uarietate uentorum & tempeſtate negotiorum uela flectere. non poſſunt literis cuncta committi, ſed ſi quæ noui omnia & tu noſſes, ſuaderes certus ſum, non dico, ut diſcederem, ſed ut quandoq; ſecederem, uitæq; faſtidijs locorum alternatione conſulerem. Proinde Deum ora, ut fabellæ huius noſtræ, quæ uita dicitur, finis bonus, & ſibi placitus ſit. de reliquo ne deſperes, me cœleſti luce illuſtrante, oculos & ſignante, iter electurum, uel quod melius, uel quod minus malum. reſtat ut noueris Homerum tuum, iam Latinum, & mittẽtis amorem & transferentis mihi memoriam, ac ſuſpiria renouantem, ad nos tandem perueniſſe, meq; & omnes ſeu Græcos ſeu Latinos, qui bibliothecam hanc inhabitant, repleſſe gaudio atq; oblectatione mirabili. Vale mi frater amantiſsime.

Fran. Petrarcha Franciſco Bruno, S.

Status ſui facit certiorem amicum.

NOueram te amicum, olimquè præcordijs meis inſederat tuæ charitatis opinio. hanc Pergamenſis Orator meus, hærentem oſsibus medullis inſeruit, omnes cœlicolas balbutiendo teſtatus, à nullo me hominum plus diligi quàm abs te. Mirum eſt, ubi qui debilius exprimit, ualidius imprimit, ſuſpecta nonnunquã eloquentia eſt, & quæ amica mendacio eſſe poteſt, ueri hoſtis creditur. quod ſi tibi forſan, uel hic ipſe, uel alius, ſeu alijs ſuis deſcriptionib. ut tu ſcribis, formæ meæ nondum tuis uiſæ oculis, ſiue externam formam intelligis ſiue internam, neſcio, quàm raram atque anguſtam imaginem impreſſerunt, diſcute illam quæſo. quod non dicerem, ſi nunquam penitus nociturã famæ pſentiam ſuſpicarer. eſſe tibi uel falſo cõmendatus paterer. ſed quoniam adhuc forſitan me uidebis, noli meis in rebus habitũ mentis induere, quem coactus exuas. Diſcute, inquã, nõ mei oris, ſed ſcriptoris imaginem, ne q; ſermonibus hominum crediderís, atque in primis amantium.

nihil amans oſore ueracior, quamuis honeſtior. eſt ut uituperandi ſic laudandi libido quædam, ac pruritus linguæ. quo regnãte, ueritas exulet neceſſe eſt. tentationem uerò humanæ laudis ſi periculoſiſsimã Auguſtinus in ſeipſo ſenſit, quid ſenſurũ arbitreris præconẽ hõc cui alieni præconij pondus indebitum, ſi delectat nocet, ſi reſpuitur atq; contemnitur prodeſt. ſed huiuſce quàm tentationum reliquarum experientia, difficilior multo eſt atq; periculoſior, quoniam ſi quantũ æquo animo laude careã, experiri uelim, ſic uiuendum erit, ut omnibus aut riſui ſim, atq; ludibrio. ab exordio quidem noſtræ amicitiæ, niſi labor memoria, ſcripſi tibi ut de me mihi crederes non alteri. qualẽ tunc me tibi deſcripſeram talis ſum, niſi quod interim biennio propè cõſenui. Ad ſummam, niſi falli iuuat, unum me de plebe, quanquam plebis notiſsimum contemptorem cogita. nil q; altius finxeris animo, ſed amicum tibi, ſin abſq; præiuditio Tullianæ ſententiæ dici poteſt, qua diffinit amicitiã ſine uirtute eſſe non poſſe. Pro libro autem Beatiſsimi patris atq; olim hoſpitis mei Ambroſij, gratias ago, tu mihi libros & literata ſolaria, ego tibi labores & mera tædia tranſmitto. Non æqua rerum permutatio. ſanè oleum iucundè olim & tranquillè ſolitudinis meæ ad fontem Sorgiæ latitantis, unde me diu arceri multa rerum mutatione ſuſpiro, cuius tibi familiaris meus ille, guſtum obtulit, quodq; tu mirè myſticis laudibus extuliſti, totum fundus tuũ eſt, nec oleũ modo ſed oliuæ, nec oliuæ tantũ, ſed tellus ipſa, licet aridula & anguſta, nunquam tamen mihi charior, nunquã feracior quàm dum tibi obſequitur. quocq; tibi gratius ſapiat, quicquid id eſt ex arbuſculis illis fluit, quas penè omnes ego ipſe manibus meis ſeui. Nil amplius hodie, niſi quod labores tuos & patriæ, inter meos numero. Vale fœlix & memor mei.

Fran. Petrarcha Pilleo Epiſcopo Paduano. S.

Ad animi conſtantiam hortatur.

AEtate filij, charitate frater olim, dignitate iam Pater amantiſsime, cum multa quotidie tecum loquar in ſilentio, pauca tamen ut ſcribam, cauſa eſt, corporis inſueta fragilitas, quam inuiſam mihi hoſpitam, mitior ægritudo, nuper abiens dimiſit, de ſalute quidem tua, redituq; exoptato Deo gratias ago, de reliquo autem hortor, & hortando laudo, fortem ut animum & conſtantem habeas. Non eſt enim tutior armatura, non turris immitior, non fortior caſsis aut clypeus inter prælia fortunæ, hoc te hactenus ac tua ætate ſæpius, quàm uel pro annorum numero, uel pro conditione tui ſtatus, & magnifice uſum ſcio, & miror & gaudeo. Nec ſolus quidem tota gaudet & miratur Eccleſia patientiam tuam, quamuis aduerſitates, quibus illam obijcis & miretur & doleat. proinde oro, ne deficias neue defatigeris. Solent uehementes impetus breues eſſe, fortuna laſſabitur, eſt illi nũ quã pudor, quidam immerentium ac fortium, immò uerò Deus miſerebitur & laboribus finẽ ponet. in illo ſpes fixa ſit, in ſe ſperantem non fruſtrabitur, nubes ſunt iſtæ, quæ ſerenum naturaliter animi tui ſtatum obnubilant, leui uerò diuinæ clementiæ pellentur afflatu. & fortaſsè quorũ fuit amara perpeſsio, recordatio dulcis erit, nulla fortuna perpetua eſt, ne diuturna quidem, unde fit ut ſperandum miſeris, felicibus metuendum ſit. Etſi enim uideantur diuturniora quæ cruciant, non minus tamen uoluuntur aduerſam quàm proſpera. æqua omnium uertigo, & inſtabilis undiq; rota eſt. Senſus in lætis inſolens, delicatus in triſtibus, illa facit exigua, hæc immenſa, cum ſumma omniũ breuis ſit, omnisq; diuerſitas in opinione eſt, inq; animis, non in rebus omni ex parte breuiſsimis. de me autem unũ hoc dixerim, tuus ſum, ut noſti, quanquam nulli quod quidem ſciam uſui poſſum amare, quod quidam non poteſt. Siquid præterea poſſe uideor. tuo precor in me iure utere. Poſtremò ſacerdotes meos ſeruos tuos, Ioannem & Paulum, quos cum his ad te literis miſi, paternitati tuæ commendatos uelim, & obteſtor, ſi illæſo licitum eſt honore, ne gratiam eorum alteri meis precibus, à tua leuitate conceſſa auferat aliena durities. Difficilè eſt iudicium alienæ conſcientiæ, multos ego tales, duros, aſperos, & linguæ liberioris, meliores uiros noui, quàm ſuaues alios fictos blandiloquos uerſipelles. Vale. Venetijs VI. Idus Iunij.

Fran.

Fran. Petrarcha Amico ſuo, S.

Increpat ſtudij negligentiam.

PRofectus es Babylonē, profectionē miror, morā ſtupeo, negociū odi, ſed ſi ut imbecillæ ætati atq; alienæ opis indignè aliquid uiatici prouideas, & apis aut formicæ in morem, æſtate hyemē cogitans, aliquot incertæ licet, & labilis uitæ dies, truci illi hærebo dedicaſti, & ſi graui diſcrimine res nō uacet, tamq; exigui & irreparabilis boni periculoſa ſit largita, poſſum tamē humanis moribus, poſſum ſpei credulæ ueniā non negare. At ſi perſeueraturus illic, tibi obitū ac ſepulchrū eligis, iā hinc inter mortuos ſepultosq; te numero. Quid ni enim amice, te defleā, eò profundius exanimēq; cōſpiciam, quò morte peior inutilis uita eſt. Mori enim oportet, male uiuere non oportet. Quid eſt aūt, q̄d de te tuisq; de ſtudijs audio? etſi non audiam uideo, his oculis, quib. ubicunq; ſim, tartareā illam urbem ſemper intueor. heu mihi, Cicero noſter, heu Maro, pro utriuſq; enim ſtyli bina acie, ſingulos eloquij duces alloquor, heu mihi, cui ceditis, non re quidē, ſed iudicio legentiū, iniquo & ſeu inuido, ſeu inepto ſæpè honeſtis laudibus aduerſante. Tanti ne igit̄ pecunia ulla eſt, aut ullus honos, ut tibi amicè ſcriptor ille ignobilis, cui nomen non feciſſe melius fuerit Tullio præferendus ac Virgilio uideatur, heu generoſa ingenia, heu laboris inclyti, glorioſæq; uigiliæ, huccine uiuendo peruentū eſt, ut uideā nos non plebeio quolibet, ſed hoc tali uiro iudice, illius literis ac proceſsibus poſthabendos? credo ego iam mūdi finem inſtare, crebeſcunt ecce prodigia, iam Antichriſtū aduentare, iam quod quidā ſuſpicati ſunt Neronem uiuere, audiemus & reliqua fieri, quæ illius turbinis futura præambula nobis à patrib. nunciatum eſt. Interea parumúe portenti, parumúe præſagij eſt, properatis ad extremum orbis, idiotam illū, quod tu legis, & ſufficiunt oculi tàm duro negocio, & Pierijs pratis ac fontibus aſſueta mens, per illius ſqualidas & arentes membranas nenijs occupatur anilibus? & Homerum Babylonicum contemplatur. ô rerum ſtatus inſtabilis, ô uertigo mirabilis ſtudiorum, neglectis ergo principibus eloquij, ſpretis Philoſophiæ præceptoribus cōtemptis, demum ueræ fidei ducibus, iter ad aſtra ſignātibus, uilis opifex lucelli in manibus eſt, cuius aſsidua lectio, quàm tibi caput obtundat ſentis expertus. mihi certè, nam memini, ſemel olim, in obiecta, ſic & cerebrum cōcuſsit, & ſtomachū ut quaſi triſtis pharmaci poculum hauſiſſem, diù ſapor ille faucib. hæſerit, & quicquid poſtea ſumptū eſſet, dulce quamuis ac ſapidū amareſceret, & quicquid per eos legerē dies, eiuſdē illius lectio uideretur donec nō unius ſomno, noctis obliuio, tædij illius ingeſta amarorq; ille digeſtus eſt. Neq; uerò negauerim eſſe utilem ſtylū, his quibus altius nō datur, nec ſum neſcius, in pretio hominem haberi, apud eos quos pecuniæ, non uirtutis aut gloriæ amor trahit. quæ in extimabilis turba eſt, ſed an tu ideò turbæ miſcendus, an quia clibanus uulgò utilis, clibanarius fiet Plato? ut rerum ſic intellectuum infinita uarietas eſt. & quanquam quod naturaliter malum eſt, per neminem benè fiat, multa tamen in ſe bona, per nonnullos ſeu malè ſeu turpiter fieri conſtat. eſt in modò rerum omnium, momenti plurimum, eſt in agentis moribus, in circunſtantijs negocij magna uis. non eſt turpe illa legere, quibuſdam fortaſsè etiam decorum, tibi certè non conuenit. nam ut quædam amiſiſſe lucrum, ſic quædam neſcire ſcientia eſt. non omnis ars omnibus pulchra eſt. Cauſidicus lites & forum quærit, plebs ludos & theatrum, ruſticus boues & raſtra, miles equos & arma, taberna caupo, fornicem leno, templum ſeruat edituus, arator ſtiuam, bellator gladium, nauta clauum & remos, ſtudioſus autem calamum uerſat ac libros. inque hoc ipſo tanta eſt difformitas, ut huius in gremio aptè ſedeat, is de quo loquor liber. illius ineptiſsimè fixæ ſunt rerum leges, nec facilè conuelluntur, quod ſi quando peruicacia mortalis præſumpſerit, eminet indecorum neſcio quid, quod non tàm promptè dici poteſt, quàm ab intelligente deprehenditur, inter humanos niſus indelebili naturæ ueſtigio ſuperante. Fruſtra uerò te uirum egregium & fatemur, & credimus, niſi è publico gregi te ſubtrahis. Multi ſunt illa in urbe, cuius tuus, & ſero quidem, & citro nimium factus es, qui ſcriptorem illum te lectore indignum auide legant, nec legiſſe dedeceat, quin & magnum quendam diuinumq; putent uirum, nempè qui quo illi ambiūt iter pādit, neq; ego

illuc

illuc aſpirantibus utilem nego. Sed te aliò pergere, tota fermè retroacta ætas iudicat. quo nũc abis ſiniſtrorſum? An te turbæ clamor ac ſignatior trames fallit, an ignoras nullum eſſe fragilius, quàm multitudinis argumentum, unam de me felicitatem quàm uoto quidem petunt omnes, rebus pauci, in reliquis propè omnibus inuenias, ut quæ plurimis placent, illa ſunt peſsima. Si fidem quæris, cogita quot uirtus amicos habeat, quot uoluptas, id ſi ad libros artiumq́ rerumq́ omnium ſtudia traxeris, uerum fiet. Sed iam ſatis innocentẽ hominem inſectatus dicar, neque uero ego, illum, ſed te arguo. fecit enim ille quod potuit, tu quod uis. Et puto memineris, ut me hortante, diſsimilis humilioribus ſtudijs, altum iter ingreſſus, quod unũ tibi familiariter imputare auſim, gloriam & rarum decus inueneris. Si mihi nunc ſpontè relaberis, urgente licet auaritia, mallem perpetuò tacuiſſes. omnis enim culpa eò grauior, quò culpæ fœdior cauſa eſt. quid ergo horter? abitum, nõ audeo, id quidem & ſi optimum erat, nunquam minor conſilij libertas fuit, quam ætate noſtra eſt. Amicus amico uerum dicere metuit, frater fratri, ſocer genero, uir uxori. Non poteſt à patre uerum filius audire. & quid multa, ueritas omnis iniuria eſt, omne conſilium offenſio, niſi animo conſonum audieris. ego uerò nihil tecum metuo, niſi fruſtra hortari: ita enim ſentio, facilius te frangi poſſe quàm flecti, id fortaſsis efficacius obſecrem, ita illic eſſe ut uelis, tanquàm qui amaro de carcere dulcem libertatem cogitat, aut per lubricum & obſcurum callem, gratum ſuſpirat hoſpitium. Et hoc unum præſtes mihi anxio, tuæq́ famæ perinde ſollicito, quaſi mea ſit, ne quando uel lucri ſtudium, te uirtutis, uel lectio utilis honeſtæ lectionis reddat immemorem. Vale diu fœlix.

Fran. Petrarcha Philippo Patriarchæ Hieroſolymitano, S.

Laudem in re qualibet ſuſpectam.

Sicut ingẽtia moneta uerbis minuit ingrata ſuperbia, ſic humilis gratitudo, parua etiam nititur augere munuſcula. hinc tu uitæ ſolitariæ libellum, ubi quod ſæpè dixi, nihil me iudice memorandum, nihil eſt nobile, præter tuum nomen, quem præterea, & ſi nobiliſsimus in ſe eſſet, & dilatio immodica, & petendi tædium ac faſtidium expectãdi, inuiſum facere potuiſſent, his præconijs laudum, hiſq́ actionibus gratiarum excipis, ut mirari cogar, notiſsimam licet humanitatem tuam, & amoris antiqui perpetuam, ac recentem ſemper, & quotidie nouam uim, uno tenore, cunctis meis in rebus tuos, in alijs utique lynceos oculos præſtringentem. illud miraculo additũ, quod & Pont. Max. & qui illi proximus gradu eſt Epiſcopũ Portuenſem, de libello illo loqui atq; eum dignanter expetere, & inſuper & Ebredunenſem Archiepiſcopum & Epiſcopum Vlyxbonenſem. quorũ primus, quanto ſit ingenio, iure me optimo teſtem facis, ſcio enim, ſecundum uerò non niſi per famam, & quibus credo omnia, per literas tuas noui, ambos doctrinæ uberrimæ altiſsimiq́ iudicij uiros, & legiſſe illum auidiſsimè, & de eo multa certatim honorificè locutos ſcribis. quid uis dicam. Efficies tu, facientq́ʒ illi, ut amare ipſe, quoq; rem meam incipiam quàm cõtempſi, nempè qua delectari tãta audiã ingenia, ſiamq; his ſtimulis, ad ſtudij mei curſum promptior, atq; ad alia ſcribenda flagrantior. Neq; uerò miraberis, & mihi euenire poſſe, quod Auguſtino accidit, qui de Libro quodam, quem ad Hierium Romanæ urbis Oratorem ſcripſerat, in confeſsionum libris ita commemorat. Et magnum enim quiddam, *inquit, mihi erat*, ſi ſermo meus, & ſtudia mea illi innoteſcerent, quæ ſi probaret flagrarem *magis*, ſi autem improbaret ſauciaretur cor uanum, & inanè ſoliditatis tuæ Deus. Non tamen laudibus ueſtris, eouſq; decipior, ut neſciam quis ego, quæue facultas mea eſt, & quod libri pondus quem laudatis, ſcio me totumq; quod dicitis, non mihi tribuo, nec ueſtro certè iuditio, ſed amori, itaque non hic ſiſto, quaſi magnum aliquid tibi, & quale tu prædicas deſtinari, ſed id cogito, quid nunc etiam te dignum, & tàm longi temporis aptum fœnus adijciam. Vale Ticini *VI.* Idus Auguſti.

FRAN-

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARUM DE REBUS SENILIbus, Liber VII.

FRAN. PETRARCHA URBANO V. PONT. MAX. S.

Vt Romam Eccleſiæ ſedem repetat, hortatur.

ALiquandiu Pater Beatiſsime, an aliquid tibi, ſeu quid ſcriberem dubius fui, hinc uulgari fama, hinc literis amicorum, de te multa & præclara narrantiũ excitabar. illius antè alios, qui de tàm multis, mihi penè unicum ſolatium remanſit, diu oculis ereptum, animo præſens ſemper, Philippi Patriarchæ Hieroſolymitani, qui ne ueterum ſtudioſum, noua ſineret ignorare, ſimul'ꝑ ut ſcribendi materiam glorioſam, atq; uberem ſtylo offerret, ſæpè per hoc tempus, de rebus tuis miriſq; inmodum laudibus tuorum, deq; Apoſtolici propoſiti ſanctitate, grauiſsimas ad me, nec minus feruentiſsimas ſcripſi Epiſtolas. Quibus, fateor, iam defeſſum tepentemq́; animum, uehementer accenderat, aderat hortatrix alia uetus, ſcilicet & præſcripta iam conſuetudo mea, ſcribendi, non tantum pari fiducia paruis ac magnis, ſed eò ſemper alacrius, quò maioribus ſim ſcripturus, à quibus & benè dictorum ampliorem gratiam, & errorum promptiorem ueniam ſperem. nempè ut liuidi deiectiq; animi, non ſolum alienis erroribus implacabiliter iraſcuntur, ſed alienis quoq; laudibus, hoſtiliter obſtrepunt, ſic ſereni, erecti, & laudib. gratulantur, & miſerentur erroribus. Ita uerò mihi perſuaſeram, neque opinione dimoueor, ei qui bona fide loqueretur, errorem imputari poſſe, non ſcelus, & reprehenſione fortaſsis, non ſupplicio neque odio dignum eſſe. Hæc me opinio, & hæc ſpes impulit, ut prædeceſſoribus tuis duobus, antè proximum RR. PP. quin & Romano Imperatori ac principibus & regibus terræ, ſæpè etiam ignotis ſcriberem, nec ſum ueritus, ne paruitatem meam illorum opprimeret magnitudo, non enim me maioribus cõferebam, neque æquabam uerbis, quos natura parens, aut fortuna tanto ſe creuerat interuallo, ſed ad obſequium ueritatis, uti ſpiritu libertatis non licitum modò, ſed debitum arbitrabar. Neque ipſe mihi, quodammodo uidebar loqui, mea fides, mea deuotio, meus amor Reip. loquebatur, itaq; & ad Benedictum *XII.* adoleſcens adhuc ſcripſi, & ad Clementem *VI.* medio iuuentæ, cur non tibi iam ſenex ſcriberem? Maior eſt fateor iuuentutis feruor & audacia, ſed maior auctoritas ac grauitas ſenectutis, maior quoque animus, quod mirum forſan quis dixerit, maiorq́ue ſecuritas. unde eſt reſponſum illud famoſiſsimum Solonis, quem cum Piſiſtratus Athenienſium tyrannus interrogaret? Qua fiducia ſibi tàm conſtanter obſiſteret, Senectute, inquit. Et illud Marci Caſtrucij, uerbo aliud, idem ſenſu, cui cum iratus Carbo Coſ. nomine, re tyrannus, inter minas diceret, multos ſe gladios habere. reſpondit: Et ego annos. quàm ſententioſe, quàm breuiter gladijs annos oppoſuit, quaſi annos homini noceri, ne gladijs quidem poſsit, & reuera quid metuat is, qui uitam ipſam, pro qua omnia hic timentur, à tergo habet? aut quid excipi poteſt, illi qui ſuum recepit, & in tuto poſuit? nec tempeſtas nautæ portum iam tenenti, nec grando implenti horrea nocet agricolæ. intrepidi fines rerum, meticuloſa principia eſſe ſolent, & omnino uitæ ſatietas, ſecuritas animi magna eſt. Mihi autem apud te ſummum culmen Eccleſiæ, non de mea ætate, ſed de tua humanitate fiducia naſcitur. Audio enim, te libenter audire, quæ uera ſunt, etſi acria ſint, falſa autem quamuis dulcia, aſpernari, neq; id mirum, ueritatis uiuæ uicarius es in terris. Si dominum tuum amas, quæ illius,

lius, quæue ab illo ſunt, amare omnia eſt neceſſe. omne autem uerum à ueritate, uerum eſſe ait Auguſtinus. Quibus ita ſe habentibus, quid me tacitum nunc uſq; tenuerit dicam, quod fortaſſe mirabere, omnes quidem qui de te mihi loquebātur, aut ſcribebant, ſed in primis tuus ille, tuarumq; præco ingens rerum Patriarcha, nil niſi de tuis ſummis & eximijs agebat laudibus, quàm tibi ſacer animus, quàm mēs uigil, quàm pium propoſitum, quàm feruens ſtudium literarum. quæ præteritorum memoria, quæ prouidentia futurorum, quàm altum lucidumq; ingenium, quàm ſuauis exundansq; facūdia. quis bonorum amor, quod malorum odium, quis iuſtitiæ cultus, quæ Eccleſiæ diſciplina. his horumq; ſimilibus plena erant omnia, quæcunq; ad aures ſiue oculos meos, amicorum lingua uel calamo ferebantur, ego inter ea dubius hærebā, ſciebam quidē generoſos animos, ad uirtutem, ueris atq; honeſtis laudibus, quaſi ad curſum equos egregios calcaribus excitari, quæ etſi neceſſaria non ſint, uel impigerrimis addita, proſunt ſæpè, naturæq; impetum uelocitatis exaggerāt, iuuabat occaſionem inueniſſe, qua humilitas mea, in commertium tàm excelſi ſermonis aſſurgeret, & loqui aliquid, de tàm lata & tàm læta materia delectabat, unum omnibus his obſtabat, quod ſummorum laus hominum, quamuis uera & ſincera, & de ore tamē humilium, uix ſine quadā blanditiarū ſuſpitione procederet. neu te aliquid celem, acceſsit & altera cauſa ſilentij. Obſeruator ſum, fateor, magnus illuſtriū, quorū ex actibus atq; exemplis pendere Remp. exiſtimo, te igit̄ obſeruabam, & qui à minimis tàm laudabiliter incepiſſes, quis eſſes in maximis expectabā, audiebam te prælatos Eccleſiarū, qui Romanā curiā frequentabant, ad ſedes proprias remiſiſſe, optime, inquā, ac magnificè. quid ineptius enim, quæſo, propiusq; naufragio eſt, quā ſi nautæ omnes, remis atq; rudentibus abiectis, relicta nauis prora, nudatisq; lateribus, graui faſce puppim premant, clàm rectorem, opportunè ambiant, ſuisq; muneribus deſertis, illius officium interpellent. audiebam te ambitioni antiquæ, quæ priorum licentia in immenſum creuit, frenum ponere, & ut uno aut paucis pro dignitate uirtutis ac ſcientiæ beneficijs contenta eſſet edicere, iuſtè inquam, grauiterque nam quid turpius, quàm unum aliquem, parta forſan fœdis artibus copia nauſeantem, cernère multis, hinc inde melioribus, penuria famæq; laborantibus? Audiebā circa habituum honeſtatem, multam te curam, multūq; ſtudium impēdere, laudabam. nam quis oculus pati poteſt hæc ludibria, quæ noſtra ætas infœlix ſibi finxit, dum formoſa uult uideri, manibus ſe deformans ſuis, at turpiſsimè dehoneſtans. Quæ ſtomachum monſtra hæc conſpecta non quatiant, cornuti calcei, pennati uertices, caudata cæſaries, & in tricam torta. frontes uirorum muliebriter diſcriminali eburneo ſulcatæ, laſciuioſa ueſtis uerecūdiæ inimica, uentres aſtricti fidiculis & afflicti, pro uanitate patiētibus miſeris, quod beati olim pro ueritate paſsi ſunt. Ad hæc curua iuuenum terga, ceruiciq; ſuperborum uultus, & accliues humeri, compulſaq; uiſcera ſub pectorum ſpecubus habitare. quod unum, an poſteritas credi tura ſit neſcio, patres noſtri ſi audiant profectò non crederent, nos hæc oculis omnia cernimus, & ſiquid præter hæc aliud fœdum, immanè, barbarū, ridiculum, uaga mens, in ſuum dedecus ingenioſa, uel didicit uel inuenit. quæ cum ubiq; uiſu turpia, tum uel maximè te ſpectante turpiſsima ſunt, honeſtisq; omnibus & benè moratis ingenijs deteſtanda. Tibi autem Apoſtolicæ morum cenſor, edictis ac legibus caſtiganda præcipuè, & comprimenda, parte caſtigata, ut perhibent & compreſſa. Quod utinam facere potuiſſes, & feciſſes, toto orbe terrarū, aut ſaltem in Italia, ubi has inſanias, eò mœſtius fero, quò magis à patrio ritu, & togatæ gentis grauitate diſſentiunt, & eouſq; degenerant, ut nonnunquam inuidioſa mihi, his ſpectaculis carens cæcitas, uideri ſoleat. Audiebam præterea ſingularem illam tuam curam, paternamq; ſollicitudinē, circa Bononienſe ſtudium, quanta nulli unq; Pontificū fuiſſet, aut principū, quib. quātisq; priuilegijs, qua magnificētia, qua pietate illud longis ac iugibus bellorum turbinibus, quaſſatū ſtratūq; erigis, & antiquam illi non modò reſtituis, ſed ſiqua fors fauerit amplificas etiā dignitatem. & hoc quoq; te dignum, tibiq; debitum cenſebam, nam quis alius ſtudiorū omniū, ſed præſertim iuris, matrē ac nutricē urbē adiuuet, ac reformet, quàm is qui utriuſq; iuris periti ſsimus, alterius artifex & cōditor, & interpres unicus haberet̄, aut quis alius, q̄ tu huic literarū ruinæ ſubijcere humeros, aut uellet

aut poſ·

aut poſſet: in quo ſi neſcis pluſculũ, quã quod agere uiſus es, egiſti, ſiquidem ſpẽ ingentem nobis omnibus pbuiſti, nõ te Italiam negligere, cuius urbẽ unam, tanta clementia, tantisq; fauoribus proſequaris. Audiebam deniq; te licentiam peſtilentẽ, ſalubri falce rigoris equiſſimi præcidiſſe, illam dico, quæ ſcœleſtes homines, grauiſsimis facinoribus perpetratis, ad Cardinalium domos fugere ſolitos, legum nodis ac digno ſupplicio eximebat. & hoc ipſum ſingulari laude dignum, maximeq; tuum iudicabã, ab illius ſcilicet uicario, qui Sol iuſtitiæ uerus eſt defenſam, & in ſuũ ius repoſitam eſſe iuſtitiã, peſsimamq; cõſuetudinem, qua nihil infeſtius eſt uirtuti, tuis uel abſciſſam manibus, uel conuulſam, nec iam amplius ut ſolebat apud exemplares iuſtitiæ magiſtros, iniuſtitiæ refugium aſylumq; nequitiæ reperiri. Talia multa de te audiẽs. & auditis lætus, & natura pronus ad calamum, hærebam tamẽ incertusq; animi, operiensq; rei exitum, & quamuis difficilè ſilentium eligebam, ueritus ne mihi forſan accideret in maximo hominũ, quod in magnis accidiſſe memineram, ut eum ualdè laudarem, quẽ urgente uerò eſſem aliquando reprehenſurus. quodque emptoribus inconſultis euenit, ut dum equos inſpiciunt curtis auribus, & uiuacibus oculis, & læta facie delectati, nec ſoliditatem pedum, nec crurium tergiq; robur examinent, neq; dum formæ inhiãt, uim attẽdant, primo quadrupes pulcher aſpectu, quàm ſcilicet par labori, quàm bello idoneus, quàm ſit aptus itineri, quàm curſui promptus aut ſaluti, idem mihi tuis in laudibus eueniret, ut minoribus commendatis, in magnis offenderer, & illuſus, non alium quàm meipſum leuitatis arguerem. Inconſtantia ſiquidem, naturalis in puero eſt, in ſene ridiculoſa, turpe ſeni eſt dicere, cuius mox contrarium ſit dicturus, hæc loquendi ſcribendiq; auidum me frenabant, cogitantem eſſe aliquos, multis paruis in rebus, uſque ad ſtuporem agiles & expertos, quos ſi ad unum ſummum optimum neceſſarium reſtrinxeris, nil indoctius dicas, nil ſibi diſsimilius, nilq; difformius, ut qui magni eſſe, & ſcire omnia uidebantur, ſubitò nihil ſint, penitus nihil ſciant. Animaduerti perſæpè eſſe homines de ſcientijs, de artibus, deque actibus hominum carptim mirabilia fabulantes, iube illos perpetuum aliquid loqui, perfectumq; aliquid agere, exempli cauſa, illius in qua ſe oſtentabant, ſine ſcientiæ ſine artis archana pandere, quodq; eſt maius, non de arte loqui, ſed ſecũdum artem operari, & aut libros ſcribere, aut bellicum aliquod, ſeu ciuile negotium exercere, utrobiq; deficient, ignorantiam in ſermone, in actione uel tirium, uel inexperientiam detegentes. hos defloratores, uerius q; deformatores rerũ dicimus; qui medullæ inſcij, quibuſdam floſculis caducis ac leuibus exornantur, illis ſimiles. qui in ludo quem latruncularium ueteres dixêre, tendiculas tractatuſque aliquos norunt, quos partitos uocant, ordinarij ſeriem certaminis neſcientes. non ſunt autẽ magni uiri habendi, qui in re qualibet, & ſi multa didicerint, & multa geſſerint, ſummam ſui cauſam officij, uel negligant uel ignorant: nam qualis obſecro habendus eſt belli dux, quamuis formoſus, quanquam eloquens, ac multa de armis ac bellis fandi gnarus, quamuis equitandi doctus, & magnarum uirium, ſi improuide ducit exercitum, ſi locum temerè caſtris capit, inconſulteq; aciem dirigit, diſponitq; præſidia, deniq; ſi aut uictus rebus extremis, ægrè conſulit, aut uictor uictoria uti neſcit, hæ ſunt enim artes ducum, ſuperiora autem illa ornamenta, itaque ſine illis dux optimus eſſe poteſt, ſine his autem ne Dux quidem. Da mihi rectorẽ nauigij expeditum, ac robuſtum, patientem inediæ, ac laboris, quodq; eſt illius, æquorei tædij ſolamẽ dulciter canentem, ac loquentẽ, ſi clauũ regere, & ſi uela flectere, ſi remiges moderari, ſcopulos declinare, procellas euadere, littora noſcere, loca diſcernere, portum petere neſcit, nauta forſitan dici poterit, non magiſter. Mille ſunt talia, noſti omnia, deq; his paucis, quid in reliquis ſentiendum ſit intelligis, ſunt quos natura aut fortuna, ſeu quod eſt uerius Deus ipſe, naturæ fortunæque dominus, ad ſummam rerum creando diſpoſuit. Inter quos duo ſunt omnium ſupremi Rom. Pont. & Romanus Imperator. & illi quidem, ego ab initio prorſus incognitus, poſtmodũ uerò familiariſsimus effectus, dixi ſæpè & ſcripſi, quod eum pro uirili parte cõtingere uiſum fuit, ipſe mihi eſt teſtis, quib. à me ſtimulis, quotiẽs ſit excitus, erectus, impulſus, increpitus. Quæ licet mei forſitan officij non eſſent, niſi quod prætermiſſa maioribus, & utilia omnib. à quolibet potius, quã à nemine dici ſatius uidebat. Ego tamẽ

non

non fortunam meam metiens,ſed fidem mihi licitum,meq; dignum ratus ſum,in tanto pu
blico naufragio,uocem tollere,& ſi non omnium periculis ſuccurſuram,meos tamen an-
gores,meaſq; moleſtias lenituram,nulloq; hominum hoc ſibi officium aſſumente mini-
mus omnium,ſed ut puto charitate,non ultimus,flendo & clamando, quando aliter nõ da
batur,ſolus pro deſerta Rep.partes feci,uel dolori meo conſulẽs,ut dixi,uel ſi piã intentio.
nem diuinitas adiuuiſſet,& publico cõſulturus.Sæpè enim ſtatui,plurimorũ uox una con-
ſuluit,neq; auctor uocis,ſed uox ipſa mouit animos,ſuamq; uim latenter exercuit. Sic ne
exemplis inhæream,una Centurionis uox fortuita nutans,tunc Romanum ſtabiliuit impe
rium,una uox infantis in popolo audita Ambroſiũ fecit Epiſcopum,quæ res, & illius ur-
bis requies fuit,& occidẽtalium ſalus Eccleſiarũ. Nouit ille ſupernus rerum cognitor, ex i
ore etiam pectoris dicere uerbum bonum,penetrabile,potens,efficax. quid uiſcita meum
duxi,tacitus ne dicam mutis omnibus,Principem Romanum uel reprehendere, uel horta
ri,ut nephas mihi,nec infamia cariturum crederem,tacuiſſe. elegi ergo,ut eũ potius quàm
me,hoc eſt illius tarditatem,quàm meum ſilentiũ poſteritas accuſaret.ſed mitiſsimus prin
cipum, quàm lætè,quàm leniter,quàm benignè,neq; aliter,quàm reliquí adulantium lau-
des,& blanditias ipſe meas increpationes ſemper acceperit,multis atq; honorificis rerũ ac
uerborum inditijs declarauit. Et hæc quidem ego hactenus cum illo,Romanæ urbis, Ro-
maniq; orbis altero lumine,tecum nihil adhuc,metuens ut dixi laudare in paruis,quamuis
laude dignis,quem mox in maximis non laudarem. In quibus ſi te ritè ageres,tunc fateor,
& parua ſimul & magna celebrare decreuerã, totũq; hoc quantulumcunq; eſt ingenium,
& hunc ſtylum,& has uitæ reliquias dedicare tuis laudibus, nec uirtutem tuam illaudatã
pati,cum tot laudatores priſca uirtus inuenerit,& ſi enim tantæ rei imparem eſſe, me neſci
us non eſſem,ſæpè tamen paruis excurſionibus ingentia prælia,ſæpè magnas paruis princi
pijs res effectas audieram,legeramq;, nec me duce,in tuũ quoq; præconium excitari,poſ-
ſe,magna quædam ingenia diffidebam,& iuuabat in hac acie,licet meritis ultimũ primum
numero eſſe. Hæc cogitans,toto te triennio expectaui. iamq; ut uides, quartus annus cir
cumuoluitur,dum dies tranſeunt,& fit nihil eorum dico,quæ ut maxima atq; optima,ſic &
prima eſſe debuerant. dicebam mecum, & cum alijs dicebam, paſtor noſter,illius exem-
plo,cuius gregem paſcit omnia benè fecit,unum & id quidem ſummum, ac præcipuum
differt. gregem ipſum ad ſuum proprium,& antiquũ ouile reducere. neq; id ſponte,ſed coa
ctus ipſa magnitudine rerũ facit. Aſſueuit grex externis paſcuis,herbiſq; paluſtribus, ijſq;
iam tanta cum uoluptate fruitur,ut ſalubrium immemor ſit herbarum, habet conſuetudo
longior uiſcum tenax,& perplexos laqueos,quos abrumpere dubium, abſoluere opero-
ſum ſit,his illa nunc ſacra mens curis exercita,nondum executione incipit,quod iam inten
tione perficit,citò exigui cogitatus prodeunt in actum,ac magnarũ rerum apparatus, ma
gni etiam ſint oportet. inter deliberationem enim, & rem ipſam, magnus quidam mons
ut dici ſolet eſt medius, cui exuperando & intentione animi & labore eſt opus tempore.
Hæc dicebam,ſic credebam,ſic diffidentibus reſpondebam,qui nunc à me promiſſi mei fi-
dem exigunt,nec quibus hanc uija expediã inuenio,itaq; quando mihi ſpem,qua deſideri-
um leniebant,nõ tu quidẽ,ſed res eripit,nec me amplius,nec alios fallere, neq; Sanctitati
tuæ ſubtrahere aliqd eſt animus,eorũ omniũ, quæ ad aurẽ cordis mihi loquit̃ fides mea. ita
uerò ea,quæ cum reuerentia,qua illũ,cuius inter homines locum tenes, te nunc alloquor,
tibiq; pronuncio,ut iam hinc ad patientiã inclines animũ,& aures potentiũ, more blãditijs
aſſuetas, reprehenſionibus iuſtis, ut puto, licet iniuſto peccatoris ab ore uenientibus, pa-
rumper accommodes. Totus penè orbis ſumme patrum, qui Chriſtianus eſt,uno tibi nũc
ore blanditur,ſi tua illa uera eſt,quæ fertur integritas,euenturum ſpero,ut inter tot adulato
res non patienter modò,ſed letè unum audias reprehenſorem,& fortè aliquid plus minus
ue quàm deceat audieris,fidem laudes,ignorantiam excuſes,hac ſpe fretus incipio. Cun-
cta quidem apud Auinionem proſperè, magno cuncta conſilio geruntur, dixi iam, lau-
do. ſic te decet,ut ubicunq; fueris,benè ac fœliciter uniuerſa ſuccedant,& præſentiã tuam
uirtus ac proſperitas comitentur,ſed dic oro,quid agit interim ſponſa tua? quo cõſule reget

tur?

tur? quo duce defenditur? quibus comitibus conſolatur? reſpondebis immò non tu quidē qui interrogationem meā, non dubito placatus atque æquanimis accipis, ſed aliquis unus minor, & impatientior reſpōdebit. Tu Romano Pontifici legem ponis, aut unam illi ſpōſa tribuis, cui ſponſa eſt, non ea ſola quam intelligis, ſed uniuerſalis Eccleſia, ubicunque ille ſibi morā eligit, illic ſponſa, illic ſedes propria ſua eſt. non inficior Pater Beatiſsime, neq; anguſto tibi ſedem tuam, quam libenter extenderem, ſi in me eſſet, oceaniq; littoribus undique terminarem, utinamq; tàm latè hodie coleretur CHRISTI nomen, quàm latè olim cultum fuiſſe multus quidem, ſed in primis hinc Ambroſio, hinc Auguſtino teſte cognouimus, qui iiſdem penè uerbis latiores Chriſtianæ religionis, quàm Romani imperij fines locant, quod ſi ut ſonat, nec deuotè magis quàm hiſtoricæ dictum credimus, mutationem rerum maximam, ac flebilem quis non uidet? certè enim id ſi nunc quoque uerum foret, ſedes ac poſſeſsio tua eſſet mare, & plenitudo eius orbis terrarum, & uniuerſi qui habitant in eo. ſed non ita eſt, CHRISTVS enim, ut cœli ſit maris terræquè dominus & creator, idem ipſe eſt, & unò ſemper tenore diues permanet, nos peccatis promerētibus, pauperes facti ſumus nimis, & ad hunc angulum occidentis arctati, quem ipſum infideliū inſultus, hinc atq; hinc quatiunt & infeſtant, adhuc tamen ubicūq; ritè colitur CHRISTI nomen, illic ſedem tuam eſſe nec nego. nec dubito, illud mihi non negetur, quod inter omnes alias, ſingulare tecum aliquid, immò quàmplurimum habeat urbs Roma, Cæteræ enim omnes ſuos habent ſponſos, tibi quidem uni ſubditos, ſed ſuis Eccleſijs præſidentes, illa uerò nullum habet niſi te, itaq; ſummus in reliquis, in Romana urbe ſolus es, Pōtifex, ſolus ſpōſus. De illa tua igitur, nec alterius ſponſam nexu coniugij ſpiritalis te interrogo, qd nūc agit? quo in ſtatu eſt? quaue in ſpe? ſi tu taces, ipſe mihi reſpōdebo. Aegra, inops, uidua, miſerabilis, ſola eſt, & ueſtē uiduitatis induta, diebus. ac noctib. flēs, Propheticum illud canit: Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo, facta eſt, quaſi uidua domina gentium, princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. totumquè per ordinem à principio in finem flebile illud carmen ingeminat, illic uerò mœſtius fracta uoce, ſingultibus feſſa ſubſiſtit, ubi ſcriptum eſt: Non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis eius, omnes amici eius ſpreuerunt eam, & facti ſunt ei inimici. Et iterum: Idcirco ego plorans & oculus meus deducens aquam, quia longè factus eſt à me conſolator, conuertens animam meam, hic, inquam, illa profundius ſuſpirat te ſignificans, nam quis alius conſolator? quis, conuertere animam ſuam, potens niſi tu? cui & prompta remedia, & ſponſæ neceſsitates, ac miſeriæ notæ omnes? & ſiquid fortè notitiæ defuerit, ſcito, quoniam te abſente abeſt requies, pax exulat, bella aſſunt, & ciuilia & externa, iacent domus, labant mœnia, templa ruunt, ſacra pereunt, calcātur leges, iuſtitia uim patitur, luget atq; ullulat plebs infœlix, tuumq; nomen altis uocibus inuocat, neque tu illam audis, neque malorum piget, miſeretq; tantorum, neque uenerabilis ſponſæ pias lachrymas uides, teque illi debitum reſtituis. Qui ut alijs minus dignis ac minus egentibus ſuos redderes, curiam tuam prouidentiſsime uacuaſti, ita populus quilibet ſuum habet Epiſcopum P. R. ſuum pontificem non habebit, & paruæ urbes, ſuorum in amplexibus requieſcent. Regina urbium ſemper uidua erit? quodq; uiduitate peius dixerim, ſponſum ſuum ſemper, cum alijs habitātem, captumquè peregrinis amoribus audiet, nec tenere illum poterit nec uidere. qui ſui præſentia, ſe & illam glorioſos faceret ac fœlices. Sed quo animo, da quæſo miſericors pater temerariæ deuotioni meæ ueniam, quo, inquam, animo tu ad ripam Rhodani ſub auratis tectorum laquearibus ſomnum capis, & Lateranum humi iacet, & Eccleſiarum mater omnium tecto carens, & uentis patet ac pluuijs, & Petri ac Pauli ſanctiſsimæ domus tremunt, & Apoſtolorum quæ nunc ædes fuerat, iam ruina eſt informiſq; lapidum aceruus, lapideis quoq; pectoribus, ſuſpiria extorquens. ſi reſponſum ad hæc omnia non meretur humilitas mea, an nō ſaltē Aggeo Prophetæ, immò Sācto ſpiritui per illius os loquēti reſpōdebitis, tu & fratres tui, quidue omnino reſpondere poteritis? Nunquid tempus inquit, eſt uobis, ut habitetis in domib. laqueatis, & iſta domus deſerta? nota ſunt, & terribilia quæ ſequuntur illud in primis, quia domus mea deſerta eſt, & uos feſtinatis unuſquiſq; in do-

Ss mum

mum ſuam. cogita, oro, hæc & tecum cogitent, quos iſta magis etiam quàm te tangit, non
quia in omni plurium delicto, nō ſit culpa grauior maioris, ſed quia illi Dominicæ domus
obliti in domibus quiſq; ſuis diutius feſtinarunt. Heu mihi, nam loquendo creſcit do
lor meus, tractataq; uulnera recrudeſcūt, famoſiſsimus ergo, atq; altiſsimus catholicæ fidei
uertex, nutat, & tu ſummus ſpeculator, domus Iſraël ac dominicæ turris excubitor, ad
Rhodani ripam ſedes, nec te magnopere indigentis, et magnæ aliorum indigētiæ uehemen
ter obſtantis. nec te ſaltem in ſilentio increpat, nō impoſitum tibi, ſed aſſumptum nomen.
Quomodo enim quæſo, & urbanus diceris, & nominis huius originem Vrbem fugis: ac
qui mihi, & multis nomen aliud ſpem eximiam tui dedit aduentus, nam neq; aliud tua ſan
ctitas ac ſpectata religio promittebat. cui acceſſerat iugis ſermo tuus & familiare colloqui
um, cuius ut fides conſtet, ualde tibi meo iuditio prouidendum eſt, ne ſi in ſeria & maxi-
ma promiſsione fefelleris, nemo tibi credit in paruis. Eſt autem ſermo, & colloquiū, quo
tibi ſemper in ore Roma eſſe dicitur. Semper te uerbo iter illud optare, ſæpe etiam pollice
ri, & ſæpius ex te auditum, nunquam te animo quieturum, donec tuo cum grege Romæ
fueris, & huic ſancto propoſito, pijsq; ſermonibus aderit illa quam dixi conuenientiſsimi
nominis. nō caſualis electio. Nam quis Almam ſacroſanctam Vrbem melius reſtitueret,
quàm Vrbanus: dicam quod multis fortè diſpliceat, dicam, tamen, tibi enim & ueri amato
ribus placiturum ſpero, maior hinc tibi ac perenni perennior quærebatur gloria, quàm ex
omnibus quæ ad Rhodanum noſtra ætate, immò omnibus ſæculis geſta ſunt. ſæpe locus
famam adiuuat, longius proſpicitur quod in alto ſit. Atque ut ſi eam mundi gloriam, quā
licet dulcem & multis optabilem, poteſt inflexibilis & inuicti animi tui ſublimis humilitas
non curare, quanti hoc demum meriti apud CHRISTVM teris, Eccleſiam eius, diù uagā,
ibi repoſuiſſe, ubi ille eam poſuit, cuius prouidentia ſicut ſcriptum eſt, in ſui diſpoſitione
non fallitur, quiq; ſi expediens fuiſſet, cur non illam ad Rhodanum poſuiſſet, ſed conſulto
locus inſignior eſt electus, ut ubi terreni caput imperij fuerat, illic cœleſtis imperij ſedes eſ-
ſet in terris, fide ſolita, & ſanctitate humili fundata, & Apoſtolorum ſacris ac martyrum
compacta cruoribus. Hoc diuinum opus mutare non debuit, humana præſumptio, ſed
mutauit, tuum eſt ſi neſcis, nec alterius, in ſuum locum conuulſa reponere. fuerunt & illorū
quinque fateor, qui te ex ordine præceſſerunt, nulli tamen adeò debitum, nulli tam
impiè neglectum atque diſſimulatum, ſi negligis ac diſſimulas ut cœpiſti. optarē maximè
hac in parte uerborum talem mihi Tulliani uenam fontis obtigiſſe, ut conceptum meum
qualis eſt, in tuum animum fando transfunderem. dicam tamen ut potero, & quod ſtylo
meo defuerit, tuo ſupplebitur intellectu. Attendiſti acriter, certus ſum, ſeruasq; memoriter,
quibus uijs ad hoc culmen aſcenderis, neque enim in Deum fas eſt ingratū ſuſpicari eum,
qui gratiſſimus in homines ſis. Non eſt quidem poteſtas niſi à Deo. non mentitur Apo-
ſtolus qui hoc ait. uerum hæc poteſtas, quæ aliunde utique non eſt, aliter atque aliter hinc
eſt. ſæpe enim diuina ſapiētia ad ſuæ uoluntatis effectum, humanis actibus utitur, ſucceſſio
ne, electione, donatione, acquiſitione, & ſiqui alij ſunt modi, quibus homines ad aliquā po
teſtatem perueniunt. Vbi humanorum actuum ueſtigia atque effectus apparent, uo-
lūtas ac diſpoſitio Dei latet, doctis tamē ac fidelibus non ignota. & hoc calle, ad Papatum,
ante te noſtra memoria peruenerunt omnes. Eſt ubi ipſa Dei uoluntas tam; euidenter
emineat, ut lippis quoque cæcisq; etiam nota ſit. ſic ſe Deus per ſeipſum, ſine medio uelle
aliquid oſtendit, ut nullæ ibi partes hominum uideantur, quorum linguis aut manib. pro
organo quodam inſtrumentoque utitur, illis ipſis, quid per eos fiat ignorantibus, factum-
que mirantibus ac fortaſsè dolentibus. Hoc tu noſtra ætate ſolus tramite conſcendiſti, ne
mo te fallat Pater prudentiſsime, nemo tibi perſuadeat, eſſe aliquem tuorum Cardinaliū,
qui uel ſemel unquam cogitauerit te ad Papatum, non dicam promouere. ſed poſcere. ſi-
quis fortè tibi aliud inſuſurrat, uerba dat. te ſibi mendacio obligatum cupit. Deus te pro
fectò, deus inquam, ſolus et nemo mortalium elegit, linguis licet illorum ut dixi uſus, quas
ad aliud diſpoſitas, ad ſuum uertit obſequium, quodq; ipſe uolebat, dictu mirabile, peruo
lētes fecit. hoc ubi acutiſsimo hominum, quomodo reat incognitum, quod nemò ferè uu

garium

garium ignorauit. ſed ſi nunc etiam notius fieri uis quorum electus es uocibus, mores atq; animos tibi notiſſimos contemplare. Pone ante oculos faſtum illum, nuſquam tanta rerum ſuarũ extimatio, parq; contemptus alienarum, alto loco aſſueti omnes, ad ſummum ſinguli aſpirant quo uix eſt, qui alium quàm ſe unum dignum cenſeat, ſe quoniam nominare alios eſt neceſſe, quiſq; ſe cogitans alium nominat, uiciſſim ab alijs nominandus ita ne que ſe quiſquã nominare poteſt, neq; aliũ uult, niſi ex eodẽ numero, unde tãti beneficij ui cem ſperet. quando ergo illi hoc indicio & his moribus, quamuis uita conſpicuum, literis excellentem, humilis abbatem Cœnobij nominaſſent, aut tantæ rei idoneum iudicaſſent, aut quomodo illis in animum ueniſſet, quod ſibi quiſq; ſuis optabat, exteris dare, ſeu quem ex alto deſpicerent, ſupra ſe cernere, ſeu quo miniſtro uſi eſſent dominum habere. Audacter forſan, ſed ni fallor uerè dixerim, nunquam quo ſunt animo, tale aliquid ſponte pati, ne dicam facere potuiſſent. Non refert autem quid homines uelint: ſed quid Deus, is te uerò non alium uolebat, conſiliũq; ſuum ultrò non conſenſuris occultabat, quibus ſcrutinia profunda uerſantibus, ſic clanculum tuum nomen inſeruit, ut ex toto nominib. Romano cardine fulgidis, cum ſolus abbas Maſſiliæ ſonuiſſet, dolor & timor malos, gaudium & ſpes bonos, admiratio ac ſtupor omnes arriperet. omnes tamen una uoce, uarijs licet affectibus, in laudem Dei qui facit mirabilia magna ſolus, ſtupentia ore reſoluerent. & ſi tanta de re ſententiam meam uis audire, quantum ſeu ſolem ueſpertilio, ſeu peccator homuncio diuinum conſilium intueri poteſt, dicam quando inde diſceſſerit quod tunc audientibus multis inſignibus uiris dixi, quàm uerè autem in tua ſitum manu eſt. quamuis ſi effectus non ſequitur, quẽ prædixi & credidi, de diuina tamen diſpoſitione ſententiã illam meam amplectar ac teneam, quæ talis eſt. Incipit, credo, CHRISTVS Deus noſter ſuorum fidelium miſereri, uult ut arbitror finẽ malis imponere, quæ multa per hos annos uidimus, uult pro aurei ſæculi principio Eccleſiam ſuam, quam uagari propter culpas hominum diù ſinit, ad antiquas & proprias ſedes ſuas, & priſcæ fidei ſtatũ reuocare. quod ſi omnino uoluerit, nec multis humano more conſilijs, nec magno niſu, aut longi ſpatio temporis ad agendum indiget, cui ut ſcimus actionis infinita facilitas eſt, nec curiam modò, ſed ſaxum illud graue, hiſpidum cui inſiſtit Auinio, nutu fontis, dicto citiùs, quo libuerit transferendi. Nempe cum nõ ſolus ipſe, ſed in ſe credẽtes, id poſſint ſi, ut ſcriptum eſt, ſicut granum ſinapis habuerint fidem. Ipſe uerò q̃ue apertis miraculis decretum ſuum implere diſpoſuit, quanq; per hominẽ tranſportari permiſit, per hominẽ reportare. Ad hoc opus ſanctũ, piũ, utile hominibus, Deo gratũ, tu ex hominib. prælectus, ſi domini uoluntatẽ negligis, quam ſis illi negligẽtiæ rationem redditurus? & quoniam quod fiendum ille ſtatuit, fieri oportet, cur per alium, quàm per te fieri malis, & quod Traiano olim principi dixiſſe fertur, anus illa miſerabilis, q̃d ſucceſſoris tui uirtus tuæ gloriæ collatura ſit cogita. Scio q; me intelligis, nec aliquid dico, quod non ſæpe ruminaueris, tecun q; tractaueris, ea mihi tui ingenij, tuæq́ue ſanctitatis opinio eſt. quia tamen non omnes ingenio tuo ſunt, propter tardiores ſi fortaſsis hæc audiant, loqui apertius eſt neceſſe. Erat igitur ad hoc opus eligendus aliquis, cui & ingenium, & uirtus, & experientia rerum eſſet, & ſuper omnia rarum bonum animi libertas. cur ſi quæris, breuibus accipe omnes fermè qui prædeceſſoribus tuis fuerunt, tibiq; ſunt conſultores tenendi, in partibus illis Eccleſiam, horum aliquo lapſi ſunt. Quidam hebetiore ingenio nequierunt quid in rebus optimum eſſet eligere, quos non uenia tantum, ſed miſericordia dignos dico. alij uerò animi pollentes acumine, ſed uirtutis inopiam patientes, & paſsionibus uicti, uel Italiæ indigno quodam odio, uel quadam ſoli natalis effœminata dulcedine, non tàm rationi quã affectibus obſequentes, & priuatam uoluptatem bono publico præferentes, ſuaſerunt uerbo, cuius contrarium animo ſentiebant. quidam nec ingenio malo, nec uerſa uoluntate, ſed uel inexperientia uel ætate decepti, nihil Veneſino maius habere Eccleſiam crediderũt. fuerunt in hoc numero, quos percepi dicere & Italiam extra orbẽ eſſe, & æquor innauigabile, & alpes imperuias opinari, cum & utrunque iter amœniſsimum & Italia iuxta ſit. quibuſdam ſenſi aërem, aquas, uina, cibos eſſe ſuſpectos, quæ ſuſpicio ceſſaret, ſi aut his unquàm uſi eſſent, aut Italicam coe

 litem-

li temperiem, ac ſuauitatem & quæ timent omnia, apud probatiſsimos auctorum, non magis Italos quàm externos laudata ſemper atq; omnibus prælata didiciſſent. hoc loco aliqua mihi ad memoriam redeunt, parua quidem in ſe, ſed ad probandum quod loquor non inefficacia. Cum enim Benedicto XII. Vulſinij lacus anguillæ miræ magnitudinis, & ſaporis inſoliti miſſæ eſſent, & ipſe admirans eas, inter Cardinales diuidi iuſsiſſet, exigua ſibi parte ſeruata, non multis poſt diebus, dum ad eum ex more conueniſſent, earundem mentione orta ut erat, iocoſus in ſermone. Si prægustaſſem, inquit, ſciuiſſemq; quales erant, nõ fuiſſem tàm largus diſtributor, ſed nunquam credidi tale aliquid naſci poſſe in Italia. quo dicto Ioannes de Columna Cardinalis ſemper mihi reuerenti ſuſpirio memorandus, ſub quo illis in locis adoleſcentiam totam egi, uultu motus, atq; animo, erat enim colore nobilis, & qui nihil uel uiſu fœtidum, uel auditu abſonum, pati poſſet, ſubitò ſic exarſit ut diceret, Mirari ſe quid ita uir doctus, qui tàm multa legiſſet, excellentem cunctis in rebus Italiam ignoraret. inde autem, dum poſt annos ſuper rebus Italicis, pro quibus ab Italia miſſus eram, Clementem VI. alloquerer, neq; ei quod uolebam ſatis imprimerem, dixi inter uerba, Magno Italos emptum pretio optare, ut Italiam noſcet, ſicut Galliam nouerat, atq; Britanniam. intellexit uir ingenioſiſsimus quid uellem, idemquè ſe optare reſpondit. & nimirum, ſi ut ait Ariſtoteles, unusquiſque iudicat benè, quæ cognoſcit, & horum eſt bonus iudex, ſecundum unumquodque genus eruditus. quid iudicare alto licet ingenio, poteſt quiſquam de rebus incognitis, nam quod idem addit, ſimpliciter autem qui circa omnia eruditus, uerum eſſet, ſiquis in omnibus eruditus inueniretur. qui ubi nam mihi ſit quærendus ignoro, graue eſt ergo, & periculoſum atq; infauſti exitus, earum de quibus ſis iudicaturus rerum experientiam, non habere. quæ præſertim experiendo, nec aliter benè diſcuntur, qualia ſunt documenta Politicæ totaquè pars illa Philoſophiæ, quæ de humanis eſt moribus, ubi inefficaciter inexpertos niti nouimus. Quantam uerò non tu quidem, qui longo & quotidiano rerum uſu, ſic Italiam, quaſi tuam propriam domum noſti, ſed tuorum multi Cardinalium in rebus Italicis, de quibus iudicare habent, huius experientiæ penuriam patiantur, iudicem non alium quàm te uelim, itaque non miror, ſi interdum in noſtrarum iuditio rerum errant. Mirarer potius niſi errarent, inexperti autem expertis & ubi ante alios credere debuiſſent, falſamq; ipſam opinionem excuſſe, qua ſibi Italiam, ceu deſertum aliquod mente finxerunt, immanemquè atque inhoſpitam regionem. puderet inueterati erroris, certus ſum, modo, uel ſemel quas deſpiciunt, uel oderunt terra, oculis aſpexiſſent. Profectò enim de locorum ſpecie neminem dubitare arbitrer, niſi uel ignorantia rerum uel inuidia, uel obſtinatione animi cæcus ſit. nihil omnino ſub aſtris Italiæ comparandum, pace omnium gentium dixerim ac terrarum, ut proteſtationem illam tecum repetam, qua cum noſtro hoc Cæſare uſus ſum. Sentio me quidem, in hac narrationis parte ſuſpectum, ſed non tantus eſt patriæ, quin maior eſſe debeat, maiorquè ſit amor ueri, dabo tamen ſi expediat teſtes magnos, quibus non credere pudor ipſe prohibeat. Sed quid apud te opus eſt teſtibus, quem unum teſtem ego, negantibus ſim daturus, addam tamen alium teſtem, uiuum quoque, & alienigenam, & præclarum Guidonem Portuenſem, quem memini, & ipſe etiam puto meminerit, anno Iubileo, ab illa ſua glorioſa legatione redeuntem, dum iter ſuum innata mihi ad illum deuotione proſequerer, et ad Benacum Venetiæ lacum nobiliſsimum ueniſſemus, atque ipſe non ſuorum modò, ſed Italicorum procerum, atque equitum turba ingenti circunſeptus, ſupra quendam herboſæ telluris tumulum conſtitiſſet, ut eſt ingenio agilis, & eloquio facilis ac iucundus, alpes ad dexteram niuoſas, æſtate media, & profundiſsimi lacus æſtum, æquoreo parem, ante retroq; colles exiguos. ad læuam uerò uberem letamquè planitiem diù oculis metiētem, ad poſtremum me nominatim euocaſſe, ac dixiſſe cunctis audientibus. Planè, fateor, uos pulchriorem multoquè meliorem, quàm nos patriam habere dumquè me confeſſio tàm clara lætum cerneret, eamq; non nutu ſolum ſed uerbis & plauſibus approbantem addidiſſe. At nos tranquilliorem uobis ſtatum habemus regimurq; quietius. dumquè hoc dicto, quaſi uictor abſcederet, uinci nolens, ac illum uoce detinui, immò non ego, ſed ueritas. dixi enim, Ve

ſtrum

ſtrum nos confeſtim, ut uelle cœperimus ſtatum, habere quis prohibet? nam uos talem
terram habere, prohibet natura. tacuit ille ſubridens, ut qui me uera locutum intelligeret,
nec mihi credere, nec obniti uerò uellet. ita inde diſceſſum eſt. Tranſeo autem ad errorum
ſpecies alias, ſunt qui in Italia nihil præter incolarũ mores metuant, quibus ſe odio atq; con
temptu futuros putant, qui ſi Eccleſiam meminiſſent in Italia non alibi, ab humilimis radi
cibus, in hanc altitudinem excreuiſſe, ſi præterea cogitarem, penè omnem quantacunque
eſt, quæ utiq; magna eſt, potentiam eius temporalem intra Italiæ fines eſſe, ſuſpitionem ſal
ſam, ſuperuacuam, atque indignam fortaſsè deponerent. Repeto etiam hunc ſermonem
mihi fuiſſe, cũ quodam habentiũ nomen à Cardine, uiro nobili, originis tranſalpinæ, quan
tum noſcere poterã, mitiſsimo puriſsimoq; hominum, præſente tunc Talarano Albanen-
ſi, qui lucidum nuper eccleſiæ ſidus fuit, & ſæpe ſimplicitatem illius, meumq́;, ut ipſe uo-
cabat, aſtum, lepidiſsimis iocis interpellante, cum ille me percuntaretur, An fieri poſſet
ut Rom. Pont. ſacrumq; collegium Romæ tuti agerent? Ego autem non ſolum tutos ibi,
ſed nuſquam tutos alibi, nuſquamq; dicerem honoratos, modò quod maximè eos decet.
iuſtè atq; honeſtè uiuere in animum inducerent. id ſi feciſſent, non colendos tantùm, ſed
paulò minus adorandos. Dicebat ille perſuaſum ſibi, Quod ſi forte ſeruorum aliquis ſuo
rum, ſupplicio dignum aliquid egiſſet, in caput domini periculum redundaret. Reſpõde
bam: Dum modò non ipſe iuditium impediret, alienum ſcelus, non ſibi periculo, neq; infa
miæ, ſed gloriæ futurum, quo amicus iuſtitiæ probaretur. Cumq; inter uerba, ut fit incidiſſet
mẽtio Bonifacij *VIII.* uelut efficaciſsimũ argumẽtũ, ad deterrendos hinc animos. reſpõde
bã ego: Bonifaciũ nõ Romæ, ſed in ſua Romæ tũc prælata patria, neq; à Romanis, nõ ta-
mẽ addebã, ſed à Gallis captũ, qn ut tutus liberq; eſſet, illicò ut abeũdi facultas fuit, Romã,
hoc eſt arcẽ Chriſtianæ fidei periſſe. quæ ille audiens, & ſingula ſecũ uoluẽs, dixit quidem
multa quæ ſileo, ſed in fine ſuſpirãs & uix lachrymas tenẽs, CHRISTUM cunctoſq; cœli-
colas clara uoce teſtatus eſt, Optare ſe totis p̃cordijs, Romæ uiuere, Romæ mori. Tunc Al
banẽſis uir oculatiſsimus, puritatẽ hominis admirans, ad aurẽ mihi iucũdiſsimo murmure,
Habes, inquit, quod uolebas, exhauſiſti hunc hominẽ, uis'ne aliquid amplius audire. quod
idcircò memoraui, ut appareat, hanc me atq; alias illius ordinis ſuſpitiones, ex ipſorum quo
que non fictis ſermonibus concepiſſe. Quartus nodus ſupereſt, qui peregrinantem Ec-
cleſiam procùl à ſedibus ſuis tenet, ſunt enim horum aliqui, quibus non acumen ingenij,
non experientia, non uoluntas naturaliter in ſe bona, ſi libera eſſet, ſed ſola iuditij libertas
deſijt, quàm ſæpe diuitiæ ſuffocant atque incuruant, humanarum grauis ſarcina, mentium
& carnales affectus, qui interdum ſortes etiam animos iunctos tenent. hi ſunt prò pudor &
prò dolor, hi ſunt, inquam, qui proprias domos, & antiquam Petri ſedem obliti, in alieno
ædificant, & quaſi non dicam paradiſum uoluptatis, ſed habitaculum cœleſte repperêrint,
Seu nunquam migraturi habitant, omnemq́ue ibi ſuam ſpem, omne deſiderium poſuêre.
Et quibus in locis, Deus bonæ, nempè inter feras Rhodani gentes, non ego ſic illas nec
Poëta Italus, ſed Hiſpanus uocar, illic enim uentoſiſsimi amnis, ad ripam, ubi ſcilicet, &
tũ uento male uiuitur, & ſine uento peſsimè uiueretur. cui ut ait, Seneca ædificia quaſſanti,
tum incolæ gratias agunt, tanquàm ſalubritatem cœli ſui debeãt ei. nec quod ſequitur ſup-
primendum. Diuus certè Auguſtus, templum, inquit, illi, cum in Gallia moraretur, et
uouit & fecit. Illic ergò in locis aut limoſis, aut ſaxoſis, atque aridis fratrum tuorum ua-
ſta palatia & ingentes domus, immò uerò carceres & uincula cernuntur, quibus uereor,
ne carmen illud horrendum canat æthereus cythariſta, Sepulchra eorum domus in æter-
num. quod ſequitur notum eſt. hic eſt ergo Pater clementiſsime inextricabilis nodus, cor
da conſtringens, hic eſt carcer ille proſpectum patriæ melioris eripiens, & uetuſtæ con-
ſuetudinis, quanta uis eſſet, ſæpe rebus ipſis apparuit, quando & cibis agreſtibus educatos,
lautiores epulæ offendunt, & ruinoſis in ædibus, & in craſſo aẽre aſſueti haberent, &
quamuis domicilio fœliciore propoſito, non facilè diuelluntur. Audiui aliquos, mora &
uſu familiaritatem quandam, & amorem ſui carceris contraxiſſe, ut qui triſtes intrauerant,

penè inuidi digrederentur, itaq; minus miror, ſi fratres tui, ſuas ampliſſimas domos ament. ſed quod nimium illas ament, miror, quæ ſic amandæ erãt, ne æternæ domus limen obſtruerent, ne uię peregrinatio patriam cogeret obliuiſci. Nempè nihil ſic amandũ eſt, ut amando aliud ſeſe amans oderit. Multa iam neſcio quidem, an liberius, an uerius maiore fiducia, an fide profuderim, quo tenebam longis licet anfractibus peruenturus, poteram breuibus non ignoro, ſed uix magna in auguſto explices. ſiquis rerum de quibus loquor magnitudinem metiatur, breuiloquium iudicabit, ut huic autem ſit finis articulo, ſciens hoc ſcrutator mentium, & ſiqua ſunt hominibus abdita, quæ effectum ſui iudicij retardarent, ſimul omnibus occurrendum ratus, uirum his ad plenum malis explicitum ſibi elegit, cui ſcilicet & excellens ingenium, & uoluntas optima eſſet, & experientia rerum ingens, & libertas animi expedita, quàm nullæ inanes rerum phaleræ præmerẽt, nulla purpurea Tyrioq; muricæ olens ueſtis, nullæ opes, nullæ diuitiæ, nulla conſuetudo ligans animos, nullæ domorum compedes ſuperbarum. cui non ignotum, ubi & qualis eſſet Italia, & quanta ibi eſſet Eccleſia, deniq; quod nõ caruit euidenti miraculo, egit CHRISTVS ut in Italia eſſes, dũ te abſentem nominãtibus ſed præſentem ſibi uicarium ordinaret, ne quis diſsimulationi locus eſſet, ſed tibi & omnibus appareret decere, te ſummi põtificatus officium exercere, ea potiſſimum in parte terrarum, in qua ille tibi, nec ſperanti uſque, nec opinanti, nec opinanti equidem non ſuffragijs hominum, ſed ſola Dei prouidentia contigiſſet. Atque ubi ex humili, ad ſummum ſine medio conſcendiſti, illic è ſummo humilibus ſine medio cõſulendum, inſolentibus reſiſtendum, quod nec uſquam terrarum melius fieri poteſt, nec alibi quàm in ſua urbe glorioſius Rom. Pont. in actum largitori placitum datam ſibi diuinitus transferre potentiam. quamuis enim bonum opus ubique laudabile, nuſquam tamen aptius fieri conſtat, quàm dum in ſua ſede ſedet opifex. Tu quidem orthodoxæ fidei magiſter, actuumq; opifex piorum, ſedes tua ubi uis, ſed antiqua ut dixi, & uera, & propria, & publicè utilis, & uniuerſo expediens Roma eſt. Itaque huc rem uerto, longumquè ſermonem ad hunc exitum deduco, ut Vrbanus urbem Rom. Pont. Romam petas, locum Deo gratum, hominibus uenerandum pijs optabilem, rebellibus dum tu ibi fueris formidandum, reformando orbi & regendis rebus idoneum, cui hactenus non fuit par, niſi me animi fallit augurium nec futurus eſt. Arripe ergo per IESVM CHRISTVM obſecro, hanc occaſionem cœlitus tibi oblatam, neue indultum tanto operi ſpatium labi ſinas. fugit enim tempus, nec reuertitur, nec ſubſiſtit. hoc ſi bene uſus fueris, in perpetuum gaudebis, Deo gratias in æternum ages, qui tibi decus hoc eximium reſeruauit, atque in illo gloriaberis, ſpreta hac unde uenis patria terrena, pro amore patriæ cœleſtis, ad quam pergis inter Syrenum cantus, clauſis auribus trãſeuntem, tacito licet domini reuocantis imperio paruiſſe. Inſonet, oro, iugiter Dauidicum illud animæ tuæ: Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum Patris tui. quod que Abrahæ patri noſtro ait dominus, tibi dictum puta. Egredere de terra, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & ueni in terram, quàm monſtrauero tibi faciemquè te in gentem magnam, & magnificabo nomẽ tuum erisq; benedictus. hæc ſi tibi dicta credideris, cui ambiguum eſſe poteſt, quin cõfeſtim dimiſſa patria illa quæ tua dicitur, & carnalib. uictis ac calcatis affectibus, tu quoque iures domino, uotumque uoueas Deo: non introiturum te in tabernaculum domus tuæ, nec aſcenſurum in lectum ſtratus tui, nec daturũ ſomnum oculis tuis, aut palpebris tuis dormitationem, aut requiem temporibus tuis, donec inuenias locum domino: tabernaculum Deo Iacob. at ſi negligis, aut ſi differs, datumquè interim tempus elabitur, crede hoc mihi tunc dolebis, teque ipſum argues, quando & dolor inutilis & pœnitentia ſera erit. cum eo nempè peruentum fuerit, quo cito utique ueniendũ eſt, ubi bonorum omnium patria una erit, & malorum altera, rogo quid patria iſta, terreſtris, niſi improperium & pudor futura eſt his qui eius obtentu cœleſtem patriam neglexerint, magiſq; curauerint ubi ſepeliẽdi eſſent, quã ubi ſine fine uicturi miſeri, quibus prouiſa diligentius cariorq; cadaueris quam animæ ſuæ ſedes? Ego certè de te iſta non metuo, utinam

utinam non magis, de alijs metuendum eſſet, non enim ad unum terræ angulum arctatā eſt tui animi magnitudo. legiſti illud Poëticum:

Omne homini natale ſolum. & illud alterius.
Omne ſolum forti patria eſt.

confido de te, quòd non tàm unde uenis, quàm quo pergis cogitas. Spero quod dum terram aſpicis, totus tibi orbis eſt patria, at dum cœlum, totus hic tibi mundus exilium eſt. nempe hāc meam, immò publicam ſpem, quam mihi atque alijs tua iam tarditas abſtulit, tui quotidie nobis actus ac uerba reſtituunt. quicquid enim agis, quicquid loqueris, piè et & ad reditum pronæ uoluntatis iudiciū eſt. Duo ex omnibus attingam, ut intelligas nullas eſſe latebras fulgori tuo, teq; uel in thalamo loquētē audiri, toto procùl orbe terrarū. Primū eſt, ꝙ nuꝑ dñi Maſſiliā peteres, pietate nō dubitē urgente, ac deſiderio reuidēdi, religioſum illū atq; humilē nidū, unde hinc cœleſti ꝓuidētia, hinc tua uirtute, quaſi duab. alis ad ſuperos euolaſti, teq; plebs deuota, & tui in primis amātiſsima, nō ut hominē, ſed ut Deū quem officio repræſentas, ſummo gaudio atq; ingenti ueneratione ſuſciperet, tàm pio ſpectaculo permotus, neſcio an lachrymas, ſed certè uerba non tenuiſti, quæ in noſtris gratius etiam fortaſsis, quàm multorum qui aderant auribus ſonuerſit, dixiſti autem inter multa, Quod niſi eſſet alia cauſa Romam atque Italiam petendi, niſi ut deuotionem fidelium excitares, abundè quidem hæc ſola ſufficeret. O`ſanctum & æterna memoria dignum uerbum. ſic eſt uerè, quamuis autem ut in hiſtorijs notum eſt, Maſſiliæ ciuitas, ab ipſo ſuæ fundationis exordio, Romanæ urbis amiciſsima ſemper fuerit, hodieque, quod inter ipſos populos, magnæ cuiuſdam reliquiæ ſint amoris, ſi tamen talis occurrit tibi Maſſilia, quàm obſequioſa, quàm deuota, quàm reuerens Roma occurret. non affuſum modò & præ gaudio lachrymantem, ſacramque tellurem pijs fletibus irrorantem populum, ſed ipſos Dei angelos in limine obuios habebis, qui uicarium ſponſamque ſui domini in ſedem atque in thalamum proprium redeuntes ineffabili gaudio & prædulcibus hymnis excipient. Secundum uerò, quod dum hæc impia ac odibilis Deo ac mundo prædonū manus, quæ nūc miſeras Chriſtianorū regiones terribiliter peruagatur, ad eā te neceſſitatem deduxiſſet, ut omni alio ceſſante remedio, tua & Romanæ curiæ libertas ac requies, multo auro redimenda eſſet, multa, nec immeritò ſuper hoc cum Fratribus tuis queſtus, inter cætera iniuriam hanc Bonifacij iniuriæ non æquaſti tantùm, ſed etiam prætuliſti, rectè id quidem, ac ueraciter. & ſi enim nulla homini in uicarium Dei ſui cauſa ſufficiens ſit offenſæ, tamen reuera linguæ illæ licentioris, & altioris, ſi dici phas eſt animi uir, quàm domini uicarium deceret, humillimi quicquid paſſus eſt, non ſine cauſa quidem ab ho[illegible]ibus eſt paſſus, utique magnis atque inſignibus uiris, longa & graui perſecutione laceſſitus, atq; afflictis, quod iam ſic ad extrema perductis, ut aut grande illis aliquid audiendum, aut funditus corruendum eſſet, ac propterea iam grauius nihil metuentibus, quibus mors ærumnarum finis, non acceſſio uideretur. nec tamen ea res, ſine magni alterius hoſtis auxilio, ac fauore, nec tunc etiam aperta ui, ſed nocturnis inſidijs acta eſt. at tu hominum innocentiſſimus, qui nulli unquam malefeceris, nec optaueris quidem, hac tua humanitate, & hac rerum & uerborum humilitate, quantum potes, dominum tuum ſequens, non ſubitò non occultè, ſed inſtructa acie, uiliſſimorum furum circumuentus, ò indignum ac ſceleſtum facinus, teipſum pecunia redemiſti, ad quod Bonifacium nec coactum certè, nec requiſitum ſcimus, itaque ſanctiſsimæ queremoniæ tuæ ſpiritu ſancto plenus, Illud ultimum addidiſti Hæc mala omnia hinc maximè peruenire, quod Petri ſedem, tuamq; deſereres, teq; in dies grauiora metuere, ſi obſtinatis nunc etiam animis, deſeratur ſedes illa, quam ſponſæ ſuæ CHRISTVS elegerat. ò te dignam uocem, ò uaticinium ueri plenum, ò ſermonem, cui meritò & terrenum concinat, & cœleſte collegium. Verè enim ita eſt, propter hanc ſummæ ſedis uiduitatem, atque hunc contemptum, & curia tua nunc, & totus inſuper Chriſtianus orbis affligitur, & citò niſi prouides, ſiquid præſagire homini licet, affligetur

 aſperius.

aſperius. erumpunt ecce nouæ latronum ſcaturigines, neq; hic finis, aliæ ex alijs renaſcentur, illi ipſi quos fugaſſe uideberis, reuertentur. Nam quos auro placare putaſti, auro irritaſti, ut quibus infinita cupiditas prædæ eſt, nullus autem Dei timor, nulla fides fallendi, denique pudor nullus, hoc tu equidem diſſimulare, aut ignorãtiam rei huius obtendere nullo potes, modò quam clarè admodum in publico proteſtatus eſt. Quid fit ergo? quid procraſtinatur? unde iſta cunctatio? Medicorum error, in curãdis corporibus fere omnis, ſola cauſæ ignoratione oritur. tu qui morbũ uides, morbique cauſam luculenter intelligis, & mederi potes, quid differs remedium? quid expectas? an ut cũcta depereant uaſtenturque? parum ne autem, queſo, iam uaſtata omnia, an & tu caſus ultimos præſtolaris? Et ut CHRISTVS Lazarum differs ſanare, ut ualeas ſuſcitare. ſed hoc unum ſibi dominus tuus, dum tibi committeret reſeruauit, an id uerò tantis expectationibus queritur, ut coactus facere uidearis, quod pridem uolens facere debuiſti? at qui bonum licet, niſi uolens facias, non mereris. Et tamen quid iam reſtat, aut amplius cogi poſſis, niſi manuum iniectio, quam pietas cœleſtis auertat, teque à conuentu malignantium protegat, & quod diebus ſacris precamur aſſiduè, non te tradat in manibus inimicorum tuorum. non'ne enim tu diu ac ſæpe obſeſſus? non'ne itinera latrocinijs interrupta, quibus ad Pont. Chriſtianorum ex toto orbe concurritur? non'ne patri patrũ, ac domino dominorũ, ſeruiliter indicta redemptio. & cum ſint amara quæ ſenſimus, multo etiam nunc amariora metuimus. Age ergo, ut coactus, quo excuſabilior ſis, contra nitentibus, uerè autem uolens lætusque ſedem tuam repete, quam cum ſemel attigeris, & fortis armatus atrium tuum cuſtodieris, omnia erunt in pace, quæ nunc ideò ſunt in bello. quia tuum principale atrium nõ cuſtodis. & quid multa? perpropriè tibi conueniet, ꝙ de tuo atq; omniũ domino dictum eſt, pax enim erit in terra dum ueneris, dum loqueris pacẽ gentibus, & poteſtas tua à mari uſq; ad mare. Nec te terreat quod Roma quoque, per hoc tempus ſuas prædonum moleſtias eſt paſſa, rabies nempè barbarica, quæ nunc ſacram urbem tentat acephalam, mox ut ſuum caput illa receperit, non dicam Romam, ſed Italiæ clauſtra proſpicere non audebit, ſic, quã tuis in paſcuis ubique debilior, ſic tua paſcua ſine ſuo paſtore fragiliora ſunt ſemper, & iniurijs aptiora. Non inſtabo amplius, ſpero enim te facturum cuncta fœliciter, atque iſtud in primis quod tantopere poſceris, ſi uigilanter aduerteris, ne qua tibi diuini muneris ſubrepat obliuio, ſi continuè te ſingulariter ad hoc opus aſſumptum eſſe memineris. meminiſti uerò non dubito, expeditiſsimumque ad omne pium opus animum habes, uide autem & uigilantibus oculis caue, ne quem proprium non premit, alienum pondus opprimat, & à tam glorioſi operis executione perpediat, perſuade Cardinalibus tuis, illos enim hac in re maximè uereor, Italiam non eſſe qualem ipſi putant, ſed eſſe nullo ſcriptorum illuſtrium diſcordante, optimam atque clariſsimam, & famoſiſsimam mundi partem eſſe, ut ipſi teſtantur, et atteſtatur ueritas, unam ex omnibus, cui penè nihil mali adſit, nihil abſit boni, modo pax una non deſit. quæ deeſſe te præſente non poterit. doce illos eſſe hic urbes nobiliſsimas, atque pulcherrimas, quibus niſi fœtida uileſcat Auinio, pudeatque non antea uiluiſſe, eſſe aërem ſaluberrimum, atque inter frigus æſtumque eximie temperatum. Quam cauſam ſcriptores quidam Romani, atque uniuerſali imperij poſuère, quod ſi ex cõtrarijs mixtum eſſet, ut & auſtrales aſtutias, uigore corporeo, & uirtutibus animi arctoam contunderet feritatem, atque ita neceſſarium fuiſſe, ut de utriſque participanti medio extrema ſuccumberet. Eſſe hic lacus piſcoſiſsimos, quot qualesue nulla regio, tam paruo habet in ſpatio, eſſe & flumina, & opportuniſsimis flexibus naturæ conſilio ſic diuerſis locis errantia, ut Italiæ magna pars, Liguria & Venetia & Aemylia atque Flaminia, uix inſignem locum habeant, qui non à quieſcente aquis obſequentibus adeatur. eſſe in circuitu geminum mare, crebris portubus & nobilium urbium corona, & in utrunque decurrentium fluuiorum faucibus inſigne, ita ut undis hinc ſalſis, hinc dulcib. Italia fermè omnis, ſine labore permeabilis, atque amœna ſit. eſſe ubi deſunt maria, alpes aërias, barbarico oppoſitas furori. eſſe per medium colles uirentiſsimos, & apricas ualles, & cam-

& campos uberrimos, & qui Italiam, quàm longa eſt ſyluoſis iugis interſecat, patrē montium Apenninum, nitidis hinc, illinc amnibus grauidum, & laticum uarietate ſalubri, fontes gelidos tepentesq́ꝫ, ſanis delectabiles, ægris utiles, ſitientibus opportunos, ſimul & metallorum uenas omnium, & bellantium armentorum acies, & nauigiorum ſpecies his noſtris iam cunctis æquoribus imperantes. Ita ut hoc totum, quod Mediterraneum uocant, mare, ſi Italici nolint ... occulto latrocinio, nulla gens nauiget. Eſſe hic frumenti, uini, & olei, eſſe arborum, & fructuum, & pomorum quæ ueſter orbis ignorat. Eſſe ſyluarum & quadrupedum, & ferarum, & piſcium, ac uolucrum, & ciborum omnis generis infinitam copiam, ne fortaſsis fame mori metuant, non tu quidem, qui & hæc noſti, & ab annis teneris, in religione optima enutritus, carnis inedia impinguare ſpiritum didiciſti, ſacroq́ꝫ ieiunio aſſuefactus, eſuriem amas, crapulam execraris, ſed qui Auinionenſibus delitijs aſſueuêre, nihil præter Rhodanum cogitare queunt, nec ſi queant nolunt, tàm dulcis eſt enim error conſuetudinem ſaporatus & conditus annis, ut palato animi, ueri guſtus amarior fiat, quo profectò ſpirituali ægritudine laborātibus nihil eſt funeſtius. qui ſi dicant, ut ſoliti ſunt, deeſſe aliquid Italiæ non contendā, nam ſi nil penitus deeſſet, non terreſtris eſſet, ſed cœleſtis regio, Poëticumq́ꝫ illud hoc dicentibus ingeram:

Nec uerò terræ ferre omnes omnia poſſunt.

Simulq́ꝫ illud adijciam: Terram nullam eſſe, cui non aliquid, immò non multum deſit. Sed fidenter nulli minus deeſſe quàm Italiæ, eamq́ꝫ ante omnes, rerum bonarum abundantiſsimam affirmabo, raro aliquid affirmare ſolitus, ſed hoc uſqueadeò certum puto, ut ne Indis quidem, aut Aethiopibus ſit ignotum, inuitus de materia humili, & aliena meis uſibus diù loquor, ſed res cogit, noui mores. Audiui ſæpè, dum dicerent Benuenſe uinum, Italiam non habere. en grauis infamia, iuſtaq́ꝫ cauſa Italiæ relinquendæ. Non'ne autem puerilis ambitio uideri poteſt, paucis mediocris uini uaſculis gloriari, quæ unus alterq́ꝫ tranſalpinarum partium collis profert, & tot tàm uarias nobilium ſpecies uinorum ſpernere, quibus Italia omnis ſcatet. nempè quid hoc aliud eſt, niſi odium gentis, ad elementa transferre. Reſpondebunt fortè, neque ſe ſpernere, neque odiſſe, ſed locum elegiſſe, ubi & ſuis & noſtris, illuc pelago & nauigabili amne delatis, delitijs frui poſsint. quod ſi noſtra, illuc, cur quæſo non & ueſtra huc, eodem ſeu maritimo, ſeu flumineo tramite deuehantur, & quo transmarina perueniunt, cur non perueniant tranſalpina, quibus & æque liquidum iter eſt, & breuius, ueniant plane, ueniant ſecuri, qui beatam ſine Benua uitam agi poſſe diffidunt. nam & hic noſtra reperient, & ſua illos nullo negotio perſequentur, gratia, uoluptati nihil difficile. nihil imperuium illi eſt, maria penetra, & uerbo ipſa etiam montes trāsfert, Spero autem, poſtquàm Italos colles attigerint, præterita nō requirent, Ita dico, ſi corporei ſenſus, liberi ſint, nec animi premantur erroribus, alioquin nulla unquam, quamuis exquiſitiſsima nouitas, ineptiſsimæ uetuſtatis ueſtigium abolebit. euenietq́ꝫ quod de Seuero Romano imperatore memoriæ proditur, qui cum in ſummo fortunæ gradu eſſet, & pretioſis terra mariq́ꝫ cibis affflueret, cupidè tamen Afro legumine ueſcebatur, non quia uel delectabilis cibus eſſet, uel Italiæ deeſſet, ſed quia ipſe Afræ erat originis, cuius amor, quæcunq́ꝫ inde orta eſſent, ſapida fecerat. ſunt quidam motus naturales, quos extinguere difficile eſt, ratione animi frenantur, patebat ille uir magnus deſiderio naturali, nec ideò tamen honeſtum officium deſerebat. amabat patriū legumen, nec amore patrij leguminis in Africa morabatur. Simile aliquid coniecturari licet, in principibus alijs Traiano ſcilicet, Antonino Pio, ac Diocletiano, quorum primus quo ſuperbiunt Hiſpani, Italicæ quidem natus in Hiſpania, uir imperio ſeneſcenti utilis, potuit uel ex ortu, uel ex rudimentis infantiæ, ad Hiſpanas res amorem quendam conſuetudine concepiſſe. Secundus uerò Romæ natus, ſed trāſmōtanæ hoc eſt Nemauſenſis originis, nūquid nō ueri ſimiliter credi poteſt, delectatus fuiſſe uino patrio, quo tàm ualdè hodie delectanē quidā, q̄s optarē, & par eſſet maiorib. delectari, tertius ē Salonis Dalmatiæ oriūdus fuit, ubi an aliqd boni ſit neſcio, ſed uix

fieri poteſt, quin aliquid ſibi eſſet, quo ille delectaretur, eſt enim neſcio quæ nā latēs uis, & natalis ſolis dulcedo, inſita, uilia etiam nobis, quaſi quadam communis ortus ſanguinitate nobilitat, commendatq;, & quæ natura fecit acria, dulcia facit opinio. Itaq; uix inuenias, niſi doctus ad modum modeſtusq; ſit, qui non patriam ſuam, omnibus anteponat. ſi ſtudino fiat inepiſſimum, ſi charitate laudabile, modo non ſit maiori contrariū charitati, quale eſt de quo nunc agitur. Nunquid enim, quæſo, horum aliquis, quos proximè nominaui, ſeu propter affectum patriæ, ubi uel unde ortus eſſet, ſeu propter frugum ſibi placitum ſaporem, alibi quàm Romæ, hoc eſt imperij domicilio ſedem legit & fieri potuit, & credi poteſt, ut ſicut Seuerus legum ex Africa, ſic alij res alias ex Hiſpania, Nemanſo, Dalmatiamque, aduectas libuerint: quibus Romana tamen in regia uterentur, ut ſileam eos principes, qui aliundè orti, non tantùm Romæ agere, ſed Romani etiam uideri optarunt, atque ut Romani dicerentur, & crederentur, modis omnibus nixi ſunt, nec mētionem ullam patriæ ueteris audire uoluerunt, nec immeritò, ut qui nobiliorem patriam imperio, quā origine nacti eſſent. quales legimus Alexandrum, ac Maximinū quorum primum Syræ, ſecundum Barbaricæ pudebat originis, non hoc poſtulo, ut ſui ortus quēquam pudeat, eſt enim naturæ aduerſum & modeſtiæ. Sed hoc poſco, ut & tu Pater, & Cardinales tui præſtetis Eccleſiæ Dei æterni, quod illi quatuor quorum ſupra memini temporali imperio præſtiterunt, ut cum ſcilicet in animum uenerit, eſſe hūc in Aluernis ortū, hunc Lemouicis, aut in aliqua urbium uicinarum, ſimul illud quoque mentē ſubeat, eſſe te quidē Epiſcopū urbis Romæ, illos autem uel Romanæ telluris epiſcopos, uel in Romana urbe presbyteros, aut diaconos, nec decere Eccleſiam Petri, p ſedem, originibus ueſtris, ſed origines ueſtras illi cedere, illam ſequi, nec honeſtum catholicis atque Eccleſiaſticis uiris eſſe, carnaliū uncis, affectuū ab officio retrahi, quos pagani fregerint ac ſpreuerint. Proinde perſuade illis, nam tibi iam perſuaſum ſpero, Romam petere, ubi & rerum copia, & qualitas ea eſt, quæ facile impetret, ut externa non cupiant, uel ſi fortè aliud quæſierint, cuncta affatim non ſolum ex illorum patria ſed ex orbe toto Tyberinis faucibus cōuehant. Sic enim de Anco Martio quarto Romanorum rege ſcriptum eſt. quod oſtiam in ipſo maris fluminisq; confinio coloniam poſuit. & ſequitur. Iam tum uidelicet præſagiens animo, futurū, ut totius mundi opes & cōmeatus, illo ueluti maritimo urbis hoſpitio reciperent. non ergo diffidant patrei homines, & in CHRISTO humiles, ac ieiuni, poſſe uiuere, ubi opiparè uixerunt, tot ſuperbi principes, & tam multa milia uirorum, tamq; innumerabilis hinc ciuium multitudo, hinc aduenarum. namq; ne hos loquar, quorum certus numerus ſtringi nequit, aut luſtra omnia diuerſis ætatibus acta complectar, duo quæ ſtuporē legentibus ingerunt attingam. Siquidem anno ſexto Claudij principis, deſcriptione Romæ facta, inuenta eſſe ciuiū Romanorum ſexageſies nouies centena quadraginta quatuor millia. quia res fidem excedit, teſtis eſt Euſebius Cæſarienſis in libro de temporibus. Cum iam ante ſub Auguſto, anno eius quarto & quinquageſies nouies inuenta eſſent nonagies tercentena, & ſeptuaginta millia. et nunc aliquis diffidentiæ filius, & uaticinetur non dicam te, quem ſic hodie religioſum, & frugalis uitæ amicum affirmare auſim, ut in monaſterio fuiſti unquam, ſed ſeu uiginti ſeu triginta reuerendos patres, cum modeſta familia ibi non poſſe uiuere, ubi treceenti olim patres conſcripti, ubi tot imperatores, totque exercitus, & tot populi uixēre. quod ſiquis fortè eſt, apud quem uerò fidem abroget uetuſtas, ad id quod nuper omnes uidimus, animum reflectat, ut ſcilicet proximo Iubileo, cum tota propè Chriſtianitas, & is peregrinantium numerus, quem neſcio an unum diem, ulla urbs paſceret, confluxiſſet Romæ inaratis licet, atque incultis Romanorum agris, uineiſque præcedenti anno gelidis pruinis, per omnem ferè Italiam areſactis, maior tamen ibi rerum omnium ubertas, ſub anni exitum fuit, quàm ab initio fuiſſet. quamuis ſanè, propter contentioſos inſolentes, quibus eſt pro ratione odium & liuor, de his multa dixerim, non hic tamen, quod uidelicet & natura præfertilis Roma ſit, & aduentitio fertilitatis capaciſſima, ad id quod probare nitor, magnam uictoriæ ſpem repono. neque enim dignum cenſeo, nec credibile extimo, Apoſtolorum ſucceſſores, in eligenda ſede delitias aut

copiam,

copiam, aut omnino aliud quàm CHRISTVM & ſalutẽ æternam cogitare, atq; ibi eſſe libentius, ubi Deo placere & hominibus prodeſſe, ubi deniq; uiuere benè ac fœliciter mori poſsint. Tempus admonet, ut nunc etiam unum tàm multis adijciam, ô ſi igitur nocte hac, quæ Apoſtolorum Petri & Pauli glorioſo martyrio ſacra eſt, & hac ipſa noctis hora, qua tibi anxius, tàm fidenter nec minus reuerenter hæc ſcribo in baſilica Apoſtolorum principis, quæ peculiaris baſilica tua eſt, diuino quod nunc canitur officio, & matutinis CHRISTI laudibus intereſſes, quantam & quàm ſacram principes uoluptatem, quæ ſuſpiria, quas lachrymas dares, quàm dolores, quod non longior nox eſſet. Audebo te iterum orare, ut & hoc mihi rurſum credas, nunquam parem tibi delectationem dabit Auinio, cum omnibus delitijs, quæ uel eſſe ibi, uel conuehi, uel animo fingi queunt, ut enim omne ibi mũdi aurum, omnes gemmæ, omnia uina, omnes epulæ aceruentur, nunquã ibi erit illa deuotio, quæ fœlicem faciat animam, certumq́; id uerumq́; me dicere Chriſtianum genus omne fatebitur, in hoc ſaltem nullus locus Romæ par, aut ſuapte eſt natura, aut fauore quolibet hominum fieri poteſt. Et hæc hactenus. Vnum ſilui, ſiue ad extremum diſtuli, quod primum eſſe potuerat. noſti quo in ſtatu Chriſtiani tui ſint per orientem, quin & propinquius malum eſt, non audiſti ut inermes Aſiæ populi, quos noſtra deſideria fortes facit, atque in primis olim Phryges, Turchi hodie, miſeram Græciam, ſine fine diripiunt & Aegeo ſparſas cycladas populantur, quæ etſi longis erroribus, obſtinatæ peruicaciæ iuſtas pœnas dent, inde tamen ad nos, uerosq́ue Catholicos eſt tranſitus. Iam Cyprus, Creta, Rhodus, Eubœa, uiciniorq́ue nobis tentatur Achaia, & Epirus. iam Calabrum littus flentis Græciæ mœſtiſsimas uoces, trepidis auribus accipit, ſic nunc itaq; fides CHRISTI, ut uides, ad orientem periclitatur, tu ad occidentem ſedes, ad huc, ô maxime dux noſtrarum, & Pontifex animarum, qui ut tuum munus impleres, niſi fallor pridem ſurrexiſſe debueras, teq́ue uel ſolum difficultatibus obuium ferens, non Romam modò, ſed Conſtantinopolim perrexiſſe, quanquam ſolus eſſe non potes, CHRISTVS ipſe, cuius res agitur tecum erit, & CHRISTI acies quocunque ieris te ſequetur, nõ eſt boni ducis, ſed periculo ſubtrahere, multo minus autem labori, ſed illuc properare, quo eum plurimus bellantium clamor uocat. Potuit CHRISTVS crucem fugere, ſi nos deſerere uoluiſſet, nullis noſtris meritis obſtrictus, pro ſalute noſtra mori uoluit, nos beneficio præuẽti, pro illius gloria non ſolum mortem fugimus, ſed laborem, iam dudum debuit omnis ſtatus, omnis ætas arma corripere, & in illo ſpei ancoram figere. qui nullum unquam in ſe ſperantium fefellit, qui Theodoſio, cum paucis contra immenſos exercitus Barbarorum præliant, miram incredibilemq́; uictoriam dedit, & pro eo fecit elemẽta pugnare. in quo quidem eleganter conterraneus meus, quamuis CHRISTVM neſciens, Deo tamen ueroǵ; teſtimonium perhibuit his uerſibus:

Te propter gelidis aquilo de monte procellis,
Obruit aduerſas acies reuolutaq; tela.
Vertit in autores & turbine repulit haſtas.
Omnium dilecte Deo, cui fundit ab antris.
Aeolus armatas hyemes, cui militat æther.
Et coniurati ueniunt ad claſsica uenti.

Et nos dilecti Deo eſſemus, ſi eum qua tenemur mente diligeremus, nunquam tempè ſe diligentibus abfuit, ut qui interdũ ſe perſequẽtibus affuit, & nobis ab antris CHRISTVS non Aeolus, armatas hyemes funderet, nobis æther ut auxiliares ad claſsica uenĩetes militarent uenti. ſed quis ingratis militet? quis ſopitis atque torpentibus opem ferat? non ſopiti tantùm, ſed exanimes, & peccato mortui. longæua namque in naturam uerſa uoluptate marcuimus. iam moribus malis obruti, ſepultiq;, & hoc ipſum cœleſtibus auxilijs deſtituti ſumus. Ad te autem redeò, ubiq; fateor utilis, ſancta ubiq; & uenerabilis præſentia tua eſt, ſed quid quæſo? quid Rhodanus, quid Sorgia & Ruẽtia tui egent? quis tibi tuorum protegendus? quis hoſtiũ cõprimendus? egent tui Ioniũ & Aegeũ & Heleſpõtus & Propontis & Boſphorus. quid hic igit̃ mõſtri eſt, nõ poſſum ſatis hoc quærere, in oriẽtem pugnat̃, tu quid agis in occidente, ſpiritualiũ dux bellorũ? & eſt hic quidẽ dominorũ error

publicus, qui profectò tuus eſſe non poteſt, ut ſe ſuis uoluptatibus dominos fieri putent, cum neceſsitatibus alienis fiant, tu ſi nominis, ſi officij, ſi domini meminiſti, qui ſuis in paſcuis, te paſtorem fecit, non illic hærebis, ubi umbra fortaſsis aut fons gratior, ſed ubi prædo ſeu lupus infeſtior, ubi neceſsitas dominici gregis maior, memor illius Euangelicæ ſententiæ bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis, mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ uidet lupum uenientem, & dimittit oues & fugit. Tu es paſtor, tuæ ſunt oues, quæ domini tui ſunt. omnia tibi cõmiſit, omnẽ tibi gregis curam, omne ius contulit. lupus ad ouilis oſtium fremit, & tu ceſſas. ſi nõ mercenarius, ſed uerus es paſtor, offer te præclaro pioq́ue diſcrimini, quod ſicut temerè optare non eſt prudentis, ſic molliter declinare, non eſt uiri fortis ac magnanimi. Mitte oculos in longinqua, non locorum modò, ſed temporum, uidebis quanta ibi calamitas præſens ſit, quãtumq́ue periculi futuri. Nam ut ait Comicus: Iſtud eſt ſapere, nõ quod ante pedes modò, eſt uidere, ſed etiam illa, quæ futura ſunt proſpicere. Certè niſi tã hinc proſpicis, niſi occurris actum eſt, pudendam nobis Chriſtiani nominis, illis in partibus ruinam, & prorſus indignã ac miſerabilem audiemus, quæ ut dixi non CHRISTI, qui eſt iniuriæ inacceſſus, ſed noſtra iactura eſt, noſtra ſecordia, noſter pudor, qui iam tantus ibi eſt, ut an maior eſſe poſsit in dubio ſim. Neſcio enim an peius ſit amiſiſſe Hieruſalem, an ita Bizantium poſsidere, Ibi enim non agnoſcitur CHRISTVS, hic læditur, dum ſic colitur, illi hoſtes, hi ſchiſmatici peioris hoſtibus, illi apertè noſtrum imperium detractant, hi uerbo Romanam Eccleſiam matrem dicunt, cui quàm deuoti filij ſunt, quàm humiliter Rom. Pont. iuſſa ſuſcipiant, tuus à te illè datus Patriarcha teſtabitur. Illi minus nos oderunt, quia minus metuunt, iſti autem totis nos uiſceribus & metuunt & oderunt. Conſtat, quia nos canes iudicant, etſi loquendi libertas affuerit, canes uocant. Interfui ego ſolenni die, dum Romano ritu miſſa celebraretur, Græcus quidam homo non illiteratus, ſed multò maximè ſtultus atq; arrogans, exclamauit: Ego non poſſum pati, inquit, Latinorum nugas. quod uerbum intellectum ſi fuiſſet à populo, non impunè ut auguror tuliſſet, ſed ſic eſt, ſic de nobis ſentiunt, & baſilicas ſuas, ſi quis ex noſtris introierit, quaſi humano ſanguine aut fœdo facinore uiolatas, reconciliant & expurgant. & hæc quidem Romana Eccleſia diù nouit, & paſſa eſt. quod an dici torpor, an patientia mereatur, cum tàm facile dilui poſsit hoc dedecus, iudicandũ linquo alijs, certè nos noſtroſq́ue hoſtes, à quibus nunc Hieroſolyma detinetur, magnum æquor interiacet. itaque cum illis ut res noſtræ, & illorum ſunt, non paruus eſt labor, unde fit, ut dilationem noſtram impotentia fortaſsis excuſet, quamuis impotentiæ, non niſi ex noſtris diſſenſionibus exortæ excuſatio nulla ſit, inter nos autem & hos Græculos, nihil eſt medium, niſi noſter ſopor ac noſtra ſegnities, quibus ut odij plurimum ſic nihil eſt uirium, nilq́ue ibi uolentibus negotij eſt, duobus Italiæ populis ſponſor ſim, ſi tu benè uelle ceperis, breui eos non iunctos modò, ſed unumquemque per ſe, uel imbelle illud imperiũ euerſuros, uel ad iugum matris Eccleſiæ deducturos, quo magis magiſq́ue conniuentiam hanc ſtupeo, nec ſatis intelligo, quid ita res maximè negliguntur, cum minimarum tanta ſollicitudo ſit hominibus. Et licet hic omnium Chriſtianorum publicus pudor ſit, tamen in omni exercitu malè rem gerente, ducum pudor eſt maximus. ſæpè quidem ſub uno duce periere, qui ſub alio ſalui eſſent, ſæpè culpa ducis, qui diſpoſiti erant ad uictoriam, uicti ſunt, ſæpè etiam & ferè ſemper militum culpam uulgi opinio reflectit in duces. quamobrem uobis, qui omnium duces eſtis, tibi dico Romanoq́ue principi, quo ſtudio aſſurgẽdum ſit, ut non ſolum ueſtræ ſed cõmunis etiam molẽ uitetis, infamiæ, ipſi cognoſcitis. Nec cognoſcere ſatis eſt, plus aliquid, immò plus multũ exigitur à uobis, ne putetis hanc nos gratis magnitudinem conſecutos, per difficultates medias itur ad gloriam, nunquam quieſcet, quem uirtutis calcar attigerit, ex una in aliam indefeſſa cõſtantia gradietur, & ceu condenſa altioris famæ iuga conſcendet, eritq; ſibi is labor omni dulcior quiete, immò quidem ea ſola requies, animo in altum ſuſpiranti, cui ab egregijs actibus feriari, is demũ moeſtus eſt labor, miſerumq; ocium. Legiſti ut Iul. Cæſar bella ſibi decem damnum uocet, fugamq́ue hoſtium turbatus aſpiciat, ut T. Veſpaſian. diem perdidiſſe ſe doleat, quo nihil ſuo more

magnifice

magnificè liberaliterq́ʒ geſsiſſet, ut Alexander Macedo, adoleſcens primum, inter coëtaneos lamentetur, quod Philippus pater crebris uictoris hoſtes ſibi uincendos, atqʒ omnem bellicæ laudis occaſionem materiamq́ʒ præripiat, Vir deinde, ne hoſtes fuga dilaberentur, ſollicitus, atque intentus uigilet, eoq́ʒ metu dempto, iam ſecurus dormiat, quaſi nihil niſi ſecuritatem metuens, & laborum finem. utque aliquid de literis ſacris immiſceam, Iſraëlitici dux populi Ioſue, dum poſt illam de tot regibus uictoriam, nox inſtaret, & poſſet parta gloria contentus requieſcere, & diuinum laborem, nocturno ſopore diuellere, & laborem ipſum, & cum illo gloriam augere cupiens, ut cõſiſteret ſoli iuſsit & paruit. ſic eſt, regij generoſi animi pabulũ, ac delitiæ ſunt labores, nõ propter ſe quidẽ, ſed propter id, quo non aliter quã per illos aſcenditur. hæc duobus uobis antè alios ſemper habenda ſub oculis, ſemperquè animis agitanda propoſui, non feruidè tantùm, ſed etiam importunè, ut qui cuncta mihi deeſſe maluerim, quàm fidem. Meo quidem uel forſitan alieno officio functus ſum, uera utiqʒ, & ab alio melius diceda, cui maior eſſet auctoritas, ſed uel nulli cogitata, uel omnibus formidata differui. à poſteritate certè gratiam à tua autem Sanctitate, & illius alterius maieſtate ueniam ſaltem ſperans, quæ ſi ab illo ut dixi in optimam ſemper partem ſunt accepta, eò nunc à te mitius accipiẽda confido, quò ſucceſſor Petri mitior debet eſſe quàm Cæſaris. & cum illo quidem, ut materia incidit, ſæpè olim, tecum hodie primum, mihi ſermo iſte ſuſceptus eſt, ſeu uerius, quoniam crebro mihi hæc tecum in ſilentio lis fuit, nunc nouiter productus ad calamum. qui quoniam, etſi pro deſiderio meo breuis, pro tua tamen multiplici occupatione longiſsimus euaſit, aliquo fine claudendus eſt. Roman. Pontifex, Chriſtianorum dux, Roma te ſuum ſponſum, Chriſtianitas ſuum ducem, uocat altis uocibus, non ad requiem, ſed laborem, ad quem homo naſcitur, neqʒ ad pacem, ſed ad bella repoſceris, in quibus tamen bellis temporalibus, æterna pax animæ & multorum ſalus & gloria tua eſt. tuum eſt eligere, quo in ſtatu mori uelis. nam ſeu debitum glorioſæ implenti, ſeu ingloriæ negligenti proculdubiò moriendũ eſt, tui prædeceſſores Auinione ſibi ſedem elegère, quo conſilio ipſi uiderint, ego enim, qui ab infantia ciuitatẽ illam, multo melius quã patriam meam noui, ſingulare nihil præter lutũ & uentũ ibi eſſe perpendi, nam ut inſignẽ illic copiam ciborũ eſſe iactantibus credã, cuius ſæpè contrariũ uidi, utq́ʒ omnibus in hoc uno ſit locus ille ſuperior, in quo inferior multis eſt, nõ tamen ſatis ingenuam cõſilij rationẽ hanc fuiſſe permiſerim, tàm grauib. & tàm ſanctis uiris, ut more pecudum paſcua opima captantiũ, ubi uberius, nõ ubi honeſtius uiuerẽt eligerent. quod ſi eos natalis zonæ uicinitas mouit, fuit in illius forſan excuſabile, terrã ſpectantib. & terrena meditantibus, tibi aũt lõgè aliter nutrito, lõgeq́ʒ aliter aſſumpto, lõgè aliter ſentiendũ, cui non hæc, aut illa pars terrarũ, ſed totus orbis eſt patria, immò exiliũ, ut dixi patria aut cœlũ, huius tamen exilij ſedes Roma, non quidẽ ſola, ſed ſanctior gratiorq́ʒ, illi qui te hinc dum uolet in patriã reuocabit, aſſurge animis, & uilia diſce contẽnere, magna recepiſti, nec parua fa[illegible]eor repetuntur, [illegible]rtũ tibi miraculum diuinitas fecit. Nunc tu illi miraculũ fac apertum, ut de tàm profundo Eccleſiã ſuam eruas. neqʒ enim parui miraculi res fuerit, tot tàm radicatos animos inde conuellere. fiet tamen haùd difficilè niſi tu ibi etiã radicatus ſis. quod ſi fueris, triſte omen CHRISTVS auertat, quid inter te & illos intererit, quorum nunc inutilis moræ, & inanis gaudij fructus eſt dolor. tanta eſt hominũ, quanta uoluptatũ actuũq́ʒ diuerſitas, nec ulla re magis, ab inuicem differunt, qua uarietate opum ac diſtãtia animorum. Vnum, quia ioco proximũ erat, præterire mẽs fuerat, ſed coëgit pius animi calor, nihil occulere, nihilq́ʒ ſubtrahere, ſacris auribus tuis, omniũq́ʒ uel tuũ nomen uel conſcientiã meam premũt. Fama eſt, eſſe palatij tui partẽ, quæ Roma dicitur, quã ingreſſus ſpõſæ te reddidiſſe, totumq́ʒ prorſus impleſſe Romani Põtificis officiũ uideàre. noli cũ domino tuo ludere, fruſtrà fallaciũculis tentatẽ, dialecticus ſummus eſt, cui ſophiſma nullũ inſolubile, ſcrutator infallibilis, ac profundus intelligit cogitationes noſtras, de lõge ſemitas noſtras, & funiculum noſtrũ inueſtigat, & omnes uias noſtras p̄uidet. quaſi obliquæ ſint, & à pietate diſceſſerint, placere ſibi non poſsint. ergo illas Deus aſpiciẽs, ut ſatyrici uerbo utar, ridet & odit, ridet cantiunculas, odit finem, ſcriptum eſt: Nolite errare, Deus non irridetẽ. Nec uerò tibi

fortuna

fortuna blandiatur, tua nec te longe uitæ ſpes decipiat, breuis eſt uita mortaliũ, maximeq;
Pontificum, ſeu quod ſenes ad hunc ſtatum ueniunt, ſeu quia curarũ pondus laborq́; per-
petuus, & negotiorum æſtus neceſſe eſt uitam ipſam efficiant breuiorem. & iuuenũ mors,
& ſenum ſemper in foribus extimanda eſt. ſed quæ in illis opinio, in iſtis ſcientia certa eſt,
& quamuis utrorumq; ſumma breuis, quin potius nihil ſit, & quaſi ſomnium aut fumus,
aut umbra prætereat, iuuenis tamen aliquantulum uiuere poteſt, licet & ſtatim mori poſ-
ſit, & ſæpè ſenẽ moriendo præueniat, ſeni ilicò moriendum eſſe, certiſsimũ eſt. Cum ad tri
bunal CHRISTI igitur uentum erit, ubi non tu dominus, & nos ſerui, ſed unus ille domi-
nus, nos cõſerui omnes erimus. non'ne putas tibi dicturus ſit. Ego te à terra inopem ſuſci
tans, & de humilitate tua erigens, nõ ſolum cum principibus, ſed ſuper principes colloca
ui, eosq́; tibi ad genua pedesq; procumbere uolui. tu Eccleſiã meam tibi creditã, ubi nam
gentiũ reliquiſti? tumultis à me ſingularibus inſignitus donis, quid ſingulare mihi præter
cæteros reddidiſti? niſi quod ſediſti in rupe Auinionenſi, Tarpeiæ rupis oblitus. an me cre
dis, dum rerum caput eligerem, non aliud eligere potuiſſe? an electionem meam iudiciũq;
contemnitis? tuq; in primis, qui priorum corrigendis erroribus, mirabiliter per me aſſum-
ptus, nihil penitus ab illorum tramite declinaſti, ingreſſu diſsimilis, cæteris progreſſu ſimi-
limus & egreſſu? qui ad hanc interrogationem mihi ſeruo tuo, non facilè reſpõderes, quid
reſponſurus es domino? aut quid dicturus Petro? Ego, inget, iuſto metu crudeliſsimi Ne-
ronis fugiens, domini increpantis occurſu Romã redij, ad ſuppliciũ & ad mortem. te quis
Nero, quis ue Domitianus expulit? quis mortis aut ſupplicij metus, iàm diù exulem fecit?
quid quæſo nũc Romæ fit, quid mea domus? quid ſepulchrum? quid populus meus agit?
an mihi non loqueris? an quæ te percontor ignoras? unde uerò mihi nũc redis? an & tu ad
Rhodanum exulaſti, qui ſi te ibi forſitan natum dicas, an non ego natus alibi? ſed uterque
noſtrum aliam naſcendo, renaſcendo aliam patriam nactus erat. Itaq; conſcius ego domi
nicæ uoluntatis, Romæ poſtpoſui Galilæam, at ut Romæ Rhodanũ prætuliſti. Hæc ego
pater clementiſsime, fide pura, ſtylo humili dictauerim, fiſus tibi amariuſculam ueritatem,
quàm melliculas blanditias chariorem. ſi erraui, aut ſi ſanctitatem tuã, mea libertas offen-
dit, flexis animæ poplitibus ueniã peto. tu uerò nunc reiectis conſultoribus uanis, tecum
cogita, tecumq; delibera, an quod ſupereſt temporis, in cœno Auinionenſi agere malis.
an Romæ, quæ tota caro & ſanguis eſt martyrum, an in ſaxo illo, & in illa uentorum pa-
tria, quàm nũc colis. an in Vaticano potius ſepeliri eligas, locorum omnium noſtri orbis,
ſine ulla comparatione ſanctiſsimo. Ad extremum in die ultimi iudicij, an reſurgere antes
inter Auinionicos peccatores famoſiſsimos, nunc omniũ quæ ſub cœlo ſunt, an inter Pe-
trum & Paulum, Stephanum & Laurentium, Syluestrũ & Gregorium, & Hieronymum
& Agnetem & Ceciliam, & tot millia ſanctorum uel in CHRISTI confeſsione fœliciter
quieſcentium, uel pro CHRISTI fide fœlicius peremptorum. deniq; quicquid elegeris, u-
num Roma ſuo iure flebiliter poſcit, ut ſi tu illam ſpreueris, quodq; iuſtum ſit, nemo te me
lius nouit, ſponſum ſaltem ſibi alterum ſuum Cæſarem reſtituas, quem Innocentius VI.
ut perhibent, is qui te proximus anteceſsit, ab amplexu eius iuſiurandi religione prohibu-
it. ò diuortium, ſi uera loqui licet, indignum, neq; ſponſis tantum, ſed toto uicinæ nocitu-
rum. tu Patrum optime, & boni communis amantiſsime, obicem hunc, qui ſolus potes a-
moue, & Cæſarem Romæ eſſe, non ſolum permitte, ſed præcipe, ne nolle te ibi eſſe crudeli
tas, nolle alium inuidia uideatur. & hoc tibi, uel ſi reſpuis, hoc ſibi præſens ac uẽtura plebs
Chriſtiana per os meum, quamuis inſulſum & paruiloquium, & indoctum, ab illo tamen
dictũ credat, qui mentiri neſcit, quiq; dum uult nõ peccatores atq; ignaros tantũ, ſed bruta
quoq; animalia loqui facit, quia dum Roma ſponſis ſuis uidua, ſuisq; luminibus orba erit,
neq; res humanæ, nunquã benè ibunt, neq; Chriſtiani fines conq. .eſcent. Si alterum rece
perit benè erit, at ſi ambos optimè glorioſè, fœliciterq́;. CHRISTVS omnipotẽs, dies tu-
os proroget in longum æuum aperiatq; cor tuum, conſilijs non blandis, nec fortaſse dele-
ctabilibus, ſed ſanis ac fidelibus, utq; arbitror, Deo gratis. Venetijs
III. Cal. Iulias.

FRAN.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIBVS,

Liber VIII.

FRAN. PETRARCHA IOANNI BOCATIO SVO S.

De ætatis parte dubia.

MOs eſt iuuenum, annis ſuis ſemper aliquid detrahere, ſenũ uerò uel tantundem, uel plus addere, eò quod liberius ſit addentis mendaciũ, quã detrahẽtis, pronior'q; credulitas audientiũ, utrorumq; aũt certa ratio, ſed diuerſa eſt. iuuenibus conſeruandæ, & in longũ protrahendæ uitæ, ne dicã libidinis. Contraq; ſenibus quærendæ atq; augendæ ſtudiũ auctoritatis. utriq; certè tãta cõſtantia mentiũtur, ut illi cum multos ſæpè fefellerint, aliquotiens & ſeipſos fallant, credant'q; ſe mendacio iuniores, benè ſi & mortẽ fallerent, ſtatuto illos in termino expectantẽ. & hi ut uni mendacio fidem quærant, plurimis implicentur, multa quæ ante ſe fuerint, quaſi uiſa oculis, & cognita fabulantes, mihi utrunq; declinare eſt animus, illud enim turpe mendaciũ, hoc inane. Fatebor tamen, neq; tuum iudicium erubeſcã, diù me in primo agmine, non mendacio, ſed ſilentio uerſatũ, ſiſus enim ſum multum ipſum, cui annorũ numerus naturæ digitis inſcribi ſolet, uiuacitate quadã, & uitæ modò iuuenilibus probris, explicitæ plus opinioni aliquid ſpectantiũ detracturũ, quàm auſura eſſet impudentia mentientis. quãuis huic ſpei obſtaret, properata canities, quæ neſcio unde iam inde ab annis tenerioribus, caput adoleſcentis inuaſerat rara licet, quæ cum prima ueniens lanugine albicanti uertice, uerendũ neſcio quid haberet, ut quidam dixêre & teneri. adhuc oris habitũ honeſtaret mihi, tàm eatenus iniucunda, quod ea ſaltem in parte iuuenili, quo gaudebam aduerſaretur aſpectui. Sed quoniã & Cani falſi ſæpè teſtes ſunt ætatis, & mihi omniũ coæuorũ teſtimonio, tàm præcox illa mutatio, & tàm præceps fuerat, ut nulli eſſet uel incognita uel ſuſpecta, ſperaui alijs illam iudicijs oppreſſum iri, nec fefellit ſpes, interim ſic affecto, & Numæ regis incantamenta, & Virgilij iuuenis barba candidior, & Domitiani adoleſcentis coma ſeneſcens, & Stiliconis feſtiua, & intempeſtiua canities Seuerini, Et ſi quid tale uel legerem, uel audirem, magno animum ſubibat aſſenſu, clarisq; comitibus me ſolabar, & ſi aũt nunquã, quod mihi ſum conſcius, de ætate mentitus ipſe meam ſilentium, ſi quãdo tamen, quod perſepè accidit, iuniorem me aliquis diceret, mendacij expers, alieno mendacio delectabar, ſiquis uerò, quod rarum fuit, ſeniorem faceret, hoc mendacio tacitus iraſcebar, at ſi quando uel caſu aliquo, uel acriore iudicio, quiſquã uerũ meorum numerum dixiſſet annorum, ueritate ipſa offenſus, & admirans quaſi me proditum extimabam. cuius mali cauſam mecũ querens uix inuenio. & inſaniam quidem illam, aliquando mihi cum alijs iuuenibus cõmunem fortaſsè, non negem. Grates autẽ Deo meo, cuius gratia miſerum me, de corpore mortis huius cum Apoſtolo liberabit. & quod ad hanc miſeriæ partem attinet, puto iam liberauerit per CHRISTVM dominum noſtrum. Iam à multis annis ſed perfectius, poſt Iubileum, à quo ſeptimuſdecimus annus hic eſt, ſic me adhuc uiridem peſtis illa deſeruit, ut incòmparabiliter magis odio mihi ſit, quàm fuerit uoluptati. ita ut quotiẽs ea fœditas in animum redit, pudore & dolore percitus cohorreſcam. ſcit me CHRISTVS liberator meus uerum loqui. qui ſæpè mihi cum lachrymis exoratus, flenti ac miſero dextram dedit, ſecumq; me ſuſtulit, iuxta illud Poëticum:

Sedibus ut ſaltem placidis in morte quieſcam.

Quæ cum ita eſſent, cur ex illo tẽpore, ad hãc etiã nũc ætatẽ opinio me iuuẽtæ falſa quoq; delecta-

delectauerit miror, immò ſtupeo, cum legiſſem, iam à puero apud Tullium Catonis ſenis famoſiſſimam ſententiam, & toto illi ſemper animo conſenſiſſem, quod ſenectus, honorata præſertim, tantam habet auctoritatē, ut ea pluris ſit, quā omnes adoleſcentiæ uoluptates. Tandē, etiam atq; etiā cogitanti, nulla mihi cauſa rei huius occurrit, niſi conſuetudo quædam, qua ut bona nihil melius, ſic nil peius mala. Aſſuetus iuuenū me choris inſerere inuitus, in alterā quamuis honeſtiorē centuriam tranſmigrabā. Itaq; cōplexus profugā iuuentutem, magno niſi hærebam, qua cum nec ſequi poſſem, nec tenere ſini illam, & ad ſenectutem nouam uerſus hoſpitam, quod miſerū ſuſpicabar, fauſtū repperi tātoq; fructuoſiorem hanc experior, quantò erat illa floridior. deinceps nec mentiri, nec alieno mendacio uti am plius eſt opus, pudet iam negare uelle, quod nequeam, nec ſi queā deceat, quodq; ſi fatear infamiæ nihil, gloriæ fortaſſe aliquid habiturum ſit, nō per ſe quidem, nulla eſt enim gloria ſenem eſſe. Sed ſi grauitas mētis, ſi cōſtantia, ſi integritas ſenſuū, & pro ætate, forma corporis, nō collapſa, neq; ſordida ut pleriſq; eſt ſenibus. Si poſtremò uel uitæ modeſtia ſeruatarum uiriū, uel ſtudio iugi, geſtiſq; rebus non omnino perditi temporis laus acceſſerit, quid iuuat canos occultare? quid uellere? qui ubi ſemel inceperis aut uellendi omnes erunt, aut irritis conatibus deſiſtendū. quid naturæ uim auferre nitimur? fruſtra id quidē, cui aliquandiu lucrati erimus ſuccumbemus, & dementiam giganteam ſuperis reſiſtentē ius cœleſtis opprimet, & diſſimulata ſe ſenectus prodet, & improuiſa mors aderit, nilq; aliud noſtrum nobis contulerit aduerſari, quàm ut uincamur inſignius. Cedo ego igitur uolens, nec coactus cedam, cedo, inquam, & manum tollo, non fortunæ ut Cicero, ſed naturæ, cui prorſus obſtare, non fortitudo ſed amentia eſt. Nolim uerò diutius in me celare, quod ſemper in alijs ueneratus ſum, ſenectutem dico, quàm apprimè uenerabilem æq; Philoſophi leges'q; diffiniunt, quā'q; benè inſtitutis in urbibus uenerată ſemper, & in honore habitam ſcimus, diſtuli tamen non inficior, quantū quiui. ſiquidem ad ſenectutis initium, quod olim ad teipſum ſcribens dixi, Cicero noſter, ſextum & quadrageſimū, alij quinquageſimū, tardius omnium quos meminerim Auguſtinus ſexageſimū annū ponit. fortè ideo, quod fortior illi eſſet ſolidiorq; cōplexio. negari enim nō poteſt, in quinquageſimo eſſe nōnullos, quàm alios in ſexageſimo ſeniores, quod uel uitæ diuerſitas, uel naturæ efficit. ego uerò quid tacerem? has omnes metas exceſſeram, & iam planè horū omnium iudicio ſenex eram, dicebam tamen & dicebam. Cur tàm uariè terminos ſtatuerunt docti homines, niſi quod quiſque in alio, quod in ſe expertus eſt iudicat, quid ſcis autem, an tibi ualidior ſit natura? certè haćtenus præter illum adoleſcentiæ florem perditū, & iuuentutis agilitatē, quæ prima pereunt, in nobis inſignem nullam inceſſiſſe mutationē, ſentis, expecta igitur. donec nō ſcriptorum, maximeq; diſcordium, ſed experientiæ, tuoq; rem diffinias iudicio. Cum te ſenem ſenſeris, tunc ne prius profitebaris ſenectutem, ſile interim, & intende, quid taciti ferant anni. Sic amici de laxandis uitæ finibus, mutandiſq; confinibus ætatum, quaſi de proferendis columnis Herculeis meditabar, hodiernus dies, qui natalis eſt meus, pertinaciam hanc infregit, meq; quod præterita & uentura animo metientem traxit ad calamum, hac præſertim antelucana hora, qua me in lucem editum, parentibus ac nutritoribus meis, in hoc ut in multis habita fide didiceram. Tibi igitur non querenti, ut ultrò dicam quod & tibi alijs ſæpè anxiè querentibus obnixo ſilentio ſemper occului, præter unū nuper Aſtrologum in ea arte magni nominis, cui ſcrupuloſè hoc admodum atq; acriter ueſtiganti, & inde ut aiebat eliciere molienti, an ſignificatori meo. ita enim uocant uitæ meæ tenor ac fama cōgruerent, & qui me progreſſus rerum, quiſúe exitus maneret. dixi tandem magis, ut uel ſic ab illo expedirer, quàm quod in libris ſuis, de quibus ſcis quid ſentiam, & conſentis, ut reor, uel aſtris cœli meas ſortes crederem, quæ ut ſæpè dixi, & ſemper dicam ac ſperabo in manibus Dei ſunt, neq; tamen ſola hæc conſideratio, quā audiſti, quod ſcilicet natalis hodie meus ſit, tantum uirium habuiſſet, ut me alijs implicitum curis, nunc ad calamum cogeret. Multi enim mihi natales redierūt dies, neq; unquam adeò rerū labentiū illecebris cōſopitus fuit, quin memoria uitæ fugacis expergiſcerer, & dicerem mecū: En mortalis homuncio, anni ſpatio ſenior, mortique uicinior factus es. alia eſt ergo confeſsionis huius cauſa

poten.

potentior, q̃ ni reſpuis paucis expediam. Opinio quædam peruetuſta, & ipſa rei nouitate mirabilis, ſed ea quæ ad probationem adducitur ratione mirabilior, dicunt enim, longa obſeruatione compertum, tertium & ſexageſimum uitæ annum, periculoſum ualde generi humano eſſe, uel inſigni calamitate aliqua, uel morte uel morbo corporis aut animi. quæ cum grauia ſingula, tamē grauiſsimū ultimum, ſi tamen & uerum eſt. anni huius multi meminerunt, ſed qui nunc memoriæ ſe offerant. A. Gellius in Noctibus Atticis, Cenſorinus in libro quem de ſæculis edidit, & Iulius Firmicus Maternus aſtrologus, neſcio an uerior cæteris, ſed profectò cūctis ornatior. quos ego legerim, libro quarto matheſeos rem iſtā curioſius excutit, rationem afferens, quaſi ipſa de re conſtet planeq́ conueniat. Eſt autē hæc ratio quam præfatus ſum, mihi mirabilem uideri, quæ quanti ſit ponderis librent, qui his animum curis applicuêre, ego enim ex æquo fateor, & rem ipſam, & rei cauſam deſpicio, dicit autem, uitæ annos ſeptimum, ac nonum, naturali quadam, ſed latenti ratione damnoſos, & pernitiem ac diſcrimen peſtemq́ue aliquam afferre mortalibus, & hinc fieri ait, ut cū & ſepties nouem, & nouies ſeptem, unum numerum efficiant, duobus infauſtis numeris in ſe uerſis, & in unum coëuntibus, illic duplex malum geminatumq́ue diſcrimen incidat. atque ideò ex his conſtans tertius & ſexageſimus annus infamis ſit, & à Græcis famoſo cognomine inſignitus, ab Aegyptijs uerò Androclas dictus quaſi effractor, quod humanā frangat, debilitetq́ue ſubſtantiam. adduntur et diſcriminum hoc in tempus erumpentium uaria nomina, accuſationes, inſidiæ, peregrinationes ancipites, naufragia, incendia & ruinæ, damna & patrimoniorum amiſsiones, uulnera, morbi, luctus ac mortes, minæ omnes horribiles, ſed horrorem omnem ſuperat, quam ſupra memorauimus, ægritudo animi, tanto peior his omnibus, quātò animus corpore eſt melior, etſi ſuis careat bonis inſignior ſit iactura. qs tàm imperterritus, ut iſta nō metuat? poſſem ad pauoris cumulum, circa hoc tēpus incidētes, & Philoſophorū, & ſanctorū & principū & tyrannorū mortes interſerere, ſed terrorē minuere, nō augere propoſitum eſt. uix enim ulla pars ætatis ab adoleſcentia in ſenium erit, quæ non aliquarum mortium illuſtrium rea ſit. Ego igitur iſta non metuo, illi fidens, q me ignarū in hāc uitā induxit, & ab ipſis materni uteri dilexit anguſtijs, ſuæq; miſericordiæ cōplexus eſt radio, ꝙ me in finē pari miſericordia ꝓſecutus, opportuno tēpore hic educet, q cōtēnentem ac peccantē nō deſeruit, pœnitentē ac de ſe ſperantē, ſe amantē, precantēq; nō deſeret. Credo equidē, ꝙ q̃ iſti terrifici homines minanť nō eueniēt, et uel benè uiuēti, uel benè utiq; uiuere cupiēti, & malè uixiſſe toto animo dolenti, nullus uitæ amicus infœlix erit. et ſi qd horū forte accidat, ꝑter ultimū illud, ꝙ grauiſsimū dixi, omnia me, etſi mors ipſa fuerit, adiuuāte illo, de q̃ ſcriptū eſt: Et ſi ambulauero in medio umbræ mortis, nō timebo mala, quoniā tu mecū es. & iterū: Nam etſi ambulauero in medio tribulationis Domine uiuificabis me, forti animo laturū mortēq; ipſam inter naturalia poſiturū, ſpe immortalitatis inſuꝑ & reſurrectionis adhibita. quarū primā boni & docti omnes habuerunt, ſecūda maximi etiā caruerūt uiri læti & intrepidi moriētes oſtēderunt nobis, non modò nō impoſsibilē, ſed nec ualdè difficilem mortis eſſe contemptū. Tanta uerò luce rebus addita, uide, quā ſit turpis uerè Chriſtiano homini metus mortis. Annū ego hūc immeritò, niſi fallor infamē, & uel nouū nihil, uel ꝑfectò nil terribile, ſi uir fuerim allaturum, hac die, & hac ipſa hora ſecurus ingredior. ſcito enim: & ſciant ſi qui erunt, qui tàm humilem non faſtidiant originem ſcire, me anno ætatis huius ultimæ, quæ ab illo qui hanc mihi ſpem tribuit IESV CHRISTO & initium traxit, & nomen milleſimo trecenteſimo quarto, die lunæ uigeſima Iulij illuceſcente, commodum aurora, in Aretina urbe, in uico qui ortus dicitur, natū eſſe. quæ dies, apud noſtros publica, & inſignis eſt nota, ea ſcilicet ꝙ exules noſtri, qui ſe Aretium Bononiamq́ue contulerant, hinc illinc contractis in unum exercitibus, armati die illa, & ipſa fermè qua naſcebar hora, antequàm ſol iugis montium erumperet, ad portas primæ uenerunt, ſi qua fors fauiſſet, ferro exilium ulturi, isq́ue aduentus etſi inefficax fuerit, quia tàm magnis motibus, & ingenti omnia terrore concuſſerat, neſcio quidem, an adhuc eſt memoria hoſtium elapſus, ſed uſque ad hos proximos annos, uulgò percelebris fuit. hæc eadem hodie & lunæ dies, & uigeſima eſt Iulij, annus qui

tunc erat quartus, nunc ſextus & ſexageſimus eſt. mitte in digitos rationem, duo & ſexaginta fluxerunt anni, ex quo uitæ huius inquietum limen attigi, & hac die, & hac hora, ille horrendus ut perhibent tertius ac ſexageſimus incipit, ſic ſi uerum dicere ſolitus es, nec iuuenum more, aliquot ipſe tibi quoque nunc annos ſubtrahis, ego te in naſcendi ordine, nouem annorum ſpatio anteceſsi. ecce tibi amice, diē primum, meæ huius uitæ mortalis expoſui, ultimum quoq; libenter exponerem, ſed ignotus eſt mihi. Fruſtrà Dauidicum illud ingemino: Notum fac mihi domine finem meum. ſed cum omnes dies meos, tum illum præ cæteris regi ſeculorum recommendo, tu illum diem, ſi ſuperſtes fueris, ut cupio, ab amicis his meis, qui hoc uitæ ſtadium meum currunt, cum uenerit ſcies, quibus ſemper acerbus, ſemper oneratus ut Maro ait, dies ille uidebitur, cum principio tum fine collato, uitæ meæ quantulacunque fuerit percipies breuitatem, & dices illud ærumnoſi ſenis: Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletus multis miſerijs, qui quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit uelut umbra. Proinde cum ex more nocte media ſurgenti, hæc mihi ſubitò in animum ueniſſent, calamum feſtinus arripui, ut ea tibi quàmprimum nota facerem, uidebimus præſtante Deo anni huius excurſum. ſiquid infauſtum accidet, doliturum te, non dubito, ſi mors aūt modò non turpis, ne doleas, quæſo, neu queraris, ut enim nihil eſt filio indignius, quàm parentem infamare, ſic nil homini difformius quam accuſare naturam. ſin quid lætius erit, quàm promittitur, gaudebis ſcio, & ego ipſe, ſi me uita comitabitur, anni in fine gratulabor tecū, ut cum Gaio olim Aſellio Auguſtus Cæſar, apud quem etiam anni huius eſt mentio, quod hunc ſcilicet ſenectutis ſcopulum euaſero. Tu rei exitum intentus obſerua, quidúe mos tibi tuo tempore metuendum, aut ſperandum, famoſæque ſententiæ quanta ſit fides, in meo capite periculum fac. Et uale, ſeu uiuimus, ſeu morimur noſtri memor, Ticini. XIII. Cal. Auguſti ad auroram.

Fran. Petrarcha amicis ſuis, S.

De ſenectute propria & eius bonis.

SEnui fateor, idq; iam amplius diſsimulare, & ſi uelim nequeo, & ſi queam noli. Gaudete coætanei, ſeu ad reſiſtendum ſenio fortiores, ſeu ad occultandū ingenioſiores, ſeu ad credendū faciliores ſpei uanæ quæ de fallaci ac fugaci oritur iuuenta. ego clàm labētis æui blanditijs non credo, gaudete adhuc iuuenes qui uideri uultis, cedo ego, iam tempus eſt, uacuumque uobis locum linquo. poſsidete illum pertinaciter, & tenete chyrographum ætatis. ex profeſſo ſenex ſum, ipſe annos meos in ſpeculo, alij in fronte legunt mea, mutatus eſt primus ille oris habitus, & lætum lumen oculorum mœſta ut aiunt, at ego ſentio, læta nube reconditum, comæ labentes & cutis aſperior, totoque uertice nix albeſcens, adeſſe ætatis hyemem nunciant. Gratias autē illi, qui nos à prima luce, ad ueſperam, & à prima ætate in ſenium proſpectat ac regit. ego in hoc ſtatu, non ſolum animi uires auctas, ſed corporeum robur, ad ſtudia ſolita, & honeſtos actus, nulla ex parte decreuiſſe ſentio. nā ad alia inualidus fieri, & gaudeo, & nitor, & ætatē ipſam ieiunio, labore, uigilijs adiuuo. quibus omnibus, quotiens ſic affectus ſum, ut nihil turpe uel cogitare libeat, uel implere liceat, nūc ego Milone fortior, & Alcide, de meo corpore, quaſi de antiquo hoſte, q multa mihi & grauia bella cōmouerit, triūphare mihi uideor, inq; animi mei capitolium, uia ſacra laureatos currus agere. tū rebelles affectus, ac pdomitas paſsiones in triūpho ferre inſidioſsimamque uirtutis hoſtem reuictam nodis adamantinis, durisque compedibus uoluptatem. Itaque mirabitur fortaſsè aliquis, non hi tamen, quibus tam familiaris eſt uirtus, ut mirabilis eſſe deſierit, unquam hercle mihi gratior fuit uita, q̄ dum cæteris odioſa eſſe incipit ſic me Deus qui gradatim prouexit ad ætatem hanc, de hac mortali & uana, ad illam ueram & æternam uitam prouehat, ut ego pluris facio diem unū huius maturi tēporis, quod iuuenes ferè omnes, dictu mirum, & cupiunt, & oderunt, q̄ illius floridi temporis annum, tot fluctuantem aſsiduè alterius motibus, & iuuenili uarietate uolubilem, utque illud Marci Catonis apud Tullium uerè quidem, licet impari uirtute mihi applicē. Siq; Deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repueriſcam, & in cunis uagiam ualde recuſem, nec uerò uelim, quaſi decurſo ſpatio, ad carceres à calce reuocari. neque enim unquam

mihi

mihi probabitur intellectus ille Virgiliani uerſus, apud Nonium Marcellum, libro de proprietate ſermonum. Prudentiſsime inquit noſter Maro, diem partiens, primam partem, quaſi eius ætatem pubere meliorem dixit nono libro:

Nunc adeò melior quoniam pars acta diei:

Prudentiſsimè, inq̃, noui, ſed tu dictū nō prudenter inflectis. nō de uita enim, ſed de die Maro loqtur, cuius prima pars ſtomachi tumultibus, ac ſerotinis confuſarum rerum uinculis explicita & immunis atque ob id magnis cogitatibus aptior dici ſolet, quanquam ſobrijs animis, atq; corporibus omnis pars diei, ad omne bonū opus apta eſt. At ꝙ ad ætatem uniuerſam trahere niteris, quaſi prima quæque pars ſit melior, & ſi idem alibi Virgilius multiq; alij conſentiant, & ꝙ ad corpus attinet, negari penitus non poſsit, ꝙ ad animū tamen, hoc eſt, nobiliſsimam noſtri partem falſo dici, nemo animi compos eſt qui dubitet, niſi fortè delyris ſenibus, hic ueniam damus, ꝙ nō ſuo id uitio patiantur, ſed ætatis. Solēt enim ut ſeſe excuſant, ætatem immeritam accuſare, & morū culpam annis aſcribere, cū reuera non ſit ſenū delirare, ſed ſapere, ut uerò aliqd delirent, immò ut multi præuia ætas facit, error uitæ, termini parit errorem. q pergit, qua nō debet, peruenit quò nō uult. ſic erroneā iuuentam, delira ſequitur ſenectus. Contiguæ inuicem, & connexæ ſunt ætates, & ut prima quæque ſequentis iuditium præfert, ſic quæq; ultima teſtimonium perhibet præcedētis, omnia fert ætas, inquit Maroneus paſtor, & quod fateri oportet, eſt haud dubie uel aduerſa, uel oneroſa memoriæ ſenectus, multitudine rerum ac pondere paucorum, facilis cuſtodia eſt, & inopiæ argumentum ſua omnia in promptu habere. Cæterum premit ſenectus memoriam, nō opprimit nec extinguit, ſquis ꝓmptior adoleſcentis, anguſtior tamē ſenis eſt memoria, pluriū recordaĩ, ſed cunctantius, plura enim uidit, plura audiuit, plura legit, plura didicit, plura uelut clauibus abdidit, & multorum dominum, multa negligere eſt neceſſè, multæ illi ſunt arculæ diùintactæ, & locupletis in morem, non cuncta quæ poſsidet ad manum habet, quærenda ſunt, & eruenda, ut quæ ſint repoſita non amiſſa. quibuſdam morbus, ingenium, memoriamq; abſtulit, ætas nulli. nunquam ſapiens iuuenis, ob ſenium delirauit, ſæpè aūt inſipiens adoleſcens, in ſenectute reſipuit. quos igitur ſtultos ſenes uideas ac deliros, ſtolidi iuuenes fuerunt. nulla eſt ætatis culpa, quæ accepit reddere, alium eumque meliorem aliquando facere laus eſt. Multa quidem locus hic recepit, at non tempus, expector alibi, neque tamen feſtinatio tota uetuerit, pauca de multis inferre, quibus quod inter meam, uulgiq; ſententiam interſit, aſpicias quiſquis hæc audies aut uidebis. Fuit mihi nūc quæ etiam ſupereſt. unus ex his, quos amicos uulgò dicimus, qui ſi tot eſſent, quot feruntur, melius uiueretur, homo iucundiſsimi conuictus. is cum ſemel ad me de more ueniens conſediſſet, circumſpicies domum, non amplam ſed ingenuam, ſupellectilemque non auream, ſed honeſtam, thalamū uerò non tapetibus ſericis, ſed mūdis & candidis inſtratum paleis. erat enim hyems, & clarū in angulo, non incendium ſed focū, cum deinde bibliothecam introgreſſus, & ſæpè tacitus libellos numerare incipiens, diu nihil ageret, magni illos extimans, in quo certè non errabat, modo aliud quàm pecuniarium pretium cogitaſſet. arculam denique ſpecioſiſsimam peregrini operis, & amici munus alterius intuens, atque auri plenam putans, cū nec aurum nec argentū incluſum haberet, ſed & papyri & carminū plena eſſet. ad hæc inſignes amicitias, & fauorē maximorū hominū reuoluēs animo, quibus me munitū atq; ornatū nouerat, & hæc ſingula & fortaſsè alia, in unū cōtrahēs, meq; fortunasq; meas non aliter, quàm Dionyſium Democles admiratus, ſuſpirans ad poſtremum ait. Heu, quid tibi omnium deeſt, præter unum ſolum, quod ſi adeſſet omnium fortunatiſsimus, pfectò mortaliū fores. id uerò etſi animo pſagirem quid intēderet, ut id unū tamen mihi notum faceret, oraui. illo ad literam Dauidico uſus uerbo ſcilicet: Vt ſciam quid deſit mihi, qdue hoc eſſet ꝙ fœlicitatem meam anguſtaret, cui ſi forſitan noſci cœpiſſet, aliquid remedij quæri poſſet. ad hæc ille altiori ſuſpirio, Hoc, inqt, tale eſt, cui nec tuo, nec cuiuſquam ingenio ſuccurri poteſt, Sola ex omnibus iuuenta deeſt tibi, huic ſubridens: Noli, inquam, amice ſi me amas flere, quod iuuenis non ſum, fle potius ꝙ iuuenis fui. hunc ex ordine dum ſolari hominem incipio, & docere ætatem, quam ille miraretur inutilem

 ac peri-

ac periculoſam. quam uerò contemneret utilẽ ac ſecuram. & ſiquid in uita boni eſt, opti-
mã uitæ partẽ eſſe, nõ me diutius loquentẽ paſſus, ſed perinde auerſatus, quaſi nouam ſibi
hæreſim ingererem, colloquio ſe ſubtraxit. & erat tũc ꝑualida uirensq; ætas, ſed iam non
amplius laſciua nõ florida, illi aũt uiro bono, ſed indocto miſerũ uidebatur adoleſcentiam
præteriſſe. Et hæc quidem hiſtoria, nunc in animũ redit, ut ex unius opinione uulgus om-
ne detegerem. unus enim cunctos error habet, unũ omnes ſentiũt. q ſi uitam omnem miſe-
rã dicerent, forſitan nõ errarent, nunc errore miſerabili, q̃ miſerrima miſeriæ huius pars eſt,
unã illam fœliciſsimam opinant, ſed linquamus uulgus, cũ ineptijs ſuis, cuius nõ modò eo
tidẽ ſunt errores, quot cogitationes, quot uerba, quotq; actus, ſed tota uita error ac uani-
tas eſt, ipſi etiam docti ſæpe homines, in hoc errant & uulgi ueſtigijs eluſi, rectum iter de-
ſerunt, ſicut & matureſcere doleant, & ſenectutem quam tot uotis pri illis parentes exo-
prarunt, magnis paſsibus aduentantem horreant, & adoleſcentiã ac iuuentam, non mino-
ri impetu profugas amplexi hæreant, & inuiti auellantur, inque id ſemper, quod à tergo
eſt irrito deſiderio atq; inani dulcedine retrahantur. Nec me negẽ in hac acie ſortaſsis ali-
quotiens fuiſſe irreditura, cupientiũ, ſed poſt q̃ ꝓpius acceſsi, ita mihi accidit, ut his quos è
longinq̃ uiſus fallit, uidi enim formidabilia q̃ optabã, optabilia q̃ timebam. Scit Deus, ſcit-
q́ue animus meus, rerũ memor, & conſcius mearũ, quotiens fruſtrà ſuſpiraſſe puduerit, q̃
redire non poterant, & ſi poſſent, omni nixu redeuntibus obſiſtendum erat. ſed ideò repu-
tans iuuenum, utcunque ſuſpirijs ueniam do, niſi quos uulgi furoribus, quàm ſenum for-
tè domeſticorum ac prudentium potius acquieuiſſe conſilijs, uenia reddidit indignos. Se-
nes uerò quos alieni conſilij non egentes feciſſe olim res ipſa debuerat, adhuc adoleſcen-
tiam ſuſpirantes, qualium hodie plena ſunt omnia, prorſus & indignos uenia, & odio di-
gnos puto. Ad ſummam, ſanè de omni ætate non iuuenum, ſed ſenum debet eſſe iudi-
tium, eorumq; non omnium, ſed modeſtorum, quiq; animis quoq; ſenuerint, cæteri enim
iuuenibus, immò & pueris annumerandi ſunt. Veri igitur ſenes, recti iudices ſunt ætatũ,
malè enim q iuuenis fuit, contrà, nullus iuuenis ſenex fuit, aut futurus ſit e ſit nouit. Me iam
unum ex idoneis iudicibus ipſa ætas, & ni fallor æquanimitas facit, quid ſum ſcio, quid
eram memini, dum ætatis flore fœliciſsimus uidebar, uſque ad tædium notatus digitis,
atque oculis multorum, quod & nunc maximè patior, ſed alio multumq́ue diſsimili quo-
dammodo, temporibusq́ue collatis, & ſi ætas quælibet ſuas amaritudines ſuasque dul-
cedines habeat, omnibus tamen ad libram actis, tranquillam & placidam & honeſtam
ſenectutem, omnibus ætatibus præferendam cenſeo. dixi ſæpè & repeto haud ignarus
contra multorum totiusq́ue pene orbis ſententiam me loqui. nec ſum neſcius, ut ad cur-
ſum, utq́ue ad ſaltum, ad negotia, ad labores promptior robuſtiorq; eſt iuuenum ætas.
impetuoſior præterea, atque feruentior, ſed neque conſtantior, neque conſultior, in quo
uulgus ipſum mecum ſentit, neque in quo ualdè diſſentit animoſior. Cuius rei ratio ſi
quæritur, præſto eſt. iuuenis enim uxorem ducere, filios gignere, opes, amicitias, potenti-
am, famam quærere, uoluptatibus frui, honoribus inſigniri, diu uiuere cogitat, quæ profe-
ctò metum mortis animo afferunt, prouidenti ad tam multa, tam uaria tempore opus eſſe,
quod mors interueniens ablatura ſit. Seni hæc omnia retro ſunt, quæ ſeu iampridẽ habuit,
atq; ut ſit, uſum ſatietas conſecuta eſt, ſeu illa quidem aut contempſit, ut uilia aut ut deſpe-
rata deſeruit: quibus ceſſantibus, unum iam ex omnibus cogitat benè mori, ipſa mortis ui-
cinitate ſecurior. Magna pars enim rerum formidoloſior, è longinquo eſt. neque uerò pla-
cere mihi unquam potuit, quamuis adoleſcenti, & multo nunc minus ſeni, quod apud Ci-
ceronem iure optimo Cato improbat Cecilianum illud: In ſenecta hoc miſerrimum ſen-
tire, ea ætate ſe odioſum eſſe alteri, neq; illud Iudicis Gnoſij, tertio Troianæ hiſtoriæ ſcri-
ptũ libro: Non dubiũ, inquit, cuiquam, qui contemptui ſit adoleſcentiæ ſenecta ætas. immò
quidem hoc mihi eſt dubiũ, certũq; contrarium, laudabilẽ ſenectutem, & amori eſſe, & re-
uerentiæ atque honori, itaque uilis & inglorij cuiuſpiam uerba ſenis hæc iudico. Scit ſe
eſſe bonis, neque contemptui, neque odio, neque pudorem uita illi, neque mors pauo-
rem incutit, at q uitam omnẽ ꝓbris ac libidinib. impenderũt, q fœlicitatis ſuæ apicem, in
corpore

corpore poſuerũt, dũ ad ſeniũ, hoc eſt, ad ætatẽ corporis & formæ & uiriũ cõſumptricẽ ueniẽdo peruenerint, qđ miri eſt, ſi fragiles ac deformes exterius, intus uacui & inanes, & literarũ inopes, & uirtutũ etiam nulli uſui, ſicut equi & muli quibus nõ eſt intellectus, & corporeũ robur eſſe deſijt, & quibus illos beſtialis uita ſimillimos fecit, tanq̃ ab auratis phaleris uectandorũq; uſu regũ ad quadrigas ruſticas tranſlati irridenť, abijciũturq;. iocus ac ludibriũ iuuẽtutis. quando aũt apud Hebræos Dauid regẽ, apud Graios Neſtora, apud nos Fabium uel Catonẽ fuiſſe cõtẽptui auditũ eſt, & ſenuerant, ſed pars illa, q̃ maxime ualuerant, ſeniũ nõ timebat. Et quoniam ad ſupremũ gloriæ culmẽ euadere, paucorũ eſt, ne qs hinc diffiſus, humi hæreat, quot q̃tidie ſecũdi gradus honorati ſenes, ſeſe offerũt, q ſeipſos, qui familiam, qui patriã, ac p̃ualidam iuuentutẽ, cõſilio ſuo regant, quãuis corpore imbecilles, & attriti æuo, modò nõ animo languidi & enerues. hæc deniq; de hac re ſententia mea eſt, q̃ ſemp fuit, ſed nũc certior iudex ſim, ꝓbatione rei habita, nõ teſtib. tantũ, ſed experiẽtia. itaq; cũ de hoc ſæpè alibi, nuſq̃ tamẽ pluribus, multa de ignotis loq ueritus, etſi ſatis intelligã, hæc & illa uideri poſſe ſuꝑuacua, cũ de his à M. Tullio curioſè admodũ uolumine integro diſputatũ ſit, ſed mihi & amicis, de me loqui quanq̃ nõ neceſſariũ dulce eſt. Nec me latet, qđ nũc obijci diſſentientiũ poſsit argutijs, nondũ ſcilicet perueniſſe me ad uera ſenectutis incõmoda, eſſe ætatẽ iam nec floridam, nec uirentẽ adhuc, ſolidam tamen, ac ualentem, mutandũ ſtylũ, cũ ad illa peruenero, loqui me fortiter, nondũ annis inualidũ, dũ prima & recta ſenectus ut Satyricus ait, nec dũ terram curuus aſpicio, nec dũ auxiliari baculo, ſed pedibus meis feror. Noui omnia, neq; ignoro, ætatem qualibet tripartitam eſſe, prima pars uiridis, unde apud Virgiliũ Viridis ſenectus. ſecunda uerò dicitur adulta, tertia aũt præceps. unde & ſuam p̃cipitẽ ſenectutem, uocat Cicero, ea ꝓrſus ætate, qua nunc ego ſum, cũ mea nõdum p̃ceps, ſed adhuc Dei munere uiridis ſit ſenectus. iam ſenectus tamẽ, iam nõ amplius iuuẽtus, quiſquis ætatum terminos metator figat. Cum illuc ergo perueniam, ſi perueniam, tamen lætiora forſitan quàm dicunť inueniã, ſic ex ſimilibus auguror, ſic à doctis ſenib. audiui, ſin quid aliter, ac ſperauerim inuenero, quid putas acturus ſim? an fortaſsis Senecæ cõſilio ꝓſiliam ex ædificio putrido ac ruenti. abſit ab anima mea furor ille, ego uerò reſiſtã, et obſtabo dũ potero, neq; me falſæ libertatis appetitus p̃ceps aget, in ueram ſeruitutem, uidenť enim morte uolũtaria, quaſi calle cõpendiario morbi uiui, ſeu inſignẽ aliquam fortunæ iniuriam uitare, nec attendũt, q̃to iniurioſior quiſq;, ſibi hoc cõſilio, quàm cuiq; ſua ſors ſit. Illa enim ultra temporalem nihil, hi æternã, ſibi mortẽ inferũt. cæterũ hæc ſpecies euadẽdi, q̃ ceu p̃ruptũ iter, tanti ingenij uirũ, in ſententiam tàm infamem traxit, ut diceret. Inueniri etiam profeſſos ſapientiã, qui uim inferendam uitæ ſuæ negent, & nephas iudicent, ipſum interemptorem ſui fieri & bonũ exitũ eſſe, quem natura decreuit. Mirũ ualde ex ore p̃ſertim docti hominis, morũq; & uitæ hominũ magiſtri, quaſi rem nouã inueniri ait, qui hæc dicerent, cum uerus ſapientiæ profeſſor, nullus inueniatur, qui non idem dicat ac ſentiat, ipſe tamen, eum qui hæc dicit, non uidere ait ſe uiam libertatis claudere, ita enim libertatis amor, ſuĩpſius hoſtem fecerat. quanto melius amici Senecæ, Cicero & Maro, multique alij, ſed hos ille familiariſsimos habuit, quo magis miror, tales eum uiros, uel obliuiſci potuiſſe uel ſpernere, apud primum quidem Africano minori properandæ mortis conſilia uolventi, ſic reſpõdet Paulus pater. Nõ eſt ita, inquit, niſi enim cũ Deus is, cuius hoc tẽplũ eſt. omne q cõſpicis, iſtis te corporis cuſtodijs liberauerit, huc tibi aditus patere nõ poteſt. in cœlũ ſcilicet ubi colloquiũ fingebať. mitto alia, notiſsimus enim locus eſt. ſecũdus uerò cũ de his ageret, qui ſibi lætum inſontes peperẽre manu lucemq; peroſi, proiecẽre animas, mox addidit:

Quam uellent æthere in alto,
Nunc & pauperiem & duros perferre labores.

Sic eſt quidẽ, dũ p̃cipitio fugiunt, labores in maiores ruunt, ita ut q̃s paulo ante iacturã animæ declinabant, cogantur optare, fruſtrà id tamen, nam ſic ſequitur: Fata obſtant, & q̃ nouiſsima quoq; ſunt reliqua. nõ oppono nunc alios Senecæ, & p̃ſertim noſtros, quibus tàm impia, tàq; inſana ſententia illa eſt, ut eã nec aurib. dignentur excipere. ſat eſt illi ſuos obiecisse, nõ quoslibet, ſed eloquij Princeps latini. Poſſet utcũq; cõſiliũ migrandi ex ædificio

 moleſto,

moleſto, nō dico prudētis eſſe, ſed fortaſsè magni animi, ſiqs ſibi ipſi ædificiū elegiſſet, nūc ab illo cœleſti rege deputatum, peregrinanti animæ, ſine offenſa contēptuq; domini linqui neq;. nō modò igitur ex ædificio quolibet inamœno, ſed nec ex uinclis aſperrimis migrabo, niſi q me iūxit abſoluat, ſempq; mihi magis placuit, hac in re mollis & fortunati Regis, ɋ̄ ſeueri Philoſophi iudiciū. ſiquidē Darius rex Perſarū, bello uictus, deſperatis rebus, dū ſuòs hortaret̄, ut ſibi qſq; cōſuleret, cur nō ipſe uel morte ludibriū uitæ imminens uitaret, rationē reddidit his uerbis. Ego, inquit, hic legē fati mei expecto. forſitan mireris quod uitā nō finiam, alieno ſcelere ɋ̄ meo mori malo. ego quoq;, qlqs me ſtatus ſeu corporis, ſeu reliquarū rerū manet, ſortem meam p̄meditatus operiar, uidero qd de me hic, quidue alibi ſanxerit rex meus, & ſic illo p̄ſtante nitar animū formare, ut quicquid erit, læte ſi dabitur, aut ſaltem fortiter patienterq; ſuſcipiat. Interim ſenectutis iniuriam adhuc nullam ſentio, nullasq; moleſtias, iucunda autem multa. nec aſſentior quidem Terentiano Chremeti, ſenectutem ipſam morbum eſſe, niſi unum forſan adieceris, quo ſit plenior ſententia, ut dicatur ſenectus morbus corporis ſanitasq; animæ. Ad hanc ætatem alacris, eo iam eius primos fines introeo, quoſq;, ut dix, præcipites ſibi uocat Cicero, ad Auguſtum ſcribens, hos mihi planiſsimos facillimosq; comperio. millia ibi tamen querulorum. uiuere cupientium gementiūq; q uixerint, unus ego ſi potero, ſine negotijs, ſine iurgijs ſeneſcam. Quid futuri temporis uerbo utor, iam ſeneſco, iam ſenui, neque interloquendū quod ſæpè accidit principij ſum oblitus. Senui, inquam, naturæq; gratiam habeo, ſeu me iter hoc explere uoluerit, quanq̄ poſt ſenectutem nihil ſit, niſi ſeniū & mors, illud pars ultima ſenectutis. Hæc aūt uitæ finis, ſeu ſupremo labori meo parere maluerit, & ſi ubicūq; uiator delinit, ibi uitæ terminus, laborq; ultimus ſit. Neq; enim refert, ɋ̄tum ire potuerit, ſi plus nō iuit, certe ego rei huius arbitrium, curamq; omnem illi commiſi, apud quem ut ſcriptum eſt, greſſus hominis dirigentur, apud quem præfixus eſt terminus eius, & numerus menſium, & dierum, mille anni tanꝗ dies externa ɋ̄ præterijt. Ipſe uocabit me, & ego reſpondebo ſibi, bona uitā & ſalubri fiducia. Procedo interea indies lætior, & coæuis meis adhuc reluctantibus, & ſequacib. noſtris dico, Venite ſecuri, nolite trepidare, nolite ſenes miſeros audire, qui ſi malarū cupidinū nodis explicitos, nō aliter flent, ɋ̄ flere implicitos decebat. nolite illis propter ſenectutē credere, ɋ̄ ſuperficie uenerabiles, uel inuitos facit. ſenectus, quo per medias uitæ procellas. pergitis, nō eſt qualem ferūt, moleſtiſsima illis omnis ætas fuit, ſtultitiæ uitiū non ætatis, docti modeſtiq; hominis ſenectus, pacatis animi fluctib. incōcuſſa, & relictis terrō litium ac laborū ſcopulis, ac qbuſdam qetis atq; ocij, uelut apricis collib. terrū turbini obiectis, circūſepta & tranqlla eſt. Ite modò, feſtinate ut facitis, ubi timebatis naufragiū port' eſt. O ueneranda ante alios ſenectus, ô diu optata, ô ne quicɋ̄ formidata mortalib. & ſi noſci cœpis, fœlix ætas. indignus eſt ad te puenire, q te metuit, indignus pueniſſe q te accuſat. ego te ſemp optaui, nunɋ̄ timui, ego tibi appropinquātē quoad licuit obuiā proceſsi, ego te uotis expetitam, & præoccupatā animo, aliquando & p̄ſentem teneo, & amplector, ô bona malorū uictrix affectuū, expultrixq; optima libidinū peſsimarū, tibi uni poſt Deū tribuo, q p̄duris compedibus, & triſti carcere relaxatis, liber tandē meiq; iuris eſſe incipio. Sera quidē fatear, at quò ſerior, eò gratior libertas. Hæc perdita, mœſtam mihi iuuentutē fecit, hæc reddita ſenectutē lætā facit. rarū ſpectaculū ſed uerū, quā omnes paſsim, ſed ante alios Virgilius totiens triſtem uocat, eam mihi obtigiſſe lætiſsimam, utinam Socrates & Lelius mei uiuerent. ſi tamē id etiam illis placitum eſſet, multiquẽ alij qui mecum ab adoleſcentia uixerunt, ſed & multi adhuc ſuperant. ſi mentior, multi poſſunt teſte redargui, adoleſcentiam mihi iuuentamquẽ curis grauem ac ſubtriſtem fuiſſe, notum eſt, quippe pugnantibus inter ſe animæ partibus, & diſſenſione perpetua, ac ciuilibus uelut bellis uitæ ſtatum pacemquẽ turbantibus. Magnarū opum ualdè auidus, nunɋ̄ fui. ſed mediocritatē quā amare iam didici, nondum ferre didiceram, & iuuenilibus alijs urebar ardoribus, atque ipſe mihi pondus & labor, & ſuppliciū factus eram, ut nil penitus uoto meo magis aduerſum ſit, ɋ̄ redire, etſi liceat ad illas animi tēpeſtates, unde euaſiſſe ſalua puppe me gaudeo, & diuinū munus agnoſco. nā qd amicis ſenib. optari ſolita eſt iuuētus, cū ea p̄ſcriptione, ut idē animus

animus,eademqúe grauitas maneat,tranquillitas morum,ac modeſtia,& ſapientia rerũq; experientia,& ſcientia literarum,ornamenta demum omnia,quæ faciunt uenerabilem ſenectutem dupliciter uanũ eſt,præter ætatis enim iter irremeabile,quo tamẽ multos à morte ad uitam,nullũ prorſus à ſenio ad iuuentam rediſſe legimus,impoſsibilitas eſt alia,neq; enim poſsibile magis eſt,ſenilẽ animũ iuueni eſſe,q̃ iuuenile corpus ſeni,cur amicis ergo, magis optant iuuẽtutem doctam ſobriamq;,q̃ ſolidam ac ſtolidam ſenectutem, niſi quod ad annos libidinũ amicos,quando aliter non poteſt,cogitando ſaltem, anxia mens recurrit,& turbulentiſsimos motus illos,quotum uelut hoſtium è manibus cum cupidiſsimè fugerim,ſi ad eos reuerti cupiam,non amens modò,ſed inſanus ſim, quoſque in me ratio, quoniam ſola non poterat,poſtquàm tempore adiuta compeſcuit,tum demum benè mihi eſſe primũ cœpit,atque ita intus,& extra ſenſum immutari uiſus ſum, quaſi coruus in cygnum transformarer,& candorem animi comæ cãdor adueheret. Hæc tàm multa præcupidè uobiſcum dixerim,amici,de ætate malè cognita,ſed iam mea,de me aũt nihil, q in ea cuius meriti ſim qualisúe,& quamdiu ſim futurus,quando & qualiter digreſſurus neſcio,nihil inquam,niſi hoc unum,quod ſenectutis ad laudem,cunctis quibus noſcor audientib. ꝓfiteor intrepidus, atq; affirmo.nec me triſtior iuuenis,nec lætior ſenex, uos læti ſecuriq; ſeneſcite,& gaudete,& ualete mei memores. Ticini *III.* Cal. Decembris.

Fran. Petrarcha Thomæ de Garbo Florentino, S.

De opinione & fortuna.

PEregrinam ac iucundam ualdè,nec minus ſpatioſam ac profundam colloquendi materiam attuliſſes,ſi uel hinc mihi ſatis ingenij eſſet,atq; ocij,uel tu inde ſic quæſiuiſſes, ut reſpõſuro aliqd uacui reliquiſſes,ſed cũ fermè omnia q̃cunq; de hoc ipſo,ꝙ ex me quæris dici poſſunt,artificioſè admodũ copioſeq; dixeris,qd niſi de reſponſore me feceris miratorẽ. Renouaſti planè mecum illud Saluatoris noſtri,q Magiſtros legis interrogans,eos ipſos niſi obſtructæ aures uerò eſſent,dum q̃rit edocet,& certè uirorũ excellentium de re qualibet inquiſitio diligens,atq; arguta dubitatio diſciplinam tacitam ac latentem p̃fert,neque enim niſi magnis ex cauſis mouentur,quas dum dubij explicãt, ſæpè illos quibus nil dubij illic erat,excitant inſtruuntq;,id ſi unquam aliàs,nec præſertim te q̃rente accidit. de opinione ſiquidem ac fortuna,pulchram atq; ambiguã quæſtionẽ, nominatim mihi, uerè aũt omnib. in cõmune utilem moues. quænam ſcilicet harũ ſit potẽtior,cũ utrãq; potẽtiſsimam fateâre.ponis primũ opinionis miros ac multiplices effectus,atq; adeò uiolentos, ut huc illuc imbecillẽ animam,alternis motib. ſic impellant,ut ſæpè illi ueritas uicta ſuccũbat. ꝙ utinam non tàm crebrũ uulgatũq; eſſet,neq; ꝙ iam in prouerbiũ abijt,omnia ſic opinionibus tenerentũ. Nam qd eſt aliud,ut de meipſo etiam aliqd loquar,ꝙ alter ampliſsimas inter opes,inops,alter in ſumma paupꝫtate ditiſsimus uiuit.qd hic, inquã, cauſæ eſt, niſi opinio utriuſq;? q̃ illi diuitias ſuas anguſtat,& pluriũ egeſtatem ingerit, hinc diuitẽ repſentat inopiam,ſollicitéq; cõtemptũ auaritiæ perſuadet,contento bonis ſuis animo, & quicqd acceſſerit pondus non diuitias opinanti? quid ꝙ optimè ualentes,flere ægros ac phreneticos uidere,ac geſtire lætitia uidemus? qd uera non ualeat,ſi falſa tantũ ualet opinio? quid illud, ꝙ q ſæpè propriè fragilem & anguſtũ poſtem,humo proximũ,rectus inceſſerat,ſolidæ & anguſtæ turris in uertice tremens ſtetit,item pes,qui fuerat, currumqúe & laterum uigor idem,uis oculorum eadem,locus ipſe,cui inſiſtitur ſtabilior firmiorq; opinio ſola debilior, dicam an ualidior,quæ ſic animi ſolitũ robur excutiat,ut q in tremulo ſtabat,tremat in ſtabili. Legiſti ut Caſsius eorum unus,qui Iul. Cæſari nõ dico impias ac ſceleſtes,ne quæſtionem adhuc dubiam p̃tereundo diffiniam, ſed audaces certè manus intulerant,in campis Theſſalicis, res illuc Romanas ciuilibus furijs rurſus urgentibus, ſic opinione uehementiſsima circũuentus,atq; obrutus, Cæſarẽ ipſum obuiam habuit armatũ, & adacto equo ſtimulis in ſe ruentẽ,ut quem uiuũ & imperantem ferire nõ timuerat,ſepulto atq; exanimi tergũ daret,exclamans,plenum illud formidinis atq; erroris.de Pauli quidẽ raptu dubitari poteſt,quoniam idem ipſe,an in corpore an extra corpus fuerit ſe neſcire ait,ſed ꝓfectò Franciſci ſtigmata,hinc principiũ habuêre,CHRISTI mortẽ tã iugi & ualida meditatione complexi,ut cũ eam in ſe iamdudũ animo tranſtuliſſet,& cruci affixus ipſe,ſibi ſuo cũ domino

mino uideretur, tandem ab animo in corpus uerā rei effigiem, pia transferret opinio. mitto illā opinionū peſtiferam uim, q̄ totū orbem uaſtat atque inficit, q̄ cū paucißimis & ꝓpe iā nulli ſcientia, aut uirtus in pretio ſit, cūctis ferè mortalib. opes, imperia, uoluptates, ſumma quædam & ꝓcipua bona ſunt. Quæ res una, maximè in has miſerias, quas uidemus mortalia corda præcipitat, quid hoc enim, niſi opinionū infinita peruerſitas, quam malorū fontē omniū qdām ponunt, nec puto fallātur. ſed qd longinqua, quidúe occulta ueſtigem, cū domi, inq; oculis clarißimū ſit exemplū. ſcis tu, quem Medicinæ ars omnium, nō dico maxi. mū, ne de ignotis iudicem, ſed haud dubiæ famoſißimum nūc habet, quàm flebiliter mol. literq;, magna pars ægrorū leues quoq; ferat angores, audis quotidie miſerabiles illas uoces, heu mihi afflicto, q̄ ob crimen hæc patior? qd feci? quis unquam paſſus eſt talia? lōgæ ſunt equidem, nec ignotæ Herculis atq; Promethei apud Tulliū querelæ. ſed tu multas audis, quas nec hi querulí, nec de his agentes Tragici cogitarunt. Cum interea ſumnus, ecce hominum noſtri orbis ingens Ligurum regnator, Galeaz Vicecomes hic iunior, cuius ad curam, te fama tui nominis è longinquo acciuit, pleno iam decennio podagram non in pedibus tantum, unde morbi illius nomen oritur, ſed in manibus cubitiſque atque humeris, & toto corpore patiatur acerrimam, ita ut iam partes inferiores, obtorpuerint, ueriusque contractis, immobiles, non gradiendi ſolum uſu, ſed effectu careant conſiſtendi, tàm inuicto tamen hæc animo perfert, tamque infracto, ut cum nos, qui circa illum uerſamur extremos & intolerabiles, tàm dilecti capitis dolores, ſine lachrymis non cernamus, ſolus ipſe cruciatibus affectum atque confectum, quaſi alienum ignotiq; hominis ſuum corpus aſpiciat, & aſtantes in ſtuporem cogat, illius patientiæ magnitudo, monſtriq; inſtar ſit ingentis, hominem delicatißimi corporis, ſummis in delitijs enutritum, & q̄ indignationem ac dolorem minus forti animo audiſſe potuerat, ætate nunc etiam florida, ac uirenti, inſuper & dum membrorum obſequio uſus eſt, peregrinationibus multis ac magnis, nec non bellis & armorum uſu, & ludis equeſtribus glorioſum, nō ſiccis modò oculis, ſed ſerena fronte, in ſe illa ꝑpeti, quæ ſani in alio mœſti uideant gementeſq;. Interroga illos, q diebus ac noctib. ei aßiſtūt, dicent nunquam, uel dolētis interiectionē, uel indignantis accentū, ex ore eius auditū, ſed hoc ſemp. Multa mihi magnifica Deus fecit, ſi hoc unū incōmodū, bonis tātis immiſcuit, nihil eſt q̄ de domino meo q̄rar, ſed ſunt plurima de quibus gratias agam. Sit nomen Domini benedictum. qua quidem æquanimitate, tàm inſolita, & patientia tàm inſigni, mihi fateor dignißimus uideretur, cui ualitudo proſperior data eſſet, niſi quod infallibilis Dei præſcientia, omnia examuſsim librans, ſæpè difficultates corporis, animæ tribuit ad ſalutē. neq; uerò patiētiam ſolam, in tantis aſperitatib. exhibet, ſed magnanimitatē quoq;, cōſtantiā, ꝓuidentiam, largitatē, ſollicitudinē, mitem lætis in rebus, imperterritum in aduerſis animum, & quo nihil eſt mirabilius, in hoc corporis ſui ſtatu, interq; rerum motus & fortunæ minas, uniformitatem ac perpetuam alacritatem, & q̄ id genus neceſſaria nouit eſſe regnantibus. quibus ex rēbus, illud Septimij Seueri Romani principis, in hoc noſtro luce clarius eminet, Caput imperare non pedes. Delectauit me de illo hactenus tecum loqui, cuius noſtrum uterq; uirtutem diligit, morbum odit, cui tu omnē, ſi qua humano ingenio fieri poteſt, ego q̄ ſolam poſſum, uotis ac precibus opem fero, de q̄ idcirco prolixius agere, ipſe mihi ꝑmiſi, q̄ & ipſum ad nos, & rē ad ꝓpoſitū pertinere ſum arbitratus, unde enim hæc tāta diuerſitas. illū leuia muliebriter, hūc grauia ferre uiriliter, niſi ex ea ipſa opinione, de qua loqmur, qua ſcilicet illi perſuaſum ſit, dolorē omnē magnā eſſe miſeriā, huic contra, nil niſi in animo miſerum eſſe, in quem ſi ſe erexerit nullū miſeriæ, nullū paßionibus aditū patere. hæc prouide, q̄ in corpus incidunt, quamuis amariuſcula experimenta eſſe animi, materiamq; uirtutis difficilibus gaudentis, & mollia quælibet execrantis, deniq; hinc extremū illud, q̄ alter triſtis, ut magna pars mortalium, alter lætus moritur, quia uidelicet cum mors una ſit, opinio eſt diuerſa. Venio nunc ad epiſtolæ tuæ partē alterā, q̄ de fortuna eſt, cuius tu potentiā uerbis exaggeras, nec tu ſolus. ſed ferè omniū ingenia, in hoc unū pari nixu, uaria licet aſſertione, conueniunt. itaq; Criſpus in omni re dominari fortunā ait, uellem uirtutē excerpſiſſet, Cicero humanarū dominā rerū dixit, qua in re Virgilius ab illo, quem in multis ſequitur Homero, euſque diſſentit, ut cū

apud

apud illum nuſquam ſit fortunæ nomen, ut perhibẽt, ꝙ nihil illa eſſe cẽſeret, apud hũc noſtrum, non nominata potẽsꝗ duntaxat, ſed quodam loco omnipotens, etiã ſit fortuna, nec me fugit quoſdam noſtrorũ, & olim, ꝙ ab Auguſtino ſubtiſsime apprehẽſum eſt, & nuper in cœlo illã poſuiſſe, ceu numen aliquod, ꝙ mirari ſatis nequeo, niſi uulgi forſitan ſequãtur errorem. de quo Satyricus loquens: 2 e inquit,

Nos facimus fortuna deam, cœloꝗ locamus.

Turpe eſt aũt ſapientiũ diſciplinam, ut ſequaces multos habeat, ſequi ueſtigia delirantum, à quib. toto calle diuertere, ea demum ſumma philoſophia eſt, paſsim certè multos, qui fortunam propitiã nõ uirtuti tantũ, ſed diuino etiã auxilio anteponãt, & fortunæ amici malint eſſe q̃ Dei. Quamobrẽ nõ poteſt, niſi magnũ aliquid uideri, de quo ita docti ſentiant & indocti, in multis diſſonũ humanũ genus, ita conſonet. Quid hic dicam, aut quid extimem. non mihi qui de bona fortuna inſcribitur Ariſtotelis libellus ignotus eſt, nec Ciceronis illud oblitus ſum, Magnã uim eſſe in fortuna, in utramꝗ partẽ, uel ſecũdas ad res uel aduerſas. quis ignorat? nam & cũ ꝓſpero flatu eius utimur, ad exitus puehimur optatos, & cũ reflauit affligimur. Sed cum hoc ſimul illud Lactãtij memini uerba iſta diſcutientis, Primum enim, inquit, qui negat ſciri poſſe quicquam, ſi hoc dixit, tanquàm & ipſe, & omnes ſciant, deinde qui etiã q̃ uera ſunt dubia conetur efficere, hoc putauit eſſe clarũ, ꝙ illi eſſe debuit, uel maximè dubiũ. nam ſapienti animo falſum eſt. Quis, inquit, neſcit. ego uerò neſcio, doceat me ſi poteſt, q̃ ſit illa uis, q flatus iſte, & qui reflatus. turpè igitur hominẽ ingenioſum id dicere ꝙ ſi neges, probare non poſsit, poſtremoꝗ is qui dicit, ad ſenſus etiã retinẽdos, ꝙ ſtulti ſit hominis, rebus incognitis temerè aſſentire. Is planè uulgi, & imperitorũ opinionibus credit, quàm fortunã putet eſſe, quæ tribuat hominib. bona uel mala. hæc Lactãtij forſã ante tempus inſerui, quod directè proximis Ciceronianis illis, aduerſa erant. Rurſum uerò non ſum neſcius, Auguſtinum, quod in opere ſuo quodam, ſæpè fortuna nominaſſet, ne ab alio reprehendi poſſet, conſultò id quidem, ac prouidenter, ut reliqua. ceterùm uir ille ſanctiſsimus, & de ſacris agens rebus, non immeritò prophanum fortunæ nomen exhorruit, ego aũt peccator, & utrũꝗ ſecularib. olim ſtudijs occupatus, millies nomen. hoc literulis meis inſeruiſſe uideor, nempè quo & uulgi ora, & doctorum libros hominum plenos noueram, quin etiam adeò me nominis huius non pœnituit, ut nouiſsimè de utriuſꝗ fortunæ remedijs, libellum ſcripſerim, non fortunã duplicem, ſed bifrontem ſtatuens, de quo libro qd alijs uideatur. eorũ ſit iuditiũ, q audierint aut legerint. Ego ex quo ad exitũ ductus eſt, nec ex illo profundè aliquid deguſtaui, nec experiri fuit, quantum meis ipſe conſilijs adiuuare, eò tamẽ mihi probatior factus eſt, quo illum quibuſdam magnis ingenijs gratum ualdè & optatum ſenſi. De hac igitur re, tàm trita, cuius, ut dixi, non modò ſæpiſsimè mentionem feci, ſed etiam nominatim ſcripſi, quamuis uulgatum et publicatum loquendi morem ſecutus, id fecerim, quod mihi ad uulgares ſæpius, quã ad Philoſophos ſermo eſſet, de hac inquam. in archano mei pectoris, ubi multa & nota mihi cũ populo lis eſt, quid uerè ſentiam ſæpè breuibus attigi, quaſi eminus uibrans meæ aciem qualiſcunꝗ ſententiæ & nunc, quoniam cogis expreſsius attingendum, de quo fateor, ut de alijs multis, aliquanto libentius audirem, quod & utilius id reor & tutius, ſed interrogationem tãti uiri diſsimulare nõ potui. Scio igitur ut audiſti, magnos uiros ſcripſiſſe de fortuna, & me parium ſcio, nomen quẽ iſtud & ſecularibus ſcriptoribus uſitatum, nec intactum ſacris. teneo Auguſtinum ipſum, dum de fato ageret, quod neſcio an idem, quod fortuna, an conſanguineus ſit illius, inter multa dixiſſe, Niſi fortè fatum à fando dictum intelligamus, id eſt aliquando nõ enim abnuere poſsimus, eſſe ſcriptũ in literis ſacris, ſemel locutus eſt Deus, quod enim dictum eſt, ſemel locutus eſt, intelligitur immobiliter, hoc eſt incommutabiliter, eſt locutus, hac ita ꝗ ratione poſſemus, à fando fatum appellare, niſi hoc nomen, iã in alia re ſoleret intelligi, q uo corda hominũ nolumus inclinari. Et eodẽ libro, Prorſus, inqt, diuina ꝓuidẽtia regna cõſtituunt humana. q̃ ſi ꝓpterea, quiſquã fato tribuit, quia ipſam Dei uoluntatẽ uel poteſtatẽ, fati nomine appellat, ſententiã teneat, linguã corrigat. etſi, hercle, ſic accipiat, ego ꝗꝗ magnum quoddã & ineluctabile fatũ, ut Maro ait, ſeu fortunã nõ inficior. Si enim tam magna, tamꝗ urgentia principũ mortaliũ ſunt ꝓcepta, quã maxima extimãda ſint diuini oris

edicta, etſi non poſſe equidem fata mutari, ſed trahi poſſe, Homerica primum, poſt Virgiliana ſit fictio, uerè tamen nec mutari nullatenus, nec differri queunt, nec uis ulla, nec fuga, nec tergiuerſatio, nec dilatio locum habet. At ut uulgus, nec exigua literatorum, quoq; hominum pars accipit, fortunæ nomen, clarè fateor, nec indocti uereor infamiam, credere me nihil eſſe fortunam. Quæ res forſan in primis, facti me rationem, qui de eo ſcripſerim, quod uel ſcirem, nihil eſſe uel crederem. reſpondebo: Me de fortuna quidem nihil, ſed de remedijs contra illam, quæ fortuna dicit̃, ſcribentem collegiſſe, quæ mulcere uel augere humanum animũ uiſa ſunt. quæ quoniã uulgò fortuita dicerentur, nomẽ antiquũ tenui, ne lectorẽ uerbi controuerſia deterrerem, & ſcriptis alienarem & ſcribenti, ſcio ego perſuaſum publicè, quotiens fortè quid accidit, & abſq; apparentibus cauſis (ſine cauſa enim nihil accidit) id eſſe fortuitum, eamq; Fortunam dici. Exempli cauſa: Pater familias peregrè profecturus, & nulli fiſus, theſaurũ humi infodit, q̃ rediẽs inueniret, iuitq; nec rediјt. Longum poſt tẽpus, ruſticus terrã fodiens, aut fundamẽtum faciens architectus, id reperit, non hoc ille mente egerat, non hoc iſte quærebat, ſed ille ut theſaurũ abſconderet, hic ut agrum coleret, ſeu domum ſtrueret. Fortuna, inquiũt, fuit amborũ. illius ut perderet, huius ut inueniret. Ego hãc rẽ multis apertiſsimam, non diſcerno, eũ qui theſaurũ abdidit patrẽfamilias, fuiſſe ſcio, eum qui architectũ uel agricolam quod reperit aurũ uel argentũ uel tale aliquid quo repperit, uomerem ſeu ligonem, quo illum ageret manus, brachia, boues, ſtiuã, & quæ ſunt generis huiuſce. Vadit aliquis uel Bononiã ut ſtudeat, uel ut oret Romã, nõ expectatos in latrones lapſus, occiditur. reuertebatur ab exilio Marcellus, & læto animo patriam repetebat, ſed ab hoſte impio præuẽtus occubuit. Talis erat, inquint, horũ omniũ fortuna. Ego uerò adoleſcentẽ ſtudioſum, & deuotũ peregrinũ, & utriuſq; iter, & præterea ciuem bonũ, immeritũ, exulem, & exilij locũ Mithylenas, & Athenas cædis & latrones atq; hoſtes obuios, & mucrones, & incurſus, & ictus, & ſanguinẽ, & omnino res ipſas atq; actus agenteſq; & euentus rerũ uideo. Hæc inter quæro fortunã, de qua ſermo eſt, nihil inuenio præter nudũ nomen. Nã ſi ipſe rerũ accidentiũ inopinus ac ſubitus euẽtus Fortuna dicit̃, quæ diffinitio nõnullorũ eſt, ſatis ex hoc ipſo rei ueritas, niſi fallor elicit̃, horũ enim, & ſimilium euẽtus, quis eſt alius, q̃ uulnera et mortes & ſpolia, quorũ auctores, nec fortuna nec fatum, nec omnino alij, quã homines ueri ſunt, his atq; alijs inductus, fortunã per ſeipſam nihil eſſe dicẽtib. aſſentiri cogor, de quo, ne aliena mihi tribuã, à multis inter quos ab his quorum ſuprà memini, Auguſtino & Lactãtio Firmiano, inſtitutionũ libri, & arguté ſatis, ut arbitror & fideliter diſputatum eſt. Benè igitur & piè Chriſtianiſsimi illi fratres, pro ueritate cõprehenſi torquẽdiq;, ac mactandi, cũ fortunæ mentionẽ iudex impius feciſſet, breui ac præciſa, nec minus uera ſentẽtia, fortunã Chriſtianos neſcire, pfeſsi ſunt, quos magnorum hominũ fulcit auctoritas. Nã ut ſileã, duos illos, q̃s pauloante nõ ſilui, qui hoc ipſum ſæpiſsime replicãt, & Ambroſio fata nulla, & Hieronymo nec fatũ, nec fortunã eſſe uiſum uideo. Ad ſummã ergo, ſermo mihi uulgaris, ut intelligar de re ipſa, hoc iuditiũ meũ eſt, ſi fortaſſe nõ ſat uulgare, nõ ſat philoſophicũ, piũ puto, idq; mihi ſat eſt. Quod qdẽ ſæpè mihi olim dictũ, ſæpè ſcriptũ, nũquã tamẽ apertius. ſentio enim, neq; cõtrariã opinionẽ, de cuius poteſtate primũ diximus, humanis affixam præcordijs, & alto errore radicata extirpari, nec loquẽdi morẽ publicũ mutari poſſe, atq; ideò pacẽ quærẽs, nõnunq̃ loquar, ut plurimi, ſentiã ſemp ut pauci. Sin fortaſsis utar ſæpe aduerbijs, à fortuna dictis, cũ fortunã ipſam nihil eſſe dicã, ſi ergo uerior illa ſententia, neq; enim tanti archani diffinitorẽ me profiteor, eorũ ſcilicet qui uolũt, ut aliqd ſit fortuna, uel, puidentia ipſa Dei occultis homini, ſed ſibi notiſsimis cauſis agẽs, atq; agitãs res humanas, ſeu q̃d qbuſdã placuit, puidentiæ miniſtra, & diuinarũ uoluntatũ executrix quædã, neſcioq; cũ ſcriptũ ſit, ipſe dixit & facta ſunt. ſed ſi ita eſſet, nulli dubiũ, quãuis opinio intra hominẽ ipſum ſit, fortuna aũt exterius opinione, illã tamẽ eſſe ualidiorẽ. Nẽpè & opinioni & animæ, cui illa inſit opinio, & corpori, & rebomnibus imperantẽ, Dixi, ecce, q̃ occurrit ex tẽpore, inter occupationes multas, & libros nullos, & curas itineris, totus animo in id uerſus, doctis omnibus, ante alios tibi, amiceref huius certiore iuditio reſeruato, ſiquid compertum mihi præſcripſeris, amplexurus. Vale. Ticini v. Idus Nouembris.

Fran. Petrarcha Luchino de Verme Equiti Veronenſi, S.

Contra Thurcos profectum, exhortatur ad reditum.

TEnes ut arbitror memoria, nunquam mihi tuum hoc iter placuiſſe. quamuis enim in ſe pium, & iuſtis ex cauſis ſuſceptũ, non ſat tamen aut præſidijs, aut ea quæ primum in bellis præcipuum locum tenet, prouidentia circunfultum, ab initio uiſum erat. ꝙ non eſſet, ſi ut nuper aduerſus rebellantem Cretam primus, ſic nunc aduerſus Aſsyriam dux eſſes, ſed nõ ita eſt. illic enim tuis hic alienis auſpicijs rem geris, itaque magis ac magis, indies mora mihi inuiſa ac ſuſpecta eſt tua, neſcio enim, q̃d inſoliti metus incidit, quem irritũ cœlites uelint, iam mihi tamen, ut uerum fatear, in augurium uergit, ſcis quàm fragili ſtamine pendent res humanæ, neq; aër ille, neq; comitatus, neq; curæ tuæ conueniunt naturæ. redde te nobis, & propera oramus, omnis dies anno longior expectãti eſt, redde tuorum oculis exoptatam lucem, auſer animis deſiderium tui, iugi deniq; nos pauore libera, uano utinam, graui tamen, & iam certè nimium diuturno, ueni ergo. Nam ſi iuſti ut cederes inuidiæ, quod magni aliquotiens fecerunt uiri, ecce tibi illa iam cedit. ſi faſtidio identitatis, ſatis ſuperq; iam uariatum eſt, ſin multa uidendi ſtudio, quod neceſſarium claris futuris uiris, clari quidam uiri extimant:

> *Etiam multa & certa experientia rerum exterarum longaq;*
> *Externorum bellorum occaſione circumactus,*

tempus eſt, ut noſtri uicisſim deſiderio teneâre, demum quolibet animo hinc abijſti, de propoſiti tui ſumma, dubium nulli fuit, quæ profectò alia non fuit, quàm ut quotidiano illo tuo more, te meliorem faceres. Iam melior factus, redi &. Vale. Ticini IIII. Idus Decembris.

Fran. Petrarcha Iacobo de Verme, S.

De Luchini patris obitu.

O Inſidioſa ſæpius ſors hominum, quàm fortunam uocãt, & blanditijs fallax, ſed interdum minax, quodq; eſt factura prænuncians, hoc nũc more ultimò uſa eſt mecum, ſiue ulla, ſiue alti or potestas, de qua quæri nephas, nihil inſidijs auctum eſt, uulnus hoc fateor, diù ante prouideram, ſed impendẽtia euadere difficilè eſt, præſertim. quæ ita in alterius manu ſunt, ut nullæ nobis in his partes, uel ingenij uel induſtriæ ſint relictæ. Horrebat animus mœſtis augurijs, & toto corpore cõtremiſcẽs, cogitabam ſemper odioſam mihi, magnanimi tui patris abſentiã, ſemperq; præſagiens, metuensq; quod accidit, ne ſcilicet rarum illud noſtræ ætatis & patriæ noſtræ decus, cuius pars æthera cœlo debita erat, & nunc reddita eſt, terreſtris Italiæ atq; Atheſi nobis, pro hac parte ultima Thrax Ebrus atque Euximus eriperent. ſuper quo, non tacui, quin & illum, & funeſtam moram, literis ac nũciorum linguis increpui. ſed fortaſsè nec ipſe aliud poterat, & inuictos humeros, imperioſa neceſsitas, atque inſtantis ruinæ pondus urgebat. Sic erat in fatis, inquit Naſo, immò uerò hæc uoluntas Dei erat, ut qui à prima adoleſcentia, iuſta arma ſemper induerat, expeditione nouiſſima, contra hoſtes fidei, pro pietate ac religione ſuſcepta, honeſtiſsima omnium ſanctiſsimaq́ue militia, & armorum uſu optimo, defuncti animus, ad illum, cui tot claras uictorias debebat, uirtute armatus, ac triumphaturus aſcenderet, quoq; illum perueniſſe cõfido fœlici laborum fine inuento, quorum ſibi nullas ferias uirtus dabat, & quoniam mortaliũ mortes flere, ut olim, iam nec ætatis nec propoſiti mei eſt, fœlicitati ego ſuæ gratulor, damnum meum tacitus mœſtusq́ue prætereo. Literam quidem tuam fili legi, acri quadã & amara dulcedine, talis amici, multa mihi ſuſpiria renouãtem, cui te ſimilium fieri opto, inq; hoc ſummo ut ſtudio niti uelis, hortor ac deprecor. ſic amicos enim omnes, meq; in primis, magno gaudio cõplebis atq; ſufficies, ut tali filio ſupſtite, tãtus Pater planè nobis redditus uideatũ. Neq; uerò tibi, ut multis, difficilis ad gloriã uia eſt, habes domi ducẽ, quẽ mireris, quẽ ſequaris, cuius ad imaginẽ te conformes. habes ante oculos ſpeculũ, memoriã uiri illius incõparabilis, ac uirtutum omniũ exẽpla domeſtica, pronum opus, ad exemplar incorruptũ ſcribere, ultimũ eſt, ne oſſa illius ex quo amicis manib. transfecta Bizantion, atque honorificè ibi recõdita didiciſti, meo conſilio amplius moueanẽ, ſed in cœlis quieſcente anima

illa

illa in terris, in q; urbe regia conquieſcit. tu fili chariſsime, teq; tuamq; domum uiduam ſolare, & per ueſtigia tanti patris age, uiriliter & fœliciter. Vale. Ticini v. Idus Iunias.

Fran. Petrarcha, Donato Apennigenæ Grammatico. S.

De Pœnitentia, & ad hanc efficacibus ſanctorum libris.

DVæ quidem nuper epiſtolæ tuæ, diuerſis diebus à te ſcriptæ, neſcio an & datæ etiam, ſimulq; mihi redditæ, nec ſine gaudio perlectæ, ſaliuam exciuerunt ſcribẽdi plurima, ſed occupationũ memor, preſsi impetũ, una de mea qdẽ re familiari, q̃ q̃ntã mentis una materia eſt, ſeorſũ ut mos eſt meus ad illã reſpõdebo. altera uerò tuo de ſtatu, illo inq̃ ſtatu q ſolus eſt tuus, præter quẽ cætera omnia, & breuia & caduca ſũt, & nutu uoluitur alterius, nõ enim iam fortunæ tribuam, q ſoleo, ne mihi aduerſer, hoc unũ uerũ et propriũ tuũ bonũ eſt, q q; excipi tibi, niſi ipſe cõſenſeris nõ poteſt, animæ ſtatũ dico, pœnitentia quo nil de te poſsẽ lætius audire, ac cõfeſsione purgatũ ſalutifera, de qua re multa olim à ſanctiſsimis uiris dicta ſunt. & nũc fortè aliquid à peccatore homine dici poſſet, ſi quantũ animi tãtũ eſſet & temporis. faciam uerò q eſt proximũ, et peculiare occupatorũ omnium atque inopum, qui quos ope nequeunt, cõſilio adiuuãt amicos. Accede animo parumper, aſſum tibi non lõgè, ut Argiuis quõdam ducib. illa infœlix apud Statiũ nutrix, ſed p̃nitidi mõſtrator fontis, a quo ſalientis in uitam æternam, nec uerebor, ne me meus interim ſerpens lædat. q & mihi nullus Archemorus, & Mitridaticũ eſt optimũ, cõtemptus. q p̃ſtare ipſe nõ ualeo, unde accipias dabo, & ad illud beatiſsimũ ac Deo amabile par hominũ te remittam, q̃s quia inuicem pius amor hic nexuit, & nunc Deo charitas æterna connectit, libenter ego etiam ſcribens, aut loquens, fungere ſoleo Ambroſium ſcilicet atq; Auguſtinũ ſacratiſsimas animas, & operaſiſsimas cœleſtis faui, ac diuini apes eloquij, hi enim de hoc, q nunc agitur, hoc eſt de pœnitenda ſingula ſcripſère uolumina, quibus nihil utilius, ad ſecurum iter uitæ huius, & alterius ſpem. Eſt & Auguſtini opus aliud, q Confeſsionum dicitur, tredecim diſtinctum libris. quorũ in primis nouem ab extrema infantia, ac materno lacte uitæ, totius errores ac peccata omnia, in decimo aũt adhuc ſuperſtites peccati reliquias, & p̃ſentẽ tũc uitæ ſuæ ſtatum, in ultimis aũt tribus dubitationẽ ſuam, de ſcripturis ſæpè, etiam ignorantiã cõfitetur. qua confeſsione, doctiſsimum penè omniũ qui fuerint, ſi q eſt mihi iudicium ſe oſtendit. Hũc librum intẽto deuotoq; animo legere, ſi in conſuetudinem deduxeris, ſpero te, pijs atq; ſalubribus nunquam lachrymis cariturũ, uerecundiæ quidem, ſed expertus hoc dixerim, ut enim ductu eius quẽ diligis, ad hãc uidentior lectionem uenias, ſcito illũ librũ, mihi aditum fuiſſe, ad omnes ſacras literas. quas ut humiles, & incomptas ac ſecularibus impares, & nimio illarum amore & cõtemptu harum & opinione, de me falſa, at q; ut breuiter, & hoc ipſe peccatum meũ fatear, inſolentia iuuenili, & dæmoniaco, ut intelligo clareq; uideo, nunc ſuggeſtu, diù tumidus adoleſcens fugi. Is liber me mutauit catenus, nõ dico ut uitia prima dimitterem, quæ uel hac utinam ætate dimiſerim, ſed ut ex illo ſacras literas nec ſpernerem, nec odiſſem, immò uerò me paulatim horror ille mulceret, & inuitas aures recuſantesq; ad ſe oculos traheret. Deniq; ut amare literas illas inciperem, & mirari & quærere atq; ex eis licet minus florum forſitan, at profectò plus fructuum, quàm ex illis alijs antea tàm dilectis elicere, neq; uerò dignum erat, nulla ex parte Chriſtianũ hominem Auguſtini eloquio mutari, cũ ut ipſe dicti operis libro tertio meminit Ciceronianus, eum adeò mutaſſet Hortenſius. Has cõfeſsiones ſi aliunde nõ inuenis, ego tibi exemplar deſtinabo, ut uel ſic boni tui participes fiam, quamuis ut puto, propinquius tibi ſit apud inſignẽ illũ Philoſophũ, uerũ theologum ac magiſtrum, cuius tuarum in altera literarum mentio erat, uel germanum eius, & profeſsione uitæ parem & ſcientiæ, duo ueræ lumina ſuæ religionis Auguſtini nomẽ habentis, ac regulam, & Patauinæ geminum urbis decus eximium quos mihi non mea quidem, ſed illorum uirtus ſpectata conciliat, quorumq; ſententiam, de me, quamuis non tàm iuditiariam quàm paternam pluris facio, quàm detractorũ omnium uipereas linguas, ac ſibila, quos quotidie in meam famam plures certè, quàm credidi. & unde non credidi, nec ni fallor merui, feruidum inuidiæ uirus irritat. Sed de hoc alibi, ſæpè multa q mœſtus dixerim, cogente materia. nunc ultrò breue hoc ad calamum uenit, atque indignationis auxilio, ne reppelleret obtinuit, undecũq; aũt ad manus tuas liber ille peruenerit,

poteris

poteris ſi placebit, & rebus conſentaneũ uidebitur, unũ ex his, quæ olim in libris ipſe meis ſcholaſtica curioſitate præſcribere ſolebam, meum diſtichon in primordio eius apponere. Id uerò eſt huiuſmodi:

Hunc celer ad fontem deſerta per arida pergat.
Quiſquis eget lachrymis. quibus impia crimina tergat.

Hæc hactenus. Scripsêre & alij multi, res ad ſalutem utiliſsimas, de his loquor, non quæ ſcientia implent, & ſæpè inflant, ſed quæ deuotione humili, humanum animum accendũt, ut collationes patrũ, & patrũ uitas. quarũ aliquæ nõ pietate tantũ, ſed eloquentia referre miris modis, & lectorẽ adiuuant & delectant. qualis eſt Athanaſij Antonius, cuius uita perlecta, multis profuit ad imitationẽ uitæ, qd ni, aũt cũ Auguſtino ut ipſe in octauo Cõfeſsionum refert, uel audita profuerit. qualis eſt. Et Seueri Martinus, & Hieronymi Hilariõ, eiuſdẽq; uel Ioannes Aegyptius, uel Paulus primus heremita, quẽ placere tibi admodũ ſenſi, nec immeritò. Eſt enim neſcio, an deuotum an diſertum magis, opuſculũ, neq; in hoc numero, prætereundi duo ſunt Ioannis Chryſoſtomi deuotiſsimi libelli. quorũ alter de Reparatione lapſi, de Cõpũctione cordis alter inſcribitur. qui quoniã dinumerare omnes lõgũ eſt tibi, cũ uoles in noſtro armariolo p̃ſto erũt. His ut delitijs aſſueſcas uelim, & his animũ cibis paſcas, mihi etenim crede, nullis in Hippocraticis aphoriſmis tãta ægris ſpes ſalutis, aut tàm certa remedia, nec te terreat, utilis conſilij dilatio, ſatius eſt ſero, q̃ nũquã reſpicere, immò uerò nil quod benè fiat, ſero fit. etſi enim nõ careat mora periculo, cedit illud tamen accedẽte remedio, ꝙ ſi efficax eſt, ſerum utiq; non eſt, moræq; ſecum ac periculi finis ad eſt Tragicum illud animo reuolue:

Nam ſera nunquam eſt ad bonos mores uia.
Quem pœnitet peccaſſe penè eſt innocens.

Pium uerbum, etiam ſi à Catholico diceretur. Quam conuictũ ſanè meũ tibi, amicitiamq; utilẽ dicis, ad ſcientiam, ad uirtutẽ, ad hanc ipſam deniq; uitæ mutationẽ, & confeſsionis ac pœnitentiæ amorẽ, uellẽ ueræ diceres, & fortaſsis ut eſt cæcitas amantiũ, uerũ putas, cũ pſectò p̃te raros nudosq; licet fidos monitus, horum nihil tibi, uel fuerim uel eſſe potuerim. Sunt fauillæ aũt in animis noſtris, cinere terreſtri obrutæ, & uelo carnis abſconditæ, quas cũ ſpiritus, qui ubi uult ſpirat, flando exciuerit, fomite amoris & ſpei cœleſtis adhibito, ſacrũ ſubitò ſurgit incendium, in his maximè, qui propriũ ſtatũ, & pericula uitæ præſentis intelligũt, quib. ego te amice cõnumero, Tu diuini operis, me in partẽ uocas, eſſem utinã tibi meiſq; omnibus, uel doctrina utilis, uel exẽplo. neutrũ ſũ uereorq́; ueræ, ultimo potius ſinu damnoſus. tuq; hoc ipſe, ſi dimota parũper amoris nube, q̃ magnis quoq; iuditijs officit, per obſtantes tenebras oculum figas, ſole clarius uidebis. non hæc chare mihi, libens dico, libentius uel tacerẽ, uel gloriarer etiã ſi liceret. Sed nihil eſt ueritate potentius, illa me hinc cogit, inde autem amor tui, ne ſcilicet tuis in rebus rectus iudex, in meis tacito me labaris.

Poſtremò, quod urgente ſtylum charitate dixiſti, ad opes tibi, quoq; nõ nihil noſtram amicitiam contuliſſe, tale fuit, ut non magis admirationem mihi, q̃ riſum pareret. ergo ego tibi ad diuitias profui, cui etſi non pecuniam, ac pecuniæ radices, curam, ſollicitudinem ac tempus eripui, quem à plateis urbium, ſæpè ad ſolitudinem & in ſyluas, ſæpè à negotijs ad ocium traxi. cui omnes æquè feſtos dies feci, cui denique & contemptum deſidem, & exigui amorem, & quietis ſtudium, & ad ſummam, totum meum gelu domeſticæ incurioſitatis affricui. itaque an hoc unum ludens dixeris, an prorſus in ratione rei familiaris erraueris, incertum habeo. certè me duce diues nemo, quod nouerim, ſed nonnulli pauperes facti ſunt. qui ſi reditus pateat, diuites iterum fieri nolint, ſed ut in te deſinam, dij precor læta omnia, ſi diù tamen ſimul uiuimus, quanquam nullũ hic diù, loquor autem de diuturnitate mortalium, uereor, ne tu in finem, iure optimo de me dicas, quod de præceptore ſuo Anthiſtenem Cynicum Diogenem dicere ſolitum legiſti. Ipſe me, aiebat, mendicum fecit, ex diuite, & pro ampla domo, in dolio fecit habitare. Vale. ſeu tu diues, ſeu pauper noſtri memor. Ticini *IIII*. Idus Iunias.

Fran. Petrarcha Frederico Aretino, S.

De notorum modeſtia.

MAgnam, parua ex epiſtola tua, delectationem cœpi, ſummus illis lepos ac feſtiuitas inerat, quod his multo eſt melius, non exiguum ſanè mentis indicium. Sorte lætus atq; cōtentus tua es, nil humanis in rebus utilius, nullus rectior, ad ſalutem trames. regna enim, & imperia, opesq; & potentiam optare omniū, aſſequi paucorum eſt. optare autem q aſſequi nequeas, quid eſt aliud, niſi q habeas faſtidientem, inefficaci animum labore conſumere? tu ergo, quod mediocri uel tenui quoque gaudeas ſtatu, laudo & probo, te his moribus ditiorem cenſeo, quàm ſi Crœſi atque Alexandri opes inopes, fragilemq; potentiam aceruaſſes. ſic enim qua per hominem fieri poteſt, ut uulgariter loquar, fortunæ ad te aditum præcluſiſti, cuius ut uides, uitare illi impetum nequiuère. mirum dictu, potentiæ domitrix, inſolentis imbecillitate humili retunditur, more ignis, qui in obiectum maius acrius ſæuit, ademptione leniendus obſtantium, ſeu etiam extinguendus. Fortuna ergo hæc, quæ dicitur, nō theſauros, nec munitas arces, nec inſtructas claſſes, nec præualidos horret exercitus, quin his potius irritatur, atq; accenditur, quorū toties ſe uictricē meminit, atq; unde ſibi clarior nūc etiā ſit triumphus. at frugalitatē, modeſtiā, fortitudinē, cōſtantiā timet, à quibus uicta ſe ſæpiſsimè recordatur. Sic tu uitā q̄ multi ſpernerēt, & querelis inanib. onerarēt æquanimitate ac patiētia, nō modò tolerabilē, ſed iucūdam efficis ac fœlicē, ut nil habet peregrinatio hæc noſtra miſerius, ſic nil cōmunius q̄ querelas. pauca ſunt fateor in hac uita, quibus placendi cauſæ magnæ inſint, ſed hominibus natis humana omnia, uel accepta uel minime certè flebilia eſſe debent. Magnæ aūt parti hominū, nihil omniū placet, niſi q uel aſſequi nequeūt, uel ſeruare, hinc indignationes iræq;, & de ſua ſorte cuilibet querimoniæ immortales, ærumnoſior ſanè eſt inter delitias, mœſtus ac querulus, quàm in ſupplicibus, aut paupertate tranquillus. quales multos fuiſſe, & audimus & uidimus. tot demum inter miſeros atque ingratos, ille ſolus eſt fœlix, Deoque gratus, & ſibi ipſi propitius, non qui uel quicquid optat, adipiſcitur, uel quicquid adeptus eſt, proprium atque perpetuum habet. Id enim nulli unquā obtigit, ſed qui uel quicquid euenerit, ſic aſpicit, qui ſi unum illud optauerit, uel quicquid amiſerit, ſic cogitat quaſi amiſiſſe ſit melius. Benè igitur facis, nec ſemel tantū, ſed bis benè, q ſortem tuā lætus amplecteris, ſic & illi equidem pretium quæris, & quietem tibi, hoc nimirū eſt fortunā, ſi qua eſſet, uel ſuperare uel fallere. magnas illa tibi diuitias ſi negat, quin & has ſpernas, & paupertate tua gaudeas, negare non potuit, negat turbidos urbiū honores, quin rure ſolitario et agreſti delecteris uita, præter te unum, nemo tibi præripiet, tecū cōtra illā uirtus militet, hac fretus, nullo uſquam cert. nunc uinci potes. q omnipotentē enim apud Poētā noſtrum legis, impotētē atq; infirmā, obiecta illi uirtute reperis, nulla enim re, hercle, potētior, q̄ impatientia & mollitie ſit humana. ò fœlix, & meo quidem inuidioſæ iudicio, q remotis urbiū plateis, & ſuperborū duris ciuiū liminib. dimiſsis, tibi redditus nemorūq; & agrorū: dulce ſilentiū nactus es, humilēq; plebeculā, & iuſtitia regis & ſtylo laudas, nec immeritò, etſi enim acri ſub iudice, nemo bonus, mali omnes, ita tamē aut minus mali, aut certè quos cōſtat, mali ulnimò diutius boni. Igitur his cō uiue lætus ut facis, tecūq; fœliciter agi credito, q ad tēpus ſaltem triſti diuitū, atq; umbroſo ſupercilio, quodq; in primis mōſtruoſæ ueſtis, ſeq; indies tranformāniū habituū ludibrio liberatus es, q̄ ut fugeres, nō Apēninus modò mōtiū mitiſsimus, ſed Athlas, tibi uel Caucaſus adeūdus fuit. populū tuū fermè omnem una ueſte cōtectum, atq; cōtentū uides, niſi feſta luce, forſitan in terga paucorum, quos uel ætas uel rei ruſticæ peritia primos fecit, albo interdum color acrius ſucceſſerit, uides duros calceos, nō pedis impedimentū ſed auxilium, maſculas togas uides, frigus arcentes tegentesq;, quæ tegi docuit natura, nō infamas has noſtrorum iuuenum, quodq; eſt deſperatius, & noſtrorum ſenum uultus modò regentium, & pudenda nudantium, quibus non eſt ſatis infectum, atq; oppreſſum, probris omnibus animū habere, niſi oculos alienos inficiant, ac fatigent, his iraſcor, hisq; iratum amatorē uerecundiæ Deum ſpero, de quibus me ubi ne quicquam quæri ſcio, ne deſino, tanta eſt indignatio, tàmq; offēſus eſt ſtomachus ſpectaculi fœditate. quam maximè ob cauſam, tuum

tus,

ris,tuumq; tibi ociũ inuideo,eóq; magis ꝙ ſæpè diúq; illud expertus,peccatoq; uerius, q̃
fortuna mea urgente, in aduerſum lapſus, utriuſq; niſi fallor ſtatus extimator idoneus fa-
ctus ſum. Certè tu oculos,nunc ſobrio paſcis obtuitu,puriſq; aures uocibus,utraq; mihi di
uerſa ſors eſt,ego ſuperbos tumidoſq; de nihilo,atque elatos ciues, atq; aduenas,tu humi-
les humo intentos cernis agricolas.ego lites clamoreſq; furentium,& tubas & timpana, tu
mugitus boum,labentisque riui murmur, & querelas uolucrum audis, Philomenam pri-
mus ueris nunciam auditurus,ego in urbibus,& quo moleſtius,nihil Auinio meo eſt,inter
turbam & quadrigas premor,tu in ſyluis et collibus,inter innocuos greges ocioſus,ac pro
libito uagus erras, & frondentes ramos, & gẽmantes palmites, & prata ridentia,reduci
mox uiſurus ariete.mihi totius anni facies,pene una concurſatio,& lutum & puluis & ſtre
pitus,& lubricum & cloacæ. Hæ ſunt urbium delitiæ, quid hinc aliud ſperes, redeat licet
non Aries modò,ſed Taurus,Lædeiq; fratres nudi,roſea inter ſerta laſciuiant,non tollũtur
urbana faſtidia,ſed mutantur,at ruris facies, ſemper amabilis,& ingenijs appetenda nobili
bus, ſeu hyemis aſperitas,dulciter horrida feris,alitibusqúe captandis operoſa,ſeu uer flo-
reum,uagis aptum ac procliue diſcurſibus,ſeu meſsium parens & amica umbris æſtas ari-
da,ſeu diues atque uuidus autumnus,agreſtes uario exercet in opere,inſtantisqúe brumæ
preuius,in montibus paſtas oues,ad aprica reducit habitacula,hic arator ſedulus,hic uena-
tor deuius,clamoſuſq; anceps,hic immobilis tacitusq; piſcator, hic fontes & flumina &
nympharum chori,& ſpecus & nemora & muſarum diuerticula.& ad ſummã,tum quali-
tate ipſa rerum multiplicium tũ uarietate dulciſsima eſt uita illa, de qua olim, dum ea frui
licuit,non pauca diſſerui.Vnum quod feſtiuè admodum literarum tuarum finis attigit, in
tactum liquiſſe uoluerim,ne quid prorſus in tuo tibi rure diſpliceat,cum ex omnibus nem
pè, quæ ibi ſunt ſobriam honeſtamqúe percipias uoluptatem,unus ut intelligo, nõ per dius
modò,ſed pernox,ac perpetuus clangor te anſerum inquietat,habet non inficior aurium la
borem,hæc improbitas,offendunt quietis ſilentijq; auidos,& anſeres & cicadæ ſtridulæ in
ramis,& rudentes in paſcuis aſelli,& q̃ ſunt huiuſmodi,ſed in primis,ineptiſsimus in triuijs
uulgi fragor ac ſtrepitus,nulla enim uſquam bellua crede mihi,tædioſior uulgò eſt. cætera
tamen ferè omnia uel hyeme uel noctibus ſaltem ſilent,quædam uerò noctibus importu-
na,luce ferias agunt,anſerinum iuge tædium,ſed quod facilè perferas, ſi in animum tedie-
rit,clangore anſeris excitatum,quõdam Capitolij defenſorem, irrumpẽtes Gallos noſtris
ab arcibus arcuiſſe,idqúe ob meritum multis poſt ſeculis,auis huius effigiem illic argenteã
extitiſſe. quod an illi excubitricis eximiæ famam quæſierit,an quod haud dubiè uigilantiſ-
ſimum ſit animal,non noui. Inſuper idipſum an Cal. Nouembribus geſtum ſit. atque hic
iſta, quam cernimus die,illo anſerum celebritas funeſta proceſſerit,mira utique,ſi ſic excu-
biarum merces,nouum præmij genus mors. an ex hoc tantum, quod eo tempore opimior
eſuriqúe aptior cibus eſt,rurſus incertum habeo. ſed utrumuis horum opinemur,hæc profe
ctò ſaluberrima cogitatio,atque huiuſce tædij remedium erit optimum, ꝙ nuper dum de
remedijs ſcriberem, caſu fortaſsè ideò prætermiſſum fuit,ut his ad te nunc literis inſer-
tum,ſingulariter, nunc tibi eſſet utile, ut ſcilicet quotiens ales illa præſertim noctibus ſtre-
pit,putes te ad reſiſtendum uitijs excitari,& confeſtim arma corripias, arma, inquam,non
quæ apud Aeoliam Achilli Mulciber, aut Aeneæ, ſed q̃ intus in anima cœleſtis,tibi faber
excuderit. neque uerò minores tibi extimes uitiorum inſidias,atq; inſultus quàm Gallo-
rum Manlio. Proinde non anſerem, ſed Angelicum tubicinem ſtrepuiſſe credito, quoti
ẽs nocturnus anſer increpuit, & te obſeſſum, & circumfuſos hoſtes acerrimos,mun-
dum,carnem,dæmonia,recordare,teqúe per tenebras ac dumeta reptantibus obuiũ fer ar
matũ,de quo alibi plurib. tibi in p̃ſens iſta ſuffecerint,hoc addito, ut quotiẽs ore anſeris ex
perrectus,hoſtib. tuis diuina ope,ex altiore animi parte reſtiteris,arcẽq; defenderis,nihil hinc
tibi,ſed totũ illi tribuas de quo ſcriptũ eſt: Nõ dormitabit neq; dormiet q cuſtodit Iſraël. &
iterũ: Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatẽ, fruſtra uigilat qui cuſtodit eã. & rurſus: Obũbra
ſti ſup caput meũ,in die belli ne qua te maius gloria, ut Manliũ ne q̃ benè geſtæ rei con-
ſcientia

ſcientia, atque hinc oriens excellentiæ appetitus, è Seruati Capitolij rupe dejciat. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Bocatio, S.

De anno ætatis LXIII. fruſtrà infami.

ANnus eſt hodie, & ambito zodiaco ſol repetijt Leonem, ex quo tibi frater epiſtolã illam ſcripſi, qua ſecurus ipſe mei, ſollicitum te fortaſsis feceram, & ſi ut uerum fatear, magis me ſecurum iugis meditatio, & quem illa mihi ingenuit contemptus mortis, ineuitabilis effeciſſet, quàm quod ea de qua tunc ſcribebam Aſtrologorum comminatio, prorſus cõtemptibilis uideret. neq; ideò rurſus hoc dixerim, quòd illorum nugis plus fidei habeam quàm ſoleo, ſed quia memoria præteriti temporis, uera ne an falſa neſcio, an ni fallor uera, & obſeruatio, quanta in tam paruo numero annorum eſſe potuit, propè mihi perſuaſerãt, ex parte uerum eſſe, quod diceretur ſeptimũ ſcilicet ac nonum annũ, uitæ hominum moleſtos, alterius inſulubus, & nouæ aliquid calamitatis aduehere, ſed an tertius & ſexageſimus, ex his cõſtans, geminato diſcrimine, duplo terribilior, ut hi uolũt eſſet, non æquè mihi perſuaſum erat, multoquè minus eſt hodie, in me contrarium ope gratiæ cœleſtis expertо. Tunc uerò ſuperſtitionis illius Aſtrologicæ parte altera, non in totũ liber, & in rei exitum intentus, expectandum anni finem cenſui, utque tibi ſollicitudinem breuiorem facerẽ, epiſtolã illam, diu poſtquã ſcripta & ſignata erat, ad te mittere diſtuli, quo timere de me tardius inciperes. expectatus finis ecce adeſt, annus ille terribilis, qualis fuerit, futurus ue alijs ſit, ipſi iudicent, mihi ſalubris ac iucundus fuit, raro unquam corpore ſaniorem, ætate qualibet me fuiſſe memini, priuatim aduerſi nihil incidit, publicè uerò duo proſperrima, per hos dies euenẽre, ita dico, ſi ſtabile atq; perpetuum alterum fuiſſet, alterumq; futurum eſt. illud enim tranſijt, hoc pendet. Si quidem Petrus Cypri rex, Alexandriam cœpit in Aegypto, Magnũ opus, & memorabile, noſtræq; religionis in immenſum amplificandæ fundamentum ingens, ſi quantum ad capiendam tantùm, ad ſeruandam urbem animi fuiſſet qui ſibi certè non defuit, ut fama eſt, niſi quod comitatus eius, ex tranſalpinis maximè gentibus, collectus, melioribus ſemper ad principia rerum, quàm ad exitus illum in medio præclariſsimi operis deſerẽtes, ut qui pium Regem, non pietate, ſed cupiditate ſequentur, collectis ſpolijs abière, pijquè uoti impotem, auari uoti compotes fecère. Ad hæc Romanus Pontifex, uerè, inquã, Pontifex Romanus, honorificè nominandus, Vrbanus V. quem ut audire potuiſti, anno altero, libera quidem, ſed fideli epiſtola cunctantem increpueram, hoc præſenti anno Eccleſiam CHRISTI, quæ ab ortu meo, uſque ad hoc tempus inter Burdegales & Pictauas uaga interq; Carpentoractes, Auinioneſq; nouiſsimè conſenuerat, atq; torpuerat, illa de fece eruit, & ad ſedẽ ꝓpriã reduxit, magni ac multiplicis principij boni, niſi illud, quod Eccleſiæ ſanctæ ſponſus auertat, bonorum hoſtis inconſtantia labefactet. hactenus tamen eò gratius, fidelibus animis quo inſperatius, uide certè, quod uidere nunquam fateor ſperaueram, ſemper optaueram, dignum eſt, ut & boni huius auctori, totius Eccleſiæ conſenſu pio meis uocibus grates agam, idquè iam meditor, & fœlicem annũ, hũc immerita liberem infamia, quòd in alterius epiſtolæ fine promiſeram, tecum gratuler amice. non ut immortalis quidem, ſed ut anno huic terrifico ſuperſtes, ipſe enim irreditus, abijt me relicto, qui ut me mortalem noui, ſic & illud ſcio, quod tertio & ſexageſimo anno ætatis, iam non moriar, cui hodie quartus & ſexageſimus natalis eſt dies. nam ut uides, Auguſti Cæſaris utor uerbis, cõmunem ſeniorum omnium tertium ſexageſimum annum euaſimus. non deos autem ut ille, ſed Deum oro, ut mihi quantumcũque ſupereſt temporis, id ſaluis nobis, ſuperſtites amici traducere liceat, in Reip. quod ille, ait, & multo maximè animarum noſtrarum fœliciſſimo ſtatu. Vale. Ticini. XIII. Cal. Auguſti. MCCCLXVII ad auroram.

Fran-

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIBVS, Liber IX.

FRAN. PETRARCHA VRBANO PAPAE V.

Gratulatio producta in ſuas ſedes eccleſia: & exhortatio ad perſeuerantiam.

IN exitu Iſraël de Aegypto, domus Iacob de populo Barbaro, facta eſt in cœlis gratulatio angelorũ, atq; in terris hominum piorum, ecce pater Beatiſsime beaſti, quod in te eſt Chriſtianũ populum, Iam non ultra uagabitur, aut dominum aut uicarium domini ſui quærens, ſed illum in cœlo ſurſum, & in anima ſua intus, quoniam utraq; ſedes Dei eſt, hunc in terra & in propria ſua ſede reperiet, illa, inquam, ſede, quã dominus præelegit, in q̃ & uiuẽs uicarius primus ſedit, & moriens reſedit. orbẽ noſtrũ ſerenaſti, & quaſi ſol oriens longè noctis algorẽ ſimul ac tenebras effugaſti. ô fœlicem te conſcientia, tam pclari operis, feciſti q iam impoſsibile homini uidebatur. ſed Deus proculdubiò tecũ fuit, is qui ait apoſtolis: Sine me nihil poteſtis facere. hoc in te rarum & eximium, q cum Deus ipſe amator & conditor humani generis, multis immò omnib. ſe offerat, ab omnibus ferè repellitur. Mundus, caro, dæmonia, ſuperbia, uoluptas ac nequitia oppreſsêre animos, ut aſſurgere porrigenti manũ Deo nequeant. tu imbecillitatis conſcius humanæ, nõ modò nõ repuliſti domini cœleſtis auxiliũ, neq; tibi ad aurem cordis ſalubria inſpirantem conſilia, ſpiritum extinxiſti, ſed inuocaſti eum ſcio, pijs precibus lachrymiſq; potentibus cœlũ flectere, quas cum ille, qui nullum in ſe ſperantẽ deſpicit, auribus atq; oculis percepiſſet, & poſcenti opem laturus adueniſſet, exiſti ei obuiam, & manu prehenſum dominũ tuũ, intimo in thalamo fidelis animæ deuotione humili ſuſcepiſti, idq; ſecretius ne cõperto, aduẽtu regis gloriæ ſui, & tui hoſtes obſtreperent, & ut ſoliti ſunt, piũ ſanctũq; principiũ impedirẽt. Inde ubi ſecũ in ſilentio deliberans, q̃ agẽda eſſent, in illo tuo nobili & glorioſo propoſito cõfirmatus es, in apertum exiens, illo duce, magnũ opus aggreſſus, ſupra omniũ ſpem magnificẽtiſsimè cõſumaſti. ô iterũ te fœlicem, ô fœlicẽ diem, q te matris ex utero in lucẽ edidit, & ceu benignũ ſydus aliquod mũdo dedit, nũc uerus mihi, uerè ſummus ac Romanus es Pontifex, uerè Vrbanus, uerè Petri ſucceſſor, uerè uicarius IESV CHRISTI, eras, & ante nõ inficior poteſtate, dignitate, atq; officio, nunc q eſt optimũ uoluntate, pietate, atq; exercitio, neq; enim aut uoluntas ſanctior, aut purior pietatis eſſe poteſt, homini quã tibi eſt, ſempq; fuit ut puto, ſed nũc ita rebus ipſis eminuit, ut iã nemini eſſe poſsit occulta, neq; ea quoq; pmptius poſſet, aut cautius in actũ deduci, ſine q̃ quidẽ ſterilis eſt uoluntas, quin que Pontificũ ſtatu pariũ nõ animis, & ſexaginta uel eò amplius annorũ negligẽtias, unus tu diebus paucisſimis emendaſti. Permitte mihi oro te, quã pter tuam benedictionem, nihil ex te cupio, nihil peto, ſine adulationis ſuſpitione. pleno ore laudare, q plena dignũ laude cenſeo, memor quanta cũ libertate arguam, q reprehenſione dignũ iudico, paruus uermis, nõ modò terrarũ dominos, ſed duo illa mũdi luminaria, duoſq; illos gladios iuſtitiæ, ſæpè olim, & teipſum nup. horũ alterũ ita pupugi, ut aut multa eſſet fides, aut multa dementia, huius ultimi iuditiũ aliorũ ſit, ego mihi fidei ſum conſcius, opto, ut benè eant res humanæ, ut quas in ſtatu peſsimo uiuens uidi, in optimo moriens relinquam, ſi quo fieri poteſt modo. quod certè poſt Deum, niſi per te atq; illũ alterum temporalia moderantem, nullo modo fieri poſſe uideo, aut ſpero, perfecto autem ſi pungere audeo, cur ungere metuam, utrunq; enim Medicæ manus eſt proprium, utrunq; ego pari fide facio, & ſi neutro forſan idoneus. Equidem licet pauca didicerim, multa legi, multa etiam in hoc uitæ ſtadio decur-

renti uiſa mihi, uel audita cõmemini, & C H R I S T V M teſtor, ueri deũ nihil me uidiſſe, un̄ꝙ
uel audiſſe noſtro geſtũ æuo, neſcio an & nihil etiã legiſſe, ꝙ his tuis excellentiſsimis actib.
cõparari queat, uel intẽtione, uel cõſilio, uel effectu. magna pars principũ, & ꝙ moeſtus di-
co, magna quoq; pars Præſulũ, nil pter ſeipſos ac utilitates ſuas, ac ꝓprias uoluptates cogi
tant. tu cõtemptis magno animo atq; oblitis affectibus, qui ut hominẽ alio forſitan te tra-
hebant, ſolus omniũ Põtificũ noſtræ ætatis, bonũ publicũ cogitaſti, ô uir ingens, ſine exem
plo tẽporũ noſtrorũ, uel raro nimiũ cũ exẽplo, qui uirtutẽ ſic amare, ſic uoluptatẽ ſpernere
docueris, & ſi ueris extimatoribus nulla ſit uoluptas gratior, q̃ quæ de Deo, & de uirtute
percipitur, & ꝙ conſtat nulla ſit certior, nulla longæuior, ſed loquor de uoluptate uulgari,
qua nil repugnantius eſt ſaluti. Illa quidem uiatores quinq;, q̃ te in hoc ordine præierũt, à
recto calle terrenis illecebris, uncisq; carnalib. ſiniſtrorſum egit, nunc intelligunt, quanto
fuit melius rationẽ, quã appetitũ ſequi, & rebus implere, ꝙ polliciti erant nonnulli ex eis,
quãq; debiti promiſsio ſuperuacua ſit. quantò fuit honeſtius agere, quod tantum exige-
bat officium, quàm quod lubrici titillabant ſenſus, poſtridie perituros, neque aduerſus ue-
ritatem fictionibus certare, & cum illo ludere de quo ſcriptum eſt: Odiſti omnes qui ope-
rantur iniquitatem, perdes omnes qui loquũtur mendacium. nihil eſt minus Rom. Pont.
quàm duplicitas, aut fictio, cuius & conſcientia, ſole lucidior, & conſtantia perſeuerantior
eſſe debet, ut quod de Romano quodam duce, ab hoſte etiam dictum fertur, à ſuo curſu fa
cilius ſol flectatur, quàm à ſuo ille propoſito, ac progreſſu actuum piorum. Tu uerus Pa-
ter Eccleſiæ, nihil uerbo, multũ corde pollicitus, ipſam Eccleſiam ægrotantem ſentiens, ex
pertorũq; cõſilio medicorũ uſus, ex infecto exilio, ad originis illam ſuæ locum, & ad æternum
proprium reduxiſti. Non tamen à te id tàm facilè geſtum, q̃ à me facilè dictum eſt, ma-
gnus labor fuit, magna ſedulitas, ingens ars, mirumq; alti pectoris acumen, uno attractu,
tot tàm ualidas radices, ſine offenſione conuellere. ô quid loquor, immò uerò cum offen-
ſione acerrima, & multorum dolore grauiſsimo, ſed docta manus, ac ſuauis aſperrima uul
nera leui tactu mitigat. Gratias igitur Deo & tibi, ecce uideo, quod ſemper optaui, nun-
quam fateor ſperaui, uideo matrem meam, ſua in ſede, ubi te ſoſpite, diù ægra eſſe non po-
terit, te iubẽte reducta, te curante ſanabitur. Intende illi nunc Alme Pater, toto ſacræ men
tis ingenio, quod tibi remediorum feraciſsimum is dedit, qui ſponte neceſsitatibus, & tan-
to te prædeſtinauit officio, mores corrige, medere languoribus, auaritiam frena, pelle pro
cul ambitionem, ſobrietatem perditam repulſamque reſtitue, fluxam ſiſte libidinem, ut ge
languidum torporem, feruidam iram ſtringe, reduc cæcam ad rectum iter inuidiam, ſuper-
cilium elatum, & tumidam compeſce ſuperbiam, quod non facile potuiſſent, qui has inter
peſtes educati, conſuetudinem in materiam uerterant. Tibi inter uirtutes his contrarias,
enutrito erunt cuncta facilia, quod difficillimũ fuerat perfeciſti, age iam reliqua. reduc Ec-
cleſiam tuæ creditam cuſtodiæ in antiquos mores, quam in ſedes priſtinas reduxiſti, ut un
dique fiat irreprehenſibilis, & qualis olim fuit, toto orbe uenerabilis, eſſe rurſus incipiat,
ac dilecta, quod diù certè non fuit, eorum pace dixerim, qui in culpa ſunt, tu ad hoc na-
tus miniſterium, glorioſum imple fœliciter. Admone Cardinales tuos, omnes ac ſin-
gulos, ut meminerint ſe eſſe mortales, ne ſemper delitias, ſed quandoque mortem co-
gitent, & æternam uitam, figant oculos, uidebunt nihil ſtare, ſed breuia & uento ue-
lociora omnia, totumquè quod hic uiuitur, anceps, uarium, tremulum, caducum, ubi
curis inanibus, & fallaci ſpe, quaſi in ſolido pedem ponunt, rerumquè contemptibi-
lium curioſitate ridicula confligantur. Audio enim, quo nil poſſem triſtius, nilquè in-
dignantius audire, quoſdam ibi eſſe, qui murmurent ſe Benuenſe uinum, in Italia non
habere, nunquam fuiſſent utinam uites illæ, paulominus dixerim, uites uelle, ſi C H R I S T I
Eccleſiæ, uenenoſam uſqueadeò uindemiam parituræ erant. ſed ô ſi habeant charitatem
Dei, & hominum, ſi Petri ſedem, ſi famæ decus, ſi ſalutem populi, ſi animas ſuas ament,
quàm modicum id curabunt, ſed ut curent, quod opinari etiam graue eſt, cuiuſq; an illos
neſcio, me illorum uicem pudet, quod ſi penitùs curant, nec hinc error affixus præcordijs
extirpabilis ulla ui eſt, neque ulla arte medicabilis, ad habendum certè ꝙ adeò inhianter
ſitiunt,

ſtiīt,aperta & facilis eſt uia,de quo ſatis ut arbitror,epiſtola ad te priore diſſerui, ſi unum adiecero,quod ne ullo pacto ſilcam,licet obſtante reuerentia,dolor cogit, Primi ſiquidem apoſtoli,quorū iſti locū tenent,ubi'nam corporis ſui ſanguinē pro CHRISTO in terrā funderēt,pio ſtudio q̄rebant,itaq; ferè nullus incruentus cœlū adijt, heu mihi,mutata rerū facies, modernis Apoſtolis diuerſum ſtudiū,ubi'nam ſcilicet terræ, ſanguinē palmitū, uenis expreſſum ſuo infundant corpori,neq; in cōuiuijs tantū,ubi locus ipſe fortaſsis ueniā meret,ſed in ſerijs quoq; colloquijs,prima rei huius eſt mentio. Non quæ bonos uiros,ſed q̄ bona uina tellus ferat,illa omnib. p̄fertur,illa Syon,illa Hieruſalem, illa deniq; Roma eſt, ſola digna q̄ apoſtolorū inhabitent ſucceſſores,atq; idipſum ſaltem,cui uino palma debere tur,rectè utinam iudicarent,non tā diù terris omnib. p̄lata eſſet Auinio, non ſine multarū nobilium graui urbiū iniuria,ibi enim boni nihil eſſe,niſi aliūde aduectus notius eſt,quā ut probari egeat. Sed obijciunt fluuiū,qui & ipſe,ante mille annos, utinā aruiſſet, ſeu potius nun q̄ terræ uiſceribus erupiſſet,ſi eccleſiæ CHRISTI cauſam daturus erat exilij, ita uerò de hoc fluuio fabulantur, quaſi alius nuſquā ſit,ſanè ſi ueteres hiſtorias legant,nō Pontificū Romanorū,ſed reorū,atq; exilio damnatorū ſedes eſt Rhodanus,quē iſti neſcio, cur ut paradiſi fluuiū uenerantur,immò planè ſcio q a ſcilicet uinū Benuenſe conuectar,quintū naturæ additū elementū. At tu in pane & aqua dudum alte,fœlicius,qui poſcam in delitijs habuiſti,ſuſcipe,ſuper his paternam iracundiā,increpa,argue,reprehēde.caſtiga, pone frenū appetitui alieno,q iampridē tuo ꝓprio poſuiſti.ſolēt uitijs iraſci maximè q his carēt, nix ad plenū fontibus, culpæ particeps iraſcit̄,neq; uerò qſqs iraſcit̄ ulciſci poteſt,& zelo & potētia opus eſt,tibi quidē monaſteriū,heremus,religio,& ieiuniū dederūt. Sed p̄omnibus illa,de qua multa libens audio,naturalis atq; innata frugalitas,ut gulæ iraſceris, Papatus tribuit ut caſtiges,Qui regis Iſraël intende,q deducis uelut ouem Ioſeph. ne laſciuiant oues,uide paſtor gregis egregiæ.& memento,quamuis grauiora ſint alia, duo tamen hæc uitia eſſe, quæ maximè beſtialem accliuemq; humi faciunt humanam uitam,gulam, atque luxuriam. Doce fratres ac filios tuos,ſpernere quæ amabant,amare,quæ metuunt,quǽue oderunt: odiſſe ſeipſos, qui tàm diù oderint quod amandum erat, dignum literis aureis Auguſtini uerbum eſt, Nemo poteſt perfectè diligere, quo uocatur, niſi oderit unde reuocatur. & poſt pauca: Nec fiet quiſquis qualis cupit eſſe, niſi ſe oderit qualis eſt. oſtende ſenſibus uagis,adhuc malas domos Rhodani, & paluſtria rura quærentibus, loca illa ſalubria,ubi effectum eſt,quod ianitor cœli, doctor orbis, pariter ut de utroque canit eccleſia,iudices ſæculi,uera mundi lumina,per crucem alter, alter enſe triumphans, uitæ Senatum laureati poſsident.oſtende illis digito,non procul inde ab illius ingentis ac deuotæ foribus Baſilicæ,ubi Simon Petrus aſcendit in crucis patibulum, unde clauicularius regni gaudens, migrauit ad CHRISTVM. oſtende paululum diſtantius, ubi Paulus Apoſtolus lumen orbis terræ, inclinato capite, pro CHRISTI nomine,martyrio coronatus eſt. hæc enim ſæpè de ſuis ducibus cecinerunt, ac legerunt, loca ſancta & arbitror non uiderunt, quæ cum uiderint,hæſerintqúe animis,pudebit ut ſpero,próphanorum & infamium locorum,ad quæ non recto iuditio,ſed obliquo affectu,& longo uſu amorem immeritum conceperunt,Iube illos cogitare,atq; internius ſpectare oculis,uenerandum ac ſanctiſsimū ſenem, Petrum,non peregrini uini cupiditate,ſed iuſto metu mortis abſterritum abire, dehinc calle medio, CHRISTVM illi obuium, quo conſpecto, ſtatim uerbo unico ut aiunt, ad certam mortem intrepidus remeauit, uideant illum ipſum, mox in cruce pendentem, per quem ipſi ſedibus aureis ac ſcabellis eburneis,inſiſtentes, accepiſſe ſe ſentiunt, niſi ingrati ſint, quicquid habent excellentiæ, quicquid opum, quicquid gloriæ. poſt aſpiciant mentibus glorioſiſsimi Pauli truncum caput, uas electionis, doctrinæ cœleſtis, armarium limpidiſsimum fidei noſtræ ſolem. illum cordis auribus audiant, ipſa de morte altis IESVM uocibus nouiſsimisqúe ſuſpirijs inuocantē,miraculi teſtes eximij fontes ibi ſunt totidem, quot ſaltus dediſſe ſacrum caput fama eſt,hiſipſis in locis, quæ cæſa ceruix attigerat.ſi deuotè uoces illas audierint,deqúe his fontibus, pio hauſtu biberint,& ſymphonias

tranſalpinas ſpernēt, & nõ ſtiticuloſos modò fonticulos, q ſunt ad Rhodani angulos, nõ re-
quirēt, ſed ſuccedet ut ſpero ſitis altera, & æterna uini Benuenſis obliuio, q ſcriptoribus re-
rũ, & ueteribus & nouis incognitũ, nec uſquã inter uina nobilia numeratũ, ab his æſtima-
modica & indigna laude, ceu deorũ nectar celebratũ meruit, ut à me nunc iuſtè niſi fallor,
quis pmordaciter notaret, & licet guſtui ſapidũ, qa ſaluti tamen aduerſum eſt, ceu dulce
uirus aliquod, omnibus uirtutē ſitientibus odioſum ſit, & hoc tamē haberi etiã Romæ po-
teſt, nullo negotio ut dixi, & ſine hoc, non tantũ parcè & ſobriè, ſed profuſè & uolupu-
sè, etiã ueſci licet, habēt uerò multa ſub oculis niſi oculos obſtruãt, q̃ uel terreſtris uitæ, uel
cœleſtis patriæ gloriã cogitantes, nobiliori quodã ſapore pmulceant. Sed quoniam de his
ſæpè multa loq cõtigit, hortante materia, & infinita res eſt, ſacra miracula, almæ urbis am-
plecti, totum hoc tuæ prouidentiæ relinquens, ad id redeo, quod in te mihi mirandum lau-
dandumq; delegeram, quamuis ut uerum fatear, promptior ſit admirationi animus, quam
expreſsioni ſtylus, aſſurget tamē, ut q ille intus loquitur, hic deſcribat, legēdũq; aliqs offe-
rat, quocunq; charactere, modò ut intelligat, nullam hic eloquentiæ famam quæro. ſentio
ego Pater Beatiſsime, difficultates ac labores tuos, quos in executione præclariſsimi ope-
ris paſſus es, non aliter inquam illos ſentio, quàm ſi omnibus interfuiſſem. Audire mihi
uideor Cardinalium blanditias ac ſuſurros, ex cõdicto ſacratiſsimis tuis auribus ingeſtos,
ut ab incepto dehortarentur, teq; inde retraherent, quo cunctantem urgere aſſuli, ac ſup-
plices debuiſſent. quorum certè propoſitum admirari cogor, nec mirari ſatis poſſum, ſtu-
por ingens, monſtrum incredibile, Romanæ eccleſiæ Cardinales, ſic Romanam urbē, Ro-
manamq; Eccleſiam uel odiſſe, uel formidare, uel ſpernere. quis enim præter hos ſolos,
fuit unquam, qui ſuum titulum glorioſum præſertim, atque utilē non amaret: nothũ por-
ſus ac triſtè prodigiũ, uiros tantæ reuerentiæ, tantæq; ſapientiæ ac doctrinæ, in ſolã matrem,
optimè meritã, duros eſſe, et ſi dici licet impios, q ut breuiſsimas fugaciſsimasq; reliquas,
incerti tēporis in loco peſsimo, ſed dilecto exigant nõ attendũt, qd ſibi, qd eccleſiæ, qd hu-
mano generi expediens, qd placitũ Deo ſit, pter enim paucos Italos, q ut puto, expecta-
bãt redēptionē Iſraël, & q in exilio uixerant, in ſua & cõmuni omniũ patria mori optabãt,
pterq; germanũ tuũ unicũ, q tecũ ab infantia nutritus, teq; mirari & imitari ſolitus, nil om-
ninò aliud. q̃ ut uelle didicit, aut nolle, cæteri omnes ſic exilij finē, ut principiũ horrebãt, ò cõ-
ſuetudo cũctis in rebus potentiſsima, de patria exiliũ, de exilio patriã feciſti, q̃ omnia libera-
tius, ut par eſſet, his ſcripſiſſem, quos hæc tangũt, niſi & numerus capitũ, & olim mihi no-
tiſsima elatio animorũ, reſpuēs, indignanter qcqd aurib. delicatis inferī, aſperius obſtitiſ-
ſent. Illi igiī ſcripſi, ad quē culpæ omnis exptem, ptinet ſola correctio, quiq; nõ ſtyli aſperi-
tatē, ſed rei ueritatē, neq; cõditionē, ſed intentionē ſcribētis examinat. Procedo aũt, & hos
tranſeo, quos tuo iure cõpeſcere poteras, uel ſi cœpto hærerēt, tuo idē iure cõtēnere, ut ta-
mē tua modeſtia nota eſſet, omnib. hominibus, aduerſus hos quoq;, & puerſas horũ opi-
niones inflexibilesq; ſentētias, multũ te laboris ac moleſtiæ ptuliſſe nõ dubitē, illud notiſsi-
mũ ac maximũ, q reges ac principes, qbus te p eccleſiæ decore morigerũ pbes, his cõſenti-
entes, à te aũt tota mēte diſcordes, ſuauiter grauiterq;, ut iniqua uota deponerēt admonere
dīerãt. Ante alios inclytus rex Francorũ, Eccleſiæ filius, q deuoto quidē, ſed iuuenili amore
matrē cupiens ppinquã, nec cõſiderans, quãtò honeſtius ac melius abfutura eſſet, ad te abi-
tũ meditantē, quos potuit laqueos direxit, qbus ſacros pedes apoſtolicos, ad omne piũ ſan-
ctũq; opus paratiſsimos implicaret, doctũ ſcilicet ac diſertũ, ut perhibent quendã uirũ, q co-
rã te ac fratrib. tuis, cupidè nimis audiētibus uerba faciēs, in eo partē maximã ſuæ orationis
aſſumpſit, ut cœlotenus ſuã Galliã attolleret, Italiãq; deprimeret. magnũ opus, atq; arduũ,
nec ſibi tantũ, ſed cuicũq; difficile, ne dicã impoſsibile. neq; enim ſermo hominũ res muta-
re, & ſi ſæpè mēdacio uerũ uelet. & ò utinã pſens, te mandãte, dignus fuerim, q̃ licet impar
eloquio, & inferior ſtatu, ueritatis auxilio fretus, illi calumniæ reſponderē. oſtendiſſem illi
forſitan, te iudice, rē ſe aliter habere, q̃ diceret, & nunc ſi cauſæ ſuæ fidit, deq; hoc ipſo litera-
tũ inire certamen eſt animus, quamuis ſemper occupatus, & iã feſſus offero me duello pro-

ueritate,pro patria. Scribat igitur,uel q̄ dixit,uel quæ poteſt. Ego illi Gallo Italorum ulti.
mus reſpōdebo,& erit utilior diſputatio ſcriptis commiſſa,quàm uerbis.uerba enim fugi.
unt,ſcripta manent,illa ad paucos,hæc ad multos,illa ad præſentes tantū, hæc etiam ad ab.
ſentes poſterosq́; ꝑueniunt. Spero iudicē CHRISTVM habens & te, cōuitiatori illi uiro,
alioqn docto & inſigni,ſed in loquendo calore atq; impetu animi prolapſo,q̄ non decuit,
facilè probaturū me falſa eſſe,q̄ minimè ut auguror,ſibi mādata de capite ſuo dixit: Noſce
mihi uideor regis adoleſcentis,canū & ſenilē animū,ac ꝑcipuam quandam urbanitatē,lin
guæq́; modeſtiam,magnis mihi olim in rebus expꝛtam,iniunxiſſe illi, crediderim, ut te ora.
ret,ut Galliā laudaret,iurare pene auſim, ut uituperaret Italiam nō iniūxit. ſed hic nūciorū
mos,quorundam eſt,ut niſi de ſuo aliquid addiderint,nil egiſſe uideantur,profectò autem
multi ſunt , qui non credant ſua poſſe laudari niſi aliena uituperent. Proindè ut breuiter
ſummam perſtringam, de rebus ac gloria Italorum & Gallorum , quidúe inter utroſque
interſit,adeò notū eſt,ut dubitari nequeat,ab homine,cui hiſtoriarum notitia ulla ſit.nam
de ingenijs diſceptare ridiculum, libri extāt ueri teſtes , quid quæſo de liberalibus artibus,
quid de rerum cognitione,ſeu naturalium ſeu geſtarū,quid de ſapientia,quid de eloquen.
tia,quidúe de moribus,& de omni parte philoſophiæ habet lingua Latina, quod non fer.
mè totum ab Italis ſit inuentum: ſi quid enim externi, de his rebus fœliciter auſi ſunt , uel
Italos imitati ſunt,uel Italia ſcripſerunt,in Italia didicerūt. E quatuor Eccleſiæ doctoribus
duo ſunt Itali ac Romani,duorum reliquorū alter iuxta , & propè intra Italiæ fines ortus,
certè intra Italiam doctus ac nutritus,alter in Italia conuerſus,& conuerſatus,omnes in Ita
lia ſunt ſepulti.nullus eſt Gallicus,nullus doctus in Gallia. Ius utrunq́;, quo utimur Itali
condidêre,conditumqúe Itali expoſuêre, ita ut horum nihil, aut perexiguum exteris ce.
dat,& in altero quidem longè Græcos Itali ſuperant,de altero nemo eſt qui litiget. Orato
res & Poëtæ extra Italiam non quærantur,de Latinis loquor,uel hinc orti omnes, uel hic
docti. ſed quid ago,aut quid rem certiſsimam uerbis traho?radix artium noſtrarum, &
omnis ſcientiæ fundamentum Latinæ,hic repertæ ſunt literæ, & Latinus ſermo, & Latini.
tatis nomen, q̄uo ipſi Gallici gloriantur. Omnia, inquam,hic exorta,non alibi atq; hic
aucta ſunt,poſſem ſingulatim de his agere, ſed intelligentibus ſatis, reliquis nimis eſt di.
ctum. Et quid,oro,tot tantarum rerum ſtudijs, quod obijciant habent, niſi fortè ut eſt
genus ſibi placens,& laudatrix ſui, unus his omnibus fragoſus Straminum Vicus obijci.
tur. ad hæc, & omnis hic floruit Politia, & ſiqua uſquam ſupereſt, aliqua in parte Italiæ
floret adhuc,duo mundi uertices hic ſunt, Papatus & Imperium, iam de armis, de uicto.
rijs,de triumphis,de diſciplina militiæ,de iugo denique gentium omnium, ac tributis an.
nuis,loqui nolim, ne perturbem Gallicum ingenium,de moribus uulgaribus fateor Gal.
los, & facetos homines , & geſtuum & uerborum leuium, qui libenter ludant,lætè ca.
nant , crebrò bibant , auidè conuiuentur. uera autem grauitas,ac realis moralitas, apud
Italos ſemper fuit, & licet, quod flebile damnum eſt,uirtus toto orbe decreuerit,ſi quæ
tamen eius ſunt reliquiæ,in Italia niſi fallor ſunt, ſiquid eſt peruerſi moris, inter ipſos eſt,
nuſquam aduenæ tanto ſunt in honore, & de quo nemo,ne conuiciator ille quidem du.
bitet , nuſquam tanta eſt Eccleſia,ſeu potentiam illius, ſeu deuotionem non Italici tan.
tum, ſed totius credentis in CHRISTVM populi metiare, ut quæ hic orta, hic adulta,
hic ad ſummum gloriæ culmen euecta eſt, hic Deo uolente, teq́ue agente, ut ſpero, in
perpetuum permanſura. Eſt fateor Galllicana pars Eccleſiæ opulenta & nobilis, ſed
Eccleſiæ caput, ut imperij, in Italia eſſe nemo ſani capitis neget, ſiquis horum eſt incre.
dulus, Romanum patrio titulum permutet,tunc quid fuerit ſentiet, & quid ſit, interq́ue
ſupremum caput, imaq́ue membra, quid interſit intelliget, durum ualdè grande, aliquid
debere, cum nolis. Si Romani adeò nominis pudet, Romanas abijciant dignitates,&
res ſuas, ac patriam, ut uerbis, ſic electionibus præferant. ego uerò ſat inſanus ſim,qui
ſuadeam Italicas Eccleſiaſticas dignitates ſuas abijcere, quibus ſolis magni clariq́ue ſunt,
his qui non ſuas Italicas ciuitates ambiant, atque uſurpent, inaudita tyrannide ſtupente
Petro, CHRISTO autem mirante etiam ac minante,& niſi ille de cœlo,tu de terris occur.

titis, quādoquidem incertum, quo germine hauſto, Itali conſopiti ſunt, actum eſt de rebus
noſtris, ſeruam mox Italiam, & propriè quod dici ſolet, Eccleſiam militantem, immò & ar-
matam uidebimus, & pugnantē de imperio, nō de fide, deniq; etiā triūphantē, priuſquā ad
cœlū, arcusq; ſydereos ſit peruentū, & ſingulos clericos, ſingulis urbibus triūphaliter pręſi-
dētes, donec experrectis, q nūc dormiunt, omnia deforment, & reforment mutatione ter-
ribili. Quamuis aūt probè nouerim, eos q ſuadeo nō facturos, ſcribo tamē interim ipſe, q
meū reor, q tu alme pater intelligas, et ipſi ſi audiāt forſitan moueantur. & ꝑfectò ſi addu-
ci poſsint, ut patrijs ſuis bonis cōtēti, externū inuiſum pōdus abijciant, erit hoc nobilis odij
atq; indignationis ingenuæ, potius q̄ id maximè ſpernere quo maximè gloriantur. magis
eliget uir fortis ac magnanimus, feudū quamuis pingue deponere, quā ab inuiſo domino
poſsidere. Certè Domitius ille captus ad Corfinium, nō opes, aut dignitatē aliquam, ſed
qua nil eſt homini charius, uitā ipſam quā à Iul. Cæſare nolens ac triſtis acceperat, ubi pri-
mū honeſtæ mortis affuit facultas, uolens ac lætus, importunum quaſi pondus abiecit. ex-
pectaui, ego, fateor interdū, ut hi noſtri proceres, idem facerent, & urgente odio ac cogen-
te ſuperbia, Italica dignitatum nomina, & inuiſa ornamenta deponerent. ſed ut uideo fru-
ſtrà expecto, certū eſt conſilium eorum, & quamuis iniquum & ingratum, tatū utiq; eo
eſt. Firmauerūt ſibi ſermonē, ne q̄, ut Italiā rodant ſimul atq; oderint, incūbent & contem-
nant, dūq; hos laqueos abſconderēt dixerūt, qs uidebit eos? atq; ego eos uidebo, uidēt mil-
le alij, uident omnes. qs tàm cæcus enim uſquam eſt, ut iſta nō uideat? uident, inq̄, ſed taciti
omnes, immò muti. Ego etiam, niſi mihi uocem pietas patriæ, & rerum indignitas extor-
ſiſſet, cum alijs tacuiſſem, & fortaſsè conſultius memorans illud Criſpi pueris quoque no-
tiſsimum. Fruſtrà, inquit, niti, neq; aliud ſe fatigādo, niſi odiū quærere, extremæ eſt dem-
tiæ. ſcio enim, me ne quicquam loq, & ſentio hinc mihi magnorum hominum impendere
odia. at profectò non maximi, cuius ex hoc certè non odium timeo, ſed amorem ſpero.
Alioquin neque ego te tàm fidenter alloquerer, nec tu me tàm patienter audires. quod ex
tuis ad me literis, atque à te uenientium relatione cognoui. neque demum ille eſſes, quem
te fama loqtur, mūdus credit, ego etiam ſcio, nō uerbis ꝑ loquentiū diuerſitate uariātibus,
ſed rebus q̄ mentiri neſciūt fidem habens, credant deniq; te, alij qualē uolūt, ego te ſcio, &
CHRISTI cui in ſpiritu tuo ſeruis, & Petri cui in officio ſuccedis, & Eccleſiæ cui ꝑſides,
& Apoſtolicæ ſedis, cui inſides, ad extremū totius chriſtianitatis, & in primis Italiæ ama-
torē, q niſi ita eſſet, nun q̄ tu Eccleſiā ex inferno illo, q contiguus patriæ tuæ erat, tot retra-
hentibus atq; obſtantibus, carnaliū uictor affectuū, ad Italiā reduxiſſes, ubi ſi tu uixeris, &
in te ſanctū uixerit ꝓpoſitū, nil Eccleſiæ metuendū uideo, nil penitùs nō ſperādū uſq; ad re-
cuperationē etiā hinc ſacræ telluris, & peculiaris patrimonij IESV CHRISTI, hinc Ec-
cleſiaſticæ libertatis, de qbus duobus, tui iſti cōſiliarij parū curāt, modò uoluptates patriæ
ſaluæ ſint, qbus ita ſe habētibus, totū hoc & laboris pōdus, et gloriæ, humeris tuis ſentis im-
poſitū, magnū opus, merces inextimabilis, infinita, ꝑinde, nō ſatis attēdit ille quidem elo-
quens licet uir, quem alloqueretur, quam quidā partē primam dixêre prudētiæ. q ſi acrius
attēdiſſet, nō uituperaſſet, eā mūdi partē, quam tu unicè diligis, & in qua tua & Eccleſiæ po-
tētia dignitasq; fundata eſt, nēpè rē ſuā, ulli charam ac ꝓcipuam paruipendi, patienter for-
tè aliquis, at libēter nemo audit. Planè q de cibis Galliæ deq; uinis dixit, ad quandam niſi
fallor iniuriā audientiū ꝑtinuit, ita enim Apoſtolicos uiros, ceu totidē piſces, aut uolucres
cibi obtentu ineſcaſſe credidit ac cœpiſſe, nimis iam prò pudor hæc, ꝑ urbem fama uulga-
ta eſt, in eligenda, ſcilicet Eccleſiæ ſede, uoluptatū ac ciborum, atq; in primis uini copiam
ac guſtum, ad conſilium uenire, quaſi non de Chriſtiana religione, ſed de Bacchanalibus
conſuleretur. Heu mihi, nec auditur Paulus ad Corynthios, immò ad Chriſtianos cla-
mans: Nolite iugū ducere cum infidelibus, quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate,
aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? q̄ autem cōuentio CHRISTI ad Belial? adeò ego indi-
gnans mœſtusq; animi, Quæ proportio CHRISTI ad Bacchū? nunquid ideò, quia ſacri-
ficium altaris uino eget, Bacchus erit Chriſtianorum Deus, nec iam CHRISTI præce-
ptis ac monitis, ſed Bacchi delinimentis furoribusque parebitur. heu mihi, ter & amplius,
quid

quid hoc eſt, quid audio? debuit ſanè concionatorem illum, ab his nugis tuæ ſaltem ſancti-
tatis reuerentia, extimatioq́ modeſtiæ & conſpecta tuæ frontis auctoritas deterrere. ſed tu
illi quidē, ut te decuit breuibus uerbis ac grauibus reſpondiſti: Domino aūt ſuo, à quo miſ-
ſus erat, nullo melius modo reſpōderi potuit, quàm re ipſa. nō modò enim nō diſtuliſti de-
ſtinatū iter, ſed acceleraſti, recolens ſæpè moras nimias, magnis principijs nocuiſſe, qui qui
dem Rex, ſi ut facit filialiter te amat, & fideliter ueneratur, gaudebit tandem ibi te eſſe, ubi
& tibi ſalubrius ſis & mundo. Ineſt, non ſum neſcius, molle quiddam animis noſtris, ac te-
nerum, quo abeſſe nunquam uolumus quos amamus, quæ res ſæpè, & amantis in perni-
tiem uertit, eſt autem hoc puerile magis ac fœmineum, quàm uirile, uiri enim non ubi ſint,
ſed qualiter, quos charos habent cogitant, & malunt abſentibus benè eſſe, quàm præſenti
bus malè, ut qui abſentes corpore, animo ſunt præſentes. illos audiunt, illos uident, illorū
proſperitatis ubicunq; participes, at mulierculæ puerięq;, quos diligunt, ſemper iuxta ſe uo-
lunt, nec auelli ſpontè nunquam ſinunt. non diſcernunt enim, nec reſpiciūt finem, ſola præ
ſentia ac iocis & confabulatione paſcuntur, neq; omnino alium ex amicitijs fructum quæ-
runt. Illi quidem infamatori Italici nominis, tàm ardenti, ignoto licet, qui ad cauſæ ſuæ ui-
ctoriam illud eximium arbitratus eſt, ſi patriam ſuam abundantiorem ciborum, quàm Ita-
liam aſſereret, quaſi non ad religioſiſſimum ſummumq; Pontificem ſed ad coquinæ ma-
giſtrum Apitium loqueretur, multa poſſem reſpondere, niſi me pigeret de tàm humili tam
que abiecta materia diù loqui, te præſertim audituro, ſed ſi cum illo tantum mihi res eſſet,
efficerem forſitan ut puderet, uirum talem coram uicario ueritatis, tàm multa locutū, quæ
ueritas nō probaret. certè q; omitti non debet, Galli ſicut ſcriptum eſt, uſum uitis, & oleæ,
Romæ iam adoleſcente didicerunt. Et q; conſtat, gens eadem, frugum maximeq; uini dul-
cedine, primo Italiam ingreſſa, innumerabili quidem cum exercitu, multa & grauia bella
nobis intulit, iſq; ad Romanæ urbis tunc ſurgentis incendiū, ſed p̄cipitē atq; effrenem gu-
lam, puniente Deo, ſic ad ultimū ſtrati, deletiq; omnes, ne qs extaret in ea gēte, ut nobilis
ait hiſtoricus, q incenſam à ſe urbem Romanam gloriaretur. q; ſi mutationē temporū, aut
rerū fortaſsis obijceret, ſic p̄ſentem illi & Italiæ copiā, & Galliæ inopiam, ac defectus mul-
tiplices enudari, inq; oculos ingeri poſſe cōfido, ut nō rubor eū ſolus, ſed fames etiā ſitisq;
corripiat. & hæc me, q; inuitus facio loq cōpulit, uiri illius animoſa ꝓcacitas, atq; iactantia,
q̄ ſi ſe attollere, & parua ꝓ maximis celebrare decreuerat, qd noſtra depreſsione, ſiue ullis
omninò cōuitijs opus erat: nulli iniurioſum mendaciū, ſed tantū ꝓpoſito mentientis accō-
modū, cōniuentiā ſæpè ꝓmeruit auditorū. at in alterius ſi prorūpat iniuriam, aduerſario uix
carebit, ſuſcepi ego ueritatis ac patriæ cōmunem cauſam, inq; anguſtias has coegi, quāuis
& hæc multos habeat, his obiectis latius atq; uberius reſpōſuros, & illa pro ſe clamās, mil-
le ex libris, qn & ipſa rerū ſpecie taciturna reſpōdeat. Alter mihi nūc error, ex ordine refel-
lēdus occurrit, ad me nup hæc ſcribentē, haud ſpernēda qdem narratione perlatus, Eſſe ibi
quoſdā tuorū Cardinaliū, q negari nō poſſe cōſentiant, magnū aliqd fuiſſe Italiā, nunc eam
dē ferè nihil eſſe. librata parū ac p̄rupta nimis aſſertione diffiniā, bone IESV q̄ iſta cæcitas?
q̄ p̄cipitatio eſt? q liuor, quæue impatiētia ſic odiſſe? ne idipſum, q; ſic oderis uidere poſsis,
quāq; odio dignū ſit agnoſcere, eſt ne hoc fortè ꝑfectū illud odiū, q; Pſalmiſta commemo
rat, immò uerò lōgè aliud penitusq; cōtrariū. ꝑfectū enim odiū eſt, ſic malū odiſſe, ut bonū
ideò nō oderis, ſed diligas, malo q̄uis adiunctū. cōtrà igitur, ſic malū amare, ut bonū oderis,
imꝑfectū peſsimūq; odiū eſt, & ſi magnū ſit, nō quantitatē, namq; ſecūdum qualitatē odij
ſi gnat iſta ꝑfectio. ſi mihi nō credit, Auguſtinū audiant, loci illius expoſitorē, Hoc eſt, inqt,
ꝑfecto odio odiſſe, ut nec ꝓpter uitia homines oderis, nec uitia ꝓpter homines diligas, iſti
aūt ſic oderūt nos, ut & bona noſtra ſiqua ſunt, et noſtras utiq; optimas, toto orbe pulcher
rimas regiones, ſolo Rhodani amore oderint atq; accuſent, nec ad illarū ſpeciē ac decorem
circūfuſum, uel ſufficietenus intuendū aperire oculos poſsint, mirum prorſus, ſed uulgare
malū, ut q in re aliqua uehemēter errauerit, una animi ruina, multis ſuccūbat erroribus: ec
ce, q̄ nūc animos cogit, ingēti amnis, ac telluris inamœnæ deſideriū immēſum, ut dum indi-
gno affectu, q̄ ſunt ima ſuſpiciūt, maligno defectu, q̄ ſunt ſumma deſpiciant, cūcq; urgente

uerecundia fateantur, quod utcunq; poterat negari, ſuadente inuidia, negent illud, quod fateri præſens ueritas, ac uiolenta compellit. antiqua etenim ſi negentur, auctoritati hominũ, ac librorũ fidei derogatur, at negando præſentia, uero ipſi & intellectus ac ſenſuum teſtimonio reſiſtit̃. His itaq;, q̃ ſcientes cõtrà uerũ litigant, nil omninò, fruſtrà enim ſurdo canitur, hebetauit iudicium uoluntas. reliquis ſiqui ſunt, q̃ ignorãtia labi poſſent, hoc modò reſpõſum ſit, Italiæ caput Romã, nec Italiæ tantũ, ſed totius orbis, multis bellis ac cladibus, interq; alias lõga ſuorũ Pontificũ ac principũ abſentia extenuatã & attritã, ac penè cõſumptã, dolens fateor, cuius uaſtitas, quantũ nõ ſoli Italiæ, ſed mẽbris omnibus, hoc eſt mundo noceat, & in primis Chriſtiano generi, uidẽt omnes, niſi quorũ liuor tumorq; oculos premit, hæc tamẽ ipſa Vrbs tot uaſtantiũ è manib. tibi cœlitus reſeruata ni reſpuis, & diuinæ gratiæ, tuæq; uirtutis adminiculo reſtaurãda, fœlicitatẽ tibi in cœlis æternã, atq; in terris immortalẽ gloriã allatura eſt. Poteſt haud impudẽter optare nobilis opifex, ut aliqd rebus deſit, q̃ ſuũ ingeniũ, ſua ars, ſua uirtus appareat. de reliqua aũt Italia qd dicã, niſi ſententiã illam meã ueterẽ, & ni fallor ueram, nõ dico equidẽ, q̃ nũc eſt, memor uniuerſalis peſtilẽtiæ illius, cui nulla ætas parẽ habuit, à qua uigeſimus nunc annus agitur, q̃ poſtea alternatim exhauſtũ diſcerptũq; orbẽ, quodã uelut anniuerſario malorũ torrẽte repetijt, ſed nõ minus Galliam, quàm Italiam lacerauit, immò ad impetũ peſtis aëriæ, terreſtris hominũ rabies, & longiſsimi belli furor acceſsit, tamq; atrociter illis terris incubuit, ut dum malè fida pace, rebus reddita, per ea loca, ad regem miſſus, iter agerem, cũcta undiq; ferro atq; igni euerſa conſpiciens, lachrymas non tenerem, non enim ſumus, qui ut iſti, cætera omnia, noſtri amore orbis oderimus. Sed indubiè ac fidenter affirmem, hanc ipſam Italiam, nunquam uiris atque opibus, & præſertim maris imperio potentiorem fuiſſe, quàm noſtra fuit ætate. nunquam ſi concordes animi, atque olim benè ualidum caput eſſet, recipiendo orbis imperio, nec ferendis infidelium tot millibus, atque indignis imperijs aptiorem. non ſequor animũ calamumq;, ne beatitudinem tuam, hac in parte amplius fatigem, maximè cum de hoc ipſo multa alibi queſtus ſim, non ignarus tamen, his obſtare Tarentum, Capuam, Rauennam, aliasq; magnas olim urbes, nunc non ita. ſed opponam illis omnibus, uel hanc unam, unde tibi hæc ſcribo Venetorum urbem maximam, immò regnum ingens, cui magna olim regna ſubiecta ſunt, urbem longè diſsimilem cæteris, utq; ego dicere ſoleo, orbem alterum, quæ tunc nihil aut minimum fuit, quamuis & Veneti ducis, & Venetiæ non urbis, ſed prouinciæ nomen antiquiſsimum ſit, urbis enim nomen, quod meminerim ſupra Veſpaſianum principem non legi, ſed conſtat eam, non multis ante hoc tempus ſæculis, in hanc magnitudinẽ excreuiſſe, ſunt tamen & aliæ quas opponam. Ianua olim oppidum obſcurum, ciuitas nunc præclara, patria quoq; mea, Vrbs quod uerbũ ſonat Florentiſsima, non dum tamen Romana Rep. iam florente fundata. quid Bononiam tuam loquar, quam ſub prædicti principis ætate, fœliciſsimam dictam inuenio, quamq; ego ſiqua in terris eſt fœlicitas, uerè fœliciſsimam puer uidi, deinde ut retrogradæ res mortalium ſunt, lapſu temporis, fœlicem, pòſt & miſeram ad extremũ per hos annos proximos miſerrimam uidemus, nunc te auſpice, fœlicitati ſuæ redditam uidemus. Certè hæc & aliæ, in eodem tractu, non antiquæ admodum, bello Punico ſecundo, per Italiam tonante, à Romanis conditæ ſiue inſigniter auctæ ſunt, cœperuntq́ue eſſe quod non fuerant, nec multò poſt tempore, quaſi ad nihilum redactæ ſeſe maiores denuò ſurrexêre. quarum in epiſtola ad Fauſtinum, mœſto ſtylo ac pio, meminit pater Ambroſius nominatim Bononiam ipſam, Mutinamq́ue & Rhegium, & Placentiam, aliasq́ue tunc ſemiruptas urbes deflens. quibus hodie, & ſi non omnibus, plena tranquillitas, decor tamen, & ſua manet integritas. Gaudendumq; quod hac una in re, uiri ſapientiſsimi atq; ſanctiſsimi fefellit augurium, q̃ illas in perpetuũ proſtratas dixit: ac dirutas & ad ſummã, tota hæc Italiæ pars, q̃ candidas alpes, ac uiridẽ Apenninũ interiacet, multò his tẽporibus eſt ditior frequẽtiorq;, q̃ antiquitus partes aliæ, humani morẽ ſtatus uarietate teſtant̃. Cæterũ opinent̃ ut libet, nihil eſt enim opinione liberius, ad multa alia, ui cogunt̃ multi, ad credẽdũ nullus. Credant ergo, ſi uidetur Italiã nihil eſſe, quã totus ſæpè orbis ſenſit eſſe aliquid, an non ſaltem intelligunt, in hoc nihilo, totam ferè illam

ſuam

ſuam excellentiam eſſe incluſam, nec referre quàm ſit uilis arcula quæ plena theſauri ſit ingentis. His exploſis almæ Pater ad te redeo. Ecce ergo multa inter obſtantia, per procellas rerum, uarias atq; aduerſos flatus, uelo pietatis, & rationis gubernaculo, ac remis induſtriæ benè uſus, ſanctam & uenerabilem matrem Eccleſiam, ſua in ſede repoſuiſti. difficilè eſt autem, quin paterfamilias peregrè remeans, in domo diù deſerta atq; incuſtodita, multa ſit repertarus correctionis egentia. hic incūbe, hic omnem ſacri ingenij uim exerce, ut ſparſa recolligas, lapſa erigas, deformata reformes, nutantia firmes, conſumpta reſtaures, euerſam domum non deſtituit uir ſapiens, ſed attollit ac reficit, quod ſi in ſingulis domibus uerum eſt, cur non in omnibus, & in tota urbe, ſi ita res tulerit uerum ſit? Iure igitur incenſa, olim, ut dicebam urbe, Trib. Pleb. obluctantibus migrandumq; cenſentibus, M. Furie Camillus ut reſtitueretur obtinuit. extat oratio, & ciuis & uiri boni, animo & moribus digna. quod ſi tunc accidit, nouitate illa urbis ac temporum ruditate, quod nūc cenſeas, poſt tanta religionis rerumq; cœleſtium ac terreſtrium incrementa. habes urbē conquaſſatam fatear, ſacrā tamē, et humano generi, ſed præcipuè Chriſticolis uenerandā, urbē diuinarum & humanarū rerū omniū p̄cellentē gloria, urbiū parentē, orbis caput, arcē fidei, ubi te fideles amēt, unde te metuāt infideles, nō ideò deſerēdam, q lacera & inculta eſt, ſed eò attentius, atq; obnixius repandā, quò maius hinc meritū reparāti eſt. hāc ſiquidē Romulus fundaſſe, Brutus liberaſſe, Camillus inſtauraſſe laudatˀ, ille, cuius ꝓximè mētionē feci, uerū ea ſecularis imperij eſt laus. Spiritale aūt imperiū illic Petrus ſtatuit, Syluester auxit, Gregorius exornauit, horū laudes omniū, in te unū trāsferendi, naturā tibi oblatam uideo. nō horum uni ſiue alteri, ſed ſimiliter omnibus comparari, ab incorrupta & memori poſteritate mereberis, utriuſq; enim imperij fundamēta, & incrementa, & ornamenta collapſa ſunt, tuq; omniū inſtaurator. Ex quo miror ualdè, quorūdā ſuſpitiones hominū, qui te tanta gloria, tantiſq; meritis cōtemptis, ac perditis, abire uelle aiūt, uel ad illud ergaſtulū, unde Eccleſiā eruiſti, uel neſcio quo, nullus eſt enim uel ſanctitate, uel gloria locus par, nullus ubi tā ū ualeas & Deo placere, et hominibus prodeſſe, qui tui fines ultimi duo ſunt, ſeu uerius, qui tuus in hac uita unicus finis eſt, gemino ſub mandato. quo pergūt, ubi ſiſtunt, unde & pendent lex pariter & Prophetæ. Itaq; nec famæ cōtrariæ, nec trepidis cōiecturis, cōfuſiſq; rumorib. acq uieſco, nullo modò meū cadit in animū, te ſic cœpiſſe, ut ſic deſinas, ſatius enim fuerat, nō cœpiſſe, nil in rebus eſt deformius, quàm præclari principij fuſcus finis, ut quod ait Flaccus:

turpiter atrum
Deſinat in piſcem mulier formoſa ſupernè,

quod ſi in pictura turpe eſt, in oratione turpius, in operatione turpiſsimū eſſe nō ambigiſ. multi ſunt & penè omnes, qui præclarū nihil incipiūt, nec infames ſunt, quippè nec cogniti, at qui ſe glorioſo principio notū fecit, ſi id ſponte deſtituat, infamiā nō euadet. tu non ſolū cœpiſti, ſed magna ex parte peregiſti, uide ne tuis manibus, tuum opus euertas. id enim non modo quam non cœpiſſe, ſed quam cœptum omiſiſse, multo fœdius, ſolet namque actibus medijs, quidam torpor irrepere, ſpecie difficultatis obiecta, profectò autem conſumata bona, atque ad exitum perducta, reſcindere inuidia eſt. Cœpto igitur nuſquam calle deflexeris, nulla eſt rectior ad ſalutem, nuſquam ſubſtiteris, tempus breue, longum iter, lenit laborem operis ſpes mercedis. nunquam denique in tergo reſpexeris, noſti enim, quod nemo mittens manum ſuam in aratrum, & aſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei. nec ignoras, ut uel apud ſcriptores gentium, Orpheus retrouerſus, eductam ab inferis ſuam perdidit Eurydicem, uel apud noſtros Loth è Sodomis exeunti, ut ſaluet animam ſuam, neque pòſt tergum reſpiciat imperatur. quod uel oblita, uel deſpiciens uxor eius, reſpicienſquè poſt ſe, in ſtatuam ſalis uerſa, exemplum atque utile condimentum poſteris liquit, quo in ſimilibus ſaliantur, ne in inſipido rerum guſtu, ad ea quæ benè dimiſerint animo, aut oculis ſe conuertant. Quibus ita ſe habentibus, fama & uulgus ſuo more ueris, falſa permiſceant, meam mihi nullus opinionem uerbis eripiet, Si te abeunte audeam, niſi uideam non credam, & ſi uideam uix credā. ſunt quæ uix oculis credantur. Magnam de te tuiſq; de rebus, magnam tua de ſanctitate, de magnitudine.

animi, de conſtantia, de fide, de ingenio ſpem concepi. credo ego, te forſitã blanda ægros animos ſpe ſolari, & id agere, ut inter honeſtæ moræ tædium, & inhoneſtũ ſpem reditus, dabantur dies, utque aſſolet, tempore contractum, & tempore deſiderium euaneſcat. Pergo oro Beatiſſime, & ita fac, fac ſi potes, potes autem omnia ſupra hominem omnipotentis domini uicarius, fac in titulis ſuis ædificent, qui tam diù tamque auidè in non ſuis ædificarunt, honeſti lapides, honeſtæ trabes, honeſta calx fuerit, denique honeſtus labor, honeſta quę curæ, & honeſti ſumptus in proprijs, qui alienis in finibus, quã honeſti fuerint, quam decorum, quamq; conueniens, quod ruente:

Roma pulcherrima rerum,

ut Virgilius ait, qua nihil maius Sol uidit, ne ſit irrita Horatij uatis oratio, parua & turpis Auinio ſup. aſtra ſe tolleret, & q̃ uix cõpetẽs cauda eſt, fieret mũdi caput, diffinire non eſt meũ, eorũ cõſciẽtiæ relinquã, qui proſtrata Metropoli Vrbi, omniũ quæ ſub cœlo ſunt, qui labentibus tectis Apoſtolorum & ſuis, immò ſanctorũ domibus, quarũ æditųos ſunt profeſsi, ſparſis ac laceris, domos illic aureas erexerunt, inſpectante uniuerſorũ Domino, ac iudice neſcio, an etiã approbãte. Fac incipiãt Pater prouidẽtiſsime, fac incipiãt, tantũ tolerpas una aliã trudit. actũ erit. Mox domorũ ueterũ, ut cœperint obliuiſci, & lutum Auinionicũ nõ mirari, longis erroribus infecti animi, ſubitò conualeſcere nequeunt, tempore læſi ut dixi, tẽpore etiã curabũt, ſed nõ ſolo tua mẽs, tua frons, tua uox, franget auctoritas. Iterim dies ibũt, mẽtes uerioribus ſentẽtijs, oculi melioribus ſpectaculis aſſueſcent, cũ guſtare cœperint, quid eſt Roma, immò uerius, quid eſt fides, & quid debitũ, quid honeſtas, ſi quis homo uel caſus eos cogeret, unde tàm triſtes modò ueniũt reuerti crederent, uel ad mortẽ uel ad miſerũ exiliũ ſe cõpelli. Adhuc tamẽ et tua ſublimis ſanctitas, & mea fidelis humilitas ſcio, & ſentio, cõtradictoribus patẽt, ſunt qui dicãt, planè enim illos hinc audio, Romanum aẽrẽ inſalubrẽ eſſe, quib. iã ex parte reſponſum eſt, nulla enim nõ ciuitas, tantũ anguſtiſsima, ſed anguſta domus, tàm ſalubris fuerit, q̃ non ſuſpectã faciãt ruinæ. quãlibet purus aẽr ſi incluſus eſſe cœperit, fit infamis, hæc Romanam Vrbem, eiuſq; temperiem, atq; aẽris puritatẽ, uel concutiunt uel accuſent, accedit & ſolitudo longior, & mœnium ſqualor, ac raritas incolarũ. quæ omnia, quid aliud quæſo, quàm illa, de qua ſupra queſtus ſum, Romanorum pontificum ac principum inuexit abſentia. quidue aliud quàm eorundem poſsit expurgare præſentia, uetus eſt prouerbium, cuius Ariſtoteles meminit, Nulla melius æquũ re, quam domini ſui oculo pingueſcere Vrbem tuã à ſuis paſtoribus derelictam, prouidentiæ ac pietatis tuæ oculus impinguabit, ac reficiet. illã tu q; à CHRISTO IESV poſcitur, & labẽtem reſpicies, & uidendo corriges, nam corrigi quidẽ illa, ni deſeritur curariq; poteſt, non te ergo deterreat breuis labor, quo æternũ præmiũ meriturus ſis. Redde illi te, immò redditũ cõſerua, redde illi, inquam, ſuũ caput, ſtatim & membra reddideris & uigorem, & ſi non priſtinum at magnum, illũ redintegrare nòn poteſt, niſi is qui facit mirabilia magna ſolus. redde hominum frequentiam, quod ſtando moræq; perpetuæ ſpem dando, & contrarij metum, omnem Chriſtianis pectoribus extirpando perficies, ubi hoc feceris, mox et domos erexeris, & aërem correxeris. quem ſi infectum naturaliter, quis aſtruat, obſtat illa mirabilis ciuiũ multitudo, de qua epiſtola altera ad te ſcripſi, & quã nullius ſcriptoris ingeniũ æquare poteſt, illa uis animorũ, atq; illud robur corporum, quæ niſi optimo in aëre, nec naſci potuerat nec ſeruari. obſtat auctorũ omnium illuſtrium cohors, & minimè Romanorũ, ne affectus animi teſtimonij fidem leuet, nominatim eloquentiæ ille fons lacteus, & hiſtoriæ princeps, apud quem ita ſcriptũ eſt. nõ ſine cauſa dij hominesq; hũc urbi cõdendæ locum elegerũt, ſaluberrimosq; colles, flumẽ opportunũ, quo ex mediterraneis locis, fruges deuehantur, quo mariti commeatus accipiãtur. Mare uicinũ, ad commoditates, nec expoſitũ nimia propinquitate, à periculo claſsium externarum, regionum Italiæ mediũ, ad incrementum urbis natum, unicè locum argumentum eſt ipſa magnitudo, & poſt pauca. Hic Capitolium eſt, inquit, ubi quondam capite humano inuento, reſponſum eſt, eo loco caput rerũ ſummũ imperij fore, quæ ſequũtur ſciens ſileo, haud nolim ſiluiſſe, non dico Virgilij apud quem inclita ſepticollis,

Et felix prole uirum imperium terris animos æquet

ſed Hieronymi, illiq; is familiarior tibi eſt, qui aduerſus Iouinianum ſcribẽs, mentio eius, de

qua

qua loquor urbis oblata, Vrbs, inquit, potens, urbs orbis domina, urbs Apoſtoli uoce laudata, & ſequitur uocabulũ Romæ aut fortitudinis nomen eſt, iuxta Græcos, aut ſublimitatis iuxta Hebræos. linquo alia. non eſt igitur mirum, quod grauiſsimus etiã hoſtis, urbem regum, ſiue, ut alij tradunt, urbem templum ſibi uiſam, & ſenatum regum, hoc eſt ex legibus conſtantẽ, nõ erubuit confiteri. ſæpe etenim uel inuitos, ad confeſsionẽ ſui ueritas cogit. Id non modò mirabile ſed ſtupendum, quod hæc ipſa urbs, ſic & amicis, ſemper & hoſtibus uenerata, atq; ante omnes alias in honore habita, ſolis filijs ſuis Cardinalib. odio ſit atq; contemptui. Quos tu uerus pater hortabere, ut hos animos ponant, nouos induant, ſponſam tuam matrem ſuam diligant, illam ſui præſentia, ſuisq; operibus exornent, quæ & operibus illos ornet & gloria, neq; tali matre nuda ac famelica externas ueſtiant ac paſcant, neq; ſua indiga & mendacia in alienas effundant, quod in propriam refundendum erat. Id enim fœdum ſibi, odioſum CHRISTO nouerint, qui ſuo ſanguine dicauit Eccleſiam, non ſolũ cœleſtibus et æternis diuitijs, ſed temporalibus etiam ac terrenis. quas in aliud quàm ipſius in laudẽ atq; obſequium, ſpargi nephas ſacrilegiumq; eſt. Proinde tu uigila, domini eſt enim uigilare, ſeruorũ ſtertere, Homerus ait: Non oportet noctu quieſcere con ſultorẽ uirum, cui populi ſunt in cura. ſurgere oportet, prius dominos ſeruis, inquit Ariſtoteles, & dormire poſterius, & quæcũq; decet facere, neq; nocte neq; die omittere, de nocte enim ſurgere, ut idẽ ait, ad ſanitatẽ atq; & œconomiam & philoſophiam utile. tua ſanitas non tibi tantùm utilis, ſed neceſſaria eſt mundo, tu non ſolius œconomiæ ſed totius Rei p. curam geris, multo maioribus uigilijs indigentis, tu non falſæ & inanis, ſed ueræ ac ſolidæ Philoſophiæ, ueræq; ſapientiæ Dei patris ſtudio uacas, omnes in te unum cauſæ coẽunt, ut de nocte ſurgas, ac uigiles, uigila, inquam, ſpeculare, ſuperintende, q; eſt proprium Epiſcopi, atq; uniuerſa circumſpice, uerſatili atq; acri & uigili ingenio opus eſt, magnæ cuiuſq; rei executio, noctes inſomnes, intentũq; animum exigit. de tua quidem optima, ac ſtabili uoluntate certiſsimus, alienæ duos obices uoluntatis metuo. quot tuum eſt, uel mollire uel frangere, ne hic pudor atq; hæc macula, frontẽ premat Eccleſiæ, neúe hæc fabula ſit præſentis & ſequentiũ ſeculorum, ut uiuo ſaltem, tàm præclari duce operis, ſanctiſsima Petri ſedes iterum deſeratur, tàm præſertim uili cauſa, uini ſcilicet, quod ab homine ſobrio, facilè ſperni poteſt, uel ſi nequear, & transfertur agiliter, & transferendo fit melius, neq; uerò ubi erãt, quo reuerti ardẽt, uinũ illud naſcebatur, quãuis eſſet aliquanto propinquius. neq; maiuſculũ hoc iter eſt, aliud quàm nautarum labor exiguus. quib. nullus ſatis eſt magnus labor, ad hoc unũ natis, neq; herclè tã ebrioſus unq̃ fuit aliquis, ut uini amore, in uineis habitaret. Colitur uinea, nõ incolitur, & in uinea quidẽ uinũ naſcitur, legitq;, in torculari premitur, in penu conditur, in aula bibitur, & prima illa ſunt uillici, ultimũ hoc domini, uinea tua & illorũ eſt, quaq̃ uerſum, religio uera protẽditur, nõ tã uino, q̃ rubenti martyrũ ſanguine fertilis, cuius uindemia ipſa eſt ſalus fidelium animarum. ſed quæcũq; ſit uinea, quiſqs ager, eccleſiæ certæ, aula regia atq; arx ſuperior Roma eſt, quod & ſi quidam diſsimulent, nemo eſt qui neſciat, ne apud Indos quidem puto, nemo etiã ſit qui neget. Redeant ad cor, nec iam amplius contra ſtimulum CHRISTI calcitrent, durus eſt enim, neque iugum eius excutiant. nam ſuaue eſt, & omni leuius libertate, humani animi uitium eſt error, obſtinatio dæmonum eſt propria. Satis ſuperq; ſatis erratum eſt. ſit iam modus erroribus, ſatis eſt perditi temporis, extrema ne pereant enitendũ eſt, auertant aures animarũ, ab impiorum ſuggeſtibus angelorum, periculoſiſsimi enim ſunt inuiſibilibus flammis ac iaculis ſæuiũt. Quos, ut ait Auguſtinus, in ipſis mentibus formidamus, adhibeantq́ue illas domini præceptis, aperiantq́ue oculos, & uidebunt CHRISTVM rectum illis ad ſe iter deſignantem, illum audiant, illum aſpiciant ac ſequantur. Ceſſet pertinacia ac funeſta durities, non pudeat uinci, neq; enim ab illo uincũtur, & ſe uincere uictoria ſumma eſt. Cũcta aũt ritè facturos ſpero, & tibi credere incipiãt, & nouiſsima ſua quæ iam uicina ſunt cogitẽt hæc tã multa pater, ut Ciceronis uerbo utar, ſanctiſsimè atq; optimè, & dixi olim, & nũc addidi, non quia tibi neceſſe eſſet hæc audire, ſed quia mihi propè neceſſariũ nõ tacere. ſcio enim illos multa quotidie contra hæc loqui, quibus obſtare nõ ſuperbũ modò, ſed inſanũ putent. magni quidem uiri ſunt, ſed maior eſt ueritas, & collocutorẽ modicum, non dubito atq; humilem

reprehenſorem,

reprehenſorem, ſuo quaſi quodam iure faſtidiunt, ſed ſi ſe homines meminerint, non faſtidient rationem, cui ſi ſe ſubijciant, nec auctoritate nuda niti uelint, quid his fortè reſpondeant non habebunt. Illud nec relatu dignum, quamuis id multi prædicent. eſſe ibi qui cupiant, ſiniſtrum aliquid, quod CHRISTVS, cuius res agitur auertat, tibi uel Eccleſiæ prouenire, quo ſis pronior ad diſceſſum, atq; hanc ob cauſam, placuiſſe illis motiunculam, quæ ad Viterbium fuit, atq; inde ſpem nephariam concepiſſe. Ego autem non dicam excellentiſsimis dominis, ſed ne ſeruis quidem, niſi uiliſsimis hunc fuiſſe degenerem, immò immanem atq; impium appetitum, ſuſpicari audeo, qui extremi forſitan furciferi cuiuſpiam ferum pectus inuaſerit, illi equidē quiſquis ſit, ſi tàm male quiſquā eſſe poteſt, reſipiſcentiam ac ueniā, ſi has nolit, ſibi æternū de aliena fœlicitate ſupplicīū, perpetuitatē uerò rebus proſperis, Eccleſiæ pacē, tibi conſtātiā ac ſalutē opto. peccatorq; licet indignus, in ſe tamē dignis precibus, illum oro, qui tibi tāti principij mentē dedit, ut uotiuū finem & bonorum operum conſumatricem optimam perſeuerantiam, largiatur.

Fran. Petrarcha Franciſco Bruno ſuo, S.

De materia ſuperioris epiſtolæ, ꝙde crebra loci mutatione.

NEſcio qua ſeu ſyderum ui, ſeu uolubilis animi leuitate, ſeu lege neceſsitatis rerum humanarum, dura & ineluctabili adamantinos, ut Flacci uerbo utar, claros ſummis regum quoq; uerticibus affigentis, ſeu alia quauis mihi incognita ratione, totam ferè uſq; ad hoc tempus, in peregrinationibus uitam duxi. hic ut boni fortè aliquid, ſic mali certè plurimū tuli & ſi roger, cur nō igitur pedem figis, repeto ꝙ incipiens dixi, cauſam rei neſcio. ſed effectū ſcio, de quo quoniam abūdè alibi dixiſſe uideor, amplius nihil hic dicam, niſi ꝙ iam audiſti, fuiſſe mihi hos circuitus lucro interdū nō inficior, ſed ſæpius damno. Villicū habui ad fontē Sorgiæ trās alpes, ubi floridiores anni, magna mihi ex parte fluxerūt, cuius & temporis, & loci, & hominis libens memini, ꝙ & tēpore illo, niſi tàm ueloci ret abijſſet, nil iucūdius, & loco ſi talis permanſiſſet, nil tranquillius, & homine ni mortalis fuiſſet, nihil ſuo in genere lætius, nihil obſequioſius, nam fidelē dicere, detrahere eſt, ipſe ſiquidē fides erat. is mihi, ex quo uagari inde cœperā uel proficiſcenti uel redeūti, amica reprehenſione ſolitus erat hoc dicere, Vt uideo ſæpè rotaberis, nunquā uerò, mihi crede, ditaberis. nonnū quam ſeu exacti, ſeu inſtantis itineris uiaticum, ſic taxabat, ut in illo penè fallerer, & monenti, hoc aiebat expendes, & reuerſo hoc aiebat, expendiſti. idq; conſtanter uſq; adeò, ut non agelli cuſtos abſens, ſed præſentiſsimus uitæ comes fuiſſe, inq; omnibus hoſpitijs ſediſſe ad calculum uideretū, & mirabar, & ridebam, uera licet illum loqui ſentiens, quod & nunc maximè ſentio, prouerbium uetus eſt noſtrorum hominum. Non facit muſcum ſæpè uolutus lapis. Et ut opes ſileam, quarū fluxus nemo uir magnus inter damna, quidā etiam inter lucra poſuêre, quid de alijs dicam, ſic uagādo notitias plures forſitan quæſiui, ſed amicitias pauciores. quo enim uera amicitia, unum è maximis uitæ bonis in tranſitu quæreretur, cum minoribus acquirēdis tempore & conſtantia opus ſit, & ſi aliquas, & ſi multas, uel ſic uagus habui, quot cōſiſtens fuerim habiturus iuditio eſt, natura nullā prorſus ad rem, q̃ ad amicitias proniore. Iam de ingenio ac doctrina facilis coniectura eſt, profectò enim plus aliquid ambiēdo uidit, q̃ uiſurus domi fueram, & experientiæ rerumq; notitiæ, non nihil eſt additū, ſed detractū literis. quot enim ſtudio putas dies hi, diſcurſus abſtulerint, ut bibliothecculam ipſe reuiſens meam, non inter ueterū tantū libros aduena, ſed inter mea etiam uiderer opuſcula donec ſenſim, non ſine tempore ac labore aliquo, in familiaritatem priſtinam reuocarer. quæ iactura haud quaquam leuis eſt, breuitatem fugāq; temporis extimanti. & niſi me hic metus tenuiſſet, frenaſſetq; impetū, ut erat adoleſcenti animus, & caſuum improuidus, & uidendi auidus iſſem ad extremos hominū Seres, atq; Indos ultimamq; terrarum Taprobanem adiſſem. Scio quæ tunc mihi mens fuerit, non me quidem illa ætate, me labor, nō maris faſtidia, non pericula terruiſſent, terruit amiſsio temporis, atq; animi diſtractio, cogitantem inde me, plenum ſpectaculis urbium, fluminumq; ac montiū et ſyluarum, ſed literulis, quas ad id tempus iuuenili ſtudio collegiſſem, uacuum & inanem, atque inopē temporis reuerſurū. itaq; conſiliū cœpi, ad eas terras, nō nauigio, nō equo pedibusue per lōgiſsimū q; iter, ſemel tantū, ſed per breuiſsimam chartā, ſæpè libris ac ingenio proficiſci, ita ut quoties

uellem,

uellem, horæ ſpatio, ad eorum littus irem, ac reuerterer, nõ illæſus modò, ſed etiã indefeſſus,
neq; tantũ corpore integro, ſed calceo inſuper inattrito, & ueprium prorſus, & lapidũ &
luti & pulueris inſcio. Vnum ſanè in occiduis his meis anfractibuis, dictù quàm re leuius,
perpetior, ꝙ amicorũ literas, eorum dico, quos diſciplina & eloquio claros noui, quæ mihi
& decore proprio, & amore dictantiũ, pro theſauro erãt, inter crebras locorũ mutationes,
ſic interdũ perdidi, ut eſt meis ſimul etiam multa perierint, quæ manſiſſent, ſi uni ſcamno
inſiſtere potuiſſem. hoc nimirũ eſt amice, propter ꝙ unũ in hanc multiplicẽ modò narratio
nẽ incidi, teq; alijs multis, aut ſim dubius, et magnis implicitũ atq; intentũ rebus, huc perpu
li, familiari quodã impetu, qui de nihilo longas ſæpè texit hiſtorias, poteram nempè, niſi hoc
eſſet hinc initium ſumere, ꝙ epiſtolas tuas, ad me ultimas, quarũ alteram dũ adhuc Ticini
agerem, alteram Venetijs accepi, nunc Pataui quærens, non inuenio, & reſpondere ali-
quid uellem, tempus eſt enim, immò iam præterijt, ſiue occupatio ſiue tarditas mea, ſiue illa
ipſa de qua loquor inſtabilitas in culpa eſt, ut ex memoria ego reſpondeam oportet, quæ ſi
me fefellerit fallax eſt, cumq; omnes aſsiduè tũ uel maximè ſenes fallit, fortaſsè ideò, quia
plurĩ illis eſt debitrix, et eſt depoſiti maioris fides rarior. Vtq; incipiã, epiſtolarũ tuarum
prima pars, ni fallor meæ mortis te rumore cõcuſſum grauiter, deiectum narrabat, donec
uerior nuncius iacentẽ animũ erexit, ad ꝙ unum dixero: Noli amice, noli obſecro, his am
plius unq̃ moueri. Rẽ audies mirã ualde. Quartus & uigeſimus annus eſt nũc, ex quo pri
mum fama ſimilis, Liguriam impleuit, quaſi non obſcuri caſus homunculi, ſed imperatoris
cuiuſpiam eſſet aut regis, fuerunt qui de hoc, ipſe tunc uulgares tantus, & tanto ſtudio me-
ditarentur, ut reuerſum tandem in ſtuporem me ſimiliter ac ruborẽ cogeret, tàm præcox
tamq; immeritum nomen, tanto clarior iuuenis fui, quã ſum ſenex. ſed hæc tranſeo. Ex illo
uix fluxit annus, quo non ſaltẽ ſemel, meæ mortis fama reuixerit mirum cum & ego ualitu
dine corporis hactenus ſemper ferè proſperrima, & mediocri fortè rerũ uſu ſim, & talia nõ
niſi de potentioribus fingi ſoleant, quorum mors momẽti aliquid rebus poſsit afferre. mea
quidem mors nulli ut reor utilitatem magnã, paucis damno, Reip. nihil penitus afferret.
quid feſtinant? quid mendacio anticipant? quod ut uerum fiat, eis nihil, & ſi eorum fortè li
bidini ac maliuolentiæ aliquid collaturũ ſit. Inſiſterem hoc loco rei cauſam ueſtigaturus,
niſi quod ad amicum alterum uirum bonum atq; eruditum, ſimile olim rumore, ac ſtupore
percuſſum, mea non ocioſa de hoc extat epiſtola. ſed ut ſummã noris, ſcio inimicorum hæc
figmenta eſſe, miraberis unde mihi hoſtes, ſed ſic eſt nullos mihi oſtenſa, nullos odium,
multos fecit inuidia. & hoc quoque mirabere, cum inuidioſum nihil omnino mihi ſit, ſed
uilibus animis, quicquid uile minus obieceris, inuidioſiſsimum apparebit. fingunt ſibi
quod cupiunt, publicus mos ſtultorum, & hi quidem, nondum uitæ meæ, uel dieculam uel
momentum unum, his artibus detraxerunt, paſsioni autem ſuæ, multum per impatientiam
addidêre. In uno fateor, ut iocoſa ſerijs miſceam, iocoſa utique, ſed moleſta, nihil ominus,
in uno, inquam, horum me mendatijs læſum ſenſi, quod cum ante aliquot annos, Sũmus
Pontifex, nullis meis erga eũ meritis, ut cui uiſus nunq̃, & uix fama ambigua notus eram,
nullis meis precibus, ſed liberalitate & clementia ſua, ſola præbendulam illã perexiguã qui
dem, ſed locorum mihi ubi à pueritia educatus eſſem, cõſideratione gratiſsimam, proprio
cõtuliſſet inſtinctu, tuq; id mihi uoti mei cõſcius nunciaſſes, quærẽs qualiter literas execu-
torias fieri uellem, uenit interim unus ex his annuis interfectoribus nominis mei, qui quos
manu nequeunt, lingua uulnerant, perſuaſitq; Pontifici me defunctum eſſe. Quo te etiam
tunc rumore pergrauiter conſternatũ fama fuit, & tũc quidem, ꝙ uulgare eſt ueterator ille
ſui premiũ, ego alieni mendacij pœnã tuli, unũ dixi, duo dicere debui, ſimile enim per om
nia, ſed multo maiori in re, cũ hoc Romano Imperatore anno tertio paſſus ſum. quod audito
utrobiq; cũ amicis tũc iocatus, ſi cũ dominis ioca ri licet, & nũc iocor. Siquidẽ ꝙ uiuẽri da
tũ erat, ut defuncto eripi, ſi reſtitui rediuiuo potuit, neq; hoc dico ambitione ulla ductus,
in epiſtola q̃ cõmuni noſtro, & omniũ domino porrigẽdã, per hunc nũciũ accipies, qd cũ eo
pepigerim, uidebis, ut nil ſcilicet p̃ter benedictionẽ ſuã, illius è manib. aut cupiam aut expo
ſcam. Nec ſat ſcio, an quod olim diù optaui, aſſequi iam mihi expediens ſit, poſſet forſitan
paruo

paruo hoc addimento, Patriarchæ amantiſsimi patris mei deſiderium. quo iampridem uel
licor, & locorum amor me illuc quandoq; retrahere, ubi prædulcis quondam, & quieta fu
it mora, nũc ô uolubiles res humanæ. ne ſecura quidem ſatis eſt ſtatio, quod ipſe hinc mox,
illic dimiſsis in reculis ſum expertus. propter falſam hanc igitur ſolam famam, an ara leni
ens iocis hoc dixerim. te deinceps meis in rebus ſi me diligis, neq; mendax fama, neq; ueri
tas comperta deijciat. Scis amice, & me & te, tributo mortis obnoxios, quod nobis
cum Pontificibus Cæſaribusq́ue commune eſt, immò hercle cum omnibus qui ſunt eri
ue de mortalibus, qui fuerunt nempè ſoluendo iam debito liberati ſunt, ut nulli hominum
graue eſſe debeat, quod omnibus æquum eſt. neceſſe eſt, ut aut tu de me, aut ego de te ſtilic
acciplã rumorẽ, non hoc dicerem, ſiquis res noſtras ordo ageret, par exiſtimans, ut qui pri
or ueſtibulũ uitæ huius introij, poſtico prius egrederer. ſed ah, quotiẽs me fefellit hæc opi
nio, quæ ne amplius fallar, & cupio, & precor. utcunq; res caſura ſit, ſiquidem uerum nun
cium meæ mortis acceperis, non inhibeo ne ſuſpires, ne ſim durior, ſed ne unam omnino la
chrymulã effundas, iam hinc moneo, atq; obteſtor, neq; multũ doleas, immò, inquam, nõ
plus doleas morientem, quàm naſcentem doluiſſes. Nihil doleas igitur, nihil fleas, non eſt
Philoſophicum, nec uirile quidem flere naturalia, non minus naturale autem, nec peius eſt
mori, quàm naſci & fortaſsè melius, pro me potius Deum ora dum hic ſum, bene ut hinc
abeam, dum abiero ut mitis mihi CHRISTVS occurrat, & meorum immemor delictorũ,
hoc mihi utile, tibi honeſtum, Deo placitum. Fletus autem horum nihil, de me quoq; libẽs
loquere, tuo in ore meum, immò noſtrum nomen, meq; qua non uiſum potes hominem
in memoria tua ſerua, hoc funeris ſepulchriq; genus acceptiſsimum, amicitiæ uera eſt, reli
qua ſuperſtitioſa & inania & caduca. & hæc omnia eò ſpectant, non'ne meam tãtũ, ſed ne
cuiuſcunq; mortalis æquo graui mortem feras. quanquam in hoc ego ipſe, ſæpè nimis erra
uerim, quod epiſtolæ meæ multæ flebiles, quarum nunc me pudet, quaſq;, uel nunquã hoc
calamo exaratas, uel dũ licuit deletas, uellẽ, apertiſsimè teſtãtur. uicit me amicorum in mor
tibus, ſub pietatis clypeo, mollities fragilitasq; animi, nũc agnoſco quas ineptias dixi. quo
fructu tot lachrymas, tot lamenta profundi, uel non ſentiẽtibus uel damnantibus quos lu
gebam. Cæterùm nemo melior uiæ dux, quàm qui illam ſæpè errando & cadendo didicit,
non damno humanitatem, ac pietatem, ne inhumanum atq; impium dogma ſit, ſed imbe
cillitatem in uiro fœmineam, atq; ægritudinem animi reprehendo, quibus ſe uehendum
quiſquis dederit, in ærumnam decidet ſempiternam, nunquam enim flendi dolendiq; cau
ſæ deerũt, quodq; ait regius propheta. Deficiet in dolore uita eius, & anni ſui in gemitibus.
hæc data pœna diù uiuentibus, inquit alter. at non omnibus, ſed his tantùm, qui fortuitis ca
ſibus, uirtutum inopes, atque inermes, non æquo marte congrediuntur, uerbo tecum utor
meo, ne dum huic ſententiæ nouiter ueſtiendæ, operam do, cœptæ curſum orationis impe
diam. His te ergo pro tempore, mirum dictu contra meam mortem uiuus armauerim, ut
dum me hoc tandem carcere relaxatum, quod falſo iam ſæpius audiuiſti, ſemel uerè audies
quod audire ſi diuticulè uixeris neceſſe eſt, conſolatore alio non egeas, memor me, dũ ad
huc in terris tecum eſſem, præmonuiſſe, ne ut mortuũ fleas, ſed ut laqueo mortis huius ela
pſum, & uiuere incipiẽtem, læta memoria proſequaris. Venio ad aliud, q; dicebã memoriæ
depoſitum, et epiſtolam quidem illã, multiloquam ſeu libellũ, breuẽ mauis dicere, benè acce
ptum apud Pontificem Maximũ, ut tu ais, gaudeo. certè enim quiſquis illi ſtylus, quæcũq;
materia ſcribentis, clara utiq; fides fuit, affectumq; animi ſcito, nec lingua æquam potuiſſe
nec calamo, nunquam me adeò uerborum inopem, nulla rerum in parte cognoui, hac me
fides egit, quo ingenij fiducia, nõ egiſſet, ut de illis rerum moderatoribus, tàm liberè loqui
auderem. Adiuuabat impetum fidelis animi, & calami libertatem eius, ad quem mihi, ſer
mo erat, circunſpecta profunditas, cui illos multò quàm mihi uel alteri notiores eſſe, cer
tus eram, ut de illorum moribus ſecum agens, nihil tàm uererer, quàm multa præteriiſſe.
Egit hoc infallibilis, & æterna prouidentia terribilis, in conſiliis ſuper filios hominũ, ut qui
princeps Eccleſiæ, ſoſpitator orbi lãguido deſtinatus erat, cõſiliariſsimos ſuos. familiariſsi
mè ſcrutaretur, anteq̃ illi eũ uererentur, aut metuerẽt, aut quandoq; uerẽdũ metuẽdũ mũc

animis

animis præſagirent. Difficilè eſt noſſe hominum mores, ſub hypocriſis uelo, ſuſcæ ac profundæ ſunt humani pectoris latebræ, & ut reliquarum rerum, ſic mentium color inter tenebras deliteſcit. ſerò iam nubes fictionis obtenditur, uidit illos intrinſecus, eo tempore, quo patebant, hoc mihi apud eum loquendi fiduciam illam dedit, non quod mei & illorũ eſſem uel ſim neſcius, & quanta illis ueneratio deberetur, ſi quod profitentur implerẽt. ſed heu mihi, tota ferè hominũ uirtus umbra eſt, uerba, cerimoniæ, modus ueſtiũ, pedum motus, geſtus corporis, oculorum flexus, frons, coma, ſupercilium, ſingula hæc lenjuntur. interior animi forma negligitur, neque præterea oblitus ſum, illã ſententiam Ciceronis, ꝙ carere deber omni uitio, qui in alterum dicere paratus eſt, conſonam ſententiæ ſaluatoris ubi in terra ſcribens, Vt qui ſine peccato eſt, primus in peccatricem lapidẽ mittat hortatur, uerũ hunc omni uitio carentem uelim, Cicero ipſe mihi ſi nouit oſtendat, ego illum fateor, non noui, & ſi expectandus ſit, ſerò quiſquã reor accuſabit. accedit, ꝙ nec homines accuſare propoſitũ fuit, ſed eccleſiæ ſtatũ flere, & ſi is fletus abſq; graui hominũ nota nõ eſſet, & quamuis ego me multiplici uitio laborantẽ ſciam, meũ tamẽ uitiũ mihi uni, illorũ uitia mũdo nocẽt. Semper enim nocẽtiſsimi omniũ ſunt habiti, q uenenato exẽplo, moribus publicis ceu morſu uipereo nocuerũt, neq; ideò fortaſsis auſus eſſem uera loqui, ne mihi ꝙ ſolita eſt, cũ illis ueritas odium annexũ, odio damnũ pareret, ſi ad opes ut uulgus aut potentiã aſpirarẽ. nunc nil cupiens, quid metuã. ſolẽt hæc cõiuncta eſſe, naſciq; alterũ ex altero, cupiditas uerò & metus, frena ſunt animi, quæ à recto ſæpè illũ calle detorquẽt. neq; tamen his liber ea ſcriberẽ, ne ſcilicet os in cœlũ poſuiſſe dicerer, niſi ꝙ ſcienti omnia narrabã, ſi fortè nobiliſſimã ſanctiſsimãq; animã, ut aſſolet, notæ, licet hiſtoriæ commemoratio excitaret, & quò per ſeipſam feſtinabat impellere, CHRISTO gratias & uicario eius. En uidemus quod uix equidem optare nullo modò, aut ſperare auſi eſſemus, nemo hic ſibi laudẽ arroget, nemo gloriam aucupetur, nullæ hic ſunt hominis partes alterius, niſi optando forſitan ac precando, cum in contrarium partes fuerint multorum, ardentiſsimæ illæ quidẽ, ſed Deo a gente irritæ, atq; inanes quo illius ſanctiſſimi patris maior mihi indies admiratio eſt, priorq; deuotio. qui per tot tàm ualidos obices ægram matrẽ Eccleſiam, ſuis ſolus geſtans humeris huc euaſit, maiorq; illorũ execratio, qui hoc impedire tanto ſtudio nixi ſunt, ut fideliũ animis, neſcio quid ſuſpitionis iniecerint, aliud ſe aliquid adorare ꝗ CHRISTVM, unde effectũ, ut quamuis uoti iã cõpos nõ quieuerim, ſed multa nũc, etiã uel æque acria uel acriora profuderim, è quibus epiſtolã ſecundam, paulo minus primæ partẽ texui, dici enim nequit quãta indignatione animus, rumoribus nouis exarſerit, audito, quid in illa ſancta quidem uia, nõ ſancti quidem uiatores, contra ſanctum me ducẽ, uel egiſſe feruntur, uel dixiſſe. Scis me anni partem Venetijs agere, cuius urbis claſsis, inter alias iter Apoſtolicũ comitantes, una utiq; etſi abſq; iniuria reliquarum dicitur, prima fuit in hoc ſaltẽ, ꝙ è lõginquo ueniens, omni ferè quàm longiſsima eſt Italia ambita, uſq; in intimum Galliarum ſinum, atq; ibi abditam Maſsiliam, ubi uix accinctus Pontifex expectabat, gubernaculo deuotionis, & obedientiæ remigio penetrauit, hinc multa didici. quæ quã moleſta uiſu, fuerint, eò melior ꝙ moleſtiſsima ſunt auditu. Vnum de multis interſerã, fuiſſe ibi nonnullos ex illo etiam uenerabili ordine, qui confeſtim ut Venetus claſſem terris eripuit, ceu torti acriter, muliebri eiulatu, omnium in ſe nautarum ſimul uectorumque ora conuerterent, quin & conuitijs, ne qua ſtomachi eſſet excuſatio, blaſphemijſque non parcerent. ô malum Papam, ô Patrem impium exclamantes, quonam terrarum miſeros filios rapit, non quaſi ad Chriſtianitatis unicam ac ſupremam arcem urbem Romam, ſua in ſede catholicæ futuri reges Eccleſiæ, ſed quaſi Cteſiphontem aut Memphim Sarracenorum in carceres traherentur, uerè ergo miſeri filij ſic affecti, uerè aũt fœliciſsimus Pater ac pijſsimus, ſi latinè dicitur, q uolẽtes etiã ac luctantes filios ad ſalutẽ ducit. Ego igitur clamor, immò totus fidelium grex exclamat, ô beatum optimumque ac cœlitus miſſum mundo Papam, qui Eccleſiam ludibrio exuere auſus, ſuo in ſolio atq; honore repoſuit, qui hoc uituperat, quid ſit unquam laudaturus nõ intelligo, uerè Papam optimum nõ modò antè alios, ſed unũ ex omnibus noſtræ ætatis, & uerè peſsimũ atq; impurũ os, quod contra indulgẽtiſsimũ patrẽ latrat. Meritò itaq; Deus

illi,

illi, qui in his maledictis acerrimus omniū fuit, manifeſtum ac terribile ſignum fecit, ut ſci
cet ex quo ſanctam ciuitatem attigit, illicò moreretur, qui cum morti proximus eſſet. ad
ſummū Pontificē deſtinaſſe traditur, qui dicerent, perſuaſum ſibi à Medicis, ut ſi ſaluus eſ
ſe uellet, ad ſuum aërem atq; patriam remaneret, cōmeatumq; depoſcerent. quod audiens
Papa, quid reſponderit, ut nil penitus illuſtrium latet, uſq; huc famæ relatibus inſonuit, quæ
an uera ſint, tu ad ſacros pedes aſsiduus indicabis. ego enim rei neſcius, rem ſcienti narro,
ſed id facio, ut ſi in manus fortaſsis alterius hæc uenerint, reſponſum omnibus notum fiat,
marmoribus inſculpi, & præ foribus urbium, ac templorum legi dignum, atq; æternis mo
nium, ſed præſertim doctorum ſanctorumque hominum memoria celebrari. cū enim man
data nuncij peregiſſent, ille ſubitò ite, inquit, & domino ueſtro, amico meo, & ſcholaſti
co dicite. cura in patriam eundi bona eſt, modò nouerit quænam patria ſit ſua, nam terre
nam patriam cogitare in hoc ſtatu intempeſtiuum, ac mortiferum, cœleſtis illa Hieruſalem
uera patria noſtra eſt, ad hāc ergo ſuſpiret, ad hāc animū attollat, cuius tamē in limine duos
ſe maximos potentiſsimosq; hoſtes quæſiuiſſe meminerit, Apoſtolos CHRISTI Petrū
ſcilicet & Paulum. quorum uolūtati ſumma ui reſtitit, meq; illius executorem, præ cunctis
diſſuaſoribus, omni quo quiuit ingenio retardauit. illos ergo, dū adhuc licet cōpunctione
cordis, & lachrymis ac precibus mitiget, ut eos ſibi propitios, nec obſtruſū patriæ limen in
ueniat, hic inſiſtat, hoc cogitet, omiſsisq; curis inanibus, unā hāc arripiat, qua placati Apo
ſtoli CHRISTVM placent, lætamq; illi ianuam regni cœleſtis aperiant. Euntes hæc ſibi meis
uerbis nūciate. ò reſponſum uerè angelicū. quo accepto Cardinalis, ille oſorq; almæ urbis,
non ita multo pòſt, benè utinam, fœliciterq;, & ſani credulus cōſilij expirauit, & in ſanctis
quæ oderat, atq; horrebat locis, tanta eſt CHRISTI miſericordia, ſepulturam meruit.

Hoc ut modò dicebam, ſcienti neſcius narro, quo nihil unquam dici altius, nihil grauius
audiri, ut ſi ita eſt; & tu mihi notum facias, & ego alijs fecerim. ſi minus ſcribas, ad correc
tum mihi, ſi uacat reſponſi formam apoſtolici, ut ſi oportet, in hac etiam epiſtola mutetur
uerborum forma. quæ ſi ita permanſerit, ſciant qui hæc audient, rem à me narratam, tuo &
ueri teſtimonio conſtare, & ſic eſſe ut hic legitur. Nā ſi diuerſum ſcribas, ita hic erit ut ſcrip
ſeris, omnino enim, nec obliuione, nec latebris digna res eſt, ueniet forſitan poſt me, qui di
gniore hanc honeſtet eloquio, uel ego ipſe fortaſsis alibi maiore nixu incūbam, non dico, ut
laudem meritam ſtylo æquem, ſed ut minus incultā poſterorū memoriæ trāſmittam. quid
nunc his querelas infantiles, & indignas uiris adijciam, quod Beneuenſe uinum non ha
bent, de quo ſatis uſque ad riſum ac faſtidium diſputatū eſt? & ò ſancte IESV ſi in te cre
derent, non'ne confiderent aquæ hydrias in uinū optimū poſſe cōuerti, nō præceſsit eos ui
num illud, ſed ſequetur, ne timeant, quocunq; ierint, & ſecutum eſt iam nūc audio, & gau
deo hercle, ſi uel ſic fortè conuitijs abſtinerēt. quid q calor immodicus. præterita æſtate
Viterbij fuit? ſed an, quæſo, materiam ſuis ceſſuram, delitijs, ſeq; ideò q diuites ſunt, frigus
& æſtū non ſenſuros ſperant? an ciuitate illa nobiliſsima, unde tam queruli, & tam moll
ueniunt æſtiuis caruēre caloribus? an ego, ſeu ibi non fui, ſeu quia aliquot annis inde ab
fui, loci illius oblitus ſum. Ego uerò, etſi neque apud Aethiopes, neque apud Arabes fue
rim, harum tamen certè noſtrarum occidentaliū regionum, bonam partē circuiui, plagam
enim Artoam, ſermo iſte non recipit, nec ſum memor, ubi Boreæ flatus cōticuerit aut Cir
cij. quod unum ibi refrigerium unum remedium uitæ eſt, importuniores alibi ſenſiſſe æſtus
æſtiuos, ultimus niſi fallor, Ioannis XXII. Rom. Pont. annus fuit, quo tantus illi cœli fer
uor inualuit, tanta imbrium penuria, ut ferè omnis umbilicòtenus nuda plebs, per paradi
ſum illum dominorum Cardinalium, lymphatico more diſcurrens, altis atq; miſerabilibus
uerbis, atque uerberibus, mali finem, pluuiam atque aëris temperiem precaretur. Memini
tunc penè omnium, omnis ſexus atque ætatis, uultus, colla, & manus, cutim quaſi ſqua
mas, quaſdam more ſerpentum exuiſſe, ut ſi quis rarus ardoribus, illis inuiolatus obſtite
ret, non tàm carneus quàm ferreus putaretur, nec aut aliquid tale uſq;, noſtro ſub axe, ſic ad
omnes puenìſſe ſcio, aut hos Viterbij tale aliqd paſſos credo. ſed nō eſt ludus immoderatè
uel diligere uel odiſſe, Si poſsibile ſit, in cœlo aliquē inuitū ac uolētē in inferno eſſe, merito

ille,contra cœlum,pro inferno aliquid his horumq; ſimilibus permotus indignatione ue-
hementiſsima, & libertate illa,ulam quam natura mihi dederat ſtudium auxit, ætas cumu-
lat,ſcripſi multa quæ primus leges.ad te enim primum ueniunt,tuum ultrò ſubitura iudi-
tium, in quo precor,ne ut ſolet,uerò amor officiat,ſeuere iudica,& uide,an nimia ſit liber
tas,indignatio enim nimia eſſe non poteſt. Illud neq; tuum, neque cuiuſquàm animum
moueat,quod Papam Romanum quo nil maius,immò cui par nihil orbis habet alloquor,
quaſi illius reuerentia ſtylum cohibere debuerit,mihi enim ,ut uides,magna hinc pars fidu
ciæ orta eſt,quod uicario ueritatis,nulla ueri particula occultanda uideretur,præſertim , cū
& ſi uellē , nihil illū penitus celare poſſem,ſcientem eò cuncta lucidius,quo manibus ſuis
illa palpaſſet,æterno ſorum medicus uolucrum. Narraui igitur, non ut ex me illa diſce-
ret,ſed ut mihi,atque omnibus nota cognoſceret,eoquè obnixius uel curandis his uel am
putandis incumberet,ne paucorum maculæ,lepra ſerpente,uniuerſalis Eccleſiæ corpus in
ficiatur.qua in re,& ſi mihi parum auctoritatis eſſe ſciam,ueritati tamen undecunque pro-
deunti,auctoritas ſua eſt.quæ latenti quadam,ui animos ligat attrahitquè quid enim refert
buxea an eburnea,an & aurea & ornata gemmis fiſtula conſonans,& ſuis conſtans nume
ris uox erumpat? at tu,tamen cum hæc ſemel,quæ ſummo nunc etiam Pontifici dirigo,
ſolus tacitusquè perlegeris, & tecum cuncta librueris,uoca in conſilium quem ſoles , &
quem uelle me.pridem noſti,iuniorem hūc Agapitum Columnēſem , ſic enim honeſtius.
clariusq; illū dixerim,quàm Epiſcopum Aeſculanum,totam deniq; quā primæ epiſtolæ
anno altero legem dixi,cuius te memorem ſpero,hinc quoq; dictam credito.Addere con
ſilio Columnenſem alterum Stephanum ,& ipſum iuniorem , horum enim ego nominū
maiores iunior colui,hos iuniores amo ſenior,ſed habeo,cōtra hunc querelæ cauſam non
mediocrem,ualdè enim amanti,nulla nō grauis offenſio eſt,quam ſibi ſi ſe caſus obtulerit,
non occultam uelim.Cum ante diem Cal.Nouembrium,è Gallia rediens,Apoſtolici redi
tus reuocante,fama me in Mediolanenſi rure tunc agentem,generoſa illa ſua humilitate
uiſitaſſet,atq; illic inter nos raptim,multa pro tempore longè uelut abſentiæ ſpatio recolle
cta, ſubiti more tōrrētis effuſa eſſent,inq; hoc colloquio,aliquot pergratæ mihi fluxiſſent
horæ, uix tandem digreſſi ſumus,ipſe quidem totus,ut res docuit. Ego uero mortali tan-
tùm mei parte,oculis illum quoad licuit, animo uſq; in finem comitatus.Iuit ille data fide,
quod cum primùm Romā peruenisset,latè mihi de omnibus ſcriberet,quorum noſcendo
rum auidum,me ſciebat,& ego ex more amantium,atque optantium, dies diù numerans
promiſſi,exitum expectaui,ſed tarditati ſuæ gratias, hac iam expectatione liberatus ſum.
neq; iam mirer,ſi munuſculum mihi optatum, ſibi facilè promiſſumquè, non miſit, cum
rem magnam,neq; mihi ſed ſibi familiæq; ſuæ utilē neglexerit, in quo pace ſit dictū ſua qui
mos in amicitijs meus eſt,excuſare illum nolo,nec ualeo. Poſſet, inquam,aliqua uehemēs
occupatio,totumq; ad ſe animum trahens,ſeu neceſſaria profectio,ſeu fortaſſe,ut res homi
num tremulæ ac fragiles ſunt,morbus mihi incognitus,ſegnitiem excuſare.Illud aūt quid
excuſet, quod hic idem,adoleſcentem conterraneum noſtrum,nunquam aliàs uiſum , nec
uel fama notum ſibi,ſed eoipſo die,quo me uiſit,caſu obuium, paucis inter feſtinantes uer
bis habiti,tāta & tā ſubita cōplexus amicitia eſt,ut neglecto me,q ante triginta annos ſuus
fui, & cui neceſſarijs de rebus ſcripturum ſe ſpoponderat ,illum multis poſtea natum lu-
ſtris, & qui filij ſui filius eſſe poſſet, ſæpe interim familiaribus, ac iocoſis epiſtolis dignum
duxerit:ò ſors rerum inſcrutabilis,ac repoſta,non equidem inuideo,miror magis , inquit,
Maro, miror certè,unde huic tali uiro,hac ætate & conſtantia,ea nouarum amicitiarum cu
rioſitas,ea ueterum negligentia,his contentus,hæc ſi illi dixeris,aut legeris gaudebo. Quē
non minus ideò ſi uiſum erit,ad examē uoca, liberi enim conſilij & magni ingenij Vir eſt,
meq; & ſi non magnificat,multum amat,patrē ſanè meum Patriarcham abſore doleo,con
ſultorem optimum ac iudicem.age ergo, uel ſolus, uel cum his, ſeu cum alijs,quod decori
meo,immò quidem noſtro conueniens extimabis. Vnum eſſe uideò , in quo me æmuli
mei norent, quod in laudibus Pontificis multus ſim, dicent me forſitan hoc tramite ad E-
piſcopū aſpirare,ſed hac me ſuſpicione liberet,ante acta uita,nullis blāditijs res egebat.Po

tui ſæpè uel rogatus, ad eum gradum ſcandere, dulce eſt mihi, cum amico, ſed in domino gloriari. ſcio quibuſdam Romanorum ducum, gloriæ datum, quod triumphi gloriam ſpreuerint, quo in genere nominatim laudatos C. Marium, Magnumq; Pompeium & Auguſtum Cæſarem inuenio. Ego triumphos, nec merui nec contempſi, Deo autem gratias, q mihi animum dedit, recuſandi ea quæ maximè ab hominibus mei generis appetuntur, idque ne ſemel improuidè caſuq; aliquo non conſilio geſtum dici poſſet, iterum atq; iterum, hæc ſe mihi reddidit facultas. Et certè hoc unum eſt, in quo illi non crederem, nec patrem cui in omnibus obedire & debeo, & uolo, ſi me ad cuiuſcunque urbis Epiſcopatum uellet attollere. Sat meis ſarcinis preſſus ſum, & ſi non me alienis implicem, ut peccatori, benè mihi eſt, uſq; quod queror ad inuidiam, malè eſſe mox inciperet. omne penè hominū genus noui, multos uidi in excelſo, quidē formidabiles, ſeu fœlicem nullum. omnis altitudo uel ruinæ proxima eſt, uel cōſideratione præcipitis ac prærupti ſtatus attonita, quo ergo tot laudes, dicat aliquis IESVM CHRISTVM cūctoſq; cœlicolas, & cōſcientiā meam teſtor, nunquam me hactenus, quod de illo ſentio uerbis æquare potuiſſe, increpui ego illum, dū ſic meriturus uiſus eſt, nec tamen interea dignas laudes ſilui, quo ad utrunq; me paratum, nec affectibus ſed ueritati, unde operam dare omnes intelligerent, ubi animum totum factis aperuit, neque reprehenſioni ullus relictus eſt locus, tota eum mente laudaui, & laudabo dum loqui potero, niſi quod abſit, quodq; nec dæmones, nec homines dæmonibus pares efficient, præclariſsimi deſertor initij, rurſum reprehenſibilis uideretur, uerba enim oportet, aut conformari rebus, aut mendacio deformari. Laudaui eum quantum ſciui & potui, nō quantū debui ac uolui, laudibus ſuis uictus eſt ſtylus meus, nō me fallit dilecti licet amor uiri, nunquam tamen uiſi, neſcio an uidendi. non accepti beneficij memoria, non ſpes, aut cupiditas expectati, ſola ueritas me impellit, non hominem celebro, ſed uirtutem, illam amo, illam ſtupeo, illam noui, cuius enim non uidi faciem, facta uideo, & accedit ad gratiam fateor hinc externa uiri origo, hinc interna acies diſſuadentium, nam ſi aut ille nō alienigena, aut hi non tàm alieni animis, tamq; infeſti Italiæ hoſtes eſſent, non tāta uel illius laus, uel mea eſſet admiratio, omnis enim uirtus eò clarior, quò maioribus obiectis aſperitatibus, exercita atq; confricta eſt. illud enim fieri poteſt, ut multum & iudicio meo, & gloriæ eius adijciat præcedentium uita Pontificum. Valdè quidem contrarietas eminet propinquarum rerum, quæ diſtantium latuiſſet. Vbi unum dicam, quod Stephano illi, cuius paulo ante mentio incidit, commiſeram, ſed auguror eum, non aliter id impleſſe, quàm reliqua. expectas audire, quid nam rei ſit? Quærentem an apud ſummū Pontificem, pro me aliquid eſſet acturus? oraui, ut poſt recommendationem mei nominis humillem, breuem adderet hiſtoriam, cuius teſtem faceret, Anneum Senecam, eo libro quem de Beneficijs edidit. Ea uerò eſt huiuſmodi: Alexandro Macedoni Magni nomen Aſiaticis uictorijs iam adepto, Corynthij fama illecti, per legatos, ciuilitatem ſuæ urbis obtulerant, quod tale erat, quale ſi regi Magno, paruum regni ſui oppidum id offerret, ut in oras ultimas, pro tā leui cauſa ridiculoſa eſſet, ac ſtulta legatio, niſi illud rē ſuapte perexiguam, natura magnam, atq; optabilē reddidiſſet, quod uidelicet honorē illum, ac ius ciuium, nulli unquā alteri, præter Herculi tribuiſſent. Quo reſpectu, Rex immenſi animi, & non ſolum parua, ſed mediocria cuncta deſpiciens, minimum id non ſpreuit, ſed gratanter amplexus, exemplo docuit, ut rem uilem raritas charam facit, his præmiſſis, petij ut inferret, haud ignarum me quàm modicum, immò quàm nihil, Romano Pōtifici, tàm puſilli hominis amor ſit, poſſe tamen eò ſibi gratum eſſe, quod illum non unus tantū, ſed omnino nullus alter eorum, qui in ætatem noſtram incidiſſent, Pontificum habuiſſet. & ſi cauſam quæreret, cur ouis ultima, et infirma paſtores gregis dominici nō amaſſem reſpōderet. Quia etſi qdā ex ei magnifici, quidā docti ac facūdi fuiſſe uideātur, quidā quoq; de me priuatim bene meriti, nullus tamen, niſi me mea, multos ſua fallit opinio, uſque ad hoc tempus ſuum reſpexit officiū. & quoniam multa hodie colloquēdi ardor inceſſit, altero quoq; ridiculo te ſinente locū hūc inſertiam. Surgo ex more, nocte media, ad dicēdas CHRISTO laudes, quamuis ſit peccatori, & ſi mihi Deus dixerit, quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum

meum

meum per os tuum confiſus tamen de miſericordia, iuſtificante impios, tantam inde dulcedinem & tàm ſobriam uoluptatem percipio, ut nulla pars temporis mihi tàm grata tamq́ ex integro mea ſit, reliquū enim ſæpe al:;s, illud mihi uiuo, neque ex omnibus, quæ mihi diuina largitas dedit, quæ non pauca erant, niſi ego peccando omnia euertiſſem, quicquàm eſt, quo me arctius obligatum Deo ſentiam, quā quod me unum fecit, ex illorum numero quod nomen eius laudando inuocant ac ſperando. Ad quod quidem intempeſte ſilentium noctis aptiſsimū experior, & hic mihi mos, dudum cœptus, ac deinde per omnem uitam, niſi morbus inſignis interrupit, uſque ad hunc ſeruatus eſt, diem & uſque ad ultimum Deo præſtante ſeruabitur. Sacro ergo quadrageſimali tempore, & cum uigilijs & ieiunijs attrito corpore, & Eccleſiaſtico officio longiore fatigato animo ad ſoporiferam auroram, nocturniq́ ſimul finem officij, propinquarem, ter quotidie pro Papa noſtro Apoſtolico orādum occurrebat, Amicitiam noſtram iuro, raro olim eo loci perueneram, quin me riſus lentus ex indignatione ortus, arriperet, quanquam non ridendi tempus illud eſſet, ſed gemendi. En dicebam tacitus, non tàm ſæpe pro parentibus procq́ benefactoribus meis oro, qui Eccleſiam Chriſti in exilio detinet, & uiduam patitur Petri ſedē. orabam tamen ut poteram ex quo autem, hic amicus Dei fecit, unde tota & militans & triumphans gaudet Eccleſia, ſemper ad illum orationis locū ſic affectus uenio, et ad Papæ, quaſi ſancti cuiuſpiam præcellentis, ſeu etiā CHRISTI nomen reuerenter inclinata frōte, trinas preces ita altius expreſſiuſq́ pronuncio, ut ob hoc unum penè omnia uideat dixiſſe. quam in me mutationem, ipſe nonnunquā miror, ſed mirari deſino cauſam ſciens, facit hoc ingens, & ſpectata ſummis in reb. uiri ſanctitas, ſcis ut nihil in reb. noſtris amabilius eſt uirtute, necq́ id ago ignorans, peccatoris oratione, patrem illum beatiſsimum non egere, cum potius benedictione ipſius ego egeam, ſed meo alacer fungor officio, dum quod mœſtus agebam lętus ago, oranſq́ pro alio proſum mihi. Ecce amice, quantam huius diei partem occupationibus tuis eripui, necq́ exitum inuenio, adhuc enim unum illud occurrit, quod ſcripſiſti, Patrem illum, altiſſimi ingenij uberrimæq́ doctrinæ, à te ut in illā familiarem humillimam quę epiſtolam, gloſas ei aliquas ſcriberes exegiſſe, quod nouo certè Auinionem ſtupore circūdedit. nam quid hoc aliud dictu eſt, quàm ſi præualidus atq́ agilis pardus ac ſemipedalis per tranſuerſum riuuli, trāſitum, pontē quærat? Sed ſic eſt, nunc intelligo, quod ipſi dicere ſolent non omnes per omnia dictum prius, à Vergilio,

non omnia poſſumus omnes,

Veriſsimumq́ illud eſt Criſpi, Vbi intenderis ingenium ualet. aſſueuit his ſtudijs Dei nutū rector Eccleſiæ futurus, non quæ ocioſorum auribus mulcendis, ſed quæ populorum moribus corrigendis idonea eſſent, benè autem habet. tu illic es, modo noſtra hæc humilia quidem, ſed fidelia legere, interdum uel audire dignetur, uiua adeſt expoſitio. Vltimum ſi ritè memini, tuis erat in libris, ante omnes te mortales opuſcula mea optare, quæ tuo utinā deſiderio digna eſſent, ſed hic eſt mos amantum, non res extimant ſed auctorē. ego uerò ut amici uerbo utar, omnia in te cupio transfundere, qualiacunq́ ſint, id examinandum tibi liquero. & ſi norim, quid ex his, quibus ſuprema manus impoſita eſt, maximè cupias, id ut primum habeas, curabo, & ſi ut ueterū fatear facillimum cogitatu eſt, quantæ totius exigui partes ſint, unum longè memorabile, penè mihi abſtulit obliuio. Scribis te honoribus uanis, & externis auctū reb, timere, de hoc potius quàm ſperare. ſed de diuina interim benignitate confiderē, benè ais. ita enim Dauidicum illud, à quibuſdam uidetur intelligi, Ab altitudine diei timebo, ego uerò in te ſperabam. tali hinc timore, & hinc ſpe armatum, nec proſperitas extollet, nec proſternet aduerſitas. Vale iā dicturus eram, dum repente inexſpectatus affuit amicus, Romam ueniens, data ſalute & reddita, quid nam ſcriberē quæſiuit, auditaq́ rei ſumma, unum auribus meis nouum, animoq́ gratū intulit. Cardinalē illū, de quo ſigillatim ſupra dixi, ſic in morte contritū, ut deuotius nihil, atq́ ita prioris penituiſſe peruicaciæ, ut aliū nullū ſibi uellet hæredem, niſi ſolā tituli ſui Eccleſiam, quàm præcunctis horruerat, cuius in refectionem, omne ſuum patrimonium iuſſit expendi, atq́ ibi ſepeliri mortuus uoluit, ualuiſſe illi conſilium Apoſtolicum intelligo, immò CHRISTI conſilium ui-

um uicarij ſacro ore prolatum, quo ſera licet, non efficax illius animæ mutatio facta eſt. & hinc ſibi prouideant collegæ eius, ut dum datur obſtinatos animos, ad amorem ſuarum ſedium, inflectant, nec expectent, pro ſanioribus conſilijs diem mortis. Anceps enim expectatio eſt, tu iam tandem Vale, noſtri memor, & quas aſpicis lituras, ſigna familiaritatis exiſtima.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIBVS,

Liber x.

FRAN. PETRARCHA SAGRAMORO DE POMERIIS EQ. ac Monacho Ciſtertien. ſuo, S.

Ad Perſeuerantiam hortatur.

SEmper & uiuis uocibus tuis, & literis delectatus ſum, tu mihi es teſtis, olim in mundo chariſsime, nūc in CHRISTO longè charior amice, ut omittam quotidiana colloquia, tot per annos multa, & uaria duræ illius ac difficilis peregrinationis, atque inamœni circuitus, quem cum multo labore, nec ſine periculo, per terras barbarorum ſimul egimus, primum ac maximū, & penè unicū mihi in tuis affatib. fuiſſe ſolatiū. nihil tamē nū quā ex te, ſeu de te letiùs, nihil melius uel audiui, uel audire potueram, ſeu legere, quā quod nuper tuis iā ſacris digitis ſcriptum legi, anxius nempè ad euentum rerum tuarum, incertuſq; animi remanſeram, ſentiens te hic ut Auguſtini uerbo utar, parturitione nouæ uitæ, turgidum abire, illinc notos uitæ ueteris nodos timēs, quorſum hæc inter erumperes, recenſq; propoſitum quis'nam exitus exciperet, expectabam. Ecce euaſiſti, mundum. ò uiator fœliciſsime, & breuis ambiguæ uitæ uiam, ante ueſperam, tuto cautus hoſpitio concluſiſti, & per quot labores, & per quanta pericula ſcio ego, ſciunt omnes, nemo aūt certius q̄ tu, qui te uiuum eſſe, & tantis aſperitatibus reſiſtere potuiſſe, credo nunc, tecum tacitus miraris; tuum ipſe terreum ac mortale corpus, aſpiciens, uerè aut ut nullum ſæpe animal fragilius, ſic interdum nullum durius eſt homine. Itaque nunc leuiſsimis proſtratus impulſibus, ceu non ſuam & male hærentem ſubitò animā ponit, quod de multis accepimus, quorum quoſdam gaudium ingens, uel inanis etiam letitia, alios dolor, nunc magni nunc paruis ac leuibus conceptus ex cauſis riſus alios, alios uuæ paſſæ granum unicum, deniq; Fabium Senatorem pilus unus in potu lactis abſorptus, præcluſo ſpiritu necauit, poſſent ne oro, magis friuolæ cauſæ mortis exiſtere? contrà uerò, nonnunquam uel uulneribus, uel ruinis inuictus, ita ſpiritum tenet, ita emiſiſſe illum creditus aliquando reuocat, quod de multis aſpeximus, etiam ac legimus, ut nihil omnino uiuacius humano corpuſculo uideatur. Horum tu unus ex numero es, quod ut clarè uideas, huc parumper flecte animum, & poſt curſum uitæ præcipitis iam ſubſiſte, reſpicienſq; in tergū remetire memoriter uias tuas, libra actus, annos numera, curas examina, deſideria contemplare, tunc intelliges, per quot lapidoſi itineris anfractus, quam quietam domum, per quos fluxus procelloſi maris, quàm tranquillum littus attigeris & duci tuo gratias ages, qui per medias te Syrtes & per Scyllam ac charybdim inter Syrenes ac ſcopulos, ad ſalutis portum, ſalua puppe perduxerit. ut ſalubrem enim tibi augeam ſtuporem, noli illos cogitare, qui è uitæ huius tempeſtatibus enatāt. illos cogita qui mergūtur qui quoniā nō comparēt, pauci uidentur, cum ſint plurimi] Dies, immò ætas tota me deficiet, numerantem caſus hominū nō communiū modò, ſed illuſtrium, miſerabiles ac famoſos, unū ex illuſtrib. ex plebeis alterū attingā: quos et noui ambò, & notiſsimi nobis olim uiri, tibi nōdū forſitā auditi Luchinus noſter Veronēſis, heu, mihi qualis

& quãtus uir tutus, & quàm noſtri amans, nunquã nos proprijs nominibus, ſed te filium, & me fratrem uocitare ſolitus, poſt fidelem amicitiam glorioſamq; militiam, ut terrenæ tandem, ac labẽtis gloriæ cœleſtem ſuperadderet, profectus cõtra Turchos, illic in littore maris Euxini honeſtiſsimo quidem in actu, atque expeditione ſanctiſsima, ſed procùl à patria diem clauſit, naturali licet obitu, uniuerſæ tamen, niſi me amor fallit, Italiæ flebili ac damnoſo. Oſſa Conſtantinopolim reportata ſunt, ne quid de tanto nobis tã q; experto belli duce ſupereſſet, præter memoriam, & luctum filiũq; unicum adoleſcentem, qui uirtute animi, ſimilimus patri erit ut ſperamus. Martinus Theutonius ille ſemitalis, qui crebro hinc, & miſſus ad imperatorem ibat, illic nuper in ſyluis Theutonicæ quas ambo tranſiuimus eodẽ ipſo tunc comite, quas úe tu poſtea ſolus, totiens pererraſti, latronum ſiue hoſtium in manus lapſus ferro perijt. at tu uide quotiens euaſiſti, uerum totiens perire potuiſti. noſce liberatricem in ſe ſperãtium *CHRISTI* manum, quæ pro nobis clauo transfixa, morti ſæpe tuum meumq; caput eripuit, non ut immortales eſſemus, ſed ut melius moreremur. Pone, oro, ſub oculis tempus illud, quo per eas ſyluas armatorum comitatu ſepti, tenſis baliſtis, equeſtrib. & ſtrictis gladijs, multa per diem millia Theutonica paſſuum agebamus, tum ab ipſis uix ducib. tuti nihil, ab alijs uerò periculi multum eſſet, niſi nos prædonibus cũcta luſtrantibus abſcondiſſet, atque inuiſibiles effeciſſet, ille de quo ſcriptum: In die malorum protexit me, in abſcondito tabernaculi ſui, & rurſus: Obſcurentur oculi eorum, ne uideant, & dorſum eorum ſemper incurua. & tunc quidem multi eramus, ad ſolamen fortè aliquid, ad periculi fugam nihil. At tu poſtmodum, cum famulis tuis, ſolus, aduerſis tempeſtatibus, loca illa iens, ac rediens, penetraſti, diù ille tibi dicerem anniuerſarius labor fuit, niſi te ſcirem, anno uno, ſepties, quod uix fieri poſſe quiſquam credat, iter illud tartareum exegiſſe. Quãquam, quid hoc unum memoro, niſi quod hoc tibi crebrius fuit, nõ tua quidem optione, ſed ſuperioris imperio? at quem locum non modò occidens, ſed & oriẽs habet inacceſſum tibi, qua noſtris obuerſus pelagis? quotiens enim et quot maria tranſiuiſti iunior? quàm deinde Barbariem non adiſti? quæ diſcrimina, non obiſti, dùm ſæpè tibi dicerem. Nõ ſufficies amice tot laboribus, neque enim ferreum corpus eſt tibi, pelle & carne ueſtiuit te, oſsib. & neruis cõpegit te, cœleſtis ille opifex Deus. Nũc qd dicã, ecce nõ ferreũ modo, ſed chalybeum, pluſq; aliquid eſt inuentum, quod non tuæ tribues naturæ, ſed illius gratiæ. ille te contra omnem difficultatem, inuiſibili adamãte ſolidabat, qui formauit te, & poſuit ſuper te manum ſuam, ſciens quid de te eſſet acturus, ſcientia illa ſua mirabili, ad quam non poſſumus, qua cognoſcit omnia nouiſſima & antiqua. Is te deniq; ad hunc finem, ab utero tuæ matris elegerat, qui iam diù antequàm naſcereris, antequàm formareris in utero, nouit te, qui pro tua atq; omnium ſalute, nec latibulum uteri uirginalis, certè nec patibulũ crucis, exhorruit, qui te ideò tot laboribus paſſus eſt exerceri, ut finaliter regeſcẽs, intelligeres quid interſit inter ſeruitiũ Dei & hominũ, nõ ſeruitiũ dico, ſed imperium. Profectò enim illud dulce tutũ fœlix, hoc amarũ, anceps, miſerũ. Proinde te præteritorũ memorẽ eatenus uelim, ne ingratus domino tuo ſis, q tã multis ingratis & nõ tuis gratus ac fidelis fueris. de reliquo aũt te hortor, ut omnẽ mundi fallacis ornatũ, ac fugitiuã falſamq; dulcedinem paruipendens, & cum Apoſtolo præterita obliuiſcens, atque in ea, quæ ante ſunt, extentus totis uiribus ad ſuperna contendas. Erige teipſum, dominus dexterã dabit, attolle animum, & oppreſſos ſomnio, carnis fumoq; rerum mortalium caligantes aperi oculos, atq; expurga, & uide unde emerſeris, obſtupeſces, & flens dices. nunc cœpi, Hæc mutatio dextræ excelſi, niſi quia dominus adiuuit me, paulo minus habitaſſet in inferno anima mea. Raro ſiquidem clarius cuiquàm *CHRISTUS* affuit quàm tibi, quod facilè ſenties, ſi ad curſum rapidiſsimi temporis, & uolatilis uitæ fugam reſpiciens, ab adoleſcentia uſque nunc pericula, ac labores tuos pro uanitate ſuſcepto, fœlicẽq; exitum, ſimulque multorũ graues interim lapſus, recenſueris, hoc eſt enim, quod & milites in bello, & nautas in fræta præcipitat. Nemo occiſos aut naufragos omnes præmia uictorum & reducum lucra dinumerant infœlices, ut eſt dictum, cogita quo tibi fœlicior uideare. memẽto

etiam quibus aliquando ſeruieris, quid feceris pro amore hominum, qui difficilè quæritur, & facilimè perditur, & ſæpe quæſitus nocet, fac nunc aliquid pro illo, cuius amor ſola pietate parabilis, ſemperq́ utilis & æternus eſt. Cogita quid egeris pro æſtimatoribus peſſimis, qui & merita magna licet extenuant, aut diſſimulant, atque irrenumerata prætereunt, & leuiſsimas culpas exaggerant puniuntq́. age aliquid pro illo, qui nullum bonum, ſine præmio dimiſit, nunquam ad ſe reuerſus, ſine ſupplicio, mala multa dimiſerat. Amaſti aliquos, qui te non amabant, ama illum, qui te amauit, antequàm tu eum noſſes, qui amatus nunquam, non amauit, cum ſæpe non amatus amauerit, & amando ſe cogerit amari. Illum ama, quem amare ſumma eſt uirtus, à quo amari, ſumma fœlicitas. Seruiſti ſuperbis, ac mortalibus, & quibus ſeruire uile miniſterium fuit, illi ſeruire incipe, qui eſt mitis & humilis corde, qui pũ nõ moritur, & cui ſeruire regnare eſt. Si ſummũ fidei ſeruitij pretiũ eſt, libertas, quantum cum libertate regnum erit. Scis ut minores ſileam, quanto pro Cæſare hoc nouo, proq́ Romano Imperio feciſti, quæ & ſi notiſsima ſibi eſſent, ne diſsimulari tũ poſſent, & ut literulis meis teſtata remanerent, quotiens illi fidem ac labores tuos, ante oculos poſui, & quid tibi, uel tui actus uel mea uerba profuerint uidiſti. Itaque recolens diu te inutiliter laboraſſe, utiliter iam quieſce, quicquid enim pro CHRISTO egeris, age quantum potes, collatum mũdi laboribus, quies hæc inquam fructuoſa, cum ille ſterilis labor eſſet, nec ſterilis modo ſed peſtifer, itaque qui laborioſiſsimo calle, ad infernum ibas, quietiſsimo tramite, is ad cœlum, fœliciſsima rerum permutatio. Seruus hominum fuiſti, factus es amicus CHRISTI militabas mundo, Deo militaris, illius militiæ ſtipendium bellũ erat, & labor, & puluis, & ſtrepitus, & mortes, & uulnera, & in finem tartarus, huius autẽ pax ac requies, heremus, ſilentium, & cœleſte habitaculum. & perennis uita. illius militiæ ſæcularis ſtudium erat, eſcam uermium corpus alere, atque ornare, & uelut offerendam regi dapem, infarcire affatim, auro ac gemmis, & candidis linteis obuolutam, templum Dei animam negligere. huius autem religioſæ militiæ ſtudium eſt, amicum colere, corpus atterere, & in ſeruitutem redigere, & obedientiæ uinculis aſtringere, & cilitio affligere, denique ut hoſtem à quo multa perpeſſus, multa metuas, in carcere & compedibus habere. illa tibi ſuggerebat nunc cruenta arma, nunc purpureas ueſtes induere, quib. aut terreres hoſtes, aut mulierculas delectares, hæc te humilem pallidamq́ue induit cucullam, qua dæmones terreas & placeas Deo. Illa te docuit fortes equos, tenſis tibijs urgere, hæc te docet charitatis ac ſpei ſtimulis, ad ſalutis brauium pigritantem animam excitare, equos autem, & teipſum ſpernere & Dauidicum illud horrificum meminiſſe, quod inſani equites non aduertunt: Non in fortitudine equi uoluntatem habebit, neque in tibijs uiri beneplacitum erit ei. illa tibi militia, ad poſtremum conſcientiæ morſum, ac pauores abditos, uanaſq́ue hominum laudes & iactantiam operoſam, hæc animi puritatem ac ſecuritatem perpetuam pollicetur, & contemptum laudum humanarum, ut in domino laudetur anima tua & in domino glorietur, qui de tantis illam malis eripuit, bonorumq́ participem tantorum recto ad uitam duxit itinere. ò Ciſtertium ſacra domus, ubi hæc fiunt, ò Ciſtertium fœlix ſchola, ubi iſta diſcuntur, ò beatum te, qui intra illud ſanctum limen, & teipſum quem perdideras, & pro multis dominis, pauperibus & malis ac duris, unum bonum, manſuetum, largum ac diuitem dominum inueniſti, qui dat omnibus affluenter, nec improperat, qui rogatus iuſtè nihil negat, & ſi differt uult uberius donare ſæpe etiam nec rogari, expectat ut merita noſtra trãſcendens, ſic & uota præueniẽs, habes dominum, qui non te decipiet, non calumniabitur, non contemnet, ſed eò te pluris faciet, quò te magis ipſe contempſeris, habes dominum, qui non lædet, nec te lædi ſinet, non te periculo obijciet, non labori, niſi iuſto & pio, & meritorio & utili, & delectabili, & honeſto, habes dominum, non huius urbis aut illius, non regni aut imperij temporalis & ab altero quæſiti, ſed qui cœlum, mare, terram, & quæ in eis ſunt, quæ creauit omnia pugno cõtinet, nutu regit, cuius regni non erit finis, nec tamen hac tanta poteſtate difficilem, aut ſuperbum.

bum. Nunquam tibi amicus humilis familiarior fuit, quàm hic erit, ſi tota & pura mente uolueris, nihil enim ſecum fingi poteſt, nihil diuidi, totum uult. cor atque animam tuam cum nemine uult partiri, zelotes eſt. ſi quem fortè, niſi in ſe. aut propter ſe, alium ames iraſcitur, & quemcunq; conſortem dedignatur, nec immeritò, neque enim partem habet, & ipſe de ſe ait: Videte quod ego ſum ſolus, & non eſt alius Deus præter me. & de eo dictum eſt: Neque enim eſt alius extra te. & iterum: Non eſt ſimilis tui in dijs Domine. quanto minus ergo in hominibus. quotcunque ſe per orbem reguli attollant, quotcũque ſe dominos dici uelint, uerè unus eſt Rex regum, & dominus dominantium. Et ſi te aliquando totum dare homini libuerit, nihil in te habẽti, niſi cõſenſum tuum, da nunc immò redde totum Deo corpus, & animã. cogitatus atque opera quæ illius ſunt. Et ſi ea ſibi forſan eripueras, ut alterius fierent imploratus aderit, ut indigno poſſeſſore ſpoliato, ſuum ius ipſe recipiat, & tu fidẽ tuam, ſi illi ergo ultra primitias abſtuliſti, redde reliquias, ſaltem bona fide integras, liberaliter, cura debitore paciſcitur, & libenter obliuiſcitur. Nempè ſi in laudem Iulij Cæſaris, ait Cicero, Quod nihil ſoleret niſi iniurias obliuiſci, quanto id dignius, in laudem CHRISTI dicitur, qui niſi obliuioſus iniuriarum, noſtri autem & ſuæ miſericordiæ memor eſſet, fruſtrà per Prophetam diceretur: Cum iratus fueris miſericordiæ recordaberis: & iterum: Reminiſcere miſerationum tuarum domine, & miſericordiarum tuarum, quæ à ſæculo ſunt. ac deinde: Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. & poſt ſtatim: Secundum miſericordiam tuam memento mei tu: Meminerit, mihi crede, tui tuarumque miſeriarum, & ſuarum miſericordiarum ſponte meminerit, quid ni enim? quis non libens, quod eximium habet recordetur, & cogitet? quis non theſauros ſuos explicans, quod prætioſiſsimum ibi eſt, crebrius auidiuſque conſideret? quod ſi eius, de quo nunc loquebar, principis in honorem laudator idem ait. nullam de uirtutib. ſuis plurimis, miſericordia eius admirabiliorem eſſe, nec gratiorem quãtò id iuſtius CHRISTO, datur de quo ſcribitur: Miſericordia domini plena eſt terra. Suauis dominus uniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Miſericordia domini, quia non ſumus conſumpti. contrà uerò, tuarum ne dubites offenſarum, obliuiſcetur omnium, modo tu mala tuum uoluntatum, & malæ conſuetudinis obliuiſci uelis, obliuiſcet, inquam, & delebit iniquitatem tuam, & quantum diſtat ortus ab occidente, longè faciet à te, & à peccato tuo mundabit te, & proijciet illud, ut quæſitum non inueniatur. Non fefellit qui promiſit dicens, deponet iniquitates noſtras, & proijciet in profundum maris, iam peccata noſtra, neque hic deſinet, donec ſummum illud impleuerit, ut ubi abundauit peccatum, abundet & gratia, quod in multis & feciſſe, cum ſcimus, & facturum eſſe confidimus, deniq; plus in illo reperies quàm ſperare auderes, unde aut optare, niſi per te unum ſteterit, ipſe enim nullam conditionem non amplectitur, dum in ius domini reponatur. ita lætè redeuntem te excipiet, quaſi nil debeas, & fortaſsis eò lætius, quo & maiore cum gaudio, filius amiſſo patrimonio, reuerſus excipitur, & amiſſa in deſerto ouis, & dragma domi perdita, exultãtius inuenitur, & omnino maius eſt gaudium, ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonagintanouem iuſtis, qui non egent pœnitentia. quod non ideò ſcriptum eſt, ut iuſti ad peccatum incitentur, ſed ut iniuſti à deſperatione retrahantur. Accede ad illum confidenter, nec timor aut pudor impediat, non te detineant, ſed tu illos trahe, bonus enim comitatus peccatoris & acceptus Deo eſt, metus & uerecundia, modo ſpem ac fiduciam non excludant. Sit tibi de te metus, de domino tuo ſpes, placatum tibi illum inuenies, ſi te rerum atque eum dominum ex animo fateâre, plus uno die faſtidij, plus inſolentiæ atq; irarum paſſus es, ab homine æquè ac tu mortali, & peius forſitan morituro, quam ab omnium domino ſis paſſurus, omni tempore, non te auarus ianitor, non ſuperbus lictor arcebit, die noctuq; adire illũ poteris atq; alloqui. ſemper te audiet, & ſi ritè aliquid petes, exaudiet, quanquam nec multa petere ſit neceſſe, & unum neceſſariũ eſſe eodem dicente didicerimus. ſcit cœleſtis Pater quibus indigemus, & neceſſitatum conſcius eſt noſtrarũ, primum quæramus igitur, unũ illud, hoc eſt Regnum Dei, & hæc omnia adiicietur

nobis. Si quando autem tibi fortaſſis durior aut tardior uideretur expecta, eſto lõganimis, noli diffidere, neq; tædio, uel angoribus affici, noli impatientiæ ad te aditum dare, fiet tibi uel quod cupis uel quod expedit. quod ſi fortè, qui per aulas mortaliũ dominorũ creberrimus mos eſt, interceſſione tibi opus, apud dominum, ea credideris prona ſemper ac facilis ad gratiam uia eſt. non eges pecunia, non dolis, aut blanditijs ſed pietate ac fide. Eſt illi uirgo mater, qua nil unquã mitius ſol uidit, nil humanius noſtra habuit natura. Iã uerò humilitas tanta eſt, ut & eã cœlo dignã fecerit, & ad terrã cœli dominũ inclinare potuerit, quando hanc uel ſolam, uel præcipuã reſpexiſſe uidetur, Deus homo mox futurus, dũ idoneam genitricẽ, noſtra ſibi de ſpecie, præparet, deniq; omnis in hac uirtus, ita ſupereminet, ut præter ſolam filij ſui animã, in nulla unquã alia tã excellẽs fuerit, hæc fideliũ licet peccatorũ preces filio porrigit, & pia illis ueniã poſcit inſtãtia, & ſi enim peccata oderit peccatores nõ odit, ſed potius miſeretur, eorũq; cõuerſionẽ diligit, ac ſalutẽ cupit, recolẽs illorũ peccato, & quæ ex peccato naſcitur miſeria, diuinã miſericordiam inclinatam, tanti ſibi honoris tantoque fœlicitatis materiam excitaſſe, & ut mater Dei fieret, & Virgo perſiſteret, qua nil unq̃ toto orbe fœcundius, nil'q; eſſet intactius. Sin fortaſsè quia interdũ magnis in curijs præſertim accidit, ut apud interceſſorem, interceſſore altero opus ſit, pium hunc tibi ambitum neceſſarium putabis, optimum remedium præſto eſt, habes Bernardũ ordinis tui principem quem te amare, & tui præſentia gaudere, mihi perſuadeo, atq; optare, ut in domo ſua quã mundo prætuleris, benè ac fœliciter tibi ſit, illũ aduoca, nullus tibi paratior ad ferendã opẽ, nullus dominæ gratior ut creditur, nullus amicior, delectantur pij duces, fidis adeſſe tyronibus, & quid multa, habes interceſſores atque aditũ, habes ſilentiũ atq; otium, habes loca ſolitaria ac deuota, habes demum omnia unus, niſi tibi ipſe defueris, quod ut ſpero non facies, piger in ſæculo, in'q; oculis hominum nõ fuiſti, ubi pigritia ſæpe utilis, & damnoſa ſollicitudo eſt, piger in heremo ante Dei oculos nõ eris, ubi & ſollicitudo ſemp utilis, & funeſta pigritia eſt. illic enim de rebus perituris, ut nunc uides atq; inanibus agebatur, hic de tua æterna agitur ſalute, publicus mundi error & uulgaris eſt cæcitas, parua & fugitiua ſectari, magna & manſura deſpicere, in hoc tu decætero nõ errabis, probaſti omnia, ſingula diſcuſſiſti, quod optimũ eſt tenebis. Multa uidiſti, quãuis adhuc iuuenis, quæ multi decrepiti nõ uiderunt, experiẽtiæ niſi fallor nihil deeſt, ne quid deſit, uolũtati tuũ eſt curare. itaq; ne diutius ab orãdo te diſtrahã, hic inſiſte, ut per ſingulos dies, inuiſibili ac cœleſti medico ægritudinẽ tuam inuiſibilem, atq; occultũ animæ uulnus oſtendas, occultum dico alijs, ſibi enim nihil occultũ eſt, ſcrutanti corda & renes Deo, ſed quod uidet oſtẽdi ſibi amat oditq; occulli. Neq; te hinc terreat tuæ miſeriæ magnitudo, multo enim magis ipſe eſt, miſerator, quàm tu miſer. Noſtra miſeria magna quidẽ, Dei aũt miſericordia infinita eſt. neq; uerò diffidas, quaſi magnum inſuetumq; aliquid pietas, magnum fateor, immò maximũ, tibi, ſibi uerò perminimum, ſi tu homo peccator, ipſe eſt Agnus Dei qui tollit peccata mundi, qui nõ uenit uocare iuſtos ſed peccatores. An qui mũdũ tot peccati ſarcinis leuat, ſuo faſce unum hominem non leuabit? ſi es æger & malè tibi eſt, ipſe ait, Non egent, qui ſani ſunt Medico ſed qui male habent. Si leproſa conſcientia tua eſt, iſte leproſo nõ abhorret, quorũ in domo diſcubuit, ne quis unquàm dubitaret, in leproſæ mentis habitaculũ inuitatũ eſſe illum uenturum, leproſos quoque mundauit, & leproſo illi dicenti: Domine ſi uis potes me mundare: reſpondit, Volo mundare: & leprã ipſam, dicto citius ſola beatificæ manus extenſione diſcuſsit. ſi quod in anima tua ius peccandi uſu, forſitan aduerſarius noſter inuaſit. ipſe obſeſſos à dæmonibus liberauit. Si tempeſtatibus rerum temporalium, ac fluctibus uitæ præteritæ, nunc etiam tua quatitur nauicula. ipſe uero compeſcuit tempeſtatibus, & Petrum ne mergeretur undis, extulit, & Paulum ter naufragio eripuit, ſi curua & in terrã prona eſt uoluntas tua, ut ſurſum nõ poſsit aſpicere, ſi claudi motus, ſi affectus Paralytici, neq; attollere ſe ualentes, ſi manus aridæ atq; operibus pietatis inualidæ, ipſe curuos & claudos & Paralyticos erexit. ipſe aridos ſalubri humore reſtituit. et ſi fortè longa contractus ægritudine, nec te ipſum ad ſalutem ferre potes, nec qui ferat habes aliũ. Idem eſt ipſe, qui langui

do iam

do iam triginta octo annis immobili, iuſsit ut ſurgeret, ſurrexitq́; grabatulum ſuum humeris ſuis geſtans. Si quis feruor adhuc cupiditatum antiquarum, uelut febris animam tenet, ipſe febrientem grauiter Petri ſocrum manu tangens liquit incolumem. ſi hydrops inſatiabilis mentem premit, ipſe ſanauit hydropicos. Si cæci interiores oculi tui ſunt, ipſe cæcos illuminauit. ſi ſurdæ aures monitis cœleſtibus, ſi uel Dei laudibus, uel peccatorum confeſſioni muta ſunt labia, ipſe ſurdos fecit audire, & mutos loqui. ſi poſtremo mortuus peccato, ſi mala conſuetudine es infectus, ipſe mortuos ſuſcitauit, & quatriduanos iam fœtentes é ſepulchris erutos uitæ reddidit. Nihil petes ergo, quod non dederit, quodq́; non libentiſſimè ſit daturus, pete intrepidus, ſed reuerẽs, quod neceſſe habes, porrò ut dixi unũ eſt neceſſariũ, cum damnoſa & ſuperuacua multa ſint. Neque importunus fieri metuas, ipſe importunitatem hanc docuit, Ipſe ait: Petite & accipietis, quærite & inuenietis, Pulſate & aperietur uobis: de Dijs gentium Satyricus loquens ait:

Carior eſt illis homo quàm ſibi.

Aſpirauit ad uerum, ſed non attigit, cum enim omnes dij gentium dæmonia, non carus illis, haud dubiè, ſed odioſus eſt homo, inuidentibus nobis omnem fœlicitatem, atq; omne ſanctum gaudiũ, & de noſtra miſeria ac dolore gaudentibus, rectè ſi dici uelis, tu deorum nomen ad Deum uerum, atq; unum transfer, uerè illi carior eſt homo, quàm ſibi, illi enim ſemper eſt charus, qui ut ſcriptum eſt, diligit omnia quæ ſunt, & nihil odit eorũ quæ fecit, nec dubium quin inprimis ipſum, qui ad eius imaginem ac ſimilitudinem à principio factus erat, & cui ipſe poſt ſimilis fieri uelle dignatus eſt, hominem amet, in ſimilitudinem hominum factus ut legimus, & habitu inuentus ut homo, non poteſt nõ amare, quod eſt, amat igitur plus, & amauit prius, ut qui melior antiquiorq́; eſt multò, totus amor atq; æternitas, amauit nos antequã nos eum, uel nos ipſos, quippè antè etiã quã eſſemus, niſi enim amaſſet, non creaſſet, meritò eſt amandus, immò quidem redamandus qui amare incipit, & amore uictor & tempore, de quo ait Ioãnes Apoſtolus: Diligamus dominũ, quia ipſe prior nos dilexit, & Paulus: CHRISTVS dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis, quanquam quid alios teſtes quæro, ipſe amator & Deus noſter, de patre ſuo loquens: Sic Deus dilexit mundum, inquit, ut filium ſuum unigenitum daret, nil aliud profectò, quàm hominem, mundi appellatione ſignificans, at nõ ut Deo ſemper ſicut & ſibimet carus eſt homo. Et ſi enim quod Apoſtolus idem ait. Nemo unquam carnem ſuo odio habuerit, ſæpè tamen per effectum patuit, multos ſuam amando animam odiſſe, atq; ita fuiſſe ſibi ipſis, uel manifeſto odio, uel amori odij uim habenti. Sic dilectus Dominoq́; tuo carior, quàm tibi, pete fiducialiter, nil hæſitans, nã & ab amante petis, & ab habente, quod petitur, dare autem, & ſolito & optante, negante autem nihil, quod dono dignum ſit, ſciens repeto, nam ſi hoc de terreno Imperatore plauſibiliter dictum eſt, quantò plauſibilius de cœleſti, qui cum omnia quæ optari poſſunt, & quo nihil eſt melius, fœlicitatem & ſeipſum homini dederit theſauris ſuis, nil inde detrahitur, dicerem, ſed additur, niſi quia quod plenum atque perfectum eſt, additionem & augmentum reſpuit. Certè aliquid quotidie diuinorum munerum, munero accedit, & miſericordia quæ non poteſt maior eſſe, ſit notior, proinde & ſi ſuprà tuum meritum petiturus ſis, & ſi tu tanto indignus es munere, ut indigni ſumus omnes, non hoc tamen ille reſpiciet, neque quid te accipere, ſed quid ſe dare deceat inquirit, quod in Alexandro rege Macedonum, à Seneca repræhenſum in æterno rege noſtro, prorſus à nemine reprehendi poteſt, ſed laudari debet ab omnibus. Nam ſi quæreret, quid nos accipere deceret, aut nihil nobis aut ſupplicium daret, ſeſe igitur reſpicit, ſe metitur, & ſecundum magnam miſericordiam ſuam, miſeretur noſtri. Non ſecundũ opera noſtra, gratia enim ſaluati ſumus per fidẽ, & hoc nõ ex nobis, ut Apoſtolus ait: Dei enim donũ eſt, non ex operibus, ne quis glorietˀ, fecit quidẽ quiſq; noſtrum q; peccatoris eſt propriũ, facit ipſe q; eſt propriũ Redemptoris, abſit omnis diffidẽtia. adſit ſpes ſalubris, quiſqs ſanè tu ſis, id q̃d petiˀ, dono utiq; nõ indignũ eſt. Nam neq; cuiq; dãni aliquid, neq; inania cõmoda, petis tibi opes inopes, honores inglorios, potẽtiã imbecillẽ, ſed Dei miſericordiã ac ſalutẽ animæ tuæ, qua una inuẽta, multo eris ditior, q̃ quiſq; regũ cũ

pompis ſuis omnibus, inter quas cæci ſuperbiunt terra & cinis. Sed iam ſatis eſt, ſumma omnium hæc ſit, inque hoc finiam. Multi olim tibi erant domini, per quos poteras perire, principes ac reges terræ: unus tibi nunc eſt dominus, per quem potes ſaluus eſſe, is que excelſus præ regibus terræ, is que terribilis, & qui aufert ſpiritum principum, terribilis apud reges terræ. Hunc cole igitur, & hunc ama, ut effectum tui nominis impleas, quicquid enim aliquando aliter, pro qualitate materiæ ſcripſiſſe uidear, non poteſt ſacer amor eſſe mundi, huius cum ſit ſcriptum: Nolite diligere mũdum neque ea quæ in mundo ſunt, quoniam omne, quod eſt in mũdo concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorũ & ſuperbia uitæ, & iterũ: Adulteri neſcitis, quia amicitia huius mundi inimica eſt Deo. Ergo ut dignè ſacri amoris nomen habueris, cœlum ama, cœliq; dominum concupiſce, hunc quære, de quo dictum eſt: Quærite faciem eius ſemper, & hũc inuentum arripe, & totis animæ ulnis amplectere, utere cõſilio Auguſtini, proijcite in eum noli metuere, non ſe ſubtrahet ut cadas, proijce te ſecurus, excipiet & ſanabit te, & puto iam ſentias, iam ſanari incipias ab illo, qui quoniam Dei perfecta ſunt opera, crede mihi, perficiet quod incipit. non laſſabitur, non ſeneſcet, non quæret occaſiones qui poſtremo te in finem comitabitur, te que nec in uita deſtituet, nec in morte, ſed tũc maximè aderit, ut ſpiritum quem creauit accipiat per angelos ſuos ad ſedes pacificas perferrendum, & per ſacerdotes ſuos corpus humore commendet, die ultimo reſumendum, ut plena fœlicitas tua ſit. ecce qui tantum paruo & labili pro præmio laboraſti, paruo & dulci labore, immò multa cum requie, dominorum optimo ſeruiens, infinita & æterna præmia conſequeris. idq; acriter tecum reputans, & uentura præteritis conferens, nec triſtitiam unquam, nec fatigationem ſenties, nec torporem. Et hæc tã multa hodie tecũ, non quia tu multis egeas, ſed ut te alloquens, me audiã docẽdo diſcitur, ſæpè datum alteri conſiliũ danti profuit. Quod me autẽ uerbo, ſed multò magis exemplo tuo excitas piè facis. quod epiſtolam uerò meã petis, nõ aliter quàm ſi ad tàm honeſti principij perſeuerantiã, meo tibi opus eſſet hortatu, amice id quidẽ ut omnia & humiliter atq; urbanè, uerè enim in me præter opinionẽ tuam, meamq; ſimul fidem, quid eſt unde, ſeu realis ſeu uerbalis auxilij & multũ ſperes, poſſem uero repetere, quæcunque olim germano illi meo, eodem calle Carthuſiã tũc ingreſſo, quo tu nũc Ciſtertium, ingenti epiſtola, quæ deinde ſibi ac fratrib. ſuis ſcripſi latius, niſi quod & tibi, non neceſſarium, & mihi non facile uiſum eſt, è duobus ſanè, quæ poſtulas, præter epiſtolam feci, quod màgna pars eorum, qui ſe amicos dicunt, aut neutrũ, tamẽ faciũt, aut minimũ. Feci ego q; minimũ, Pſalmos ſeptẽ miſi, quos in miſerijs dudũ meis, ipſe mihi cõpoſui, tàm efficaciter urinã quàm inculcè, utrumq; enim præſtare ſtudui, leges eos qualeſcunq; ſunt, idq; patientius facies, ſi hos quidem ipſos, & te petijſſe, & me multos antè annos, luce una nec integra dictaſſe, memineris. Librum Vitæ Solitariæ quem ad ſolitudinis tuæ ſolatium requiris, in præſens mittere nequeo, duos namq; nec dum plures habui. alterum tu portaſti tuo ultimo digreſſu, ad illum cui inſcriptus eſt, antiquum probatumq; patrem meum, quem quàm latè ſuſceperit, tu in uultu eius, ego in literis ſuis legi. alter penes me ſubſtitit, quem licet non tanti faciat iudicium meum, quanti amor fecit illius, caruiſſe tamẽ eo nolim, at ſi ſcriptor fortè quod perrarum, fateor, fidus affuerit, credo te ſperare, quod & hoc, & quicquid potero, pro tua conſolatione prono uolentiq; animo ſemper faciam, & præſertim, quo ad ſtudium religionis, pacemq; animi proficias & CHRISTI amorem. quem tu frater, cum tibi ſuſpirijs ſanctis ac pijs lachrymis (quibus ad frangendam peccati duritiem iramq; Dei leniendam, atq; auertendam, & gratiam conſequendam nihil eſt efficatius) ualde familiarẽ illi factum ſenſeris, per me oratus, pro hinc orabis, ut qualiſcunq; uitæ meæ finis, bonus, & ſibi placitus ſit, in quo ut ipſe nouit, ultima immò unica ſpes eſt mea,

Viue noſtræ memor amicitiæ, & uale Venetijs.

XV. Cal. Aprilis.

Fran.

Fran. Petrarcha Guidoni Septimo, Archiepiſcopo Ianuenſi ſuo, S.

De mutatione temporum.

SCio iam mihi hinc obſtare, illam Flacci ſententiam, ubi de moribus ſenis agens, difficilem illum dixit, & quærulum, ſeq; puero, acti temporis laudatorem, non nego id quidem ita eſſe, ſed licet id mihi ſæpè alibi fortaſsis, huic nunc tamen epiſtolæ, non aduerſum dico, quamuis enim ego querulus & laudator ueterum, hæc tamē ſeu ueterum laus, ſeu querula præſentium uera erit, ſe per hos mentiri ſolitum ueritas ſonat. cui & ſi auctor fidem deroget, ipſa ſibi fidem facit, dico ego, teq; faſſurum ſpero, dico & queror, & ſi uirum decet lugeo, quid ita peioribus annis ſenectutem agimus, quæ pueritia acta eſt? niſi quod augurot, ut arboris, ſic hominis ætatem eſſe, ut ſicut illa cœli minas, atq; aërias tēpeſtates, ita hæc mundi difficultates, & procellas rerum durior ferat, quas tenerior nō tuliſſet. Sed hæc conſolatio, nobis accōmoda eſt. alijs non ita. nam innumerabiles nobis, & ſeneſcentibus pubeſcunt, & pubeſcentibus ſeneſcebant, fieriq; poteſt, ut & hos tranquilla maneat ſenectus, & illis pueritia inquieta tranſiuerit, quamobrem omiſsis alijs, ad rem noſtram uenio. profectò enim, ut uiuendo ad malorum tolerantiam duriores ſimus, ad multa fragiliores facti ſumus, & quod nemo neget, indignantiores ad omnia. nihil eſt enim indignantius ſenectute. motus hic animi, & ſi placare norit ac tegere, ſentit tamen, ſic ut ætas nulla profundius, feſſa iam, & uitæ confectæ faſtidijs, hæc ſententia mea eſt, quàm non audiendo, nec legendo, ſed experiendo didici, quamq; an tu probes neſcio, certè quod de ætatis mutatione in peius, ac ruina dicere inſtitui approbare, ipſa te ſole clarior ueritas coget. Nec iniucundum puto, nec inutile fuerit, aliquantulum nunc etiam præteriti temporis meminiſſe, quàm longiſsimè igitur potes, retro mecum uerte oculos. & primam quidem illam uitæ partem, quàm tu domi tuæ, ego in exilio meo egi, neque uerò magna hinc elicias argumenta, ubi tàm exiguum lumen ſit rationis animiq;, in ipſo ſanè infantiæ pueritiæquè confinio, fortè in Galliam tranſalpinam. Eam ſcilicet quæ prouincia Prouinciæ nunc dicitur, olim Arelatenſis prouincia dicebatur, uno propè tempore tranſuecti, ambo confeſtim què qualem ætas illa patitur, amicitia iuncti. uſque ad exitum duratura, unum uitæ iter arripuimus. atque hic ego, tuam Ianuam ſileo, unde tunc nobis tranſitus fuit, cuius tu ortus in finibus, nunc Pontificatus in uertice conſtitutus, noſti omnia, & ego quidem de his latius, Duci urbis illius, & conſilio ſcripſi olim, epiſtolamq; illam tibi cognitam & probatam ſcio. Meta puerilis noſtræ peregrinationis illa fuit, quæ ab antiquis Auennio, à modernis Auinio dicta eſt, inde quoniam Romano Pontifici, & Eccleſiæ ſecū ibi tunc nouiter peregrinanti, neq; in ſuam ſedem, uſq; poſt annum ſexageſimū reuerſuræ, locus anguſtus erat, domorum ea tempeſtate inops, incolarumq; colluuie exundans conſilium, noſtrorum ſenum fuit, ut mulieres cum pueris, ad locū proximū ſe transferrent. in qua tranſmigratione, & nos duo iam pueri, nec dum puberes, cum reliquis ſimul, ſed ad aliud, hoc eſt ad ſcholas Grāmaticæ miſsi fuimus, Carpentoras, loco nomen, urbs parua quidē, ſed prouinciæ paruæ caput. tenes memoria tempus illud quadriennij, quanta ibi iucūditas, quanta ſecuritas, quæ domi quies, quæuè in publico libertas, quæ per agros ocia, quodue ſilentium. tu crede idem ſentias certè, ego adhuc illi tempori, immò uerò omnium temporum auctori gratiam habeo, qui id mihi ſpatium, tàm tranquillum dedit, ut abſq; ullo rerum turbine, pro ingenij imbecillitate, doctrinæ puerilis, tenerum lac haurirē, quo ad cibi ſolidioris alimentum conualeſcerem. Sed mutati ſumus dicat aliquis. hic eſt, ut mutata ſimul nobis omnia uideantur, ſic oculo, ſic palato, alia quidem ſano, ægro alia eadem res uidetur. mutatos fatear, quis enim non dicam carneus, ſed ferreus aut ſaxeus, tanto non mutetur in tempore? Aeneæ atq; marmoreæ æuo cædunt ſtatuæ, urbes manu aggeſtæ, & quæ iuga montium præmunt arces, quodq; eſt durius ſolidæ ipſis ex montibus rupes erunt, quid facturum rear hominem, mortale animal, fragilibus membris, & cute tenui compactum. Sed an mutatio tāta eſt, ut manente anima, iudicium aut ſenſus abſtulerit, ſatis extimo, ſi nobis quales hodie ſumus, quæ tunc fuit ætas illa redeat. non omnino talem uiſum iri, qualis eo

tempore

tempore uiſa eſt, ne nihil penitus annis actum dicam, alia certe uidebitur, nūquam tamen non longè melior multoq́ tranquillior, quàm quæ nunc agitur? an quia fortaſsis, minutiſſimum illud opus, Myrmecides quadrigæ, quàm tegebant, ut perhibent aliqui muſca rotarum radios, non diſcernunt oculi, ſeu calcitratis non dinumerant formicarū pedes, parteſq́ alias humani aciem obtuitus, tenuitate fruſtrantes. neq; Iliadem illam quàm ſubtiliter adeo fuiſſe deſcriptam, ut tota unius teſta nucis includeretur, ait Cicero, clare expediteq́ue perlegunt, idcirco ſic caligant, ut urbes uicosq́ urbium, ciues, mores, habitus, domos, templa, non uideant, ſic mens habet, ut immutata & deformata omnia nō agnoſcat. an non ſæpè poſtea ciuitatulam illam reuidimus, à ſeipſa uſqueadeò diuerſam, ut alienati magis animi uideri poſsit, tamq́ue enormem mutationem rerum omnium non uidere. Non multis annis, ex quo inde diſceſsimus, totius quod antè non fuerat prouinciæ, litigiorum ſedes, dicam rectius domus dæmonum facta eſt, ceſsit ocium, ceſsit gaudium, ceſsitq́ue tranquillitas, cuncta ſicò iudiciariis tumultibus atque clamoribus plena erant, quid nobis obijcitur mutatio, qui translati alio, & locis mutatis, & accedente æuo, mutari utique poteramus, & haud dubiè mutabamur, ipſi iam ciues uix ſuam patriam agnoſcebant, quod crebra uotorum lamentatione didiſcimus. Sed hæc mutatio, pro iuſtitia fuit, dixerit quiſpiam, quæ raro ſine clamoribus exerceri poteſt, ego autem de mutatione ipſa, non de cauſa diſputo. Nunquid uerò illud etiam iuſtitiæ fuit, quod poſt annos, ea ipſa urbs, & circunfuſa regio, quæ ſecuriſsima & Apoſtolicæ, cui ſubeſt ſedis reuerentia, penè armis exempta & inacceſsibilis uidebatur, marti prædonum exercitu non uexata tantum, ſed uaſtata, atq; ad extrema miſeriarum redacta eſt, hæc nobis pueris. ſiquis illic unquam euentura uaticinaretur, nonne inuiſus pariter, atque inſanus haberetur uates? ſed teneo ordinem. Et quanquam de maioribus poſſem, ut memoria tamen tua, noſtræ aſtipuletur aſſertioni, de his quæ ſimul ambo uidimus, cupidius tecum loquor, inde igitur ſimul quoque, nam quid diuiſim magna ætatis partis geſsimus, uicina iam pubertate ad Montem Peſſulanum, florentiſsimum tunc oppidum, iuriſq́ue ad ſtudium delati, aliud ibi quadriennium exegimus, cuius tunc poteſtas, penes maiores Balearicæ regem erat, exiguum præter loci angulum, Francorum regi ſubditum, qui ut ſemper præpotentium importuna uicinia eſt, breui totius oppidi dominium ad ſe traxit, quæ nam uerò tunc ibi quoque tranquillitas? quæ pax? quæ diuitiæ mercatorum? quæ ſcholarium turba? quæ copia magiſtrorum? quanta ibi nunc horum omnium penuria, publicarumq́ue & priuatarum rerum, quanta mutatio, & nos ſcimus, & ciues qui utrumque uiderunt tempus ſentiunt. Inde Bononiam perreximus, qua nil puto iucundius, nilq́ue liberius toto eſſet orbe terrarum. meminiſti planè, qui ſtudioſorum conuentus, quis ordo? quæ uigilantia? quæ præceptorum. Iuriſconſultos ueteres re diuinos crederes, quorum hodie propè nullus eſt ibi, ſed pro tàm multis & tā magnis ingenijs, una urbē illam inuaſit ignorantia, hoſtis utinam, & non hoſpes, uel ſi hoſpes, ac non ciuis, ſeu q multum uereor, regina, ſic mihi omnes uidentur abiectis annis, manum tollere. quæ nam ibi p̄terea, tunc ubertas rerum omnium, quæue fertilitas, ut iam præſcripto cognomine, per omnes terras pinguis Bononia diceretur. Incipit illa fateor quidem huius Pont. Max. qui nunc rebus præſidet conſilio ac pietate reuireſcere, atque pingueſcere, uerum hactenus, ut illius urbis non modò præcordia, ſed medullas rimareris, nihil macrius, nihil aridius inueniſſes. Tacere ut in malis iocari ſolitus erat, ille uir optimus, ad illius regimen, Legatus de latere, ut ipſi uocant, miſſus nouiſsimè, ad quem uiſendum anno retro tertio, cum ueniſſem, poſt parui hoſpitis lætos & nimis honorificos amplexus, ſermonem uarium exorſi fuimus, quærentiq́ue mihi publico de ſtatu: Hæc, inquit, amice Bononia olim fuit, nunc autem Macerata eſt, Piceni nomen oppidi traxit in iocum. Sentis puto, ut dulci quadam cum amaritudine, inter hæc mala, & bonarum memoriam rerum uerſor, hæret memoriæ meæ credo, & mæ indelebile fixumq́ue ueſtigium, illius temporis, dum ſtudioſorum unus ibi agebam, uenerat iam ætas ardentior, iam adoleſcentiam ingreſſus, & debito & ſolito plus audebam, Ibam cum æquæuis meis, dies feſtos uagabamur longius, ſic ut ſæ-

pè nos,

pe nos in campis lux deſereret, & profunda nocte reuertebamur, & patētes erant portæ, ſi quo caſu clauſæ eſſent, nullus erat urbi murus, uallum fragile, iam diſiectū ſenio, urbem cingebat intrepidam, nam quid muro? ſeu quid uallo tanta opus erat in pace? ſic pro uno multi erant aditus, quiſq; commodiorem ſibi carpebat ingreſſum, nil difficile, nil ſuſpectū erat. ut muro, ut turribus, ut propugnaculis, ut armatis cuſtodibus, ut nocturnis excubijs opus eſſet, internè primùm uenena tyrannidis, pòſt externorum fecēre hoſtium inſidiæ atque inſultus. quid notiſsima ruminans, circa Bononiam demorari ſtylum cogo, niſi quia tam recens, illius mihi ueteris Bononiæ memoria eſt, ut quotiēs hāc uidere contingit, ſomniare crediderim, neque oculis ipſe meis fiderem, ſic multos iam per annos pati bellum, libertati ſeruitus, copiæ inopia, ludis mœror, cantibus querelæ, choreis uirginum prædonum cunei ſucceſsēre. ut præter turres atque Eccleſias adhuc ſtantes, miſeramqúe urbem, altis uerticibus deſpectantes, hæc quæ Bononia dicebatur, diù quid uis potius quàm Bononia uideretur. Sed ut iam Bononia diſcedamus, acto ibi triennio domum redij, illam dico, quàm pro Arni domo perdita, mea mihi ſors bona, utinam reddiderat, Rhodani turbidam ad ripam, qui locus à principio in finē, & ſi uno ſemper tenore iudicij, non tàm propter ſe, quàm propter concurſantes & coactas ibi concretaſqúe totius orbis ſordes, ac nequitias, multis atque ante alios mihi, peſsimus omnium uiſus ſit, tanto tamen ſeſe peior factus eſt, ut quod nemo, niſi prorſus impudenti mēdacio, negare audeat, ſibi ipſe collatus, fuiſſe olim optimus uideri poſsit. nam ne ſingulis immorer, quanquam nulla ibi unquam fides, nulla charitas, & quod de Hānibale dicitur, nihil ueri, nihil ſancti, nullus Dei metus, nullum iuſiurandum, nulla religio, ibi non quidem propter ſe, ſed propter præſidētis electionē ſumma ueræ religionis ars eſſe debuerat, erant ibi tamen, quantum oculis apparebat, multa ſecuritas ac libertas, quæ ita funditus periēre, ut cū cæteris & publicanorum inaudito ibi hactenus, & ignoto deprimatur iugo, & metu graui hoſtium, ſine ſi ne circumſonantium neceſſe fuerit, nouis urbē mœnibus circumplecti, & ubi noctibus totis aperta omnia fuerant, luce media portarum aditus armis obſtruere, neq; id ualuit, quin male tuta ferro, ac mœnibus redimenda auro, & precibus ſalus eſſet, idq; ego Dei nutu geſtum, ſeu permiſſum reor, ut uel ſic uicarius ſuus, quiq; illi aſsidēt neglectæ diu nimis ſponſæ, in memoriam ac deſiderium traherētur, quod ſiue hac cauſa, ſiue inſita uirtute, iam in Pontifice factum uides, reliquos duriores aut Deus molliat, aut mors quod cepiſſe iam uiſa eſt. cæterum mala hæc, ſi capiti acciderunt, patientius ferant membra, nec mireturquiſquam, ſi quos à limine propior, præſens Romanus Pontifex ipſe non arcuit, eiuſdem abſentis reuerentia, non coërcet, ne qua enim uetus mali conſuetudo, recens bonum interpellet, uellicansq; nondū ſtabiles animos redeundi fortè ingerat appetitū, plagā illam latrocinijs maximè nunc infeſtam ſcimus. Vnū hic antequàm longius eam, quod me premit dicam, nitarq; hodie, quod uerū nolim, tecum loquēdo iuueneſcere. noſti ut in illo ſurgētis uitæ flore, cuius ante memini, quē Grāmaticorū in ſtramine, uelut in delitijs egimus, cum ſemel parens meus, patruusq; ſimul tuus, qui ea fermè tunc ætate erant, qua nunc ſumus, ad Carpētoracēſem, quā modò dicebam ciuitatulam, de more ueniſſent, patruū ipſum, quaſi aduenā, uolūtas cœpit, ex uicinitate credo & nouitate rei orta, præclariſsimum illū fontē Sorgiæ uidēdi, qui per ſe olim notus, ſi parua de re gloriari, cū amico id eſt ſecum licet, meo lōgo poſtmodū incolatu, meiſq; carminib. aliquāto notior factus eſt. Re audita, pueriles & nos cupiditas exciuit, ut duceremur, & q̄niam nō ſat tuto cōmitti eq̄s uidebantur, ſinguli nobis famuli dati ſunt, qui eq̄s ipſos, noſq; ut fit à tergo cōplexi regerēt. atq; ita matre illa omniū optima, quas quidē uiderim, q̄ carne mea, amore aūt cōmunis mihi tecū fuit, uix tandem exorata, ſed multa pauente ac monente profecti ſumus, cum illo uiro, cuius uel ſola recordatio læta eſt, cuiuſq; tu nomen & cognomē retinens, doctrinæ aūt & famæ plurimū addidiſti, cum ad fontē Sorgiæ, uentū eſſet, recolo enim, nō aliter, quā ſi hodie fuiſſet, inſuera tactus ſpecie locorum, pueriles inter illos cogitatus meos dixi, ut potui. En naturæ meæ locus aptiſsimus, quēq; ſi dabitur aliquando, magnis urbibus prælaturus ſim. hæc tunc ego mecum tacitus, quæ mox poſtea ut uirilem ætatem attigi, quantum non ocio

meo

meo mundus inuidit, lætæ claris indicijs notam feci, multos illic enim annos, ſed auocantibus me ſæpè negocijs, rerũq; difficultatibus interruptos egi, tanta tamen in requie tantaq; dulcedine, ut ex quo, quid uita hominũ eſſet agnoui, illud fermè ſolũ tempus uita mihi fuerit, reliquum omne ſupplicium. Iam tunc indiuiſibiles animis, diſtracti ſtudijs eramus, tu litigium & roſtra, ego ocium ſectabar & nemora, tu calle politico diuitias honeſtas quæſiuiſti, quæ me mirum dictu ſolitarium, cõtemptorem, profugũ, in medias ſyluas uſq; ad inuidiam inſecutæ ſunt, quid uerò tibi nunc ego illud agreſte ſilentiũ, illud nitidiſsimi amnis aſsiduum murmur, illũ boum ſonoris in uallib. mugitũ, illos uolucrum in ramis non diurnos modo cõcentus, ſed nocturnos explicem? ſcis omnia, & ſi me hac in parte nõ penitus ſequi auſus, quotiens tamen urbanis tumultibus, te furari poſſes, quod perrarum erat, cupidè illuc ut è procellis in portũ fugere ſolitus. quotiẽs autẽ teris, me uox atra ſolũ, procul in cãpis inuenerit, quotiẽs per æſtatẽ media nocte ſurrexerim, & nocturnis CHRISTO laudibus perſolutis, unus ego, ne ſomno preſſus famulos inquietarẽ, nũc in agros pſertim, ſub luſtri luna, nunc in mõtes exierim? quotiens hora illa, nullo comite, nõ ſine uoluptate horrida, immane illud fontis ſpecus intrauerim, quo uel comitatũ luce ingredi horror eſt? unde aũt in tanta fiducia ſi quæritur, nempè umbras laruasq; non metuo, lupus nunquã in ea ualle uiſus erat, hominum pauor nullus, bubulci in pratis, piſcatores in fluuio peruigiles, illi quidem canebant, hi ſilebant, utriq; certatim me colebant, ſeq; ad omnimodum obſequium horis omnib. offerebant, quippè cum ſuum lociq; dominum ſcirent, non amicũ mihi tantum eſſe, ſed fratrẽ, optimũ ſed parentẽ, ſic ubiq; beneuoli, hoſtes nuſquã, ita cũcta deliberans, ſic mihi te fauente, atq; idem ſentiente perſuaſerã, ſi totus orbis bello quateretur, illũ immobilem ac pacificum locum fore, q; ut crederem, & Romanæ reſpectus Eccleſiæ, de quo dixi, & multò maximè uicinitas faciebat, ſuper omnia aũt paupertas ſecuriſsima rerũ, & contemptrix auaritiæ atq; armorum. quid deinde mirari poſſes, in rem noſſes, adhuc me ibi agente, lupi aduenæ, uſq; in oppiduli domos, cateruatim ruere cœperant, & facta gregũ cæde, attonitos trepidosq; ipſos loci incolas habere, nec dãnum modò, ſed augurium eſſe, & luporũ credo, qui uenturi erant præſagium armatorum. Siquidem nõ multò poſt, quàm inde diſceſſeram, parua quædam fœdaq;, & infamis manus furum, ſed ignauiæ accolarum fidens, omnib. circum pererratis ac direptis, ad extremũ prorſus, ut ſacri fures eſſent, ac de furto ſuo Lauernæ furum deæ rite ſacrificarent, ipſo dominico natali die, incautum rus aggreſsi, ablatis quæ auferri poterant, reliqua flãmis exuſſerunt, inq; illud hoſpitiolũ, ex quo Crœſi regna ſpernebã, ignis immiſſus eſt, teſtudo uetus incẽdio reſtitit, properabant enim fures impij, libellos aliquot, quos illic abiens dimiſeram, uillici mei filius, iam id antè præſagiens futurum, in arcem cõtulerat, quàm prædones inexpugnabilem ut eſt rati, ſed ut erat indefenſam ac uacuã ignorantes abiêre. Sic diris è faucibus, præter ſpem, ſeruati libri, prouidente Deo, ne tàm turpes ad manus, pdatam nobilis peruenirer. I nunc, & illius Clauſæ uallis opacis in receptaculis ſpẽ habeto, nil clauſum, nilq; altũ, fuſcũ nihil eſt furibus, atq; prædonibus, omnia penetrãt, omnia prouident, ac rimantur, nullus tàm munitus tamq; excelſus eſt locus, in quem non ſcandat armata cupiditas, & ſoluta legum uinclis auaritia. Sed ita me Deus amet, ut præſentẽ loci ſtatũ cogitans, memorq; præteriti, uix opinari poſſum, eſſe illum, ubi in montibus noctu ſolus ac ſecurus errauerim. uerum ego nõ ruris illius ignobilitate, ſed ſolitudinis meæ ſuauitate pẽlata, plura forſan, q̃ pro re dixerim, ut antiqua equidem nouis iungerẽ, ex quib. rerum imitatio nota eſſet, ordinem deſerui, ſed reuertor. Quarto igitur poſtq; Bononia redierã anno cum illo uiro ſæpè mihi & multũ, nunquam uerò quantũ meruit laudato, Tholoſam, Garumnæq; alueum, & Pyreneos colles adij, cœlo ſæpè turbido, ſed ſereniſsimo comitatu. & quid de his dicam, niſi quod de alijs eadem Tholoſa, eademq; Vaſconia, Aquitania eadem, nomine, re, omnes prorſus aliæ, ſibiq; ipſis præter unam ſoli ſuperficiẽ, omni ex parte diſsimiles, inde autem reuerſus, quarto idẽ anno iuuenili ardore uidendiq; cupidine Pariſeorũ urbẽ petij, in quo quidẽ itinere ac reditu, ſic iuuente calcar urgebat, extremos regni angulos Flandriamq; & Barbaricam, atq; Hanoniam, & inferiorẽ Germaniã circuiui, quo cũ nuper ex negotio redijſſem, uix aliqd omniũ recogno-

recognoui,opulentiſsimum in cineres uerſum regnũ uidens,& nullam penè domũ ſtan-
rem,niſi urbium aut artium mœnib. cincta eſſet, de quo tũc ad uenerabilẽ ſenem Petrum
Pictauenſem ſcripſi latius,ac dixi,qui poſt obijt,ante non multum tempus fœlicius obitu
rus.Vbi eſt enim illa Pariſeos,quæ licet ſemper fama inferior,& multa ſuorum mendacijs
debens,magna tamen haud dubiè res fuit,ubi ſcholaſticorũ agmina. ubi ſtudij feruor,ubi
ciuium diuitiæ,ubi cunctorum gaudia,non diſputantiũ , ubi nũc auditur ſed bellantiũ fra-
gor,non librorum ſed armorum cumuli cernũtur,non ſyllogiſmi,non ſermones,ſed excu
biæ,atq; arietes muris impacti reſonãt,ceſſat clamor ac ſedulitas uiatorum,ſtrepũt mœnia,
ſilent ſyluæ,uixq; ipſis in urbibus tuti ſunt,ceſsit enim penitusq́ue abijt,quæ illic templum
nacta,tranquillitas uidebatur , nuſquam tàm nulla ſecuritas , nuſquam tàm multa peri-
cula. quis hoc unquam , quæſo, diuinaſſet, quod Francorum Rex,quamuis quod ad ſe
unum attinet,inuictiſsimus hominum,uinceretur,& in carcerẽ duceretur,& ingenti pre-
cio redimeretur? Tolerabilius tamen hoc efficit auctor mali,rex,à rege licet impari uictus
eſt. illud prorſus miſerum,pudendumq;,reditu in patriam prohibitus,& regem ipſum, &
filium,qui nunc regnat,coactusq; cum prædonibus paſcitur,tutum per ſuas terras iter age
rent,quis hoc,inquam,illo in regno fœliciſsimo,non dicam cogitaſſet,ſed aut unq̃ etiam
ſomniaſſet, quando uerò credent hoc poſteri,ſi ut ſunt uolubiles res humanæ, regnum ip-
ſum quandocunque ſuo ſtatui reſtitutum fuerit,nos enim non credimus,ſed uidemus. In-
de autem,hoc eſt à prima Gallicana peregrinatione reuerſus, quarto itidem poſt anno, pri
mum Romam adij,quæ etſi,iam tunc,multoq; prius,nihil aliud quaſi quàm illius Romæ
ueteris argumẽtum,atq; imago,quædam eſſet,ruinisq; præſentibus præteritam magnitu-
dinem teſtaretur,erant tamen adhuc cinere in illo,generoſæ alique fauillæ,nunc extinctus,
& iam gelidus cinis eſt.Erat ex cineribus ueterum renatus Phœnix,unicus ſenex ille glo
rioſiſsimus Stephanus Columnenſis,eius quem ſupra memoraui,mei ducis magnæq; &
illuſtris,ſed caducæ nimium genitor familiæ,Vir,cum ſuis ſæpè mihi dictus dicẽduſq;,erãt
alij,quib. ruinæ ille ſaltẽ patriæ charæ eſſent,quorũ nullus,aut ibi nunc aut humanis in re-
bus iã ſuperſtes eſt.quarto rurſus anno Neapolim perrexi, & licet ſæpè poſt id tẽpus Ro-
mam Neapolimq; redierim,primæ tamẽ impreſsiones hærent animo, erat ibi tũc Rober-
tus Siciliæ,immò Italiæ,immò Regũ rex,cuius uita fœlicitas,mors exitiũ regni fuit,ipſe qui
dem,me digreſſo nõ diutius ſuperuixit,& planè ſi cœlo obſtante uetebaẽ,ingruentib. ma-
lis occurrere ut ſolebat,uix cuiquam tempeſtiuius mori cõtingit,ut mihi planè ad eximiam
uitæ felicitatem,talis mors acceſsiſſe uideatur,ego autem anno demum quarto,ſic tunc ui
tam,quaternario patiebat,illuc rediẽs,nũc rediturus,niſi me Clementis tunc Rom. Pont.
iuſſus urgeret,muros quidem,& plateas,& mare,& portum,& circunfuſo colles, uitife-
roſq; eminus hinc Phalernũ,hinc Veſeuũ,Indi capreas quoq; & Inarimẽ & Prochytam,
ictas fluctibus inſulas,& fumantes hibernis menſibus Baias,notam mihi Neapolim non
inueni,ſemina uerò cladium multarũ,atq; impendentis ſigna miſeriæ clara perſpexi, cuius
me tàm certũ fuiſſe uatem doleo. at quid inde ſentirem,nõ uerbo ſolũ,ſed & literis tonan
te iam fortuna,nondũ tamen fulminante,teſtatus ſum,quæ ita poſt illicet impleta ſunt om
nia,& multa inſuper addita,ut uaticiniũ ipſum meũ,quamuis horribile,infinita malorũ ſe-
rie uincereẽ,quæ deflere,quàm enumerare facilius multò ſit.Nõ multo antè id tempus,in
has terras,in quib. adoleſcẽs ſtudioſus fuerã ocioſus,& iam uir reuerſus,amicitia trahẽte, il
lius,cuius adhuc memoriæ multũ debeo,Ciſalpinã hanc Galliã,quàm tantũmodo prius at
tigeram,totã uidi,nõ ut aduena,ſed ut accola,urbium multarũ, Veronæ in primis, & mox
Parmæ ac Ferrariæ, demum Pataui , quo me illa,quæ diſcutere neſcio , catena eadem tra-
xit amicitiæ , ſed ulterius uiri optimi , cuius caſum , nunquam ſine dolore meminero,
qui cum undique maximus clariſsimuſq́ue uir eſſet peregrini paruiq́ue hominis, & ſolo
nomine cogniti,nec unq̃,ut ipſe aiebat,niſi ſemel uiſi,idq; in trãſitu familiaritatem,diu ſic
ambiuit,quaſi ꝑ hoc magnũ aliquid ſibi ſuæq; Reip. quæſiturus,& eius quidẽ urbis incola
tus illo ſuꝑſtite,cõtinuus mihi ſicut auguror futurus,eodẽ reb. exẽpto ꝑpetuus, tamẽ fuit
licet interruptus,ex cauſis,ꝓinde urbs hæc,q̃ primũ tẽpore ad eam ueni,ſic recẽti peſte illa
terribili

terribili attrita erat, ut dehinc primogeniti illius prouidentia ac ſtudio, & uſq; ad hoc tempus, inconcuſſa pace, fateri oporteat, unam hanc ex omnibus erectam, potius quàm deiectam. ad id uerò, quod anno antequã illuc uenirem, hoc eſt antè peſtis initiũ fuerat, imparem ſibi ac diſsimulem prorſus, ut reliquas, Mediolanũ ſerius ac Ticiniũ noui. & quid us dicam, Nulla omnium eſt, quæ fuit, nõ dico antè multa ſæcula, ſed nuper noſtra memoria, uiſa enim, non lecta loquor, uel audita. Ipſa urbs Mediolanũ, quàm antè mille quingentos annos florentiſsimã lego, & quæ ut puto, nunquã magis, quã noſtra floruit ætate, nũc non floret ut ſolita eſt, quamuis adhuc magnitudine & potentia, atque ut dicitur pondere ſuo ſtet, ciues ſuos interroga, fatebuntur hæc ita eſſe, triſtiuſq; aliquid de ſuo addent. quid nũc Piſas, ubi uitæ ſeptimum annum egi, ſeu quid Senas loquar? quid dilectum mihi primi exilij atq; originis meæ locum Aretium, uicinumq; illi Peruſium, quidúe alias dicam, una omnium conditio eſt. non ſunt hodie, quod heri, ut cum ſit mira uarietas rerum, tamen incredibilis ac ſtupenda celeritas. Poſſem te modò per Italiam totam, immò & per omnẽ Europam paſsim circunducere, noua ubilibet ad inceptum argumenta reperturus, ſed uereor, ne meipſum teq; & alios, ſiqui hoc noſtrum colloquium audituri, lecturiq; ſunt, fatigẽ, ſi te per omnes terras, ſtylo ducam quarum recens ſimul & miſera & aperta mutatio eſt, delectatus tamẽ ſum. Neſcio an ſat propriè hoc dixerim, niſi ſit quædã in mœrore delectatio. Sed profectò libuit mihi tecum hactenus fando, peregrinari, per trãſactos annos, ac loca diſtantia, eaq; maximè, in quibus aliquando tecum fui, & quod iter pedibus aut nauibus menſi ſumus, calamo remetiri. nullo autem pacto, harum rerum per memoriam indicta patria tranſire poſſum. Illa uerò, quid eſt aliud, quàm uarietatis infauſtæ argumentum euidens, quæ nudiuſtertius conuenientiſsimum nacta uocabulum, inter alias nõ Italicas modo, ſed Chriſtianas urbes, rebus omnibus, uſq; ad inuidiã florebat, mox deinde crebris malis, extra incendijs ac bellis, interſectis ac peſtibus uſq; ad miſericordiã deformata, omnes certè mortales, antè alios quidem ſuos ciues, admonet, quanta ſit in rebus pereũtibus ſpes habenda. Hic mihi contentioſus fortè aliquis obuiet. eſt enim genus hominũ, quib. quoniam uirium nihil eſt, ad ueritatem defendendam, & quieſcere neſciunt, fallacijs hanc oppugnant, idq; ſibi artificium facere, quod negari igitur nequit in his, quas dixi urbibus uerum hoc eſſe fatebitur, in alijs forſitan non ita, atq; hoc reſpectu mutationẽ uniuerſi, nullam eſſe, quod quantũ uni decreuerit accreſcit alteri. Cui ego reſpondeo, oſtendat mihi in occidente, aut in arctoo, uel in una urbe contrarium & uicerit. certè enim hæc ipſa, unde tibi nunc ſcribo, & cuius ad ultimum incola factus ſum, non tàm oblectationem, quàm ſecuritatem & quietem quæres. Venetorum urbs, quamuis & conſilio ciuium, & locorum ſitu, inter omnes alias noſtri orbis proſpero ac tranquillo ſit in ſtatu, fuit tamen aliquando proſperiore, tunc ſcilicet eum uiſendi gratia, cum præceptore meo, huc primum è Bononia adoleſcens ueni, & hoc quo que, ſic eſſe non negantes ciues audias, etſi, quod nec ipſe negauerim, aliquid, immò quàmplurimum ædificijs acceſſerit. Sin me longius cauſſator traxerit, fatebor, me quid apud Seres Indoſq; agitur neſcire, ſed Aegyptum Syriãq; & Armeniam, totamq; Aſiam minorem, non alio rerum incremẽto, nec meliori uti ſorte, quàm nos. nam Græciæ calamitas uetus eſt, ſed Scytharum recens, ut unde nuper ingens annuis frumenti, nauibus in hanc urbem inuehi ſolebat, idem nunc ſerius onuſtæ naues uenient, quos urgentes miſeri uendicant parentes, iamq; inſolita, & inextimabilis turba ſeniorum, utriuſq; ſexus, hanc pulcherrimam urbem Scythicis uultibus, & informi colluuie, uel ut amnem nitidiſsimum, torrens turbidus, inficitq; ſi ſuis emptoribus non eſſet acceptior, quàm mihi, & non amplius illorũ oculos delectaret, quã delectat meos, neq; fœda hæc pubes, hos anguſtos coartaret uicos, neq; meliorib. aſſuetos formis, inamœno aduenas contriſtaret occurſu, ſed intra ſuam Scythiam, cum fame arida ac pallenti, lapidoſo in agro, ubi Naſo illam ſtatuit, raras herbas dentibus uelleret, atq; unguibus, & hæc quidem hactenus. Sed inſtabit, & uarietatem quæri dicat immeritò, quaſi huius tantũmodò ſit ætatis, cum ſit omnium. ego aũt nihil queror, ſciens ab initio rerũ, uolui omnia, nihil ſtare, nec dico, qd putas cauſæ eſt, quod propria tempora meliora fuêre quàm nunc ſunt? ſtulta eſt enim ut ait

Salomon

Salomon huiuſcemodi interrogatio. multæ quidem poſſunt eſſe cauſæ Deo notæ, & quædam fortaſsis hominibus, non quæror ergo mutata tempora, nec cauſas quæro, ſed mutationem aſtruo, contra opinionem iuuenum noſtrorum, qui hæc inter mala geniti, quia aliud nil uiderunt, nil aliud fuiſſe contendunt, inſcij atque increduli, et mutationem temporum manifeſtam, prorſus ac flebilem, mutatis ſtudijs noſtris, atque animis imputant, quos mutatos fateor, & gaudeo. ſed mutatio hæc, nihil ad alteram, neque enim minus rapido acta impetu rota, ingens uoluitur, quam formica interim, per illam ſegnis incedit. Illud denique in litem ueniet. Mutationem hanc, non rerum eſſe, nec temporum, ac nec mūdi quidem, ſed ſolorum hominū, quod ipſe etiam in parte non negem, ſciens mundi appellatione, ſæpè homines accipi, quibus haud dubiè factus eſt, & quorum uſui mundus obſequitur, & ſanè mutationum huiuſcemodi, multæ ipſis in hominibus cauſæ ſunt, & ſiquis altius fodiat, fortaſsè omnes ſed aliæ apparent, latent aliæ: Certè quod pietas, quod ueritas, quod fides, quod pax exulet, quod impietas, quod mendacium, quod perfidia, quod diſcordia & bellum regnet, & toto ſæuiat orbe terrarum, quod prædonum manus impiæ, quaſi iuſtæ acies, pro libito uagentur, & uaſtent ac diripiant quicquid eſt obuium, necq; his urbes obſtare ualeant, neque reges, quod infecti mores, deprauata ſtudia, deformati habitus, palàm eſt, non niſi in hominibus radicem mali totam eſſe, quamuis ego ut iam dixi, non de cauſis, nunc, ſed de rebus tantum diſputem, quæ profectò nobis pueris adoleſcentibusq; non erant. Rara bella inter regna uel populos de finibus aut de iniurijs gerebantur, ſocietas contrà omne genus humanum nulla uſquam noſtro æuo fuerat. erant ſocietates mercatorum, quas ipſi uidimus, quibus ante omnes, patria diu floruit mea, per quas, quantæ commoditates afferentur, hominibus difficilè eſt dictu, difficilius creditu, per has enim totus ferè noſtræ orbis regebatur, reges ac principes uniuerſi, horum ope & conſilio fulti erant. alterius generis ſocietates, peregrinorum, magno agmine deuota loci Hieroſolymam Romamq; petentium cernebantur, fures ibant ſingulatim noctu pauidi, nullæ furium diurnæ acies campis explicabantur, nulli armati ſocietatum duces, famam ſibi gentium cladibus propria feritate quæſierant. Quintus & uigeſimus annus, eſt ex quo auribus primum noſtris horriſonum hoc nomen intonuit, quod malum breui quantum creuerit, quorſumúe proceſſerit uidemus, ac miſeri ciues, & agricolæ, immò & reges & Pontifices uſque ad ſummum maximumq; omnium experti ſunt, qui ut ſuprà attigi, ad Rhodanum, unde nuper abijt, ſemiobſeſſus ab illis, atque ad indignam redemptionem extitit coactus, quod nec ipſe tunc tacitus tulit, ſed inter ſuos meritò quidem, grauiter queſtus eſt, nec ego ad eum ſcribens ſilui, quis terribilem igitur & infandam hanc mutationē temporum, non agnoſcit, aut quis negat? conſequens enim eſt, ut aut ſenſu careat, aut pudore, diſsimulari nequit, ſeſe oculis ingerens peſsimarum ac nouarum rerum fulgor horrificus ac lugubris, quando ea nunc quotidie mundus infœlix patitur, quæ nuper hominum nullus audierat. qđ de alijs ſ nomē peſtis auditū erat, & in libris lectū, peſtis uniuerſalis exhauſura orbem, uiſa nō erat, nec audita, hæc ꝑ annos iā uiginti, ita omnes terras ꝑterit, ut intermiſſa ꝗdem alicubi forſitan, aut lēteſcēs extincta, uticq; nuſꝗ ſit, adhuc ita indies, dum uiſa eſt abijſſe reuertiť, breuiq; gaudio circūuēta aggrediť, & hæc ipſa diuinæ niſi fallor iræ teſtis, ac ſcelerū humanorū, q̄ ſi aliquādo finirenť aut decreſcerēt, cœleſtes quocq; miteſcerēt ultiones. Terræmotus præterea auditum lectumq; erat nomen, at rem ipſam ab Hiſtoricis, rei cauſam à Philoſophis quærebamus, & motiunculas nocturnas, fortè aliquas rarans quidem, & ambigua ſomnioq; ſimillimas curioſi ibi homines fingebant, terræmotum uerum, noſtro æuo nullus ſenſerat, uigeſimus annus eſt nunc, unum enim mali utriuſq; principium fuit, ex quo alpes noſtræ, quarum motus inſolitos ait Maro *VIII.* Cal. Februarias tremuēre, inclinata iam paruper ad occaſum die, Italiæque ſimul ac Germaniæ pars magna contremuit, tàm uehementer, ut adeſſe mundi finem inexperti quidam crederent, quibus inſueta prorſus, & nunquam cogitata res erat. Veronæ tunc in bibliotheca mea ſolus ſedēs, quanquam non in totumq; rei neſcius, repentina tamen & noua re percuſſus, ſolo tremente ſub pedibus, & undique concurſantibus ac ruentibus libellis, obſtupui, & egreſſus thalamo,

lamo, familiam moxq́ populum trepidiſsimè fluctuantem uidi, omnium in ore funereus pallor erat. qui hunc proximè ſecutus eſt anno, Roma tremuit, uſq; ad ruinam turrium ac templorum, ſimul & partes Hetruriæ tremuerunt, de quo tunc ſollicitus ad Socratem noſtrum ſcripſi. Anno idem ſeptimo tremuit inferior Germania, totaq́ue Rheni uallis, quo tremore Baſilea concidit, non tàm magna urbs, quàm pulchra, & ut uidebatur ſtabilis, ſed contra naturæ impetum nihil eſt ſtabile. Inde ego paucis ante diebus abieram, Cæſare ibi hoc noſtro, bono quidem mitiq́ principe, ſed ad omnia lento, per menſem expectato, qui mihi tandem in extrema barbarie quærendus fuit, de quo motu, ad Ioannem urbis illius uenerandum præſulem ſcribere animus fuit, quod ab illo ſatis honorificè uiſum me nō obliuiſcerer, & an ſcripſerim non memini, apud me autem exemplum epiſtolæ non extat. Cæterum die illo, in ipſius Rheni ripis, hinc atque hinc octuaginta, uel eo amplius caſtella, ſolo æquata referuntur, futurum noſtra illa prima ætate portentum memorabile, ſi paſtoris leue tugurium tremuiſſet. at malorum uſus metum ac ſtuporem mortalibus excutit, & in his quidem mutatio, de qua loquor, eminet cauſis latentibus, ut dicebam, niſi quod credendum eſt ut alia, ſic & hæc culpis hominum prouenire, quarum nullus eſt modus aut numerus. Intereſſe autem, quod illa homines faciunt, hæc uerò permittente quidem, aut iubente Deo propter humana flagitia, quæ ſi quando deſinerent, deſinerent & flagella. Poſtremò quæcunque ſit malorū cauſa, quiſquis agēs hæc ueritas eſt. En pater, ut die uno, annos noſtros omnes tibi ante oculos congeſsi, meritò quidem longè impares, numero autem pares, quem ego nuper ad amicum ſcribens, bona fide ſum profeſſus. tu an idem facias, an adhuc quod nonnulli ſenum ſolent. iuuentam reſpiciens aliquid etiam nunc occultes neſcio. Viue fœlix & Vale noſtri memor.

Fran. Petrarcha Paulo de Bernardo Veneto, S.

Transfretantem uotis reditus proſequitur.

LVſi tecum amice, nec luſiſſe me pœnitet, bonam tibi epiſtolam ludo extorſi, ad quam quid opus eſt multis: ſentio uera eſſe, quæ dicis omnia, ſcio me amari abs te, quantum amare hominem poteſt homo. Nequéhymeneos tuos, noſtræ amicitiæ obſtare ſuſpicor, ſed fauere, coniugalis enim ſarcina, quæ ut blanda interdum, ſic leuis eſt nunquam, quò te acrius premet, eò me dulcius ſuſpirabis neque uerò ſilentium tuum in argumentum tepeſcentis animi traxerim, amicorū omnia bonam in partem trahere ſolitus. ſi tu mihi ſeu colloquio præſens, ſeu abſens, literis creber ſis, credam te tuis affectibus morem gerere, ſin rarior, occupationibus meis, alterum apud me feruidi amoris, alterum diſcretæ uerecundæq́ modeſtiæ ſignum erit. Non eſt ergo quod uereare, ne quid mihi non dicam de tui amore, ſed de tuarum quoque rerum iuditio exciderit, idē totusq́ es, atq; integer apud meum cor. Reliquum eſt, ut quoniam ad Tranſmarinum iter accingeris, fauſtam tibi nauigationem, & uotiuum reditum precer, planum tibi æquor & fauētes hinc Zephyros emitti, illuc Euros redeunti tribuat, non Neptunus atq; Aeolus quorum alterum ſortitum cum fratribus inſularum oræq́ maritimæ temporale dominium, alterum quidem tempeſtatum ſagum, Aeoliarum tamen inopem regem, Iliacis conſtat fuiſſe temporibus, ſed maris & terræ cœliq́ regnator CHRISTVS omnipotens, de quo ſcriptum eſt: Qui producit uentos de theſauris ſuis. & iterum concludens: Sicut in utre aquas maris, ponens in theſauris abyſſos. ille qui imperat uentis ac fluctibus, Ille, inquam, te incolumem comitetur ac reuehat nobis, quos cum chara thori ſocia, deſiderio plenos linquis, quiq; tibi naui aſcēſuro, unà ſecum dicimus illud Achilleæ coniugis apud Gratium: *I fœlix noſterq́ redi.* Vale Pataui V. Cal. Septembris.

Fran. Petrarcha Donato Apennigenæ Grammatico ſuo, S.

Conſolatoria ſuper illius filij, ſuiq́ ſimul nepotis immaturo obitu.

TRes ordine mœſtas epiſtolas tuas, per hos dies habui, quarum prima tetigit quidem, at ſecunda impulit, tertia uerò animum concuſsit, ſternere enim, neque ullus me iam

rumor,

rumor,ut ſpero,neque ſi mihi credideris te poteſt,parabam conſolationem,immò admonitionem breuem,quid enim tu conſolatore indiges?ſolari alios & meipſum ſolitus,quamuis & inſignes Medicos ſuis morbis alterius opem medici quærentes,ſæpè uiderimus, & facundiſsimos Cauſidicos, ſua in lite, externi patrocinium oratoris, unde eſt illud uulgò tritum: In propria cauſa aduocatum quære. etſi enim id Cato ille ſenior uir durus, corporis atque animi rigore fretus incomparabili, & priſco eloquio, & acri admodum fiſus ingenio,non quæſiſſe unquam legitur, quater & quadragies accuſatus ab æmulis, ſicut, ut nemo unquam crebrius,ſemper à ſe defenſus,ſemper à iudicibus abſolutus,ſi communem tamen uſum reſpicis,uix uſquam adeò ſibi poteſt mens humana ſuis malis obſeſſa conſulere,quin amici conſilij & fide opis indigeat. Sed quid tardis ac rudibus inconculcandum eſt,nec in conculcando proficitur,id nobilibus ingenijs oſtendiſſe uel ſtrictim ſufficit. illud hac in parte mirabile,quod corporeis morbis,illicò Medicus accerſitur, morbis animi non ita.quos tamen & periculoſiores eſſe,non eſt dubium.& curari poſſe facilius,corporum enim morbi incurabiles,multi ſunt,animorum nullus, modò curari uelit is qui patitur.quamobrem peruerſitatem hanc miratur Flaccus, nec immeritò. miratur & Cicero, qui erroris huiuſce cauſam,& ſubtiliter quærit,& deprehendit egregiè ſuo in Tuſculano, ni memoria fallor luce tertia. eò igitur ne in hoc tuo ſtatu importunè philoſophari uelle te cũ uidear, te remitto. Cæterum quicquid id erat,ꝙ parabam in filij tui ægritudine orſus eram, ne deficeres animo, & ut aiunt ante tubam tremeres,ſed inter ſpem ac metum rectus incederes,paratus ad utrumlibet, hæc primo nuncio meditantem, ſecundus auertit ac tertius,non iam morbum afferens,ſed mortem, plus mihi negotij allatum dixerit quiſpiam,ego contrà ſentio,demptum plurimũ ac penè totum.multum erat fateor, ut in filio tàm dilecto,ipſe tua languida uiſcera,& grauiſsimis diſiecta doloribus, inuictus aſpiceres, ut tamen id magnificè faceres,ſuadere iam cœperam,ac monere,et quod in te forti animo paſſurus fueras,fortiter patereris in altero, ſi alter dici poterat quem genueras, quem alueras,quem docueras,cui totus incubueras, utcunque res accepta eſſet, hortabar ut patientiam atque conſtantiam,quam illuſtres multi olim uiri,in ſeipſis exhibuerant,atque hinc inſignem gloriam conſecuti erant,exhiberes in filio,nõ auſus quidem uetuiſſe, ne languenti puero ſpiritum compaſsionis impenderes,ne naturæ aduerſum uideretur. uerum quiſquis illum caſus exciperet,tu ne rueres,ſed erectus ſtares,& ſiue eum tibi is qui dederat diutius largiri,ſiue eripere uoluiſſet,& de dato,& de ablato,mecum Deo gratias agere,ſic & ego enim,meo domeſtico in dolore,nuper egi,atque ago.humile quidem,ſed amicum tibi proponitur exemplum, poſſem heroum filios accire, niſi quod cariora nobis noſtra mediocria,quàm aliena eximia eſſe ſolẽt.noſter ille,quem memoro,præterquã quod mea omnia tua ſunt,ſpiritalis filius tuus erat,ſacro illũ de fonte leuaueras, patere æquo animo meum, me recens & cruentum uulnus tuo uulneri miſcere,ut quæramus ſimul utriꝗ ſaluciferum fomentum,neꝗ tacitus tecum dicas,non ſunt paria uulnera.ego filium deſidero,tu nepotem.CHRISTUM enim & amicitiæ fidem iuro,plus me illum amaſſe,quàm filium. non illum ego,quid ad rem,at mei genuerant,Franciſci,qui ut noſti,per ſe quiſque non minus, quàm ego ipſe animo meo chari ſunt,ita ex duobus longè mihi charißimis progenitus, duplo mihi erat charior,quàm ſi ex me genitus fuiſſet. Tu antiquũ ac præclarum tuo nomẽ, nos noſtro humile ac domeſticum dederamus,immò utrunꝗ tu dederas,tuus Solon magni ſi fors ſineret profectus augurium,noſter utriuſque parentis,meumqúe ſimul nomen nactus erat,ita & ſolatium uitæ ingens,& ſpes,domus ac iucunditas & nobis tribus, quartus iam Franciſcus acceſſerat,obtigerat illi credo,ut hinc acrius dolorem & ingenium, & formæ rarum decus,regium diceres infantem,æquaturus apparebat,formæ gratiam paternæ,ſed uicturus ingenium,quod deterrimũ in illo dixerim,ſic me ore referebat,ut ab ignorantibus matrẽ, prorſus ex me genitus credi poſſet.ita omnes aſſerebant, ſic te mihi olim per literas affirmaſſe,cum uix dum eſſet anniculus,in illius uultu meam faciem te uidiſſe, & hinc neſcio,quid magnæ ſpei iam tunc animo concepiſſe memini.quæ quidem ſimilitudo,in tanta ætatum diſtantia,tàm inſignis ipſis quoque parentibus chariorem, cum atque

omnibus paſsim charum,ſed in primis magno illi Ligurum domino, tàm acceptum fecerat, ut qui paulo antè,ſui unici infantis interitum,ſiccis oculis ſpectaſſet,noſtri obitum ſine lachrymis uix audiret. ego uerò fœlicitatem illi æternam,nullo negotio partam licet, mihi autem curam non exiguam ereptam, & ſic uno actu,pariter utrique conſultum, & ſi clarè uideam. & iam inde ab initio uiderem, tanta tamen uitæ dulcedine ſpoliatus, non moueri fateor nõ potui. Et ſi quo erã ante hos paucos annos animo nũc eſſem,amicos omnes crede mihi,teq́ue ante alios,lamentis ac gemitu compleſſem,neque pertinet ideò quod infantem flerem. Amantur enim ſæpè uehementer hi tales,quos præter naturæ inſtinctum, ipſa ætatis innocentia puritasq; conciliat,quàm quos iam adultos, amori odium miſcens, faſtus & inobedientia alienat. Non me igitur tenuiſſet ſuæ reſpectus ætatis, meæ tenuit, nam cum uirum tum præcipuè ſenem flere mortalia turpe eſt, quem tempore & caſuum obſeruatione ſimilium,contra omnes inſultus obduruiſſe utor peculiaribus meis ac Tullij uerbis,atque occaluiſſe conueniat,non committam ſciens cuius me confeſtim pudeat, ut multarum hodie pudet epiſtolarum,quas in mortibus meorum dolore animi uictus, nimis molliter,quamuis piè,æuo quondam teneriore profudi, ſpero me deinceps muliebribus ſaltem malis explicitum,in me unum totus orbis ut corruat, non dicam lætum neque immotum,ſed nec querulum opprimet nec iacentem. didici querelas ad nil utiles, patientia nihil utilius,in his q̃ mutari nequeunt, hæc olim legebã, nec credebam. Nunc ſi hæc nuſquam,ſed ubique contrarium legerem,nec crederem,omnem tamen meæ fragilitatis hiſtoriam,ut noris,buſtum ego marmoreum illi infantulo,apud Ticini urbem, bisſex elegis inſcriptum,literisq; aureis exaratum ſtatui,quod uix alteri facerem, & mihi ab altero fieri nollem,ſed qui lachrymas & querelas preſsi,ſic affectibus ſum oppreſſus, ut quoniam illi nihil aliud eſſet quod tribuere poſſem. ad cœlum profectò,nec terreſtria iam curanti temperare nequiuerim, quo minus hoc ultimum, & inane tribuerim obſequij genus, & ſi non ſibi utile,gratum mihi hoc illi,igitur ſacrum uolui, non cauſam lachrymis, ut *Maro* ait,ſed memoriæ non tàm meæ,cui nec ſaxo nec carmine opus erat, quam eorum quos illuc caſus attulerit,ut ſciant, quantum ille ſuis, ab ipſo uitæ principio charus fuit. Quamuis autem Ciceroniana ſententia ſit, Philippicarum libro *VIII*. Gratiam aliam referri mortuo non poſſe,quàm ſtatuæ uel ſepulchri, apud nos tamen quædam maior eſt gratia, preces ſcilicet ad Deum fuſæ,pro defuncti anima ac ſalute, his non eget utique infans meus, nihilominus tamen, quod in conſpectu Dei nec cœli ipſi mundi ſunt,nec infans unius diei ſuper terram ſine peccato,pro hoc quoque miſericordiam eius imploro, ut ab amplexu meo diuulſum,ſuo illum foueat benignus amplexu. ſic illius amor paruuli, totum meum pectus impleuerat,ut an unquam tantum aliquid amauerim, haud facilè dictù ſit. En amice qualiter affectus ad ſolandum alios accedo,ſed nec tibi ego,nec tu mihi alius, & te ergo qua poſſum, & non minus ſolatij indignum me conſolor,multi alios,quidam ſe libris, aut tractatibus conſolati ſunt,ego utrunque ſimul facere molior, quod ut ſpero, tibi gratius, qualecunque remedium erit, ægrotanti præſtitum ab ægroto, benè enim ualenti ægrum uerbis ſolari facile eſt,nullius ſolamen altius in mœſtum animum deſcendit,qua ſimilia patientis, & ideò efficaciſsimè confirmandis, aſtantium animis uoces ſunt, quæ ex ipſis ſupplicijs emittuntur. quid quod nec miſereri plenè miſeris nouit, qui non ipſe pari miſeriæ genere miſer, in ſuis ſiue in ſe fuerit, aut ſaltem eſſe potuerit, unde eſt horror ille, ſtuporq; *Aeneæ*,quem mihi de medio naturæ ſinu ſumpſiſſe Virgilius uidetur:

Et ſubiens chari genitoris imago,

ut regem æquæuum crudeli uulnere,uidit uitam exhalantem, quod illa iam reginã exul, exulem miſerata,prædixerat:

Non ignara mali,miſeris ſuccurrere diſco.

Succurro ego tibi, & ſolor te amice,proſperatio temporis, proq́ue ingenij uiribus, & me ipſum ſolum,quibus ſunt cuncta communia,ſpes & n. us, & gaudia & dolores. ideò ut dixi,uulnera noſtra coniungo,ut medicamenta permiſceam. Poſſem pro remedio Philoſophorum et Poëtarum omnium uireta percurrere,et electos tibi ſententiarũ floſculos,

hincinde

hincinde decerpere, poſſem & pectuſculi mei latebras ſcrutabundus ingredi, et ſiquid ibi de proprio eſſet circumſpicere, niſi quod aliena nota ſunt tibi, noſtra aut in ſimilibus amicorum uulneribus ac morbis aſſumpta olim, & aliena ſcienti, ingerere ſuperbum & noſtra replicare ſuperfluum, & noua raptim cogitare difficile eſt. ad hæc ſubitis malis repentino opus eſſe remedio nouimus, utiliusque fuerit, mox uulnus alligare, pro tempore puramque & facilem quamlibet ac communem medicinam apponere, quàm in peregrinis antidotis conquirendis tempus terere, dum neglecti uis uulneris ingraueſcat, uereorque ad hæc ipſa ſero nimis acceſſerim, quod epiſtolæ tuæ omnes pro locorũ uicinitate tardè admodum ad meas manus peruenêre. omnium ſanè quæ pro noſtra conſolatione dici poſſent, quibus ingentes implerentur. hæc ni fallor ſumma eſt. attollenda humo deſideria, armandumque animum, ne conſpectum hoſtis exhorreat, aut terribilium ſpecie, ſine ulla fortunæ uiolentia manum tollat, quodque elegantiſsimè ait Cicero, abſtrahendam mentem, à ſenſibus, & cogitationem à conſuetudine abducendam, hoc ſi facere potuerimus, nihil miſerum erit omnium, quæ miſerrima uulgus exiſtimat. nil tibi, quod non mihi hodie conſulturus ſum, infantes noſtri, & prædulcia pignora auidi, & fortaſsis udi quæruntur oculi, ſuſpirantque grauiter ulceroſa præcordia. Certè humanum illis fuerit mori, neque ante diem accidit, cui nullus eſt aſcriptus dies, humanũ nobis oblata uitæ ſolatia optare, lumina oculorum noſtrorum baculos, ac ſperata præſidia tuæ inſtantis meæ iam præſentis ſenectutis. quid ergo? ut humanum deſiderare, ſic flere fœmineum: nempè excuſat hoc noſtrum deſiderium natura, quæ neſcio, quid eneruè & liquidum animis noſtris inſeruit. idque in promptu poſuit, ut omnibus maximè infirmioribus palàm eſſet. ex diuersò natura eadem mollitiem hanc accuſat, quæ uirile quiddam ac ſolidum ipſis noſtris in mentibus poſuit, ſed profundius, ſic ut niſi uirtutis auxilio erui, atque effodi nequeat, ac negotijs applicari, primùm illud ultrò ſenſibus obuium, hoc ſecundum, ſine ſtudio uix peruium rationi, mentem ſcilicet à ſenſibus abſtrahendam, cogendamque in ſpecus intimos, ubi inuicta ſecuritas, & maſculi habitant cogitatus, itaque facilè flemus, difficillimè conſolamur. Eſtque hæc iam uetus, & immobilis conſuetudo, ſuos flendi uelo pietatis obſita, & pietatis excuſata, immò laudata cognomine, nec ineptijs ſolũ uulgi, ſed magnorum hominum firmata ſententijs, atque exemplis. quantum fleuit Octauia Marcellinum ſuum clariſsimum adoleſcentem, & Virgiliano carmine nobilem, ſed mortalem tamen. nullus illi flendi alius, quàm uiuendi modus fuit, ut hic ſexui ueniam demus, nec ſequamur indoctos, qui nimis multi ſunt. quantum ſapientiſsimus Græcorum Neſtor ſuum fleuit Antilochũ, Hectorea peremptum manu, ꝙ miſerabilibus comites, quæſtionibus agitans, cur ad eum peruenisset diem, & naturam ſuam nimiæ uiuacitatis accuſans? quantum denique noſter nuper Paulus Hannibalenſis. ſuum luxit haud ultimus procerum Romanorum, ſed dolentium omnium longè primus, et ſic omnia luctuum exempla, triſti ſuperans uictoria, ut ex omnibus, qui nunc adſint memoriæ, unus hic, nulla externa adhibita, ſola ui doloris interflendum præcluſo repente ſpiritu, extinctus, miſer Pater charum nimis filium, ſequeretur ad ſepulchrum comes. Theodoſius Macrobius, uir curioſiſsimus Maroneum pathos anxiè pertractans, huc nimirum carmen illud adducit, ubi occiſo filio Mezentius Hetruſcorum exul ait:

Nunc alte uulnus adactum.

Et, quid, inquit, aliud ex hoc intelligendum eſt, quàm hoc altum uulnus eſſe amittere filium? & rurſus idem: *Hæc ſi ſola fuit, quæ perdere poſſes.*

ſed & hic, inquit, accipiendum eſt perire, eſſe amittere filium. ecce tibi, qui doceant mortem filij non uulnus modò patris eſſe, ſed mortem. mille ſunt talia, quibus totum, quod ubique eſt, uno uulgus ore conſentiat, hi errores in communi hominum opinione uerſantur, & quaſi cum lacte nutricum hauſti, nulla interim his ſanandis, cura impenſa, aucti indies, nos ab infantia in ſenium proſequuntur. At ſi uiri ſumus, ſi à uulgò ulla ex parte differimus, nil uulgare nos deinceps, nil plebeium decet, quid enim ſingulare nomẽ quærimus,

ſi communibus ſentẽtijs inhæremus:ſingularibus ingenijs ac ſtudijs,ſingularis fama quæ
ritur,ſtultus eſt,q ꝑ multorũ ueſtigia,ad paucorũ gloriam ꝑuenturũ ſeſe ſperat,habet unuſ.
quiſq; trames ſuos terminos.ſi delectant animũ clari fines,ardui & laborioſi calles place.
ant,ꝑ hos te ducere,meq; ipſum uelim. Durũ fateor ſuorũ mortibus nõ tangi,nec ego tan
gi prohibeo,ne ipſe ſim durior,durũ quoq; nõ ruere,ut ſit durũ,certè laudabile,optabile,
uirtuoſum eſt,ꝙ nõ eſſet,niſi durũ eſſet ac difficile,ſed laudis amor et uirtutis,hãc duritiem
lenit. Quid agendũ q̃ris,dixi iam,& mens à ſenſibus, & cogitatio à conſuetudine abſtra.
henda,inq; arcẽ rationis altiſsimam attollẽda eſt. Illic quies habitat,illic tuta omnia et tran
quilla,inde cũcta ſub pedibus,mundũ,uulgus,opiniones,curas,actus,ac fortunam ſi qua
eſt uidebimus, atq; eius & mũdi inſidias detectas, q̃ fuerũt,ut incauti caperemur.utq; im.
modicus noſtrorũ amor,et breue gaudiũ,lõgo in nobis mœrore ac deſiderio plecterentur,
nos uirorũ fortiũ more,dolis cognitis,dirigemus aciẽ in hoſtes,& illorũ reſiſtemus incurſi
bus,atq; in eos retorq̃bimus,ꝙ in nos parabant,neq; deſiderio,neq; luctui ſuccumbẽtes,
ſed grati in Deũ,lætiq́; ꝙ habuimus,cõtentiq́; ꝙ amiſimus,immò uerò p̃miſimus,infantes
noſtros,et quaſi fragiliores,in tuto collocauimus. Meminiſti ut Metabus fugiẽs,& ſuæ me
tuẽs infantulæ,cuius nomẽ tua fert Camilla,obiectuq; amnis implicitus, ac multa delibe.
rãs,ad extremũ alligatã haſtæ,trans fluuiũ iecit,atq; ita iam expeditior innatans ꝑtranſijt,
ubi haſta cũ uirgine uictor,ut Maro ait:gramineo uellit è ceſpite. & nos amice curſu cõci.
to fugimus,noſtriq; nos à tergo p̃mũt hoſtes,& tumidus gurges in medio eſt,iamq; in ad.
uerſam ripã,& nos inter noſtrũ retardantia,humeroſq; noſtros,licet dulciter p̃mẽtia, pon
dera chara iactauimus,mille p̃repta periculis,ac mille miſerijs mortis huius, q̃ uitã mortui
appellant,illic eadẽ cũ hinc euaſerimus reperturi. Legiſti credo,ut Antigonus Macedonũ
rex,cũ filijs quondã,in ancipiti tẽpeſtate depħenſus,cũ uix tandẽ euaſiſſet,ſuos monuit,ne
quando ſe ſimul caſibus exponerẽt,ne ꝑirent ſimul. q̃d tu aũt: te alloquens me alloquor,
doles ne tantiſper abs te ſemotũ filiũ tuũ:& nõ potius gaudes,illic eſſe eũ, niſi nil metuit,
& nil cupit,nulli malo obnoxius,omnibus abundans,bonis nullũ habituris finẽ:illic eſſe,
q̃ & tu ꝑueniſſe iam cuperes,& peruenire illũ ſuo tempore cupiebas,ſed differri optabas,
& in longũ trahi,ſentio id quidem,& cor tuũ uideo. Atqui nihil eſt ſtultius,q̃ optati boni
moras q̃rere,certamq; fœlicitatẽ,certis ſpontè miſerijs circũuentam,in dubiũ reuocare. &
Deus bone,quantula iſta dilatio eſt,quã tantoperè ꝓcuramus: q̃s enim tàm uitæ auidus,
mortiſq; tàm metuens inuenitur,niſi ſit idem ſcurra uiliſsimus,q certam ante oculos mor.
tẽ habẽs,momẽti unius ſpatiũ,ſupplex poſcat. & q̃d rogo aliud,quàm momentũ fugaciſsi
mũ,uita eſt,nõ ſolũ noſtra hæc,de cuius breuitate omnes diſputant & q̃runtur,ſed lõgiſsi.
ma q̃libet,quæ dicitur longa enim,ueraciter nulla eſt,lõgumq; nil penitùs, quod finitum,
ùt ſi ætas illa primorũ hominũ,quæ fertur non Argantonij Tarteſiorum regis,quem ſacræ
neſcius hiſtoriæ,centũ uiginti annos uixiſſe ſcribit Cicero,nõ Aethiopũ atq; Indorũ, aut
cuiuſpiam eorũ,quorũ agẽs de ſenectute Valerius meminit,ſed Mathuſalem,ſiue cuiuſuis
illa ex acie uiuaciſsimorũ patrũ,q̃d hinc elicis:mille anni non ſolum ante oculos Dei, tan.
quam dies heſterna,quæ præterijt ut ait regius propheta. Sed etiam ante oculos hominũ,
quamuis aliq̃d,immò multũ cogitatione & expectatione uideantur,ueræ tàm cũ tranſie.
rint,quid plus habẽt q̃ſo te,quàm momentũ unicũ,q̃ ſingula hæc literarũ elementa chartæ
imprimo,quodq; adhuc calamo in ſingulis hærente ꝓterijt,& iam amplius nõ eſt: Omitto
aũt longiuſculæ miſerias uitæ,quas nulla unquã uox,nullus ſtylus æquauerit,quantæ ſint,
tamẽ hinc metire,& hinc æſtima,quoniã fuère q dicerẽt,optimũ non naſci,ꝓximũ quàm
primum mori,& inuenit nõ modò inter Philoſophos,ſed etiam inter ſanctos,hæc ſenten
tia laudatorẽ,& de primo quidẽ dubitari poteſt,de ſecũdo,autẽ uix quenq̃ rear eſſe q dubi
tet. ꝗuis ergo,tecũ guſtu nõ inficior amarius,utiliter tamẽ,ac cũ puero tuo unicq; fœliciter
actũ eſt,innumerabiles ærumnas uno liquit ille ſuſpirio,pronum habuit, & apertũ iter ad
ſuperos, quod ſi tibi creditum eſſet, uel difficile, uel obſtructum forſitan habuiſſet, ui.
de itaque, ne quod multis uſu euenit, malum tuo cuperes dilecto, hoc enim nihil aliud,

quàm ut Flacci uerbo utar, amando perdere. quanto aūt precor emptum pretio uoluiſſes, graui forte ſecum naufragio iactatus amantiſsimum filium ſupra ſiccum littus cernere, ut quiſquis te exitus maneret. Ille ſaluus eſſet, ac uiueret, atqui uiuit ille iam ſecurus, & tu quidem noſq; omnes magno mari uoluimur, ac fœdo naufragio laboramus, ille aūt requieſcit, & non ſaluus modo, ſed beatus ibi eſt, unde ſi poſsit nolit, ac ualdè reſpuat reuerti, à terrenis parentibus, ad cœleſtem patrem miro compendio translatus. quid fles igitur? quid te torques? Malles natum hic relinquere, quo & ille ſolus remaneret, atq; orphanus, & tu ſollicitus ac mœſtus abſcederes. Ecce ille fœlix, atq; innocens abijt, comitātibus angelis, tu ſecurior abibis ac lætior. Sileat ergo iam tandem intus in anima confuſum illud, ac diſſonum falſarum murmur opinionum, abeant rerum conglobata phantaſmata, quæ auribus carius, atq; oculis hauſimus, quæúe oculos mentis, ab aſpectu ueritatis impediunt. Cogitemus inexpectatos ac uarios euentus rerum, improuiſos hominum lapſus, incerta pericula, & ludibria miſerorū, nec eorum minus quos fœlices dicunt, impēdentia ſemper atq; impoſita ceruicibus, luctus quoq; metusq; perpetuos, curaſq; & angores, dāna, ſolicitudines, ignominias, egeſtates, morbos corporis, atq; animi patentes atq; abditos morſus, & intimos ſe rodentis cōſcientiæ, quæ omnia nihilo facilius, quā arenam numero ſtringas æquoream. Interq; hæc turbidamq; tumultibus & negotijs inquietā uitā, tempusq; breuiſsimū, & fugax, & inſtabile, cum faſtidio multos afficiens, ſenium pedetētim clanculumq; ſubrepens, ſeq; inopinātibus ingerens: mortēq; nouiſsimā & incertā, certiſsimè mortis horā, ac miſerrimos ad extremū exitus adumbratæ fœlicitatis, & falſæ lætitiæ mœſtum finem. Si filium amaſti, ſi teipſum amas, gaudebis illum his ereptum malis, teq; his leuatū curis, & quāta illi euenire potuerint, q̃ regum quoq; filijs eueniunt, tecum ipſe recogitans contremiſces. Non eſt mi Donate magnum uiuere, quod ſi eſſet magnum, aliquid muſcis & uermibus obtigiſſet, neque in longa uita, ſtat humana fœlicitas, alioquin ualde eſſent fœlices cerui & cornices, aut Phœnix arabicus, quem profectò me iudice nō tàm ætas, quā eximia raritas ac forma nobilitat. Magnū eſt potiùs benè uiuere, benè mori, benè aūt uiuit, q carentē uitijs, quantum licet, atq; abundantem uirtutibus uitam agit, benè morit̄, q nō totus morit̄. Et primum quidem, quanquam non ſit pueri pro ea parte, qua ad benè uiuendum uirtus exigitur, quam ætas illa non recipit, filio tamen tuo, clara indoles non defuit, q̃ nihil eſt aliud, quàm uirtutis flos quidam, ut ſic dixerim, certè ultimum plene affuit, benè mori ſine peccato ſcilicet ullo graui, ſine cogitatibus ac deſiderijs malis, ſine offenſa Dei ac ꝓximi. Caue ne hunc lugeas ut mortuum. qui quod optimum uita habet, uitæ finem bonum habuit & acceptum Deo. Sed nunc etiam ſentio, quid te premit, uotum commune omnium parentum, quod natura inſitum uix uirtus extirpat. Illum tibi ſuperſtitem deſtinatas, & qd ei poſt tuū trāſitū diù poſſet accidere prouidebas, durus quidem, & ſæpè inefficax patrum labor, lōgæ curæ, ac difficiles, ſed fallaces nimium, & cum cogitationes hominum, ut Pſalmiſta ait: Vanæ ſint, neſcio an ulla ſit uanior. inferciare illū cogitabas literis, in quibus multi atque plures, in quibus ferè omnes inſaniūt, et primum herclè, tu proprio largiri filio tuo poteras, quod tàm multis alienis ſæpè largitus es, ſecundū utique cum labore, ut q̃reres neceſsè erat, prouehere illum uolebas, in quibus plurimi laborāt, ad coniugiū in quo pauciſsimi quieſcunt, deniq; illius filios, & ut eſt animus, filios filiorū uidere, forſitan exoptabas, q qualis ſtimulus ſit parentū, ſi neſcires, filius tuus ipſe te docuit, & in fine modis omnib. id agebas, fati neſcius (ut diuticulè uiuendo, diù enim nemo hic uiuit) in labores multos quod que eſt peſsimū, in æternā mortē fortaſsis incurreret, aut inſignē certè aliquā in ærumnam, q̃ uita lōgior uix euadit, ut optato enim omnia prouenirent, q in rebus hominū rarū ualde eſt, horror tamen eſt meminiſſe, quàm dubia ſæpè quàm miſera ſint, quæ proſperrime uiſa erant. omnis uia bona eſt, cuius bonus eſt terminus, & quò breuior eò melior, at profectò quicquid pater filio laborat, eò reſpicit, quo tuus filius iam peruenit, ad optabilē ſcilicet ad fœlicē mortē, q̃uis enim multæ ſint uiuendi uiæ, hæc eſt mera omnium, cui uix aliquid addere, multumq; detrahere exoptatū uotis uitæ ſpatiū potuiſſet. Pone iam gemitum, mille ſunt gemendi cauſæ, ſed gaudendi aliquæ, mortalem in terris habuiſti, habes in cœlis im-

mortalem filium, eras illi ſollicitus. ille eſt tibi, qui quantum ſe amaueris nunc agnoſcit, & quos nunc uſque neſciunt, omnia uidentis, in facie tuos uidet affectus, uicemque retribuens, pro te Deum orat, precator fauorabilis, dignæ preces, & facilis exauditor, nunquam tibi filius fuit utilior, quàm nunc eſt, plus dicam, pondus olim carum, licet iam præſidio eſſe incipit, quid perrarò, hic, immò nũquam accidit, habes filium, de quo nihil metuas, multum ſperes, dico iterum quid fles igitur? gaudendum eſt, tergendiqúe oculi, nam potes modò, ne nolis, maloqúe tuo ſciens faueas. Sic enim habeto, omnes hos ſingultus, has lachrymas, hæc lamenta, non naturæ omnium eſſe, ſed ignauiæ ſingulorum. nam ſi eſſent omnium, omnes flerent, pariter ſuorum in mortibus & tantundem flerent. nunc autem, neque omnes flent, nec flent æquè omnes, neque ideò minus amant, qui flent minus, aut etiam qui non flent. Nempè cum fortia maximis ictibus reſiſtant, mollia facillimis rumpuntur impulſibus, non ut agentis uires id faciant, ſed imbecillitas patientis. Et ſi autem, non ſaturari amorem lachrymis ſcribat Maro, de fœdo tamen amore ibi loquitur, quæ animi pergrauis eſt paſsio, haud dubiè de crudeli amore loqui eum, ipſi ſui uerſus dare iudicant, uos de pio honeſtoqúe loquimur amore, in quo pietas ſola requiritur, & dulcedo quædam animi, & rarum ac ſuaue ſuſpirium, et iucunda memoria defunctorum. ſed non paſsio ulla, non mœror, neque lachrymæ, non tàm de uiri pietate, quàm de infirmitate fœminea prodeuntes, utqúe ita eſſe, p uideas, inconſolabiliter ut diximus Octauia fleuit, incoſonabiliter fleuit Neſtor, at nõ ſic Cornelia, nõ ſic Cato, & fuit par ubiq; amor, parqúe amandi cauſa, par gemẽdi, paritas denique ſexuum ac damnorum, niſi quod Octauia unũ, Cornelia autem plures amiſerat, flendi ergo diuerſitatem fecit. ſola diuerſitas animorum, unde actuum noſtrorum pendet ac uultuum tota diuerſitas, fleuit etiam ut audiſti, uſque in pernitiem Paulus Hannibalenſis, at non Stephanus Columnenſis uir ac unicus ætate, qui genere & patria uicinus Paulo, exemplum illi eſſe debuerat, ne mœrori ſuccũberet. Is enim iam tribus annis cõtinuis, totidem clariſsimis filijs amiſsis, tandẽ paulo ante Pauli obitũ, audito primogeniti ſui uiri ingentis, & nepotis ex eo incõparabilis adoleſcẽtis interitu, q in illo ciuili motu ſimul oppetierant, nec lachrymulã unã fudit, nec uerbũ miſerabile, nec accẽtũ triſtitiæ, ſed ad primum nunciũ defixis parũper terræ oculis, ad extremũ dixit: Fiat uolũtas Dei: & certè ſatius eſt mori, q̃ unius ruſtici iugũ pati. Nicolaũ ſignificans Trib. urbis Romæ, quo tũc populi duce, ea clades accepta erat, ipſo urbis in limine. Pauca eſſe, & antiquitatis & noſtræ ætatis, & uirorũ & fœminarum acta recenſeo, ut uterque ſexus patientiæ & æquanimitatis exemplũ habeat, & quàm multa alia, uel noua uel uetera ſunt exempla, magnificè fortiterq; ferentium ſuos caſus, ſed quoniam ueteribus pleni ſunt libri omnes, neq; ubi'nã tibi quærenda ſint, noſtro eges iudicio, et ſæpè etiam ſcriptis meis exigente materia, ſunt inſerta, ex nouis adhuc unum attingam, ſed illuſtre notũq; omnibus, an quoq̃ ſcriptũ neſcio, ſed altiore facundia: & cultiore utiq; dignum ſtylo. Roberto illi, qui ſenex iuuenẽ me dilexit, ut ſepultũ ſenex diligam, Regi Siculo, immò quidem q pace omniũ noſtri temporis ſit dictũ, ſi uera uirtus attenditur, Regum regi, filius unicus fuerat, Carolus dux Calaber, reginæ huius pater, q̃ nunc p̃ſidet, præditq; diù nõ tranquillè, ſed maximis regni motibus rerumq; turbinibus. & his quidẽ magni regis filius, ingenti fama adoleuit, eximiæ uirtutis præcipuæq; iuſtitiæ. cum maioribus enim ſuis diuidens patrimonium, hoc uirtutũ, hanc ſibi partẽ gloriæ delegerat. ut cũ proauus uir fortiſsimus, auus liberaliſsimus, pater ſapiẽtiſsimus habiti eſſent, ipſe iuſtiſsimus haberetur, & ſic erat, cunq; omnibus inſit naturaliter filios amare, in hoc tamen, hinc & patrẽ cogitabis, & regẽ, ac p̃ter amoris uim, paterni ſucceſſoris etiam tanti curã. illinc filiũ, & talẽ filiũ, q præter uirtutis excellẽtiã, qua nil in rebus amabilius, nõ primogenitus modò, ſed unigenitus patri eſſet, quẽ nõ primũ, ſed ſolum regni ſucceſsio maneret, tũc intelliges, q̃ illi carus eſſe potuerit. hũc in medio ætatis flore, & in ſumma omniũ expectatione ac ſpe, moribus inuaſerat. aſsidebat illi Rex ſedulus, nõ tãtũ officio patris ſed medici, fuit enim inter multa, q bus omnes reges uicit Phyſicus etiam inſignis, ſed & Phyſica & Medicinæ omnes, et Medici, mortis aduentum ſilent: obijt ergo adoleſcens regius, ſummo regni totius gemitu ac dolore, ſolus Pater, cũctis flentibus non flebat. quoniam exactis eloquijs, nec uultu nec ueſte alius, oratione

tione magnifica proceres mœſtos ac populum conſolatus, Aemilij Pauli laudem adæquauit, q in ſtatu ſimili cōſolatus fertur Populū Romanū. & ſi enim ille duo amiſiſſet, hic unū, illi tamē duo reliqui erant. licet in adoptionē dati, quibus chariſsimū ſe ſciebat, nequit enim ars naturam tollere, iſte unū perdēdo omnes amiſerat, nec aduerſarū rerū refrigeriū gignendi, iam ſpes ulla ſuperaret. & tamen ipſo die regni negotia explicuit, lites adijt ac diremit, quid in re qualibet facto opus eſſet edixit, non lugubris, quaſi Rex, ſed à rege alacri ſubmiſſis conſolator, aut uicarius uideretur, ſed iam ſatis multa de hoc uiro. Omitto aūt Iob omnibus celebratū uiris, cuius eſt illa uox orbis ſemper memoranda parentibus, mœſtiſq; omnib. & afflictis Dominus dedit, dominus abſtulit: ſic ut domino placuit, ita factū eſt, Sit nomen Domini benedictū. Exemplū uetus, & regis & ſapientis adijciā. Dauid ſiquidē ſummus uir, Amon primogenitum ſuū. atq; ideò prædilectū ſibi, ſed inceſtū, et in peccatis occiſum. ac deinde filiū aliū, Abſolon ſpecioſiſsimū iuuenem, ſed fratris interfectorē, atq; in ſe etiam impiè repellantē, & in eo ſtatu animæ ancipiti fine cōſumptū, grauiter fleuit, ut uidemus idem tamē dū ſuus ægrotauit infans, fleſſe quidem & ieiunaſſe legitur poſtq̄ uerò ille obijt, hic cibū ſumpſit, ac deſijt flere, factiq; ſui cauſam hanc attulit: ſi fortè flentem Patrem miſeratus Deus, filiū ſibi ſuū reſeruaret, uitæq; redderet, quo defuncto ſuperuacuū & inutilē fletū eſſe. Ego, uadam, inquit ad eū, illo uerò, nō reuertetur ad me, & conſolatu eſt ſeipſum, & uxorē ſuā matrē pueri, factū dictūue ſapiens ac graue, & auctore dignū ſuo, tibiq; niſi fallor imitabile. Addo ego tamē facti cauſam alterā, q languenti filio cōpati non eſt patris, ac langoribus expeditū, & iam morte ſuperata ueræ uitæ gaudijs fruentē, flere non eſt dicā patris, ſed amici. quib. ita ſe habentibus, eradenda ſeu uerius abſcindenda, immò extirpanda radicitus, ex animo ſunt alimenta triſtitiæ. quid uerò? an te filij obliuiſci iubeo, quo dolorē exuas? iuberē planè, ſi meminiſſe illius, abſq; dolore nō poſſes. mallē ego mihi, & tibi mallē iucūdam obliuionē, q̄ memoriam luctuoſam. Et eſt herclè, obliuio, ut aiunt amantibus utilis, unde apud Poëtas ſomniferum, ac perinde obliuioſum papauer, ſacrificatur Orpheo, & letheo ſua ſunt ſacra Cupidini. ſed & hæc inſanis in amoribus tenēt, piè enim de amantibus meminiſſe debitū, obliuiſci nephas. Itaq; abſit, ut id iubeam, Auguſtus pro nepoculi ſui, hac ætate, qua filius tuus erat, extincti imaginē in cubiculo conſecratam poſuiſſe traditur, quotiēs introiret exoſculari illam ſolitus, quanquam id fortaſſe mollius uideri poſſit, q tantum principem decuiſſet, uerum amor imperium non ueretur, non tibi paternus amor, nec memoria interdicit ſed dolor, ſed gemitus, ſed querelæ, uolo illū loquaris, illū cogites, illū ames, illumq; memineris, nō amare, ſed dulciter recordare, illius ut fidelem decet, non ut mortui, ſed ut nunc primum uiuere incipientis, fœliciſsimumq; enim iam in patria degentis, quo breui peruenit ab exilio, læto illum meditare animo, & tibi ipſe, qua potes illius imaginē repræſenta, nec ſine cauſa tibi datum ad tempus, nec ſine cauſa ad tēpus ereptū puta. Reuidebis eū, ſi qua eſt fides, nec tui cibi amplius nec amictus, nec omnino opis egentem tuæ. nihil tibi interim perijſſe, ſed interceſſorem apud Deum accreuiſſe extima. nunc te enim puer tuus, ſolito magis amat, ut dicebam, quia nunc primum, quàm tu illum ames intelligit. quem ſi inter has lachrymas agere adhuc malles, ſiquidem propter teipſum, te non illū amas, ſin propter illū ipſum etiā odiſti, ut utrūq; qua decuit amaueris, illius fœlicitatem lætè tuā fortiter orbitatē perfer. his horūq; ſimilibus me ſolor, his tu quoq; quando nec plurib. nec his ipſis doctū piūq; eget ingenium te ſolare. & quæcunq; ex me audis, noſtrū credito dixiſſe Ioannē, qui caſum tuū, nō aliter q̄ ꝓpriū tulit, teq; talē in tuis q̄lē ſe in angoribus ſuis cupit, finge nos oramus, te alterum ſemper ad dexteram eſſe, alterum ad ſiniſtram, ſi hoc feceris ſperamus, q æquo amplius non dolebis. Vale.

Fran. Petrarcha Donato Apennroinæ Grammatico, S.

De amicitiæ ſuæ facilitate.

DVlciter mihi acerbus fuit, aduētus Antonij noſtri quē in carne, ego mēte genuimus dulcis quidē propter ſe, acerbus aūt primo aſpectu, ꝓpter prærepti fratris unici memoriā, quæ tamē ipſa ſi ſapimus dulcis erit, nihil mali enim euenire illi credimus, & multum boni accreuiſſe confidimus, ſi quid hoc in genere mortis eſt aſperū, ſuperſtitibus imminet. enimuerò id flere, non tàm pium ſcimus eſſe q̄ tenerū, nam miſerijs ereptos, atq; exilio &

fœlicitati ac patriæ redditos lugere, quid niſi inuidia eſt, in hoc tibi uerboſam illam, ni me fallis, epiſtolam profuiſſe gaudeo. ſed uereor ne me, neu teipſum fallas, & facero mēdacq; meis affectibus uicem reddas. ego tamen ut prodeſſem ſcripſi, ſperans planè præter ſtylum frontem ipſam, præſumptamq; uel abſentis imaginē, apud te uirium aliquid habituram, q ſi habuit benè eſt, alioquin nudum animum metire. Sanè quid nunc illis adijciam, præter preces nihil habeo, et ſi materia rerū largiter adeſſet, dedolandi illas nec cēdiq; tēpus dedi, oro igitur ſi me amas, ſi Ioannem, qui dum illa ſcriberem mecum erat, dum hæc legis eſt, tecum immò, cum utroque ſimul eſt ſemper, oro, inquam, immò obſecro & adiuro te per omnes cœlites, per nos duos quos in terris niſi fallimur primos, facis perq; amicitiæ ſanctā fidem, & quicquid pium ac dulce nobis eſt, tecum ut puerum tuum, ex miſero factum eſſe fœlicem, non æquo tantū, ſed læto animo patiaris, neque dum laborum quæris comitem maturatam illi doleas quietem, quod ſi ad huc forſitan ilia ſuſpirijs turgent, lachrymis ne madent oculi, ſi qua uel tenui mœroris nube frons adducitur, Ciceronianum illud in primis, animo dolentis occurrat efficaciſsimnm, cuius hæc ſumma eſt. Nō futurum perpetuum, ſcilicet hunc dolorem tuum, neq; enim es, qui inter flendum, uel cum infœlici illo patre, mori uelis, uel cū miſera illa matre ſeneſcere, quorū nomina altera ad te habet epiſtola, lōgus enim fletus, ut ſapientibus placet, aut fictus, aut fatuus, proinde lunæ curſus, aut ſolis magno etiam luctui finem dabit, uiuendū itaq; quā decorū, quāq; conueniens uiro ſit, plus tempus exiguū, apud eū poſſe, q̄ rationē, quæ primum uſq; adeò in homine locū tenet, ut eą dēpta, ipſa quidē diffinitio, ne hominē dici ſinat, non ſum tibi aliud nūc ſcripturus, niſi q filij tui, & mei aduentus, animo meo gratiſsimus, aliquanto etiā gratior fuiſſet, ſi uacuus aduenisſet, dixiſſe tibi ſæpè uideor, ſed ut uideo, non mereor fidem, dicam rurſus, & experiar, ſi fortè ſcripto fide dignior ſim quàm uerbo. nō eſt operoſa res amicitia mea, quippè quæ nec magni etiam pretij res eſt, ut ſit autem maximi, nihilo erit operoſior. & amare & amari gratis didici. ſi neceſsitas amicorum ingruat, nil cuiquam proprium uolo, ubi id ceſſat, quid ſibi uult, precor iſta largitio? quid hæc cura? quid ue hic labor? niſi ut quod nolim onerosus amicis, hac difficilis fiam, longè id prorſus ab animo meo eſt, cui abundè ſufficit in amicitijs pura fides, ardens charitas, & comitas morum, & conuerſatio facilis, ac iucunda quicquid his acceſſerit, neſcio quid ambitioſum, & fœneratione ſapit amicitiæ, quaſi emendus pretio ſit amicus, eat tamen ut poteſt, quanto ita tibi perſuaſum ſentio, me ut unum ex Parthorum regibus, nephas eſſe ſine munere ſalutari. Vale & Ioanes noſter tecum, Pataui V. Nonas Octobris ad auroram.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIBVS, Liber XI.

FRAN. PETRARCHA VRBANO PONT. MAX.

Literis Papæ reſpondet.

TVa me Sanctitas in longum æuum, breui nuper elogio, honeſtare dignata eſt, Pater Clementiſsime, pro quo tibi non quas debeo, ſed quas poſſum gratias ago, magnas certè, ſed ut ait Cicero maiores habeo, quibus ſtylo æquandis, nō ſufficit lingua nec calamus, tuo nēpè de munere, uberrimā ſtudij mei, ineſſe gloriam, cū hac tamen immixtum uelut cereri lolium, curas metuo, ſic tuarum laudū hinc mulcedo animū lenit, hinc urget aculeus. Epiſtolam ſeu libellum meum utrunq;, illi quidē tribuis nomen, atq; in eo

prudentiam,

prudentiam, eloquentiam, quemq́, ut ais, ad commune bonum habere uideor. Zelum laudas, quorum ego nil penitùs, præter ultimum in me agnoſco. Sed quod ſummus hominum probat, improbare, niſi amens, nullus hominum audebit. et libellum illum, quidem te gratãter ac benigne, aduerbijs utor tuis, ſuſcepiſſe ais, quod ut credã tua illa præſtat Vrbanitas, quam præclari nominis imples effectu. Inſuper & eundem diligẽter perlegiſſe, commemoras, atq; in eo multa compériſſe, & uerborum elegãtia, & ſentẽtiarum põdere laudanda teſtaris, q nõ dicam laudibus, atq; oculis tuis, ſed auribus tantũ, tuaq́ utinam patiẽtia dignus eſſet, facis aũt, ꝙ te decet, ut nihil horridũ licet, & incultũ pura fide, deuotoq́ animo dictũ ſpernas, & ꝓfectò ſi in honorãte eſt honor, ut uidetur Ariſtoteli, tu ne honoras, puſillos atq; humiles attollendo. tu exẽplo illius, cuius uicẽ geris, tuus actus exẽplaria noſtra ſunt, & merito dignos præmio ꝓſequeris, & indignos gratuita miſericordia præueniẽs dignos facis, quorũ me de numero per te fieri gaudeo, gloriorq́, q̃uis enim ad pietatẽ ſemper tua deflectat & inclinat humanitas, atq; innatus ad fideles tuos amor, quidã altũ tamẽ, rectũq; iuditiũ tuũ inflexibile, & humanis paſsionib. inacceſſũ multis, & claris indicijs oſtẽdiſti. Et hic mihi ſine elatione lætitia, ſine p̃ſũptione fiducia, ꝓrius enim nihil eſſe nõ poteſt ꝙ tibi aliqd uideř. neq; uerò te pudeat Pater beatiſsime, neq; pœniteat minorũ colloquijs inclinaſſe ingenium, ac ſtylum, nec cum maioribus, nãq; nec cũ parib. loq potes, aut oportet ut taceas, aut cũ minorib. colloquaris rara ad nodũ, ſed glorioſa neceſsitas. Ne te autẽ c lIocutoris exigui turbet humilitas, Auguſtus Cæſar, cui tẽporali potẽtia par non fuit, ſæpè humilibus cũ amicis, nominatim cũ Virgilio atq; Horatio poëtis altis uiris ingenij, ſed ortus humilimis familiariſsimas fecit epiſtolas, ut dulce ſit mirũq; legẽtibus, in tàm ſublimi ſtatu, talẽ animũ tãtãq; mãſuetudinẽ inueniri. Proinde ꝙ in epiſtolæ fine me dicẽdi auidũ, meq; opportunis fauorib. ac gratijs proſeq diſpoſitũ te dixiſti, plus eſt, q̃ ꝙ ex tã alto merear audire, retribuet amator CHRISTVS humiliũ, ego aũt, & ſi fortè conſultius, non uenirẽ, ne illa ſcilicet q̃ ut cõciuis quidam meus ait, famam minuit p̃ſentia, animũ tuũ à cõcepta de me opinione retraheret, quando tamẽ ita uis, & nõ iubẽdo fortius iubes, eſtq́ ubi ſilẽtiũ impetuoſius ſit quàm uerba, tuo quidẽ nec minus meo deſiderio parere diſpoſui. ſed retardat me hinc æſtas naturalis, ſemꝑ hoſtis mea, hinc p̃ſens mei corporis accidentalis offenſio. Aetas p̃terea iã ꝓuecta, utq; ita dixerim, inclinata dies, & quietis auidior & laborũ, metuẽs quaſi feſſus ad ueſperã uiator, cogitanſq; de hoſpitio. nitar tamẽ ꝑ obſtantia quàmprimũ dabiř, & erũpam, ut diſcuſsis impedimẽtis ac difficultatibus ſuperatis, ad ſacratiſsimos pedes tuos, dudũq; mihi exoptatiſsimos ꝓficiſcar, ante quos, iam hinc flexis animæ poplitibus reuerẽter affuſus, nõ ꝙ magna pars mortaliũ, diuitias, priuilegia, beneficia, p̃laturas, ſed ꝓ his omnibus benedictionẽ ſolã ac beniuolentiã tuam peto, is mihi magnarũ altus opũ cumulus, ſummarumq; ambitus fuerit dignitatum. Deum interea, qui te elegit precor, ut dies tuos, quos uerè mundo utiles credo. lætos ac longæuos fieri, & uotiuis iubeat florere ſucceſsibus, ut te duce Italia noſterquè orbis, qua Catholicus es, tranquilla pace compoſitus, ac iuſtitia conquieſcat, ut ubique omnes errorum tenebras, ueræ fidei lux illuſtret, & Chriſtiani nominis maieſtas, tuo tempore mundum totum occupet, atque poſsideat, ut & CHRISTVM dominum, & te CHRISTI uicarium, uſque ad fines terræ cunctæ ſuſcipiant nationes, cultuq́ perpetuo uenerentur. Denique poſt laudabiliter actam uitam, tibi facilẽ tribuat, ac beatum exitũ, immò introitũ uitæ melioris aperiat, ac fœlicẽ animã terreno de carcere digreſſurã, is q creando, ibi illã infudit CHRISTVS omnipotẽs, & uirgo mater manib. pijs excipiãt Petro & Paulo amicis tuis aſtantibus, circũfuſa cũ gaudio ſanctorũ acie, & frequenti angelico comitatu. Amen. Pataui VIII. Cal. Auguſti.

Fran. Petrarcha Franciſco Bruno, S.

FOrſan amice de reſponſi mei tarditate miraberis, ſed cognita cauſa deſines mirari, ſcito igitur, me hinc ſub aduentũ tuarum literarũ abijſſe, magnis enim precibus, et repetitis literis Ticinũ iterum, atq; iterũ euocabar, & quamuis naturæ meæ infeſta æſtas aduẽtaret, meq; hinc qetis amor ſtringeret, illinc ſtatus p̃ſens. & ſuſpectũ latrũculis deterreret iter, uigẽte tamẽ hinc ingrati metu, honeſtiq; inde ſpecie animum attrahente, quod ſcilicet ad tractatum

tractatum tantæ pacis euocatum me ſentire, ſi fortaſsis ulla ex parte bono publico utilis eſſe poſſem, parui, digreſſusq́ Patauio ad VIII. Cal. Iunias. VI. illuc die, hora tertia perueni. neúe in ſingulis morer, illicò rediturus fueram, non obſtante tibiæ colliſione, qua in parte corporis à pueritia parum fœlix fui, & quæ me tum ſæpè olim, tum per hos dies compluſculos afflixit, inuiſasqúe inter Medicorum manus, uſque nunc detinet, niſi quod æſtuante in horas bello, iam terreſtre iter ad reditum, prorſus obſtruſum erat, nec nauis ulla prece uel pretio reperiri poterat, quæ ſe periculo exponere audiret. Et ſi enim Padus ipſe etiam bello arderet, ſperabam tamen, eo calle à fortuitis me prædonibus tutiorem, quibus ceſſantibus, nil timebam, ratus meum propoſitum atque amorem pacis, & belli odium, utrique partium notum eſſe, & ſic accidit, ſiquidem menſe ibi integro, & amplius inter nauis inquiſitionem & difficultates rerum uarias abſumpto, tandem nauclerus unus, non tàm pauidus affuit qui ſecurum me uidens, & ipſe deſijt timere. Cuius in nauim, mirãtibus cunctis, quibuſdam uerò & reprehendentibus introiui, ſucceſſitq́ fœliciter duce Deo. Cũ enim ubique claſſes in undis armatas, ubiq; in ripis armatas acies inuenerim, nautis famulisqúe trementibus atque pallentibus, ego unus, ſeu hanc amentiam, ſeu fiduciam quis dixerit, ubique intrepidus atque inermis occurri, non ſolum incolumis, ſed etiam honoratus, uno omnibus ore fatentibus, non eſſe alium præter me, qui iter illud ageret ſecurus, cumqúe ego id meæ tribuerem paruitati, ſole e enim animalia parua, quæ magna non poſſent tranſilire: una omnes uoce ſimiliter reſpondebant, neque magnũ neque paruum inueniri poſſe, qui non alterutris uel inuiſus eſſet uel ſuſpectus. deniq; Varro nõ ſum, neſcius plura, quàm neceſſe eſt, quia certum habeo, te libenter hæc legere, ubi omnes capti uel occiſi, & certè ſpoliati omnes eſſent, ego uino & altilibus, & pomis, & ſpeciebus ſic onuſtã puppim habui, ut nõ ferocitas quidẽ ulla, ſed liberalitas bellatorũ, meũ illud iter pacificũ retardaret. Quorũ nihil penitùs meritis meis, ſed diuinæ cuncta clemẽtiæ aſcribo, quæ mihi & amicũ pacis animũ dedit, & hũc ipſum omnibus, latæ notum, inq; meo dare legibilẽ uultu fecit. ſed progredior. Cũ tandẽ Patauiũ nudiuſtertius ad ueſperã perueniſſem, imbræ perpetæ atq; ingenti, is qui huic urbi præſidet amicus tuus, uir potẽtia magnus, ſed uirtute maior, ante expectatũ, reditu meo lætus, uſq; ad portã ciuitatis mihi obuiã uenit, ſed nocte repulſus, ac pluuia, dimiſit, è ſuis qui apertos mihi aditus ſeruàrent. & quantũ honoris atque amoris ſerò illo in me congeſſerit, non miſsis tamen famulis rerũ onuſtis uariarum, ſed demum ipſe cum paucis ad me ueniens, ac cœnanti aſsidens, & poſt cœnam illic inter libros, in noctem uſque concubiam comitatus confabulationibus colloquijſq; gratiſsimis, neq; ſi narrare uelim potero, neque ſi poſſim fides dabit: ac poſt dies paucòs, cum iam reditus meus Venetijs notus eſſet, Donatus noſter Grãmaticus, qui ibidem literas mihi tuas ſimulquè apoſtolicas reſeruabat, utraſque mihi attulit, & tuas quidem lætus ut ſoleo, illas non reuerens modo, ſed ſtupidus ac ſubmiſſus accepi, utrobique ſanè nondum datæ die, ſecundas epiſtolas meas illuc perueniſſe cognoui, neque miratus ſum, præter enim abſentiæ meæ moram, literas ipſas apoſtolicas iam bullatas, apud te diutius ſubſtitiſſe, ipſis in literis legi. Ad has qdem S.P.N. Papæ literas, quid reſpondeam uidebis, nempe qui & reſponſione meã iure tuo perleges, & q; mihi meo iure polliceor, tuæ uiuæ uocis adiuuabis oraculo. iam quod dominicis ipſis in literis, clarè ſatis, in tuis etiã expreſſius cõtinetur, reculas meas tanto iuditio probari diuinæ ſuæquè gratiæ retribuendum ſcio, ego autem, & ſi indignus hæc audiam, nihil tamen poſſem gratius audire, & eſt proſperitatis immeritæ iucunditas ac uoluptas quædã, nec indoctus docti famã reſpuit, & deformis uirgũcula, ſe formoſam ſponſo uiſam gaudet. Expecto nunc ſecundæ epiſtolæ fortunam. nam prima utiq; fortunatior eſſe non potuit, quàm ſummo hominum placuiſſe, cui me oro, cum omni qua potes reuerentia recõmenda. Scripſi tibi cor meum erga illius ſanctitatem, & cupiditas mea, ſeu de illo ſpes, quæ nam eſſet aperui, ut noſſes quo ad hoc me paſsionibus expeditum loqui dixi quod in animo erat, nec repetitione res indiget, & te memorem eſſe, & mihi apud te fidem non deeſſe confido. Sane quod tuarum in principio literarum legi, quotiens ad ſcribendum uenis, ſi animũ tibi meæ uirtutis admiratione præſtringi, ut uel nõ incipiat, uel

inceptum

inceptum deſerat. ſcio te iocari mecum, & potes, quidem fateor, mecum non aliter quàm tecum loqui omnia, nam ſi alter hoc diceret, non ludere illum arbitrarer, ſed illudere. nihil enim eſt in me mirabile, niſi in tanta uirtutis ac ſcientiæ penuria, tanta uitæ ſecuritas ac libertas fandi, de ſimplicitate oriens bona, utinam urbana quidem excuſatio iſta ſilentij, ue rè aũt tua ſatis occupatio te excuſat. Colutium cuius me uerbis ſalutaſti, ut ſaluere iubeas precor, & talem tibi operum participem obtigiſſe gaudeo, utriq; requiem obtigiſſe gauiſurus magis, quãuis glorioſum laborem, magnis delectationibus abundare non dubitem, ſed id amicis optare ſoleo, quod mihi. Vale Patauí *XII.* Cal. Auguſti.

Fran. Petrarcha Franciſco Bruno, S.

QVid uis dicam aut reſpondeam, in hoc quidẽ, & in reliquis, haud inuitus conſilio tuo ſtem, neq̃d tamẽ occulã amico tali, ſiue ego ſecurior, ſiue tu cautior, nihil tàm formidoloſum uideo (ſeu actiuè formidoloſum ſumit, ſeu paſsiuè) dices mihi, Veritas odium parit, ſcio & exptus ſcio, odiũ tamẽ illud amabile uiris fortib. arbitror, etiã ſi ꝓpter ueri ſtudiũ moriendũ eſſet optabile, ſed nõ id periculũ eſt, in p̃ſenti certamine. tutius eſt interdũ belligerare, cũ multis, q̃ cũ uno, alter alterũ expectãs, mauult ſuæ aliũ, q̃ ſe alienæ iudicẽ iniuriæ, fuit mihi cũ uno iſtorũ nominatim, atq; in ſcriptis lis pergrauis, & euaſi, & agebatur de me ſolo, hic de tota agitur Eccleſia, honeſtiſsima aũt bella ſunt, quæ ꝓ Rep. ſuſcipiuntur. Nil ne igitur timeo, & q̃d timeã oro te, cui nil dari, modicum poſsit auferre, de his loquor, q̃ fortuita nuncupantur, mea enim mihi nullus eripiet, non ſeneſcens tantũ, & inermis presbyter, ſed nec iuuenis tyrannus, nec armatus p̃do. At negari poteſt, ſiq̃d optauerís. planè mihi negerꝰ epiſcopatus quẽ petẽdũ duxero, immò uerò planè mihi detur ut torqueat, & ſi hac in parte delirauerim graui ac ſollicito munere, fera & inſolita plectatur ambitio, proinde modò Papã nõ offenderẽ, quẽ nõ tàm, ꝓpter Papatũ, q̃ propter eximiã raráq; uirtutẽ, & q̃ illã ꝓbant geſta magnifica, ꝑpetuò mihi amandũ ueneradũq; delegi, & quem ſuis reprehenſionibus delectatũ, alienis multa cum ſua laude coniunctis iraſci nõ eſt uериſimile, de reliq̃s, q̃d ad meꝰ nõ potentiam noui, nõ opes, ſed & mores noui. ſcio illos, & me ſcio, neque homines, ſed uitia hominum inſector, interim tuis parcis, nulla herclè odi altius, nulla acrius arguo, ſed id mecum ago, hoc cum altero. nõ eſt aũt tuum: quomodo non eſt meũ, ꝙ eſt omniũ, niſi fortè Sarracenorũ ſiue Iudæorũ q̃ noſtris gaudent & tripudiant ruinis, at ne quicq̃ niteris, fruſtrà aũt niti ait Criſpus, neq; aliud ſe fatigãdo, niſi odium quærere extremæ dementiæ eſt. Ego uerò, non nihil, immò plurimũ quæro. Euaporo animũ, & triſtitiam quæſtu leuo, poſteritati me approbo & excuſo, bonis placeo, et ni fallor Deo, malis certè diſpliceo, & quoniam uerecundiæ aut conſcientiæ, nihil eſt, aculeos ſaltem doloris infligo, ſed non inſcius, quàm ſint multi mali, & quàm pauci, libro nempè, non numero. parua ne tibi igitur hæc uidentur. Quid tibi autem iniuriæ eſt illatum, ut ſic oderisꝰ nihil mihi, ſed Romanæ Vrbi, ſed Eccleſiæ, ſed Petro & Paulo, ſed CHRISTO cuius & ſi inuiſa non impleam, nomine glorior, neque uerò omnes, immò equidem nullũ odi, quoſdam uerò & dilexi, q̃buſdam & diligi uiſus ſum, & quid eorũ amor ualeat, ſi utilitas aut blanditiæ ceſſent, ꝓbè didici. Sed ah neſcis, plus ſæpè parũ odij nocere, quàm amoris plurimum ꝓdeſſe. nil penitus ſcio, nilq; uelim ſcire quo timidior fiam, q̃ nil cupit, & nil metuit, ut quorundam animantium magnitudo terribilis ac nocendi potens, ſic quorundam ipſa paruitas, atque impotentia tuta eſt, & uiolentiæ inacceſſa. Quid unquam muſcæ aquila nocuit, q̃d formicæ leo, hæc dixi ut me intelligas, & qua datur uideas. tu amicus tui conſilium euocatus, ne me audieris, facq; bonum cenſes. De reliquo Stephani Columnenſis euentu mœſtus accepi, & quamuis tu mihi in literis, ſpei reliquias neſcio quas oſtenres, ego tamen ut rumores placito falſos, ſæpè ſic infauſtos penè ſemper ueros memini, ſed q̃d agamꝰ Exhauſi oculos, atque ilia, conſumpſi lachrymas atque ſuſpiria, ſuſpiro tamen adhuc, & ſuſpirans ſcribo hæc, fleui olim quantum potui, plus ne quàm debui, iam ſatis ſuperque, ſatis eſt fletuum, uſque non ad ſatietatem modò, ſed pœnitẽtiã ac pudorẽ. Itaq; cũ æſtate hac p̃teritą, unicũ mihi uitæ huius. q̃ dicitur ac p̃dulce ſolatiũ, unicum gaudium ingraueſcentis iam dies iã ætatis, deniq; lumẽ unicũ oculorũ meorũ, acerba quidẽ, & ſiq̃s hic ordo eſſet, ꝓrſus

intempeſtiua

intempeſtiua mors tulerit, non dico, non dolui, ſed non fleui, neq; unq̃ mortalis hominis,
neq; meã ſi CHRISTVS amauerit mortẽ flebo, ubiq; hũc ipſũ eſſe animũ ualdè gaudeo,
eoque magis, q̃ in hoc meis, te adiutum monitis, munitumq; armis dicis, unde & tu amici
obitum, pie admodum, atque amanter, ſed fortiter tamen, ac uiriliter fers, eiq; mihi ut igno
tum ſcribis, cõmemoratione gratiſſima, rectè id quidem ac memoriter, teq; ſeq; digniſſimæ
textum: nectis Hiſtoriæ, deſine aũt, illum mihi ut ignotum loqui, uidi hominẽ, & quantum
uitã paucis horis licuit, circũſpexi, ut enim me doloris tui participem agnoſcas, non ſolum
ideò, quia tuũ nihil alienũ mihi eſſe poteſt, ſed quod ille per ſe etiam erat, ſcito eum ad me
anno altero ueniſſe Venetias, & mira ſuauitate, in noſtram amicitiam introgreſſum, mul-
ta ibi intus in præcordijs meis, & magna beneuolentiæ ueſtigia reliquiſſe, uirum bonum
& modeſtum prudentemq; ac ne plura, qualem tu illum ſtylo pingis, iure optimo, tibi be-
nisq; omnibus diligẽdum, Deus illum morte, huius bellis eductum, in eternæ uitæ pace lo
cauerit. ad extremum, notis & fama & literis auditum, hic dominum patrẽ meum, Patriar
cham, Hieroſolymitanum, Romuleo Cardine ſublimatum eſſe, quod ita futurum ſemper
credidi, & dilatum ſtupui, & fatebor tibi, ut eſt uſus hominũ, difficile extirpabilis, primum
huiuſce rei nunciũ lætus audiui, mox ad me rediens miſertus ſum, Domino autem noſtro,
quem quodammodo plus quã ſeipſum amat, quid latentis offenſæ fecerit ignoro, quo in
eum ultionis honorificũ hoc genus inuenerit. Vt uelut aurea illũ uinciens cathena, dum
maximè neceſſaria quies eſſet, ac libertas omnem ſibi ſpem quietis ac libertatis abſtulerit,
de quo illi forſitan modo uacuũ tempus affulſerit, ſcribam aliquid, ſolet enim ut Catuli Ve
ronenſis uerbo utar, *meas aliquid putare nugas.*
Vale Pataui *III.* Nonas Octobris. Sed, heu, heu interiectionẽ familiariorẽ mihi quàm uel
lem, quãto poſt hanc datã die, à domino urbis huius audiui, de hoc ipſo domino meo aman
tiſsimo patriarcha aliqd haud dubiè fauſtũ ſibi, mihi uero ut eſt animus mortaliũ graue, du
rum flebile. cumq; me relator ipſe rumore illo mœſtum cerneret, rem in dubio ponere ui-
ſus eſt. ego autem ut proximè dicebam ſcio, triſtiloquã famã ſemp fermè ueridicã, ſed de
hoc quid nunc dicam, aliud non habeo, amaui hominem, & amare niſi meipſum amare
deſierim, non deſinam, ſcripſi ad eum olim, in ſolitudine mea & in rure ſuo poſitus: Vitæ
ſolitariæ libros duos, nunc ſtatus ſui mutatio ſuggerebat, ut totidem ſibi Actiuæ Vitæ li-
bros ſcriberem. iamque id animo uoluebam, & amice, quod ualdè nolim, hac ſollicitudi-
ne liberatus ſum. Vale iterum.

Fran. Petrarcha Colutio Seignano, S.

ALiquot ante annos ad Franciſcum noſtrum Brunij ſcribens, nouum tunc probatiſ-
ſimum nunc amicum dixi, cum in hominis ſeneſcentis amicitiam incidiſſe, quod ſi
tunc uerè dixi, quod nunc putas? ſcis ætatem currere ac uolare, momentoque breuiſsimo
ab infantia in ſenium, & in mortem iri, hæc me cauſa extimatioq; temporis, iam trepidu-
lum ac tepentem facit, & ab illo ſcribendi ardore iuuenili manu retrahit algenti, & ſi enim
multas magnas epiſtolas, poſt id tempus amico illi ſcripſerim atque alijs, tandem tamen
his diebus animum mutaui, & amorem. ſi cur, rogas? quia omnis paſſus pars eſt uitæ, om-
nis hora pars eſt uitæ, utq; eundo, ſic uiuendo paſsim termino acceditur. Ero deinceps
in epiſtolari colloquio, cum amicis breuior, cum reliquis tacitus, ſic diſpono, niſi aliqua in
diuerſum iuſta admodum me cauſa compulerit. ſenectus loquaciſsimos facere conſueta,
breuiloquum me fecerit. Tibi ergo nondum uiſo, nuper cognito, iam dilecto, ad hono-
rificam tuam illam atque amabilem epiſtolam, nil in præſens aliud reddiderim, niſi ſtylum
affectũq; hunc tuũ mirũ in modũ, animo meo gratum eſſe, quamuis enim indignus ego,
hoc cultu atq; honore, nõ ideò tamẽ inferior laus tua eſt, dũ uirtutis ingſitor illius, etiã nu-
dũ nomẽ umbrãq; pertenuẽ, atq; ambigua ueſtigia uenerarıs, famæ forſan credulus, multa
mẽtiri ſolitæ, & ni fallor dignus ob idipſum, qui nec mearum neq; ullarum prorſus rerum,
in iudicio falli queas. Macte indole egregia, quid nunc ageres illi. quiſquis is eſſet, in quo
tibi uera & ſolida uirtus occurreret. Vale Pataui *IIII.* Nonas Octobris.

Fran.

Fran. Petrarcha Guillelmo Marmauro EQ. Neapolitano, S.

Malè fundatas amicitias non durare.

ORpheus noſter Auſonius, qui tuam huc epiſtolam ferebat, me non uidit, cum ei proximus eſſem, neque ſuũ mihi ſaltem indicauit aduentum, mirarer niſi ſcirem humana omnia tempus atterere: *Omnia fert ætas,* inquit Maro.

Omnia de nobis anni prædantur euntes: inquit Flaccus.

Nolo in cauſa propria, teſtimonio meo uti, & in carmine & in proſa, ſententiam hanc, alijs atque alijs uerbis, quod accepta mihi eſſet, ſæpè repetij, hinc rapinæ ac ruinæ, una omnium uirtus excipitur, quæ tempore non modò non interit ſed augetur. Ego autem extimabam amicitiam, quæ inter me atq; illũ à iuuentute mea, pueritiaq; ſua, interq; patrem eius, ac me ab adoleſcentia mea, atque illius iuuentute contracta erat, in uirili auctam uereorq; pro uirili huius parte, ne fallerer, uulgares enim amicitias quæ in utilitate aut ſola delectatione ſubſiſtunt, haud dubiè tempus imminuit atq; euertit. quam ob cauſam amicitia quæ cũ patre mihi eſt indies, reuireſcit, quæ cũ iſto autem, in horas deficit ac decreſcit, & propè iam ad nihilum redijt, tãto certiores, tantoq; ſolidiores ſunt ſenum amicitiæ, quàm iuuenum, quam uis autẽ huius noſtri conuerſatione delectarer, propter dulcedinem illam, quam me fateor ex muſica modulatione percipere, uſque adeò ut nonnunquam, quæ de cœleſti harmonia ſensêre philoſophorum quidam, ſimulq́ue his contradicentium ſententiam animo agitãs, in eã partẽ ſim procliuior. Quæ ſeu ſphærarum motu, ſeu aliter ſuperis nõ inuidet, hãc auriũ uoluptatẽ, qua in re hic noſter, ut ego opinor antiquũ illũ lõgè uicit Orpheũ, nõ minus tamẽ cũ uictu eius alloquioq; mulcebar, nõ minorẽ enim, ſed maiorẽ uerborũ, & cũ Tullio multò maximè actuũ concẽtũ arbitror quàm ſonorum. Eat tamẽ utcunq;, ego enim, & cum amicis dulciſsimè uiuere didici, & ſine illis, ubi culpa careã, amariuſculæ quidem, ſed uicturus uideor, quippè qui interdum propter multa quæ uita hominum fert, penè conuictũ, cõgreſſuſq; hominũ exhorream, propterq; odiũ malorũ. quibus omnia plena ſunt, bonorum paucitas, quodammodò mihi ſuſpecta ſit, ut ſicut in pelago dulcis aquæ fontem, ſic & urbibus uirũ bonũ inuenire prodigioſum rear. Et quid plura, inter perditos hinc uiuorũ mores, hinc acerbã dulciter memoriam defunctorum, ac mortis iniuriam, quæ tot bonos mihi tàm paucis annis eripiunt. alterum penè Bellerophontem iam me uideas. Non quidẽ miſerum aut mœrentem, meumq; ipſum cor edentem, ſed errantem in campis hominũq; ueſtigia, qua licitum eſt uitantem, in ſyluiſq; ſi detur, quod ſupereſt uitæ, ſeu uerius mortis huius præcupidè exacturum. Hæc in primis tàm multa, de communi amico ut uides, non ſine ſtomacho ut per te illi cum primũ occurrerit, innoteſcant doliturò ſi quid eſt ingenui pudoris, ſic ſe uel per inſolentiam uel per negligentiam, & ſi non utilem, at antiquam certè & fortaſsis honeſtam amicitiam poſtergaſſe, quam tanta fide talis Pater colit. quæ mihi, & ſæpè olim, & nuper dum Verona iter agerem, luce clarior apparuit. Scripſi ecce plura quàm credidi, tulit ardor quidam læſi animi, dehinc ſcribam pauciora quàm uellem. Epiſtola quidem tua, per multorum manus ad me ueniens, magno me gaudio compleuit, multa ibi legi, quæ mihi fidem facerẽt certiſsimam, te ſi tàm proximus mihi eſſet, quamuis de quo queror fuit, uel ad me uenturum fuiſſe, uel iudicaturum ubi te quærerem. Et certè ſi & hic impetũ ſequar, difficillimũ erit, finẽ huius quoq; ſermonis attingere. Sed quia iam tẽporis penuria, ac neceſsitate cõpulſus, ſtatim in epiſtolis breuior fieri, unũ hoc dixiſſe, cõtentus ſim, affectũ erga me atq; animu hũc tuũ, non nouũ mihi ſed pergratũ eſſe, tuam hãc tantam reuerentiã, q̃ ex multarũ tuarũ epiſtolarũ uniformi tenore percipio, non ita quanq̃ enim optima è radice ueniens, atq; in te decora mihi, tamẽ prorſus indebita eſt, proinde me olim tibi, tàm laborioſè quæſitũ, et tàm procul inuentũ, & tã auidè tanq̃ prædulciter uiſum, neſcio an & unq̃ in terris amplius reuidendũ. q; non dicerẽ, ſi noſter ille Vir maximus, paulò diutius uixiſſe, plenã fiduciã in amicis habe, & ſi quis eſt uſus utere. atq; utinã uel irrequiſitus aliquid poſſem, ne ſpes tua, quam ex me tàm ingentẽ concipis fruſtrà eſſet, ultrò Deum teſtor, laboribus animiq; tui fluctibus opem atque conſiliũ laturus, ſi qua mihi gubernandi ars, ſi qua eſſet experientia, & nunc quoniam plus interdũ poſſumus q̃ credamus, licet in plurimis contrà ſit, ſi quid fortè eſt, quod pro requie, proq; ſolatio tuo poſsim iube,

adſum

adſum animo, hic ſubſiſtam. Ire enim, longius breuitatis ſtudio, & propoſiti noui fixa lege prohibeor. Viue & Vale noſtri memor Patauij V. Idus Nouembris.

Fran. Petrarcha Franciſco de Vrſinis, S.

Nouæ contractus amicitiæ.

IVcundum in ſtuporem, tuæ me nobilis indolis generoſum ſpecimen, & beniuolentiæ iuuenalis, clarius ardor compulit. Macte uirtute, ad quam ſic affectus es, ut eius in me nudum nomen, ac tenuem umbram colas. Gratum habeo, & hunc tibi eſſe animum. & hanc fortē mihi, atq; amator ueri, licet honeſtiſsimū, hunc errorem amo, unde hic amor meis ꝙ de rebus, tuæ hæc fluxit opinio, & Italiæ & Romæ communi gratulor parenti, quæ nunc etiam talia parit ingenia. Proinde quia multa ſcribendi ocium non habeo, hæc ſumma eſt, ego tibi tàm charus eſſe gaudeo, antequàm cognitus, nec tantū gaudeo, ſed miror, tuuſq; eſſe nunc incipio, nunquam deſiturus. Tu me autem inter tuos, utcunq; uiſum erit numera, teq; tui ſimilem præſta & uale. Venetijs IIII. Idus Februarij.

Fran. Petrarcha Antonio Donati Apennigenæ filio, S.

FIlli literulam tuam perbreuem, neq; ut ita dixerim te iuſtiorem, ſed ætatulæ & corpuſculo tuo parē, ingenij rudimentū, & ſtyli tui primitias libēs uidi, & ita precor, fac. exerce animū, experire, enitere & aſſurge. non uidebit autumnus, rami fructum, cuius flores uer non uidit. Scribe, lege, meditare, addiſce, ſtude ut doctus, ſed multò maximè, uir bonus & quotidie te melior fias. Et caue ne ſine diurno lucro aliquo, te ueſper inueniat, ita ut breui, & illi qui te genuit, gaudio, & mihi qui te diligo eſſe poſsis auxilio, ille enim à quo auxiliū ſperabam, qui poſt me uenit, ante me factus eſt, opinione ſaltem ſua, de milite dux, de diſcipulo magiſter. Vale, & utrumq; iubeas ſaluere parentē. Ticini. XIII. Cal. Decembris.

Fran. Petrarcha Franciſco Bruno, S.

Commendatio iuuenis ſtudioſi.

HIc cuius è manibus hanc ſcedulam accipies, triennio & amplius mecū fuit, non ut familiaris, ſed ut filius, paterne eū habui, paterne monui, paterne & increpui & laudaui, paterne demum amaui, ꝙ miraberis et paterne odi, hic eſt de quo tibi dudū ſcripſi, ꝙ caſtigatam literā ſcriberet, de qua epiſtola, illa ingens eſt, quā D. N. PP. tuo conſilio porrigendā, tuiſq; mox porrectā manibus, ad te miſi, hic, inquā, ingenij diues ſemper, ſed doctrinæ inops, ad me primū uenit. nūc ꝙ eodem ipſe teſte glorier, nō mea quidē opera, ſed côuictu & obſeruatione, & lectione, & cōfabulatione abit hinc doctior, ꝙ̄ uenerat. cū gratia tamen mea, ac licētia, nō addo, & cū cōſilio diſcedit. Quid multa? Iuuenis eſt, uno uerbo totū dixero, uult probare mundū, quē probaſſe ego, nimis memorās cohorreſco. Optat Romā uidere, quod unum deſiderium, ſi hic ſiſteret, improbare non audeo, nam & ego ipſe, qui totiens eam uidi, reuidere illam ardeo, ſed hic noſter, uult ut auguror maiore in pelago, piſcari, lucrum ſibi, non naufragiū proponens, uult temptare fortunam, ut dicit ſuā. Quam ſi ſecundam reperit gaudebo, ſui aduerſam, ſalua dum puppis ſit, repetere, hūc tranquillum licet exiguū portū non uetabitur. quin uel contumaciter digreſsis, dum redire uoluerit, diebus patet ac noctibus, immò & pernox lumen in uertice, & qui reduces excipiat habet in littore, hic equidem, quiſquis eum agat impetus, non tàm ſuus credo, quàm ætatis in ſe bonus eſt, ni fallor, meus & mei amās, ſtudioſus boni animi uagi, fateor, ſed modeſti, & bonorū fauore non indigni, ſi quā ſibi uiā bonā ſua ſors aperit, non deſit, oro cōſilij, tui fax Vale.

Fran. Petrarcha Hugoni de Sancto Seuerino, S.

Commendatio eiuſdem.

IVuenis iſte, quem conſpicis, aliquot annos, mihi pro filio fuit, nec eſſe deſinit, etſi enim corpore abeat, confido eū, animo nō abire, & hunc ipſum motū, non tàm ſibi ꝙ̄ ætati imputo, firmitatis indigē, ac diſcurſibus gaudenti, qui mos, ne me ipſum, quod ſæpè ſoleo, nūc accuſem, multos in ſenium comitatur, & hic quidem adoleſcens, boni ingenij raræq; indolis, adoleſcens tamen, multis de more conſilijs agitatis, nobilius ad extremum prætulit, & quoniam ire fixum erat, non alia quàm diſcendi cupiditate, peregrinari elegit. In primis autem, literas Græcas ſitit, & ſenile Catonis deſiderium, uix dum pubes anticipat.

Hunc

Hunc ego impetum,iam per anni ſpatium,non ſine ingenio ac labore continui, ſæpe precibus interdum iurgijs oſtendens,ingerenſq; oculis,quantum ſibi latinarum,nunc etiam literarũ deſit, difficultates quoque rerum uarias,ac pericula coaceruãs,quibus iuuenilem temperari poſſe rebar ardorem,præſertim,ex quo ſemel digreſſus breui,ut ſibi prædixerã, cogente neceſſitate redierat. Et planè,dum peregrinationis infauſtæ memoria recens fuit ſubſtitit parumper,& ſpem dedit poſſe animum regi.nunc tandem,ut fit, non longa requie laborum omnium ſubrepſit obliuio. En iterum frenos mordet,nec iam ulla uel ui, uel arte compeſci poteſt,ſed ardenti neſcio an prudenti,& ſobrio diſcendi deſiderio, dimiſſa patria, amicisque & cognatis,& annoſo patre,& me quem ut patrem diligit, & quem patri ſaltem conuerſatione prætulerat, ad te ſolo ſibi nomine,cognitum feſtinat. Neu forſitan mireris, habet iſta præcipitatio rationis uelum,cum enim primum illi animus fuiſſet, recto calle Conſtantinopolim proficiſci,edoctus à me, Græciam ut olim ditiſſimam, ſic nunc omnis longe inopem diſciplinæ,hoc uno mihi credito,non omiſit iter propoſitum ſed inflexit,cumq; ex me ſæpius audiſſet,aliquot Graiæ linguæ doctiſsimos homines, noſtra ætate Calabriam habuiſſe,nominatim duos,Barlaã monachum,ac Leonem ſeu Leõtium.quorum uterque mihi perfamiliaris,primus etiam & magiſter fuerat,profeciſſetq; aliquid fortaſsè, ni mors inuidiſſet,ſtatuit Calabrum littus inuiſere, & Italiæ plagam illam, quæ magna olim Græcia dicta,eſt cũ ubiq; autem te potẽtem,illic potentiſsimum non ignorans,meis literis commendari optauit, quas apud te, nec fallitur efficaces ſperat annui, haud grauatim,& tibi ſolatium,ut opinor ex illius ingenio,& illi præſidium,ex tua potentia quæſiturus. Amo enim hominẽ,& quamuis læuitatem animi,nõ tàm approbem, quàm excuſem,diſcendi uotum improbare non audeo,immò me iudice dignus eſt aſſequi,quod tàm anxiè,tamq; ardenter expetit,ut dum illud ſolum cogitat,non difficultatũ modò,uel affectuum, ſed ſuijpſius,& ſuarum uitium ſit oblitus,quod deſperat apud Græcos,non diffidit,apud Calabros inueniri poſſe. Commendo igitur eum tibi,quem ſi latè uideris, atq; ope & cõſilio adiuueris,rem te dignam,& ut arbitror Deo gratam,feceris,mihi uerò gratiſſimam, qui ſubtriſtis illum ac ſollicitus abeuntem uideo. Vale.

Fran. Petrarcha Lorbardo à Serico, S.

Breuis conſolatio.

DVlci quadã uelut acredine,acriq; dulcedine epiſtolã tuã legi amice,ita mihi ſuauiter annoſi patris interitũ defles,ut & tibi cõpatiar, & tuæ gratuler pietati,qua nil melius; nil ſuũ magis eſt homini & p̃ſertim filio. Solare animũ,& naturæ pater,& tu patri debitum perſoluiſti. ſera illius,& ſat dilata ſolutio,tempeſtiua & præcox pietas tua eſt. non eſt quod quæraris,eſt quod gaudeas. Ad hoc ille natus erat,ut moreretur. & per hoc breue iter, ac difficilè in patriam remearet,ſeu rectius dicitur perueniret. ad hoc omnes nati ſumus: Viarum multa uarietas,omnium finis idem mors,immò uerò,non finis, ſed tranſitus, bonis optabilis. Aequæ naturale certè, nec miſerius eſt mori, quã naſci,& fortaſsè fœlicius: Vale,& uiriliter age, atq; amiſſo gubernatore,tuis iam manibus clauum rege.

Fran. Petrarcha Vrbano Rom. Pont. S.

Pro innocentia generalis miniſtri ordinis fratrum minorum.

MVlta iam nunc propoſito meo Beatiſsime pater obſtãtia uideo,magnitudinẽ illinc, tuam hinc paruitatẽ meã,inde difficultatẽ rei,de qua loqui cogito, primũ tamen obſtaculũ,tua mihi nota benignitas,ſecundum nota tibi, ut arbitror fides mea, tertium ueri, amor falſiq; odium tollit, ſcio ego magnitudinem tuam,ſed manſuetudinem tuam ſcio,occurritq; animo illud Parij Gemini,apud Cæſarem declamantis. Cæſar, qui apud te audent dicere,magnitudinem tuam ignorant, qui non audent,humanitatẽ. noui præterea paruitatem meã,ſed & animi puritatem noui, quæ tãta eſt,ut dum res poſcere uidebatur, non modo coram te,ſed contra te loqui auſus fuerim, quod tu hominum mitiſsime,non tuliſti tantum,ſed laudaſti. hæc eſt enim uera hominis magnitudo, nõ potentia ſolũ,ac dignitate,ſed humanitate præcellere. ſentio demũ altitudinẽ cauſæ,ad quam quidẽ, quod ſuſpitione in iu

dicijs communibus, non careret teſtis, irrequiſitus accedo, ſed zelus ac ſtudium ueritatiſq
uiribus adiuuandæ, meam hanc fiduciam fortaſsis excuſent. Nunc ne pluriloquio tuas in
ctas occupationes impediam, ad rem ipſam, tibi notiſſimã atque hiſtoriam inamœnam
uenio. Magiſter Thomas uir clariſsimus ac ſacrarũ profeſſor inclytus ſcripturarũ atq; or-
dinis minorũ, ad quem propter multa, maximè propter auctorem ſic afficior, quaſi unus
ex ordine illo ſim, generalis miniſter, coniurata neſcio quorum, ſed profectò nõ bonorum
hominum inuidia, ut amare enim mali bonos, ſic odiſſe bonos boni nequeunt, famæ ſuæ
ac ſtatus in diſcrimen trahitur, heu mihi fœdum ſpectaculum, quod auditu ſolo tàm turpe
tamq; indignum ſit, ut ſagittæ in morem, è longinquo uulneret. Quomodo enim quæſo
ferant oculi, quod ferre uix poſſunt aures, uirorum nomen excellentium maliuolentiæ mo
ribus, ac criminibus falſis expoſitũ, nec reuerentiam ullam eſſe uirtutibus, ſed quo plus eſt
gloriæ, plus eſſe uel odij uel liuoris. Turpe inquam, & indigne, nec nouum tamen, nec mi
rabile, niſi quod ſub oculis tuis tantum audire non deberet inuidia, alioquin uſitatum &
uetus eſt malum. omitto aũt antiquiora illa, Socratem, Theramenem, Anaxagoram, Ci
ceronem, Senecam, Rutilium ac Metellum, quos, quid aliud, quam uirtutis odium in exi
lium & in mortem egit. quanta Chriſtianis etiam temporibus, pro Chriſti fide paſſus eſt
Athanaſius? quanta paſſus Ambroſius, dum ille perſequentibus hæreticis fugiens, & toto
uagus orbe terrarum, illa ſubſtinuit, quæ non ipſum modò dum patiebatur, ſed ipſum quo
que lectorem adhuc torqueant, ac fatigent. Hic autem intra mœnia ſuæ urbis arctatus, à
Iuſtina Auguſta, totis imperij uiribus ſæuiente, atque ab alijs Arrianis, illa pertulit, quæ
nota ſunt omnibus. quid Auguſtinus? non'ne dum ſi hæretici inſidias tetendiſſent, uſſi ui
atum errore, periculum mortis euaſit? quid Hieronymus? quid Ioannes Chriſoſtomus?
quot uterque paſſus obtrectatores, ſcripta indicant utriusq;. quid Boëtius Seuerinus, &
ipſe uir ſanctus, ac doctus, cuius innocẽtiæ, ac uirtutum præmia, in cœlo, alia ſed in terris
infamia, proſcriptio exiliũ mors fuêre. Non ſequor omnes, innumeri enim ſunt, immò ue-
rò qs unquam rectũ fidei, ac uirtutis iter ingreſſus, nõ perſecutorũ patuit incurſibus, cum di
cat Apoſtolus ad Timotheum ſcribens, quod omnes qui uolũt pie uiuere in CHRISTO
IESU, perſecutionẽ patientur: mali autem homines, & ſeductores proficiẽt in peius, profi
ciant planè in peius, & in peſſimũ, quãdo ſic uolunt proficiant, in ſuam pernitiem, non bo-
norum proficiant, immò deficiant errantes, ut Apoſtolus idẽ ait, at non quod ſequitur, in
errorem mittentes quod ut patet, omni nunc ſtudio feruentis nequitiæ molliuntur. quiſi
fortè aliquem ſuis artibus in errorem miſerint te nõ mittẽt permanebis, ut ſoles, inconcuſ-
ſus athleta iuſtitiæ. id ſatis eſt nobis omnibus, ueritatẽ ac famam ubi huius amantibus, non
enim ego ſolus, quamuis minimus omniũ hæc ſcribo, multi ſcripſerunt, ſicut auguror, mul
ti ſcribent, nemo non ſaltem animo ſubſcribet, niſi liuore impio flammatus, ac bonorum ſi
tiens ruinam, boni omnes affuſi tota ſimul Eccleſia, tota tibi ſupplicat Italia, totus ordo pe
terq; ordinis Franciſcus fœlix, nudipes, pauperculus è cœlo rogat ne miniſtrum ſuum.
CHRISTO & ſibi chariſsimum, inuidiæ mole opprimi, neu theoninis ut aiunt dentibus ro
di ſinas, unum eſt, quod mirer ac doleam, ſi uera eſt fama, magnum quendam ac poten-
tem uirum, quem tranquillum & ſerenum, iſta præſtare debuerat altitudo, non fauiſſe tan-
tum accuſatoribus, ac fauere, ſed per ſe talia non auſuros, ad accuſandum ſuo hortatu, ſuoq;
conſilium perpuliſſe, quid ni doleam? & quo tramite ſeu quo flatu, in tàm altum animum,
tanta iræ uel inuidiæ nubes aſcenderit, mœſtus admirer, & mirarer magis, niſi ex hiſtorijs
meminiſſem M. Catonem Cenſorium, famoſiſsimæ uirum ſapientiæ, quod unum in illius
uita reprehenſione ualida dignum, noto contra glorioſiſsimum Africanum, accuſatores
nepharios excitaſſe, qui tandem Senatus bonorumque comitijs lacerati ſunt, quod ex in-
famia tanti uiri ſibi gloriam cõcupiſſent, quod apud te, nunc æquiſsimè cordium librator,
his de quibus queror excuſatoribus euenturum ſpero, & cupio, ut per te acriter caſtigati,
& increpiti, diſcant non de infamia aliena, ſed de propria uirtute clareſcere. Occupant ſane
claros etiã animos interdũ humanarũ caligines, paſsionũ, ſed quæ ibi flante aura puriſsimæ
rationis, diù eſſe non debeant. Rectè igitur ac ſecundum ſuæ dignitatis exigentiam feceris
ille uir

ille uir magnus, quem nominare, niſi pro ſua laude uoluerim, ſi quos auctoritate impulit, auctoritate retraxerit, ab incepto imperio. qui ſi, ut fertur, hanc iracundiæ cauſam præfert quod ad regimen ordinis, hunc aſſumi uoluit, uel alium maluit, electores arguat non electum, quem omnis ambitionis exortem, immò omnium, quæ circa ſe agerētur ignarum, ad hunc honorificum laborem aſſumptum eſſe, non ambigitur. Cæterum ille, ut ſibi libuerit, iræ ſuæ moderabitur, frenumq́ uel contrahet uel laxabit, tu autem quod te decet, non permittes, ut CHRISTO res hominum ſpectante, & te CHRISTI Eccleſiam gubernante, pro cuiuscūque libidine famæ uirorum illuſtrium obſcurentur. unde hoc ſperās non te amplius fatigabo, ſed propter quod ad calamum ueni, pure, fideliter, ac reuerenter expediam. Fateor, me in mei ipſius quanto magis in alterius conſcientia falli poſſe, cum in pectoribus hominum, tot profundæ tamq́ue inacceſsibiles ſint cauernæ, quantum tamen, niſi uel fama publica, uel fide digna relatio, uel conuerſatio ad extremum, & quæ multum animos aperiunt altera colloquia, rei huius immeriti notitiam contulēre, dicam clara uoce quod ſentio. & quamuis apud ſuperbos extimatores, teſtimonij fidem minuat, teſtis humilitas, apud te tamen humilitatis amicum, & uiuæ uicarium ueritatis, humile, ſed ſecurum breue, ſed incorruptum ueritati teſtimonium prohibeo. Citatus teſtis non à iudice, ſed à CHRISTO & conſcientia mea, utrunque ergo, tuumq́ue ſimul ſacratiſsimum ac uenerandum regibus caput teſtor, ne non iuratus teſtis, dicar, me quantum ſcio, & credo; falſi nihil, uera omnia dicturum. Equidem Pater Beatiſsime, magiſtrum Thomam, de quo agitur optimum & integerrimum uirum noui, clarum literis, ſed uirtutib. clariorem, quodq́ue eſt maximum, & ſupremum religione inſigni, ac pietate & Catholicæ fidei luce clariſsimum. & ad ſummā, talem mihi opto animam, qualem illi eſſe confido. poſſem pluribus: Longa enim de grauitate animi, de ſuauitate morum, de ſobrietate, de abſtinentia & auſteritate uitæ, de deuotione præferuida, de humilitate contemptuq́ ſuipſius ac mūdi, de miſericordia, & charitate non ficta, deq́ dotibus alijs uiri illius, texi poſſet hiſtoria, ſed ingenio tuo, hæc pauca de multis, immò quidem uel pauciora ſufficiunt, uides & intelligis cauſam, mali huius. Et ſicut de accuſatorum odio, conſternatio & metus, non illius quidem ſibi optime cōſcius nihil timet, ſed mei multorūq́ animis, ſic de clemētia ac ſapientia iudicantis ſpes, & conſolatio multa ſuboritur. Non poteſt te iuditio præſidente, uiri illius uirtus & gloria, ſic inuidiæ calce calcari, ut nō maior ex iniurijs floridiorq́ tuis ſacris manibus erecta conſurgat, & quoniam ſolida & pura uereq́ aurea eſt, ſplendidior fit attritu. In Deo denique, & uitæ ſpes innocentiæ ſuæ eſt, diù te CHRISTVS incolumen Eccleſiæ ſuæ ſeruet, & poſt glorioſi terminum laboris, in ſuam requiem atque æternam gloriam, facili transuehat ac fœlici exitu. Patauí. Cal. Ianuarij.

Fran. Petrarcha Hugoni Eſtenſi Marchioni, S.

Abſtinendum eſſe ludis inanibus.

PEtrus Mōtanus familiaris tuus, & amicus meus, de te mihi lætos ac magnificos, ſed nō nouos attulit rumores, quibus nihil poſſem gratius audire, & ſic oro fac. Indolē egregiam, honeſtis ſtudijs adiuua, enitere in altum, diſce magno animo calcare uulgaria, neque ulla difficultate deſiſtere, donec de uirtute in uirtutē, indefeſſi paſſus, ad ſupremum claritatis culmen euaſerim, inane, nouum eſt, ætatis breuis autem, quamuis ſubdifficilis eſt uia, per quam ad longæuam gloriam æternumq́ue itur habitaculum. hanc ingreſſus, hanc ſequere, neu diuertas, pro hac nil arduum, nil horrendum extima, pro hac enim ſe labori ac diſcrimini, pro hac demum ſi res exigat, ul tàm morti obijcere, id eximium uiri opus eſt. hinc nunquam ego te retraham. ſed urgebo, & currenti quod in me erit, animo calcar adijciam. ſponte autem ſeſe offerre periculis, non magni animi eſt, ſed paruæ prudentiæ. Ne igitur longus ſim, pro ſalute, pro dignitate, pro patria, ubi oportet pugna fortiter, pugna uiriliter, pugna fœliciter, periculoſis autem ac damnoſis, & puerilibus his ludis Equeſtribus abſtine, hoc precor, hoc conſulo, non ſapientiæ iure ſed ætatis. temerarij forſitan, ſed fidelis cer

tè conſilij ueniam dabis, ſatis ſit innotuiſſe iam omnibus, te huiuſmodi ludis excellenter uti poſſe ſi libeat, quicquid ultra proceditur, fruſtrà eſt. Inopini ſunt caſus hominum, & ſapienti magnopere prouidendū eſt, ne ultrò ſe ingerat, ubi periculi plurimum, utilitatis aut gloriæ nihil eſt. Linque illis hos ludos, qui nihil maius poſſunt, nihil melius ſciunt, quorū ex æquo inutilis mors & uita cōtēnitur. tua uita & fratribus, & amicis, & Reip. chara eſt, tuum ingenium atq; animum, altiores admodum decent curæ. Nunquam ſic luſiſſe Scipio legitur, nūquam Cæſar, opto tibi glorioſum & fœlicē ſtatū. Patavi VIII. Cal. Maias.

Fran. Petrarcha Bonauenturæ heremitæ, 8.

Conſolatoria ſuper morte fratris.

QValem prò dolor uirum, quod ſidus amiſimus, loquor impropriè & torrēte rapior uulgaris eloquij, nihil amiſimus, niſi gratum delectabilemq; conuictum, & illius melliflui oris affatus, quo loquente, audientium animis, uirtutē acres infligebantur aculei, quo docente, nemo non proficiſcere poterat, eoq; magis, quo maiori eſſet ingenio, hæc & his ſimilia, aliquanto citius, quā uellemus nobis præcepta, nō nego, quæ tamen in hoc breuiſsimæ uitæ curſum ubi longum nihil, niſi dolor & gemitus longæua nobis eſſe nō poterant, ſed neceſſe erat, ut cōfeſtim aut nos illū, aut nos ille præcederet. Cæterū hoc utrūq;, neque enim rei tàm labilis, tā caducæ grauis prorſus ac flebilis eſt iactura, ipſum certè, quem amauimus, & quē ſemper amabimus ipſum, inquā, nō amiſimus, ſed præmiſimus, qui nobis ad cœlū ſuis precibus uiam pandat, nos ibi alacer ac iucūdus expectet, quo eum niſi ad cœlum abijſſe, illum ſuſpicer, qui etiam dum hic eſſet in terris, & ſub mole corporea angelicis moribus & cœleſti uiguit intellectu. Nolim tibi nūc, quod præſenti ſibi nunquam feci, de tanto tāq; unico fratre blandiri, ſed humana laus, cuiuſcūq; in aurib. melius ſonat, quā ipſius qui laudatur. ita uerò me ille amet, cuius in amore fœlicitas uera eſt, ut ego uiuētiū fama, forte aliquos neminem ſibi uel ingenio uel eloqo, uel morū ſuauitate præferēdū noui, quæ tanta illi inerat animæ, ut ab ipſius uerbis & cōgreſſu, nūquam niſi lætior trāquilliorq; diſceſſerim, neq; mihi unquā tàm longa cōfabulatio ſecum fuit, quin cupidis auribus meis atq; animo ſcienti, breuiſsima uideretur, erant enim inter uerba illius hominis, faces quædam blandæ & lucidæ præter cōmunem morem eorū, quoq; quos magiſtros dicūt, erant in ſemone hami ineſcati, dulcib. ſententijs, qui audientium corda uaga quāuis, arriperēt ac tenerēt. quæ mihi colloq facultas, & ſi rarior foret, diſtrahentibus nos ſtudijs noſtris humanarūq; uarietatū, his qui ſunt innumerabiles uncis ac laqueis, qui ſæpè animo iūctiſsimos terris & corpore diſtrahūr, uel abſens tamen illo ingenio delectabar, hinc amici memor abſentis, hic illius præſentiam, & cogitās & expectās, qua in re, quantū uitæ huius in agone perdiderim, mœſtus ſentio, mœſtumq; mecū cōputo, quotienſq; Hieronymianū illud, in ſilentio tuo ſimul, & meo nomine repetam, nō meruimus talem uitæ noſtræ habere cōſortem, nam & ſi iacturam rei tranſitoriæ, non nimis flendam uiro dixerim, ferè tamen mortales, mortalium ſunt iacturæ, quarum ex numero, & profectò grauiſsima eſt. ſed incōmodum noſtrū, quantūcunq; eſt, fraternæ fœlicitatis contemplatione conſolor: nam & hic maluiſſemus bene illi eſſe, ſine nobis, quā nobiſcū male, de fratre igitur noſtro, quem tibi mater, mihi charitas fecit. gratulandum nobis potius, quā dolēdū, quāq; enim ad tempus nos reliquerit illuc iuit, ubi finis eſt omnium rectè uiuentiū, pieq; Philoſophātium, quorum hic noſter in acie, dicere auſim. uel ſignifer uel dux fuit, neq; uerò ad iniuriam naturæ, ſed ad cumulū gratiæ cœleſtis aſcripſerim, q paulò ante tēpus, ut dici ſolet, durū hoc, & ſcrupuloſum iter impleuit. tale eſt enim, quale ſi uiator hyberno pluuiali die ad hoſpitiū ſoſpes, integer, indefeſſus, alto adhuc ſole perueniat, quo alij feſsi, & madidi, & uiarum erroribus eluſi, uix tandem ſub crepuſculū ſint uenturi, nobis fortaſse compatiendum, qui relicti ſumus, non quod illum amiſerimus, ut dixi, qui nunc maximè noſter eſt, ſed quod inter mūdi mala, & pericula noſtra ſeneſcimus, & ab illo exoptato ac fœlici hoſpitio retardamur, proinde ſerenandus animus, ſiccāda lachrymæ, Cōprimenda ſuſpiria, nō aūt abijciēda memoria, ſed

ria,ſed ad illam frater,ut uiuus,non ut mortuus,reuocãdus,uiuit enim uerè,cum illo ,apud quẽ fons uitæ eſt,q ſibi,cui multa olim & magna ſcripturarum ſuarũ ſecreta reuelauerat, nũc ſeipſum & illã,quã ſtupentes Angeli uenerantesq; ſuſpiciũt faciẽ oſtendit. Magna ille dudũ gloria patriæ, Magnũ ordinis ſui decus & eximiũ fuit. Et quãuis tu ſuperſis nõ omit tam tamen.quis non hominum nos ſpectabat oculis atq; animo ſuſpẽſus,præſertim ubi caſus aliquis forte nos iungeret,in conſeſſu publico,aut in uia,quis non nos amabat & laudabat,& mirabatur,fraternitas ipſa miraculo addebat,ac raritas par ſtatura, eadem quaſi corporis habitudo,unà propè duobus fratrib. ætas erat,una certè profeſſio,una conuerſatio,unus habitus,una religio,unus ordo,unus ſplendor magiſterij,pluris extimabantur tales duo fratres,quam quatuor alij,pares licet,fœlices parentes dicebantur,qui tale par hominum genuiſſent,fœlix Patauiũ, ubi geniti eſſetis, & nutriti, nihil eſt enim quod unam quãq; patriam,tã fœlicem facit,quàm ſuorũ ciuiũ uirtus & gloria,unde apud Virgiliũ,Roma quamuis opibus pollẽs,& imperio,non alia tamẽ re,quàm prolè uirum fœlix dicitur, fœlix deniq; heremitarũ ordo,in quo edocti & instructi,ad hoc ſcientiæ culmen, ad hanc gloriã ueniſſetis,nũc de parẽtibus qdem,nil pronũcio,quos pridẽ ab hac luce ſubtractos reor patriæ,quantum decreuerint,atque ordini ſentire,illos iam nunc arbitror,& indies magis,magisq; ſenſuros,ſibi uerò qui hinc abijt, niſi quod dolorẽ noſtrum ægrè illũ ferrè non dubito, nihil penitus decreuit, ſi accreuit, immenſum , ut qui pro corruptione terreſtri cœleſtẽ incorruptionem,proq; temporali hac morte uitam,ſit adeptus æternam. Quid ad me iuuat enim meminiſſe,lõga & graui iactatum ægritudine, tũ cũ ſero illo ultimo ueniſſet,heu nunq; amplius reuerſurus,mane aũt fatalẽ ſibi petiturus locũ,ita me inuitus,tãdem nocte iam ſermonem dirimente deſtituit,quam animo prouideret,inter nos hic fortè colloquium illud extremum,utq; ego tũ primũ me ægrotum intelligerẽ,quod eo præſente nõ ſenſeram, paucis diebus interiectis,mane quodam,q ſibi ſolẽnis & perpetuus mos erat,cũ miſſam deuotiſsimè celebraſſet,nõ multo pòſt,feria inter uerba,cum amicis, repente ſe deficere cognoſcens,ſuam in cellulam properauit,lectuloq; acclinis Dauidicum Pſalmum illum famoſiſsimum, Miſerere mei Deus:incipiens,antequã expleſſet,religioſam illam atq; ut ſic dixerim exceptæ actionis animã exhalauit,ita Deo redditus,nobis autẽ,quod ait Hieronymus de Bleſilla,ſubita morte ſubtractus eſt,quo de genere mortis, ut perpropriè ad rẽ noſtram,ait Cicero,dictù difficile eſt,quid homines ſuſpicentur,uos uidetis. mihi de hoc nec loqui,nec ſuſpicari aliud,ſed illud potius opinari libitum ac licitũ,ſaluatorem noſtrum *IESVM CHRISTVM*, qui mane eum menſa dignatus eſt,ſero illum & æternæ cœnæ deliciis,& thalami cœleſtis habitaculo fuiſſe dignatũ,hoc ille meruit,hæc ego ſpero,hoc precor, hoc cupio.quantum ſanè me torſerit illa commemoratio,non facilè dictù eſt, quod eò ipſo die,quo Venetijs ille bene natus obierat,dũ nos Patauij eſſemus, & tu de more ad me uiſendũ ueniſſes,ad ueſperam interq; libellos noſtros,quod libenter & nimis humiliter ſoles conſediſſes, atq; ego, & quos de fratre rumores haberes quæſiuiſſem , proſperos reſpõdiſti,cum ille ſub meridiem expiraſſet,at rei nũcium & diei breuitas, & fluminis impetum diſtulerat. Itaq; die proximo, cũ & illum obijſſe, & te abijſſe didiciſſem, quotiens putas Virgilianum illud mœſtus exclamauerim:

Neſcia mens hominum fati ſortisq; futuræ.

immò quidẽ fati ſortisq; & præſentis neſcia mens hominum. Multa ecce dixi,uereorq; ne nimia.& ò ſi mihi calor ille ad ſcribendum eſſet,qui iuueni fuit, quantum adhuc te tum de præmiſſi fratris ingenio,de doctrina,de eloquentia,de uirtute,de moribus agerẽ,uberrima nempe materia eſt.qui etiam hoc ipſo,ſe uilis animi,non dicam frigore, ſed tempore plura dicerẽ,niſi quod excire tibi,& mihi lachrymas nolim, quas ſopire potius, & conſilium & mens eſt,hæc me ratio multis iam dieb. a ſcribendo,cõtinuit, uſq; adeò,ut uel tardus,quod fatendum ultrò eſt,uel tui oblitus, quod fidenter negem,uideri potuerim, uera autem cauſa fuit,ne te minus forſan idoneo tempore interpellans,& hinc tædij aliquid afferrem,& inde dolorem non minuerem,ſed augerem. Cõſulto tibi ſpatiũ dedi, quo cum pietate nõ indebitas lachrymas reddidiſſes,reliquas & rationis imperio, & amici conſilio ac prece detergeres. Vale, & qui ſolari alios noſti,optime te ſolare,conſolatorq; ſpiritus conſoletur.

Tua in domo ruſtica collis Euganei. Cal. Nouembris.

Fran. Petrarcha Philippo S. Marcellini & Petri Presbitero Cardinali. S.

De ſtatu ſuo.

LIterulæ tuæ, me quadraginta diebus, & amplius febrientem, & languidum inuenerũt. aſſurrexi tamen illis, ut potui, eaſq; cum debita reuerentia ſuſcepi, & legi mandatum de mei euocatione cõtinentes, S.D.N. Papæ. cuius uoluntatem, licet non expreſſam adeò olim ſenſerã, ſuis ad me literis, in quibus dignatus eſt inſerere, quod me uidere optabat. q utiq; nimis eſt mihi, meritumq; omne ſupergreditur, quod tãtus Pater ac dominus, non dicam me uidere, ſed de me uerbum uel unicum loqui uelit. Deus hic ſibi glorioſam & tranquillam, in cœlo autem fœlicem & æternam uitam, pro mercede retribuat, uere aũt, quo ad præſens excuſatio mea ſatis immò nimis nota eſt, multo inq̃ notior q̃ uellẽ CHRISTUM teſtor ueri Deum, quod niſi inter amicorũ aut ſeruorum manus, ad Eccleſiam domui meæ cõtiguam ire non aliter poſſem, quam uolare, itaq; neceſſitate urgẽte, & nunquam antea tecũ feci, ſcribo tibi aliena manu licet, ut uerũ fatear, amici talis, ut mea propria manus ſit. in hoc nunc igitur ſtatu ſum, plus dicam, & ſi id certus ſum: nec animo nec auribus gratum tuis. Non equidem ſpero me deinceps uñquam ſolitas uires, immò uel aliquas reſumpturũ, proceſſi enim in dieb. meis: ut noſti, & ſupra modũ attritus & exhauſtus ſum, ſupra modũ prorſus cum Apoſtolo grauatus, ſupra uirtutẽ, ita ut tædeat me etiã uiuere, ſed & ipſe in me ipſo reſponſum mortis habui, ut non ſim fidẽs in me, ſed in eo, qui ſuſcitat mortuos. Ad ſummam, ualde quidem, ac multimode me uiſitauit, his temporibus omnipotens Deus, quãuis munus multo, quam mereor, cui & pro ſanitate & pro morbis, & pro uita, & p morte, cum uenerit æqua fide ac reuerentia grates ago. Tu uero mi domine, q ui etiam non rogatus bona omnia mihi ſemp & utilia, & honorifica procuraſti, excuſa me oro dominicæ ſanctitati, ſibiq; non meo tãtùm, ſed tuo maximè nomine gratias agito, ualde enim hac me uocatione, ex hoc ſuo de me iudicio honeſtauit. ſed nec poſſum, ne poſſe uelim, ultra q̃ placitum Deo ſit. Patauí VIII. Idus Octobris.

Fran. Petrarcha Vrbano V. Pont. Max. S.

Vocatus, ualetudine aduerſa ſe excuſat.

INter cuncta, quæ mihi uel natura tribuit, uel fortuna, ſi tamen hoc nomine miſeratione Catholico, & præſertim cũ CHRISTI uicario uti licet, nihil habeo beatiſsime Pater ac ſanctiſsime, cum tua beniuolẽtia comparandum. equidẽ ut mos eſt humani animi, ſemper aliquid concupiſcere, multorum contẽptor, quæ apud cæteros optabilia & prima cẽſentur, nũquã tã iuuenis, tã conſilij inops fui, quin magnorũ & illuſtriũ notitiã ac gratiã, magni lucri inſtar optauerim. q fortaſsè ideò, quia minimè auarum ambitioſum notum erat, uſque mihi ad inuidiã cumulatè obtigit, uſq; adeò, ut cũctis fermè noſtri tẽporis Põtificib. Romanis, atq; Principibus regibuſq;, & terrarũ dominis, aut notus aut carus fuerit, aut utrũque. Cur aũt ipſe fateor, & miror, & neſcio, niſi, ut dixi, noti modeſtia digna fuerit non repelli, nec dũ tamen p tot gradus, ad ſumma peruenerã. aliquid deeſſe nũc, etiã honeſto deſiderio ſentiebã, nõ q à maioribus amari cuperem, q nõ erant, ſed à melioribus. ſolet enim largiter inter eſſe, inter duos parib. quãuis uel eadem dignitate fulgentes. quid inter Salomonem filiũq; eius Roboã? quid inter Numã Põpilium Superbũq; Tarquiniũ interfuit? illos qdem in Hieruſalẽ, hos in Romana urbe regnãtes? quid inter Aemiliũ Paulũ, & Terentiũ Varronem, uno ſimul tempore cõſules? qd deniq; inter Cæſarem Auguſtũ & Tyberium, & ſi nõ ſimul, at immediatè contiguiſq; quodãmodo ſolijs imperantes. poſſem ut Regũ Coſs. & Cæſarũ, ſic & Pontificũ exẽplis uti, quibus ſciẽter abſtineo. Ad rem redeo, fui ego & magnis interdũ, licet indignus, & maximis uiris charus. ſed nulla uerior, nulla certior magnitudo, quam q̃ non uentoſis hominũ ſuffragijs, ſed uirtute & meritis parta eſt. Tu mihi præſtas patrum maximè atque optime dominorum, ut iam nõ amplius ambiã, uel maioribus uel melioribus charus eſſe, ita ſortes meas, mira illa tua humanitate, ac manſuetudine conſumaſti, unum eſt, quod hoc meum de tua dignitate oriens, gaudium parumper dicam uerius, uehementer imminuit, quod de me, ſcilicet non tibi, ſed famæ forſitan aut amicorum

teſtimonijs

teſtimonijs fidem habes, cum & fama, ut loquar ſit, & mendax eſſe ſoleat, & amantum ſæpe iudicia cæca ſunt, utcunq; ſe res habeat. Ego uicario Dei mei quibuslibet teſtibus, tanti eſſe gaudeo, ut uocari merear. quãuis enim, uia mihi & ualitudini & ætati meæ ualde laborioſa ſit, uocatio proculdubio glorioſa eſt. uotum mihi tuum Pater beatiſsime, anno altero per Apoſtolicas literas indicaſti. & eſſe mihi ſatis, ſuperq; debuerat, quod me uidere nõ modo optares, ſed etiam dignareris. Et erat, fateor, ſatis, & pluſquàm ſatis, niſi ad te animum feſtinãtem externæ cauſæ, & quidem uiolentiſsimè præuertiſſent. feciſti poſt hæc expreſsius mè uocari, tuo nomine, per illũ quẽ mihi inter mortales uenerabilem dilectũq; præſenſeras, inde per alios atq; alios, ex omnibus mihi chariſsimos, & ad perſuadẽdum aptiſſimos, nouiſsimè cum iã pridem minus generoſa mens, dilationem tantã uel ignauiæ, uel inſolẽtiæ aſcripſiſſet, tua me cœleſtis humanitas, nunc quoq; ſuauiorib literis excitat, & ꝙ uix alteri, quàm oculis ipſe meis crederem, primo quidem tarditatem meam excuſas, aduerſæ ualitudinis ſub obtentu, quam uera quidem excuſatio, ac notiſsima, ſed non ſola eſt. Neq; uerò ſufficeret ſola eò ꝙ antequã me morbus inuaderet, niſi aliud obſtitiſſet, ueniſſe potueram, deinde aũt te in eadem eſſe libenter me uidendi uoluntate teſtaris, & iubere tuo iure ſolitus, regibus ut ad te ueniam affectuoſis precibus me rogas, ego uerò tantùm hoc urbanitatis & clementiæ tuæ pondus ferre non ualeo, quamuis apud me preces illæ ualidiſſima merito ſint præcepta. Illud Pater Clementiſsime, his tuis in literis legi, quod repetere cogitanti, pudor & gaudium occurſant, dicis enim, te ab olim optaſſe perſonam meam uidere, & interſeris cauſam, Perſonam, inquis, tuam multiplicium uirtutum ac ſcientiarum doctrinis inſignitam. & de dicto quidem tuo, nulla mihi poteſt eſſe dubitatio, ſed de cauſa multa mihi confuſio eſt. optas etenim me uidere, quia talẽ opinaris, qualẽ tibi deſcripſerũt, qui in rebus meis amore oculos perſtringente falluntur, quod ſi hoc ipſum ex te diceres. & ita crederes, quanquam ego contrarium ſcirẽ, dicerem tamen tibi, nunc quod illi olim dixi, cuius ad euellendum me, hũc auxiliares literas flagitaſti, quem ne tu ſolus Pontificib. retroactis incognitũ cognouiſti, & qua decuit honoraſti, quantoq; altius poteras extuliſti, dixi enim Solitariam illi, ut tunc poteram Vitam ſcribens, ſiquidem in hoc erras, gaudeo, neque hunc errorem excidere tibi unquam poſſe uelim, glorioſum mihi, tibi delectabilem, damnoſum nulli, de me quidem, quibus crediderit tua ſanctitas uiderit, & ipſi uiderint, quid de me dixerint, tuo tamen animũ illicò aut amore illos aduerteras, ſuſpecti eſſe debuerant, ego hæc inter, qſquis ſim, & ſi ut olim ſcripſiſſe tibi uideor tutius erat, atq; conſultius latuiſſe, ut opinionẽ tuam latebris meis ſolidarem, tui tamen urgente reuerentia, ante annum ueniſſe, & debui & uolui, atq; utinam me tacito ſcire poſſes, quot & quantis obſtaculis retardatus ſum, ſuper quibus me tibi forſan literis excuſaſſem, niſi quia ut uerum fatear, paruitatẽ meã & magnitudinẽ tuã librãs tandẽ opinari cœperam, tàm puſillam tamq; obſcuram rẽ, ex ampliſsima memoria tua, inter ingeniũ occupationũ ſtrepitus, facile obliuione dilapſam, itaq; ſilẽtio me tegerã, nolo enim extimes, te uermiculi huius optare cõſpectũ, me aũt nõ optare patris & Principis Chriſtianorũ Romani Põtificis, & talis põtificis, faciẽ uidere. Multos ex hiſtorijs ſic amo, qui ante mille annos obiêre, quod eos ſi liceat uiſurus, nullũ laborem durum, nullum iter longum iudicarem, quo ad tàm exoptatum ſpectaculum ueniretur. mirum prorſus in modum, longas uirtus & ualidas manus habet. è lõginquo ad ſe animos trahit nonnunquam & corpora, quod de multis quidem nominatim de Tito Liuio lectum eſt. ita penitus uerum fit, Ciceronianum illud, Lelio tributum, Nihil eſt, inqt uirtute amabilius, nihil'q; ꝙ magis alliciat ad diligendũ, qppè cũ ppter uirtutem & probitatem, & eos quos nunquam uidimus, quodammodo diligamus: nota ſunt reliqua, quibus oſtenditur non modo in ignotis, ſed in hoſtibus amabilẽ eſſe uirtutẽ. nolo diu tecũ de te loqui, ne uideri incipiã ꝙ non ſum. quomodo aũt nõ optarẽ illũ cernere, quiſquis eſſet, cui CHRISTVS & animũ & conſilium dediſſet Eccleſiam ſuam, ſponſam ſuam, unicam ſuam matrem omnium fideliũ, ex illo fœdo, & infœlici ergaſtulo eruendi, & ad ſedem propriã reducendi: hũc ego nõ colerẽ, nõ amarem, nõ tanta mente complecterer: nõ totis præcordijs exoptarẽ: non me Chriſtianum crederem, niſi ſic affectus eſſem erga Romanum

manũ modò Pontificẽ ſic de Rep. meritũ, ſic de me, ſed erga quẽcũq; aliũ hoſtẽ licet ſæpe leniuit odiũ, ſæpe extinxit magnæ uirtutis admiratio. qd tibi igitur debeo, ſi cuilibet hoc p̄ſtarem itaq; quãuis interdũ me ut dixi tractu temporis, tibi oblitũ ſuſpicarer, nihilominus tamen debiti mei cõſcius, enitebar, excuſſis impedimentis aſſurgere, dum ecce ô ſpes hominũ uanæ, ô res hominũ caducæ impedimẽtorũ maximũ, utinãq; ultimũ ſuperueniẽs ægritudo, cuiuſcũq; uel iuuenis robur effractura, me repẽte corripuit, & quaſi leo, ſic cõtriuit omnia oſſa mea, tandẽq; uix abiẽs, ſic me fragilẽ reliqt, ut nec in equũ ſcãdere, nec pedibus incedere, deniq; nec ad Eccleſiam domui meæ cõtiguã, ſine famulorũ clericorũ ue ſubuexu ire poſſum, ueris opẽ ſperãt medici, ego aũt illius tãtũ, de quo ſcribitur: Aeſtatẽ & Ver tu plaſmaſti ea. ſi ut Padus noſter Adriacum petit, ſic Tyrrhenum peteret mare, ſtatĩ iter arriperẽ, & fragilitatis incommoda, fluuiali obſequio releuarem, ut ſoleo. Inter ſeſsionem ſiue accubitum, ac libellos meos dulce mihi ſolamẽ, omniũ laborũ, nũc neceſſitas quæ clauos adamantinos, regũ quoq; ceruicibus affigit, ut expectem cogit, donec diuinum adſit auxiliũ, quo membrorũ, & ſi nõ ſolito, at aliquo ſaltem obſequio uti queã. Quod ut ſic eſſe noueris, ſub hac ſpe iam nũc, pro uerno tempore equos ad iter idoneos p̄curare incipio, non ignarus, quia ſic Catoni Cenſorio laudatiſsimo ſeni, equus unus, ſi ſeruorũ triũ comitatus, in magnis etiam officijs ſatis fuit, utrunque enim de illo ſcriptum eſt, priuato mihi ſeruus unus, equus uerò non unus modò, ſed nullus ſufficere debuiſſet. ſed corrupti deprauatique hominum mores, atque omnia in deterius uerſa ſunt, pompæ & ſuperbia, & uanitas & uoluptas oppreſsêre animos, & priſcam illam continentiam amicamq; modeſtiam pepulêre. Nihi eſt actum, niſi puluerulentus equorum ac ſeruorum circũſtet exercitus. Adhuc tamen nitor, in hoc peruerſæ conſuetudinis torrente conſiſtere, ne me totum ſternat ac rapiat, itaque cum habere forſitan, uel optare ſaltem plures poſſem, duo mihi equi domi ſufficiunt abundè, ſed ad iter pluribus egeo, non quidem ſecundum cor meum, ſed ſecundum corruptum ſæculi noſtri morem. Neſcio enim quomodo inter noſtros, ſæpè notior ſum quàm uellem, & neceſſe eſt interdum, ad euitandum populare murmur, renitentem animum, uulgi moribus ut coaptem. quod idcircò dixerim, ut quoniam placitum tibi eſt, uſq; ad humilitatem meã, tuum altiſsimum animum inclinare, propoſitum meum hinc conijcias. quæro æger, quo ſanus utar, nec expecto, dum ſanus fiam, ne qua tunc ſit mora, profectò enim ubi primum aliquis mihi uigor affulſerit confeſtim ueniam, & apparebo ante faciem domini. Et ut me ipſe cognoſco, meque non uulgi fama, ſed conſcientia mea metior, atq; extimo, certus mihi uideor, quod ubi me ſemel aſpexeris, ſeniculum imbecillem, & iam nulli habilem negocio, nulli idoneum labori, niſi quem ſpontè ſuſceperim, nulli denique rei aptum, niſi ocio & quieti, & meum, tantus tibi licet, inutilem ac deuotum, & mihi certè difficilem laudabis aduentum, & reditum nõ negabis, immò ad meam illicò requiem me remittes, neque mihi illud auferes, quod daturum te promiſeris. Omnes enim qui te iubente mihi ſcribunt, magnam mihi beneficentiæ tuæ ſpem inijciunt. quàm immenſam eſſe non dubito, ego autem, ut me totum noueris, ex quo ut patet, nequaquam tàm paruæ rei notitiam dedignaris, non ſum qui extra domus meæ limen, ulla opum ſpe aut cupiditate diuellerer, nihil enim in rebus humanis magnoperè cupio, nihil flagito, nihil ſpero, amor, fides, debitum, deuòtio, reuerentia, gratitudo, hi ſunt ſtimuli, quibus mouear ſi mouendus ſim. Quamobrem nullius promiſsionem tàm intento animo, quàm tuam, tamque erectis auribus audiui, ubi animis conſulturum, te quieti animi mei. ô te digna promiſsio, ô generoſum & uerè magni animi donum, nam quid mihi ſi omnes qui ſub cœlo ſunt theſauros, meum congeras in ſinum, ut collati mihi uni Craſſus Crœſusq; inopes ſint, non'ne ſi caream animi quiete pauperrimus ſim, atque miſerrimus, tolle diuitias, nudum linque, da quietem ſolam, animi diues ero, certè ad hũc unũ finẽ, tot tã diuerſis artibus tãtiſq; laborib. cumulãtur opes, ut quieſcant animi. qua in re, ut in alijs multis, lõgè fallitur humana ſedulitas, nulli animo diuitiæ dãt quietẽ, cũ multis eripiant, unũ tecũ, ea quã humanitas tua mihi tribuit fiducia gloriabor, ſed in domino. Nõ ad meam ſed ad CHRISTI laudẽ ſit dictũ, paucos nempè Pater beatiſsime peccatores noui, hactenus qui non dicam

quietiore,

quietiore,ſed minus inquieto animo ſint,quàm ego. non arrogo ex hoc mihi uirtuoſi famam,non eſt enim uirtus,quia non ex habitu electiuo,ſed naturali quodam inſtincto, ab adoleſcentia,animo meo inſitũ,nil cõferre diuitias ad beatã uitam. ꝙ ſi hanc quantulacũq; eſt animi quietẽ,q̃ in huius uitæ curſu plena eſſe nõ poteſt,quis enim currit & quieſcit?tua mihi ſanctitas auxerit,qui iã pro ſolo affectu,magni tibi muneris ſum debitor, inextimabilis & immenſi debitor fiam,proinde donũ hoc quietis,à nullo uſquam hominũ tàm lætè ſuſciperem q̃ à te.nullum enim æquè dignum cenſeo,cui quietam & tranquillã debeam ſenectutẽ. neq; uerò illi ætati,tàm neceſſaria quies eſt,neq; huic ſententiæ aduerſum dixeris Ciceronem.Senib. inquit,labores corporis minuendi,exercitationes animi etiã augendæ uidenẽ. exercitationes dixit,nõ labores, quiſq; igitur doctus ſenex,& illas amplectitur & hos fugit,nam & exercitatione ſenilis torpor erigitur,& labore deprimitur,& omnino laborioſum,nihil ſenectuti cõgruit,ſed quieta omnia.quod incidenter quidẽ,ſed pro me ipſo,& excuſationis meæ dictum parte ſuſcipies.Solebam hodie,ut ſic dicam inane, nã quid eſt aliud uita hominis,q̃ dies unus,isq; & breuis & turbidus,antè non multũ,inquam, tempus eram ſolitus,poſt longiſsimũ iter, quæri,& tàm propè terminus fuiſſet,nunc ad ueſperam, ò uertigo rerum incredibilis,nullum ſat breue iter inuenio? omnis motus inane corpuſculum fatigat,rem ergo,& mihi neceſſariam,& te dignam feceris,ſi quamuis ut olim ingenue ſum profeſſus,nil ex te præter Benedictionem & gratiam tuam petam, ultrò tu requiem aut largiaris,aut cumules ætati indigæ. & quieta enim ſenectus, & quietam mortem,uia eſt,& quieta mors tranſitus ad æternam uitam, CHRISTVS tibi hanc uitam ſanctam,ac iucundam faciat,ſerumq; & facilem uitæ finem,teq; poſt hos labores, ad alteram illam uitam,fine cariturã, eamq; de qua multa diximus quietem transferat.Pataui IX. Cal.Ianuarij.

Ad eundem.

MVltos eorum, qui magnum aliquid,aut armis,aut ingenio molirentur, mortis interuentu cœpta deſtituiſſe,Beatiſsime Pater accepimus, at ne æquo longior euadam,paucis contentus,multa prætermittam,neq; enim res incerta eſt aut egens teſtium, utq; à Liters alias ſacris incipiam, Moiſes Iſraëliticam gentem Aegyptiacæ iugo ſeruitutis eductam,in terram promiſsionis inducere,præoccupatus morte nõ potuit. Iul. Cæſar, ſub extremum uitæ tempus,quot & quantis rerum apparatibus intentus,quàm multa circa Romanæ urbis ornatum Reip. & imperij tutelam,& augmentum mente uoluebat, templisq; atq; ædificijs publicis,inſuetæ magnitudinis,Bibliothecis Græcis inſuper ac Latinis Romam decoratæ.Quæ mox Diuus ſucceſſor eius Auguſtus impleuit. Ius præterea ciuile,ex infinita illa ueterum legum exundantia,ſuperuacuis deciſis ac decerptis utilibus,& per paucos coniectis,in libros ad aliquem ſtudioſis habilem facilemq; modum, ac parabilem reſtringere. quod diù poſt impleuit Iuſtinianus,ut potuit. ad hoc, ſecundo receptis Hiſpanijs,poſt Pompeij magni mortem,ab occidente in arcton & orientem arma conuertere,bellumq; Dacis primum rebellantibus,ac deinde partis inferre, gentibus quidem alteri indomitæ,alteri ſecundum Romanos ea tempeſtate potentiſsimæ. Quid nunc uerò hos atq; alios, neq; enim omnes attigi uiri huius ultimos conatus, quis concluſerit euentus,quæris,audi Suetonium Tranquillum. Talia inquit, agentem atq; meditantem mors præuenit.Alexander Macedo, perarata Aſia, totaq; illa terrarum parte perdomita, hic Carthaginenſibus minabatur,illinc,ut Lucanus ait:

Oceano claſſes inferre parabat,

Thaprobanem,an Antipodas petiturus neſcio,hæc paranti, quid huic quoq; contigerit audi quod ſequitur:

Occurrit ſuprema dies,namq; ſolum,huic potuit finem ueſano imponere regi,

Cyrus inter Perſarum reges famoſiſsimus, ipſa eadem Aſia ſubacta, uerſus in Scythiam, cum exercitu feſtinabat, hunc magno impetu uadentem, nullumque ſibi iam regni terminum, niſi qui mundi eſſet animo ſtatuentem, imbecillitatis & ſuperbiæ regiæ documentum, ingens mulier, uidua atque orba peſſundedit, nec Pyrrhi regis lentior ap-

paratus,nec lætior finis fuit. qui ad regnum Italiæ aſpirans, & armorum ſpecie Romanos duces & elephantum mole turbauerat,qui denique ferro impar,auro hoſtem muneribuſ. quę temptauerat,ad extremum uictus, & optata pulſus Italia, bella nunc etiam ſua reno. uans,in Græcia ipſe quoque fœminea peremptus eſt manu. Attilium Regulum multis inclytum uictorijs,& iam portis ac mœnib. hoſtium inſultantem, improuiſi ducis aduentus,& mutata ſubitò fortuna,bel.i è curru,penè triumphali in carcerem,& in mortem tru. ſit. Traianum principem,& potentiam & famam ſeneſcentis Imperij renouantem,Rep. damnoſa mors abſtulit. aliud de hinc hominū genus ſtringam,Virgilius Maro,opus illud eximium,plures miratores quàm imitatores habiturū,cōſumare cœperat, iamq; ad exitū res ſpectabat.mors præclarum negotiū interueniēs.impediuit,letumq; principium,mœſto fine concluſit. Idem & Lucretio accidit,& Lucano, niſi quod horū uoluntaria,naturalis mors illius fuit,his Poëtā unū neſcio,an nobis cognitū,charū nobis, Statiū Papinium addunt quidā,ſed fallunt̄,opus enim hic utrūq; perficit. ego quidē,utri me partem ingeram, non uideo,penè ex æquo,ad utrāq; quid afferam nō eſt,nam & armis nihil penitus,& ingenio pauca admodū moliri datū,ſed ſunt & aliæ ad gloriam uiæ,unum erat,idq; per ſemagnum,mihi uerò per maximū ut ad te uenirem. quid enim fœlicius? quid maius meæ ſortis homunculo,uel contingere poterat,uel ſperari. quàm totiens,totq; tàm honorificis literis,tàm benignè,tàm leuiter euocatū,ad Romanum Pontificem,non quēlibet, ſed quem CHRISTVS Eccleſiæ ſuæ dedit omnium Pontificum noſtræ ætatis corrigendis erroribus proficiſci? quidúe niſi amplū ac magnificū hæc,mihi peregrinatio allatura uideretur, cū tantum gloriæ ſola uocatio attuliſſet,ut & ipſe magis me amare,quodāmodo,& alij magis ac magis inciperent me mirari,plurisq; me facere,quem tantus non contēneret extimator,ueniebam ergo tanta alacritate,quantā in nullo hominū me uidiſſe,neſcio an in ullo uſquā legiſſe memineram.ſed ut uerū fatear, alacritas i la ſolius erat animi,corpus enim adhuc imbecille erat, & inualidū,neq; ulla prorſus mihi uiriū fiducia,omnis in cœleſti ſpes erat auxilio.ſic euntē ſupraq; uires & ſuprà ætatē tui trahente deſiderio,properantē,mors inopina coērcuit. Quid enim,licet,incredibile,uerū loqui timeā,non ægritudo illa,ſed uera mors fuit. fictionem Poëticā quis dixerit,aut hyperbolē importunā,morbo aut extaſi mortis,nomen imponere. Ego uerò de incognitis non diſputo,triginta uel eò amplius horas,quid fuerim nō magis memini, quā quid fuerim anteq; naſcerer,nullus intellectus in anima,nullus ſenſus in corpore,in quo cum multa & acria remedia temptarent̄, nihil omniū quæ erga me, & in me fierent aliter ſenſi,quā imago marmorea Polycleti ſenſiſſet aut Phidiæ. nemo deniq; me,niſi defunctum dixit & credidit. Sic apud nos ubiq; uulgatū,ſic Patauij, ſic Ferrariæ ubi tunc eram,uulgo creditū. ſic deuotis tuis,huius Rectori urbis,& illius cuius in domo iacebam, phyſiciq; ſuis perſuaſum fuit,quod tàm grauiter tulēre,hij nobiles magnificiq; Viri,ut quib. olim multū debui,infinitū debeā,neq; ipſis modo,ſed utriq; populo,tantus mei obitus utrobiq; publicus dolor fuit. nnq; minus eadē fama Venetias,atq; Mediolanum,& Ticinū,urbesq; alias ubi amicos habere uideor peruagata eſt,ita ut quidā,ex eis ad me uiſendū,ſiue ſepeliendū accurrerint. quin & ſacratiſsimas aures tuas,famā hanc pulſaſſe auguror. quod ut credam,non mei nominis claritas,quæ nulla eſt.ſed eorū cogit ambitio inexpletaq; rabies,qui alto opū in pelago ſitientes,diebus ac noctibus te circūſtant, tuamq; non deſinunt infeſtare clementiā,quiq; ſi recolis ante annos,cum mihi caſus multo,quàm nunc leuior accidiſſet,adierunt te,certatim beneficia mea. pauca quidem. & parua poſcentes,plura licet & maiora quàm mereor, & quæ illis planè multa & opima uideantur. Solam hanc ob cauſam, quod mea ſunt, uni adeò ſum magnus inuidiæ. Petierunt autem non hæc duo tantum, quæ nunc temporis habebam, quæúe nunc habeo, ſed illa quoque,quæ antè longum tempus, amicis egentibus ſponte conceſſeram: & quod mirer,niſi tàm præceps & tàm cæca cupiditas ſit, illa etiam quæ nunquam habui,unde effectum, ut illis cuncta miſcentibus, compluſculos dies, tota curia bullis inefficacibus ebulliret. neque uerò nunc illos ſegnius egiſſe crediderim. nam & uigilantiſsima ſemper auaritia eſt, & cum uitia quædam tempore minuantur, hæc durando creſcit,

creſcit, & ſucceſsibus inardeſcit. Verũ ego talium curas, & uitam pariter ac rumores paruifacio, qui mortes hominũ ſomniãt, ſuæ mortis obliti, & quod fœdè cupiunt, impudenter anticipant, more uulturũ, expectantes beneficijs alienis, quaſi cadaueribus ſaturari. cæterorum potius iuditijs fidem do. quomodo enim tot & talia fallerentur ingenia, hominum expertorum, meq́ oculis cernentium manibusq́ tractantium. quoniã igitur, quo in ſtatu fuerim, neq; tũc ſciui aliquid, neq; nunc memini, ignarus mei, cur non alijs de me credam, mortuum fuiſſe reſtantibus? fui mortuus. & ecce ſum uiuẽs, ſuſcitante illo, qui Lazarum ſuſcitauit, uiuo autem, iterum moriturus, & hoc ſaltem moriendo didici, quæ præcedunt, ſcilicet, aut ſequuntur eſſe poſſe terrifica, & horrenda, mortem ipſam penè nil eſſe aliud, quàm leue ſuſpirium, aut ſuauem & profundum ſomnum, & perpropriè ut multa illud à Poëta dictum:

Dulcis & alta placidaq́ ſimillima morti.

Rediuiuo ſanè idem, mihi qui antè caſum fuerat, ueniendi ad pedes tuos erat animus, nec me terrebant Medicorum minæ, una uoce firmantium, nullo modò uiuum me Romam eſſe uenturum. quamuis in hoc, cum eis planè ſentirem, quod ſi me in loco aliquo deſerto caſus ille uiolentus, ac terribilis inuaſiſſet, actum erat de me. ſperabam tamen poſſe, uiuus peruenire, illic autem omne quodcunq; mihi eueniſſet, fœlix fauſtumq́ cenſebam, tùm quia Benedictio tua mihi è corpore hoc migranti, non defuiſſet, ut ſpero, tum quia, quicquid Cardinales tui dicant, ut libet irrideant, quodqúe eſt odium ſimulent contemptum, Roma proculdubiò ſacro ſanctiſsimus mundi locus eſt, ubi Chriſtianus uerus & uiuere optet & mori. quid me ergo detinent, non timor, hercle, ſed debilitas, quæ tanta eſt, ut non magis Patauium redire, quàm Romam adire potuiſſem, niſi quod in naui iacens redij, ubi & domino & omni populo ſtupori & gaudio multo fui, ita me ſpectantibus, ut hominem à mortuis redeũtem, hic ſum pater beatiſsimè non infirmus modò, ſed mœſtus quoq;, quia honeſtiſsimum deſiderium meum, ſperato caruit effectu, quodq; optimũ moliebar implere, non licuit. nihil tamen mihi conſcius, hac in re feci, CHRISTVM teſtor, quod in me fuit, & ſæpè mecum in ſilentio recogitans, ita mihi accidiſſe doleo. miror autem minimè, cauſam enim ſcio. nõ eram dignus te uidere. tibi uerò Chriſtianorum pater, corpore atq; animo nunc affuſus, ſupplico, ut impotentiæ meæ parces, meq; inter ultimos ſeruos numerare digneris, quamuis inutilem & ignotum. Is qui te ipſi uicarium legit in terris, diù ſoſpitem tanto ſeruet officio, teq́ hinc ſerò digredientem cœleſti ſede recipiat. Pataui VIII. idus Maij.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIBVS, Liber XII.

FRAN. PETRARCHA IOANNI PATAVINO Phyſico inſigni, S.

De quibuſdam conſilijs Medicinæ.

OBtuliſti mihi materiam iocandi in mulis, ludit apud Ciceronem uir egregius in morte. ego nõdum quidem in morte, ſed in morbo graui ac multiplici, & neſcio quàm uicinus morti ludam tecum. non ſoleo diſputare de incognitis, ut multi, qui dum uideri ſapientes cupiunt, inſipientiam detegunt, omniaqúe, ut ait Comicus intelligendo faciunt, ut nihil intelligant. quomodo qui Medicinæ nunquam oculos ſeu aures, ne dicam animum applicui, immò qui proſperrima, ad hoc tẽpus fretus ualitudine, uerum, ut fa-

ut fatear, illud ſtudium, uelut mihi ſuperuacuum neglexi, & non quidem artem ipſam, ſed artifices paruipendi, præter aliquot uiros, quos dilexi, quoniam ueri mihi Medici uidētur, quomodo, inquam, talis ego, cum principe Medicorū huius temporis, aut uinco, aut uno ex paucis diſputarem, de rebus ad Medicum ſpectantibus? Non diſputatio ergo, ſed ludus inſtituitur, ut tantiſper & tu curas meas rideas, & ego malorum præſentium obliuiſcar, ac morborum, qui me agmine facto, ut Satyricus ait, circunſiliunt & infeſtant. Miſiſti mihi plenam fidei epiſtolam, plenam ſolitudinis, plenam artis quàm profeſſus es, cui quidem ego arbitror, nil adderet Hippocrates, nil demeret, nil mutaret, quid'ni autem ille conſilijs tuis acquieſceret, cuius è fontibus hauſta ſunt, cum ego horum inſcius, & contemptor in multis, tamen ratione uictus acquieuerim. Scribis pro remedio ſtatus mei, & ſi non omnimodo, & aliquali mutatione uitæ, ſeu uictus ſoliti opus eſſe. quod quidem ſine contradictione conceſſerim, habet enim ætas quælibet ſua, ut animi, ſic & corporis alimenta. & ſicut ſtudia puerorum non conueniunt ſenibus, ſic nec cibi omnes, ita ſuū hoc diſtinxit opificium natura, ut unaquæq; pars, præclari licet fragilis caducique operis, ſuis pro uarietate temporum ſit fulta præſidijs. Et ut doctus Architectus, in eadem domo æſtiuas, & hybernas, ac reliquis anni partibus, ſuas cuiq; diſtribuit manſiones, ſic natura ſolers ac prouida, in eodem homine uarias ſtatuit ætates, & cuiq; ſua quædam propria & attributa conſtituit. Primum uer ætatis infantiam, ac pueritiam uoco, has adoleſcentia ſequitur, quaſi uer præceps, & æſtati proximum. & quamuis nulla ætas uanior, nulla inconſultior, nulla in libidinum irritamenta procliuior, hanc tamen illa, quàm æſtatem uitæ dixerim, iuuenta conſequitur, non iam florida, uirens tamen. & non quidem tàm uentoſa ſeu mobilis, ſed maioribus cupidinum atque irarum ignibus æſtuans. hanc ſubit ætas iſta maturior ſenectus, à ſexageſimo anno, ut Auguſtino uidetur incipiens, quanquam alijs aliter uiſum ſit. ſimilis hæc autumno, & tranquillior cunctis & lenior, & legendis fructibus retroacti temporis aptior, æuo cōſumptis, & uirtutum ſtudio domitis, æſtibus paſsionum, ultima eſt hyems ſenij, iners, frigida & quietis appetens, & caloris. quàm quædam tamen magna olim & præferuida ingenia concaleſcere coēgerunt, de quo nunc agere longum eſt. Vt igitur has ætates, quod de tribus expertus ſum, de quarta auguror, ſtudijs atq; exercitijs diſtinctas fateor, ſic & cibis & alimentis arbitror. Ecce autem, ut cauſam ego tuam adiuuo, & quod breuiter ſtringis latius explico, ubi unum interfatus, pergam quo diſpoſui, quod tu quidem non pro adulatione publica, ſed pro ueritate, & pro noſtra ſingulari amicitia dictum crede, obſecro. quicquid igitur Hippocrate aut Aeſculapio, id & tibi crederē, & forcaſſe plus aliquid, quia quem ſumis arte ac ſciētia parem reor, fide & charitate ſuperiorem ſcio. quamobrem, ſi quid aliter actu dixero, aut ſi aduerſari uidear, aut ſi aduerſer, feres amico animo, meq; non tibi, ſed his quos modo dicebam Medicinæ repertoribus aduerſatum finges. Iam primum illud certum habeo, non aliter tibi ſalutem meam, quàm tuam propriam cordi eſſe. neque illud minus mihi perſuadeo, eorum quæ à maioribus ueſtris ſcripta ſunt, nihil tibi prorſus incognitum, qui & aliqua forſan ingenio, te illis ac ſtudio adieciſſe. Nulla hinc quæſtio, nulla repugnantia, illud indubium uenit, an cuncta quæ illis exciderint, quaſi diuino ore prolata, ſic fidem mereantur, ut contra ſentire nephas ſit. Et Hippocratem quidem purū hominē, Aeſculapiū uerò Deum habitum, non apud ſuos tantū, ſed noſtros etiā noui, à maiori tamen fulminatū Deo. neq; uerò ſum neſcius, ſi tuorū te auctorum dictis, uti patiar, quicquid uoles, nullo negotio probaturū, ſed in cauſa propria, teſtimonia ſunt ſuſpecta domeſtica. Scio aliquos, dū de ueritate aut falſitate diſciplinæ cuiuſpiam altercantur, in medium adducere ſolitos, eiuſdem ipſius artis auctores, quorum de fide quæſtio prima eſt. Quod mihi nō mediocre in diſputando uitium uidetur, ad probādum, quod uelis id afferre, quod non poſsis, quia non conſtet, & dubium, ut ſic dicam, per ambiguum probare. non recipio fidei teſtem, ancipitis laudatum, licet inter ſuos. Procedo autem dicis, & quaſi fundamentum conſilij tui ponis, ætatem ſimulque naturam meam lapſu temporis immutatam, itaq; me prorſus Philoſophico monitu reſpicere ad.

ætatem

ætatem iubes,in quo planè mecum ſentis,& id dicis uerbo,quod ego rebus experior. iuuat enim nunc etiam cauſam tuam agere,magnus eſt amice immò inextimabilis uitæ curſus,dicam melius uolatus,uolat enim ætas,inquit Cicero,adderem,hercle,ſi ſcirem ad uolatum aliquid,nulla hyrundo,nullus ſic uolat herodius,ut uitæ noſtræ dies uolant, in illis enim motus alarum internoſcimus,& ſpatia,& progreſſum,& appropinquātes termino, & iamiam peruenturos cernimus,in nobis autem,niſi forſan aliquibus,hiſq; perpaucis,& cœleſti præditis ingenio,atq; animo,nil omnino,niſi nos inopin tes,ac ſtupidos perueniſſe. quo circa uolatum hunc ætatis,non auis uolatui ſimilem,rectè quis dixerit, ſed ſagittæ quàm non arcus impulerit,ſed baliſta. quæ ſi tàm benè iuuenibus nota eſſent,quā ſunt ſenibus,& illius ætatis honeſtior atq; innocētior uita eſſet,& huius recordatio gratior atq; iucundior. At nunc cæcam,& improuidam adoleſcentiam,rapidamq; iuuentam longioris uitæ ſpes,in ſcelera & probra multa præcipitat,quæ tum demū dum caueri nequeunt, nec iam aliter quàm pœnitentia & lachrymis dilui,experrecta ſerum conſpicit ſenectus, & fallaci quorſum ſpei fidendū eſſet intelligit. Diſtinguimus ætates pro uarietate ſentētiarum, quod ipſe ego,nunc ut uides feci,& quod in fruſta diuidimus,magnū eſſe aliquid oſtendimus,hinc ſpes longas,& telas inexplicabiles ordimur,& ingentia rerū difficiliū iacimus fundamenta,proponimusq; animis,perpetuam iuuentutē,ac fœlicitatē cras futuri ſenes,ac miſeri,non quod per ſe miſeram ſenectutem dicam,ſed fœlicem potius, niſi præteritarum ætatum deluſa eſſet erroribus,neq; uerò uel ſic miſeram,modo aſſurgat,& diſcuſsis inanibus,ſapientiam & ueras opiniones,iuxta Platonicam ſententiam extrema quamuis ætatè percipiat. quod ſi Philoſophis uiſum eſt,quid uideri nobis debet,quibus & ſapientiam & uirtutem & ſalutem aſſequi,ſine curioſitate aut labore nimio,qualis illorū fuit,ſobrio animi dolore,pioq; gemitu datum eſt,illa uerè miſera eſt ſenectus,quæ hinc fragilitate corporea,ut mea nunc morbiſq; ſenilibus,hinc petulantia iuuenili,quam Deus à nobis longè faciat,& turbidis motibus quatitur animorum. Sed redeo ad errores iuuenum & ſpes uanas. quid his enim,quæſo, non liceat, quibus nemo obſtat, omnes fauent, non uulgus modò,ſed humanum genus. Cæterum fallant ſeſe homines ut libet,totum hoc quod diſtinguimus,quod multiplicamus,quod extendimus nihil eſt,proinde hic eſt ille ætatis noſtræ rapidiſsimus uolatus, de quo nemo cogitat,nemo non loquitur,nemo,inquam, cogitat niſi in finem,quādo in tergum uerſus,& exacta remetiens,ſomniaſſe quodammodo ſe extimat non uixiſſe. Mutari autem cum ætate hominem,quis non ſentit? aut quis eſt qui negare audeat? Adhuc quidem cauſam tuam munio, cedunt annis arces marmoreæ,ne dum terreus homuncio, ex contrarijs compacatus humoribus, cedunt mœnia fortiſsimarum urbium. Nonne uides ut Babylon illa uetus interijt. Troia corruit, & Carthago,quibus duabus, & non tàm anni nocuêre quàm ignes,& gladij,& arietes. Corynthus & Syracuſæ,& Caput & Aquileia, & Cluſium,& Tarentum,paruæ ſunt ueterum urbium reliquiæ, Lacedæmon & Athene nuda ſunt nomina, Roma ſenio ſuccumbit, iamque ſuccubuiſſet, & totam in cinerem uerſa eſſet,niſi eam clari nominis ſuſtentaret auctoritas. innumerabiles aliæ nunc ſeneſcunt, ſuum & ipſe exitum habituræ, citò quidem, ſed ignotum nobis, eò quod longior ſit ætas urbium,quàm hominum,prius ergo quàm una urbs ſeneſcat,multa hominum milia ſenuerint,neq; homines tantum,ſed tamæ hominum obierint,annis tacitè ſeclisq; labentibus. Quid miri autem,ſi manu factæ urbes cedunt ſenio? rupes cedunt, & iuga montium ſtatum ac naturam mutant,unde iam Veſeuus frixit,Aethna tepuit. alpes multis locis ſubſedêre, abſciſsique undis Pelorus Siculus,atque Italus Apenninus,ubi frondoſis olim collibus ſtabant. Nunc infamem deſpiciunt charybdim. horriſonis fluitare uerticibus, ad extremum, & ſi hoc unum magni negent uiri,magniquè inquam,in alijs,in hoc parui, æuo ut credimus mundus cedet. quid ni igitur cedam ego? ceſsi equidem,& ſi dici licet, ultra communem modum ſobriè temperáterque uiuentiū, quorum me numero inſerere non meo certe iudicio,ſed aliorum teſtimonio fortaſſe auſim. Sunt ecce mihi,dicam uerius fuerunt, uitæ anni ſex & ſexaginta.

ginta. qui dum ſingulos cogito, multa mihi annorum millia uidētur, at dum omnes ſimul,
dies unus, isq́ & breuis & nubilus, & laborioſus & miſer. & cum multos libidinoſos, e-
brios, octogenarios ſat benè ualentes nouerim, hic me annus ſic affecit, ut ſine ope famu
lorum, multis iam diebus immobilis ſim, pondus, mœſtum, graue alijs, odioſum mihi.
quid hic rei eſt. Audio iam hinc te, & concinnentes undiq́ medicos aquæ potum, unam
eſſe uel præcipuam mali cauſam. ô fœlix ebrietas. addent alij pomorum eſum, fugam car-
num, ieiunium, ô infauſta ſobrietas, ergo ſanum nihil, niſi ebriorum potus, & luporum ci-
bus: ſed de his tecum integra mihi, nunc etiam lis manet, erit fortè aliquis, non Medicus,
qui peccatum meum, rei cauſam ſolam dicat, quod ſi admittimus, Deo meo gratias ago,
qui multorum criminum, fœdas notas, leui ſupplicio expurgat: quod ſi aliam cauſam,
malitiam quis complexionis obiecerit, teſtem uiuum, & fide dignum proferam, illum alte
rum Medicorum modò tecum principem, ſi quid famæ credimus, compatriotam meum
Thomam, poſſem alios, ſed mortuos teſtes, ad iudicium uocare, ridiculum. Ille ergo an-
no altero, apud Ticinum ubi tunc eramus, ſub amico illo tuo Ligurum domino, turba no
bilium audiente iurauit, nullum ſe unquam corpus meo ſolidius, ſuo utor uerbo, nullum
ſanius, nullam complexionem uidiſſe nobiliorem. & certè quamuis magnarum nūquam
uirium me fuiſſe meminerim, agilitate tamen, ac dexteritate corporis tanta fui, ut poſſe
uix cederem, ab aliquo ſuperari. quæ ſi primæ ferè poſt tenerum & labile come decus, in
hominibus pereant, me gradatim tamen, ita uſque ad hoc tempus comitatæ erant, ut præ-
ter ſaltum ac curſum, quibus iam nec egeo, nec delector, nullā quaſi iacturam ætatis, hac
in parte ſentirem. Annus hic omnium uicem geſsit annorum, longa ergo, nempè annua
ægritudine, ſic deiectus ſum, ut non meis pedibus, ſed famulorum brachijs aſſurgere uale-
am aut moueri. gaudeo, ædepol, ut in malis, quod nō hic ſexageſimus tertius, de quo mul-
ta olim ad Ioannem alterum ſcripſi, ſed ſexageſimus ſextus eſt. quamuis enim exoticis ſu
ſpectiſq́ue dogmatibus, non faciliè flecti poſsim, poteram tamen fortaſſe, ſi tunc mihi iſta
eueniſſent, errore illo Aſtrologorum, de quo tūc agebatur, & ſi non opprimi, tangi tamen.
Sed omiſsis hæc quod ad me attinet, cauſarum indagine, cum illa anceps, effectus autem
certi ſint, tu ut phyſicus, ut amicus, ut uir bonus, remedia mali huius, tuo quidem ingenio,
& altè excogitata diligenter conſcripta tranſmittis. Quæ ſi ritè numero, ſunt ſex, prætermit
tam uerò illa tria, in quibus mihi tecum nulla lis erit, iubes ex præcepto artis tuæ, ut car-
nibus, ac piſcibus ſalſis, & herbis crudis abſtineam, quibus delectari ſoleo, parebo equi-
dem. nam & natura mea, ipſa ſibi conſulens, hoc ciborum genus, ſolito parcius appetit, pa-
rata his carere perpetuò ſi neceſſe ſit. ad tria illa feſtino, in quibus à te paululū, immò ual-
dè diſſentio. Iubes ut ieiunium à pueritia, uſque ad hanc ætatem, ſine intermiſsione ſerua-
tum, linquam, & inertis more curſoris, in ſtadij fine deficiam. Atqui, non nunc nouiter
audio conſilia Medicorū, diuinis aduerſa eſſe, conſilijs. nec ſum neſcius, quid & Medici, &
qui ieiunium damnāt dicere ſoliti ſint, utilius eſſe, & honeſtius cibum partiri, quodq́ uno
prandio ſis ſumpturus, in prandium & cœnam diuidere, haud irrationabile forſitan, ſi di-
ctis facta congruerent. atqui hæc dicunt, interfui enim uitæ conſultorum talium, & mane
ſe implent, & ſerò ſeſe ingurgitant. ita cibum non diuidunt, ſed duplicant Platonicum il-
lud obliti: Nullo, inquit, modò mihi placuit, bis in die ſaturum fieri. Proinde ſi Deus me
reſtaurare dignabitur, ſolitum & connaturatū iam mihi ieiunium, non omittam, neq́ nūc
omitto, niſi eatenus ut ſextæ feriæ ieiunium, panis & aquæ tantiſper, dum hæc repentina fra
gilitas cedit ad morem ieiunij cōmunis, inflexerim, Deo auſpice mox ad conſuetudinem
reuerſurus. Sed iam ſenior imbecilliorq́ non poteris, immò quidē ego, etſi omnia poſſum,
in eo qui me confortat, ſed qui hoc dixit Apoſtolus, tu peccator magnus es an non & ip-
ſe peccator ante quā Apoſtolus, an uerò peccatores, qui nomē eius implorāt, CHRISTVS
deſereret: propter quos è cœlo in terram uenit. Non ſum diffidentiæ filius, de me quidem
ualdè metuo, de illo autem nihil meritus, fateor, multum ſpero, & poſſe non dubito, non
hæc modò ieiunia, fœminis etiam puerisq́ facilia, ſed aſpera quælibet ipſo adiuuante
perficere.

perficere. An uerò non tot decrepiti ſenes, in deſerto panem hiſpidum, & torrẽtis aquam, in delitijs habuère, perpetuo ieiunio & fortes & uegetiꝰ non legiſti Antonium propè centenarium, & Paulum centenario maiorem, pane unico, & exigui uena fontis, lætũ illud ſacrumque conuiuium apud Hieronymum celebrantes. quod quotiens pijs auribus audimus, pijſque oculis legimus, nullo cibo aut potu ſola uirorum talium commemoratione reficimur. at illis dicat aliquis, aderat Deus. quis hoc neſcit: ſed & nobis adeſt, alioquin non eſſemus. An ego defuturum mihi Deum rear, dum præſertim boni aliquid moliar, an qui mihi contemnenti affuit, & peccanti pœnitentique non aderit & peccantiꝰ Poſſum amice ieiunare ne dubita, noli omnia tuis auctoribus credere, crede aliquid amico, cui nunquam ieiunium nocuit aut nocebit. nam quid cauſæ dicam, quod aniculæ tremulæ, totos menſes uictu duro, & tenui ieiunant, nos uiri lauto largoque uictu, diem unum ieiunare non poſſumus, non hæc fragilitas mihi crede, ſed gula eſt, non eſt igitur, cur honeſtum & innoxium intermittam morem, immò quidem ſicut ſancta canit Eccleſia, ſaluti animarum, ſimul & corporum inſtitutum, ita enim ſentio, fame aliquos, plures crapula, nullum penitus ieiunio perijſſe. Progrediamur ad reliqua. Aliud ex conſilijs, non tàm tuis quàm medicorum omnium, tu enim ſciens, credo, cum litigioſo homine tibi rem eſſe, cautius agis, ſed ex aliorum ſententijs, tuam metior, quàm tu quoque lentius uibras & in tranſitu. Eſt autem, ut pomis & omni genere fructuum arboreorum, quaſi aconito abſtineam aut cicuta. in hoc autem ac ſequenti conſilio, temperare non potero, quo minus aliqua repetam, ex his, quæ olim ad Ioannem illum alterum ſcripſi, cuius ſuprà mentio eſt habita, hoc intererit, quod tunc iratus recẽti memoria cõtentionis antiquæ, quæ mihi cum Papæ Medicis fuit in Gallia, qui neſcio cur famæ meæ neſcio, an & uitæ bellum indixerant, quod epiſtolam unam breuem, ſed ni fallor ueram, auſus fueram ſcripſiſſe Pontifici, nunc placatus, & illius immemor tumultus, cum amico iocans ſcribo, Deus enim bone, quod hic odium, quæue infamia pulcherrimæ rei eſt, & guſtũ ſimul, & tactum, & nares, & oculos delectantisꝰ omnes ne igitur homines inſaniuntꝰ ſolus is ſapuit, qui pomis immeritis, maculam hanc immiſitꝰ quomodo autem natura ſic humanum genus illuderet, ut ubi plurimum oblectationis & gratiæ ponebat, ibi plurimum diſcriminis abderetꝰ non eſt piæ matris, ſed nouercæ impiæ, & immanis, melle uirus abſcondere. nam ſi dicitur, non fructus, ſed eorum immodicum æſum damnamus, nulla iam supereſt quæſtio, ſi quidem & perdicum & phaſianorum, quorum apud uos, ut audio laudatiſsimæ carnes ſunt, æſus nimius nocet, quàm hinc poma infamiam meruère, non res ipſa reprehenditur, ſed exceſſus æquè in rebus omnibus reprehendendus. alioquin quo hic tantus agricolarum labor, & induſtriaꝰ quid de hac re tractantibus, & Græcis facias & Latinisꝰ Heſiodo, Virgilio, Catoni, Varroni, Palladio, multiſque alijsꝰ quid denique Ciceroni, & in eo præſertim libro, quo ſenectutem defendit, ab his uitijs, atque incommodis, quæ inſani iuuenes, illi obijciunt ætati, in quo quidem Cato ipſe Cenſorius inducitur, tantus uir, agriculturam, mechanicam licet, tamen haud dubiè utiliſsimam mundo artem, miris laudibus efferens, atque inter multa ſalubria ac iucunda; conſitionibus atque inſitionibus arborum, nihil illam aſſerens inueniſſe ſolertius. quid demum Cyro Perſarum regi, quem eodem libro, arborum quas ſeuiſſet ipſe ſuis manibus, ſerendaſque dictaſſet, ſpem atque ordinibus gloriantem legimusꝰ quid poſtremò Romanis ducibus, Appio & Decio, à quibus poma Appia & Decia in Italiam aduectaꝰ illa prædulcia, hæc uerò ſubacria utraque ſapidiſsima, ſuorum nomina traxiſſe uidentur auctorum. & quoniam ab antiquis licet ſine periculo diſſentire, quid amico facimus communi, quo neſcio, an ſeu uir melior, ſeu noſtri amantior alius uſquam ſit, qui per cunctos angulos Italiæ, omne genus fructiferarum arborum, quæſiuit, & incertum, an Italia longius hæc inquiſitione penetrauerit, ut non ſua tantum, ſed amicorum uiridaria, peregrinis arboribus exornaret, dicimus'ne igitur & modernos omnes, & antiquos præter ſolos Medicos inſaniſſeꝰ Profectò enim ſi huiuſcemodi arbores iure damnantur à medicis, nõ mediocris inſania eſt, tanto ſtudio nociua conquirere, quanto uix proficua debuiſſent. quod ſi neq; ar-

bores

bores ipſe, neq; illarum fœtus, ſed incontinentia ſola reprehenditur, iam ſupra reſponſum habes, quamuis ego notiſſimos Medicorum, ut hac. ſaltem in parte illos excuſem, aliter docentes, aliter prandentes, aliter dictantes, aliter cœnantes, ſæpe notauerim. Vltimum reſtat, ita meis alienum ſenſibus, ut ſtupore ipſo calamum frenet, puræ aquæ potus interdicitur, cur queſo: an fortè ideò, quia ille magnus uir ex noſtris, aquæ nullũ opus inueniſſe ſe dicit, niſi quod bibitur in acutis, & in ſe forſitan uerum dicit, ſed an uerè nullum aquæ opus aliud ſit, de hoc quæri poteſt, immò nec de hoc quidem, ut arbitror, quæri debet, quid enim proh ſuperũ atq; hominum fidẽ, ita ne ergo ſenex unus, Græculus fortè, uini amicus, aquæ hoſtis, tot fontes lucidiſsimos, tot puteos profundiſsimos, tot riuos amœniſsimos, & ad ſummã, totum hoc naturæ parentis iucundiſsimum elemẽtum, uno tam breui ſuſtulit, ac ſiccauit elogio; quid hic dicam; niſi miſeras tot alpinas gentes, quæ liquidis fontibus ſitim, ſedant, uinum non modò non habent, ſed nec noſcunt quidem, uiuunt tamen multò etiam ſalubrius, quàm uos meri bibuli, quibus unum diem uino caruiſſe ſupplicium eſt. Miſeros patres illos noſtri generis, antequàm uinea plantaretur, quorum tamen uitæ ſpatium, ſiue noſtris moribus, propè ad milleſimum tendebatur annum. miſeras matronas Romanorum, illas primas, quibus uinum bibere capitale fuit, uſq; adeò, ut qui illud bibentem coniugem occidiſſet, non ultore tantum, ſed reprehenſione caruerit, nec tamen inutiles ideò, nec exangues fœminæ illos filios pepere͡re, quos nunc etiam admiramur cultores uirtutum, expulſores uitiorum, paſsionum ac gẽtium domitores, compotrices noſtræ, nobis iſtos pariant quos uidemus. Miſeros gallorum antiquiſsimos, antequàm uinum noſſent, cuius uſum, ut ſcriptum uides, Roma iam adoleſcente didicerunt, & non potius hos miſeros Bacchi & Veneris ſacerdotes, qui propter uini patrij, ſaporẽ, *CHRISTVM*, Petrũ, fidẽ, decus atq; animas ſuas quas mortales putant, & malè ſibi creditam Eccleſiam derelinquũt quanq; enim hic latentior cauſa ſit, tamẽ iſta prætendũt ut ſæpè dixi, maluit enim ebrietatem fateri, quàm impietatem, cum negare neutram poſsint. miſeros ad extremum. non Indorum modò Philoſophos, quos Gymnoſophiſtas ac Bragmanos uocant, quorum princeps, fontis aquam bibens, uber ſe terræ matris incorruptum ſugere gloriatur. ſed ferè omnes totius populos orientis, quibus lege lata, uini potus eripitur. ſolos denique nos fœlices, qui uini dolia facti ſumus, ubi uinum ſiluiſſe noluerim, contra noſtram uiolentiam, neſcio, an ueracius dictum an mordacius. Cum nuper inter Soldanum Babylonis Aegyptiæ, & noſtros belli cauſæ, heu, non de fide *CHRISTI*, neque ſaltem de imperio aut gloria, ſed de mercibus atque auaritia ortæ eſſent, regeretq; tũc Aegyptum & Soldanum puerum, uir quidam conſilio ſublimis, conditione humilis, ut quem ante paucos annos, ære uenditum fama eſſet, ſed quem ſubitò ſua ſors extulerat, ut ex alto rueret, atque illi è ſuis quidam ſuaderent, ut Mitridaticum ſequens morem, antequàm Chriſtiani fratres ſuos, ut minabantur, inuaderent, omnes qui ſub eo eſſent morte mulctaret. Non eſt, inquit, illi temerè committendum, ut inſontes & noſtro utiles imperio perimamus. Neque uerò Chriſtianorum minis ac iactantia nos moueri oportet, & ſi enim potentes, ac magnanimi uiri ſunt, uinũ tamen bibunt, & idcircò multa ſerò minantur, quorum mane non reminiſcuntur. O latratum canis perfidi, contumelioſum, fateor, ſed uerũ, ſic eſt enim, uitam noſtram, uitæ noſtræ dehoneſtant. & feruente uenis uino, uani facti ſumus, modeſtiamq; & rerum ac uerborum fidem excluſit ebrietas, nec amici nobis credunt, nec nos hoſtes metuunt, quia ferè ad menſam & promittimus & minamur. quæ licet non uini quoque, ſed abutentium culpa ſit, quia tamen latè patens, & radicatum nimis eſt uitium, neque iam aliter, quàm uini penuria extirpari poteſt, crederem medius fidius, expediens mundo, ne uinum uſquam, niſi ad ſacra reperiretur. clamabis tu, & tota acies tua, quid facerent ſtomachi? quieſcerent, non feruerent, non tumerent, non ructarent, non ſpumarent, non pugnarent, facerent quod fecerunt, ueterum ſtomachi, priuſquàm uini uſus eſſet, hodieq; faciunt, quibus uini uſus nondum eſt. Sed nos gulæ culpam ſtomacho damus, & inuectos uino morbos, uino pellere, quaſi flammã flammis extinguere, nitimur. ſcio hominem, qui nunc ſuper eſt, nec procùl hinc abeſt, ſuarum rerum teſtis idoneus, hunc ego

adoleſcens,

adoleſcens, ſua adhuc uiridi ætate cognoueram, ſic podagra preſſum, ac chyragra, ut nulli penè rei utilis haberetur. reuiſi eum poſt decenniū, incolumem, nullis podagræ ueteriſq; mali ueſtigijs, utentem expedito & libero membrorum miniſterio, obſtupui, illi cauſam ſtuporis intelligens, Vinum, inquit, me fregerat ac ligarat. aqua me reſtituit atque abſoluit. Nudiuſtertius cum podagram illi reuerſam, poſt tàm longum tempus ex filio audiuiſſem, ſcripſi ſibi, uideret, ne cum amico eius uino hoſtis podagra ſubijſſet. cui ille, non id uini potu, ſed eſu tantum, immerſi uino pacis accidiſſe reſpondit. I nunc, & rem optimam uinum, nega, quod podagram facit, & conſeruat, & reuocat, ſolo ut ſic dixerim odore. Vinum certè proprium illuſit auctorem, eumquè qui primam uineam plantauerat, primum uinea ſupplantauit. uinum Loth, diuino iudicio tot ex millibus ſolum iuſtum, in horribilem præcipitauit inceſtum. uinum Nabal Carmelum, ſuæ hinc imbecillitatis, & in Dauid regem contumeliæ, illinc regiæ poteſtatis oblitum, in conuiuio detinuit, cum iamiam ebrio mors inſtaret, niſi uiri periculo, prouidentia coniugis occurriſſet. Ammon fratrem primogenitum, cum propter uiolatæ ſororis iniuriam iratus, Abſalon perdere decreuiſſet, uino grauem iuſsit interfici, quamuis aliter quidem poſſet, ſed ſic uinum poſſeſſores ſuos faciles præbet excidio. & ut ſacris literis, ſæculares immiſceam, uino adoleſcens ille Scythicæ filius reginæ, circumuentus à Cyro Perſarum rege, cum toto ruit exercitu. hi ſunt qui Romanos ſobrij uicerant, ab eiſdem mox ebrij uicti ſunt. Alexander Macedo ferro inuictus, uino uictus. atque ad acerbam actus eſt mortem. uino Antonius Triumuir è Romano factus eſt Barbarus, uitæ ac famæ iactura inſigni. uino feruidos omnes, qui ad euertendam Remp. acceſſerunt, præter unum Iul. Cæſarem fuiſſe Cato ait. uino denique, ipſius Catonis fama temptata eſt, ſed radicata altius manſit immobilis: & quæ memoria, ſeu quis ſtylus materiæ, non ſuccumbat recenſendis uini mœſtis, ac funeſtis euentibus? ad ſummam uerò. multo mala uino accidunt mortalibus. & uos aquæ potum interdicitis, homini ab infantia pueritiaquè, & uſque ſub finem adoleſcentiæ iugi aquæ potu enutrito, & conſuetudine in naturam uerſa, quod maximè ueſtri, ut audio trutinandum dicunt, uix ſerum ad potorum uini ſigna tranſlato, fontem tamen adhuc plus aliquanto quàm dolium amanti. Nec me fugit obſtare mihi, illud Apoſtoli ad Timotheū ſcribentis: Noli, inquit, adhuc aquam bibere. Ecce non'ne hic tecum loqui uidetur, & me alloqui. fieri autem poteſt, ut ille uel conſuetudinem uel naturam alteram, & meæ diſſonam haberet, & à iuuentute uino uſus ſenior aquæ aſſueſceret, cuius contrarium in me eſt. itaque mutationem hanc, ex deuotione forſitan exortam, illi damnoſam, intelligens, Paulus id ei prohibet, quod mihi prohibuiſſe damnoſum ſit. aliter enim non'ne & uino ineſſe luxuriam, & bonum eſſe non manducare carnem, & non bibere uinum. Paulus idem in cōmune prædixerat? neque illi uinū tamen ut uinum, ſed ut medicinam tribuit. ait enim uino modico utere propter ſtomachum tuum, & frequentes infirmitates tuas. Vltimum certè hoc annus iſte, mihi nouum & inſolitum inuexit, crebras ſcilicet ægritudines, ſed dum ſanus ſum, ſtomachum non noui, de quo multi per ſingulos lamentantur dies. ſiqd autē aliquando fortè grauedinis incidit, nil ſanius experior, quàm bonæ aquæ recentisquè hauſtum. ſcio me rem nouam Medicis & incredibilem loqui, ſed & mihi, ſi mereor, de meipſo aliquid credi poteſt, millies hoc expertus affirmo. Sed mutata eſt ætas, quis hoc neſcit, & dum loquamur, mutatur, mutabiturquè tàm diù, donec mutari amplius non poſsit, quod ſola mors faciet. nunquid autem excors hebesquè adeò ſum, ut quid mihi proſit aut noceat non ſentiam. Tepui equidem non *refrixi*, mequè ipſo frigidior, ſed coæuis meis multis, & minoribus aliquanto calidior ſum adhuc, & tamen aqua utor parcius quàm ſolebam. quid uis amplius? ut aqua prorſus abſtineam fruſtrà uelis? ſuſpicor autem, tuo & amicorum conſilio actum eſſe, ut ad hos colles uberes atque amœnos, in reliquis inaquoſos, tamen uenerim, ubi aquam puram *bibere*, & ſi ualdè cupiam, non poſſum inter fontem ſcilicet, & hanc domum *ſic ſolis radio* tepefactam, ut placida eſſe deſierit. ſed ſi recentiſsimum urbanæ domus

ad puteum rediero, huius memor incommodi, uidero quorſum Medico conſilio crediturus ſim. tu tamen & doctrina fretus, & ingenio, ualidum hic in me conficis argumentum. Et ſi Medicis, inquis, non uis credere, nunquid ſaltem tibi ipſi, nunquid experientiæ matri artium non credes? cogita quot tibi hic annus, præter ſolitum morbos fecit, ex contemptu præceptorum Medicinæ; aquæ potus, eſus fructuum, ieiunia, horum cauſæ ſunt malorum. primam ut uides ultrò fateor morbos multos unum mihi in tempus incidiſſe, quis mihi uerò alteram præbet, illas quas Medici uolunt cauſas, hæc incommoda mihi ante tempus attuliſſe, & non potius in longum tempus forſitan distuliſſe. occulta quidem & profunda ualdè ſunt naturæ opera, de quibus rectè iudicare difficillimum eſt. Cæterum ſuo ueritas loco ſtet, opinionem autem meam, mihi multis firmatam experimentis, non dicam Græculus ille unus, ſed ne Græci quidem omnes eripient. non ſi Vlyxes aſtu, ferro Achilles, Aiax impetu, Neſtor auctoritate, ſceptro Agamemnon redeat armatus. nec ignoro quid dicturus ſis, nempè, quod ſolitus es, Fac ut libet, inquies, ſcito tamen, quia Medicis non credendo minus uiues. Satis uixi amice, & ſi fabulam peregi, non recuſo deſinere, uel etiam imperfectam, ſi ludorum domino placet interrumpere, feſſus iam, nec ſi hodie moriar, iuſtè quidem de uitæ conquerar breuitate. nam ſi omnes ad meam perueniant ætatem, orbis terræ humano generi erit anguſtus, tantumque abeſt, multum uiuere ut cupiam, ut uixiſſe nimis uerear, dum repeto, quos amicos, & quos uiros, qualeſue præmiſerim, & qua nihil hic fit, niſi idem hodie, quod heri, quotidieque peius aliquid, quot undique pericula, quot fortunæ minæ, quot habituum ludibria, ab Aquilone naſcentia, unde omnis ſemper mali radix, moribusque Barbaricis quam ſe docilem noſtra præbet Italia. quod in alijs facilè paſſurus, in has ægrè patior. quantum denique uirtutum exilium, quantum imperium uitiorum, quot hominum tædia, quot rerum. hæc inter, tu ſuauem mihi, ſeu dulcem uitam putas, aſpera & amara eſt, ſed omnis aſperitas, & omnis amaritudo, æquanimitate & patientia lenienda eſt. uitæ ergo patiens, non uitæ cupidus uiuo. qualiſcunque autem uita hæc, prolongari poſſet, ſi Medicis obedirem, hoc ego certè nec curo penitùs nec ſcio, immò unum fateor, ex his quæ prorſus ignoro, ſiue enim, quia nobis non uſquequaque tutò creditur, ſiue quia nobis omnia credere difficile eſt, & credentem aliqua, non omnia credere periculoſum. multos Medicis obſequentes, quin & ipſos medicos uitæ breuis, & infirmæ, & rebellantes alios uitæ diuturnioris ac ſanioris agnoui. proinde nec mea uita, nec mortalis cuiuſpiam longa eſt, mea uerò, ſecundum communem iuſtæ uitæ modum, iam breuis eſſe non poteſt. claudendæ aures uulgò ſunt, excutienda errorum nubes, & caligo, abijcienda uitæ cupiditas, mortis metus. Alioquin nullus erit finis, ſemper annis aliquid detrahere, ſemper uoſmetipſos fallere dulce erit, ſemper iuuenes, & eſſe optabimus, & uideri, ueram confeſsionem mors elicìet. ego non iam breuem, utinam non malam potius, & inutilem uitam queror. quadriennio me minus ac decennio uixit Maro. triennio minus uixit Cicero, triennio minus Ariſtoteles, decennio minus Cæſar, Decennio minus Scipio, ille orbis uictor, hic Carthaginis euerſor ac Numantiæ. Alexandrum ſileo, & Achillem, caducamque Priami familiam, & ex noſtris Druſum Germanicum, Marcellinum, & reliquos illuſtres, qui in ipſo ætatis flore perierunt. An mihi non ſufficit tantos uiros uitæ ſpatio exceſsiſſe, quamuis me decennio, & Auguſtus & Auguſtinus exceſſerit. Horatius Flaccus pari ſpatio, & anno amplius. Plato tribus luſtris, totidem Simonides, & Chryſippus, quatuor & eo amplius Cato, quinque Hiero Syracuſius, quinque Carneades, ſeptem Maſsiniſſa, ſeptem Valerius Coruinus, ac Metellus & Fabius, acceſsêre ad hunc numerum, Iſocrates & Sophocles, & Cleantes, & Varro, uel hunc etiam attingere, quem Gorgias Leontius ſeptennio ſupergreſſus eſt. quid nunc igitur? eſt ubi ſumma concupiſcere uirtus ſit, at rerum labentium mediocritate contenti ſimus. quamuis igitur, non uiuendi uoluptas, quæ mihi ut dixi cernendi, æui noſtri mores fateor nulla eſt, ſed ſtudiorum meorum, ratio pluſculum aliquid uitæ poſcat: Sentio tamen quia ſi centum adhuc annos uiuerem, ſemper

aliquid

aliquid neſcio quid deeſſet, quamobrem dico iterum, uixi ſatis, uiuam tamen adhuc, quantum illi placuerit, de quo ſcriptum eſt: Conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt: in omnibus Deo gratias agẽs, & paratus ad utrumlibet, ſeu ille me uiuere iubeat ſeu mori. neque quod dum poſſem honeſtius unquam feci, longam ab eo uitam, ſed bonũ uitæ exitum optabo, ſperans, non de meritis meis, ſed de illius miſericordia, quod uitæ huius finis, erit uitæ melioris initium. hæc tecum amice, ſicut præſens ſoleo, abſens luſi. Et quamuis fugam temporis attendens, pridem animo firmaſſem, deinceps in epiſtolis maximè, breuior fieri, tu propoſiti memoriam abſtuliſti, tàm ſuaue mihi fuit, tecum uſq; in finem lucis, & papyri marginem, præ loci anguſtia compreſsis literis, longũ de nihilo texuiſſe ſermonem, tu uiue & Vale fœliciter noſtri memor. inter colles Euganeos, III. Idus Iulij.

Ad eundem de eadem re.

Video amice apparatus tuos, totis copijs in aciem deſcendiſti, quis non metuat, tàm ualidum bellatorem, tàm enixè armatum, tanto niſu omnes cuneos explicantem. ſentio uictoriam queris, quamuis enim dicat, Plato communem morem Lacedæmoniorum, inflammatum cupiditate uincendi, omnium tamen, hic hodie communis eſt mos, omnes Lacedæmoni facti ſimus, ſed dic mihi uir optimè, quæſo te, ſi forrè tuis uiribus, uel mea imbecillitate me uiceris. nunquid & ueritatem ſimul, & conſcientiam tuam uinces? credo, ædepol, eaq́ue mihi de tua nobili uerecundia ſpes eſt, quod & ſi collocutorem tuum fando ſuperaueris, uictum te tamen, in ſilentio à ueritate fatebere. Multa me quidem à congreſſu hoc, literatoq́ue ut ſic dicam prælio dehortantur, ac retrahunt, præter tui robur ingenij, ac peritiam dimicandi, fragilitas primum illa membrorum, quam mihi neſcio, an perpetuam, an moleſtam hoſpitam morbus abſens reliquit. occupatio deinde, non illa tantũ iugis ac uetuſta ſtudiorum meorum, quæ quotidie integraſcit, tibi ut auguror, non ignota, ſed familiarium quoque quas tu neſcis rerum. multus ſum in re ruſtica, multus in architectonica, ut agnoſcas enim, quàm benè Medicorum ſententijs emendatus ſim, omne nunc arborum genus, undecunque conquiro, inuitante hac aptiſsima inſitionibus aiunt parte. quod eò iam fidentius faciam, quò pomorum non te hoſtem ut uerebar, ſed beniuolum profiteris, modeſtiam uerò non in pomis magis, quàm in rebus omnibus utilem, immò neceſſariam, ſine qua nihil rite agitur, ut in animo meo manibus ſuis ferat, atque irriget cœleſtem agricolam orabo, licet autem alteri ſtudio meo præſenti ædificandi ſcilicet, eadem ipſa pars temporis, iam aduerſa eſſe incipiat, non deſino tamen, aut lenteſco, ſed accelero tibi thalamum extruere, quem non ruſticum, niſi propter ſilentium & quietem dicas. ad quem urbanarum rerum tædio, ſi quando diuerteris, in omnibus quæ ſub cœlo ſupraque cœlum ſunt rebus, unanimes & concordes de ſolis cibis perpetuo litigemus. Accedit his tertia impediens, cauſa potentior, timeo te offendere, tantus eſt enim timor ingenuus, quantus eſt amor uerus. ſcio quidem, quia ſi quod in animo eſt liberè exprimam, offendam tuas aures, tuumq́ue quod ualdè nolim animum. ex diuerſò autem, ſi taceam, uereor ne contemni putes. à quo longè abes, uides in quo biuio ſim. eligere medium callem nitar, ut ſi fieri poteſt, utrunque pari ſpatio deuitẽ, & ſi urgente materia, in alterum labi oportet, malim te parumper offendere, q̃ ulla ex parte contemnere, offenſa enim in amicis contrario placatur obſequio, contemptus omnis amicitiæ neruos ſecat. itaque nullus in amicitijs contemptus. Offenſæ aũt crebræ ſunt, immò quidem raræ, ſine offenſis amicitiæ, cum dicat Anneus de amico loquens: Non amo illum niſi offendero, offendã ego te forſitan, ſed cauebo libentius ſi potero. q̃ quidẽ, ſi pleno & perfecto iure amicitiæ uti uelim, hoc eſt nihil diſsimulare, nihil occulere, ſed ita tecum loqui omnia, ut mecũ difficillimũ ac penè impoſsibile iudicio, cũcta igitur circunſpectans, & amico metu prouidẽs, ſi offenſus fueris, tã hinc ueniã peto, certumq; de tua humanitate me facio, q̃ illa iam nũc mihi læta mente conceſſeris, unũ nunc, etiam antequã incipiam, p̃fari libet. Ego in te perſonã duplicem cõſidero, &

amici ſcilicet & Medici, cum amico, ita mihi omnia cõueniunt, ut nihil tibi, aut uideri poſſit, aut placere, quod non mihi protinus & uideatur et placeat. non enim alium in amicitijs modũ ſcio, niſi ut è duobus animis unus fiat. cũ Medicis autem multarum & magnarũ rerum, uetus & indeciſa lis eſt, quamuis de nihilo natam putes, experientia longior, & obſeruatio intenta mihi peperit, cum ut uerum fatear, perrarò uiderim illius artis effectus pollicitis reſpondere, quod non minus contra animi mei naturam eſt, quàm contra naturam corporis uenenum. Nec idcircò præmiſerim, ne forte animus tuus, orationis meæ turbetur aculeis, & ſi unus enim ſis, nec teipſa diuiſionem pati poſsis, intellectu tamen etiam indiuidua diuiduntur. ſiquid igitur dulce hic legeris, ac pacatum, amico dictum accipe, ſiqd amariuſculum in Medicum dici puta & indignari deſine, & mirari, & tecum dicito non Ioanni loquitur, ſed Medico. Nũc uenio ad rem ipſam, in qua breuior fieri, non tàm ſpero, quàm cupio, tum quia de his totiens, & cum amicis, & cum Medicis diſſerui, & iam res ad faſtidium uergat, tum ut offenſionem tuam, ſi qualitate rerum uitare nequiuero, breuitate ſaltem minuam, ſed ne id ſperem, ipſa rerum efficit multitudo, & tuæ diſputationis acrimonia, qua medicinæ partes ardentiſsimè quidẽ agis nec immeritò. Poſtq̃ te q; uſu adoleſcentibus euenit, per paterna ueſtigia, non tuũ certè iudiciũ, ſed tua ſors appulit, q̃uis dignum eſſet ingeniũ tuũ, melioribus curis tradi, longeq; aliud iter ſequi, & neglecto fuſci fœdiq; huius & caduci carceris ancipiti & inefficaci remedio, animi q̃ pars noſtri immortalis ac p̃clara eſt, remedia conſectari. quod utinam factũ eſſet, non pro tua tantùm gloria, ac ſalute, ſed pro magno etiam uitæ meæ ſolatio. ſed linquo hæc, cum iampridem ſis quod eſſe debueras, nec ut puto iam mutandi propoſiti locus ſit, quam quam nonnullos illuſtrius, prouecta etiam ætate uitæ conſilium, ac ſtudia permutaſſe nouerimus, tranſeo autem, ne illum cum quo pugnare habeo, conſilijs aggredi, & ad defectionem, ac transfugium exhortari uidear. Tu inprimis igitur, pro auctoribus tuis, quos non ſat uideor ueneratus, pia ut feres habet arma corripuiſti, ut quę eis auctoritatem, aliorum quæreres ab exemplo, Priſcianum & Ciceronem in medium deduxiſti, addens & Virgilium & Homerum, alioſq;, ſed omnium ultimum eſt Ptolemæum. hæc nempè perpropriè, una eſt enim ad tribunal meum huius & Medicorum cauſa, non quidem ſemper, ſed ubi quod cupidiſsimè audentiſsimeq;, ne dicam impudentiſsimè, faciũt Aſtrologi, de iuditijs ſermo eſt, et de ſtellis fata hominum colliguntur, quæ collectio, non ſolum ueræ fidei, noſtræq; religioni, ſed omnibus ritè philoſophantibus eſt aduerſa. Quæris autem pluribus quidem uerbis, ſed in hanc ferè ſententiam. Si Priſciano enim de partibus orationis, earumq; inuicem iunctu, ſeu omninò de congruo crediturus ſim, Ciceroni de ornatu, Homero ac Virgilio de figmentis, cur non pari ratione Medicis de ſalute corporea afferꝰ & alia famoſorum nomina, quibus in ſua arte cuiuslibet fides ſit, ſed multis ad unum finem, uno prorſus calle tendentibus, uni aut paucis occurrendo, ſimul omnibus eſt occurſum. quid uerò nunc eligam? Noſco me in magno eſſe periculo, & fateor libentius tacuiſſem, ſed non poſſum, tua me urget auctoritas, & unum T. Hirij conciuis tui, ſeu apud illum Hannonis Pœni prudentiſsimi uiri dictum. Senatori enim, inquit, ille, ego aut doctori interroganti, ſi reticeam, aut ſuperbus aut obnoxius uidear, quorum alterum eſt hominis alienæ libertatis obliti, alterũ ſuæ. loqui igitur oportet, neq; uerò aliud loqui decet, quàm quod ſentio. ſæpè namq; ſilentiũ honeſtum; ſemper mendacium inhoneſtum eſt. quid igitur quæſo horum, quiſquam habet commune cum Medicis, Grammatici ſeu ſubiectum, ſeu finem dicere maluimus eſt congruitas. Rhetoris autem ornatus, orationis, & ut ipſi dicũt oratoris officium eſt, appoſitè dicere, ad perſuadendũ finis perſuadere dictione. de primo uideo Priſcianum, & quoſdam agere, quod linguæ proprium eſt Latinæ, quamuis aliter illa eſſe potuerit, in quantum poſitiua eſt, cæterum ut ea utimur benè ad hoc præſertim, quem tu nom[illegible]as tractata eſt, adhibitis eorum teſtimonijs, qui illam reperēre cum lingua Catonis & Ennij, ut ait Flaccus, nec minus & Tullij & Maronis, & aliquot præterea ueterum ſermonem patrum dictauerunt. non poſſum illorum loquendi morem, cum huius doctrina conferens, negare, benè ab hoc traditam eſſe Grammaticam. & ſiquid uitij ineſſet, non huius eſſe ſed illorum, inuentoris enim

culpa

culpa eſt omnis,ſed ſi qua eſt culpa. Recitator culpæ expers, ſæpè particeps laudis eſt, idem de Cicerone cenſeo,auribus atque animo in hanc me ſententiam cogẽtibus, ut nihil ab homine dulcius,nihil ornatius,nihil ad perſuadendum efficacius dici poſsit, Iam Poëtæ de quo quæri ſolet officium eſt,nõ fingere id eſt mentiri, quod quidam cogitant indocti,alioquin & uulgares Muſæ,& nimis multi paſsim in triuijs Poëtæ eſſent,quorum certè rariſsimum ſemper genus fuit,ita ut præter ſolos Oratores, nullum rarius. quid ergo? officium eius eſt fingere,id eſt componere atque ornare,& ueritatem rerum, uel mortalium uel naturalium, uel quarumlibet aliarum artificioſis adumbrare coloribus, & uelo amœnæ fictionis obnubere,quo dimoto ueritas eluceſcat, eò gratior inuentu, quò difficilior ſit quæſitu. Enimuerò quis hoc neſcit,ab Homero ac Virgilio, ante alios elegantiſſimè factum eſſe. procede autem,teúe ad patientiam para. Medicinæ ſubiectum credo ſit ſanitas,non ornatus, & Medici officium, non perorare,ut ego arbitror, ſed curare. & qualiter quidẽ Hippocras cæteriqúe curauerunt ignoramus, niſi Galieno fortè diſcipulo multa glorianti,fidem adhibere neceſſario cogimur.aut Aeſculapius Hippolitũ ſuſcitaſſe credendus, atque ita per illum, nunquid Medici ſuſcitabunt, percuntati Prophetæ Regio eſſe reſponſum,quæcunque tamen ſit, de antiquis opinio, quæ pro diſtantia temporum aut locorum ad libitum fingi poteſt,de his Medicis, quos unà nobiſcum, ætas una fert regio,ſecluſis Arabum mendacijs,licet aſſerere,noſſe me aliquos diſertos, de reliquo prorſus urbanum fuerit tacuiſſe. Neſcio enim, qua ſeu fortuna, ſeu electione culpabili, cuncta melius diſcunt,quàm quod unicum profitentur, quorum efficaciam, in curandis ægris mortalibus, certus ſum , nemo te melius nouit,nemo libentius argueret. nulli eſt enim odioſior ignorantia quàm ſcienti. niſi uerò de te ita crederem,neque tantum te amarem,neque te tanti facerem.ſiles tamen,idqúe non tàm magnanimiter, quàm cõſultè, ne collegas tuos tibi reddas infenſos,tum profectò maximè,tuum eſſet,pro induſtria,non ſolum odia paucorum hominum,ſed totius orbis inimicitias conſtanter excipere,hosqúe et increpare & arguere & clamare. Vt quid genus humanum fallitis? & abuſi crudelitate, & inſcitia miſerorum,funeſta mendacia.pro ueritate uenundatis? atque ex homicidio,unde ſupplicium cunctis,nulli debetur impunitas,ſoli uos præmia indigna captatis.quã pulchrè iſta,quàm grauiter tuo ex ore ſonarent? ſed tu odium uitas,reliquos metus aut ignorantia mutos facit.ego unus clamo,nec audior,uulgus obſurduit, docti tecum litem fugiunt. Rei me ſuſpectum dicunt,quaſi de Conſulatu aut Prætura,aut de patrimonio, aut offenſis aliquibus,aut ſtudijs ſimultatum,aut denique de re ulla,niſi de ſola ueritate ſit quæſtio. Sic te tacito,me iam rauceſcente,reliquis conſopitis, aut certa conniuentibus atq; diſsimulantibus capitalis error,radicibus creuit altiſsimis, & opinio ſolo inſitus, & ſarculo dementiæ uulgaris adiutus,& licentiæ ueteris impinguatus,irriguo, & præſcripto præmio, ne dum impunitate laſciuiens. ego quidem , nam quid uerear , amico quàm Medico, palàm loqui, hinc uerba Medicorum audiens, illinc curas aſpiciens, ſæpè in memoriam redeo, illius in Rhetoricis Ciceronianæ ſententiæ, qua de arte loqui facile eſſe, diffinit, difficile autem ſecundum artem operari, quod ita eſſe,nuſquam clarius, quàm in hac arte perpenditur.ita paſsim uerbis curant, rebus interimunt, ut in actu prorſus alij uideantur. ab his qui uiſi fuerint in ſermone. nec minus ideò ô monſtrum horrendum, publica ſit loquentibus, ſic agentibus, fides eſt, & præter multa, quæ memoras, illud habet Medicina præcipuum, artium tutiſsima eſt, unus barbariſmus,aut facilis ſolœciſmus, Grammaticum nudat,una leuis aurium offenſa,Oratorem uituperat aut Poëtam. Medicus perimit, nec culpatur, nec perimere ſufficit, niſi accuſet, hunc frigus, hunc ieiunium conſumpſit, hunc pomorum eſus, hunc aquæ potus extinxit. nemo ſine graui ſua culpa moritur,nemo ſine Medici magna laude ſanatur,ſcis tu,me et ſi non grata quidẽ ſenſibus, nec blanda, nec dulcia, uera tamen loqui, non ignarum tamen, quid ſit apud Medicum, Medicis detrahere, ſed apud Medicum rarum, nobilemqúe crebris Medicis ac plebeis, quod omninò non facerem, niſi cum è communi grege ſegregatum, unde egregij nomen

oritur ſcirem, & ſæpè infamiam multorum ad unius laudem redũdare didiciſſem. ad quem loquor igitur, & qd loquor ſcio, neq; in hos ſcopulos inſcius ueni, loquor rẽ auribus aſperam, inamœnam, animo aũt nõ ingratam ueritati, dedito non ſectis, & nõ qd in opinionionibus, ſed qd in re qualibet ſic quærenti. cõtra Medicinam ſanè, ſiqua eſt Medicina, nihil unquam dixiſſe reperiar, contra hos quidem Medicos dici uolũt, multa ſæpiſsime. q Deum teſtor inuitus facio, ſed coactus rebus ipſis, optarem poſſe contrarium opinari, idquè mihi multò gratius futurum perfacilè cogitatu eſt, tùm quia neſcio, an in ulla lecta ſtudioſorum hominum, amicos plures habuerim, ſed omnis amicitia uerò cedit, tùm etiam propter me. non'ne enim & ego homo ſum mortalis, ac fragilis, & ſi corpore, non immortalitatis capax, at certè appetens ſanitatis: ad quam & nunc egerem, & ſæpè per hos annos, ſano Medicorum conſilio exuiſſem. at cum indigentia ſæpe præſens fuerit, remedia fuerunt ſemper abſentia, non præclarè autem promiſsiones, & uerba ſolantia, qua ſi mihi conſolatore moraliquè Philoſopho, non Medico opus eſſet, cum tamen nõ uerborum cultus, & copia, ſed effectus operum ſit Medici, ut enim nulla medicina eloquentem, ſic nulla eloquentia ſanũ facit, nec ſine cauſa naturæ conſcius Poëta, q mihi in omni huiuſcemodi diſputatione repetendũ uenit, medicinæ unitam artem dixit, quæ non ſolum loquax hodie, ſed clamoſa eſt. ego itaq; in infirmitatibus meis, uerborum quantum uolui ſemper, & pluſculum, rerum nihil inueniens, euaſi tamẽ hactenus, & cur putas, niſi quia nondum meum tempus aduenerat. Ex his autem & ſimilibus mille, quæ tranſeo, ne ludus in Satyram deſinat, iam ut reor uides, cur non ut de Grammatica Priſciano, & de Oratoria Ciceroni, de Poëtica Virgilio & Homero, ſic de ſanitate Medicis tuis credam, neq; hoc mihi inſolentiæ ut oſtendis, aut p̃ſumptioni dederis, certus enim mihi uideor, quod quicunq; Medicus non pertinax, eoquè magis quò fuerit maior cum ad ſe redierit, & in ſuum cubiculum introgreſſus, clauſo oſtio, hæc quamuis auditu grauia ruminare cœperit, contradicet forſan exterius, intus autem, niſi ſe fallere uolet. uera fatebitur, repetens ſecum, quotiens & aliorum ſpem illuſerit, & à ſuo ipſe artificio ſit illuſus. ad hæc ego non ſine multis experimentis caſu aliquo, ſed maximis ducibus hoc iter ingreſſus ſum, ſcis, non ſum dubius, quid de uobis uir doctiſsimus Plinius Secundus ſcripſerit, & ſapientiſsimus Romanorum Cato ille Cenſorius, tanto ante prædixerit, quàm è Græcia in Italiam ueniretis, non curo autem inculcare notiſsimo. ad totam primam epiſtolæ tuæ partem, & ad id quod multis uerbis, ex me quæſieras, pluribus etiam eſt reſponſum: Ante uerò quàm ulterius progrediar, aduerto ne ſuſpectum aliquid dixiſſe, et quod carpi poſsit, ab his qui nectendi laqueos in uerbis, artificio delectantur, quaſi an Medicina eſſet, in dubio poſuerim. quæ profectò à tot & tantis ingenijs nominata non fuiſſet, niſi eſſet aliquid. ego uerò & eſſe Medicinam, & magnum aliquid eſſe, non dubito, ut quæ ſacris in literis à Deo creata. & in libris ſecularibus inuentioni deorum immortalium conſecrata ſit, quod propter Apollinem filiumquè eius Aeſculapium dictum eſt. Scio, quod ſi nemo mortalium ſupereſſet, Medicina tamen, cæteræq; artes, nihilominus in ſeipſis eſſent, ſed hæc artes, in abſtracto uel ſolius in mente Dei ſitæ, quid aut huius aut illius, ſeu corporis ſeu animi ſanitatem, ſiue ornatumè non ſufficit eſſe artes, ut hominibus proſint, notæ hominibus ſint oportet. Qualiter autem Medicinam ipſis Medicis notam reor, intende animum parumper. non ego amice, ſed res loquitur, dum præter infauſtos ſæuium ægritudinum euentus, ipſos paſsim Medicos uideamus, ita uiuere, ut ſuſpicari liceat, aut hãc ipſam quæ Medicina dicitur, qualiſcunque ſit in ſe, inter homines tamen artem quandam eſſe, fallendi damno ingenti, ãc periculo mortalium adinuentam, qua pauci ditarentur, multi periclitarentur, aut eſſe artem ueram, & utiliter excogitatam, ſed à noſtris minimè intellectã, uel ſi hoc tolerabilius dicitur, intellectam quidẽ, ſed naturis hominũ, quarũ eſt inextimabilis & infinita uarietas, minimè applicabilẽ. qd enim aliud relinquiť, dũ de mille Medicinis una nõ proficit. multæ officiũt, & ſæpè conficiunt, de his loquor, q claro uero q; utinam Phyſicæ cognomine gloriantur. Nam illos alios, quos Chyrurgicos dicunt, quibus ſolis mechanicorũ ſordium, et infamiæ

nomen

nomē impingunt, & in me & in alijs remedia optima ſum expertus, & ſæpè illos uidi, grauia uulnera, ſeu fœda ulcera, fomentis adhibitis, aut curare uelociter, aut lenire, nempe q̄d agant, uident, mutant. reliquorum cæca remedia, ubi unis hæſêre p̄cordijs actū eſt, de quibus quid prætereà ſuſpicer, aut quid dicam? niſi quod extremū uideo, eſſe artem, ſi ſic uultis diuinam, quantiſcunq; p̄conijs illuſtratam, euectam'q; ſup ſydera, q; perſtudioſè facitis, quibus promptius aſſentire, facto illam, quàm ſermone laudantibus, circa hanc ipſam tamen, Medicos dubitare, ideoq; forſitan quam uerbo laudant, obſeruatione contemnere. quod ſi dicimus, quæ 'nam mihi uel alijs artis huius relinquitur certitudo, cum Medicis nulla ſit, dicere enim quod ſcientes uolentesqúe ſibi noceant, non habet ueri faciem. quid uerò præter hæc reſtat opinabile, hac dico, quam nunc agimus ætate? nam de antiquis fortè aliter ſenſiſſem, ſi modo uera eſt fama, fuiſſe modicum. & niſi memoria me fallit, Aſclepiadem qui dicere auderet, ſi quis ſibi per omnem uitam, niſi extremus, in ſenio morbus obreperet, nolle ſe medicum dici, & conſtanti uſque in finem ualitudine meruiſſe, ut Medicus diceretur. quinetiam ſeu ſpontè ſeu fato quodam, plus aliquid præſtitiſſe quàm promiſerat, ut qui nec in mortem morbo incidit, ſed ætate ultima, ex alto præcipitans interijt, nunc cum iuuenes paſsim Medicos ac robuſtos ægrotare, & mori uideam, quod ſperare alios iubes. Ecce ne præſenti res exemplo egeat, quamuis plena omnia ſint exemplis, mortuus eſt ille conterraneus meus, quem nudiuſtertius uiuentem, nunc, ô inſtabilem fortunæ rotam, ô artem incertam, ſeu inualidam Medicinæ è tantis opibus, tantaqúe illius artis opinione, ut & ipſe mortuos ſuſcitare crederetur, non à me quidem, ſed à multis ſubitò, ab hac luce digreſſum, prior epiſtola in teſtem meæ complexionis accurrat, & mortuus adhuc uirens, & corpore non præualidi hominis modo ſed tauri. quid nunc dices? neſciſſe illum medicinam, nunquam ſis dicturus, ne tibi uel fama uel ueritas contradicat. aut ſanè medicina non ſuccurrit morbis, aut medicinam ille contempſit, quem illa dictauerat. & ſæpè illum fateor notum, ficubus, pomis ac ceraſis, ſicutentem, non ut homines iſta comedere, ſed ut fœnum rodere ſoleant iumenta. idem & in alijs multis animaduerti, mecum uerbo diſſentientibus re, ipſa & mente concordibus, in eo maximè, quod illas atras ac tartareas potiones, quas cæteris de more porrigunt, ſibi porrectas abijciunt, non hoc quidem ultimum inſulse, modò ad primum, non tàm prompti eſſent, proinde horum quodlibet elegeris, non inuenies credo, cur Medicinam ſic uereri oporteat, quaſi ſine illa non ſit ſalus, cuius Princeps uel ab illa ſummis in neceſsitatibus deſeri, uel illam deſerere uideamus. Miraris 'ne igitur ô uir docte conſilium meum? putas 'ne me adeò uel natura ſtolidum, uel ætate delirum, ut conſilij ſic egens conſilia ſana reſpuerem? ſed tàm multa inter ambigua certum aliqui diſcernere neſciens, quod nec illius artificij profeſſores ſciunt, incertusqúe quid ſequar, quid fugiam, quid apprehendam, cui hæream, totum anceps ac tremulum, & perplexum negotium illud exhorreo, me qúe naturæ meæ, immò cœleſtis auxilij finibus contineo, hoc ne arguis? ſi periculoſi fluminis ad ripam, uadi neſcius, cum me alter hac uocet, alter illac, interim uiæ duces mergi intuens, ſubſiſtam, aut ſcalmum operiens, aut pontem, ſiue omninò aliud iter quærens, irridebis, & non potius laudabis? an uerò parum iuſta cunctatio mea eſt? an parum torrens uitæ huius ambiguus? Parum crebra naufragia directorum, ducumqúe noſtrorum, de quibus quid aliud licet extimare, niſi uel ultrò fallere illos, uel falli potius, & neſcire, quid conſulant, cum uideam eos ipſos, qui theſauros de conſilijs quæ ferunt, uel minus quàm cæteros homines conſilijs ſuis uti, uel ſuis conſilijs interire? ut adducar ergo Medicis credere, duo ſunt neceſſaria non ſuadere, & arguere, utrunque enim penitùs fruſtrà eſt, ſed primū, ut ipſi ante alios conſilijs ſuis pareant, proximū ut eis fauſtum ſit, ſuis conſilijs paruiſſe, horum quodcunq; defuerit, uerba perdunt, quid igitur, ſi utrūq; ad credendū non flector, eloquio, nō mouear ſyllogiſmis? ſi qs Rhetor aut Dialecticus, me cornutū probet, putas 'ne pro exploranda ueritate concluſionis, manibus frontē tangam? Video hic te tranquilla fronte, hæc omnia perlegentē, neq; iraſci enim ulla re potes, quæ ab amico,

quæ'ue pro ueritate amica tua, dicitur, quamuis idipſum, quod dicitur, iniucundum quamuis & falſum eſſe, dum ipſi qui diceret, uerißimũ uideretur, ut nunc mihi, cui nil uidetur uerius dici poſſe. ita rebus & non uerbis credo. At non ſic amici illi tui, qui ſententiam ſuam qualẽcunq;, cuiuis damnoſam, modò ſibi utilem, mordicus tenent, eamq; ſibi eripi implacabiliter naſcuntur. Itaq; ante multos annos, dum fortè mihi in Gallijs tunc agenti, cũ Papæ Medicis, quibus Cardinalium Medici fauebant, eadem hæc lis eſſet exorta, multis & uerbo & ſcripto hinc inde iactatis, tandem quæſtione ſepoſita, in iurgia eruperunt, & neſcio an ignari, quàm multa in me dici poſſent, in poëticam acriter inuehi cœperunt. cumq; ego ſubridẽs, dicerem me mirari, quid ita, ſi quid à me læſi eſſent in Virgilium immeritum uindicarent, me enim quanquam poëticis olim iuueniliter delectatum, iam longè alijs curis intendere, & illi ira feruidi percontarenẽ, Quæ'nam mihi ars eſſet, contra illam, à ſe eſſe docturos, ut liquidò appareret, non ueritatem illos quærere, ſed uindictam. ego recordatus Paulini Nolani antiſtitis, Reſpondi artẽ me ſcire nullam, ſed eſſe hortulanum. ꝙ nunq; uerius dicere potui, q̃ nunc poſſum, Hortulanus namq; ſum totus, & tu aduerſus Pomonam deam peccas, q ab inſitionibus arborũ & herbarũ cultu, hoc me diſtrahis ſermone. Et nunc omiſsis iocis, ſiqs ſerio ex me quærat, qd artificij habeam, reſpondebo: Nõ quidẽ ut Pythagoras, q ſimiliter inquiſitus, cũ ſe Sophon, id eſt ſapientẽ dicere, quo cognomine primi illi ſeptem uſi erant, erubeſceret, primus omniũ, nominis huius inuentor Philoſophũ ſe reſpõdit, hoc eſt nondũ ſapientẽ, ſed ſapientiæ amatorem, ꝙ tũc nomẽ humillimũ, breui poſtea uehementer intumuit, nũc & tumidũ & inanè eſt. His q illud profitentur, non iã ſapientiam, ſed oſtentationẽ, & uentoſas cõtentiones amantibus, hoc itaq; ſolum dicam. eius me artis non ꝓfeſſorem, certè ſed amatorem, neq; illam habere, ſed optare, quæ ſi q; meliorẽ me factura ſit, contrà quam qſquis dicere uoluerit, nõ ille mecũ bellũ, ſed cum uirtute ac ueritate ſuſcipiet. Iam uerò ut ad libelli tui ordinẽ reuertar, illud quale eſt, Quod ad quærendam Medicis fidẽ dicis, illos plurimũ laboraſſe. Enimuerò id ego nec nego nec fateor, nec ſcio, ut ſit autem ita, ſi glorioſa omnia laborioſa dixeris, fatebor. ſi cõuerteris negabo, ſemper gloriam labor præit, ſed non ſemper gloria ſequitur laborem. an non maior nautæ uel agricolæ, quàm ducis aut Philoſophi labor eſt, quamuis ergo omnis gloria laborioſa ſit, ſæpè tamẽ eſt labor inglorius. at ꝙ ſequitur, ſic affecto, diſputationem nullam eſſe poſſe cum Medico, & ipſe etiam affirmo, atque ita ſi memini, præfatus eram, non me cũ Medico diſputare, ſed ludere cum amico. At tu tamen congrederis propius atq; arctius, quando igitur, non me inflectit auctoritas, Medicinæ, mea me ſaltem ut tibi uidetur confeſsio captum tenet, tuiſq; armis uinctus expugnor meis, res non noua, multi armis proprijs periẽre. ſic in montibus Gelboẽ Saul rex cum armigeri gladio perire non impetrat, ſuo ipſe gladio incumbens perit. ſic in ualle Therebinti Dauid Goliath proſtrato, quia ſuum non habet, illius gladio caput amputat. ſic ad Troiam, nocte illa ultima, Chorebus armis ſeſe hoſtilibus inſtruit, & idem facere ſocios hortatur, atque ita armati, multos orco Danaum demittunt. ſed quo'nam tandem precor, modò meis armis, de me mihi uictori parta eſt? quia ſcilicet faſſus ſum, quod negare nequeam, ſi uelim, & mutari indies, et mutatam eſſe tàm ætatem quàm naturam meam. Quid hinc probas, mutata natura, & uiuendi modũ mutari oportere. quis hoc urget, niſi mortalitatis & imbecillitatis immemor. at qui ego, & ita factum in me dixi, & dico iterum, parua'ne tibi hæc mutatio uidetur, quod cum florida ætate, mane, meridie, ueſpere, horis omnibus, aquam puram ad ſatietatem bibere ſolerem, nunc ſemel ſerò tantum moderanter illam haurio, idque non medicinæ conſilio ſed naturæ? quæ quiſquis ego ſum, ſolers ipſa, quid expediat, niſi fallor intelligit: & ſi hodie appeteret quod olim, in his dico, quæ nõ eſſent honeſtati atq; animæ aduerſa, morem illi gererem, recolens illud Catonis apud Tullium. Natura optimum ducem, tanquam Deum ſequimur, eiq; paremus. parui ego naturæ, & parerem ſemper, niſi maioris obſtaret imperium. non Hippocratis ſcilicet, ſed Dei. Quid præterea? ſi uidebam illa ætate prima acria & acerba, uel tale aliquid, accenſus complexionis igne currebam, & de ramis

poma

poma luctantia rapiebam, atque ædebam, nunc illa præteriens, uix oculis aſpicio, & repetens tranſacta ſubrideo, mecumquè tacitus dico. ô mutabiles res humanæ. quid quod nonnunquam ſolitus, totis diebus nihil aliud edere quàm poma & pira, & ficus & perſica, nunc ante uel poſt cibum, aliquid horum ſumo ſemper delectationi guſtus modeſtiæ frena ſubſtringens; non quia mihi id ſuggerit Galienus, ſed conſultrix mea natura mea, quæ dum ſana eſt, iam nil noxium nouit appetere. ex hoc fonte illud etiam prodit, quo me ut iaculo impetus fatali, ut de ſex illis, q̄ mihi certè ſcio, fideliſsimè cõſulis, tria tãtũ patienter obedienterquè ſuſcipiam. quod pace ſit dictum tanti amici, tantiquè phyſici, non tàm tuo, uel cuiuſquam conſilio quàm illius facio, quæ non ſinè cauſa mouetur, in homine præſertim iuuenilibus paſsionibus expedito. Vbi ſanè Medici cum interna illa infallibili conſultrice concordant, non inuitus illis gratificor, pareoquè in reliquis non ita. & idcircò alia illa tria, ceu iniquas pacis conditiones libera contumacia recuſo. & malo cum Medicis immortale bellum. quàm iugum illud collo ſubeam. quomodo enim fructus bonos maturos, & ſalibus incoctos abijcerẽ? quia fortè non placuerint Hippocrati. quales ego aliquos noui, admodum diſſolutos, alios ſobrios ac modeſtos, qui pomorum nec odorem nec aſpectum quidem ferrent. Vidi ego Romanæ eccleſiæ Cardinalem, uirum autenticum et grandæuum, ita cotonea execrantem, ut quotiẽs uel unum aſpexiſſet, ſubitò faciem eius ſudor anguſtiæ & luridus pallor inuaderet, eratquè de hoc cura familiaribus, ne quo tali turbaretur occurſu. Vidi alium in domo Clementis VI. R. P. quem coæui iuuenes, roſa unica per totum illud ingens hoſpitium perſequentes, cuncta ludo & fragore complerent, Sic illi roſæ odor inuiſus erat, ut fama eſſet, cum ſi fuga alia non pateret aliquotiens per feneſtras, ſiue undecũque proſilientem, graue uitæ periculum adijſſe, cum tamen haud facilè dixerim, an rei cuiuſpiã alterius, quã pomi illius floriſq; huius odor gratior uſquam ſit. quid aũt ſuſpicemur, niſi quod ſi duo iſti fuiſſent auctores Medicinæ, ſuis in libris cotonea roſaſq; damnaſſent, utq; eis fides eſſet ab omnibus exegiſſent. ſunt hæc amice, non iudicia ſed naturæ uitia, ac defectus, non poſſe pati, quibus alij omnes iure optimo delectentur. ſunt alij ex diuersò, qui omne quod delectat prædicent, & extollant, quibus pro ratione ſit guſtus. qualem ego noui, niſi fallor, tibi quoq; cognitum Ioannẽ Permenſem in Eccleſia illa Concanonicum, & confratrẽ meũ, qui qualiſcunq; eſſet, in reliquis medicinæ, magnum ſibi nomẽ, nõ in patria ſua ſolũ, ſed in Romana curia inter illos Satrapas, inq; illa Medicorũ turba et colluuione pepererat, ita ut primus, aut inter primos numeraretur. hic poma omnia, cõmuni Medicorũ more uituperãs, ficus ſolas nõ permittebat modò, ſed laudabat, et ſcis cauſam, quia reliquis offendebatur, harũ eſtor erat eximius. Si ad iſta reſpicimus, alieno uiuendũ nobis erit appetitu, ego aũt poſſum forſitã ſperare, & tecũ hac in re, & in alia cum Hippocrate concordiam, quando nec tu poma condemnas, & ille aquæ potum, ut tu ſcribis laudat. modũ tamẽ in utroq; requiritis, quẽ & ego, nõ in his magis, q̃ in omnib. & requiro, & laudo, ita ut nihil abſq; illo, q̃uis bonũ benè fieri cõcedam, de quo ergo pugnamus? miror ut q̃d hæc repetenda credideris, ad q̃ & ſupra ſatis, ut puto, & priori etiã reſponſum erat epiſtola. Non eſſe hanc pomorũ ſcilicet, neq; aquæ infamiam ſed exceſſus, primis adhuc ergo uerſamur in terminis, & quod ueteri prouerbio prohibemur. Actum agimus. Viden' ut haſta & gladius contra me, de meo prolatus armario, nec clypeum hunc penetrat, nec loricam, ut ſis uictor, aliunde tibi arma ſumenda ſunt, atque alijs cotibus acuenda. Sed emergunt ecce de tranſuerſo, nouæ contentionum cauſæ. cum enim illis tribus, quæ nociua dicitis, carere in perpetuum ſim paratus, cur non idem in tribus alijs ſim facturus, quæris, quaſi uerò, cui unum aliquid credideris, cuncta credere ſit neceſſe, Quod ſi in illis Medicos ſequerer, forſitan non iniuſtè quæreres, cum eſſet in reliquis, ut & tu putas eadem ratio, & conſultor idem. At cum illud mihi natura ſuadeat, ut dixi, ſi quæritur quid in his aliud ſeruem, reſpõdeo. noli hoc à me quærere, ſed ab illa, quæ mihi in illis aliter, quàm iſtis uſq; nunc conſulit. cui ſi fortè quod non credo, idem in his quoque conſulere cœperit, aut iubere parebo, illius Ciceronis immemorabilis dicti memor.

quid eſt enim aliud, Gigantũ more bellare cum dijs, niſi naturæ repugnare? Reſtat quod minimè euenturum ſuſpicabar, de ieiunio iterum diſputare ſeu ludere, ubi quaſi, quod dixi, poſſe me omnia in eo, qui me confortat, irridens dicis. Neſcio, in quantum medicus, an & credis Deum omnia poſſe, & ieiunium & omni carentem cibo uno, ſanum modo, ſed immortalem facere? te autem ſecundum medicinæ regulas loqui, ſecundũ quas impoſsibile iudicas, ut ieiunans ſanus ſim. ergo amice uide, quantum opinione differimus, uix ſine ieiunio ſanitatẽ ſperẽ, equidem nihil benè ſine Dei adiutorio fieri poſſe arbitror, & idcircò id dixi, quod in omni licet parua re dicerem, in hoc tamen nullum Dei ſingulare miraculũ expoſco, quid eſſet, ſi abſq; cibo uiuũ diu, aut quomodolibet immortalem faceret, ſed ſimpliciter, & ſi nõ ſecundũ medicinæ, at ſecundum naturæ & cõſuetudinis meæ leges, ieiunare poſſum, & ieiunaui à puero ſemper, & ieiunabo dũ potero, & potero dum uiuã. nõ addo aũt ſanus. quotiens enim ſanus eſſe deſiero, ieiunare non tantũ potero, ſed compellar. Nihil in eo ſtatu cibi capio, ipſe me morbus alit mœſto fateor alimento. Tu de ieiunio ac de pomis, & de omnibus ita mecum agis, quaſi unus ſim, ex illorum grege, de quibus uulgò dicitur, quod neſciunt ſe ſatis comediſſe, niſi dum uentrem dolent, adhuc peritas in partitione cibi, quam ſententiam nõ Medicorum modo, ſed uoluptuoſorum omnium ſciebam, tuam certè non noueram. nunc ut uideo, & doleo tua eſt, ſe ad hanc quoq; in epiſtola altera, quid ſentirem dixi. Quicquid Medici diffiniant, ego crebram comeſtionẽ, nec corpori utilem arbitror, nec honeſtam moribus, non oportet ſæpe gulam irritare, ſæpe cum uoluptate luctari, anceps enim & lubrica, ut que ait Cicero, uncta luctatio eſt, in qua cibo uinci ſolitum, ſe iam ſenex fatebatur Auguſtinus, dum ut ſuis utar uerbis, hilareſcens infœlix anima, obtentu ſalutis, obumbraret negotium uoluptatis. Satis eſt ſemel in die, huic mancipio ſeu iumento animæ dare operam, quamuis magna pars hominum, immò quod mœſtus dico, omnes ferè homines calcitrantem, & indomitum hunc aſellum, omni ſtudio inferciant, & impinguent, fameſcente anima, cuius ad obſequium deputatus erat, quamq; uel ut peregrinam cogitant, & quam uel neſciunt uel oderunt, quaſi nil ſit homo aliud, quàm corpus, cum ſit tamen ſcriptum: Mens cuiusque is eſt. quiſque non ea figura, quæ digito demonſtrari poteſt. Vos habetis Ariſtotelem, cui de anima loqui concedendum, ut magiſtro Cicero ipſe ait. Sed nec ille, nec uos aliud quærere uidemini, niſi quid ſit anima, quæuè animæ paſsiones, & diffinitionibus contentari iuſſam, cogitis eſurire, toto niſu, circa hoc caducum & putre corpus incumbitis, nobiliſsimum ut uos dicitis ſubiectum, quale autem uerè quisque in ſe niſi amens & ſui oblitus intelligit, idquè ipſum utinam benè fieret. Nihil amplius à Medico requirendum dicerem, ſed quàm benè fiat, & dixi hodie, & ſæpè olim plura fortè quàm quietis atque ocij, ſed non plura, quàm ueri ſtudio conueniret. Id ſanè quod materiali cõcludere uis exemplo, ut ſicut paruo igniculo, ſic ſenili ſtomacho, nõ ſimul multa ſed carptim cõcoquenda (utor uerbis medicinalibus re cogente) & digerenda mandentur. probare eget minimè. quid ad propoſitum tamen? tu multum ætatis iniuris, argumento, ego enim illam quàm plerique diſsimulant, aut negant, quos & legimus & uidemus, in populo de minuenda ætate pertinaciter concertantes, non aliter quàm ſi poſſit mendacio mors differri, apertè ac ueraciter ſum profeſſus. ſed an neſcis, quoſdam anno quadrageſimo. quàm alios ſexageſimo ſeniores, non omnibus una eſt ſenectus, quia nec una omnibus uita eſt. Poſſem plebeis exemplis affluere, ſed delector illuſtribus. non legiſti, quàm fragilis & nullarum uirium Africani filius adoleſcẽs fuit, cum eodem propè tempore Cato ſenex, & Maſsiniſſa rex, nonageſimum agens annum, ſolidis uiribus eſſent, & magna laborum patientia. Tu in me quidem annos numeras, complexionem uerò non ponderas, oportet autem ad multa reſpicere, qui libratam uult proferre ſcientiam, hoc te, (parce oro) meis in rebus paululũ à recto calle diuertit, neq; enim eſt dubium uelle, immò cupere te curare, neque illud Ciceronis ambiguum, Medicos cauſa morbi inuenta, curationem inuentã putare. ſed hic labor, hoc opus eſt. quid enim aliud tui fideliſsimi cõſilij retardat effectum, niſi q tu ætati calida adhibes remedia, & ſic annis cõſulis, nõ mihi cũ omnes

meæ corporeæ paſsiones, a calore nimio oriantur. Intellectũ eſt hoc ſæpe, nunq̃ clarius q̃ præſenti anno, cũ te hic fama mei ſtatus, illic flãma prijamoris, in hos montes coëgiſſet, ueniſſetq́ue tecum ille uir inſignis elegantiæ, & tibi animo & profeſsione conformis, & nomine, mihi autem per te primum cognitus, iamq́ue amicus, quantus enim ſubitò ad me ingreſſos habuit ſtupor, quod ætate hac, is ex me calor erumperet, uix in adoleſcente credibilis, ut thalamus penè omnis arderet. Ego autem quamuis febre & ſopore obrutus, nihil ferè loqui poſſem, interiectiones tamen admirantium audiebam, ipſe nihil admirans, cui noui nihil acciderat, tollit enim cunctis ex rebus conſuetudo miraculum. gelidã quidem, ut in plurimis ſenectus ac fragilis. quidam tamen ſenes & calidi & robuſti, delector illuſtrium & antiqua & recenti memoria. Vidi Romæ Stephanum de Columna, uirum omni ætate mirabilem, qui cum ad annum octogeſimum propinquaret, & eo ſpectante fortiſsimi iuuenes ludis exercerentur, equeſtribus, eſſetq́; ibi haſta quædam infamis, quam nullus ad eum diem non dicam fregiſſe, ſed flexiſſe potuerat, atq; ipſe iocans iuuenibus ignauiam exprobraret, & primogenitus eius uir, & ipſe militaris ac ſtrenuus reſpondiſſet. Facile quieſcenti eſt, pater, è feneſtra de laborantibus iudicare, & miranti uetera, more ſenum irridere præſentia. generoſo impetu deſcendit, Nũquid & nos uiros eſſe creditis. ſecum ipſe uociferans, & aſcẽſo equo qui ꝓximus ſteterat, ſtimulisq́; adacto, haſtam illam manu rigida correptã, in plurima fruſta comminuit: multo cum ſpectantium, filij ante alios horrore. Ego me robuſtis nunquam miſcui, dum robuſta etiam eſſet ætas, nunc fragilibus miſceo, ſanis uerò hactenus me miſcebam. neque adhuc dum mediocriter ualeam, fragilitatem ullam ſtomachi ſentio, uellem de reliquis partibus idem poſſe dicere. Nunc quod uerè poſſum dico, ſanus Deum teſtor, nunquam cibum potũue aliquem mihi nocuiſſe perpendi, quod quidem meminerim, ſi uel ſemel contrarium perpendiſſem, quo ſum animo, illis in perpetuum abſtinerem. At non ſentientem forſitan me læſerunt, fieri hoc quidem, & contrarium fieri poteſt, hoc enim nec per meipſum ſcio, nec cui credam habeam, cum quotidie cæterorum audiam querelas, hodiernum prandium, heſterna mihi nocuit cœna, uinum hoc, aqua illa me læſit: mihi horum nihil penitùs, niſi meos forſan angores, me melius ſentiat Auicenna Quod ſi crederem, optarem hercle ſemper, & ſenſu & ſtomacho caruiſſe. multi ſe formoſos putant, cum deformes ſint, quod & faciem ipſi ſuam uidere non poſsint, & libenter ſeſe fallant, & ab alijs falli optent, et fallàntur à ſpeculo. At quis niſi torpens penitùs, uel exanguis, non ſentiat dũ ægrotat, graui præſertim ægritudine, qualem ſtomachi eſſe perhibent qui probarunt? Audiui, q amiſſo oculo interrogatus, ab illudentibus, Qualiter ſibi eſſet? reſpondebat, Medicus me uidentem dicit, ego mihi uideor non uidere. Ego autem ſicut æger nulli ſanum me dicenti, ſic ſanus nulli ægrum affirmanti credam, Igniculus quidem meus, potens eſt, ſibi commiſſa percoquere, plusq́; aliquid ſi neceſsè ſit, at plus interdum potuit. non contendo, ſed plus illi committebam, quia plus appetebam. Iampridem in me appetitus rerum ferè omnium imminutus eſt, habeoq́; & ipſe cũ Catone ſenectuti magnam gratiã, quæ ut uides, mihi ſermonis auiditatem auxit, potionis & cibi ſubſtulit. Neque tũc tamen, neq; hodie ſtomacho, niſi quantum pati poſsit, & ſemper minus aliquid committo. Et quamuis de hoc, regula nulla ſit certa, eò quod cibus idem uni nimius alteri exiguus ſcit, ut ſcis Ariſtotelem in Ethicis dicere, & exemplum ponere Milonis Crotoniatis athletæ, cui cibus diurnus magnus, & integer bos fuiſſe traditur, eumq́ue aut grauatum, ſolus ad ueſperam comediſſe, cibus tamen meus. & ſi multis fortè fragilioribus nimius futurus communi more hominum, ſemper naturaliter ad modicum uergit, & hunc ipſum anguſtare potiùs, quàm laxare ſtudui, & ſi auſim cum amico, ſed in domino gloriari, raro unquam, ex quo uiriles annos attigi, uel ab hac frugali & modica menſa mea, uel ab amicorum ſeu principum conuiuio, niſi eſuriens ſurrexi, neque unquam ieiunij prætextu, die illa mihi largius indulſi, quamuis fortaſsis, in craſtinum condimento prandianæ famis, alacrius aliquanto comederim, itaque cum religioſi etiam ieiunantes, duplici ut ipſi uocant uti ſoleant, pulmento, abſit, hoc ſemperq́ue abfuit à me, nunquam

amplius

amplius quàm unico & modico uſus ſum. & quis unquam crederet, me tã multa de cibis & ſtomacho locuturũ, ſed ad Medicum ſermo eſt, maiora licet meritũ & dicere & audire, dico autem hæc fidenter, quia me uera loqui ſcio, nempe pro inani iactantia, ſed pro patrocinio ueritatis, ea dicere quæ libentius non dixiſſem, ſed gloriabundus potius uideri eligo, quam ulla tibi ſuſpitio naſci queat, ſub honeſto nomine, inhoneſtum aliquid me moliri, alioquin non ieiunium, ſed ingluuies eſt, licet enim minus malum ſit ſemel quàm bis, me tamẽ tranſiluiſſe utrunq;, tamẽ eſt malũ. Inſtas aũt & cõtra ieiuniũ, & cõtra reliqua ſenectutæ meæ partes, debere me conſentire Medicis, in his ſaltem, quæ natura ipſa ſuadeat, corpus humanum è contrarijs conſtans, uariabile, atque paſsibile, & ſine intermiſsione uariari. quis de hoc unquam dubitauit? Non egeo perſuaſore, neque tamen hoc medicis, ſed naturæ credo, immò nec idipſum credo, ſed ſcio, quanta de hoc prius ad te ſcribens dixerim. Meminiſti, & quantò plura dici poſsint, ſentis, ſi probatione res egeat, quæ per ſe ipſam, heu, nimis omnibus manifeſta eſt. id cogitans, & quaſi chyrographum meum tenens, ac iam uictor exultans, & planè uirilem phyſicum, non ſcholaſticum puerilem, qualibet niſi utuntur, clamores noſtri, quibus pleni ſunt uici omnes & plateæ, qui nec loqui ſciunt, niſi diſputent, nec diſputare poſſunt quia neſciunt, nec quod erat optimum tacere didicerunt. Itaque quod eſt peſsimum clamant, iraſcuntur, inſaniunt, ſyllogiſmum in me torques, & mutata inquis ſiue annis, ſiue alijs ex cauſis natura, ſimul mutari debet uitæ regimen, hoc non ego. Mutata eſt autem natura tua, tum ætate, tum morbo, hoc ſi uelim negare, non potero, quod confeſſus ſum. urbanè autem facis, & grauiter, qui non infers ſtomachoſum illud ergo Pariſienſe & Oxonienſe, quod mille iam deſtruxit ingenia, ſed quid ais? Ex his, quoniam te ut ſcio ſyllogiſticè argumentationis forma non latet, quid inferatur, neceſſariò, meridiana luce clarius uides. Video planè, clarè uideo, ſed nonne & tu uides, fruſtrà te extorquere uelle, quod ultrò conceditur. Mos eſt iſte Cæſareus de quo dictũ eſt,

Conceſſa pudet ire uia.

Certè ſi epiſtolam meam primã relegis, & ſi hanc legis, inuenies me in uitæ regimine immutaſſe, ſed in illa parte præcipuè, quam maximè mihi natura ſuggerit immutandam, Cur non ergo in alijs idem facio. Iam dixi, & ſæpè iiſdem interrogatiunculis pulſatus unum repeto, Fac ut idem illa ſuggerat, prorſus idem faciam. & hoc pro reſponſo ſit alterius, ſed eodem redeuntis inſtantiæ tuæ, qua probare uis, ſi una in parte mutatio facta eſt, fieri eadem in omnibus debere, quod ſi ita dicis, quaſi omnia æqua ſint, & non dãnoſum, ac proficuum altero magis alterũ, & omnino in rebus ingens differentia. Velles aũt nũc & tu ſyllogiſmũ mõtanũ ac ruſticũ audire, ſecũdũ naturæ mutationẽ, q; ab initio faſſus erã, mutari uitã etiã oportet. Mutata eſt autẽ natura mea, & eatenus mutata eſt uita. non expectas, ut inferam. Obtemperatũ igitur imperanti ſeu naturæ, ut ego dico, ſeu q̃d tu aſſeris Medicinæ. Ad hæc mutata eſt natura in quanto, non in quali, calidiſsimus enim fui, non iam calidiſsimus, ſed adhuc calidus ſũ, aqua eſt frigidũ elementum, & poma ſunt gelida, cõtraria uerò cõtrarijs curari, medicorũ ut audio uox eſt, quamobrẽ ſicut his fuit, aliquando profuſius, ſic nunc parcius eſt utendum. utrumq; autem factũ eſt. quid ſequatur noſti. Animaduerti autem in epiſtola tua, uideri me tibi pertinacem ualde, in defenſione aquæ & pomorum, cum mihi magna pars Medicorum, pertinatior in eorum accuſatione uideatur, quodq; egregius fero, ſine ulla prorſus ratione uel cauſa. nolo alium quàm te teſtem, nam cum ſatis rem diſcuſſeris, quid in his mali, quid non optimum reperiretur, niſi exceſſus? quæ hic aquæ, quæ pomorum culpa eſt? quid huic Medicorum odium? quid ue hanc merentur infamiam amplius quàm falſam? ſed illi amici Medicorũ ſunt, nolunt eos infamare, rectè id quidem, modò non infamarentur immeritò. ſic amicis enim amor eſt debitus, ut omnibus iuſtitia debeatur. quid autem inter uos & illas uolucres, tantam fecit amicitiam quærere, & mirari ſoleo. Sed fortaſsis à Phaſide Colchorum fluuio, unde nomen acceperunt, Iaſonia, ut fertur, in Græciam puppe trãſuecti, & diſtantia chariores (auget enim rebus pretium difficultas) de gente in gentem diligi, & laudari cœpere, atque inde famoſi ad externos, ac ſequentis æui Medicos peruenẽre, ſed nulla affectio uerum mutat, quamuis ſæpè illud oppugnet.

oppugnet. quantumuis phaſiani ueſtri cari ac dilecti nobis, quātumuis in ſe boni, ſi exceſſum addiderim mali erunt, immò non ipſi, ſed exceſſus malus, ſic de pomis, ſic de aqua, ſic de alijs. Sed de aqua, quia tu locū hunc curioſius attigiſti, quid aliud ſim ſcripturus, quàm quod ſcripſi? propè enim unum dicimus, cū pugnantia dicere uideamur. Scio quod aquæ potus ubi modum exceſſerit nociuus eſt corpori, ſed quid uini potus? tu nocentiorē etiam non negas, immeritò. aqua enim corpori poteſt obeſſe, uinum ſæpe animæ nocet & corpori, quanquam tu quod miror, inter uini laudes, in quibus nollē te eſſe tàm ſedulū, calorem augere illud dixeris, quod mihi neceſſarium non eſſe, ne quicquam dico, de hoc ſanè & quam multi melioribus ſæculis, benè ſine uino, pura ex aqua uixerunt hodiequé uiuant, quippè cum aquam natura repererit, uinum gula. Egiſſe uideor abundè, quem tu locum cautiſsimè diſputator, uelut inaduerteris præteris, ut ignarus quanta ſit aquæ, ut ſic dixerim, maieſtas, ſi uini paucis bonis, multis malis ac peſsimis effectibus comparetur, ſed hanc quoque ut dixi temperabo, non inuitus temperabo, inquam, non omittam, niſi cum uiuere & bibere deſinam, hos terreſtres potus, qui quandoque ſitim acuunt, quādoque leniūt nunquam tollunt, & ibo ſi cœlitum datum erit, non ad illud deorum nectar fabuloſum, ſed ad illud fontem aquæ ſalientis, in uitam æternam. quàm qui biberit, amplius non ſitiet, interim his de fontibus, moderanter aquam bibam, uinoque utar modicè, non quia id utile, ſed quia ſic oportet, inter ebrios, quorum uita non in ſanguine, ſed in uino eſt. alioquin ut ferocem, & inhumanum hominem me uitabunt. Tu autem ſic habeto, quod niſi rex noſter & Deus noſter *IESVS CHRISTVS*, cuius uita omnis exemplar lucidū boni eſt, noſtris quas, excepto peccato, in ſe ſuſcepit omnes infirmitatibus condeſcendens, his uſus fuiſſet, nunquam ego diuinitatem eius teſtor, ex præſenti propoſito meo, aut uinum biberē, aut carnes ederem, ſpernerem hæc tanquam potum, grauemque cibum, non Pythagorea, ſed Chriſtiana deuotione, nec audirē Medicos utrunque laudantes, quorum ego miror obſtinatam peruicatiam, quid ita? & ſi non ſtudium modeſtiæ, at non ſaltem pudor, ab his indignis laudibus literatos homines dehortantur, & ſi dijs placet, audiendi ſunt, de hac re etiam Arabes laudatores. Nunc uerò bibo & edo, ut cæteri nec tamen laudo, ſed conſuetudine rapior, ad id etiam quod non probo. Vnum antequàm deſinam te obſecro, ut ab omni conſilio mearum rerum, tui iſti Arabes arceantur, atque exulent, odi genus uniuerſum. ſcio Græcos fuiſſe olim ingenioſiſsimos ac facundiſsimos uiros, multi inde Philoſophi & Poëtæ, maximi & Oratores, & Mathematici inſignes, Medicorū principes, illa pars mundi genuit, Arabes uerò quales Medici tu ſcis. quales aūt Poëtæ ſcio ego, nihil blandius, nihil mollius, nihil eneruatius, nihil denique turpius, & quamuis animi hominū, alij ad alia proniores ſint, ut tu tamen dicere ſoles, in omnibus eluceſcit ingenium, & quid multa, uix mihi perſuadebitur ab Arabia poſſe aliquid boni eſſe, uos autem docti uiri, neſcio quo fragilitate animorum, magnis illos, & ni fallor indebitis præconijs celebratis, uſque adeò, ut audiſſe meminerim, ab illo cuius modo mentionem feci Ioanne Parmenſi, audientibus alijs Medicis, dictumque firmantibus, quod ſi quis Latinorum Hippocrati etiam par exiſteret, loqui quidem poſſe, niſi Græcus tamen aut Arabs ſcribere non auderet, & ſi ſcriberet ſperneretur. quod dictū non modò, ut urtica meū cor inuſſit, ſed confixit ut ſubula, & quantò profundius confixiſſet, ſi illi fortè ſtudio datus eſſem, certè ad abijciendos codices, dolor ille ſat uirium habuiſſet. Nunc uicem doleo Latinorum antè alios noſtrorū hominum, quibus ſi ille uerum dixit, turpi diffidentia præcluſum eſt iter ad gloriā, præreptumque illud Laberij, qui ait:

Laus eſt publica.

Ergo poſt Platonē atque Ariſtotelem, de rebus ad omnem Philoſophiæ partē ſpectātibus, Varro & Cicero ſcribere auſi ſunt, poſt Demoſthenē de rebus ad eloquentiam pertinentibus, Cicero idem, poſt Homerum Poëticè ſcribere auſus eſt Maro? & uterque quem ſequebatur, aut attigit, aut tranſcendit, poſt Herodotum & Thucydidem T. Liuius, & Criſp. Saluſtius hiſtorias conſcripſerunt, & illos à tergo quàm longiſsimè reliquerūt, poſt Lycurgum & Solonem legesque duodecim tabularum, noſtri iuriſconſulti, de tàm paucis granis,

granis, in ſulcos Græcorum ingeniorum parcè adeò effuſis, legum ciuilium, tàm opimam
meſſem, in horreum Romanæ Reipublicæ congeſſerunt, ut in eo ſtudio facile oſtenderent
ſe uictores, poſt Mathematicos Graiorum ſcribere noſter non timuit Seuerinus, Poſt illo-
rum quatuor theologos, noſtri totidem ſic ſcripſerunt, ut ſine contradictore ſuperauerit,
poſt ſolos Arabes ſcribere non licebit? denique Græcos & ingenio & ſtylo frequenter ui-
cimus, & frequenter æquauimus, immò ſi quid credimus Ciceroni, ſemper uicimus, ubi
anniſi ſumus, quod ſi uerè de nobis in comparationē Græcorum tantus ille uir dixit, mul-
tò fidentius in comparationem omnium aliarū gentiū dici poteſt Arabiculis, ut uos uelle
uidemini, duntaxat exceptis, ô infamis exceptio, ô uertigo rerum admirabilis, ô Italica uel
ſopita ingenia, uel extincta. ſingulariter ingenium tuū fleo, his anguſtijs circumſeptū. Hæc
extra propoſitū oneroſa & amara profuderim, ad te credo, & ad finem propero, Nimis im-
petum ſequor, & ſi noris, quot & quàm diuerſis interim premor curis, ſtupeas, abſiſte au
tem mihi, de præterito, aut futuro experientiā obiectare ut ſolens, & probare uelle aquam,
poma, ieiunium uel fuiſſe uel futuras eſſe, mearum cauſas ægritudinum. ſi hoc nempe pro-
baueris, uictus ſum, tolle digitum, reddo arma. Sed nec probaſti hactenus, nec probabis ut
ſpero, ſicut ego contrarium, non tàm poſſum probare quàm credere, non nocuiſſe mihi
iſta ſed profuiſſe, exceſſum uerò non horum potiùs, quàm cunctarum rerum, cunctis ho-
minibus nocuiſſe, & nociturum eſſe non ſum neſcius. Et ad ſummam, ſi ut ais Hippocras
aquam laudat, tu mihi aliter Hippocras, uel ſiquid eſt Hippocrate maius, apud Medicos,
pomis ac fructibus es amicus. Ego exceſſum quod ſæpe repeto, ut uel ſemel audiar, in om-
nibus reprehendendum dico, quocunq; te uerteris, reſtat inter nos lis ſola ieiunij, cuius
quidem ita tibi perſuade, nullus poteſt eſſe finis, niſi ceſſeris, quod ſine ullo dedecore ſis fa
cturus, eſt enim laudabilis uerò uinci, quàm mendacio uincere. Et certè quæcunque ſit ue-
rior, mea ſaltem honeſtior cauſa eſt. Ecce autem pedetentim, unde digreſſus eram redij,
Ieiunium nempè ſancta res eſt, & animæ utilis ac ſalubris & corpori, ſtudioſis uerò boni-
qúe aliquid agentibus, ſecurè dicam neceſſaria, ſeu deuotionis ſtudium ſit, ſeu negocium
literarum. neque enim de athletis aut foſſoribus agitur, aut de his qui pedibus Sitoniam
baccam terunt. profectò autem non decet uirum ſobrium & caſtum, ſuum uas incor-
ruptum cum honore ſeruantem, aut uirum magnanimum ingentia molientem, aut uirum
doctum & ſublimia meditantem, ſæpè & multum ad menſam ſedere, & hoc breue tem
pus, ac labile, æquis portionibus cum uoluptate partiri, quodqúe comeſſationibus ſuper-
fuerit, aut gerendis rebus, aut orationi aut philoſophiæ dare. Abſit hoc à moribus no-
ſtris, immò contrà, quod illis ſuper eſt, refectioni corporeæ tribuendum. non enim corpus
hoc ad dominium, ſed ad ſeruitium animæ natum habemus, & ſicut ſeruus domini, ſic
corpus animæ reliquijs ueſci debet, & contentari. unum nunc etiam locus hic recipit.
Quotiens putas interfuerim colloquijs tranſalpinorum principum, & præcipuè Prælato-
rum, ubi de moribus noſtris ſermo incidit: Senſi illos inter alia mirari, quoſdam quoque
uituperare, cœnas Italorum, de quibus in reliquis extimationes claras atque magnificas
concepiſſent, idqúe eò magis indolui, quò eorum iuſtam redargutionem, & Platonicæ
ſententiæ conſonam intellexi. nam & ille epiſtola ſua quadam, ad architam Tarenti-
num, cœnas menſaſqúe arguit Italicas. Sed tanti Philoſophi reprehenſionem facilè ſim
laturus, quo autem animo, quantoqúe putas audiam dolore, nos à barbaris ſobrietate
ſuperari? neque uerò me fallit, ut olim apud maiores noſtros Romanos, ueteres dico,
uſus non fuerit prandiorum, unde Poëticum illud:

Hæc eadem labente die conuiuia quæris.

Et quid corpori utilius Medici diſputent. audiui enim eos, ut in multis, ita etiam hanc
in quæſtionem diſcordes certè rebus agēdis, quibus Romani antè omnes dediti erant, op-
portunius rear ad ueſperam diſtuliſſe, dies enim actui idoneus, nox intempeſta & inactu-
oſa eſt, & refectioni aptior & quieti. Neque enim cœnam niſi prandio ſuperinge-
ſtam arguo, ſed Medici per manus opiniones ſibi mirabiles ac ſylueſtres tradunt, & à
ſtipulanti-

ſtipulantibus gula,& uulgò unus aliũ docet, nihil peius eſſe ieiunio. Et miraris & dicis te neſcire, neq; audiſſe unquam conſilia Medicorũ, diuinis aduerſa eſſe conſilijs, ſeu contraria diuinæ cõditioni. Miror autem ego non minus, talem uirum non audiſſe, quæ lippis & tonſoribus nota ſunt, qa quæ diſplicent pigris ſemper auribus hauriũtur. Nolo tibi autem mõſtrare ubi quæras, q̃ inuentũ doleas, ſed ſi q̃ris inuenies. in multis quidẽ à diuinis conſilijs diſcordaris, ut qui corpus tantũ, hoſtem animæ atq; ergaſtulum cogitatis, in ieiunio præſertim. Eat uerò nũc quiſquis duras habet ungulas, & extirpet errorẽ tot radicibus ſubſiſtentem. & ò utinam ego te, qui me à ieiunio diuertere niteris, poſſem ad ieiunium fando cõuertere, & uelles Medicinã, hac ſaltẽ in parte dediſcere. crede mihi, uictũ te gauderes, præter occulta namque quàmplurimam corporis atque animæ commoda, unum certè oculis, antequàm elaberetur, ſumpto in manus ſpeculo, uideres te uiuidius coloratum. Proindè ut hæc tria, de quibus bellum gerimus recolligam ac perſtringam, nitar ego ſobrietatem in medio poſitam, adipiſci, ſi extremorum alterutro pereundũ eſt, malim aqua pallere, q̃ uino rubere. malim pomis laborare, q̃ carnibus, exhauſtusq; ieiunio, quàm diſtentis crapula perire, erit ſaltem purius, erit honeſtius cadauer. iamq; de inſolita & prorſus aliena materia ſatis ſuperq; certatum eſt. quod cum alio quocunque ex his, qui Medici tantum, & nil amplius ſunt, nunquam in animum mihi uenifſet, ut facerem, iam ſolito magis lites & diſcordias abhorrenti. nam quis æquo animo uideat, ſua omnia uaſtari, ſeq; erepto unico palliolo nudum linqui? quis nõ ad iram adq; ad odium atque ad arma proſiliat? quod patenter quondam, cum illis expertus ſum Papæ Medicis, quorum ſuprà memini. Ex te autem tale nihil uereor, cuius ſcientiæ diuitiarum, leuis acceſsio Medicina eſt, quam licet olim, ut ſæpè multi, artes alias iuueniliter ſis profeſſus, penè tamen abſque illa modò, qualicunque iuditio maior eſſes, ac diti. r. Itaque uelut opulentiſsimi Patrisfamilias & amici fines, latiq; ruris ſterilem angulum ſecurus ingredior, & proculco obſtantesq; rubos falce reſeco, propè cupiens, ut tui eſſe deſinant, qui te his implicitam à cultu arui fœlicioris impediunt & auertunt. Vtcunque res caſura ſit, interim dum tu bellum inſtauras ego adero. ſæpè congreſſus bellantium, & præſentes uultus ſequeſtri pacis & concordiæ fuerunt. Facilè forſitan dum ultrò citroq; acies inſtruitur, pax erit, licet enim aliter atque aliter tu à Medicis, ego adeò, ambo tamẽ unum uolumus, ut quodcunque ſcilicet uitæ reſtat, ſanus degam, quo uita ipſa ſit lætior, longiorq;, quanquã cum diù ſi quid eſt hic diù diſtulerimus moriendum ſit. Vale Euganeo in rure, febricitans ſcripſi, ut tantiſper febris obliuiſcerer. x v. Cal. Decembris.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIbus, Liber XIII.

FRAN. PETRARCHA NICOLAO MARCHIONI Eſtenſi Ferrariæ domino, S.

Conſolatoria ſuper fratris morte.

HEu mihi duro nimium & uiuaci, ergo ego infœlix, & ſiniſtro natus ſydere, in hac miſera et fugaci uita, tandiu ideò reſeruatus ſum, ut lætum aut dulce nihil ſentiens. triſtia & amara cuncta perpetiar, ad hoc ſolum uiuo, ut quotidie amicorũ & charorum mortes audiam, utiq; ait Satyricus multis in luctibus, inq; perpetuo mœrore & nigra ueſte ſeneſcam, per omnem uitam flendo fatigatus. nullius deinceps hominum mortem flere decreueram, idq; & profeſsioni meæ debitum, & ætati rebar, ſed nimis ad uiuum tangit

dolor,

dolor, heu Vir clariſsime. amiſimus immò præmiſimus, tu fratrem amantiſsimum atque optimum, ego dignitate dominum mitiſsimum, charitate filium obſequentiſsimũ, qui nullis omnino meis meritis, ſed ſola ſui nobilitate animi, me ut noſti, ſic amare dudum cœperat, nec tantũ amare, ſed colere, ut ego ipſe & gauderem uehementiſsime, & mirare non minus, unde illa tanta dilectio, tantaquè ueneratio in tanta ſtatus, atq; ætatis imparitate. ſolet enim illa ætas hanc fugere uel horrere, ille uerò non ita, memini neque unquam obliuiſcar, neque obliuiſci debeo, ut hoc ipſo anno, dum Romam petens, caſu illo terribili retardatus apud te, quo me ſors mea, in hoc ſaltem placata detulerat, qui mei curam, non quaſi alienigenæ parui'q; hominis, ſed ut magni cuiuſpiã uiri, tuo de ſanguine ſuſcepiſti, dura & graui, & ut publicè creditum fuit, ultima ægritudine laborarem, quibus ſermonibus, qua pietate, quo uultu, per ſingulos dies, ter aut quater ad me uiſendum illa fœlix & benedicta anima ueniat. quas mihi aſsiduè conſolationes, quas oblationes, quæ lenimenta doloris afferebat, uoce illa humili ac benigna, ut præ gaudio, & ſuæ admiratione uirtutis, meum ipſe incommodum uix ſentirem. Sileo è longinquo ſalutationes amiciſsimas, ſileo nuncios, cum muneribus, & munus omne uincentibus, ſuauiſsimis atque honorificentiſsimis literis ad me miſsos, quod eſt ſummum, dico floridum adoleſcentem moribundo, ſic aſtare ſeniculo, hei mihi, non credebam, nec credibile erat ipſum ante me mori debere neque accidere potuiſſet, ſi quis eſſet ordo rerum humanarum. Accidit autem, quia nullus hic ordo eſt, nulla conſtantia, nulla ſtabilis aut certa iucunditas, ſed confuſio & labor & dolor & gemitus, à quibus nulla ſors hominis, nullæ opes, nulla liberat altitudo. damnum quidem tuum, noſtrumquè omnium, qui te illũq; diliximus, neque diſsimulo, neque uerbis imminuo. Magnum profectò rarumquè & eximium uitæ decus, ac ſolatium ad tempus amiſimus, quod non flere etiam ad tempus, & deſiderare non poſſumus, ſunt tamen & magnis angoribus inuenta remedia, de quibus agere non breuis epiſtolæ ſed libri materia ſit ingentis. Vnum hoc temporis breuitate ſufficiat, ſiquidem pro nobis dolemus, occurrit Ciceronianum illud, ſemper in his caſibus repetendum. ſuis incommodis grauiter angi, non amicum ſed ſeipſum amantis. ſi autem propter illum uanus eſt dolor, non ſolum quia irreparabilis eſt euentus, ſed etiam quia fauſtus utique illi eſt, audebo enim dicere, quod uerum credo, quia fratri tuo nihil mali, immò multum boni accidit. quamuis enim oculi noſtri illum anxiè requirant, illi tamen proculdubiò benè eſt, tàm nobilis animus, tàm mitis atque innocens uita fuit, ut ſperari de eo aliud non poſsit. uiuit ille, qui mori oculis hominum uiſus eſt, immò nunc uiuere incipit, hæc enim ut ſapientibus placet, quæ dicitur uita mors eſt, uiuit, inquam & cum creatore ſuo, cumquè angelis eius, ac beatis ſanctorum hominum ſpiritibus, æuo fruitur beato, ereptus mundi periculis & ludibrio fortunæ. neq̃ ſi reditus pateat reuerti uelit. gaudet enim laborem permutaſſe, cum requie, cum ſecuritate formidinem, cum fœlicitate miſeriam. Nam licet & dum nobiſcum erat, fœlix uideretur, uerè tamen nemo hic fœlix, ut doctiſsimis uiſum eſt, fœlix ergo ille, nos miſeri dum hic ſumus. quocirca mœrêre hoc eius euentu uereor, ut apud Ciceronem ait Lelius, ne inuidi magis quàm amici ſit, & ille quidem nunc, ut mea habet opinio recordatur noſtri, ſuosquè omnes in quibus, quia ita ſibi placuit, ego me numero ſed in primis tantum talem q; Germanum, quem ſemper unicè dilexit, eo nunc amat ardentius, quo æterno propinquior eſt amori. non ſumus enim, Deo gratias, de illorum grege, qui putant animas cum corporibus interire, in noſtra igitur, & noſtrorum morte immortalitas animæ, & reſurrectio corporum, nos ſolantur, quarum prima conſolatio etiã Philoſophis fuit. altera nobis eſt ſolis, de quibus ſi imperũ atq; ardorẽ animi ſequi uelim, longus ero. ſed nõ poſſum, uires enim mihi corporeæ nullæ ſunt, neq; enim, poſtq̃ à te, & ab illo, heu, ultimũ diſceſsi, ullus mihi ſine grauib. morbis actus eſt dies, itaq; uix hæc ipſa ꝑſcripſi. Cõfido autẽ de ſapientia & magnitudine animi tui, q; & hũc caſum, quo tibi iã nullus acerbior euenire poteſt, & humana omnia, alta & inuicta mente tolerabis, & ingruentem ſenſibus triſtitiã, inſita leniens uirtute, in omnibus diuinæ cõfirmaberis uolũtati, & tecum in ſilẽtio

cogitabis,

cogitabis, cœleſtem prouidentiam, à qua tàm multa & tàm grandia recepiſti, tibi hoc nũc, licet amarum guſtui, bonũ tamen, & cõſideratis mundi malis, ſalutiferũ forſan & optabile tribuiſſe. Hæc tibi manu tremula, humentibusq́ oculis, ſtatim ſcripſi, cum hac ipſa hora, ad me rumor mœſtiſsimus perueniſſet, ita ego æger, triſtis, deſolatus, cõſolari alios nitor, ꝓinde ſiccandæ lachrymæ, comprimenda ſuſpiria, calcandus dolor, hoc excellentiam tuam decet, quæ ſi uera eſt, nihil illi arduum uidetur. Poſiti in excelſo eſtis ò principes dominiq́ terrarum, ut exemplo alijs ſitis, uos oculi omnes intuentur, omnes aures audiũt, linguæ omnes loquuntur, omnes ueſtri actus & uerba penſantur, enitendum ſummo uobis eſt ſtudio, ne plebeiũ aliquid, aut uulgare loquamini, ne quid depreſſum atq; humile ſentiatis, ſed magnifica omnia & excelſa, ne uos ullis impulſib. fortuna deijciat, nec inclinet quidẽ, quæ in uos, quò maiores eſtis, eo ſæpe maiori accingitur apparatu, fruſtrà autẽ hoc inter homines faſtigium poſsidetis, niſi ſereniores & altiores animos, cæteris hominib. habeatis, laborioſum fateor, ſed uera gloria, & magnus honor, ſiue multa induſtria, & magno non quæritur labore, hic loquendi utinam & dolendi finem facio. Sperâs te, quod poſceris tua ſponte facturum, utque ita ſit, affuſus ego, & omnes qui tuum nomen diligimus, obſecramus. Chriſtus conſolator optimus, te ſoletur, & conſeruet in gratia ſua, Arquade Noctis Auguſti mane.

Fran. Petrarcha Philippo De Maſerijs EQ. Aegiſcyprij Scribæ, S.

Communis amici mortem lamentatur.

FOntem lachrymarum, de mœſtiſsimi animi ſcatebris, per hos oculos erumpẽtem, tua ſimul excitauit & compreſsit epiſtola, tàm uariè meũ quocunque tibi libuit cor egiſti, ut clarum faceres, quod à diſertiſsimis uiris accepimus, omnipotentem ut ſic dixerim eſſe facundiam, ita meum & totius Italiæ graue damnum, & irreparabile mihi in oculos ingeſſiſti, quod niſi confeſtim aſperrimo uulneri, leuiſsimam Medicinam, docta manus adhibuiſſet, facilè imbecillem ſpiritum, & cõfixum abditis aculeis, dolori dolor abditus extinxiſſet. Quis enim non dicam, tanta amicitia & affinitate coniunctus, tot obſtrictus meritis, ſed quicunq;, niſi hoſtis humanitatis, noſtri Iacobi obitum, effuſo gemitu non lugeret? ereptum terris hoſpitem uirtutum, unum ex paucisſimis, qui iam noſtro æuo ſuperãt, & in ipſo flore ætatis extinctum, noſtræ decus priſcæ ſpecimen militiæ, uerè quidem, nõ me fallit amor, & ſi ualdè amẽ, mors illius mœſta eclypſi militiæ lumẽ preſſit. nam qs illo uerior miles, aut quis rectior, quis innocentiór, quis iuſtior, quis pro uarietate rerum animoſior ac mitior, & humilitati magnanimitas, & magnanimitati iuncta ſtupebat humilitas, inſolitæ ſimul habitare. claritatem ſanguinis morib. illuſtrabat, quem natura generoſum fecerat, uerè uirtus nobilem faciebat, perfectumq́;, et undiq; perpolitum, ne uel ſibi ulla militaris laus uel noſtro uirtutum inopi ſæculo, quod de Demetrio ſuo ait Seneca, aut exemplum aut conuitium deeſſet. Fuit quem excelſo calle operum, multi ad gloriam ſequi uellent, pauci poſſent uirtutem illam heroicam, etiam hoſtes uenerabant, & qui eum oderant. illam odiſſe non poterant, boni illam amabant, mali mirabantur, habet enim uirtus hoc inſitum, bonos in amorem ſui, malos in ſtuporem trahi. talis ille uir fuit, nihil prorſus illi defuit, niſi uita longior dicat aliquis. ego autem nullam breuem uitam dico, quæ profectò uirtutum munere functa eſt, non refert, quanto in ſpatio pretioſa explices, nec theſauro pretium auget arca ingens, nec imminuit anguſta. illius uitæ tempus additũ, uobis profuiſſet, atque omnibus quibus ille uel carus fuit, uel utilis ad exemplum, ſibi autem, ad quid niſi ad periculum ac laborem? Omnia perfecit, quæ ad ueram gloriam pertinerent, plura facere poterat, non maiora. ea fuit in iuuentute grauitas, in grauitate iocũditas, in iucunditate ſeueritas, in ſeueritate clementia. Ea demum uirtus in animo, in propoſito conſtantia, in conſilio acumen, in præſentibus circunſpectio, in futuris prouidentia, in conuerſatione ſuauitas, in uerbis fides, in rebus atque actibus induſtria, cum amicis charitas, cum hoſtibus leue odium atque placabile, cum ſuperioribus obſequium, cum ſubiectis humanitas, cum omni genere hominum iuſtitia. nihil illo leuius inermi, nihil durius armato, nil ad iram tardius, nil promptius ad ueniam, ut qui nunquam niſi pacis ſtudio bella ſuſciperet. Dulce mihi

& amarum eſt, multa de illo, quem dileximus, immò uerò quem diligimus tecum loqui. & ſi de quibuſdam ignauis potentibus, quidam longas hiſtorias texuerunt, opulẽta admirati, quantus de hoc liber texit, queat ab illo præſertim, cui nihil uiri huius incognitum ſit. Sed hinc calamum luctus frenat, illinc tu mihi materiam abſtuliſti, ſic perſtringẽs eius laudes, ut prolixius fortaſse aliquis, laudari melius, certè ac uerius nemo poſſit, fœlix ille tali ſtylo tantoq́ laudatore, fœlix tali ſubiecto ſtylus tuus. ille quidem & uirtute ſua clarus, & eloquentia tua adiutus, diu uiuet, immò proculdubiò uiuet ſemper, cum illo apud quẽ fons uitæ eſt, & hic quoque per famam uiuet, denique in memoria æterna erit iuſtus, proinde uiciſſim ille de tuo teſtimonio, tu de illius præconio nomen nobis clariſſimum quæſiuiſtis. Quem tu enim ſtylo non ornaueris, & quem ſtylũ ille ſuis in laudibus, non diſertum fecerit: gratias tibi non meo tantum nomine, ſed bonorum omnium, quia quod nec ego ita, nec ut puto alius potuiſſet, laudum eius agrum uberem, ingenij tui acuto & lucido uomere coluiſti, & ſuarum florea prata uirtutum magni amoris pijs imbribus irrigaſti: ut multa equidem ac magna prætercam, à te ſcripta magnificè ac fideliter enarrata, unum præteriiſſe noluerim, quod quoniam mihi aures animumq́ te loquente mira ſuauitate promulſerat captare nunc geminam grata repetitione dulcedinem, meus eſt. ò fœlices igitur oculi tui, qui uiderunt, quæ ab illo uiro ante non multum tempus apud Alexandriã geſta ſunt, fœlix ille etiam, an licet expediens eſſet, & ab adoleſcentia exoptatum diſſolui, & eſſe cum CHRISTO. prolongatus eſt tamen ultra modus, donec illa perageret, quæ & ſpectãti deſuper res humanas cœli domino grata eſſent, & per omnes terras, fama celebri uulgarentur quæ & noſtra ætas memoraret, & poſteritas comendaret, quæ demum & tu lachrymis ſcriberes, & ego flens legerem, fœlices quoque aures tuæ, quæ audierunt fortia illa, & ſalubria & glorioſa conſilia, quibus ſi creditum fuiſſet, hodie quantum ego arbitror, & Petrus inclytus Cypri rex, indigni uir exitus, ſed ſacræ memoriæ uiueret, neque in conuentum malignantium & manus impias incidiſſet. & nunc forſitan ſub eodem Petro rege tuo, militans Iacobus frater noſter, nec dum fato functus, ut quem plus aleret labor, ſanctumq́ exercitium uegetaret, immò quidem regi æterno ambo pariter militantes, per orientem ac meridiem CHRISTI nomen attollerent, & Chriſtianitatis fines, atque imperium prolatarent. iamq́ non tantũ Alexandria, ſed Memphis & Antiochia & Damaſcus, & Babylon Chriſtianorum eſſent, CHRISTI nempe ſunt omnia, nec Deus noſter bonorũ indiget noſtrorũ. nobis quærebatur, & quæſitum nobis, quicquid id erat, & nobis amiſum eſt. CHRISTO enim præter cor humanum, quod unice cõcupiſcit, nihil dari poteſt, nihil eripi, nobis, inquã, paucorũ uirtute, quorũ tu etiam pars fuiſti, illa nobilis ciuitas data erat. nobis multorum ſeu ignauia ſeu perfidia erepta eſt, nec minus pudoris attulit, amiſſa quàm capta decoris attulerat. Sed ſic eunt ferè res mortalium, raro ſanum cõſilium contradictore caruit. Ita dum in ſuam quiſq; libidinem, non in commune bonum nititur, quotidianum in cõcilijs malum, melior pars, maiore & numero ueritas uicta eſt, uicit auara barbaries, uicit uilis amor prædæ, uicit interrumpẽdæ paululum metus uoluptatis, uirtus nuda & incomitata ſuccubuit. Itaq; onuſti præda, ad quam ſola uenerant religione ſimulata, oneratique autem obrutiq́ dedecore abierunt, omiſſo, neglecto fidei negotio, quo neſcio, an ullum glorioſius ab auorum memoria cogitatum ſit, hæc hactenus. unũ antequàm deſinam, attingendum eſt, & tuæ probatiſsimæ fidei teſtimonium perhibendum. Tu quidem uir egregie, amicum è medio ſublatum, non ſolum lingua & calamo affectum, animi teſtantibus, dulci pietate proſequeris, ſed ſuperſtites etiam natos, memori charitate complecteris, bonam utique te què rem dignam agis. neq; mihi neque cuiquam ſuorum dubitatio ulla eſt, quin talis amici filios tuos ducas. cuius enim radix eſt propria, & rami proprij ſint oportet, fuit uir ille uſque in finem tuus, neque ut auguror unquam magis, quàm nunc eſt, quando ſcilicet inexhauſto ſummi amoris fonte perfuſus totus eſt charitas. Certè Dauid rex filio Ionathæ, à quo dilectum ſe fuiſſe meminerat, quamuis perſecutiones multas ab illius patre perpeſſus, ſeſe prebuit indulgentẽ, & Maſsiniſſa rex Numidiæ propter memoriã Africani totam progeniem Scipionum miro uſque ad ultimam coluit ſenectutem.

Sed iam ſatis eſt frenabo impetum, alioquin nullus erit flendi modus, tu me fletu madidum flere uberius, tu me fletu exhauſtum, fletum comprimere docuiſti. in dolore tibi parui, cur in conſolatione non paream? conſolabor, quia tu iubes, & quia neceſſe eſt. Stultus eſt enim luctus longior & lugenti damnoſus, & illi inutilis qui lugetur. non committam, ut propter meam multiplicem miſeriam, illius morte contractam, lætam illam fœlicemque animam gemitibus amplius turbem meis ſuarum iã uirtutum laurea coronatum, de uitijs atque inuiſibilibus hoſtibus in arcu æthereo triumphantem. Tu uiue, & defuncti & ſuper ſtitis memor. Vale, Patauii pridie Nonas Nouembris.

Fran. Petrarcha Ioanni Aretino, S.

De ſua origine.

IGnoti hominis, ſed noti nominis epiſtolam libẽs legi, fuit Ioannes alter Aretinus, quocumque, cum quo longa mihi uſq; ad illius uitæ exitum, ac fida ſemper ſtetit amicitia, Ioannis igitur Aretini ad nomen, in auribus meis, olim crebrò dulciter ſolitum ſonare, longo uelut è ſomno experrectus, caput atque animum erexi, grataq; mihi cari capitis memoria renouata eſt, in hoc altero Ioanne delectauit me fateor nobilis indoles, & ſenilis in iuuene caniquè ſtyli grauitas. Sed ſuper omnia hic affectus, & hic amor erga hominem neſcio, an aliquando uiſum, ac certè non cognitum, qui profectò tantus eſſe non poſſet, in te aliqua meæ uirtutis opinio decepiſſet. error ingens, ſed honeſtus, & tua præſertim ætate audabilis, quoſdam nempè nonnunquam falſi nominis ſono ac ſplendore excitos, relictis à tergo quos pro ducibus ſequebamur, ueram perduxit ad gloriam. optas & optando oras, ut familiaritate mea ſterili quidem, & unica te digner epiſtola, quã te, ut theſaurum ſanctaſquè reliquias ſeruaturum ſpondes, ad tuum, ut ais, tuæquè poſteritatis longum decus. non ſum amice, unde hoc ſperes, paucorum eſt, ut noſti quibus ſcripſerit famam dare, horum ego de numero non ſum. quomodo enim alijs dem, quod mihi nondum tanto ſtudio quæſiui. ſcribo tamen, non ut te glorificem, ſed ne ſpernam, & ſcribo inter anguſtias, magno rerum circumuallatus exercitu, quod ut tibi ſit gratius, iam me temporis penuria parcum facit. Non hoc tamen impediet, quominus ad id tibi reſpondeam, quod tàm obnixè flagitas, an ſcilicet Aretij natus ſim, id enim te auguror audiuiſſe, & ita hoc quæris, quaſi magnos hinc titulos quæſiturus patriæ, & clarorũ certè hominum origines, terras, in quibus orti ſunt, per ſe licet ignobiles ornant fateor, atque nobilitant. De Homero quidem dubitatio uetus eſt, & multis indeciſa lis gentibus, dum una quæque illum ſibi uindicat, & tanti ciuis gloriam ad ſe trahit, ad quod conſtat, ſic naſcendo Pythagoras quidem Samon, Brienem Bias. Miletum Thales, Abderam Democritus, Clazomenas Anaxagoras, Calcedonem Xenocrates, Eleam Zeno, Stragirim Ariſtoteles, Lesbum Theophraſtus, & ex noſtris Arpinum Cicero, & qui tunc Andes dicebatur, inopem & anguſtum Mantuæ uiculum, Virgilius, Tagaſtum Auguſtinus, Stridonem Hieronymus honeſtauit. ſed neque aut horum ego rurſus, ex numero ſum, aut patria tua, ut ſit nobilis unius cuiuſq; hominis eget auxilio, quàm ab ipſis Romani imperij primordijs, inter tria Etruriæ capita numeratam legimus. Quando uerò tàm anxiè me rogas, plus etiam aliquid, quàm interrogas reſpondebo. non ſolum ergo Aretij, ſed in uico inumo ciuitatis illius, qui Hortus uulgò dicitur, heu flos aridus, & fructus inſipidus, natus ſatusquè etiam fui. Florentinis quidem parentibus, ſed in exilium actis, ea ſcilicet tempeſtate, qua meliorem partem expulit, qui creber noſtris in urbibus mos eſt, noſtriquè naufragij partem alteram, Bononia altero pio gremio fouit Aretiũ. addam huic hiſtoriæ, quod haud grauatim te lecturum ſpero. Anno igitur iubileo Roma reuertẽti, atq; Aretio tranſeundi, quidã nobiles conciues tui, qui me comitatu ſuo dignum cenſuerunt, dum extra mœnia urbis adducerent, ignarum me per illum deduxerunt uicum, atq; inſcio, & miranti domum illam oſtenderunt, in qua natus eſſem, haud ſanè amplam ſeu magnificam, ſed qualis exulem decuiſſet, dixerunt què inter multa unum, quod apud me, ut Liuij uerbo utar, plus admirationis habuit, quàm fidei, Voluiſſes nonnunquam dominum domus illius, eã amplificare, publicequè, prohibi-

tum.ne quid ex ea ſpecie mutaretur, quæ fuiſſet, quando hic tantillus homuncio, tantusq́ peccator intra illud limen, in hanc laborioſam & miſeram uitam uenit, proinde illa digito tui ciues oſtendunt, pluſq́ue aduenæ præſtat Aretium quàm Florentia ſuo ciui. ſed hæc & alia grauiora ferenda eſſe fortiter, ſcio, & amara dulcibus penſanda, quamuis illa præponderent, & ſic facio, cum pro alijs multis, tum pro hoc uno nominatim deo gratias agens, qui hunc mihi animum & hãc mentem dedit. Habes quod quæſiſti, occupationem & tarditatem meã, tuæ precis efficacia. Reliquũ eſt, ut ſi amicitiã noſtrã cupis, non me deinceps uidebitis, & non meis laudibus oneres: quod mereor facito, ne me unge, ſed pũge, ſcinde, iure, increpa, non ætati debitum, ſed uitæ prona eſt materia. Nemo ad talia non diſertus fuerit, Auditum tibi meum nomen, audita & uitia ſint oportet, indignum laudare irritus, & magnus eſt labor, denique ſi me amas, cum alijs de me ut libet, mecum ut poſtulo, & ut te meq́ue pariter dignum eſt. Ne tu uiuo mihi perangerycum cane, ſed Satyram. Vale Arquade inter colles Euganeos v. Idus Septembris.

Fran. Petrarcha Ioanni Aretino, S.

DEſiderium recularum noſtrarum alte tibi inſitum cerno, nec me ideò doctum, ſed te pium noſtriq́ue amantem noſcendiq́ue auidum reor, dicis te habere epiſtolas meas multas, uelim omnes, et maximè correctas habeas. neque unquam per me ſteterit, idq́ue ipſum, & de alijs uelim. Ad hæc cuncta noſtra uulgaria, & ſiquid eſt Poëticum collegiſſe te ſperas, ſed id mihi difficile eſt creditu. Cæterum illis ante alia neceſſariam eſſe correctionem exactiſsimam ſentis, quæ à diuerſis ut auguror hiſq́ue nec intelligentibus mẽdicaſti. ſunt aliquot præterea libelli, qui te forſitan delectabunt, ego certè tuam indolem ſtudiumq́ue, meis uigilijs adiutum iri, ſi qua ſors tulerit gaudebo: hæ hactenus. epiſtolam tuã rure abiens dimiſi, neque ſat memini, an quid aliud reſponſi indignum attuliſſet. Vale & inſignem Rhetorem, uirumq́ue optimum Petrum noſtrum, ut ſaluere iubeas quæſo. Patauij, IIII. Nonas Ianuarij.

Fran. Petrarcha Donato Apennigenæ Grammatico, S.

Artium errores uitandi eſſe.

LIterulam tuam, fili, ſimulq́ue munuſculum recepi, pyra ſcilicet, qualia nulla quidem ut arbitror tellus fert, niſi Italia magna, ut Maro ait, parens frugum, utrunque mihi pergratum fuit. nollm tamen hanc te curam amplius inſumere, uis fortaſsè ueſtigia patris tui ſequi, qui mihi quod habet, quodq́ue non habet libentiſsime largiretur, benè quidem feceris, eum in omnibus ſequendo, nunquam eo ducè à recto calle uirtutis aberrabis, habes enim patrem, adhuc tibi forſitan, propter tuos annos incognitum, ſed cognoſcunt eum alij, quorum ego ſum unus, illum ergo ſequere. illum cole, illum obſerua, illi crede bonum te ad portum diriget, neque deſpicias, quia non eſt Medicus, aut Dialecticus loquax. Philoſophi enim ueri nulli uſque, dialectici autem paſſim multi ſunt, eſt certe, qui adoleſcentiæ tuæ paſſionibus medeatur, & falſas opiniones, quibus illa ætas abundat, ferarum falce concluſionum reſecet, tenerisq́ue præcordijs, ueras inferat ſententias. eſt mihi crede tuus genitor uir bonus, & literatus & prudens, & ut breuiter dicam. Eſt quod; ait Flaccus, ad unguem factus homo, tuiq́ue amantiſsimus ſuper paternum etiam amorem quamuis tibi fortaſſis, interdum aliter uideatur, nam neq; blanditiæ patrem decent, neque proſunt filio, & ſi uerò, te illum in omnibus alijs ſequi uelim, in hoc uno nolim. neque enim à te iſta, neq; à tua facultate, neque à tua ætate requiruntur. ſtude modo, & uiriliter age, teq; ipſum attolle alis ingenij ſtudijq;, inq́ue hoc patrem non tantum ſequere, ſed tranſcende, uinci enim à te cupit. magnũ iter acturus es. nihil ut ait Comicus loci eſt ſegnitiæ neque ſecordiæ, de artibus, ad quas te contuliſti, elice quod tibi utile, quodq; animæ moribusq; tuis ſalutiferũ experiris. reliqua ut uenenum abijce. Non loquor ſine cauſa, amor tui & parentis loqui cogit, non illarum artium profeſſores, ab infantia uſque ad id tempus, ætas tua tenera eſt, atque flexibilis, et omnis impreſſionis capax, multæ ibi ſunt ſpinæ, multi laquei, multi unci, qui facile imbecillem leuemq; animam arripiant, atq́ue obtentu ſcientiæ à pietate detorqueant.

queant. Multa ibi ſunt deuia, multa inextricabilia, quibus inſcriptum ſit, hac itur ad cognitionem rerum uariarum. qua qui pergunt, ueniunt ad ignorantiam creatoris omniũ. Blandi itineris ferox terminus, de promiſſa luce ad tenebras peruenire. iter hoc ſæpe inaduertens, anima iuuenilis ingreditur, & credula omnium & cupida. Eſt enim non inficior animis noſtris, & præſertim nobili præditis ingenio, diſcẽdi ſciendiq; dulcedo quædam inſita, ſed rationis imperio moderanda. Multa ſunt enim que neſcire ea demum ſcientia ſumma eſt. habet ars ferè omnis boni aliquid, uis diſcretionis exigitur. Caue igitur fili, nunc dum tempus eſt, ante quàm impliceris, eoq; peruenias unde non redeas. Spero quidem de tua indole, quod ſupra ætatem ſcies, reiectus uanis apparentibus, exiſtentia ac manſura decerpere, ut fias non uentoſus diſputator, ſed realis artifex, & ad ſummam talis uir, qualem pater tuus, & ego & omnes, qui te diligimus expectamus. Cura ut ſis doctus & ſi potes Philoſophus, quod eſſe aliter nõ potes, niſi ſapientiam ueram ames, uis eſſe ſapiens ac doctus, eſto pius, amator ſcientiæ, ſed uirtutis magis, amicus Ariſtoteli, ſed amicior CHRISTO ſine quo fundamento, quicquid ædificas proculdubiò ruiturum eſt. CHRISTI aũt inimico eſto hoſtis Auerroim, & lege illum Pſalmi locum: Abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorum & quæ diuinus ibi loquitur Auguſtinus. illud quoq; tibi perſuade, & in pectus tuum quanto potes altius demitte, quod niſi ualde te amarem, & ualde tibi metuerem, iſta non dicerem. neque uerò quia ſim doctior, ſed quia ſum ſenior te moneo. Narrabis tamen hæc, cum primum poteris patri tuo amico meo, & ſi conſilium meum probat benè erit. alioquin fac quod iubet, qui te genuit. Vale.

Fran. Petrarcha Romano rhetori, S.

TVa prior epiſtola, quæ ſerius ad me uenit, tui mihi nominis nouũ peperit amorẽ, delectatus ſum ingenio, delectatus ſtylo, & quod minimè ſoleo iuuenilibus blanditijs atque affectu iſto, tàm uehementi, qui nullo ignoti hominis ex merito, ſed è ſola amantis pietate proficiſcitur. Senis amor, in adoleſcente ſignum optimum, Romana denique delectatus origine, qua nulla ſub cœlo clarior, aut fuit, niſi fallor augurio aut futura eſt. adde, quod haud quanquam ſilentio obruendum erat, quia epiſtolæ auctor illius opus eſt magnanimi & inuicti Pandulphi, quo nil carius habeo in terris, altera autem epiſtola, ingentẽ mihi metũ attulerat, ac mœrorẽ ſuper morbo graui, atq; ancipiti Petri noſtri rhetoris tui, & amici mei optimi. quẽ enim tãti uiri caſus, ad lachrymas, nõ moueret, niſi hoſtis eſſet ſciẽtiæ ac uirtutis? Ita ſanè mihi perſuadeo, neminẽ eſſe mortaliũ, qui me magis illũ amet, quẽ pfundius ſua tangat aduerſitas. cõſternato equidem mœſtoq; animo, & humentibus oculis epiſtolam illam legi, atque ilicet ut iubebas, iubebat & pauor meus, mentem, uultũ, uocem manus ambas ad cœlum tollens, oraui boni ominis auctorem, ne adhuc uirum mundo utilem eriperet, neu me hoc uitæ ſolatio ſpoliare, neque me illi, ſed illũ mihi ſuperſtitem æterna fatorum lege decerneret. Id enimuerò ſæpè me peccatorẽ in amicis alijs, ſed heu, uota ſæpè irrita, fuiſſe mœſtus memini. in hoc autem, & ſi ego precator indignus, quia tamen preces in ſe dignæ ſunt exauditum iri ſpero, eoq; maximè, quod multæ interfluxerũt dies, & nil noui audio, neque uerò talis uiri obitus famam publicam, neq; illa aures meas, ad nil aliud nunc intentas fallere potuiſſet, uiuit ergo, ut auguror Petrus meus, & ut diù hic fœlix, tandem in cœlo ſemper fœlix uiuat, CHRISTVM precor. At tu illum ſolare meis uerbis, & ut ſpes feſſas erigat, atque humana ferre ſciat humanitùs, admone, poſtremò mei memorem ſalutere illum iube & Vale.

Fran. Petrarcha Matthæo longo Archidiacono Lacodienſi, S.

De utriuſque ſtatu.

ERat fortè dies feſtus, ac ſolennis quem mihi ſoleniorem fecit, ac lætiorem tuarum aduentus ſubitus literarum dies, inquam, qui ad ueſtigia ſaluatoris adoranda, reges olim ab oriẽte perduxit. nunc ad me prædulciter ſalutandũ, miriſsimas talis amici literas, ab extremo attulit occidente, uidentem omnia CHRISTVM teſtor, uix tale aliquid lætius poteram audire. Multos enim iam per annos, de te certi nihil audieram, cum facies tua, ſem-

 per

per his affixa præcordijs inhæreret, quã inde diuellere, nec locis, nec temporibus, nec fortunæ unquam licuit aut licebit, dubitabam tamen, & humani more animi metuebam, præcipuè poſtquam Mediolano abij, & amicus meus quidam fidiſsimus, Pergamenſis, rebus abijt humanis, qui uoti mei conſcius, ſæpe me de tua uita ac ſalute certiorẽ nũc uerbo, nũc literis faciebat. quãuis autẽ nos mortales natura protulerit, ut neque immortalitatem ſperare, neque mortem metuere debeamus, mecum tamen ipſe recogitans, præter te & reuerendiſsimum Philippum, olim dum in curia quæ Romana dicitur, uerſarentur Cauallicenſem, nunc Sabinenſem Epiſcopum Cardinalem, nullum mihi iam eorum, quos à iuuentute dilexerim ſupereſſe, non poteram, fateor, non timere, de utroque ſollicitus, de te autẽ eo ſollicitior, quo incertior, & damna mea metiens, atq; dinumerans, crebroq; ſuſpirans in ſilentio dicebam. ò quid agit nunc ille charus Pater & amicus tuus. ò ſi uiuit & ueſtitur aura æthereà, ò ſi bene ſecum agitur, ò utinam uiuat, & ualear, nec me ſolum in hac miſeriarum ualle deſtituat. Nunc gratias Deo, de quo timui, iam gaudeo, & exulto non uiuum modo illum, ſed incolumen audiens. Feciſti optime ut ſoles omnia, qui breui epiſtola, longa me ſollicitudine liberaſti. De meo uiciſſim ſtatu, ſi ſtatus dicitur aſsiduè labi, de quo in parte tuarum literarum ut ſcriberem poſtulaſti, breuibus accipe, ſum animo per CHRISTI gratiam quieto, ſatis ac tranquillo, & iuuenilibus niſi fallor pridem paſſionibus expedito, cõtemptor magnus omnium, qui miratur humanum genus, familiariter tecum, ſed in domino glorior. quia licitum mihi ſpero, Corpore diu ſanus fueram, hoc biennio infirmus, & ſæpe pro mortuo habitus, uiuo tamen ad huc quantuluſcũq; ſim tuus ut ſoleo, in reb. alijs penè omnib. ſic eſt mihi, ut erat quãdo ultimũ me uidiſti, ex quo ſi ritè numero, hic quartus & uigeſimus annus eſt, tẽpus uitæ, propè ne dicã abſentiæ lõgũ ſatis, potui equidẽ altius aſcẽdere, ſed nolui, omnis mihi altitudo ſuſpecta eſt, mãſi ergo in humilitate mea, id utilius credẽs atq; iocũdius, & ad ſummã, nulla re fermè auctior ſum, quã fui, niſi tot annis & aliqt libellis. mallẽ ſciẽtia ac uirtute, nulla re imminutior niſi ualitudine, pſpera & amicis, quos mihi quàmplurimos paucis annis, dura mors rapuit, patientiamq; meam uehementer exercuit. Aliquandiu Venetijs moras traxi, nunc ſum Patauij in eccleſia reſidẽs, Fecit Deus, inſcio me, ut tempeſtiuè admodum inde diſcederem, inſtante inter has urbes, hoc grauiſsimo quod nunc ſæuit bello. futurus ibi ſuſpectus, hic ſum charus. Magnas tamen partes temporum rure ago, nunc etiam, ut ſemper ſolitudinis appetens & quietis, lego, ſcribo, cogito, hæc uita, hæc delectatio mea, eſt, quæ mihi ſemper ab adoleſcentia mea fuit. mirũ tàm iugi ſtudio, tàm pauca, tanto in tempore didiciſſe, de reliquo aũt nulli hominum inuideo. nullum odi, & quod antè longiſsimum tempus ſcripſi, nullum deſpicio, niſi me, nunc multos deſpicio, primum me. Fuit igitur prima ætas mihi, tumore atq; errore iuuenili contemptrix omnium, præter ſe, media autem grauitate uirili, ſui ſolius contemptrix, hæc ultima libertate ſenili, & ſuipſius ante alios & penè omnium, niſi quos uirtus clara contemptui eximit, rarum genus. Ad hæc nullum ualde metuo, niſi ualde amem, nihil ualdè cupio, niſi bonum finem, turbam famulorum, uelut hoſtium fugio, fugiturus omnes ſi liceret, id ne liceat, ætas atque fragilitas efficiunt. Viſitatores nullo uſquam receſſu, nullis latebris fùgere ualeo, honorificum uitæ meæ tædium ac laborem. extruxi mihi in collibus Euganeis, paruam quidem ſed decoram atque honeſtam domum, ibi reliquias uitæ, qua datur, in in pace exigo, & defunctos & abſentes, amicos tenaci memoria animiq; ulnis arctius ſemper amplectens, ſingulariter tui memor, tui cupidus ſi qua ſors ſineret. Neue quid te lateat, mearum rerum ſæpe per hos annos à Romano Pontifice atque imperatore, quin etiam à Francorum rege, alijsque principibus multa cum inſtantia, ac ſæpe magna, neſcio quidem cur, quodue ob meritum, ſed quod magis reor, fato quodam euocatus, æquè omnib. hactenus ſurdus ſum. contra multorum enim ſententiam, ſi expediens arbitror libertati. ſed nimis te detineo. parce oro, & Vale Patauí ad uesperam Epiphaniæ.

Fran.

Fran. Petrarcha Pandulpho Malateſtæ, S.

De ſua ualetudine afflicta.

EPiſtolam tuam uir clariſsime. plenam tuæ illius antiquæ mūdo quoq; iam notiſsimæ charitatis, ante nō multos dies acceperā, dūq; & alijs ex cauſis, & ut tibi opportunius reſponderem dimiſſo rure, ubi libērius multo, quā in urbibus habito, Patauum rediſſem, tibiq; q placiturū certus erā, de mea ſalute anxio, ſcribere meditarer ex lōga me ſcilicet ægritudine, propè iā ſanitati redditū, credo ut mœſtā potius ueritatē, q̄ lætū mēdatiū audires cœlitus effectū, ut me ſubitò ad *VIII.* Idus Maias, familiaris mea uiolētiſsima febris arriperet, conuenerunt Medici, & quos domini iuſſus urgebat, & quos noſtra trahebat amicitia, & multis altercationibus hinc inde habitis, noſti morem, diffinierunt me nocte media moriturum, & erat iam noctis illius prima uigilia, uides quantulum mihi uitæ ſpacium reſtabat, ſi uera eſſent, quæ hi noſtri fabulātur Hippocrates, ſed quotidie magis, ac magis me in illa, quam de his ſemper habui opinione confirmant, dixerunt unicum longiuſculæ remedium uitæ eſſe, ſi fidiculis neſcio, quibus aſtricto, ſomnus abrumperet. ſic me ad aurorā forſitan peruenturū, exigui ſpacij tædioſa merces. cum tamen ſomnum mihi in eo ſtatu eripere, eſſet haud dubiè mortē dare. itaq; nihil obtēperatum. nā ſic amicos oraui, ſic famulis mandaui, ne quid quod à medicis dictum ſit, meo unquam fiat in corpore. ſiquid penitùs fieri debet contrarium fiat, proinde noctem illam dulci ac profundo placidæq; morti, ut ait Maro, ſimillimo ſopore tranſegi. quid te uerbis morer? Nocte media periturū, mane redeūtes, fortè ut exequijs intereſſent ſcribentem inuenerunt, & attoniti, nil aliud quod dicerēt habuēre, niſi hominem me eſſe mirabilem, totiens in me decepti & eluſi, nec iterum & iterum impudēter aſſerere deſinūt, quod ignorant, nec clypeū aliū inueniunt, quo ignorantiam ſuā tegant. & ut ſim fortaſſe mirabilis, quanto ipſi mirabiliores, nam qui illis credūt, nō iam mirabiles, ſed ſtupēdi ſunt. Hic ergo ſum uir inclyte, ſic mea me ſors uerſat, & reuerſat, & quanquam ſanus uidear nonnunquam, ſemper tamē ut arbitror æger ſum. alioquin unde tot tam rapidæ febres erumperēt, uiciſſimq; repullularēt, ſed ecce, ut aut nocte illa media obijſſe, aut inſtanti obeam, quid ad me? ad hoc ibam. Et quid nocet mox caſurum cadere ſeu quid prodeſt ſurgere illicò ruiturum? quando tamen generoſum animum tuū, hæc tàm humilis cura contingit, ut ſcire cupias, qualiter mihi ſit, ſcito me de ſtatu mei corporis prorſus incertum, neq; me ſolum, ſed omnes quicunque hic uiuimus mortales, eò me tamen incertiorē, quò uiſibilius, quotidie. ipſa cum morte confligo, quæ ſiue me confeſtim oppreſſerit, ut iam quater intra unius anni ſpacium minata eſt, ſiue diuticulè diſtulerit, diu nempè non differet. *CHRISTO* Deo meo æquè de omnibus gratias ago, ipſe enim nouit, quid mihi expediat. Et ipſe faciet, utrum ſanè ſit melius mori an uiuere Deus ſcit, hominem quidem ſcire arbitror neminem, aut moriens apud Ciceronem ait Socrates. In me tandem ſic diffinio. nec tibi uirum optimè, nec eorum quibus charus ſum cuiquam amplius ſum cogitandum, aliquid uel optandum, niſi bonum finem. & certè iam tempus eſt, non expedit ad faſtidium uiuere, ad ſatietatem ſufficit, tu Viue fœliciter, mei memor, & uale inter colles Euganeos, *VI.* Idus Iunias.

Fran. Petrarcha Pandulpho Malateſtæ, S.

Se tempore peſtis ad loca ſalubria euocanti reſpondet.

TVa breuis ac prædulcis epiſtola, qua nil ſuauius cogitari poteſt, ingentē mihi lætitiam in aduerſis attulit ac ſolamen, quāuis nouū ueræ nihil attulerit. ſcio enim, ab olim cor erga me tuum, at quod tritum & uetuſtum in animo meo erat, tua hæc præſens ſcriptura renouauit, ita quc tantam inde dulcedinem legens cœpi, ut præſentium immemor dolorum, totus in tui uultus, multumqúe diuqúe exoptata mihi præſentia reſpirarem, & quieſcerem tantusqúe me ſubitò ſcribendi ardor arripuit, quod ſi eum ſequerer, & hos digitos iam defeſſos, & occupatas maioribus aures tuas fatigarē. ſed deſiderio tempus deeſt, meq; aduerſa impedit ualitudo, uixq; hæc pauca perſcribo, unum hoc ergo ſuffecerit, oblationes tuas reuerenter amplector, & quos poſſum gratias ago, uerùqúe Deum *CHRISTVM* teſtor,

me de nullo homine magis ſperare, quàm de te, & ſi quæ infortunio, Quæ regum quoque diademata uerſat ac proterit, ad indigētiam coarctarer, nullius me quā tuam, ſeu domum, ſeu arculam, ſeu uillam fidentius aditurum. nempè quam experientiam me docuit meam eſſe, uenirem fateor cupidè, quo me uocas, non metu mortis impulſus, ſed deſiderio tui tractus, niſi ſtatu mei corporis impedirer. Nobilis autem ueræ meritoquè gratiſſima mihi charitas tua eſt, ſin ſecura mihi metuens, nil timenti. pone hunc igitur metum, quæſo, nam nec Pataui, nec Venetijs, quibus nunc in urbibus peſtis regnat, ſed inter colles Euganeos ſum, loco quē nuncius hic tuus me monſtrante oculis ſuis uidit, delectabili admodum ac ſalubri, ad quem & mei amore, & locorum ſpecie captus, harum dominus regionum, amicus tuus, ſæpe uenit, & morulas mecum trahit. Reliquum eſt ut ſcias me, tuæ mihi charissimæ facie licet incognitæ coniugis tranſitum, mœſto animo percepiſſe, non tàm propter eam, quæ relictis his miſerijs, haud dubiè nūc fœlici uita fruitur, is ſibi ut nobilitatis atque originis, ſic Romanæ pudicitiæ ſplendor fuit, quam propter animi tui ſtatum, quem turbidū ſuſpirijs atq; undantem fletibus cogitabā, quis enim tanto nō moueretur damno? multa hic dici poſſunt, larga eſt materia, ſed anguſtū tēpus hæc omniū ſumma eſt, tua magna uirtus, & magnis in rebus ſæpe cognita, magnam hanc uincat aſperitatem, id magnitudinem tuam decet, hoc igitur fac, & CHRISTVS conſolator optimus te ſoletur. Vale Arquade Cal. Septembris.

Fran. Pétrarcha Panduĺphó Malateſtæ, S:

Se tempore belli ad loca pacifica inuitanti reſpondet.

NEc ceſſat tua mecum, nec lenteſcit humanitas, gratiam habēō, quātam quiſquā grati hominis ſperet è pectore. anno altèro, ut me faucibus ſæuientis latè peſtis eriperes, blandis ſcriptis, ac nuncijs, ad loca ſalubria euocabas, nunc belli minis erepturus, ad loca pacifica me inuitas, ſic in omni diſcrimine, Inquè omni ſiue elementorum, ſiue hominum motu, pia me amplexus memoria, te ætate filium, amore, ac ſollicitudine patrem geris, urges literis, quæ poſſint duris è rupibus ſaxa conuellere. addis comites, addis equos, nihil omnium prætermittis, quāuis & equorum & comitum ſatis ſit, & deſiderij infinitum, at uirium & uigoris corporei parum eſt, occupationum uerò longè nimium. hæc ad te properantem animum meum frenant, adde aſperum tēpus, iter intractabile, & ſuper omnia pudorē, hoc in ſtatu rerū abeundi, nolim quod nunquam fui, timidus nunc uideri, quod ſi res iſtæ miteſcerent, fieri poſſet, ut circa ueris aduentum, præſens te inuiſerem tuiſq; nec minus meis oculis, aliquando morē gererē, tecūq; quieſcerē. neq; eſt opus, ut locorū amœnitate ſolliciter, ſcio loca eſſe, qualia & tu ſcribis, & ipſe olim aliqua puer uidi, & præterea locus omnis ůbi tu ſis, nūquā niſi amœnus ac iucūdus uideri animo meo poteſt. Nugellas meas uulgares, quæ utinam tuis manibus, tuis oculis, tuoq; iuditio, dignæ eſſent, per hunc nuncium tuū ad te familiariter uenientes, uidebis, non patienter modo, ſed lætè, non dubitò cupideq; atq; aliqua uel extrema bibliothecæ tuæ parte dignabere multa ibi comperies excuſationis egentia, ſed benigni cenſoris iuditiū ſubituræ ueniā non deſperāt. Ante omnia opuſculi uarietatem, uagus furor amantium, de quo ſtatim in principio agitur, ruditatem ſtyli ætas, excuſet, namq; leges magna ex parte adoleſcens ſcripſi. ſi excuſatio iſta nō ſufficit, excuſet tuæ petitionis auctoritas, cui negare nil ualeo. inuitus, fateor, hac ætate uulgari iuueniles ineptias cerno, quas omnibus, mihi quoque ſi liceat ignotas uelim. & ſi enim ſtylo quolibet ingenium illius ætatis emineat, ipſa tamen res ſenilem dedecet grauitatem. ſed quid poſſum? omnia iam in uulgus effuſa ſunt, leguntur q; libentius, quàm quæ ſeriò poſtmodum ualidioribus animis ſcripſi. quomodo igitur negarem, tibi ſic de me merito tali uiro, tamq; anxiè flagitanti, quæ me inuito uulgus habet, & lacerat? qualiacunq; ſint igitur non habes quod quæraris, habes etenim quod petiſti:

tu modo te iuſſiſſe, Pater Romane memento.
Inq; meis culpis tu tibi da ueniam.

ut ait Auſonius magnus, ad Theodoſiū Auguſtum. Ad hæc & plebeios atq; incomptos apices ſcriptorum, raritas abſoluat, qui hinc famoſo quondā ſtudio, mirū dictù fere nulli ſunt.

ſunt. Tarditatem uerò ſcribentis inertia, & bellorum fragor, diù antè miſſurus hæc fueram,
niſi Mars circumtonans uetuiſſet, incorrectionem operis, ſi qua occurret, mea excuſet oc
cupatio, qua obſeſſus feci hæc, per alios reuideri. denique exterioris habitus paupertatem,
mea excuſet abſentia, profectò enim ſi fuiſſem præſens, dum in libri formam ligaret, & ſe
ricum tegmen, & fibulas ſaltem argenteas habuiſſet, multa nunc de tua graui ægritudine,
quæ me uehementer exterruit, & afflixit, multa quoq; de tuorum caſibus mihi pro uirili
parte flebilibus ſtylo ſeſe offerunt, quæ iam feſſus calamus recuſat. nolo quidē putes illam
me epiſtolæ tuæ partem, ſine ſuſpirio, ne dicam lachrymis legiſſe, qui mihi æternum uene-
rabilis ac præclare coniugis ſimulq; magnanimi fratris tui dulcem acerbamq; memoriā re-
nouauit. Illa enim quem ſuis nunquam, ſed tuis oculis tantū uidit, non aliter quā parentem
me dilexit honeſtiq; uicem meruit amoris. ille autem familiariſsimè cognitum & amauit
& coluit, non uerbo tantū, ut huius tēporis mos eſt, ſed realib. multis & magnis obſequijs,
& ad ſummam alter, immò idem ipſe mihi Pandulphus euaſerat. Itaq; coram CHRISTO
loquor, uix alij duo mori poterant, qui cor meum pari cuſpide uulnerarent, Sed quid agi
mus, non eſt præter patientiam remedij genus ullum, Id tibi ſuadere ſuperfluum non ſo-
lum, quia res hæc à maximis uiris, & à me puſillo ſæpè tractata eſt, ſed quia quicquid etiā, hac
in parte dici ſolet, aut dici poteſt, tibi notiſsimum ſit oportet, prudentiſsimo atq; obſeruan
tiſsimo caſuum humanorum, illa omnium conſolatio ſumma eſt, quod ambo rectum iter
ad ſuperos tenuiſſe credendi ſunt, & amborum uita fuit, ea inſignis matronæ fides, pietas,
caſtitas, ea uiri illuſtris excellentia, ceſſat igitur altera dolendi cauſa. ſi quid enim mali ac-
cidit, nobis accidit, idq; ipſum magnitudine animi ſuperandum eſt, ne nimis nos amare, ni
mis molliter ferre noſtra incōmoda uideamur. Vale Pataui pridiæ Nonas Ianuarij algen
tibus digitis, & feruente bello.

Fran. Petrarcha Philippo Sabinenſi Epiſcopo Cardinali Sedis Apoſtolicæ Legato, S.

AVdieram non multis ante diebus, tuæ rumorem ægritudinis, per literas egregij Eq.
filijq; mei amantiſsimi, ac deuoti tui illius, qui de tua ſalute ſollicitus, animiq; mei con
ſcius, mihi ſcripſerat te grauiter ægrotaſſe, rem tamen ad ſalutē iam ſpectare. Me uerò non
tàm cōualeſcentiæ, quā ægritudinis rumor mouit, omnes enim homines, facilè quæ cupi-
unt credunt, unus ego, quæ metuo, itaq; laborē uix cogitans, & anni tēpus, & ætatis aduer
ſum, non eram ſine pauore perpetuo, donec literas tuas tandē, animi dubius, ac ſuſpēſus ac-
cepi, tum ſalute tua cognita, mœtuq; ſepoſito, totus in gaudiū uerſus, & pia uota, & gratia-
rum meritas, actiones, diem feſtū egi, non lætius, audierunt Græciæ populi, ſe Romani du
cis edicto, uoce præconia, libertati redditos, quàm ego tuorum teſtimonio literarū, te ſuper
ni regis imperio liberatum. quid ni aūt ex omnibus quos ab adoleſcētia dilexi, tu mihi pe-
ne iam ſolus ſuperas, diuq; ſuperes precor, cunq; erit abeundū, benè fœliciterq; abeas me
progreſſo, dura nempè conditio, diù uiuentis, ſuaq; omnia pignora præmittentis, & nigra
ueſte (ut ait Satyricus) ſeneſcentis. Tuum ſanè ad has partes aduentū lætè audio, quem &
tibi glorioſum, & Italiæ utilem ac fœlicem ſpero, talis te innocētiæ ac uirtutis fama præue-
nit, omniūq; iam animos occupauit, gaudeo ſingulariter propter me, cui iam hinc uicinita
te locorum, uera utinam ſpes offertur, id quod unicè cupio, faciem tuā ſaltem ſemel anteq;
moriar reuidendi, cuius aſpectu. ô ſors rerū inuidia, penè iam quatuor integris luſtris pri-
uor. Quamuis enim anno retro tertio glorioſo Pontifice tūc Vrbano *V.* teq; certatim euo
cantibus, Romam uerſus iter arripuiſſem, quo tunc nouiter, illius uiri auſpicijs ac ducatu
Eccleſia CHRISTI, nimis diù peregrinata, ſed non ſatis diù manſura redierat, medio tamē
calle, morbo graui, dicam uerius, temporali morte præuentus, retrocedere ſum coactus, ne
que illum uidere, neq; te reuidere contigit. quem caſum ex meis ad eum, & multorum hu
ius ore procerum literis, intelligere potuiſti, nec ſim dubius doluiſti, nūc niſi in finem mea
mihi ſors inuiderit, te tenebo, dexterāq; illam oſculabor, unde mihi tot dulces epiſtolæ, tot
piæ conſolationes, tot ſalubres monitus, prouenêre, & quāuis hoc tēpore, quo nos interui
ximus, in eodē ſemper ego ueſtigio permanſerim, interdū licet inuitatus aſcendere, tu non

quantum mereris, multum tamen, uel inuitus aſcenderis, omni quidem tempore uir illuſtris, ſed tunc præſul exiguus, nunc maximus Cardinalis, familiaritate nihilominus illa antiqua indulgẽtiſsimum patrem meũ, amplexus, in memoriã temporis retroacti, & earum peregrinationum ruſticationumq́, quas olim tuo in rure ad fontem Sorgiæ, per longũ diem, uſq; ad ueſperam in ſyluis cibi obliti, earumq́ uigiliarũ, quas ibidem inter libros ſomni immemores, longis noctibus, ad auroram mira ſæpè cum uoluptate tranſegimus reuocabo. Quæ omnia nunquã mea memoria dilabuntur, nec dilabi quidẽ poſſunt, non modò alpibus aut freto anguſto, ſed ne toto quidẽ oceano, aut etiam ipſa læthe tranſmiſſam, quando tibi quotidie iuuenili ardore, noui aliquid inter multa Solitariæ uitæ libros duos, quantalibet deuotione dictabam. quos tàm læté, tamq́; alacriter ſuſcepiſti, ut ſicut mihi poſt literis tuis innotuit, penè omnes aliquos libros abijceres, & illos tibi cõtinuè pter morẽ, etiã ad menſam legi faceres. Mihi aũt ad reliqua ingens, hac tua tanta dignatione calcar adijceres, quanto ergo, cum gaudio hunc proximũ diem, ſperem ipſe cogita, qui animum meum uides, parcat tamen illis Deus, qui humeris tuis, lõgo & honeſto labore fatigatis, hoc tàm graue licet honorificum pondus imponere uoluerunt, idq; Pontifici ſuaſerunt. Noſco aũt mores, dum eis benè ſit, qualiter ſit, alijs non curant, neq; alienos labores, aut pericula, ſed ſuas tantũ cogitant uoluptates, ſunt ex eis quidã, quibus bonorũ omnium ſit inuiſa præſentia, eosq́ non tantũ abeſſe cupiant, ſed non eſſe, ut liberius poſsint, ſine contradictore, & ſine conſpicuo teſte peccare. ſed illorum qualemcunq; propoſitum uertat in bonum Deus, & faciet ſpero, de his nil amplius in præſens, niſi quod eum ipſum, cuius incipiens mentionem feci, adoleſcentem, raræ indolis atq; clariſsimæ, qui ſummo & reuerenti amore te diligit, & morib. tuis captus, te in patrẽ unicũ prælegit, obſequijs atq; honoribus tuis, toto animo deditum, tibi non aliter, quàm me alterũ recõmendo, quod non facerem, tàm fidenter, quamuis & propter optimi patris memoriam, omnia debeam niſi eum tuo, bonorũq; omnium fauore digniſsimũ iudicarem. Reſtat, ut ad id reſpondeam, quod in quadã literarum tuarum parte perlegi, te Pontifici de me meisq́ de rebus, digreſſu ultimo locutum, nomenq; meum multo uerborũ onere celebraſſe, eorũ literis qui colloquio interfuêre cognoui. illum uerò & benignè ſuſcepiſſe ſermonẽ, & liberaliter reſpõdiſſe, neutrũ miror. Nam & ipſius, dum ſe adhuc Romuleo cardine contineret, primum nuncijs, dehinc uiua uoce, poſt Vrbanum, Romam petens, me Ticini comperiſſet, demum ubi ſupremũ gradũ humani ſtatus attigit, mitiſsimis literis, magna ſuæ beniuolentiæ argumenta percepi, & tu quod ſolitus es fecisti, gratias agerem, niſi quod & ſemel pro omnibus actæ ſunt, & rem ſuam benè gerentibus gratiæ non aguntur. Vltimũ eſt, quod ais, ingenti gaudio exultaſſe, tuum cor, in eo, ꝙ maſculos de me rumores audieris, qui quãuis grauibus morbis & multiplici uexatus incõmodo, bonũ dicor animum habuiſſe. Non haud meam Pater optime, ſed ad CHRISTI laudem ſit dictum, ut & uberius tu gaudeas, & ſibi pro me gratias agas, qui hunc mihi animum dedit. Cum in malis, ſi ſic dici debent meis, amici ad me quotidie conuenirent, meq; uiſo diſcederent lachrymantes, ego nec ſuſpirium unquam, nec lachrymulam unam fudi, ſed manſi imperterritus, & lætus, ita ut ipſos Medicos, me manibus contrectantes, ſæpè cogerem in ſtuporem. Et me ipſum coëgiſſem, niſi quod eam mihi patientiam, non ex me, ſed ex cœleſti auxilio ſentiebam eſſe, quod cum ſemper præſens, his mihi temporibus præſentiſsimum fuit, ut crebro in memoriam Rediret Apoſtolicũ illud ad Corinthios: fidelis autem Deus eſt, qui non patietur uos temptari, ſuper id quod poteſtis, ſed faciet cum temptatione etiam prouentum, ut poſsitis ſuſtinere. certè uehemẽs iſta temptatio, quæ me propè uſq; ad uitæ odium adduxit. Et ſi huic mortali corpuſculo, ualdè nocuerit, animæ profuit ut ſpero. Agnoſco fragilitatem meam, agnoſco miſericordiam Dei mei, qui patientiam meam, inſperata ſanitate remunerauit. dicam rectius miſericordiam, unam altera miſericordia cumulauit. ſcriptum eſt enim: Miſerebor cui miſereor. & miſericordiam præſtabo cui miſerebor, his duabus miſericordijs, tertiam ſi ſibi placet adijciens, & has tantas aſperitates, quibus me uoluit exerceri, meis in rationibus poni iubens, de reliquo debito liberalis, & pronus ad ueniam eſſe uelit, ſanguinis ſui memor, qui non

meis

meis tantùm, ſed omnium hominum piaculis, iuſta ſub lance præponderat. quartam quoque miſericordiam tribus accumulans, tantùm ſalutem mihi uirium, cum ſanitate reſtituat, ut quod ſemper optaui, quodq́ ad primam aduentus tui famam, etiam ſperaui, poſsim demum ad te uiſendum pergere, in his tamen, inq́ omnibus Dei uoluntas fiat. Si hoc non poſſum, ipſo duce, in prima te uidebo, hoc extremum mihi CHRISTE ne neges, non me ab illo poſt mortem ſepares, quem in hac uita chariſsimũ ſenſi. Poſco ego de meo unico, peccator humilis, quod de ſuis duobus Gratiano & Valentiniano ſacer poſcebat Ambroſius. Illud intereſt, quod is ſuis ea prece proſpiciebat, ut eſſent ſecum. Ego hac pater amantiſsime. mihi proſpicio, ut ſim tecum. Vale Arquade VI. Cal. Iul.

Fran. Petrarcha Franciſco Bruno, S.

De quibuſdam ſuis ſecretis affectibus.

OMiſsis familiarium rerum curis, quibus ingentem epiſtolam cõpegiſti, quas nec ſtylo dignas cenſeo, & de quibus agendi locus, alter dabitur, ad id uenio, quod me premit, quodq́ tuis in literis ridens legi, Philippus Sabinenſis, uirorum optimus, & Eccleſiæ mundoq́ utilis, mihi uerò ſuperindulgens Pater, in legationem Italicam profecturus, & in craſtinum moturus, ſerò Papam adijt, & accepta licentia, poſt omnia, ut latius nomen meum memoriæ eius imprimeret, me ſibi recommendauit inſtantiſsime, rem ſerena fronte, & uerbis lenibus approbanti, urgente demum hora, ut paucis multa cõprehenderet. Habeto, inquit oro, Pater ſanctiſsime, cõmendatum hũc hominẽ, & propter me, qui ad eum ſuprà quàm dici poſsit afficior, & propter ſe ipſum magis. crede enim mihi, uerè Phœnix unicus eſt in terris. hoc iterum atq; iterum cum dixiſſet abijt. Vnus autem è patribus Reuerendis, qui digito cœlum uoluunt, illo iam digreſſo, ſermonem de me habitum reaſſumpſit, & laudatorem, & laudatum mordaciter irridendo, Phœnicis appellationem in diuerſa diſtorſit. & quamuis tu inſita modeſtia, utrũq; ſuppreſſeris, ego tamẽ & quis fuit, & quid dixit, quaſi reb. ipſis interfuerim noſſe mihi uideor. poteſt planè & natura tumidus, & fortuna quicquid ſibi in os amplum uenerit, de me loqui, olim ſibi dilectiſsimo, nunc inuiſo, ipſe quoq; interdũ charus mihi, nũc ex merito odioſus. Vtriuſq; ſi cauſam mutationis ex me quæris, dicam breuiter. Ipſe me propter inimicã ſuam ueritatem odit, & propter libertatem, quæ ſuperbiæ ſemper aduerſa eſt, ego illum odi propter multa, ſed in primis propter amicum ſibi mendacium, cuius ut uno uerbo expediam, ipſe quoq; cum diabolo pater eſt. & de illo quidem ſatis, immò nimis eſt, dictum, quanquam & multo plura ſi libeat poſsim, & nullum timeam, niſi quem diligo. Ipſum uero non diligã ut audiſti. Et ô utinam ipſe, & ego ſimul æquo in ſtatu rerum temporaliũ, non ego magnus, ut ipſe, hoc enim nouit CHRISTVS nollem, ſed ipſe paruus ut ego, alicubi iuſtis ſub iudicibus uiueremus, citò enim niſi fallor augurio, non ego quidem Phœnix, quod amore lynceos alioquin oculos præſtringente, laudator meus aſſeruit, uerum ipſe bubo eſſet, aut noctua, hæc ſtomacho indignante profuderim. credunt enim propter malè partas, & malè perdendas opes, ſibi omnia licere, ſed eſt, ut ubi ut copia, ſic inopia dat animos ad loquendum, multiſq; ſilentium indixêre diuitiæ. Illud quoque tuis erat in literis, credere te in Papam optimæ uolũtatis erga me, uerumtamen propter turbam famelicorum Cardinalium. quos de profundis, ad eum ſtatum nuper aſſumpſerat, nec uoluntatem in actum traducendam, nec magnificum inde mihi nunc aliquid te ſperare. Age uerò expleat illorũ ſitim ſi poteſt, quã nec Tagus certè nec Hermus, nec Pactolus, nec poſtremò ut ſit aureus, totus explebit oceanus, de me autẽ nõ curet. Ego enim nihil ſitio, nihil eſurio, niſi ut modicũ hoc, quod reſtat ſi dabiť, benè uiuam, benè moriar, ad quod utiq; magnis opibus nõ eſt opus. Sanè ſi hac Dodonea noragi ne expleta, ſiue ut loquar rectius irritata, nomẽ meũ Deus ſuam ad memoriam reduxerit, de me diſponet, ut uidebitur, haud equidẽ in magno poſuerim diſcrimine. ſiue aliquid magnum mihi fiat, ſiue modicum, ſiue nihil, æque ad omnia præparatus eſt animus, & honores ... didici & repulſas. quod ſi fortè quoniam hoc in dubium uenire poteſt, quid cupiam ... ſeu quid uelim roger. Ad primũ reſpõdebo, me nil cupere eorum, quæ ab homine dari poſſunt,

poſſunt, ad ſecundum dicam, me neſcire, ut his qui in talibus, nec unam uitæ totius horam poſui, addam tamen, quod apud Ciceronem Cotta, Omnibus uerè, inquit, in rebus quid non ſit, citius, quàm quid ſit dixerim. prælaturam itaq; nullam nolo, nec uolui quidem unquam, ſimiliter neq; aliud quicquam, quamuis opulentiſsimum cui curæ aliquid ſit adiunctum. Satis eſt mihi unius animæ meæ cura, utinamq; ſufficiam, de reliquis ut libet, unũ ſignanter admoneo, ne qua te ſpes urgeat, ut quod in tuis nunquam faceres, meis importunè aliquid agas in rebus. quiduis penè quàm importunus eſſe maluerim, omnia mihi ferè obijci, uel ab amico patiar, uel ab hoſte, modò nõ ſit dolus malus, uel ambitio. cui hæc autem loquor? Nempè illi, qui & ſi non uultũ certè animũ & mores, & omnes reculas ac ſpeculas meas nouit. Illud etiam ſcito. ſi quid mihi fortè collatum erit, citò idipſum alteri ut arbitror conferri poterit. ego enim iam delibor, & ſentio tempus meæ reſolutionis inſtare. Heu mihi miſero, qui non poſſum dicere quæ ſequuntur. certè ego frater, præter naturalem uitæ legem, quæ non eſt aliud, quàm quidam curſus ad mortem, breuis & lubricus, penè oculis uideo, me indies ultra etiam ætatis exigentiam ad extremum rapi, & uehemẽter imminui, atq; umbræ in mortem euaneſcere, de quo miror quidem, quia non ſic uixiſſe uideor, ut id mihi deberet accidere. CHRISTO autem teſte non doleo, immò uerò ſi pro peccatis meis mihi accidit, ualdè etiam gaudeo. Ita enim & uerbo, & ſcripto dudum à domino popoſciſſe me memini, ut debitum meum, in hac uita, quantum mihi poſsibile ſit, & in his membris exigat, antequàm tempus ueniat egeſtatis, ſi quod ſæpe petij, ſemel aſſequor benè eſt. Vale.

Fran. Petrarcha Franciſco Bruno, S.

De iiſdem rebus.

ET amice, quem his oculis nunquam uidi, mirum dictù, noui melius, quàm multos eorum, cum quibus plurimos annos egi. cuius rei cauſa eſt, in promptu. nempè oculos illos, quibus magis cernimus, in te altius defixi. ſiles quidẽ, & ſilentij cauſam ſcio, non ſcribis, quia non potes, quod optabas ſcribere, noli obſecro, noli damno damnum addere. Loquor impropriè. nullũ eſt damnũ, cui aliud addi poſsit, dãnum mihi nõ leue eſt, ſolito literarum tuarũ ſolatio caruiſſe, an tu etiã me nõ noſti. ſæpè equidẽ dico, & ſcribo eoq; fidentius quò certius uerũ ſcio. Nihil eſt omnino, quod cupiam, nil quod ſperẽ, niſi bonũ uitæ huius exitum, legi enim & expertus ſum, concupiſcibilẽ appetitũ infinitũ eſſe, niſi ratione cõprimatur, id iam pridẽ uideor feciſſe. quod ſi florenti feceri ætate, quid nũc reris? nempè ſenilis auaritia ſtulta eſt, nec minus ideò, quod quotidiana ſit, immò contrà quò cõmunior eò ſtultior. nam quid oro dementius, quã decreſcẽte uia, augere uelle uiaticũ? cumq; inter longũ ſecurus inceſſeris, in cõſpectu hoſpitij trepidare? ſcribe ergo aliquid quæſo, & ſi nõ magni lucri, at magni gaudij. Scribe te ſoſpitẽ, & mei memorẽ ſatis eſt, quãuis auaritiæ nihil ſatis ſit, amicitiæ ſatis eſt, incolumitas atq; pſperitas amici. ſcribe qd de te ipſo ſtatuas, an in turpi exilio illo mori, an florẽtiſsimã tandem in patriã reuerti. ſcribe denîq; quicquid uis, modò aliquid ſcribas, & ſigna notæ manus aſpiciens, te uiuentem ego ac ualentẽ ſciam. Credis fortaſsè, quia res apud Pontificẽ ſegnius procedit, me uel pudore obrutũ, uel mœrore. abſit à me hæc tàm lẽta fragilitas, abſit à te hæc tàm dura credulitas, maiora ſint oportet, quæ me ne dicã deijciant, ſed moueãt. equidem audita promotionis eius fama, dixi mecum, hic uir tui amantem ſe dicere conſueuit, poſſes aliquid ſperare ſi eſſes illorum unus, qui undecunq; apparenti, ſpei cupidæ manum dant, hoc unũ nihil amplius, donec ſuauiſſimam ipſius epiſtolam accepi. & qualẽ uix ab æqualibus meis expeterẽ, quæ quãuis & ſpei magnæ & pollicitationis multiplicis plena eſſet, non me tamen ulterius perpulit, quã uel per literas gratias agens, & penitus nihil petens, totum ſuæ permitterẽ ſanctitati, an nõ ſatis ſuperq; ſatis eſt mihi, q Chriſtianorũ Pater ad me primus ipſe ſic ſcripſerit, ut nemo melius ſcit, q̃ tu q literas Apoſtolicas dictaſti, in quib. ego, & ingeniũ tuũ, & filij tui, qui meus eſt filius digitos recognoui, quaſq; cũ pdeceſſoris ſui literis, ut theſaurũ ſeruo, & quotiens gloriari familiariter cũ amicis uolo, illas & has ſimul pfero, & uide inq̃, qd mihi ſcripſerint duo, & ex ordine uicarij IESV CHRISTI. ſi qd pterea me optare putas falleris, uel ſi quid

etiam

etiam indignari. Credo erga me piam Pontificis uoluntatem, neque ego in cõmunibus etiam amicitijs aliud quæro, nam qui utilitatem ſolam ex amicis quærunt, feneratores amicitiæ non cultores ſunt. ut mutata autẽ ſit uoluntas, quodq́ in rebus ferè omnibus accidit, ſtando refrixerit, quid mirari habeam uel iraſci? Non ſum humanarum adeò inexpertus rerum, an non põtifex homo eſt, an non ore Dauidico ſpiritus ſanctus ait: Omnis homo mendax: nec ullus excipitur. an non tũc mentitus eſt Pontificum omniũ princeps Petrus, quãdo cũ iuramento negauit, quia non noui hominẽ? an Põtifici huic noſtro non licet, uel dixiſſe olim, quod in animo non habebat, uel nunc nolle quod uoluit? Neutrum tamen credo. Sed habeo ibi ego, habet & ueritas aduerſarios magnos, qui toto niſu emolumentis & honoribus meis obſtant. qui ſi ſcirent quanti eos facio, quantoq́ mihi eſt melius cum mediocritate mea, quã eis cum omni eorũ pompa atq́ inani magnitudine, deſinerent forſitan aduerſari, uel fortaſsis inuidiæ & ſtimulis agitati, multo etiam aduerſarẽt ardentius, quãtum mihi à bonis & inſignibus uiris honoris impenditur, mihi, inquã. nam quod ſibi fieri putant, non fit eis, ſed eorũ infulis phalerisq́. & quàm multi ſunt, qui eos uenerando deſpiciũt, & oderunt. Et quid, quæſo opes inopes, cum omnib. earũ curis ac uoluptatibus? quid honores inglorij, & uentoſi cum omnib. infulis oneroſis ac ridiculis, quib. ſtulti tumẽt ac ſuperbiunt, & ſibi placent, cum his ipſis & Deo diſplicẽãt & mundo? quid hæc, inquam, in hora illa nouiſsima infœlicem animã adiuuabũt, aut illud cibatum diu corpus, opiparè futurum mox uermium uilẽ cibum uiſu horridum, odore aũt importunũ, horam quidem illam ſero uenturam ſibi fingunt? Nam uenturam ſciunt utiq́. Illa uerò magnæ illorum parti. propter ſenium iuxta eſt, propter imbecillitatem mortaliũ, & uitæ breuitatẽ, & uarietatem caſuũ omnibus propè eſt, & longè eſſe non poteſt. Hoc eſt ſanè ne quid tibi cõtra amicitiæ legem celẽ, hoc eſt, unde tibi iraſcerer, ſi liceret, quod horũ metu ac ſtupore obmutuiſti mecũ, ita quod mihi in animũ, nunquam ueniſſet, ut crederẽ, hoſtes meos quod murice ueſtiuntur ualdè ſuſpicis, quos ego ob idipſum ualdè deſpicio, ab adoleſcẽtia ſpretor maximus ignauorũ diuitũ. putas'ne quos ſpreuerim iuuenis ſenex mirer? contrà eſt, multa quæ mirabar iuuenis ſenex ſperno, & tu ſpernere incipies, mox ut te raptãti cupiditati indomitæ frena ſubſtrinxeris, parce oro. indignatio loquitur non ego. Quid enim in cœno illo fœdiſsimo, iam diues & iam ſenex hæreas miror, quo tibi proficiſcendi auctor fui, ſuadente rei familiaris anguſtia, & ætate inde cauſis ceſſantibus tibi digrediendi auctor ſim? nam ut ait Anneus. quis exitus erit? quid expectas donec deſinas habere quod cupias? nunquã erit tempus, lege quæ ſequuntur. Et tibi nõ alteri dici puta Lucilio loquebatur: tibi loquitur, immò omnibus eodem morbo animi laborantibus. epiſtola eſt, niſi me memoria fruſtratur xix. dixi ego quod debui, facies tu quod uoles, dum memineris quod nitens Florentia te expectat, olens te iam faſtidit Auinio, ubi mori malis elige, & quicquid elegeris zelũ meum boni conſule, amor & pauor loqui cogunt, alioquin non ſoleo mihi officiũ reprehenſoris, aut conſultoris aſſumere. Satis in me habeo quod reprehendam. Vt uerò iam tandem, hãc & mihi & tibi, ut arbitror inamœnam materiam relinquamus, illud ad ſummam meo iure poſtulo, ne amplius quàm nolo, quamq́ expedit penes Pontificem ſollicitus ſis mei, nil enim mihi poſſet eſſe moleſtius, cõmitte rem ipſam uolũtati ſuæ, & fortunæ meæ, immò diuinæ diſpoſitioni cuncta committo, & quoniam nondum ſatis notus uideor, cui eſſe notiſsimus arbitrabar, bona fide omnes tibi latebras mei cordis aperiam. Scito igitur & compertum habe, nihilo magis me magnis operibus gauiſurũ, quàm honeſta paupertas animũ quietaret, hunc mediocritas nõ quietabit? ea uero mihi ſemper affuit, unde uſq́ ad hoc tẽpus ſat liberaliter uixi, ita nulli unquã inuiderim, cũ multi mihi ſemper inuiderint, aliquantoq́ magis uereor, ne mihi ſi acceſſerint opes, obſint quàm quod proſint ſpero, & hoc mecũ ipſe recogitãs, quod epiſtola ad te ſuperiore dixerã, ut ſi Deus nomẽ meũ ad memoriã Põtificis reuocaſſet, de me diſponeret, ut uideret, immuto, & quod ad hoc attinet, oro, ne reuocet, atq́ ita ſentio utilius mihi multo eſſe, quod pauperior ſiã, quã quod ditior: et quod mihi aduerſant, & ſi lædere cogitẽt, proſunt tamẽ atq́ hoſtilib. animis, reb. ipſis mecũ ſentiunt. Tu uerò quaſi ſpe magna deiectus, et magno conſilio uictus taces, quia me ſcilicet, diuitẽ nõ feciſti, immò uerò

uerò aſſurge animo,& aude contemnere opes,ut Maro ait,non tantũ pro te,ſed pro amí
cis etiam,& ſi quis fortè meditare uellet obnitere,& ingenti niſu obſta. Ego nunc Ponti
fici nihil ſcribo,ne illum in memoriam mei,ſuæq; promiſsionis reuocem, In quàm ſi per ſe
ipſum fortè redierit,animum illi meũ,quem iam puto noſſe incipis clarè dic , ut intelligat,
quanto fœlicior Anacharſis Hannone,Diogenes Alexandro.neq; uerò tàm horũ exem
plis inniti uelim,quàm continentiſsimi Xenocratis,qui de quinquaginta talentis, quæ ſi
bi inde miſerat Alexander,ne donum regiũ ſpernere uideretur,ac nuncios contriſtaret, tri
ginta minas tãtum, magni muneris,exiguam partem cœpit,hũc ſequar,ex omnibus qui
dem,quæ mihi Pontifex Romanus,aut dare uellet,aut poſſet,literas ſuas quibus ualdè me
um nomen honeſtauit & inſertam literis Benedictionẽ Apoſtolicã, amplector ac teneo,
aliud penitùs nihil uolo.Quid ergo,durus ne adeò es,dicat aliquis,ut nihil uelis?ego uerò
bonũ omne ſeu illud publicũ, ſeu priuatũ uolo & cupio, hoc expreſſo, horũ me,nihil quæ
bona uulgus appellat,inter bona numerare, quamuis & delectabilia uideantur,& ſint ſæ
pè humanis uſibus opportuna,ſæpè uerò peſtifera & funeſta.Quid cupiam ergo ſi quæri
tur,bonũ illud cupio,quod ſemper eſt bonum,neq; in malum flecti unquam poteſt,uenit
in animum mihi,nunc ut ipſe tecum uerbum meum repetam,quod ad illum,qui me in ma
gnam mutandi ſæculi ſpem erexit,fœliciſsimè recordationis Vrbanum *V*. ſcripſi olim,
opto ut benè eant res humanæ,ut quas in ſtatu peſsimo uiuens uidi,in optimo moriẽs re
linquam. Ille quidem abijt,& quod mœſtus dico,nobile inceptum,iniquiſsima ſuſurro
num perſuaſione deſtituit,ut daret intelligi,non magna aggredi, ſed perſeuerare difficile.
abijt,inquàm,& mox obijt,& neſcio quid de illis ſuſpicer,nec ſolus ego,ſed mundus,qui
illius ad reditum pronum animum metuebant,quibusq; propoſitum eſt,*CHRISTI* eccle
ſiam quoad poſsint in exilio detinere.Ille quidẽ diuticulè ſi manſiſſet,in hac uita, diù enim
nullus hic permanet,habuiſſet haud dubiè,quæ iam cœpta erat epiſtolã meam notam,in
qua quid mihi de eius habitu uidereť, magna, parui hominis libertate legiſſet expreſſum.
& ſi prima,in qua illũ acribus uerbis increpuerã,q̃ cõmiſſam ſibi Petri ſedẽ in illo fixiſſet
ergaſtulo,libenter legit,remiſsisq; ad me literis,copioſæ admodũ laudauit,quod mihi cer
tiſsimum benè inſtitutæ mentis iudiciũ fuit,hanc ut puto,multo etiã laudaſſet uberius,tan
to enim acriorib. reprehenſionũ aculeis accingebar,quantò grauior culpa eſt,clara princi
pia deſerentis,quã non incipientis,uerũ ille,ut dixi,inter medios apparatus thalami huius
euaſit,ſeq; ipſum,de uotis inſultibus feſtinata morte ſubduxit.Ego autem putas'ne optare
deſierim,ut benè eant res humanæ?nõ optare,edepol,deſij,ſed ſperare. ille enim mihi uir
unus aptiſsimus uidebatur,efficere q̃ optabã,quem nec ignorantia,nec ignorantiæ ſoror
inexperientia excæcaſſe,nec delitiæ infames,affectuſque feminei eneruaſſe debuerãt,ut ad
eum ipſum ſcripſi latius. Fuit illæ uerè uir optimus,& ad omne bonum opus ſi ſineretur
tur expeditiſsimus,ſed magna raraq; res eſt ualdè,perſeuerantia generoſi propoſiti , inter
tot ſubdola & uafra conſilia tot uoces diſſonas,tot aduerſos flatus ſtabilem ſe tenere,quid
eſt aliud,quàm contra uentum nauigare fœliciter,quod ab uno homine præſtari poſſe dif
ficilè,ſeu uerius impoſsibile factũ eſt,fit quidem illud internũ multorum auxilio, multorũq;
remigum ſudore,qui illi quem nomino nulli erant. omnes in cõtrarium nitebanť, omnes
uẽtum ſequi,omnes ire in ſcopulos & in naufragium cupiebant,quid unus ille,tot inter ad
uerſantia potuiſſet?ſed quid loquor?penè ipſe dirimere alienam culpã, labor potuiſſet, il
le omnia cũctis licet obluctãtibus, ſi plenè uoluiſſet,uoluit quidẽ nõ inficior,ſed lẽtius quã
tantæ rei põdus exigebat.flecti itaq; ſe ſiuit peſsimã in partẽ,& ut malis hominib. placeret
CHRISTO diſplicuit & Petro,boniſq; omnibus.& quib. hominibus, Deus bone, uoluit
placere?nempe his,qui & ſibi diſplicebant,& quib. ipſe utiq; nõ placebat,naturali inter uir
tutẽ uitiũq; odio ô fœlix,ſi cõtemptis & quod maximè ſuũ erat auctoritate cõpreſsis,ſua
ſionibus impijs,generoſo principio inhæſiſſet,æternum inter clariſsimos numerãdus, ſi ut
quod flebiliter nuper ſcripſi , flebilius nunc reſcribam, ipſa in morte,quæ proxima imò
contigua illi erat,quod ita eſſe ſcire debuerat,quia cũ in omni ætate,de morte nõ cogitare.
ſtultitia magna ſit,tum in ſenectute dementia atq; inſania ſumma eſt,ipſa, inquã, in morte
grabatu.

grabatulum ſuum antè arã Petri Apoſtoli, cuius hoſpes erat, ac ſucceſſor ferri iubens, ibi
tranquillã & bonæ uoluntatis animam emiſiſſet, Deum hominesq́ teſtatus, ſi unquã inde
diſceſſum eſſet, nõ ſuã culpam, ſed eorũ fore, qui tàm turpis fugæ inuenirẽtur auctores. ne-
ſciuit hoc agere, uel nequiuit, ut eſt dictũ uoluit, utique enim & poterat & ſciebat. ſic cul-
pas multorũ infamiũ in ſe uertit, quorũ conſilio quod benè egerat male euertit. Remitte il-
li, miſericors *IESV CHRISTE* hanc animi mollitiẽ, atq; fragilitatẽ, & hãc & alias culpas
omnes, & delicta iuuentutis eius, & ignorantiã hanc ſenilẽ, ne memineris, quia ut nũc ſunt
homines, uir meo quidẽ iudicio bonus fuit. ego illũ oculis, ꝙ meminerim, nũquam uidi, &
ſi à prædeceſſore ſuo miſſus, ſæpè Mediolanum fuerit, dum ibi agebã, ſed nec dominorum
curias, nec loca publica frequentans, intra clauſtrũ Beatiſsimi hoſpitis mei Ambroſij me
tenebam, animo aũt eum uidi, & diligentiſsimè contẽplatus ſum, & ut apud nos auditum
eſt ſanctitatis eius fama, nunc maximè celebrañ, & miraculis claret, ꝙ nulli ex prædeceſſo-
ribus ſuis, his nouiſsimis accidit. Nihilominus tamen adhuc ſancto illi uiro detrahitur, ab
his ipſis, unde me ſolor, quib. ego peccator, ut dixi, nõ niſi propter ueri odiũ, odioſus ſum,
ille aũt, dictù mirum, ob hoc ſolũ, quod Romanos Cardinales diſcolos, & errãtes, Romã,
hoc eſt in domum propriã reduxit, & reducturus iterũ timebatur, Cardinalibus ipſis, non
ut reor omnibus, ſed omniũ peſsimis odio erit æterno, quod nihil eſt aliud, quàm ſi cæcus
pia manu, fouea eductus, ancipiti ſuæq; domus ad hoſtiũ directus, perpetuò directorẽ ſu-
um oderit. itaq; quem aliter nequeunt, linguis feriunt uipereis. ſed eorũ uirus faucibus im
pijs inhæret, ipſi aũt quem feriunt, hoc non nocent, utinã non plus alio nocuiſſent, ſed nec
alio nocuerunt, uirũ optimũ, peſsimorũ è collegio excludentes, quo nihil illi gratius agere
poterant, nihil acceptius. Nullũ eſt enim ferè grauius ſuppliciũ, quã inter diſsimiles morib.
cõuerſari. fœlix ille nunc igitur, & ſecurus, quos præſentes ſpreuit, eorũ ex alto maledicta
contẽnit, nulla enim tàm clara uirtus unq̃ fuit quæ detractatorib. careret, & *CHRISTVS*
ipſe detractatores habuit, & Maria, quid ſperare queant alij? redeo aũt ad inceptũ. Si igit̃,
quando ille ſpem meam maximè tunc florentem, ſic repente deſtituit, neq; de hoc Ponti-
ficibus noſtris, aut principibus cura eſt, Deus ipſe hanc mihi, qui poteſt, reſtitueret ut in ſta
tu bono, ſeu ſaltem tolerabili relinquerẽ res humanas, quã putas letus morerer? poteſt ille
quidẽ omnia, ſed hoc unũ peccatis noſtris offenſus, puto nolit, & meritò. certè dum ad iu-
uentutem noſtri temporis, & animæ uitijs & corporis habitu deformatam reſpicio, ſiquid
bonæ ſpei eſſet abijcio. Fuit quidẽ hæc noſtra ætas incipiens, & ſi non bona, quæ utrunq;
tamẽ ferri poſſet, poſt mediũ in omne dedecus atq; flagitiũ prolapſa, uiſa eſt nobis ad fun
dum miſeriæ perueniſſe. quid uis dicã, huius finis initiũ eſt, ſequẽtis tàm nulli honeſto ſtu-
dio deditæ totq; probris ac uanitatibus obtutæ, ut quantũ fructus eſt, flore conijcitur, no-
ſtram excuſatura uideatur ætatem, meq; pœniteat pudeatq; uiuẽdo, in hoc tẽpus incidiſſe,
quo hæc uideam, quæ utinam non uiderem, ſed aut tempore ab his ſemotus, aut loco, uel
ante hos trigintà annos obijſſem, uel apud Seres ſiue Indos hoc uitæ ſtudium peregiſſem.
Vt uerò iam tandem omittam magnificè loqui, ut ſim ipſe peruiſicus, ego quidẽ cum præ-
ſentis ſæculis tædio ingẽti, nec futuri melioris ulla ſpe ſeneſco, & ualdè indies ad terminum
appropinquo, ita ut compertum habere uidear, rem differri non poſſe, hoc mihi ætas ipſa
iam ſuadet, & turba ægritudinum perſuadet, quibus hoc tempore præter ſolitum obſide-
or & oppugnor. quidni autem cupiam diſſolui, & ſi cœlitus datur, eſſe *CHRISTO*, cum u-
bilibet modo non apud inferos eſſe optem, ut hinc abeam, & de publico hactenus, priua-
tum uerò quod optabam bonũ erat, quies animi, quã mihi Pontifex ille ſanctiſsimus, non
tantũ pontificialiter, ſed paterne per literas ſpondebat, ac nuncios, præſtitiſſetq; non dubi
to, quod in ſe erat, quàmuis illam præſtare non ſit hominis ſed Dei, ab eo igitur illam pe-
to. Et tu edoctus ad plenum, qui pro amico metuas, & quid optes, nihil unquam pro me
hominem roges, ſed *CHRISTVM* ora, obſecro, ut qui mundi ſtatum qualem cupiebam
uidere amplius non ſpero, miſerabilis animæ meæ ſtatum, ſic compoſitum & tranquillum
uideam, ut ſecurus ac lætus, ad uerã uitam, ex hac morte digrediar. Vale fœlix, inter colles
Euganeos, ubi nunc habito, niſi me bella pepulerint. *IIII.* Cal. Iulias.

Fran,

Fran. Petrarcha Ioanni de Dondis Patauino, S.

EX mea ſoſpitate te gaudium, & honeſtam uoluptatem percipere, uir optime, nec no-
uum mihi nec dubium eſt, nec hinc tamen æquo amplius gaudeas, mea hæc ſoſpitas,
non ſolida ſed inanis, ac tremula & infirma eſt, ſicut omnium mortalium, ſed mea antè om
nes, dum ſaniſsimus uideor, ſubitò neſcio quidem, unde, uel naturæ uel fortunæ meæ inſi-
diæ erumpunt, quamobrem non antè me ſoſpitem arbitrabor, quàm omnibus uitæ malis
exceſſero, quod utinam cito ſit, modò CHRISTO propitio egreſſurus ſim, his tamen in
malis, hoc ſaltem boni eſt, quod de omnibus Deo gratias ago benedictus ipſe, qui hunc
mihi animum præſtat, & licet magis de ſtatu alio gauderem, iſte tamen fortaſsis eſt meli-
or. non ſemper aut amara obſunt, aut proſunt dulcia. quod quidem ſcribis, in eo te con-
uictu refici ſolere, atque ideò abſentiam ægrè ferre, non miror. eſt hæc propria & per-
petua uis amoris, at quod addis, & perfici, hoc non mirari fateor, non poſſum. quomodo
perficiar imperfectus, tu uideris qui dixiſti. ſed eſt hic quoq;, non inhoneſtus error amanti
um, ut ſibi quem diligunt, qualem cupiunt talem fingant, utcũq; ſe res habeat, tua hac opi
nione gaudeo, & exulto, ac repeto, quod olim Solitariam uitam ſcribens, tunc Cauallicen
ſi Epiſcopo Philippo me dixiſſe memini. Siquidem in hoc erras, gaudeo, neque hunc er
rorem excidere tibi unquam poſſe uelim, glorioſum mihi, tibi delectabilem, damnoſum
nulli, & hæc hactenus. quod ego autem uice uerſa tua gaudeã ſoſpitate, ne dici quidem
opus eſt, eoq; magis, quò ex urbe nobis rure degentibus, indies grauiora nũciantur. Gra
tior eſt enim inter labores requies, inter pericula ſecuritas, inter aduerſa proſperitas. Va-
le Arquade *V.* Cal. Septembris.

Fran. Petrarcha Ioanni de Dondis Patauino, S.

INcolumitas tua gaudium meum eſt, tædia autem & tuorum lãguores ac funera, ul-
nera animi mei ſunt, ſed non eges monitis, humana omnia humanitus ferre hominem
oportet, ad hæc nati ſumus. Quæ de imperfectione mortalium ſcribis, planè approbo. ni-
hil eſt uerius, at quod addis, re ex me, & ſi non perfectionem ullam, ultimam quæ eſt pau-
corum, ſeu nullorum hominum perfectum, tantum non exiguum ſentire, atq; ideò meæ te
auidum præſentiæ: Gaudeo hercle, ſi ſic eſt, ſi nimis dixi pridem, & repeto gaudio, ſic
uideri, plura ſcriberẽ. Sed ipſe mox adero. Vale mei memor. Arquade *III.* Cal. Nouẽb.

Fran. Petrarcha Caſparo Veronenſi, S.

CVra tua de me, & ſollicitudo, & metus amoris comites non ſunt res nouæ, nec in-
cognitæ, uerum olim non mihi ſoli, ſed omnibus quoque notiſsimæ, quas nunc ta-
men tuis efficaciſsimis literis recognoui. agerem gratias, niſi quod unum ſumus & nemo
ſibi ipſi gratias agit. Ego ad ciuitatem redij, iam tertius dies eſt, & familiolam meam ru
re dimiſſam, hodie uel ad tardius cras expecto, libellos quos ibi habui, mecum abſtuli, do-
mum & reliqua cõſeruabit CHRISTVS qui ſollicitus eſt mei, quique à pueritia, immò
ab utero matris meæ licet indignũ, & immeritũ, me cuſtodit, quæ ſi tamen omnino deſti-
nata eſſet incendio, fiat uoluntas Dei, mihi de cætero ſatis eſt, ſepulchrum domus ultima.
Nam quod amor dictat, & tu ſcribis, de inſcribendo nomen meum, ipſo domus in limine,
pium magis, quàm accommodatũ eſt rebus atq; temporibus, Studioſorũ nomina Mars.
non curat, non eſt amice nomen meum, ut tibi ſic alijs, carum uerendumq́. neque ego me
tanti facio, ut ne dicam bello, ſed ne pace quidem nomen meum multum mihi profuturum
ſperem. Totum igitur Deo cõmittitur, ut prædixi, qui rore pacifico, odij hoſtilis ardorem,
uel lenire uel extinguere potens eſt, unum & ſi ualde properẽ ſiluiſſe noluerim, ſiquidem
hac tua tanta tàm trepida ſollicitudine effeciſti, quod impoſsibile iudicabam, ut plus etiam
quàm ſoleo, Gaſparum meum amem. Vale & pro me Deum
ota. Pataui *XV.* Cal. Decemb.

Fran. Petrarcha Gaſparo Veronenſi, S.

De fletu belli.

LIterulam tuam non abſimilem ſororum legi, plenam ſolliciti amoris ac timoris, gratum habeo ut debeo. noli tamen te in talibus animo laborare, & generoſas occupationes tuas interrumpe, familia illa mea, cui magis longè quàm mihi metuebam, inter ipſa tonitrua Martis euaſit, & hic Deo gratias mecum eſt. non enim tibi nunc aliud ſcripturus, ſed ut literulæ modum impleam, ſubit animum, res noua quidem, & ex parte ridicula, ſtulti ſcilicet cuiuſdam minimè ſtultum dictum, his inſerere. Dum quodam tempore, magni motus inter Florentinos ac Piſanos exarſiſſent, qui peccatis utrorumque crebri nimis ac penè anniuerſarij nobis ſunt, iamque exercitus Florentinus, portis egrederetur, ſtultus quidam, qui per urbem nudus ibat, ſpecie rerum motus inquiſiuit, & quid rei eſſet? reſponſum à proximo quodam fuit. An ignoras fatue, contra Piſanos bellum eſſe ſuſceptum? ad hæc ſtultus. An non, inquit, belli huius pax erit? Quomodo, ait is qui loquebatur, pacem cogitas, ô demens, nunc maximè bellum incipit. Quæro tamen, inquit ſtultus, An non belli huius aliquando pax futura ſit? Atqui ait alter, nullum bellum ſempiternum eſt, erit utique pax quandoque, ſed nunc bellum eſt. An non igitur, ait ſtultus, ſatius eſſet nunc pacem facere antequàm inciperet bellum uel procederet? quid uis dicam? niſi quod ſi dici liceret, ille mihi hoc uerbo ſtultus ſapiens fuiſſe uideretur, quod nunc utinam hi noſtri bellatores acrius librarent, eſſet fortè uel non cœptum, uel finitum bellum, antequàm damnis minus & bellicis calamitatibus premeremur, poſt quas, utique pax futura eſt. Bona illa quidem licet ſera, quæ tempeſtiua eſſet optima, uerum aures ſanis conſilijs clauſæ ſunt, utque ait ille, proficitur bello, immò deficitur, inſanitur, peccata hominum profectò omnium cauſæ ſunt malorum, hæc hactenus de euentu uidebimus, & expectabimus cœleſtis Domini uoluntatem. Vale Patauí *x*. Cal. Decembris.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIbus, Liber XIIII.

FRAN. PETRARCHA FRANCISCO CARRARIENSI,

Humana mirabilia non eſſe.

GRauiter affectum, & penè me tædio rerum præſentium conſopitū, una tua uir inclyte & breuiſsima, & ſimul doctiſsima uox exciuit. ea uerò fuit huiuſcemodi. Quæ in mundo fiunt, ſeu contingunt omnia, ſeu bona illa ſeu mala ſint, & mirari te, & non mirari. idq; te mihi ceu talium cognitori, uerbis utor tuis, ac magiſtro, rei huius iuditiū relinquere. ego in his ingenium tuum olim mihi notiſsimum recognoſco, & generoſi ænigmatis uim perpendo, ſimile quiddam habentis Heraclito. ille enim ait. In idem flumen bis deſcendimus, & non deſcendimus. tu autem rem eandem, & mirari te dicis, & nō mirari. cōtraria hæc uidentur, ſed non ſunt, utriq; ſuæ ſunt cauſæ, ut & miretur ſapiens, & non miretur, neutrumq; mirabile ſic habēdum. fuit aliquando, qui quæreret. Si eſt Deus unde malum? ſi autem non eſt Deus, unde bonum? perplexa illi forſan interrogatio, nobis & omnibus qui nō in totum deſipiunt, Deū eſſe nulla prorſus eſt dubitatio, quamuis inſipiens *in corde* ſuo dixerit, non eſt Deus, de hoc ipſo tamen Deo non ſolū innumerabiles exteræ *natio*[illegible]is, ſed quod dolendum eſt magis, multi etiam ex noſtris, ſeu ignorātia, ſeu ſuperbia ma*le ſent*[illegible]iunt ac ſenſerunt, de quo quidem nō modò Chriſtianæ religionis Theologi, ſed paganæ [illegible]tiam ſuperſtitionis Philoſophi queſti ſunt, immeritò illi quidem, non enim in uno errant [illegible] aut in altero, ſed quicquid loquuntur aut ſentiūt error eſt, cum Deos celebrēt non Deū. [illegible]ed ne lōgius eam à propoſito, quicquid uſquam boni eſt, ab hoc uno Deo eſſe non ambig[illegible]itur, quicquid autem mali uel à ſuggeſtu dæmonum, uel à peruerſitate hominum,

qui libero creati arbitrio, ad deteriora uolũtariè inclinantur. cum igitur aut inſignis pietas, aut charitas, aut fides in homine cernitur, eſt fateor, quod miteris. cur quæſo? niſi propter eximiam raritatem, multa enim mirabilia raritas fecit, quod natura non fecerat, raros aũt bonos ait Satyricus poëta, & numero uix ſeptem eſſe confirmat, quos ad unum regius propheta reſtringit. Sed ſequamur communia, certè quotcunque ſint boni, pauciſsimos eſſe nemo eſt qui neſciat, hoc eſt admirandi cauſa, de qua Satyricus idem ait:

Nunc ſi depoſitum non inficietur amicus.

ſi reddet ueterem cum tota ærugine follem: prodigioſa fides & tuſcis digna libellis: quæq; coronata luſtrari debeat agna. & quæ in hanc ſententiam ſequuntur. Contrà uerò, dũ cœperis cogitare uirtutem omnem non ab alio eſſe, quàm ab illo qui eſt dominus uirtutum, non miraberis ab eodem, qui poteſt omnia, & uult bona, non in animam modò rationalem, ſed in animal brutum aut ſaxum inſenſibile infundi potuiſſe, uirtutem, quam prima facie mirabaris. ex diuersò, autem ſi quando filius in patrem, frater in fratrem, uxor in uirũ, ſeruus in dominum, in benefactorem ſuum aliquis beneficij oblitus inſurgat, gratitudine ac pietate calcatis, quis non & doleat, & miretur, quod malorũ tanto eſt maior numerus, quàm bonorum? at cum ad rei cauſam de qua dixi, & multò maximè ad conſuetudinem quotidianam, ſeſe animus reflexerit, illicò deſinet admirari, quis enim miretur, quod in oculis habet ſemper, cuiusq; contrarium, quaſi nunquã uidet, hunc ſenſum, mi Domine, è tuo breuiloquio mei, breuitas intellectus elicuit, ſi rectum, hoc eſt ſi tuum benè quidem, ſi minus tuum, ex te libenter audiam & tenebo. Te autem hortor atque obſecro, ut quod magnitudinem ac ſapientiam tuam decet, humanum nihil admirans, ſed uirtute inferiora ducens omnia, ſpeiq; anchoram in CHRISTO & miſericordia ſua figens, aduerſus hos tuum ſanguinem, tam cupidè ſitientes, uigili animo excubes & intento. ſisq; ad omnia imperterritus & inuictus, nihil metuens, omnia tamen circumſpiciens & cauens, nec paſsim omnibus qui tibi arrident, ſed tuorum probatiſsimæ fidei te committens, difficilis fateor diſcretio, puros animos fucatosq; diſcernere, ſed multum de ingenio tuo fido, deq; tua rerum experientia, in qua nulli cedis. ſuper omnia autem ſpero de cuſtodia IESV CHRISTI, de quo ſcriptum eſt: Si iniquitatem aſpexi in corde meo, non exaudiet Dominus: quod uerbum ſi diligenter excuteretur, hos tibi ſine ulla iuſta cauſa pernitiem molientes, multum terræ debuerat, ſed benè habet, & tu ſaluus, & prima coniurationis cuſpis effracta eſt, tot iam inſidijs patefactis, de reliquo, & illi ſegniores ad inſidiandum, & tu eris inſtructior ad cauendum: & CHRISTVS ipſe ab initio cuſtos tuus, non te deſtituet in finem. ſi enim in coniuratione pari, ſcribit Valerius uigilaſſe oculos deorum, pro ſalute Tyberij, & ſi Marcus Antoninus ille doctiſsimus principum, in periculo ſimili, uxorem ſuam Fauſtinam, dum per literas ſolaretur, ita de mendacibus deis ſcripſit. Eſto igitur ſecura, Dij metuentur, dijs pietas mea cordi eſt, quid tu de uero Deo & dicere potes & ſperare? illi ego quãtuſcunq; peccator, teq; tuamq; uitã ac ſalutem ſuppliciter recommendo. optarem præter preces ac uota poſſe tibi aliquid præſtare, uel auxilij, uel conſilij ſalutaris, Nil libentius unquam feci.

Fran. Petrarcha Stephano Columnæ, S.

De libris Agapiti Columnenſis.

MVltas tibi literulas his temporibus ſcripſi, nec ullius merui reſponſum, miror, non propter ſcribentem quidẽ, neque propter ſcripturam, ſed propter materiam, de qua ſcriptæ erant, de te ſcilicet tuis meisq; uti conſanguineis Dominis meis, neque enim obſtat ætas tenera, radicato altius amori atque honori. erunt ſemper mei domini, meiquè ſimul erunt filij, quicunque ex illa radice prodierint, quam dilexi, & diligam, non illum mihi mors amorem, non læthei gurgitis unda præripiet. Sunt ut ſcis penes me libri, olim claræ memoriæ Agapiti ſenioris de Columna, nunc adoleſcentium noſtrorum, ego quidem hoc biennio, ter aut quater cum morte luctatus ſum, quæ ſi me ſtrauiſſet. poterant facilè libri illi perdi, non ſine illorum iuuenum detrimento inſigni. & mei animi dolore. & quotiẽs tibi, quotiẽs eorũ clariſsimæ genitrici ſcripſi, ut me hoc faſce leuaretis, uos reſponſis, aut nullis, aut pplexis adeò rẽ traxiſtis, ut denuò cogar ad calamũ, teq; p omnes

cœlicolas

cœlicolas obteſter, ut quàmprimum hac me graui ſarcina expedias. Certè ſi nunc prodigioſum eſt, depoſitũ non negare, ut Satyrico uidetur, quantò eſt prodigioſius, nolle illud accipere, & orantem ut recipiatur nõ audire, crede mihi, ſi ut iuris ciuilis, & canonici ſunt, ſic Ciceronis & Varronis libri eſſent, fortè non totiens te rogarem. proinde tu ut uiſum erit, ego quamuis rerum feſſus, & fidem, & quam potero diligẽtiam adhibeto, ſi per ſuos ſteterit, quos res tangit, quicquid euenerit ſine culpa ſum. ipſa me ueritas, & hæc excuſet epiſtola, ad quam ut reſcribas obſecro, per ſi quis tibi mei amor unquam fuit, ſi qua tibi ſupereſt noſtrorum memoria defunctorum, qui in cœlo ſemper ut ſpero, ceu è adhuc in memoria mea uiuunt. Patere, quæſo, immò fac ut deinceps alijs de rebus, quàm familiaribus tecum loquar. Viue noſtri memor & uale.

Fran. Petrarcha Stephano Columnæ, S.

SCribis inter multa, q̄bus uel ſeorſum literis, uel ipſa nũcij tui uocem reſpondeo, Pont. Max. meam optare ꝑſentiã, necꝫ ad laborẽ meũ, necꝫ ad uſum ſuum, ſed ad hoc unum, ſicut ait, ut mei ꝑſentia ſuã curiam honeſtet, optarem & ego fateor primũ talis eſſe, ex quo id meritò ſperarẽ, id enimuerò quò minus ſum, eò maior in me eſt dignatio tãti patris. Secundũ uerò, ut ex his locis, meã ꝑſentiam optaret, in q̄bus ego peccator, et niſi fallit opinio CHRISTVS & Petrus ſuã optant, ire enim ſi negrem, ferri niterer, ut Vrbano uocãte dudũ feci, ꝗuis poſſibilitas, pìx tũc defuerit uolũtati; fortaſſè ideò ne Põtificẽ ipſũ miſerabile illud, ad ergaſtulum redeuntẽ, ꝙ aurib. mœſtus audiui, oculis mœſtiſsimus uiderẽ. q̄d nũc ſanè tanto reſpõdeam uocatori: & q̄d putas, & ſi inuiſum ad locũ, amabilẽ tamen ad dominũ, prono ſaltẽ animo, uenirem niſi in me ſenectus ſimul, & morborũ exercitus, cõſpiraſſent, q̄bus obſeſſus, uix ꝓximam ad eccleſiã ꝓficiſci queo, de ipſo enim, quamuis nihil meritus, multũ ſpero, plurima quidẽ habeo ſuæ charitatis indicia, nominatim uerba illa mitiſſima, quibus ꝑter alia miſſa ſæpè, per nuncios ipſe mecum præſens Ticini uſus eſt, dum prædeceſſorem ſuum ſequens, Romam peteret. cæterum is mei nunc corporis ſtatus eſt, ut uenire nullo poſsim modo, quinimmò ſi ibi eſſem, non uſui ſibi eſſe, ſed labori, expediret enim inter cætera mihi, de Medicis prouideri, Iocor tecũ, uir optime. Medicis enim nunquam credidi, nec credam quidem. Vale Arquade Cal. Decembris.

Fran. Petrarcha Iorbardo à Sirico, S.

De habitatione ruſtica & urbana.

SCripſiſti mihi quo lætius de te nihil audire potuerã, necꝫ nũc illud metior, ꝙ te magnò mei uidẽdi deſiderio teneri ais, ita quidẽ eſſe, immò aliter eſſe nõ poſſe certus ſum, nota mihi fides tua, nota charitas, notus amor, nõ uerbis inanibus, aut artiſu amicitiarum fragili caducaꝗ̃ uinculo, ſed rerũ infallibilib. argumẽtis animorũ nexu ualido ac tenaci. et ꝗ̃uis hoc tuo deſiderio delecter, ac gaudeã, mirũ & penè incredibile, magis delector impedimẽto. q̄s unquam hoc audiuit, placerẽ cui ꝗ̃ ualde unum aliquid, ſed multò amplius placere cõtrarium. ſic eſt tamen. gaudeo, hercle, ꝙ me cupias uidere, nam & ego te cupio, opto ut nos inuicem uideamus, etſi enim animo tu me ſemper, ego te uideam, amicorum tamen conſpectus & præſentia, & conuerſatio habet aliquid uiuæ uoluptatis, immò uerò ꝗ̃plurimum. In hoc enim planè cum Anneo ſentio, in eo non æquè conſentio quod ait, uenit ad nos ex his, quos amamus etiam abſentibus gaudium, ſed id leuè & euanidum. magis ꝓbo quod idẽ alibi amicus, inquit, animo poſsidendus eſt, hic autem nunquam abeſt, quæcũcꝫ uult quotidie uidet. necꝫ enim maius priuilegium inſani amoris, de quo ſcribitur:

Abſentem abſens audit(q) uidet(q):

quàm honeſtæ amicitiæ debet eſſe, nec nimis è natura illud apud Senecam abſenti dicitur amico. Mecũ ſtude, mecũ cœna, mecũ ambula, ꝗ̃ illud apud Virgilium de amante:

Hærent infixi pectore uultus Verba(q).

itacꝫ ꝙ de abſentiũ gaudio ille ait, poteſt id quidẽ uerũ eſſe, in his qui imagines amicorum leuiter ſibi in animo depinxerunt. nam qui eas ibi ſolido, quaſi de marmore inſculpſerũt, his non leuè & euanidum, ſed firmum gaudium de amico, non ſolum paruo terræ ſpatio

diſtante percipitur, ſed de extincto etiam ac ſepulto. ꝙ igitur me quē mente conſpicis, oculis ſperare cupias gaudeo, ut dixi, at ꝙ metus reuidendæ urbis, cuius me nunc incolā non electio mea, ſed neceſsitas mœſta facit, hoc deſiderium tuū frenet, magis magisq́ gaudeo, & libētiſsimè te uiſurus, te libētius nō uideo, dū ſcilicet rei cauſam nō rē ipſam cogito, ita ergo fac obſecro, nec te noſter amor, ab hac ſancta et ſobria intentione dimoueat, malo me non adeas, quam urbē ſimul adeas, & me non præſertim totum reperturus. uix quicquam tanti pretij reperias, quod non adeundi periculo ſapienter ſperni poſsit, ac negligi:

Impiger extremos curris mercator ad Indos.

benè ais Flacce. nēpè inde ad nos, & gēmæ, & aromata deuehunt, longum iter, labor magnus, & periculū nō paruū, ſed ut mores hominū ſunt, nihil arduū ducit auaritia, nihil gula difficile, ꝙ ut exprimeretur adiectū eſt: *Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes,* hoc eſt per tempeſtates ac ſcopulos, cœliq́ intemperiē & ardores. Finge aūt, & per ueros ignes illuc iter eſſe, & q̄ inde petūtur, è medijs ignibus rapienda, nemo iā curret ad Indos, at q in urbibus nō ſolū ignis iſte materialis, ſed ꝙ multò eſt grauius, multoq́ funeſtius, inuiſibiles animorū flammæ & incendia uitiorū omniū exæſtuant, & ad ſummam quot ſunt urbes, totidē ſunt ſentinæ libidinum ac ſcelerum officinæ, Vbi enim, quæſo, niſi in urbibus uoluptates fœdæ habitant? ubi lenocinia, & proſtrata paſsim pudicitia, calcata uerecundia, pulſus decor? ubi demum ſtupra & adulteria, & inceſtus atque omnis generis corruptelæ? ubi fraudes, ubi doli, ſimulatiq́ue contractus, & ſuperpoſiti partus, & expoſiti, & hæredis ad nutum compoſita teſtamenta, ubi furta & rapinæ? ubi periuria, & periculoſa mendacia, & corrupti iudices, infidi notarij, falſi teſtes, interq́ue iuſtitiæ patronos oppreſſa iuſtitia? ubi ad ultimum uana lætitia? uerus dolor? ubi inanis gloria? uerum dedecus? ubi luxus & gula inexplebilis & mœſta pauperies, & ſollicitæ operoſæq́ue diuitiæ, & uoraciſsimum fœnus? & pomparum ſtrepitus? ubi mons ſuperbiarum, uallis formidinum, palus libidinum, ſylua negotiorum, & mare miſeriarum, & tempeſtates litium, & errorum nubes, & puteus odiorum, ubi imber aſsiduus lachrymarum, ubi ex æquo riſus ac luctus inconditus, & querelæ & clamores, & contentiones & iurgia amara, & mellitæ uenenoſæq́ue blanditiæ, & ſuſurri infames, & clandeſtini morſus, & ſtudia partium, ſine fine flammantia, utq́ue omnia ſimul ſtringam, ubi uirtutum fuga, & *imperium* peccati omnis, ubi & patentes inimicitiæ, & occultæ & fraudum tendiculæ, & *inſidiæ* capitales & ueneficia, et cædes, & quicquid mali homo in hominē molitur? multa ecce nec dum omnia diximus. qui hæc, & quæ ſunt huiuſmodi cernere experit, uel audire, non longa eſt uia, proximam urbem petat, quæcunq; illa ſit q̄uis anguſta, quamuis ampliſsima, & plena talium inueniet, & capacem, horum certè atque omnium malorum fons eſt ciuitas, adeò quæ ad tutelam humani generis facta erat, ad eiuſdem excidium uerſa eſt. Benè igitur facis & prudenter, qui illuc metuis reuerti, ubi nemo unquam peior factus habitauit, unde nemo, unquam niſi melior fidendus acceſsit, nemo non melior factus exulauit, iniquè illam ſuis ciuibus, tu ad alteram pertines ciuitatem, rure habita. illa dulcis & innocua ac tranquilla, opportunaq́ue moribus tuis habitatio, ubi non uoluptati ſtudeas ſed uirtuti, immò & uoluptati, ſobriè ac modeſtè, nulla enim certior, nulla iucundior uoluptas, quàm quæ de animi bonis innocentia ac uirtute percipitur. illic habita ubi non corpus, ſed ingenium colas, immò & corpus, quod exundantia opprimitur, parſimonia ac frugalitate uegetatur, denique ubi non mundo placeas ſed Deo. Neque quid de te cæci extra ſentiant, & inſani, ſed quid conſcientia tua intus, quid cœleſtis deſuper ſpeculator attendas. in omni enim quod honeſtè, quod piè, quod ſanctè, quod utiliter ſis acturus, quanto fieri poteſt longius à uulgi conſilijs, atque opinionibus fugiendum, & ab illo aures, quaſi à Sirenum cantibus, oculos nō aliter quàm à baſiliſco aliquo diuertendos cenſeo, hoc & tibi & mihi, & omnibus eodem aſpirantibus conſilium do. Et de his quidem, quoniam abundè in libris quos ad Philippum meum, magnum illum utiq; ſemper uirū, tūc tamē exiguū epiſcopū, nūc ingentē Romanæ Eccleſiæ dignitate, nō morib. Cardinalē, ſcripſi, diſſeruiſſe uideor, nūc te ad illos remiſiſſe cōtētus ad inſtituta ꝓgredior. Delectauit

me in

me in epiſtolæ tuæ fine, dialogus ille, cũ tuis hoſpitibus habitus, uitam tuam hanc miranti-bus, uoluptariamq́ laudantibus, quid ni aũt delectet ac placeat? nihil ſententioſius, nihil breuius, de quo quidem iuuat hic pauca decerpere, ut intelligas quid mihi ſapiat ſermo tuus, cuius iocoſa & abſciſſa breuitas, me in riſum, librata ueritas in ſtuporẽ egit, dum unus è grege illo, qui fœdi corporis turpiſsimæ parti neutri ſeruiunt, ridens quæſiuiſſet, Quid comederes. reſpondiſti panem & polentam, & poſcenti potum oſtendiſti puteum. Præclarè, nam quid aliud ſiquis illam rogет? natura ipſa reſpondeat, nec natura ſolum rerum prudentiſsima, ſeu naturæ conſentiens, Anneus acer Stoicus, & uirilis ſectæ, ſed famoſus ille patronus uoluptatis Epicurus, Panẽ, inquit, & aquam natura deſiderat, nemo ad hæc pauper eſt, intra quæ quiſquis deſiderium ſuum clauſit, cum ipſo Ioue de fœlicitate cõtendat. Quid hic aliud dici poſsit, quàm quod utriuſque me duces hac in parte concordes dicunt? ſiquidem Epicurum Anneus in hoc ſequitur, & Anneum Nepos, ubi ait:

Satis eſt populis fluuiusq́ ceresq́

Quod quidem ne uulgi uulneret palatũ, ſic intelligi uolo, ut Seneca idem alio quodam loco. Non eſt res iucunda, inquit, aqua & polenta, aut fruſtũ panis ordeacei, ſed ſumma uoluptas eſt, poſſe capere ex his etiã uoluptatẽ, & ad id ſe deduxiſſe, quod eripere nulla fortunæ iniquitas poſsit. Et alibi: Non diues ille rex Pergami, quin cõtrariũ ſenſiſſet haud dubiè, ſed pauper ille amicus Senecæ Attalus, Ad ueras, inquit, te cõuerte diuitias, diſce paruo eſſe cõtentus, & illam uocẽ magnus atq; animoſus exclama, habeamus aquã, habeamus polẽtam, Ioui ipſi cõtrouerſiam de fœlicitate faciamus. Addidiſti aũt reſponſo, & olera interdum, & legumina, & lac bouis. Ex hoc rurſum ſobriè, quando & ipſe Epicurus, quantumlibet mollis auctor, defenſorq́ ſentẽtiæ, uixiſſe tamẽ exigui lætus plantibus horti traditur, & Curius fortiſsimus dux Romanus, qui ualidiſsimam Italiæ gentem, qui ditiſsimũ Græciæ regẽ uicit, ut de eo ſcriptũ eſt, paruo quæ legerat horto, ipſe focis breuibus ponebat oluſcula. eadem ratio leguminũ. nẽpè quibus & Seuerũ principem, inter tot delitias, & Pythagoram Philoſophũ carnem fugitantem, uti ſolitos acceperas. eadem deniq; ratio lactis eſt, quod nõ hominũ modo, ſed bubalũ manu preſſum, Cæſari Auguſto placuiſſe legimus. quis omnino hominũ cibũ aſpernetur aut reſpuat, cuius mundi dominũ, nõ dico patientẽ ſed appetentem audiat? ſed turpis gula tumidæ iũcta ſuperbiæ, rerũ nobis omniũ faſtidiũ fecit, niſi quas difficultas cõmendat aut pretiũ, homo iners animal, & caducũ ſimulq́ inſolens, et petulcũ, per ſtudioſus uoluptatũ & ciborum, cibus ipſe mox uermiũ futurus, ſed hinc quoque progredior. Quem uerò non delectet tua illa reſponſio, dum quærentium ut carnes ederes, lupum te nõn eſſe dixiſti, & hoc propriè. Adde autem nec leo, nec urſus, nec uultur, ſemiferũque aliud, et immane animal. edimus et nos quandoq; carnes, ut cæteri, ſed niſi CHRISTVS rex noſter & Deus noſter, ut repetam quod communem ad amicũ nuper ſcripſi, non quidem gulæ obſeques, certè nec neceſsitati ſuæ conſulens, quamuis ut homo interdũ eſuriens, ſitiensq́, ſed noſtræ potius imbecillitati, quantum ego arbitror, condeſcendens, his uſus fuiſſe diceret, auderẽ & ego cũ Virgilio impiorũ cibũ appellare. Sic enim ait, illud ante Iouẽ, multorũ malorũ principẽ atq; errorũ tẽpus aureũ, deſcribens, ante etiam ſceptrum Dyctei regis, & ante

Impia quam cæſis gens eſt epulata iuuencis.
Aureus hanc uitam in terris Saturnus agebat.

Vitam ſcilicet parcam & modeſtam, & terræ frugibus, contentam, & animalium cædibus abſtinentem, præcipueq; terreſtrium. Mutata res ſub Ioue primũ, eoq; ſenſim deducta eſt, ut non ſolus iam iuuencis, ſed nulli paratur animantium, ita ut iam fœda etiam & horrenda, inſuper & uenenoſa tentent, perſuaſumq; eſt homini, quod & ipſe terreſtre eſt animal, quod ſine terreſtriũ morte uix uiueret. Quinetiam, quod multi & magni ſunt auctores, Antropophagi gens artroa Boryſthenẽ circa amnẽ, dũ humana carne cupidius, quàm cibo ullo alio, famem ſedant, ſicut mœſtam in circuitu & latè uaſtam ſolitudinẽ hominũ, ſic ferarũ horribilem frequentiam effecerũt, fertur in aduerſo mũdi tractu, ſub meridiẽ gens altera, ſed eiuſdẽ & uictus & nominis, famæ uerò tenuioris, utraq; ſanè gens Ichthyophagis, qui ſerpentib. ueſcuntur immanior, ille enim cibus periculoſus in ſe, iſte aũt trux & inhumanus in proximũ,

quando igitur quæſo iuuencis abſtineant, ꝗ nec homine abſtinẽt nec à ſerpente, crede mihi amice, quocũq; te uerteris, ferociſsimũ animal eſt homo, ſimulq; debiliiſsimũ atq; molliſſimũ, & ut dicam breuiter, miſerrimũ. indies igitur magis ac magis probo, q̃ de homine ſcribuntur à multis. Lege naturalis hiſtoriæ librũ *VII.* cuius in principio Plinius anxiè doctus uir, uideť mihi miro cõpendio humanæ ſummã ꝑſtrinxiſſe miſeriæ, q̃ quoniã multiformis & uaria eſt, neq; minor ideò, ꝙ in anguſtias ſit coacta, eius unicã tibi hodie decerpſiſſe particulam, huic inſerendam epiſtolæ, haud propoſito diſſonum extimaui. Vni, inq̃t, animantiũ luctus eſt datus, uni luxuria, & quidem innumerabilibus modis, ac per ſingula mẽbra, uni ambitio, uni auaritia, uni immenſa uiuendi cupido, uni ſuperſtitio, uni ſepulturæ cura, atq; etiam poſ. ſe de futuro. Nulli uita fragilior, nulli rerũ omnium libido maior, nulli pauor confuſior, nulli rabies acrior. hæc ſunt Plinij. quibus illud ut ad rem pertineat, addi poteſt. Nulli ſollicitior atq; operoſior gula eſt, adeò, cum cunctis animalibus cibus unus ſufficiat, uni homini non ſufficiunt omnes, cui ut unde diſceſſeram reuertar, cum tot cibi ſint, nec humano quidem guſtu, nec tanto digni ſtudio, iure Apuleius Madaurenſis in illius libri fine qui uocatur Aſclepius, quaſi glorians dicis. Conuertimus nos ad puram, & ſine animalibus cœnam, nunc nulla ſine animalibus cœna, & cõmunia appoſuiſſe probro habetur. neque ego inter hominum miſerias hanc ultimam pono, de quibus multa per libros, ſed neſcio an breuius aliquid quàm quod ait Iob: Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletur multis miſerijs, heu mihi ꝗ multis & ꝗ grauibus, quanquam ineluctabilibus, quibus coacti quidam ſunt aſſerere. optimum homini nõ naſci, proximũ quam primũ mori. Inter quas tamẽ cæci & miſeri mortales, & ignari rerũ, & conditionis obliti exultant. oppletiq; mero, & carnibus, uelut eximia fœlicitate tripudiant, & nos rident, ſeu etiam oderunt, illorum inſanias, aut uerbo aut ſupercilio liberiore damnantes, neque audiunt Dauid. Adhuc, *inquit*, eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos, neque illud uulgatum: *Extrema gaudij luctus occupat.*

Et quid tibi uis: his atque alijs, ſed obſeruatione in primis humanarum rerum quotidie magis aſſentior Graio uati, qui quãdo huc loquendo ꝑuentum erat, prætereundus non fuit. Is ergo Odyſſeæ libro *XVIII.* Nil, inquit, miſerius terra nutrit homine. ſed *iam* ſatis ſit, tulit me ipſius de qua loquor rei odium, ultrà quàm deſtinaſſem. Quid quod *uaſa* Corynthia requirenti, Samia quæ nos fictilia dicimus prætendiſti: profectò non unius tantum urbis domos, ſed mores animoſque mortalium latè Corynthium illud corrupit incendium, unde principium Corynthiorum prodijt uaſorum, quorum immodicus appetitus, clariſsimæ maximorum famæ hominum notam cupiditatis affricuit, unde ꝙ cõſtat Auguſtus Cæſar Corynthiarius ab obtrectatoribus dictus eſt. At Curius ille, cuius ſuprà memini tàm conſtantis fuit animi aduerſus Samia, quod hunc tantum uirum, tantumq; uictorem, rapas in igne torrentem, & in fictilibus reponentem legimus, & miramur dum hæc agenti, nõ amici ſed hoſtes illi, quidẽ admiratione uirtutis ſola, nõ Corynthium æs, ſed auri magnum pondus attulerũt, quod ille fictilibus poſthabitũ, magnificentiſsimè recuſauit. Iam uerò ꝙ quærenti quiſnam tibi cocus eſſet: ignem reſpondiſti, & id quoq; perpropriè, fuit apud maiores noſtros cocus ſeruorum omnium, uiliſsimus, nunc familiæ princeps eſt, q̃ris cauſam: nullam inuenies ꝑter gulam, hoc nobis & nõ unicũ malũ uicta intulit Aſia, & uictores hoſtiũ, luxuriæ uiuẽdos, exarmatos eneruoſq; obtulit, & quãto melius fuerat Aſiã uiciſſe. At ex ordine ꝓſequenti, num famulũ haberes, aut famulã: dixiſti Ad primũ nõ habere te *inimicum* uelle, ad ſecundum apud inferos Sathanam habitare, utrumq; non minus propriè dictum dico. nam & famuli quicquid de his Seneca loquatur, urbanius, ueri hoſtes ſunt, & fœmina ut in plurimis uerus eſt diabolus, hoſtis pacis, fons impatientiæ, materia iurgiorum, qua caruiſſe tranquillitas certa eſt. Proinde quæ te de coniuge percontatus eſt, non ſat mihi uidetur tuum noſſe propoſitum, neque ſatis *intellexiſſe*, quàm malè, quamq; diſcorditer Philoſophiæ ſtudiũ cõiugiũq; cohabitent, quamobrẽ & hic quoque reſpõſum tuũ, iure quidẽ, & ſentẽtia & breuitate laudabile, ꝗ Orpheum te non eſſe dixiſti. nẽpè q ſic cõiuge capiaris, ut cupidè deſcẽdas in tartarũ, ope fidiũ petiturus Eurydicẽ.

neq;

neque ſi planè eſſes Orpheus, tecꝫ Threiciam cytharam moderantem, feræ atque arbores ſequerentur. illuc unquam me hortante deſcenderes, uxores habeant, qui muliebri ſine fine, conſortio & nocturnis amplexibus atque conuitijs uagituq́ꝫ infantium, & inſomni negotio delectantur, eoq́ꝫ modo, maximè claritatem nominis, & perpetuitatē familiæ moliuntur, quo nihil incertius. Nos ſi dabitur, noſtrum nomen non coniugio, ſed ingenio, non filijs ſed libris, nō fœminæ, ſed uirtutis auxilio propagamus, parū ſibi, parū Deo fidit, qui ad gratiam poſteritatis, ac gloriā opem poſcit uxoris, uxor enim & filios, & nepotes, fœcunditate ſucceſſuum, & curas tibi pariet & labores. clarum nomen ac longæuum, niſi ipſe tibi pepereris, non habebis. inter tot fœmineos, hic uiris eſt partus. quantum hodie Platonis aut Ariſtotelis, quantum Homeri ac Virgilij nomen eſſet, ſi matrimonio illud ac ſobole cōparandum cenſuiſſent? non ſunt hæ uiæ ad gloriam, quæ dicuntur, ſed deuia & errores. neque hac ad ſplendorem famæ pergitur, ſed ſæpè ad pericula, ſæpiusq́ue ad dedecora, & ferè ſemper ad tædia, & certè periculorum atque dedecorum innumerabilia ſunt exempla. Atridas interroga, Argiuumq́ꝫ augurem, & de noſtris ducibus Africanum minorem, Magnumq́ue Pompeium & collegam eius Craſſum & Agrippam, de principibus Iul. Cæſarem, & Tyberium, & Seuerum, Duos inter mille duarum adulterio infames. Iulianum, et Domitianum cum ſua Domitia, quæ ſibi nomine par fuit & moribus, atque ante omnes Claudiū, qui inter Meſſallinas atq́ꝫ Agrippinas ſuas, hinc ſe fœda & uulgata libidine inquinatum, hinc ueneno ancipiti attentatū peremptumq́ꝫ fatebitur. & omitto Marcum, & Arcturū reges, fabulasq́ꝫ Britannicas, ac Philippum Macedonem Alexandri patrē, falsò creditum. coętaneos quoque noſtros ſileo, ne ut uiuentibus aſſolet nimium moleſta ſit ueritas. Nam coniugalium tædiorum pleni ſunt thalami, omnes lecti, domus, uici, atria, plateæ, ut de his agere infinitæ materiæ uideantur, non ſunt euoluenda uolumina, modò publicum egredere undique coniugum querelis clamoribusq́ue pulſaberis. nominatim magnus horum teſtis eſt Socrates, niſi maior eſſet Hadrianus & Auguſtus Maximus. Quid de filijs dicam, propter quos uxor optatur? utrunq́ꝫ certè & uxorū & natorū, q̄ ſit anceps mercimoniū dici nequit. ſed omiſsis q̄ infinita ſunt, quia de uxoribus ſatis eſt dictū, ꝙ ad natos attinet, pro ſummario rerū guſtu, teſtes prodeant Marcus Aurelius Antoninus, & quem proximè nominaui, Seuerus ipſe Septimius. de quorum primo Iulius Capitolinus hiſtoricus, in hunc modum ſcribit: Et hic, inquit, ſanè uir tantus, & talis, ac dijs uita & morte coniunctus, filium Commodum dereliquit, q ſi fœlix fuiſſet, filiū non reliquiſſet. de utroq́ꝫ ſimul Aelius Spartianus, Veniamus, inq̄t, ad genitos. quid Marco fœlicius fuiſſet, ſi Commodū nō reliq̄ſſet hæredē? quid Seuerio Septimio ſi Baſsianū non genuiſſet? ſed quo tendimus, atque ubi linquimus Ciceronem, cui ſoli, ut hiſtoricus idem ait, melius fuerat liberos non habere. quod non ſic accipio, ut ſoli ſibi id melius fuerit, cum & idem de alijs dicunt, ſic & de alijs atque alijs dici poſsit, ſed ut ſibi, hoc eſt ſolitario melius fuerit, incomitatum liberis, inſuper & coniugio fuiſſe quod non fuit. eſſet autem uel incognitus, uel infamis, niſi ſcribendo libros & legendo, quàm ducendo uxorē, & gignendo filios, plus gloriæ quæſiuiſſet. Et ille quidem Marco ſuo, heu, totiens laudato turpi filio ſuperſtite, poſt fata ut quibuſdam placuit, fuiſſe uidetur infœlix. at quod potuit uxoris moleſtias, opportuno diuortio declinauit, neque unquam induci quiuit, ut experto ſemel ac damnato iugo, iterum colla ſubmitteret. nobis ſanè quibus remedium illud, & ſi neceſſarium eſſet adeptum erat, dum libertas præſens, & mille compedes ab initio prouidendo, Deo gratias & prouiſum fuit, ne in hos laqueos incideremus. quod & te, uulgo licet aduerſante, conſtanter feciſſe hactenus, & me olim in multis iuueniliter uarium, in hoc ſemper uniformem propoſiti, ad hanc ætatem perueniſſe, gratulor ſeu conſilio, ſeu fortunæ noſtræ. Hæc tàm multa de uxore dixerim, ut factum noſtrum, quod ſæpè ſapientibus diſplicuit, hac ſaltem in parte nobis placeat. Duo etiam nunc ſuperſunt, antequàm te ocio tuo reddam, primū ꝙ ciuitatem liqueris admiranti, Sollicitudines te & curas & tædia reliquiſſe dixiſti, quid uerius poteras? quid breuius? addere licet & ſcelera, & illa omnia, quorū ſuprà mentio eſt habita, uel quorum Dauid meminit in Pſalmo: Iniquitatem & contra-

dictionem,& laborem,& iniuſtitiam,& uſuram & dolũ,ac poſt omnia inhumanitatẽ, & obliuionẽ rerũ optimarũ,atq; habitum peſsimarũ. Et quoniam hodierna die Seneca teſte, uti cœpimus,nõ curemus,nũc alium fatigare,is ergo quid ait. Inimica multorũ eſt cõuerſatio,& confeſtim: Vtiq;,inqt,quo maior eſt populus,cui miſcemur,hoc periculi plus eſt. hinc de ſeipſo loquens: Auarior ait redeo,ambitioſior,luxurioſior, immò uerò crudelior & inhumanior,quia inter homines fui. Et iterum cũ ſe ab Attalo ſua multa bona ac ſalubria didiciſſe dixiſſet,hoc addidit. Et deinde ad ciuitatis uitã reductus,ex benè cœptis pauca ſeruaui. id ſi Senecæ tali uiro tàm forti,tàm rigido,tàm cõſtanti accidit, quid fragilibus euenturum credimus? pulchra prorſus & optanda doctis habitatio, ubi auaritia, ambitio, luxuria,ad extremum crudelitas inhumanitasq; diſcuntur. bona uerò & ſalutaria dediſcuntur,amici tui,quod tàm cupidè urbem fugio, admirandi ipſi,cum uulgò potius ac ſtupendi,qui in popinis ac balneis,in lupanaribus, & macello ſuam omnem poſuère fœlicitatẽ, miſerabili cæcitate. Eadem ratio eſt admirationis alterius,quod uiuorum reſpuens conſortia,tàm libenter obſequijs & familiaritate frueris mortuorum, hoc ille rerũ neſcius ridet. hoc ſapiens ſiquis eſt laudet,ab his enim quos appellant uiuos,uix quicquam boni unquam,aut uerbo didiceris,aut exemplo. Contrà,uix à mortuis quicquã mali, bona autem multa quotidie,tum quia tædioſiſsimi iſti ſunt,illi ſemper affabiles & modeſti ſunt, qui licet ipſi forſitan dum in terris agerent,difficiles ac moroſi eſſent, quod penitùs euitare uix eſt noſtræ fragilitatis,in eorum tamẽ ſermonibus,quos ſcriptos reliquerunt, illorum flos ac fructus ingenij merus eſt,multis abundans,& honeſtis & utilibus & iucundis,cũ interim de his noſtris,ſeu uiuentibus dicam uerius,ſpirantibus,ſeu defunctis dicam rectius ſepultis,rei ſpeiq; bonæ nihil appareat. quis ergo tàm cæcus,& tàm excors,ut inter iſta non eligat,longum eſt ire per ſingula,ſed hæc attingere libuit, ut noſſes tuam mihi ſententiam probari,qua perlecta,dixi mecum uir hic rectum iter graditur,iamq; cum ſene Terentiano in portu nauigat,dignus uulgi mores,moresq; urbium odiſſe. Vale.

Fran. Petrarcha Gulielmo Maramauro EQ. Neapolitano, S.

FEciſti amice ut ſoles omnia,ꝙ me rerũ nuper apud Neapolim geſtarũ,tuis literis participẽ uoluiſti,nõ enim tu illius animo meo iucũdiſsimæ hiſtoriæ ſeriẽ deſcripſiſti, aut pinxiſti, ꝙ ipſum ritè facerẽ,aut ꝑclari ſcriptoris,aut egregij ſit pictoris,ſedꝙ cœleſtis fuit ingenij,me ꝑſentẽ rebus in medijs poſuiſti. Illa ego nõ legi,nec audiui,ſed uidi,tecũq; omnibus interfui,rarũ opus,& paucorũ hominũ,gratiam tibi habeo nõ mediocrẽ,illius nempè,ſi neſcis filij mei,& gaudia & honores mei ſunt,illo benè agente. ac proſperàte glorior & triumpho. Alma quidẽ Regina,morẽ ſuũ tenuit. parũ ſicũ nihil agere didicit, proceres quoq; Parthenopei,q̃uis interdũ hac in parte,loqui aliter uiſus ſim, illi qui apud uos, neſcio,an adhuc agitur ludũ tartareũ peroſus,cogitâs,tamẽ nullam tàm benè moratam ciuitatẽ,quæ non aliqd reprehenſione dignũ habeat,pleno in reliquis ore laudandos, celebrandosq; ſe nunc offerunt,liberales ſemꝑ ac munifici & fideles amici. ꝙ ita eſſe Roma ipſa teſtabit̃, q̃ bello Punico ſecũdo afflictis imperij uiribus,ab omni fermè Italia derelicta, immò attrita quidẽ ab omnibus,& oppreſſa à Capuanis,ante alios uicinis noſtris,de quibus optimè merebatur,pro quibus multa & magna bella geſſerat prodita, & iniurias perpeſſa grauiſsimas Neapolitanorum liberalitatem eximiam ac fidem, extremis ſuis ſenſit in rebus,unde & ego ueteribus & nouis argumentis inducor,ut cenſeam q Parthenopen nouit,& nõ amat,aut nõ noſſe,aut nõ amare uirtutẽ. Fecerũt benè igit̃ nobiliſsimi Ciues, & ꝙ ſoliti ſunt,q generoſum & egregium adoleſcentẽ,ad omne bonũ opus aptiſsimũ,& ab alio licet Italico orbe uenientẽ,alũnamq; ſimul ſuã,apud eos reor ortã,nutritãq;,dũ ꝑclaro cõiugio unirent̃,honorib. ut tu ſcribis cõcelebrauère magnificis,uno actu ſibi morẽ ſolitũ poſsidentes,benè meritis honorẽ debitũ exhibẽtes,de his hactenus. Status mei hiſtoria, quam expoſcis longiuſcula eſt,ideoq; prætereo,ſumma eſt,quod animo ut peccator, non deſperans benè ualeo,honeſtis ſtudijs nunquam magis incubui,nunquam maiorem inde uoluptatem percepi,quàm hodie percipio,dicam tibi rem mirabilem,ſed ueram e, cum ad reliqua omnia ſeneſcamus,ad hoc unũ quotidie iuueneſco. Hæc quæ dicitur fortuna,more ſuo me.

ſuo mecum agit, nec egeo nec abundo, immò equidem abundo, quando & multi mihi inuident, quod aliquando non credidi, ſed nũc ſcio, & nihil eſt ſub cœlo quod ualde cupiam, niſi bonum exitum, parum ne tibi diues uideor hoc animo? Corpuſculũ hoc ſolum uidetur uelle mihi ad fidem frangere, loquor impropriè, hac lege conuenimus, & iam ſimul ſatis diù fuimus. Tu uiue & Vale fœliciter noſtri memor.

Fran. Petrarcha Gerardo Carthuſienſi fratri ſuo Germano, S.

MAgnũ tempus, & ni fallor quartus eſt annus, ꝙ de te nullos huiuſmodi rumores, uno uentre digreſsis, magna ſatis intermiſsio, quamuis Deo gratias, tã de te nil niſi fœlix fauſtũq; nunciatũ iri ſperem, eo ſiquidẽ cõſcẽdiſti, ubi tuta ſunt omnia. ꝙ ultimis ad me literis flagitaſti, alacriter adimpletũ eſt, & de omnibus q̃ uolueris idẽ fiet, eſt enim mihi uotorũ tuorũ olim nota modeſtia, q̃bus obſequi me ut uelle, ſic & poſſe nõ ſim dubius. Status meus cuius noſcendi auidũ te ſcio, tã uarius, tamq; incertus eſt, ut uix eũ uerbis aſſequi poſſe queã, ut expediã quæ datur. hoc integro triennio, æger fui, ſeu eſt ætas, ſeu peccatum meum, ſeu ꝙ ſat crediderim, utrumq;. Ecce enim ꝙ olim ſcripſi ad Ioannẽ de Colũna, piæ memoriæ Cardinalem dominũ & altorem meũ, paucos fratres ſimul ad ſenium peruenire. ecce, inquam, nos peruenimus, deq; illis paucis, facti ſumus ego primus, tu ſecũdus, ambo tamen terminũ, quem petebamus attigimus, tẽpus eſt at modò, ut pro ſanitate corporea, quæ uſq; ad inuidiam floruimus, partem noſtram guſtemus humanæ miſeriæ, immo uerò non miſeriæ, ſed naturæ, quamuis adhuc te ſatis ætati reſiſtentem audierim, tunc tamẽ ego etiam reſiſtebam, ſcis autem, ꝙ ego te ſemper tẽpore aliquot, ut ſic dicã paſsibus præibam, tu me uiribus, expecta igitur, & eſto animo paratus non longũ incõmoda ſenectutis effugies, niſi optãdæ, licet formidatæ mortis auxilio. De me quidẽ, & de mea uita, ſæpè per hos annos à medicis quibus nihil credo, & ab amicis, quibus omnia, deſperatũ eſt. quibus ego nil moueor, quid enim refert, quàm laborioſi itineris in parte ſubſiſtã, ubiq; requies feſsis optabilis, ſiue ſim ſanus igitur, ſiue infirmus ſeu uiuam, ſeu moriar, ſicut domino placuerit ita fiat, ſit nomen Domini benedictũ. De reliquo ſum, licet indignus, in magna opinione hominum ac fauore, non populorũ modò ſiue ori ſed principũ, ut ſimiliter regis regũ IESV CHRISTI. me ut imperatorem ſileam, regeſq; alios, et qui nunc eſt Põtifex petit, & qui nuper fuit, uſq; ad obitũ expectauit, ad quẽ mitiſsimis literis, pluſquã ſemel euocatus, immò ut propriè dicam exoratus, læte ibam, eò maximè, quod ad locũ ſanctũ ac uenerabilem uocabar, ſed infirmitas morti ſimilia, quæ iam tũc me latenter inuaſerat, greſſus meos, medio quidem calle detinuit. Ad quid uocer, ſi me roges neſcio, & miror, aptus enim dominorũ familiaritatibus nunquam fui, & ſi quando fuiſſem eſſe deſij, atq; utiq; iam nõ ſum. Aetas præterea & ualitudo mea, ut audiſti, non eſt apta diſcurſibus, quorũ, q̃d nõ dies mutat, ante non mille annos inſatiabilẽ me uidiſti. deniq; multa circũſpiciens, & multa deliberans, mea duxi omnia, magna, & omnibus optata relinquere, & reducere me ad mediocrẽ, & ſolitariam uitam. Itaq; ne longè nimis abirem, ab Eccleſia Euganeis iſtis in collibus, non amplius q̃ decem millibus paſſuum, Patauina urbe diſtantibus, domũ paruam, ſed delectabilẽ & honeſtam ſtruxi, cumq; oliueta & aliquot uineas, abũdè quidem nõ magnæ, modeſtæq; familiæ ſuffecturis, hic quanq̃ æger corpore, tranquillus animo frater dego, ſine tumultibus, ſine erroribus, ſine curis, legẽs ſemꝑ & ſcribẽs, & Deũ laudãs, Deoq; gratias, & de bonis agẽs, & de malis meis, quæ nõ ſupplicia niſi fallor, ſed exercitia mea ſunt aſsiduè. præterea CHRISTVM orans, bonũ uitæ exitũ, & miſericordiã ac ueniã, quin & obliuione iuuenilium delictorũ, unde nil ſuauius in labijs meis ſonat, quàm Canticũ illud: Delicta iuuentutis meæ, et ignorantias meas, ne memineris Interea ſolũ te germane unicè ſuſpiro, & ſæpe tacitus mecũ dico, ô utinam eſſet his in collibus unũ aliq̃d Chartuſienſe cœnobiũ, ꝙ hic ſtaret aptiſsimè, ubi meus ille famulatũ CHRISTO notũ, fideliſsimeq; iam ſupra triginta annos exhibitũ conſumaret, tum demũ mihi, quæ haberi poteſt in terris conſolatio plena eſſet, ceteri enim noſtri omnes mecum ſunt, læti quidem, niſi eorũ animos mea turbaret ægritudo. Eſt ꝑterea nobis hic amicorũ bona copia, quanta nuſquã alibi, & ſi enim ꝑ diuerſa terrarũ multos habuerimus, mors tã penè nos omnib. ſpoliauit, q̃ cõmunis ſeneſcẽtium

omnium pœna eſt, adhæc & locorum dominus, Vir ingentis ſapientiæ, non me ut dominus, ſed ut filius diligit, atque honorat, & per ſeipſum ſic affectus & magnanimi patris memor, qui me dilexit ut fratrem. Hæc tibi ſic ex ordine cuncta deſcribo, ne quid neſcias eorum, que te noſce uelle auguror. nam cõmunia illa de familiaribus rebus, que digna notitia, ſed indigna ſtilo cẽſui, uiuis nuncij uocibus commiſi. illud inter haud prætereunda poſuerit, ꝙ in hoc ſtatu, neq; mihi magnæ diuitiæ ſunt, neq; moleſta pauperies, quæ mihi quidẽ ſors rerum optima uidetur, quidq; in ſummis opibus repono, ſorte mea contentus, aliud magnopere non requiro, uix noui hominem, cũ quo ſtatum meũ permutaſſe uelim, ſtatum hunc loquor extrinſecum. nam internũ animæ ſtatum, cum omnibus bonis, & ſanctis uiris libentiſſimè permutarem, magnæ uerò diuitiæ, quid ad me? aut in quo melius mihi eſſet: immò in quo nõ peius, ſi multo amplius terræ uel auri poſsiderem, non eſt locus, ut de opum ingentium periculis atq; laboribus diſputẽ, nota ſunt omnia & experta quis non Horatianum illud audiuit,

multa petentibus
Deſunt multa, bene eſt, cui Deus obtulit
Parca quod ſatis eſt manu.

An uerò non ſufficit neceſſarijs affluere, niſi & ſuperuacuis opprimamur? ego quidem non his tantum, quæ mihi neceſſaria ſunt abundo, ſed quæ meis omnibus, ante alios tibi, ſcribe modo, quid fieri uelis, non fruſtrabor tuum deſiderium, nec differam, neq; uerò ut peteres expectarem, ſed uolens occurrerem, niſi didiciſſem quod pecuniola illa, quam aliquotiens tibi miſi, non peruenit ad manus tuas, rigore, ut credo, tuæ religionis obſtante. Scripſiſti interdum, ut ſi ante te morerer, quod ſi ſit, ſecundum naturæ ordinem, & ſecundum deſiderium meum erit, certam pecuniæ ſummam tibi teſtamento legarem, ad te minutis, pro occurrenti neceſsitate, ſolutionibus peruenturam, enimuerò id iampridem factum noris, & legato quantitas triplo maior, quàm petebatur incerta eſt. nec tamen expectari mortem teſtamenti confirmatricem expedit, iube parebitur, & tibi gratius erit & mihi, quod ipſe fecero, quã quòd hæres meus. Hæc tibi frater amantiſsime, quid ni autem, cum ad notitiam mei memoria uel ſola ſuffecerit. Sed quoniam de triplici ſtatu meo loqui cœperam, & quid de anima, quid de rebus exterius ſentiam uides, teq; ut credas charitas cogit, de reſiduo ſententiam meam accipe. Ego quidem mihi ægritudines has corporis, tàm frequentes, & tàm puras ad ſalutem animæ datas credo, non minus utiles, quàm moleſtas, ea mihi de Deo ſpes eſt, modo cum paſsionibus & patientiã præſtet, ꝙ & fecit hactenus, faciet in finẽ ſpero, ſi tamen ipſe idẽ, qui ſolus poteſt, mihi nec petẽti, nec petituro quidem, unquam ſanitatem corporis offerat, non quã olim adoleſcens, ſed quàm nuper iam ſeneſcens habui, quamuis animæ fortaſsis inutilem eſſe poſſe non dubitem, non recuſem tamen, ut id modicũ quod supereſt uitæ, ſine angoribus exigã, neq; à ſtudijs impediar meis, à quibus fateor, nunc uehementer impedior, hũc ſui corporis amorem, miſeris mortalibus inſeruit natura. Atſi, quod nulli unquam fecit, cum poſsit omnibus adoleſcẽtiam, mihi ſeu iuuentam reſtituere, & tranſactum tempus conſentienti reuehere ſit paratus, ipſum de quo loquimur CHRISTVM teſtor, non conſentiam, nihil eſt enim, utraq; illa ætate miſerius, cum ſuo illo uitiorum inſeparabili comitatu. Mirabuntur ſenes noſtri, qui quod eſſe nequeunt, uideri ſtupent, cum nihil ſit certè ridiculoſius, nihil ſene deformius, qui iuuenis uult uideri, dicam quod mirentur magis. ſiquidem mihi immortalitas offeratur, hos inter mores, ſemp̃ uicturus recuſabo, nã & difficillimũ eſt, ineptis comitibus longũ iter agere, nec fidelis eſt ſeruus, qui q̃uis affluens delitijs, faciẽ domini non requirit. Vale frater in CHRISTO.

Fran. Petracha Ludouico Marſilio ſuo, S.

MErita de te mea, amice quæ multa commemoras, pace tua dixerim, nulla ſunt penitùs, niſi quod ab ipſa tua pueritia te dilexi, neſcio quid iam tũc præſagiens, & nunc magis ac magis indies diligo, cito iam qualem in te cupio uirum ſperans, Libellum tibi, quem poſcis libens dono, donaremq; libentius, ſi eſſet qualis erat, dũ eum adoleſcenti mihi donauit

donauit Dionyſius ille, tui ordinis ſacrarum profeſſor, egregius, literarum & undiq; uir inſignis, indulgentiſſimus pater meus, ſed ego cum & natura forſitan, & ætate tunc uagus, q; mihi periucundus, & materia & auctore & paruitate ſua pugillaris eſſet, atq; ad ferendū habilis, ſæpè per omnem fermè Italiam ac Germaniamq; circumtuli, ita ut iam propè manus mea, et liber unum eſſe uiderent, ſic inſeparabiles uiſu perpetuo facti erant, dicam rem mirabilem, ut ſileam lapſus fluminū ac terrarum, ſemel mecum ad Niceā Vari ſub fluctibus maris fuit, actumq; erat, haud dubiè, niſi utrumque præſenti periculo CHRISTVS eripuiſſet. Sic eundo & redeundo mecum, ſenuit, ita ut iam ſenex à ſene, ſine ingenti difficultate legi nequeat, & nunc tandem, ab Auguſtini domo digreſſus, ad eandē redit, nunc quoque tecum peregrinaturus, ut reor. Accipe eum qualis eſt, & boni conſule, atque incipe meis in rebus, iure tuo uti ac præfationibus ſuperuacuis abſtinere, & quidquid tibi placuerit, non poſtulare ſed ſumere. Vale fœlix, & pro me quotiens ad menſam eius acceſſeris CHRISTVM ora. Arquade VII. Idus Ianuarias.

Fran. Petrarcha Ioanni Bocatio, S.

Excuſat ſe de ſilentio.

POtes mirari, utinam non etiam indignari, quod ſi aliud tibi ſcribere uel non poteram, uel nolebam, aliquid ſaltem, tuas ad literas non reſpondi, ego uerò, quod ſæpe accidit, occupatis maximè, dum multa cogito nihil efficio. equidem amice, ſi occupationū mearū, quamuis inanium hiſtoriam ingrediar, ipſa mihi occupatio occupationem & pariet & augebit. Ad ſummam, quod ſæpe conceperam explicare, nunquam potui, at ne quid fortaſſe aliud ſuſpiceris, quod hoc uetus olimq; notiſsimum tibi ſit, addo uiolentiorem, aliam recentiorem quæ ſilentij cauſam, quàm libentius tacuiſſem, ne aures atque animum tuum, inuiſi rumoris cuſpide pungerem, niſi quod hoc ipſum te, ab alijs audiuiſſe, uel auditurum eſſe non dubito. Tecum igitur à me ſalus abijt, nunquam poſtea ſanus fui, nunquam ut auguror ſanus ero, ita morbum, ætas ſanitatem, nihil adiuuat, niſi fortè me putas aut Medicos conſulere, aut plus illis fidei habere quàm ſoleo, ego uero indies magis, magiſque monſtrum illud horreo, arceoque ut hoſtes à limine, niſi quos interdum non medicinæ, ſed amicitiæ ius admitti iubet, ea lege ut omniū quæ dixerit nihil faciam aut patiar. Nunc tandem anno altero, nil eorum quæ decreueram, ſed hoc unum ſcribo Apologeticum tuum, quod ira nobili dictante, in cenſores meos effudiſti, ualde mihi placuit, & affectu tuo & ſtylo, & ſententijs delectatus ſum, & ſcio illos hæc & grauiora promeritos, noli tamen generoſum ingenium, pro illorum meritis inardeſcere, nec tuo iuditio. nec tua iracundia digni ſunt, Sine illos ſuis moribus, tuos tu ne deſeras, neque acrius te illorum pungat amentia, quàm me, qui ea principaliter contingor, quamuis ſine te tangi nequeam aut offendi. Proinde tibi perſuade, quod primum in literis tuis erat, dixiſſe Laurentium neſcio quem, uirum ut tu ais doctum, ſed profectò naturæ mearumque rerum penitus inſcium, me, audita illorum ſententia, quàm de me tulerant ſubitò in furorem uerſum calamum arripuiſſe, ac reſpondiſſe, pace ſit dictum ſua, procul à uero eſſe forſitan ſic audiuit, ſed qui primus hoc dixit aut errauit mediusfidius, aut fefellit. non in furorem ſed in riſum egit me meorum iudicum ſententia, utcumque enim uera illa, iudices ipſi erant ineptiſsimi, neque uerò ſtatim, ſed anno plenè elapſo calamum reſponſurus cepi, cum in Padi alueo aſcendēs, & tædio affectus, quid aliud tunc agerem. non haberem, neque id ipſum unquam facturus aut cogitaturus, niſi me Donati noſtri perpes indignatio, & iuges querimoniæ acuiſſent, obdurui dilectè, contra inuidiæ tales morſus, ab adoleſcentia, quod aliquando non credidi, peſtibus his obſeſſus, hoc eſſe ueriſſimum & contrarium falſum ſcito. Reliquum eſt, ut tibi cum clanculum digreſſo, mœſtus & querulus mecumque ipſe litigans, fortaſsis & lachrymans ſucceſſui ſaluo gratuler ac reuerſo. Vale.

Fran.

Fran. Petrarcha ad Donatum Apennigenam Grammaticum, S.

Nihil in amicitia expetendum.

QVotiens monui,quotiens oraui,quotiens blandiens, quotiens ſubiraſcens, nūc lingua,nunc calamo litigaui tecum,ne tua liberalitas, ſuſpitione me cupiditatis aſpergeret, tu perſtas & dum famæ tuæ ſtudes, meam non cernis infamiam. Quando ego hoc merui de te.quæſo ut me uel cupidum adeò uideri facias,uel ſuperbum,ne amicitia mea ſine magno ac perpetuo pretio quæri poſſit:Ita nō frequentas modo hanc tuam munificentiam,ſed ultimis his tuis in literis,an unam atq; perpetuam polliceris,quod nihil eſt aliud, quàm quod ego nunquam fieri uelim, nunquam deſiturum imitari. quod uerbum ipſo facto iniurioſius, importuniusq; propè dixerim, atqui non uiuit in terris credo, cuius amicitia facilior ſit quæſitu, modo cōueniant mores, nūquam ab amico,niſi illud ſine quo amicitia nulla eſt,amari nolui. quis hic muneribus locus eſt? amoris forte fœminei ſit iſta cōſuetudo,eiusq; non ingenui,ſed uenalis.ego nō tua munera.ſed cor tuū uolo, illud habeo, ſatis eſt rei,cum ad perfectionem ſuam uenerit, quidquid ſuperadditur ad deformitatem uergit. quid iuuat illa conquirere,& mihi ingerere,quibus nec ego egeo,nec tu abūdas, ſi nolo,miror cur hoc facis,ſin uolo,miror cur uel meus uel cuiuſquam amicus eſſe uelis, q ex te aliud,quàm te quærat,niſi magnæ forſitan neceſſitatis,in tempore,quoniam nulli rei parci, ſed omnia eſſe communia, fidelis amicitiæ lex iubet, proprium nihil. Illa quidem, quæ ſummis regū quoque uerticibus clauos figit adamantinos,ut Flacci uerbo utar,utrūq; noſtrum premere potens eſt,ſed nunc tamen,tibi proximior eſt quàm mihi, ſum enim ut ſcis periturus, opibus te ditior,mihi nulla præſens neceſſitas. Abundè mihi ſufficit Donatus meus, Donatus inquā, & non emptus,cur tu igitur emas me,cui non te uendidiſti, ſed donaſti? non eſt hæc æqualis amicitia,ubi unus donatur,alter emitur,immò quidem amicitia nulla eſt,ubi non undiq; cuncta gratuita ſunt. quid eſt hoc igitur quod facis? nulla tuarū literarum incomitata,nullus tuorum nunciorum uacuus ad me uenit, dum paro uel literas legere,uel nūcios audire,tua è tranſuerſo munera erūpunt. At quid quæſo, niſi forte Terentianum illud,ſemper ſequi uis uſitatum fateor, ſed,iniquū, ut ſemper qui minus habent addant ditioribus. Noli obſecro, ut ſis bonus & liberalis,me malum & amarum facere. ſæpe licet uerbo,facto interdum diffamantur homines, ego promiſsionem tuam de futuro reſpuo,de præterito autem quæror, & ut morem mutes oro. Si contrarium feceris turbabis me,& coges ad id quod hactenus non feci, ne turbarem te,ut inurbanus potius,quàm auarus eligam uideri,quidquid miſeris remittā,ſic ulciſcar,& quod nequerunt preces,contumelia forſitan impetrabit,ut deſinas largitate mihi moleſtus fieri, eſt in rebus omnibus modus quidā,quem tranſgredi in offenſa uirtute non ualeas. Non ſic Craſsi partiti ſumus hæreditatem,ut mihi auaritia uiri illius ceſſerit,opes tibi denique, non ſum unus è Parthorum regibus,quos non licet ſine munere ſalutare. Vale.

Fran. Petrarcha Petro rhetori Bononienſi, S.

Contemnenda mortalia eſſe.

INgens mihi ſolatium attulit,tua quædam breuis epiſtola, cum enim nihil uſquā mihi humanis in rebus carius,amicitijs ſit,unam uirtutem Ciceroniano conſilio, ſi qua mihi eſſet uirtus exciperem,cum nihil de amicis gratius audio,quam ut tales ſint,qualem eſſe me cupio,contemptores omnium quæ uulgus aut miratur, aut metuit. Ecce peſtis hæc,ſine exemplo omnium ſeculorum, quæ quinque iam luſtris non noſtrum modò, ſed omnem orbem alternis inſultibus atterit, urbem illam iucundiſſimam, unde tibi origo, ubi nunc mora eſt, quæ olim me adoleſcente,omnis honeſtæ letitiæ templū erat,annuo furore repetijt. Quid te igitur,tantis in moribus agere arbitror, niſi quod & tu dicis & ſi taceas ſcio, multi diffugiunt,timent omnes,tu neutrum preclare magnifice. quid enim ſtultius quàm timere,quid nec euadere ullo queas ingenio,& timēdo aggraues? quid uanius quàm fugere,quod quocunq; fugeris, ſis obuium habiturus? fugiant pauidi, trāſmontes & maria, callidè forſitan, niſi homines & tranſmontes & tranſmaria morerentur. Dicis te habere

animum,

animũ, qualem ex me didiciſti, tuus amor, tua charitas loquitur nõ tu. ex me enim nil diſce
re potuiſti, ego autem ex te multa, niſi uel ingenium, uel ſedulitas defuiſſet ſcribis eſſe tibi
onus infeſtum, mecum diutius non fuiſſe, nec faciem aut uerba mea, tuis ad literam utor
uerbis collegiſſe quæ recreatione tibi, ac fructũ conferre ſint ſolita, uellẽ herclè ſic eſſet, ſed
nõ magis amicorũ laudibus attollor, quã conuitijs deijcior æmulorũ, mearũ rerũ ipſe mihi
ſum cõſcius. qdqd in re ſit, tibi ſic uideri gaudeo, nõ me tamẽ ideò doctiorẽ, ſed te meliorẽ
ſentio. Et ego quidẽ abſentiam tàm longæuã odi, & præſentiam tuã opto, hos præſertim
inter colles Euganeos, ubi tot inter mundi mala ſunt, mihi meiſq; curæ alacres, aërq; ut ui-
detur ſaluberrimus quãuis inſidioſum & inſtabile elemẽtum. Tu uerò mihi ſemper animo
præſens es, erisq; dum uixero, non ſum tibi nunc aliud ſcripturus, niſi tuam me laudare ſen
tentiam, atque hortari, ut tui ſimilis forti animo conſiſtas, fugamq; molientibus, mortemq;
tim entibus meis uerbis dicas, illos fruſtrà torqueri, nam neq; mortalem deponi poſſe con
ditionem, ipſa niſi deponatur humanitas, neq; aliam ullam fugam mortis eſſe, quàm mo-
ri. Vale.

Fran. Petrarcha Beneuenuto Immolenſi Rhetori ſuo, S.

De Poëtis.

AD reſpondendum literis tuis, nec corporis ualitudo, nec ſpatium temporis ſuppetit,
quæ multorũ ergo uerborum erant, ſi potero paucis expediam, quæ ſi ſatisfecerint
gaudebo. Alioquin paratior ſim, ſemper audire, quàm dicere. & diſcere quàm docere quæ
res, nec immeritò, ars hæc, quam quidam nobis tribuunt, & quam fateor à tenera ætate di
lexeram, an liberalium una ſit, dico inter liberales minimè numeratam, ſed ſuper omnes
liberales eſſe, omneſque complexam, quod & ſi multimodè probari poſſit, ſufficit tamen
ad probationem, Fœlix Capella, de omnibus ſeptem poëticè agens ſicut noſtri. nec te mo-
ueat, quod in numero liberalium non ſit, inter quos neq; theologiam, neq; philoſophiam,
nouimus, magnum eſt inter magnam eſſe, ſed interdum maius excipi, ſicut è numero ma-
gnorum ciuium, principes excipitur, liberales quidẽ habitum ſcientiæ, humano inchoant
in animo, innominatæ inter eas, aliæ inchoatum perficiunt & exornãt. De reliquo non mu-
to ſententiam, quàm in inuectiuis poſui. quicquid contra poëtas iuſtè dicitur, ſcænicos no-
tat. nam q; dicis Boëtium contra poëtas, qui citatur teſtis, ſcænicum non fuiſſe, & ego fa-
teor, & fatendũ eſſe uiri cogit auctoritas qd ergo, non ſcribentem, ſed ſtilum philoſophica
notat increpatio. Erat enim ſtylus Elegiacus, ſcænicis rebus et amatoris aptior, hic quaſi in
ſciam, quid intenderet, philoſophiam fingitur mouiſſe, ut in uerba illa prorumperet, quæ ſi
omne poëticum, ſine exceptione damnaſſet, nequaquam ille non doctus modò, ſed ſan-
ctus uir uſq; in finem operis, cœptum ſtylum & ſcænicarum meretricularũ conſortium te
nuiſſet, multa enim per totum poëticè dicta ſunt. neq; rurſus id mirari conuenit, magnos
nonnunquam uiros, non ridiculo tantum, ſed obſcœno etiam uſos ſtylo, qualia ſunt in Sa
turnalibus illa Platonica, quæ mallem tantus philoſophus tacuiſſet, fert interdum error,
quidam interdum feruor animi, quò non decet, & quanquam res malæ ſint, ſtylus tamen
eſt bonus, & ars irrepræhenſibilis, ſi ad fœliciorem materiam conuertatur. Ad hunc ergo
modum accipio, quicquid uſquam contrà poëtas dicitur, ut contra ſcænicos dictum ſit,
non à ſanctis modò, ſed ab ipſo etiam Cicerone, quo nemo alius, non poëta, plura pro po-
ëtis dixit, nec tamen inficior, etiam alios inepta quædam, immò multa dixiſſe, de quibus
accipi poſsit. Quod ais, ſcripſiſſe Hieronymum, quod ſcilicet dæmonum cibus eſt ſermo
poëticus, homines enim erant ſubiacentes erroribus, & non ſolum homines ſed pagani,
alioquin ſi ſimpliciter accipimus, multum hoc cibo paſtus eſt ipſe Hieronymus, ſic in o-
mnibus ſcriptis ſuis poëticum ſapit ſtylũ, quod ipſemet intelligens, de hoc ipſo non ocioſè
alicubi ſeſe excuſat. ſæpè qdẽ me fatente, poëtarũ ſermo malus eſt, quid ni aũt, cũ & uita ſit
peſsima? quid hic igit̃ dicam? & quid puras? niſi q; ſentio, & q̃d credo. Poëtis id nõ poëtice
tribuendũ, nã & rebus optimis, peſsimè uti, aliq̃s cõſtat, & famoſos theologos, hæreticos

magnos

magnos audiuimus, & morales philoſophos peſſimis moribus, non hæc artiũ, ſed artibus male utentium culpa eſt. audebo dicere, ſi poeſis in bonum piumq; ingeniũ inciderit, uſq; ad CHRISTI laudẽ ueræq; religionis ornatũ trahi poteſt. ſi hoc probas, benè habet, at ſi minus & ego ſtudiũ, hoc à tergo liq, & ſi quid rectius audiero, nõ in tuã modo, ſed cuiuſcũq; docti hominis ſentẽtiã libens ibo. Vale Pataui, in ægritudinis meæ ſtrato. V. Idus Feb.

Fran. Petrarcha uago cuidam, S.

GRatulor tibi, quod poſt tantos fluctus ac procellas animi, bonum in portum peruenisti, fortunæ tuæ, immò Deo tuo charior es, quàm tibi, tu te iactas, et ꝑ nihilo te fatigas, ille tibi requiem, uel nolenti ingerit, tu difficili calle uis errare, ille te manu dirigit in uiam pacis. es ecce nunc, eius ductu, cum uiro optimo, & mihi tàm charo, ut uix ſciam, an aliquid charius habeam, in terris, cum quo qui uiuere neſcit, cũ quo q uiuere ſciat, ego neſcio. noſce cum conſulo, & diſce iam tandem aliquando conſiſtere, non eſt ſani ſæpe thoro circumuolui, non eſt pudicæ ſæpe nubere, diſce homo conuerſationem humanam, diſce homo homines pati poſſe, quos non pati tantũ, ſed diligere iuſſus es, neu faſtidias, à quibus ne faſtidiaris optandum eſt. Noli omnes homines fugere, quocunque uenies, homines inuenies, aut cum hominibus uiuas, aut cum belluis oportet. laudarem ſolitudinem, ni te noſcem nec ſolitudinem nec frequentiam poſſe pati. animi morbus etiam, iſque grauiſsimus, neque aliter quàm uirtute animi comprimendus. quædam ſunt, in quibus & cauſæ ſimul & remedia ſit morborum, animus te agitat, ille te ſiſtat, ſi hoc non fecerit, admonitiones meæ omnes, iam per annos fruſtrà in uentos abierint. Gratulor quoq;, quod urbem Romam uideris, ex omnibus erroribus tuis, orbem totum licet ambias, ſimile nil uidebis. Vidiſti mundi caput, ſqualidum fateor, & impexũ, quod ne hoſtes quidem negent, qui ſe nunc etiam Romanos Imperatores Romanoſq; Pontifices dici optant, & his titulis gloriantur, cum omnia ſint potius, quàm Romani. hoc ergò per te ipſum cogita, & ſic habe, non te Romam uidiſſe ſed montes ubi Roma fuit.

Fran. Petrarcha Gaſparo Veronenſi, S.

LIterulam tuam chariſsime libens uidi, ſicut & tua omnia, de quæſitis tuis nihil certi, quod reſcribam habeo, nihil enim incertius mihi eſt, quàm huius caduci corporis ſtatus, quod unum poſſum dicam, non inuitus modo, ſed coactus, rure abij uiua cogente neceſsitate, illa me pepulit, illa me detinet, quantum tamen augurio aſſequor, ante paſcha rediero, ſæpe enim mihi Horatianum illud ad aurem cordis ſonat,

ô rus quando ego te aſpiciam?

Et ſi autem ſciam, non nunc nouiter conſpectum, atq; conuictum meum tibi ſemper exoptatum fuiſſe, quod non mei fateor meriti, ſed indulgentiæ tuæ eſt, nõ audeo tamen te ad ueniẽdum exhortari, occupationum conſcius tuarum, at ſi uenire decreueris, ad amici, immò ad tuam proptiam uenies domum, rure autem puto me inuenies, quamuis properes, ubi non ſolum oculi mei ac meorum, ſed parietes ipſi, ſuo modo letiſsimè te uidebunt, aduentu tàm chari hoſpitis exultantes. Amicum ueſtrum cũ uenerit, ſalutabo, ſuo enim nũc in rure habitat agriculturæ ſimul ac philoſophiæ deditus, Vir undiq; bonus, ac fidelis et noſtri amans.

Fran. Petrarcha Philippo Sabinenſi, Epiſcopo Cardinali, S.

De ſtatu ſuo.

ET mirari potes, & turbari, niſi & admirationẽ ꝑſpicacis ingenij altitudo cuncta proſpiciens, & turbationem animi manſuetudo iræ neſcia, cõpreſsiſſet, alioquin quẽ non moueat, quod totiens & à tali tàm ſuauibus literis euocatus, quæ deberẽt è duriſſimis mõtibus ſaxa conuellere, nondum loco moueor. ad quid autem, & nunc uocor, quæſo, & uocabar pridem, tunc nempe, ad tria mihi ex omnibus, que ſub cœlo ſunt ſingulariter exoptata, ad urbem Romam, quàm nunquam totiens uidi, quin ſemper auidior reuidendi ipſa efficiar uiſione ad Romanum illum Pontificem, qui uocando fatigatus, tibi libenter ſubituro, cuius uox mihi familiarius nota eſt, hoc uocãdi onus impoſuerat, quẽ uic oculis nunquam

quam uiſum uidiſſe, uel ſemel terrenæ mihi fœlicitatis ingens portio futura erat, non quia tantus dominus, ſed quia uir talis ad te deniq; uerendamq; mihi, & ante alias, ſemper amabilem faciem tuam, quam profectò quantum uidere cupiam, CHRISTVS nouit, & ego tuq; ut reor certo animi ſentis augurio, cui à iuuentute prædulciter aſuefactus, & à qua poſtea per tam longum æuum fortuna mea ſæuiente diſtractus, quid mirum ſi torqueor, & ingenti premor deſiderio? Reliquos quidem caros eos dico, quos mihi iam reliquos mors fecit, ſæpè per hos annos, uidi te, à ſæculis non uidiſſe mihi uideor. Quid ceſſo igitur tam diu? putas dicam quia optabilia illa tria ad unum redîere, nam & tu Roma abijſti, & Papa rebus abijt humanis, non hoc dico tui ſolius deſiderium ſatis eſt. Quid ergo? eſt pater excuſatio uera quidem, ſed difficilis, mearum nempe rerum ſtatus, incredibilis prorſus ignorantibus, ſcientibus atque cernentibus monſtruoſus eſt, dicam tamen quod res habet, & fidem quam fortaſſe non mereor, ueritas ipſa merebitur. Ego itaque, ſæpè dum ſanus uideor, æſtu ualido & febribus repentinis arripior, ita ut ſubitò exanimis appaream, omneſque in deſperationem cogam uitæ meæ præter paucos, qui me altius norunt, die autem uno uix exacto, ſubito etiam præter omnium ſpem, ceu reſuſcitatus aſſurgo, & quaſi ego ille non fuerim, reuertor ad calamum, & ad libros, & ago res meas, ut prius hoc non ſemel aut bis, ſed amplius quàm decies, hoc biennio paſſus ſum, ita ut medicos quoque, quorum nonnullos hic amicos habeo, ſæpe uiciſsitudo hæc mea, & uarietas iſta fefellerit, q an ſepius fallãt, an fallãtur in dubio eſt. cũ enim me nocte media moriturũ publicè dixerint, mane proximo redeuntes, credo ut ad tumulũ comitentur, inueniũt me ſcribentem: Stupẽt igitur nec quid dicãt habẽt, aliud niſi me hominẽ eſſe mirabilem, ut ſim ego in hoc, inq; alijs fortaſſe mirabilis. quãto ipſi mirabiliores. qui cum medici dicantur, & ſint homines literati legunt omnia, Ariſtotelem, Tullium, Senecam, Virgilium, quin & dialecticæ inhiant & rhetoricæ, & poëticæ, & aſtrologiæ, quodq; eſt peius alchimiæ, ſolam negligunt Medicinam, mirum dictù, cum tàm multa ſcire ſtudeant, id unum maximè quod profitentur ignorant. Sed hæc mihi cum illis uetus eſt quæſtio, uetus lis, decreueram ad te, maioremq; illum, qui me uocat primo uere iter carpere, & quo ad poſſem, per aquam proficiſci, reliquum per terram lento gradu, dicã quod mireris nullum hic uer fuit, aſprimãq; hyemẽ æſtas ardentiſsima, ſine medio cõſecuta eſt, hærebam cœptis tamen, & iã ſarciniculas cõponebã, dũ ecce mẽſis huius die ſeptimo iã uergẽte ad occaſum ſole, me familiaris mea febris inuaſit, uulgata fama, totiens in me licet eluſi, medici conuenerunt. quorũ unus magno philoſophiæ titulo inſignis (ô nomen olim uenerabile, nunc uanitati & inſcitiæ proſtitutum) fidenter aſſeruit me lucem proximam non uiſurum, uidi tamen Deo gratias, & illam & exinde aliquot alias, & ſi oculi colorquè hominis uerum ſpõdent, poſſũ multò quãuis ãtiquior, plures nũc etiã uidere, quam ille uitæ hominũ necator ineptiſſimus, ita enim ſibi cõſuetudinẽ fecit, omne ægrũ nocte proxima periturũ dicere, ſic in promiſſione ſalutis interdũ mẽtiri metuit, ut in cõminatione cõtrarij aſsiduè mẽtiatur. Cæterum & ego iam ætate fatigatus, & ille tabe confectus, haud dubiè niſi fallor, æui breuis ambo erimus, de mea quidem nullum, de illius autem morte, ut quibuſdam fortè uidebitur philoſophiæ damnum ingens fuerit. ego uerò ſecurus iurauerim, neſcire illum penitùs, non modò quæ philoſophi ſunt, ſed quid philoſophiæ ipſius uerum nomen importet. & de hoc quidẽ hactenus cuius ſciens nomen occului, ſoleo enim eorum contra quos loquar nominibus abſtinere, ne uel famæ, uel infamiæ illis ſim, hic iam ad me redeo. Nõ ergo ſicut illi qui ſolius phyſici nominis fiducia, uitæ mortaliũ mortiq; uiuentiũ fines locat, nec a trẽdit, quã mortuo ipſe ſimilior quã uiuẽti, ſed ſicut illi placuit, q annos & menſes, & dies meos, omnes ſub oculis numeratos habet: conualui, & ſurrexi ſanus ut uidetur, ſed tàm fragilis, ut in præſens de profectione non cogitẽ, quamuis in poſterum, propoſitum non mutari, caſus modò ſimilis, non occurrat, alioquin ſurrexiſſe quid proderit, ſi illicò recidendum eſt: neſcio quidem, unde hæc mihi uitæ tanta ludibria, peccata mea fateor, & hæc & multo etiam grauiora promerentur, uitæ autem meæ modus & ſobrietas, niſi fallor aliud merebatur. quod ſi pro peccatis meis hæc patior, gaudeo & Deo gratias ago,

modò

modò meis in rationibus ponantur hæc omnia, & ſit ob hæc mihi creator meus ad ueniam promptior atque facilior. de aduentu autem meo nil nunc aliud ſcribo, te enim meis promiſsionibus, ſæpius falli noli, multa tamen hic cogito, inquè his cogitatibus acquieſco, non quidem inſcius cogitationes hominum uanas eſſe, neq; mortalitatis & fragilitatum immemor mearum, uelle ſolum meum eſt, reliqua omnia in manibus dei ſunt. Spero & nitor equidem, te uidere antequàm moriar, profectò autem ſiue te uideam, ſiue non uideam, ſemper te uideo, & uidebo uidentem omnia Deum teſtor. Ad hæc unum quod cogitare te cogito, ſiluiſſe noluerim, eſt enim utrique noſtrum, immò omnibus apprimè neceſſarium. Tu quidem reor in ſilentio ex me quæris, & ego tibi in epiſtolæ huius calce reſpondeo, quid uel ego in hoc ſtatu, & inter uitæ huius anguſtias, inter has tàm crebras conflictationes corporis ac morborum agam, quid conſilij ipſe mihi capiam, tibiquè ſuadeam, quid nunc tuis quoque iactaris incommodis. idem enim tibi uolo, quid mihi idem conſulo, audi ergo, remedij externi penitùs nihil eſt, niſi fortè nunc primum Medicis fidem damus, ut ſenibus & infirmis opem ferant, quam iuuenibus & robuſtis nunquam ferre potuerint. ſcis ut Medici noſtri ſemp fuerint, Deus & natura alij, aut nulli fuerint nobis, aut nihil egerint, aut ualdè nocuerint, de his ergo conſilium irretractabile mihi ſtat, credo idem tibi, utrumque enim experientia una atque eadem docuit magiſtra, unum atque idem dogma percepimus, quid tandem medicus noſter uerſus ſupra in cœlo, & intus, in anima noſtra eſt: hinc auxilium expetendum, hinc ſperandum nobis, interea totis uiribus enitendū, diuina ope noſtro niſu in tutum euadamus. certè ſi grandiuſculam foſſam ſaltu unico uelles amplecti, longe curſum arriperes, ut ad locum ſaltus, cumulata uirtute, integer atq; agilis peruenires, nunc foueā montis horribilem, nulliquè prorſus euitabilem tranſituri, quam periculoſiſsimam omnium uel ſcimus eſſe, ut credimus, nunquid ad eam improuidi ueniemus: abſit à mentibus noſtris. per omnem uitam mihi crede, uel ſi hoc peſtifera dilatione neglectum eſt, hac ſaltem ætatis parte præparandus eſt animus, erigenda mens, colligendæ uires, abijcienda quæ premunt, arripienda quæ proſunt, quibus fulciti, horam illam expediti, & intrepidi uideamus, foueamquè illam irremeabilem tranſeamus, cuius primo ſaltu, ſi fortaſsis erratum ſit, nulla unquam ex integro ſaliendi ſpes relinquitur, nihil tamen ex omnibus prouidendum curandumuè æquè eſt, quàm ut Dei dextram, *ubique miſeris*, ſed illic præſertim, & neceſſariam & paratam, fideliter atq; humiliter apprehendamus, quæ morte ſuperata, ad immortalitatem poteſt ſola perducere. Vale.

Fran. Petrarcha Philippo Sabinenſi Epiſcopo Cardinali, S.

Verſiculos petitos mittit amico.

ROgas & rogando iubes (apud me enim inter preces, iuſſusq; tuos nihil intereſt) nempe cum & inter iuſſus ac ſilentiū nil interſit, modo mihi de tua uoluntate conſtaret, rogas, inquam, ut uerſiculos aliquot, quos olim in ſpelunca illa deuotiſsima dictaui, ubi ut ferunt, fœlix illa peccatrix Maria Magdalena, triginta uel eò amplius annis pœnitentiam ſuam egit, tibi per hunc nuncium tuum mittam. mihi quidem ita contigit, ut cum illo fortunæ multo maioris, quā prudentiæ, uerò illuc pergerem, diù obluctans, ad extremum non tàm ſuis, quàm piæ memoriæ Ioannis de Columna Cardinalis, cui nil negaſſem precibus uictus, atque conuulſus, in illo igitur ſacro, ſed horrendo ſpecu, tres dies & totidem noctes, ſine intermiſſione habitans, & ſæpe per ſyluas uagus, & comitatu cum quo eram non admodum delectatus, ad uſitatum ſolatium me conuerti, quod pellendis aptum tædijs ipſe mihi conflaui, fingendi ſcilicet animo, præſentiam abſentium amicorum, & auerſo à præſentibus cogitatu, cum abſentibus colloquendi hæc paranti, tu mihi primus affueras, cum quo mihi eo tempore familiaritas recens erat, paruo tunc epiſcopo, magno ſemper & præclaro uiro. cū ergo ſpecus in parte conſediſſemus, uiſus es hortari, ut breue aliqd dicerem, illius ſanctiſsimæ mulieris, ad gloriā, parui tibi, eoquè promptius, quo ut ſunt mentes hominum piorum, ad omnem deuotionem pronæ, ſed ad aliquam proniores, iam tellam inter ſanctas, ut Martinum inter ſanctos tibi prælegiſſe, perpēderam, feci autē raptim,

& ex

& ex tempore,ut qui nulla penitùs tūc in remoras pati poſſem,feruidus audaxq́; iuuenta. ut Maro ait: nam ſi eſſes fortaſsis oblitus,libenter enim obliuiſcimur tædiorum,curarumq́ue prementium,quartus & trigeſimus annus eſt,ex quo acta ſunt hæc, uide ſi interim poſſumus ſemiſſe,toto ante decennio,quàm in rure tuo poſitus Solitariæ tibi uitæ libros inſcriberem.cæterum tunc reuerſus,hos tibi uerſiculos incorrectos legi, qui tuo & meo nomine ſcripti erant,ut quos te imaginario teſte atque hortatore dictaueram, dehinc eos inter ſcripturarum mearum cumulos abieci,nec eorum amplius recordatus ſum, tú nunc illos petis,quos difficile fuit inter alia ſcripta,difficilius in mea memoria reperire. Ibi nempè perierant,nec penitùs occurrebat tale aliquid me feciſſe,tandem per iuditia temporum, quibus in talibus uti ſoleo,cum labore & puluere reinuenti ſemilaceri,ut erant,& ſqualentes ad te ueniunt,neque enim in eis aliquid muto,multa cum poſsim, quo ſcilicet nō quid ſum,ſed quid eram uideas, & cum uoluptate quadam adoleſcentiæ noſtræ rudimenta memineris:

Dulcis amica Dei,lachrymis inflectere noſtris,
Atq; humiles attende preces,noſtræq; ſaluti,
Conſule,namque potes,nec enim tibi tangere fruſtra
Permiſſum,gemituq́; pedes perfundere ſacros.
Et nitidis ſiccare comis,ferre oſcula plantis.
Inq́; caput domini,pretioſos ſpargere odores.
Nec tibi congreſſus primos,à morte reſurgens,
Et uoces audire ſuas,& membra uidere.
Immortale decus,lumenq́; habitura per æuum
Ne quicquam dedit ætherei,rex CHRISTVS olympi.
Viderat ille cruci hærentem nec dira pauentem.
Iudaicæ tormenta manus turbæq́; furentis
Iurgia,& inſultus & æquantes uerbera linguas.
Sed mœſtam intrepidamq́; ſimul,digitiſq́; cruentos
Tractantem clauos,implentem uulnera fletu.
Pectora tundentem,uiolentis candida pugnis,
Vellentem flauos manibus ſine more capillos.
Viderat hac,nunquam dum pectora fida ſuorum.
Diffugerent pellente metu,memor ergo reuiſit
Te prima ante alios tibi ſe prius obtulit uni.
Te quoq; digreſſus terris & ad aſtra reuerſus
Bis tria luſtra tibi,nunquam mortalis egentem,
Rupe ſub hac aliud.tàm longo in tempore,ſolis,
Diuinis contenta epulis & rore ſalubri.
Hæc domus antra tibi,ſtillantibus humida ſaxis.
Horrifica,tenebroſa ſitu, tecta aurea regum,
Delitiasq́; omnes & ditia uicerat arua.
Hic incluſa libens,longis ueſtita capillis.
Veſte carens alia,ter denos paſſa decembres:
Diceris,hic non fracta gelu,nec uicta pauore
Namq; famem & frigus,dura quoq; ſaxa cubile
Dulcia fecit amor,ſpeiq́; alto pectore fixa.
Hic hominum non uiſa oculis,ſtipata cateruis,
Angelicis,ſeptemq́; die ſubuecta per horas.
Cæleſtes audire choros,alterna canentes,
Carmina corporeo de carcere digna fuiſti,

Tu uiue & uale noſtri memor.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIbus, Liber XV.

FRAN. PETRARCHA LVCAE DE PENNA, S.

De libris Ciceronis.

DAbis ueniam inſignis Vir ſtylo,ut quibuſdam fortaſsè uidebitur, irreuerenti,ſed Deum teſtor minimè inſolenti, ſtylo enim alio uti neſcio, ſingulariter te alloquor,cum ſis unus, & in hoc naturam ſequor, ac malorum morem,non blanditias modernorum, miror qúe quid tu talis Vir, me aliter alloqueris,cum & ego unus ſum,utinamq; integer,nec in multa uitiorum fruſta diſcerptus,denique ſic Romanũ imperatorem,regesqúe alios,ſic Romanos quoque Pontifices alloqui ſoleo,ſi aliter facerẽ,uiderer mihi mentiri. quid'ni autem,cum IESVM CHRISTVM ipſum regem regum, & dominum dominantium,ut minores alios longè,licet maximos ſileam,non aliter alloquamur, utq; iã hic, quod olim cum antiquo feci,nouo glorier cum amico,ſtyli huius,per Italiam non auctor quidem,ſed inſtaurator ipſe mihi uideor,quo cum uti inciperem, adoleſcens à coætaneis irridebar,qui in hoc ipſo certatim me poſtea ſunt ſecuti,nunc incipio. Multos dies in itinere poſuit epiſtola tua hæc nouiſsima,ſiquidem *III.* Nonas Februarias, ad leuam Rhodani ripam data, *X*. Cal. Aprilis,ſerò admodum prima face peruenit, in hos colles Euganeos, ubi nunc ſecus intimum ſinum maris Adriatici,ſenex & infirmus, à iuuentute, dilectam Solitariã Vitam dego,amator ruris,oſor urbium. Petieras ex me, ut de libris Ciceronis, ſi quos inuſitatos,& extraneos haberem,tibi quoque cuidam nuper cœpto operi ſubuenirem,tua ſcilicet impenſa,quo iuſtior petitio tua eſſet,ſperans credo, nec immeritò, me faciè licet incognitum,honeſtis precibus haud difficilem fore, ſeu propter reſpectum famæ tuæ,longè etiam te dolentis,ſeu uel maximè propter illius reuerentiam,cuius iuſſu opus illud aſſumpſeras,domini noſtri Summi Pontificis,qui me dignatione eximia, & pijs uerbis ac literis ſuum fecit.quanquam omnes qui CHRISTI ſunt uniuerſali debito ſui ſint, petitioni tamen tuæ reſpondi,tunc non quod uolui,ſed quod potui. Ciceronis libros,nõ me alios habere,quàm qui communiter habentur,& quos idem dominus noſter habet,uel ut puto etiam pauciores,unũ addidi,quod & uerum fuit,habuiſſe me alios,& amiſiſſe. cuius rei longa eſſet hiſtoria,quam tamẽ pro tempore breuem feci. Eas literas ad te non perueniſſe ais,& petis ut replicem,q; ſcripſi ſimul ut rem noris,ſimul ut literis meis delecteris,q; ut ſperes tua charitas,& nobilis te cogit opinio, parebit, & quanquam ſenectuti occupatæ præſertim & inualide,non labor tantum,ut tu dicis,ſed ſupplicium ſit ſcribere, ſcribam tamen,de delectatione tu uideris,de fatigatione pronuncio. Certè ſi motũ animi mei ſequar, ego te hodie fatigabo,ita igitur ſe res habet. Siquidem ab ipſa pueritia, quando cæteri omnes aut Proſpero inhiant,aut Aeſopo,ego libris Ciceronis incubui, ſeu naturæ inſtinctu, ſeu parentis hortatu,qui auctoris illius uenerator,ingens fuit,facile in altum euaſurus, niſi occupatio rei familiaris,nobile diſtraxiſſet ingenium,& uirum patria pulſum, onuſtumq; familia,curis alijs intendere coegiſſet. & illa quidem ætate, Nihil intelligere poteram, ſola me uerborum dulcedo quædam,& ſonoritas detinebat,ut quicquid aliud uel legerem,uel audirem raucum mihi,longeqúe diſſonum uideretur. Erat hac,fateor,in re, pueri non puerile iuditium,ſi iuditium dici debet,quod nulla ratione ſubſiſteret,illud mirum,nihil intelligentem id ſentire,quod tanto poſt aliquid, licet modicum intelliges ſentio, creſcebat indies de-

dies deſiderium meum, & patris admiratio, ac pietas aliquandiù immaturo fauit ſtudio: & ego hac una, non ignis in re, cum uix teſta effracta, aliquã nuclei dulcedinẽ deguſtarem, nihil unquam de cõtingentibus intermiſi, paratus ſpontè meũ genium fraudare, quo Ciceronis libros undecunq; cõquirerem. Sic cœpto in ſtudio, nullis externis egens ſtimulis, procedebam, donec uictrix induſtriæ cupiditas, iure ciuilis, ad ſtudiũ me detruſit, ut ſi dijs placet addiſcerẽ. q̃d iuris de cõmodato, & mutuo, de teſtamentis & codicillis, de p̃dijs ruſticis & urbanis, & obliuiſcerer Ciceronẽ uitæ leges ſaluberrimas deſcribentem, in eo ſtudio ſeptennium totum perdidi, dicã uerius q̃ exegi. utq; rem penè ridiculam flebilẽq; audias, factũ eſt aliquando, ut neſcio, quo ſed minime generoſo cõſilio, omnes quos habere potueram Ciceronis, & ſimul aliquot Poetarũ libri, lucratiuo uelut ſtudio aduerſi, latibulis ubi ego, q; mox accidit metuens, illos abdideram, me ſpectante eruti, quaſi hæreſum libri flammis exurent, quo ſpectaculo nõ aliter ingemui, q̃ ſi ipſe iiſdem flammis inijcerer. Proinde pater, nam memini, me tàm mœſtũ cõtemplatus ſubitò duos libros, penè iam incendio adustos eripuit, et Virgiliũ dextra tenens, læua Rhetoricam Ciceronis, utrũq; flenti mihi ſubridens ipſe porrexit. Et habe tibi hũc, inquit, pro ſolatio quodam raro animi. Hũc pro adminiculo ciuilis ſtudij, his tàm paucis, ſed tã magnis comitibus, animũ ſolatus, lachrymas preſsi, dehinc circa primos annos adoleſcẽtiæ, mei iuris effectus, libris legalibus abdicatis, ad ſolita remeaui, eò feruentior, quò interrupta delectatio acrior redit. Poſt non multum tẽpus, circa uigeſimũ ſecundum ætatis annum, dominorum Columnenſium nobiliſsimæ, ſed heu nimium caducæ familiæ, quæ mihi uenerabilis, ſemper & flenda erit, familiaritatem domeſticam nactus eram, ſub qua penè totum adoleſcentiæ meæ tempus, & uirides annos egi, cuius mihi autor fuit uir incõparabilis, Iacobus de Colũna, tunc Lomberienſis epiſcopus, cuius mihi recordatio dulcis, pariter et amara eſt. non fuit mũdus eo dignus, CHRISTVS illũ ſibi uoluit, & citò terris ablatũ cœlo reddidit. Et quoniã ſenex ſenem fatigauit, ut ſcriberet, ſenem ſenex refatigabit ut legat. Ille igitur me diù ante metas pueritiæ, uix egreſſum Bononiæ uiderat, & ut ipſe poſt dicebat, meo delectatus erat aſpectu, ignarus adhuc quis aut unde eſſem, niſi quod ſcholarem ſcholaris, ex habitu cognouerat, in eo enim ſtudio, quod ego deſerui, ut audiſti ipſe perſeuerauit, donec honorificum ad terminum, mox ad Epiſcopium non annis debitum, ſed meritis eſt prouectus. Qu mob cauſam, cũ ad eã quæ Romana dicitur curiam profectus, ibi me infauſto illi carceri, ab origine deſtinatum, reuidiſſet, iam malas prima lanugine ueſtientem, conditionibus meis exactius exploratis, ad ſuam tandem præſentiam euocauit, qua ut puto nulla unquam d l. cior fuit, nulla ſuauior, nullus illo uiro grauior, nullus alacrior, nullus ſapientior, nullus melior, nullus aut in proſperis modeſtior, aut fortior in aduerſis atq; conſtantior. Non audita mihi, ſed uiſa oculis loquor, iam in eloquentia nullus par, corda hominũ habebat in manibus, ſiue ad clerũ, ſiue ad populum ſermo eſſet, quocunq; ſibi libuiſſet, animos audientium rapiebat. Iam & in epiſtolis & in quotidiano colloquio, tàm clarus, ut cum eũ uel legeres, uel audires, cor eius introſpiceres, neq; ullo opus eſſet interprete, ſic uerba conceptibus reſpondebat. Inerat & in ſuos ſine exemplo charitas, in amicos liberalitas indefeſſa, inexhauſta pietas in pauperes, affabilitas in omnes. hic uir tãtus ſit ut Flacci uerbo utar, ad unguem factus homo, eaq; oris ac morũ maieſtate, ut inter mille uiſu ſolo principẽ iudicares, cũ me ſemel atq; iterũ uidiſſet, ita me cõuerſationis et eloquentiæ ſuæ laqueis cœpit, ut ſup̃ma ſolus in mei animi arce cõſideret, unde nec diſceſsit unq̃; poſtea nec diſcedet. & erat tũc fortè ad Epiſcopatũ ſuum in Vaſconiã iturus, ac neſcius, reor adhuc, quod in me iuris haberet, quo iubere poterat orauit, ut ſibi in eo itinere comes eſſe uellem, ſeu fide quam tamen noſſe nondum poterat, ſed in fronte eam lynceus uir legebat, ſeu ingenio, ſeu uulgari delectatus ſtylo meo, in quo tunc iuueniliter multus eram, parui, atq; iui. ô tempus rabidũ, fugax uita, quartus & quadrageſimus annus eſt, nunquam puto lætior æſtas fuit, reuerſus inde, me in familiaritatem perduxit Reuerendiſsimum fratris ſui Ioannis, ſupra motẽ Cardinalium, uiri optimi atque innocentiſsimi, fratrumq; omnium, ad extremum magnanimi ſenis patris Stephani, de quo ut de Carthagine ait Criſpus: Silere melius puto quàm

parũ dicere. quin hoc ipſum, parce obſecro, ſi me ſolũ cogitas, dũ mihi obſequor tædio tibi ſum, dulcis enim mihi fuit amaritudo, Iacobum Columnẽſem primũ dominũ meũ, ſummum adoleſcentiæ meæ decus in memoriam meam fando reducere, unde, ut dixi, nũquam certè digredit̃, q, heu, nimiũ citò, me & non dico patris ac fratrũ, q me, omnes penè ſimul penẽre, ſed amicorũ omniũ ſpem deſeruit. Cuius à morte, directè ut de Africano apud Tulliũ ait Cato, tertius hic & trigeſimus annus eſt, ſed ſi uel ſtylus meus aliquid uiriũ haberet, uel famæ hominũ merita ſequerẽtur, dicere cõfidenter ꝙ ibidẽ ait idẽ: Memoriã illius uiri omnes excipiẽt anni ſequẽtes. ſed iam ſatis uulnera mea doloresq; refricui. nũc ad Ciceronẽ redeo. Itaq; iam aliquali fama ingenij, falſa licet, ſed multò maximè fauore cognitus ta liũ dominorũ, uarias amicitias, ꝑ diuerſa cõtraxerã, ꝙ eſſem in loco, ad quẽ fieret ex omni regione cõcurſus. abeuntibus demũ amicis, & ut fit petentibus, nunqd è patria ſua uellẽ, reſpõdebã nihil p̄ter libros Ciceronis, ante alios dabam memorialia, ſcriptoq; & uerbis inſtabam. & quotiẽs putas pre :es, quotiẽs pecuniã miſi, nõ ꝑ Italiã modò, ubi eram notior, ſed ꝑ Gallias atq; Germaniã, et uſq; ad Hiſpanias atq; Britanniã, dicam ꝙ mireris, & in Græciam miſi, & unde Ciceronẽ expectabam, habui Homerũ, quique Græcus ad me uenit, mea ope & impẽſa factus eſt Latinus, & nũc inter Latinos uolẽs mecũ habitat. Et quid tibi uis, *Labor omnia uincit improbus:* inquit Maro.

Multo ſtudio, multaq; cura, multa undiq; parua uolumina recollegi, ſed ſæpè multiplicata, eorũ uerò, q̄ maximè optabam raro aliquid, ita ut ꝙ humanis in rebus crebrò accidit, multa mihi deforẽt, multa ſupfluerent. Nondũ ſanè ſanctorũ libros attigeram, & errore cæcus & typo tumidus ætatis. Nil mihi ferè, niſi unus Cicero ſapiebat, præcipuè ex quo Quintiliani inſtitutiones Oratorias legi, quarum quodam loco, hæc planè ſententia ſua eſt, nam et liber abeſt, & uerba non teneo, Benè de ſe ſperet, quiſquis erit, cui ualdè Cicero placebit: & hoc in eo libro dicit, in quo de eloquentia, deq; Oratoribus agens libero iuditio, ſummi uiri Annei Senecæ, tunc placentẽ omnibus, ſtylum damnat, quo dicto magis ac magis in ſententia, tanto à ſtipulatore firmatus, ſi quando uiſendi deſiderio, quod tunc ſæpè faciebam, in longinqua proficiſcerer, uiſis fortè eminus Monaſterijs ueteribus diuertebam illicò. & quid ſcimus, inquam, an hic aliquid eorum ſit quæ cupio. Circa quintum & uigeſimum uitæ annum, inter Belgas Heluetiosq; feſtinans, cum Leodium perueniſſem, audito quod eſſet ibi bona copia librorum, ſubſtiti, comitesq; detinui, donec unam Ciceronis orationẽ manu amici alteram mea manu ſcripſi, quam poſtea ꝑ Italiam effudi, & ut rideas; in tàm bona ciuitate barbarica, atramenti aliquid, & id croco ſimillimũ reperire magnus labor fuit. Et de libris quidẽ Reip iam deſperans, librũ de Cõſolatione q̃ſiui anxie, nec inueni, quæſiui & librum de laude Philoſophiæ, quod & ipſe libri titulus excitabat, & in libris Auguſtini, quos iam legere cœperam, librum illum ad uitæ mutationem & ad ſtudium ueri, multum ſibi profuiſſe compereram, ſic undiq; dignus uidebatur, qui diligentiſsimè quærerentur. Enimuerò hic negotij nihil eſſe credidi, ſtatim enim affuit, nõ liber, ſed falſa libri ipſius inſcriptio, ꝙ ſciens narro, ne quando tibi ꝙ impoſsibile arbitror, idẽ qui mihi illuſit error obreperet, legebam, neq; aliquid de eo ꝙ titulus pollicebatur inueniebam ſtupebamque, & tarditati meæ alienum errorem imputabam, demum cum legendo cuius inſatiabilem me natura facit, in libros Auguſtini de Trinitate diuinum opus incidiſſem, inueni allegatũ ibi librum. nõ quidem quem habebam, ſed quẽ habere credebam, & aliquid ibi de eo libro poſitũ, q̃ nihil eſt dulcius, dirigui, & oblationẽ ratus, experĩtiæ die quodam feruidus, librũ legi totũ intentiſsimè, eius certè quod apud Auguſtinũ erat, penitùs nihil inueni: puduit erraſſe tàm diù, & remanſi certus, librum illum non eſſe de Laude philoſophiæ, ſed quis'nã eſſet incertus, eſſe aũt Ciceronis ſtylus iuditio erat. fuit enim cœleſtis uiri illius eloquentia, imitabilis nulli. Poſt hæc uerò cum ultimo Neapoli ueniſſem, Barbatus meus Sulmonenſis amicus optimus, & tibi forſan ſaltem nomine cognitus, uoti mei conſcius, paruum Ciceronis librum, mihi donauit, cuius in fine principium ſolum erat, libri Academicorum: quod ego perlegens, cõferensq; cum illis, qui inſcribuntur de Laude philoſophiæ, luce clarius, deprehendi illos eſſe duos, tot enim ſunt, tertium et quartum uel ſecundum &

tertium

tertiũ Academicorũ, ſubtile opus magis, quã neceſſarium aut utile. Sic lõgæuo errore liberatus ſum. obtulerat caſus mihi iam antea uenerabilem quendam ſenem cuius nomen, ut reor adhuc in curia notũ eſt Raymundum Superanniũ, ad quem, ante hos XL. annos, ſcripta iuuenilis mea q̃dam nũc etiam extat epiſtola, ille copioſiſsimus librorum fuit, & ut Iuriſconſultus, in qua facultate pollebat, alia quidem cuncta deſpiciens, p̃ter unum T. Liuium, quo mirũ in modum delectabatur, ſed hiſtoriæ inſuetum, magnum licet ingenium habebat. In eo ſtudio me ſibi utilẽ ut dicebat exptus, tãto amore cõplexus eſt, ut patrẽ potius crederes, q̃ amicũ. ille mihi et cõmodãdo libros, et donãdo ſupra cõmunẽ modũ facilis fuit, Liber Ciceronis de Gloria, ab hoc habui et Varronis et Ciceronis aliq̃. cuius unũ uolumẽ de cõmunib. fuit, ſed inter ipſa cõmunia, libri de Oratore, ac de Legibus impfecti, ut ſemp inueniuntur, et p̃terea ſingulares libri duo, de Gloria: quibus uiſis, me ditiſsimũ extimaui, longũ eſt exeq, quos & qualiter, & unde q̃ſierim, p̃ter unum uolumen elegantiſsimũ, cui par aliud inuenire difficile, paternas inter res inuentũ, q in delitijs pater habuerat, quodq̧ non ideò euaſit, quia illud mihi executores teſtamentarij ſaluũ uellent, ſed quia circa prædam pretioſioris, ut putabant patrimonij occupati, ceu uile neglexerant. In his omnibus, noui nihil, ut dixi præter illos de Gloria libros duos, & aliquot orationes aut epiſtolas. ſed ego ne fortunæ fruſtrà obniterer, ut uiator ſitiens, inopi riuulo, quibus poteram communibus me ſolabar. At non'ne ego ſat mirus ſum, mirandiq̧ materiam tibi do, qui rogatus hiſtoriam unam narro alteram, Poſtulas ut qualiter libros amiſerim dicam, ego qualiter quæſierim dico, ut cognito quantus fuerit quærendi labor, quantus fuit perdendi dolor intelligas. nũc q petis expediã. Fuit mihi penè ab infantia magiſter, q me primas literas doceret, ſub hoc poſtea Grãmaticã & Rethoricam audiui, utriuſq̧ enim pfeſſor ac p̃ceptor fuit, cui parem ego nõ noui, quo ad Theoricam loquor, q ad practicã attinet, non ita prſus Oratianæ cotis in morẽ, q̃ ferrũ nouit acuere, nõ ſecare. hic ſexaginta totos ut fama erat annos ſcholas rexit, & quot ſcholares, tanto in tẽpore uir famoſus habuerit, cogitari facilius quàm dici poteſt. in quibus magni uiri multi, & ſcientia & ſtatu, & legũ ſcilicet profeſſores, & ſacrarum magiſtri literarum, & p̃terea Epiſcopi & Abbates, ad ultimũ Cardinalis unus, cui ego puer patris intuitu charus fui, uir non ſtatu maior ac fortuna, cũ eſſet Hoſtienſis Epiſcopus, quam prudẽtia & literis. Et p̃ceptor ille quidẽ meus, incredibile dictũ, inter tot magnos, me minimũ omniũ p̃dilexit, hoc notũ erat omnibus. Nec ipſe diſsimulabat, unde Almæ memoriæ Ioannes de Colũna, cuius ſupra memini, Cardinalis, quoties iocari ſecũ uolebat, ſeniculi enim ſimpliciſsimi & Grammatici c p'imi delectabat alloquio, ad ſe uenientẽ ita pcontari ſolebat: Dic magiſter, tot inter diſcipulos tuos magnos, q̃s ut ſcio diligis, eſt'ne aliquis Frãciſco noſtro locus? Ille cõfeſtim lachrymis obortis au tacebat, aut interdum abſcedebat, aut ſi loqui poſſet, pſanctè iurabat, nullũ ſe tantum ex omnibus dilexiſſe: hunc talẽ homunculũ, Pater meus dum uixit liberaliter ſatis, adiuuit, inuaſerat enim eum pauperies ac ſenectus, comites importunæ ac difficiles, poſt obitum patris, omnem in me ſpem poſuerat. Ego autem impar licet, me illi tamen & fide & obſequio obligatũ ſentiens, aderam omni ope, qua poteram, ut deficiente pecunia, quod crebrũ erat, egeſtatẽ ſuam apud amicos, nũc fideiuſsione, nunc precibus, apud fœneratorẽ uerò pignoribus. millies in hunc uſum libros, & res alias aſportauit, & retulit, donec fidẽ expulit paupertas. Grauiore ſi quidem preſſus inopia, duo illa Ciceronis uolumina, unum patris, alterum amici, libroſque alios me tradente, abſtulit, prætendens neceſſarios ſibi in opere ſuo quodam, quotidie enim libros inchoabat, mirabilium inſcriptionum, & prooemio conſumato, quod in libro primum, in inuentione ultimum eſſe ſolet, ad opus aliud phantaſiam inſtabilem transferebat. quid te ad ueſperam uerbis traho? cum inciperet ſuſpecta eſſet dilatio, quod non egeſtati, ſed ſtudio conceſsi libri erant, cœpi altius exquirere, quid de eis actum eſſet, & ut oppigneratos comperi, penès quem eſſent indicari mihi petij, ut facultas fieret luendi eos. Ille et pudoris plenus, & lachrymarum, negauit ſe id eſſe facturum, quod turpè nimis eſſet ſibi, ſed quod ipſe deberet alter faceret, expectarem paululum, quod ſuum erat citò ſe facturum: obtuli in hanc rem pecuniæ quantum uellet, & hoc repuit, orans ne ſibi hanc infamiam inurerem. Ego & ſi nihil dicto fiderem, nolens tamen,

quem amabam contriſtare ſubticui. ipſe interim paupertate pulſus, in Tuſciam iuit, unde ſibi erat origo, me tunc ad fontem Sorgiæ, mea tranſalpina in ſolitudine latitante, ut ſolebam, nec prius eum abijſſe, quàm obijſſe cognoui: oratus à ciuibus ſuis, qui ad ſepulturam illum ſerò quidem laureatum tulerant, ut memoriæ eius honorificũ aliquod epigramma componerem. nec deinceps alia unquam diligentia, uel minimum amiſi Ciceronis iuditium, nam de alijs non curaſſem, inuenire quiui, Ita ſimul & libros perdidi, & magiſtrũ, habes en hiſtoriam quam petiſti, longiuſculam fateor, ſed dulce mihi fuit, & ueterum recordari, & nouo cũ amico diu colloqui, quem ignotum, & ſuiſpſius epiſtolæ cõmẽdant, & teſtimonium uiri illius, cui omnia crederem. Sentio autem nunc, quàm honeſtum eſſet, propter additiones & lituras hanc reſcribere, ſed occupationi ac fatigationi meæ tua parcat urbanitas, & quæcunque oculos lædunt, ceu totidem ſigna familiaritatis aſpiciat. Vale. Arquade *v*. Cal. Maias.

Fran. Petrarcha Franciſco Senenſi Phyſico, S.

Amicitiam ſpondet.

EPiſtola quædam repens atque inexpectata, & pijs affectibus tuis, & meis tàm ueris, utinam quàm amicis plena laudibus, me itineri accinctum, & mane moturum ſerò reperit. Non fit ab aſſuetis paſsio, ut uos dicere ſoletis, non eſt mihi nouum ire, ſed familiare nimis, & penè in naturam uerſum, præſens autem rerum ſtatus, iter ambiguum, meq; ſollicitum facit. Ibo tamen charitate inde tractus, hinc debito meo pulſus Inter hæc quamuis mihi ſilentium ſuaderet occupatio, uicit tamen tuus ille tàm feruidus noſtræ amicitiæ appetitus, extorſitq; ut hoc tibi potius tumultuarium, ac breuè reſcriberem, quam nihil reſponſurus fortaſsè latius ſi ſe aliquis, quod uix ſpero nunc ocioſus dies dederis. Vellem amice is eſſe, quem me facis, ſed non ſum, quiſquis autem ſim, quando ita uis, tuus eſſe non abnuo, hoc in præſens dixerim, ne præteritum te querare. Vale Patauí *XI*. Cal. Aprilis.

Fran. Petrarcha Franciſco Senenſi Phyſico, S.

De libro Vitæ ſolitariæ.

EPiſtola quædam tua, nuper ad me ueniens, quamuis ab illo rerum omnium, præterquàm mearum extimatore, rectiſsimo iure optimo laudata, & laudatoris ſui teſtimonium ſecum ferens, ſine ulla tamen forſitan reſponſione manſiſſet, niſi ut Ciceronis utar uerbo, conſignatis mecum ageres tabellis, inſerta epiſtola quadam breui, quam ante multos annos, tibi reſpondens ſcripſi, hanc tu in iuditio, uelut obligatoriã, profers, quaſi quod ſemel fecerim, ſemper facere ſit neceſſe. ꝙ quàm ſit iuſtũ iudica. Ego quidem hinc occupationibus innumeris, uireſq; meas excedentibus, hinc ætate iam deuexa, quã ꝑ ſeipſam morbus à quibuſdam dicitur, & aliorũ grauium morborũ circũuentus exercitu, ſi quietẽ ſilentij delegiſſem, forſitan excuſabilis fuiſſem, ſed epiſtola illa mea, in ipſo tuæ epiſtolæ corde cõſpecta, riſi mecũ artificioſam amicabilemq; uafriciem, et dixi tacitus: Nõ eſt fugæ locus, ſcribere oportet, quoniam ſcripſi. ſic arte mirabili extorques, ut ſcribam, nõ ſcribẽdi modò iam feſſus, ſed uiuendi equidem, ut multa ꝑteream, quadringẽtas & eò amplius epiſtolas, magna ex parte non exiguas, ſed ingentes mihi elapſas, diuerſis temporibus ad diuerſos plerunque, etiam ad ignotos, qualis es tu, duobus ſat magnis uoluminibus comprehendi, mille alijs reiectis, nullam aliã ob cauſam, quàm quod eas locus ipſe non caperet. An non, quæſo, ſi nil aliud unquam deliraſſem, ſatis ſuperq; ſatis, hoc uno deliratum uideretur; dum omnibus reſpondeo, quoſdam ultrò uerbis aggredior, magnam uitæ breuis partem, hoc in negotio conſumpſi, cum tot interim utiliora diſtulerim, & nunc iam ſenex facio, quod utinam iunior feciſſem. ſed contrariũ aliquando decreueram, & ſcripſeram, quamuis enim nullas ſtudioſi ferias laboris, uſq; in finẽ ſperẽ, huic tamen epiſtolari exercitio, finem pono, ne melioribus. ſtudijs ſemꝑ officiat: uideo enim infiniti op͞is eſſe, omnib. ad me ſcribẽtibus, reſpõdere, & cupio, ſi ꝗ modo poſsim, nugis meis ualedicere, anteq; ille mihi, iamq; in fine ſum, poſtq; nõ modò ſi ueniſſet epiſtola, ſed ſi Romanus imperator mihi ſcriberet, ꝙ ſæpè fecit, nõ aliter, ꝗ̃ quotidiano ſermone reſcriberẽ, ante finẽ uerò, quanquam ſub extremum ueniens, nõ modò reſpõſionem ipſam, ſed reponi eam inter alias meruit, ſimulq; illã alterã, qui iampridẽ mihi perierat, melius à tua diligentia, quàm à mea negligentia reſeruaram, & mihi gra-

mihi gratum, tibiqué forſitan non ingratum erit, ut meis in reculis, inter maxima nomina, ſaltem bis tuum nomen appareat. Nunc tandem ad epiſtolam ipſam tuam uenio. Scribis te quibuſdam opuſculis meis, nominatim libro Vitæ ſolitariæ, uſque etiam pias ad lachrymas delectatum, ea præſertim in parte, ubi triplicem ſolitudinem, beato illi, cuius nomen ambo gerimus Franciſco tribui. Ad quod quidem te non ſtyli uim, ſed amorem nominis induxiſſe, certũ habeo, utrũq; tamẽ gaudeo. Nã cũ omnes ferè homines, ſuarum rerũ iudices mali ſint, ꝙ amore iuditiũ obliquante, ſua illis omnia placeant, ego unũ omniũ, quos nouerim cõtrario malus ſum, mea mihi omnia diſplicẽt, tàm bona illa eſſe cupio, ut qualiacũq; ſint nõ ꝑueniant, quo uolebã. q̃ ſi quando cuiuſpiã intelligentis uiri iuditio, probata cognouero, incipio & ipſe mecũ opus diligere, ac ꝓbare. ꝙ haud quaq̃ euenire mihi poſſe miraberis, cũ Auguſtino tali uiro, memineris eueniſſe, ut magis flagraret, ſi libri ſui de Pulchro, & apto, hicrio ꝓbarentur Romano oratori, ad quem eos ſcripſerat, ſi aũt improbarentur, ſauciaretur cor ipſius. lege Confeſsionũ eius librũ quartum, haud procul à fine ibi hæc inuenies. Certè liber ille meus, de quo loqueris, ei ad quem ſcriptus erat, uiro acris ingenij, tàm probatus fuit, ut raro unquam clarius agnouerim, ꝙ dici ſolet, amãtum cæca eſſe iuditia, uſq; adeò, ut etiã poſtq̃ fuit ad Romanũ Cardinem promotus, eũ ſibi ad menſam, magnis uiris p̄ſentibus legi faceret, ubi nihil niſi de ſcripturis ſanctis legi ſolitum. Tibi amice ſi inſcriptus licet alteri probatur, non minori mihi eſt gaudio, immò quidẽ cò maiori, quò minus eſt aduentitiæ cauſæ. ut proberur aut placeat. Mouent ꝓfectò animum ſcribentis aliena iuditia, quibus maximè, neq; adularionis neq; odij ſit adiuncta ſuſpitio, ideoq; ueri Poëtæ, ut ait Cicero, ſuũ quiſq; opus, à uulgo conſiderari uoluit, ut ſi quid reprehenſum ſit à pluribus corrigatur. Addo ergo ſi quid laudatum à ſcientibus in pretio habeatur, dicit idem. Et pictores facere ſolitos, & ſculptores, quod ſpecialiter de Apelle pictorum principe ſcriptum eſt. Circa hunc ſanè tibi placitum libellum, quæris aliqua, q̃ mihi non uſquequaq; fateor clara ſunt. Reſpondebo tamen ut potero, dicis quidem Vitam ſolitariam à me ibi ueris & multis exemplis ac rationibus adornatam, quod an ita tibi uideatur, neſcio. Qualiter tamen ad hanc uitam natura aduerſante, uel fortuna, faciliteẽ aſcenſus, tuis utor uerbis, interrogas? quid hic dicam, Niſi ut qui uitam hanc non amat, quod obſtaculum eſt naturæ, amare eam incipiat, & optare. Id uerò qualiter fieri poſsit, iterum ex me quæres? dicam breuiter quod ſentio: Nullo melius modo, quàm diligenter ac grauiter uitæ huius oblectationes, & contrariæ miſerias extimando, quod fateor non poteſt, niſi qui utramq; ſit expertus, de quibus & à me ibi aliqua dicta ſunt, & multo plura à doctioribus dici poſſunt. Si fortuna autem bonæ ſe obiecerit uoluntati, hæc nempè ni fallor pars, tuæ dubietatis eſt altera, quid hic rurſus dicam, niſi quod omnibus notum eſt. Quacunque in re inter uoluntatem & actum, aliqua ſe obijciant impedimenta, abijcienda eſſe uiriliter, ut amotis obicibus, facilè ad optata peruenias, & ſi non ſim neſcius, eſſe genus impedimentorum, quæ abijci nullo queant modo. qualis eſt uxor in primis, de qua & tu mentionem facis his in literis tuis, & ego in libro illo, quid ſentirem, ſatis niſi me fruſtratur memoria palàm dixi. et de his quidem plura poſſem, ſed quid dicam aliud non habeo, unum antequàm hic abeam præmiſſus adijciam. Siquidem quod meus ille liber, tuas uenerit ad manus, gratum habeo, cuperem ut ſecum mea omnia perueniſſent, haberes reprehendendi copiam uberem, atq; perpetuam, at quod librum ſcripſeris, non placet, ut cur dicã. Venit Venetias nuper prior magnus Camalduléſis, uir claræ religionis, & lætiſsimæ ſenectutis, & iampridem amicus mihi, per literas, is penes amicum quendam meũ fideliſsimũ, librum illum reperit, & erat fortè, quem primũ ſcribi feceram, atq; ideò, ut fit, omnes undiq; margines additionibus pleni erãt, quas cũ ſenex legeret, & nunc hos nũc illos, primæ ſcripturæ additos uideret, amicabiliter ſubiraſcens. Quid, inquit, autor noſtri ordinis Romualdus, tantus amator ſolitudinis meruit, hinc excludi? ad hæc amicus ille, Cauſam, inquit, nullam ſcio, niſi quod ſcribenti forſitan erat incognitus. Prior inde iam ante me uidendi auidus, in hos montes uenit, & quæſiuit idem, & reſponſum idem ex me habuit, nempè uerum aliud non erat, hinc digreſſus, Romualdi uitam multis cum precibus, ad

me miſit, ex qua ego, quod ad ſolitudinẽ ꝑtinere uiſum fuit elicui, capitulumq́ʒ unum libro addidi. Illud quoqʒ deuotioni meæ additũ, ut ſanctiſsimũ illum uirũ, ſemper uenerabilẽ habeam, interq́ʒ alios confeſſores diem eius feſtum colam, dũ uixero *XIII.* Cal. Iulias. Huius rei fama excitus amicus alter, quæri cœpit, quid Ioannem quendam auctorem ordinis uallis Vmbroſæ compatriotam meum, poſt terga relinquerem, huic quoqʒ reſpondi, nõ id negligentia uel contemptu, ſed rei ignorantia cõtigiſſe, & nunc maximè uitam eius expecto, in qua ſi qd erit ad ſolitudinẽ ſpectans, & hũc inſeram. non enim ſanctitas ſola ſuffecerit. alioquin res in longũ iret, ſi ſtylo ſanctos omnes amplecterer, idq́ʒ me interdũ prædicatoribus reſpondiſſe memini, quærentibus in eo libro Franciſcum eſſe, non Dominicũ, meq́ʒ hac in parte ſuſpectũ aſſerentibus: dixi enim, & ſic eſt, hic de ſolitarijs agitur, & Dominicũ quidẽ ſanctũ lego, ſolitariũ nõ lego. Quia igitur & Romualdus hic, & ille forſitan Ioannes, de quo adhuc dubius ſum, addẽdi erant, ſi uidebit' mallem ſcribere diſtuliſſes, ſed ſtudioſi animus frenũ neſcit. eſt autem haud dubiè magna fames, ruſticos & ineptos cibos cogit eſurire. Quæris ex ordine, An'ne omnes Medicos æquè odio habeam, atqʒ contẽptui: ſentio, mouit te uerbũ unũ, in fine literæ breuis illius, quã nuper ad amicũ tuũ dominũq́ʒ meum Stephanũ de Columna, undiqʒ nobilem uirũ ſcripſi, ubi iocans dixi: Nec credidiſſe unq̃, nec crediturũ eſſe me Medicis. Eſt aũt haud indigna ſtudioſo cura ſcire uelle, qd de ſua facultate quiſque ſentiat, quamuis multorum, in iuditio, aut nihil aut modicum ſit momenti. Ad finem epiſtolæ tuæ, optas ut diligam Medicinam, & eſt æquum, utique ut qui te diligo, & tua omnia diligam, niſi fortè tuum aliquid, damnoſum tibi eſſe cognoſcerem. Ego uerò non ſum amicus, ſiquid fingo, uerè itaque Medicinam diligo, cuius ut homo ſemper egens fui, nunc ut ſenex egentiſsimus ſum, mendacia uerò Medicorũ, ſed eorũ, qui falsò Medici dici uolunt odi fateor. Legiſti ut dicis Inuectiuas meas, quas contra loquaciſsimam illam picam effudi, Papæ medicum, qui cum paucis Aphoriſmis, ruditer intellectis, habere cœlum ſibi ſub pedibus uidebatur, atque inde naturæ abdita contemplari. id tamen nihil ad me, ultrò ſibi ſuam ſuperbiam & ignorantiam relinquebam, niſi ipſe me primus acri conuitio laceſsiſſet, impertinenter id quidem, nihil ego ſibi ſcripſeram, ſed Rom. Pont. tunc Clementem *VI.* ægrotantem, bona fide monueram, ut caueret à Medicis, non quidem ab omnibus, ſed à multis, exemplo illius qui ſepulchro ſuo moriens iuſſit inſcribi: Turba Medicorum perij: eligeretq́ʒ, ut alteri percontationi tuæ ſatisfaciam incidenter, non duos quidem medicos, ſed unum tantùm, non eloquencia, ſed ſcientia & fide pollentem. Audiui autem pòſt, à Medicis, eſſe hoc ipſum conſilium Medicorum, quod an ita ſit, quis melius quàm tu nouit? hæc ſanè cum Pontifici ſuus nuncius iuuenis quidem bonus, inſcius literarum, confuſius retuliſſet, remiſit eum illicò ad me, iubens, ut quod ſibi uerbo mandauerant, ſcripto certius remandarem, parui, ut debui, & Epiſtolam illam ſcripſi, quæ fons odiorum fuit omnium. Ego autem iurgijs ignoti hominis è tranſuerſo ictus exarſi, fateor, eram enim multo tũc iunior ardentiorq́ʒ, quàm ſim hodie, tamen naturaliter uerecũdus, & fugitans iurgiorũ, tacere conſultius ducebã, & ꝑfectò tacuiſſem, niſi unus è principibus Eccleſiæ, cui familiariſsimus fui, ſilentiũ diſſuaſiſſet, dicens, illud ꝑ homines inſolentes, non modeſtiæ ſed ignorantiæ tribuendum. Ille mihi calamum in manu poſuit, quo arrepto, temperare non potui, quo minus oſtẽderem maledicum illum ſibi. ſed quid opus eſt pluribus? Si ut dicis illud opuſculũ legiſti, attendiſti credo, me nihil contra Medicinã, ſed contrà falſos Medicos, quorum ille dux erat omnia locutum. Medicinam quis odiſſet, niſi amator ægritudinum? Venerabilis atqʒ amabilis illa quidem, non ſolum quia creauit eam altiſsimus, ut tu ſcribis, & multum hoc uerbo ſibi placent omnes Medici, cum id omnium ſcientiarum atqʒ artium ſit commune, quarum nulla eſt, quã altiſſimus non creauit. principium libri illius, ubi uerbum illud eſt relege, ita ibi ſcriptum aſpicies: Omnis ſapientia à domino Deo eſt. procede hinc ad ſeptimum libri capitulum, inuenies nominatim, Ruſticationẽ, hoc eſt agriculturã ab altiſsimo creatã, et ad ſummã qcquid utile homini futurum erat, creauit altiſsimus, ſed propterea illam amo, quia humanæ uitæ utilis erat, niſi facta eſſet inutilis. Illud amo igitur, & hoc odi, illos maximè qui huic malo

materiam

materiam præbuêre, parcat illis Deus, immò non parcat, qui temeritate peſtifera tàm neceſſarium, tamq́ honeſtum præſidium naturæ fragilis euertentes, mutum ut Virgilius uocat, hoc eſt reale artificium, uerbale præcipitium effecêre, moxq́ ut murice ueſtiti, atque auro inſigniti ſunt, uitæ neciſqué omnium ſe credunt imperium aſſecutos, atque utinam ſuo proprio, non communi periculo fallerentur, ut cauſas rerum profundius ſcrutarentur, nec tàm prompti eſſent, ad funeſta remedia, quæ peregrinis nominibus adũbrata deliteſcant, & Latinam mortem Græco uelamine obuolutam credulis inuehant. Odi ego, fateor, in omni genere hominum mendacium, eſt enim Deo aduerſum qui eſt ueritas, ſed nullum magis odi, cum ſit periculum in nullo mendacio maius, ut Plinius ait, unum excipio, quod circa religionem fallit, eſt enim ut illud corpori, ita hoc animæ mortiferum. An uerò dicat aliquis, & tu dicis, Huic Medicorum infamiæ nullum excipis: uellem hercle, neſcio enim quomodo è nullo genere, tot amici mihi ſemper fuerint, ſintqué uſque hodie. ſed ne quid diſsimulem, aut occultem, ne quicq̃ hactenus quos excipiã q̃ro, doctos q̃dem uiros, & eloquẽtes inuenio, nõ Medicos, ego autem uerba ab Oratoribus aut Poëtis, at à Medicis ſanitatem ſolam, & ut dicam breuiter non Medicinæ, ſed ſalutis profeſſores quæro, quos ſi inueniam, non diligam modo, & colam, ſed paulò minus adorabo, diuini muneris largitores. Itaque ut ipſe fateris, principibus Medicorum, quos tu memoras, non detraxi, nec detraherem quidem unquam, nondum ſic inſanio, modò illos fama concelebrãs uera ſit, & credo uerã eſſe, q̃uis domeſticũ teſtimoniũ ſuſpitione nõ carear, his tãtum detraho, qui ſaluẽ polliciti, nos infarciũt ſyllogiſmis. Sed iam ſatis multa de Medicis, de quibus multò plura, cum eiſdem, quàm cũ alijs loqui ſoleo, quæ u plurimum in iocos deſinunt. Eſt mihi inter alios unus hic, niſi eum Medicina detinuiſſet iturus ad ſidera, tàm excelſi, tamqué capacis eſt ingenij, mihi uerò tàm amicus, ut uix ipſe ſim amicior, hic me anno retro tertio, febrientem cum iuſtis ex cauſis adire non poſſet, literis uiſitauit, monuitqué, q̃d in eo ſtatu mihi eſſet agẽdũ. Ego cuius feruor ãnis tepuit nõ refrixit, ſciens q̃d mihi ſcripturus eſſet, quippè qui Medicorum conſilijs plenus ſum, antequàm literas legerem calamum cœpi, q̃bus lectis iugiter æſtuans reſpõdi, & longa fuit altercatio, ſed amica, nẽpe primis congreſsibus, non contenti, magnis iterũ epiſtolis literali diſputatione cõfliximus, tandẽ ipſe peruicatiã meã ſentiens ſubticuit. Suadebat aũt inter multa, ut fructibus arboreis, aquæ potu, & ieiunio abſtinerẽ, cũ ego tamen, ut naturã meã noui, ſine aquæ potu triduo nõ uiuerẽ. Nõ ſum, niſi fallor, adeò ignarus rerũ, ut meipſo melius Græculus q̃ſpiã, aut Arabiculus me cognoſcat, quem nunquam uiderit, mille annis ſepultus, antequàm naſcerer. Eſt apud Ciceronẽ in Officijs locus quidam, ad hæc ſpectans. Valitudo, inquit, ſuſtẽtatur notitia ſui corporis & obſeruatione, q̃ res aut prodeſſe aut obeſſe ſoleant, & continentia in uictu, omniq́ cultu corporis tuendi cauſa prætermittendæ uoluptatis, addit tamẽ unũ, quod his aduerſum uideatur, Præterea, inquit, arte eorũ quorum ad ſcientiã hæc pertinẽt. Vbi ego, ut te tantiſper à litibus ad riſum uocem, ſcripſi in margine manu mea ſic: ubi ſunt q̃ſo? & erant tũc fortaſsè aliqui, & fortaſsè hodie ſunt, quamuis eos ipſe fortè nõ uiderim, uel ſi uidi certè nõ nouerim. Sed ad amicũ meum illum redeo, cũ quo longa concertatione habita, ipſe in ſua, ego in mea opinione ſubſtitimus, nec ille me in ſuam, nec ego illum trahere in ſententiam meam poſſum. ille me diutius fuiſſe uicturum dicit, ſi Medicis paruiſſem, ego uerò maturius moriturum. nam & eſſe me delicatiſsimæ complexionis, quæ in morbos citò incidens uix emergat, & experimento admonitum, tutius mihi naturæ meæ credere, quàm horum conſilijs, qui uocantur Medici. & iam tamen ſatis diù uixiſſe, & quantulum reſtet incertum eſſe. Hæ ſunt inter nos quotidianæ diſſenſiones, ſed modeſtia eius conſtantiæ meæ cedit, & iam ſenſim, ut amicus, non ut Medicus ad me uenit, idqué perſæpè, nam & confabulationibus meis, & qualibuſcunque ſcriptis incredibiliter delectatur. Cum hoc tamen, & cum alijs conuerſando, ita mihi accidit, ut Medicorum conſilia multa didicerim, nihil credam, quia efficax, nihil experior, hoc eſt illud quod à me dictũ breuiter, te in longã traxit admirationẽ. ſic eſt tamen, non uerbis credo, ſed effectibus, qui non fallunt, antequàm meum limen intret Medicus, ſcio ex parte quid cõſilij afferat.

Ede pullos, uix dum natos, bibe aquam coctam, tepentemque utere fœdo illo remedio, quod ab aue littorea Medici didicerũt & ſimilia. Ego autem meo uno Dei conſilio uſque ad hunc diem uixi, eodemque uſque in finem uiuam, cumq; naturæ debitũ perſoluero, Deo preſtãte eſſe ſanus incipiã ac ſecurus, hæc tàm multa de cõmunibus, de te amice quid diffiniam non habeo. Ingenioſum uirum ac diſcretum uideo, qualem Medicum certe non uideo, poſſem uidere ſi uicinior fores, ualdè enim nunc præcipue ſano Medico æger indigeo. quando autem hoc iter ingreſſus es, ſi quid mihi credis enitere, ut unus ſis illorum, ſi qui ſunt, non qui ſyllogiſant, ſed qui curant. Et quamuis multa dixerimus, unum tamen, quod in parte erat epiſtolæ tuæ prætereundũ non exiſtimo. Optare te annos uitæ tuæ mecum, ſi licet, partiri, ut quod tuæ ſubtraheretur meæ accederet ætati, eius abditi uoti, tui Deum teſtem facis. nouæ quidẽ amicitiæ ingens liberalitas, ſed animoſa fiducia, dedie dubium, annos uelle largiri, etiam ſi à puero quolibet Neſtori eſſet oblatum, ſeu ipſi quoque uiuaciſsimo hominum Mathuſalem. Omnes enim morimur, nec ullus eſt certus uitæ modus, aut ordo moriendi, quotidie ſenectutem ultimam iuuenes antecedunt. Te tamen loqui talia, pius amor cogit. credo igitur & gratias ago, meq; uel hinc maximè tibi carum ſentio antequàm cognitum. Proinde anni tui amice ſint, læti utinam ac fœlices, mei autem ut ualdè multi eſſent, unquam optaui, iam optare incipio, ut pauci ſint, ut enim cum Patriarcha Iacob loquar, dies peregrinationis meæ parui ſunt, & mali, & dum reſpicio ad ætatis noſtræ mores, nihil melius in futurũ ſpero, ſicut ait Satyricus: *omne in præcipiti uitium ſtetit.* Vale Arquade Cal. Maij.

Fran. Petrarcha Philippo Sabinenſi Epiſcopo Cardinali, S.

De abſentia amicorum æquo animo ferenda.

SPerabam quod optabam, ferè enim ſpes deſideriumquè cohabitant, ſperabam hac anni parte tecum eſſe, ut et tibi ſæpe roganti ſatisfacerem, & mihi ſemper optanti, de hoc & tibi ſpem dederam, & mihi, quæ ut uides utrũque fefellit, uide oro, nunquã ego te fefelli, non incipiam nunc, uide inquam, tentaui omnia, nil ſucceſsit. experiri uolui, an mille ſaltem paſſus equitare poſſem, nunquam potui, tantusq; erat ardor animi, ut ſi id potuiſſem, de reliquo benè mihi ipſe promitterẽ. ſpoliauit me igitur mors amicis, quod illa nõ fecit, ſupplet abſentia. Fer pater æquo animo, inter amicos numerari, quis enim et uirtutis, & ſtatus imparitas, ab hoc te numero ſegregare uideat, & ſis profectò mihi plus aliqd, quã amicus, ſi qui amat tamẽ & amatur eſt amicus, dũ ſit amor hic amati cauſa, nõ alia, amicus es haud dubiè, neq; enim minus mihi de animo tuo cõſtat, quã de meo. Neq; uerò te grauiter laturum ſcio, quod amicus tuus dicar, cũ audieris Auguſtũ Cæſarẽ, nõ ſolũ ferre, ſed optare & hortari, ut Horat. Flaccus nõ humilis modo, ſed libertinæ originis amicus ſuus, dici uelit, quin & inſolẽtias Cardinaliũ alto animo reiecturũ, qui exiguo rubenti panno, mortalitatis obliuione capiuntur, nõ mortales tantũ, modo illi quidẽ, ſed quodãmodo moribundi, tu niſi tanto tempore mecũ es, & nõ cognoui te, non ſolũ hoc panniculo nõ ſuperbis. ſed ne qualibet purpura, ſeu corona, immò et funditus te noui, factus humilior nulla te re alia, quã ſolis auctũ curis ſentis. & quotidie ex hac tua magnitudine mediocritatẽ priſtinã, & trãquillas ſolitudines atq; ocia noſtra ſuſpiras, dũ ſoli in ſyluis totos dies, ageremus, & famuli ad horam prandij nos quærentes, uix ad ueſperam inuenirent, & oblitos cibi, & mirantes diem tàm uelociter tranſiuiſſe. Sileo quanta, quàmq; honeſta nobis eſſet ex alterno ſermone delectatio, dum nil niſi de noſtra ſalute, uel de literis atq; rerum illuſtrium memoria loqueremur, terrasq; omnes, & omnia ſæcula, ſimul ante oculos haberemus, ſupra quam credi poſſet, noſtra ſorte contenti, & rerum labentium contemptores, præcipuis laudibus efferentes, inter quos Iacobum de Columna, qui ætate tunc iuuenis, ſed morum grauitate, & mortis uicinitate iam ſenex, cum ab omni ambitione remotiſsimus, ad Epiſcopatum papa iubente, inſcius, ne dicam inuitus perueniſſet, atque inde ad Patriarchatum Aquileienſem, ſummo nobilium ac totius populi conſenſu, ac ſtudio peteretur, ab urbe Roma, ubi tunc erat fratri ſcripſit, & fidis ſuis, inter alios, mihi iurans, aſcendiſſe ſe altius quàm uellet, neque unquàm amplius aſcenſurum, nec ita multò poſt tamen ad cœleſtem dignitatem

tatem CHRISTO uocante conſcendit. Hæc, inquã, & quæ ſunt id genus ſileo, ad id mihi te ſponde, uel tacitus, quantò tũc dulcius auribus tuis inſonuit Sorgæ murmur, & uolucrũ cantus, quàm nunc clamor litigãtium, qui in noſtris conſiſtorijs tartareo reboat mugitu, huc te tamen extulit ſors tua, &, ſumma illius ſancti patris prouidentia, qui te prædeceſſoribus ſuis incognitum, & libẽtiſsimè latitantem noſci dedit, Eclesiæ conſulens, non tibi niſi quod magnus et pius labor, inter tot præſertim impios, præmio non carebit, hæc præfatus, nec de tua æquanimitate longe quẽ licet imparis, amicitiæ nomine, ulla dubius ex parte ad inſtituta progredior. Ita me igitur ille amet, qui amando fœlicitat, ut uix ulla mihi eſt tanta iucunditas, quantam ex tui ante alios amicorumque fidelium commemoratione percipio, uellem ex conuerſatione poſſe dicere, ſed ea rarior occaſio eſt, Ita enim fato aſperiore diſtungimur, ut legendus ſæpius, quàm audiendus ſpectandusue ſim uobis, utendum ſorte, nec acerbanda querelis abſentia, nec deſideriũ impatiẽtia irritandum, dictum eſt ſæpè, & dicendũ ſæpius, ſi nihil niſi quod oculis cernimus amaremus. Nemo Deũ, nemo animam ſuam, nemo ſeipſum, niſi per ſpeculũ amaret, ego uerò, & in amicis, & in me magis amo, quod non uideo. In quo ipſo, quo mirum in modum recreor, conuictu non tàm uultus, atque ora præſentium, quàm internam pulchritudinem, animæ faciẽ ac lineamenta conſpicio, & quod in quolibet uideo oculis primũ occurrit, non amicum, ſed amici habitaculũ eſſe ſcio. Animus enim cuiuſque is eſt quiſque, non ea forma quæ digito demirari poteſt, ut eleganter ait Cicero. quod cogitãs Anaxarchus in ſupplicio poſitus, ad carnificẽ ſuũ ait: follẽ Anaxarchi feri, follẽ nempe feriebat, ubi latebat, atque unde ſpirabat Anaxarchus. Philoſophum enim ipſum in arce rationis extãtẽ, & patiẽtia armatũ ferire nõ poterat. Ea cogitatio mihi præſtat, ut diſtãtibus licet habitaculis, ſemper habeã uos potentes, cũ & animus meus ſit uobiſcũ ſemper, & ueſtros mecum eſſe confidam Neque tantum eos qui procul abſunt, ſed eos quoque, qui penitùs abierunt, iamque exiguũ in cinerem uerſi ſunt, uos adeſtis, uiuũt illi. Sic totũ abſentiæ mortiſque diſpendiũ amor lenit, & ego omnes, tã mortuos quam abſentes, tecque in primis uideo, & cum ad te uenire non poſſim, tecum ſum aduerſante licet & repugnante fortuna, & ſi non ſum neſcius, nimis ipſis in uocibus, inque fulgoribus oculorum, quibus amicus intus habitans, utcumque quibuſdam ueluti bipatentibus feneſtris aſpicitur, ſummam ineſſe dulcedinem, atque inextimabilem uoluptatem. Sæpe forſan hoc nomine uſus uideor, ſed quamuis infame nomen, uulgo indice ſit uoluptas, ad utrumlibet tamen doctiorum iudicio trahi poteſt, cuius rei præclariſsimos auctores, Ciceronem & Senecam habemus, qui & uoluptatem illã Epicuream damnent, et honeſtæ delectationi, nonũquam idem ipſum uoluptatis nomen attribuunt, & Maronem ubi & uniuerſali omne genus oratione complectens ait:

Trahit quemque ſua uoluptas:

Et regem patrem, cuius amore, ut nullus maior inter homines, ſic nullus honeſtior filio loquentem facit, *Dum te chare puer mea ſera & ſola uoluptas*

Complexu teneo.

Quod ſi tantorum triũ teſtium auctoritas, uocabuli unius infamiam non abſtergit, omni exceptione maior, quartus accedat, quo non ſolum uoluptas, ſed ebrietas etiam ſobria & ſancta ſit. Nonne enim æthereus cithariſta Dauid, Deo gratiſsimum, carmen canens cum dixiſſet: Filij hominum in tegmine alarum tuarum ſperabunt. confeſtim addidit: Inebtiabunẽ ab ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos: puto iam ad excuſationem infamati nominis, nihil amplius requiri. Tu autem Vale, & ſic habe, poſt Deum ac uirtutem. de quibus adhuc non tàm gaudeo, quàm gaudere cupio, proximam mihi eſſe fidis atque honeſtis in amicitijs uoluptatem. Arquade. III. Nonas Maias.

Fran. Petrarcha Carolo IIII. Imp. Rom. S.

De falſitate priuilegij, Auſtriam ab imperio eximentis.

CLaudum uſque quaque mendaciũ eſt, facile deprehendiẽ, acris ac uelocis ingenij iudiciũ ægre fugit, producitur en mane Chirographũ ampulloſum, ueri uacuo, per neſcio quẽ, ſed proculdubiò nõ magiſtrũ irratũue hominẽ, ſed ſcholaſticũ rudẽque literatorẽ, uixque mẽtiendi auidũ, ſed fingẽdi mẽdacij artificiũ nõ habẽtẽ, quod ſi habuiſſet, nunquam certè tã inſulſas ineptias

ineptias effudiſſet. Solent enim huiuſmodi artifices, uerisimilitudine aliqua, falſum condire, ut quod nunquã fuerit, quia tamẽ his quæ fuerunt ſimile eſt, & ipſum fuiſſe credi poſſit, hic ſi fortè Ius Romanũ & imperij maieſtatẽ armis ac legibus & uirtute fundatã, atq; uallatum, nugis ſuis euerti poſſe crederat, quod extremæ erat inſaniæ, debuit ſaltẽ artificioſas nugas, & coloratum proferre mendacium, quod non ſtatim oculis etiam lippientibus appareret, de quo quidem figmento Cæſar, dubius non ſum, quin tibi illicò, tuiſq; proceribus ſapiẽtiſsimis uiris, atq; doctiſsimis & in primis Cancellario tuo oculeo prorſus ac lynceo, tota funditus illius nebulonis ſcæna patuerit, quia tamẽ me, hic quoq;, quod ſentio loqui iubes. pareo & loquor, quod ex tempore in animum uenit occupatum, lõgeq; alijs preſſum & obſeſſum curis, non hoc ultimum tuæ Clementiæ pignus habens, quod me tanti ſecreti conſciũ, atq; participẽ uoluiſti, quodq; his fraudibus deregẽdis idoneũ cẽſuiſti. Omitto aũt, ꝙ par in parẽ nõ habet imperiũ, neq; aliud Iulius Cæſar ſtatuit aut Nero, cuius tu cõtrariũ ſtatuere, tuo iure nõ ualeas. quod nõ uidit ille triſurcifer, dũ indigniſsimæ libertatis, duos illos finxit auctores, calliditate ridicula, quaſi quod optimus feciſſet, & peſſimꝰ cõfirmaſſet, reſcindi poſſet à nemine: hãc tamẽ litigij particulã, Iuriſcõſultis ſuis linquo, ſeu potius tibi, cuius in ſcrinio pectoris, ut puer in ſcholis ciuilibus audiebã, iura ſunt omnia, ad id quod expectas uenio. Nos inquit Iulius Cæſar Imperator, nos Cæſar, & cultor deorum, nos ſupremus terræ Imperialis Auguſtus & reliqua. Quis tàm hæbes rerumq; inſcius uſquam eſt, q nõ iam hinc apertis oculis uideat, totidẽ ꝓpè mẽdacia eſſe, quot uerba, licet enim ut Lucanus ait, omnes uoces, ꝑ quas iã tẽpore lõgo, mẽtimur dominis, ætas primum illa repererit, nõ tamẽ illas uoces repererit, ꝑ quas nobis domini mẽtiũtur, quis ergo Cæſarẽ ſui, plurali numero, quod ante eũ nulli alij factũ erat alloq cœpiſſẽt, magnitudini eius adulãtes, q mos poſtea ab Imperatoribus in populũ fluxit, ipſe tamen de ſe nunquam cum militib. etiã ſuis, niſi ſingulariter loq ſolitus inueniť: hoc ille bos ignorabat, ꝙ ſi ſciſſet cautius mugiſſet. Sũt penès me, ipſius de quo agitur Iulij Cæſaris aliquot familiares epiſtolæ, nã eiuſdẽ orationes, apud Lucanũ atq; alios multæ, apud Saluſtiũ una, dici poſſent, nõ illius, ſed ſcribẽtium arbitrio dictatæ. Epiſtolas autẽ idẽ ipſe dictauit, è qbus exẽpli gratia paula decerpſi, Cæſar Oppio Cornelioq; Salutẽ. Gaudeo me herclè uos ſignificare literis, quam ualdè probetis, quæ apud Corfiniũ geſta ſunt, cõſilio ueſtro utar libẽter, & hoc libẽtius, ꝙ mea ſponte facere inſtitueram, ut quã leniſsimũ me ꝓberẽ. Itẽ Cæſar Oppio Cornelioq; ſalutẽ. Ad *VII*. Idus Mart. Brũduſiũ ueni, ad murũ caſtra poſui, Põpeius eſt Brũduſij, miſit ad me Cn. Magiũ de pace quæ uiſa ſunt reſpõdi, hoc uos ſtatim ſcire uolui. cũ in ſpẽ uenero, de cõpoſitione aliqd me cõficere, ſtatim uos certiores faciã. Idẽ Ciceroni ſcribẽs. Et ſi te, inqt, nihil timere, nihil imprudẽter facturũ iudicarẽ, tamẽ ꝑmotus hominũ fama, ſcribẽdũ ad te exiſtimaui, & reliqua. Extat eiuſdẽ epiſtola, ſeu priuilegiũ de re magna, nõ ad ſingulos familiares, ſed ad gentẽ Sidoniorũ talis Cn. Iul. Cæſar Imperator & pontifex, & dictator *II* Magiſtratibus Sidoniorũ & Cinthiæ, & populo ſalutem: Si ſani eſtis bene eſt, & ego ſanus ſum, cũ meo exercitu. Exemplum facti decreti, ad Hircanum filiũ Alexandri principem ſacerdotũ, & rectorem gentis Iudæorum uobis deſtinaui, in publicis ueſtris annalibus reponatur. Volo uero Græcæ & Latinæ in ærea tabula ſcriptũ hoc proponere, & ſtatim poſt cũ deliberata ſententia decreui, & infra propter has cauſas Hircanũ Alexandri filioſque eius rectores gentis Iudæorũ eſſe, & principatum Sacerdotij gentis Iudaicæ ſemper habere, ſecundum patrios mores præcipio, ipſum quoque filioſque eius, inter eos qui auxiliantur nobis, & inter uiros nobis amiciſsimos, eſſe cenſendos, quantacũque ſacerdotalia iura ſunt, eũ & filios poſsidere decerno: & reliqua. Hanc quidem epiſtolam apud Ioſephũ certiſsimum auctorem hiſtoriarũ libro tertio, ſi quæris inuenies, poſſem curioſius inſiſtere, ſtylum uides. nam quod ſe Cæſar hic Iulius, Auguſtum uocet non falſum modò, ſed ridiculũ quis non uidet? ſiquidẽ nomen hoc, ab illius ſucceſſore principiũ habuiſſe, putabã pueris, q uel ſcholæ limen attigiſſent omnibus, notũ eſſe, lege Annei, Flori, lege Suetonij Tranquilli, lege Oroſij, lege Eutropij, lege deniq; omnium hiſtorias, Nullus hoc ignorauit, præter hunc aſellũ importuniſsimè nũc rudentẽ. Iam quod ſequitur neſcio, quis auunculus manufactus, mirũ penitùs, quid ita Iulij Cæſaris auũculus, in illis tantũ literulis

notus ſit,

notus ſit, nuſquam omnino alibi lectus, uel auditus, præſertim cum ipſius pater Cæſaris, uel nulli uel paucißimis cognitus habeatur: quod mirarer, niſi quia cogitare ſoleo, fuiſſe tantam illius uiri gloriam, eumq́; nominis ſplendorē, ut nō aliter ꝗ ſol ſtellas, ille circa ſe poſitas obſcuraret, unde aūt auunculus iſte nūc redeat, aut ubi nam tot ſæculis latuerit, ſiue quam ob noxam in extrema terrarum deportetur, neſcio, ubi præcipuè illud miror, quod teſtis innominatus ad iudicium uenit, & tanta de re fides quæritur per eum, cui non ſolum fidei, ſed nominis ſit defectus: quo magis magisq́; detegitur rei nullitas priuilegio, ſine illius nomine, cui conceſſum dicitur prolato, cū priuilegia, ſi pueritiæ recolo, ſtricti iuris ſint. Multa ſunt ibi, quæ illud debilitant, & infringūt, & hanc quoq; particula Iuriſconſulti tui uideant. Niſi fortè magis ſerium orientalis plagæ nomen dicas, quæ uulgo Auſtria dicitur, cum tamen auſter & oriens ſint diuerſa, uerum ea nomina pro ſitu finitimarum regionum uariè impoſita, dixerim, uerè autem, ſiue omnē terræ ambitum, ſiue urbem Romam, unde hæ literæ, quibus eſt ea pars imperio eximeretur, manaſſe finguntur ſpectes, neq; auſtralis eſt regio ſed arctoa. Quid quod data literarum aperriſsimè falſa eſt? ubi nec dies certus, ne Coſ. aſcribitur: quis enim niſi amens dicat, datum Romæ die Veneris, regni noſtri anno primo, & non adijciat, cuius menſis quota ſit dies, quis paſtor, ſeu quis arator ita ſcriberet, ne dum ille, qui præter cætera ingenij opera, quo non iunior, quàm imperio fuit, anni totius exactiſsimam rationem noſcitur inueniſſe. Nam quod ait regni noſtri, ſic à ueritate ſemotum eſt, ut non riſum modò, ſed bilem excitet ſtomachumq́; concutiat. Cæſar enim ut audiſti Imperator & Pontifex & dictator dici uoluit. Rex nunquam, Reges Romæ ſeptem legimus, prima urbis ætate, ſi qui poſt illos regnare uoluerunt, uel gladio cæſi, uel de ſaxo Capitolij præcipites acti ſunt: fateor quidem Cæſari affectati regni ſuſpitionem pro ſummo probro, non ab alijs, quàm ab hoſtibus obiectum ſuis. Ergo ille uir tàm gloriæ cupidus, tam què conſilij abundans, quod ſibi ad infamiam datur, inter titulos numeraret? non magis certè ſe regem diceret, aut dici uellet, quàm ſcurram, quàm adulterū, quàm lenonem, immò uel multò etiam minus, illa enim turpia & obſcœna, regium uerò cognomen odioſum nimis, & periculoſum & importabile Romæ fuit, uis hoc clarum fieri. Cum Hiſpaniæ populi, Scipioni Africano maximas ibi & glorioſiſsimas res agenti, regnū uirtutis admiratione detuliſſent, uide quid reſponderit. Ipſa enim T. Liuij uerba ſubſcribo. Silentio per præconem facto, ſibi maximum nomen Imperatoris eſſe dixit, quo ſe milites ſui appellaſſent, regium nomen alibi magnum, Romæ intollerabile. Quamobrem quod Lucanus ait: *omnia Cæſar erat,*

Ita dictum accipe, quia in ſe unum omnes dignitates honoreſquè congeſti ſunt, qui tunc Romæ eſſent, ubi regnum proculdubiò non erat. Abſit ut regni faceret mentionē, quam factam ab æmulis execraretur, penitusquè rejceret. hæc ad Iulij Cæſaris fabulam, rudi illi & inepto mendaciorum fabulatori dicta ſint. quorum bona pars Neronianæ conuenit fabellæ, cuius finis eſt, datū die Martis, illius magni Dei: ô impudens & inſanum caput, quid ſiquis contrariū, pferat? Cuius data ſit Lunæ dies, aut Mercurij, quē primū quēue ultimum dicemus? quis hanc mētiendi licentiā, quis amentiā iſtā ferat? Tibi uerò ridēdum Cæſar & gaudendum eſt, q rebelles tui, plura cupiant quàm poſsint, atq; imperium tuum detractare, ſeq; mendacio in libertatem aſſerere uelint, potius quàm ſciant. Nam ſi ſcirent, iſte mentiri nunquam ſic cœpiſſet. Nos Nero amicus Deorum, quem contemptorem deorum omnium legiſſet. ſic enim de hoc loquens Suetonius Tranquillus ait libro Cæſarum ſexto. Religionum uſquequaque contemptor, præter unius Deæ Syriæ, hanc mox ita ſpreuit, ut urina contaminaret. Hæc ſunt Imperator Auguſte, quæ in præſens ſine magno ſe obtulerant ſtudio, præter utriuſque ſtylum epiſtolæ, qua à principio ad exitum, totus rudis ac nouus eſt, ut ſicut eſt, ſic uerè illic unde uenit nudiuſtertius textus à ſcabro textore aliquo uideatur, & ſi affectata pueriliter antiquitatis opinio, in ſingulis uerbis emineat, ſed in eius locum quæſita notitia falſitatis, quæ literæ deformis in morem. penè oculis cerni queat. Ita totus ab eo, quod uideri uult, ab antiquitate ſcilicet ac Cæſare remotus eſt ſtylo, quo fortaſsis anus credula, ſeu montanus agricola, at nō certè uir intelligēs falli poſsit. Tua aūt epiſtola quam illorū odio dictatā, ad me miſiſti, magnū te mihi

approbat

approbat oratorē, gaudeo, nempè Cæſaris propria ut bellorum & iuſtitiæ, ſic linguæ & ingenij laus eſt. Tu Vale Cæſar noſtri memor, & imperij, & ſic Viue, ut mentiri tibi turpe ſint, hoſtes metuāt, Mediolani *XII.* Calendas Aprilis. properè.

Fran. Petrarcha Ponino Grammatico Placentino, S.

NOn poſſum tibi remediū præſtare fidelius, quàm quod ipſe pari in ægritudine, efficax ſum expertus. Fuit ergo mihi adoleſcentiā ingreſſo ſenex quidā, conterraneus meus, uir & ueneranda canitie, & morum grauitate notabilis, ad hæc & ſcientia literarum, ſupra communem modum, quamuis ex illorū grege eſſet, qui ſcriptores Papæ nūcupantur, quos laborioſos magis, quàm ingenioſos agnouimus. Id officium ſupra quinquaginta annos, fide multa geſsit & induſtria. Iamq; & ætas, & integritas, ſuperq; omnia mitiſsima quædam conuerſatio, ac prædulcis eloquentia, plurimum ſibi beneuolētiæ atq; auctoritatis addiderant, Ioannes uiro nomē, nam cognomen ſola ſibi patria dederat de Florētia dicebat̄, hinc amoris credo prima radix, nihil enim, q̄ qdam ſciā in me erat adhuc aliud, q amaret bonos (inter bonos autem amor communis patriæ, potens ualde eſt, ſicut inter malos odium) cæterum ille magnus, exigui ingenij mei & mirator & amator, & hortator factus erat. Retribue illi *CHRISTE IESV*, multū enim illi debeo, neq; uerò ad eā ætatis meæ partem uenit, in qua ſibi rebus ipſis gratus eſſe potuerim, nunquam totiens me uidit, quin ardentes lateri ſtimulos incuteret, & paterna pietate. iuuenilem ſpiritū excitaret, ad uirtutem, ad ſcientiā. atq; in primis ad amorē Dei, ſine q̄ nihil benè agi poſſe, immò prorſus nihil eſſe hominem diceret, quantalibet ſcientia potentiaq; ſuffultū. Hūc igitur talē uirum ſolum, & honeſtis de more ſtudijs iterum, die quodam ſolus, & cogitabundus aggredior, exhilaratus eſt aduentu meo, uir ille mitiſsimus. & qd inquit, cauſæ eſt, quod te cunſ ſolito grauiorem uideo? fallor an noui aliquid incidit? tunc ego, Nec tu pater optime falleris, nec quicquam noui accidit, ſed ueteribus angor ac crucior. noſti etenim labores, noſti animi mei curas noſti, quāto ſtudio ſemp̄ exarſerim, ut me uulgo altius ipſe ſubueherē, & ut loquar cum Virgilio Ennioq;, tentata eſt uia, quam me quoq; poſſem tollere humo uictorquè uirum uolitare per ora. nec cura, nec intentio mihi unquam defuit, nec ingenium deeſſe uidebatur, cui & ſi cuncta ceſſarent, non ne teſtimonium tuum abunde ſuffecerat? quotiens tu multis audientibus, eximiàm mihi laudem præclari ingenij præbuiſti? ut iam penè omnibus perſuaſiſſes ita eſſe, ut ex illius ore auditum, qui nil facile mentiretur: quotiens abductum ſubmiſſa uoce monuiſti, ut intellectum talem, bonis artibus exercerem, neq; per ignauiam paterer, tantum dei ac naturæ munus hebeſcere. Ego tanto teſte ſecurius enitebar, & nil iā mihi difficilè uidebat̄, inſtabā tamē, horasq; omnes literarū in ſtudijs terebā, utocioſa mihi nulla difflueret, nec cōtētus inuētis, nouū aliqd aſsiduè moliebar, inter blandiēs labori meo, nō fruſtrà futurū quicqd agerē, ſed grandia mihi, & ſpecioſa omnia pollicebar. Ecce aūt ſtudio nūq̄ intermiſſo, dū ſumma crederē, apprehēdiſſe paulatim, ad infima me relapſum ſentio, et penè fontē ſolitū ingènij arruiſſe, unde hæc inopina peſtis ignoro, quæ tūc facilia uidebāt̄, inextricabilia nūc uidētur, ubi nuſquā hæſitans currebam, iam per ſingulos paſſus ſubſiſtens, deq; omnibus dubitans uix incedo. ſic ex ingenioſo hebes, inops ex diuite, ex animoſo pauidus, diſcipulus ex magiſtro, deſperationi proximus, ad te uenio, q me in has anguſtias impegiſti. Nil me ſcire profiteor, & an cœpta deſtituam, nouū uitæ iter arripiam, an qd aliud agam, non ab alio, quā à te conſiliū poſco: hæc & his ſimilia, nō ſine lachrymis iuueniliter uociferantē, non diutius paſſus. Noli, inquit, fili noli obſecro, gratiarū actionibus, debitū tempus in querelas effundere, melius enim ſeres habet, q̄ putas, tā diù nihil ſciebas, quādiu multa ſcire tibi uidebaris, quo die tuā ignorantiā deprehendiſti, mihi crede inextimabiliter profeciſti, nūc demū ſcire aliqd incipis, cū nihil ſcire te credis, pateſcunt enim latebræ, quas magnificè de te olim ſentiens, non uidebas nimirum. Nam & qui ſcandit in montem, multa incipit uidere, quæ in imo poſitus nec uiderit quidem, nec curanda crediderit, & qui pedibus fretū intrat, quò magis proceſſerit, eò magis altitudinē maris intelligit, & ad eundū lōgius opus eſſe nauigio, proinde tu, qui me hortante ut tu ais, & ego non inficior, hanc ingreſſus es ſemitam, me ipſo non hortante modū, ſed urgente cœpta proſequere. deus aderit, ne dubita, quibus è cœleſti uelut oraculo auditis,

lætiorq;

Iretiorq́ue propoſiti, & melioris ſpei plenus abſceſsi. Et hæc ille quidem mihi, quæ tu tibi
dicta credito, hoc adiecto, quoniam propriam neſcire miſeriam, ea demun miſeria ſumma
eſt, & ſunt quædam ægritudines, quas nec torpore preſſus æger ſentit, & cum expergiſci
ac ſentire cœperit, ſpes atque initium eſt ſalutis. Vale.

Fran. Petrarcha Ianino Grammatico Placentino. S.

Eſſe adhuc uirtutis aliquot miratores.

NOli amice, noli obſecro, in arrepto hoc præcipuè tam ſpecioſo calle lenteſcere,
eam quã prætendis ob cauſam, ꝙ uirtus ſcilicet honeſtæq; artes, noſtra ætate eſſe
quidem ſine honore uideantur. contemptricẽ boni, omnis hanc ætatem dicimus, fateor,
nec mentimur. ſatis nempe contemnitur, cui quærendo ſtudij nihil impenditur. ah tu au-
tem putas uirtutem, ut honorata ſit, celebritate hominum, & uulgi plauſibus indigere? Cre
de mihi, ſi omnes homines tacuerint, ſi obierint, ſi oderint, ipſa ſibi uirtus ſuus eſt honor, ſed
nec tacẽt, nec oderũt, & q̃uis eã nemo aſſeq ſtudeat, aut admodũ rari, ſunt tamẽ adhuc, q eã
in alio mirarẽtur, eſſet modo aliqua quã mirari poſsẽt, tolle miraculũ ipſũ, ſubſtuleris mirato
rẽ, an exiſtimas apud maiores tãtũ noſtros, in pretio fuiſſe uirtutẽ. fuit illa qdẽ, uſq; adeò, ut
ꝓ no animo uitã darẽt, ꝓ qua uix eſt hodie, q pauxillũ pecuniæ permutaret, eſſet nũc, etiã ta
mẽ eò mirabilior gratiorq; quò rarior ꝓ re magna atq; in æternũ memorabili, ſcribit Hiero
nymus ſe legiſſe ad T. Liuium ueniſſe quoſdã nobiles, de extremis Hiſpaniæ Galliarũq;
finibus, an autẽ parũ cauſæ erat, cur adeſſe uiſendũ audiendũq; nõ nobiles qdã tantum, ſed
mundus ipſe confluerer? omitto enim illũ quem lacteum ſibi Hieronymus, Pompeio ſuo,
Valerius beatũ eloquẽtiæ fontem donat, quanti demum erat, unum hominem uidere, qui
& ſi nihil aliud egiſſet in uita, nihil amplius aut agere poſſet, aut eloqui. diuino tamen ſty
lo ſummaq; diligentia, quamuis C. Caligulæ aliter uiſum ſit, opus illud immenſum, totius
ab origine Romanæ Hiſtoriæ centũ quadraginta duobus uoluminibus explicaſſet, mira-
culo ꝓximũ, ad quod ne dicam imitandũ, ſed uel tranſcribendũ uix unius hominis uita ſuffi
ciat, ſpectare caput, ꝙ tàm multa tractaſſet, digitos qui talia taliter ex raſſent. Credo equi
dem, ſi T. Liuius ipſe, nũc uiueret, nõ quoſdã ad eum, ſed plurimos profecturos. certè egò,
ut eſt animus, foret modo quæ nuper erat ualitudo, proſperior, & ſecurũ iter, ne dum uſq;
Romã, ſed uſq; ad Indos, eũ quærere nõ grauarer, ex hac ipſa urbe Pataui, unde illi origo
fuerat, ubi mihi multos iam per annos eſt mora. Inuitus referam, ſed neq; uicinius, neq; re
centius exemplũ habeo, neq; multis amicorũ notius, quamuis tibi per ætatem, niſi illorum
relatibus notum eſſe nequiuerit. in quo & ſi forte gloriabundus uideri poſsim, his qui o-
mnia peſsimam ſemper in partem trahunt, ego tamen, meo quodam iure, mihi licitum re-
or, & ſuperior, in epiſtola te trepidum paterno conſilio cohortari, ſic nunc tecum paterna
fiducia gloriari, ſi gloria dici poteſt, quæ nullis omnino meritis parta eſt, præſertim cum
ad tuam exhortationem, & diffidentis animi firmamentum, pariter utrumque pertineat,
cuius mihi ſemper ut filij cura fuit. Nonne igitur audiuiſti, ut ego ipſe, qui ſi non dicam,
cum antiquis, ſed cum coëtaneis meis conferar nihil ſim, dum in Gallijs agerem, admo-
dum adoleſcens, nobiles quoſdam, & ingenioſos uiros, tàm de ulteriore Gallia, quàm de
Italia uenientes, ad me uidi admirans, nullo alio negocio tractos, quãm ut me uiderent,
mecumq́ue colloquerentur, quorum unus fuit honorificè nominandus, Petrus Pictaui-
enſis, religione & literis uir inſignis, atq; ad admirationis augmentum, fuêre aliqui, qui
præmiſsis magnificis muneribus, ſequerentur, quaſi liberalitate iter ſternerent, & ianuas
aperirent. non eſt Auinio Rhodani ubi tunc eram, Romæ comparabilis ulla in re, ſed &
Romanus Pontifex, & multa Romanæ ciuitatis inſignia, illic erant, ſuntq́ue hodie fru-
ſtrà, nuper per Vrbanum quintum parumper auecta, erant quæ, locum toto facerent
orbe famoſum, & tamẽ non ſe aliud, quã me unũ quærere, & uerbo, & rebus ipſis fateban
tur, uſq; adeò, ut ſi abeſsẽ, fortè cõfeſtim ad fontẽ Sorgiæ, ubi maximè æſtatẽ agere ſolebã,
omnibus neglectis accederẽt. ſi horũ tu uel inſcius eſſes, uel incredulus, tui certè ipſius ob-
litus eſſe non potes, qui me diù poſtea in Italiã iã reuerſum, nõ quidẽ tanto, magno tamen
uix tractu, nũquã antea mihi uiſus aut cognitus adijſti, unde hæc amicitia orta eſt, que niſi
duraſſet,

duraſſet, immò & creuiſſet in tempore, nequaquam tàm familiariter tibi iſta nunc ſcriberem. quot deinde uſq; huc, ad me ex illa præſertim ſtudiorũ amiciſsima uenerũt Parthenope, iuuenes maximè, q me ibi tẽporibus ſummi regis uidiſſe nõ poterant, propter noſtram familiaritatem, tibi eſſe nequit occultum. ſicut nec ille, Peruſini uatis aduentus, ita dico, quem literarum amor ingens, & ardentiſsimus ſpiritus uatem facit, q ſenex cæcus ad Pontremulum oppidũ ſcholas Grammaticæ regebat. audito aũt, ꝙ ad ipſum de quo loquor regem Neapolim perrexiſſem, ut q iuuenili faſtu tumidus, cuiuſcunq; examen, alterius eo tẽpore dedignarer, qui nunc nullum recuſarem, unici filij adoleſcentis humero innixus, et ipſe mox Neapolim, magno mei deſiderio tractus uenit, cognitaq; uix cauſa, quam ipſe publicè prædicabat, Rex eum uidere uoluit, erat enim monſtri inſtar, uiri facies feruorq; illa gelida in ætate, contemplatus aliquamdiu uultum hominis, æreæ ſtatuæ ſimillimum, audiensq́ue quid peteret. Si uis, inquit, quẽ quæris in Italia reperire feſtina, alioquin quærẽdus tibi erit in Gallia, ſic ab eo, nuper hinc digrediente, cognouimus. Ego uerò, inquit, homuncio: Niſi me uita deſtituat, ipſum ſi oporteat, apud Indos quærã. Miratus rex & miſeratus, ſibi uiaticũ dari iuſsit, inde ſummo cum labore, ſua relegens ueſtigia, ne quicquam Romæ prius me quæſito, Pontremulũ redijt, ibi audiens, quod adhuc Parmæ eſſem, hyeme etiã nũc aduerſa, niuoſum tranſit Apenninum, & præmiſsis ad me, haud ineptis aliquot uerſiculis, ipſe mox affuit: *ô qualis, facies, ô quali digna tabella.*

Is enim de quo id ſcribitur, unũ oculũ habebat, hic nullũ, ille elephanti tergo, hic ſuis pedibus ferebatur, ille Romæ & ꝙ illam ſequebatur orbis imperiũ, hic unum homunculũ, non niſi fama ſibi cognitũ quærebat. Et quotiens putas, ſed quid loquor, p̄ſens rebus intereras, quotiens filij & diſcipuli alterius, quo ꝑ filio, & quibus ambobus pro uehiculo utebatur, manib. ſublatis, meũ caput oſculatus eſt, quo illa cogitaſſem, quotiẽs hanc dexteram, qua illa ſcripſiſſem, quibus ſe diceret uehementiſsimè delectatũ, & q̃ pauca tunc ſcripſerã, cum uel hodie pauca ſint, tranſeo, longa eſt hiſtoria, ſemp̱ ad hũc modũ, triduo mecũ fuit, & totam ciuitatẽ miraculo ſui impleuit, cognito qs eſſet, & quid ageret. Illud non ſilebo, ꝙ cũ die quodam in exceſſu mentis, multa diceret inter cætera, Vide, ait, ne tædio tibi ſim, ſi cupidius te fruor, ad quem uidendũ tanto cũ labore peregrinus aduenio. ad quod uerbũ cum riſum aſtantibus excitaſſet, & riſum & ridendi cauſam intellexit, excitatiorq; ſubiunxit in me uerſus: Te non alium teſtem uolo, quod ego exoculatus melius certiusq́ue te uideo, quàm quiſquam horũ oculos habentiũ, q̃ dicto cũctos in ſilentiũ ac ſtuporem uertit, plus nõ dico, niſi ꝙ urbis illius dominus, mei amantiſsimus, q̃ neſcio an ſua ætate ullus in terris liberalior uixerit, cæci ſermone atq; animo delectatus, abeuntẽ multo honore ac magnificẽtia ꝓſecutus eſt. Mihi aũt hæc ſpecioſa, tũc magis uiſu fuerãt, q̃ nũc relatu glorioſa ſunt, ſed ideò in hãc narrationẽ incidi, ut tibi noto exẽplo, torporẽ ſiqs eſſet excuterẽ, tibiq; oſtenderem. Eſſe adhuc aliquos, qui uirtutem colerent, modò aliqua eſſet uirtus. pro te enim ipſe reſponde, quid te ad tantũ laborem, tàm aduerſo tempore ſubeundum, niſi aliqua forte mearum rerum fama commouerit, quæ ſi falſa tantùm potuit, quid uera non poſſet? qui eum ergo tàm cupidè petierunt, in quo nihil præter indolem laudabile promittebat ætas, quo impetu, quo feruore Ciceronem aut Virgilium, aut ipſum de quo nobis ſermo erat T. Liuium petijſſent. Stude ergo uiriliter, neu diffidas, uel ingenium tibi defuturum, modò adſit mentio, uel honorem ſcientiæ ac uirtuti. Vale Patauii *IIII.* Idus Maias.

Fran. Petrarcha Ioanni Priori magnæ Carthuſiæ, S.

Vt pro ſe Deum oret.

ITa ego te ſtupẽs et uenerabũdus alloquor religioſiſsimè uir, quaſi alloquar in te CHRISTVM, q hoſpes beatificus tuũ proculdubio pectus inhabitat anima enim iuſti ſedes eſt Dei. Illius eſt donũ, ꝙ inter homines peccatores quibus orbis abũdat, angeli uitam, & angelicã famam habens, per denſiſsimas tenebras ſæculi noſtri. nouũ mũdo ſydus effulgẽs, et è Carthuſiæ ſublimi ſpecula, uelut ex oriẽtalis iugi uertice, lucifer matutinus irradias. Quid autem prius dicam, quàm quod prius occurrit? me miſerum te fœlicem. ego enim, ut Virgilij uerbo utar: *multum terris iactatus & alto,*

quotidie

quotidie grauibus humanorum fluctuum procellis exerceor, tu quod ait Terentius, iam in portu nauigas, ego inter ſpinas & auia uitæ huius anxius, & iam feſſus oberro, tu tranquillus in limine cœli ſedes, & in ueſtibulo paradiſi, mihi ſemper ante oculos timor Mortis, tibi autem uitæ ſpes, & infallibilis arra uerſatur. quid deniq; primum precer, niſi quod primum cupio, & quo magis indigeo, ut pro me miſero apud CHRISTVM dominum intercedas, apud quem te plurimum poſſe confido, ſi fortè qui nunc errans in ſolitudine inaquoſa, uiam non inuenio, eſuriens & ſitiens, in me deficiente anima, ad dominum clamans, de neceſsitatibus meis eripiar, & meritis tuis adiutus, CHRISTO duce deducar in uiam rectam, ac ſupernis ciuibus aſcriptus, ciuitatem habitationis ingrediar, uel ſi fortè primam illã tentationem ignorantiæ ſupergreſſus ſum, reliquas tres euadam, quas ex ordine Pſalmi textus exequitur, ſedensq; in tenebris & umbra mortis, uinctus in mendicitate & ferro, humiliatus in laboribus & infirmatus, iterum ad dominum clamans, ex tenebris atq; ipſius umbra mortis educat, contritisq; portis æreis & uectibus ferreis confractis, de uia iniquitatis meæ ſuſcipiar, & de uinculis peccatorum. omnẽ præterea eſcã abhominata eſt anima mea, & inedia ſpiritali, uſq; ad portas mortis appropinquans, clamansq; rurſus ad dominum, miſſo uerbo eius de interitionibus erepta, de neceſsitatibus proprijs liberetur. Poſtremò deſcẽdens in mare nauibus, faciensq; operationẽ in aquis multis, uidensq; opera domini, & mirabilia eius in profundo, aſcẽdensq; uiciſſim uſq; ad cœlos, & deſcendens uſq; ad abyſſos, & propterea in malis tabeſcẽs, turbata & mota in morẽ ebrij, omni eius ſapientia deuorata atq; conſumpta, & quod unicum eſt, & uerũ primumq; & ultimum auxiliũ, in his pœnis, denuo ad dominum clamãs, de neceſſitatibus itidem educatur, ſtatuatq; illi dominus procellam in aurã, & ſileant fluctus maris, atq; ita in portum uoluptatis ſuæ, læta tandem & ſecura perueniat. Hæ ſunt quatuor illæ temptationes, quas propheta regius afflatus Spiritu ſancto uidit, profundiusq; conſpexit. quarũ Prima ut ait Auguſtinus, Eſt temptatio erroris atq; inopiæ ueritatis, & famis uerbi. Secunda difficultas benè operandi, & uincendarum concupiſcentiarum. Tertia primæ aduerſa, tædij ſcilicet atq; faſtidij. Quarta tempeſtatis atq; periculorũ in gubernãdis eccleſijs, & ſunt primæ tres cõmunes omnium. Vltima uerò propria præſidentium, quamuis & gubernator ſine uectorum periculo non temptetur, nec minus, non dico negotium ſed pelagi diſcrimen adeat, q ad exiguæ gubernaculum puppis ſedet, quã qui ingens nauigium moderatur. in his temptationum cõtrarijs uẽtis ac fluctibus, uitæq; tempeſtatibus, tuarum mihi precor orationum largire præſidium, communem dominum, dum ad menſam eius conuiuia ſacer acceſſeris precare, adſit mihi erranti, fatigatoq; ne corruã, inſerat in anima ſterili lachrymis rigan da, & fœcundanda ſalubribus ſui amorem, ſæculi contemptum, odium uoluptatum, ſtudium uirtutum, uerã pietatem, ſanctam religionem, indubitatam fidẽ, lætam ſpẽ, charitatem feruidam, ſolidam caſtitatem, dignum cultum ſui nominis, opera autem carnis, ſuſurros dæmonum, infœlicis animæ conſenſum, præteritarum reliquias paſsionum, & peſsimam conſuetudinem, qua iunctus ad mortem rapior radicitus extirpet. Faciat peregrinationem meam ſibi placitam, greſſusq; uagos dirigat, in uiã ſalutis æternæ, dignetur mihi indigno in die exitus mei, & in illa ſuprema hora mortis aſsiſtere, neque reminiſcatur iniquitatum mearum, ſed egrediẽtem ex hoc corpuſculo ſpiritum, placatus excipiat. Nõ intret in iuditium cum ſeruo ſuo, contumaciſsimo licet atque miſerrimo, miſericordiarum fons miſericorditer mecum agat, cauſæ meæ faueat, & deformitates meas contegat, in die nouiſsimo denique ne patiatur hanc animam, opus manuum ſuarum, ad ſuperbum ſui & noſtri hoſtis imperium peruenire, aut prædam fieri ſpiritibus immundis, & famelicis canibus eſſe ludibrio. Ecce petitæ orationis formam tibi præſcripſi, uariare illã tamen non prohibeo, quid enim animæ meæ expediat, tibi notius arbitror, quam mihi, ſed hæc ſunt ferè quæ in dies ſingulos precari ſoleo, inualidas aũt preces meas & criminibus meis preſſas, tuis ut precibus iuues precor. Crudelitas eſt negare opem ſupplici, quam ſine cuiuſcũq; iniuria, & ſine tua poſſis difficultate præſtare, hæc profectò ſunt munera, multum gemmis & auro cariora, q̃ egenus & pauper ego, ex te in CHRISTO ditiſsime ac fœliciſsime uir expecto. Et unde

tibi iſta fiducia dicat aliquis, fortaſsè de homine unquã uiſo? ſpes hæc fateor, non de meritis meis uenit, ſed de amore duriſsimo, quo te paſtor optime, innocuũq; gregem tuũ proſequor in CHRISTO IESV, ſi tamen non magni meriti pius eſt amor, uenit & deuotiſsima ſanctitatis tuæ fama, quæ te mihi facilem aditu, atq; exorabilẽ pollicer̃. neq; pie ſpei obſtat, te his oculis non uidiſſe, amantur ſæpe uehementius quæ nõ uidentur, neq; enim ſine cauſa ſcriptũ eſt: Nolite diligere quæ uidẽtur, ſed q̃ nõ uidentur. q̃ enim uidẽtur tẽporalia ſũt, quæ autem non uidẽtur æterna. Video ego te, quantuſcũq; peccator, & quantũlibet diſſimilis tibi, & uideo te in illo, qui utrunq; noſtrum uidet intrinſecus, in quo & omnia eodem ipſo largiente uidebimus, & multos etiam nũc uidemus, qui mille annis anteq̃ naſceremur obierant, uideo te in feruore ſpiritus, qui gelidus licet, ad reliqua in tui nominis memoria recaleſcit & quanq̃, melioribus oculis ac certiore luce te uideam, opto tamen te his etiam mortalib. oculis intueri, atq; his aurib. audire, quamuis & exẽplis tuis, & ex ore multorum ſæpe te audiã, ut q famæ publicæ, de te multa crediderim, opto congreſſum cõplexũq; tuũ, quãuis te aſſiduè, animæ meæ brachijs deſiderioq; cõplectar, opto inutili & peccatrice manu, hac ſi detur aliquãdo contingere ſacratiſsimã illã dicatãq; Deo dexterã, tanti uiri, quam uis eã iugi teneam affectu, & magna mentis intẽtione conſtringã. Nẽpe notior eſt mihi q̃ putas, in alto enim ſtas, lateq; cõſpiceris, multis quos ipſe nõ noſcis, te notiſsimum uirtus facit. Accedit pretioſum mihi quidẽ, & prædulce pignus tuæ creditũ cuſtodiæ, pignus, inquã germani mei unici, CHRISTO ſub te tuiſq; ut ita dixerim auſpicijs militantis. Illũ ego cui ſecũdũ nec habeo, nec ſpero, illũ quo mihi è cunctis naturæ fortunæq; muneribus nihil eſt charius, tibi quoque familiariariter ac filiariter charũ ſcio, quẽ mihi ablatũ CHRISTI tuuſq; fieret, æquanimiter fero, & ſolitudinẽ meã, fraternæ ſalutis ſpe & meditatione conſolor, immò uero & gaudeo, & glorior, talẽ mihi cõtigiſſe Germanũ, quẽ mihi mũdoq; ſub tractũ, ultrò tu in filiũ tibi in ſeruũ ſibi CHRISTVS aſſumeret. iſta ſunt igitur, q̃ mihi apud humanitatẽ tuam plurimũ fiduciæ, ſubminiſtrãt, proinde quo erga te, ac cõmilitones tuos ſacræ militiæ CHRISTI ſeruos animo ſim, ex priore Mediolanẽſis Carthuſiæ cognoſces, qui tibi manu ſua, meas literas, lingua autem meum ſpiritum præſentabit. Vale ex ipſa Mediolanenſi Carthuſia, ubi nunc habito VII. Cal. Maias.

Fran. Petrarcha Ioanni Priori magnæ Chartuſiæ, S.

Excuſatio quod uiuentem laudauerit.

Lauiſti mihi caput egregiè ut uulgò dicĩ, nec defuit saponis acrimonia, ut uerbo utar Ambroſij, CHRISTVM teſtor quẽ fallere nõ eſt, nec tibi me blãditũ eſſe, nec alteri, atque utinam nõ mihi plus indignãtis tumor feruorq; animi, & cõtẽptus, q̃ adulatio nocuiſſet crebræ contẽtiones in opuſculis meis, q quo erã animo, nũ quã ab initio diuinaſſem, crebræ quoq; facetiæ & aliquãdo mordaces, blãditiæ nuſquã ſunt. ueras enim laudes inter blãdimẽta non numero, q̃ multis ad ſtudiũ uirtutis ac pſeuerãtiã profuerũt. turpe eſt, inquis, uiuentẽ, & eũ ipſum quẽ alloqueris laudare. ſcio nihil agendũ eſſe q nocear, quid ſi proſit, quid ſi laudãti, qd ſi ipſi etiã expediat laudato, leuis eſt, quẽ leuis aura præcipitat, uẽtos non metuit, qui radicẽ habet in ſolido, fundamentũ in petra, conſtantiã in habitu, cor in cœlo. Præclara illa quidẽ ingenia, ut ait Cicero, q̃ gloria inuitãtur. ſic eſt, degeneres in uiã rectam iurgia & minæ, generoſos animos blandũ gloriæ calcar impellit, & Aſellũ fuſtibus, plauſu ſonipedem excitamus. mẽs bona ſuis laudibus nõ inflatur, ſed erigitur, laudataq; uirtus creſcit, ut elegãter ait Naſo: Tale neſcio quid expertus loquor. Sãctitatis laudẽ, nec habui profectò, nec merui, ſi qua tamẽ linguæ uel ingenij laus fuit, quæ quanta ſit neſcio, illud ſcio, q ſi uera eſt magna eſſe nõ poteſt, ſentio quos mihi ſtimulos incuſſerit, Laudaſti, ais, me uiuũ, & me mihi intelligo quid reprehendas, ſcriptũ eſt: Ne laudaueris hominem in uita ſua. quẽ locum dum tractat Ambroſius, Lauda, inquit, poſt uitã, magnifica poſt conſumationem. & rurſum: Lauda poſt periculũ, prædica ſecurũ. quid autem ſcio an ſuperuicturus tibi ſim? at me tunc ſaltẽ alijs laudato, quid ſi hoc faciẽs, non illud omiſerim? Sed deijcies mẽ laudando ſi hoc crederẽ, non laudarẽ, noli grauiter ferre ſi laudaueris, ſerue bone & fidelis, non tua ſed domini laus eſt, laudare CHRISTVM in operib. ſuis uetas? certè ne dum ab

alio laudari uerũ & gloriari licet, ſed in domino. Quotiẽs Auguſtinus Hieronymum laudat, quotiens Hieronymus Auguſtinũ? & ſanctiſsimũ ac beatiſſimũ Papã uocat, atqui non alterũ, non defunctũ, mutuo ſiquidẽ colloquũtur. Exclamabis aũt, Nõ ſum Hieronymus nec Auguſtinus ego. nõ ſum Auguſtinus nec ego Hieronymus, quid ſi mihi maior es quã Auguſtinus Hieronymo, uel Hieronymus Auguſtino? neſcis quia magnitudo & paruitas, relationẽ inuicẽ quãdã habent, & parua etiã magna fiunt minimis comparata, & magna collata maximis, parua ſũt. Neſcis Ambroſius ipſe, q laudari uiuũ phibet, quãtis uiuũ laudib. efferat, loquẽs ſibi. legi illius homeliã quã de beatæ Mariæ uirginis purificatione dicta uit, & attende, q̃ reuerẽter Auguſtinũ, de intellectu uerborũ Simeonis interrogat, quas ſanctitatis ingenijq; laudes interſerit, putabis nõ dicã patrẽ filio, aut diſcipulo magiſtrũ, pietatis fideiq; ducẽ militi ſuo, quẽ dum in uiã ueritatis induceret, & puluerẽ uetuſtatis abſtergeret, ſuis manib. ſacro lauiſſet in fonte, immò uerò non doctorẽ doctori, nõ Epiſcopum Epiſcopo, non amicũ amico, deniq; nõ hominẽ homini, ſed hominẽ Deo loq, non humanũ eloqum, ſed cœleſte oraculũ expectãte. Poſſem hoc loco Philoſophicis, uel Poëticis exẽplis affluere, ni uererer, ne cũcta pfacilè, at ut aiũt flexo leuiter umbone diſcuteres, ad ſanctorũ igitur exẽpla me refero, quãtis, oro te, laudibus Ioannes Chriſoſtomus, & quãto uerborũ honore Demetriũ alloquir, quanto brauio cõpellat Iſidorũ? quanto Auguſtinum Hylarius Arelatẽſis & Proſper? ſed occurres, & ſactos ſaltẽ ab his fuiſſe laudatos dices: at qd Paulo dicis Apoſtolo, qui uas electionis, doctor gentiũ, Senecã inter ſcriptores, licet ſacros, à Hieronymo relatũ, tamẽ haud dubiè paganũ hominẽ, laudat, ad eũ miſsis epiſtolis, cur mihi nõ liceat laudare nõ modo Chriſtianũ hominem, ſed CHRISTI ſeruũ & Chriſtianæ militiæ profeſſorẽ? Lege Ambroſij epiſtolas Valenitinio ac Theodoſio principib. inſcriptas, uidebis ſeueritatẽ illã ſanctiſsimã, apud homines profanos, propter aliq̃ uirtutis effigiẽ ſæpè honorificẽtiſsimis uſam uerbis. Quod ſi forſan dicas: Quære ſanctũ quem dignis laudib. proſequare, homo enim peccator ego ſũ, & reliqua. q̃ in ore tui ſimiliũ eſſe ſolẽt, quid ſacro dicis Ambroſio, q d alijs multis, q̃s ſciẽs ſileo, ne ſim prolixior quã oportet. qd ꝑterea ad illud Dauidicũ reſpõdebis? Quia defecit ſanctus. quia diminutæ ſunt ueritates à filijs hominũ, quia nõ eſt q faciat bonũ: ſicubi ergo uel tenuẽ tãtis in tenebris ſcintillã ueritatis aſpexero? nouũ ſolis iubar aſpexiſſe mihi uideor, & illuc cupidus feror, laudãs non tàm lucẽ ipſam, q̃ lucis auctorẽ. Id nec mihi noxæ, nec tibi ut arbitror debet eſſe faſtidio. & ſanè ſi multiplici teſtimonio probari poteſt, licere nõnunq̃, ſe ſine arrogãtia laudare, quãto magis & laudare aliũ, & ab alio laudari, licet laudãtẽq; alium audire. Ceſſet modo dolus, inſolẽtia, & inconſulta credulitas, & adulatio uenenoſa. À quibus profectò ſuſpitionibus & te uitæ ac profeſſionis auſteritas, & me, ſi profeſſio ac uita nõ liberãt, liberet ſaltem ætas, ab omni iã adoleſcẽtiæ leuitate remotior, blanditiæ tenerioris ætatis ſunt, & ſexus infirmioris, uirilẽ canitiẽ non decẽt. Quæ cum ita ſint, tã & ſi certus & infallibilis tibi conſulor, aſſiduè intus ad aurẽ cordis ſoner, ego tamen potẽtia tua fretus loquar, & dicã, quid hic mihi cõſilij ſit. Adulantiũ uoces ut uenenũ melle illitũ reſpue, adulantemq; ne redeat frõtis atq; uerborũ auctoritate propellito. cæterorũ laudes, ſic admitte, ut ſi ueræ ſint imbecillitatis tibi cõſcius humanæ, & maiorẽ in modũ te humiliãs, nihil in laudibus, niſi unum bonorum tuorũ glorifices largitorẽ, ſin falſæ, quantũ tibi deſit intelligas, ſatagẽſq; te defectu, ac laudatorem tuum mẽdacio liberare, talis fieri ſtudeas, qualẽ ille te prædicat, ita utrobiq; ſentias, tibi calcar adhibitũ, ad gratitudinẽ, ad uirtutẽ, ut uel de ꝑceptis lætus, Deo gratias agas, uel pro defectu mœſtus, tuum in profectum alienũ ueritas errorem. Ego quantuſcunque peccator, nõ uenio ut oleo meo tuũ caput impinguẽ, abſit ab anima mea, ut q nulli unquã me feciſſe memini in te pater incipiam: ſed ut te alloquẽs me excitẽ, ſi poſſim, & dũ tibi nõ noceam proſim mihi, ſi forſitan te laudando ad imitandũ pectus hoc gelidũ inardeſcat, nã qs imitari ſtudeat. niſi q aliqua ſingulari laude dignum putet? Sine igitur te laudari, quo & tu melior fieri poſſis, & ego te cupiam imitari. Facis aũt non inficior magnificè, qui hominum laudes ſpernis, eorũ maximè, quibus ſi reddere uicem uelis, ſine graui mendacio nõ poſſis & eueniet tibi, quod de Marco ſcribitur Catone, qui quò minus gloriam quærebat, eò magis illam aſſeq̃batur, ſi penitùs quidẽ iubes laudare, te deſinam non mirari, quan

quam non te laudauerim, nec te mirer. illum in te laudo, illum miror & ueneror, qui hominem per ſe miſerũ animal, & caducũ ſæpe, laudabilẽ, mirabilẽ, & uenerabilẽ gratis facit, illud nunquã efficies, ut tuarũ precũ auxilium deſinam flagitare. Quod nõ facerem, ſi uel meas tibi, uel tuas preces CHRISTO contẽptibiles arbitrarer, ab illo equidem procul, & heu magno nimis abſum interuallo, & concretione terreſtrium raucus ſum, tu proximior, ubi uox clarior, tu me audies ſpero, ille te pro me rogantem audiet exaudietq; utinã, in eo maximè, ꝙ ut petas nominatim ꝑcor, ut talis ſcilicet ſim dũ uiuo, qualis uellẽ fuiſſe dũ moriar. Reliquũ eſt, ut petitionibus & quæſtionib. tuis, utcũq; ſatisfaciã, quib. ſi te ſeq uellem, nũquid ego quoq; non ſat dignè ſubiraſcerer? Tantũ nẽpe mihi preconium ingenij tribuis, quantum ego nec poſco, nec mereor, & quãq̃ multũ exprimã, plus tantũ incõparabiliter eſt quod taces, tacitusq; pronũcias, ubi me rogas, ut de Dignitate conditionis humanæ, librũ ab Innocẽtio III. promiſſum ut dicis, nec ab illo æditũ, ipſe ædã, pmiſſumq; impleã alterius, q propriũ implere nõdũ potui, quaſi prõptũ ſit, mihi de re qualibet copioſe ſuauiterq; diſſerere. Nec aduertis uirũ illũ, quẽ uirtus & ingeniũ, ante tẽpus ad Romani põtificatus apicem euexerũt, De miſeria humanæ cõditionis ingreſſum ſcribere, uix impleſſe propoſitũ, de cõtrario aũt, ſe ſcripturũ promiſiſſe, tãtũmodò nõ adhibitis ſpõſonb. quos ſe digreſſo, deluſa poſteritas cõueniret. Illius fidẽ ut abſoluã, tu nunc iubes, & experiar, ꝙ illum uel noluiſſe, uel timuiſſe, uel nequiſſe compertũ eſt. ſed quis ego ſum, aut q̃ eſt in me facultas? ut apud Ciceronem ait Lelius. Ergo ego, ꝙ ille uir exhorruit, ſecurus aggrediar? q etiam ſi Põtificatu ſepoſito, per ſeipſum extimetur, cautus habetur omniũ iuditio, ut doctiſsimis aſcribatur, in Põtificatu aũt, talis fuit, ut haud dubiè ſicut ſæpe dicere magnos Eccleſiæ cardines audiui peregrinæ nationis atq; inuiſæ, qui hoc nõ ſpõte ſua, ſed cogẽte ueritate fatebãtur, poſt illũ Petri ſedẽ, æq; nullus honeſtauerit cũ hoc tali uiro, tãtæ auctoritatis, tàm potẽtis ingenij, me adeò nõ ex æq̃ partiri iubes hanc ſarcinã, ut cũ de Miſeria humanæ conditionis ille tacuerit, mihi de cõtrario ſit agẽdũ, atq; ita ꝙ nemo dubitat, quæ illi prona fuit, & facilis, mihi difficilis, & maligna materia ſit. Ampliſsima eſt enim humana miſeria, breuis & pangusta fœlicitas, uerũ qa & ſi nõ faciẽ tamẽ, ut mihi uideor animũ tuũ noui, & ſcio nõ aliũde, pcedere, ut hoc mihi onus iniũxeris, niſi ab ingẽti quadã, & inſigni fiducia, q̃ de reb. meis & ingenio concepiſti, ſuggerẽte charitate illa, quã in CHRISTO me diligis libentiſsimè parerem. qd enim melius poſſem, quã implere quod ꝑcipis? ſed obſtãt aceruí mearũ occupationũ, q̃ tàm multæ ſunt, ut ſi eas noueris aut miſeraris, aut rideas quas, mihi fateor nõ ambitio cupiditasq; cõflarunt, ſed operoſum ociũ, & literarũ ſitis inexplebilis, nec unquã ut auguror, niſi ſupremo cũ ſpiritu deponenda, meisq; undiq; obſideor curis, nec ulli magis conuenire dixeris illud Virgilianum uel reginæ amantis, uel amentis inertiſq; paſtoris pendẽt opera interrupta & ſemiputata mihi frondoſa uitis in ulmo eſt. Itaq; ſicut nihil tibi negatũ uelim, ſic uirib. meis maiora promittere non auſim. Tẽptabo tamẽ, ſi quas fortè mihi horas intercipere furariq; poſſim, dedicandas tibi, & id faciam, non tã ingenio meo, q̃ orationibus tuis fiſus. & dicam tibi, quorſum proceſſerim dictu mirũ, cum adhuc nihil inceperim. Eſt mihi liber in manibus, de Remedijs ad utranq; Fortunam, in quo pro uirib. nitor, & meas & legẽtiũ paſsiones animi mollire, uel ſi datum fuerit extirpare, fortè autem ita accidit, ut dũ de triſtitia miſeriaq; tractatus ueniſſet, ad calamum, eſſemq; in eo occupatus, ut eiuſmodi triſtitia, nullis certis ex cauſis ortam, quàm ægritudinem animi Philoſophi appellãt, obiectu contrarij conſolarer, quod nullo melius modo fit, quàm cauſas lætitiæ conquirendo. id uerò nihil eſt aliud, q̃ humanæ conditionis exquirere dignitatem, eo ipſo die, tua ſuperuenit epiſtola, hoc ipſum uehemẽter expoſtulãs, quaſi quid tunc agerem ſciens, ultrò currenti ſtimulum tuæ exhortationis adijceres, feci igitur & diligentius inſtiti, nõ aliter quã ſi ſcribenti aſsiduè, immineres, & tibi. in ſilentio reſpondebam. facio ecce quod iubes, hic rerũ & arbitror ſumma eſt, qua ſi ornare diligẽtius q; diſtinguere, uel uitæ breuitas, uel uerum impedimenta uetuerint, hoc tibi ſaltem nullus eripiet, hæc hacterius. De quæſitis autem tuis, ne nimis te hodie prægrauarem, ei de cuius manibus hanc accipies explicui, uiro utique doctiſsimo, tuiq; & propter te mei quoque amãtiſsimo, cuius mihi ualde deuotio & aſpectatus, & propoſitum placuere. Vale fœliciter in CHRISTO IESV per quẽ

te ob-

te obſecro,& adiuro,ut qaotiẽs eius fueris alloquio,meí habeas memoriam,neu de profundis ad domi num & ad te clamantem,ex altiſsima tuæ contemplationis arce deſpicias.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIBVS, Liber XVI.

Fran. Petrarcha Ioanni Bocatio, S.

Ei cui uirtus, de opibus nihil conquerendum.

AD literas tuas nihil reſpondere decreueram, continebãt enim utiles licet amabicabileſq; ſententias uehementer tamẽ à meis ſenſib. abhorrentes, incidit mihi interim uolũtas, de re alia, nõ paruam tibi epiſtolã ſcribẽdi, quam cum lituris obſitam reſcribere pararem, amicus quidam penè iugiter ægrotantẽ, miſeratus, hunc mihi abſtulit laborẽ, illo aũt ſcribẽte, cogitare cœpi. quid nunc dicturus eſt Ioannes meus? homo iſti dictat ſuperuacua, & ad neceſſaria nõ reſpõdet, tunc impetu magis, quã iuditio, abiectũ calamũ reaſſũpſi, & ſcripſi epiſtolã tibi alteram eiuſdẽ penè magnitudinis, in qua tuæ reſpondeo. Ambas aũt propè duos mẽſes, ex quo ſcriptæ erãt nũcio nõ occurrẽte, dictaui. Nunc tandem, cum hac parua magnæ illæ duæ ueniunt, apertè illi quidem, quo ſcilicet aperiendi laboribus paſſuum remittatur, legant qui uolent, modo integras reſtituant. Scient nihil nos bellis agere, utinam non plus alij, eſſet enim pax nobiſcum, quæ nunc exulat, illam ego alteram manu mea ſcriptam prius leges, illam alienæ manus poſtea, hunc eis ordinem dedi. Cum ad finẽ ueneris, feſſus dices. Eſt ne hic amicus meus, æger ille ſenex, occupatus? an neſcio, qs alius eiuſdẽ nominis, ſanus, iuuenis, ocioſus? ego ipſe me, fateor, & pùicatiã meã miror. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Bocatio, S.

De non interrumpendo per ætatem ſtudio.

EPiſtola ſtatus tui nũcia ad me uenit, eaq; in parte animum meum, magno qdẽ, non inſolito mœrore cõpleuit, his olim rumoribus plenus ſum. iniquè fateor, tecum agi, in his quæ fortunæ bona uulgus uocat, Philoſophi autem ueri, nec bonorum appellatione, nec pretio digna dicunt, & ſi leuia qdem, uitæ mortalis adminicula non negent. doleo equidem, & indignor, dicerẽ fortunæ, ſi qd illam eſſe crederem, nunc iraſci non audeo, ſi quæ lætos mœſtosq; nos faciunt, nõ temerè ut cõmunis habet aſſertio, ſed maioris arbitrio eueniunt, q cum tibi plus multò quã cæteris mortalibus daret, prælatum penè omnibus coẽuis tuis, multis æquauit, compẽſatione iuſta forſitã ſed moleſta, ut noſtri temporis Lactantius eſſes, aut Plautus, cui plurimũ eſſet ingenij atque eloquij, nec minus inopiæ. Si autẽ quo es iuditio, acriter tecum ipſe rem diſcutis, & quid tibi datum, quid negatum extimas, puto fatebere, omnibus ad libram deductis, quamuis amariuſculè nõ infœliciter te humanis habitum in rebus. Quod ut clarè uideas, intende animum, & cogita, neu te fallas, quot ſunt in toto hominũ conuentu, cũ quibus non dico pecuniã, nõ ualitudinẽ, nõ agellos, ſed res tuas omnes ſimul permutaſſe uelles, & ſi pauciſsimos aut ſi nullos inuenis, conquieſcere ac ſolare animum, illi gratias agens, qui dat omnibus affluenter, nec improperat, ſed cũ tibi omnia largiri nollet, meliora largitus eſt. In hoc enim fallimur, q dũ uirũ uirtutib. ac literis inſignem, cæterarũ rerũ cernimus indigentẽ, miramur, iraſcimur, indignamur, idq; ſibi iniuſtè quærimur accidere, que maioribus dignum remur, quod tunc rectè diceret, quando ea quibus ornatus eſt, à ſeipſo, uel ab alio ſibi eſſent non ab illo, qui non omnia uni dat, ſed hoc tibi, illud alteri ſicut ſcriptum eſt, diuidens ſingulis prout uult, ſatis ſit igitur accepiſſe chariora, quãuis negata ſint uilia. Illi autẽ quiſquis erit, caducis opibus glorianti, tu Philoſophico pierioq; locuples theſauro, dic fidenter illud Flacci:

 Te gre-

Te greges centum Siculæq; circum
Mugiunt uaccæ, tibi tollit hinnitum
Apta quadrigis equa, te bis Afro — *Murice tinctæ*
Veſtiunt lanæ, mihi parua rura &
Spiritum Graiæ tenuem Camœnæ
Parca non mendax dedit & malignum — *Spernere Vulgus.*

Sæpe q̃dẽ hũc ſermonẽ, cũ amicis habui, & qd dicere ſoleã nũc ſcribo. Si uirtutũ diues, aliqs forte cuiuſpiã principis ad obſequiũ deueniſſet, & ille eũ duriter atq; auare tractaret, ac diceret, ſufficiant tibi uirtutes tuæ, de alijs ſine me boni huius inopiã patientibus ſubuenire, poſſet hic talis iure optimo reſpondere. ſi quid eſt uirtutis, non à te illud accepi, tu ergo, ſi iuſtitia uti uis, debes nudũ in me meritũ intueri, & qualem inuenis extimare, aut par præmium ſit uirtuti, neq; mihi inſolutũ dare, quod nõ tui, ſed cœleſtis eſt muneris, meq; non ex probratione, ſed beniuolentia indignũ facit. Hoc omniũ domino dici neqt, q uirtutis corpuſq;, & animã ipſam, dedit, ille quidẽ amplius petenti, iure ſuo poteſt dicere. Sile forte tua contentus, ac deſine cuncta cõcupiſcere. ſuaſq; dotes quãtaslibet allegãti Apoſtolicum illud obijcere, Quid habes q̃ nõ accepiſti: ſimulq; q̃ ſequitur: Si aũt accepiſti quid gloriaris, quaſi nõ acceperis? & hæc, uidẽ hactenus pauca de multis, q̃ tibi ita nota ſunt omnia, ut uix ulli hominum notoria, è quibus omnibus unũ illud efficio, Non poſse iſtè uirtuoſum uirũ, de inopia temporaliũ rerũ quæri. Venio hinc ad alterã epiſtolæ tuæ partem, quæ de me erat, dixi equidẽ, olim ſæpè, & totiẽs inculcare unã eandẽq; rẽ piget, at ſi ut literæ tuæ ſonãt, læta mihi & opulẽta ſors eſſet, nunq̃ profectò tã tenuis tua eſſet, hoc uelim tibi in animũ demittas. Nihil eſt uerius, muta igitur epitheta pro opulẽta, mediocrẽ, pro læta nõ anxiam, ſi dixeris, uerò propius acceſſeris, qualiſcũq; ſit, tamen hoc totiẽs dictũ, nec iam amplius repetendũ ſcito, q̃ ſi unicus mihi eſſet panis, æquis portionib. diuidendus ueniet inter nos, q ſi Paulo & Antonio famoſiſsimis olim heremicolis, ſatis fuit, cur nõ nobis etiam ſatis ſit? non ſumus panis meriti, panis tamẽ ille, conditus mutua charitate, & q̃uis nõ corui roſtro, ab eodẽ tamẽ domino miſſus erit. ſi præterea lectulus unicus, noſtro eſſet in thalamo, largiter ſic unanimes duos exciperet, ſomni curatũq; fidus arbiter noſtrarũ. ſed et panes et lectuli plures erũt, nilq; omnino nobis deerit, una modo nõ ſit æquanimitas. Nũc ad id trãſeo, cuius partẽ me noueris impleſſe miraculo, ſcribis te ægritudines meas multiplices ægrè ferre. ſcio neq; hoc miror. Neuter noſtrũ, ægrotãte altero, planè ſanus eſſe poteſt, addis credere te, id mihi ætatis iam initio prouenire, q̃ ut Comico placet, ſenectus ipſa morbus eſt. Neq; hic rurſus aliquid eſt, quod mirer, neq; ſententiam hanc reſpuo, unum modo illi additum ſit, Eſſe ſenectutẽ morbũ corporis animi ſanitatẽ, q̃ aũt, an peruerti forſan iſta maluerim? ut cũ ſanitate corporis, ſit animi ægritudo? abſit hoc ab anima mea, ut in corpore, ſic in toto homine opto, & gaudeo illã partẽ in primis benè ualere, quæ nobilior eſt. Obijcis mihi annos meos, q̃ nõ poſſes, niſi ego illos tibi dinumeraſſẽ. obijcis, inq̃, & oblitũ uelut amones, & benefacis. Vtile eſt enim excitare memoriã, his p̃ſertim in reb. q̃ libenter effluũt, quales ſunt omnes amari, quos humana mens refriget. ego aũt crede mihi, memini, & p ſingulos dies ipſe mecũ dico, En gradus unus ad terminũ. Equidẽ de ætate mea, in qua ſenes, addendo iuuenes detrahẽdo uarijs modis pari uanitate mentiri ſolitos ſcimus, tibi ante aliqt annos, bona fide uerũ ſcripſi, nequid mearũ rerũ te lateret. Scripſi & per idẽ tempus cõmuniter ad amicos, meæ iã tũc indicẽ ſenectutis epiſtolã. & ſi enim dicat Anneus, quoſdã inultos ſenectutẽ audire & canos, & alia ad q̃ uotis peruenitur, idq; ego nõ quibuſdã, ſed penè omnibus euenire cõſentiam, nõ tamen hãc ætatẽ pluſquã cæteras erubeſco. quid enim magis ſenuiſſe me pudeat, q̃ uixiſſe? cũ alterũ ſine altero diu eſſe nõ poſſit. optarem planè, ſi daretur nõ iunior quidẽ eſſe, ſed inter actus honeſtiores ac ſtudia ſenuiſſe, neq; grauius quicquã fero, q̃ tãto in tẽpore, nõdum quò debuerim perueniſſe. ideò adhuc nitor, ſi quo modo forſan ad ueſpã, diurnã deſidiã reparare cõtingeret, & ſæpe mihi per animũ recurſat ſentẽtia Cæs. filij ſapientiſsimi principis Augusti. Sat celeriter fieri quicquid fiat ſatis benè, ſeu illud Philoſophicum doctiſsimi Platonis: Beatum cui etiam in ſenectute contigerit, ut ſapientiã ueraſq; opiniones aſſequi poſſit. ſeu deniq; Catholicum illud ſacratiſsimi pa-

tris Am-

tris Ambroſij, Beatus planè qui uel in ſenectute ſurrexit ab errore, beatus q uel ſub ictu
mortis, animũ auertit à uitijs, his horũq; ſimilibus expergiſcor, ut fauente Deo emendem,
ſerò licet in me nõ ſolũ, ꝙ uitæ defuerit ſed etiã quod ſcripturæ, q̃ ab initio neglexiſſe uide-
ri poterat, fortaſſe cõſiliũ, nunc quid niſi ſenilis torpor & ignauia uideretur. Qua in parte
conſilium, fateor, illud tuũ eſt, quod uehemẽter me mirari ut dixi & dico. quis enim ex o-
re uigilãtiſsimi uiri, ſomni conſiliũ & inertiæ non miretur? Relege oro, & examina ꝙ ſcrip
ſiſti, ipſe iudex contra conſiliũ tuũ ſede, & ſi audes illud abſolue, quo me ſcilicet pro reme-
dio ſenectutis, ad multũ ſenectute qualibet peiorẽ ſegnitiem cohortaris, idq; quo facilius ꝑ
ſuadeas, magnũ neſcio quid me conaris efficere, ut qui ſatis ſicut uiuẽdo ſic proficiẽdo ac
diſcendo proceſſerim, iã ſubſiſtã. Mihi uerò mẽs lõge alia eſt, ut ait ille, diuerſumq; propoſi-
tũ, greſſum ingeminare, & nũc maximè uelut amiſſa parte lucis, ſub occaſum ſolis ad exi-
tũ properare. qd tu aũt conſulis amico, ꝙ tibi ipſe non conſulis? Non eſt mos hic fidelium
conſultorũ, inq; hoc ingenio uteris, atq; arte mirabili, dicis enim, me tã ſcriptis meis latè co
gnitũ, q utinã benè cognitus ac probatus, uicinitæ meæ eſſem. Addis, quo niſi me multum
amares, & niſi penitùs alterũ me nouiſſem, falli crederẽ, & illudi, nũc nõ me abs te, ſed te ab
amore falli ſentio, q multos doctiſsimos iã fefellit. Dicis aũt me, & oriẽti notũ & occaſui.
his et mediterranei maris omnia littora, et ꝙ ridiculum omne trãſcẽdit, hyperboreos addis
& Aethiopes, mirũ ualdè, ſi perſuaderi tibi hoc potuit tali uiro, mirabilius ſi perſuaderi mi-
hi poſſe credidiſti, niſi eo modo forſitan, quo in una eadẽq; domo q̃uis exigua omnis qua-
tuor mundi partes deſignari poſſunt. Auſter & Boreas ortus & occidens, uixq; uel ſi do
mi meæ, ad plenum notus eſſe crediderim, nec ſcio an qſquã ſit hodie in terris, q anguſtio-
res ſibi de ſe fingat opiniones. Tu amice cur fallere, cur ut dicã ꝓpriè, me infatuare atq; in-
flare uelis, miror, niſi alter te fefellit, ut dixi, ꝙ ipſum ſupra fidẽ mirer, cum nulli q̃ tibi noti-
or ſemper eſſe putauerim, & tamen omnia opinari malim q̃ de tãta fide fictũ aliquid ſuſpi
cari. Cæterũ ut longiuſculè, immò ut longiſſimè, utq; rudis homuncio, ibi etiã notus ſim,
qua ætate Marci Tullij, ut ait Seuerinus, nondum Romanæ Reipub. fama trãſcẽderat. u-
bi inaduertentiã tanti uiri, ſolitum fateor me mirari, non de ſua enim ſed de Scipionis Afri-
cani ætate Tullius agebat, ubi hoc ait. Sed eſto quocũq; libet meũ nomẽ ꝑueniſſe tibi fingi
to, ſicut ego doctiſsimos Patres uidi, de filijs quibus nec ſciẽtia nec ſpes ſciẽtiæ ulla erat, mi
rabilia ſomniãtes. An tu tamẽ id ſtudij mei frenũ crederes? calcar eſſet, quo ꝓſperiorẽ exitũ
laborũ cernerẽ, eò acrius incũberem, meq; quò ſum animo ſucceſſus nõ ſegnem redderet,
ſed ſollicitũ, & ardentẽ. Tu uerò quaſi terræ finibus nõ cõtentus, me ſup æthæra etiã notum
dicis, Aeneæ laus ac Iulij, illic quidẽ haud dubiè notus ſum, utinã et dilectus. illud planè piæ
coniũ ꝙ mihi tribuis non recuſo. Ad hæc, noſtra ſtudia multis neglecta ſæculis, multorũ
me ingenia per Italiam excitaſſe, & fortaſsè lõgius Italia. ſum enim ferè omniũ ſenior, qui
nũc apud nos his in ſtudijs elaborãt, at ꝙ hinc elicis nõ admitto, ut cedẽs ingenijs iuniorũ,
ſuſcepti laboris impetũ interrũpam, permittãq; alios aliqd ſcribere, ſi uelint, ne unus ſcribe
re omnia uoluiſſe uidear: ò quantũ noſtræ inuicẽ differunt ſentẽtiæ, cũ uolũtas amborũ una
ſit. Tibi ego omnia, ſeu lõgè plurima, mihi uerò nil penitùs uideor ſcripſiſſe. Sed ut multa
ſcripſerim, & ut multa ſcribã, quo nã melius modo poſſim, ſequẽtiũ animos ad perſeueran
tiã exhortari, ſæpe ualidius excitãt exẽpla q̃ uerba, certè ꝓbatiſsimus dux Camillus ſenex,
bella iuueniliter obeundo, multo magis ad uirtutem iuuenes accẽdebat, q̃ ſi illis in acie reli
ctis, edicto quid agendũ eſſet, in cubiculũ conceſſiſſet. Quid aũt ſollicitus uideris, ne ſcribẽ
te me omnia, ſcribere aliquid alijs nõ uacet, tale eſt, qualis metus ille ridiculus Alexandri
Macedonis, qui timere ſolitus fertur, ne uincẽdo omnia Philippus pater, omnẽ ſibi ſpem
bellicæ laudis eriperet, inſanus adoleſcẽs, qui neſciret quanta ſibi nũc etiã bella, ſi uiueret, do
mito licet Oriẽte reſtarẽt, nec Papyriũ forſitã Curſorẽ et Martios duces noſſet. Sed hũc me
tũ nobis abſtulit Anneus Seneca, quadã ad Luciliũ epiſtola. Multũ, inquit, adhuc reſtat o-
peris, multũq; reſtabit, nec ulli nato poſt mille ſæcula p̃cidet ocaſio. aliquid adhuc adijciẽ-
di. Tu amice mira rerũ perplexitate, hinc me niteris à ꝓgreſſu cœptorũ operũ perueniẽdi
deſperatione, illinc parte gloriæ oſtentatione diuertere, & poſtquã dixiſti mundũ me ſcrip
tis impleſſe, Putas 'ne precor, inquis, Origenis aut Auguſtini æquare uolumina numero.

Equidē Auguſtinum æquari à nemine poſſe reor, quis nunc enim illū æquet quem æuo illo ingeniorum feraciſsimo, me iudice nullus æquauerit, nimis magnus undiq; Vir fuit, nimis inacceſſibilis. quod ad Originem attinet nō tā numerare ſoliū, quā extimare, me noueris pauculos libellos incorruptos, ſcripſiſſe maluerim, quā libros innumeros, in qbus magni ſi uera eſt fama, & intolerabiles ſint errores, utrunq; horū æquare tu mihi dicis impoſſibile, fateorq; quanq; diuerſa ratio ſit amborū. Contra teipſum tamen, qui me ad ociū ſtylo impellis, quaſi aliud neſcio quid cogitans laborioſiſsimos quoſdam ſenes profers, Socratem, Sophoclemquе, & è noſtris Cenſorium Catonem, & quot poſſes alios, ſed uix diù quiſquam ſciens contrà ſe loquitur, hic tu tamē & conſilij tui & meæ imbecillitatis excuſationes hinc inde & conquires, dicis: Diuerſam fortaſsis illorum fuiſſe, & meam eſſe complexionem. cui quidem haud coactus aſſentiar, quamuis & mea complexio interdum ualidiſsima uiſa ſit, his qui talium notitiam profitentur, ſed ualidior eſt ſenectus. Huc etiam illud affers. Bonas me partes temporum, ſub obſequio principum perdidiſſe, hic ne erres, uerum accipe. Nomine ego cum principibus fui, re autem principes mecum fuerunt, unquam me illorum conſilia, & perraro conuiuia tenuerunt. Nulia mihi unquam conditio probaretur, quæ me uel modicum à libertate à & ſtudijs me is auerteret, itaque cum palatium omnes, ego, uel nemus petebam, uel inter libros in thalamo quieſcebam. Si dicam nullum diem perdidi, falſum dicam, multos perdidi, utinam non omnes, uel inertia quadam, uel morbis coporis uel angoribus animi, quos prorſus euadere nullo contigit ingenio. Quid iuſſu Principum perdiderim iam audies. nam & mihi cum Seneca ratio conſtat impenſæ. Semel Venetias miſsus, pro negotio pacis inter urbem illam ac Ianuam reformandæ, hybernum in hoc menſem integrum, exegi, inde ad Romanū Principē in extrema Barbariæ, heu, collapſi ſpes Imperij refouentem, dicam rectius deſerentem, pro Liguſtica pace, tres æſtiuos menſes, deniq; ad gratulandum Ioanni Francorum regi, Britannico tūc carcere liberaro, alios tres hybernos, & ſi enim in his tribus itineribus, aſſiduè ſolicis curis animum exercerē, quia tamē nec ſcribere erat, nec affigere cogitata memoriæ, perditos dies uoco, quamuis in ultimo, dum Italiam repeto, ad Petrum Pictauienſem ſtudioſum ſenem, epiſtolam ingentem dictaui, de mutatione fortunæ, quæ ſero rediens defunctum illum repperit. Ergo ecce menſes ſeptem, ſub obſequio principum amiſi, iactura ingens non inficior, in tàm breui uita, utinam tamen non fuiſſet ingentior, quàm mihi adoleſcentiæ meæ uanitas, & occupationes ſuperuacuæ pepẽre. Addis ad hæc forte aliam nobis eſſe, quàm ueteribus fuerit uiuēdi metam, fieriq; poſſe, ut qui hodie ſenes ſunt, tunc iuuenes dicerentur, hic quid aliud dicam, niſi quod cuidam nuper Iuriſconſulto huius ſtudij, quem cum ad deprimendam ueterum induſtriam, & excuſandā ignauiā modernorū, hoc in ſcholis dicere ſolitum accepiſſem, mādaui ſibi per unū è diſcipulis ſuis, ne id amplius diceret, ne inter doctos ipſe indoctior haberetẽ. A duob. & eò amplius annnorū milib. circa humanæ uitæ ſpaciū, nulla mutatio facta eſt. LXIII. annos uixit Ariſtoteles, totidem Cicero, uicturus amplius ſi impio atq; ebrio placuiſſet Antonio, & quā multa iāpridē de ſua calamitoſa ac pcipiti ſenectute tractauerat, librumq; de ſenectute cōſcripſerat, quo cū amico cōmuniter uteretur. Septuaginta uixit Ennius, totidē Flaccus, Horatius, LII. Virgilius noſtra etiā ætate breue tēpus, at Plato LXXXI. idq; pro mōſtro habitum fertur, ut propterea q perfectiſsimā expleſſet ætatē, qſi q ſupra hominē eſſet ſacrificatum ei cōſtet, à Magis, cum paſſim hodie noſtris in urbib. hæc ætatū ſpatia uideamus, & octogenarij & nonagenarij occurrāt, nec miretur quiſquā nec ſacrificet. Si tu hoc loco mihi uel Varronē obijcias, uel Catonē aliosq; qui ad centeſimū peruenerunt annū, uel Gorgiā Leontiū, qui hos magno ſpatio ſupergreſſus eſt. Ego illis quos opponā habeo, ſed quoniā obſcura ſunt nomina unū pro multis obijciā Romualdū, Rauennatē clariſsimū heremitā, q nuper inter maximos labores, quos ſibi pepererat amor CHRISTI, in uigilijs ac ieiunijs multis, à quibus quod in te eſt, me nūc tu cōſilio tuo abſtrahis, centū & uiginti uitæ annos habuit. Quē articulū idcircò ſcrupuloſius digeſſerim, ne pter illos primos patres q ab exordio rerū fuiſſe memorātur, & quib. exiſtimo nullū penitùs cōmertiū literarū fuit, maiores alios noſtros nobis uiuaciores, aut pdices, plus illis fuit induſtriæ nō plus uitæ, niſi q a uita ſi

ne induſtria

hę induſtria nō uita ſed ſegnis et inutilis mora eſt, quã q̃ tu pplexitatē hāc cautè, pauciſsimis uerbis euaſeris, dicēs, ut ætatis nulla ſit q̃ſtio eſſe poſſe cōplexionis, & fortè aëris, aut ciborum, uel his deniq; uel alijs ex cauſis, non poſſe me quod poterant illi, & planè conſentio, fateorq; ſic eſſe, ſed non æquè confiteor, quod hinc infers, ad quod operoſis accingeris argumentis. quæ tamen aliqua ex parte his ipſis aduerſa uideantur, dicis enim & conſulis, ut ſatis mihi ſit, tuis ad literā utor uerbis, carmine forſan æquaſſe Virgilium, ſoluto Tullium ſtylo, quod ô ſi ueritate inductus, & nō amore ſeductus aſſereres. Addis me ex S. C. more maiorum ſplendidiſsimum titulū, & Romanæ Laureæ rarū decus adeptum, quæ eò pergunt, ut fœlici ſtudiorū fructu auctus, & æquatus maximis, & inſigni laborum præmio honeſtatus, Deo & hominib. importunus eſſe, iam deſinam, parto cōtentus, & uoti cōpos egregij, cui planè nil defuerit modò, q̃ tibi perſuaſit amor, aut uerū, aut ſaliē omnib. perſuaſum ſit, ultrò alienis teſtimonijs acquieſcam, & qui mos eſt publicus, de me alijs credā, ſed diuerſum alijs uidetur. Ante omnes mihi, qui profectò neminē æquaſſe me arbitror, niſi uulgus, cui multo malim ſemper ignotus eſſe quàm ſimilis, laurea aūt illa mihi immaturo æui, fateor, atq; animi, immaturis quidē texta frondib. obtigit, quā ſi fuiſſem maturior non optaſſem, amant enim ut ſenes utilia, ſic iuuenes ſpecioſa, nec reſpiciūt finē. Et quid putas? nil prorſus ſcientiæ, nil eloquentiæ illa mihi, inuidiæ autem infinitum attulit, & quietem abſtulit, ſic inanis gloriæ & iuuenilis audatiæ pœnas dedi, ex illo enim fermè omnes in me linguas & calamos acuere, ſemper ſignis erectis in acie ſtandum fuit, ſemper nunc ad dextram, nunc ad læuam inſultantibus obſiſtēdum, ex amicis, hoſtes mihi fecit inuidia. poſſem multa hic quæ te in admirationē agerent memorare, ad ſummam, hoc mihi mea laurea præſtitit, ut agnoſcerer ac uexarer, ſine qua quod optimū uitæ genus, quidā putant, & quieſcere poterā & latēre. Suprema mihi tuæ ratiocinationis ars uidetur, ut quāto diutius poſſim, uiuere ſtudeam, ad gaudiū amicorum tuæq; in primis ſolatium ſenectutis, quia ut animis, me tibi ſuperſtitem cupis, heu mihi, hoc & Simonides noſter optauerat, heu iterū uoto nimium efficaci, cum ipſe mihi, ſi quis humanis ordo foret, in rēb. ſuperſtes eſſe debuerit. optas idē & tu frater ante alios, & amicorū aliqui piū uotū, uoto aūt meo prorſus aduerſum, opto ego uobis ſaluis mori, & poſt me relinquere, quorū in memoria & in uerbis uiuam, quorum precibus adiuuer, à quibus amer ac deſiderer, præter enim conſcientiæ puritatem, nullum reor ſolamen hoc gratius morienti. quod ſi hoc mihi fortè ſuadeas, tua illa facit opinio, qua me ualdè uitæ auidū arbitraris longè falleris. quomodo ego uiuere diu optem, inter hos mores, ad quos perueniſſe ualdè doleo, & ut ſileam grauiora, hos inter deformatos & obſcœnos habitus uaniſsimorum hominum, de quibus & ſcripto & uerbo ſæpe nimium queror, ſed indignationem animi ac dolorē uerbis explere non ualeo, qui cum tali dicantur, & in Italia nati ſint, omnia faciunt, ut Barbari uideantur, eſſentq; utinam barbari, ut meos & uerorum oculos Italorum, tàm turpi ſpectaculo liberarent: Deus eos omnipotens uiuos ac mortuos malè perdat, quibus non eſt ſatis, maiorum uirtutes, ac gloriam & belli pacisq; artes omnes per ignauiam amiſiſſe, niſi ſermonem atq; habitum patrium, per amentiam dehoneſtent, ut non tantū patres noſtros, qui tempeſtiuè hinc abierunt, ſed cœcos quoq; fœlices iudicēt, qui iſta non uident. Vltimū rogas ut tibi ignoſcam, qui mihi conſulere uiuendiq; modū præſcribere auſus ſis, ut ſcilicet intentione animi uigilijsq; & laboribus conſuetis abſtineam, & ætatē feſſam annis, ſimul ac ſtudijs pingui ocio ac ſopore refoueam. ego autem non ignoſco, ſed tibi gratias ago, tui conſcius amoris, qui te, quod in tuis non es meis in rebus Medicum facit. tu potius mihi ut parcas quæſo, qui tibi non par eam, & ſic tibi perſuadeas, me & ſi cupidiſsimus uitæ eſſem, quod non ſum, tamen ſi conſilio tuo ſtem, aliquanto citius periturum, labor iugis. & intentio pabulum animi mei ſunt, cū quieſcere cœpero atq; lenteſcere, mox & uiuere deſinam, noſco ipſe uires meas, non ſum idoneus ad reliquos labores ut ſoleo, legere hoc meum & ſcribere, quod laxari iubes leuis eſt labor, immò dulcis eſt requies, quæ laborum grauium parit obliuionem. Nulla calamo agilior eſt ſarcina, nulla iucundior, uoluptates aliæ fugiunt, & mulcēdo lædūt, calamus & in manus ſumptus mulcet, & depoſitus delectat, ac prodeſt non domino ſuo tantum, ſed alijs multis ſæpè etiam abeuntibus, nonnunquā & poſteris

poſt annorum millia. Veriſsimè mihi uideor dicturus, omniũ terreſtriũ delectationum, ut nulla literis honeſtior, ſic nulla diuturnior, nulla ſuauior, nulla fidelior, nulla quæ per omnes caſus poſſeſſorem ſuũ tàm facili apparatu, tàm nullo faſtidio comitetur. Parce igitur Frater parce, tibi omnia crediturus, hoc non credam, Quemcũq; me feceris, nihil eſt enim quod non poſsit docti diſertiquè uiri ſtylus, mihi tamen enitendum eſt, ſi ſum nihil, ut ſim aliquid, ſi ſim aliquid, ut ſim pluſculum, & ſi eſſem magnus, quod utiq; non ſum, ut qua datum eſſet, fierem maior, ac maximus, An non mihi liceret maximũ illius immanis & barbari uerbũ uſurpare? cui cum ſuaderetur, ut iam ſatis magnus nimio parceret labori. Ego uerò, inquit, quo maior fuero, eò plus laborabo dignũ uerbum, quod nõ à Barbaro diceretur, hoc mihi igitur fixum eſt, quãq; ſim procul ab inertibus, conſilijs ſequens ad te epiſtola erit indicio. non contentus enim cœptis ingentibus, ad quæ breuis hæc uita non ſufficit, nec ſi eſſet duplicata, ſufficeret, nouos quotide & externos aucupor labores, tantũ ſomni. & languidæ odium eſt quietis. An tu uerò forſitan nõ Eccleſiaſticũ illud audiſti, Cũ conſumauerit homo, tunc incipiet, & cũ quieuerit tũc operabit̃. equidẽ nunc cœpiſſe mihi uideor, quicquid tibi, quicquid alijs uidear, hoc de me iuditiũ meũ eſt. ſi hæc inter uitæ finis adueniat, qui certè iam longinquus eſſe non poteſt, optarem fateor, me quod aiunt uita peracta, iuuentutem inueniret, id quia ut ſunt res, non ſpero, opto ut legentem, aut ſcribẽtem, uel ſi CHRISTO placuerit orantem, uel plorantem mors inueniat. Tu uale mei memor, & uiue fœliciter ac uiriliter perſeuera. Patauí *IIII*. Cal. Maias ad ueſperam.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. VARIARVM EPISTOLARVM,

Liber I.

FRAN. PETRARCHA ANDREAE DANDVLO Venetorum Duci, S.

VT aliquid ad te ſcribam inclyte Dux, hinc mea fides, hinc humanitas tua ſuggerit, illinc rerum præſentiũ ac temporũ ſtatus cogit, hæc quidẽ præſtat, ut loqui uelim, hæc ut audeam, ille aũt ut tacere nequeã. quis enim ab amante ſollicito, ſilentiũ requirat? libertus amoris, uerecũdiæ frenum neſcit. os licet obſtruxerit rationis manùs, & magnitudini rerũ ſe imparem recognoſcens animus, quieſcendum tacendumùe denunciet, erumpet tamen anxiũ pectus in uoces, non peregrinas ſententias aut uerba uenabitur, quicquid ad manum uenerit, quicquid dolor metusq́; ſuaſerint, loquetur, feſtina, trepida, tumultuaria, & q; natura rerũ fert, ſimillima mẽtis fluctib. exibit oratio. Id ſi nunq̃ alias, nunc mihi p̃ſertim euenire noueris, moueor equidẽ, uir illuſtris, & ualde permoueor, & ſi proprium affectus mei nomen exigis, permetuo frementes in circuitu procellas, & quos undiq; cernimus rerũ motus, ſed ut totius humani generis lamenta prætereã, Italicus homo, ad Italicam querelã uenio. Surgitis nunc ad arma duo potentiſsimi populi, duæ florentiſsimæ urbes, duo ut dicã breuiter Italiæ lumina, q̃ ut mihi quidẽ uidetur, peropportunè adeò hinc illinc, circum Auſonij orbis clauſtra diſtribuit natura parens, ut uobis ad arctõ & ad ortum ſolis, illis ad meridiem & ad occaſum uerſis, uobis ſuperum, illis inferum mare frenãtibus, poſt debilitatum inclinatumq; iam, ne dicã proſtratũ, prorſus & extinctũ, Romanũ imperium: adhuc reginam Italiam, quadripartitus orbis agnoſceret. de qua re, & ſi quarundam fortè gentium ſuperbia in terris, litem factura uideatur in alto, certè nullius unquam impudentia controuerſiam mouebit. cæterũ ſi in uoſmetipſos, quod nedũ ſpectare, ſed ominari horreo, uictricia nunc arma cõuertitis, haud dubiè ueſtris proprijs manib. ſaucij perimus, ueſtris proprijs manibus ſpoliati, & nomen, & multis quæſitum laboribus Imperium maris amittimus. Ita tamen, ut quod ſæpè aliàs, malorum ſolamen habuimus, non perdamus,

mus. calamitatibus enim noſtris gaudere poterunt hoſtes, ſed minimè gloriari. inter cũcta
nimirum, quibus angor aut terror, nil magis quàm intractabiles & conſilia iuuenum pau
ſco, ignara ætas eſt, ac fortunæ uolubilis inexperta, & cuius impetu magna olim imperi
corruerunt. omnia ſibi quæ cupiunt pollicentur, eoq; ſæpiſsimè fallũtur, ut enim uerũ eſt
quod ait apud Liuium ille clariſsimus bello uir. Non temerè incerta caſuũ reputat, quem
nunquam fortuna decepit. ſic & quod ſequitur uerũ eſt. Nuſquam minus euẽtus reſpon-
dere, quàm in bello. falli proculdubiò neceſſe eſt, eos, quibus unus duntaxat, isq; ſerenus
ac tranquillus fortunæ uultus apparuit, bifrons eſt enim, aliquantoq; ſæpius uiolẽta quàm
mitis, ideoq; lætus audiui, te res ambiguas, ad ſenile conſilium reieciſſe, hoc prudẽtiam mo
resq; tuos decuit, quorum grauitas atq; maturitas, te in illa acie primum fecit, cum adhuc
in altera ſis ætate. Adoleſcentiæ ferociam, ſenio prudentiam aſcribunt, ut non immeritò, il-
li quondam Romanæ Reip. magiſtri, quorum uirtuti nihil in acceſſum fuit, ſiue ob hono
rem, ſiue ob ſimilitudinem paternæ ſollicitudinis Patres dicti, ob ætatẽ certè ſenatorum no
men acceperunt. Qua cura iuuenibus primum, mox ætate noſtra pueris, quoq; permiſſa,
ex quã alto ceciderimus, utinã non tàm publicè notũ foret, ſed de hoc alibi, Neq; enim leue
eſt dolori ac pudori ſimul obſequentẽ, & deflere præterita, & uenſẽtia prouidere, dare dam
no lachrymas, & periculo cautionem, ad id ergo, quod uenturi metu crucior, reuertor. Sol
licitum me fateor, atq; attonitum me habet, patriæ tuæ ſtatus, de te quid dicam? cuius enim
gloriæ gratulor, ſi compatior labori, parum ipſe mihi conſentiam, ingenio tuo non compa
ti non poſſum. ſentio namq; quod interſit inter armorum ſtrepitum, & Pieriam quietem;
quamq; tenuiter inter Martis tubas, plectrum ſonet Apollinis. Quia uerò nihil patriæ ne-
gare potes, quæ de te ſi in pace merita eſt, ut eam nec belli tædio, nec mortis terrore deſe-
reres, ſed relicto tantiſper Helicone, ac feriantibus libellis, ſecutus es publici fati uiam, &
grati ciuis & boni uiri, & egregij ducis officio functus es, ita tamen, ut armatus pacem co-
gites, pacem ames, atq; ita perſuaſum habeas, nullos te triumphos clariores, nulla opimio-
ra patriæ ſpolia referre poſſe, quàm pacem. Libenter ubi de pace agitur Hannibalis uerbò
utor, quo ſcilicet ex ore bellicoſiſsimi uiri, ueritas ipſa uideatur loquẽtis, aduerſum ſtudijs
teſtimonium extorſiſſe, is ergo apud eundem Liuiũ, quid ait? Melior tutiorq;, inquit, cer-
ta pax, quàm ſperata uictoria. hoc ille uincendi deſiderio ardens, & qui pacẽ toto orbe tur-
bauerat, quid igitur amicus pacis? Non'ne potius dicat, melior ſanctiorq; eſt certa pax,
quàm certa uictoria? propera quod illa quietis, claritatis, & gratiæ, hæc laboris, & crimi-
num & inſolentiæ plena eſt. quid autem pace iucũdius? quid fœlicius? quid dulcius? quid
uerò ſine pace, uita hominum, niſi periculum pauorq; perpetuus, ac triſtis curarum immor
talium officina? Quæ'nam iſta uoluptas oro eſt, ſub diuo pernoctare, claſsico ſomnũ fran-
gere, corpus lorica, atq; ut ait Maro. canitiẽ galea premere, ferreis ſemper uinclis artatum,
mori ſubitò, & quæ ultima uirorum fortium cura eſt, inhumatum abijci? iuuat mordaci ſol
licitudine, iuuat metu & odio miſerũ cor atterere, & his ſtudijs incertum, huius breuiſsimæ
uitæ tempus impendere? ſiccine tutum eſt, cum pelago ſimul, & cum hoſte certare, hoc
eſt gemina pariter cum morte luctari. Nemo enim, quæſo, uos fallat, cum aſperrima atq;
inuictiſsima, & quod triſtius dico, cum Italica gente bellum geritis. Vtinam inimicæ ur-
bes uobis eſſent Damaſcus aut Suſis, utinam Memphis potius aut Smyrna, quã Ianua, u-
tinã aduerſus Perſas aut Arabes, utinã aduerſus Thracas aut Illyricos pugnaretis. nũc ue
rò quid agitis? Si qua Latini nominis reuerentia eſt, quos delere molimini, fratres ſunt, &
heu, non tantũ apud Thebas fraternæ acies, ſed per Italiã inſtruuntur, amicis flebile, letum
hoſtibus ſpectaculum. quis autem belli finis? ubi ſeu uictores fueritis, ſeu uicti? anceps eſt
enim, alea fortunæ. neceſſe eſt ut alterum è duobus Italiæ luminibus, extinguatur, obſcure
tur alterũ. de tantò enim hoſte, incruentã ſperare uictoriã, uide ne non tàm generoſæ fidu
ciæ, q̃ incurioſæ demẽtiæ ſignũ ſit. Sanè uos uideritis Viri magnanimi, & præpotẽtes po
puli, quod enim uni dico, dictũ ambobus intelligo, niſi quia, ut ad te potiſsimum hæc ſcri-
pta perueniãt, & deuota familiaritas, quæ mihi cum uirtutibus tuis eſt, & ipſa locorũ uicini

tas cau-

tas cauſam prebuère, Vos, inquam, uideritis, quorſum pergatis animo, quis ſit irarum mo
dus, quis terminus odiorū, quid de ſalute propria, quid denique, cuius non parua portio pē
det ex uobis, de ſtatu publico cogitetis, modò ne illud excidat, quod niſi gliſcentis belli ar-
dor, fonte aliquo pietatis extinguitur, de uulneribus quæ parātur, nō Numantinus aut Pœ-
nus, ſed Italicus ſanguis fluet. & eorum, qui ſi qua repentina uis ingruat, aut ſi qua Barbari
es quod interdum, ſed nunquam gratis auſa eſt, fines noſtros irrumpat, primi uobiſcum
arma, pro cōmunium fortunarum defenſione ſuſcipient, qui ſimul pectora ſua, morti atq;
hoſtilibus telis obijciēt, qui & ueſtri tegentur, & uos clypeis & corporibus ſuis tegēt, qui
profugos hoſtes claſsibus proſequentur, pariter uiuent, pariter morientur, pariter pug-
nabunt, pariter triumphabūt. Tales igitur hos uiros propter leuis forſitan iracundiæ ſtimu
los inuadere, & quanquàm impunè poſsis euertere, quid delectationis habeat, non intelli
go, notunt fortaſsè melius incenſi quorundam animi, qui ſupplicio amicorum, & uindi-
cta quarūlibet offenſarum, more fœmineo delectantur, profectò nec utile nec honeſtum,
denique nec humanum eſt. Satius eſt obliuiſci iniuriam quàm ulciſci, & inimicum placare
quā perdere, illum præcipuè cuius & merita præceſſerunt, & ſi in gratiam redierit ſeq; poſ-
ſunt. Nēpè ſi utrobique par labor eſſet, tamen manſuetudo hominum eſt, ferarum rabies,
eaqúe non omnium ſed ignobilium, & quas ſiniſtra naturæ manus attigit. Si igitur inter
conſulares tuos, quos plurimos grauiſsimosq; non dubito, mea uox auditur, non modò ue
nientem non repelles pacem, ſed ultrò illi obuiam ibis, & tenaciſsimè complexus inuētam,
ut apud uos æternam maneat curabis, quod facilius aſſequeris, ſi quicquid erit, ſobriam
uenerandamq; canitiem in conſilij partem uoces, illos audi, qui fortunæ ludos noſſe, & a-
mare Rēpub. didicerunt. his enim dulcedo pacis eſt gratior, qui contrarij amaritudinem
prægustarunt. cæteri ergo, tanquam pacis hoſtes à limine arceantur, neque enim tamen il-
los admitto, quibus nulla ſunt ſenectutis inſignia, ' præter rugas canos, & caluitium, ' & in
curuum tergum, naſiqúe madentis infantiam, & cum uoce trementia membra. ut Satyri-
cus ait: Suas ſibi, autem equidem inuidioſas dotes habeant, nos enim non putres quæri-
mus, ſed maturos, neque rurſus illos exclude, ſiqui ſunt, qui florentibus annis animi præoc
cupauerunt ſenectutem, neq; quod in te miror, in alijs ſperno, ſic ubi præcox indoles afful
ſerit, non ſum neſcius, quantum Africanus meus adoleſcens', afflictæ Reipub. non manu
ſolum, ſed cōſilio profuerit, Aut dū ſecretū Senatus celat Papyrius prætextatus, quo nam
ioco matrem deluſerit, quid pedagogo ſuo Portius Cato? quid ſeni anxio puer ſuaſit Al
cibiades? Sed mihi crede, perrarum genus hominum, quibus tenera ætate contingat ſape
re, ubi ſanè tale aliquid, & prægreſſum animos adoleſcentem uideris. nec enim inficior fie-
ri poſſe, ſenum choris aſcribito. Tu qui & conſilij prima uox, & rerum caput eſſe merui
ſti, hoc ſemper tecum cogita, primas ad te partes, uel gloriæ uel infamiæ pertinere, ideoq;
ſopitis omnibus ſolus ʻuigila, neque enim quod illuſtribus uiris placet, par Imperatoris
& militis labor eſt, promptior ad actum uenit, quem maior præmij pars impellit, & quan
quam multæ, & uariæ ſint præmiorum ſpecies, ad quas pro uarietate effectum, non unifor
miter inclinamur, haud dubium tamen, quia nobilibus animis, poſt uirtutem, ſummum
calcar eſt gloria. Hinc igitur excitatum animum, curis optimis exerce. ſunt optimæ curæ
de ſalute patriæ ut ait Cicero. His igitur tibi nunc in cœlum iter facturus aſſurge, teqúeſu
pra teipſum erige, uide, circunſpice, contemplare omnia, & fœlices bellorum exitus, cum
infœlicibus confer, & damna cum commodis, & gaudium cum mœrore. & quoniam, ut
dixi in cauſa pacis aptiſsimus teſtis eſt Hannibal, diligenter caue, ne ut ait ille tot annorum
fœlicitatem, in unius horæ dederis diſcrimen. quantis enim putas laboribus, hæc collecta
potentia eſt, quantis gradibus, ad hoc fortunæ faſtigium eſt aſcenſum? per uetuſta ſi ne-
ſcis gentis tuæ fama eſt, quod plerique non putant, multiſqúe ante urbem conditam ſæ-
culis, non Venetorum modò, ſed quod magis mirabere, Veneti etiam ducis clarum nomē
inuenio. Quod diligentius aduertendum eſt, ne uirtutē caſibus, & tot annorū cōſilio par
tū decus, fortunæ uaſtaturos ſubdas imperio, & quoniā ut ſapientib. uiſum eſt, nullo maio-
ri, quam

ri,quàm famæ pretio uirtus conſtat,optimè & è Rep. te ſacturũ noueris,ſi ubi res exigat, ſactura etiam propriè laudis,bonum publicum redemeris,frementique turbæ,tuta magis quàm ſpecioſa conſilia,& profutura potius quàm placitura præbueris. quod enim eidem duci accidit,& cumulatior gloria,& cum admiratione omnium amor te publicus ſequetur.Quæ ſi etiam ſpes abeſſet,ſentis tamen quid uirtuti,quid gloriæ debeamus, tantumq́ inter eas,quantum inter ſolidum corpus & inanem umbram intereſſe,& parte ipſum noueras,& à Philoſophis accepiſti.Quanto autem cum dolore,ne quid omnino tibi ſubtraham,audiuiſſe me putas,recens uobis cum Aragonum rege fœdus initum?ergo'ne ab Italis ad Italos euertendos,Barbarorum regum poſcuntur auxilia? unde infœlix opem ſperet Italia,ſi parum eſt, quod certatim à filijs mater colenda diſcerpitur,niſi ad publicum patricidium alienigenæ concitentur? dicet aliquis.Idem mali genus,prius ab hoſte temptatum. iam dixi, & ſi unum alloquor utrunque,redarguo. quantò dignius fuerat irarum deterſa rubigine, à quo non ullius amicitiæ ſinceritas,non fraternus amor,non ſuprema demum parentis ac natorum pietas prorſus immunis eſt, Venetos cum Ianuenſibus unum fieri, quàm formoſum corpus Italiæ lacerari? uobis occidentalium,illis ut audio dextras orientalium tyrannorum, in partem furoris implorantibus? ô ferales & ſuperuacuas cautelas, ô maliuolentiæ genus ultimum,quod manu propria non poſsis, ad id circumſpicere quod irrites,& argumentum odij præbente uicinia,uicinos ſcelerum ſubrogare. At qui multarum hinc iniuriarum fluxere primordia,dum indigno & neſcio unde prodeunte, faſtidio noſtrarum rerum,in admirationes rapimur externarum, & iampridem conſuetudine peſtifera,Italicam fidem,barbaricæ perfidiæ poſthabemus. Inſani qui in uenalibus animis fidem quærimus, quam in proprijs fratribus deſperamus. quo effectum eſt,ut iure optimo,in has calamitates inciderimus,quas ſerò iam & inefficaciter lamẽtamur. Poſt quam Alpes & maria,quibus nos mœnib. natura uallauerat,& interiectas obſeratasq́ diuino munere clauſtrorum ualuas,liuoris auaritiæ ſuperbiæq́ clauibus aperiẽdas duximus, Cymbris, Hunnis, Pannonijs,Gallis, Theutonis, Hiſpanis. Quotiens illud paſtorium Maronis flendo cecinimus:

Barbarus,hæc tàm culta noualia,miles habebit.
Barbarus has ſegetes? en quo diſcordia Ciues,
Perduxit miſeros?

Sed ut ad rem redeam, Quid uos deliberaturi ſitis ignoto, illud ſcio, quod in æmulatione olim pari,ſed conditione longè impari,dum euertẽdi infeſtiſsimam Athenarum urbẽ,Lacedæmonijs oblata eſſet occaſio,nec de potentia iam,ſed de uoluntate ſola ſupereſſet quæſtio, è duobus Græciæ luminibuus eruturos ſe alterum negauerunt. Præclariſsimum ſanè reſponſum,& priſca illa Spartanorum digniſsimum diſciplina. Quod ſi ex ore illorum ſonuit, quos uictoriarum principandiq́ libidinis notat Plato,quid uobis mitiſsimis ac modeſtiſsimis uiris uiſum iri arbitror? Certè ego qui in tantis motibus, non moueri nequeo, ut diuerſis affectibus amore,metu,ſpe,unum pectus urgentibus,ſecumq́ certantibus pace animi careo,iuſta me reprehenſione curaturum credidi, ſi cum hi ſyluas in claſſem traherent,hi gladios acuerent,ac ſagittas,illi muros ac naualia connumerent,quod unum mihi telorum genus erat,ad calamum confugiſſem,non belli auctor,ſed ſuaſor pacis.Finem facere iam dudum cogito,non ignarus quanto uerborum freno,uti deceat,cum ſuperioribus colloquẽtem,ſed nullus eſt amore ſuperior,ille te coget ad ueniam,qui ad multiloquium me cogit. hoc unum in finem,cõram duorum populorum ducibus affuſus, & lachrymoſus obſecro. Infeſta manibus arma proijcite,date dextras,miſcete oſcula, animos animis,ſignis ſigna coniungite. ſic nauigantibus oceanus & Euxinij maris oſtia patebunt, nullusq́ regum aut populorum niſi uenerabundus occurret.Sic uos Indus, ſic Britannus Aethiopsq́ permetuet. ſic Thaprobanem,ſic Fortunatas inſulas,famoſamq́,ſed incognitam Thylem,& omnem auſtralem atq́ Hyperboreã plagam,ſecurus ueſter nauta tranſilet,modo inuicem tuti ſitis,nil aliunde trepidandum eſt. Vale ducum,ac uirorum optime. Patauí *xv*. Cal. Aprilis. *M.* CCC. *LI.*

Andreas

Andreas Dandulus Venetorum Dux Franciſco Petrarchæ, S.

PRomiſſam diuꝙ optatam epiſtolam, de manu latoris libenter accepimus, quàm deguſtare tantum, ſed & poſtea legere proponebamus, ex commodo, ni ſtyli ſublimitas procedere longius ſuaſiſſet, qui quàm diſertus fuerit, ex hoc, quod tãta dulcedine nos traxit, & tenuit, ut illam ſine dilatione non tantum delectati, ſed gauiſi legerimus, indicatur. mirabamur in ea uires animi præcellentis, alti profunditatem ingenij, & redolentis facundiæ lenimentum, & dum hæc concurrere cernimus, uix credere poſſumus, ut compoſitio tàm uirilis & ſancta, niſi è pectore ſacro defluerit. decuit namque uirum ſincerum, qui reliquit forum & curiam, ut in ampliora præſenti uenturæꝙ profecturus ætati ſecederet, pacis exordiri dictamina, & eloquẽtiam à celeſti numine præſtitam. magna eſt enim admiratio copioſè ſapienterꝙ dicentis, & difficilè dictù, quantopere conciliet animos comitas affabilitasꝙ ſermonis, in ſalutem proximi exemplo Ciceronis conuertere. Nouimus, equidem, nec poſſumus diffiteri Vir optime, quàm ſi ſuauis & dulcis tranquillitatis amœnitas, & quo ad nos attinet humanæ infirmitatis meminimus, & uim fortunæ, ac omnia quæcunꝙ peragimus, ſubiecta mille caſibus eſſe, ſcimus. ſed ſi philoſophica & quod præponi debuit diuina, dirimantur conſilia, proſecutio iuſti belli, quod gerimus laudari, quàm reprehendi potius, & ſi ulla uis rationis exiſtit, ſeu quod magis credẽdum eſt Deo noſtro, quamuis cura mortalium, exitus ſperari fœlices meritò debuerunt. Quid enim infœlicius eſt fœlicitatem peccantium? quid amentius quàm pati diù, patientiam uirtutem inſignem, non modò uirtuoſos, ſed uitioſos, & aduerſus penitùs affectus procedere? ſanè maleficos uiuere, ſeu impunitam laxare perfidiam, diuinis & humanis inſtitutis prohiberi didicimus, ſecus imperante malitia, nedum præmijs iuſtus carebit, ſed ſubiectis pedibus calcaretur iniuſtis. cauſæ noſtræ iuſtitiam, & quantis obprobrijs, ac demum acerbis laceſſitos iniurijs, improba Iani nequitia, inuitos nos, & renitentes ad querelam excuſſerit, ſuper uacuum explicare credidimus, cum ſatis uulgatum, & notum minimè dubitamus. Teſtis eſt Deus, qui & ſecundos dedit & dabit euentus, quod eos fraterna & ſyncera dulcedine, non tamen mutua relatione confouimus. Vt enim prætereuntes antiqua, noua ſectemur, libertatem pretioſiſsimum boni genus nobis molliuntur eripere, & dum licita prohibent, cogunt ad arma, ut meritò Cæſarianum illud occurrat:

Arma tenenti omnia dat, qui iuſta negat.

Fratres ergo an domeſticos hoſtes iſtos uocemus, quorum nulla peſtis magis efficax ad nocendum? fuit uirtus hæc in Romana Rep. nec redarguendi ſunt tàm uenerabilis imitatores exempli, ut uiri fortes uicinum pernitioſumꝙ hoſtem, acrioribus ſupplicijs quàm remotum & acerbiſsimum coërcerent. quamdiù patientia noſtra abuſi ſunt? quandiù nos furor eorum eluſit? nullum ad finem ſeſe affrenata iactauit audacia. O^ utinam famam Italicam, quàm pereuntem ſæpius deploraſſe uidemini, noſtris tantum temporibus inquinaſſent. Sed uetus eſt querela, quàm obtenebratum ſit eorũ aſtutijs, reginæ quàm dicitis, diadema. Mare ſibi reddiderunt infeſtum, terratum orbem exoſum, & inimicas ſingulas nationes, de quorum moribus breuem ſummam accipio, quod conuenire nequit, cum alijs, qui minimè cum ſeipſo. Negetur fortè, uera ſint quæ ſuprà deſcribimus, conuincemus ſi negari contingerint, quo cognito, neminem extimamus tàm improbum, tàm perditum, tàmꝙ mentis expertem, qui non iure per nos factum eſſe fateatur. Plura dicenda forent, ſed omittimus, ut finem claudamus epiſtolæ. Bellum ita ſuſcepimus, ut nihil aliud quàm pacem honorabilẽ patriæ, quæ uita noſtra nobis eſt charior, quærere uideamur, & quemadmodum ſuperbè ac uiolenter nos agere ſi ſpernemur, placatum cedentemꝙ hoſtem, ſic nunc cum propè confractum reſiſtentem, ac tergiuerſantem traxerimus, nulla uerecundia ſumus obſtricti, ſi bella hos contrà permittimus, qui pacem, pati minimè potuerunt. Vale uirorum peroptimè, tibiꝙ perſuade, nobis eſſe chariſsimum, ſed multo fore chariorem, ſi nos ſæpius recreare curaueris ſimilimus monimentis. Venetijs XXII. Maij. M. CCC. LI.

Ad eundem.

NIl audies noui, nil inſolitum leges, ſed ea tantummodo recognoſces, quibus iam ſæpè aures tuas oculosq; laſſaui. Meminiſti enim credo clariſsimè Ducum, antè hoc ferme trienium, cum iam duos præſtantiſsimos populos, ad arma terrifica Mars funeſtus induceret, prius tamen quàm mare ceruleum ſanguine rubuiſſet, nō mihi, ſed Italiæ metuens, in qua fateor, mea quoq; temporalis ſalus includitur, quàm longam & quanti amoris quantæq; ſollicitudinis atq; formidinis plenam epiſtolam ad te miſi. Cuius & ſi fortè non meminiſſes, neq; enim il am tanti facio, ut tali memoria digna ſit, at ſaltē elegantiſsimæ grauiſsimæq; tuæ reſponſionis, oblitus eſſe non potes. Cum uerò iam bis acie decertatū, iam Helleſpontiacum æquor atq; Tyrrhenū, geminis cladibus noſtris infectū, & iam ſimillimum ueri eſſet, irarum flāmas longo cruoris imbre leneſcere, ab hoc nuper Italorū maximo, fidelis, heu, ſed ineff.cax, tractator pacis, ad te Ciuesq; tuos miſſus, quib. nec Dux uſquā conſultior, nec gens ulla tranquillior, quanta præſens in cōſilio cui præſides, quanta tecum ſolus in thalamo uerba feci, puto propter uicinitatē adhuc, ut ita dixerim in auribus tuis ſonet, Nequicquam tamen, nam & procerum tuorū, & q̄ mirū in modū ſtupeo, pectus etiam tuū, ſalubrib. monitis, precibuſq; iuſtiſsimis, belli feruor atq; armorū frāgor obſtruxerat, reliquiæq; ueterum irarū, & recentis memoria tumorq; uictoriæ, minimum nouū id quidem. Iracundia enim eſt, ut ait Cicero, inimica conſilio, uictoria aūt natura inſolens & ſuperba eſt, acceſſerat ab aquilone quædā nouarū rerū aura pertenuis, quæ licet aduerſus id, quod intendebant flaret, perfeceritq; quod timui, pace ſit dictū tua, tantam tamen grauitatem auertere, ac ſaniora diſsipare conſilia, non debebat. quo uſq; enim miſeri in iugulos patriæ, & in publicā necē, barbarica circunſpiciemus auxilia: quouſq; qui nos ſtrangulent pretio conducemus? dicam clara uoce q̄ ſentio. Inter omnes mortalium errores, quorum nullus eſt numerus, nihil inſanius, quàm quod tanta diligentia tantoq; diſpēdio, Italici homines Italicos conducimus uaſtatores. quæ tamen ô pietas? ô implacabilis dolor? qualis inter amantium, & colentium manus eſſet, cum tot iam ſæculis inter uaſtantium feras, manus, multum adhuc cunctis terræ regionibus antecellat? quid in uerbis moror, præſertim cum tibi notiſsima ſint quæ loquor? Senſi ego tunc mœſtus, inſidias fortunæ, & quam doctoribus nihil eſſe credideram, non modò aliquid eſſe didici, ſed in omni re dominari cum Saluſtio, & humanarū cū Cicerone rerum dominam, & omnipotentem atq; ineluctabilem coactus, cū Virgilio cōfiteri. Itaq; multis hincinde uerbis perditis, quàm ſpei plenus ad te uenerā, tàm mœroris pudoriſq; p̄ fauoris plenus abſceſsi? Sortē enim publicā lugebā, pudebatq; me mei, q̄ tanto impar negotio delectatus, nec tamen præclarè legationis una pars, ſed dignatione mittentis, quāuis idipſum ſibi obnoxius excuſaſſem, princeps etiā ad loquendum, & fortiſsimis illis atq; doctiſsimis uiris antepoſitus, qui me longè uirtutibus anteibant, fructum uerò rei optimæ, ſed inſufficientiæ meæ debitum reportarem, tametſi, quod mihi defuerat militariter, facundiſsimus ille collega, niſi me amor uiri fallit, impleſſet diſceptatione nouiſsima. Sed aperire aures obſeratas, & obſtinatos animos mouere, non noſtri, neſcio, an Ciceroniani eſſet eloqui. Magna quippè facundia eſt, uel potius nulla, quæ cogat inuitos, quod ipſe permetuens, in ipſo quidem ſollicitæ orationis initio, Ciceroniano etiam uſus uerbo, eſſe opus animo non repugnante, teſtatus ſum, tàm fruſtra, tamen ut reliqua. Metuebam ſanè quod nunc uideo, ne ueſtra illa durities belli maximi materia, & immenſi diſcriminis cauſa foret. quæ ſi tàm tibi cæteriſq; principibus Rerum publicarum, quàm mihi homini penitus ocioſo ac ſolitario diſplicerent, fœlix Italia, iure ſuo, cunctis nūc etiam prouincijs imperaret, quæ propè iam ſerua eſt, uerū quia magnus amor, multum mihi præbet audaciæ, & quia dulcis ſpei reliquias inuitus abijcio, iterum atque iterum retemptabo omnia, teq; de tàm longinquo Ducum prudentiſsime conteſtabor, ſi abſens fortè fœlicior quàm præſens, calamoq; potentior ſim quàm lingua, aut ſi ſecunda primam uincat epiſtola. Noſti equidem uir optimè, è cunctis reb. mortaliū nouiſsimè ſpem deponi, nec niſi cum uita extremoq; Alitu, quāuis ne tum quoq; deponitur, quin potius

ad me.

ad meliora conuertitur, ſed de mortalium rebus loquor. Hoc igitur modò me refouet, In hac una publicis malis feſſus, & magnus fortunæ minis exterritus conquieſco, uiuere deſinam, ſi ſperare deſiero. Quid autem ſperem ſi me roges? ſpero quod cupio, ſanã mentem conſiliumq́ maturius, & ſi non forſan à ratione, at ſaltem ab experiẽtia profectum. noſti expertus quid pax, qui bellum ſecum ferat, uidiſti faciem utramq́ fortunæ, uicti fuiſtis & uiciſtis, quamuis ut eſt mens hominum indomita, uincẽdiq́ præcupida, primum fortè negaueris, non contendo, ut uiceritis, ſemper computa, quæſo quid tibi, quid Reipub. uictorijs acceſſerit? minus profectò auri, minus eſt ſanguinis, & quod peſsimum eſt, plus ſcelerum ac malorum. quæ ſi uictoribus accidunt. quid ſperare debent uicti. Incipe iam precor in hanc rem oculos aperire, quos uigilantiſsimos ac lynceos habes, in cæteris, ſi damni quàm lucri plus, ſi plus mali quàm boni, plus flagitij quàm uirtutis, ſi boni, ſi lucri nihil, in bello eſt, ſi contrariorum infinita congeries, deſine oro iam tãdem, & tibi etiam, cui ex parte Troianus eſt ſanguis, ab illo Duce Dardanio dictum puta:

Proijce tela manu, ſanguis meus.

Non patiaris, ut Duce te, Venetorum ac Ligurum potentiſsima ſigna concurrant. iam enim ut uides, ſuis in finibus non ſtat bellum, nempè contagioſa res eſt, & quæ facilè ſerpat in proximos, atq; ita ſenſim uel longinqua complectitur, multa quoq; quæ primum immunia uidebantur torrentis in modum odiorum atque diſcriminum alluuione permiſcens. Putabas tibi cum Ianuenſibus rem eſſe, quod ipſum flebile nimis, ac miſerum erat, ecce iam cum tota Liguria bellum geris, & quod inter hæc mala non ultimum poſuerim, ab hoc etiam tali uiro, tantæq́ pacis amatore diſſentis, cuius neſcio, an uirtus an fortuna mirabilior ſit, an animus maior an humanitas. Solet autem excellentibus uiris, eſſe familiaritas quædam, & beniuolentiæ affectus, licet incognitis, conglutinante pares animos natura. ſimilitudo enim amicitias parit, cõmunis alit utilitas. at qui ambo uos iuſti, ambo prudentes, ambo magnanimi, quæ'nam cauſa diſcordiæ? Pax utilis eſt ambobus, immò cunctis neceſſaria, niſi illis qui rapto uiuunt, & exiguum cenſum multò mercantur ſanguine, immane genus hominũ, ſi tamen homines ſunt, quibus humani nihil eſt præter effigiem. Hi ſunt, qui infami ſtipendio, calamitoſam & miſeram uitam trahunt, iure itaq; pacem, & in pace famem metuunt, bellum amant, & lupi uelut ac uultures, ſtrage hominum ac cadaueribus delectantur. his'ne tu belluis morẽ geres? æquè carnem & cæſorum exuuias eſuriunt, æquè ſanguinem ſitiunt atq; aurum, noli quæſo noli cõmittere, ut florentiſsimã tuæ creditam cuſtodiæ Rempub. atq; omnem hanc, quæ inter Apenninum & Alpes interiacet opulentiſsimam atq; pulcherrimam Italiæ partem, externorum ac fameſcentium prædam facias luporũ, à quibus nos benè, quod in ore ſemper habeo, ipſarum iugis Alpium ſolers natura ſecreuerat. De nullo quæri poſſumus, noſtra illis impatientia uiam fecit, dum leuia quælibet, in noſtros ulciſcimur, paſsi ſumus, ut alienigenæ noſtris impunè paſcantur, ſaginenturq́ uiſceribus. Ha quantò melius inædia conſumentur & rabie, quod facient, ſtatim ut gregis Italici paſtores, reſipiſcere cœperint. paſtorum prouidẽtia mors luporum eſt, id ſanè antè alios facere, & feciſſe iam ſpero, niſi enim falſum fama loquitur, & niſi fallor augurio, ſtomachari incipis, iam ſtipendiarij militis inſolentiam auaritiamq́ faſtidis. quid expectas igitur? ad cor redi, & ſi externi diſplicent, tuos ama, ſiquidem autẽ fortè in animo rubiginis, ſi quid odij eſt, amore patriæ & malorum cõmunium miſeratione deterge. Nec tibi perſuades, pereunte Italia, Venetiam ſaluam fore, pars illius eſt enim, & natura partis ea eſt, ut ſequatur ſui totius, uel ſubſiſtentiam uel ruinam. Hoc tecum ſæpè recogitans, noli Dux optime rerum ſummam in extremum adducere, ubi & uinci miſerum eſt, & uincere ſceleratum, eoq́ ipſo miſerius eſt, quàm uinci melius in noſtros hoſtes, quibus utinam careremus, quàm in noſmetipſos hæc tela uerterentur. Melius hæ diuitiæ, uel neceſſariorum præſidia bellorum, uel pacis fuerint ornamenta, quàm uoluntariæ inſtrumenta ſtultitiæ. Quantum potes accelera, quoniam præteritis ſuccurrere non licet, inſtantibus ſaltem malis occurrere, nec expectes, dum tota hæc impendens belli nubes, in noſtrum caput detonuerit,

tonuerit, & ſanguine proprio Italia omnis inundauerit, quo iam gemitui, non iam conſilio locus erit. Expergiſcere, tuoſque ciues excita, & publicum illis oſtende periculum, hoc fac prius, quàm cuncta depereant, priuſquàm Italia uel deſertum uel barbaries fiat. Caue ne cum natura te mitem pacificumque genuerit, populumque tuum omnem, & in immenſum aucta fœlicitas, non bellorū, ſed pacis & iuſtitiæ fundamentis innititur, de illorū grege uideamini, qui ut ait Pſalmiſta: Cogitauerunt iniquitates in corde, tota die conſtituebant prælia, ne fortè eiuſdem imprecatio in uos cadat. Diſſipa gentes quæ bella uolunt, nihil enim ut arbitror odioſius Deo eſt, quàm curare & niti, ut cum cū ille te aliqua ſingularis dote uirtutis ornauerit, tua ſponte & uoluptate quadam effera malus fias. quāobrem etiam atque etiā hic inſiſto calamo. ſequere non uulgi furorem, ſed naturam tuam, dexteram ſemper in partem, & ad optima quælibet te uocantem, & ſi uulgaribus auris eò fortè prolapſus es, quò non oportuit, retrahe nunc etiam pedem ab incepto præcipitii, dum licet, dum nondum ſignis ſigna collata ſunt, dum tonat adhuc, nedum fulminat Mars horrendus, dum inter amaras & horribiles belli minas, audiri poteſt dulciſsimum pacis nomen, denique dum ſpes una, tàm multis nondum conſumpta terroribus, uiua uelut, magnis in tenebris lux apparet, irreditura fortè ſi ſpernitur. Arripe illam dum ſe exhibet, dum dicaris Italicæ pacis auctor, nomenque tuum multis & magnis rebus, cum hac præcipuè glorioſum mittas ad poſteros. Nil tibi ſuadeo niſi quod tuum eſt, rationem ſequi non impetum, cauere ne omnia in præcipitium tecum trahas, cum enim id turpe omnibus, tùm tibi turpiſsimum & penitùs alienum eſt. Nam quid hæc litteræ profuerint, quid ſtudia hæc artium honeſtarū, quibus te præ cunctis ætatis noſtræ ducibus abundātiſsimum fama prædicat, nec mentitur, ſi cum meliora prouideris, deteriora ſecteris. Abſit hoc ab animo tuo ſcelus, & ut iam loquacioris, quàm putabam epiſtolæ modus ſit, oro, precor, obſecro, obteſtor atque adiuro te, per uirtutis amorem ac ſtudium, quo nulli cedis, per patriæ charitatem, qua cūctos exuperas. poſtremo per quinque *CHRISTI* uulnera, quibus ſacratiſsimus & innocentiſsimus ſanguis fluxit, quo redempti ſumus, ſi benè, ſi piè, ſi fideliter locutum putas, mihi aures animumque neges, & ſi conſilium placet, non contemnas auctorem. Alioqui omnia uidēs Deus *CHRISTVS*, & præſens in omne æuū epiſtola teſtes ſint, ut à Plutarcho Philoſopho aliquid ſummam, tuque ſis hodie Traianus meus, quod in perniciem Italiæ, non modo non pergis auctore Franciſco, ſed pro uiribus reluctante, teque, quando aliquid nequit, alto ſuſpirio & magnis animi gemitibus reuocante. Vale. *V.* Cal. Iunij *M. CCC. LIIII.*

Andreas Dandalus Venetorum dux Fran. Petrarchæ, S.

AMice, dum ſingulare deſiderium nos teneret, ſerie pollicitæ pridem nobis epiſtolæ, cauſas noſſe, quibus ſummæ uirtutis & conſtantiæ uiro, cui os & ſapientiā dedit Deus, ut alios nedum lingua doceret, ſed cōfirmaret & opere, frequens locorum mutatio, aduerſa quippè ſtudijs contigiſſet, alterius tenoris epiſtolam noſtræ quietis & pacis, utique ſuaſoriam, non minus libenter excepimus. In qua & ſi tuæ mentis fidelem affectum, multorum dictis prudentium ornaueris, quod tamen breue à nobis reſponſum accipias, huius quod uiget fratris, potiuſquàm uerbis inſiſtere, temporis conditio nos excuſet. Ad explicandam enim cum Ianuenſibus cauſæ noſtræ iuſtitiam, non nimis innititur, quam ipſa ex ſe ueritas ſatis nota, & proſperorū ſucceſſuum cœlitus nobis accumulata fœlicitas, abūdantius ſunt profeſſæ. & quamuis in Helleſponto nos ſemel uictos eſſe deſcripſeris, quod in facto ſic erraueris, ut de loco, quem Propontidem noſtri nominauēre maiores, uenia danda eſt (ſæpe nanque ipſos etiam prudentiſsimos factum fallit) ut autem in ſtatum rerum præſentium, unde digreſſa eſt noſtra reuertatur oratio, pacem Deo teſte, teſteque mundo cordialiter optauimus, & optamus, præcipuè cum quibus & longa familiaritas, & uetuſta ſinceritas nobis fuit. quæ profectò ſi turbata non eſſet, iam ultrò ueniens, & nobis ſpontè ſe offerens, nedum Italiæ, ſed orbis totius multa iocunditate uigeret, eò maximè quod nec ad

eam alius ante uictoriam animus nobis fuit,nec amplius quàm tunc à uictis hoſtibus pete bamus,memores quanta ſit gloria Principis,uti manſuetudine poſt triumphum. Nec mo dica quidem admiratione mouemur,quod animi repugnantis ad pacem duritiē, nobis im pingis,cum mitis & honeſta reſponſio,tibi & ſocijs tuis facta,& ſubſecuta legatio, Summo Pontifici per nos miſſa,mentis noſtræ proteſtentur affectum, puritatem in nobis,non ſimulatam aſtutiam detegentes,propterea quod tantos labores ſenſerimus, ut eruptam è manibus noſtris pacem recuperare poſsimus,utq; cuius graues ærumnas ſæpius deplorasti,repellat,quam ſenſim in ſe ſerpere ſentiebat florens Italia ſeruitutem,gratificare non im probare debueras,& libertatis amator,& prædicator eximius, uoto ſimili laborare nobiſcum,nec refellere fructuoſa remedia,quæ ſi benè meminimus,facundo iā eloquio ſuaſiſti. Scis enim tuo Cicerone teſtante, nullam mortem ſeruitute maiorem, nilque deteſtabilius eſſe dedecore , nil fœdius ſeruitute, & cum ad decus & libertatem nati ſumus,aut tenenda & tuenda eſt, aut cum ipſa pariter moriendum. Si ergo benè reiꝑ operam exhibemus, proximorum noſtrorum calamitatibus condolentes opportunius uiſum erat, ad execrandam alieni culpam demeritis, & noſtram quam optime noſtij innocentiam excuſandam,tuam,in partem alteram,quàm ad nos,quos pacificos ipſe fateris,ſumus etenim,epiſtolam ſe uertiſſe, quamuis hæc & alia ſcripta tua, & peculiaris charitas, quæ nobis cum uirtutibus tuis eſt,& ipſa tui animi prompta ſinceritas admixtaq; grauitas,cum uenuſtate ſermonis gratiſsima nobis reddant,& cum oratio tua,in id quod intenditur fue rit,& ſit apud nos ſatis iam efficax,ad illos quorum in noſtros labores ſic irrepſit cupiditas, ſtylum uerte,& eorum criminatis erroribus,ipſos admonere ne dubites,ut qui ſe tanti Diſturbij reos eſſe cognoſcunt,quàm CHRISTVS nobis pacem reliquit,in terris,præpedire meritò uereantur. Ne ipſe qui iuſtus eſt,& cuius iuditium ſemper rectum eos in ira cor ripiat,& arguat in furorem.quod quidem facilimè aſſecuturum te credimus,ſi ſit uir ille talis,qualem cum laudibus extuliſti.ſi enim bonarum mentium eſt,ibi etiam culpam agnoſcere ubi non eſt,quantò magis,ubi recens & notiora palàm ſit?nos autem licet uarienrur plerunque,ſecundum uarietates temporum humana cōſilia,idem quod hactenus fuimus, nunc ſumus, & eadem mēte,qua ſemper ad pacem diſpoſiti,fama & honore noſtræ patriæ reſeruatis,pro qua nos & uniuerſaliter ciues noſtri,ſi ei profuturi fuerimus, nedum argentum & aurum,ſed uitam qua nihil eſt charius,exponere cunctis periculis prompti ſumus. Vale facundiſsime uir,& ſuper prius quæſita materia,pro recreatione noſtra,uelis mot_a reſcribere mentis tuæ. Venetijs datis. *XIII.* Cal. Iunij, M.CCC. *LIIII.*

Fran. Petrarcha Priorib. Artium, Vexillifero iuſtitiæ, P. Q. Florentino, S.

IAm ſatis me uixiſſe arbitror optimi ciues,& illam ſapientis amici uocem audire u'de: ôr,Morere dum lætus es.neque enim es in cœlum aſcenſurus.præclariſsimè. quo enim Inſatiabilis iſta cupiditas uiuendi, uirtute nō annorum numero metienda fœlicitas,& cum perueneris quo tendebas, deſinendum eſt. Audebo quidem apud uos familiarius gloriari, eoquè fidentius; quod quantulacunque uel eſſe uel fingi poteſt mea gloria, ingentis gloriæ ueſtræ perexigua quædam erit acceſſio,nunquam opes aut potentiam op taui,ad quas & ſi non forte pertingere,at ſaltem ſuſpirare permiſſum erat,ab annis teneris parua ducens,quæ multis maxima uidebantur,id unde mihi quidem neſcio,ſed me uera lo qui teſtis eſt uita,teſtis oratio,teſtis eſt animus meus.huc omnes curas omnes,uigilias me as uerti,ſiquo ſtudio datum eſſet,ut bonus fierem, aut bonorum beniuolentia non indignus.quorum primum nondum cōtigiſſe mihi doleo,ſecundum uerò ueſtro munere,quā cumulate,quamq; ſuprà ſpem ſucceſſerit, ſuaſiſsimus literarum ueſtrarum tenor indicat ex quibus fateor,nonminus me ſtuporis percepiſſe quàm gaudij. Gaudeo enim atque ut Traianum principem Plutarchus alloquitur,& uirtuti ueſtræ gratulor,et fortunæ meæ, ſed ſupra fidem ſtupeo,ætate hac,quàm omnis boni tàm ſterilem putabamus,& quod miraculum coaceruat,in tot animis,tantum popularis ut ſic dixerim,ac publicæ libertatis exiſtere,ex quo intelligi poteſt,quāta in dato beneficio ſit laus,ut ait Cicero, cum in accepto

ſit tan-

ſit tanta gloria. Quid enim quæſo præclarius? quid maius uel precari præſens poteram uel
optare, quàm quod uos abſenti mihi, nuper ac tacito, uiri illuſtres & magnifici contuliſtis?
Cuius unquam patriæ erga benè meritum ciuem, tanta liberalitas? tanta dignatio? excutia-
tur antiquitas, proferantur hiſtoriæ. reuocauit ab exilio Ciceronem ſuum Roma, reuoca-
uit & Rutilium & Metellũ, ſed ab eo exilio, quod ipſa mandauerat, reuocauit & Camillũ,
ſed extremæ fortunæ caſus admonita. & ſicut horum omnium iniuſta relegatio, ſic omniũ
iuſta, Camilli uerò neceſſaria & propè uiolenta reuocat. Reuocarunt Alcibiadem Athæ-
næ, ſed conditione non abſimili, & neceſsitate publica propè pari: quo unquam Pl. S.
quoue S.C. ſponte abſens, ciuis, nullo patriæ periculo reuocatus eſt? Virgilio Augu-
ſtus Cæſar agrum reddiderit, ſed quem ipſe præripuerat, cui unquam filio culpa patris a-
ger perditus, publico conſilio reſtitutus eſt? Inaudita ſunt hæc pietatis & liberalitatis indi-
cia. & cum ferè raritatem claritas ſequatur, quanto exemplo lamentis ueſtræ beniuolen-
tiæ fulgor erit? Aduocor, ſed quamuis oro? ſed à quibus? quàm ualidis precibus? quàm im-
perioſis blanditijs? quanta ſpe ager auitus de publico redemptus reſtituitur? at quo 'nam
ſarculo cultus eloquentiæ? quibus uerborum floribus ornatus? quibus laudibus noſtris
frangas? quanta noſtræ uirtutis meſſe lætiſſimus? Cui unquam tàm fertilis, & tàm fœlix
fronduit agellus? adeo quippè natiuam ſoli duritiem ueſtra uicit induſtria, ut nec Afris
ego iam, nec Siculis frugib. inuideam, & Cãpanum Liberi Cererisq; certamẽ, ex uberrima
ac iocundiſsma ruris mei ſtatione deſpiciam, quamlibet regis opulentiã animo, ſupergreſ-
ſus. Ita enim mihi contingat, hunc tantum Reipub. fauorem, qui nũc ueſtræ liberalitatis
eſt proprius, aliquando & meriti mei eſſe, ut ego multo pluris facio ueſtrum hoc de me tale
iuditiũ, & honorificentiſsmũ illud eulogium, muneri ueſtro additum, quem non modò re-
ſtitutum, ſed uerius donatum agrum, ſed quicquid inſuper ſeritur uel aratur in circuitu. quod
haud difficilè, me perſuaſurum reor, ijs quibus ulla rerum mearum fuerit ex conuerſatio-
ne notitia. Quid enim mihi præſtare poteſt hæc infinita diuitiarum ſitis, atque anxia finium
& operoſa propagatio? certè quò ulterius metam fixero, longiuſq; proceſſero, eò magis
intelligam, quantum reſtet, & clariùs ne quicquam laxati ruris anguſtias, meque inopem
recognoſcam. & ô ſuperuacuos labores, cum nihil auaritiæ ſufficiat, quanti eſt quod natu-
turæ ſufficit, quantum quod ſepulchro? regnorum finibus non cõtentos, breuis urna con-
cludit, ſine qua tamen, & benè uiuere, & fœliciter mori licèt. Equidem gloriſiſsimi ciues
indulgentia ueſtra hæc, ut uobis ſempiternam laudem, ſic mihi ſolatium non mediocre
peperit, dulcem ac prædilectam in ſedem reſtituto, in qua Pater, Auus ac Proauus meus,
uir ut literarum inops, ſic prædiues ingenij, in qua deniq; maiores mei reliqui, non tàm fu-
moſis imaginibus, quàm clara fide conſpicui, longa ſerie ſenuerunt. Ego autem, ſeu natu-
ra mihi conflante alas, ſeu fortuna, uolare longius' edidici, nunc uobis auctoribus pri-
mæuis, mihi tandem nidus panditur, quo reuolare queam, longis iam feſſus erorribus. Ma-
gna hæc eſſe non inficior, ſed illa permaxima, quod donum publicum, tanto mei nominis
digno utinam præconio, tanta precum inſtantia, tanta uerborũ ſuauitate conditum eſt, ut
niſi ſim ſaxeus, æternum mihi hoc ueſtro beneficio, & lumine ad gloriam, & calcar ac-
ceſſerit ad uirtutem. quibus rebus, ſi impares grates agam, nõ meæ mentis ingratitudo fue-
rit, ſed ueſtræ munificẽtiæ magnitudo. ago tamen quas poſſum, ſed ut ait Cicero, maiores
habeo, qbus exprimẽdis, & accuratiori ſtylo, & fœliciori opus eſſet eloqo. ita me ueſtris be-
neficijs obrutum ac circumcluſum ſentio, ut minus ſit omne, quod dixero, quàm quod di-
cere uoluiſſem, unum hoc in finem non obmiſerim, quod anno altero, Roma reducem, in-
ter clariſsimos illos uiros, qui tum frena Reipub. gubernabant, dixiſſe me recolo. ſiquidem
eouſq; patriæ meæ, me attollit humanitas, ut illud quondam pro tituli gaudio imperatoris
Auguſti reſponſum cum lachrymis redditum Senatui, mihi nunc tantillus homuncio, a-
pud uos, pro tantis rerum ac illorum honoribus uſurpare non uerear. Compos enim fa-
ctus uotorum meorum P.C. quid habeo aliud Deum immortalem precari, quam ut hũc
conſenſum ueſtrum, ad ultimum uitæ finem perferre liceat. proinde quid animi habeam,

ad reditum ſi Deus fauerit, quantumúe mandatis ueſtris obtemperare cupiam, ne omnia ſcripto, ſed aliquid uiuis legati ueſtri uocibus committam, uir egregius Ioannes Boccacij, per quem literas & monitus ueſtros ac iuſſa percepi, præſens perager, qui ut hanc epiſtolam, fida manu ad uos, ore diſertiſsimo perferet affectus meos, quem ue cum audieritis illius ore me locutum credite. Cupio uos florentiſsimi ſemper in Repub. ualere fœliciter. Pataui VIII. Idus Aprilis.

Fran. Petrarcha Nicoloſio Bartholomei de Luca, S.

AMicus noſter cōmunis, quo nihil fidelius, nihil poteſt eſſe ſincerius, ſæpe admonuit, ut te meis literis uiſitarem, excuſaui, nūc occupationum uariarum turbam adeſſe dictitans, nunc ſcribendi deeſſe materiam. Nunc autem occaſionem nactus, omne mearū excuſationum dimouit obſtaculū, petens ut Florentini Senatus literas, humanitatis eximiæ, nouo quodam & inſolito & inaudito genere honoris, publicū erga me teſtantes affectum tibi mitterem, commoda & honores meos præcordialiter gauiſuro. Digna res uiſa eſt, in qua ſibi morem gererem, mitto igitur & illorum exemplar epiſtolæ, & reſponſi mei, ut intelligas quanto adhuc eſſet in pretio, uera uirtus, ſi uſquā appareret, quando falſum eius nomen non deſpicitur. Vale.

Fran. Petrarcha Nicoloſio ſuo, S.

TVus hic & bonorum omnium amicus, atq; honeſtarū amicitiarum diligentiſsimus proxeneta ſummo ſtudio inſtitit, ut tibi aliquid ſcriberē. quod cū aliquandiù recuſarē ignarus, unde inciperem, aut quibus uerbis hominem ſolius famæ teſtimonio cognitum alloquerer, euicit tādem, ut calamum arriperē, ſcripturus quicquid occurreret. quod cum feciſſem, lætus & uoti cōpos abſceſſi, mihi autē in ſilētio cogitāti, quo'nā artificio familiaris epiſtola de nihilo texeretur, mirātiq; & mihi requirēti, qd mihi tecū rei eſſet, quæue ſcribendi materia, nihil prius in animū uenit, q̄ Ciceronis illa uulgata quidē, ſed præclara ſententia, Virtute nihil amabilius, nihil'q; q; magis alliciat, tātāq; eius eſſe uim ut eos quoq; q̄s nūq̄ uidimus diligamus, itaq; cōfeſtim uenit percuſſa ualido aquilone nubecula, & cūctatio & admiratio omnis euanuit, iā latū ſcribēdi cāpum uideo, iā'q; nihil miror, talem animo meo uirū eſſe chariſsimū, quanquā facies eius, mihi hactenus quidē, ne uiſa ſit. ſi enim niſi quod oculis uidimus amare non poſſumus, primus & maximus amandi gradus euertitur, ſemetipſum nullus amabit, nemo namq; ſuum animum, nemo faciem ſuam uidit. Hoc nimirū intereſt, quoniam ut uosipſos, quos nunquam uidimus amemus, natura eſt, ut uero alios uirtus efficit. & fama uirtutis nuncia. Hæc eſt quæ præclariſsimum regē Maſſiniſſam oblitū patriæ, ac pignorū tantorū, Africani mei cōgreſſum coëgit expetere, ac præſentia tāti ducis attonitū, è Carhaginenſiū caſtris ad Romana ſigna pduxit, & quod inſtar mōſtri, facit morum animorū'q; diuerſitas, eiuſdē Ducis & rei cauſam, ſui quidē hoſtis, ſed uirtutum amici honorificentiſsimos decreto & ſupplici ac uenerabūda prædonū acie, abſentis honeſtauit exiliū. Deniq; diuinæ eius originis in pectoribus hominū opinionem genuit, & nedum, ueris laudib. ſed etiam fabulis locum fecit. hoc eſt, quod benè meritos & uiuentes in terris celebrat, & extinctos ad cœlum effert, tū'q; æternitate uicturos elicit è ſepulchris, credibiliora recenſeo. quātum ſanè, quāq; accenſum ſtudium quāta inter legentes audienteſq; heroum ſolet eſſe contentio, amāte ac uenerāte quolibet non quem uidit, ſed quem famæ credidit, magnum hoc, quod ſequitur maius, quoniam non modo, quos non uidimus, ſeu quos uidere nequiuimus, ſed etiam quos odimus, Mēdatrix illa conciliat, quod & breuiter attigi, & dicendum eſt latius, Hæc eſt enim quæ odijs in amorem uerſis præualidas munitiſsima qúe urbes expugnauit, quæ grauiſsima ſæpe bella conficit, & Camillo quidem ferreas Faliſcorum portas aperuit, Pyrrhū regē, ductoreſ'q; Romuleos, Curiū, rigidū'q; Fabricium, quāta eſſe potuit familiaritas deuinxit. Porſenā Superbū illum Hætruriæ regnatorem, ab obſtinata raptim obſidione diſtraxit. Hæc tantū uirorū, & tā multos oriētis populos, unius uiduæ ſubiecit arbitrio. hæc ad genua Cæſaris Iulij, adhuc forſan grāde aliquid auſuros, Gallorū regulos inclinauit, hæc Magnum Pōpeiū ad Poſſidonij fores, hæc Alexandrum

Macedonem ad Diogenis dolium duxerit. hæc Tito imperatori humani generis aſſenſu glorioſiſsimum cognomẽ tribuit, dilato quoque Germanicũ in perſonã, licet immerentis filij reſtituit principatũ. Atque ut aliqd de Hebræorũ hiſtorijs attingã, hinc quoque miratrix illa Salomonis regina, de tã lõginquo Hieroſolymã uenit uiſura quæ audierat. & legatio Machabei maria trãſiuit, amicitiã expetens Romanorũ. Innumerabilia huius generis exempla ſe ingerũt, ſed ut iã lõgiuſculã epiſtolã breui fine cõcludam, quid hic miri eſt, ſi uirtus tua, & fama uirtutis comes indiuidua, multorum, atque in primis latoris præſentium fide credita, me in amicitiam tuã dulcedine captũ trahit: præſertim cum nihil impediat non ætas, non patria, non imparitas ſtudiorum. Confabulari tecum hactenus iucundum animo meo fuit, hinc iam mihi manum ſolitæ occupationes iniiciunt, tu uerò Vale, & quotiens amicos tuos numerabis, caue quæſo, ne meum ſileas nomen. Pataui. VI. Idus Ianuarij: ſub intempeſtæ noctis ſilentio.

Benintendius Scribis Conſodal. S.

SI conceptum ſermonem poſſem mãdare ſilentio, ſi oculos meos ab utilitatib. ueſtris auertere, ſi ori meo frenum imponere potuiſſem, rebar mihi conſultius actum fore, non ignaro, quantas ſecum calamitates attulerit, de potẽtibus uiris loqui, quamque præſumptuoſum ſit, cum maiori, quàm anceps cum pari, quàm ſordidum cũ inferiori contendere. ut cunque mihi tamen euenerit, uincit charitas ueſtra, uincit graue ſæculi noſtri pondus, uincit acerbæ ſortis noſtræ myſterium, ut loquar, non ſileam ſermones, utique non adulatorios uel amœnos, acres potiùs & mordaces & querulis uocibus circumſeptos, unde tamen exordiar incertum habeo, cum multa mihi dicenda ſint, plura tamen tacenda. faciam quod ſolent perplexitate nimia laborantes, laxabo habenas, ampluſtre deponam, uela uentis cõmittam, quocunque mens impegerit illam ſequar. Magnus eſt dolor meus, magna iniuria mea, irremediabile uulnus meum, & cum ex præteritis præſentia metior, futuraque conie-cto, in lamentis & ſuſpirijs miſerabilem uitã duco, adeſt tamen frequẽter inter uigilantem & dormientem, uelut in extaſi, poſito, dux ille Dandulꝰ eus recolẽdæ memoriæ, ne dum noſter, ſed totius patriæ noſtræ parens, uirtutis & ſapientiæ clarum ſydus, ſummæ benignitatis & gratiæ uiuus fomes, auidè quæritans, quo'nam in ſtatu ſit eius Reſpub. quibuſque gubernaculis moderetur. Et cum me trementem, & pallidum, attonitum ac prorſus elinguem totis intuetur luminibus, elicit ex taciturnitate quod ſentio, & uelut cœleſtis accola, terrena cõtemplans ex alto quod paſſi ſumus & patimur, his uerbis clara uoce depromere iam feſtinat. O pura dilectione mi fili, quem uiuens ſemper, & moriens geſſi in uiſceribus charitatis, nunquid uera loqui legatum te puduit: neſcis quod ueritas eſt de cœlo, & quod pro ueritate paſsi ſunt, multi martyres ſancti diuerſa genera tormẽtorum: Neſcis quod ueritatem occultans, & mendacia proferens pariter ſunt peccantes, & quod utilius permittitur naſci, ſcandalum quàm ueritas relinquatur: equidem mihi præſertim tuis moribus ſic familiariter cogito, uerum ſecreti tui minimè celare debueras. Amicus enim ut ex æquo re alloquar, immò amiciſsimus tibi fui, & ſi quem amicũ exiſtimas, cui nõ tantundem credas, quantum tibi, uehementiſsimè erras, nec uim ueræ amicitiæ plenè noſti. Hæc eſt amicitiæ uera lex, ut ſit in duobus pectoribus una mens. Putas'ne ignota ſint nobis aſtra tenentibus, quæcunque uos inferi nedum agitis, ſed etiam cogitatis: ſcio quod dolentiſsimè refero, quàm tempeſtiuum & calamitoſum ſibi, & patriæ primum ſucceſſorem habuerim, ſcio etiam & ſecundum, ſcio quot aduerſi caſus me obeunte urbem noſtram exceperint. Scio quantis demum iactatam fluctibus, & adeò ualida tempeſtate quaſſatam, at niſi portus peteretur, propè ſubmerſioni iam foret: ad pacis amœnitatem, te uelut miniſtro in partem eius laboris aſſumpto Chriſtus ipſe perduxerit. Et ſi fidei noſtræ credis, credentem quippè nõ ambigo, quẽ Chriſtianiſsimum eſſe noui, apud ſuperos uitam agẽtibus, ex actibus ueſtris aperta ſunt omnia, nec minimum quicquam occultum. Igitur ex his & alijs quæ circa ueſtram Rẽpub. uerſata ſunt hactenus & uerſantur, mihi ſicut, & ſemper & ſuis incommodis aſsiduè uigilanti, multa dicenda forent, ſed infinita ſunt numero, quæ poſſent decentius conſiderari quàm dici, & occupatus adeò ſenſus ut uideo, & nubilã mentẽ

FF 3 geris,

geris, ut in eis explicandis diſtinctius attentiori opus ſit animo, & ſpatio longiori. Ad uulnerum quidem tuorum fomenta progrediar, in quibus eſt meticuloſa dilatio. Multa magnaque ſunt, ſed ex eis non plus quàm unum mortiferum quo diligenter curato, facilis eſt enim, ſi parumper acquieueris cura eius, ſenties profectò te fortius infirmitate animi quàm alterius iniuria laborare Quod me tibi mors immatura ſubtraxerit, hunc qui te transfixit gladium eſſe noui, hanc illam fuiſſe ſagittam, quæ tibi cor tranſuerberauit & animam, facit hoc pietas tua, facit tui erga me amoris ardentiſsima facula, faciunt non minus inexorabiles & graues ærumnæ, quibus premi cõſideras fratres tuos. ita eos tenera dilectione proſequeris, ſic amas, ſic diligis, ſic uerſa uice te colunt, ut meritò non minus ſuis, quàm tuis læteris & doleas proſperis, & aduerſis. Iuſtos namque clamores, & querulos eiulatus eorũ frequenter intelligo, quod uenerabile illud & penè ſacrum collegium, hactenus quidem, & nuper meis tantum temporibus, uelut de patria benemeritum, in ſumma charitate & honore iam habitum, nunc ignominioſa uulgo fabula factum ſit. Pudet talia de talibus uiris audire. futurum tamen ſcio, ut ſicut qui falſo prædicantur, neceſſe eſt ut ſuis laudibus erubeſcant, ſic qui falſo criminantur, neceſſe eſt ſuis criminationibus enireſcant. affirmabo planè quod ſentio, & profiteri non deſinam, quod experientia doctus ſum. eorum qui tibi aſſiſtunt pars maior, & ſanior fide, & ſufficientia & morum honeſtate, in omne æuum laudanda tranſiſſet, patent fructus eorum, & opera ipſa ueritas eminens, ex ſe lucet, ideò longis argumentis probare non molior, quod manifeſtum & notorium palàm ſit. De reliquis uerò quid ſentiam non quidem eiuſdem matris ſunt filij, nec in uia domini pariter ambulantes, audire fortè deſideras. Et mihi de quibuſdam ſpes aliqua, de reliquis uerò nulla. indurata & prorſus inueterata ſunt uitia, & niſi cum uita pariter euellenda. ſunt qui de ſe meliora promittant, nondum ſani ſed ad ſanitatem aſpirant, facilè niſi in medio curſu deficiant aſſecuturi quod cupiunt. Nam labor improbus cuncta uincit, & ut tuus ille Anneus Seneca Corduberſis. teſtatur. Velle fieri bonum, pars maxima eſt bonitatis, cuiuſquam etiam rei principium, partem potentiſsimam eſſe noſti. Bonis igitur conſulo, patientiæ terga parent, inſiſtant uirtutibus, inceptis fideliter perſeuerent, nec odio nocentiam ſuam perdant. Calumniari quidem poſſunt, criminari non poſſunt, callum faciant maledicta quæque, non ſibi ſed alijs exemplo diſertiſsimi Socratis dicta putent. Ita uenturum eſt Virgilianum illud, ut det Deus his quoque finem. reliquos autem admoneo, ut dimiſſis erroribus in recta reſipiant. Secus extirpentur de medio. Modicum enim fel totum uel amaricat, unica menda totam faciem deformat, parum fermenti totam maſſam corrumpit, ideò putrida membra, ne totum pereat ſolent à corpore reſecari. Nephandum quippe foret utile, per inutile uitiari. ſed ut uideò, nimia iam expectatione torqueris, & ad hauriendum ſalutare poculum, quo dolori tuo fomenta propinem, intritam & ſollicitam curam geris. Accipe quod nedum leniat, ſed mundet ex toto, amicum præmiſiſti non perdidiſti, ex his qui amantur, Licet eos caſus abſtulerit. Manet cum iocunditate memoria, non tantùm futura, ſed præterita quandoque delectant, hæc expectatione, illa quidem memoria. ſuperuacuum etiam eſt dolere, ubi dolendo ne quicquam proficias. Deinde iniquum eſt quæri, de eo quod uni accidit, & omnibus reſtat. Demum deſiderij ſtulta quæſtio eſt ubi inter amiſſum & dolentem minimum intereſt. Reſpice celeritatem rapidiſsimi temporis, cogita breuitatem huius ſpacij, per quod uſitatiſsimè curramus. Obſerua comitatum hunc generis humani, eodem tendentium diſtinctum, minimis interuallis, etiam ubi magna uidentur. Quem putas perijſſe præmiſſum eſſe uidebis. quid autem dementius, quàm cum idem iter tibi emetiendum ſit, eum flere, qui tibi dilectus ad gloriam anteceſsit? Non ſum ablatus tibi ut extimas, ô fide pectoris mei comes, non tibi ſubtractus ſum, non malis artibus circumuẽtus, tranſlatus ſum in meliorẽ regionẽ. Euectus ubi labores diutinos, in quietẽ perpetuã cõmutaui, de terreno cœleſtis agricola, de ſeruo liber & dominus, de ſordido & humano corpuſculo angelus factus ſum, Ibi redẽptoris noſtri glorioſã effigiẽ, glorioſus aſpicẽs, ſanctorũ

ſociatus agminibus, in hymnis & cantib. hilarem uitam ago. Tuas igitur lachrymas feſtinus exterge, gemitus comprime, & lamentis omnibus, ammodò finem impone, ne fortè cercioratus his tantæ fœlicitati meæ inuidere potiùs, quàm gratulari uidearis, Confabulari tecum, & ſingulare deſiderīū & uoluptas maxima mihi fuit, ſed ad decātandas iam ſolitas laudes altiſsimo, & in eius contemplatione captandam ſumma cum uoluptate lætitiam, me uocat chorus Angelicus. Obſecro autem per uiſcera miſericordiæ *IESV CHRISTI*, ut omnis mœroris & turbinis deterſa caligine, fluctuanti adhuc patriæ, fidelis ut hactenus adiutor aſſiſtas, nec te ulla quæ poſſit occaſione contingere deneges, cui tantùm teneris. chari quidē parētes, liberi, propinqui pariter & amici, ſed omnes omniū charitates una cōplexa eſt patria, ꝓ qua nemo bonus dubitat mortē appetere, ubi ei profuturus ſit. noui fidem tuam, noui ſinceritatem, & intima cordis tui, in te fidunt, in te ſpetant proceres Venetorum, non potes dū uixeris patriæ recuſare labores, licet graues infeſtiq; ſint. Non ſolum enim nobis nati ſumus, partem noſtri primam patria uendicat, partem parētes, partem amici. aderit & comitabitur diuinæ maieſtatis auxiliū, omnem à te noxiam nouitatem auertet, imbecillitati tuæ me quoque intercedente, uires ſubminiſtrabit & gratiam, nihil eſt enim quod Principi illi Deo, qui omnem mūdū regit fiat in terris acceptius, quàm conſulere patriæ, miſeris & afflictis opem ferre, quietem & pacem ſæculo ſuo dare. Hac petijt cœlum uia, hac petiturus es tu. omnibus quidem qui patriam iuuerint, auxerint, opemque præſtiterint, certū ſcias in cœlum diffinitum locum, ubi beati ſempiterno æuo fruātur. Eternum Vale mi fili, cui animam, quæ iam cœlo potitur, natos & coniugem, non aliter quàm ſint in mente adduco, expertus quod uerum & fidum amicum te ſibi reliquerim, quātum natura patitur, in ſuis commodis uigilem, & aſſiduè curioſum *V*. Idus Februarij, Anno incarnationis eius qui nos à morte redemit. *M. CCC. LV*.

Benintendius Venetus, Modio Parmenſi ſuo, S.

NOn poteſt mi Modi uirtus tua latere ſub modio, fulget & eminet, uelut in cādelabrò poſita, & tota iam ueris non fictis ſuffulta laudibus ex ſe lucet, ideò ut à quere'is exordiar tecum, hactenus mihi quidem incognito, tantum huius fugaciſsimi temporis, cuius ſolius auaritiam ueterum noſtrorum commendat auctoritas, irrecuperabiliter perdidiſſe me doleo, quamuis enim bonus non ſim, in hoc tamen libenter incumbo, ut bonorū fiam conſortio non indignus. Fateor magnam uim ad cōciliandos ſibi animos uirtus habet. ea nihil eſt amabilius, nihil quod magis ad diligendum alliciat, cum propter uirtutem & probitatem, eos etiam quos nunquam uidimus diligimus. Vincit omnem cognitionē naturæ, morum ſimilitudo bonorū, nullaq; ſocietas grauior, nulla charior, quàm cum uiri boni, moribus ſimiles ſunt familiaritate coniuncti. proinde cum plerique referentibus multa, magnaqúe de te nuper audiuerim, factus es mihi ante charus quàm cognitus, & dum mihi ſuggeritur quanta ſit eloquentiæ tuæ uis, quanta diſcretionis integritas, quantusqúe animi tui uigor, in te delector & ſtupeo. ſtupeo quippè, grauibus te curis obſeſſum, tot ſæcularibus implicatum negocijs, ſic uacare animo & ſapientiæ potuiſſe. & cum ſenſerim tecum, iniquè fortunam egiſſe, per multos caſus uariaqúe pericula te iactando, hoc ipſum delectat me, animi tui robur, ô quàm mirabilis & ueneranda res eſt, noſtra præſertim ætate, uirtutis, utinam non magis ſterilis quàm fœcunda, uirum interitum inueniſſe periculis in medijs tempeſtatibus placidum, & inter aduerſa fœlicem maius hoc altiuſq; mi Modi, q̄ ut ſimile tuo in quo eſt corpuſculo credi poſſit. Sed uis ut opinor in te diuina deſcēndit, animum tibi excellentem exhibuit, moderatum, omnia tanquam minora tranſeuntem, quicquid timetur operaturqúe ridentem, quem profectò agitat cœleſtis potentia. Non poſſet res tāta, ſine adminiculo numinis ſummi ſtare. itaq; niſi fallor, maiore tui parte illic es, unde ueniſti, quēadmodum enim radij ſolis, contingunt quidem terram, ſed ibi ſunt unde mittuntur, ſic animus tuus magnus ac ſacer, conuerſatur quidem nobiſcum, ſed hæret origini ſuæ. illinc pēdet, illuc mittitur & aſpirat. Quocirca fœlicitati tuæ uehementer congratulor, & fortunæ meæ habituræ, deinceps inde impenſæ ratio mihi cōſtet. unde uirtutis & patientiæ formam ſummam, cuius exemplo aduerſus hoc momentanea & caduca me muniam.

Poſtremò ad eius mores,& regulam me componam. Ha, quantum prodeſt animo, nondum adulto, illic adhæſiſſe, unde ſe poſſit facere meliorem. Propterea eligendus eſt nobis uir bonus,& ante oculos ſemper habendus, ut illo uidente uiuamus, & tanquam illo ſpectante omnia faciamus. hunc te mihi electum eſſe cognoueris obſeruabo, imitabor, & ſequar etiam, ſi mare tranſieris, animi tui mores, quos & ſi nō ſperem facile conſequi poſſe, magnus quidem eſt labor, & prorſus uiribus meis impar, at ſaltem attingere non deſpero, nihil enim eſt quod pertinax opera, & cura intenta, & diligens non expugnet. Robora in rectum quamuis flexa trahuntur, curuatum trabem calor explicat, & aliter natæ arbores in id finguntur, quod exigit uſus noſter, quantò facilius mens ipſa flexibilis, & omni humore exequentior, formam bonitatis accipiet, ſi feruenter inſtabitur? Ne temerarium me quæſo puta, ueris ſi de me meliora promitto. imbecillis enim foret, & ægri inexperta formidare, nec ſpem bonam concipere, ubi tali tantoquéue duce regendus ſim. Sed ne fortè nimis blandiri tibi hæc mea uideatur oratio, ars enim ea procul à moribus meis eſt, alias me tibi ſcripturum præſoſcito, quo huic tuæ laudi contraria iudicat uulgus exterior, non ut me qui diſcipulus eſſe uolo, tibi correctorem exhibeam, ſed potius, ut uelut honoris tui amantiſſimum habeas ea parte, ex puritate fidei relatiore. Et cum nihil ex omni parte beatum, nihilq́ in humanis adinuētionibus adeò perfectum, quod ſi ad perſpicacis correctionis regulam deducatur, multa non indigeat terſione, magnum augmentum benè conſtituti animi tibi erit, ſi ea quæ de te fortè adhuc ignoraueras, nūc in melius reformando cognoſces. *VII.* Idus Nouembris. *M. CCC. LV.*

Modius Parmenſis Benintendio, S.

PEruncta melle Rhetorico tua me permulxit epiſtola, Benintendi, q̃ mentis & oris admiranda nitore, oculos meos dulciter illexit, inflexit ſpiritum? perfricuit & auditum. uerum ubi ſecum ſtrictius, quorſum me uocaret ſollicitæ quæritarem, non obſtupere non potui, quò nam modo, dum eminentiæ tuæ gradum, laboris tui ſtudium, peruigili meditatione contemplor. qui tanti ducis impia, tantorum principum conſulta diſponis, his utcūq; cedens, in meos titulos te conferres. nec mihi ſatis liquet, nūquid permulcendis moribus, an propulſandis errorib. inſtitiſti? his etenim haud iniuria mihi meminiſſe uideor, adoleſcētulos urgeri ſolere, quos olim uel illuſione corripimus, uel in meliores animare callida perſuaſione molimur, moliris equidem fateor, nec de te qui tantus, qui talis es, niſi ſanctum, niſi honeſtum credere minus fas fuerit quàm dubitare nefas, moliris nanque uelut interpretor, torpēti animo calcar addere, pauores excutere, & qui tibi ad probitatem effici credor, in hac te perficiar ſuadente. Supprime quæſo mi Domine reuerende, ac nimium elata uela ſubſtringe, nam quid agis, niſi ut præconij ludibrio mendacis erubeſcam? quem tanta ui facundiæ floridum, integra diſcretione conſpicuum, animi lorica potentem, & ſi ſæculi fluctib. & ſi fortunæ ictibus actū, uacaſſe diſciplinæ, præ nimio ſtupore miraris? Miraris enim nec admirari deſinis, quem noſtris temporibus nihil attonitum, minimè cupidum, bifrontis fati ludis, non ſine ſocij fauore numinis, inconcuſſa mente ſpectantē, oratione blanda non minus quàm uera deſcribis. Erubeſco deniq; & muteſco penitùs, quando quod mēs ægra cogitare, nedum manus trepida ſtylo dare uix audet, me tibi ducem eligis, ſpeculum exigis, ſed ut iam arbitror hic tibi mos eſt, ut quos uirtuti faciles reris hunc laudibus accendere, hunc pro animorum exigentia ſoleas argutijs deterrere. Porrò ut ex multis quæ tot & tāta profaris, ad pauciſsima reſpondeā, Is nō ſum, is nō ſum, iuratus exclamē, quē tantis plauſibus extollere, deperditi temporis querimonia cōplorare, quem phaleratis orationibus allicere, quem tanto debeas molimine flagitare, quin ut prætercam quanta ſit, qua ſic afficeris ingeniorum dulcedo ſimilium, ſi pectuſculi mei latebras inanes percurreris, fortaſsè quem latentem ſub Modio non horrebas, nō aūt tibi in Modio cognitū, quàm minus charum intellexiſſe dolebis. Nouiſſimè ne tuis prorſum, qui tanta me contēplatione dignaris uidear, auſpicijs, diſſentire, nō ut tecum, quem mihi ſingularē dominū ꝑelegi, cui meos animi motus, & cuncta nota ſubegi, fulgentibus ne dicam paribus armis accingar, ſed ut naſcentis amoris noſtri radix mutuo complutа, pignore coaleſcat, ſolutis in-

uigilare

uigilare ſermonibus, non intrepido tamen pollice laboraui, nequaquam ignarus, illuc me rapi, ubi tua noſtrorum cæcropidarũ ſimillima turba, paleſtris concertat ingenijs, floreſcit Liuius, & facundia Ciceronis, ubi tua te uenerabilis caterua miratur, labori ſuo columen, & pedibus dulce iubar. Succedo itaq; domine mi, ac genibus tuis ſupplex & deuotus aduoluor, ut ſiue mitior qualem te tua commendat humanitas, ſiue qualem te ad ultimum pollicetis, acrior imparitare malueris, mihi liceat tua iuſſa capeſcere, dictata faceſcere, ac eo medullitus aſpirare, quod & quacũq; me uocabunt tui Socratici pectoris rudimenta. Venetijs *xxi.* Nouembris.

Benintendius Venetus, Modio Parmenſi ſuo, S.

REm non nouam neq; inopinatam aggrediar, uulgatam potius, & clara uoce promiſſam, ſi tanto illi præconio, quod de te pridem altera mea profitebatur epiſtola, quicquam iſta detraxerit. Quæ ſi forſian, quod minimè reor, aliqua ſui parte tibi moleſta peruenerit, tantillum ſaltem reportatuta ſit fructus, ut quem te illa tantũ extulerat, præſens nunc experta ſit uirum. Sunt mihi quæ fortibus in te lacertis trajciam, acutiſsima iacula, ſunt ualidiſsima tela, quibus te transuerberare iam properem, ſunt ſagittæ mortiferæ, quas in te mittere totis uiribus non formidem. quid autem aduerſum hoc negotij tibi ſit, ipſe delibera, non te tutabitur ſcutus uel Galea, nõ lorica, uel thorax, nõ quoduis alterius generis munimentum, quantumcunque exquiſito artificio ſint contexta. Armis crede, mihi alijs quàm ferreis opus eſt, miſer es Modi, & miſerior multo quàm putas, cum ſeruus, & iam non ſeruus eſſe non poſsis. Aſtrinxiſti fidem tuam, aſtrinxiſti pariter libertatem, & utinam illi domino, cui ſeruire ſumma eſt iocunditas, & libertas, ſed quod pace tua dixerim, ab eo cui ſeruiueris ſeruias, ſeruiturusq; ſis, quid ſperare potueris, non agnoſco. Speraſti fortè diuitias ab eo qui in diuitijs pauper eſt? ſperaſti honores ab eo, in quem honoris occaſio, lethiferum uulnus inflixit? Speraſti libertatem ab eo, qui ſemper animo inquietus, in ſumma libertate, ſeruorum noſcitur eſſe ſeruus? quanto tibi conſultius actum erat, ſi tecum ipſe uixiſſes, ſi te dignum feciſſes Deo, nemo autem alius eſt Deo dignus, quàm qui hos uanos honores, opesq; contempſit, quorum tamen poſſeſsionem non interdicit, ex toto, ſed efficere uult, ut intrepidè poſsideantur à nobis. Id uerò minimè conſequi poſſumus, niſi nos etiam ſine ipſis beatè uicturos eſſe putemus. Nunquid ſatius erat tibi his, qui quotidie noui caſus emergunt, ceruicem ſubducere, & ſecundum naturam uixiſſe, quæ paucis, ut noſti minimisquè contenta eſt, panem & aquam ipſa deſiderat. nemo ad hæc pauper eſt, intrà hæc ſi tua deſideria concluſiſſes, cum ipſo Ioue de fœlicitate contenderes. Sed ut uideò, implicauit te potius error, communis gloriæ uidelicet appetitus, qui ſummum calcar etiam uirtuoſiſsimis eſſe ſolet. quaſi pulchrum duceres, & ad magnam tibi dedecus aſcriberes, apud illuſtrem uirum, famæ pretium meruiſſe, falleris licet aliquali uenia dignus ſis. Nonne meminiſti, quod uera animi magnitudo, honeſtum illud, quod natura ſequitur factis, poſitum non in gloria iudicat, & mauult eſſe principem quàm uideri? Nam qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis uiris habendus non eſt, facillimè enim ad res iniuſtas impellitur, non eſt philoſophia populare artificium, nec oſtentationi paratum, nulla extrinſecus inſtrumenta, iam quærit, domi colitur, ex ſe totum eſt. Nulla ergo excuſatio eſt peccati, ubi reprobata cauſa peccaueris, ſic itaque, ſi ſeruitutem ambitionemquè tuam, ex corde recenſeas, ſentiés profectò, hæc duo laudem tuam acutiſsimè transfodiſſe. Reſpondebis, ut opinor, hæc eadem imputaturus & mihi, fateor non ſum liber, non ab huiuſmodi labe totaliter abſolutus, libens tamen ſeruio, iuſto & Chriſtianiſsimo principi, non domino uel Tyranno, qui uitæ neciſquè in me habeat poteſtatem, Seruio reipublicæ meæ, quæ mihi meipſo charior ſemper fuit, ſeruio patriæ meæ, quæ filijs parentibus & amicis, & demum priuatæ utilitati præferenda eſt, hanc mihi non ſeruitutem, ſed ſummam arbitror libertatem, non tàm honoris. diuitiarum uel gloriæ cupidus, quàm ut apud eum qui omnium corda nouit, fructus benefactorum, ſit mihi benè feciſſe. Credideris fortè hic finiam, & ſigillem epiſtolam

maius certamen expecta. Accipe quod te profundius ſauciet,& penetrabilius uulneret mentem tuam. Verſus ut audio componis, & carmina, dictiones & ſyllabas quotidie mẽſurare non deſinis. uerbis tamen,& uocibus operam tuam ponis. ô pueriles ineptias his rebus intentus es, quæ nec te poſſint, nec alios facere meliores, in hoc labores, in hoc uigilias tuas perdis? in hoc ſubducis ſupercilia tua, barbamq́ demittis, & pallidus quandoq; & exanguis inſudas? turpiſsima iactura, quæ ſenſato uiro, ex conſcientia ſua uenit, ſi multum ſupereſſet ætatis, parce diſpenſanda, ut neceſſarijs tantum ſufficeret, nũc quod mors à tergo quotidie nobis, magnaq́ inſtat, pars eius præterijt, & qquid ætatis retro eſt, iam tenet, quanta dementia eſt, ſuperuacua diſcere, in tanta temporis egeſtate? & cum aliena ſint omnia, tempus quod ſolum noſtrum eſt, fruſtra contereres? Nõ Virgilius, non Homerus, non Ouidius, Statius, uel Lucanus, non reliqui Poëtarum, quotquot numerare uolueris, aut eorum utique faceto ſtylo metra compoſita, eo quòd ab omnibus quæritur, à pauciſſimis inuenitur, conſilio te iuuabũt. id tibi cœleſtis amor & Philoſophia ſola præſtabit, effici et ut libenter Deum, contumaciter fortunam aſpicias, aliquid contra paupertatem, aliquid denique contra mortẽ, ſingulis te adhortabitur horis, docebit te nulli rei ſeruire, nulli neceſſitati, nullis caſibus, demum ad calcem perducet, ut teipſo contentus ſis, & ex te naſcentib. bonis, utque hoc quotidie mediteris, quemadmodum poſſis æquo animo imbecillem hanc & tranſitoriam uitam relinquere. facere ſuadebit, non dicere, & non uerbis opera, ſed operibus uerba probare. crede mihi, mi Modi, literata colloquia, & exceptis ſapiẽtum uerba collecta, eruditusq́ſe ſermo, uerum robur animi nõ oſtendunt, cum ſit oratio etiam timidiſſimis audax. Proinde tibi perſuade, libertatem eſſe pretioſiſsimum boni genus, quàm naturalem facultatem, eius quod cuique facere liber, niſi quod ui aut iure prohibetur ſapientes eſſe diffiniunt. Seruitutem econtra omnium malorum grauiſsimum, qua qs alieno iuri, contra naturam ſubijcitur. ab initio enim omnes homines liberi naſcebantur. Ambitionem quoque periculoſiſsimam peſtem fore, quæ ut tuus ille Saluſtius ait, Multos mortalium falſos fieri coẽgit, aliud clauſum in pectore, aliud in lingua promptum habere. demum ſummam negligentiam illam eſſe, ſi exiguum hoc nobis datum eſt temporis, inutiliter expẽdatur, & prodigè, ubi uelut irrecuperabile fuerit parciſsimè diſpenſandum. Poſtremò cum qualem quantumúe haberi te uelis, non in fortunæ, ſed in manibus tuis ſit, tunc conſumata fœlicitas tibi erit, tunc ſummam ſummarum attigiſſe te noueris, cum eò peruenеris, ut qualis haberi cupias, talis ſis. x v̄. Cal. Decembris.

Benintẽdius Venetus Franciſco Petrarchæ, S.

NErius noſter mihi pridem apparuit, ad cuius primo cõplexum, magna me ſubijt ueneratio eius, dum eum eſſe memini, qui ſe probitatibus ſuis fecerat amicitia tua dignum. magnum opus feciſſe, magnas ſibi compar..ſſe diuitias, immenſum ſibi theatrum extruxiſſe, uiſus eſt mihi. quæror, iraſcor & litigo mecum ipſe, quòd non maiori cera tanti uiri gloriam & ipſe ego uenatus ſum. Accuſo ignauiam meam, ipſe me ſæpe redarguo, ac miſerum & infœlicem me clamito, ꝙ tãta diligentia, hoc luteum corpus opiam, fami ſitiq́ ſatisfaciam ſuæ, ac eius ſi quid lãguoris intercidat, ſingula membra curem. animũ uerò qui nõ ſuo ſed alieno potius, uitio ſemper eſt nudus, qui nõ annonæ ſed paſtoris inopia famelicus, ſemper & æger, ſic prorſus ac ſi mea nihil eius interſit, abijcerẽ. Dico intro meipſum, ſi cæci corporis lumina perdidiſſes, ſi auditum, guſtum, uel tactum, aut denique odoratum, ſi niſtra manu caſus aliquis abſtuliſſet, nunquid Adriaticum mare non ſulcares? nunquid Ionicum & Aegeũ? nunquid Charybdim & Scyllam forti animo nedum trajceres, ſed tranares? nũquid non Italiã, Germaniã & Galliã peragrares? & ut paucis totum cõplectar, nunquid non Europam, Aſiam, & Aphricam uelut furibundus inquireres, ut nedum qui ſanaret, ſed qui ſalutem promitteret inuenires. Nunc in foribus tibi eſt, qui morbos animi diligenter expurget, qui tanta ualitudine infectum eum curet, & ſanet, tenebras pellat, lucemq́ ſubducat, qui beneficio ſuo te partem angelis efficiat, ut quid moraris uel ceſſas? Excute teipſum & libera, feſtina, propera, & uirum illum uelut diuinum quoddam

oraculum

oraculum ſupplex adora, nulla adeò tibi tranſeunda ſunt maria, nulla hoſtium adeunda pericula, nulla peregrinatione iter quærendum. Plana tuta & aperta ſunt omnia; utilis labor eſt, utilior multo, quàm putas, plus eò quàm ſperare poſsis inuenies. nunquid quod raro in Philoſopho reperitur, Chriſtianæ religioni quiſquam fidelior? nunquid ad obediendum quiſquam humilior? nunquid ad imperandum quiſquam modeſtior? nunquid ad ſeruiendum paratior, & in conuerſatione benignior uiſus eſt? ita ut meritò dici poſsit, quod nequaquam ei ſimilis ſit inuentus. Ad Titum Liuium lacteo tunc eloquentiæ fonte manantem, multos de ultimis terrarum finibus legimus perueniſſe, & quod ad ſui contemplationem Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit. quantò magis his, non lacteum fontem, ſed ut uerius dicam, aureum uirtutis & eloquentiæ flumen emittens, adeundus & contemplandus eſt uir? ô theſaurum immenſum, ſi bene quis computet, ô inextimabile ſæculi noſtri donum, illam in terris inueniſſe ſalutem, quàm nec præteritis nec futuris ſperare, niſi de cœlo fas fuerit. Leges in antiquorum Hiſtorijs, uiros fuiſſe prudentes, iuſtos, temperatos & fortes, ſed quod uni contigerit, alteri defuiſſe comperies. in uno hoc totum quod dici, uel cogitari poſsit uirtutis inuenies. ſi quæras ſcientiam, æquabis eum Ariſtoteli uel præpones, ſi mores, Anneus Seneca cedet illi, ſi eloquentiam, alteram inueniſſe credideris T. Ciceronem. ſi Cardinalium uirtutum quamuis ex quatuor, alterum conſpicies Socratem, alterum & Platonem. ſi huiuſmodi ergo uir, cum nil aliud quàm Deus in humano corpore uiuens extimari iam poſsit, inuadat me ſæpius immoderata quædam cupiditas, ut mandatũ dominicum quodammodò in te ſequens, Vxorem & filios, patrem ſi ſupereſſet & matrem, fratres denique & ſorores, cætera etiam, quæ circa me bona uidentur, propter te deſeram centuplum accepturus. Scio quidem quod in manibus tuis eſt, regna, imperia, nobilitates, honores, diuitias, opeſque conferre, & quod his omnibus maius eſt, animas hominum erudire, eiſquè ſapientiam digniſsimam rerum infundere. quid autem ea optabilius ſit? quid præſtantius? quid melius, aut homine libero dignius, non agnoſco. hæc eſt diuinarum & humanarum rerum notitia, hæc falſi uerique ſcientia, hæc quæ ſola poteſt hominem contentum beatumquè præſtare. Itaque receſſum mihi frequentius perſuadens, cuncta diſpono, accingor ad iter, & pacatis omnibus, uelut cœleſtem gloriam petiturus, hilaris & tutus abſcedo. Et ſemper in limine, quæ me turbet ratio, uidelicet rerum omnium moderatrix, clamat & reſiſtit in faciem, uulgatam illam non tamen ſatis intellectam ſententiam repræſentans, Appetitus obtemperet rationi. Ad huius uocem attonitus ſiſto gradum, pedem retraho, ad nauis iam properantem aſcenſum, & quaſi ſubita obumbratione concuſſus, eius imperium taciturnus expecto. Arguit, increpat, & caſtigat, & uelut grauiter delinquentem alloquitur. quis te in dementiam tantam duxit, ut temerè quicquam nec cõſulto cõſtituas? Cogita quis ſis, quo, quidue quæſiturus accedas. rudis & tenebroſa materia, cui uix poſsit aliqua bonitatis effigies, ne dicã imprimi, ſed nec etiã inſigniri. pro ſapientia, temptas luminũ ſummũ lumen? neſcius quod fruſtrà quicquã agitur in non diſpoſito & patiente? Tu pedagogi miniſterio adhuc egẽs, qua fronte clariſsimi uiri fores, etiã proiectiſsimus in uias, & niſi conſumatæ ſapientiæ acceſsibilis mentibus pulſare præſumens? nam tibi delirare maximè uideretur, qui ſcandere turrem excelſam, uix per multas aſcenſibilem ſcalas, unico ſaltu contenderet? num tibi inſanus uideretur, & improbus, pannoſus & ſordidus, nec cilicio quidem dignus, regiam ſibi ueſtem, auro, gemmiſquè contextam, repentina quadam impetitione depoſcens? magno ut opinor moueretis cachinno, ſed maiori multo, ſi alium inuenires, uolare contra naturam uolentem, certè ut ille, quo altius aſcenderet, maiori foret ruina caſurus, ſic & tibi niſi propoſito reſipiſcas, quaſi erranti uiam, quo magis ambulare credideris, itineris plus reſtabit. Sunt ad ſapientiam ipſam gradus, quorum ſi quem interſcalari uel prætermitti contigerit, neceſſe eſt qui hoc temptat, ordine peruerſo præcipitet. melle & lacte prius educarentur infantes, demũ inualeſcentibus annis, ualidioribus nutriuntur cibarijs. Tu quoque

ſimile.

ſimile fac,in eorum adhuc numero collocandus,eſt enim cibus quem quæris, prorſus uiri
bus tuis impar,cum autem adoleueris,ad fortiora matura conſultatione conſcendens,tūc
deſtinatum portum,ſecurus intrabis,ubi ſalutarem medelam,ubi incomparabiles theſau-
ros,ubi quicquid poteſt,circa hominem boni eſſe,conferta menſura recipies,ita ut tibi me
ritò ſit dicendum: Hoc eſt quod ſemper optaui.Hæc igitur uirorum optimè,etiam quēq;
conſtantiſsimum territura,tua præſentia carere inuitum me compellunt,feram quod po-
tero,patiēter, daboqúe operam,licet ignauus & diſcolus,licet publicis obſeſſus negocijs,
ut aliquādo me faciam deſiderio meo dignum. tu autem benignus & pius,hoc unū quod
abſenti præſtare potes,literatum colloquium,quæſo,mihi ne deneges,hoc uno modò mi-
hi uiſendum te præbe. nunquam epiſtolam tuam accipiam,ut non protinus tecū ſim, nam
ſi amicorum abſentium imagines iocundæ ſunt,quæ memoriam renouant, & deſiderium
abſentiæ falſo & inani leuant ſolatio,quanto iocundiores futuræ ſunt literæ,quæ ueri notas
amici,& uera ueſtigia repræſentant: Vale mi fœliciſsime domine,& quotiens ſeruos tuos
computare uolueris,precor nomen meum ſaltem in ultimis non omittas. ago autem tibi
reuerenter memoriam,ut epiſtolarij tui copiam munus quidem mihi chariſsimum,& alias
tua benignitate promiſſum,qualicūq; uia habere promerear,pro cuius ſcriptura per com-
munem amicum noſtrum Marcum de Raude,ciuem Mediolanenſem & Venetum,ſicut
neceſſe fuerit ſcriptoribus ſatisfiet. Ecce enim,& ego tibi expendens, exſoluo debitum
quod promiſi,mitto incluſam reſponſionem,quā ad ea quæ ſecundario inuexiſti, non ta-
men ut aſſeris tibi receptam,mandauit recolendæ memoriæ dum ille Danduleus,olim ti-
bi,ſuis dilectus uirtutibus & ueræ noſtræ patriæ uera lux,ut ſcias ei nec uerba nec ſententi
as defuiſſe.Et ut nil reſtet,quo tanti uiri poſsit accuſari memoria,certū tene,eum omni tem
pore appetentiſsimum pacis fuiſſe, at ut audire ſæpius potuiſti, hic mos, glorioſum quip-
pè patriæ noſtræ decus,ducibus noſtris eſt,ut quamuis in eos dignitatis titulus ſit collatus,
potius ſequi quàm ducere,nec tàm imperandi quàm parendi ſibi poteſtatem aſciſcunt, ut-
que ipſius uiri laudes,quas nec capere poſſet,uoluminis magni liber paucis abſoluam, nil
in eo natura peccauit,niſi quod tàm breuem uitam dedit eidem,cui tamē benè redditæ re-
liquit memoriam ſempiternam. *VII.* Cal. Feb.

Fran. Petrarcha Benintendio, S.

BEnè mihi accidit,quod in urbe licet frequentiſsima,tua me ſolitarium epiſtola reppe-
rit,erubuiſſem coràm multis deprehenſus in publico,nunc ſolus erubui,& dixi quid
non potes imperioſe amor? quid non potes? quando etiam talis uiri oculos iuditiumq; per
ſtringis? in literis quidem tuis optime uir,duas ſimul ueterum ſentētias recognoui, & amo
ris ſcilicet,& eloquentiæ magnam uim,nec de nihilo dictum, uel amantium cæca eſſe iu-
ditia,uel Oratorem poſſe omnia. Primū te amice,in extimatione rerum mearū fallit haud
dubiè,ſecundum uerò me paulò minus fefelliſſet, ut talis mihi uideri inciperem, qualem
tu me facis, ſic corda legentium in manu habes, ſic papyrus pro regia, ſic calamus tibi
pro ſcèptro eſt,niſi quod me cogi ſentiens,in arcam rationis euaſeram,mecq; ipſum identi
dem percuntabar,an uera eſſent,quæ de me ſtylo quamuis artificioſo & mellifluo diceren-
tur. ſcio quid mihi intus in ſilentio ſit reſpōſum. Proinde oro,poſthac pudori meo parcas,
neúe me non meis laudibus oneres. non precor errorem exuas, quo delector, tantùm ne
me facundiæ unco trahas,in errorem multo imparem. Tuus enim error ingenuus, & ami-
citiæ teſtis,eximie meus ſi ſit,niſi amens ridiculoſusq; erit,quanquā ni fallor ne in hac par-
te labi poſsim prouiſum eſt mihi. Habeo cui hæream conſcientiam meam. à qua ſi non ex
terius flatibus auulſus fuero,non facilè corruam. illic enim non niſi aura puriſsima, ueriq;
flant ſpiritus. Deniq; ſic habeto poſſe me tibi omnia credere,niſi quæ de me ſcribis, quæ ſi
aliundè procederent,qua putas fronte lecturus fuerim? at nunc mihi notiſsimus candor tu
us,quicquid ais,aut ſenſibus meis approbat,& quæ ore alterius illuſoria uiderent, & tuis
labijs grata facit, & dulcia. Ad ſummā, quiſquis ſum,tuus ſum,& amicitiæ noſtræ fores,
quas eloquētiæ tuæ clauib. aperire tāto ſtudio ſatagis,aptæ ſunt,ut libet exoptatis ingrede
re. Crede

re. Crede mihi, nullo niſu, nulla opus eſt arte, ultrò animis præſto ſum, teq; in limine lætus excipio, non prius excluſurus, quàm hanc inde animam mors excludat, idq; ſic eſſe ut dico, penitùs tibi inſitum eſſe uelim. Pauca ſunt quibus glorier, inq; his ipſis hæſitare ſoleo. unum hoc intrepidè dixerim, temporales amicitias non noui, ad quas ſi non in annis emolumenti fluxa ratio, ſed honeſtas allicere, immortalis ex ſe genitas mortales eſſe non ſineret. Ego fateor, ad ineundas amicitias tardus, ad fruendas immobilis, ad hanc contrahendam utiq; pronus ſum, ac ne id fortuitum putes, de te mihi diu ante prouiſum erat, quem ut in amicis haberem, & dignus & appetens uidebaris. Sanè quod præter modeſtiſsimum amicitiæ uotum, etiam de ſcriptis familiarib. quæ uaria exigente materia quotidie mihi è manibus excidũt, partem poſtulare dignatus ſis, miror, quid ita cum uiuum fontem domi habeas, & lucidum, ſemiarentes ac turbidos uicinorum riuulos ſitibundus ambias. niſi pridem intellectus mihi ſit animi tui ardor, qui tacitus eſt, ut nullum ingenij liquorem undecunque faſtidiat, neq; ſibi ſufferturũ arbitretur, quicquid perennibus ſcatebris uberrimum pectus 'affatim promit, niſi uel ad limina pauperum pulſes, & tui locuples aliena mendices. Perge, age, habes quos ſequaris duces, ſeu Socratem mauis, ſeu Platonem, quorum alter ut ſcriptum uides, ad diſcẽdum pauper, ditiſsimus ad docendum fuit. alter literas toto orbe collegit, quas toto orbe refunderet, his exemplis fretus, & hac iter ingreſſus fieri non poteſt, quin ad ſummas quoque diuitias prouehâre. Quod ad nugas meas attinet deſiderio tuo, etiam mei, & mearum rerum amor accedit, amor cæcus ut dixi, & ſemper obliquus rerum arbiter. uulgo dici ſolet. Placens hiſtrio ſemper placidum canit. profectò autem non in me, neque in meis ſcriptis eſt ut placeant, ſed in te. quantum uerò in his, quando in his delectaris, quantũ in maioribus ſi qua ſors fauerit, tibi morem gerere cupiam & rurſum, quid ſi uacet, ex te uelim, eius ex ore audies cuius è manib. iſta percipies. qui uir muſica ſuauitate mulcere aures, & digito potens eſt ingenium excitare. cumq; ipſe ſit magnus, quanquam non è coniugio Thetidis maiorem ſe genuit. nunc ambo quietis auidi, de toto orbe ſibi Venetiam delegere, adeſto illis oro, qua potes, mei ſunt eoq; magis eſſe tui, quo eſſe ſui non alterius uidebuntur. Nouiſsimum eſt ut noris, epiſtolam, illius optimi uiri & ciuis & Ducis meliore nunc patria uiuentis, quo digni utinam diutiùs fuiſſemus, latum me, ſed non ſine lachrymis perlegiſſe, 'ita mihi de ſepulchro, immò de cœlo reſpondere uiſus eſt, ut multa mihi ſuſpiria renouaret, ſed non ita, ut non ſibi quoq; multa reſponſurus fuerim, ſi nobiſcum ageret. nunc ut puto, uel tacitum intelligit. Vale memor noſtri. Mediolani. *XIIII.* Cal. Iunij.

Fran. Petrarcha Benintendio ſuo. S.

COlẽde ſemper atq; honorabilis amice, literis ueſtris primũ acceptis, ſuper epigrãmate claræ & glorioſæ memoriæ domini ducis noſtri, ut quid ſegnitiem meã cælem excuſationẽ non Epitaphium meditabar ut qui multumq; alia curarum acie obſeſſus, & occupationum mearum mole obrutus, uobis ut reor, animi ſaltem augurio non ignota, nec cœptis ipſe ſufficiam meis, & uſque adeò, ab huiuſmodi iuuenilibus exercitijs ſim diſtractus, ut non iã antiqua repetere uidear, ſed noua prorſus & inſueta temptare, utrãq; metiẽs breuitatem, & fundamentorum amplitudinem quæ ieci, ſedulò mecum ipſe remetiens contremiſcam, ideoq; iampridem ſemel mente firmaueram, nihil unquam uel ingenij exercitio uel cuiuſquam precibus, uel qualibet ſeu neceſſitate ſeu delectatione materiæ noui, carminis aggredi, ſatis ſuperq; exiſtimans, ſi notiuæ uota ſucceſſerint. quod præruptum animi decretum, neglecta interim ingenij aſperioris infamia contra feruidam amicorum inſtantiam, inexorabilem ſæpe me tenuit. quid multa? Iam calamus erat in manibus, iamq; excuſatio texebatur, dum ſecundus interuentus epiſtolæ inijciens manum, diffidentiam abſtulit, pudorem attulit, duritiem fregit. itaque calamum, quem ad negandem cœperam, ad parendum uerti, quid & per quem, & pro quo poſceretur, quidúe & huius amicitiæ & illius memoriæ debeam, acriter mecum uoluens, eadem hora igitur, eademq; ſeſſione, quatuordecim Elegos dictaui, qui ſi mei non uidebuntur, nolite mirari,

nam

nam nec ego ut cuperem meus ſum, nec ſum ille qui fueram, ita me multa circunſtrepunt, quanquam hoc ita uelim accipi uerum eſſe, ubi me uiuum, meas res intueor. Nam ubi alios, & humanum genus omne contemplor, multa fateor occurrunt, unde cum mei ſtatum alienæ ſortis collatione conſoler, neq; facile quiſq; me liberior aut magis ſuus appareat. quod ſi fortè uerſiculi plures ſunt, quàm petiti erãt, remediũ præſto eſt, duos abijcite quos uidebitur, & numeri ratio cõſtabit. Sin omnino non placent, eò me magis ueſtrum credite, qui ut uobis obſequar mihi aduerſor, neúe aliquid uobis aut natis inclyti Ducis negem, ſciens ac uolens inglorio labori, id ipſum, cuius mihi penuria ingens eſt, tempus impendo. Aſcripſi autem in margine, ſi quid eſt ubi uel dubitem, uel res eadem uariè dici poſſe uideatur, ut ſic electio ueſtra ſit. Mihi enim cum omnes Muſæ hodie, tum præcipuè illam abeſſe perpendi, quàm Graiam Graij uocant. Valete. Scripta rurali calamo in domo Carthuſiæ Mediolan. ubi & æſtatem ago. Cal. Septemb. ad ueſperum. *M. CCC. LVII.*

En domus Andreæ Veneti Ducis, ultima quæ1 eſt?
Alta, ſed aſſurgens ſpiritus, aſtra tenet.
Publica lux iacet hic, & quartum ſidus honorum,
Stirpis Dandulea gloria prima, ducum.
Hunc animi uigilem temeraria Græcia ſenſit,
Et leuis antiquo reddita Creta iugo.
Hunc, comes Albertus Tyrolis, noſtra peturgens,
Vaſtatis propriję, qui meruit ueniam.
Hunc Iuſtino polis feruens, & Iadra rebellis.
Pertimuêre trucem, percoluêre pium.
Hic Genuam bello claram, pelagoq; ſuperbam,
Fregit ad Algerium, ſeruitioq; dedit.
Iuſtus, amans patriæ, magnos cui fecit amicos,
Ingenio præſtans, eloquio omnipotens.

Benintendius Franciſco Petrarchæ, S.

REuerende domine mi. Si plus debito importunus infeſtusq; ſum, aſcribite quæſo feruenti in uos deuotioni meæ, quæ omnem à me pauorem ſimul & ruborem auertẽs, nimirum deuiare facit à tramite rationis. ſcio quidem, nunquam erga uos ulla, ex me merita præceſsiſſe, unde tantum uirum ſic audaci fronte, tàm crebris pulſare tædijs auſus ſim, ſed ueſtra ſumma uirtutis, omnem iam uulgata per orbem, & animus mihi famelicus, ſitibundusq; ſimul, timore neſcius, in hoc quantulũcunq; futurũ ſit, hic tẽporis moræ meæ pabulo generoſo, quo diu delectatus ſum cupiens ſaginari, faciunt audacem ex timido, & ex uerecundo ſecurum. Epiſtolas duas ad Ciceronem habui, reſtat ea, quàm ad Anneũ Senecam direxiſtis. & cum diebus octo uel circa, hic adhuc me moraturum exiſtimem, ſupplico ne me ocioſum ueſtra benignitas eſſe ſinat. quicquid uobis ad manũ occurrerit, quæſo copiandum tranſmittite, cui ueſtra omnia clariſsima ſunt, fulgentia ſuper aurum, & quamlibet margaritam. In quibus & ſi multa alia grandis utilitatis mihi futura ſiát, in ſummo tamen pretio mihi erit, quod ea intuens uidebor uos habere præſentem, quem in ſingularem patrem & dominum habere propono, cunctis temporibus uitæ meæ. Recommendans me humiliter gratiæ ueſtræ ſemper. Veniſſem nunc & frequentius uenirem ad uos, ſi his quibus utiliter inſudatis operibus, meam uiſitationem tàm utilem quàm ſuperuacuam eſſe ſcirem.

Fran. Petrarcha Nerio ſuo, S.

GRauem curis, obſeſſumq; negotijs & peroſum cuncta quæ uideo, nec aliter quàm feſſus atque aridus ceruus ſolet, ad umbroſum fontem, ad ſolitudinem, unde latratu canum ſequacium pulſus eſt, atq; ad ſilentium aſpirantẽ, epiſtola tua parũper auertit, quæ tàm longa interfuiſſet, ut quod ad exiguum tempus fecit, rerum me præſentium obliuiſci in perpetuum coëgiſſet, Ita enim me ſeculi noſtri memoratorem ſcito, ut uix fuiſſe aliquid ætaté, miſerius, aut extremius putem. Vnum me ſolatur, quod ſi naſci oportuit, & penitùs neceſſarium fuit, ut inexorabilis Clotho nos ad prædurũ huius uitæ limen impelleret, nec prius in lucem erumpere datũ erat, minus mali fuerit nunc natos eſſe, quã poſtea, talia

de poſte·

de poſteritate coniecto, trepido, utinam ludar, augurio. Sed hanc mihi ſpem de ſe noſtra tribuit iuuentus, ea indoles, hi mores ſunt, is notorum modus, is terminus ſtudiorum, deliros etiam ſenes noſtris iuuenibus admotos ſapere ad inuidiam putes, & fœlices dicas; quod pridie nati ſunt, ſic mundus indies ad extrema præcipitans ſecum omnia, in deterius trahit. Mitto autem, quandoquidem & quid ſerior ætas actura ſit, quod de Sergio Galba fertur dixiſſe Tyberius Cæſar, ad nos nihil pertinet, & cauendum eſt, ne maior ingenio ſit querela. neúe mihi forſan occurrat illud Senecæ, ubi ait: Omnem ætatem de moribus ſuis queſtam. Credo enim, ſed ni fallor, quo ad mores attinet, nulla unquã dignius queſta eſt. Illud non omiſſum, quod ab amantibus ſeſe. & ſua cuncta mirantibus opponi poſſe uideo. non ſum neſcius Italiæ uulnerum, quæ nunc, quæúe olim perpeſſa, iam malis induruit, & callum crebris cicatricibus ſuperduxit, quanquam non Italia tantùm, ſed terrarum orbis; ab origine clades tulit innumeras. Quid uerò eſt aliud, breuis hæc uita, quàm mors longior? quid aliud terrena habitatio quàm grauis ſeruitij fœdus carcer, & iugis mœſtitiæ cæca domus? ſcio. ſed aliud eſt ab hoſtibus, aliud à uitijs obſideri, urgeri, premi, uri, uaſtari. deficit aliquando hoſtis externus, & ipſe alium fatigando laſſatur, denique omnis hominum incurſus breuis, nec ullum omninò bellum mortalium immortale eſt, cum auctoribus ſuis intercidat, oportet, & ſuis ipſum uiribus extinguatur. Vitia ſpatio temporis augentur, & exercitio roborantur, & quo plus nocuerint, incipiunt plus nocere. nemo crudelior quàm qui diù fuit, nemo tàm citò luxuriæ ſuccumbit, quàm qui ſæpè ſuccubuit. multis ex actibus habitus fiunt, & aſſueſcendo cur ueſcimus, ut pronos in terram ſternere promptum ſit. ſic æuo creſcit auaritia, ſic ſenum pertinacior ambitio eſt, & ſic reliquis peſtibus proceſſus eſt ſuus, neúe mori unquam morbus poſsit, ægrorum intemperies facit. Cum his hoſtibus res eſt nobis, quibus modò non reſiſtimus, ſed fauemus, & ultrò noſtros in iugulos ferrum damus, quinetiam mirum dictù, ſi lenteſcere ceperint; irritamus illos, quaſi, minus miſerum fieri, ſit miſeria ſumma. quod paſsim in multis modò ſenibus, uſque ad faſtidiũ uidemus, quibus nihil obſcœnius ſol uidet. De quibuſdã legimus; at in primis de illo, cuius paulò ante memini, Tyberio, quem apud inferos quoque dij ſui deæque male torqueant, ita mihi ſtomachum torquet, bilemque agitat; quotiens ſenem illum lego, miris & infandis modis, atque inter cæteros relatu etiam turpi, ſpectaculo concubitus monſtruoſi, ut Tranquilli uerbo utar, deficientes libidines excitantem. hinc illæ ridiculæ, infamesque noſtrorum ſenum querimoniæ, quod ſolito minus uoluptatibus inardeſcant, quod malæ ſuada titillatio, & pruritus iuuenilis abſceſſerit, quod gulæ ſomniique & uentris illecebris, deſtituti ſunt, poſtremò quod uires corporeæ ad cedem carnificinamque defecerunt, at quid peius eſt, ſanguinarium eſſe uelle, quàm eſſe quamuis qui malus eſſe cupit, utique iam malus ac peſsimus eſt. nec quiſquam peior, quàm qui peccato ſtudet & flagitio gloriatur. Delectari equidem in malis, propè malorum omnium eſt natura, unde peccandi conſuetudo iucundiſsima, apud Ciceronem dicitur, in medijs ſanè delectationib. inhoneſtis, moleſtum aliquid pati, & uelut frenum aliquid ſentire libidinum, malorum adhuc eſt, ſed ad meliora tendentium, & quos ſæpè de magnis tempeſtatibus liberatos, in portum perueniſſe cognouimus. Effundi autem in malis, & efferri lætitia, & geſtire, & niti, & quod eſt omnium peſsimum gloriari, propè ultimæ deſperatæque nequitiæ eſt. horum uerò plena ſunt omnia, hosque inter uiuendum eſt nobis, & ſi inter hos tantũ, ac non etiam ex his ſumus, benè eſt, quanquam conuictus ſceleratorum, nullis ſit moleſtior, quàm his, qui ab illorum moribus inſigni diſsimilitudine ſecernunt. Vtcunque eſt inter hos uiximus, & quod Pſalmiſta regius deflebat, Inueterauimus inter inimicos noſtros, quodque miſerrimũ dixerim, inter hos ipſos moriendũ eſt, quo enim patet fuga? quo ibimus? quo non nos ſceleratorũ acies ac ſigna præceſſerint? ubi nõ peſsimis morib. imperiũ partũ atque firmatum ſit? Trans Oceanũ nauigandũ erat, niſi quia credibile eſt, uitia noſtra iam ad Antipodas deſcendiſſe. ad cœlum potius euolandum, niſi noſtris ad terram ponderibus premeremur, illa ſi ſalui eſſe cupimus, deponenda ſunt, quod facilè factum eſſet, niſi quia malorũ exemplis obruimur, quorũ cum feraciſsima ætas noſtra ſit, ut dixi feracior eſt etiã

ſperanda

ſperanda poſteritas. Pugnarunt equidem maiores noſtri aduerſus Pœnos, Cymbros, & Theutonas & Britannos, ægrè uel Italiã ab Hannibale uel Capitolium à Senonibus defenderunt, omnium tandem uera & indomita uirtute uictores. nos ſi Capitolij noſtri arcem, à tanto Barbaricorum uitiorũ circunfuſo exercitu defendimus, ad tutelam noſtram, celeſti alite excitati, ſi circunſtrepentibus uulgi errorib. immota fronte reſiſtimus, & Manlio & Mario, & ipſo Cæſare fortiores erimus. Illos enim ab hoſte murus interdum ualliũq; dirimebat, ſæpè noctibus quieſcebant, hyemis aſperitatem hybernorum ſolatio leniebant, nobis nulla quies, nullum ſine periculo tempus, non bruma, non induciæ, nõ nox. nihil uſquam tuti pacatiq; eſt, aſsiduè de ſalute certamus, ſemper in acie ſtamus, temptamur, circunſidemur, impellimur. hoſtes intra muros ſunt, ad ipſam rationis arcem ſcalas applicãt. quid expectas ut dicam: in ipſas menſas noſtras, atq; cubilia irrumpũt, quodq; proximum exitio eſt, uulgus omne pro hoſtibus partes facit. In hoc tàm ancipiti duroq; certamine, nõ niſi de cœlo ſperanda uictoria eſt. inde eam amice poſcamus, interea tamẽ ubi ſim uideo, non moueri nequeo, interdumq; tàm grauiter, ut meæ ſortis impatiens, mœſtis penè uincar angoribus. Aberraſſe fortè à propoſito uideor, tulit impetus, ſed redeo. his ergo hodie curis implicitus, quas mihi circumſtrepentiũ rerum fragor ſatietasq; pepererant, dum thalamo egredior, epiſtolam tuam in limine obuiam habui, breuem quidem, è longa ueluti peregrinatione ſuccinctam. Multa tamen, qui properantibus mos eſt, paucis illa uerbis expedijt, & qualiter affectus ſingula putas audierim. atq; in primis Lelij mei nomen, cum quo cupide oro uerſare, totaq; illum mẽte complectere. digni eſtis alterutro. Sane quod ſequitur, noſtræ gentis aduentu, Piſanum populum graui ſuſpitione turbatum, mirari non debes, nam neque gens ulla ſuſpitioſior, & uipera noſtra terribilis, rubentem dentibus uirum ſtringens, ſecuros quoq; ſollicita. in quo Cæſaris prouidentiam laudo, quæ & pauoricidium ſuccurrit, & pudori multum occurrit. Quod uerò de patria mea ſcribis, latè admodum legi, & Romano principi obedientiam non negari, & ſi qua iam toto orbe neglectæ libertatis cura eſt, eam in patria mea eſſe. Vltimum nihil miror, quod de auri poteſtate facetiſsimè cauillatus es, ſcio enim eſſe ueriſsimum illud Flacci:

Aurum per medios ire ſatellites,
Et perrumpere amat ſaxa, potentius,

Igne fulmineo, quod ipſum in libris Methamorphoſeos ponit Apuleius. Certus, *inquit*, fragilitatis humanæ fidei, & quod pecuniæ cunctæ ſunt difficultates peruiæ, auroq; ſoleant adamantinæ etiam perfringi fores, quàm latè patens & quàm nota ſententia eſt, quæ non modò Philoſopho ſed philoſophanti tribuitur aſello. Legiſti credo apud Pomponiũ Melam Coſmographiæ lib. tertio eſſe gentem Aethiopum, auri ditiſsimam, æris indigam, cui raritate & frequentia pretia rerum alternantibus, & ornamenta ænea & uincla ſunt aurea. nobis amice omnia iam ex auro ſunt, & haſtæ & clypei, & compedes, & coronæ, hoc & comimur, & ligamur, hoc diuites ſumus, hoc inopes, hoc fœlices, hoc miſeri. aurum ſolutos uincit, uinctos ſoluit, aurum ſontes liberat, damnat innoxios, aurum diſertos ex mutis, ex diſertiſsimis mutos reddit. auro concionatus eſt Metellus in Cæſarem, auro Demoſthenes orator obmutuit. aurum & de ſeruis principes, & de principibus ſeruos facit, & audacibus metum, pauidis præbet audaciam, & curas inertibus ſollicitisq; ſegnitiem. Hoc & inermes armat, & nudat armatos, indomitos duces domat, magnos populos premit, ualidos fundit exercitus, bella longiſsima paucis horis conficit, pacem præſtat & eripit, ſiccat flumina, terras luſtrat, maria concutit, montes æquat, pandit aditus clauſtrorum, urbes aggreditur, expugnat arces, oppida demolitur, & quod apud Ciceronem legimus. Nullus fortis eſt locus, in quem onuſtus auro aſellus non poſsit aſcendere. aurum claras parat amicitias, magnas clientelas, & honeſta cõiugia, quippè quod generoſos & fortes, & doctos, & formoſos, & quod miraberis ſanctos efficiat poſſeſſores ſuos. itaq; qui diuites ſunt, boni uiri in ciuitatibus appellantur, eis tantùm creditur. Nulla fides eſt pauperi, quia pecuniæ nihil adeſt, uerumq; eſt illud Satyrici:

Quantum quiſq; ſua nummorum ſeruat in arca, Tantum habet & fidei.

Poſtre-

Poſtremò inuitus dicam,ſed ueritas cogit,non modò potens ſed omnipotens eſt aurũ, & omnia quæ ſub cœlo ſunt auro cedunt,auro ſeruiunt, & pietas & pudicitia & fides, omnis denique uirtus,& gloria aurum ſupra ſe uident,inquè ipſos animos cœlitus nobis datos,pudet fateri, etiam rutilanti imperium eſt metallo. Hoc reges ligat atque Pontifices,hoc homines, & ut aiunt etiam ipſos deos placat.nec quicquam inexpugnabilem inaccesſumquè auro eſt. quod ſciens Iuppiter, ut cuſtoditæ mulieris pudicitiam rapturus ferreas portas effringeret, in imbrem aureum ſeſe uertit.tali deo dignum opus. Deus autem noſter pudicitiam amat,aurum ſpernit,auaritiam deteſtatur. Opto tibi ualitudinem inconcuſſam mentis & corporis.

Fran. Petrarcha Nerio ſuo, S.

NOndum ſuperiori epiſtolæ ſignũ impreſſeram, dum ecce alia ſuperueniens coëgit, ut poſito anulo,depoſitum calamum rurſus arriperem,& quamuis tua hæc, ſuperiori ſit lõgior,reſponſo tamen breuiore contenta erit.nam nec cui noſtri querelam iterare eſt neceſſe,q̃ & tacitus loquor,& ipſa res clamat, nec quicq̃ ꝓhibet, ꝙ in illa dixeram ad hanc transferri.neq; enim aut minor eſt hodie dolor meus, quàm heri et nudiuſtertius fuit, neq; minus efficax,epiſtolæ tuæ hodiernæ ſolatium quàm heſternæ.Accedit quod neq; de his,quæ nouiſsimè ſcripſiſti,auſim apertè pronunciare.quod ſentio,neq; tu ideò minus q̃d ſentiam,quidúe pronunciem intelligis.ſæpè ſilentium ad exprimendum animi conceptus, quouis ſermone potentius fuit,nec minus ſilentio Niobe,quàm latratu Hecuba,dolorem animo inſitum deſignabat,itaq; cum illa in ſaxum,hæc in canem uerſa fingatur, nõ minus mutum illius ſimulachrum,quàm hæc querula rabies, ſuam miſeriam loquebatur. Illud non ſiluerim,agnoſcere me Cæſarum fatum,quod & in occaſu ſolis & ſub auſtro, deniq; ubilibet fœlicius fuerit,quàm ſub arcto,ita ibi gelida omnia,nullus ardor nobilis, nullus uitalis calor Imperij. Redde nobis fortuna,ſi Romuleos Cæſares,Parcæ uetant, at ſaltem ab Hiſpania Theodoſios,Seueros ab Africa. Heu,quid diceret nunc architector ille magnus Monarchiæ,ſucceſſorem ſuum,cum ſacerdote humili,de humilitate certare,dũ meminiſſet ſuperbiſsimum olim Galliarum regem,dum ſupplex, ut ait Florus hiſtoricus, in caſtra ueniſſet,phaleras & ſua arma ante Cæſaris genua proieciſſe,ac dixiſſe: Habe hæc, uirum fortem,uir fortiſsime uiciſti:multa ſe offerunt id generis.nam & locuplex materia & multiloquax indignatio eſt,ſed frenabo impetum,ut qui hæc ipſa,non, mihi ira cogente ac dictante profuderim.ſanè de Cæſaris Legatiq; congreſſu, quod prouidentiſsime uaticinaris amplector ac probo, & penè rem ipſam uideor uidere, non quod omnia iſta me moueant,contrà quæ multa ſæpè diſſerui,ſed ex præteritis uentura conijcio,Itaque nõ tangor, quod legati ſonipes in Cæſarẽ calcitrarit, quàm quod calcitrare animos noui, & ſcio quod omnis poteſtas eſt conſortis impatiens.hæc hactenus. Lelium meum immò tuum, immò noſtrum,familiariſsimum & Cæſari factum gaudeo non miror,nihil enim eſt uirtute rapacius,nihilq; tenacius, rapit uincitq; animos hominũ, uinctosq; ſemel in ꝑpetuum uinctos tenet. nulla mihi dubitatio unq̃ fuit,q̃n non ſolũ ab illo humaniſsimo Principum, ſed ab alio quolibet licet aſperioris ingenij,cũ tamẽ uirtus in pretio ſit, poſſet ille uir amorem ꝓmereri,nõ modò notitiã promeruiſſe.Quis enim tã agreſtis eſt,ut Leliũ nõ amet, et ſapientiæ laude ꝑſpicuũ,& in amicitijs fauſtũ nomen?Quod ſi ſola uirtutis fama efficit, ut quẽ nunq̃ uidimus,ſenem illũ Leliũ amemus, q̃d huius noſtri uirtus, ac p̄ſentia poſſe debet?itaq; minus miror,ꝙ de Legato ſedis Apoſtolicæ idẽ ſcribis, cũ quo familiaritas Lelij uetus eſt,illud potiùs miror, ꝙ prioribus literis p̄termiſſum his inſerui, q̃d ita illũ ad coronandũ Cæſarẽ, diù ante digreſſum iſte præuenerit,niſi quia ut arbitror,& ut ſolet, illũ fortuna ſegnem,hũc ſollicitũ uirtus facit. Vnũ non mirari cũ eodem nequeo, ambo pergerẽt, Modanoq; dimiſſo Tyberim peterent, unde reuerentior adhuc Romanus Princeps: diadema ſupremũ poſcit,ꝙ Petri ſucceſſor, Cæſaris ſucceſſorẽ ſecurior nõ curat,q̃ fieri potuit, ut Cardinalis rutilo uertice,& purpureo fulgidus amictu, tantoq; ſpectabilis comitatu, noſtri huius lyncea lumina fugierit,aut cũ hic Piſas, ille uix dum Ianuam ꝑueniſſet, ita ut illi obuiam iſte redierit:Auguror ſanè alterum terra,mari alterum ueniſſe.de hoc equidem ac

reliquo ſtatu ueſtro, tuis ac ſuis literis certior fieri uelim. Ad ſingula reſpondiſſe uideor. Nam ad epiſtolæ tuæ finem de familiaribus curis ſtylo, alio et ſeorſum loquar, ut ſoleo. Gratias autem tibi, quod quas ipſe iam obliuioni tradideram, adeò ut ne locutum tibi de his aliquid me putarem, tàm memoriter tenes, ut facilè pateat, rerum te mearum curioſiorem eſſe quàm meipſum. Mirum & penè incredibile, niſi claritatis tuæ miraculo incurioſitatem, mea longè lateq; nota detraheret. Vale fœliciter, noſtri memor.

Fran. Petrarcha Nerio ſuo, S.

MIrari cogor, in tantis occupationibus tuis, in his fluctibus rerũ maximarũ, quos ab aquilone ueniẽs, nouus Cæſar inuexit Italiæ, & quorum te ualde principẽ tua ſors facit, hanc tantam meis in rebus diligentiam tuam, ut uideri poſsis, nihil aliud q̃ me unũ cogitare, ita dico uideri poſsis ignaris induſtriæ ingenijq; tui. Nam qui te nouerunt, non mirantur, poſſe animũ tuũ ad multa, & multũ diuerſa ſufficere, p̃ſertim ubi illũ ſuis ſtimulis urget amor, quẽ omnis difficultatis uictorem, & regẽ nouimus animorũ. Hæc cur p̃fatus ſim interroges, quia dũ te literis priorib. feſſum reor, ecce duæ ſimul aliæ, à te mihi uir optimè reddunt, omnes impigerrimis digitis tuis ſcriptæ, ita mirũ plus tibi uacat in negotio q̃ in ocio. Mihi mirũ, inquã, niſi celeritas, q̃ ut Cicero noſter ait, ingenij laus eſt, mirũ eſſe diſcuteret. ſed uenio ad rẽ, & illud tranſeo, quod in primis quaſi magni criminis te mihi purgas infamiam, & ꝓpè ſacrilegij inſtar ducis, in tuis me literis ſingulariter cõpellaſſe. itaque ſtylũ mutas, quaſi uel ego blanditiarũ egeam, quas primũ Iul. Cæſaris fortuna mũdo intulit, aut te uilior ſtylus robuſtiorq; nõ deceat, cuius & ueteres omnes, quicũq; calamũ attigẽre, quẽ articulũ quoniã alibi latius digeſsi, nũc ſuſpenſo pede p̃teruehor. & ſiqd auctoritatis apud te nõ qdem merui, ſed inueni, me quoq; nouiſsimũ omniũ habes auctorẽ, q hoc ſtylo nõ tantũ, ad amicos, quos ex æquo alloquor, ſed ad Reges atq; Pontifices, Cæſarẽq; ipſum uti ſoleo, quos reuerentius affari ius æquũq; eſt. Verũ ego reuerentiam uerã in mendacijs nõ repono, mẽtiri aũt dominis his uocibus, qbus nũc uulgò utimur, ætate ipſius Cæſaris inuentũ, Lucanus aſſeruit. Sentio aũt quid te mouit, neq; tu diſsimulas, motũ te literulis meis, in quibus ſtylũ hũc intermiſiſſe uideor, cuius rei ne de cætero moueare reddenda ratio eſt. Ego quidẽ amice ſtylo huic cõſtanter inhæreo, quotiens grandiuſculũ aliquid adorior, grandia enim nec huius anguſtiſsimi fugaciſsimiq; tẽporis, nec ingenij mei ſunt, nec huius calami, quẽ agreſtem rectius cũ liceret, cœleſtem urbanius dicere maluiſti. Ac quotiens ad plebeias atq; humiles curas, quas nec ſtylo dignas putẽ, aliqua rerũ neceſsitas me attraxerit, plebeiũ quoq; characterẽ nõ recuſo, ne fortè plus opere uerbis impẽdam, q̃ ſententijs debeatur, idq; mihi nõ aliud cauſæ in illis literulis fuiſſe noueris. Et hæc quidem hactenus, ex nũc aũt quicqd agam, & ſtylo quolibet, illud ſaltẽ nõ admittam, ut plurali numero utar amico & uni loquens. idq; tũ ꝑ meipſum ſum facturus, ne amicis mẽtiar, tũ uel maximè ne exemplo tibi noceam, cuius apud te nõ leue põdus eſſe uideo. Tu igitur ſi me amas, ad ꝓprium ſtylum redi, & id agamus nõ ut auribus uulgi, ſed ut decori noſtro ſatiſfeciſſe uideamur. Venio nunc ad acerrimum dolorem meum, quo in ſecũda parte literarum tuarũ, quaſi uenenata cuſpide aures meas, atq; animũ pupugiſti. ô factũ peſsime, de amico optimo. ô infauſtum negotiũ, ô rem triſtem, calamitoſam, & miſerã, ô nouũ & inauditũ ſeculis infortunij gènus. Aſſueféceram oculos triſtib. ſpectaculis, aures amaris rumoribus, pectus cunctis fortunæ uulneribus, & cogitabam aſsiduè, quid unq; mali, quid aſperi, qd acerbi accidiſſet homini, ut quidẽ mihi & meis, quoniã homines ſumus & nõ dij, uel euenturum eſſe, uel euenire poſſe certè ſcirẽ, utq; aduerſus omnia iacula duratũ, atq; armatum animũ haberem, telũ hoc, quia nunq; tale aliquid uideram, nil ſimile ꝓrſus audieram, aut legeram, cogitare & p̃uidere nõ potui. & ideò inermem improuidumq; transfixit. Hei mihi quid querar? unde ordiar? quid dicam? accuſabo fortunã? ſurda eſt. accuſabo mollitiẽ amici, qui ſibi mortem, mihi mortiferũ dolorem attulit? ſera eſt accuſatio erroris, irreuocabile damnum eſt, quo auctore potiùs inutiles ſint querelæ. Et tamen ô dulcedo effera, iuuat inſiſtere, & fando alimenta miſeriæ præſtare. quid enim aptius poſsit animus triſtis, quàm in triſti materia uerſari, habet & mœror uoluptatem ſuam, duram quidem ſed ſibi accõmodatam,

dæam, in Arte poëtica ſcriptum eſt: *triſtia mæſtum Vultum uerba decent.*

Vtar conſilio q̄ me decet. ſed quo pergo, ut illi nihil proſim, mihi noceam, fortè aures atq; oculos tuos lædam? ô cæca mens hominum, & nō futuri modò, ſed ſæpè p̄ſentis etiam fati ſui neſcia. Ad Paulum Hannibalenſem unum ex Romanis principibus, cui me familiariſsimum uirtus & humanitas fecerant, q̄bus illum mirabiliter natura dotauerat, mandata dederam, tibi ignarus, illū iam rebus humanis exemptum, taliter quidem ut non mortem quæ natis omnib. æqua eſt, ſed genus mortis unice miſerū cogerer, uſq; ad meam ipſe mortem lamentari. O' cogitationes hominū uanas, ô inanem ſpem, ô lubricū ſtatum, ô inſtabilē fortunā, ô ancipites uitæ uias. ô p̄cipites exitus, ô ꝓſperitates ambiguas, ô ineuitabiles ærūnas. amiſit filiū Paulus, tritū & intolerabile mali genus, q̄s enim nō aliquando filiū ꝑdidit, niſi q̄ nullum habuit? rari ſunt q̄bus fortuna prolē dederit, nec donū ſuū delibauerit, rapinā dicimus, primitiæ ſunt. amiſit Paulus noſter filiū, rē nō inſolitam narras, & alius Paulus filios amiſit, Hānibalēſis unū ꝑdidit, Macedonicus duos, alij plures, quidā omnes, unū iſte ꝑdidit. Priamus unus, ex tanta natorū aciē ſupꝑfuit, ſed hic ſuū ferro amiſit. q̄d refert an ferro, an incēdio, an naufragio, an febribus, an ueneno. mors aūt una eſt, ſed hæc iuuenē abſtulit. ſcio. Nā adhuc iuuenis Pater erat. quæ nā uerò hinc tanti doloris cauſa fuit? An ignorabat doctus homo, & prudens, plures multò iuuenes mori ſolere, q̄ ſenes? & ut uulgò dicit, plures hœdos perire q̄ capras? Humani generis incremētū terra nō caperet, ſi omnes ſeneſcerēt q̄ naſcuntur? q̄d igitur ploras? dicat aliq̄s. nihil adhuc noui audio. Adoleſcētem in p̄lio pugnantē, in p̄lio cecidiſſe. eueniūt iſta quotidie, & fortiū patrū innumerabilis multitudo eſt. nam q̄ ſcribis, corpus exangue, hoſtib. fuiſſe ludibrio, hoſtili ſæuitiæ aliq̄d, ſed ſuꝑſtitis exiſtentiq; miſeriæ nil prorſus adiecerit. ſtultū enim, cū mortē ſpꝛeueris, cadaueris iniuriam formidare. Patres obitum filiorum forti tulêre animo, laceros quidem artus ſiccis oculis collegêre, multi autem ſuos cum lachrymis ad ſepulchrum, ad inferos quidam uerſis in ſe gladijs proſecuti ſunt, fletu immodico. quod meminerim aūt Paulum noſtrum nemo. hic eſt nouus & rarus & inconſolabilis dolor meus, homo nobiliſsimus, & mea quondam opinione fortiſsimus, ſic fortunæ tergū præbuit, ſic laxauit frena mœſtitiæ, ut illa eum præcipitaret in mortē. ô lachrymas meas, ô inexhauſtos fletu oculos, ô liuentia lumina. da ueniam Paule, fons ille aruit, qui cunctis amicorum miſerijs ubertim lachrymas dabat. ſiccare illum uel una Romana domus debuit. dum Columnenſium familiam fleo, flere alios poſſe deſij. omnes lachrymarum mearum ſcatebras illa conſumpſit, pumice ſiccior factus ſum. Tu tamen uir optime, ſine lachrymis meis non eris, quas de profundiſsimis atq; abditis animæ receſsibus fando eruam, & q̄bus mœſtū funus abſens proſequar, immò uerò inter triſtia funera fletu madidus p̄ſensq́ue uerſabor. Quid, heu, mihi feciſti? uir in rebus alijs acer ac ſtrennuus, q̄d feciſti? nō ſat magna pietas eſt, uiſa paternis lachrymis, filij funus ornare, q̄ ipſum uirtute animi melius, & ſpe ac ſolatio promiſſæ reſurrectionis ornaſſes, ſed parū piæ uiſæ ſunt lachrymæ, niſi mortē morte accumulans, chariſsimo & inſonti filio, paternæ mortis inuidiā, poſt fata relinqueres, & reū atq; odioſum poſteris faceres, quem amabas. Non'ne p̄ſtabat quāuis præpoſterè filio ſupereſſe, & te ſibi fratres, fœliciores tibi natos q̄rere? ui rētiſsima ætas erat, uel q̄ Chriſtianæ pietatis propriū fuit, pro illius ſalute animæ, cuius corporis p̄ceps & feſtinata mors fuerat, preces atq; ſuffragia ad cœlū mittere? uel ſi qua ea dulcedo eſt, recolligere animū atq; firmare, & in extrema ſolatia patri utroq; forti, debitæ ultionis intendere? Poſtremò q̄d uis facere potius, q̄ q̄ potiſsimū elegiſti? q̄ enim iſta dementia eſt, ſupꝑbis hoſtibus, qui filij tui frigida membra calcauerant, quibusq́; ſuus luctus, & crudelitatis & inſolētiæ ſupplicia debebant, de te quoq; duplex gaudium, & geminam ultrò uictoriam conceſsiſſes? ô mortalia pectora, in extremis ſemper cæca caſibus. audita primū morte filij, cōſpectoq; cadauere, q̄ humanitatis immemor hoſtilis ita diſcerperat, cū & ferro poſſes ulciſci, & animi uiribus grauē ferre fortunā, & fato ſuccūbere maluiſti, & re exitialibus atq; mortiferis ultus es lachrymis, cūq; uirorū exemplis illuſtrium, quæ probè noueras, reuocaueris ad uitam & ad ſpem deſperatam in mortem neſcio, qua

ferali dulcedine raptus es. Nō'ne aūt, q̃ſo, luctus incōſolabiles parāti tibi occurrat Anaxagoras, q morté nūcianti, Nihil, inquit, inopinū narres. cū enim ipſe mortalis ſim, ſciebam ex me genitū eſſe mortalē. Non'ne Xenophon in animū uenit, cui cū ſacrificāti. primogeniti mors filij nūciata eſſet, neq; cœptū ſacrificiū intermiſit neq; ſuccubuit fortunæ, ſed corpore atq; animo manſit immobilis, corona dūtaxat, q̃ capiti geſtabat, depoſita, ne tātū uulnus nō ſenſiſſe uideretur, moxq; cū gaudio repoſita, ubi accepit, fortiter dimicantē filiū occubuiſſe. deos teſtes faciēs plus ſe uirtute filij delectari, quàm in morte torqueri. Non'ne unici filij dolorē immodicum, caſtigare uiſus eſt Pericles, qui duobus ſimul rariſsimæ indolis amiſsis filijs, neque coronam depoſuit, neq; concionibus abſtinuit, neque ullum penitùs, aut in uerbis, aut in uultu mutati animi ſignū dedit. Et ſi lōginqua reſpicere mens lachrymoſa non poterat, non'ne ſub oculis erant Romanæ uirtutis exēpla clariſsima? Non'ne aderat. M. Cato Senex ille famoſiſsimus, cuius cum innumeræ laudes ſint, tamen illa apud Ciceronem præcipua eſt, quod fortiter ac modeſtè optimi filij mortem tulit? Non'ne Catonis collega, Q. Marcius, qui cum Cos. eo ipſo die, quo Senatus ſecundum legē conuocandus erat, unicū ſpectandæ indolis filiū amiſiſſet, & ſepulturæ filij pius pater interfuit, & mox Senatū Cos. egregius conuocauit, unū die inter diuerſiſsima priuati mœroris & publicæ maieſtatis partitus officia? Non'ne Paulus Aemilius cuius ſuprà meminerā, Paulo noſtro par nomine, ſed ꝙ nollē uirtute ſuperior, q duobus primū filijs in adoptionē datis, & mox duobus, q̃s ſibi ſeruauerat q quales eſſent inde cōijcies, ꝙ inter datos, Africanus iunior) intra ſeptimū diem morte ſubtractis, orbitatē ſuam tàm inuicto animo ꝑtulit, ut poſt triumphū Macedonicū, quē ſibi uirtus & fortuna de opulētiſsimo rege pepererāt, & quē alterius filiorū mors ꝓceſſerat. alterius inſecuta erat, P. R. alloquens, quaſi publici conſolatoris officio fungeretur, & id ſibi optato accidiſſe diceret, ꝙ in tanto ſplēdore ſucceſſuum publicorū, metuēs ne qua forſan gaudio ut fit mœſtitiæ ſe nubes effunderet, deos anxiè precatus eſſet, ut ſi quid tacitū minaretur, totū à populi ceruicibus, in ſuam domum fortuna conuerteret. Non'ne M. Hor. Puluillus, cui cum Capitolium dedicanti ab Aemilio mors filij nūciata eſſet, ab opere glorioſo, quamuis equidem, ut falſo mœſto tamen rumore perculſus abſiſteret, nihil aut uultu, aut animo motus eſt, cœptūq; non amplius intermiſit, q̃ ut cadauer iuberet auferri, tēpli continuò poſtem tenens. ꝙ ſi falſæ tantū *ille* religioni, dijsqúe mendacibus tribuit, quantum ueræ religioni, uero Deo tribuendum erat? quantoq; ſtudio prouidendum, ne tuo fletu Paule tu perires. CHRISTVS offenderetur? quanquā qd exempla uirilia colligo, cū Romanæ mulieres, pudorē tuū premere, & lachrymas ſiccare debuerint uir Romane? nam ubi tunc quæſo, ubi tūc Cornelij Africani filia, Gracchorū mater. cui præter maternæ pietatis affectū, quàm chari filij eſſent, illud indicat, ꝙ Campanæ olim hoſpitæ, apud ſe muliebriter iactabundæ, & ſua ſibi ornamenta mōſtranti, filios è ludo literarum reuertentes oſtendit. Et hæc, inquit, mea ornamenta ſunt. Hos illi filios, & hæc ornamenta ſimul omnia, ſæua mors rapuit, tantum tamen animi fœmineo fuit in pectore, ut ex morte illā cōplorantibus, & miſeram uocitantibus reſponderet, Mœſtam utiq;, ſed miſeram ſe nō eſſe, q̃ tales filios genuiſſet. ô nō fœmineum ſed uirilem & uerè paterna gloria dignam uocem. Vbi erat Liuia Augusta, cui cum è duobus filijs mors. ut fermè mos ſuum eſt, & peſsimum reliquiſſet, & optimum imperioqúe digniſsimum abſtuliſſet, ita caſum ſuum fleuit, ut ultrò & modum & finem lachrymis imponeret, mediamqúe ſe inter piam matrem & principem fœminam exhiberet, ne uel naturæ debitum negaret, uel tanti coniugis oculos ſpectaculo triſtiore confunderet. Quanto aūt exactius cauendum erat, ne gemitu nimio læderetur CHRISTVS ſpectator ac iudex actuum noſtrorum, cui mortalibus querelis, iuditia æterna conuelli, haud dubiè neque immeritò permoleſtum eſt. Sed Romanas tranſeo, quibus ut muliebris eſt pudor, ſic uirilis animi robur, atq; conſtantia, quasꝙ nunc etiam fama uulgaris, & ſi multa uiris detrahat, iure tamen omnium gentium mulieribus anteponit, cum in hoc genere laudis ſeſe offerat græca muliercula, ut prole impar ſic par animo, quæ audita morte filij, q in acie ceciderat. *In hoc,* inquit, illum genui, ut eſſet q mori pro patria non timeret. digna uel hoc reſpōſo, cui natus

incolumis

incolumis redderetur, quem tàm fortiter amiſiſſet. Verũ quo progrediar? quid ago? Conſternatos & abſq; reſurgendi ſpe deiectos animos, fortia exempla non decent. itaq; quando nihil mœſtius, nihil hoc tẽpore dulcius poſſum, libet nũc incœpto hærere, & omnibus ſeculis flebiliora congrere, ut oſtendam Paulo meo, nihil toto orbe miſerabilius, nihil ulla ætate flebilius, q ut patrem indueret, uirum exuit, cõſecutusq; eſt, ut miſerrimus pater, potiùs, quàm modeſtus & ſapiens uideretur. Excutiantur Poëtæ, euoluantur Hiſtorici, ꝓtrahantur in medium inſignes gemitus, ut appareat quantũ in hoc genere mali altior cunctis eſt Paulus, quantumq́; ſupereminet, & toto uertice ſupra eſt: ut Maro ait: Fleuit ſuum Pallanta, miſerabilis Euandrus, ſed poſt fletum uixit, & uindictam ꝑſtolari maluit, quã filium ſequi. Lauſum quoq; Mezentius fleuit, nec immeritò, nam ſi credimus Virgilio, pietas patris, filio cauſam mortis attulerat, non multum hic filio ſuperuixit, temptauitq; uindictam, quæ cum parum ſuccederet, non tàm flendo mori uoluit, quàm pugnando. & erant ambo ſenes, & ut diutiùs uiuere, & animoſius pugnare potuerit Paulus meus. Legimus Phocæum Argi patrẽ, q nauali prælio, ꝙ Marſiliæ geſtũ eſt, cum traiectũ iaculo, et expirantem filium uideret, uiolentius quidem indoluit, non tamen eatenus ut fletu ſolo, ſed ut gladio proprio confoſſus, ſaltu etiam præceps in medios fluctus, gemina uelut morte procumberet, quod genus mortis ô Paule utinam eſſes imitatus. ſic enim niſi fallor & partius & profectò uirilius doluiſſes. nullus enim maior dolor, quàm qui non eget auxilio, nec circumſpicit inſtrumenta, ſed ad inferendum mortem ſolus ſufficit. Ad hæc & honeſtius uiro eſt, uulneribus quàm lachrymis mori, hunc dolorẽ & has lachrymas conſumptrices, apud Lucanum, ut rurſum ad luctus fœmineos reuertamur: Pompeiana uxor optabat, ubi ait:

Turpe mori poſt te ſolo non poſſe dolore.

Ipſa tamen hæc dicens uixit, ſicut Hecuba uixit, & Andromache poſt coniugum & natorum mortes. multum filios multæ fleuerunt matres, ſed plus omnibus Marcellum, mater Octauia Auguſti ſoror, quæ talis tantæq́; ſpei filio amiſſo. qualem nullum Romæ puerum fuiſſe Virgilius æternæ memoriæ mandare non timuit, omni ſolatio reiecto, in tenebris perpetuisqúe gemitibus æuum egit, pertinaciter infœlix, omnis illi lætior habitus, omne minus triſte uerbum irritamentum doloris, omnis illi conſolator hoſtis fuit. poſtremò ita ſemper uixit ut ait Seneca, talis per omnem uitam, qualis in funere. Multum fleuit apud Virgilium mater Euryali, multum apud Statium nutrix fleuit Achemori. ille tamen filijs uixêre ſuperſtites, hæc alumno ſic fletum legimus Antigenes & Argiæ mortem, nũc legimus mirum ſupfuiſſe iuuenculas dolori, cui uir fortis ſupereſſe nequiuerit. Fleuit Euadnes Capaneum, fleuit Brutum ſuum Portia, ſed illa ſe in ardentem uiri rogum intulit, hæc candentes hauriens carbones, præcluſo ſpiritu, ꝙ pridem animo deſtinarat, uirum ad inferos proſecuta eſt. & ut amores illicitos attingamus, q ut turpiores, ſic nonnunquam iuſtis amoribus fortiores ſunt. Fleuit Hero Leandrũ, Phedra Hippolytũ, neutra tamẽ gemitu, ſed illa præcipitio perijt, hæc laqueo. Apud Catulum Lesbia meretricio amore ſaucia, paſſerẽ ſuũ fleuit extinctũ, ita tamen ut oculorũ aciem ꝑderet, nõ ut animam exhalaret. uerum hoc dicit aliquis, uiros aut fratres, aut amicos flebant, noſter hic filium, ſed quid ſuperioribus dicemus, quæ fleuerunt natos, uel plurimos uel unicos? Quid dicemus illis matribus, quas Romana narrat hiſtoria, poſt inſignem cladem, quæ ad Thraſymenum, ut Liuius tradit, cui potius fidem do, & quem Valerius ſequitur, uel Cannis, ut Plinio placet, eſt accepta, nunciatis filiorum mortibus, attonitas fleuiſſe? utramq; autem poſt aliquantulũ temporis, alteram ſcilicet mœſtam domi ſedentem, ꝑter ſpem cõſpecto filio, dum in occurſum eius aſſurgit exanimẽ corruiſſe, alteram percũctandi ſtudio anxiam, extraq; muros urbis egreſſam porta Flaminea, qua fuſæ redibant legiones, obuio repente filio, dũ irruit in amplexus expiraſſe. has nempe non mœror, ſed quod multis accidit, gaudiũ interfecit. fuiſſet ille utinam ô Paule falſus etiam rumor tuus, ut te quoq; non luctus, ſed gaudium peremiſſet. nunc quocunque me uerto, dolore ſimul ac pudore confundor. Legi ego permultos amantiſsimorũ, legi matrum gemitus, ac ſororũ & coniugum utriuſq; ſexus, ſiquidẽ duos Plaudios mirũ dictu, ut eiuſdẽ nominis, ſic paris amentiæ, in patientia doloris, in uxorum

mortibus ſeſe gladio tranſuerberaſſe compertum eſt, quod apud Valerium Max. non excuſari tantùm, ſed laudari, ſi de proprio loqui datur, non excuſo nec laudo. Legi mortem Indorum, apud quos cum mortuis uiris uiuæ cremantur uxores, legi ſingulorum hominum, legi populorum atque exercituum luctus, tàm uehementes, ut quidam arma reliquumq; ornatum, quidam etiam ſemetipſos ardentium ducum rogis iniecerint. legi quorundam fidem ſuperuacuam amicorum, nulli utilem, & damnoſam ſibi, qui confodi gladijs iuxta dilecta cadauera uoluerunt, quam dum liceret euadere. Ad ſummam multos inuenio, quibus cauſam mortis dolor attulit, cui uerò mortem intulerit, nullum niſi fortè pro uero recipimus, quod de Homero Poëta quidam ſcripsêre, remq; tàm ſtultam de tàm docto uiro, de tàmq; diuino ingenio ſuſpicari libet. quod ipſum tamen, & ſi inter uera numerare uoluerimus, nec de morte altera dolor fuit, nec repentina uis doloris, ſed ægritudo fortè animi, & ægritudinis, fortè inedia ac ſpiritus indies triſtior, qui proculdubiò uitam imminuit, & ſicut ſcriptum eſt exiccat oſſa, & quem multos paulatim ſeu conſumpturum eſſe, ſeu conſumpſiſſe non negem, in quibus nomen habet Macedoniæ rex Philippus, morbo animi crudelitatis propriæ & inſulſæ triſti ſeraq; pœnitentia Perſeiq; filij dolis & impietate contracto. Nam Paulus Rutilius, quem nunciata fratris repulſa, in conſulatus petitione illicò expiraſſe, ſcribit Plinius *VII*. Naturalis hiſtoriæ, ut uerum ſit, huic ſententiæ præiudicij nihil affert, quod iam ante morbo impeditus deſcribitur. Itaque facilè parua doloris acceſsio, inclinatum animum ſtrauit atq; integrum, quenquam ſubitus dolor de alterius morte ſuſceptus, mœroris impetu & lachrymarum diluuio oppreſſerit atq; necauerit, hoc eſt quod apud auctores idoneos, uel non legi, uel me legiſſe non memini, eoq; inſolabilior dolor eſt meus, quo inuſitatior amici miſeria, qui ſic mori uoluit, ac potuit, ut ſine exemplo ſit mors ipſa mortalibus. Cæterùm, ego quoque fortaſsis impetu animi euectus ſum longius, quàm debui, da ueniam quæſo. amara mihi & dulcedo, & dulcis fuit amaritudo, cum amico iam ſepulto, quaſi reſponſuro ac præſente contendere, iam tandem deterſis utcunque oculis, ad te redeo, atq; ita cenſeo, idem omnibus agendum eſſe, fortunæ ſub imperio degentibus, quod ſolent, qui ſæua premuntur tyrannide, tergum patientia durandum. ſic inſtruendos oculos ac aures, ſic formandos animos, ut quod uident non uideant, quod audiunt non audiant, & quod ſciunt neſciunt, multa diſsimulanda omnia toleranda, & ut Flaccus ait, amara lento riſu temperanda. Horribile cogitatù eſt, quàm nihil eſt mali, quod non impendeat hanc uitā agentibus, cui niſi fallor optandus finis eſſet, quem tantoperè formidamus. Itaque ſapiens omnia cogitat, omnia præuidet, omnia ſcit, multo ante quàm fiant examinans, nō tantum quæ uentura ſunt, ſed quæ poſſunt euenire, tanquam quæ euenire poſſunt, prorſus non euenire non poſsint, & aduerſus poſsibilia quælibet ceu neceſſaria atq; ineuitabilia ſeſe armat, peruigilem intentumque in excubijs animum tenens, & hæc quidem ſapiens. Ego autem, qui tàm procul inde abſum, ut ſapientem ſi occurrat, ne noſſe quidē uenerariq; dignè queam, meis hactenus amicorumq; fortunijs non poſsibilia fateor, & ueriſimilia & inuſitata præuidi. Videbam ergo nunc gladios, uidebam morbos & uenena, & incurſus ferarum, & naufragia, & incendia, & laqueos, & ruinas, luctum repentinum mortiferum non uidebam. Vnde facie rerum inſolita uehementer exterritus, atq; deiectus ſum, ſenſim animum attollere, & ſparſa arma colligere incipio. Diſcam cogitare, & expectare omnia, & ſi poſsim nihil ualde metuere, imparatum & inermem noſtra fortuna repperit, lorica defuerat, ubi furtiua cuſpis irrepſit. quamobrem uulnus hoc ſentio, & Paulum meum, nunquam ſine ſuſpirio recordabor. Tu uale. nam de reliquis & præſertim ad ſummam Reip. quod ominer, & quod ſperem ne dici, quidem opus eſt. Mediolani *XII*. Cal. Martias.

Fran. Petrarcha Guidoni Septem ſuo, S.

RVmores Italicos, quotidie niſi fallor ad ſatietatem audis, qui uel utinam rariores eſſent, uel minus immites. nūc crebri uehemētesq; ſunt, & ſonori adeò, ut nō tantū in Gallijs uicina regione, ſed apud Indos atq; Arabes audiri queāt. Magni ſunt rerū motus, magni bellorū ſtrepitus, magna impiorū iugisq; colliſio, magna deniq; famæ uox, quæq;

non modò

non modò alpes patrias,ſed maria tranſilit,& cum magna ſint ſemper,mali præſentia,futu
torū apparatus continuò maiorē.Ita nobis ꝙ in omni aduerſitate dulciſsimū eſt,extremum
malorū ſolatium ſpes aufert:ſemper ne igitur ſic inuicem conteremur:ſemper noſtrorū la-
borum ſonitu,cunctarumq; gentiū aures,atq; ora complebimus:ſemper mundo quod au
diat, famæ dabimus qd loquatur:ita'ne uerò ætati tantū ſuæ,ſed omnibus ſeculis,nec poë-
tico magis,quàm prophetico ore locuti ſunt Virgilius & Flaccus,quorum alter:

Grauidam imperijs belliſq; frementem Italiam dixit, alter,
Auditum Medis Heſperiæ ſonitum ruinæ.

Agat modò fortuna,perficiat quod incepit, quando ſi Virgilio ipſi credimus, omnipotēs
& ineluctabilis dea eſt,de qua re,ne quid p̄cipitante iuditio diffiniam, nihil in præſens pro
nuncio,tu tamen ſententiam meam noſti,ſi quid ſerium loq ſoleo,ab hac opinione remo-
tiſsimus ſum.nunc loquor ut uulgus à quo maximè diſſentio. cæterùm ſiue illa nihil, ſiue
aliquid eſt,nam dea proculdubiò non eſt,& rurſus ſiue ſuis uiribus,ſiue noſtra ignauia po-
tens eſt,q quibus ſolis obſtari illi poterit arma rationis obiecimus. Agat,inquam, ſæuiat,
tonet,ac fulminet,in hoc p̄cipuè mundi latus,ubi in utrãq; partē plurimum ſe ſemper exer
cuit,pergat,inſtet,premat,urgeat,& quando ita ſuperis & inferis placet, ut dictū eſt, cœ-
pta perficiat.uereor ſanè ne p̄ſens præfatiuncula,quaſi magnæ mœſtitiæ index, amantem
& amore pauidum,atq; ſollicitum animum tuum fortè turbauerit.pone metum,priuatim
nihil aduerſi eſt,certè ſicut publicæ nihil eſt proſperi.Quid enim proſperū uiris: immò ue-
rò quid nūc nō triſte prorſus,& miſerū,libertate mortua & ſepulta:qua multi ſæpè uitam,
cū uoluptate & gloria perfudere,p̄ſertim cū nō libertas ſola perierit,ſed cū illa ſimul fides,
pietas,pudicitia,peſsimuſq; iam morbus latè regnantibus,nullus uſquam iuſtitiæ ac mode
ſtiæ locus eſt:quæ quoniam ſine conſenſu generis humani contigiſſe nō poterant,ideò ſto
machoſus & indignans animus,non magis ſuam quàm publicam ſortem luget, hic ſæpe-
numerò dolor meus,his quæ nulli hominum proſunt,mihi etiam noceat,friuolis querimo
nijs euaporat.& hoc genere principium iſtud eſſe noueris.Nunc ne te amplius expectati-
one torqueant,quod deſtinaueram expedio,& omiſsis rumoribus,qui aſsiduè aures tuas
fama uociferante circumſonant,quos nullis annalibus comprehendi poſſe crediderim, q
Piſis & q Senis populorum motus,quod in latus reuoluta Bononia, quiſnam patriæ meæ
ſtatus, utinam & florentis ſemper,ſic aliquando fructiferæ,quid fleat Roma,quid Parthe-
nope metuat,ut regibus ipſis cognomen ſuum , Terra laboris æquauerit, quibus æſtibus
odiorum ferueat,ſulphurea Trinacria,quid agat Ianua,quid paret Liguria, quid Aemilia
cogitet,aut Picenum,quàm inſomnis & laborioſa ſit Mantua, quàm meticuloſa Ferraria,
quàm Verona miſerabilis, Acteonis in morem, ſuis ipſa canibus laceretur, ut Barbaricis
ſemper incurſibus pateant Aquileia & Tridentum. Poſtremò pudorum maximus,qui
prædonum cœtus per Italiam peruagantur,utq; de prouinciarum domina , ſeruorum ſit
facta prouincia.ad Venerorum,ut Liuij uerbo utar,angulum,& ad ea quæ uix dum po-
tes audiſſe feſtino. Qui bello cū Ianuenſibus ſuſcepto dicā ante detecto,latēs enim bel-
lum defuiſſe nunquam puto,intra breue tempus primum uicti,mox uictores,rurſum ma-
iore prælio uicti ſunt,in quo illis quidem,ut hominibus,utque Italis compatior, mihi au-
tem gratulor,quod hæc eis mala omnia uentura præuidi, prædixiquée non aſtrorum iudi-
tio,aut ullo uaticinij genere,quod totum deſpicio reijcioque, ſed præſagio quodam men-
tis,& urgentibus coniecturis, quibus in eam ſententiam trahebar, ut uidere mihi tunc ui-
derer,quod nunc uideo. Atque utinam dux Andreas,qui rerum ſummæ tunc præerat,
hodie uiueret,exagitarem eum literis, & omnes aculeos incuterem, ac tota uterer liber-
tate. Bonum enim uirum, atque integrum, Suæq; Reip. amantiſsimum ſciebam, do-
ctum præterea & facundum,& circumſpectum , & affabilem, & mitem,uno tamen of-
fendebar,quod belli ſtudio ardentior erat, quàm naturæ ac ſuis moribus conueniret. ui-
uenti equidem non peperci,& præſens uerbo & abſens literis laceſſere auſus tantùm ui-
rum , quæ ille de animo meo certus , patienter ferebat , ſed recenti uictoria clarus, con-
ſilium reſpuebat , conſuluit illi mors , ut & acerbiſsimum patriæ ſuæ luctum, & morda-

eiores meas literas non uideret. Vti enim fortunæ teſtimonio ſolebat, nec dubitare, quin ſicut illa proſperior uideretur, ſic iuſtior cauſa ſua eſſet, itaq; ſæpè mecum illud Scipionis Aphricani dictum uſurpabat, qui loquens cum Hannibale: Dij, inquit, teſtes ſint, qui & illius belli exitum, ſed ius phasq; dederunt, & huius dant & dabunt. illudq; Cæſareum:

Hac fato quæ teſte probet, quis iuſtius arma
Induit, hæc acies uictum factura nocentem.

Eſt et quantulum illi uiuendũ erat, ut in eundem iſta reflecterẽ, nocentem teſte fato cõuincens, qui teſte fato innocentiam aſtruebat? Paucis ante obitum diebus, literulas meas acceperat, aculeoſas fateor, plenas tamen affectuum optimorum, quibus ita ſe torſit, ita reſponſionis ſtudio efferbuit, ſicut poſtea retulerũt, qui præſentes erant, quaſi ſummo pudori duceret, non æquaſſe ſtylum quod unum facillimum illi erat, literato in primis diſertoq; homini, id enim puto, quod erat difficillimum non curabat, retundere ſcilicet & frangere ſententias uerbis, equidem atq; dicendi exercitio ornatus, uerborum certamina non timebat. ſed quid rebus ipſis facias, atq; apertiſsimæ ueritati quid reſpondeas, niſi ut taceas aut cõfirmes? uerba enim compares, aut par aut ſuperior eſſe potes, rebus inferior ſis oportet. ſæpè phaleratam eloquentiam nuda ueritas uincit, itaq; cum ſe multum torſiſſet, ſeptimo demum die, nuncium meum ſine literis dimiſit, reſponſum propriumq; nuncium pollicitus, quem non miſit nec deinde reſpondit, ſeu morbo corporis, ſeu animi præuentus, quod per eos dies contra ſuam atq; omnium ſpem, animoſiſsimè ad littus Venetum, ipſa eadẽ, quam penitùs uictam atq; exterritam extimabat Ianuenſium claſsis acceſsit, cui tumultui Dux ipſe præter morem armatus interfuit. nec poſt eum diem, ferè aliquid geſsit, quaſi feſtinans, impendentibus caput malis, matura morte ſubducere. & ſi quidam ferant, reſpondiſſe eum, neſcio quid, quod nequaquam ad me morte forſan interuenientem peruenit. poſt quæ ſtatim apud Achaiæ inſulam cui Sapientiæ nomen eſt, Veneti ab eadem illa uaga claſſe Ianuenſium deprehenſi, ingentiq; prælio fuſi ſunt, eum honorem Duci optimo differente fortuna, ut ſicut dixi dilatam patriæ ſuæ cladem in carne poſitus non uideret. certè ut ubi potiſsimum uinceretur, diuinitus eueniſſe crediderim, quo ſcilicet uocabulo loci, ſaltem reliqui duces admonerentur, ut ſapientiam quàm fortunam ſequimallent, & à ratione abeuntibus rerum elicerent argumenta. Sed non'ne fidifragus ſum, qui noua pollicitus antiqua perſoluo? expecta autem in fundo eſt, unde promiſsi mihi fides conſtet. hactenus audieras, quod ſequitur nouum audis. Huic equidem tali duci iuueni, ſenior ſucceſſerat, & ad patriæ gubernaculum ſerò licet, ante tamen quàm uel ſibi uel patriæ opus eſſet acceſſerat, uir ab olim mihi familiariter notus, ſed in quo fallebat opinio, animi quàm conſilij maioris, Marinus Phalerius, uiro nomen. explere animum in ſumma dignitate non potuit, ſiniſtro pede palatium ingreſſus, namque hunc Veneti ducem ſuum ſacroſanctum, omnibus ſeculis magiſtratum, quem in illa urbe ſemper, ut numen aliquod antiquitas coluit, nudiuſtertius in ipſius palatij ueſtibulo decollarunt, cauſas rerum ut Poëtæ ſolent, in primordijs ſuorum operum explicarem, niſi comperta loqui uelim, nequeo, tàm ambiguè & tàm uariè referuntur. nemo illum excuſat, omnes autem uoluiſſe eum in ſtatu Reip. à maioribus tradito, neſcio quid mutare, atq; ita cũcta cõueniunt, ut quod ait Flaccus:

Primo'ne medium, medio'ne diſcrepet imum.

nam quod nulli unquam arbitror eueniſſe, dũ ad ripam Rhodani pro negotio pacis, per me primum, & mox per eum fruſtrà temptato, apud Romanum Pontificẽ legationis officio fungitur, Ducatus honor non petenti, immò quidem ignaro ſibi obtigit. reuerſus in patriam, cogitauit quod ut puto nemo unquam cogitarat, paſſus eſt, quod nemo unquã in loco celeberrimo omniũq; clariſsimo atq; pulcherrimo, eorũ quæ ego uiderim, ubi maiores ſui, ſæpè lætiſſimos honores pompis triũphalib. deduxerũt, illic ipſe ſeruilẽ in modũ, cõcurſu populi tractus, & capite trũcus occubuit, templiq; fores & palatij aditum ſcalasq; marmoreas ſæpè uel feſtis inſignib. uel hoſtiũ ſpolijs honeſtatas, ſanguine fœdauit proprio. Locũ ſignaui, tempus ſigno. Annus eſt ab ortu CHRISTI M.CCC.LV. dies fuit ut ferũt XIIII. Cal. Maij, rumor eſt tãtus, ut ſiquis urbis illius diſciplinã moresq; perſpexerit, quantãue rerũ mutationem

unius

unius hominis mors minetur, quãquã alij plures, ut perhibent complicũ ex numero, idem ſupplicijũ uel pertulerint uel expectent, uix maior in Italia tẽporibus noſtris emerſerit. Hic forte meũ iudicium expectes. populum ſi famæ creditur abſoluo, quãuis et lenius ſæuire, & dolorem ſuũ mitius uindicare potuerint, ſed nõ facilè iuſta ſimul atq; ingens ira cõprimiť, magno præſertim in populo, ubi iracũdiæ ſtimulos rapidis incõſultisq; clamoribus præceps atq; multiuolũ uulgus exacuit. Infœlici homini, & compatior & indignor, qui honore auctus inſolito, quid ſibi ſub extremũ uitæ tempus uellet ignoro, cuius illud quoq; calamitatem prægrauat, ꝙ præſcripto publici more iuditij, non modò miſer fuiſſe, ſed inſanus amensq; uidebitur, & tot iã per annos ſapientiæ falſam famã, uanis artibus uſurpaſſe. Ducibus qui per tẽpora fuerint edico, poſitũ ſibi præ oculis ſciant, ubi ſe uideãt duces eſſe non dominos, immò uerò nec duces ſed honoratos Reip. ſeruos eſſe. Tu uale & quoniam publica fluctuant, demus operam, ut priuatas noſtras res, quàm modeſtiſsimè gubernemus. Mediolani, I X. Cal. Maias.

Fran. Petrarcha Modio Parmenſi, 8.

SCripſit adoleſcens noſter, tibi neſcio quid, immò uerò neſcio quibus uerbis aut qualiter. quid autem ſcio, ſcripſit autẽ non ut precibus te grauiter, ſed ut animũ exploraret tuum, quàm pronus eſſet ad conuictum noſtrũ. cæterũ quæ ex illo audiſti, quo dubij nihil, ætas infirmior, & adoptata conſequendũ præceps pariat, ex me forſan cupis audire. Accipe igitur, & ex paucis multa cõprehendens, hoc uelut ſocialium pactorũ chirographũ habeo. cuſ io equidẽ te, non ignarus magnorũ tibi ac præpotẽtũ hon inũ aulas patère, ſed ita mihi perſuaſi, melius tibi futurum noſtra cum paupertate, quam cũ illorũ diuitijs, ſi bene animũ tuum noui. dulcior eſt enim honeſta paupertas, cum amico, quàm ſub domino diuitiæ ingentes, præſertim libertatis, quietis, & frugalitatis auido, qualem te ſi natura non feciſſet, ut auguror ſtudium fecit. Neue paupertatis nomen ſuſpectum ſit, ſcito ut nihil hic ſordidi, nullum mœſtæ indigentiæ locũ eſſe, ſic ſollicitas & graues huic abeſſe diuitias. Comparatio ſola eſt, quæ uulgo diuitias & pauperiem facit, quemlibet ex his querulis, qui perpetuis ſortem ſuam inutilibuſque conuitijs ac lamentis exagitant. Amiclæ illi Cæſareo comparatum diuitem extimabis, quemlibet ex his beatis, qui non ſuis bonis auro purpuraq; ſuperbiunt, ſi Marco Craſſo illi diuiti, aut Lidorum regi Crœſo admoueas, pauper erit. ſanè uerum diuitẽ non uulgaris opinio, ſed ſolus animus facit. Hunc tu qualem afferas ipſe uideris, hic tibi rerum optima præſto ſunt, mediocritas & libertas. non ego te ad ſeruitium, ſed amicitiam uoco, aut nunquam pariter, ac nuſquam, aut nũc mecum, ſi uocanti obſequeris, liber eris. ſi quæris igitur ad quid te uocem, iam reſpondi, ad amicitiam, ad conuictũ. Ac ne ad torporem uocari metuas, agere aliquid te uolo, ita tamen ut actionis modus, ex arbitrio tuo pendeat, an incipere, quorſum ue progredi libeat. nemo te calcaribus aut clamoribus urgebit, nemo tibi frena ſubſtringet, ipſe uitæ tuæ curſum, regẽq; moderabere. hunc ipſum adoleſcentem, ſi ſe dignum exhibuerit, meliorem & doctiorem facies. aut enim ex te diſcet, aut ex nemine, te ab infantia mirari didicit, teque ante alios amare. multum uerò doctrinæ conferunt, familiaritas, amor, admiratio. Ad hæc & nugarum aliquid mearum, non niſi quantum libuerit, & ſi libuerit ſcribes, tuum erit iuditium an dignæ ſint, quæ tuum, rebus proprijs, non ocioſum, calamum fatigent. in ſtudij mei partem ueni, mea mihi magis probabuntur, ſi tuo ſcripta ſint digito. Sperabo ſiquid mihi, uel obliuione uel incuria ſit elapſum, ſubterfugere manus tuas ingeniumq; non poſſe. Pro his tibi non montes auri, non purpureas togas, non marmorea atque ebore & hebano cruſtata palatia, ſed quæ tibi gratiora conijcio. Victum non in pem, ſed modeſtum, & philoſophico non audeo parem dicere, ſed proximum. Ocium præterea, ſolitudinem, libertatemq; polliceor, mirũ quàm præſtare mihi ipſe nõ poſſũ, hanc tibi ſpondeo. Sed ſæpè pallẽs Medicus, ſalutẽ alteri tribuit, quã nõ habet. Ego quidẽ importunæ, & inutilis & moleſtæ famæ cõpedibus, *ſonitu*q; nominis ac fulgore ſupuacuo, uerũq; ut ingenuè fatear indigno, nec liber eſſe poſſum, nec latère. Tibi in terra aliena, donec ſaltẽ noſci cœperis, & ociũ & libertas, & latebræ

iucundiſsimæ non deerũt. Hæc ſunt quæ in præſens ſeſe afferunt, aduentus tui præmia. uel
lem addere poſſe, aliquam te fortè dulcedinem in ſcribendo ex noſtrorum ſtudiorum par-
ticipatione ſumpturum. ſed & de hoc uideris. Vnum tibi præterea, quod non in ultimis li-
cet, in ultima parte epiſtolæ poſuerim, erit uicinus Ambroſius. Vale.

Fran Petrarcha Nicolao Syocero Conſtantinopolitano, S.

CLari animi, clarum munus ut decuit, fuit, operationes enim hominũ animũ imitãtur,
& qualis quiſꝗ ſit, ex actuũ qualitate conſpicitur, ſingulare aliquid te decebat, nẽpè
ſingularis es uir, & abacie uulgari tota intẽtione remotiſsimus, ſi eſſes unus è populo, feciſ-
ſes ut reliqui, nunc aũt impleſti magnificè quod tuum erat, unoꝗ; actu, & amicitiam & inge
nium aptiſsimè declaraſti. Miſiſti enim ad me, de Europæ ultimis, donum, quo nullũ uel
te dignius, uel mihi gratius, uel re ipſa nobilius mittere potuiſſes. Magnus ille rex Syriæ
Antiochus, ut quidã putant. ſiue ut Ciceroni placet, rex Pergameorum Attali, G. P. Sci-
pioni, magnificentiſsima dona, uſꝗ ad Numantiam miſit, ex Aſia, quæ ille uir clariſsimus
non abſcõdidit, ſed ut ait idem, inſpectante ſuſcepit exercitum, cuius auus Aphricanus ille
ſuperior, inſignia munera Maſiniſſæ regi legitur donaſſe, uirtutis ob meritum, qua Roma-
num exercitum enixè admodum, in bello iuuerat. Fecẽre idem ſæpè alij. Neꝗ enim modò
ſæpè publicas priuataſꝗ; munificentias enumero: ſed attingo aliquas quarum relatu facilè
quid ſim dicturus intelligas. Donant aurum quidam, uel argentũ cõcupiſcibilem forte, ſed
certè periculoſiſsimam terræ fecem. donãt ſpolia rubri maris, & algæ ditioris exuuias, lapi-
los gemmaſꝗ;, cometarum in morem ſæpè lugubre, prorſus ac ſanguineum rutilantes. do-
nant monilia & baltheos fuliginoſorum decus artificum, donant ſquallentium opus archi-
tectorum, arces & mœnia. Tu uerò uir optimè, nihil horum, quæ & opulentiam largiẽtis,
oſtenderent, & accipientis auaritiã irritarent. Quid igitur? Rarum munus & iucundũ, me-
que utinã, te profectò digniſsimũ, ut dixi. quid enim ingenioſiſsimus atꝗ; eloquẽtiſsimus,
niſi ipſum ingenij & eloquentiæ fontem daret? donaſti Homerum, quem bene diuinæ om-
nis inuentionis fontem, & originem uocat Ambroſius Macrobius, & ſi omnes tacerẽt res
ipſa teſtatur, ſed fatentẽ omnes. Ego aũt ex omnibus ſciens, unũ tibi teſtẽ protuli, quẽ ex o-
mnibus Latinis tibi familiariſsimũ eſſe perpẽdi. illis enim facile credimus ꝗs amamus. Sed
redeo ad Homerũ. Hũc tu mihi uir amiciſsime donaſti, cũ nõ in alienũ ſermonẽ uiolẽto al-
ueo deriuatũ, ſed ex ipſis Græci eloquij ſcatebris purũ & incorruptũ, & qualis primũ diui-
no illi profluxit ingenio. Summũ utiꝗ;, & ſi uerũ rei pretiũ exquirĩt, inextimabile munus
habeo, cuiꝗ; nil poſsit accedere, ſi cũ Homero, tui quoꝗ; præſentia largireris, qua duce pe-
regrinæ linguæ ingreſſus anguſtias, lætus & uoti cõpos, dono tuo fruerer, attonituſꝗ; con-
ſpicerem lucem illam, & ſpecioſa miracula, de quibus in arte poëtica Flaccus ait:

Antiphatem, Scyllamꝗ; & cum Ciclope Charybdim.

Sed nunc quid agam? Tu mihi nimiũ procul abes, fœlix utriuſꝗ; linguæ notitia ſingulari,
Barlaam noſtrum mihi mors abſtulit, & ut uerum fatear, illum ego mihi prius abſtuleram,
iacturam meam, dum honori eius conſulerem non aſpexi. Itaque dum ad Epiſcopium
ſcandentem ſubleuo, magiſtrum perdidi, ſub quo militare cœperam, magna cum ſpe. Lon-
gè impar fateor, tui & illius ratio. Tu mihi multa, ego tibi quid conferre poſsim, non intel-
ligo, ille autem, cum multa mihi quotidiano magiſterio cœpiſſet impendere, non paucio-
ra quidem, ſæpè etiam lucrum ingens ex conuictu noſtro ſeſe percipere fatebatur. Vrbanè
neſcio an uerè, ſed erat, ille uir, ut locupletiſsimus Græcæ, ſic Romanæ facundiæ pauperri
mus, & qui ingenio agilis, enũciandis tamẽ affectibus laboraret. Itaꝗ; uiciſsim, et ego fines
ſuos, illo duce trepide ſubibam, & ille poſt me, ſæpe noſtris in finibus oberrabat, quãquam
ſtabiliore ueſtigio. nam & hic quoꝗ; ratio. Illi enim plus multò Latini, quã mihi Græci erat
eloquij, ego tùm primũ inchoabam, aliquantulum ille proceſſerat, ut qui Italice natus eſſet
in Græcia, et qui licet ætate prouectior, Latinorum conuerſationem, magiſteriũꝗ; ſortitus,
ad naturã propriam f[illegible]cilius remearet, illũ mors, ut paulò ante queſtus ſum, te mihi, morti
non abſimilis rapit abſentia & ſi enim ubicunꝗ; ſis, de tãto gaudeam amico, uiua tamen illa
tua uox, quæ dicendi ſitim, qua me teneri nõ diſsimulo, poſſet uel accendere uel linire, mi-

nimè aures meas ferit,ſine qua Homerus tuus apud me mutus,immò uerò ego apud illum ſurdus ſum. Gaudeo tamẽ uel aſpectu ſolo, et ſæpè illũ amplexus ac ſuſpirãs dico: ô magne uir, quàm cupidè te audirẽ, ſed aurium mearum aliam, mors obſtruxit, aliam longinquitas inuiſa terrarũ. tibi quidem pro eximia libertate gratias ago, erat mihi domi, dictù mirum, ab occaſu ueniens olim Plato Philoſophorũ princeps, ut noſti, (neque enim uereor ne tu tantus uir, ꝙ ſcholaſtici quidam ſolent, huic præconio obſtrepis, cui nõ Cicero ipſe, non Seneca, non Apuleius, non Plotinus magnus ille Platonicus, poſtremò non Ambroſius, non Auguſtinus noſter obſtreperet) nunc tandem tuo munere, uir inſignis Philoſophorũ principi Poëtarum princeps aſſerit. quis tantis non gaudeat & glorietur hoſpitibus? Habeo quidem ex utroque, quantum latinitas habet in ſermone patrio, ſed Græcos ſpectare, & ſi nihil aliud, certè iuuat. Neque præterea mihi ſpes eripitur, ætate hac profectus in literis ueſtris, in quibus ætate ultima profeciſſe adeò cernimus Catonem. Tu ſi quid forſan ex me cupis, redde mihi fiduciæ tuæ uicem, & in me iure tuo utere. ego enim ut uides, iure meo utor in re, & quoniam petitionis ſucceſſus, petendi nutrit audaciam, mitte ſi uacat Heſiodum, mitte precor Euripidem. Vale uir egregiè, nomenque meum quod ſine ullis meritis, neſcio qua indulgentia, uel hominum uel fortunæ ſatis in occidente cognoſcitur, in orientali aula ſi uidetur, & inter ueſtros heroas notum facito, ut quod Romanus Cæſar amplectitur, Conſtantinopolitanus non faſtidiat Imperator. Mediolani IIII. Idus Ianuarij.

Fran. Petrarcha Ioanni Aretino, S.

ROgas, immò uerò debiti mei admones, ut huius iunioris Iacobi de Carraria, uiri optimi optimeꝗ; de nobis meriti, qui nuper Pataui dominus dictus eſt, re autem ipſa, nihil minus dominus magis, quàm ueriſsimus Patriæ Pater fuit, laudes atꝗ; fortunam ſtylo amplexus, hinc aliquid ad te ſcribam, amoris ſcilicet mœroriſꝗ; participem. Parua quidem res ſi ſuperficietenus metiare, ſin altius foderis, operoſior forte quàm putas. quoniam & panegyricum uiri uirtus, & mors exigit Tragœdiam, præclariſsima duo poëtici laboris opera. Latam igitur atque uberem dicendi materiam affers, ſed in qua diſertum fieri, rerum potiùs, quàm ingenij laus ſit. quid enim illi defuit, quod claro præconio dignũ eſſet? quid dolori aut deſiderio noſtro deeſt? & natura facundus eſt dolor, & deſideriũ ui mutuæ relationis accẽditur. Pronũ opus, & de illo ad te ſcribere, & è duabus uitãdis, ſtyli metis alterã nõ timere, ne qd nimis, quin etiã plaudẽte Italia cõcordi teſtimonio bonorũ, ne obſtrepentibus quidẽ malis, apud amicas aures laudare, quẽ diligas. Accedit indignæ atꝗ; inſolitæ genus mortis, & in qua fides, apertiſsima uulgato illi prouerbio q̃reretur. Alienæ dominum fieri quemlibet, uitæ propriæ contemptorem. tã repẽtè enim, medijs licet in penetralibus, anguſtiſsimæ domus ſuæ, ingenti procerũ ac nobilium amicorũ cuſtodumꝗ; ſui corporis circũuallatus agmine, luce media, die feſto, ſecurus & incautus, in obſcœni ac deſperati Canis, & ne quid immanitatis abforet, eius Canis quẽ ad menſam ſuam, illo die pauerat, aſsidueꝗ; paſcebat, rabiem cruentoſꝗ; riſus incidit, ut nullo unquã indigniori ſpectaculo, oculos hominũ pollutos rear. Cum enim ipſi qui ſcelus audiuimus, ſic affecti ſumus, quam miſeri ſunt, qbus uidere contigit, mitiſsimũ atꝗ; alio fine digniſsimũ illum uirũ, belluamꝗ; infamem ac peſtiferã, uno mométo temporis, unoꝗ; uelut turbine corruẽtes. tàm præceps enim inopinũꝗ; malũ fuit, tamꝗ; incredibilis aſtantiũ ſtupor, ut fidiſsima pectora, pro dilecti capitis ſalute, mortem æquo animo ſubitura, nihil illi pereunti tempeſtiuæ opis afferre potuerint, niſi ut pars expirantem attolleret, pars infandũ carnificem, excarnificatũ mille uulneribus conficeret. Heu impar ſceleri uindicta, heu nimium par exitus imparium ſpirituũ, et in diuerſa pergentium, quæ cũ ita ſint, precibus tamen hactenus obluctor tuis, non laborũ fuga, non occupationũ mole, quãuis illa ſæpè adſit, hæc autẽ nunquã deſit. demũ nõ aliã ob cauſam, niſi nec ſemel abſumpto doloris impetu, frigeſcat fortaſſe animus, q tanti amici memoria, & indeficienti lachrymarũ materia delectatur, exhaurire oculos metuit, qui quotidieꝗ; ſibi aliqd reſeruat. ô flebilem parſimoniã, quid de illo loquar? qd meminerit? quid deploret? Poſtremò cui ꝑpoſitũ eſt illius uiri faciẽ ac mores, illius uirtutẽ ac fortunam

ſemper

ſemper ante oculos habere, & cum cũcta ſuſpiciat, nihil præter exitũ lamentari, quãquam hoc ipſum humani potiùs affectus, quã phyſici profectus eſſe non negem. quotiens enim rationis paſsibus ad altiſsimam illam arcem ætheræ mẽtis aſcendo, unde nõ minus, quàm è ſummis olympi iugis nubes ſub pedibus cernũtur, uideo qua hinc rerũ caligine, qua erro rũ nube circundati, quãtis in tenebris ambulemus, uideo nihil eſſe, quo paſsim gaudemus aut dolemus, in hac uita nihil quod tãtopere uel cupimus uel horremus. Nugas meras qui bus angimur, laruas quas pueri ſenes expaueſcimus, aurãq; leuiſsimã qua deijcimur, aut leuamur, prius arũdinea leuitate. Video eã ipſam, quæ mortaliũ fœlicitas dicitur, præter uirtutem ſolidi nihil eſſe, eã ſolam beatos facere, quos amplectitur, miſeroſq; quos deſerit, & pedibus, ut aiũt, in hanc Stoicorum ſententiã totus eo. ita quidem, ut definitionem illam, omniũ Philoſophorũ definitionib anteponam, quæ uirutem eſſe ait, rectè ſentire de Deo, & rectè inter homines agere Profectò autem, cui talis animus contigerit, nulli unquam la mentabilis poterit eſſe fortuna, ſed optãda potius, & inuidioſa fœlicitas Sanè nos imbecil. le caducumq; genus homines, imis in uallibus habitantes, graui premente ſarcina, ratione quidem ad excelſa conſcendimus, ideóq; uulgo, quam uero proximiora ſentimus ac loqui mur. hic meæ multorumq; querimoniæ, de rebus interdum friuolis, interdum nullis, non nunq̃ uerò fœlicibus, tãta uotorũ pſuerſitas, tãta eſt cæcitas animorũ. ſed ecce iã ſenſim ab. errauimus ab incepto, ad primordiũ reuertamur. nõdũ itaq; de oblata mihi materia texere cõtinuum aliquid auſus ſum, & cauſam audiſti. Cæterũ omnis dies hominis, etiam nunc morbis obnoxio, nouũ aliquod de ipſius morte ſuſpiriũ parit, ut ſi cũcta literis mãdare ue lim, nil ferè aliud acturus ſim, ideocq; uẽtis mandare conſultius ſit. Interdum tamen & lite ris, quale eſt illud, quod cũ nudiuſtertius digreſſurus Patauo, ad memoriam reuocaſſem, rogatum me, ut quod ſine precibus debeo, illi caro & amato cineri, aliquod epigramma ſubſcriberem, ſed diem de die trahentem neglexiſſe, dolui mecum & erubui, quicquam omnino tàm pio & tàm debito obſequio prælatum. cumqúe iam frequentes afforent qui me proſequerentur, & in primis promiſſa repoſcerent, quæ nec negari pudor ſineret, nec tempus impleri. quid facerem? cœpi impetu, ſi quo modo poſſem addere calcar ingenio, profectuſq; cum paucis ad ſepulcri locum, quaſi licentiam, quam à uiuente conſueueram, ab exanimi percepturus. intempeſtiua hora diei erat, obſeratiſq; templi foribus, & meri. diantibus æditauis uix admiſſus, iuſsis expectare comitibus acceſsi ſolus ad tumulum, ſe. diq; iuxta, & non reſponſuris oſsibus uerba dedi. Illic ergo pro tempore breuiſsimam moram trahens, non ſine lachrymis, ſexdecim Elegos dictaui, ardore magis animi, quàm ſtudio aut ratione arctius adiutus, tradidíque expectantibus amicis, uix ad exitum perductos atque abij, hortatus, ut ſi nihil, aut illis, aut mihi interim melius occurriſſet, ex his ſi quid placeret eligerent, arbitratu ſuo, incidendum marmori, ad quod poliendum, in. ſignis nunc artificum deſudat induſtria. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Boccatio ſuo. S.

BEaſti me munere magnifico & inſigni, iam Dauidicũ pelagus ſecurior nauigabo. uitabo ſcopulos, neque uerborum fluctibus, neque fractarum ſententiarum colliſio. ne terrebor. ſolebam ipſis meis uiribus in altum niti, & nunc altius brachia iactando, nunc poſſe fortuito ſubnixus, per obſtantes fluctus feſſum ingenium laborare, ita quidem, ut ſæpe cum Petro mergi incipiens, exclamarem: Domine ſaluum me fac, & ſæpe ſecum CHRISTO manum ſupplicibus porrigente, conſurgerem. hos inter æſtus, puppim tu mihi præualidam, & nauclerum induſtrium deſtinaſti, diuini ingenij Auguſtinum, cuius opus immenſum, quod uulgo tres in partes, apud quoſdam pluriſariam diuiſum, multis & magnis uoluminibus continetur, totum uno uolumine comprehenſum, & à te mihi tranſmiſſum, lætus ſtupenſq; ſuſcepi. Et dixi mecum. non eſt inertiæ locus, ſi quid ocij ſupererit, iſte diſcutiet. Magnus adeſt hoſpes, & magno curandus impendio. Dor. mire totis noctibus non ſinet, fruſtra palpebris in oculis coniunctis, uigilandum eſt, lucu. brandum eſt, fruſtràquidem meditamini, laborandum eſt, uerum dicam. nemo ex amicis illum ſine admiratione reſpexit, cunctis una uoce teſtantibus, nunquã ſe librum tanti cor-

poris

poris uidiſſetq́ de me ipſe, ꝓfiteor, rerũ taliũ haud ultimus inquiſitor, nec mole literarũ, q̃ ſenſuũ ubertate, maius opus. Mõſtrũ eſt cogitare, quãtus ille uir ingenio, quantus ſtudio fuit, unde ille feruor impetusq́ ſcribendi, ſancto uiro illa terũ diuinarum notitia, terrenis diù primum, illecebris capto, illa demum laborum patientia ſeni, illud otium Epiſcopo, illa Romani eloquij facultas Affro homini, de quo propriè dictum putes: quod ipſe de Marco Varrone dixt Terentianum ſecutus. Vir inquit doctiſsimus, undecunq; Varro, qui tàm multa legit, ut aliquid ei ſcribere uacauiſſe miremur, & tàm multa ſcripſit, quàm multa uix quenquam legere poſſe credamus. Sed ut alia omittam, eiuſdẽ ingenij monumẽta, ſeu quæ multa ſunt mihi, ſeu quibus adhuc careo, & rurſum ſeu qui Retractationum ſuarum libris, ipſe idem commemorat, ſeu quæ ibi uel oblita fortè, uel neglecta, uel nondum ſcripta præterijt, ad quæ omnia relegendũ, uita humana uix ſufficit, quis eum, ſi nil aliud egiſſet, unum hoc ſcribere potuiſſe non ſtupeat? nullũ unũ, & unius opus hominis Latinis editũ literis, huic magnitudini conferendũ ſcio, niſi fortè ſit alter eiuſdem liber in epiſtolas Pauli, quod niſi fallit extimatio, fruſtraturq́ memoria, propè ad eandẽ literarum uidetur accedere, uel T. Liuij Romanarũ rerũ liber ingens, quem in partes quas Decades uocant, non ipſe qui ſcripſit, ſed faſtidioſa legentiũ ſcindit ignauia, huic tali amicitiæ tuæ dono, præter eam quam loquor magnitudinem, & libri decor & uetuſtioris, literæ maieſtas, & omnis ſobrius accedit ornatus, ut cum oculos ibi figere cœperim, ſiticuloſæ hirudinis in morem, nequeam niſi plenus auellere. Ita mihi ſæpè dies impranſus præterlabitur, nox inſomnis, in quo quidem delectationi meæ, quam iam ferè unicam, nec niſi ex literarum lectione percipio, quantum hac tua liberalitate ſit additum, non facilè uulgus exiſtimet, cui extra corporeos ſenſus, nulla uolupras eſt. Tu uerò perfacile, neque mirabere, libri huius aduentum me ſcienter atq; anxiè expectaſſe. ſcis ut cupiditati longa breuitas feſtinatio tarda eſt, quod ſi apud Naſonem, amantis inſani uerbum eſt.

Septima nox agitur, ſpatium mihi longius anno:

quod mihi uiſum putas, cui inter expectandum, ut ex perſona alterius, ut idem.

Luna quater latuit, toto quater orbe recreuit?

Solet honeſta cupientium flamma, ſerenior eſſe non ſegnior, conſulto tamen actum rear. Non quidem abs te qui in mittendo multam ſollicitudinem habuiſti, ſed ad formã potius, ut ipſa dilatio deſiderio meo calcar, munerisq́ tuo gratiam cumularet. Pro quo tibi grates meritas agendi, ne forte putes, quod huius epiſtolæ contextus aut dies unus modum ſtatuat, non alium ſcio quàm legendi uiuendiq́ue finem fore. Vale noſtri memor. Mediolani *V.* Idus Maij.

Fran. Petrarcha Benedicto de Columna Romano Epiſcopo Theatino, S.

NOn aliter literas tuas legi, quàm frontem oculoſq́ue tuos ſpectare conſueueram, quid tibi uis dicam pater? conſcientiam meam teſtor, ſemper ego tecum ſum, & cupidè tecum uerſor, quantum ſinor, interiecto tanto maris ac terrarum ſpatio. Cæterum illo die multisq; ſequentibus, dum alternis epiſtolam tuam pono, & poſitam reſumo, dumq́ue illam nunc lego, nunc cogito, diù toto animo tecum fui. Tibi ſanè in præſens, occupatior etiam fragiliorq; quàm ſoleo, quod & loci mutatio curas auxit, et uires corporeas morbus imminuit, hoc unum pro reſponſione reddiderim. Gaudeo medius fidius te ad proprias ſedes, incolumem perueniſſe, atq; fœliciter Thirrenũ littus Adriatico permutaſſe. gaudeo atq; utinam propediem locũ hunc, fœliciore aliquo, ad extremũ uerò permutatione fœliciſsima, terram cœleſtibus permutemus. quid autem uetat auguriari? citò te Tirrheni maris oram reuiſurum, ac propè Theanum tuum antiquũ, uel Parthenopeo littori, uel Caſilliris collibus præfuturũ, Romuleis mallem, idq; magis uel origini tuo debitum uel uirtuti. Sed tã alta ſpectare prohibet durior nunc Italis fortuna, haud eqdẽ prorſus immeritò, neq; enim iniuſtũ eſt, ut eò diu careãt, quo ſe ultrò per inſolentiã, atq; impatientiã ſpoliarũt, quãquam quid nos meriti, quos nondũ ad uitæ finẽ ſors uiolenta proiecerat? Sed neq; id nouum eſt Paternæ culpæ ſupplicium, inſontem ferre progeniem. comederunt acerbas uuas

patres

patres noſtri, & ecce filiorum dentes obſtupeſcunt. Et iterum: Patres noſtri peccauerunt & non ſunt, & nos iniquitates eorum portauimus. Itaq; Tyberinos honores, cuncta rodens Rhodanus uorax, & quæ ſpectacula bone *Iesu* ſed ne cõgratulatoriam epiſtolam querelis impleam, ad te reuertor. Gratulor quidem tibi, & ſpero dignitatis tuæ gradum hunc eſſe, non terminum. cæterum quocumque pedem moueris, animo conſequar, & ubicumq; fueris tecũ ero. quod ſi imaginariæ præſentiæ forſã uera ſucceſſerit, te pater optime, Barbatumq; meũ eximiè g..uiſuros, tacentibus licet uobis, certè ſcio. nõ opus erat huic rei aſſerendæ, multum tempus impendere, animos ueſtros noui. Verum id hac tẽpeſtate, uerum fatear, occupationes meas circumſpiciens, non tàm ſpero quàm cupio, ô ſi quotiens uellem, poſſem ut animum ſic corpus hoc in longinqua tranſmittere, quàm ſæpe me hoſpitem haberetis. ſed enim id nõ ante futurũ credimus, quàm corruptibile hoc in corruptionẽ, & mortale iſtud naturã induerit immortalẽ. Vale. *IIII.* Nonas Octobris.

Fran. Petrarcha Epiſcopo Cauallicenſi, S.

VTcumque alijs, quorum uel libertate uel opera fretus eram, quid dicerem inueni, ad te ſcribere cogitanti, mirum ut ſæpè uerba defuerunt. Quid enim dicerem? Ita mihi perſuaſum profundeq; inſitum eſt, tuum te negotium agere, dum meum agis, idq; non emolumenti conſideratione uulgaris, ſed alia quadam generoſa & ingenua expectatione paucorum, & in primis tua. Sunt enim qui nihil niſi pecuniario pretio extimare didicerũt, tempus amicitijs impendunt, quo nihil eſt carius, tamẽ nil ſibi uidentur impendiſſe, niſi forſitan quantum lucri idipſum tempus, intentis ad alia, collaturum fuiſſe uidebitur. dant conſilium, dant auxilium, dant animam, dant ſeipſos, nihil ſe dediſſe putant, forte etiã nec falluntur. at ſiquid pecuniæ impenſum eſt, id extimatione tacita, id importunis uerbis exaggerant. haud immeritò, quando eis pecunia pretioſius nihil eſt, non tempus, non fama, non ſanguis, non uita, non anima tantùm imperij inter miſeros mortales, auro argentoq; dedit inſana cupiditas. Tibi uerò mens alia, diuerſi mores, iuditiumq; diſsimile, non te ſuperficies rerum fallit, ſolertèr introſpicis, & ſuũ pretium rebus ponis. non tu ex me aurum ſperas, non ambitioſa ſuffragia, ſed animum meum, & obſides, animi effectus tenes potius quàm ſperas, de futuro etenim ſpes eſt, itaq; ꝙ habet, ſperat nemo. Tu quidẽ pleno iure animum meũ habes, ubicumq; ſim, ille tecũ eſt, quem tibi pulchra negociatione mercatus es. Pietas, fides, humanitas, ſapientia, eloquentia, literarum amor, charitas mei, conuerſatio ſuauis, & ſeruata dignitate familiaritas inaudita. hæc ſunt pretia, quibus me hominem liberum comparaſti. Poſſes, non inficior, contractum communi iure reſcindere, ultra dimidiam iuſti pretij deceptus, non tamen id uereor, nam & præſcripta res eſt, & multa præterea licet exigua, in ſe adeò poſterioribus cara ſunt, ut ea uix ullis pretijs commutaſſe uelint. innumerabiles ſunt affectuum humanorum cauſæ, & inextimabiles extimantium uoluntates, inueſtigabilesq; reſpectus. Quidam uaſti animi ſunt, & appetitum non niſi ab immenſa tranſmittũt. His orbis ipſe terrarũ carcer uidetur, & anguſtiæ, ꝙ de Alexandro Macedone, ac de Iulio Cæſare lectũ eſt. contrà alij minimis delectanẽ. magna faſtidiũt, his tuguriũ regia eſt, ampla domus ergaſtulũ, tales puto fuiſſe Diogenẽ & Amiclã illũ Cæſareum, prius ꝙ; uector ſibi permaximus obtigiſſet, multos quoq; alios p̄cipuè & noſtris, qui pauperẽ ducẽ nacti, omni ſtudio fecerũt ſibi familiariſsimã paupertatẽ, in ſciſſuris lapidum atq; in deſertis ſpeculũ habitantes. ſic & in reliquis inuenies. Quidẽ purpuras mirantur. & quicqd ſupra humanæ menſuræ modũ attollitur, attoniti et hiantes aſpiciũt. his regnare fœlicitas prima eſt, id ſi fortuna negauerit, at ſaltem amicitijs regũ ſtudẽt, & proximũ regno putant eſſe ſub regibus Alij omnem poteſtatem peroſi, ferre nequeunt regis occurſum, quibuſdam melle dulcior ut dixi, alijs amarior felle pecunia eſt, itaque nummos alij, non quaſi fallax & fragile mortalis uitæ præſidium, ſed quaſi fratres aut filios amant, ſæpe plus etiam quàm ſe ipſos, quando ut nummis parcant, fame pereant. Horum alij contactum ceu cõtagioſum aliqd euitant, & quaſi nõ ſufficiat auaritiã declinaſſe, niſi in cõtrariũ relabãtur, bellũ indixêre diuitijs, quas ut ualdè optare imbecillis, ſic nõ poſſe pati eneruari animi,

hinc eſt

hinc eſt apud Flaccum extrema illa ridicula, procul à uirtute diſtâtia Saberij & Ariſtippi, quorum primus multiplici pœna hæredibus appoſita, ni paruiſſent, omnem ingentis patrimonij ſui modũ, ſepulchri ſaxo iuſsit inſculpi, quo ſcilicet poſteritati nota fœlicitas ſua eſſet, quam in diuitijs reponebat. alter in Lybia ſeruos, aurum ſuũ, quo grauati tardius incedebant, quaſi cœnum iuſsit abijcere. cum ille poſſet rem caducam penitus uenerari, & hic in meliores uſus largiendo, quàm proijciendo conuertere. ſunt quibus in rebus omnibus mediocritas placet. Horum ex numero eſſe uelim, nec uerebor puſillanimitas infamiam, meque illo Senecæ teſtimonio tuebor. Magni, inquit, animi eſt magna contemnere, & mediocria malle, quàm nimia. ſed omiſſa uotorum uarietate mortalium, ad nos & rem noſtram redeo. Tu quidem, quàm induſtriè amicitias regum colas, inſigni nuper experimento, & præclara uſque ad exitum fide monſtraſti, adeò ut te & amicum rex dum uixit, & nunc etiam regnum ipſum Siciliæ patrem uocet. nec ideò quod in monte ſtare conſueueras, uallem odis, doctus & ſuſpicere, & æqua conſpicere, nec tamen ima deſpicere. omnia enim agere uirtus docet, & diuerſiſsima, licet uno rationis impio adminiſtrat. non ſum Rex. quid refert ſi apud eum, cuius ſum, quantuluſcumque ſim, in pretio ſum? Multi deformes cõiuges ardentius amauêre. ſæpè quò minor filiorũ indoles, eò parẽtum amor fuit intentior. Scipio Aphricanus, ſummus hominum, filium uſqueadeò diſsimilem pueri, ut hoſtis nõ filius uideret, pluſq̃ paternè dilexiſſe tradit. mirũ, ſed aliqd latet, ꝙ amorem excitet amanteꝗ ſollicitet. ſine cauſa enim nullus amat, quanq̃ alijs nõ tàm pronis ad amandũ, eadẽ cauſa tãto impar foi ſitã ſit amori. certè ego dũ me metior, qd de me ipſo ſentiã, in dubio ſum. fateor enim, ipſe mihi nõ placeo, nec mirari ſufficio, qd eſt hoc, ꝙ clariſsimis uiris, neq; enim uereor, ne uanitati detur, ſi hãc mihi ueræ licet immeritæ gloriæ partem ſummo, clariſsimè, inquam, omnium qui noſtra ætate uixerint, charum fecit. Dum equidem, ipſe res meas funditus excutio, nihil inuenio, quod in me bonis amabile ſuſpicer, præter unum hoc, quod ipſe etiam, quiſquis ſim, bonos ſemper amaui, & colui, ſemperque ab his amari & uolui & optaui, nec ullas mihi in uita maiores opes poſſe contingere ratus ſum, quam beneuolentiam bonorum atque illuſtrium uirorum, quorum quò minor eſt copia, maior eſt gratia, optabiliſque conuictus. Sed dum cogito, tot claros uiros, haud facile ineo ſimul omnes errore uerſari, neſcio quomodo de me mihi ſpes oboritur, ita ut dixi dubius ſum, nec ſcio quid mihi, quid alijs credam, uos uideritis, quicumq; me uobis amandum, nullis cauſis apparentibus delegiſtis. Verum ut non alios ſileam, de te loquar, quem à principio crebrioribus & clarioribus indicijs patrem ſenſi. Veni Mediolanum, inquit, Auguſtinus & Ambroſium epiſcopum, in optimis notum orbi terræ. & poſt pauca. Suſcepit me, inquit, paternè ille homo Dei, & peregrinationem meam epiſcopaliter dilexit. quid tibi? quid mihi conuenientius dici poteſt? Veni ego non Mediolanum, unde tibi tamen hæc ſcribo (quo pridem à te corpore digreſſus) cum aliò pergerem, fortuna ſic res hominum uoluente, perueni, ſed in ruris tui ſecreta, non te quidem, quem adhuc niſi facie non noram, ſed ſolitudinem ab infantia dilectam, ac locorum ſilentium quærens. ueni ubi à te, q̃ paternè ſuſceptus ſim, quàm erga me familiariter ſimul epiſcopaliterque te geſſeris, tu fortè uel nihil extimes, uel quod ualdè beneficis ineſſe ſolet, oblitus ſis, ego non ſi Lethei gurgitis fluenta tranſierim, obliuiſcar. Vt me ſemper una fronte, unoque animo uideris, ut ad te inde uenientem exceperis, morantem excitaueris, ſegnem increpueris, & adhortationum ſtimulis ſæpè ſegnitiem excuſſeris, ſæpè nec ſtimulis ꝗ parentẽ, urbe relicta tua, quoq; me dignatus ſis conſolatuſq; præſentia, teq; hoſpitis amor attraxerit, quo locorũ tuorũ charitas nõ trahebat. Me'ne, ut cæteras prætermittam, illius locis immemorẽ arbitraris. dũ coactis ſarcinulis Italiã repetẽs, ſerò ad te ꝑ benedictione ac licentia ueniſſem, ante ſolis occaſum Ruentiã tranſiturus, ut te grauiter ægrotantẽ, ꝙ dolori meo parcens me celaueras, mœſtus & admirans reperi. ut ſubitò factus alacrior, totos penates læto quidẽ. ſed modeſto clamore cõpleſti, te ſanitati redditum, aduentu meo prædicans, ut in egregiũ fratrem tuũ uerſus, nihil iam te de ſalute dubiũ dixiſti, quia

quem

quē querebas inueniſſes, ut mox dū ego dolens quidem, & inuitus, ſed urgente hora, quæ ad tranſitum rapidiſsimi fluminis iam tardior uidebatur, propoſiti mei ſummam, & ad quid ueniſſem, quoúe iter intenderem indicaſſem tibi, repentè triſtior & penè intermortuus orasti, ut illam tibi noctem darem. Affuturū enim deum, & aliquid remedij monſtraturum quod cū pietate tua uictus annuiſſem, meruiſti, ut precibus credo tuis, ꝙ Scholaſtica quondā uirgo ſanctiſsima, pro Benedicto fratre promeruit, ingēs & inopinus imber affuit, cum tota non pluiſſet æſtate. cæterū quia ſeu laborū uſus, ſeu naturæ eſt ſatis, iā cōtra uentos & fulgura & æſtus & pluuias induruiſſe, uideor uni fortè ceſſurus impedimēto. ꝙ & ſi librorum quos mecū ferendos aſſumpſerā, amore tangebar, ac uehemētiſsimè retrahebar, poſt me tamen illos dimittere non uetabar, & tergum indomitū imbribus dare, obſtaculo interim ualidiore detineor. Siquidem nocte illa, priuſquam à colloquio tuo in cubiculū tranſiſſem, rumor ad nos incredibilis peruenit, te gaudente, me propter miraculum fictam, à te fabulam opinante. Iter quod deſtinaueram bello fractū, quod nec noſtra unquā nec auorū noſtrorū ætas audiuerat, qui cū mane percrebuiſſet auctus, ſubſtiti, atq; his cauſis in unū coeuntibus effectū eſt, ut ſicut Olympia ſoror, noctis ſpatiū fraternæ moræ, ſic tu pius Pater moræ meæ propè integrū anni tempus adiūgeres. cui totū, ut quicquid id eſt uitæ reliquum adiungere potuiſſes, ut non à te magis corpore, quā mente diuellerer, ſed ꝙ tūc nequiuiſti, nunc implere ſatagis, idq; nō uerbo, cui tamen fidei plurimū ineſſet, ſed his quæ mentiri neſciunt, rebus probas. Taces tu quidē, ſed pietas tua loquitur, clamāt actus, pro quo gratias agens, clamat animus meus, lingua tamen ſilet, cui paria meritis tuis uerba nō ſuppetunt. Id enim agis, non ut uulgare aliquid, ſed ut ſuprema uitæ gaudia, libertatem, ſolitudinem, ocium, ſilentium, id agis ut laborum ferias, ut tranquillæ mentis ſtatum, ut te poſtremò, ut me mihi reſtituas. In quo te adeò peruigilem probes, quaſi rerum immemor maximarum, huic uni omne ſtudium curamq; deuoueris, quod mihi ſtupens Socrates meus ſcribit, & ſtylo efficit, ut penè rebus ipſis interfuerim. Perfeciſti iam tandem ut ſpero, quod ſæpè temptaueras, obluctantem quie fortunam pro niſu & indefeſſa diligentia fatigaſti, uicta iam nobis cedit & patitur, ut quod ſemper optaueram propè te uiuam, propè te moriar, quod ſi ita eſt, ut audio feciſti tem fateor, qua neſcio an ulla mihi gratior fieri poſſet. Cæterum ut principio finem iungam, conſcientiam tuam interroga, illa tuum te quoque negocium feciſſe fatebitur, ſupple igitur inſcientiam meam, & tu tibi gratias age, quod licet à nemine fieri, ipſi ego patri noſtro Moldenſis ſcripſerim, ſic habeto, efficaciſsimam uberrimāque omnium in terris eſſe gratiam, quàm benè conſcius animus, in ſilentio refert ſibi. Viue & uale. Mediolani *VII.* Cal. Maias.

Fran. Petrarcha Barbato Sulmonenſi, S.

INuidiſſe fortunā noſtræ amicitiæ crediderim, ita nos diſtraxit ac diſſuit, ut uir hoc ipſum commercium literarum, extremū ſolamen abſentiæ, ſit relictum. ubi enim ut ſit ocium, ubi inquam nuncij? ubi fides? piget occupatos ac defeſſos hos digitos, tantum quotidie literarum perdere, tu mihi, nam memini, pontem neſcio, quem dudum traiciendis animi conceptibus ſtruxiſſe uidebare, & monſtraſſe iter quo, ſiquid omninò familiarium nugarū ad te haberem, facilè mitterem. Nempè pons ille illicò, quo nàm terræmotu, ſeu quibus imbribus incertum, ita corruit, ut ne ueſtigium extaret, itaque iam deſperare cœperam poſſe curas meas illuc, niſi data opera, miſsis ad te nuncijs peruenire, eò nunc libendus, & religioſum hunc uirum, & quam ſinu extulit epiſtolam tuam uidit, reſtituit enim ſpem uetuſti moris renouandi, quo ſcilicet abſentiæ diſpendia leniremus. Quid autem quæſo fœlicius, quid dulcius, quàm cum amicis totum ſi detur tempus agere uitæ, atque qui tecū ero, dum me leges, mecū eris dum te legā? Semper mihi fateor præſens es. utor enim priuilegio amantiū, & abſentem abſens audio & uideo. poteſt Appēninus corpora noſtra dirimere, animos loca nō dirimūt, alpes ipſas interſere, & Caucaſū & Athlanta & Olympū nubibus altiorē, ipſū deniq; Oceanū interpone. cōgrediemur tamē, confabulabimur, colloquemur, unà erimus, ſimul deābulabimus, ſimul cœnabimus, ſimul pernoctabimus,

bimus, nec epiſtolis uentis allata qualem Tiberianus hemiſpherij huius accolis, ab Antipodibus miſſam fingit, ſed præſentibus ac notis affectibus, importunam uincemus abſentiam, & licet obſtantibus elementis cõuenienter, cum quo uis uultu aſsiduè mecũ ſis. nec aliquando diſceſſeris, ex quo primum meus eſſe uoluiſti, tamen in literis recentior atq; ueracior facies tua eſt, ut intelligendum multis poſt diebus, præter ſolitum quaſi uiuas uoces audierim, frontemq; quodammodo, & ipſos amici oculos aſpexerim, ita mihi in paucis uerbis eminebas. totus ut dice rem. ô fœmineum ingeniũ, ô bona Carmentis, quæ hoc inter abſentes remedium meditata es. fecerat idem apud Chaldæos Abraam, apud Hebræos Moyſes, apud Græcos Cadmus, Aegyptijs & Latinis mulieres arguiſsimè prouidiſtis. Iſis Aegyptijs, tu nobis. Hoc igitur mihi ſolatium reſtitutũ gaudeo, teq; longo uel ut poſtliminio redeuntem lætus amplector. Nunc ad epiſtolæ tuæ ſenſum uenio, ubi ſi breuior ſum quàm uelis, ueniam dabis. Nam & hoſpes mea tertiana, & ſeptember familiaris hoſtis meus, ſic in me nuper coniurati exarſerunt, ut ſi paulò uel illa acrior uel ille longior fuiſſet, oppreſſuri fuerint haud dubiè. à primo enim ad extremum diem, in grabatulo meo uinctum, ac ſemianimem propè renuêre. tempus affuit, & aër blandior, & menſis amicior. ſenſim redeo, unde raptim excidi, tamq; nullarum adhuc uirium ſum: ut uix ad ſcribendum digitos explodam, uix papyrum explicem, uix calamum uerſem ipſum iacet ingenium, proprij carceris concuſsione deiectum. ſed aſſurget indies, & ſi eum noui, fiet intermiſsione uegetius. interea tamen has notulas, quales excudere potuerunt ægra mens, frons pallida, manus imbecillis & tremula, æquo animo ut perlegas, & præterea eadem amicitiæ uis compellet, quæ te adeò ſollicitum ardentemq; coaceruandis opuſculis meis fecit, quæ ut memoras ab innumeris, & mirum in modum patria moribus ac profeſsione diſtantibus mendicaſti. Stupui audiens, ſit licet, beneuolentiæ antiquæ nouus ſtupor, uetus hic mos tibi, mihi propter perſeuerantiam admiratio quotidie recens eſt, quod ita nihil affectui tuo detrahebat, cuncta conſumens ætas. Quibus autem armis, amor, aut quibus uiribus uinceretur, quem ſeu uincere ſeu uincire omnia, ſecretorum naturæ conſcius Poëta confirmat. Quintuſdecimus niſi fallor annus agitur, ex quo immortalem amicitiam, & uitæ noſtræ finibus non contentam, ſaluberrimam ad umbram paſtoriæ gregis, ſyluæq; domino, tunc Argo dextras iũgente contraximus, ecce idem hodie, mirator es rerum mearum qui tunc fueras. mirum & prorſus impoſsibilè, ſi autem me minus, aut te ſolito plus amares. Minus enim ſeipſos amantibus, & ſua cuncta mirantibus alienum omne ſordebit, tibi animus idem atq; uniformis eſt, ſemper itaq; tua legens dixi. Magna eſt Barbati mei humilitas, magnus amor, adamantinas opiniones & radicatos in ſilice ſenſus habet. en ut anxiè quàm magnas opes, non etiam ineptias meas quærit. unde hoc? nimirum non ingenij mei, ſed illius indulgẽtiæ laus eſt, has illi curas amor, hoc ſtudium, hos labores, quieſceret niſi amaret, haud noua quidem res. Inops iuditij omnis amans, lippos amicus oculos laudabit, obliquũ naſum, nodoſos digitos, mœſtam frontẽ, genas aridas, ſquallidam comam. quid enim inter adulantem & amantem intereſt, niſi quod ille fallit, hic fallitur? ille perſuadere uult, alijs hic iam perſuaſit ſibi. uidi ego barbate uirũ optime, & quem ſtrumoſæ humerus, quem claudicantis inceſſus, & quem bleſæ confabulatio delectaret. nouiſsimum hoc & tibi accidit. quid enim flagitas? quid quæris? Faceſſat ad horam amor, non ames partius, ſed incorruptius iudices. uidebis quoq; balbutientis amici ſermunculos, tantò ſtudio optare, quantò niſi amor eſſet abijceres. ſit tamen ita. errori enim tuo gratulor, nam & ex amore oritur radice pulcherrima, & pluſculum fortè quàm ſuſpiceris nomini tuo confert, dum integrè iudicas hæſitare. Quis ſcit an & interdum de rebus meis mutare ſententiam cogit teſtimonium, talis uiri. Vt, inquam, ita ſit, profectò literularum mearum, quæ tibi ſine ullo diſcrimine placent omnes, partem exiguam, tanta ſollicitudine congregaſti, cum tibi interim uoti tui conſcius, multa parauerim. Tibi equidem, quodcumq; mihi eſt epiſtolare carmen ſcripſi, quod ne pridem acceperis, nõ mea ſed ſcriptorum culpa eſt, quorũ ſemper inſidijs ac fraudibus patui, homo incautus, intentusq; alijs ſtudiorũ meorum iactura non ultima. Ita ſæpenumerò, meq; measq; res, reculas dicere debebã, negatis

pactis auxilijs retardarint, & ad proprios cuncta digitulos redegêre, quæ mihi uel non attingendorũ uel deferendorũ plurium cauſa fuit. Hactenus hæc. Nam operoſi cris uigilæ labores, nec promiſiſſe tibi uelim, nec negaſſe. primũ ideò, quia ſentio fidem meam, hac in parte ſuſpectam, eo ꝙ dudum promiſſa diſtulerim, ſecundum quod nec uiri boni nec amici, arbitror aliter, quàm in animo habeas loqui, unum hoc diſsimulaſſe noluerim, quoniam de ſtupendis amoris effectibus ſermo ſuſceptus eſt nobis, mirari me, ꝗd hic iterum rei eſt, ꝙ mihi tàm facilè Poëtarũ regis titulũ, de inexhauſto charitatis & indulgentiæ tuæ fonte largiris, cuius rei ſanctum hunc atq; deuotum hominem teſtem dicis, qui id mihi cognomen his in locis eſſe narrauerit. Idq; quàm cupidè ac ſcienter arripueris, epiſtolæ tuæ ſuperſcriptio, & finis indicãt, quaſi uerò nõ cuilibet idẽ narranti, pari facilitate crediturus fueris. Enimuerò primũ tibi amice, quem paſsionibus expeditũ, in omni uero iuditio, nulli ſecundum facio, meis in rebus quantum fidei ſit, ſi ad teipſum redis intelliges. deinde hũc teſtem, de re ſibi incognita locutum ſcire debueras, & ſcires, niſi perſuaſor potentiſsimus amor obſtreperet. Non equidem tantum prona, ſed præceps ad delectationem eſt humana crudelitas, cum ad contrarium pigra ſit. Cernis ut amari fugitans, quocunque tàm dulcis aliqs rumor uocat, uento uelocior fertur. Sed oro te, non'ne huius teſtimonium audienti, primum illud occurrit, ut piſcatorem de aquis interrogandi, de nemoribus uenatorem, paſtorem de gregibus, de uentis naturam, de bubus agricolam, ſic & de armis militem, & de bellis ducem, ſic religioſum denique de ſacris, Poëtam de Muſis, Oratorem de cauſis, de naturis rerum & uitæ ratione Philoſophum. extra ſuos hunc terminos eduxiſti, dum coëgiſti ut de Poëtica ſententiam ferret. Sed dices: Nihil eſt de próprio, uulgi iuditium referebat. ſentis ut pedetentim ad corruptiſsimi iudicis tribunal acceſsimus, iam mallem de proprio loqueretur. cogita Barbate acriter, quantò priſcis uatibus, noſtris aut fœlicior aut certè facilior ætas fuit, prius dico, quàm Pierides ex Græcia in Italiam commigrarent, ea ſcilicet tempeſtate, quando ut Sulmonenſis tuus ait:

Qui benè pugnabat, Romanam nouerat artem,
Mittere qui poterat tela diſertus erat.

Haud magni negotij tunc fuit, eſſe Poëtarũ regem. Vt ſileam reliquos, quantus Lucilius eſt habitus, quẽ tu in aliquo reprehendiſſe prope ſacrilegiũ uideretur, cum in multis impunè reprehendatur Maro. quantus alijs quantusq; ſibimet uiſus eſt Næuius, quantus Plautus, & qui fuerint ſcimus, ars exigua, mediocre ingeniũ, uiuax fama, magnus populorũ fauor, rerũ ſuarũ extimatio immenſa. Lege epigrammata ſepulchrorũ ab his edita, ſatis ſuperba fateberis, & ſi ab alio dicta eſſent, & ſi alter horũ Homerus, alter Virgilius fuiſſet. Blanda, inquam, ætas & fauorabilis Poëtis, quæ de tàm paruis radicibus, tàm magnificas opiniones eliceret, nobis durior noſtra eſt ætas, à quibus exactiora omnia requiruntur, limatiori ſæculo ſucceſsimus. alta ſapere non ſinimur, cultioribus ingenijs circũſepti ſumus, quorum admiratio inſolentiam noſtram frenat. cauè igitur, ne me amando prægrauees, obruasq; non mei mole cognominis. Ingenuè quidem regis Poëtarum appellationem reſpuo, ubi enim regnum, hoc exerceam quæſo? quos mihi ſtatuis regni fines? occupata utraq; ſedes eſt, cognomenq; iſtud apud Graios ſenex ille Mëonius, apud nos Venetus paſtor tenet. ubi ſedere, quoue ire iubes, ut ſim uatum rex, niſi fortè in ſolitudinem meam tranſalpinam, atque ad fontem Sorgiæ me reſtringis? illic iocari enim tecum dulce eſt, neſcio an re, ſed certè cum Naſone tuo gloriari ſolitus ſum, forſan audacter, ut ipſe ait. ſed ſicut in ſuo Poëtico exilio Iſtrum ille, ſic in meo peregrino ocio Sorgiam ego:

Ingenium nullum maius habere meo.

Ludo equidem amice, ut uel ſic intelligas, omnibus me modis id agere, ne titulo premar importabili, neue non mihi debitum regnum petens, læſæ reus inueniar Maieſtatis. Reliquum eſt, ut noris, me indies magis ac magis, congreſſus ueros atq; complexus tuos optare, quod utinam uel ſemel mihi contingat antequàm moriar. Et uale Barbati fidiſsimè, noſtri memor. Mediolani *iiii.* Idus Octobris, poſtridie quam literas tuas acceperam.

Fran. Petrarcha Amico, S.

MIratur ille uir doctus, ſed docendus adhuc, quid eſt, ꝙ in epiſtola quadã, nuper Senecã ac Tulliũ, quodq; Chriſtiano ingenio maius eſt, ipſum quoq; Hieronymũ notare nõ ſim ueritus. Vltimũ nego, de reliquis rationẽ cũ illo cõmunicandã accipe. Nemo ferè eſt, cuius aliqua non reprehendantur, non tàm ſubtile, quàm laborioſum fuerit, rẽ exemplis aſſerere, uerte Philoſophorũ libros, ac ſanctorũ quorundã, quorũ celebrior fama eſt, multa paſsim apud illos, uel ab ipſis, uel ab alijs retractata, ſeu certè retractanda cõperias. Notaui ego aliquot Senecæ ſententias, ſed ut arbitror non iniuſtè, notaui aliquas, crede mihi, plures poteram, & tamen Senecam ipſum miror ac ueneror. Notaui Ciceronis mei unicam, uerum id non ſic accipi uelim, ut quaſi alienæ famæ delatoris titulo gloriabundus, inſultem, ſed ut ex unius hominis, duabus inuicẽ contrarijs ſententijs, perferam ueriorem, idq; non arroganter, ut qui me non modò non inferre maioribus, ſed nec paribus cõferre, nec minoribus pferre conſueuerim, nec iniurioſè quidẽ, ut, cui, fateor, Cicerone ipſo, ſcriptorũ nullus acceptior ſit. illam itaq; ſententiarũ repugnantiam, quamuis ab ineunte ætate perpenderem, tamẽ uerecũdius aſſerebam, donec ciuitatẽ Dei Auguſtino duce ingreſſus, animaduerti opinionẽ meam illius auctoritate firmari. Leges illum Auguſtini locũ. eſt aũt magni operis Liber primus, haud procul à fine. Videbis illic Catonis uoluntariã mortem improbari, quam Seneca ante omnia uiri illius egregia facta collaudat. Cicero aũt excuſat. & licet aliquanto modeſtius, non negem excuſare culpam, quàm laudare, tamen ſi Auguſtini rationes dicto conferas, intelliges nec metu imminentis mali, nec pſentis odio, nec ſpe uitæ melioris arceſſendam mortẽ, nec in iuſſu eius à quo corpus iſtud accepimus emigrandum. Nec Catonis in morte ne dicam laudem, ſed excuſationem ullam eſſe, & quãuis pluriformiter, utrinq; ſuppreſſo Ciceronis nomine, conijcies tamen Ciceronicam Catonis excuſationem eiuſdem Ciceronis ſententia meliore damnari. De me autem ſic habeto breuiter. Mihi quidem nomina uirorum Illuſtrium ſi dici phas eſt, totidem prope numinũ loco ſunt, & tamen in his ipſis, cum multa delectent, ueritas primæ reuerẽtiæ cauſa eſt, quæ ubi cultoribus etiam ſuis neglecta uidebitur. qs enim tantus amicus ueri eſt, qui non interdũ à ueritate deuiet, ſeu illa ſegnities ſit, ſeu rerũ obſcuritas, ſeu ingenij hebetudo. Tum proculdubiò rem ſolidam, umbris inanibus & ueritatem ipſam, quantorumlibet nominum gloriæ anteponam, nec metuam hoc meo iuditio, uel hoſtes uel amicos ueritatis offendere, quod illos oderim, hos certè ſciam mecum eſſe ſenſuros, atq; illam ſemper propriæ ſententiæ prælaturos. deniq; ſic animum inſtitui, ut cuius benedicta laudare auſim, eiuſdẽ errores improbare, nõ uerear, quamuis illud uolens, faciam hoc inuitùs. ſi enim uerè ſit, utrũq; pmiſſum, alioquin et alterũ honeſtius, utrobiq; par mẽdaciũ. Vale & iterũ Vale.

Fran. Petrarcha Gerardo Fratri germano ſuo, S.

SVbit animum, luce mihi charior Germane, longæuo ſilentio finem ponere. ꝙ ſi forſan obliuioſi animi iuditiũ arbitraris, falleris. non, prius te q̃ me ipſum obliuiſcar, timui hactenus tyrocinij tui quietẽ interrũpere, fugere te ſtrepitũ, amare ſilentiũ ſciebam. me uerò, ſi ſemel inciperẽ, haud facilè deſiturũ. Is amor tui eſt, ea rerũ tuarũ admiratio. E' duobus igitur extremis, nõ quidẽ mihi gratius, ſed tibi tranqllius eligebã. nũc ut uerũ fatear, non tàm tibi q̃ mihi cõſulturus, ad ſcribendũ uenio. Quid enim tu ſermũculis meis eges, q cœleſte iter ingreſſus, angelicis aſsiduè colloquijs recrearis: fœlix animi fortunatusq; ppoſiti, qui mundũ tàm maximè blandientẽ, medio ætatis flore, ſic ſpernere potuiſti, interq; Syrenum uoces obſtructa tutus aure tranſire. dum ego te alloquor, ipſe res meas ago, ſi fortè uel ſic ſacro ardori tuo, ad modũ torpens & longo gelatũ ſitu pectuſculum meum incaleſceret. Tibi autẽ clamor meus, ut minimè utilis, ſic minimè importunus eſſe debebit. Neq; enim Tyro ut olim, ſed CHRISTI iam miles es, longa militia probatus. gratias illi, qui tanto honore dignatus, et ut ſæpè aliàs, ex agmine medio aduerſarũ partium inſignem tranſfugam, ad ſua ſigna conuertit. prius ergo uerebar intempeſtiuas tibi uoces ingerere, deinceps ſecurus te ſecurum, ipſe compello, incipientibus formidoloſa ſunt omnia. quæ timuimus pueri, adoleſcentes riſimus. Militem inexpertum ſtrepitus omnis exanimat, duratus

bellis nullo fragore concutitur, rudis nauta, primo uentorum murmure terretur, guberna. tor antiquus, qui totiens fatiſcentem & exarmatam puppim perduxit in portum, ex alto deſpicit iratum mare. Spero aūt in illo, qui te ab utero matris tuæ, ad hoc laborioſum certè, ſed glorioſum iter aſſumpſit, ut per uarias difficultates tutus in patriam peruenires, ꝙ nulla te amplius rerum facies mouebit, non luctus, non curæ, non morbi, non ſenectus, non metus, non fames, non egeſtas, terribilis uiſu formæ, lætumꝙ laborꝙ:

poſtremo non ingens ianitor orci.
Oſſa ſuper recubans antro ſemeſa cruento.

Et quicquid illud ad exterrēda corda mortalium, Poëtarū ingenijs cogitatū eſt, neꝙ plus conſtantiæ tribuerit aduerſus omne terrificū, Herculi ſuo Iuppiter adulterio pater, quam tibi natus Virgine, pater omnium æternus, qui rectas in ſe ſperantium reſpicit, & adiuuat uoluntates. quæ cum ita ſint, ſine metu iam tuorum uoces audire, & ſiquid uacui temporis inter occupationes optimas affulſerit, & reſpondere breue aliquid potes. Patere autem me ſecularibus tecum uti teſtimonijs, quibus non ſolum Ambroſius, & Auguſtinus noſter, ac Hieronymus abundant, ſed & Apoſtolus uti interdum non erubuit. neque cellulæ tuæ, aditu prohibeas, quæ & ore meo digna ſunt, & tuis auribus non indigna. Pythagoras peracuti uir ingenij fuit, ſed eius acumen longè relicta ueritate, ſæpè uſꝙ ad aniles ineptias penetrauit. hinc illa ridicula, & per multa uaria corpora uolutatio animarum & renaſcens, de bellatore Philoſophus, Iliaci belli teſtis, Euphorbius, denique famoſa μετοικεσία quam miror ſequi uel Platonem, uel Ariſtotelem potuiſſe, ſed magis miror Originē, qui eandem complecti uiſus inſaniam, ab ipſo miratore ſuo, & laudatore Hieronymo, & à reliquis ueri ſectatoribus meruit in finem damnari. Verum ne Pythagoræ occurſus, me deuiare coēgerit, uir ille cuiuſcunꝙ ingenij, morū illa ætate grauiſsimorum fuit, clariſsimæꝙ modeſtiæ, unde & uiuēti ſummus honor impenſus, & ipſe poſt mortē Deorū cōſilio aſcriptus eſt, & domus eius apud poſteros ꝓ tēplo habita. Huius ergo prima inſtitutio q̄ nam fuit? nēpè ut diſcipuli ſui quinquennio ſilerent p̄clarè. ſtultū eſt enim prius uelle loq quàm diſcas. cæterū amouendū ori nō dico cuſtodiam, quæ amouenda nunquam eſt, ſed repagulum quinꝙ tempus annorum ſufficiens extimauit. Tu uerò ſi ritè computo, in ſeruitio IESV CHRISTI: & in ſchola eius, iam ſeptimū annū ſiles, tēpus eſt, ut loqui poſſe aliquid incipias, uel ſi p̄ omnib. ſilentiū dulce eſt, mihi uel in ſilentio reſpōdeas. Meminiſti frater qualis olim rerū noſtrarū ſtatus erat, & animos noſtros quā laborioſa dulcedo, & quantis amaritudinibus cōſperſa torquebat. meminiſti puto ut nūc & libertati tuæ cōgaudeas, & fraternæ cōdoleas ſeruituti, q̄ me adhuc ſolitis compedibus arctatū tenēs, iā cultrū lateri, iam laqueū collo parat, peregiſſetꝙ iā pridem ni liberatoris, in dextera, quæ te ſeruitio exemit, me ab interitu defendiſſet. Orabis frater, ut me quoꝙ iam tandem libertati reſtituat, & uno uentre progreſſos, pari fine fœliciter, & ſi præire debuerā, nō pudebit ſeq. Meminiſti, inq̄, qs ille, & quàm ſuperuacuus exquiſitiſsimæ ueſtis nitor, q me hactenus fateor, ſed in dies ſolito minus attonitum habet, quod illud induendi exuendiꝙ faſtidiū, & mane ac ueſperi repetitus labor, quis ille metus, ne dato ordine capillus efflueret, ne complicitos comarum globos, leuis aura confunderet, quæ illa contrà retroꝙ uenientium fuga, quamdiù pedum, ne quid aduentitiæ ſordis redolens, ac fulgida toga ſuſciperet, neu in præmiſſas rugas colliſa remitteret. uerè inanes hominum, ſed præcipuè adoleſcentium curas. quorſum enim ea mentis anxietas, ut placeremus ſcilicet oculis alienis? & quorum oculis q̄ſo? ꝓfectò multorum, qui noſtris oculis diſplicebant. Seneca in quadam ad Lucilium epiſtola. Quis eam, inquit, quam nulli oſtenderet induit purpurā? mira quidem dementia, ſtatū noſtrum non animi ratione, ſed uulgi furore moderari, & in conſilium uitæ noſtræ illos admittere, quorū nobis uita contemptui eſt. Nemo cicatricoſum tergo ducem, nemo gubernatorē naufragijs inſignē eligit, illos legimus quos miramur, illis ſolemus noſtra committere, quos rerum ſuarum adminiſtratio claros facit, itaque uulgus inſanum, cuius mores rideas, cuius omnem opinionem uitamquè deſpicias, in moribus tuis, ſequi pluſquàm uulgariter inſaniētis eſt. Vt enim cœptū ſequar, ceſſet ambitio, & uulgus ꝓcul exulet, quanto

uilior,

uilior, atq; ad omnes opportunitates aptior, quantoq; tractabilior eſt ueſtis plebeia, quàm regia: nobis tamē, eo tempore longè aliter uidebatur, quorum ſtudij laboriſq; pretiū erat conſpici, & ut ait ille, *digito monſtrari & dicier hic eſt:*

Quàm Hortenſius orator fuit clarus, ſed delicatior quàm deceat uirum, & formæ non minus q̃ eloquentiæ ſtudioſus: nunq; ſpeculo inconſulto in publicū ꝓceſsit, in illo ſe comere, in illo ſe mirari, in illo uultū rogamq; componere conſueuerat. multa ſunt eius uiri muliebria, ſed illud in primis. Collegam ſuū, q̄ is caſu obuius arcto quodā loco, in eum impegiſſet, & artificioſum ex humero togæ ſinum turbaſſet, colliſione fortuita, iniuriarum accuſare ſuſtinuit, prorſus fœminea uanitate, quaſi capitale crimen eſſet, tàm compoſiti habitus, qualis offenſio. Nos frater, & ſi nulli diem diximus, ob eiuſdem iniuriam animo tamen haud abſimiles fuimus, ſed te de tantis errorum tenebris eduxit, repentina mutatio dexteræ excelſi. ego ſenſim multiſq; laboribus aſſurgo, credo ut intelligi detur, nullum hic adminiculum literarum, nullum opus ingenij, ſed totum Dei munus eſſe, qui fortè mihi manū porriget, imbecillitatem meam ingenuè cōfitenti. Id ſanè ſi ratio nō perſuaſerit, ſenectus coget, quā magis magiſq; indies aduentare, & iā finibus meis obequitare ſentio. Quid de calceis loquar, pedes quos protegere, uidebantur, q̃ graui & q̃ cōtinuo bello premebant: meos fateor inutiles reddidiſſent, niſi extremis neceſsitatibus admonitus, offendere paululū aliorū lumina, quàm neruos & articulos meos conterere maluiſſem. qd de calamiſtris, & comæ ſtudio dixerim: quotiens ſomnum, quem labor ille diſtulerat, labor ille abrupit: quis pyraticus tortor, crudelius arctaſſe, quàm proprijs ipſius manibus arctabamur: quos male nocturnos ſulcos, in ſpeculo uidimus, rubenti fronte tranſuerſos, ut qui capillum oſtentare uolebamus, faciem tegere cogeremur: Dulcia ſunt hæc patientibus, paſsis uel memoratu horrida, incredibilia inexpertis. quantum uerò te nunc illa præterita memorantem, præſentia iſta delectant calceus laxus. pedis non uinculum, ſed munimen, coma alte reſecata, & capillorum ſepes, non iam auribus importuna, nec oculis, toga ſimplicior, & quæſitu & cuſtodia facilis, nec egreſſu laborioſior q̃ ingreſſu, tanq; animū ab inſania defendens. ſic corpus defendit à frigore. O te fœlicē, qui ut hæc dulcius ſaperent, illas amaritudines ꝓguſtaſti, & ut hæc leuiora ꝑteream, recordare etiam, quo promptius è tanta Charybdi liberatus dignas Deo gratias agas, quanta nobis fuerat cura, quantæq; uigiliæ, ut furor noſter latè notus, & nos eſſemus populorū fabula. Quoticns ſyllabas contorſimus: quotiens uerba tranſtulimus: deniq; qd non fecimus, ut amor ille, quem ſi extinguere non erat, at ſaltē tegi uerecundia iubebat, plauſibiliter caneretur: laudabamur in ſtudijs noſtris, & capita delirantiū peccatoris oleū impinguabat. ſed inefficabilis Dei pietas, greſſus tuos interea, pedetentim reuocabat ad rectum iter, & ſatietate rerū pereuntium, ꝑceps illud deſideriū caſtigabat, ut ſcilicet diuerſis ætatibus utrobiq; incola, qd intereſſet inter Babylonē atq; Hieruſalē expertus agnoſceres. O miſericors Deus, q̃ tacitè cōſulis, quā occultè ſubuenis, quā inſenſibiliter mederis. qd enim tantis laboribus bone IESV qd aliud niſi amorē mortalem, immò uerò mortiferū petebamus: cuius nos fallacē & multis ſentibus obſitam ſuauitatem attingere ſummotenus permiſiſti, ne grande aliquid inexpertis uideret, & ne tanta eſſet ut opprimeret miſericorditer ꝓuidiſti, delitijs noſtris è medio ſublatis, cū qbus dextera tua, ſpes noſtras è terra penè radicitus extirpauit: Iuuenili ætate reuocaſti eas, morte quidē ut ſpero illis utili, nobis neceſſaria, & abſtuliſti à nobis animarū noſtrarū uincula. & tamē ô cæca mens mortaliū, quotiens queſti ſumus, quaſi ante tempus accidiſſet, q̄ cū ſummo uitæ noſtræ diſcrimine trahebatur, aut quaſi ſalutare aliquid intempeſtiuū ſit. Quot ſuſpiria, quot lamēta, quot lachrymas inuētos effudimus, & morem phreneticorū medico noſtro inſultantes, manū tuā repulimus, lenimē optimū, noſtris uulneribus adhibentē. Nūc ergo dic mihi uir Deo ex hoſte familiaris, ex aduerſario ciuis, dic mihi, quoniā & iſta ꝑtractas, & illa retractas, qd ſimilis ſint cantiūculæ inanes, falſis & obſcœnis muliercularū laudibus refertæ, turpi & apta cū cōfeſsione cōſilijs, qd ſimile habēt diuinis laudibus, & ſacris excubijs, in qbus modò ꝑ mœnia & ꝓpugnacula ciuitatis Dei mira ordinatione diſpoſiti CHRISTI uigiles, aduerſus antiq hominis inſidias intētiſsimè

pernoctatis? fœlix & inuidioſa militia, magnusq́ fateor, et durus labor, ſed breuis & æterno pēſandus pmio. Mihi aūt adhuc reſtat de quo tecū ſi pateris Deus meus, diſceptare uelim. qd eſt enim reſponde mihi, q cū ego et frater meus, gemino laqueo teneremur, utrunque cōteruit manus tua, ſed nō ambo pariter liberati ſumus? ille quidē euolauit, ego nullo iam laqueo tentus, ſed uiſco cōſuetudinis peſsimè delinitus, alas explicare nequeo, & ubi uinctus fuerā ſolutus hæreo. quid cauſæ eſt, niſi q cōtritis pari ratione laqueis nequaquam q ſequitur par fuit, Adiutoriū noſtrū in nomine Domini. Cur aūt hanc Dauidicā cantilenam tanto cōceptu cœptam, tàm diſſona uoce compleuimus? nulla Dei uolūtas ſine cauſa eſt. quippè omnes inde depēdent, & illa ſit omniū fons cauſarū. Frater ergo ritè cecinit, erecto ad cœlū animo. Ego terrena cogitans, et curuatus in terram, & fortè liberatricē dexteram, nō agnoui, fortè de proprijs uiribus ſperaui, aut hoc aut illud cauſæ fuit, cur effracto laqueo nō ſum liber? Miſereberis domine ut dignus ſim, cui amplius miſerearis. ſine enim gratuita miſericordia tua, nullatenus poteſt humana miſeria miſericordiā pmereri. Nunc ad te frater redeo, & ſenſim ad grauiora conſcendo, ut gradatim te tibi fœliciſsimū oſtendam. Recordare quis ille hominū concurſus, quæ'nam prælia ſalutantium, quanta cōcurſantiū offenſio, quantūue ſudoris ac laborū ut compti & elaborati nūc hic, nūc illic in publico cerneremur. Et Deus optime, qui cæcos illuminas, claudos erigis, mortuos ſuſcitas, qualis illa iactatio eſt, poſtq̄ enim omnib. uicis, omnibusq́ noti erimus, omnibus ſcænis circumacti, reſtat iter patrū noſtrorum agere, & formidatum ſepulchri limen irredituro pede tranſcendere. Adde nunc conuiuiorum glorioſa faſtidia, quæ ſine magno ut aiunt famæ diſcrimine nō uitentur, & epularum uariam procellam, cōcuſſo ſtomachulo fluctuantem. q̄ ſi ab amicis patimur incommoda, quid expectet ab hoſtibus? quorū multa ſunt genera. domeſtici, externi, horumq́ alij clandeſtini, alijs ex profeſſo inimicitias agunt, & rurſum alij lingua, alij fraudibus, alij gladio decertant. Breuius loquor, omne genus experto. Ad hæc, quid quæſo, non iniuriarū à ſeruis contumeliarumq́ ppetimur? Excuſat eos Seneca multis quidem uerbis, & omnē culpam reflectit in dominos. Luciliumq́ ſuum laudat ſeruis familiariter conuiuentē. quid dicam? Vereor tanti uiri uilllicare ſententiam, & tamen q phibet longè mihi aliter uidetur. potuit illis fortè uel prudentia, ut bonos ſeruos faceret, uel fortuna ut inuenirent pſtitiſſe, mihi fateor, neutrū fuit, cum utriuſq́ ſtudium ſemper fuerit. Itaq́ de ſe alij uideantur, ego quod neſcio, laudare non poſſum. apud me & iniquiſsimū eſt, ſeruorū genus, & prouerbium illud uetus à Seneca reprehēſum ueri locum habet, Totidem hoſtes eſſe quot ſeruos. at de bonis ſeruis epiſtola illa eſt, mali enim eodem auctore, à dominorū cōſortio excluduntur? credo, ſic enim ſonat uerba, & bonorū exēpla, de liberis nō pauca colligimus, hæc id quidē ignoro, neq́ ſcriptoribus fidē nego, ſed ſiue temporum mutatio, ſiue ſors, ſiue impatientia mea eſt, ego bonum ſeruum nunquam uidi, quæro tamen, & ſi fortè obuius fuerit, uelut occurſu bicipitis hominis obſtupeſcam. At neqs hoc uel ſæuitiæ uel deſidiæ meæ imputet, omnia tēptaui, neq́ minus ego, quā Lucilius familiariter cū ſeruis meis uixi, & ad cōſiliū, & ad cōfabulationē, & ad cœnam illos admiſi, meq́ ipſum, & res meas illorū fidei cōmiſi, fideleſq́ ut facerē credidi, nec credendo profeci, quin potius ars omnis in cōtrariū uerſa eſt. Seruorū enim à colloquio meo, nemo non procacior diſceſsit, nemo non cōtumacior à cœna ſurrexit, & ut familiaritas inſolentes, ſic fiducia fures eſſe docuit. Vt ergo Senecæ de ſuis, ſic mihi de meis, & cunctorū ſeruis, omnes enim ferè neſcio quomodo pares ſunt, uera loqui liceat. Ego quidem fateor, ſeruili peruicacia nil moleſtius patior, in uita. cætera enim bella, inducias habent, cū domeſticis hoſtibus, ſine intermiſſione pugnamus, quāuis nō ſim neſcius, æquo animo ferēdum eſſe, quod maximis uiris accidiſſe uideo. Nempè & Vlyxem illa prima ætate, quàm heroicam uocant, inter multos quos ſuſtinuit labores, ſeruorum & ancillarum quoq́ contumelijs affectum, clariſſimi loquuntur auctores. & hoc recentiori æuo, Fredericus Romanus Imperator, de ſeruorum iniurijs, ut fama fert, uiuens morienſq́ conqueſtus eſt. Cæterum hæc ſeruorum incidens querela, hoc agit, ut te fœlicem ſcias, qui ſeruili tyrannide liberatus, leuiſsimo ac ſuauiſsimo CHRISTI iugo colla ſubieceris. quid de alijs dicam? quod illud

adulationis

adulationis latens, inter dulcia uenenum coram arridentium retroq; mordẽtium? quæ illa de tranſuerſo famæ uulnera, incertis auctoribus, & è media uulgi acie, clàm iaculata conuitia? quæ illa auaritiæ rabies, animos efferantis, omnisq; diuini & humani iuris obliuionem peſtiferam afferentis? Hæc de curatoribus prædones efficit, extremum autem mali genus eſt, dum remedijs attonita miſcentur. eligis hominem, cuius fide inter hominum fallacias ſis tutus, ille te primum fallit. Quid huic conſilij capias? & ut Satyricus ait:

Quis cuſtodiet ipſos cuſtodes?

Hæc nos peſtis ab infantia perſequitur, ſeu fortuna ſeu ſimplicitas noſtra eſt, adoleſcentes ſoli incurioſi, & apti iniuriæ uiſi ſumus. tritum aſsiduitate prouerbium eſt: Occaſio facit furem. hæc nos Frater, ut ſemel expediam, de diuitibus inopes facit, immò certè, quod diuini muneris recognoſcimus, de occupatiſsimis ocioſos, de impeditiſsimis expeditos. Acceſsit, ꝙ omnes qui ſe ſpolijs noſtris onerauerint, breui quidẽ ipſius fortunæ manibus excuſſos, uel graui morbo cõſumptos, uel miſeri ſenectutẽ languẽtes uidimus. nec paruũ iniuriæ ſolamẽ ultio eſt, Deo p̄ſertim auctore cõtingẽs. Quid dicam de fori ac litium tempeſtate, q̃ mihi nõ curiam modò, ſed terrarũ orbẽ odioſum facere potens eſt? quid de alijs quæ p̄ter mortẽ grauiſsima iudicant? captiuitatis inſidiarũq; periculis, qualia multa olim terra pelagoq; ꝑtulimus? quorũ commemoratio ſtuporẽ mihi renouat, & horrorem. Sed euaſimus. non id noſtræ naturæ priuilegio accidit, ſed diuina clementia euaſimus, ſed perire potuimus, & certè debuimus, niſi nos miſericors pater uiuificis oculis aſpexiſſet. euaſimus, ſed eiſdem periculorum generibus noti, & ſocij periêre incendio, gladio, carcere, naufragio, alijsqúe innumerabilibus modis, quorum propter duros & recentes amicorum caſus, triſtis & acerba narratio eſt. Inter hos laqueos ambulauimus, atque inter hos ſcopulos nauigauimus, Frater, quid loquor? quaſi æqua condictio ſit amborum? ego miſer, inter eoſdem uerſor aſsiduæ, tu iam Deo gratias, portum tenes, fœlix hora, qua natus es, fœlix omne periculum, quod te per multa experimenta formidabilium rerum, ad amorem ſecuritatis adduxit. Confer oro, nunc iſta cũ illis, cum turbulentis opibus quietiſsimam paupertatem, cum amaris negotijs, dulce ocium, cum iniquis hoſtibus optimos fratres, denique cum litibus ſilentium, cum turbis ſolitudinem, cum urbibus ſyluas, cum comeſſationibus ieiunia, cum diuturnis choreis, nocturnos choros, poſtremò cum Auinione Carthuſiam, cum terrenis periculis cœleſtem pacem, cum ſeruitute Diaboli amicitiam Dei, cum morte perpetua ſempiternam uitam. neceſsè erit te fœliciſsimũ fateare. urge propoſitum, preme quod cœpiſti. non te labor terreat, nõ ſ angat aſperitas. Flacci uerbũ eſt:

nil ſine magno
Vita labore dedit mortalibus.

Quod ſi in hac uita, de qua ille loquebatur minima, etiam magno conſtant, ꝙ totiens incaſſum aucupando ꝓbauimus, quis labor magnus uideri debet, quo ad æternam beatitudinem peruenitur? abſit ſegnities, languor abſcedat. dũ matutino tẽpore excitaris, ad diuinũ te colloquium euocari credito. & heu quotiẽs nos mortalis domini iuſſus exciuit, quotiens periculis ac laboribus obiecit, & quis oro te fructus? Nempè nõ niſi amicitia humana, anceps, ꝑiculoſa, difficilis. tibi amicitia diuina proponit, certa, ſecura, parabilis. crede mihi, cadet ex animo tædiũ, ſomnus ex oculis, cũ tibi ꝓpoſueris, uocantẽ Deũ & optime tecũ agi ſenties, ꝙ uigilare uulgo circũſtertente iubearis. Mos imperatorũ eſt, ꝓbatis militibus difficilia cõmittere, dũ coci piſcatoresq;, & ut Horatiano ſermone utar, Ambubaiarũ collegia, circa forũ cupedinariũ oberrant, illi inter gladios ac tela uerſant, & periculum ingens tenui gloria cõſolantur. Cũ aũt orando colloqui ceperis, gaudiũ cũ reuerentia certabit, ut inſomnẽ te atq; impigrũ ſub tanto p̄beas ſpectatore. Audiſti ex hiſtorijs M. Catonis, milites illo p̄ſente, & ſitim & puluerem, & æſtũ, & ſerpentũ morſus tolerare ſolitos, & ſub illo teſte, ſine gemitu ac lamentis occumbere. Audiſti Scæuam illũ fortẽ, potiùs quàm iuſtum uirum, ſub oculis ſui ducis nõ modò pugnare, ſed mori etiam exoptãtem. ꝙ ſi mortalis domini ueneratio p̄ſtare potuit, ꝙ CHRISTI p̄ſentia poſſe debet? Is equidem non expectandus ut ueniat, ſicut Cæſarem ſuũ infœlix ille bellator expectat, ſed ſuſcipiendus

colendusq; omnibus locis omnibusq; tẽporibus p̄ſens eſt. uidet actus noſtros, cogitationes introſpicit, ingens calcar animo, niſi funeſtæ cõſuetudinis torpor obſiſtat. Epicuri doctrina eſt, Imaginarium uitæ teſtem q̃rere, amico ſcribens. Sic, inquis, fac omnia tanquam ſpectet Epicurus. Seneca uerò ut illuſtrioris uiri p̄ſentia, Lucilij ſui uitã formet, monet ut Catonem eligat, Scipionem, Leliũ uel aliũ quemlibet ſpectatæ uirũ famæ, nõ poteſt non placere ſententia à magnis uiris laudata. nam & M. Tullio placuiſſe eam uideo, quam. Q. Ciceroni Fratri ſuo ſcribens, licet alijs uerbis inſeruit. Placet ergo conſilium Epicuri, inter illos à quibus ſcriptũ atq; probatum eſt. nobis hac arte nil eſt opus. Teſtem fictũ, nõ quærimus, cũ uiuũ atq; uerũ præſentemq; ſemper CHRISTVM habeamus. Nam etſi aſcendero in cœlum illic eſt, & ſi deſcendero in infernum adeſt. Omnia igitur coram illo, quaſi ſpectante, ſed uerè ſpectante faciamus. Pudebit non modò actuum, ſed arcanarum etiam uoluntatum, quas non tantùm fictus, ſed etiam uerè præſens Epicurus teſtis, non poſſet agnoſcere. nouit autem eas ille, cuius oculis nihil eſt imperuium. Putemus illum ante oculos noſtros poſitum clamare. Quid agitis ò cæci & ingrati? ego pro uobis mortẽ ſpontè ſuſtinui, uos mihi laborem exiguũ negatis? hoc ueſtra pietas? hæc accepti beneficij memoria eſt, qui nutu cœlum terrasq; & maria guberno, qui fulmina de nubibus iacio, qui alternis uicibus tẽpeſtates ac ſerenũ reueho, qui diẽ noctemq; ſuis luminibus exorno, & uario horarũ numero, tenebras lucemq; dimetior, qui perpetuum ſolis obſequium duodeno ſtellarum ordine, ad quaternas temporum uarietates adhibeo, & faſtidio conſulens grata rerum & inacceſsibili nouitate anni circulum circumuoluo, quã non modò calcabilem terram, labilem aquam, atq; auram ſpirabilem, ſed innumerabiliũ rerũ nobis p̄ſidia, & oblationes & ornamenta congeſsi, deniq; qui ad imaginẽ meam, quamuis ſtulti obſtrepent, de nihilo uos creaui, & quo me, quo quæri uellẽ, iter uobis oſtendi. Ipſe ego, inquam, ut poſt tot beneficio rebellantes ac deuios reuocarem, inter uos ex alto ſub ſeruili habitu diſsimulata maieſtate deſcendens, pro ſalute ueſtra, paupertatem, labores, inſidias, conuitia, contumelias, carcerem, uerbera, flagella, mortem crucemq; non timui. Vos mihi quid redditis? non dico par tantis meritis, quod nec cogitare ſufficitis, ſed quod omnino ſignum oſtenditis animo ingrati? Quid ad hæc Frater reſponſuri ſumus? an hic quicq; ambigui eſt? profectò ſi hæc intus in anima, loquentem dominum audire uoluerimus, ſurgemus nocte alacres, hoc enim agere cœperam, ut eo tempore deuotiùs CHRISTO laudes canamus, quo illum pro nobis opprobria & iniurias paſſum eſſe meminerimus. Sed quia diù te iam Frater ab altitudine contemplationum tuarũ diſtraxiſſe uereor, hæc ſumma eſt. CHRISTVS tibi totius uitæ teſtis aſsiſtat. illum igitur intuere, ſi uis in illo labore, nullis omnino uigilijs fatigari. ad hoc enim inacceſsibili & inenarrabili trinitatis conſilio effectum eſt, ut æternus, & immortalis omnipotens Dei filius, ueſtem noſtræ immortalitatis indueret, ut ſcilicet, quoniam inter Deum & hominem, nulla proportio erat, ipſa Dei & hominum mediator, utramq; perfectiſsimæ in ſe uniens naturam, & ad Deũ homines attolleret, & Deum ad homines inclinaret, poſſetquè mortalis acies, in Deum figi mortali carne ueſtitum. Quod ſi immortalitate recepta, in gloriam ſuæ diuinitatis aſcendentem, ſequi oculis & mente difficile eſt, & puri hominis teſtimonio delectaris, elige tibi aliquos, de profeſsionis tuæ ducibus, Ioannem Baptiſtam, Antonium, Macharium, uel ſi rigidiores hi uidentur, elige Benedictum, elige ab erroribus ſeculi redeuntes Auguſtinum, & Arſenium, quos multum ſemper placuiſſe tibi ſcio, habes patrum uitas, illas perlege ut facis, ubi amicum inuenies, quem teſtem ſecretis conſilijs non recuſes, quo ſcio te ipſum uitamquè modereris tuam, ſine quo denique nil agas, nihil cogites. Lege Gregorij dialogum, Auguſtini Soliloquia, & ſcatentes lachrymis Confeſsionum libros, de quibus quidam ridiculi homines, ridere ſolent. Tu in eis ſolamen ac refugium non mediocre reperies. De Pſalterio enim non dubito, te Hieronymi conſiliũ ſequi, ut è manibus tuis, nunquam excidat, de quo more meo, poëticum neſcio quid pridem ſcripſi, quod quoniam placere tibi animaduerti, ne modò graueris, ſecuturo reſeruatũ nuncio excipies. Tu uerò, ut finem faciam, uitam omnem inter contemplationem ac Pſalmodiam & orationem lectionemq; partire.

partire. Corpori tuo, tanquàm, rebellaturo ſi poſſit, & contumaci mancipio, nihil tribuas,
niſi quod negare non potes, in uinculis habe, ſeruiliter tractari debet, ut intelligat unde ſit.
Suſpectam pacem facit hoſtis infidus, noſti quorum inſidias in ſeculo pertuleris, ab hijs in
perpetuum caue. Cum fidefragis inimicis, non tuto reditur in gratiam, hæc inter gaude,
ſpera, ſuſpira, ſeruiens domino in timore & exultans ei cum tremore: ac gratias agens,
quod tibi pennas dedit, tanquam columbæ, ut uolares & requieſceres, quibus non ſegni-
ter uſus es, ſed elongaſti fugiens, ut in ſolitudine conſtitutus, innumerabilia mundi mala
de cætero non ſentires, quæ ego miſer ſentio, quibus & obſideor, ac circunſpiciens contre
miſco. nec addo, dum adhuc de Babylone pateт exitus effugio. Noli tamẽ deſperare, obſe
cro te, ora potius, ut aliquando conſurgam. Multum eſt fateor peccati mei pondus, ſed fi
nitum tamen, at eius unde auxilium expecto, infinita clementia eſt. Hæc tibi Germane uni
ce, nõ meo, ſed peregrino ſtylo, ac propè monaſtico dictaui, te potius, quàm me ipſum co-
gitans, leges dum ex commodo licebit, & ſi hinc perfectioni tuæ nihil acceſſerit, ſcito me
mihi ſaltem profuiſſe, dum ſcriberem, quoniam mea me pericula meditantem, ſtatus tui
fœlix interim torſit inuidia. Vale memor mei. *VII*. Cal. Octobris, ex oppido Carpenſi.

Fran. Petrarcha Amico ſuo, S.

SOlebant Romani Coſ: legatos conſulares ad exercitum ducere, quibus in bello coo
peratoribus et conſultoribus uterent̃. Horũ crebra Romanis in annalibus eſt mentio,
Legatorum clariſsimus, Africanus eſt meus ille ſuperior, qui L. Scipioni Aſiatico Fratri
ſuo Legatus in Græciam atq; Aſiã profectus, ut fraternæ pietatis præclariſsimũ exẽplum,
ſic ingens magnæ uictoriæ cauſa fuit. Regum quoq; gentiũq; nuncios ſolennes, Legatos
dici ſolitos ſcimus, horũ plena eſt omnis hiſtoria, q̃ reges aut populi, ſiue hoſtes, ſiue fœde
rati, ſiue bello domiti, legatos uel auxilij poſcendi, uel res ablatas repoſcendi, uel miſericor
diæ implorandæ, gratia Romam miſerũt, Romaq; trãſmiſſos acceperunt, ſiue harũ aliqua,
ſiue alijs cauſis. clariſsimè quidem hoc in genere habentur, & Fabij Maximi legatio, ad bel
lũ Carthaginenſibus indicendũ, et Sulpitij ac Vilij ad bellum Scitiacum compeſcendum,
& T. Flamnij in Bythiniam ad Hannibalem depoſcendum. Externorum uerò legatio
inſignis fuit, Haſdrubalis ſenis cognomento Hædi, qui miſſus à Carthagine ad miſericor
diam excitandam, & poſcendamq; à Romanis pacem, animos ſolo flexit aſpectu. nec mi
nus illuſtris Africani iunioris quolibet, in genere numeranda Legatio, qui ut ait Cicero,
obijt Legatus Aegyptũ, Syriam, Aſiam, Græciam, atq; abſens ad bellum Maximũ confici-
endum conſcidendamq; Numantiam Cos. iterum eſt directus Philoſophorum quoque
legatio præclara, ad impetrandũ mulctæ remiſsionem ab Athenienſibus Romam miſſa, in
qua & Academicus Carneades, & Stoicus Diogenes fuerunt, & Peripateticus Critolaus,
quorum quænam in publicis ac celeberrimis Romæ locis ingenij atq; eloquẽtiæ oſtenta-
tio, quænàm Catonis Cenſorij. & quæ ſeuera ſententia, de illis dico dimittendis, & tibi no
tum eſt, & locus iſte non exigit. quorſum enim hæc? Nempe non niſi ut aduertas hoc lega
ti nomen apud maiores tritum atq; uulgatum, nec omnibus ereptum. longa quid non mu
tat dies? Romanam eccleſiã ſibi propriũ uendicaſſe, ne dicã uſurpaſſe. Itaq; iam Legatos
exercituũ ſuis quoq; nominibus uocat. at quibus mandata regum aut urbiũ cõmittuntur,
nuncios dicũt, ſiue aliter, aut uulgo, alius atq; alius ſermo eſt. Soli igitur ſunt Legati, quos
ut aiunt Romanus Pontifex ad aliquas prouincias deſtinauit. e quibus quidam legati
tantũ, q̃dam uerò de latere legati nũcupantur, quos uidelicet miſſos. collegio quid ſacrũ
uocant Romulei Cardinis fulgor illuſtrat. Ita mihi fando uideor audiſſe, neq; enim res eſt,
cui ediſcendæ multũ tẽporis impediſſe uelim. ſit aũt ita, q̃d enim ad nos? Et ferẽdũ eſt æquo
animo, ut qui rerũ potiũtur ſumma, nomina rebus uel auferant uel imponãt. Quando etiã
ſenes noſtros modeſtiſsimos hominũ, tamẽ propter potentiã atq; opes, quibus teſte Liuio
ante ipſum Romanũ imperiũ floruerũt, geminis æquoribus quibus Italiæ magna pars cin
gĩt, nomina quæ adhuc durãt, tot circũ littoreis gẽtibus nihil obluctãtibus, impoſuiſſe me-
minimus. His ante propoſitũ decurſis ad rem uenio. Legatus iſte de latere, qui iam ſolus

mundo patiente, nomen hoc habet *XVIII*. Cal. Octobris, Mediolanum obuio domino & magna celebritate populi fauentis ingreſſus eſt. cui ego neſcio qua recti confuſione iudicij, ut me urbanum oſtenderem, quod non ſum, nec eſſe uelim, neq; ſi uelim natura permitteret mea, prægreſſus alios, Ticinenſi porta, ad ſecundum fortè lapidem occurrens didici, ſi nō antea didiciſſem, quàm ſit rerum naturalium fragilis ac lubricus ſtatus. Cum enim ingentes pulueris globi, rotarum atq; quadrupedum agitatione commoti, fuſca nube cœlum ſolemq́; texiſſent, conſpectu mutuo erepto, contra morem meū, ut me malus abſtulit error, inferor in mediam cohortem. At uix data & reddita ſalute, ſic puluis omniū fauces & ora compleuerat, aridumq́; præcluſerat uocis iter, dum me recolligerem, ut & alijs parcerem & mihi, equus quo uehebar, & ipſe oculis captus, poſtremisq́; pedibus in præaltam iunctamq́; me foueam dilapſus, omnes qui aderant metu & horrore compleuit, præter me unum, qui quid mecum ageretur neſciebam, tanta caligo pulueræ noctis inceſſerat, eò mihi moleſtior, quod à luce uenientis oculi ſunt in tenebris pigriores. At uerò ille magnanimus adoleſcens, quem niſi cœptam ſucceſsionum telam fata præciderint, Mediolani Liguriæq; diues expectat hæreditas, & quo niſi iudicium amor fallit, inter iuuenes fortunatos, nullus eſt melior, nullus humanior, ante alios me nomine inclamans, ut cauerem admonebat. Ego ignarus, & plus fateor clamore omnium, quàm periculo meo motus, non prius intellexi quid rei eſſet, q̃ ſolas equi auriculas extantes, meq; denſis uepribus oppreſſum uidi. Profuit ad ſalutē ꝓprium nō noſce diſcrimen, quoſdam iuuit ignorantia, & dum nil metuunt nil nocuit, ſic cōtra multos ægros, morbi fecit opinio, ut aliquādo eſſent, q; diu eſſe crediderāt, neq; enim de nihilo dictū eſt: Imaginatio facit caſū. Cui pari ratione illud obiecerim, imaginatio caſū tollit. Ita cū multa ſcire ſit optimū, quædā melius neſciūtur. Certè cū diſcrimē ipſe mecū neſcio, dūq́; nil mali ſuſpicer, nil incōmodi paſſus ſum, neq; enim periculi niſi poſt periculū agnoui, magisq́; cū iā timēdū nihil eſſet, timui, & nūc ut ait Maro horreſco referens. Tūc ut erā in pedes ſubitò deſilui, ſupremūq; ripæ marginē, pluſquā meo ſaltu renui, illæſus & inuiſibili ſubnixus auxilio. Subſiſterat eqdē adolſcēs ille mitiſsimus, iuſsitq; famulis deſcēdere, ipſe nō modo uocis obſequiū mihi ꝓbuerat, ſed dexteræ. Dū interim equus meus magno niſu ſibi conſulens, primiſq; dictu mirum ungulis dependens, attritus genua, uix tandem emergenti, quiſi ut natura rei poſcebat, repentè poſtquàm labi cœperat, in tergum cecidiſſet, actū erat, & abſolutus eram omnibus curis. Affuit hominum ſuccurſus, Affuit equi uigor. Dicet aliquis, ingratum mendacium, mendax ingratitudo, uana ſalus hominis, fallax equus, ad ſalutem. ipſe ſuā ut alias ſuppoſuit manum, præſentiq; me ſolus exitio CHRISTVS eripuit. Quod idcircò tibi notum uolui, ut ſicut apud Flaccum, caducæ arboris ruina: ſic apud me inſtabilis equi lapſus, propriè nos conditionis admoneat inanem eſſe prouidentiam humanam, ineluctabilem fati uim, innumerabiles mortalium caſus, inextimabilem cæcitatem. Itaque dum huic occurrimus, in illud occurrimus, & dum maximè circumſpicimus ac multa prouidemus, tum maximè, unde nihil metuebamus opprimimur, fitque quod ait ille ueriſsimum. Improuiſa leti uis rapuit, rapietq; gentes, ne quicquam extruamus atque angimur, ſola potens eſt occurrere cunctis diuina clementia. Ea tunc Flacco affuit, nunc mihi, ſæpe alijs, alioquin nec ille ſuum, nec ego meum, nec multi bellorum caſus in pace, pelagiq; pericula in littora renarrarent. Hic ſuper ſcrupulus premit, quod dum difficultatem unam euaſiſſe credimus, ſupereſt altera. tota noſtri noſtrarumque rerum cuſtodia cōmittenda Deo eſt, & de proprijs uiribus aut conſilijs nil ſperandum. Sed iam de moribus ſatis eſt dictum, ad familiaria cōuertamur. Legatus ergo hic, de quo ambiguè tibi ſcripſeram, ſpem meam liberalitate uicit ſua, ut propè me diffidiſſe pœniteat, quamuis ſemper minus ſperare ſit tutius. Nihil omnium quæ petieram negauit, ultrò etiam pro me ipſo grande aliquid peterem hortatus eſt. ego autem pro me nihil, fallor, immò uerò pro me omnia. quid enim uerius meum, quàm quòd amicorum eſt? Cæterum ego iam pridem mihi modum ſtatui, & fines poſui, quos ne tranſeat ſiticuloſa cupiditas, uallum ac foueam circumduxit, coëgiq; animum ſtare, ne ue illum teſti

monio

monio ſuo priuem. neq renuentē iuſta imperia, neq recuſantem frenos, neq ſuadentem ferocia, ſi obſtrepere peſtilens conſuetudo deſierit rebellantem. ſic ſementem qui dedit adiuuet, ut mihi fragilitas grata eſt, ut læta & ocioſa paupertas, amicior quàm triſtes occupatæq diuitiæ. Si quid ſecus hac loquor ac facio, & præ rapido rerum humanarum torrente raptatus, indignans tamen, & in diuerſū nitens. Mitto autem hæc. ſic enim glorior, ſic queror, ſic omnia tecum loquor, ut mecum. Idem animus, eadem Patria eſt, idem ſtudiū, idem nomen, par uoluntas affectusq perſimiles, tu pietate prior, tu religione præſtantior & familiarior Deo. ſed & hæc ſileo. Verum ut intelligas quod mallem, clariori aliquo ſcire poſſes, iudicio quanto p uris ego faciam, preces tuas, quàm tuipſe, qui eas uerecundè porrexeras, ut inter poſcendum omnem mihi negandi uiam oſtendere uideris, ſcito quod & ſi pro his amor, pro his ſanguis, pro his miſeratio, pro quibuſdā familiaritas meritumq certarent, prima tamen omnium petitio tua fuit, quam tuis ſcriptam ut miſiſti, legatiq ſignatam digitis accipies huic epiſtolæ interclusām, literas hinc fieri non illud modò, pro quibus executionib. uti uelles erā neſcius, ſed extremæ tēporis anguſtiæ uetuerunt. Petitione enim mihi ſerò tradita ille mane diſceſsit, ita tamē res acta eſt, ut amātiſsimus pater Egitauiēſis epiſcopus cancellarius ſuus, literas ipſas expediri iubebit, ubi tu eū, uel p parte mea uel noſtra alter adierit. ibis ergo, uel mittes aliquem ex tuis Piſas aut Senas qua ille iter acturus eſt, Epiſcopūq couenies, & uiua uoce de negocio inſtructū, & literis ad eū mei, quæ cū iſti ſeniunt excitandū, palijs uerò unum ex meis ſeq illū iubebo, nullas enim hic literas ſcribi temporis ſiuit inopia, doleo quod tibi laboris aliquid aut negotij reliqui, ſed neceſſariū fuit,

nil ſine magno
Labore uita dedit mortalibus.

I ergo, & laborem tibi, certum imaginaria condias uoluptate, iucundum ſi tibi finxeris efficies. Eſtima tibi ocio, non negocio trahi. ſemper ſedes, nunquam patrium limen tranſis, in hoc nempè differimus, ad cætera penè gemelli & hic quoque meum morem indue, tuum exue. Habet & motus ſuam dulcedinem. & ſæpe quiete gratior fuit labor, ut nihil aliud quietem ipſam efficit gratiorem. Incipe, ſurge, age, moue te loco, reuerſus ſaltem melius ſedebis. qui ſemper alienas facis, aliquando res tuas facito. Fallere te & ſi poſſim nolo, & ſi uelim nequeo. artificium meū iudex facio, quod conſolatores ſolent, fando quod oportet ut delectet nitor. Cuperem legatum ipſum Florentiam inuiſere, quod & optare illum arbitror, ſed puto non poterit, magnis & grauibus Eccleſiæ negotijs recto Romam calle feſtinans. Ipſe uerò, quantum obliquo atque udo calle feſtinauerim, fruſtra tamen, ut huc ante crepuſculum peruenirem, claudicantes lineæ, & feſſo ſimillima uiatori, uel ſola frons indicat literarum. Vale.

Fran. Petrarcha Nicolao Florenſio, Regis Siciliæ Seneſcallo, S.

IAm tandem uir clariſsimè, perfidiam fides, auaritiam largitas, ſuperbiam uicit humilitas, iam charitas odiū, deſperatio ſpei ceſsit, perſeuerantiæ difficultas. iam ſub malleo ueritatis, pertinax mendacium, & mendax obſtinatio uoris tuis obſtantium fracta eſt. Immortale bellū eſt, inter inuidiam & gloriā, inter nequitiā & uirtutem. Gratias illi, qui eſt dominus uirtutum & rex gloriæ, q eò Duce, in præſenti certamine uicta parte deterrima, cuius ſæpè contrariū uidemus optima pars triumphat. ecce nūc unita tua cura, glorioſiſsimi Siculi regis uertex, negatos honores inuito liuore ſuſcipiet. Peccator uidebit, & iraſcetur, dētibus ſuis fremet & tabeſcet. Ipſo autem ſolito anguſtior multumq ſerenior auito ſolio reſidens, pulſis Latio mœſtitiæ nubibus, atq imbribus lachrymarū, orbem noſtrū fronte ſiderea, & ſtellanti diademate ſerenabit, ereptam reſtituens regno pacem, tranquillitatēq populis exoptatā. In quam rē ut feciſti hactenus, mundo notiſsimum tuum illud oſtendēs ingenium, eoq uigilātius, quo maioris eſt laudis, iuſtè modeſteq regnū regere, quā fœliciter adipiſci. Nūc ſiquidē tempus eſt, ut omnes animi tui uires colligas, atq ingentibus negocijs accingaris. nihil eſt actum, ſi quid Cæſarei moris habes, cū & multa ſuperſint, & ſupremam tua celebris gloria manū poſcat. uidimus te aduerſæ fortunæ magnificentiſsimè reluctantem, iam cernimus te uictorē, ſed en totiens uicta reuertitur aſpectu mitior, & auratæ caſsidis,

ut ita

ut ita dixerim, fulgore ſuauior, uiciſti aduerſam, proſpera redit in prælium. quid putas? Mutata ſunt arma non hoſtis, & tibi quoque nouo armorum genere opus eſt. nolo enim extimes, minus eſſe negotij, quando hoſtis eſt blandior, nullum inſidioſius bellum eſt, quàm ubi blanditijs, credulitas oppugnatur, in arcto quidem egregiè rem geſsiſti, qualem te in aperto exhibeas expectamus. multos in anguſtis indefeſſos, campeſtris pugna laſſauit, multos in aduerſitatibus fortes uiros, fortuna proſperior ſtrauit. Hannibal Cannis uictor, uictus eſt Capuæ, & ardorem quem Trebia glacialis accenderat, tepor extinxit. ſæpè pax periculoſior bello fuit. multis nocuit aduerſario caruiſſe. quorumdam uirtus ocio latuit, quorundam uerò prorſus emarcuit, locum ſubmoti hoſtis occupante luxuria. nulla homini pertinacior lis eſt, quàm cum animo moribusque ſuis. nuſquam minus induciarum, intra murum pugna conſeritur, hoc genus hoſtium bello languidum, pace feruidum experimur, & ſub toga plus auſurum quàm ſub galea. ut cæteras gentes ſileam, Romanos bello indomitos & omnium gentium uictores, pax tranquilla perdomuit, & ut quidam illius æui ſcriptores, elegantiſsimè lamentantur, uictum orbem, uictorum uictrix luxuria ulta eſt. quod præſagire uidebatur Scipio ille uir optimus, à ſenatu habitus, dum tàm enixè Catonis ſapientiſsimi, licet ſenis, aduerſante ſententia, deleri Carthaginem prohibebat, non quod illam parcius odiſſet, ſed ne ut ait Florus metu ablato æmulæ urbis, luxuriari fœlicitas noſtræ urbis inciperet. qui utinam conſilio ualuiſſet, manſiſſetque potius nobis cum hoſtibus & cum Carthagine, quàm cum uitijs & uoluptate certamen. meliori loco res ſtarent, ut puto rariusque pugnatum eſſet & crebrius triumphatum. Quorſum hæc forſan interroges? quia ſcilicet multos auguror futuros, quibus quieſcendi iam tempus eſſe uideatur. mihi penitùs diuerſa mens eſt, ſi me audire uolueris, ſcies unum eſſe laboris & uitæ finem, tibique & omnibus claris uiris, uſque ad extremum ſpiritum, uel cum uiſibili, uel cum inuiſibili hoſte luctandum fore. qui in, etiam uide, quantum à communi opinione diſſentio, geminatum tibi laborem & ſenties & gaudebis. nullo unquam tempore, tàm magno conamine conſurgendum tibi tàm ſupra ſeipſum attollendus animus fuit, ad ſumma certamina uentum eſt, uniuerſus orbis intelligat, in utraque fortuna. qualis quantusue uir fueris, neque tu tantum, ſed qui tuis etiam conſilijs obſequuntur. Habes regem animo ſenem, annis adoleſcentem, cum quo terra marique iactatus es, quem per multa præcipitia cogente fato, in ſummum ſtatus humani faſtigium perduxiſti. Oſtende illi, quibus in hunc fortunæ uerticem ſit euectus, quibus artibus conſiſtendum ſit. neque tàm deinceps enitendum, ut aſcendat altius, quàm ut aſcenſu ſeſe approbet. Non indignum & hæreditarium ſceptrum, non magis ſanguini debitum, quàm uirtuti. non facit uirum, ſed detegit principatus, & honores non mutant mores, atque animum ſe oſtendunt. Perſuade illi minus eſſe Regem naſci, quàm iuditio regem fieri, eſſe enim fortunæ illud, hoc meriti. Doce: deum colat, patriam amet, iuſtitiam ſeruet, ſine qua regnum licet opulentum, ac ualidum ſtare nequit. Diſcat uiolentum nihil eſſe longæuum, & amari multo tutius eſſe, quàm metui. Aſſueſcat nihil in terris optare, niſi bonam mentem, nihil ſperare niſi bonam famam, nihil niſi dedecus formidare. cogitet quò altior eſt, eò ſe clarius uideri, eoque minus occultare poſſe quàm geſſerit, & quò potentiæ plus eſt, eò minus eſſe licentiæ. nouerit regem à populo non magis habitu differre quàm moribus. ſtudeat ab extremis æquo ſpatio diſcedens, uirtutem in medio ſuam ſequi. Ceſſet prodigalitas, abſit auaritia, illa opes uaſtat, hæc gloriam. ſit ſanè tenax famæ propriæ, ſit parcus honoris, ſit auarus temporis, ſit largus pecuniæ, & illud Romani ducis modeſtiſsimum animoſiſsimumque reſponſum, ſemper in auribus eius ſonet. Nolle aurum ſed aurum habentibus imperare. malit ſubiectos abundare, quam fiſcum, & intelligat diuitis regni, dominum inopem eſſe non poſſe. Calamitatum ſemper meminerit ac laborum, quos calamitoſa terra laboris, his temporibus paſſa eſt, tunc ſe fœlicem, tunc ſe uotì compotem, tunc ſe uere regem putet, quando criminibus alienis inuectas miſerias, propria uirtute diſcuſſerit, damna reſtituerit, ruinas erexerit, pacem confirmauerit, Tyrannidem oppreſſerit, reddiderit libertatem. Inducat in animum amare, quos regit, nam & amando amor quæritur, & nullum certius regnum eſt, quam præeſſe uolentibus. Saluſtianum illud dogma. Regni nunquam ex animo regis tui, non exercitus, neque theſauros præſidia regni eſſe ſed amicos, eosque nec armis cogi, neque pecunia parari, ſed officio & fide. & quæ in eandem ſententiam ſequuntur.

ſequunť. Cōcorditer uiuēdū eſſe cū ſuis, cōcordia enim paruas creſcere, diſcordia maxima res dilabi. Exēplo M. Agrippæ plurimū huic ſententiæ debeat, pq̄ & frater & ſocius, & amicus et Rex bonus fiet. Amicitijs poſt Deū, poſt uirtutē nihil charius habeat. quē ſemel amicitia dignū duxerit. nulla cōſilij parte ſubmoueat. ſequēsq; Senecæ cōſiliū, omnia cū amico deliberet, ſed de ipſo prius. Multū fidat, ſed nō multis, & inſtat. uerū amicū à blando hoſte diſcernere, ueras laudes accipiat, ut uirtutū ſtimulos, blanditias coērceat ut uenenū. Tardè eat in amicitiā, tardius inde diſcedat, et ſi fieri poteſt nūq̄. idipſum nō p̄cipitātèr, ſed pedetentim faciat, & ut eſt antiquo, pūerbio. diſſuat amicitiam, non diſcindat. qualē præſtat, talem ab alijs animum ſperet, neque à quoquam diligi ſibi fingat, quem ipſe non diligit. Error iſte potentum eſt. Liberrimi autem ſunt affectus, iugum non ferunt, dominum non agnoſcunt, nunqam amor niſi amore cogitur. de amico ſanè nihil mali cogitet, nihil temerè cuiquam credat, pellat ſuſpitiones, delatoribus aurem neget, pertinacius inſtantes arguat, non deſinentes puniat. Imperatoria uox eſt, Princeps qui delatores non caſtigat, irritat. Alexander Macedo, licet impetuoſiſsimus adoleſcens eximia tamen fiducia, contēpſit accuſatorem, & fœlix fuit euētus ut debuit. ſiquidem porrectam ſibi potionem à Philippo medico, quem amabat in manibus habenti, ſuperuenerunt literæ à Parmonione, quibus admonebať Philippū Darij muneribus expugnatum, necem eius hoſti promiſiſſe, itaque cauendas inſidias, & mortiferam potionem. his ille perlectis, protinus exhauſit poculū, & mox Philippo literas tradidit legēdas. obtrectatores alto animo deſpiciat, & ſic uiuat, ut eos uel in ſilentio redarguat probetque mentitos. Memorans Auguſtum reſcripſiſſe Tyberio, non eſſe indignandum, quod de ſe quiſquam malè loqueretur. Satis eſt enim, inquit, ſi hoc habemus, ne quis nobis malè facere poſsit. præclarè. alioquin plus haberet homoq̄ Deus, qui licet inacceſsibilis, ſit nec poſſit offendi, humanis tamen ſæpè cōuitijs attentatur. hac igiť in re rex tuus exerceat animū atq; aures, in qua non tantū huius omniū maximi ac modeſtiſsimi principis, cuius modo mentionem feci, ſed & Magni Pompeij ciuis ampliſsimi, & Pirrhi regis & Piſiſtrati Athenienſis tyranni, patientia commēdatur. Secretum uerò ſuum ab alijs inquiri æquo animo ferat, alienum non magnoperè ſcrutetur. magni animi eſt talia non curare. contrà autem propè par utrobiq; diffidentia. talis fiat qualis uideri uult. Tū demū in ſe nihil occultū uolet, nec magis horrebit hoſtis occultum quàm amici, nec pluris faciet conſiliū quā teſtimoniū æmulorū. Pari fiducia Scipio tot caſtris exploratores, Romanorū atq; Carthaginenſiū circūduxit, pari animi magnitudine, Iulius Cæſar, & captum Domitiū dimiſit, & tranſfugā Labienū ſpreuit, rerū licet conſcium ſuarū, & nō ſemel archana hoſtiū inuēta, nec unquam lecta combuſsit. ad hæc nō temerè neq; fortuitò ſereniſsimi titulū ſibi impoſitū arbitretur, ſed ut in animū eius Deo p̄ximū & humanis paſsionibus altiorem, nulla mœroris nebula, nullus flatus lætitiæ geſtiētis, nulla pauoris glacies, nullus libidinum terrenarum fumus poſsit aſcendere. Iram in principe turpiſsimam non ignoret, crudelitatem uerò nominari etiam nephas eſſe, eò funeſtiorem, quò noſcendi plura ſuppeditant inſtrumenta. ſentiant uerum eſſe, quod ait Tragicus:

Omne ſub regno graniore regnum eſt,

atq; ideò minaci tumore depoſito, communem ſe ſubiectis exhibeat, & quicquid in illos ſtatuerit, de manu ſui ſuperioris expectet. Superbiam, nec minus inuidiam plebeium malum credat eſſe non regiū. cur enim uel ſuperbire regem oportere, q debitor munerū tantorū, & tantò ſit obnoxius creditori? uel cur etiam inuidere, qui ſupra ſe neminem tàm multos autem infra ſe uidet? ueritatem totius fidei fundamētum eſſe non dubitet, & mendacio prouenire, ut uera loquentibus non credat. plurimum enim ueri parua falſitati aſperſione fuſcari. itaque ſi credi ſibi aliquid cupit, omnia uera loqui in conſuetudinem trahat, atq; ita linguam inſtituat, ut mentiri neſciat. quid enim ridiculoſius, dicam an periculoſius rege mendaci? ſub quo neceſſe eſt incertam trepidamq; Remp. fluctuare? ſtabile prorſus ac ſolidum uerbum eſſe debet, in quo fundata eſt tantorum ſpes ac tranquillitas populorum. Cur autem mentiatur, cui maximè expediat, nullum ſi fieri poſsit uſquam eſſe mendacem? cur aduletur, qui nullum metuat, nihil ſperet? quos adulatorum ſtimulos

ſtimulos non impropriè uideor dicturus. cōtra etiam, cur ſe iactet, cum laudare ſeipſum rebus deceat non uerbis: cur minetur, cum ſola ualeat fronte terrere: cur in quēpiam excandeſcat, cum poſsit etiam tranquillus ulciſci, poſsit & parcendo uindictæ genus nobiliſsimum exercere: caueat præterea immoderatius exultare, occupationes circumſpiciens immortales, deſinat triſtari, honores ſuos & diuinam erga ſe munificentiam recognoſcens. nulli ſe negare audeat, cum non ſibi ſoli, ſed Reip. natus ſit. Compertum habeat, ſe res ſuas agere, quotiens ſubditis opem ferret. Sit æquitate temperatus rigor, ſit ſeueritas mixta clementiæ, prudentiæ inſit alacritas, maturitas celeritati, ſecuritati cautio, modeſtiæ iocus, autoritas leuitati, ſit in geſtu decor, conuiuio ſobrietas, ſuauitas in ſermone, in repræhenſione charitas, in conſilio fides, in iuditio libertas, in riſu tarditas, modus in accubitu, grauitas in inceſſu. ſit enim calcar in præmio, frenum in ſupplicio, ad illud ardenter ad hoc pigrius accedat, alio uultu ſuperbum hoſtem, alio ciuem noxium feriat. illic exultet, hic doleat, exemploq; ducis eximij, ſuorum ſcelera inuitus tanquàm uulnera atringat, quæ niſi tracta tractataquę ſanari non poſſunt, ut Liuius ait, & cum gemitu ac lachrymas, haud ſecus quàm uiſcera ſecet ſua. affigatquę animo regem miſericordia ſimillimum Deo fieri, & penitùs erraſſe Philoſophos, qui miſericordiam damnauerunt. Magnanimitatem peculiarem regibus eſſe uirtutē, ſine qua nec regno nomine digni ſunt; humanitatem ſi adſit, non uirtutem eſſe hominis ſed naturam, ſi deſit monſtrum potius eſſe quàm uirium. eò magis regis debitum, quò magis reliquos homines debet excellere. Is qui primum in hominibus locum tenet, eam quæ in hominibus pulchra ſit, eſſe pulcherrimam in principe caſtitatem. nil pudico rege formoſius, nil obſcœnius impudico. gratitudinem mutis etiam animantibus inſertam, turpiter humanis abeſſe pectoribus, eam cæteris ornamento regi etiam præſidio fore. Ingratitudinem regi neruos roburq; corrumpere, dum & obliuioſo piget obſequi, & ingrati animi uoraginem fundo carentem, permittis explere muneribus. denique oneroſo honore, & onerato ſe preſſum onere fateatur, eumquę qui rex fiat, & ſi autem fuerit expeditus, ac liber, ex illo tamen honeſtam ſuſcipere, ſed laborioſam ac ſollicitam ſeruitutem, & ſub qua publica ſit libertas, uiuendumquę ſibi deinceps exemplaritèr. Exemplo enim regum regna componi, & requiti ſolere de manibus præſidentum, quicquid uulgus errauerit. Nihil ſibi proprium uelit præter ſceptrum, & diadema, & quæ hinc oritur curam de ſalute, omnium glorioſam ſed difficilem, ac multorum capitum hydræquę non diſſimile renaſcenti. Præſtet acrimoniam ingenio debitam, uerecundiam ætati, uirtutem generi, impio maieſtatem. Purpuram ſpernat, contemnet gēmas, deſpiciat uoluptates, & irrideat uniuerſa quæ fugiunt, æterna ſola ſuſpiciat ac miretur. Arma, equi, literæ, ſupellex regia, pax, & bellum, exercitationes regis ſint. utrobiquè Romanis artibus regnet, quæ ut Maro meminit:

paciq; imponere morem.
Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos.

Poſtremò norit hanc uitam aliam eſſe magni diſcriminis, non ad ludum iocumquę, non ad iners ocium, non ad degenerem luxū, Ad nihil aliud demum hominibus datam, quàm ut breui merito æternitatis aditum pandat, & famæ materiam ſempiternæ. Itaque rerum ſe bonarum docilem prebeat, cupidè legat, atque audiat maiorum geſta uirorum, & exemplo illuſtrium ſit ſcrutator ſollicitus, & feruidus imitator. Illud nominatim demum teneat, quod olim ab illo magnifico inimicarum urbium euerſore ſeruatum in exercitu Numantino, multis deinde Romanis ducibus diſciplinæ militaris exemplū fuit, ut ſicut ille caſtris, ſic iſte urbibus ac regno inſtrumēta luxuriæ depellat, & mores longa licencia deprauatos corrigat, ſine quo ſpes ſalutis, non dicam uictoriæ nulla eſt, hoc ab ipſo illo, alia ſumant ab alijs, è quibus omnibus perficiat clarū uirū. quotq; inſignia nomina præceſſerūt, tot ſibi magiſtros uitæ, tot ſibi duces ad gloriā datos ſciat, nō minus interdū accēdūt generoſos animos exēpla, quā premia. nec minus uerba quā ſtatuæ, iuuat laudatis ſeſe cōferre nominibus, & pulchra æmulatio eſt, quæ de uirtute ſuſcipitur. Ac ne curioſa inquiſitione tempus teram, habeat ante oculos rex tuus, nō peregrinū uetuſtūq; ſed recens ac domeſticū uirtutum omnium, niſi me amor fallit, exemplar idoneum, illuſtrem ad diuinum eius pa-

truum

truum Robertum, cuius quàm regno utilis uita eſſet, mors damnoſiſsima declarauit.
Illum intueatur, ad illius gloriam ſe nitidiſsimo ſpeculo contempletur. Ille ſapiens,
ille magnanimus, ille mitis, ille rex regum, erat. Illum ut tempore, ut ſanguine, ſic ani-
mo ſequař, & moribus. ſæpe enim cũ cæterarum rerũ, cũ præcipuè ingeniorũ immutatio
fœlix fuit tã bonus eſt, qui fieri bono ſimiliter ſtudet. Multa dixi, ſed præ magnitudine re-
rum pauca, plura etenim ſunt quæ reſtant. tu quidem ꝓpè omnia p̄clariſsimè Vir, humeris
tuis ſentis incũbere, uerũ magno moribus, nihil eſt arduũ, nihil durũ, nihil graue, niſi nõ a-
mari. Id tu cauſari non potes, de alumni tui amore, iuditioq; certiſsimus, duxq; & auriga
conciliorum eius, non Chiron Achilli gratior, non Palinurus Aeneæ, nõ Philoctetes: nõ
Lelius Africano. Eia ergo ꝑfice quod cœpiſti, omnia fert enim charitas, omnia uincit a-
mor, ꝑfecto autẽ, q gloriæ partẽ petit. cõſequẽs eſt, ut ſollicitudinis partẽ ferat, aurũ ꝓfundè
fodit, de longinquo uehunř aromata, Thus Sabeis ſudat arboribus, Muricẽ Sydõ, ebur
India, margaritas mittit Oceanus, difficile paratur omne, qđ in p̄cio eſt, nõ eſt q̃ſitu faci-
le, p̄cioſiſsima rerũ uirtus, auro ſplẽdidior fama eſt, labore q̃ritur, ſtudio detergiř, diligentia
cuſtoditur. Roſa inter ſpinas habitat, inter difficultates uirtus, inter curas gloria, illic di-
gnus periclitãdus, hic animus, hũc tu igitur glorioſiſsimis accinge primordijs, dũ enim cõ-
ſumaſſe puras omne, incipies, hũc optimis & regis & reip. curis exerce, qbus exagitatus,
& fœlicius hic aget, & poſtquã hinc abierit, Cicero opinatur & nos ſcimus, uelocior ad ſe-
des æthereas ꝓuolabit. Vale patriæ decus ac noſtrũ. x. Cal. Martij, Auionenſi. M.CCC.L.

Fran. Petrarcha Amico ſuo. S.

ONerabo te literis, obruam te papyro, non ſinam te aliud legere, quàm nugas meas,
nullum reſpirandi ſpatium dabo, comminatus ſiue pollicitus eram, tibi breuiores de
inceps epiſtolas meas forma, quod occupationi noſtræ debitum erat, ne dicam faſtidio e
orum, qbus omnia ſunt ꝓlixa, niſi quæ hæbes atq; inſolens eloquẽtiæ ſuæ forceps, abſcide
rit, nũc ut uideo multiplicař, & creſcũt, nil amicitia loquatius, amicorũ collogo, nulla enim
breuis uox, nullus nõ anguſtus dies fuit, cupidũ dũ cõuenerit amicorũ par, improuisè
fugiunt horæ, nõ loquentib. tẽpus, nõ ambulantibus rura ſufficiunt, non gelu, non æſtus,
non fames, non laſsitudo ſentitur: *Omnia uincit amor:* Duo ſunt benè inſtituti
animi ſolatia, literarũ ociũ, & fidelis amicitia, duo tædia, occupatio & turba, ultimũ in urbi-
bus primũ, illud optimè in ſolitudine, & in Helicone noſtro ſemp expior, ſiue mane ſolus
in ſyluas ierim, ſiue dulcis interuenerit amicus, nullus eſt finis, non prius obire ſolem,
quàm abijſſe perpendo, ſin ueſpertina cõgreſsio eſt, nõ axem flecti, non ſtellas labi ſentio,
denique non fugam noctis intelligo niſi ſolis aduentu. Ego quidem perlibenter ſum te-
cum, nunquam non præſentior es mihi, quàm dum uel te alloquor, uel loquentem audio,
hic & epiſtolarum tuarum iſta cupiditas, & prolixitas mearum. Inuitus enim auellor, allo-
quor te dum ſcribo, audio te, dũ epiſtolas tuas lego, utrobique te audio, tecum ſum hodie,
ſanè, quia ſerium nihil erat, & intermiſsiones occupatis animis non minus quàm exhau-
ſtis agris utiles eſſe ſolẽt, aures magnis rebus parũper ablatas, nõ inamœno ridiculo ꝓſta-
bis. Theophitus qdẽ ille, quẽ hactenus neſciebã, eo q; literas tuas illũ loq̃ntes de manibus
non ſuis acceperã, ab ipſo die, dũ fortè huius ſociã ſcriberẽ, ad me uenit, cũ ueſtibulũ priùs,
atq; atriũ totã ꝑ domũ uerbis impleſſet, nihil mot᷑, ab aſſuetis enim nõ fit paſsio, excipio
hominem, uultu quã animo lætiore, nõ q; aut me etiã intermiſsio nõ delectet, aut hoſpitẽ
nõ amẽ, ſed q; tẽpe minus idoneo obambulens, & neſcio unde reuehẽs, meliorib. curis, nõ
ſatis opportunis inceſsiſſe uideretur, quid multa: concedimus: Incipit ille de inexhauſto
fonte uerborũ, immò uerò continuat, iam enim antequàm limen attigiſſet inceperat:

Demitto auriculas ut iniquè mentis aſellus:

cum grauius dorſo ſubit onus. Ille mox urgebat inſtare, linguæ fuſtibus, ad piſtrinũ agere,
ego autem nihil, niſi q; dũ ille mihi linguã ſuam, ego ſibi aures meas accõmodo, ita illinc
loquẽdo, hinc tacẽdo, impari pugna cõſeriř, dum in hoc ſtatu res eſſẽt, hortari illũ incipio
ſubducat equum, ſeq; familiari prandio, cuius iã tẽpus inſtaret, æquum præbeat. Ille aũt ad
hæc ſurdus, ſed non mutus, ad propria cœpti ſermonis torrente profluebat, multa de te in
primis

primis, quàm mihi, q̃ illi ſiidẽ amicus, mirari cœpi quiſnam iſte Dionyſius, qui nobis quoque tertius acceſsiſſet, Damonis aut Phitiæ moribus ſimile, nihil habens, nec ſatis intelligere, unde ille te noſcet, de me enim nõ miror. ab extrema infantia, neſcio quo ſidere hæc me lingua pſequitur, nec mutaſſe climata, & effugiſſe patriam me iuuat, in te noſtra omnis admiratio, ut nobis non animus modò, ſed fatũ idẽ, ut euntibus uia ſacra Bolanus idẽ ſemper obulus, qbus enim ad te ille tramitib. penetraſſet incertus erã nec meminerã, me illi aditum pbuiſſe, cũ enim ante aliqt menſes, ille mihi ſub ardẽtiſsimo ſole puluerulẽto, & arcto quodã loco occurriſſet, meq; cõfeſtim ex more uerbis aggreſſus eſſet, nec ſpes operis ſupereſſet, aut fugæ, ſed hinc ſol, hinc puluis, hinc cicadæ, hinc Bolanus iſte certaret qd facerẽ, iubebat ille aliqd ſibi cõmitti in patriã, ad amicos, negabã ego cõmiſſo opus eſſe, ille tranſuerſo quadrupede, o ccupatis anguſtijs, obſtabat, cœpi conſiliũ ex tẽpore, utiq; te meis uerbis ſalutaret impoſui, ita cõtentus ille miniſterio ceſsit, & ego è manibus amici hoſtis euaſi, ratus id uerbũ, q mihi elapſum eſſet, nequaq; tãto ſtudio colligendũ ſeruandũq;, ſed uerborum impiger agricola loquẽdi ſemẽ oblatũ, nõ tã ſterilibus ſulcis mandat, qn tàm centeſimũ fructũ ferat, ſic ſemẽtis exiguæ copioſiſsimam meſſem referens, capax horreũ, patulæ auris impleuerat, multa ſuper Priamo cumulans, ſuper Hectore multa, ſuper te aũt ante alios, quæ ſtylo quolibet ad me perlata mulcebãt, cætera uerò rãcidiora, de ſeipſo, de amicis, de cognatis, de affinibus, de uernaculis, de clientulis, omniq; ſodalitio, de uniuerſa familia, quid germana, qd neptis, qd uicinæ omnes agerent, poſtremò de canibus ac lupis, de leone patrio, de tota Rep. de pſide prouinciæ, de primoribus populi, de ſterilitate annua, & de innumerabilibus alijs, q̃ memoriã uincũt, ut nõ minus ego, q̃ apud Milonem ſuũ Apuleius poſſet, ſi nox eſſet, nõ modò ſomnolẽtus balbutire, ſed ſtertere, conatusq; ſolis fabulis cubitũ ire dũ ecce cocus increpitãs, horam prandij tranſire denſiciat, nihil ille lenteſcere, ſed enixè q̃dam excuſare, q literas ad me tuas quas afferre debuerat pmiſiſſet, nũcij celeritate fortuiti, feſtinationi tuæ cõſulẽs, nec dũ talia dicente illo: ô ſegne cerebellũ, ſubibat animũ quid præſagij eſſet, ita mihi perſuaſeram, illum in ſomnio fabulare, inde cum miris modis obtũderet, ut iam in labijs eſſet illud Horatij: *Conſice, namq; inſtet mihi fatum triſte,*

ſubito expergiſcor tacitusq; reſpicio, ut noti noua forma uiri, ut religio ſine literis, ut cætera omnia, quæ epiſtolæ conuenirent tuæ, ſimulq; ad meipſum redeo, & mecum poſſet' ne is eſſe Neophytus quẽ mihi pridiè meus ille ſapidiſsimo ſale deſcripſerat? Ille eſt haud dubiè. En rudis & noua religio, en illa uerborũ largitas, ſingula conueniũt, ille eſt: talia cogitantẽ tantus riſus arripuit, ut nec rationis freno, nec cõmorſicatis digitis, nec ulla meditatio dolendarũ rerũ cohibere potuit, tũ liquido expertus ſum eſſe ut aiunt: affecti animi motus indomitos: ut uerò ridentem ille me uidit, q̃ſiuit quid rei eſſet, admirans: ingenio impigro erat opus, nec enim cõſultandi, quid loquaciter ſpatiũ inopina res dabat, ex improuiſo reſpõdẽdũ erat: uerũ enim uerò ex hominis habitu, materiã reſponſionis arripio, et heus, inq;, qs nõ ſtupens rideat, q te meminerit armorũ gloria paulò ante clariſsimũ, eundemq; nũc uideat tanta gratia religionis inſignem? utramq; uitæ uiã, multũ diuerſis ſtudijs, breuis ſpatio tẽporis honeſtaſſe: lætari pconio uiſus eſt, et rauco plauſu titulũ bellicæ laudis amplecti, ſeq; ptinus in talos attollere, q̃ grãdiuſculi formã bellatoris indueret, hæc inter diſcubuimus, ille plenus lætitia, cibo feriari cõtentus, bibere et loq, ego aũt ſatis habui audire, & ſilere, & uiciſsim erupenti cachinno frena ſubſtringere, cũ totus non niſi de re Militari ſermo eſſet, q̃liter arma mouẽda, qualiter ferẽdus hoſtis, qualiter declinandus, Phormionẽ illũ dicẽs, niſi q ego Hãnibal nõ erã, cæterũ noſtri quoq; ſeniculi, mirus feruor, & inexhauſta copia pegrinæ materiæ, ſingula nutu quidẽ approbabã, nã hæc loqui poterã, nec ſi poſſem, ille pmitteret: ſic totus ille tranſiſſet dies, niſi publicũ horologiũ, quo ultimo inuento, per omnes ferè iam ciſalpinæ Galliæ ciuitates metimus tẽpora, plium diremiſſet, admonitus enim diẽ ire, ſurrexit. Ego illũ ad limẽ cũ pueris pſecutus ſũ, et egregiũ bellatorẽ, uix omnes ſubſtulimus in tergũ equi, cui ad capellæ ſqualẽtis effigiẽ, pter cornua nihil deſit, cũ interea nil niſi rei militaris, epilogus loquereẽ, qd te in uerbis tenes? uix tandẽ inde diuulſus eſt, neſcio hiſtoriæ finẽ, nutantes ruinãq; minitantes abierũt, neq; cõpertũ habeo, in quã foueã æquus

ſeſſorq;

ſeſſorq; ceciderit, quod extremum petijt fuit, ut per me tibi, per te familiæ eius innoteſceret, cum huc corpore quidẽ, ut ipſe ait, ut ego teſtificor lingua incolumẽ perueniſſe. Vale.

Fran. Petrarcha Amico ſuo, S.

RIſi ut iubebas, non ea tamen, qua iubebas ratione, ſed alia quadam, neq; enim ideò, quod tibi tãtiſper Latini ſermonis ueſtigia titubaſſẽt ridiculũ extimaui, ſed quod titubaſſe tam grauiter puduiſſet. Ita ego te unius uerbi, immò unius ſyllabæ, immò uerò unius literæ ſollicitũ uidi, q̃ tibi quidẽ elapſa, & haud duriter aurib. meis illapſa erat, ut dicerẽ ô doctiſsimorũ licet hominũ curas? cui enim q̃ſo nõ idẽ poſsit accidere? Cicero noſter ſummus Latini eloquij parens eſt, proximus illi Virgilius, ſeu quoniam de hoc ordine dubitaſſe quoſdam uideo, ſunt certè Romanæ facundiæ parẽtes Tullius & Maro, quod qui mihi negauerit nil ipſe ſibi conſenſerim, utriq; tamen Grammaticale eſt, integrarũ etiã dictionũ, cuius tædio Cicero ipſe in epiſtolis ab Attico ſuo poſcit auxiliũ, quo ſe magna moleſtia liberandũ dicit, at qui ſiquid eſt in arte Grãmatica, ubi titubanti labentiq; uenia debeatur, in Præteriti perfecti propemodum ambiguitate poſuerim, cum ut Grammaticorũ princeps ait, ipſi probatiſsimi artiũ ſcriptores, non omnino certis hæc regulis diſſeruiſſe noſcantur, ſed non ego perinde, tibi nunc excuſationes aucupor, quaſi ille tuus, & non calami potius, quam inaduertentis animi lapſus ſit, quod ipſum quoq; uenia dignũ erat, hic uerò tam nihil culpæ eſt, ut nullus ueniæ locus det, quãdo enim ingenio tuo, oriq; aureo excideret, q; proculdubiò ſi uel in ſomnis loquereris aduerteres, multa furatur calamus; & plura ſæpe magnis ingenijs & magna tractãtibus. Nihil habẽti nihil eripitur, magnorũ domini parua dãna non ſentiunt, pauperis eſt numerare pecus inqt Naſo, ſic eſt ingeniũ locuplex, quaſi diuitis heri domus, quæ quò maioribus aucta lucris, eò magis ſeruilib. furtis obnoxia eſt, tu ergo perfluxi dicere uoluiſti, & profectò dixiſti, calamus iugi opere fatigatus gemina ſubticuit conſonantẽ parce ſuſpitionibus, tã maior es, quã qui uel obtrectatorũ iuditio, in talib. per ignorantiã labi paſſis, ſed uide oro cogita, & intẽde acriter, nõ tãtũ ſtylo ne obſit, ſed ut animo proſit error calami, uide amice quanto nobis omnib. qui puluerẽ paleſtræ huius attingimus, maior ſit eloquentiæ cura, quàm uitæ, & antiquius famæ ſtudiũ quàm uirtutis, quanta quæſo uigilãtia cauemus, ne quid in ſermone ſordidum, incultum ue ſit, cũ uitæ interim negligẽtes, multa ibi ſqualida prorſus & horrẽtia contemnamus. Ita paucorum humanorũ ſeruantiſsimi, diuina iuſſa trãſgredimur, quando ut benè uiuamus, lex immobilis Dei eſt, ut nõ ſic aut ſic loquamur, humanũ placitũ atq; cõuẽtum, quotidiani uſus imperio motũ, ſæpe mouendũq;. hæc nimirũ eſt illa peruerſitas quã parer Auguſtinus in Confeſsionibus ſuis deflet. cuius uerba quoniam mihi placuerant, & tibi placitura ratus inſerui. Vide inqt, Domine Deus meus, quomodo diligenter obſeruent filij hominũ pacta literarũ, & ſyllabarũ, accepta à priorib. locutorib. & à te accepta æterna pacta perpetuæ ſalutis negligant, ut qui illa ſonorum uetera placita teneat aut doceat, ſi cõtra diſciplinã Grãmaticam, ſine aſpiratione primæ ſyllabæ hominẽ dixerit, magis diſpliceat hominibus, q̃ ſi contrà tua præcepta hominem oderit, cum ſit homo. multa tibi præterea in hanc ſententiam queritur nec iniuſtè. Cum enim eloquentia ſit paucorum ualdè, uirtus aũt omniũ, q; eſt paucorum omnes appetunt, quod eſt omnium nemo. Nemo enim hoc Grammaticæ tanum exprobatum putes, quem mihi Poëtarũ dabis, qui non prius eligat uita claudicare, quã carmine? quem hiſtoricũ, qui cum res omnium ſæculorum literis, quod memoriæq; mandauerit, qd reges egerint aut populi, quæ rerum ſeries, quæ tẽporum alios docuerit, quid ipſe agat, rerumq; ſuarũ ordinem, uitæq; breuis reddere rationem uelit aut ualeat? iam ut percurrã reliquos. oſtende mihi Rhetorem qui nõ magis orationis deformitatẽ horreat, q̃ uitæ. oſtende mihi Dialecticũ, qui non ab effectibus proprijs, ab concluſiuncula uinci malit, q̃ aduerſarij? Sileo Arithmeticos & Geometras, qui omnia numerant, omnia metiuntur, unius animæ numeros ac menſuras negligunt. Muſici numerum ad ſonum referunt, huic ſtudio omne tempus impendunt, hi ſunt qui cõtemptis morib. tractãt ſonos, Ciceronianum illud obliti. Maior & melior eſt actionum, quàm ſonorum concentus, illic ne diſcreparet elaborãdum

erat,hic ſperni poterat,in quo tanto opere laboratur. Aſtrologi cœlũ luſtrãt,aſtra connumerent,auſi rem ut ait Plinius,etiam Deo improbam,quid imperijs aut urbib. euenturum ſit,tanto ante denũciant,quid ſibi quotidie eueniat,non attendũt,lunæ ſoliſq; defectus prouident,præſentem eclypſim animæ non uidẽtes. Iam q clarũ Philoſophiæ nomẽ habent, uel rerũ cauſas quærunt uentoſa iactãtia. Scire aũt negligũt,quid eſt Deus rerũ creator omniũ uel uirtutes loquendo deſcribunt,uiuendo deſtituunt,poſtremò qui ſibi nomẽ honeſtius præſumpſerunt,& diuinorum ſcientiã ſunt profeſſi,quo deciderint uides. Ex Theologis Dialectici,atq; utinam nõ ſophiſtæ. neq; enim Dei amatores,ſed cognitores, neq; id eſſe cupiũt,ſed uideri. Itaq; cũ alterũ ſilẽtio ſequi poſſent,alterum ſtrepitu conſequuntur. en quo mortaliũ redacta ſunt ſtudia. O ſcires,quãtus nũc me urget impetus,quãtus docẽdi calor accẽdit, ut de his copioſiſsimè diſſerã,ſed maior confuſior'q; rerum area eſt,quã quæ præſenti calamo uerteri queat,& niſi fallor,ſup iocoſo tui breuis epiſtolæ fundamẽto, ſatis ædificatum eſt. Ad hæc & mih ſemper optatæ ſolitudinis,ocij'q; dulcedinẽ,quanta nuper in uilæ frequentiæ,& inſperatarum occupationum amaritudo cõſperſerit,forſan audiſti. nimiùm diù fœlix fueram,nimiùm diu liber,nimiùm meus. inuidiſſe fortunam dicam, an fortè cœlitus,ac eſſet ne laſciuire animus uoti cõpos inciperet: fateor enim ſolitudo,ocium,libertas,tamen niſi perfectæ uirtutis conſumatiq; animi bona ſunt. unde me multum abeſſe ſentio,& lugeo,profectò autem animo paſſionib. obſeſſo,nil ocio peius,nil ſolitaria libertate damnoſius,tunc obſcœni ſubeunt cogitatus,ſubit inſidioſa luxuries,blandũ malũ,& familiaris occiſarũ mentium peſtis amor,quib. ego me laqueis abſolutum rebar,ſed forte fallebar,ferenda fidelis medici,licet aſperior manus, fortè latentib. conſulitur malis,aut rediuiuis morbis occurritur: & fortè breui incõmodo, lõga præteriti uenturiq; ocij fœlicitas cõmẽdatur. Certè ego dum fata Deuſq; ſinebãt,ocio meo cupidiſsimè fruebar,& fruerer ſi mãſiſſet. nẽpè q in finẽ ualde optas,ut merearis inter diſcipulos meos dici,qđ niſi nimis amicũ,& modeſtũ & humile notũ eſt: inter amicos diceris,eoſq; nõ uulgo,ſed ut docti uocãt quorũ uides quanta penuria eſt. ego te quidẽ,ut ſtudiorũ & uoluntatũ omnium,ut patriæ nominiſq; participẽ habeo,ſic ſi quid id eſt,& gloriæ uelim,haud ignarus,fœliciter me hoc contubernio mercari opulẽtã'q; ſacietatẽ,magnã'q; lucri ſpẽ,paruo mihi famæ peculio cõparari. Et uale.

Fran. Petrarcha Guilielmo de Paſtrengo, S.

HEus chare,quibus'nam luce latibulis lates? quibus in abditis abdẽris? en ad Lelij noſtri pergo fores,te peto,uox non datur,pulſo non aperitur, quorſum hæc? egredere, coràm cupido tu exhibe,fare,age,coràm quem quæritis,adſum.

Fran. Perrarcha Guilielmo de Paſtrengo, S.

DIgne quidẽ admirans,quibus ego latebris deliteſcerem quærebas,aut quid nouæ rei contigiſſet,ꝓpter q tibi oris mei præſentia,ſolito rarior occurreret, & nũc aliquãtò dignius miraberis,quid hic præſtigij ſit,q cũ relicto rure,mihi hac pſertim anni parte gratiſſimo,faciem tuam uiſurus,ad odioſam ſemper ciuitatem redijſſem,te inſalutato,ſic repentè diſceſſerim. Vtriusque ergo rationem accipe, quam breuiſsimis uerbis, digerendam fortè latius apud te. mihi enim & nuncius hic, & ſol ad Oceanum properans, breuiloquium ſuadent. Subegerat me ſibi pridem uita lautior,ea quæ in urbibus agitur, & in ea urbe potentiſsimum, ubi tu nunc es,illic multos per annos,quas miſerias,quos ue labores pertulerim infœlix,non epiſtolæ breuis opus eſt,quibus tandẽ exagitata mente cernens, nullam niſi in fuga libertatis,ſpem relictam retrahentibus,quanquam his, quibus me amando perditum ire mos fuerat,profugi,& eripui, meipſum periculis quacunq; patuit uia. atque omnes fortunæ minas perpeti decreui, dum mihi uel propè mortem aliquantiſper uiuerem. Cœperat enim ſenſim quod optabam contingere,& animus ex diuturnis compedibus relaxari inenarrabili quadam dulcedine,& cœleſti uitæ ſimillima. Sed quanta eſt duratæ conſuetudinis uis. ſæpe ad huc'infauſtam mihi ciuitatem repeto, nec ullius unco neceſsitatis tractus,ultro in laqueum redeo,& ex portu totiens naufragiũ paſſus,relabor in pelagus,quibus urgẽtibus flatib. incertũ eſt. Mox omne mei ius eripit,mihi undiq; uentorũ rabies,undiq; fluctus & ſcopuli cœlũ undiq; & undiq; pontus, poſtremò

mors

morſundiq;,& peius morte ultæ præſentis tædium & uenturæ metus ante oculos." Quod itaque me his proximis diebus uidere nequiueris,ſcito nullam cauſam fuiſſe aliam, niſi curæ ueteres exedentes cor miſerum, confeſtim ut me in mœnibus ſuis inuenerunt, tanquam fugitiuo & contumaci ſeruo,iniecerãt manum,& iam mihi flagra nota cernebam, iam carcerem,iam cathenas & uerbera,cum uelut experrectus.noctu quia luce non poteram euaſi.Ignoſces igitur,ſi & me uidere poſſe te, non uiſo abiĳ & aduerſus uulgus inſanum,cauſam meam ages,à quo dementiæ arguor;quod quietem ruris,urbanis ipſo recla mante prætulerim. Vale memor noſtri.

Fran.Petrarcha Guilielmo de Paſtrengo, S.

HAud equidem fugam tuam,æquo amice ferebam animo,priuor nãq; conſpectu grato,careo dulci eloquio,ueras nõ audire datur uoces,nec mente profectò concipio, quo'nã pacto eius, queat nõ eſſe triſtis abſentia,cuius cõuerſatio fuit dulcis, ſed tabeſcenti ægroq; animo,curarumq; undanti fluctibus,epiſtolæ tuæ occurrit lenimen,hac edoctus te carceris exoſi euaſiſſe clauſtra,uincla rupiſſe,laxaſſe compedes,ergaſtula reieciſſe, procelloſum tranſnaſſe ſalum,cupito appulſum littori, optato potitum ſolo, edaces animi ſedati ſunt turbines, & furenti freto,lenis ſuborta tranquillitas.Liber nunc uolatus tui liberi,de plurimis pauca referre,uidere nempe ſæpe te uideor, parente Memnonis equis euecta roſeis,auium concentu dulciſono, prælabentis riui garrulo excitum murmure, per anfractus collium roſidos montium,iuga conſcendere,& herbido ſedens ceſpite, mare fortè ueliuolum,culta terræ,iacenteſq; de ſpicis terras.non pugillares deſunt, meditaris ſedulò, ſemper aliquid ſcriptitas,ut te tibi meliorem reddas.Delio cœli petente ſumma,domũ repetis Fabriciĳ,Curiĳq; nõ aſpernatus epulas,membra pauliſper à thoro leuas.at cœli mediĳ,rapidos ut ſummoueas ignes,uallem illam uere Clauſam ingrederis, ubi ſole iã in gyrũ flexo montes ad ortum umbram faciunt,illic fons ille mirabilis,ex radicibus ſcaturiens, rupium centum fermè perora,argenteas ſingultans aquas,totidem uomit fluctus,qui grãdi fragore,rapidis per uallis ima præcipitatis uerticib. inter ſaxa confraga,rauco murmure ſonantibus,alliſus ſcopulis,amœnũ pòſt paulò creſcit,in amnẽ. Illic antrũ illud ingens, atq; terrificum,laticibus nũc ſilentib. tacitum,nonnũquã horrendos fluctus eructuans,miram gratamq; æſtuantib.temperiem præbet.Ibi ſpecus alter aquis illimibus, uitro candenti lucidioribus imminens,nympharũ ut reor domus,Illic tibi certam delegiſti ſedẽ, hunc iuxta craſſa ſedens in umbra,uatem ſuum ſaxo repetẽs, dum protegit hædera,oblectãte proſpectu,amœnas oculos paſcis intuitum, ibi tui acumẽ intendis ingeniĳ perſpicacis. In ſibi de ſede animi archana depromis. Tunc Helicõ,Aganippe,Aon,Pierides,præſto ſunt, tũc Fauni,Nymphæ,Satyri, Panes,Naiades:Oreades,Dryades tibi plaudunt,tibi cõcinunt.orbis tũc delitias,fugacem reputas umbrã,nec his comitatus choris torpes ocio,deſidia marces, uacas omnino, nõ inde pfectò ante diſcedis,quã tabellas portes plenas,licet manus ut plurimũ uacuas, bonus huiuſce non ſolus,ut fortè autumas amice potiris,adſum coràm, tecũ fruor pariter refocillor,exulto, & creſco.Dilecte Vale,eiuſq; q tu alter eſt, memoriã habe.

Fran. Petrarcha Guilielmo de Paſtrengo, S.

TEnes memoriæ diem illam,qua de patria mea diſcedens,Piſcheriam appuliſti oppidũ ſanè munitum, decorum,mirabileq;,hoc ſolis ab ortu Benaco ex patre,per paſcua læta prælabens,alluit Mintius, hic poſt largas dapes quieti dediti, honeſtis ſermonibus inſomnem parte ex magna traximus noctem.Illuſcente die,conſcendimus equos,non auroræ uibrantes detexerat radios,nuſquam cœli læta facies,triſtem nubila tenebant lucem.iam mœnium liqueramus ſepta,camporum tenebamus culta, iam parẽtes exieramus in agros, cũ ſubitò uiſib. noſtris,hinc Benaci placida ſe offerũt terga,illinc Licana ſylua,diffuſos explicat ſaltus,feſtinares licet uotis iter, captus'ne loci amœnitate an amici,quẽ relinquebas dulci præſentia, pigrius incedebas. uentum erat ad locum,quo limes breuis Veronen. ſoſum à Brixienſibus diſcriminat, amenti ſimilis,continuiſti animam atque amantis implicitus collo,in hæc tãdem uerba rupiſti. Diſtrahor à te chare,regionis exteræ futurus incola, nunquam fortaſſe meis te præſentabis obtutibus,fidus ſemper dubitabit amor. Nulla unquam ſæcula,

quam ſæcula, diſtãtiam ueram obliterabunt amicitiam, me poſſides, ego te, Vale dilecte
ſit tibi cura mei, ſit mihi cura tui:
& Vale dicens parce quæſo, lachrymis non pepercisti. at ego diſtractus mente, mœrens corde, imbre ſuffuſus, oculos nil aliud potui dicere, preter, Erit diuellimur, abeuntem uiſu proſequor, ſpectare iuuabat, morantem uix retrahunt comites, ſæpius lumina torqueo, lucem illam elinguis ferre pertranſeo. curarum nutrix ſequitur, nox fugatur, ſomnus membris non datur quies. Dũ profectionẽ tuam mẽte agito, cœli inclementiam, ſoli malitiam, ardua montiũ, lubrica ualliũ, obruta niuiũ, lutoſa camporũ, uentorũ rabiẽ proluuiones torrentum animo uerſo, ſolabar me, curasq́; his demere tentabam dictis. uiget ætas, ualent mẽbra pernicia, robur adeſt, ualitudo ſuffragatur, iuuentæ flore potitur, præſtat animus, cũcta uirtuti cedunt, nũc ſollicitudinib. huiuſce liber, edomitis alpibus, ante reuerendiſsimorum patrũ ora uerſaris, huic ſemita cedis, caput aperis, aſſurgis, illi alteri dexterã porrigis, & nõnunquam de more patrio in oſcula ruis, nunc in Agricolæ noſtri æde iactaris, uacas ſacris, eliſias circum agis ſedes, columnæ adhærens Paphicæ ſacras colis lauros, frondis delphicæ in umbra gratularis Gratulor & ego, nec liuoris felle torqueor, ſed exuberanti gaudio ſatior. Vale fœlixq́; uiue, mi luce charior.

Fran. Petrarcha domino Guilielmo de Paſtrengo. S.

GRatiam tibi habeo uir optime, quod te mihi adeò morigerũ præbes, ego enim multo malim ſtudijs meis, quàm uoluptatibus opem ferri, quamuis & ſtudia ſuas uoluptates habeant immarceſsibiles, honeſtasq́;, quas nulli hominum notiores arbitror eſſe, quàm tibi, libro illo ualde egeo in Virorũ illuſtrium congerie, cui hos humeros qualeſcunque ſubieci. Oro ergo feſtina, ſcis quàm carum eſt, tẽpus, horas & momẽta librantibus, inſup & pro eo nominatim gratias ago, q̃ me tam debiti admones officij, tentaui ut ſuadebas, q̃ per meipſum feciſſem, & iam cœperã, ſed tarditatẽ meã noſti, & cõtemptũ rerum, ita enim mihi cõtingat mori, ne totus moriar, ut multa uerſanti, ineptiſsima fabula & prorſus inane ſomnium uidetur ferè quicquid in terris agitur. Stimulis ergo opus erat, hos mihi, morũ meorum conſcia tua fides, adhibuit, de euentu uiderit fortuna, ſed q̃d loquor. nihil illã eſſe didici, præter nudum nomen, & præualuit apud me Graij uatis auctoritas. uiderit ergo Deus omnipotens cui Dauidicum illud dixi. In manibus tuis ſortes meæ pium certè conſilium, eſſe inefficax non debebit. Tu uale Raynaldum noſtrum ut ſaluere iubeas precor. Mediolani. VII. Cal. Auguſti properè.

Fran. Petrarcha Guilielmo de Paſtrengo. S.

NOmen tuum optime atq; exoptatiſsime mihi Vir, quo nihil dulcius audio, quod'q; hodie huius deuoti tui ore auribus meis inſonuit, nõ dicam me coëgit ad calamum, qui neſcio quo ſeu errore, ſeu fato, ſeu actuum humanarũ odio, uix niſi ſomno uel neceſſitate alia excuſſus è manibus meis cadit, ſed alio tendentem calamũ huc cõuertit, ut tibi ſcriberẽ, Eſſe me Pataui corpore uiciniorẽ tibi, quã ſoleo. nã omnia uidẽtem Deũ teſtor, ſemper animo præſens ſum, ſanũ præterea & beneualentẽ ac iocũdiſsime ſeneſcentem. q̃d ad ætatẽ attinet, fortunæ nẽpè uulneribus, nõ alijs, q̃ nimiũ crebris charorum mortib. impelli & concuti, me fateor nõ ꝓſterni, de reliq̃ ueterib. illis meis deditũ curis, quas & ſi taceã noſti, atq; in primis tui memorem, tuiq; auidũ, q̃ deſideriũ lenire propè diẽ ſpero; apertũ eſt enim iter, q̃ niſi fallor immeritò clauſum erat, permiſit nanq; mihi dominus beneficium illud, pro quo toties laboraſtis, & quod multo pluris facio, arram mihi magnæ humanitatis exhibuit, beneficiũ quidẽ ipſum, ſimulq; adoleſcẽtem cuius fuerat. ô res hominũ, mors abſtulit, qui cum paucos dies læto uidiſſet in uita, eo ipſo die, mirũ dictù, quo iuri ſuo reſtitutus uidebatur, uitali deſtitutus eſt, ſpiritu, Deo gratias, qui me lõgo labore, ſed nõ ſine dolore liberauit, tu Viue fœliciter noſtri memor & Vale. Pataui. x. Auguſti ſerò.

Fran. Petrarcha Guilielmo de Paſtrengo. S.

VIrũ hũc ſi noſſe cœpis, & amare incipies, & mirari, lõga eſt hiſtoria, ſũma eſt q̃ honeſtis ex cauſis familiariſsim⁹ & amiciſsimus fact⁹ eſt mihi, & ſerò licet tãtus eũ diſcẽdi ardor cœpit, ut neglecto ſtudio rei familiaris, et deſerta fabrili officina, in q̃ inſigniter eminet

totum

totum ſe literis dederit. Itaq; iam nil niſi ſcholas, libros & magiſtros cogitat, inq; hoc unũ noctes inſomnes, & ſollicitos dies agit, amplectere eum oro te, & propoſito ſuo faue, nihil eſt deformius, quàm iuſtis deſiderijs opem non ferre, & quid putas ambiat, non opes, non potentiã, non honores, non uulgi compedes ac uenena mentiũ uoluptates, ſed unicũ ocij ſui præſidium, & uitæ ſolatium, libellos quærit, ſine ſuo ductu, tuiſque auſpicijs nil auſurus, ſuſpirabis intelligens quo aſpirer, & tacitus dices, utinam tempeſtiuius cœpiſſes, ſola enim ætas obſtat ingenio, quãuis & Plato prouectior Philoſophiæ, & Cato ſenex Græcis literis operã dedit: hæc hactenus: Raynaldũ noſtrũ mei memorẽ ſaluere iube, cui hoc ipſum ſcribere uolui nec potui, expecto enim Calphurni Buccolicum carmen, & tuam Varronis agriculturã, ualde enim memini ſi quid mihi ꝑmittitur. Vale Pataui 17. Aprilis ꝓpere.

Fran. Petrarcha domino Guilielmo de Paſtrengio. S.

Diſcolor ut Nymphæ, tetigit ueſtigia pellis,
Lectior, & cunctis nimis inuidioſa puellis.
Neſcit habere locum, refugit ſub clauſtra reuerti.
Et tibi purpurei, dedecus, addidit innuba ſerti,
Teq; per arua canens, uarios legit undiq; flores.
Et timeat humentes pedibus calcare ſorores.

LIteras tuas ornatiſsimas, atq; pulcherrimas, obiurgatus à me Lelius meus, ſed iaculo tamen meo clypeum legitimæ excuſationis obijciens, miſit tandem. Qui te ſalutatum cupit, poteris eum ut auguror cum Ludouico, & Gerardo fratre, hodie uel cras hoſpites habere, & ſitientes ad riguum fontis mei, iam iſtic degenerantẽ, ſed adhuc quidam originis ſuæ ſigna geſtantem, inducere, peponem optimum non comedi, ſed deuoraui: nemine in partem admiſſo, præter Nympham, pictis, iã tunc pedibus deorum conuiuia meditãtem, & Neptuni nuptias, aut Nærei, aut Tritonum obſequia, & ſiquid uel æquorei uel fluminei numinis uſquam eſt.

Prioribus Artium, uexillifero Iuſtitiæ P.Q. Florentino. S.

SAepè mihi propoſitum fuit, egregij Ciues, pro uarietate rerũ ac temporũ, aliquid ad uos ſcribere & uiciſsim nunc frenũ ais, nunc calcar incutere, nũc indignari perdita, nunc recuperata libertate gratulari, nonnunquã flere uobiſcum, multiplices & uarias Reip. tempeſtates, & impẽdentis naufragij fideliter admonere, ut ita me uobis, quoniam aliter non dabatur, uerbis ſaltem, animi teſtibus, & ſi non habitatorem, certæ amatorem patriæ comprobarem, ſed dum cogitarem mecum cœpi, quantum ab altitudine curarum ueſtrarum diſtaret, meorum humilitas ſtudiorum, ſubito ſemper mihi è manibus calamus lapſus eſt, nũc autem cogor ut ſcribã, nec reluctari ualeo, ualeo urget enim animũ dolor ingens, & extorquet mihi uerba cum lachrymis. Ecce etenim, quod ignorabam hactenus, atq; utinam perpetuò ignoraſſem, ſuauiſsimus & meritò chariſsimus, ciuis ueſter & amicus meus intimus, Maynardus Acurſij, Fores dũ è Romana curia, Florẽtiã redit, moleſtias atq; pericula, tàm longi itineris tranſgreſſus, & iam dilectæ patriæ uicinus, in ipſo penè portarum limine, & in ueſtro, ut ita dicam gremio, crudeliter interfectus eſt: heu uir infœlix, quantos ætate uiridi pertuleras labores? quotiens ignota terrarũ circũiueras, ut trãquillam in patria tua tãdem & honoratam ageres ſenectutem? quo pergis, ah miſer, fatiq; tui neſcie? & ubiq; tutior, q̃ in patria future? quo ꝑgis? quo ruis? quo miſerãdæ feſtinas? tibi canit Poẽticũ illud:

Fallit te incautum pietas tua.

Quæ cum ſit magna in parentibus, & propinquis, ut ait Cicero, tamen in patria maxima eſt. Illa te proculdubiò trahebat ſoli natalis amãtiſsimũ, illuc iam ſenior redibas, unde puer exceſſeras, & illæ terræ, quæ te infantẽ pauerat, fatigatæ uitæ reliquias referebas, cupiẽs ubi ortus eras, mori, & ubi reptaueras ſepeliri ſed ô ſcelus, ô inhumana feritas, truculentiſsimi homines, immò uerò cruẽtæ & immanes belluæ, te improuidũ & inermẽ calle medio ſpectabãt, horrendum & ignotũ orbi Italico prædonũ genus, qui non ſaturati auro quieſcere, quæ ſumma uotorũ raptorib. eſſe ſolet, niſi ſitiẽrer tuæ ſanguinem haurirẽt, & exoptatũ ingreſſum patriæ tibi præriperẽt, ac ſepulchrũ: ô ſitim ſanguinis inauditã, quid amplius q̃-

ritis ſæuiſsimi canes? quid q̃ritis in corpore ſpoliato? odiũ quidẽ ignoti & innocentis hominis, nec ullũ erat certè, nec fingi poterat. Si auri fames uera ſceleris cauſa eſt, reddite iam nepharij uoti cõpotes ad prædam, & graues ſpeluncas criminũ officinas, & qui illic auidè uos expectant, hoſpites ueſtros inuiſite, ſinite nudũ peditẽ abire, ſatis eſt, nihil ulterius poſcitur, ne in latronũ manus inciderit, ſed hominũ, nil inde uobis metuendũ eſt, tàm muniris habitatis arcibus, ut impunè & cœlũ & Florentiã cõtemnatis. homunculũ ſolũ feſſum, & attonitũ timetis? habẽtes receptacula tàm uicina, tàm ualida? Nolite igitur auaritiæ ſeuiniã cumulare, quicquid populabile manu erat, q̃dq́; in ueſtros uſus uerti poterat abſtuliſtis, animam ſibi & amicis, & uobis nulli uſui futurã linquite, quid toruũ intueminis? quid cogitatis? quid moliminis? quæ iſta rabies eſt? quid micantes uolunt gladij? quid petunt? ô uoluptas effera, nullo odio, nulla ſpe propoſita, & nullo metu ſacroſanctũ & Deo ſimillimũ animal hominẽ trucidare, ferre rapidas manus in uiſcera, & quod ne generosè quidẽ feræ facerent, lacerato cadaueri incũbere, & ſpumanti ſanguine delectari. Pudet ac miſeret, ô clariſsimi ciues, nec de paruo doloris ſcaturiunt tot lamenta, neq; magis talis amici talẽ caſum lugeo, q̃ tantùm tàm glorioſæ Reip. pudorem. quid enim dicetur apud gentes? quid poſteritas loquetur? innoxiũ hominem, qui inter feras ut Lucanus ait Rhodani gentes, qui per deſerta ꝓuinciæ qua nulla uſq; hodie diſſolutior nulla deſolatior terra eſt, ac per Alpes medias, nõ niuibus tantũ, aut uagis excurſoribus. ſed armatis hoc tẽpore exercitib. cæſas nõ modò per diem, ſed ſub tempeſta etiã nocte inceſſerit, in finib. Florẽtinis, luce media. procubuiſſe, uelut ouem impiæ uictimæ deſtinatam? & ô æternũ ætatis noſtræ dedecus, inuentos eſſe qui audeant è cõſpectu quodãmodo urbis ueſtræ, & illius olim formidati palatij, in quo celeberrima iuſtitiæ ſedes erat, laniare pro libito ciues ueſtros. ô tempora, ô mores libet enim exclamare cum Tullio. Ego quidem puer, audiebam maiores natu, narrare ſolitos, populi illius uirtutes omnimodas eximiãq; iuſtitiam, nõ in cõtradictionib. modò placitisq; cõuentis, ſed in his duob. maximè, quib. ſolũ ſapientiſsimus legislator ait, Rempublicam cõtineri præmio ſcilicet & pœna. quorũ profectò ſi deſit alterũ, neceſſe eſt uelut altero pede claudicautẽ efficiat ciuitatem, ſin utrũq;, eneruatã prorſus & languidã, frigeſcente hinc bonorũ uirtute, illinc malorũ inardeſcente nequitia in utrãq; partem magnificè prouiderãt patres noſtri, quib. artib. Romanæ origini q̃ fama uulgauerat, certiſsimã fidẽ dabãt, itaq; ut olim genitor ille ueſter, pop. Rom. toto polluit orbe terrarũ, ſic illos acceperam, quantũ cœlitus datũ erat eiſdẽ ueſtigijs gradiẽtes, & ſingularẽ in primis quãdam laudem, apud omne genus hominũ meruiſſe, & inter Tuſcorũ populos longis temporib. tenuiſſe uoluntariũ quodãmodo principatũ, titulo quidẽ Imperij abſtinente, & quo ſuperbiæ inuidiæq; minus, eò laudis & gloriæ plus erat in nomine, nõ ergo dominiũ dicebat̃, ſed auxiliũ ac profugiũ uicinorũ. Vt nõ immeritò cẽſeret̃, floridũ illud nomẽ ſortitã Florentiã, in qua flos uirtutũ omniũ, & glorioſorũ actuũ abũdaret, erat omniũ finitimarũ gentiũ, ad tã benè moratũ populũ, amore & reuerẽtia mixtus timor, neq; ſolũ in ꝓprijs, ſed in extremis q̃q; Tuſciæ finibus, timebatur ciuitas magiſtra iuſtitiæ, quid enim aliud cauſæ fuit, ꝙ inter lapidoſos & aſperos colles, in ſolo arido, nec maritimo portu, nec nauali flumine adiuto, tàm breui tẽporis ſpatio ferè enim omniũ Italiæ ciuitatũ recẽtiſsima ciuitas ueſtra eſt, in eam ſuc creuerit magnitudinẽ, ut uicinas omnes ampliſsimas, quidẽ urbes ꝓpè incredibiliter ſupergreſſa, nõ ſolũ forma nominis, aut ꝑtioſis mercibus, ꝙ ipſum miraculi inſtar erat, ſed & ipſa etiã fœlix prole uirũ, & in hoc quoq; matri ſimilis, at tãtæ ſobolis, iã nõ capax diſſeminatis toto orbe ciuib. omne mũdi latus impleuerat? q̃ nam q̃ſo? tot præſertim aduerſantib. huius tantæ & tã repẽtinæ magnitudinis cauſa fuit? dixerit aliq̃s, fortaſſe aërẽ cauſam eſſe, & ꝙ uirtuti eſt propriũ tribuet fortunæ, alter impigerrimæ gẽtis induſtriã uerſatilesq; animos, & applicabile ad omnes artes ingeniũ, inter cauſas numerabit nõ ineptè quidẽ, dũ meminerit, tãdiù primã & maximã huius rei cauſam ſileri, donec iuſtitiæ ſtudiũ ſileret̃. Illa, in quã incremẽti, ueſtri uera et ꝓcipua cauſa eſt, ſine qua, nedũ ciuitas, ſed nec domus exigua nõ dicã creſcere, ſed nec ſtare quidẽ poterit. Fũdamentũ ciuitatũ omniũ iuſtitia eſt, ſup ꝙ ſi uerum q̃ritur, ueſtri maiores ædificatã uobis Florentiſsimã atq; firmiſsimam Remp. reliquerunt.

Id ſi

Id ſi modò per ignauiam labi permittis, quid ſperari licet, aliud quā ruinā? Surrexerunt ec-
ce ſicarij infames, & q unum ad excitandū omnes irarū aculeos ſatis erat, ciuem ueſtrum
optimum, cui uirū ut creditur, ab eo die, quo ſiniſtrum pedē domo extulit, inſidias terende
runt, nuſquam niſi in ſinu ueſtro mactare auſi ſunt, quodq́ue auorū temporibus cogitare
etiam in cubilibus timuiſſent, id ſub oculis ueſtris, & in uia publica, crudeli atq; intolleran
da prorſus audacia peregerūt, quod ſcelus ſi inultum linquitis actum eſt de ſtatu publico,
actum de iuſtitia, actum denique de ſalute, de libertate, de gloria. Corruit fundamentum il
lud, ſuper quo uſq; ad ſydera creueratis, & Deus bone, quorū manibus euerſum? Magna
pars doloris eſt, uilis auctor, iniuriæ, furciferi, carnifices, ſyluicolæ, ferino uictu aſſueti, ſed
ferino magis pectore, & ferinis morib. uix carcere, uix cathenis, aut funib. ueſtris digni paſ
ſim in iugulos ueſtros ruūt, & ad ſatietatē ſuam paſcuntur cædibus, & ſanguine miſerorū,
profectò nunquā hoc auſuri, niſi uel in ueſtra ſegnitie, uel in ſuis latibulis ſpem haberent, q̄
ſpes, ſi uos ut ſoletis, uiri eſtis, ab omni eos parte deluſerit. Exercuit uos fateor, & impulit
his temporibus fortuna, ſed non ſtrauit neq; debilitauit, uſq; adeò ut paucos in circuitu ſæ-
uientes latrunculos perferatis: ſolet uera uirtus, & clarior ex aduerſitate conſurgere, et ſi be
nè mores ueſtros noui, nec me longa de uobis fallit opinio, uos à populo Romano, unum
hoc inter multa præcipuum, & uelut hæreditariū poſsidetis, ne ſcilicet fortunæ uos deijciat
aut frangat iniuria, ſed attollat, & quod maximè uirorum eſt, inter difficultates creſcāt ani-
mi. hinc mihi ſpes non parua ſuboritur, audio enim uos accenſos atrocitate negotij, & ge
neroſa indignatione flammantes, ad ſolita arma iuſtitiæ conuerti, quod ſi uerum eſt, nul-
lus unquam locus ut ſpero, nulla ars, nullus ſceleratorum fauor hominum, ab infandis cer
uicibus, meritum iracundiæ ueſtræ fulmen auertet. Verum ego prædulcis amici, lachryma
bili iactura, ſupra quàm dici poſſet amariſsimè cruciatus, multa uobiſcum uiri illuſtres fa-
miliariter locutus ſum, heu fruſtrà, heu ſerò, ſentio enim damnū meū, non poſſe reſtitui, nō
ſi mille linguis adamantinis in ſempiternum loquar, aut Orpheo dulcius flebilibus ad ly-
ram querimonijs ſaxa permulceam, unquam mihi redibit amicus meus, irremeabile iter
ingreſſus eſt. neq; nunc id agitur, ut ille reſurgat, ſed ne illò corruat decus ueſtrum, quorū
alterū impoſſibile, alterum uerò perfacile, & in ueſtra poſitum manu eſt. Illud quidem ad-
monere non eſt neceſſe, quod ſcelerum iudices, non præterita ſed futura reſpiciunt, quid e-
nim prodeſt, ad ea quæ retractari nequeunt ſtudium adhibere? ſimilibus tamen malis oc-
curritur, & exemplo terribili humana temeritas coërcetur, hinc illa nimirum doctiſsimorū
hominum laudata ſententia eſt. Non quia peccatum eſt, ſed ne peccetur inuenta ſupplicia.
quæ quanquam ſint pro huius ſceleris immanitate digniſsima, quanquam tacitus expecta
re nō prohibear, expectare tamen rector. Vniuerſa igitur hæc ſic intelligar dixiſſe, ut apud
beneuolas aures dolores mei ſenſum loquendo deponerem, ac graui moleſtia tumidum
cor leuarem, potiùs quā ut animos ueſtros ad uindictā ſanguinis inflammarē. id enim nec
profeſſioni, nec ſtatui meo conuenit, itaq; teſtatus, quod ad illam quicquid dicturus ſim,
aut dixerim non aſpiro. Id q honeſtius poſſum flagito, quatenus antiquæ gloriæ ueſtræ
iuſtitiæq́ memores, qua ſingulariter floruiſtis, eam ueſtris perire temporibus non ſinatis,
idq; obnoxius precor, ut uiæ ſalutis publicæ, per quas & ad ueſtra, & ad ipſa parentis mœ-
nia, ſemper quidē, ſed nunc præcipuè, inſtante ut noſtis Iubileo, fidelium ex omni regione
concurſus erit, purgatæ latronibus pateāt peregrinis, ne iuſto metu territi, uel pium opus
omittere, uel rectū iter flectere compellantur, quod niſi acriter prouideritis (ſed ſpero utiq;
prouiſuros) æternæ uobis infamiæ maculam irrogabit. In primis autem expeditū eſſe decet
Apennini trāſitum, unde numeroſior populus expectatur, ad quod utinā tempeſtiuius in
animū ueniſſet, ueſtrā magnificentiā exhortari, fuiſſet prouiſum fortaſsè maturius, nec a-
lijs cauendi circumſpiciendiq; materiā infœlicis amici mei miſerabile ſpectaculū prebuiſ-
ſet. at qd ſuſpecti erat, id ætas noſtra nō uiderat ſed ſic à ſeniorib. acceperat, eſſe qdē Apēni
ni iugū natiua aſperitate difficile, cæterū nil uiatori tutius uel hoſpitalius. Quid aūt erit, ſi de
cuſtodib. fures, de canibus lupi fiūt? ubi ad ſuū ſyluoſi montis horrorē, nequiſsimorum ho
minū terror acceſſerit? breuis nempè totus ille terrarum tractus, ab hominibus deſeretur,

inhoſpitalior Athlante uel Caucaſo, huic ignominiæ & huic peſti, Viri fortes occurrite. ut debitus ſaxa nondum ſicco, ciuis ueſtri cruore rorantia, inde diſcetis cæterorum ſaluti quonam remedio prouidēdum ſit, qui amputare uult arborē, à radicib. incipiat, qui ſiccare uult riuulos, fontem ſiccet. Qui extinguere uult latrones, inſiſtat receptatoribus extirpādis, ite celeriter, ite fœliciter, quo cœpiſtis, & benè iuuantibus ſuperis, fœda ſcelerum clauſtra cōfringite ſimul ac notam ab oculis noſtris abſtergite, relinquētes poſteris iuſtitiæ famam, q̃ à patrib. accepiſtis. Illuc nominatim precibus iſtis addiderim, ut dominum Lucam cognomento Chriſtianū, uirū ſanguine ac uirtutib. clarū, qui eidē Mainardo infauſtæ uitæ comes fuerat, & de quo dubiè fama loquitur, pro honore ueſtro iubeatis inquiri, an impiorū manibus euaſerit, quod quidam narrant, an parili feritate conſumptus ſit. q potius timeo, & timere non deſinam, donec aliud ſciuero. parcite aūt multiloquio, tulit me longius fortè q̃ decuit, hinc humanitatis ueſtræ fiducia, illinc doloris mei impetus, & amicorum pietas, de quibus ante modo ſcripſi, ut eos per dies ſingulos præſtolabar. Ita enim concorditer de Auinione diſceſſerant, ut me uiſuri, nulla alia cauſa ſuadente, per hoc iter longius uenirent & cum Parmæ nō inueniſſent in domo mea per noctē & diem non integrū morati diſceſſerunt mœſti, literis ibi demiſſis, quarū ſumma erat, ſe huc ad me è ueſtigio reuerſuros, cū quíe ego rediés, & multis diebus ſpectans, lōgiorē promiſſio moram inciperem admirari, famulum unum cum literis miſi. qui eos tarditatis argueret, per quem didici, hoc eos charitatis & amicitiæ pretium percepiſſe. quamobrem ſi loquaciorem fecit dolor, ignoſcite Licet enim rerum neſcius & abſens tunc fuerim, quia tamen mei ſolus amor uidendiq; deſiderium, eos hac traxerat, ſolus ego ut mihi uideor, totius infortunij cauſa fuit. Omnipotēs Deus, uos tātis mundi malis incolumes conſeruet, in ſtatu fœliciſsimo. Parmæ 11. Iunij concuſſo animo grauiterq; proſtrato feſtinanter.

Fran. Petrarcha Amico ſuo, S.

TEmpus breue, magnum ſcribendi deſideriū anguſtat. & ardorē animi prægelidus aër frenat, ſine exemplo annus eſt, & bruma horrida, uulgo iam penè in miraculū, atq; ut dici ſolet in religionem uertitur. ô tranquilla Parthenope, & magnis ingenijs laudata Cāpania, ueſtrum eſt quod ait Maro:

Ver perpetuum atq; alienis menſibus æſtas.

at profectò non talis ipſa loquentis mater, glacialis Mātua, & importunis frigoribus oppreſſa, niuoſiſq; alpiū & Apennini iugis obſeſſa Liguria, quanquam præſens annus, qui nouitate ſui attonitos etiā ſenes habet, neſcio an aliquid cauſæ ſecretioris offenderit, quod ſcilicet Germaniæ finib. ueniens nouus Cæſar, cœlo noſtro, ſuum fortè frigus inuexerit, cuius is rigor eſt, ut ipſos quoque Germanos in ſtuporem cogat. certè ego nudiuſtertius Mantuæ, quo ad ipſum Cæſarem, multum rogatus acceſſeram, in familiari colloquio quo princeps ille mitiſsimus, lingua & moribus non minus Italicus quàm Germanus, me nūquam ante hac, præter quā in literis uiſum, ſæpe dignatur, ſic eū dicentē audiui, Vix ſe unquā tale aliqd in Germania ſenſiſſe. cui ego reſpōdi, Fortè cœlitus actū eſſe, ut miles Theutonicus, ſubitam cœli mutationē & Italicā temperiē nō horreret. Mitto autem hæc, hyems zephyris cædet, æſtas aquilonib. omnia ſenectuti. ueniet dies, quæ diebus omnib. metam ponat, & hāc tēporum uarietatem ſtabilis cōcludet æternitas. natura ſuū opus, noſtra interim nos agamus. equidē non me gelu, quodcūq; Ripheis montib. Meoticiſq; paludibus adiacet, retardaſſet. multa ſcribere cupiebam, ſi literas tuas in tēpore recepiſſem, ſed dum iſte uir clarus & nobis charus huc attigit Mediolanū aberam ut dixi, reuerſus & tuas ornatiſsimas quatuor epiſtolas, quibus totidem meis ſerò licet, abundè tamen ſatisfactum fateor, & latorem abitum meditātem repperi. Superuacuū uiſum eſt, inchoare quod perficere non erat, reliqua igitur ſuum diem, qui longior forte dabitur atq; tranquillior, in hoc breui & turbido nil aliud dixerim, niſi nil penitùs tuarum ad me literarum hoc biennio perueniſſe, q mirari te non miror, atq; etiā indignari, ſed ferendum eſt quod mutari nō poteſt. literæ noſtræ medio uiarū ſuos raptores inueniūt, qd aūt ſcimus: multos forſitā amice ſtudijs noſtris accēdimus, multis gloriæ ſtimulos fortaſſis incuſsimus, ſine, pgant q̃ cœperūt,

Sæpè nobis diſpliceant,labores & epiſtolas noſtras detineant & auertãt,modò nos amẽt, & quod rapiunt mirentur. Vale.

Fran. Petrarcha Philippo de Vitriaco Muſico, S.

AMicas aures,amicus ſermo pulſabit,non tàm blandus quã uerax,neq; tàm compoſitus quàm fidelis. quid enim loqui uerear,de longinquo, quid corã poſitus non uerear? magna eſt amicitiæ libertas,magna ſecuritas,qui multum diligit nihil timet,immò uerò timet omnia,& omnia circunſpicit. magnus amor,illa,inquam,omnia quibus amatum ſuſpicatur offendi,de amico quidem ſuo Seneca uiderit,de quo ait: Non amo illum niſi offendero,ego nihil minus uelim,quã te offendere,ſed abſit,ut offendi uerò poſsis,ueri ſemper acutiſsimus & ardentiſsimus inquiſitor. delectare potius ſpero,& imbecillitati animi, uirtutis ope ſuccurrere,ut tãtus ætatis noſtræ Philoſophus,abiectis uulgi delirãtis ineptijs, & iam nõ modo uiriliter ſed Philoſophicè ſentias & loquaris,quid enim quæſo te, ne dicã æternum ſed uel diurnũ reſtat homini,ſi in animũ quoq; ſenectus admittitꝛ ego quidem & ratione inſignita,& experientia magiſtra,& illuſtri etiã hiſtorico atteſtante didicerã, Orta omnia occidere,& aucta ſeneſcere:ſed ab hac ineluctabili ſorte mortaliũ, exemptũ animum arbitrabar,quippè qui nõ terreſtris,ſed ætheræ ſubſtantiæ ſeſe in altũ ui propria, & quibuſdã,ut ita dixerim,naturæ ſuæ alis attolleret,mortẽq; deſpiceret,quodq; de quibuſdã uetuſtiſsimis Italiæ populis apud Poëtam legerã,ꝙ ſcilicet,nec tarda ſenectus debilitat uires animi,latius extendens ad omne genus hominũ referebam,cogis me,in hac dubiũ opinione ſubſiſtere,uideris enim mihi,& eloquar apertè,quod ſentio,uideris, inquã, mihi uis egregie,non tàm corpore ꝙ̃ animo ſenſiſſe. quod ſi accidere tibi potuit,in tanta bonarũ artiũ copia,tantaq; uirtutũ ſuppellectili,quid euẽturũ credimus his nudis & inermibus, nullum uirtutis ſolamen habentibus,nullũ præſidiũ literarũꝛhis dico,qui paſsim in triuijs oberrant,curis,inanib. circumacti,ad nil aliud explendũ turbæ numerũ idonei,& fruges comedere natiꝛut eleganter ait Flaccus. Atqui hoc mihi non negaueris, ſi ſeneſcere animus poteſt,poſſe etiam interire,cum haud dubiè ultima uitæ pars,& quaſi quidã deſcenſus ad interitum ſit ſenectus, quod ubi conceſſeris uide,quid ſequitur. Dulcedo enim uitæ intercidit,ſpe immortalitatis erepta,quæ una præſtabat,ut me hominẽ,non dolorẽ ex parte altera morti tẽporaliter obnoxiũ,nobiliori interim & ꝙ naturæ fides addiderat,utraq; tãdem parte uicturum. Nec ſum neſcius mirari te,quorſum tàm lõgis anfractib. mea pergat oracio,immò uerò ſi ingeniũ tuũ noui,iamiam cõſcientia bellicante, quid dicã, & qd ſim dicturus intelligis. eſt hic ut noſti,p̃clariſsimus pater,& cõmunis amborũ dominus Guido Bolomẽſis Cardinalis,et Apoſtolicæ ſedis Legatus,iã faciẽ tuã intueri uideor,modeſtus illam rubor inuaſit. Nõ p̃ſagiebas me de manib. ſuis,tuas literas inſpecturũ,quod ſi euenturum cogitaſſes,nunq̃; profectò tàm molliter,tàm demiſsè,nunq̃;,da ueniã ueris nominib. tàm muliebriter loqueris. & ſi non mihi,at ſaltẽ miſsis hoſpitib. meis parceres,quæ nemodò aduerſus te numeris ſuis armentur,nõ illarũ patientia,ſed tẽporis breuitas cauſa eſt. qd enim ais oro te,cognoſce mecũ,uerborũ tuorũ formulã,cõſignatis,ut dici ſolet,tecũ agitur tabellis. hũc ipſum dominũ noſtrũ,arguis,pũgis,increpitas,& nimis intollerãda mollitie, nõ abſentiam, ſed ut tu uocas,exiliũ eius defles,peregrinationemq; ſanctiſsimã,& ꝙ glorioſior nulla eſſe poteſt,exilij cognomine decoloras. hæc nimirũ eſt illa ſenectus animi, ꝙ̃ in te lugeo amice. nũquã quo primum mihi tẽpore notus eſſe cœperas,iſta dixiſſes,deferbuit ſanguis,& ille ardor egregius,quo nulli ſecũdus uidebaris, abdita q̃libet & incognita p̃ſcrutandi. Ita ne inter curioſitatẽ anxiã ultimamq; ſegnitiẽ,nihil eſt mediũꝛpatũ tibi diſtans India uidebatur. Iam Thaprobanẽ,& ſi quid oriẽtalis oceanus habet occultius cupido metiebaris ingenio. iam ad extremã Thilen ignotis littorib. latitantẽ ſuſpirabas,q̃niam Orcades & hybernæ & ꝗcquid terrarũ noſter fluctus aluit,ipſa in ciuitate ſordebant. quid aũt miri, ſi anguſta animo literatiſsimi hominis terra eratꝛ in hũc aſsiduũ cœli uerticẽ,qui ſupra nos ſtabili temone cõuertitur,inq; illũ aliũ,quem ſe qui ſunt Antipodes ſuſpiciũt,in obliquum, deniq; ſolis callẽ,inq; fixas & errantes ſtellas, infatigabili ſtudio cõſcendentes. nam quid non dies longior euertitꝛ Eſſe in Italia miſerũ exilium retis,extra quàm eſſe, niſi ꝗa omne

ſolum forti patria eſt, potius uideri poſſet exilium: pace tua dixerim, nimis tibi Paruus pons Pariſienſis impreſsit, teſtudinei ſui arcus effigiem, nimis aures tuas ſubterlabentis Sequanæ murmur oblectat. Poſtremò nihil calceo tuo, niſi gallicus puluis inſedit. oblitus mihi uideris illius, qui interrogatus cuiâs eſſet, Mundanum ſe eſſe reſpondit. tu uſq; adeò Gallus es, ut Galliæ fines excedere, quamlibet ob cauſam exſilium uoces: eſt quidem non inficior, naturalis patriæ dulcedo nobis inſita, ſcio præclariſsimos uiros, nequaquam huius affectus expertes, audio apud Liuiũ reſtitutorem Vrbis & Imperij Camillũ, quibuslibet ſummis ducibus parem, ſeſe in exilio Ardeatino tactum fuiſſe, cœli patrij memoria, cõfitentem audio Diomedem apud Vergilium ſuum Calydona. Deorum inuidiæ aſcribentem audio Naſonem ſuam abſentiam, non paucis uerbis, ſed integro uolumine deplorantẽ. cum hoc aũt & illud ſcio, puſilli & inualidi animi eſſe, ubi honeſtæ uacãt cauſæ, abiectis his cõpedibus, non poſſe conſurgere. Ingens eſt Romanorũ & externorũ ducũ, ingens quoq; Philoſophorum copia, qui uel ut bellicam, uel ut ingenij gloriã cumularent, uitam in perpetuis peregrinationibus exegerunt, ſed quia libentius profeſsioni noſtræ uiciniora commemoro, Philoſophorũ aliquos attingam. Plato relictis Athenis, ubi ſi dici fas eſt, pro terreſtri quodam numine colebatur, Aegyptum primò, deinde Italiam circumiuit, At quãtus labor homini ſedere ſolito, ſed per omnes uiarũ difficultates, diſcendi cupiditate, pro uehiculo utebatur. eſt & peregrinatio famoſa Democriti, famoſiorq; Pythagoræ, q ſemel domo egreſſus, nũquam redijt, ueri flagrantior amore, quàm patriæ, luſtrauitq; Aegyptũ ut ait Cicero, Perſarum Magos adijt, tantas regiones barbarorum pedibus obiuit, tot maria tranſmiſit. cuius peregrinationis extremum ſi quæritur, in Italiã ipſam uenit, ibiq; reliquũ uitæ ægit, & quatuor ibi luſtra cõſumpſit, ubi tu nũc annuã domini noſtri moram, uelut flebile exilium, & prorſus perditũ tempus doles. Expergiſcere, expergiſcere obſecro, & ingeniũ tuũ excita, uir inſignis, atq; inclinatũ animũ attolle, uidebis quanta opinionũ nube uulgarium teneatis, dum illæ tibi uoces exciderint, quas utinam non legiſſem, non eſt exiliũ q; tu putas, ſed breui labore famæ materia ſempiternæ. hoc tibi perſuadere nunc difficile eſt, qui ut uideo, nihil extra Pariſius magnificum, aut delectabile ſuſpicaris, & extrema illas agelli tui glebulas, quibus animum addidiſti. cum uerò ad te ipſe redieris, & prophanis uulgi rumoribus excluſis, te unum percunctari, tibi credere malueris, benè de te ſperare non deſinam. Redde mihi collocutorem meũ, redde mihi priſtinũ Philippũ, me quidẽ tacente ueritas perorabit. at modò non tecũ, ſed cum altero neſcio quo, Philippi illius hoſte, cõflictatio mihi iſta ſuſcepta eſt, quãobrem ſi quid fortè liberius dictũ legis, quàm blanditiarũ noſtri æui mos habet, ignoſcito. iuuat enim magnificè loqui, & certè decet, ut quadam ad Ciceronem epiſtola Brutus ait: aduerſus ignorantes, quid pro quoq; timendum ſit. Vt enim ad exulem tuum reuertamur, uideres hunc autem auguſtiorem ſolito, & fronte ſiderea per urbes Italicas incidentem. Videres populorum ac principum concurſus, ſummo illum honore proſequentium, audires plaudentium atq; fauẽtium uoces, eneruati puderet eloquij, neq; iam exulem, ſed pacis & quietis auctorem, atq; ſoſpitatorem Reip. nũcupares uerio re uocabulo. cum enim inter Vngariæ & Siciliæ regna profundius odiorum fontib. ſcatentes, bellorum cauſæ, magnam Europæ partem in diſcrimen traherent, tãto par oneri, nemo alter inuentus eſt. Hunc Rom. Pont. iudiciũ, hunc ſacri collegij conſenſum, ſi tu tibi miſerum aut pœnitendum cenſes, quod fœlix fauſtumq; dicturus ſis neſcio. ſed adiuro te, per illam quæ præeſſe debet affectibus rationem, quod tu mihi ocium, cum hoc negotio: quas mihi delitias, cum his curis: quàm mihi requiem cum his laboribus comparabis: uid erit Epicureum uulgus quid pronunciet. ego tàm generoſum exercitium, omnibus delitijs, omnibusq; uoluptatibus prætulerim, quas ſomnus aut uenter aut ambitio præſtare pore ſt. omnis enim uirtus, omnis gloria, omnis honeſta delectatio in arduo ſita eſt. ad obſcœna deſcẽdimus, condeſcẽdimus ad honeſta, noli igitur domini noſtri deplorare fortunam, exulem te potius credito, & exilium tuum geme, qui tàm procul à contemplanda illius gloria receſsiſſe, dolerem & ego, nunc pariter uicem tuam, niſi tu iter eius miſeratus, tacitè quidem te fœlicem abſentia iudicares. gaudenti autem compati, non pietatis ſed dementiæ opus eſt, niſi

eſt,niſi forte miſerari falſo gaudio gaudentẽ, ea demũ miſericordia ſumma eſt. Cæterũ & ſi tu antè tempus immobilis factus es,patere tamen æquo animo,hunc quem tota te mente diligere certè ſcio,inertes moras itineri poſthabuiſſe magnifico. uirẽs enim ætas eſt, corpus ualidum,præclarus ſanguis, altum ingenium,ardens noſcẽdi cupiditas,hi ſunt ſtimuli,quibus impulſus & Sequanam & Rhodanũ amittere auſus eſt,neue ſolos Philoſophos peregrinatos, atq; hoc obtentu,hunc regia proſapia ortum, ab illorum humanitate ſegregandum putes, illuſtrioribus exemplis agam. Quatuor & uiginti annos natus erat Scipio,cum aduerſus quatuor ualidiſsimos Carthaginenſium exercitus, totidemq; clariſsimos duces in Hiſpanias profectus eſt, inde innumerabilibus uictorijs ornatus rediens, cum parta laude contentus domi manere poſſet, tonante per Italiam Hannibale,in Africam tranſire maluit,& ſe inter aſperrima uocantem maioris ſpem gloriæ ſecutus eſt, non inde diuitias relaturus,ſed ſalutem patriæ, agnomenq; ſibi, qui enim Cornelius iuerat,redijt Africanus. Iuit ad Troiam Neoptholemus,contemptis aui precibus ac lachrymis,Iuit Vlyxes per omnes terras ac maria,& erat illi domi decrepitus. pater, infans filius,coniunx adoleſceus,& procis obſeſſa, cum ipſe interea Circeis poculis,Syrenum cantibus, Cyclopum uiolentia,pelagi monſtris, ac tempeſtatibus decertaret, uir erroribus ſuis clarus , calcatis affectibus, neglecto regni ſolio, & tot pignoribus ſpretis , inter Scyllam & Charybdim,inter nigrantes Auerni uertices , ſeneſcere maluit, quàm domi, nullam aliam ob cauſam,quàm ut aliquando ſenex,doctior in patriam remearet.Et reuera ſi experientia artem facit, quid artificioſum, quidúe alta laude dignum ſperare relinquitur illi,qui paternæ domus perpetuus cuſtos fuit? Boni uillici eſt,in auito rure conſiſtere,telluris ſuæ uim bonumq; cognoſcere,contra nobilius & in altum nitentius ingenij eſt, multas terras & multorum mores hominum uidiſſe, ueriſsimumq; eſt quod apud Apuleium legiſti. Non immeritò enim,inquit,priſcæ poëticè diuinus auctor,apud Graios ſummæ prudentiæ uirum monſtrare cupiens,multarum ciuitatum obitu,& uariorum populorum cognitu,ſummas adeptum uirtutes cecinit,quod Poëta quidem noſter imitatus, ſuum Aeneam noſti,quot urbibus ac littoribus circũducit. Tu domino noſtro cõpateris, quod aliquid præter Pariſius uidit. nec intelligis quàm gratum ſpectaculum illi fuit,ingenio oculis cernere,quod cogitatione præuiderat. Etenim ſi in Tuſculano diſputans Cicero,ait. Aliquid aſſequi ſe putant,qui hoſtium Ponti uiderunt,& eas anguſtias per quas penetrauit,ea quæ eſt nominata Argo,quàm Argiui in eadẽ lecti uiri uecti petebant pellem auratam arietis. aut hi,qui Oceani freta illa uiderunt.

Europam,Libyamq; rapax ubi diuidit unda.

Quid ſe hic adeptum putare poteſt,qui fractas punico aceto,Italicas Alpes uidit,& ciſalpinæ Galliæ lætiſsimos atq; latiſsimos camposq; libero permenſus intuitu,Mediolanum urbem egregiam,& à maioribus ueſtris condita,Brixiãq; & Veronã,ab eiſdem ueſtris maioribus poſſeſſa loca proſpexit? Inde petens Patauium Troici opus Antenoris.hinc Venetorum inter cunctas littoreas mirabilem atque permaximam urbem , mox cinctum fluminibus & æſtiuis delitijs amœnum paruumque Triuiſium,quàm ſibi ſedem delegit, delectationis non tàm patriæ, quàm undique conuenientium commoditati proſpiciens. Inde ad compeſcendos arctoos motus , Aquileiam prætereuectus Alpesq; noricas tranſgreſſus,lõgè lateq; Germaniã peragrauit,& illũ olim imperij limitẽ Danubiũ, Nilo parẽ, mille ſuperbũ fontibus,& horrificis gurgitibus æſtuantem attigit.Inde nuper multa reuerſus cum laude,hodie minoris corpus Antonij ingenti populi deuotione tranſuexit, quæ una ſibi apud Patauium longiuſcule moræ cauſa fuit,cui tranſlationi ego interfui, grauitatis eximiæ ac cerimoniarum mirator unus ex plurimis. Craſtino iter inceptum aget, ut ſicut Adriatici fremitum maris uidit,ſic Thirrenas aſpiciat tempeſtates.& primo quidem fluuiorum regem tranſibit Eridanum,& antiquiſsimã ciuitatũ Rauennam,poſt Ariminum,mox fanũ,inde Peruſiũ præualidã urbem,atq; inter iacẽtes alias tandẽ, rerũ caput, & dominam Romam petet,quam quicunq; non uiderit,temere alias admiratur,cuius urbis aſpectus,ut interdum ſpecioſior foret,P. R. fortuna præſtabat,ut uerò nunquam ſalu

tatior

tatior iubileus annus efficiet. Voces licet exulem, ille mihi uidebitur fœliciſsimus peregrinus, Ibi Apoſtolorum limina & terram calcabit, ſacro martyrum purpuream cruore, uidebit uel muliebri linteo, uel in cunctarum Eccleſiarum matris parietibus, extantem domini uultus effigiem. Videbit ubi profugo Petro CHRISTVS occurrit, & ſuper præduram ſilicem, æternum gentibus adoranda ueſtigia. Ingredietur in ſancta Sanctorum, locellum cœleſtis gratiæ plenum, Vaticanum luſtrabit, & beatis oſsibus extructus Calixti ſpecus, incunabula & circunciſionem Saluatoris aſpiciet, & uirginei lactis naſculum candore mirabili. Videbit Agnetis anulum, & diuinitus extinctæ libidinis miraculum, recognoſcet. Contemplabitur truncum Baptiſtæ caput, & Laurentij craticulam, & aduectum aliunde Stephanum, unoq́ꝫ duos contentos hoſpitio. Videbit ubi pauli fuſo ſanguine dulcis aquæ fontes eruperint, unde nato domino fons olei deſcendit in Tyberim, ubi templi pulcherrimi fundamenta, æſtiuæ niuis inditio iacta ſunt, & ubi partu Virginis templa fortiſsima corruerunt. Cernet lapidem infando Simonis cerebro maculatum, monſtrabitur ſibi Syluestri latibulum, & uiſio Cōſtantini, & dicta cœlitus inſanabilis morbi cura. Innumerabilia quoque alia, quorum partem idem ego, ad Clementem VI. ſcribens, loquaci quondam ſum complexus epiſtola. Siquando uerò à cœleſtibus ad terrena deſcendere libuerit, cernet Romanorum principum ſtupenda licet collapſa palatia, Scipionum, Cæſarum, & Fabiorum domos, uidebit ſeptem colles, unius muri ambitu circumcluſos. Mirabitur latas uias, captiuorum contra agminibus auguſtas, & triumphales arcus, ſubactorum quondam regum, ac populorum ſpolijs onuſtos. Capitolium aſcendet omnium caput arcemq́ꝫ terrarum, ubi olim cella Iouis fuerat, nunc eſt ara cœli, unde Auguſto Cæſari puer CHRISTVS oſtenſus eſt. Hæc ille. Tu uerò quotiens prata Germani & Genoueſe collem contemplabere, ortum ſolis tibi luſtraſſe uideris, & occaſum, opinione tua fœlix, ſi tamē ulla eſt in errore fœlicitas. Roma autem digreſſus ille, nequid ſcias, per Italiam Italiæ regionem Hetruſcorum urbes inuiſere in animo habet, gelidis ac repentibus circūfluum fontibus Viterbium, & Vrbem ueterem, prærupti ſaxi in uertice ſedentem. Senas præterea & lupa altrice, & ſeptem collibus Romæ æmulam ciuitatem, Romanorum opus ducum Florentiam, de qua nihil ad præſens, ne qui te mihi, me tibi ſuſpectum faciat amor patriæ. Inde ſuperato rurſus Apennino, per ſtudioſam tranſire Bononiam, atq; huc iterum reuerti cogitat, omnium hic legationis ſuæ prælatorum ſolenne concilium acturus, atq; ita cum demum Mediolanum repetet, & ad læuam flectentes, tertio tranſiliet Apenninum uiſurus & Ianuam, nec immeritò. Nulla enim animoſior, nulla hodie uerius regum ciuitas dici poſſet, ſi ciuilis inde concordia non abeſſet. Ira per Liguſticum ſinum, quo nullus amœnior, per cedrinos ac palmiferos ſaltus, per odoriferum atque undiſonum littus, ad Italiæ finem ueniet in Gallias reuerſurus. Non hæc properantis tædio affecti animi ſigna ſunt,, uides ut Menandreo more circunflectitur, quo & à pluribus locis aduētus ſui iucunditas ſentiatur, & generoſa mēs pluriformium rerum recreetur aſpectibus. Habet igitur exul tuus magnam gaudendi materiam, multa & magna & memorabilia uidiſſe, & ubi præclariſsimū nomen ſuum, illa quæ minuere famam ſolet, auxiſſe præſentia, habet & quo lætetur Italia, quæ inter præſentis æui nubila hoc uelut benigno quodam ſidere, ſerenata eſt, & quæ ab initio rerum, ut ipſe non ignoras omnium auctorum teſtimonio laudatiſsima terrarū omnium ſemper fuit, tantùm præconem noſtra ætate, unde non ſperabat inuenit. Crede enim mihi, mirabere, ubi eum reducem audies, de rebus Italicis prædicātem. itaq; ut iam tandem, aliquando concludam, ſi deſiderium tanti patris ægrēfers, ſi ſolitudinem tuam, & ſi tu nimio contractam animi rubiginem lamentaris, poſſum humani paſsionibus ueniam dare. ſi uerò uel nos illi, uel illum nobis inuides, prorſus Satyrico dente mordendus es, quem torqueat aliena lætitia. Proinde quicquid eſt, breue eſt, Aeſtas te proxima uictorem faciet, redditura tibi quem nobis eripiet, imaginem tamen illius, nulla dies de noſtris præcordijs extirpabit. & quantò putas alacrior, quantoq́ꝫ rerum experientior redibit, quātò non ſolum cæteris, ſed etiā ſemetipſo ſublimior, qui tàm multa oculis ſuis uiderit, & urbanitatē Gallicam Italica condiuerit grauitate. In plauſus illud tuum omnipotens uerteres eloquium, pudebitq́ꝫ

inurſum

inutilium querelarum, quarum nulla quidē erat excuſatio, niſi, quia uulgari ſermone conſcriptæ ſunt, ut intelligi detur non te in illis tuam, ſed uulgi ſecutum eſſe ſententiam, cuius tecum deprehenſum'q; iuditium ſemper fui. Tu uiue & Vale noſtri memor. Salutat tè Marcus Medicus compatriota Virgilij. Patauij *xv*, Cal. Martias.

Fran. Petrarcha Honorabili & inſigni uiro domino Franciſco Bruno, S.

EPiſtolam tuam, apoſtolicis literis inſertam, non tantū lætus & ſoleo, ſed ſolito lætior uidi, grauib. enim me curis explicuit, Nam ne quid te nō actuum modò, ſed cogitatuū meorum lateat, ſuſpicari fateor, nondū quidē plenè cœperam, ſed iam incipere meditabar te mei oblitum,' non quia id naturæ tuæ, ſeu moribus conueniret, ſed fortunæ proſperitas certè, quæ nūquam tanta tibi eſſe poteſt, quantum cupio, obliuionē amicitiarū parere ſolita, parumper mihi eſſe incipiebat annuo iā ſuſpecta ſilentio. feciſti optimè, q me hoc labore animi liberaſti. Quieui illicò lecta excuſatione tua, quā prius ex ore amici præuenientis audieram, ſed magna apud me eſt calamo tuo fides, Ad rē uenio. Sāctiſsimus dominus noſter mihi ſcribere dignatus eſt, & qd ſcribat noſti, literas enim tu dictaſti filius tuus qui & meus eſt filius niſi fallor, ſcripſit. Literis tanti patris reuerēti metu ſed non ſine quadam fiducia concepta, non de ullis meritis meis, ſed de ſola ipſius & olim et nunc maximè cognita mihi humanitate, reſpondeo, quid non dico, tu qui ſuas dictaſti literas meas leges. Permiſi mihi paulò liberius euagari, quam conſiderata ipſius magnitudine debuiſſem, ſed humanitatem ſolam, & clemētiam cogitaui, ne tamen nimiū multiloquio importunus fierem, frenaui impetum, & in finem remiſi eū, ad has tuas literas ut uidebis. Summa aūt hæc eſt. Ego frater ſi quid mihi ad uitam unius canonici deeſſe dicam, mentiar, ſed ſi dixero, me plures habere notos, & plura inde grauamina quàm totum ferè capitulū cuius ego pars ſum, forſitan non mentiar. quæ an declinari ulla arte ualeā ignoro. ſæpè certè tentanti, nunq̄ hactenus ſucceſsit. unde mihi non exiguus uitæ labor, & quāuis forſitā glorioſa, tamen haud dubiè tædioſa perplexitas. Si quæras, num q́ reſtat tranſire poſſim, ut nunc uſq; tranſiui, poſſum planè, ſed haud quāquam facilius quàm olim, immò uerò difficilius, quod ad ſarcina indies augetur, & uires minuūtur, habeo hic prebendam, quæ mihi panē & uinum dat non ſolū ad utendū, ſed etiam ad uendendum. Reſidentia mihi aliqd ualeret, ſed ego urbes, uti ergaſtula fugio & magis eligo ſolitario in rure, ſi oporteat eſurire, q̄ in urbib. abundare, quamuis nulla fuga, nullæ me latebræ à cōcurſu protegant, habeo famulos, ſine quibus utinam uiuere poſſem, aut ſcirem, habeo equos, quando pauciores duos ſaltem, & ut ſileam quæ ſunt hiſtoriæ longioris, ſoleo habere ſcriptores quinq; uel ſex, habeo tres ad p̄ſens, & ne plures habeam cauſa eſt, quia non inueniuntur ſcriptores ſed pictores utinam non inepti. Habeo unum presbyterum uenerabilē uirum, q dum in Eccleſia ſum aſsiduus mecum eſt, cum quo ſæpe, ubi ſolus prandere diſpoſui, ecce ſubitò è tranſuerſo cōuiuarum acies, uel cibo paſcēda uel fabulis, uitari enim prorſus nequit, ne uel ſuperbior appareā, uel auarior quàm ſum. Sic me Deus amet, ut nonnunquam ſpectare mihi uideor, illos Penelopeos Homericos procos, niſi quod hoſtes illi fuerant, hi autem ſunt amici. Exonero animum loquendo tecum, immò mecum, & ideò te tandiù hoc inutili ſermone occupo, quādo autem de me Frater hæc crederes? & totum hoc mihi facit lenitas mea, quæ me natura licet uulgo abſtractum in commune reſtituit. Cupio præterea & diſpono Deo dante, non templum Marti, quantum nuſquam eſſet, ut Iulius Cæſar, ſed unum hic paruum Oratorium Beatæ uirgini extruere, iamq; opus aggredior, ſi deberem libellos meos pignorare uel uendere. & ſi ad opuſculum hoc explendum, CHRISTVS mihi uitam & facultatem dederit, ſtatim ſi uenire ipſe non poſsim, ſicut non poſſe arbitror, defectus uirib. corporeis, famulum unum ad dominum meum Sabinenſem, & ad te mittā, ad retendandū iſtic, quod olim me fruſtrà noluiſſe, & ipſe ſcit, & tu etiā nō ignoras. Hæc amice curarū mearum pars millesima eſt, ſi his ergo atq; alijs, & qd mihi à prædeceſſore ſuo promiſſum erat ut noſti, dominus noſter quieti meæ conſulere dignaretur, nō teneturfateor indigno & immeritò, niſi ad imitationē forſan illius, cuius uicē gerit, qui multa bona quotidie cōfert immeritis & indignis. Et ſi quidē hoc uelit, ut literæ eius indicant, poteſt perfacilè profectò uno uerbo.

Nullus enim dominorum, tàm facilè poteſt benefacere quib. uult, quàm Romanus Pontifex. qui ſe fortè mihi facere uellet, ſecundum ſuam condecentiam, quod dixiſſe fertur Alexander Macedo, multum eſſet aut nimium, ſi uerò ſecundum meam inſufficientiam, nihil eſſet aut modicũ. Temperet hæc igitur, ut ſibi uidebitur. ſiue enim multum faciat, ſiue nihil, ſiue modicum, contentabor. Quin tu potius, dicat aliquis, pete quod uidetur, quando paratum habes animũ largientis, hoc amice non poſſum, triplici ratione. primũ nempè quid petam prorſus neſcio, ſicut ille qui raró unquam de talibus cogitaui. omnia ferè uitia mihi obijci, uel ab amico patiar, uel ab hoſte, dum dolus malus, dumq́ ambitio ſequeſtrentur. Deinde eſto quod amicorum indagine, aliquid quod peterem inuenirem, antè tamen quàm nuncius meus ad pedes Apoſtolicos perueniret, eſſet de facili idipſum petitũ ab alio & conceſſum. Non eſt enim ut opinor dominus noſter in illa duritie, qua fuerunt aliqui in diebus noſtris, negare omnia parati, dum non niſi perfectis uiris dare aliquid uolunt, quod ſi fiat, aut omnia beneficia uacabũt, aut paucíſsimis omnia conferentur, tàm rara eſt humana perfectio. poſtremò fieri poſſet, ut aliquid peterem, quod eidem domino non placeret, ſed propter incomparabilẽ benignitatẽ ſuam, ſupplicationibus meis condeſcenderet, quod ego nullo modo uellem habere aliquid, quãuis magnificũ, & mihi utile, quod ſibi nõ penitùs gratum eſſet. Quid fiet igitur. dicam tibi: Si uolũtas domini eſt, qualis uidetur eſſe, ipſe ſit & benefactor & cõſultor, nec mereẽ id ſibi dici, quod fœlicis recordationis domino Clementi, patruo ſuo dixi. Cum enim ſui gratia, officiũ quod tu nunc induſtriè geris, mihi obtuliſſet, quod me nolente, tunc habuit magiſter Frãciſcus de Neapoli, & deinde me ſæpè, licet indignũ, Epiſcopũ facere uoluiſſet. & ego indignantibus dominis, & amicis cõtinuè recuſaſſem, ultimo mihi dixit. Pete quod uis & faciam tibi. Cui ego reſpondi: Si benè facere mihi uultis, nõ ſolum beneficentia, ſed electio Pater ſanctiſsime ueſtra ſit. Vos ſcitis optime quanti me facitis, quando aliquid petente alio, uel quomodolibet ad notitiã ueſtram uenit, quod me dignum uideatur, mei ſi placet memoriam habetote. quod ipſe ſe facturũ clementiſsimè repromiſit, & feciſſet non dubito, niſi eum mors, multis & inter alios mihi damnoſa præueniſſet. Ita ergo mihi expedit, ut dominus noſter faciat, ſi mihi aliquid uult facere. Nam ſi expectatur, ut ego ſenex nunc ſollicitus ſim petitor, quod iuuenis nunquam fui, actum eſt, nil penitùs unquam fiet. In hoc ſanè domini mei Sabinenſis interuentio, & tua ſedulitas efficaciſsima erit, & neutram defuturam certè ſpero. Alios ibi non habeo, nam quos habui, uel defuncti uel alienati ſunt. Solus ipſe dominus Sabinenſis tribus & triginta annis, in eodem propoſito erga me manſit, nec ulla unquam, ſiue propter occupationes eius ineſtimabiles, ſiue propter ſilentiũ meum, ſiue propter abſceſſum ſuum facta mutatio eſt, niſi de bono ſemper in melius. ſecũ de his ergo delibera, & ipſum ad omnia fidenter require, animũ eius ad me, uerbis ut puto tibi cognitum, factis animi teſtibus recognoſces. Ego enim ſibi breuiter ſcribam, & eum quoq; ad has literas remittam, ne minutias & fabellas meas ſæpè repetã. de quibus ſcis ꝙ nunquam tibi aliquid ſcripſi, neq; nunc quidem fueram ſcripturus, niſi quia ſic res poſcere uiſa eſt. Et nunc frater habes totam hanc hiſtoriam, neceſſariã potius quàm iocundam, ſi unũ addidero, quod poſſet forſan in colloquium uenire. Nam ſi roget in hunc modum: Quamuis nominatim neſcias, quod petendum ſit, cuius generis tamen beneficio optares edicito: dicam quod apud Ciceronẽ Cotta: Omnibus ferè, inquit, in reb. quid nõ ſit citiùs, quã quid ſit dixerim. Prælaturã itaq; nullam uolo, nec uolui quidem unquã, ſimiliter nec beneficium curatum, quodcũq; quamuis opulentiſsimũ, ſatis eſt mihi unius animæ meæ cura, atq; utinam illi uni ſufficiam. De reliquo faciat dominus noſter, ut ſibi placuerit, ut unũ ſciat, quod ſiue mihi prouideat, ſiue non, ſeruus ſuus ſum, quamuis ad nihil utilis at fidelis ſaltem, meq́; ſuis iuſſis obnoxium fateor, & ſuis olim alloquijs, & nunc ſuis literis inſigniter honoratum, ita ut ſibi non iam ſua libertate deuotior, ſed obligatior fieri poſsim. Illud quoq; ſibi perſuadeas, quod ſiquid mihi contulerit, idipſum citò alteri conferre poterit. Ego enim iam delebor, & ut extimo tempus meæ reſolutionis inſtat, heu mihi miſero, quia quæ ſequuntur dicere non poſſum. Certè ego frater, præter naturalem uitæ legem, quæ non eſt aliud quàm

curſus

curſus ad mortem breuis & lubricus, ſentio me indies ultra etiam ætatis exigētiam rapi, & uehementer imminui, atq; umbræ in morem euaneſcere. De quo miror quidem, quia non ita uixi, niſi fallor, ut id adhuc mihi deberet accidere ſed Deo teſte non doleo, & ſi pro peccatis meis accidit ualde etiam gaudeo, Ita enim dudum me adeò popoſciſſe bis in deuotiuncula quadam memini, his uerbis. Fiat mihi thalamus meus purgatorium meum, & lectulus meus lachrymarum conſcius mearum, & in corpore meo doleam, priuſquàm præceps corruam in tartara. & iterum, Sit mihi pars purgationis labor meus, quo hic per ſingulos dies exereeor, reliquū in hac uita, & in his membris exige, priuſquàm ueniat tempus egeſtatis. ſi quod bis petij ſemel aſſequor, benè habet. Tu uiue fœliciter mei memor, & uale. Arquade inter colles Euganeos: in uigilia Penthecoſtes.

Fran. Petrarcha Philippo Cauallicenſi Epiſcopo, S.

TRia tibi ueniunt pater, multum diuerſa munuſcula. Vnicus auro nitens piſcis, & ſquamis maculatus argenteis, Torrentinam alij, Turturam quidā uocant. gratius tamen fuerit ſaporem noſſe, quàm nomen hunc hoſpitis mei filius ſeruus tuus, in his hodie lucidiſsimis undis cœpit, Item pinguis anas amœni dudum fontis incola, cui aduerſus raram indolē egregij canis, nec liberas aër uias, nec tutas fluuius latebras dedit, nec natanti fuga patuit, nec uolanti. Ad hæc epiſtola quædam recens, quàm in rure tuo nuper hamo debilis ingenij, inter animi mei fluctus, & rerum ſcopulos, ipſe quoq; piſcatus ſum. Cætera tamen ita ueniunt, ut apud te maneant, hæc uenit ut redeat. neq; diutius quàm ut oculos tuos ſemel impleuerit, tecum ſit. Scis cauſam? quia ueritas odium parit. quod ſi iam tunc tempore Terentij uerum erat, quid hodie arbitraris? Perlege ergo ſi libet atq; ſecretius, ac remitte, donec ſciamus, quid mundo Deus aut fortuna parauerit, tunc conſultabimus, quid huic fiat, an danda ſit flammis, an ſororibus aſcribenda. Interim ſcito, & huic fidem mentire meam, nullis me oculis hanc alijs oſtenſurum fuiſſe, quàm tuis. Vale decus meum. ad fontem Sorgiæ. *XIX.* Cal. Ianuarij ſilentio noctis intempeſtæ.

Fran. Petrarcha Philippo Epiſcopo Cauallicenſi. S.

SI quicquid mea mens cogitando concipit, ſcribendo parturiat, ingens digitis meis oculisq; tuis opus exoritur, Quod & ſi ualdè aggredi cupiam pater amabilis, tempus uetat. ita diſtrahor incertis affectibus, & dum neceſsitati pareo, deſiderio obluctor. ſed benè habet, quicquid ſcripturus fueram, tacito me luculenter intelliges. Noſti animum, ubi cogitationum actuumq; noſtrorum radix fixa eſt, unde fit, ut quæ ex illo prodeunt, ignorare non poſsis. Familiariter olim tibi niſi fallor, ſtudiorum finis & uotorum meorū intellecta modeſtia eſt, utor enim fidenter, hoc nomine non ſuperbè, cōſcius ſuæ humilioris originis, quod unde modicum, inde & modeſtia dicitur, & à modo nomine utrunq; deſcēdit. Quæ cum ita ſint, cogita pater indulgentiſsime, quid uelim. Nullis ariolis, nullo opus interprete, ne ipſo quidem uel meæ uel alienæ uocis oraculo, Intus ad aurem cordis tui clamat animus meus, & noſter nihſlominus Socrates non tacebit, quàm improbat concupiſcentia, & ſi probè noueris, certius tamen, nunc ex amici colloquio penſabis. Tu autem pater, apud communem dominum, in quo ſpei anchora, & quod propriè titulo ſuo conuenit, rerum noſtrarum cardo conſiſtit, preces meas ſi fauorem merētur adiuua, Si minus excuſa, ut enim magiſter amorum ait:

Quid deceat non uidet ullus amans.

Amo ego uos, ita me ille amet, in cuius amore ſumma fœlicitas eſt ſita. amo, inquam, & ueneror, ueſtramq; præſentiam ex imijs præcordijs concupiſco. Itaq; dum uoto meo obſequor, ueſtra forſan faſtidia, non aduerto, ſiquid importunius agit̄, hoc me precor abſoluat, intenſi enim affectus regi neſciunt, frenū mordent. Epiſtolam illi inſcriptā, quāuis lōgiuſculam, plura tamē uolentis dicere, animi nunciā efficaciſsima uocis tuæ auctoritate confirma interpretare, iuſtifica, paucis enim, uerſiculis, ſummā tibi meæ mentis approprio, præſta te mihi, ne fruſtrà p̄optauerim. q̄ hominū magna pars metuit ſilentiū, ſolitudinē, paupertatē; mirùm. ſolus ego ex omnib. mortalib. diues fiam, cum pauperū qui fruſtrà diuites fieri uolunt, paſsim tot milia uideamus. Occurrite omnes, qui me diligitis huic monſtro. non

cogar unus, unde tàm multi ſe excluſos dolent, & unde tàm cupidè omnes fugiunt nō excludar. Diuitias alij, ego paupertatem appeto, ſed non omnem profectò, non ſordidā, non triſtem, neq; ſollicitam, ſed tranquillam, ſed pacificam, ſed honeſtam, hanc mihi niſi ab illo dari poſſe deſpero. & ſi uerum loqui iubes indignor, atq; ab alio dari nolim. Apud eūdem igitur intercede, pulſa, urge, inſta, opportunè quidem, uel ſi res exigit importunè. Facilem pro me aditū inuenient preces tuæ, non ſolet ſuas ille deſpicere, proinde ne uidear precando diffidere, age non ut mereor, ſed ut ſpero. Mediolani Idus Martias.

Fran. Petrarcha domino Franciſco Bruno, S.

PRædilecte frater, caſus fuit. ut cū ſatis multa per alterius manus ad te uentura ſcripſiſſem, iterum mihi in manus calamum neceſsitas honeſta reponeret. Siquidē lator præſentium presbyter. N. plebanus &c. & domini capitanei capellanus, cum præfato domino ſuo, ad dominum noſtrum uenit. Eſt autem uir, ut mihi dicitur bonus, & in ſuo genere ſingularis, propter quod inter tàm multos, ad tātum officiū prælectus eſt, quibuſdam quoq; mihi uenerabilibus ac dilectis charus admodū & acceptus, quibus cum notū eſſet, quod hic paucis bonis eſt incognitum, quanta ſcilicet inter nos ſit identitas animorum, optarūt ut ad te commendatorias literas meas ferret, ad quas nō difficilis fui, quia & amicis talibus nil negare didici, & apud bonū pro bonis, interceſsionem fauorabilem reor. Faue illi quæſo, qua potes rem mihi feceris gratiſsimam. Vale.

Fran. Petrarcha Franciſco Bruno, S.

NIſi ualdè fortibus humeris ſis, tot mearum interceſsionum ſarcinas, ferre non ualeas. Scripſi ſæpè & repeto, notā adeò his in locis amicitiæ noſtræ famam, ut ſi paſsim omnibus annuam, literas ad te meas, optantibus ſat negotij, unū hoc tibi allaturum ſit. Parco aūt labori tuo, parco & meo, & ad multa facilimus, hac in re difficilē, immò inexorabilem me præbeo niſi his ſolis, quos mihi uel uirtus uel ſingularis amicitia conciliat. Vtroq; uero latorem præſentium affluentem noueris, N. uirum ſcientificum atq; honeſtum, & mihi has ob cauſas atq; inſignem morum ſuauitatem qua delector, acceptiſsimū. Hunc tibi dudum cōmēdaſſe memor ſum, & ipſe tuæ benignitatis ac uirtutis præco ingens, mihi ſe ne dicam tibi, tuum ob meritum perpetuò obligatum fert. Nunc fortè alijs ex cauſis, ſed ut reor, licet hoc taceat, quia unus eſt ex illorum acie, quorum uirtus malis, ac morum diuerſitas odioſum facit, ſtuduit aliquantiſper peregrinari à patria, & tentare ſiqua ſibi ſors alibi proſperior foret. Recōmendo eum tibi iterum, eò arctius, quo ſola olim fama, nūc experiētia notus inſuper & dilectus, tunc amicus amicorum, nunc uerò amiciſsimus mihi eſt, quod nō eſſet niſi talem ſcirem qualem dico. Si ſibi ergo uel ope uel conſilio prodeſſe potes, te hinc uiro bono, immò optimo profuturum, hinc mihi cui ſemper places eximiè placiturū ſcito. De me ſiquid noſſe uolueris ipſe dicet. De alijs enim pridem latius ſcripſi, & reſponſum tuum expecto. Vale Paduæ xxvi. Nouembris mane.

Hæc epiſtola, Cancerit in modum retrograda, ingenij exercitio inſigni ab authore conſcripta, lecta ſiquidem, in genere demonſtratiuo uerſatur, à principio decurſa laudat, à fine incepta uituperat.

Fran. Petrarcha amico, S.

IVcunda ipſa fœlicitate, lætiſq; iiſdem ſucceſsibus te proſperis potiturum, nunquā quæſlibet te paſſurum aduerſa, probate re uera, fide & operibus amice non ficte uir intimis affectibus geſtio, ac iugiter Deum oro. Prologentur dies tui, nec tibi ſit uita breuis, Diuitijs affluas, neque careas ergo cunctis optatis, debita quæpiam hæc tuæ uirtuti non uitijs. Verſus ad commendationes tui, promere uolui, ſtylo ſonante diſpoſitus fidelitatis in tuæ laudes, non iurgia criminandum, ſiquid fuerit, tegens de tui rubore, pandens tua tamen egregia, non infima opera prædicanda. Cognoui te moribus perfectum, in cunctis qua drupliei uirtutum cardinalium radio, abſq; uitiorum maculis aſperſum, ſic iugiter extitiſſe. Virtutum ipſarum ordinem ſeruandum non iam præpoſterandum ideò duxi, ſingula ordinata in te facere, quoniam ſemper noui. Probas te prouidum in futuris, caues ſemper pericula, neque proſpera fortunæ niſu animi complecteris. Diſpoſita in te præſentia, ſolerti non ſegni ſtudio,

ſtudio, certa in actibus tuis oſtendis, cõpoſitum hic animum, nonquẽ rudem effectibus monſtras. Amplectenda ſunt utique, non aſpernenda operum tuorum geſta, probanda re ipſa exemplorum ueterum illuſtriũ memorẽ, nõ excordẽ, nãq; te fuiſſe prorſus, & eſſe homines proclamãt, prompta nõ diſgregata memoria. Tribus itaq; temporib. tuus animus manet, diſpẽſantibus in ſingulis, prudentia omni, ac pitia rerũ abſq; cordis ignorãtia quorũcunq; naturaliter inſita tibi dilectam te iuſtitiam in iudicando foues, præmia bona, non ſupplicia iuſtis, iniqs pœnarũ diſcrimina nõ coronas, dudũ tribuere didiciſti. Veritati ſimilis, abdicatis tibi flagitijs reddis, hominibus omnib. ſua, non piger, aut iniqſsimus cẽſor, ſeruãs dubio procùl miſericordiã in ſeueris, & pietatem in rigoribus, ſemper tuis cedẽs ex animo clemẽti in adiectionibusq; pœnarũ. Donator liberalis, nemini parcus, largitor munificus, nõ auarus. Execratis uitia nõ uirtutes, mores honeſtiſsimos inſectaris. honeſtũ nilq; penitùs eſt, iniquum quod operaris, iuſtos & bonos ſequeris, per omne tempus, pius in conſilijs, iuſtus in omnibus operibus tuis. Cõſtantem in animo te certè noti ferunt, fœlici ſtatu humiliari, non exaltari, aduerſis euentib. fortẽ non depreſſum te reddere. Fortitudinem ac uirtutem omnibus temporibus inuincibilem, ſic ſeruans agnoſceris. Declamaris animo probo, re uera, famaq; publica longanimis non trepidus, feruidus nõ remiſſus, ſtrenuus non uecors. diceris apparere. Sancta modeſtia, pulſa gaſtrimargia fungeris, caſtimonia reiecta laſciuia, delectaris. Temperatum in uerbis & actibus cibis & potibus. te die ac uitæ experti manifeſtius atteſtantur. Deo atq; hominibus gratia omnibus opera tua patent. Meditaris nam iugiter quodq; fas, & pereas anima mala nece. Fœlicem in gradibus ſingulis dicere malim te, probandum te conſona ueritate perſpicua, cunctis nota, regno digniſsimum, indigniſsimum rure, cunctis notoria.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. IN LIBRUM DE SUI IPSIUS ET ALIORUM ADDONATUM APENNIGENAM GRAMMATICUM,

Præfatio.

HAbes enim Amicẽ iam tandem expectatum promiſſumq; librum, paruum de materia ingenti, mea ſcilicet ac multorum ignorantia, quam ſi ingenij in incude ſtudij malleo extendere licuiſſet, crede mihi in cameli ſarcinam excreuiſſet. nam quæ latior loquendi area, quis cãpus ingentior, quàm humanæ tractatus ignorantiæ, & præſertim meæ. Ita uerò hunc leges, ut me ante ſocum hybernis noctibus fabulantem audire ſoles, & qua impetus fert uagantem. Liber quidem dicitur, colloquiũ eſt. Nil de libro haber præter nomẽ, non molẽ, non ordinem, non ſtylum, non denique grauitatem, ut qui curſim in itinere approperante conſcriptus ſit. Sed ideò librum appellare mos fuit, ut paruo te munere, magno ſed nomine promererer, & ſiſus licet noſtra tibi omnia placere, tamen ita te fallere cogitaui. Eſt & inter amicos hic fallendi uſus, pauxillum pomorum uel exiguũ obſonium miſſuri, uaſe argenteo incluſum, candido linteo obuoluimus, nec plus nempè quòd mittitur, nec melius ſed accipienti gratius, honeſtius ſit mittẽti. Sic & ego rem paruam, pulchro uelamine honeſtaui, cũque epiſtolam poſſem dicere, librum dixi, qui tibi non idcircò uilior fuerit, quòd lituris & additionibus plurimis intertextus, & pleno undique margine circũſitertus eſt. Et ſi enim oculis demptum aliquid ſit decoris, animo tamen tantundem gratiæ additum uideri debet, quod hinc uel maximè te mihi familiariſſimum intelligas, cui ſic ſcribam, ut additiones ac lituras ceu totidem ſigna familiaritatis ac dilectiõnis aſpicias. Nec præterea dubitare poſſis, meum eſſe, qui & manu mea tibi olim notiſſima ſcriptus, & quaſi de induſtria tot cicatricibus deformatus, ad te ueniat. Memorans tale aliquid de Nerone ſcripſiſſe. Suetonium Tranquillũ. Venẽre, inquit, in manus meas pugillares, belliq; cum quibuſdam notiſſimis uerſibus ipſius cyrographo ſcriptis, ut facile appareret, non tranſlatos aut dictante aliquo exceptos, ſed planè quaſi à cogitante atque generante exaratos. Ita multa & deleta & inducta & ſuperſcripta inerant. & hæc quidem ille, Nil tibi nunc aliud ſum ſcripturus.
Viue mei memor, & uale. Patauí. Idibus Ianuarijs, mei doloris in lectulo. hora noctis. XI.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. DE SVIIPSIVS ET MVLTORVM IGNORANTIA,

Liber.

NVnquam ne igitur quieſcemus? ſemper conflictabitur hic calamus? nullæ nobis erunt feriæ? quotidie æmulorum ingenijs reſpondendum erit? nec inuidiam aut latebræ excluſerint, aut tempus extinxerit, nec quietem mihi omnium fermè pro quibus humanum laborat atq; æſtuat genus, rerum fuga pepererit? nec uacationẽ denique iã deuexa, ac defeſſa ætas attulerit? O uenenum pertinax, quæ me pridem Reip. excuſaſſet, nondum excuſat inuidiæ, cumq; illa cui multum debeo me abſoluat, hæc cui nil debeo me moleſtat. Olim fateor ſtyli tempus erat amicioris, & naturam meam ſemper, & ætatem iam tranquillior decebat oratio. date ueniam amici, & tu lector quiſquis es parce oro, tuq; ante alios Donate optime, cui hæc loquor ignoſcito. Loqui oportet, non quia id melius, ſed quia contrarium difficilè. & ſi enim ratio ſilentium ſuadeat, digna niſi fallor indignatio & iuſtus dolor uerba extorquent. Auidiſsimus pacis in bellum cogor, rurſus ecce inuiti trudimur, rurſus ad cenſorium agimur tribunal, Mirùm, neſcio an inuidæ amicitiæ an amice dixerim inuidiæ. quid non potes liuor improbe, ſi amicos etiam flammare animos potes? Multa experto, hoc mali genus inexperto hactenus, nũc primum mihi mea ſors obijcit, omnium grauiſsimum peſſimumque, nam cum hoſtibus, congreſſus ſæpe proſperi, dulcis ut quibuſdam placet, ita eſt dulcis profectò uictoria, cum amicis decertanti & uincere & uinci miſerum. Mihi uerò neque cum amicis modo, neque cum hoſtibus, ſed cum inuidia bellum eſt, non nouus hoſtis, licet inſolitum pugnæ genus, pharetrata ferè quidem in acie deſcendit, ſagittis aggreditur. è longinquo ferit. hæc boni habet, cæca eſt, & ut facile declinetur, ſi prouiſa ſit, & ſine delectu iaciens, ſuos uulneret. Hoc mihi nunc monſtrum, ſalua amicitia transfigendum, anceps ſanè negocium, è duobus inuicem ſe complexis, illæſo altero, alterũ confodere. Tenes puto memoria, ut apud Alexandriã Cæſar in opino marte circũfluus, Ptolemæũ regẽ ſecũ in omnes belli caſus trahit, ne ſine illo pereat, q̃ res ſibi nõ exigua euadẽdi, ut creditũ cauſa fuit, ꝙ illũ ſcilicet mactare, ſimulq; hũc ſeruare difficile cenſuiſſent, qui illum oderant, hunc amabant. Nec id puto excidit, ut die illo quo Perſarum regnum Ortanis uiri prudentis ingenio, & ſeptem uirorum fortium uirtute, ſeruili tyrannide liberatum eſt, Gophyrus unus ex coniuratis, fuſco in loco tyrannorum alterum amplexus, ſocios ut uel per ſuum corpus illum feriant hortatur, ne parcendo ſibi, ille forſan euaderet. Et mihi nunc igitur ſancta clamat amicitia, ut uel per ſuũ latus ſtyli acie, impium feriam liuorem, quem ipſa non æquis amplexibus ſinu fouet. durum inter res tàm iunctas, tantis in tenebris diſcernere. Nitar tamen, ut ſicut tunc Gophyro incolumi hoſtis occubuit, ſic confutato nunc & perempta acri inuidia, dulcis amicitia ſalua ſit, quæ ſi uera eſt, ad quod neceſſaria uera eſt uirtus, ubi non aliter fieri poſſit, extincta inuidia lædi mauult, quàm illa ſuperſtite ſupraq; ſe regnante nõ lædi. Sed iam tandem ipſam rẽ aggrediar, mox ut loqui cœpero, & ni fallor antequàm cœperim, notã tibi non aliter, q̃ mihi eoq; fortaſsè notiorem, quo amici fame quã propriæ ſtudioſior eſt amicus. Et facilius quidẽ & honeſtius iraſcimur, ſi quid in amicos dictũ fuerit, q̃ ſi in nos. Itaq; multi ſua ſpreuere conuitia, atque hinc laudati ſunt, amici nemo tranquillus iniurias uel ſpectare potuit uel audire. neq; enim par animi magnitudo eſt, alienis ac proprijs offenſionib. nõ moueri. quo modo aũt ignotũ tibi eſſe poteſt, ꝙ ut mihi notum eſſet, tu feciſti, de quo me ſpernente ac

ridentẽ

ridente doluiſti? nota igitur tibi loquar, non ut amplius innoteſcant, ſed ut ſcias, quo aduerſus inuidiam ſim animo, et eodem eſſe incipias, nec grauius alienum uulnus, quã proprium ingemiſcas. Deniq; ut agnoſcas, quibus contra illam armis utor, qualiter longo uſu, atq; acri ſtudio, & aduerſus oblatrantium murmur obſordui & aduerſus liuidos dentes obdurui, & præſentis quidem textus hiſtoriæ hic eſt. Veniunt ad me de more, amici illi quatuor, quorum nominibus nec tu eges, gnarus omnium, nec in amicos, quamuis unum aliquid non amice agentes, nominatim dici lex inuiolabilis ſinit amicitiæ. Veniũt autem bini & bini, ut illos ſeu morum paritas, ſeu caſus aliquis cõglutinat, nonnunquam uerò ſimul omnes, & ueniunt mira ſuauitate, lætis frõtibus dulcibuſq; colloquijs nec ſim dubius, pijs intentionibus, niſi quod neſcio, quibus rimulis in illas meliori hoſpite dignas animas, infœlix liuor obrepſit. incredibile negotium, uerum licet, atque utinam non tàm uerum (quem non ſaluum modò ſed fœlicem cupiunt, quem non ſolum amant uerum etiam colunt, uiſitant, uenerantur, cui non tantum mites, ſed obſequioſi ac liberales eſſe omni ſtudio nituntur. O natura humana, & patentibus & abditis plena languoribus) eidem illi iuuident. quid? Neſcio fateor, & inquirens ſtupeo. non opes certè, quibus me tantum ſinguli ſuperant, quanto:

Delphinus Ballena Britannica maior.

ut ait ille: quas præterea & maiores optant mihi & mediocres, eaſq; non proprias ſed communicabiles, non ſuperbas, ſed humillimas, ſine iactantia, ſine faſtu, nec ulla prorſus inuidia dignas norunt. non amicos, quorum mihi partem maximam mors abſtulit, quoſq; ut reliqua omnia, partiri libens cum amicis ſoleo. non formam corporis, quæ ſiqua unquam fuit, cuncta uincentibus annis euanuit, & quamuis huic ætati ſatis adhuc Deo largiente ac ſeruante habilis, at certè inuidioſa iampridem eſſe deſijt. & ſi qualis unquam fuit, adhuc eſſet, an uel hodie poſſem, uel tunc poterã obliuiſci. uel Poëticum illud q̃ puerulus hauſerã:

Forma bonum fragile eſt.

Vel illud Salomonis in eo libro quo paruulũ docet. Fallax gratia & uana eſt pulchritudo. quomodo igitur inuiderent mihi quod non habeo, quod dum habui ipſe contempſerim, quodq́ue ſi redderetur, nunc uel maximè cognita & experta eius inſtabilitate contemnerem? Non denique ſcientiam aut eloquentiam, quarum primam penitùs nullam mihi eſſe confirmant, altera ſiqua eſſet, apud illos hoc moderno Philoſophico more contemnitur, & quaſi literatis uiris indigna reſpuitur? ſic iam ſola Philoſophantis infantia & perplexa balbuties, innitens ſupercilio atque oſcitans, ut Cicero uocat, ſapiẽtia in honore eſt. nec redit ad memoriam Plato eloquentiſsimus hominum, nec ut ſileam cæteros, dulcis ac ſuauis ſed ab his ſcaber factus Ariſtoteles, ſic à ſuo deſiſtunt ſeu deerrãt duce, ut eloquẽtiam (quam ille Philoſophiæ ornamentum ingens ratus, ei ſtuduit adiungere, Iſocratis ut perhibẽt oratoris gloria permotus) hanc iſti impedimentum probrumq́ue exiſtiment. ultimo non uirtutem ipſam opportunam, haud dubiè, inuidioſiſsimamq; rerum omnium, ſed ut illis ut puto ullem, eo quòd nec tumida nec elata eſt. Hanc mihi ergo uerè optarem, ſed profectò concorditer ac libenter tribuunt. Et cui parua negauerint, muneris inſtar exigui, quod eſt maximum largiũtur, uirũ bonũ, immò optimũ dicunt, qui ô utinam non malus, ut nanq; non peſsimus, in iuditio Dei ſim. Eundem tamen illiteratum prorſus & idiotam ferunt, cuius aliquando contrarium, iuditio literatorum hominũ diffinitum eſt, quam ueraciter non laboro. neque enim magni facio quod mihi eripitur modò quod concedítur uerum eſſet. cupidiſsimè cum his fratribus meis noſtræ parentis gratiæ cœleſtis hæreditatem ſic partirer, ut ipſi quidem literati omnes, ego autem bonus eſſem. Literarum uerò uel nihil uel non niſi quãtum quotidianis Dei laudibus opportunum eſt, nouiſſem. Sed heu uereor, ne & humile me fruſtretur uotum, & ſuperba illos opinio. ipſi autem mitem bonis moribus, & multa me aſſerunt amicitiarum fide, in quo quidem ultimo niſi ego fallor, non falluntur. Cæterum ea eſt cauſa, cur me in amicis habeant, non ingenium illum non induſtria, non doctrina, nõ ſtudium honeſtarum artium, aut ſpes ueri ex me unquam audiendi diſcendiq́;. Ita planè eò reditum, quod de Ambroſio ſuo narrat Auguſtinus. A-

KK 2 mare,

mare, inquit, eũ cœpi non tanquam doctorẽ ueri, ſed tanquã hominũ benignũ in me. ſeu quod, de Epicuro ſentit Cicero, cuius cum multis in locis, mores atq; animũ probet, ubiq; damnat ingenium, ac doctrinam reſpuit. quibus ad hunc modum ſeſe habentibus, quid mihi inuideant dubitari poteſt, cum inuidere aliquid non ſit dubium. neque enim benè diſſimulant, nec interius pulſas ſtimulis linguas frenant, quod in hominibus, alioquin non incompoſitis nec inſulſis, quid niſi euidens paſsionis indomitæ ſignum eſt? quàm ſi inuideant ut faciunt, nec quod inuideant eſt aliud utique latens uirus per ſeipſum panditur, unum enim hoc inane inuident, quantulumcunque eſt nomen & hanc famam, quæ uiuenti maior, forſitan, quàm pro meritis, aut pro communi more obtigit, qui perraró uiuos celebrat. In hoc illi obliquos defixêre oculos, quo & nunc & ſæpe utinam caruiſſem. crebrius enim damno id memini mihi fuiſſe, quàm uſui, cum qúe non paucos mihi fecerit amicos, hoſtes fecit innumeros. Et ita mihi accidit, ut his qui inſigni caſside uiribus haud magnis in pugnam eunt, quibus nil aliud Chymeræ fulgor præſtat, niſi ut à pluribus feriantur. Hæc mihi olim peſtis, perquàm familiaris uiridioribus annis fuit, nunquam uerò moleſtior, quàm quæ nunc exarſit, quod & ego delicatior ineundis bellis iuuenibus, ac talibus ſubeundis oneribus & illa unde nec uereor nec uerebar, & quando uel meis moribus uicta uel æuo iam conſumpta eſſe debuerat, inopina renaſcitur. Sed progredior. Cogitant ſe magnos & ſunt planè omnes diuites, quæ nunc una mortalibus magnitudo eſt. ſentiunt etſi in hoc multi ſeſe fallant, nullum ſibi nomen partum, nullum ſi ritè præſagiunt ſperatum. has inter curas anxij tabeſcunt, & quanta uis mali eſt? rabidi uelut canes, in amicos quoque linguas exerunt, dentes acuunt, uulnerantqúe quos diligunt. quæ'nam hæc cæcitas? quis'nam furor? nonne enim ſic etiam Pontheum furens mater lacerat, & Hercules paruos natos? amant iſti me & mea omnia, præter unum nomen, quod mutare nõ renuo, ut Therſites dicar, aut Chærilus, uel ſiquid aliud malunt, ſi uel ſic obtineã, ne qua ſit penitus tàm honeſti amoris exceptio. Eo uerò acrius urũtur, & cæco æſtuant incẽdio, quod & ipſi ſtudioſi omnes & lucubratores magni ſunt, ita tamẽ ut primus literas nullas ſciat, nota tibi loquor omnia, ſecundus paucas, tertius nõ multas, quartus uerò nõ paucas fateor, ſed perplexas adeò tamqúe incompoſitas, & ut ait Cicero, tanta leuitate & iactatione, ut fortaſſe melius fuerit nullas noſce. ſunt enim literæ multis inſtrumenta dementiæ, cunctis ferè ſuperbiæ, niſi quod raro in aliquam bonam, & benè inſtitutam animã inciderunt: multa igitur de belluis, deqúe auibus ac piſcibus, quot leo pilos in uertice, quot plumas accipiter in cauda, quot Polybus ſpiris naufragum liget. Vt aduerſi coëunt Elephantes, bienniũqúe uterum tument, ut docile uiuaxqúe animal, & humano proximum ingenio, & ad ſecundi tertijq; finem ſæculi uiuendo perueniens, ut Phœnix aromatico igne conſumitur uſtuſqúe renaſcitur, ut Echìnus quouis impetu actam proram frenat, cum fluctibus erutus nil poſſit. ut uenator ſpeculo Tygrem ludit, Arimaſpus Gryphen ferro impetit, Cete nautam tergo fallunt, ut informis urſæ partus, multæ rarus, uiperæ unicus, iſqúe infœlix, ut cæci talpæ, ſurdæ apes, ut poſtremò ſuperiorem mãdibulam omnium ſolus animantium crocodylus mouet: quæ quidem uel magna ex parte falſa ſunt, quod in multis horum ſimilibus, ubi in noſtrum orbem delata ſunt patuit, uel certè ipſis auctoribus incomperta, ſed propter abſentiam uel credita promptius uel ficta licentius. quæ deniq; quamuis uera eſſent, nihil penitùs ad beatam uitam, nam quid oro, naturas belluarum & uolucrum & piſcium & ſerpentum noſce profuerit, & naturam hominum ad quid ſumus, unde & quo pergimus uel neſcire uel ſpernere. Hæc & alia huiuſmodi aduerſos hos ſcribas, non Moſaica uti, utique nec Chriſtiana, ſed Ariſtotelica ut ſibi uidentur in lege doctiſsimos, cum ſæpe liberius agerem, quàm ſoliti ſint audire, idqúe fortaſsis incautius, ut qui inter amicos loquens, nihil inde periculi prouiderem. mirari illi primùm, poſt iraſci, & quoniam contra ſuam hæreſim ac paternas leges dici iſta ſentirent, collegerunt & iſti conſilium, ut me quem profectò diligunt, ſed ut famam meam quam oderunt ignorantiæ crimine condemnarent. uocaſſent utinam & alios. Fuiſſet forſitan in conſilio. dicendæ ſententiæ contradictum, ipſi uerò ut concors eſſet, & unanimis ſententia, ſoli quatuor conuenêre. Ibi de ab

ſente

ſente atq; indefenſo, multa & uaria, nõ q; uariæ animati eſſent, cũ unũ omnes ſentirent, unum que dicturi eſſent, contra ſe tamen ſuũq; iuditium, peritorum more iudicum argumentes, ut uelut contradictionum anguſtijs eliquata, & expreſſa ueritate coloratius diffinirẽt. Dixerunt primo, famam publicam pro me ſtare, ſed parum fidei merita reſponderunt, nec mentiti ſunt, eo quòd uulgus rariſsimè uerum cernat. dixerunt deinde, maximorum atque doctiſsimorum hominum amicitias, quibus ornatam quod in domino glorier uitam egi, eorum ſententiæ obſtare, quin & regum familiaritates plurimorũ, nominatim Roberti Siculi regis, qui me iuuenem quoque crebro & claro ſcientiæ atque ingenij teſtimonio honeſtaſſet. Reſponderunt, & hic planè mentita eſt iniquitas, & nõ dico iniquitas, ſed uanitas, ſibi Regem ipſum literatum magna etiam fama, ſed nulla fuiſſe notitia. Reliquos quam uis doctos, in me tamen non ſat perſpicaci fuiſſe iuditio, ſeu amor ille, ſeu incurioſitas fuiſſet. illud ſibi prætere a obiecẽre, quod Rom. Pon. tres proximos, pro ſequemq; certatim, me ad ſuæ familiaritatis inſignem gradum, ne quicquam licet euocaſſe & hunc ipſum qui nunc præſidet Vrbanum, de me benè loqui ſolitum, mitiſsimisqúe me literis uiſitaſſe. iam inſuper & Romanum hunc principem, neque enim alius æiate hac legitimus princeps fuit, me inter familiares charos numerare, meq; ad ſe multa quotidie precum ui & nũcijs repetitis atque epiſtolis ſolitum uocare, late notum nulliqúe dubium eſt. ex quibus aliquid mihi nonnullius pretij argumentum quæri ſentiunt. Sed & hunc obiectum diſſoluentes, & Pontifices uel ſecutos famam, aberraſſe, cum cæteris uel moribus, non ſcientia inductos, ut id agerent aſſeruẽre, & principem ſtudio geſtarum rerum, atque hiſtorijs motum, quarum mihi aliquam notitiam non negant. Ad hæc obſtare ſibi dixerunt eloquentiam, quàm ego Mediusfidius, non agnoſco. ipſi autem perſuaſorem ſatis efficacem perhibẽt, quod & ſi rhetorici ſiue oratoris officium ſit, appoſitæ dicere, ad perſuadendum finis, perſuadere dictione, multis tamen indoctis cõtigiſſe aiunt, quodque eſt artis, tribuũt fortunæ, uulgatumqúe illud afferunt: Multum loquentiæ, parum ſapientiæ. nec aduertunt diffinitionem Catonianam illam oratoris huic calumniæ aduerſantem. Obſtare demum & ſcribendi ſtylum, quem non ſolum uituperare, ſed partius laudare uereri elegantem prorſus & rarum, ſed abſque ulla ſcientia faſſi ſunt. ſed qualiter hoc fieri poſſet non intelligo, nec intelligere illos reor. & puto ſi ad ſe redeant, dictumqúe recogitent, tàm facilis pudebit ineptiæ. ſi enim primum uerum eſſet, quod ego rurſum nec fateor, nec opinor, ſecundum falſum eſſe non dubitem. nam quo pacto omnium ignaro ſtylus excellens ſit, qui eis nihil ignorantibus nullus eſt? Ita'ne fortuita omnia ſuſpicantes, locum non linquimus rationi. Quid autem uis, ſeu quid reris? Expectas credo iudicum ſententiam. omnibus igitur ad examen ductis, neſcio quem Deum, quoniam nec Deus uolens iniquitatem, nec Deus inuidiæ aut ignorantiæ ullus eſt, quàm geminam ueri nubem dixerim, ante oculos habentes, breuem diffinitiuam hanc tulẽre ſententiam, ſcilicet me ſine literis uirum bonum. O utinam ueri nihil unquam, præter hoc unum dixerint, aut dicturi ſint. & ô alme ſalutiferqúe *IESV* uerè literarum omnium & ingenij Deus, & largitor uere Rex gloriæ ac uirtutum Domine, te tunc flexis animæ genubus ſupplex oro, ut ſi mihi non amplius uis largiri, hæc ſaltem portio mea ſit, ut uir bonus ſim, quod niſi te ualdè amem, pieq; colam, eſſe non poſſum. ad hoc enim, non ad literas natus ſum, quæ ſi ſolæ obuenerint inflant, diruuntqúe non ædificant, fulgida uincula, laborioſumqúe negocium ac ſonorum pondus animæ. Tu ſcis Domine coram quo omne deſiderium atque omne ſuſpirium meum eſt, quod ex literis, quando his ſobriè uſus ſum, nihil amplius quæſiui, quàm ut bonus fierem, non quod id literas, aut quamuis id polliceretur Ariſtoteles, & multiqúe alij omnino, aliquem, niſi te unum facere poſſe confiderem, ſi quod per literas quo tendebam iter, honeſtius ac certius, ſimulq; iucundius extimarem, te duce non alio. Tu ſis, inquam, ſcrutator renum & medullarum, ita eſſe ut dico. nunquam tàm iuuenis, nunquam tàm gloriæ cupidus fui, quod interdum me fuiſſe

non inficior, quin maluerim bonus eſſe quàm doctus. Optaui utrunque fateor, ut infinita eſt & inexplebilis humana cupiditas, donec in te ſiſtat, ſupra quem quo ſe erigat non eſt. Duo optabam, ſed quoniam alterum eripitur ſeu negatur, gratiam iudicibus meis habeo, qui è duobus mihi optimum reliquerunt, modò ne id quoq; mentiti ſint. Et ut mihi præriperent quod uolebant, quod non erant dederunt, quo iacturam ipſe ſolarer meam, ſed inani ſolatio morem in me muliebris inuidiæ ſecuti. quæ ſi quæritur de uicinæ forma, bonam illam & benè moratam dicit omnes denique titulos falſos licet illi cedit, unum & fortaſsè uerum, ut eripiat formoſæ nomen. At tu deus meus ſcientiarum domine, extra quem non eſt alius, quem & Ariſtoteli & Philoſophis quibuslibet ac Poëtis, & quicunque multiplicant loqui ſublimia gloriantes, quem denique literis & doctrinis & omnino rebus omnib. pferre debeo & uolo. Tu mihi quod illi falſum tribuunt, uiri boni nomen tribuere uerum potes, & ut uelis precor, neque tàm nomen bonum, quod unguentis pretioſis præfert, Salomon quã rem ipſam poſco, ut ſim bonus, ut te amem amariqúe merear abs te. nemo enim ſic ſuis amatoribus uicem reddit, ut te cogitem, tibi obſequar, in te ſperem, de te loquar. Recedant uetera de ore meo, & tibi præparentur cogitationes meæ, ut rè enim arcus fortium ſuperatus eſt, & infirmi accincti ſunt robore, fœliciorq; eſt multo unus ex puſillis iſtis, qui in te credũt, quàm Plato, quàm Ariſtoteles, quàm Varro, quàm Cicero, qui ſuis omnibus cum literis te non norunt, & admoti iunctiq; tibi, qui petra es, abſorpti ſunt, iudices eorum & literata ignorantia patefacta eſt. Literæ igitur ſint, uel horum qui illas mihi auferunt, uel quia horum niſi fallor eſſe non poſſunt, ſint quorumcunque potuerint, horum autem ſi ſuarum opinio rerum ingẽs, & Ariſtoteles nudum nomen quod his quinque ſyllabis multos delectat ignoras. Inſuper & inane gaudium, & elatio fundamenti inops ac ruinæ proxima, omniſqúe quem inſcij & inflati de ſuis erroribus fructum, uana & facili credulitate percipiunt, mea uerò ſit humilitas & ignorantiæ propriæ fragilitatiſqúe notitia, & nullius niſi mundi, & mei & inſolentiæ contemnentium me, contemptus, de me diffidentia, de te ſpes. Poſtremò portio mea Deus, & quam mihi non inuident, uirtus illiterata, ridebunt planè, ſi hæc audiant, & dicent me, ut aniculam quamlibet ſine literis piè loqui. his enim literarum typo tumidis, nil pietate uilius, qua ueris ſapientibus ac ſobriè literatis nihil eſt charius, quibus ſcribitur, pietas eſt ſapientia, meiſqúe ſermonibus magis ac magis in ſententia firmabuntur, ut ſine literis bonus ſim. Quid uero nũc dicimus, Donate fidiſsime? te alloquor, quem magis horum liuoris aculeus, quàm meipſum cui infligebatur pupugit, quid inquam amice agimus? an æquiores iudices prouocamus? an ſilemus, & ſilentio ſententiam confirmamus? hoc ſatius, immò ut ſcias quàm nihil obluctor, ne decimus expectandus dies ſit, nunc qualiumcunque ſententijs iudicum acquieſco, teq; & reliquos quos res tangit, qui de me contrarias ſententias tuleratis obſecro, ut & uos mecum pariter manum detis, & uobis patientibus horum iuditium uerũ ſit, Verum, utinam, in eo quòd mihi tribuunt, nam in eo quod eripiunt ultrò, fateor, immò profiteor uerum eſſe. Et ſi iudices idoneos planè negem, niſi fortè eo iure niti uelint, quod iſtorum Deus Ariſtoteles, ait. Vnuſquiſq; benè iudicat quæ cognoſcit, & eorum bonus eſt iudex. melius nempè cognoſci nihil poſſe uideatur, quàm quo abundat ipſe qui iudicat, ut ſcilicet hoc obtẽtu poſsint ignorãtiſsimi homines, de ignorãtia iudicare. non eſt autem ita. & de ignorantia enim, & de ſapientia, & de re qualibet, ſapientis eſt iuditium in eo inquam ſapientis, de quo iudicat. neq; uerò ut de Muſica Muſici, de Grammatica Grammatici, ſic de ignorantia ignorantes iudicant. Sunt quibus abundare inopia ſumma eſt, & quæ melius à quolibet iudicentur, quàm ab eò qui maximè his abundat. Deformitatem nemo minus intelligit, quàm deformis, cui cum illa familiaritas iam contracta eſt, ut quæ formoſi oculos uulneraret, hanc iſte nõ uideat. eadem ratio reliquorum omnium defectuum. nemo peius iudicat de ignorantia, quàm ignorans. Non hoc dico, ut declinem forum, ſed ut pudeat ſi quis eſt pudor iudicaſſe qui neſciunt. ego enim de hac re non modo

ſenten-

ſententiam amicabilis amplector inuidiæ, ſed hoſtilis odij,& ad ſummā quiſquis ignarum me pronunciat, mecum ſentit.nam & ego ipſe recogitans,quàm multa mihi deſint,ad id quo ſciendi auida mens ſuſpirat,ignorantiam meam dolens,ac tacitus recognoſco. Sed me interim, dum præſentis exilij finis adeſt,quo noſtra hæc imperfectio terminetur,qua ex parte nunc ſcimus naturæ communis extimatione conſolor, idquè omnibus bonis ac modeſtis ingenijs euenire arbitror,ut agnoſcant ſe pariter ac ſolentur, his etiam quibus ingens obtigit ſcientia, ſecundum humanæ ſcientiæ morem loquor,quæ in ſe ſemper exigua pro anguſtijs quibus excipitur,& collata alijs ingens fit. alioquin quantulum quæſo eſt, quantumcunque eſt, quod noſce uni ingenio datum eſt immò quàm nihil eſt ſcire hominis quiſquis ſit,ſi non dicam ſcientiæ Dei,ſed ſuiipſius ignorantiæ comparetur.& hanc ſui cognitionem, ac propriæ imperfectionis extimationem,ſuique ipſius,quam dixi, conſolationem, his maximè, qui plus ſciunt pluſq; intelligunt ineſſe auguror.fœlices errore ſuo iudices mei,qui huiuſcemodi conſolatione non indigent, fœlices inquam non ſcientia,ſed non errore & ignorantia arroganti, qui ſibi ad angelicam ſcientiam,nil deeſſe autumant, cum ad humanam proculdubiò deſint multa omnibus, & multis omnia. Sed ad me reuertor,& heu amice,quid non mali affert uita longior?cui unquam tàm firma proſperitas fuit,ut non quandoque uariauerit,& quaſi uiuendo ſenuerit? Seneſcunt homines,ſeneſcunt fortunæ, ſeneſcunt famæ hominum,ſeneſcunt denique humana omnia,quodquè aliquando non credidi, ad extremum animi ſeneſcunt,quamuis immortales, uerumquè fit illud Cordubenſis. Longius æuum deſtruit ingentes animos.non quod animi ſenium,mors ſequatur, ſed diſceſſus à corpore,reſolutioq; illa,quam cernimus,& quæ,uulgo mors dicitur, & eſt mors corporis profectò,non animi, Senuit,ecce,refrixit animus meus.nunc experior ſenex,quod iuuenis inexpertus & paſtorium canens dixi.quid uiuere longum fert homini?quo enim ante hos non multo annos hec tuliſſem animo?quibus niſibus obſtitiſſem?crede mihi, bellum graue,inter ignorantiam & ignorantiam fuiſſet. nunc ſenem inuadere,eò turpius,quò tutius tollo manum,& mea illorum cedit ignorantiæ. Certè ego ,quàm præſagiens quid mihi reſtaret,nunquam ſine compaſsione quadam Laberij hiſtoriam legi,qui cum uitam omnem honeſta militia exegiſſet, ſexagenarius ad extremum Iulij Cæſaris blanditijs ac precibus(quæ de ore principum armare prodeunt) productus in ſcænam de Romano equite factus eſt Mimus,quam iniuriam ipſe quidem non tacitus tulit,immò multis interquè alia his queſtus eſt uerbis:

Ego bis tricenis annis actis ſine nota
Eques Romanus lare egreſſus meo,
Domum reuertor Mimus.nimirum hoc die
Vno plus uixi mihi quàm uiuendum fuit.

Ego quidem, gloriari licet apud te, literatus nunquam uerè,ſed aliquando creditus, domo puer egreſſus mea, nec uel ſenex rediens, totum penè tempus in ſtudijs triui,raro unquam ſanè mihi dies præterijt,quin aut legerem,aut ſcriberem, aut de literis cogitarem,aut legentes audirem,aut tacitus ſciſcitarer, neque uiros tantum, ſed & urbes doctas adij,ut doctior inde meliorq; reuerterer. Montem peſſulanū primo,quod per annos pueritiæ propinquior eſſem illi loco,mox Bononiam,pòſt Tholoſam & Pariſius Pataiuumq; & Neapolim ubi ſtudia tunc florebant,ſcio me multorum aures pungere.Illo Regum & Philoſophorum noſtri æui maximo Roberto,non doctrinæ quàm regni gloria inferiori quem mei iudices,ut infamiam tanto cum rege communem, penè mihi arbitrer glorioſam, quanquàm & cum alijs,ut noſtrum poſſit eſſe communis, ætate & fama maioribus,de quo in fine dicturus ſum,nulla fuiſſe dicūt notitia.cæterùm de hoc rege,& orbis totus, & ueritas in contraria fuère ſententia. ego autē iuuenis ſenem illum non ut regem colui, Reges enim paſſim plurimi,ſed ut rarum ingenij miraculum uerendumq; ſacrarium literarum.Ego illi & fortuna & annis tàntò impar,quod

adhuc multis eſt notum, in illa urbe præſertim familiariſsimè charus fui, non meritis me
is ullis, aut meorum, neq; militaribus aut aulicis artibus, quæ mihi penitùs nullæ erant,
ſed ingenio, ut aiebat, ac literis: Aut ipſe igitur iudex malus, aut ego cuſtos peſſimus,
qui ſtudendo ſemper & laborando dedicerim. Maximam præterea atq; optimam ſtu
dijs uitæ partem, illa in curia, quam Romanam neſcio cur dicebant, leuam Rhodani
ad ripam, ubi quinquaginta uel eò amplius egit annos. atq; unde nuper hoc ipſo anno,
utinam irreditura digrediens ductu & auſpicijs ſancti ſi perſeuerauerit Vrbani Quin-
ti, almam urbem & ſacratiſsimam Petri ſedē utinam permāſura reperijt. nec procul in-
de tranſalpino in Helicone meo, ubi Sorgia oritur, Rex fontiū conſumpſi, quarum in
altera, omnium fermè noſtri orbis literatorum hominū conuentus aſſiduus præſto fuit,
in altero ſolitudo & ſilentium, & quies meditantibus aptiſsima. itaq; illuc ſtudēdo, &
nunc ſcholas nūc magiſtros adeūdo, nūc amicis quæ didicerā aut ſcripſerā recitādo, hic
uagādo & cogitando, & licet peccator ſæpè etiā orando, ac mecū ſemper, raroq; niſi de
ſtudijs liberalib. conferēdo, omne meū tempus in literis actū eſt, mille interea doctis ac
probatis ſenib. & notitiā & in gratiā ueni, quos ſi pergam numerare, commemoratio
quidē dulcis, ſed Catalogus haud quaq; breuis euaſerit. his ſanè omnibus uel ſolā ud
præcipuā hanc ob cauſam placui, q literati famā, ſtudioſis in urbibus adoleſcens habui,
quā nunc ſeni in nautica ciuitate, quatuor iuuenes per ſententiā eripiūt, ita & mihi ut La
berio accidit, poſt & ſexageſimum annum meo de ſtatu excidi, non ut ille ſaltem Mi-
mus, quod artificium unū licet, & ingenioſum tamen quærit artificē, & ſuum inter me-
chanica locum tenet, ſed quod eſt ultimum ignorans. ſic res eunt, huc & ſtudia & labo-
res noſtri noſtræq; uigiliæ peruenêre, ut qui iuuenis doctus à quibuſdā dici ſoleo, profun
diore iuditio ſenex idiota reperior. Dolendū forſitan, ſed ferendū, forſitan nec dolen-
dum, ferendū ſanè, ut reliqua omnia, quæ hominib. accidunt, damnū, pauperies, labor,
dolor, tædiū, mors, exilium, infamia, quæ ſi falſa eſt, ſpernenda eſt, nam & cōtradictores
inueniet, & eundo deficiet. Si uera autem recuſanda non eſt, ut nec alia culpis ho-
minum inuenta ſupplicia. equidem ſi ſcientiæ uerum decus, mihi uerbis eripitur, ride-
bo, at ſi falſum non feram modò ſed gaudebo, non meis ſarcinis excuſſus, & indebitæ
famæ laborioſa cuſtodia liberatus. Melius cum prædone agitur, dum iniuſtus ſpolijs
exuitur, quā dum impunè furto utitur, iniuſti poſſeſſoris excluſor iniuſtus eſſe poteſt:
at excluſio utique iuſta eſt. Quod ad me attinet ut dixit, non iuſtam modò ſententiam,
ſed iniuſtam probo, nec iudicem quemlibet nec raptorem renuo. operoſa ac difficilis
res eſt fama, & præcipuè literarum. omnes in eam uigiles atq; armati ſunt, etiā qui ſpera
re illam nequeunt, habentibus nituntur eripere, habendus calamus ſemper in manibus,
intento animo erectiſq; auribus ſemper in acie ſtandum erit. Quiſquis quocunque pro
poſito, me his curis, atque hoc faſce liberauerint, aſſertori meo gratiam habeo, & ſeu ue
rum ſeu falſum, certè laborioſum ac ſollicitum literati nomē, quietis atq; ocij auidus, li
bens pono memorans illud Annei Senecæ: Magno impēdio temporū, magna alienarū
auriū moleſtia, laudatio hæc conſtat. O' hominem literatum, ſcimus hoc titulo ruſticio-
re contenti, ô uirum bonum conſilio tuo ſto. præceptor morum optime, titulo ruſticio-
re ut tu ais, ut ego arbitror, meliore ac ſanctiore, atq; ob eā rem etiam nobiliore contētus
ſum, quando præſertim mihi hunc mei iudices relinquunt. illud tamen metuo ut dice-
bam, ne hic ipſe titulus fallens ſit, nitor tamen ut ſit uerus. neq; hinc deſinā, nec laſſabor
uſq; ad extremos, halitus nouiſsimūq; ſingultum, & ſi quod idem alibi dixiſti, ut ſim bo
nus, opus eſt uelle, ſiue hoc perficit, benè erit, ſiue inchoat, & pars eſt bonitatis, uelle bo
nū fieri, pro ea ſaltem parte, titulum uerum ſpero. Redeo ad cenſores meos, de qui-
bus & multa dixi, & ut nil te lateat, nunc etiam aliquid eſt dicendum. neque enim ut il
literatus, ſic & amens ac ſtupidius dici uelim: literæ enim ſunt aduentitia ornamenta, ra
tio autem inſita, ipſiusque hominis pars eſt, non ergo, ut illis ita, & hac non me pude-
at caruiſſe. neque uerò hæc defuit, qua illorum ridiculas declinarem, circumueniri eo-
rum artibus non facilè potuiſſem, mea ipſe puritate & uelo honeſtiſsimo fidelis, ut re

bar

bar amicitiæ obuolutus ſum: fidentem fallere, perfacilè eſt. dixi & repeto, ad uiſendum
me ut multi alij, illius pulcherrimæ maximæq; urbis ciues ſoliti uenire, bini ſæpius & in-
terdum ſimul omnes. Ego autem lætari, & quaſi totidem angelos excipere, oblitus re-
rum omnium, niſi illorum qui totum animum occupabant, & miris ſerenabant modis.
Ibi confeſtim ut inter amicos multa & diuerſa colloquia. Mihi autẽ nihil curæ eſſe, qua-
liter ſeu quid dicerem, ſeu omnino aliud, quàm ut læta frons lætiorq; animus eſſet, tali-
um hoſpitum aduentu, ita ut interdum gaudio in ſilentium cogerer, interdum reueren
tia quadam, ne concurſu, ut fit loquendi auidos impedirem, & nunc nihil, nunc uulga-
ria loquerer. nil enim in amicitijs comere didici, nihil diſsimulare, nihil fingere, ſed in
lingua atq; in fronte animum habere, neq; aliter cum amicis, quã mecum ipſe loqui om
nia, quo ut ait Cicero, nihil eſt dulcius. quid enim oſtentare amicis eloquentiã aut ſcien
tiam opus eſt, qui animũ, qui affectus, qui ingeniũ, ipſum uident, niſi fortè aliud, nõ ren
tandi, ſed diſcendi gratia quæſierint, ubi tamen nec oſtentatio, ulla nec ornatus exigerit,
ſed fidelis ut reliquorũ omniũ, ſic ſcientiæ participatio, exceptionis expers & inuidiæ.
Itaq; ſæpè miror Cæſarẽ Auguſtũ tantum principem, tantã rem exiguæ rei curam, inter
tot maximarũ rerum curas, alias ſuſcipere potuiſſe, ut non modo ad populũ aut Sena-
tum, ſeu ad milites, ſed cum uxore etiã atq; amicis, nil niſi de libertate, & crebro in ſcrip
tis loqueretur. Fecit hoc forſitan, ne quid ſuperuacuũ & inſulſum, caſu aliquo ſibi exci-
deret, quo cœleſtis oratio reprehẽdi poſſet aut ſperni. Licuerit hoc illi ſummo de culmi-
ne ſubditos ſcriptis uelut oraculis alloquẽti, mihi aũt ſermo, uagus inter amicos inela-
borantecq; ſententiæ, ualeat eloquẽtia, ſi tamẽ iugi ſtudio quærẽda eſt, indiſertus malim
eſſe, quã ſollicitus ſemper ac triſtis. Hoc propoſito, cum ſæpè inter charos ac familiares,
uel ſolitus meæ præſertim facultatis cõſcios, tũ præcipuè nuper uſus inter hos noſtros,
amica fiducia, in hoſtilẽ calumniam inaduertẽs incidi. nihil enim accuratè, nihil anxiè, ut
quodq; in animũ, utq; ad os primũ ueniſſet prius erũpere. illi ex cõpoſito circunfuſi, ſin
gula trutinare, quicquid dicerẽ, ſic excipere, tanquã nec melius ad me quicquam, nec id
ipſum cõptius dici poſſet. Id ſemel idq; iterũ atq; iterũ cum feciſſent, in ſententiã quàm
ueram optabant facilè cõfirmati ſunt. nil nempè facilius, quã perſuadere uolentib. iamq;
credentibus eò illi fidẽtius, ut ignarũ aliqui credo, inſuper, quod tũc minimè ſuſpicabar,
& inſcitiam redire. Sic incautus unus, plurimũ inſidijs circũuentus, ignorantium gregi
ibus ignorans miſceor. Solebãt illi uel Ariſtotelicũ problema, uel de animalibus aliquid
in mediũ iactare, ego aũt uel tacere, uel iocari uel ordiri aliud, interdumq; ſubridẽs quæ-
rere, quonã modo id ſcire potuiſſet Ariſtoteles, cuius & ratio, nulla eſſet & experimen
tum impoſsibile. Stupere illi & taciti ſubiraſci &: blaſphemum uelut aſpicere, cui ad fi-
dem rerũ aliud, quàm uiri illius auctoritas quæreretur, ut iam planè de Philoſophis &
ſapientiæ ſtudioſis amatoribus, Ariſtotelici ſeu uerius Pythagorici facti ſimus, renoua
to illo more ridiculo, quo quærere aliud non licebat, niſi an ille dixiſſet. Ille autẽ erat Py
thagoras, ut ait, Cicero. Ego uerò magnum quendam uirum, ac multiſcium Ariſtote-
lem, ſed fuiſſe hominem, & idcircò aliqua, immò et multa neſcire potuiſſe arbitror, plus
dicam, ſi per iſtos liceat nõ tam mihi amicos quã ſectarũ. Credo, hercle, nec dubito illũ
non in rebus tantum paruis, quarũ paruus & minimè periculoſus eſt error, ſed in maxi
mis & ſpectantibus, ad ſalutis ſummã aberraſſe, tota ut aiunt uita. & licet multa Ethico
rum in principio, & in fine de fœlicitate tractauerit, audebo dicere, clament ut libuerint
cẽſores mei, ueram illũ fœlicitatẽ, ſic penitùs ignoraſſe, ut in eius cogitatione non dico
ſubtilior, ſed fœlicior fuerit, uel quælibet anus pia, uel piſcator, paſtorue fidelis uel agri-
cola. quo magis miror quoſdã noſtrorũ, tractatũ illũ Ariſtotelicũ ſic miratos, quaſi ne-
phas cẽſuerint, idq; ſcriptis quoq; teſtari ſint, de fœlicitate aliquid poſt illũ loqui. Cum
mihi tamen audacter forſan dixerim hoc, ſed ni fallor uerè, ut ſolẽ noctua, ſic ille fœlici-
tatẽ hoc eſt, lucẽ eius ac radios, ſed non ipſam uidiſſe uideatur, nempè, qui illã non ſuis
in finibus, nec ſolidis in reb. ædificiũ, uelut excelſum, pcul in hoſtico tremulaq; in ſedẽ

 funda-

fundauerit, illam uerò non intellexerit, ſiue intellectam neglexerit, ſiue quibus prorſus
eſſe fœlicitas, non poteſt, fidem ſcilicet atq; immortalitatem, quas ab illo uel non intel-
lectas uel neglectas dixiſſe iam me pœnitet. alterum enim tantum dicere debui, non
intellectæ erant, nec nouerat illas ille, nec noſſe potuerat aut ſperare. Nondum e-
nim uera lux terris illuxerat, quæ illuminat omnem hominem, uenientem in hunc mun-
dum. Fingebant ſibi ille & reliqui, quod optabant, & quod naturaliter optant, cu-
iuſque contrarium optare poteſt nemo, fœlicitatem dico, quanquam uerbis ornatam,
abſentem uelut amicam canentes, non uidebant gaudebantq; de nihilo prorſus, quaſi
ſomnio beati, uerè autem miſeri, uicinæq; mortis tonitruo ad miſeriam excitandi, aper-
tisq; oculis conſpecturi, quæ nam eſſet illa fœlicitas, de qua ſomniando tractauerant.
quæ quidem ne quis ex me dici omnia, atque ideò nimis temerariè dici putet, tertium
decimum de ciuitate Dei Auguſtini librum legat, ubi de hoc ipſo contraq; Philoſo-
phos qui fecerunt ſibi, ſuo utor uerbo, ſicut eorum cuique placuit, uitas beatas ſuas,
multa grauiter atque acriter diſputata reperiet. Hoc, fateor, dixi ſæpè & dicam quo
ad loqui potero, quia uerum me dixiſſe ac dicturum eſſe confido, ſi hoc ſacrilegum o-
pinantur, uiolatæ me religionis accuſent, ſed Hieronymum ſimul non curantem, quid
dicat Ariſtoteles, ſed quid CHRISTVS. ego contrà, illos ſi diuerſum ſentiunt impi-
os ſacrilegosq; non dubitem, priusq; uitam & quicquid charum habeo Deus abſtule-
rit, quàm ſententiam hanc piam ueram ſalutiferam, aut quàm amore Ariſtotelis
CHRISTVM negem. Sint planè Philoſophi, ſint Ariſtotelici, cum proculdubiò
neutrum ſint, ſed ut ſint utrumque, neque enim clara hæc nomina illis inuideo, quibus
falſis etiam tument, non mihi inuideant humile, uerumquè Chriſtiani nomen & Ca-
tholici. Sed quid peto, quod ultrò facere illos & facturos eſſe ſcio, Non quidem no-
bis hæc inuident, ſed contemnunt tanquam ſimplicia & abiecta, ingenijsq; ſuis im-
paria & indigna. Secreta igitur naturæ atque altiora illis Archana Dei, quæ nos hu-
mile fide ſuſcipimus, hi ſuperba iactantia nituntur eripere, nec attingunt, nec appropi-
ant quidem, ſed attingere & pugno cœlum ſtringere inſani extimãt, & perinde eſt eis,
ac ſi ſtringerent propria opinione contentis, & errore gaudentibus, neq; illos ab inſa-
nia retrahit, non dico, ne rei ipſius impoſsibilitas, ad Romanos Apoſtolicis uerbis ex-
preſſà. quis enim cognouit ſenſum domini? aut quis conſiliarius eius fuit? Vel illud
Eccleſiaſticum ac cœleſte conſilium. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus
fueris, ſed quæ præcepit Deus tibi illà cogita ſemper, & in pluribus operibus eius non
fueris curioſus. Non eſt enim tibi neceſſarium ea quæ abſcondita ſunt uidere. Non
hoc dico, ex quo enim ſperauerit quicquid cœlitus, immò ut dicam quod eſt, quicquid
quid Catholicæ dictum ſciunt, at ſaltem de Democriti non ineptus iocus. Quod eſt,
inquit, antè pedes nemò ſpectat, cœli ſcrutantur plagas. & facetiſsima illa Cicero-
nis irriſio temerariè diſputantium, nullaquè de re dubitantium, tanquam modò Deo-
rum ex concilio deſcendentes, quid ibi agatur oculis ſuis aſpexerint, quibuſquè per-
ceperint. Vel illud antiquius atque acrius apud Homerum. Iuppiter non morta-
lem hominem, non ex communi grege Deum aliquem, ſed Iunonem illam ſu-
am coniugem ac ſororem reginamquè Deum, graui comminatione deterrens, ne ſe-
cretum ſuum intimum auderet inquirere, aut ſciri poſſe præſumeret. Sed ad Ariſtote-
lem reuertamur, cuius ſplendore lippos atque infirmos præſtringẽte oculos, multi iam
erroris in foueas lapſi ſunt, ſcio enim unitatem principatus poſuiſſe, quàm iam antè
poſuerat Homerus, ſic enim ait: Quantum nobis in Latinum ſoluta oratione tranſ-
latúm eſt. Non bonum multitudo numinum, unus dominus ſit unus Imperator.
iſti autem pluralitas principatuum bona, unus ergo princeps, ſed ille humanum, hic
diuinum. ille Græcorum, iſte omnium principatuum, ille Atridem, iſte Deum princi-
pem ſtatuebat, eouſque ueri ſibi fulgor illuſtrauit animum, quis hic princeps qualisuè

& quan-

& quantus, neſciſſe eum, & qui multa de numinibus curioſè admodum diſputaſſet, unum hoc & maximum non uidiſſe crediderim, quod uiderunt multi literarum neſcij; lubentérque luce non altera, uerum aliter illuſtrante. Idque amici iſti mei ita eſſe non uident, cæcos ego illos planéque exoculatos eſſe uideo, & ſic omnibus uideri, quibus oculi ſani ſunt non magis, hæſitauerim quàm ſmaragdum uiridem, niuem candidam: coruum nigrum. utque audaciam meam æquanimius Ariſtotelici noſtri ferant, non de uno tantum ita ſentio, & ſi unum nominem, lego qūmuis ignorans, & antequàm iſti noſtram ignorantiam deprehendiſſent, intelligere aliquid uidebar. lego, inquam, ſed uiridioribus annis attentius legebam. adhuc tamen Poëtarum & Philoſophorum libros lego. qui Ciceronis ante alios, cuius apprimè & ingenio & ſtylo ſemper ab adoleſcentia delectatus ſum, inuenio eloquentiæ plurimum & uerborum elegantium uim maximam, quod ad deos ipſos, de quorum ille natura nominatim libros edidit, quodque omninò religionem ſpectat, quo diſertius dicitur, eò mihi inanior eſt fabella, Deoque tacitus mecum gratias ago, qui hoc mihi ſeu iners, ſeu modeſtum dedit ingenium, animumque non uagum neque altiora ſe quærentem, neque his ſcrutandis curioſum, quæ quæſita difficilia, peſtifera ſint inuentu. ſed quo plura contra CHRISTI fidem dici audio, & CHRISTVM magis amem, & in CHRISTI fide ſim firmior, ita nempè mihi accidit, ut ſiquis in patris amore tepentior, de illo audiat obloquentes amorque qui ſopitus uidebatur, illicò inardeſcit, ita enim eueniat neceſſe eſt, ſi uerus eſt filius. Sæpè me CHRISTVM ipſum teſtor, de Chriſtiano Chriſtianiſsimum hæreticorum fecere blaſphemiæ. pagani enim illi ueteres, & ſi multa de his fabulentur, non blaſphemant tamen, quia ueri Dei notitiam nullam habent, neque enim CHRISTI nomen audierunt. Fides autem ex auditu eſt. Et quamuis in omnem terram exiuerit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum, Apoſtolorum tamen uerbis ac doctrinis toto orbe ſonantibus, illi iam mortui ac ſepulti erant, miſeri magis quàm culpabiles, quorum aures quibus haurire fidem ſalutiferam potuiſſent, inuida iam tellus obſtruxerat. Inter cunctos tamen potentiſsimè illi tres libri Ciceronis, quos de Natura Deorum inſcriptos ſupra memini, ſæpè me excitant, ubique ſcilicet tantum illud ingenium de his agens, ipſos ſæpè Deos irrideat ac deſpicit, non quidem ſeriò fortè ſupplicium timens, quod antè aduentum Sancti ſpiritus, ipſi etiam Apoſtoli timuerunt, ſed his quibus abundat iocis efficaciſsimis, quibus clarum fiat intelligentibus, de eo ipſo quod tractandum aſſumpſerat, quid ſentiret, ut ſortem ſuam ſæpè inter legendum miſeratus, ipſe mecum tacitus dolenſque ſuſpirem. quod uerum Deum uir ille non nouerit, paucis autem ante CHRISTI ortum annis obierat, oculoſque mors clauſerat, heu quibus è proximo noctis, erratice ac tenebrarum finis, & ueritatis initium ueræque lucis aurora & iuſtitiæ ſol inſtabāt. qui tamen Cicero, ipſe ſuis in libris, quos in numeros ſcripſit, & ſi errorum torrente uulgariū lapſus, ſæpè Deos nominet, & ſæpè illos tamen deridet, ut dixi, & iam inde à iuuentute ſua libros Inuētionum ſcribens, dixerat eos qui Philoſophiæ dent operam, nō arbitrari Deos eſſe. Nempè Deum noſſe, non deos, ea demū uera & ſumma Philoſophia eſt ita dico, ſi cognitioni pietas & fidelis cultus acceſſerit. idem quoque iam ſenior his ipſis in libris, quos de dijs, non de Deo ſcribit, ubi ſeſe colligit, quantis ingenij alis attollitur. ut interdum non paganum Philoſophum, ſed Apoſtolum loqui putes, quale eſt illud in primo contra Velleium, Epicureæ ſententiæ deſenſorem. Eos, inquit, uituperabas, qui ex operibus magnificis atque præclaris, cum ipſum mūdum cum eius membra, cœlum, terras, maria cunque eorum inſignia, Solem & Lunam, ſtellaſque uidiſſent, cumque temporum maturitates mutationes uiciſsitudineſque cognouiſſent, ſuſpicati ſunt aliquam eſſe excellentem præſtantemque naturam, quæ hoc effeciſſet, moueret, regeret, gubernaret. In ſecundo autem. Quid, inquit, poteſt eſſe tàm apertum, tàmque perſpicuum, cœlum, ſi aſpeximus, cœleſtiaque contēplati ſimus, quàm eſſe aliquod numen præſtantiſsimæ mentis, quo hæc regantur. Et eodem in libro.

Cryſippus

Cryſippus quidem, inquit, quanquam eſt acerrimo ingenio, tamen ea dicit, ut ab ipſa natura didiciſſe, non ut ipſe reperiſſe uideatur. Si enim, inquit, eſt aliquid in rerum natura, quod hominis mens & ratio, quod uis, quod poteſtas humana efficere non poſsit, eſt certè id, quod effecit homine melius. atqui res cœleſtes, omneſq́ue hæ, quarum eſt ordo ſempiternus, ab homine confici non poſſunt. eſt igitur id quo illa conficiuntur, homine melius. Id autem quid potiùs dixerim quàm Deum. deinde paucis interiectis, quod ſi omnes, inquit, mundi partes ita conſtitutæ ſunt, ut neque ad uſum meliores, neque ad ſpeciem pulchriores, effici potuerint, uideamus utrū ea fortuita ſint, an eo ſtatu quo cohærere nullo modò potuerint, niſi ſenſu moderante diuinaq; prouidentia. Si igitur meliora ſunt quæ natura, quàm quæ arte perfecta ſunt, nec ars efficit quicquam ſine ratione, nec natura quidem rationis expers eſt habenda. non igitur conuenit ſignum aut tabellam pictam cum aſpexeris, ſcire adhibitam eſſe artem, cumq; procul curſum nauigij uideris, non dubitare, quin id ratione atque arte moueatur, aut cum ſolarium uel deſcriptum, aut ex aqua contemplari intelligere declarari horas, arte non caſu mundum qui & has ipſas artes & earum artifices & cuncta complectatur, conſilij & rationis expertem putare, quod ſi in Scythiam aut in Britanniam ſpheram aliquis tulerit, hanc quàm nuper familiaris noſter effecit Poſsidonius. cuius ſingulæ conuerſiones idem efficiunt in Sole & Luna & in quinque ſtellis errantibus, quod efficitur in cœlo ſingulis diebus & noctibus, quis in illa barbarie dubitet, quin ea ſphera ſit perfecta ratione. hi autem dubitant de mundo, ex quo oriuntur & fiunt omnia caſu, ne ſit ipſe effectus, aut neceſsitate aliqua, aut ratione, ac mente diuina. Archimedem arbitrantur plus ualuiſſe in imitandis ſpheræ conuerſionibus, quàm naturam in efficiendis, præſertim cum multis partibus ſint illa perfecta quàm hæc ſimulata ſolertius. Hæc ut audis apud Tullium ſcripta ſunt, quibus dictis, rudem mox paſtorem illum ſumit, ab Actio Poëta, & ad propoſitum ſuum trahit. Nauim nunquam antea ſibi uiſam, illam ſcilicet, quàm in Colchon uehebantur, Argonautæ, procul è monte cernentem, atque attonitum nouitate miraculi pauentemq́ue, & multa ſecum opinantem, montem aut ſaxum, terræ uiſceribus ereptum, ac uentis impulſum pelago rapi, aut atros turbines conglobatos fluctuum concurſu aut tale aliquid, uiſis inde iuuenibus, quorum ope atque opera nauigium agebatur, & cantu nautico audito, heroumq́ue uultibus conſpectis, & ad ſe reuerſum, & errore ac ſtupore depoſito, quid'nam rei eſſe intelligere incipientem. poſt quæ ſtatim infert Cicero. Ergo, inquit, ut hic primo aſpectu inane quiddam ſenſuq; uacuum ſe putat cernere, poſt autem ſignis certioribus, quale ſit illud, de quo dubitauerat incipit ſuſpicari, ſic Philoſophi debuerunt, ſi fortè eos primus aſpectus mundi conturbauerat, poſtea cum uidiſſent motus eius infinitos & æquabiles, omneſq; ratis ordinibus moderata immutabiliq; conſtantia, intelligere ineſſe aliquem, non ſolum habitatorem, in hac cœleſti ac diuina domo, ſed etiam rectorem ac moderatorem, & tanquam architectum tanti operis tantiq; muneris. quod ipſum, alio loco penè iiſdem uerbis poſuit, Tuſculanarum quæſtionum libro primo. Hæc, inquit, & alia innumerabilia cum cernimus, ne dubitare, quin his præſit aliquis, uel effector ſi hæc nata ſunt, ut Platoni uidetur, uel ſi ſemper fuerint, ut Ariſtoteli placet, moderator tanti operis & muneris? Vides ut ubique unum Deum gubernatorem ac factorem rerum omnium, non Philoſophica tantum, ſed quaſi Theologica circumlocutione deſcribit, itaque magis hoc probo, quàm quod in ipſo naturæ Deorum libro ſequitur, auctore quidem Ariſtotele, quamuis namque ſententia una ſit, ibi tamen mentio eſt deorum, quorum nomen in omni ueritatis inquiſitione ſuſpectum eſt. Sic enim ait, præclarè ergo Ariſtoteles, ſi eſſet, inquit, qui ſub terra ſemper habitaſſet, bonis & illuſtribus domicilijs, quæ eſſent ornata ſignis. atq; picturis, inſtructaq; rebus his omnibus quibus abundant, hi qui beati putantur, nec tamen exiſſet ſuper terrā. acceſſiſſet aūt fama & auditione, eſſe quoddam numen & uim deorū, deinde aliquo tempore patefactis

patefactis terræ faucibus, ex illis abditis ſedibus euadere in hæc loca, quæ nos colimus atque exire potuiſſet, cum repentè terram & maria cœlumq́ uidiſſet, nubium magnitudinem & pulchritudinem uentorumq́ue uim cognouiſſet, aſpexiſſetq́ue ſolem eiuſq́ue magnitudinem & decorem, quem tamen per efficientiam cognouiſſet, quod is diem efficeret toto cœlo luce diffuſa: cum autem terram nox opacaſſet, tum cœlum totum cerneret aſtris diſtinctum, & ornatum, lunæq́ luminum uarietatem tum creſcensis, tùm ſeneſcentis eorumq́ omnium ortus & occaſus, utq́ inibi omni æternitate ratos immutabileſq́ curſus. quæ cum uideret, profectò & eſſe deos, & hæc tanta deorum opera eſſe arbitraretur. atque hæc quidem ille, Ariſtoteles, ſcilicet, cuius exemplum quod peregrinum nimis & ab experientia ſemotum uideretur, factam & non fictam rem, memoriæq́ue proximam in medio deducit, idem Cicero. Et nos autem inquit, tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam eruptione æthneorum ingenium finitimas regiones obſcuraſſe dicuntur, ut per biduum nemo hominem homo agnoſceret. cum autem die tertio ſol illuxiſſet, ut reuixiſſe ſibi uiderentur, quod ſi hoc idem externis contingeret, ut ſubitò lucem aſpiceremus, quæ nam ſpecies cœli uideretur? ſed aſsiduitate quotidiana, & conſuetudine oculorum aſſueſcũt animi neq́ admirantur, neque requirunt rationes earum rerum quas ſæpè uident, perinde quaſi nouitas magna, quam magnitudo rerum debeat ad exquirendas cauſas excitare. quis enim hunc hominem dixerit, qui cum tàm cœli motus certos, tàm ratos aſtrorum ordines, tamque inter ſe omnia connexa & apta uiderit, neque in ijs nullam ineſſe rationem eaq́ue caſu fieri dicat, quæ quanto conſilio gerantur, nullo officio aſſequi poſſumus? An cum machinatione, quadam moueri aliquid uidemus, ut ſpheram, ut horas, ut aliud, per multa non dubitamus, quin illa opera ſint rationis? cum autem impetum cœli admirabili cum celeritate moueri uertiq́ uideamus, conſtãtiſsimè conficientem uiciſsitudines anniuerſarias, cum ſalute rerum omnium dubitamus, quin ea non ſolum ratione fiant, ſed etiam excellenti quadam diuinaq́ ratione? Licet enim iam remota ſubtilitate diſputandi, oculis quodammodo cõtemplari pulchritudinem earũ rerum, quas diuina prouidentia dicimus conſtitutas. Audis amice quod prædixeram, non quaſi Philoſophum loquentem, ſed Apoſtolum. quid enim aliud tibi ſonare uidentur hæc omnia, & ſingula, quàm Apoſtolicum illud ad Romanos? Deus enim manifeſtauit illis. Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoq́ eius uirtus ac diuinitas, ita ut ſint inexcuſabiles, quia cum cognouiſſent Deum, non ut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis. quid quæſo aliud ſibi uult Cicero, totiens repetẽdo mundum, diuina prouidentia conſtitutum, diuina etiam prouidẽtia gubernari, idq́ uelut manu, linguæ, oculis hominum ingerendo, niſi ut auctore ac factore rerum cognito, puderet uiros ingenioſos à fonte ueræ felicitatis auerſos, per opinionum deuia, uanis atq́ aridis cogitatibus circumuolui. Poſſes autem admirari, niſi me noſſes, quod à Cicerone uix diuellor, ſic me illud delectat ingenium. Ecce nunc rerũ ſtyliq́ dulcedine quadã, non inſolita raptus, quo non ſoleo, ut alieno mea inferciar opuſcula, patientiam non tàm tuam, quàm lectoris imploro. equidẽ, dum habere meum aliquid uiſus eram, de proprio ueſtiebar, mercator inops, literarum ab his quatuor ſcientiæ famæq́ue prædonibus ſpoliatus, cum mihi iam proprium nihil ſit, ſi aliena mendicem, importunitatem atque impudentiam paupertas excuſat, & quàm putas magna animi paupertas ignorantia eſt? & qua nulla maior præter uitium, ſed ne, tres illos libros in libellum hunc unicum coanguſtem, Ciceronianum nihil hodie amplius tranſcribam, quamuis & ſæpè alibi, & hic præſertim, plurima ſtudiosè, operioſiſsima diſputatinne perſtrinxerit, ad hunc ipſum finem, ut ex his omnibus quæ uidemus eſſe Deum & factorem & rectorem omnium cogitemus. hæc enim ferè diſputationis illius ſumma eſt, ut cœleſtibus ac terreſtribus penè cunctis expoſitis, cœli ſcilicet ſpheris ac ſyderibus, tum ſtabilitate ac fœcunditate terrarum maris ac fluuium opportunitatibus, temporumq́ue uarietatibus ac uentorum, herbis quoq́ & plantis, & arboribus atq́ animãtibus miris, uolucrum & qua-

& quadrupedum piſcium naturis, deq; his omnibus commoditate multiplici, cibo, labore, uectura remedioq́; morborum, uenatuq́; & aucupio, & architectura & nauigatione, & artibus innumeris omnibusqúe uel ingenio uel natura inuentis. denique corporum ac ſenſuum & membrorum compage ac diſpoſitione mirabili, ad ultimum ratione & induſtria, in quorum explicatione curioſè admodum ac facundè uerſatur, ſic ut neſciam, an ſcriptorum aliquis, tàm anxie unquam tamq́; acriter iſta tractauerit. ſemper una ſi concluſio, omnia quæcunque cernimus oculis, uel percipimus intellectu, pro ſalute hominum & diuinitus facta eſſe, & diuina prouidentia ac conſilio gubernari. Immò etiam ad indiuiduam condeſcendens, cum quatuordecim niſi fallor inſignes Romanos duces nominaſſet, addidit quorum neminem niſi adiuuante Deo talem fuiſſe credendum eſt. & poſt pauca. Nemo, inquit, uir magnus, ſine aliquo afflatu diuino unquam fuit. quem afflatum quid aliud, quàm Spiritum ſanctum homo purus intelligat? itaque præter eloquentiam, quæ nulli hominum par fuit, quod hic in ſententia tractatur, quis unquam Catholicus immmutaret? Quid nunc igitur? Ciceronem ne ideò Catholicum inſeram, uellem poſſe, ô utinam liceret, utinam qui tale illi ingenium dedit, & ſeipſum cognoſcendum præbuiſſet, ut quærendum præbuit. etſi, enim uerus Deus nec noſtrarū laudum nec mortalis eloquij egens ſit, haberemus tamen, nunc in templis ut arbitror Dei noſtri, non quidem ueriora nec ſanctiora, id enim fieri non poteſt, nec ſperari debet, at forſan dulciora & ſonantiora præconia. Verum abſit, ut uno aut altero bene dicto, totum quicquid eſt ingenij unius amplectar, nam Philoſophos non ex ſingulis uocibus ſpectãdos, ſed ex perpetuitate atque conſtantia ab eodem ipſo Cicerone immò à ratione inſita didici. quis tàm rudis, ut non quandoque gratum aliquid dicat? an id uerò ſatis eſt? ſæpè una uox ad tempus multam tegit ignorantiam, ſæpè ſplendor oculorum aut flaua cæſaries, fœdas corporum mendas uelat. qui totum tuto uult laudare, totum oportet ut uideat, totum examinet: totum libret, fieri poteſt, ut iuxta illud quod delectat aliud lateat, quod tantundem uel multò etiam magis offendat. Ecce idem Cicero ibidem: Vbi multa pergrauiter diſſeruit, & pietati ſimillima, mox ad Deos ſuos, ut ad uomitum redit, expeditiſqúe nominibus, ac qualitatibus ſingulorum, nec iam de unius Dei, ſed de deorum prouidentia acturus. Audi, quæſo, quid interſerat. Quos Deos & uenerari, inquit, & colere debemus. cultus autem deorum eſt optimus, idemq; caſtiſsimus pleniſsimuſqúe pietatis, ut eos ſemper pura integra & incorrupta, & mente & uoce ueneremur. Heu, mi Cicero, quid ais? tàm citò Dei unius & tuiipſius obliuiſceris? ubi excellentem illam præſtantemqúe naturam, numenq́; illud præſtantiſsimæ mentis, ubi meliorem Deum homine, atque eorum quæ humana uel ratione uel potentia fieri nequeunt, cœleſtium ſcilicet? huius nequem cernimus ſempiterni ordinis effectorem? ubi illum denique cœleſtis ac diuinæ domus habitatorem, inſuper & rectorem ac moderatorem, & tanquam architectum tanti operis, reliquiſti? & quaſi è domo illa ſyderea, quàm grata ſibi confeſsione præbueras depuliſti, dum tàm fœdos, tàm indignos ei comites dares, aſpernanti, atque ore Prophetico proclamanti. Videte quod ego ſim ſolus, & non eſt alius Deus præter me. qui ſunt igitur ij noui recentesq́; & infames dij, quos in domum domini conaris intrudere? ſunt ne hi de quibus Propheta alter ait: Omnes dij gentium dæmonia, dominus autem cœlos fecit. tu mihi nunc de hoc cœlorum rerumq; omnium factore & creatore loquebaris, meritaq́; pij auditoris aures atq; animum delectabas, ſic repente illum creaturis rebellibus atque immundis ſpiritibus miſcuiſti? euertiſti uno uerbo, omnia quæ ſapienter ac ſobriè dixiſſe uidebaris, ſed quid dixi, unò uerbo, immò compluribus. Sæpè enim, immò paſsim eodem quaſi dormitãs, ueſtigio nutante relaberis, & quos modò deos irriſeras uenerans, quin & Solem & Lunam & Stellas, & poſtremo palpabilem hunc mũdum, ipſum quem uidemus, quem tangimus, quem calcamus, ſenſu præditum, animantẽ, & quo nihil eſt ſtultius Deum facis. idqúe licet non tu tibi, ſed Balbo tribuas, apud te loquenti, quod ipſum Academicæ fuerit cautelæ, in fine tamen libri illius Balbi diſputationem non auſus, ne in

Acade-

Academiæ legem pecces ueriorem dicere, uerisimiliorem dixiſti. Vt quicquid ille diſpu
tauerat, approbando tuum feciſſe uidearis. Verè autem tuum ſit, quod Platonicum ſe-
cutus morem, alteri tribuere, tuaſquè ſententias proferre, ficto alterius ore malueris, quan
quam ſanè quodam loco dicti operis, Deum unum plurinomium Balbus idem afferre ui
deatur, quo uelut erroris clypeo uti ſolent Stoici ad excuſandas inſanas deorum turbas,
quaſi diuerſis uocabulis, non niſi rem unicā deſignari uelint & intelligi, ut ſit ſcilicet exem
pli gratia Deus unus. isq; in terra Ceres dictus, Neptunus in pelago, in æthere Iuppiter,
in igne Vulcanus. tamen hæc excuſatio, & ueritatis obumbratio, quàm ſit friuola quis
non uidet? qui ut reliqua ſileam, apud ſcriptores gentium præeminentiam inter ſe deo-
rum diſcordiasq; & bella ſacrorumq; diuerſitatem uiderit. Deus enim uerus, niſi unus
eſſe non poteſt, neque ſe maior, neque ſe minor alicubi, cum ſemper & ubique idem ip
ſe ſit, neque aliquando ſecum diſcors eſſe poteſt, aut fuiſſe, neque nunc. qui non tauro, ſed
uno ſemper laudis & iuſtitiæ & contribulati ſpiritus ac lachrymarum ſacrificio delectatur,
unus ille in cœlo & in terra, una illi utrobique ſubſtantia, unum nomen. illa quoquè di-
uerſoria ac fictionum ſubterfugia, quod uidentes Philoſophi quæ de Ioue dicerētur, Deo
non conuenire, duos Ioues, unum naturalem, alterum fabuloſum ut Lactantius ait, ſeu
potiùs tres Ioues, ut ait Cicero, numerant hi qui Theologi nominantur, deorum inquam
Theologi non unius Dei, quantas uires habeant, & quanti extimanda ſint pretij, ne ni-
mis à propoſito deerrem, apud ipſum Lactantium Firmianum qui quæret, inueniet In-
ſtutionum ſuarum libro primo, nam illud piget etiam attigiſſe, quod Soles quinque toti
demq; Mercurios, totidemquè Dionyſios, totidemq; Mineruas, quatuor uerò Vulca-
nos, quatuor Apollines, quatuor Veneres, tres Aeſculapios, tres Cupidines, tres Dia-
nas dicunt, ſex Hercules, ut Cicero ait, aut ut Varro tres & quadraginta, neq; illos pu-
det & ea dicere, quæ nos pudeat audire, ne dicam credere. rogo enim. quis has non ſto-
machetur ineptias? quis has ferat ambages? omnia non errorum modò, ſed ſic inanium
ſomniorum plena undique ac referta ſunt, ut miſerear interdum atque indigner, nobile
illud eloquium in his poſitum & conſumptum curis. nam de reliquis ut libet, at quæ cir-
culatio? quis hic ludus? quænam hæ fabellæ? quinque Soles facere, cum ab eo quod ſo-
lus luceat Solem dici uelint, & cum plures non fuiſſe quidem unquam, ſed oculorum ui-
tio fortaſsis aut animorum conſternatione uiſos eſſe, nonnunquam inter prodigia nume-
ratum ſit? pace ueterum ſit dictum, Ciceronis antè alios. nec ſcribenda hæc fuiſſe cenſeo,
nec legenda cenſerem, quibus conſcribendis ille uir tantus incubuit, niſi ut lectæ & cogni
tæ deorum nugæ, ueræ diuinitatis & unius Dei amorem, & contemptus ſuperſtitionis ex-
ternæ noſtræ religionis reuerentiam legentium animis excitarent, nullo enim clarius mo-
dò, unaquæque res, quàm contrario admota cognoſcitur, nil magis amabilem lucem fa-
cit, quàm odium tenebrarum. quæ ſi de Cicerone meo dixi, quem in multis miror, quid de
alijs me dicturum ſperas? Scripſerunt multa multi ſubtiliter, quidā etiam grauiter, dulciter,
eloquenter, ſed in his quaſi uenenum in melle miſcuerunt, quædam falſa ridiculoſa pericu
la, de quibus nunc agere longum nimis & impertinens. neque enim in omnibus ea mihi
excuſatio fuerit, quæ fuit in Cicerone, non ſic omnes alliciunt, quibus & ſi materia alta
ſit, non eſt eloquij par dulcedo. Sæpè cantus idem pro uarietate canentium, nunc dele-
ctabilis nunc moleſtus fuit, & eandem Muſicam longè uariam uox oſtendit. ne tamen
res egeat exemplo, Pythagoram ſummi uirum ingenij fuiſſe, quis non nouit? eius tamen
eſt nota illa μετεμψύχοσις, quam in caput non dicam Philoſophi, ſed hominis ſcandere
potuiſſe, ſuprà fidem ſtupeo. ſcandit tamē, & à magno ingenio profecta, magna etiam ut
perhibent infecit ingenia. dicerem hic aliquid ſi auderem, quod quia non audeo, audenti-
or pro me dicet Lactantius Firmianus, qui in libris Inſtitutionum, hunc ipſum de quo lo-
quimur Pythagoram uanū ſenem & ineptū, hominemq; leuiſsimū perridendæ uanitatis,
appellare non ueritus, totum hoc fabuloſum & inane mendaciū, atq; illud in primis, quod
ſe in priore uita Euphorbium fuiſſe mentitus eſt, generoſa ſtyli atq; animi libertate deſpi-
cit ac

cit ac refellit. Hoc eſt autem unum illud electiſsimum, inter Pythagorica dogmata, quibus ille uir aduena apud Metapontinos credulos, ubi diem obijt tantum meruit nomen, ut domus eius pro templo, ipſe pro Deo cultus atque habitus ſit. & quamuis hæc ipſe non ſcripſerit, nihil enim ſcripſiſſe traditur, dixi tamen, & poſt eum ſcripsêre alij. Quis atomorum turbas, concurſusq́ fortuitos non audiuit? ex quibus in unum coëuntibus, cœlum & terram & uniuerſa conſtare uult Democritus, ſecutusq́ Democritum Epicurus, qui ne quid penitùs deeſſet inſani, mundos innumerabiles poſuêre, quod cum audiſſet, ſuſpiraſſe fertur Alexander Macedo, quod nondum unum ex innumeris ſubegiſſet. uani uaſtiq́ animi ſuſpirium: certè hi duo philoſophicæ hæreſis huius auctores, milleſimam nondum partem mundi huius agnouerant, dum mundos innumerabiles ſomniabant. I nunc, & non ſolum doctos, ſed ſobrios etiam ac diſcretos, quodq́ eſt euidentiſſimum ocioſos nega, quibus uacauerit talia cogitare. quid de alijs dicam, qui non mundorum innumerabilitatem, infirmitatemq́ue locorum ut hi proximi, ſed mundi huius æternitatem aſtruunt, in quam ſententiam præter Platonem ac Platonicos, Philoſophi ferè omnes, & cum illis mei quoque iudices, ut Philoſophi potius quàm Chriſtiani uideantur inclinant, & ut illum famoſiſsimum, ſiue infamem Perſij uerſiculum defendant.

gigni
De nihilo nihil, in nihilum nil poſſe reuerti.

Non modò mundi fabricã Platonis in Timeo, ſed Moſaicam Geneſim fidemq́ Catholicam totumq́ CHRISTI dogma ſanctiſsimum ac ſaluberrimum, & cœleſti rore melifluum, oppugnare non metuant, niſi humano magis, quàm diuino ſupplicio terreantur, quo ceſſante ſubmotisq́ arbitris, oppugnant ueritatem & pietatem, clanculum in angulis irridentes CHRISTVM, atq́ Ariſtotelem quem non intelligunt adorantes, meq́ ideò quod cum eis genua non incuruo, accuſant, quod eſt fidei ignorantiæ tribuentes. Fidem enim ipſam incuſare uerit i, ſectatores fidei inſectantur, obtuſosq́ & ignaros dicũt, neq́ quid alij ſciant, aut quid neſciant, ſed in quo ſecum ſentiant aut diſſentiant attendunt, omnisq́ diſſenſio apud illos ignorantia eſt, cum ab errantibus diſſentire ſumma ſit ſapientia. Ita autem propoſito inſiſtũt, ut quoniam ex nihilo fieri aliquid impoſsibile ſit, natura, Deo ipſi impotentiam hãc aſcribant. cœci ac ſurdi, qui non ſaltem naturalium Philoſophorum antiquiſſimum audiant Pythagoram, ſolius hanc Dei fortè uirtutem ac potentiam aſſerentem, ut quod natura efficere nequeat, Deus facilè poſsit, ut qui ſit omni uirtute ac poteſtate potentior atq́ præſtantior, & à quo natura ipſa uires mutuetur, non miror ſi CHRISTVM, ſi Apoſtolos, ſi Doctores Catholicos non audiunt, quos contemnunt. hũc Philoſophum non audire, uel ſpernere illos miror, ſed nec non legiſſe hoc, ſed tantos aliorũ iudices phas eſt ſuſpicari, quæ ſi tamen forſan non legerunt legant, ſiquis eſt pudor apud Chalcidium in Timeum Platonis ſecundo commentario: ſed ne quicquã moneo, omne quod ad pietatem tendit, à quocunq́ dictum, pari temeritate atq́ impietate deſpiciunt, & ut docti uideantur inſaniunt, quod ancillæ humili negatum ſit, omnipotenti quoq́ domino uetitum opinantes. Quin etiam quod in horũ tumultibus aduertere potuiſti, ubi ad diſputationem publicam uentũ eſt, quia errores ſuos eructare non audent, proteſtari ſolent ſe in præſens ſequeſtrata ac ſepoſita fide diſſerere, quod quid, oro, eſt aliud, quàm reiecta ueritate, uerũ quærere, et quaſi ſole derelicto in profundiſsimos & opacos terræ inhiatus introire, ut ſic in tenebris lumen inueniant, quo nihil amentius fingi poteſt. Ipſi autem ne nil agere illos putes, ſeu quid agant ignorare, quod aperta profeſsione non audent, proteſtatione clandeſtina fidem negant, nunc ſerijs Sophiſticisq́ue blaſphemijs, nunc ludicris & malè falſis & olentibus iocis atq́ impijs, atqui magno audientium aſſenſu, de quo apud ipſum Ciceronem loquens Balbus. Mala, inquit, & impia conſuetudo eſt, contra deos diſputandi, ſiue ex animo id, ſiue ex ſimulatione loquebatur, ut deorum culto piè, quanquam pietas illa impia eſſet, ac peſtifera. quàm ergo mala, quàmq́ impia conſuetudo, ueri Dei cultoribus

tibus uideri debet, contra Deũ ſuum, hoc eſt contra unum uerũ uiuũ cœli Deũ diſputandi quocunq; propoſito. nam ſi ex animo fiat, ſcelus ingens & impietas, ſi ludẽdo aũt, ineptiſſimus ludus, & cenſoria dignus eſt nota. nõ hoc tamẽ aſpiciunt iudices mei, quorũ in iuditio nõ ignorans adeò uiderer, niſi Chriſtianus eſſem. quomodo enim Chriſtianus homo literatus uideretur, His qui idiotã CHRISTVM magiſtrũ & dominũ noſtrũ dicũt: nõ facilè rudis magiſtri diſcipulus eruditus fiet, ab illius ueſtigijs non diuertẽs, cupidè igitur & audacter, & importunè cõtra præceptorẽ cõtraq; diſcipulos eius clamant, immò latrant & inſultant, inq; eo maximè gloriantur, ſi cõfuſum aliqd ac perplexũ dixerint, nec ſibi nec alijs intellectũ. Nã qs ꝑcor intelligat, nec intelligentẽ i e. nec audiũt Cæſarẽ Auguſtũ, inter multa animi ingenijq; bona, diſertiſsimũ principẽ, qui ut de illo ſcribitur, genus eloquendi ſecutus eſt elegans, & temperatũ, ꝓcipuamq; curã duxit, ſenſum animi, q̃ apertiſsimè exprimere, & amicos irriſit, uerba inſolita & obſcura captantes, & hoſtẽ increpuit, ut inſanũ, ea ſcribentẽ q̃ mirenẽ potiùs audientes quàm intelligant. Verè ergo miri homines, q hinc doctrinæ gloriã aucupentur, unde apud doctos ignorantiæ merẽtur infamiam. ſummũ enim ingenij & ſcientiæ argumentũ claritas. nam ꝙ clarè quis intelligit, clarè eloq poteſt, quod que intus in animo ſuo habet auditoris, in animũ transfundere, ita uerè fit, ꝙ in his dilectus nec intellectus Ariſtoteles ait, in primo Metaphyſicæ: Scientis ſignum poſſe docere, quam uis hoc ipſum artificio nõ uacet. quia ut ait Cicero 2. de Leg. non ſolũ ſcire aliquid artis eſt, ſed quædam ars eſt etiã docendi. At ars hæc nimirũ intellectus ac ſcientiæ claritate fundata eſt, & ſi enim ars huiuſmodi ꝑter ſcientiã exigatur, ad exprimendũ ſcilicet imprimendũq; animi cõceptus, nulla ars tamen de obſcuro ingenio, claram promet orationem. Amici aũt noſtri, nos luce gaudentes, neq; ſecũ in tenebris palpitantes, quaſi noſtræ ſciẽtiæ diffiſos, & ob id omnium ignaros, qa nõ de omnibus ꝑ cõpita diſputamus, ex alto deſpiciũt, tumẽtes inauditis ambagibus, ſibiq; ꝓcipuè hinc placentes, ꝙ cũ nihil ſciant, ꝓfiteri omnia & clamare de omnibus didicerũt. neq; illos hinc retrahi pudor ullus aut modeſtia, & conſciẽtia latitantis inſcitiæ, neq; nõ dicam ille Publij Mimus: *Nimium altercando ueritas amittitur.* Sed illud Salomonis autenticũ, uerba ſunt plurima, multaq; in diſputando habentia uanitatẽ. aut illud Apoſtoli. Siquis aũt uidetur cõtẽtioſus eſſe, nos talem conſuetudinem nõ habemus, neq; eccleſia Dei. atq; illud eiuſdem. Videte ne quis uos decipiat, per philoſophiã & inanem fallaciam, ſecũdũ traditionẽ hominũ, ſecundũ elementa mũdi, & non ſecũdum CHRISTVM. qd eſt aũt hoc ꝙ loquor, aut quomodo paulò unq̃ credituros ſperẽ? an nõ ipſe CHRISTI diſcipulus, quò magiſtro gratior, eò iſtis inuiſior contẽptiorq; qs aurẽ odioſo unq̃ ꝓbuit cõſultori? non ſi amicus, nõ ſi ipſe frenũ ſtringat Ariſtoteles, quieſcent, tantus eſt impetus, tanta animi temeritas, tantus timor, tanta philoſophia nominis & tàm uana iactantia, tanta deniq; opinionũ ꝑuicatia, & peregrinorũ dogmatũ uentoſæq; diſputationis improbitas, cuius illud ſuprapoſitũ, inter multa damnabile, ꝙ coëternũ Deo mundũ uolũt. ubi ꝓphanas illas cantiunculas, graui nõ ſine ſtomacho ſolitus ſum audire, quas hi noſtri in triuijs paſsim, apud Ciceronem uerò Velleius, Epicuri partiũ defenſor quærit, his uerbis. Quibus enim, inquit, oculis animi, intueri potuit Plato fabricam illam tanti operis, qua cõſtrui à Deo fabricariq; mundũ facit? poteſt utcunq; hæc interrogatio tollerari, niſi ꝙ iam quærendo reſponſum eſt, quibus hæc oculis uidit Plato, nẽpè animi, quibus inuiſibilia cernuntur, & quibus ipſe ut Philoſophus fretus acerrimus atq; clariſsimus multa uidit, quamuis ad hanc uiſionem, noſtri propius acceſſerunt, nõ uiſu quidẽ ſed lumine clariore. at ꝙ ſequitur quis ferat. Quæ molitio, inquit, quæ ferramenta, qui uectes, quæ machinæ, qui miniſtri tanti muneris fuerunt? quemadmodum aũt obedire & parere uoluntati architecti, aër, ignis, aqua, terra potuerunt? quæſtio diffidentis & irreligioſi animi, ita enim quaſi de lignario aut ferrario fabro quærit, non de illo de quo ſcriptũ eſt: Ipſe dixit & facta ſunt. dixit aũt nõ uerbo uocali, ne laboraſſe uel iubendo ſomnient, ut multa ſunt ſoliti, ſed ꝑ uerbũ internũ ſibiq; coëternũ. ꝙ erat in principio apud Deũ, Deus uerus, de Deo uero, conſubſtantialis patri, per quem facta ſunt omnia. Hic profectò mundum fecit ex nihilo, uel ſi ut Philoſophi quidã uolunt, ex informi materia quam ὕλη Graij, quidam alij ſyluam

nocant, factus eſt mundus. Hæc ipſa ut ait Auguſtinus, facta eſt de omnino nihilo. Fecit, inquam, Deus igitur mundum uerbo illo, quod Epicurus & ſui noſſe non poterant, noſtri uerò Philoſophi non dignantur. eoq; ſunt priſcis illis inexcuſabiliores. Poteſt etiam lux in tenebris non uidere, qui in luce apertis oculis non uidet, planè eſt cæcus. atq; apud ipſum Ciceronem in proceſſu quæritur, quomodo qui mundum natum ſeu factum introduxerit, is eum dixerit fore ſempiternum, haud iniuſtè quidem queratur. nos autē & principium habuiſſe, & finem habiturum mundum dicimus. Illa quæ ſequitur uana magis, ſed uulgaris eſt quæſtio. Sciſcitor, inquit, cur mundi ædificatores repentè exciti, ante innumerabilia ſecula dormierunt. qui hæc interrogant, non attendunt, ſi ante centum millia (uel quia id q; apud Tulliū ſcriptū eſt, Babylonios quadringenta ſeptuaginta annorū millia numerare) ante hæc omnia ſeu plura multò millia factus eſſet hic mūdus, id ipſum ſimiliter queri poſſe, cur non prius cum mille annorum millia infinito collata, nihil amplius quàm totidem dies ſint dicente Pſalmographo: Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies externa quæ præterijt: uel multò etiam minus, ſeu uerius nihil penitùs, unius enim diei uel unius horæ ad mille annos, ſiue ad millemillia annorum, ſicut unius exiguæ ſtillæ leui imbre delapſæ, ad omnem occeanum cunctaqúe maria, per quem minima quidem, aliqua tamen eſt comparatio & nonnulla proportio. at multorum & quotcunq; uolueris millium annorum, uſque dum numero nomen deſit, ad æternitatem ipſam, prorſus nulla. Illa enim ſupra mundum, hinc maxima & hinc parua, utriuſq; certè finita ſunt. hæc autem contra hinc infinita, licet maxima quæ illis admota, non exigua extimanda eſſe, ſed nulla aut ille uir magnus Auguſtinus, qui de hoc ipſo ualidiſsimè diſputat libro *XII* ciuitatis Dei. Et hæc eſt illa perplexitas, quæ Philoſophos coëgit æternitatem mundi ponere, ne tàm diù ocioſus fuiſſe uideatur Deus, quàm multorum ſententiam paucis uerbis ſtringere. Theodoſius Macrobius ſecundo commentario, in ſextum Ciceronianæ Reipublicæ. Mundum quidem, inquit, fuiſſe ſemper Philoſophia auctor eſt, conditore quidem Deo, ſed non ex tempore. ſiquidem tempus ante mundum eſſe non potuit, cum nihil aliud tempora, niſi curſus ſolis efficiat. quæ tamen apud ipſum Ciceronem his uerbis eliditur. Non enim ſi mundus nullus erat, ſecula non erant. ſecula nunc dico, non ea quæ dierum noctiumq; numero anni curſibus conficiuntur, nam, fateor, ea ſine mundi conuerſione effici non potuiſſe, ſed fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla temporū circumſcriptio metiebatur. Spatio tamen qualis ea fuerit intelligi poteſt, quod ne in cognitionem quidem cadit, ut fuerit aliquod tempus, cum nullum eſſet, quæ uerba penè ad contextum idem Auguſtinus interſerit. Addunt ſanè ingenioſi magis homines quàm pij, ad æternitatem ipſam de qua dictum eſt, mutationes rerum uarias, ex incendijs ac diluuijs terrarum mundo inuectas, quibus & temporalis & quodammodo nouus uideatur, cum æternus ſit. quo in genere toto ut iam tandem ſerò licet unde diſceſsi redeam, euectus enim ſum rerum cohærentium cathenam) maximè uitandus Ariſtoteles, non quod plus errorum, ſed plus auctoritatis habet ac ſequacium. Fatebuntur forſitan, ſeu uerò ſeu uerecundia coacti, diuina non ſatis Ariſtotelem uidiſſe, neque æterna, quod à puro ingenio remota ſint, ſed humanorum atque prætereuntium nihil non peruidiſſe contendent, ita cò reuertimur, quod contra hunc ipſum Philoſophum diſputans Macrobius, ſiue ioco ſiue ſerio. Videtur, ait, mihi uir tantus nihil ignorare potuiſſe, mihi autem prorſus contrarium uidetur, neque ulli hominum humano ſtudio eorum omnium ſcientiam fuiſſe conceſſam. hinc laceror, & quamuis alia ſit inuidiæ radix, hæc tamen cauſa prætenditur, quod Ariſtotelem non adoro, ſed alium quem adorem habeo, qui mihi non inanes rerum fallentium ac friuolas coniecturas, ad nil utiles, nulli ſubnixas fundamento, ſed ſuiipſius notitiam pollicetur, quam ſi præſtat, cæterarum ab eodem conditarum rerum, & acceſsio ſuper uacua, & apprehenſio facilis, & inquiſitio ridiculoſa uidebitur. hunc igitur habeo de quo ſperem, hunc habeo quem adorem, quem piè utinam & iudices mei colant. quod ſi faciunt, ſciunt Philoſophos multa mentitos, eos dico qui Philoſophi dicuntur, ueri enim Philoſophi, uera omnia loqui ſolent, horum tamen ex numero, nec Ariſtoteles nec Plato eſt,

quem

quem ex omni priſca illa Philoſophorum acie, ad uerum propius acceſsiſſe noſtri dixêre Philoſophi. Iſti uerò ut diximus, ſic amore ſolius nominis capti ſunt, ut ſecus aliq̃d, quam ille de re qualibet loqui, ſacrilegio dent. hinc maximum noſtræ ignorantiæ argumentũ habent, quod neſcio q̃d aliter de uirtute, neq; ſat Ariſtotelicè dixerim, en crucibus dignũ crimen, perfacilè fieri poteſt, ut non diuerſum modò aliquid, ſed aduerſum dixerim, nec malè illicò dixerim: *Nullius addictus iurare in uerba Magiſtri,* ut de ſe loquens Flaccus, ait: Illud quoq; poſsibile eſt, ut idlicet aliter dixerim, atq; ijs omnia iudicantibus, ſed non omnia intelligentibus dicere, aliud uiſus ſim. Magna enim pars ignorantium, ut ligno naufragus uerbis hæret. neq; rem unam benè aliter dici putat, tanta uel intellectus uel ſermonis quo conceptus exprimitur, inopia eſt. Equidem fateor, me ſtylo uiri illius qualis eſt nobis, non admodum delectari, quamuis eum in ſermone proprio, & ducem, & copioſum, & ornatum fuiſſe Græcis teſtibus, & Tullio auctore didicerim, antequàm ignorantiæ ſentẽtia condemnarer. ſed interpretum ruditate, uel inuidia ad nos durus ſcaberq; peruenit, ut nec ad plenum mulcere aures poſsit, nec hærere memoriæ, quo fit ut interdum Ariſtotelis mẽtem, non illius, ſed ſuis uerbis exprimere, & audienti gratius & promptius ſit loquenti. neque illud diſsimulo, quod ſæpè cũ amicis dixi, nunc ut ſcribã cogor, non ignarus, magnum mihi hinc famæ periculum inſtare, magnumq; & nouum eius quæ mihi obijcitur ignorantiæ argumentum ſcribam tamen, nec iuditia hominum uerebor. Audiant me licebit omnes qui uſquam ſunt Ariſtotelici, ſcio quàm facile ſolum hunc peregrinũ & exiguũ conſpuent libellum, eſt enim in conuitia pronum genus, ſed de hoc libellus ipſe uiderit, quo ſe linteo detergat, modo me ne conſpuant, ſat eſt mihi. Audiant Ariſtotelici, inquam, omnes. & quoniam Græcia noſtris ſermonibus ſurda eſt, audiant quos Italia omnis & Gallia et contentioſa Pariſeos ac ſtrepidulus ſtraminũ uicus habet, omnes morales, niſi fallor Ariſtotelis libros legi, quoſdam etiam audiui, & antequàm hæc tanta detegeretur ignorãtia, intelligere aliquid uiſus eram, doctiorq; his forſitan nonnunquam, ſed non qua decuit melior factus ad me redij, & ſæpè mecũ & quandoq; cũ alijs queſtus ſum, illud rebus nõ impleri, q; in primo Ethicorũ Philoſophus idẽ ipſe præfatus, eam ſcilicet Philoſophiæ partem dixi, nõ ut ſciamus ſed ut boni fiamus. Video nempè uirtutẽ ab illo egregiè diffiniri & diſtingui, tractariq; acriter, & q̃ cuiq; ſunt propria ſeu uitio ſeu uirtuti, quæ cũ didici, ſcio pluſculũ q̃ ſciebã, idem tamẽ eſt animus qui fuerat, uoluntasq; eadẽ. idẽ ego, aliud eſt enim ſcire atq; aliud amare, aliud intelligere, atq; aliud uelle: docet ille nõ inficior q̃d eſt uirtus, at ſtimulos, at uerborũ faces q̃bus ad amorẽ uirtutis uitijq; odiũ, mens urget̃ atq; incendit̃, lectio illa, uel nõ habet, uel paucißimos habet, quos q̃ quærit, apud noſtros p̃cipuè Ciceronẽ, atq; Anneũ inueniet, & q; quis fortè mirabitur, apud Flaccũ Poëtã quidã ſtylo hiſpidũ ſed ſententijs periucundũ. q̃d profuerit, aũt noſſe quid eſt uirtus, ſi cognita non ametur? aut quid peccati notitia utilis, ſi cognitum nõ horretur? immò herclè ſi uoluntas praua ſit, poteſt uirtutum difficultas et uitiorũ illecebroſa facilitas, ubi innotuerit, in priorẽ partem pigrum nutantemq; animũ impellere. neq; eſt mirari, ſi in excitandis atq; in erigendis ad uirtutẽ animis ſit partior, qui parentem Philoſophiæ huius Socratem circa moralia negociantem, ut uerbo eius utar, irriſerit: & ſiquid Ciceroni credimus contempſerit, quamuis cum illi nõ minus, quàm noſtri q; nemo neſcit expertus, acutißimos atq; ardentißimos orationis aculeos, præcordijs admouent infliguntq;, quibus & ſegnes impelluntur, & algentes incenduntur, & ſopiti excitantur, & inualidi firmantur, & ſtrati eriguntur, & humi hærentes ad honeſtißimos cogitatus & honeſta deſideria attolluntur, ita ut terrena iam ſordeant, & conſpecta uitia, ingens ſui odium, uirtus internis ſpectata oculis, forma quę & tanquam honeſti uiſa facies, ut uult Plato, miros ſapientiæ, miros ſui pariat amores. Quæ licet præter CHRISTI doctrinam atq; auxiliũ omninò fieri non poſſe, non ſim neſcius, neq; ſapientem, neq; uirtuoſum, neq; bonum aliquem euadere, niſi largo hauſtu, non de fabuloſo illo Pegaſeo, q̃ eſt inter conuexa Parnaßi, ſed de uero illo & unico, & habẽte in cœlo ſcatebras fonte, potauerit aquæ ſalientis in uitam æternam, quam qui guſtat amplius non ſitit. ad hæc tamen ipſa pergentibus, illi ipſi quos dicebam, multũ conferũt mul-

tumq́ue adiuuant, quod de multis eorum libris, multi ſentiunt, & de Ciceronis Hortenſio nominatim, in ſe expertus gratè admodum profitetur Auguſtinus. Et ſi enim nō ſit in uirtute finis noſter: ubi eum Philoſophi poſuêre, eſt tamen per uirtutes iter rectū eò, ubi finis eſt noſter, per uirtutes, inquam, non tantū cognitas ſed dilectas. hi ſunt ergo ueri Philoſophi, morales, & uirtutum optimi magiſtri, quorū prima & ultima intentio eſt, bonum facere auditorem & lectorem, quiq; non ſolum docent, q̄d eſt uirtus aut uitiū, præclarūq; illud hoc fuſcum nomen auribus inſtrepunt, ſed rei optimè amorem ſtudiumq;, peſſimèq; rei odium fugamq; pectoribus inſerunt. tutiùs eſt uoluntati bonæ ac piæ quàm claro intellectui operam dare. Voluntatis ſiquidem obiectum, ut ſapientibus placet, eſt bonitas, obiectum intellectus, eſt ueritas. Satius eſt autem bonum uelle, quàm uerū noſſe. illud enim meritò nunquam caret, hoc ſæpè etiam culpam habet, excuſationem non habet. itaq; longè errant: qui in cognoſcenda ueritate, non in adipiſcenda, & multò maximè qui in cognoſcendo non amando Deo tempus ponit. nam & cognoſci ad plenum Deus in hac uita nullo poteſt modo, amari autē poteſt, piè atq; ardenter, & utiq; amor ille felix ſemper. Cognitio uerò nonnunquam miſera, qualis eſt dæmonum, qui cognitū apud inferos contremiſcunt. & quanquam prorſus incognita non amentur, ſatis eſt tamen Deum eatenus, quibus ultra non datur ac uirtutē noſſe, ut ſciamus illum omnis boni fontē lucidiſsimum, ſapidiſsimum, amœniſsimum, inexhauſtū, à quo & per quem, & in quo ſumus, quicquid ſumus boni. hanc poſt Deum rerum optimam, quo cognito, totis illum præcordijs ac medullis propter ſe, hanc autem propter illum amemus & colamus uitæ illum ūnicum auctorem uitæ hanc præcipuum ornamentum. Quæ cum ita ſint, non eſt forſitan his Philoſophis noſtris, & ſi non ſint Græci, de uirtute præſertim credere, ut iudices mei putant reprehenſibile, & ſiquidem uel hos ipſos, uel meum fortè iuditiū ſecutus dixi aliquid, quamuis Ariſtoteles aliter, aut aliud dixerit, non ideò apud æquiores eorum iudices ſim infamis. Notus enim mos Ariſtotelicus, in Timeo Platonis, & Chalcidio expreſſus. Hic, inquit, ſuo quodam more, pleni perfectiq; dogmatis electio quod uiſum ſit, cætera faſtidioſa in curia negligit. ſi ab illo igitur faſtidium aut neglectum aliquid dixi, uel non forſitan cogitatum, fieri enim poteſt, nec humanæ diſſonum eſt naturæ, quamuis ſi hos ſequimur, nec conſonum uiri famæ. Si hæc dixi quicquid eſt, neq; enim ſatis quid ſit illud noui, neq; hi ſatis ingenuè ueris me certiſq; criminibus impetūt, ſed ſuſpirionibus ac ſuſurris, hæc ne ſufficiens cauſa eſt, qua fluctib. ſic demergar ignorantiæ, ut in uno errans, in quo ipſo poſſum, his errantibus non erraſſe, factus ſim omnium reus, & in omnibus ſemper errare, nilq; omnium ſcire damnandus ſim? quid ergo dicat aliquis, an & tu contra Ariſtotelem mutis? contra Ariſtotelem nihil, ſed pro ueritate aliquid, quam licet ignorans amo, & contra ſtultos Ariſtotelicos, multa quotidiè in ſingulis uerbis Ariſtotelem inculcantes, ſolo ſibi nomine cognitū, uſq; ad ipſius ut auguror audientiūq; faſtidiū, et ſermones eius contra rectos ad obliquū ſenſū temerariè detorquētes, nemo uerò me amantior, nemo reuerētior illuſtriū uirorū, & q̄d ait Naſo: *Quotq; aderant uates rebar adeſſe Deos.* Ad Philoſophos & maximè ad Theologos ueros traho, ipſum uerò Ariſtotelem, niſi maximū quendam uirum ſcirem, non hoc dicerem. ſcio maximum, ſed ut dixi hominem. ſcio in libris eius multa diſci poſſe, ſed & extra ſciri aliquid poſſe credo. & antequā Ariſtoteles ſcriberet, antequàm diſceret, antequàm naſceretur, multa aliquos ſciſſe non dubito, Homerum, Heſiodum, Pythagoram, Anaxagoram, Democritum, Diogenem, Solonem, Socratem, & Philoſophiæ principem Platonem. Et quis, inquient principatū hunc Platoni tribuit, ut pro me reſpondeam, nō ego, ſed ueritas ut aiunt. & ſi non apprehenſa, uiſa tamen illi propiusq; adita, quàm cæteris, dehinc magni tribuunt auctores, Cicero primum & Virgilius, non hic quidem nominando, ſed ſequendo, Plinius præterea & Plotinus, Apuleius, Macrobius, Porphirius, Cēſorinus, Ioſephus, & ex noſtris Ambroſius, Auguſtinus & Hieronymus, multiq; alij, quod facilè probaretur, niſi omnibus notum eſſet. & quis non tribuit niſi inſanum & clamoſum ſcholaſticorum uulgus? nam quod Auerrois omnibus Ariſtotelem præfert, eò ſpectat, quod illius libros exponēdos aſſumpſerat, & quodāmodo ſuos fecerat, qui quan-

quam

quam multa laude digni ſint, ſuſpectus tamen eſt laudator. ad antiquum nempè prouerbi
um res redit, Mercatores omnes ſuam mercem ſolitos laudare. ſunt q nihil per ſeipſos ſcri-
bere audeant, & ſcribendi auidi alienorum expoſitores operũ fiant, ac uelut architectoni-
ce inſcij, parietes dealbare, ſuum opus faciant, et hinc laudem quærant, quam nec per ſe ſpe
rant poſſe aſſequi, nec per alios, niſi illos in primis & illorum libros, hoc eſt ſubiectum cui
incubuere laudauerint, animoſè idipſum & immodicè, ac multa ſemper hyperbole. Quãta
uerò ſit multitudo aliena dicta exponẽtiũ, an aliena uaſtantiũ, hac pſertim tẽpeſtate ſenten
tiarũ liber, ante alios mille tales paſſus opifices, clara ſi loq poſſit & querula uoce teſtabit.
& qs unq̃ cõmentator, non aſſumptũ ceu propriũ laudauit opus? immò eo ſemper ube
rius, quo alienum urbanitas, ſuum opus laudare uanitas atq; ſuperbia eſt. linquo eos qui
tota ſibi delegere uolumina, quorũ unus eſt aut primus Auerrois, certè Macrobius, non
tantum licet expoſitor, ſed ſcriptor egregius, cum tamen Ciceronianæ Reipublicæ non li
bros quidem, ſi unius libri partem exponendam decerpſiſſet, expoſitionis in fine quid ad-
diderit notum eſt. Verè, inquit, pronunciandum eſt, nihil hoc opere perfectius, quo uni-
uerſæ philoſophiæ continetur integritas. Finge hunc non de libri parte, ſed de totis philo-
ſophorum libris loqui. pluribus quidem uerbis, non plus autẽ dicere potuiſſet, ſiquidem
nihil integritati poteſt, niſi ſuperfluũ accidere. Quid uero Philoſophorum libris omnibus,
q uel ſcripti uel ſcribẽdi ſunt, contineri amplius poteſt, q̃ Philoſophiæ integritas, ſi tamen
hæc ipſa uel omnibus cõtineri potuit aut poterit libris, & non aliqd deeſt primis, & nouiſſi
mo defuturum eſt. Sed hæc hactenus. Scio ut dixi, durum me famæ ſcopulum adiſſe, tanto
rum non modo mentione Philoſophorum ſed comparatione propoſita, ſtylum tamen ob
iecta, nec reiecta excuſet ignorantia, audaces facere ſolita & loquaces. Metus amittendæ
gloriæ, aut nominis minuendi frenare ſolitus oratores, amicorum mihi demitur ſententia.
quid metuam quæſo? non poteſt perdi, nec mihi iam minui quod amiſſum eſt. quicquid di
xero, aut id erit quod amici mei iudicant, aut plus aliquid, minus nihilo nihil eſt. Quando
ergo quolibet flatu pulſus huc prodij, emergam ut potero, & id dicam quod me ſæpe &
interdum magnis quæſitoribus reſpondiſſe memor ſum. ſiquidem de Platone & Ariſtote
le, ſi quæratur, Quãuis 'nam maior clarior q; uir fuerit, non mihi tanta eſt ignorantia, & ſi-
multam iudices mei tribuant, ut tanta de re auſim præcipitare ſententiam, de rebus licet par
uis continenda ac libranda eſt neq; uerò me fugit, quanta ſæpè de doctis hominibus inter
doctos concertatio ſit exorta. de Cicerone ac Demoſthene, deq; ipſo itidem Cicerone ac
Virgilio, de Virgilio inſuper atq; Homero, de Saluſtio ac Thucydide, deniq; de Platone
ipſo & condiſcipulo eius Xenophonte, deq; alijs multis, quorum omnium ſi indago diffi
cilis atq; extimatio anceps eſt, Inter Platonẽ atq; Ariſtotelem, quis ſedens iuditiaria au-
ctoritate pronunciet. At ſi quæritur uter ſit laudatior, incunctanter expediam, inter hos re
ferre, quantum ego arbitror, quod inter duos, quorum alterum principes proceres q; alte-
rum uniuerſa plebs laudet. A' maioribus Plato, Ariſtoteles laudatur à pluribus. à ma-
gnis & à multis immò ab omnibus dignus uterq; laudari, eo enim ambo naturalibus at-
que humanis in rebus peruenerunt, quo mortali ingenio ac ſtudio perueniri poteſt, in diui
nis altius aſcendit Plato & Platonici, quãquam neuter peruenire potuerit, quò tendebat,
ſed ut dixi propiùs uenit Plato, de quo nullus Chriſtianorum, & in primis Auguſtini libro
rum fidelis lector hæſitauerit, quod nec Græci, quamuis hodie literarũ neſcij diſſimulant,
maiorum per ueſtigia Platonem diuinum, Ariſtotelem dæmonium nuncupantes. Neque
me rurſum fallit, quãta in libris ſuis in Platonẽ Ariſtoteles diſputare ſit ſolitus, quod quàm
honeſtè & quàm procul à ſuſpitione inuidiæ faciat, quamuis alicubi amicum Platonem
ſed amiciorem aſſerat ueritatẽ. ipſe uiderit, ſimulq; hoc ſibi dictum audiat. Facile eſt cum
mortuo litigare, quem tamẽ multi boni uiri poſt obitum defenderunt, nominatim in Ideis,
contrà quas ualidè omnes ingenij ſui neruos, ille acerrimus diſputator intenderat. notiſſi-
ma Auguſtini ipſius ac ſecura defenſio eſt, cui pium quoq; lectorem, non minus aſſenſu-
rum rear, quàm uel Ariſtoteli uel Platoni. Vnum incidenter hic dixerim, ut errorem meo

rũ iudicũ hiſq́ſimiliũ refellã, qui uulgi ueſtigijs inſiſtẽtes opinari ſolẽt, & inſolẽter nec minus ignoranter obijcere, multa ſcripſiſſe Ariſtotelem. neq́ hic errant. multa enim ſcripſit proculdubió, plura etiam q̃ cogitent, quorũ aliqua nõdũ habeat lingua latina. at Platonem prorſum illis & incognitũ & inuiſum, nil ſcripſiſſe aſſerunt, præter unũ atq́ alterũ libellũ, quod nõ dicerent, ſi tàm docti eſſent, quàm me prædicant indoctum. nec literas ego, nec Græcus, ſexdecim uel eò amplius Platonis libros domi habeo, quorũ neſcio an ullum iſti unqam nomen audierint. ſtupebunt ergo ſi hæc audiant. Si non credunt, ueniant & uideant. Bibliotheca noſtra tuis in manibus relicta, nõ illiterata quidem illa, quamuis illiterati hominis, neque illis ignota eſt, quàm totiens me temptantes ingreſſi ſunt. ſemel ingrediantur, & Platonem tentaturi, an & ipſe ſine literis ſit famoſus, inuenient ſic eſſe ut dico, meqúe licet ignarum, non mendacem tamen, ut arbitror fatebuntur, neque Græcos tantùm, ſed in Latinum uerſos aliquot nunquam alias uiſos aſpicient, literatiſsimi homines, de qualitate quidem operũ iure illi ſuo iudicent, de numero aũt nec iudicare aliter, quàm dico, nec litigare litigioſiſsimi homines audebunt, & quota ea pars librorum eſt Platonis, quora ego his oculis multos uidi, præcipuè Calabrum Barlaam modernum Graiæ ſpecimen ſophiæ, qui me Latinarum inſcium, docere Græcas literas adortus, forſitan profeciſſet, niſi mihi illum inuidiſſet mors, honeſtiſq́ principijs obſtitiſſet: ut ſolita eſt. Nimis iàm poſt ignorantiam meam uagor, animo & calamo nimis indulgeo, redeundum eſt. hæ ſunt igitur amice, atque harum ſimiles cauſæ, quæ me amico, ſed iniquo, mirũ dictũ, meorum iudicio ſodalium obieceère, quarum ut intelligo nulla potentior, quàm quod licet peccator, certe Chriſtianus ſum. Etſi enim forſitan audire poſsim, quod obiectum ſibi Hieronymus refert, Mentiris, Ciceronianus es, non Chriſtianus, ubi enim theſaurus tuus, ibi & cor tuum. Reſpondebo, & theſaurum meum incorruptibile, & ſupremam cordis mei partem apud *CHRISTVM* eſſe, ſed per infirmitates ac ſarcinas uitæ mortalis, quas nec dum ferre ſed enumerare difficile eſt, non poſſum, fateor, ut uellem ſic inferiores partes animæ, in quibus eſt iraſcibilis & concupiſcibilis appetitus attollere, quin adhuc terris inhæreant, & quotiens quanto niſu humo illas auellere mœſtus, & indignans retentauerim. Et quia non ſucceſsit, quid hinc patiar, ſolus ipſe quem teſtor, & quem inuoco, *CHRISTVS* nouit, qui fortaſe miſerebitur, ut ſalubrè conatum adiuuet imbecillis animæ, & peccati mole obrutæ ac depreſſæ. Interim non nego, multis me curis uanis ac noxijs deditum, ſed in his non numero Ciceronem, quem mihi nunquam nocuiſſe, ſæpe etiam profuiſſe cognoui, quod dictum ex me nemo mirabitur, Auguſtinum ſi audierit, de ſe ſimilia profitentem: de quo me ſupra proximè, ſed alibi pluribus egiſſe memini, ideoqúe nunc unum hoc dixiſſe contentus ſim, non diſsimulo, equidem me Ciceronis ingenio & eloquentia delectari, quibus ut innumeros ſileam, Hieronymum ipſum uſque adeò delectatum uideo, ut nec uiſione illa terribili, nec Ruffini iurgijs, ſic ſtylum inde dimouerit, quin Ciceronianum aliquid redoleret, quod ipſe met ſentiens, de hoc ipſo alibi ſe excuſat. nec uerò Cicero fideliter ac modeſtè letus aut illi nocuit, aut cuique alteri, cum ad eloquentiam cunctis, ad uitam multis ualdè profuerit, nominatim ut diximus Auguſtino, qui ex Aegypto egreſſurus, Aegyptiorum auro & argento ſinum ſibi gremiumqúe compleuit, ac tantus pugil Eccleſiæ, tantus propugnator fidei futurus, antè diũ quàm in aciem deſcenderet, ſeſe armis hoſtium circumcinxit. ubi ergo de his, de eloquentia præſertim quæritur, Ciceronem fateor, me mirari inter, immò ante omnes qui ſcripſerunt, unquam qualibet in gente, nec tamen ut mirari, ſic & imitari, cum potius in contrarium laborem, ne cuiuſquam ſcilicet imitator ſim nimius, fieri metuens, quod in alijs non probo. ſi mirari autem Ciceronem, hoc eſt Ciceronianum eſſe, Ciceronianus ſum. miror enim nempe, quin etiam non mirantes illum miror, ſi qua hæc ignorantiæ noua confeſsio uideri poteſt, hoc ſum animo fateor, hoc ſtupore. At ubi de religione, idem de ſumma ueritate, & de uera fœlicitate, deqúe æterna ſalute cogitandum incidit, aut loquendum, non Ciceronianus certè, aut Platonicus, ſed Chriſtianus ſum,

quippè

quippè cum certus mihi uidear, quod Cicero ipſe Chriſtianus fuiſſet, ſi uel CHRISTVM
uidere uel CHRISTI doctrinam percipere potuiſſet, De Platone enim nulla dubitatio eſt
apud ipſum Auguſtinũ, ſi aut hoc tempore reuiuiſceret, aut dum uixit hæc futura p̃noſce-
ret, quin Chriſtianus fieret, quod feciſſe ſua ætate, pleroſq; Platonicos refert idẽ, quorum
ipſe de numero credendus eſt. Stante hoc fundamento, q̃d Chriſtiano dogmati Ciceroni
anum obſtet eloquium, aut quid noceat Ciceronianos libros attingere, cum libros hæreti
corũ legiſſe, nõ noceat, immò expediat, dicente Apoſtolo: Oportet hæreſes eſſe, ut & qui
probati ſunt manifeſti fiant, in uobis. cæterùm multum hac in parte plus fidei apud me ha-
biturus fuerit, prius quiſque Catholicus, quamuis indoctus, quam Plato ipſe uel Cicero.
Hæc ſunt igitur argumenta ualidiora noſtræ ignorantiæ, quæ uera eſſe gaudeo, hercle, ut-
que in dies ueriora ſint cupio. Profectò enim de quo mihi cum magnis uiris liquidò con-
uenit, ſi quemcumque Philoſophum quantumcumq; famoſum, ſi denique Deum ſuum
Ariſtotelem reuixiſſe, & Chriſtianum factum audiant, ruditatis & inſcitiæ arguent, &
quem ante ſuſpexerint ſuperbi deſpicient ignorantes, tanta penuria tantumquè odium
ueri eſt, quaſi dedicerit, eo ipſo quod ad ſapientiam Dei patris à caliginoſa & loquaci
mundi huius ignorantia ſit conuerſus. Neque mihi dubium eſt, quin Victorinus dum
rethoricam docuit clariſsimus habitus, ita ut in Romano foro ſtatuam meritus acce-
piſſet, illicò ut CHRISTVM & ueracem fidem clara & ſalutifera uoce confeſſus eſt, ab illis
ſuperbis dæmonicolis, quorum offenſæ metu, aliquandiù conuerſionem diſtuliſſe cum
in confeſsionibus ſuis Auguſtinus refert, hebes ac delirantiſsimus haberetur. quod de
ipſo etiam, Auguſtino eò magis ſuſpicor, quò & ipſe uir clarior fuit, clariorquè con-
uerſio, & quanto fidelibus utilior gratiorquè, tanto CHRISTI & Eccleſiæ ſuæ hoſtibus in
uiſior mœſtiorquè, quando apud Mediolanum in eiſdem confeſsionibus idem ipſe com-
meminit, magiſterio rethoricè depoſito, ſub illo fideliſsimo ac ſanctiſsimo p̃cone ueritatis
Ambroſio, ſcientiam cœleſtẽ atque iter ſalutis arripuit, & de Ciceronis expoſitore, fa-
ctus eſt prædicator CHRISTI. De quo quid ſemel audierim narrabo, ut intelligas quãtus
hic morbus quàm peſtifer, quàm profundus ſit. audiui uirum magni nominis, dum de
Auguſtino placitum ſibi neſcio quid dixiſſem, cum ſuſpirio reſpondenrem: Heu quàm
dolendum, quod ingenium tale, fabellis inanibus irretitum fui. cui ego. ô te miſerum qui
hæc dicis miſerrimumquè ſi ſentias: Contrà ille ſubridens: Immò uerò ſtultum te, in-
quit, ſi ſic credis ut loqueris. ſed melius de te ſpero. quid de me autem ſperaret, niſi ut con
temptor pietatis in ſilentio ſecum eſſem. Pròh ſuperum atque hominum fidem, ſic iam
nemo igitur literatus horum iuditio eſſe poteſt, niſi ſit idem hæreticus & inſanus, ſuper-
que omnia importunus & procax, qui per uicos ac plateas urbium, de quadrupedibus ac
belluis diſputans, bipes ipſe ſit bellua. quid autem miri, ſi delirum non modo ignarum iu-
dicant, me amici mei, cum de hoc proculdubiò ſint grege, qui pietatem quolibet ingenio
cultam ſpernunt, & religionem diffidentiæ aſcribunt, neque ingenioſum putant, neque
ſatis doctum, eum qui audeat in Ariſtotelem ſolum mutire aliquid, contra fidem catho-
licam diſputate, eamquè quò quiſque animoſius oppugnare præſumpſerit, expugnari
enim nullo poteſt ingenio, nulla ui, eò ingenioſior apud iſtos doctiorquè, quò fidentius
fideliusuè defenderit, eò habetur obtuſior atque indoctior, & ignorantiæ conſcientia, fi-
dei uelum aſſumpſiſſe, quo ſe contegat atque inuoluat creditur prorſus, quaſi non diſcor
des ac trepidæ fabellæ & nugæ inanes ac uacuæ ſint illorum, nec ſcientia certa de am-
biguis aut ignotis, ſed opiniones uagæ & liberæ & incertæ. ueræ autem fidei notitia &
altiſsima, & certiſsima, & poſtremò fœliciſsima ſit ſcientiarum, omnium, qua deſerta, re-
liquæ omnes non uiæ, ſed deuia, non termini ſed ruinæ, non ſcientiæ ſed errores ſunt.
His tamen iſti animis, Hiſquè ſunt iuditijs ut neſciam, an non ſolum duo illi de quibus
ſupra dictum eſt, uel ſi qui ſunt ſimiles, ſed ſupremus omnium Paulus ipſe, non dico,
cœperit diſplicere Iudeis, quibus ante placuerat, quod Hieronymus epiſtolã eius ad Ga-
latas exponens, ait, ſed omnino &, phariſeis & põtificibus inſanire uiſus olim ſit, quod

de lupo agnus, quod de perſecutore Chriſtiani nominis, factus eſſet Apoſtolus CHRISTI. & his noſtris etiam uideatur. Poſſum ergo ignorantiam mihi obiectam, poſsim & ſi obijciatur inſaniam magnis comitibus conſolari, & ſic facio, quin interdũ & delector & gaudeo, honeſtis ex cauſis, non ignorantiæ tantum, ſed amentiæ reus eſſe. cæterùm de me lætus, de amicis doleo, & ſi enim aliæ iuditio prætendantur cauſæ & forſitan leuiores, hæ quidem ſcelere & impietate non uacant, illis mortiferæ & infames, mihi etiã glorioſæ, ut pro his cauſis non ſolum fama, ſed uita inſuper ſpoliari, ſi res tulerit æquiſsimo ſim paſſurus animo. Illud angit in primis, quod uerisſma omnium, uel unica uel inter tantas eminens obliqui cauſa iuditij, liuor eſt, qui multos ſemper, ſed nullos unquam ſanos ac lucidos infecit oculos, coëgitqúe falſum cernere. Res ſtupenda & noua, neque mihi unquam hactenus audita, nunc quod nolim in meo capite experta & cognita, amicis inuidiam ineſſe pectoribus. Amicis nunquam ſi non plena ac perfecta amicitia, quæ eſt ita, amicum ut ſe amare. amanr iſti me, ſed non toto pectore, dicam melius toto amant pectore, ſed non totũ me. uitam certè & corpuſqúe & animam, & quicquid habeo præter famam, eamqúe dumtaxat literarum, horum ego uel omnium uel ſingulorum in manibus fidenter nilqúe hæſitans poſuerim, neque hæc exceptio aut odij, aut amicitiæ lenitioris, ſed inuidiæ eſt, ut dixi, etiam in amicitijs habitantis, uel, ſi hoc audità durum eſt, & hoc quoque melius aliter eſt dicendum, ut non liuoris ſit exceptio ſed doloris. Dolent forſitan, immò dolent utique apud doctos, apud quos mihi uerè ne an falſo literati hominis partum nomen audiunt, ſe nec literatos eſſe, nec cognitos. Hinc ereptum mihi cupiunt, quod non habent, neque ſi ſapiunt ſperant, magna uotorum conflictatio, rerumqúe discordia, cui bonum omne uel maximum uelis, eidem nolle uel minimum, non tàm puto, quia mihi id eſſe, quàm quod ſibi doleant deeſſe. Quærunt neque id fateor iniuſtè, in amicitia pares eſſe, & id agunt, quoniam clari omnes eſſe non poſſumus, ꝙ facilius cenſent, ſimus omniũ obſcuri. eſt non inficior in amicis paritas pulcherrima, ubi enim inſignitis pars una præponderat, non benè uidentur amicorum animi, quaſi impares inuenti ſub amicitiæ iugum mitti. Verum ea paritas amoris, ac fidei eſſe debet, fortunarum &, gloriæ non ita, idqúe ut ignotos ſileam, Hercules ac Philoctete Theſei ac Perithoi, Achillis & Patrocli, Scipionis & Lælij probat imparitas. Ipſi tamen ut libet uiderinr, quo animo erga meum nomen fuerint, qui erga me, ni fallor, haud dubiè ſunt optimo. Ego autem amice, ne quid neſcias, & ut noris, unde & quo animo tibi hæc ſcribo, inter Padi uertices, parua in naui ſedeo. ne mireris, ſi uel manus ſcribentis uel oratio fluctuat, per aduerſum huncingentem amnem, tota cum ignorantia mea nauigo, cuius olim in ripis multa ſcripſi iuuenis, multaqúe meditatus ſum, quæ illorum temporum ſenibus probarentur, prius quã hij iuuenes ſenilem ignorantiam deprehendiſſent. ò ſors hominum inſtabilis, Padus ipſe quodammodo mihi compati uiſus eſt, quaſi ſtudij noſtri memor, & ueterum conſcius curarum, quod quem iuuenem (ſi ſine ſuperbia dici poteſt) glorioſum uidit, ſenem cernat inglorium, famæqúe præfulgidis exutum ueſtibus, meqúe retrò aſſiduè ad ius meum ab iniquis iudicibus repoſcendum, magno impetu & toto gurgite reimpellit. uerùm ego laborioſam mihi, & quibus minimè ſuſpicabar, inuidioſam famæ ſarcinam peroſus, & litium fugitans & contemptus ſpretor, exuuias meas raptoribus charis linquo. habeant ſibi me cedente, ſi ut pecunia ſic & fama, dum habent eripitur ad raptorem tranſit, habeant ſibi uel ſcientiam, uel huic apud ſtultos parem, ſcientiæ opinionem. ego uel utraque, uel profectò altera, hoc eſt opinione ſcientiæ nudus, eò fœlicior fortaſſis, & ditior nuditate humili, quàm ſuperbis illi ſpolijs & ut arbitror non ſuis. uado igitur lætus, claro & graui faſce depoſito, & obſtantem Padum remis uelis ac funibus ſupero, Ticinum repetens, ſtudioſam & antiquam urbem, ubi non modo ueſtimentum famæ uetus inter nautas perditum inueniam, ſi ea cura ſit, ſed carere illo, & ſi ualdè cupiam nequibo. ego autem nitar ſemper, & optabo illiteratus dici, dum Vir bonus, aut non malus ſim, ut uel ſic quieſcam, feſſo nil dulcius eſt quiete.

Hanc

Hanc mihi ſemper ad hunc diem mendax, ut nunc audio, literarum fama eripuit, & hanc ipſam, ſeu falſa, ſeu uerax, ignorantiæ fama reſtituet, atque ita uel ſerò tandem aliquando benè erit. Id tamen ut uereor fruſtra nitar, atque optabo, tàm multi contra meos iudices ſentiunt, ut non illic tantùm quo mihi nunc iter eſt, ſed ubicunque per hunc noſtrum orbem ſuam hanc ſententiam promulgarint, quãuis apud me in rem iudicatam tranſierit ut audiſti, apud alios tamen in ſuum caput plurium ac maiorum iuditio recaſura ſit, præter unam illam forſitan, ubi hæc audent, orbem nobiliſsimam atque optimam, ubi propter populi magnitudinem, multiplicemqúe uarietatem, multi ſunt, qui ſine literis philoſophentur, ac iudicent. Multa enim rerum omnium, & quod unicum ibi uel maximum malum dixerim, uerborum longè nimia eſt libertas, qua freti, ſæpè ineptiſsimi homines claris nominibus inſultant, indignantibus quidem bonis, qui ibidem quoque tàm multi ſunt, ut neſciam an in ulla urbe tot modeſti boniqúe uiri ſint, ſed tanto maior eſt, ubique ſtultorum acies, ut ſapientium indignatio fruſtrà ſit, tàm dulce omnibus libertatis eſt nomen, ut temeritas & audacia, quod illi ſimiles uideantur uulgò placeant. hinc impunè aquilam noctuæ, cygnum corui, leonem ſimiæ laceſcunt, hinc honeſtos fœdi, doctos inſcij, fortes ignaui, bonos mali lacerant. nec malorum licentiæ, boni obſtant, quod & numero illi ſuperant, & fauore publico, expedire credentium ut quicquid loqui libet, & liceat, ita prorſus inſedit illud Tiberij Cæſaris, in ciuitate libera, linguam mentemqúe liberas eſſe debere, liberè quidem eſſe debent, ita tamen ut libertas uacet iniuria. Vides ut ad finem propero neque peruenio. multa enim interueniunt, quæ curſum orationis impediant, non quod ego ignorem, multò ſapientius multoq; grauius futurum fuiſſe, hæc & alia ſæpè ſimilia tacuiſſe. Sed difficile eſt inter aculeos non moueri. Sæpè ergo tales pulices, uel conterere neceſsè mihi fuit, uel excutere. facile autem hos tuliſſem, ſi te facile perferentem cognouiſſem, in his enim, non inſcitiam meam, quam libenter amplector, ſed illorum inſolentiam ægrè fero, ſed ut dixi, tacitus hanc laturus niſi tu fuiſſes. tuæ equidem & non meæ indignationi, tàm longis ſermonibus morem geſsi. De ignorantia mea tibi non epiſtolam iam, ſed librum ſcribens, addidi de multorum ac penè omnium ignorantia, quæ ſe obtulerant feſtinanti, de quibus cogitare ſtudioſius ſi detur, non libellus exiguus, ſed ingentes texi queant libri. Quid enim quæſo communius ignorantia? quid uberius? quid latius? quocunque me uertam, in me illam, & in alijs, ſed nunquam exundantius, quàm in meis iudicibus inuenio, quæ ſi tàm illis nota eſſet ut mihi, alienæ forſan ignorantiæ ferendis ſententijs abſtinerent, eſſetq; ad tribunal illud iniquiſsimum atque ineptiſsimum perenne iuſtitium. quis enim niſi impudentiſsimus, quod in ſe uidet damnat in alteros? excuſatio una eſt, docti ſibi uidentur, eò præſertim in tempore: nam quod conſtat poſt cœnam illa ſententia lata eſt. Videri autem prima fronte potuerit, de meipſius ignorantia, niſi aliud addidiſſem. Nouus libri titulus, non ſtupendus tamen, ad memoriam reuocanti, ut de ebrietate ſua librum ſcripſit Antonius Triumuir, tantò enim hoc turpior titulus ille eſt, quantò morum, quàm ingenij turpiora ſunt uitia. Ignorantia quidem uel deſidiæ cuiuſpiam fuerit, uel inſitæ tarditatis, at ebrioſitas uoluntatis peruerſiq; animi. ſicut autẽ ibi Antonius omnium ebrioſiſsimum ſe fatetur, unum duntaxat excipiens, magni prò pudor filium Ciceronis, ſic & ego omnium ignorantiſsimum me non nego, ſed non unum, immò quatuor fortaſsis excipiam, ſed iam ſatis eſt, uereorq; ne nimium, iamq; uelut è turbidis fluctibus portum ſpecto, iam demum igitur alto animo feramus hanc ſeu falſam infamiam, ſeu ueram famam ignorantiæ. Nam neque falſum metuit, niſi qui parum uero fidit, neque uerum odit, niſi qui falſum amat. ſi falſa eſt infamia, citò delinet, apud ipſos etiam auctores infamiæ, dum quid dixerint ruminantes pudor inuaſerit. apud alios enim nec incipiet quidem, nec ad quem diuertat patens limen docti hominis reptura eſt. ſin uera eſt fama qd tergiuerſamur? an amore uani nominis labefacere nitimur ueritatem? quid eſt autem in hoc ipſo, quod magnopere

generoſum animum & humana noſcentem & cœleſtia ſuſpirantem torqueat. dum co-
gitat metiturq; quantulum eſſe, quàm nihilo proximum, quod non dicam unus alterq;
Philoſophus, eorum quoque qui clariſsimum ſcientiæ nomen habent, ſed ſimul omnes
norunt, quamq; exilis rerum portio, omnium hominum ſcientia, uel humanæ ignoran-
tiæ uel diuinæ ſapientiæ comparata: dabis hinc mihi amice aurem, dabis fidem, atq; hoc
non recens & nunc primum ad os ueniens, ſed ſæpè dictum, ſæpius cogitatum credes,
quemcumque horum qui magna ſcientiæ fama ſunt, ſeu ueterum ſeu nouorum, ex illo
illuſtrium rege, & nominum luce ſecreueris, & diligenter excuſſeris, inuenies, ſi rerum
ueritas nec hominum clamor inſpicitur, ſcientiæ modicum, ignorantiæ plurimum ha-
buiſſe, quod ipſos ſi adſint, nec ingenuus pudor abſit, planè faſſuros mihi ipſe perſua-
deo, & hoc Ariſtotelem morientem ingemuiſſe quidam ferunt, ut nemo ſibi blandia-
tur, aut ſcientiæ opinione ſuperbiat, ſed Deo gratias agat, ſi quid ei forſitan ſupra com-
munem modum obtigit, ad quod ipſum credendum non ſit uelox, potius quàm ſibi
quàm alijs de ſe credat, ſibiq́ue non plauſoris blandi, ſed cenſoris in ſe rigidi, uice fun-
genti. uerè enim quiſquis fauore ſepoſito, quo & fallimus & uiciſsim fallimur, apertis-
q́ue oculis res ſuas aſpexerit, multa in ſe flenda, pauca admodum plaudenda repe-
riet. Sed omiſsis quorum grauior eſt querela, de uirtutibus loquor, ad ſcientiam re-
uertamur, iam quid inops perdere metuat, ubi qui habentur ditiſsimi ueræ inopes ſunt,
ſiquidem in hac ipſa portiuncula ſcibilium rerum, philoſophamur, tumidiſsimi & in-
quietiſsimi diſsidemus, & magnæ uelut ſpecie ſcientiæ ſuperbimus, inq; ipſis anguſtijs,
qui maximi etiam ſunt uerſantur, & pauca ſcientes multa neſciunt, & neſcire ſe niſi in-
ſaniant non neſciunt. uerißimumq́; eſt illud Ciceronianum, quod quiſq; grauis Philo-
ſophus multò ſibi deeſſe cognoſcit, quem defectum quo quiſque minus ſentit & curat
minus. ideoq; doctiſsimos maximè uideas diſcendi auidos, & maximè ignorantiam in-
telligentes. ſanè in hac tanta ſcientiæ inopia, ubi implumes alas uento aperit humana ſu-
perbia, quàm frequentes & quàm duri ſcopuli? quot quamq; ridiculæ philoſophãtium
uanitates? quanta oppoſitionũ contrarietas, quanta pertinacia? quanta proteruia? qui ſe-
ctarũ numerus? quæ differẽtiæ? quæ nam bella? quanta rerũ ambiguitas? quæ uerborum
ꝑplexitas? quã profundè, quamq; inacceſsibiles ueri latebræ? quot inſidiæ ſophiſtarum,
omni ſtudio ueri iter, uepribus ceu quibuſdam obſtruẽtium, ut nequeat internoſci, quis
illuc rectior trames ferat? quam ob cauſam Cato maior pellendum cenſuit urbe Carne-
adem. quæ nam poſtremò hæc inter, hinc temeritas, hinc diffidentia maximorum homi-
num, & deſperatio quædam apprehendendæ ueritatis Pythagoras, ait, de omni re ad
utramque partem æquis argumentis diſputari poſſe. & de hoc ipſo, an res omnis ex
æquo diſputabilis ſit. Sunt qui dicant, altè obrutam ueritatem, & profundo uelut in
puteo demerſam, quaſi ex imis terræ latebris, & non potius è ſummo cœli uertice, pe-
tenda ueritas, & uncis ac funibus eruenda, non ſcalis gratiæ, & ingenij gradibus ad-
eunda ſit. Socrates ait:

Hoc unum ſcio, quod nihil ſcio.

Quàm humilimam ignorantiæ profeſsionem, ceu nimis audacem reprehendit Ar-
cheſilaus, nec id unum ſciri aſſerens nihil ſciri. ea glorioſa Philoſophia quæ, uel
ignorantiam profitetur, uel ignorantiæ ſaltem notitiam interdicit, circulatio anceps,
ludus inextricabilis. contrà Gorgias Leontinus rhetor uetuſtiſsimus, non modò ali
quid, ſed ſciri omnia poſſe credit, non à Philoſopho tantùm, ſed ab Oratore nempè,
qui, ut ait Cicero, omnibus de rebus Oratorem optimè poſſe dicere exiſtimauit, quod
certè ipſe nõ potuit, non poſſet aũt optimè de rebus omnib. dicere, niſi optimè omnes
noſcet. Idem ſenſit Hermagoras, qui non modò Rhetoricam, ſed Philoſophiã omnem,
rerumq; omnium notitiam tribuit Oratori. Magna mediocris ingenij fiducia, & longè
omnibus fidentior. Hippias ſcire ſe omnia profiteri auſus, ut non modò de liberalib. ſtu-
dijs, deq; uniuerſa Philoſophia, ſed de mechanicis quoq; plenã ſibi gloriã uſurparet,

dicerem

dicerem diuinum hominem, niſi inſanum crederem. ſed quoniam iam nec ſciri omnia, immò nec multa per hominem certum eſt, & confutata iam pridem atque exploſa Academia, ac reuelante Deo, ſciri aliquid poſſe conſtat, ſit ſatis ſcire quantum ſufficit ad ſalutem. multi plus ſapientes quàm oportet periere, & dicentes ſe eſſe ſapientes, ut ait Apoſtolus: Stulti facti ſunt, & obſcuratum eſt, inſipiens cor eorum. Mihi ad ſobrietatem ſapere ſi contingat, quod ſine multis, immò ſine ullis literis fieri poſſe, illiterata utriuſque ſexus ſanctorum cohors indicat, ſatis erit & fœliciter agi mecum exiſtimabo, neque unquam mei me ſtudij pœnitebit, & hos garrulos idiotas, qui falſo literarum nomine turgidi dici amant, quod non ſunt, aut miſerebor aut odero, aut ridebo deq́ue inanibus atq; incognitis altercantes, neq; illis iactantia, nec tumorem peſtiferum, neque omninò aliquid, non ipſas certè diuitias inuidebo, nunquam ad ſe redeuntibus, ſæpè foras effuſis, ſeq́ue extra quærentibus. In finem, literati libens nomen pono, & iam poſui, ſi indignum ut ueritati conſcientiæq́ue ſatisfaciam, alioquin ut inuidiæ, de re autem poſteritas uiderit, ſi ad illam famæ paſsib. peruenero, ſi minus, obliuio. uiderit, inquã, poſteritas incorrupta, quam ab æquitate iuditij, non animorum perturbatio ulla, non odium, non ira, non amor liuorq́; ueri hoſtes impedient. uiderit illa ſi me nouerit, Iudices enim meos proculdubiò non agnoſcet, quippe quos nec ætas hæc nouerit, uix uiciniæ notos ſuæ, uiderit iudicetq;. et ſi horum ſententiam approbet acquieſco, ſi reſcindat, non ideò his iraſcor, ſciens quãta ſit in animis hominum poteſtas affectuum. hi ſunt autem, qui in me ſententiam hanc dictarunt: fallor, unus enim quẽ ſæpè hodie nomino, liuor fuit. ille hanc digitis ſuis ſcripſit, quam nec amor potuit mutare nec ratio. cur ergo iraſcerer amicis, pro eo, quod ab illorum hoſte commiſſum eſt? ſi iniquitatem filij nõ fert pater nec filius patris, quanto minus hoſtis iniquitas nocere debeat amico, præſertim illius carcere ac uinculis aſtricto, qui ſi quando ſibi redditus fuerit, & ſuas & amici iniurias ſit ulturus? ſunt multa præterea quæ iracundiam ſiqua eſſet exemplorum comprimant compeſcant remedijs, nam q̃ unquam uel doctrina, uel ſanctitas uel uirtus quælibet tàm excellens fuit, ut obtrectatoribus non pateret? immò quidẽ, ut Liuius ait: Quò gloria maior, eò propior inuidia. & ſic eſt. quanquam enim iners malũ ſit inuidia, & alta & animosè nõ aſcendat ſed uiperæ in morẽ, iuxta Naſonis ſententiam: humi ſerpat, familiare tamen illi eſt, alteq; gloriæ radices auidiùs inſeq, clariſq; nominibus ſuum uirus infundere, nõ aliter q̃ ſubterranei quidam uermes, qui proceras arbores radicum morſibus clandeſtinis, & tacita labe pertemptant. ſic ſæpè ſæuit liuor, ſed interdum magis æſtuat, paſsionẽ animi ſilentiũ frangẽte, clamoribus. & Therſitẽ pede claudũ, diſtortũ cruribus, humeris gibboſum, pectore concauũ, caluaſtrũ uertice, atq; pruriginoſum, & Agamẽnoni Græcorum regi, & Achilli Græcorũ fortiſsimo, detrahẽtem publicè. Ilias narrat Homerica, & Drancẽ Turno uerbis iniuriantẽ Aeneis Virgiliana teſtat̃. ſed hic miri nihil. eſt enim cõtrarijs inter ſe naturale odium. quãta in D.D. Iuliũ & Auguſtũ Cæſ. uel ab amicis uel ab hoſtib. dicta ſũt, illud ſupra fidẽ ſtupeo, q Peſcẽnius Niger uir fortiſsimus, progeniẽ Scipionũ toto Romano orbe præcipuã, fortunatã potius dicebat eſſe, quã fortem? nullus hic proculdubiò liuor erat, ſed libertas inconſulta iuditij. uerum hæc & ſimilia peregrina nobis, atque longinqua ſunt. ad propinquiora ueniamus. Poſſem ſanctos memorare, præcipueq́ue Hieronymum, ſed prophana materia, & de ſolis literis ſermo eſt, itaque illos attingam, ſed non omnes, qui noſtræ propiùs ſunt querelæ: quis ergo in primis Epicurum in tolleranda ſuperbia, ſiue inuidia, ſiue utraque detrahentem omnibus non audiuit? Pythagoræ, Empedocli, Timocrati, quem amicum licet totis uoluminibus laceraſſe tradit̃, q in Philoſophia paululũ à ſe ſuiſq; inſanis opinionib. diſcordaret. habẽt tamẽ, & hi tres, & alij quos diſcerpſit patiẽtiæ materiã, quãdo idẽ & mirè Platonem ſpernit, & cõtumelioſiſsimè Ariſtotelẽ uexat, ac Democritũ: à q̃ ultimo q̃ ſciebat in Philoſophicis cũcta didicerat, & quẽ exigua mutatione uerborũ in omnibus ſequebat̃, hunc acrius infamabat, nẽpè q magiſtro caruiſſe gloriaret̃, et uideri uellet. Secuti ſunt in hac detrahendi

trahẽdi libidine præceptorẽ ſuũ Metrodorus atq; Hermacus, ſupradictos quoq; Philoſophos lacerantes, nec ullius magnitudini parcentes aut gloriæ. fuit & Zeno ipſe maledicus atq; irriſor, qui Criſpum uirum acutiſsimum & eiuſdem ſecum ſectæ contemptum nominans, non Criſpum ſed Criſpam ſemper diceret, & non modò coætaneos, ſed patentẽ Philoſophiæ Socratem, conuitijs ac maledictis inceſſeret, latinoq; uſus uerbo, credo ut peregrinæ linguæ mordacior eſſet iocus, ſcurram Atticum uocitaret, quod ipſum ſcomma, ſi ſit illud, & non potiùs lædoria dici debet, in eundem apud quem hæc ſcripta ſunt Ciceronem, poſt ab æmulis uerſum eſt, quem ob inſignem linguæ feſtiuitatem dixêre aliqui Conſularem ſcurram. dignus iocus, non illius uiri auribus ac moribus, ſed ore potius & ſcurrilitate iocantium. Iam Annei Senecæ in Quintilianum, atq; in Senecam Quintiliani detractio nota eſt: erantq; ambo uiri egregij, ambo Hiſpani, mutuis tamen moꝛſibus ſeſe carpunt, atq; alter alterius ſtylum damnat, mirum prorſus in tantis ingenijs. ſolent enim docti indoctis eſſe odio ac ſtupori, horum illi igitur, modò facultas affulſerit, famam rodunt, doctis, facie licet incognitis, inter ſe cognatio multa eſt, niſi hanc liuor, aut excellentiæ appetitus abruperit, quod in his proximis duobus, inq; alijs de quibus ante diximus eueniſſe credibile eſt. Quibus quandoque ceſſantibus, nouum dictù, claros inter uiros eſſe uidetur æmulatio quædam, quaſi uentis quieſcentibus, tumens mare. Cuius duplicem rei cauſam apud quoſdam lego, una eſt fauor diſcipulorum atque ſequacium, qui libentius quieturos contrarijs ſententijs in certamen trahit. altera uerò paritas ipſa, quæ ſine ſenſu eorum, qui in comparationem adducuntur ſpectãtium, iuditia in diuerſum agit, ut quamuis in ſe concordes duo uiri & paſsionibus liberi, uideantur tamen inter ſe taciti, quaſi duo propinqui montes, aut totidem turres excelſæ, de altitudine eminentiaq; contendere. cuius exemplùm, niſi memoria me fruſtratur, eſt ſupra memoratum, par uirorum Plato & Xenophon. Incidunt uerò nonnunquam non his modò, ſed ſuperioribus, & acriores diſſenſionum cauſæ, non inuidia ſtudiorum, ſed profundis flammantes odijs. nam Saluſtij in Tullium, atq; Aeſchinis in Demoſthenem, horumq; in illos inuectiuæ, non ingenia neq; ſtylos arguunt, ſed mores, amarumq; aliquid et hoſtile, immò pacatum nihil in ſe cõtinent, nullæ ibi facetiæ, nullus iocus, ſed certamen longè aliud, quàm quod de literis aut pro gloria ſumi ſolet. cui collati, omnes meorum iudicum aculei, ludi ſunt æquiſsimo animo ferendi, dum præter hos ipſos quos audiſti, mille alios memini, de ſolis literis concertantes, nominatim Homericos, Ariſtarchum ac Zoilum, Virgilianos, Cornificium & Euangelũ. Ciceronianos, Aſinium & Caluum. dumq; in animum Graius uenit, ferox fateor, ſed minimè rudis princeps, qui cogitauit ut ſcriptum eſt, de Homeri carminibus abolendis. cur enim ſibi nõ licere dicens, quòd Platoni licuiſſet, qui eum è ciuitate quam conſtituebat eiecerit? Sed & Virgilij & T. Liuij ſcripta, & imagines parum abfuit, quin ex omnibus bibliothecis amouerit, quorum alterum ut nullius ingenij minimæq; doctrinæ, alterum ut uerboſum in hiſtoria negligentemqúe carpebat. at Anneum Senecam, & tum quidem, & nunc maximè placentem, Arenam eſſe ſine calce dicebat. & loquimur uiros, Cum Leontium Græca mulier, immò ut Cicero ait meretricula, cõtra Theophraſtum tantum Philoſophum ſcribere auſa ſit. quis hæc audiens indignetur, in ſe aliquid dici, cum in tales à talibus talia dicta ſint? nil ſupereſt aliud, niſi ut non dicam te, & aliquot paucos, qui ad amandum non egeris ſtimulis, ſed amicos reliquos, cenſoresq; ſimul meos precer atque obſecrem, ut deinceps me, & ſi non hominem literatum, at ut uirum bonum. Si 'ne id quidem, ut amicum, deniq; ſi amici nomen præ uirtutis inopia non meremur, at ſaltem ut beneuolum & amantem ament.

Lectori.

Lectori.

Epiſtolam habes inter eas quas de rebus Senilibus inſcriptas uides,ſtatim in initio Libri octaui, ad Vrbanũ V. Pont. Max. qua author gratulatur,à Papa, tàm diù exulantem Auenioni Eccleſiæ ſedem(ut uocant)in Romanan Vrbem iterum translatam, id maximè quoq; perſuadere conabatur, ne procerum quorundam Gallorum conſilio,Pontifex uictus, Galliam repeteret, quam præ Italia, qua ui orationis potuſt,author impugnat. hac motus quidam Gallus, quæ ſequuntur ſcripſit.

GALLI CVIVSDAM ANONYMI IN FRANCISCVM PETRARCHAM INVECTIVA.

HOmo quidam deſcendebat ab Hieruſalem in Hierico & incidit in latrones. Verba iſta domino noſtro Papæ ſummo ac ſanctiſsimo Eccleſiæ Pontifici,poſſunt ſatis propriè adaptari. ipſe namque homo eſt, quem ſecundum Prophetæ ſententiam, dominus gloria & honore coronauit, cuius etiam ſubiecit omnia ſub pedibus. Iſte igitur homo deſcendit ab Hieruſalem in Hierico,cum de partibus Galliæ, ſe tranſtulit ad partes Romanorum. Hieruſalem namque uiſio pacis intelligitur: quantam autem pacem Eccleſia in partibus Galliæ reppererit,quantam humilitatem in magnis, quantam promptitudinem in paruis,& quantam obedientiam in omnibus ſentit nunc,ac meminit ut experta. Sed ipſe deſcendit in Hierico,qui interpretatur luna,cuius mutabilitas inter mundi cætera patet euidentius uniuerſis. quid enim in rebus humanis eſt,uel inconſtantius ſiue mutabilius quàm Romani? Immò certè ipſa Roma, pluſquàm alia urbs, uel ciuitas,ſæpius & pluries mutata eſt,ſi quis enim conſideret ipſius initium, quod habuit ut dicunt in tempore Romuli honoris faſtigium, quod habuit in tempore Auguſti, & ipſius etiam in tempore præſenti miſeriam,mutationi lunæ Romæ mutationem,uerè & realiter poterit comparare. A principio namque lux eius.id eſt eius potentia aliqualiter apparuit,ſicut luna cum dicitur μονόιδης,poſtea uerò notabiliter inualuit ſicut luna cum dicitur Amphyarchos. deinde uerò ad plenam perfectionem peruenit, ſicut luna cum dicitur Panxilenos: poſtea uerò ſicut ipſa creuerat, ſic decreuit, & quaſi ad nihilum eſt redacta. Ipſa namq; eſt,ſicut dixit.Oroſius,quaſi inexplebilis uenter, cuncta conſumens, ſemper eſuriens, nihil alijs relinquens,nihil habẽs cunctis gentibus & urbibus,quas miſeras fecit,non ſolum miſerior,ſed infœlicior eſt relicta. Miſeriam cuius certè non potuiſſem credere, ni uidiſſem,occurreruntq; mihi tunc uerſus cuiuſdam dicentis:

Romæ ſceptra iacent & celſa palatia cœno.
Cæſaris alta domus nunc ſit caſa uilis egeno.
Roma modò nihil eſt,nihil eſt Romæ niſi ſignum.
Cæſar in urbe ſua nil cernit Cæſare dignum.

Cur igitur iſte nobis Galliæ paupertatem improperat? conſtat enim illam partem Galliæ, de qua receſsit Eccleſia,eſſe fertiliorem,uel ſaltem tàm fertilem,ſicut Roma,ſiue pars Italiæ,in qua ipſa reſidet pro præſenti.quid igitur ad propoſitum,ſi Galli. Roma iam adoleſcente,uſum uitis & oleæ didicerunt? ſuam arguit ruditatem,immò ex hoc uerecùndari debent. quia Galli in hac ſagacitate hos præcedunt, Galli etiam pro certo paucitatem ciborum,& uinorum pro facili iactura recipiunt.illud Lucani in V. attendentes:

Humanum paucis uiuit genus: & iterum illud Claudiani contra Ruffinum:

Viuitur exiguo melius natura beatos.
Omnibus eſſe dedit: ſi quis cognouerit uti.

Et iterum illud Horatij in epiſtola ad Bullatium:

Si uentri benè ſit lateris pedibusq; tuis nil *Diuitiæ poterunt regales addere maius.*

Licet igitur non ſint pauperes per rerum indigentiam, ditiores tamẽ ſunt per ſufficientiam, iuxta

iuxta illud Maximiani: *Et rerum dominus nil cupiendo fui.*

Sed non ſunt huiuſmodi Italici, & ſpiritualiter Romani, qui ſemper lucris temporalibus inhiantes, nihil aliud cogitant, non aliud ſomniant præter lucrum. Iuxta dictum Apoſtoli, Queſtum extimantes pietatem. nullus eſſe ibi iocus, nullus ludus, immò, generaliter nullus actus, in quo uirtus utili præponatur. loquatur igitur ipſe non de Galliæ, ſed de ſuæ Italiæ paupertate, ubi ferè nullus habet bonorum ſuorum, immò quod deterius eſt, ſui corporis proprij poteſtatem. Animi enim puſillanimitate, tyrannorum ſubiecti dominio, ad egeſtatem Tantali & ſummam miſeriam ſunt redacti. Sequitur, Et incidit in latrones. Licet ſecundum quod uulgariter dicitur, commune dictum, non ſit omnino falſum, & ſecundum Ariſtotelem: Fama non omnino falſa ſit, quam populi multi clamant. meum tamen calamum ab huiuſmodi uerbis auertiſſem, niſi me illius uiri literati & peri[illegible]i, malè tamen ut credo aduertentis, uerborum iniuria deduxiſſet, qui de exitu eccleſiæ à partibus Galliæ locuturus, uocis concordantiam turpiter mutando, & uerbis imperitis inuolutus, ſententiã turpius inchoauit, per hæc uerba: In exitu Iſraël de Aegypto, domus Iacob de populo Barbaro. Audiſtis blaſphemiam, licet enim & benè per Iſraël & domum Iacob eccleſiam intelligat, Aegyptum tamen Galliam, & Gallicos Barbaros nominando, ipſe proculdubiò delirauit. Si enim Galliam illam, de qua exiuit eccleſia, uerè & realiter & per proprietatem intelligit Aegyptum, ſalua reuerentia, hoc eſt falſum. ſi uerò per ſimilitudinem, tunc eſt ac ſi diceret, album nigrũ. Aegyptus enim interpretatur tenebræ, Gallia candida. γάλλα enim Græcè candor dicitur, unde Galli quaſi corpore candidi. quæ ergo eſt conuentio lucis ad tenebras. Horrere profectò debuit Prophetæ maledictionem dicentis: Ve qui dicitis malum bonum, ponentes lucem tenebras & tenebras lucem. Aegyptus etiam aliâ interpretatione intelligitur, anguſtia ſiue tribulatio. unde ibidem dicit gloſa: In exitu de Aegypto, id eſt, Eccleſiæ de anguſtia. quam autem anguſtiam Eccleſia paſſa ſit in Gallia, ego ſinedubio non audiui: uidi enim eam ibi in omnibus quietam & tranquillam, non iniuria tyrannorum laceſsitam, non inſcitia populi perturbatam, nec maiorum oppreſſam potẽtia, ſed beneuolentia & obedientia omnium ueneratam pariter & dilectã. Eccleſiæ igitur exitum de Gallia non debuit dicere de Aegypto. Sed aduerte quæſo quod ſequitur: Domus, inquit, Iacob de populo barbaro. ô uerbum improprium, uerè admirabile & ineptũ, & non è tali uiro ſaltem, ſic improuide proferendum. Sicut enim ipſe dicit: Mendacium quod in alterius prorumpit iniuriam, eſt nephandum, ecce populum Gallicum, uocat populũ barbarum. Sed quid eſt eſſe barbarum? non'ne eſt eſſe extraneum & ignotum legibus, inordinatum moribus, indiſciplinatum, rudem & inhoneſtum? quod ſi ſic, ut oportet intelligat, inter Gallos non quærat barbariem, quia eſt & remanet apud eos. quis enim mentis compos, ſani capitis, & ueri iuditij rationis. populum barbarum diceret eſſe Gallicum, in quo eſt temperantia in uictu, munditia in habitu, amœnitas clementiæ, ſuauitas facundiæ, in uerbis ueritas, in factis honeſtas, in corde fidelitas, ſtrenuitas operis et agilitas corporis? iuxta illud Iulij Celſi, populi tamen huius inimici, in libro V. de bellis Cæſaris. Galli, inq̃t, homines ſũt aperti, minimeq́ inuidioſi, q per uirtutem magis, q̃ per inſidias dimicare conſueuerũt. ubi ergo quæſo eſt, tã nobilis populi barbaries? ſed certè Romanorũ realẽ barbariem narrat beatus Bernardus ad Eugeniũ Papã ita ſcribẽs. qd tàm notũ ſeculis, q̃ proteruia Romanorũ, gens inſueta paci, tumultui aſſueta, gens immitis & intractabilis, ſubdi neſcia, niſi cum non ualet reſiſtere. & ſequitur: Scio ubi habitas, increduli & ſubuerſores ſunt tecum Romani, impij in Deũ, temerarij in ſancta uel ſanctos, ſeditioſi inuicẽ, æmuli in uicinos, inhumani in extraneos, q̃s neminẽ amantes, amat nemo, ſuperioribus infideles, inferiorib. implacabiles, inuerecũdi ad petendũ, ad negandũ frõtuoſi, ingrati cũ acceperint, grãdia loquunẽ cũ operãtur exigua, blãdiſsimi adulatores, mordaciſsimi detractatores, & dociſsimi ꝓditores. Sunt ne iſta igitẽ mores, & ingenia barbarorũ? ſed hic dicet aliqs. Forſitan fuit hic alienigena, & malè de ignotis potuit iudicare. Reſpondeo pro certo, non eſſe ueriſimile, immò nec credibile, tantum uirum ſine cognitione & experientia ſic locutum. Sed ut omnis de medio extirpetur ſuſpitionis occaſio, aduertat Iuuenalem Italicum, qui uerba

Vmbri.

Vmbricij ſocij ſui, qui ob multitudinem uitiorum de Roma receſſerant, dolendo commemorans, in *III.* Satyra primi libri ſic ait, inter cætera:

Nam quid tàm miſerum & tàm ſolidum uidemus, ut non
Deterius credas horrere incendia lapſus
Tectorum aſſiduos & mille pericula ſeuæ *Vrbis.*
Hic tue Vmbritius, quando artibus, inquit honeſtis
Nullus in urbe locus, nulla emolumenta laborum.
Cedamus patria. uiuant Arturius iſtic
Et Catulus, maneant qui nigrum in candida uertant.

Iſti autem Arturius & Catulus fuerunt duo lenones, & hominum deceptores. Sequitur

Quid Romæ faciam? Mentiri neſcio, librum
Si malus eſt, nequeo laudare. & poſcere, motus
Aſtrorum ignoro funus promittere patris
Nec uolo nec poſſum, ranarum uiſcera nunquam
Inſpexi, ferre ad nuptam quæ mittit adulter
Quæ mandat, norunt alij: me nemo magiſtro *Fur erit.*

Ecce ergo, quomodo Iuuenalis Italicus, tanquam bonus Satyricus Romanorum uitia denudauit. cum enim dicit: Quid Romæ faciam, mentiri neſcio, ipſos eſſe mendaces denotauit. cum autem dicit. librum. &c. ipſos eſſe adulatores demonſtrauit. cum autem dicit. ranarum. &c. & poſcere motus aſtrorum ignoro, ipſos reprehēdit de ſuperſtitionis & uanæ opinionis inſania. cum autem dicit: ferre ad nuptam &c. reprehendit eos de turpi maculationis infamia. cum autem dicit. me nemo magiſtro fur erit, reprehendit eos de uilis latrocinij malitia ut meritò dictum ſit, quod D. N. Papa deſcendēs, ut dictū eſt à Hieruſalē in Hierico incideret in latrones. Taceo quæ ſequuntur, ſcilicet qui expoliauerunt eum, & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto. abſit hoc bone IESV. abſit ut ab ipſis Romanis cæteriſue incolis confinium ciuitatum, Pater ſanctiſsimus, cum ſacroſancto reuerendorum Cardinalium collegio, aliqualiter impugnetur ſeu etiam ſpolietur. abſit ut uenerabilium Cardinalium ſublata de medio magna ex parte, ex quibus cum ipſo Summo Pontifice unum corpus efficitur, ipſe ſemiuiuus membris deperditis relinquatur. hæc & multa alia gratia breuitatis non proſequar, & quia nec uolo, nec opus eſt, omnia eius dicta ſingillatim decerpere, quatuor ſolum inter cætera eius dicta mihi ſatis ſufficit trāſcurrere. Primò enim propter illum miſerum aggreſſum ad Italiam ſiue Romam D. N. Papam mirabiliter fœlicitat, ſecūdo ipſum & dominos Cardinales ad uirtutē hortatur & p̄dicat, tertio uinū Beluenſe, Rhodanū & partes finitimas terribiliter uilificat. quarto Galliā deprimēdo, Italiā ac Romā glorificat & exaltat. Primo igitur quantū ad D. N. Papæ fœlicitatem dico, ꝙ ſi intelligat fœlicitatē, ſecūdū uirtutē operari, ut uidet, Ariſtoteles ſentire, *x.* Ethicorum dicens. Erit uita fœlix ſecundum uirtutem operantis, tanquàm benè uiuentem, & uirtuosè operantem. D. N. Papam eſſe fœlicem non dubito: ſed hoc eſſe, ut dicit, propter eius aggreſſum non concedo. immò firmiter credo, illam uiam, quantum ad multas operationes, tàm ſpeculatiuas quàm practicas, et tàm cōtemplatiuas, quàm actiuas impedimentum magnum & obicem extitiſſe, quoniam ſecundum Ariſtotelem ubi ſupra. Accidentia tribulant, & conturbant beatum, triſtitias enim inferunt & impediunt. ſi autem per fœlicitatem, iuxta ſententiam Boëtij tertio de Conſolatione intelligat, ſtatum omnium bonorum aggregatione, perfectum, ſecundum deductionem eiuſdem Boëtij in eodem, ueram fœlicitatem in ipſo ſummo Deo eſſe neceſsè eſt, propter quod talis ſtatus non habitus in uia, beatis in patria reſeruatur. unde & iuxta Salomonis ſentētiam: Nemo fœlix dicitur in hac uia. mutabilitas enim fortunæ mortalium, nomen fœlicitatis annihilat. quod & ſi ante quemquam fortè mortalium contingeret, non tamen ſecundum multorum opinionē prudentium, præpotentibus & diuitibus & magnis honoribus ſublimatis. quod etiam ſentiens Boëtius primo de Conſolatione dicebat:

Quid me fœlicem totiens iactaſtis amici?
Qui cecidit ſtabili non erat ille gradu.

unde & Ariſtoteles ſententiam Anaxagoræ, *x.* Ethicorum repetens dicit: Videtur aſſe

Anaxa-

Anaxagoras non diuitem neq; potentem, extimare fœlicem, dicens. quoniam nō utique admirabitur, ſi hoc inconueniens appareat multis, iſti enim iudicant, q̄ ſunt extra ſentiētes ſolum: Vnde & idem Anaxagoras, cuidam à ſe petenti. Quiſnam eſſet beatus? Nemo, inquit, ex his quos tu fœlices exiſtimas. ſed eū in illo numero reperies, qui à te ex miſeris eſſe creditur. non erit ille diuitijs aut honoribus abundans, ſed aut exigui ruris, aut non ambitioſæ doctrinæ, fidelis & pertinax cultor, in receſſu quàm in fronte beatior. Cauſas aūt quare non dicuntur diuites, & potētes fœlices, ſatis tangit Ariſtoteles primo & decimo Ethicorum. has tangit Seneca in Tragœdia Herculis Oethei: pulchrè dicens:

Aurea rumpunt tecta quietem	*Vigilesq; trahit purpura noctes.*
O' ſi pateant pectora ditum	*Quantos intus ſublimes agit*
Fortuna metus	*Pectora pauper ſecura gerit*
Tenet & patula pocula fago.	*Sed non trepida tenet ipſa manu.*
Carpit faciles uilesq; cibos.	*Sed non ſtrictos reſpicit enſes.*

Et Lucanus in V. *O uita tuta facultas*

Pauperis anguſtiq; lares. o munera nondum: Intellecta Deum.

Virgilius etiam in libro de Culice de iſta materia inter cætera ſic ait:

Quis magis aptato queat eſſe beatior æuo.
Quàm qui mente procul puras ſenſuq; probandu
Non auidas agnouit opes, nec triſtia bella.
Nec funeſta timet ualidæ certamina claſſis &c.

Sequitur: *Illi dulcis adeſt requies & pura uoluptas.*

Huius aūt ſententiæ narrat exemplū notabile Valerius Max. libro V. de Gyge rege Lydorū, q de ſtatu infimo ad regnum ditiſsimum puenerat, quo inflatus animo, cū ab Apolline perijſſet an quiſq; mortaliū ipſo eſſet fœlicior. Aglaum Sophidiū eſſe fœliciorem Apollo reſpondit, hic tamen erat Archadū pauperrimus, ſed ætate iam ſenex, terminos agelli ſui nunq; exceſſerat, paruuli ruris fructibus atq; uoluptatibus contentatus. ex quo deducit Valerius, magis probare ridens tuguriū, quàm triſtem curis & ſolitudinibus aulam, paucasq; glebas pauoris expertes, quàm pinguiſsima Lydiæ arua metu referta, & unū aut alterum iugum boum facilis tutelæ, quàm exercitum & arma & equitatum uoracibus expenſis oneroſum, & uſus neceſſarij horreolum, nulli nimis appetendum, quàm theſauros omnium inſidijs & cupiditatibus expoſitos. Si igitur curæ & ſollicitudines mundanam fœlicitatem impediunt, cur ergo iſte pro reditu ad Italiam D. N. Papam fœlicitat? ubi non ſolum ipſe, ſed & omnes ſequaces, curis & ſollicitudinibus ſunt repleti, & metu multiplici tribulant. Et q uidit teſtimoniū phibet. Vidi enim omnibus arma imperari, fortalicia præparari & uallari, uidi fugam in campis, congregationes in uillis, immò quaſi ubiq; formidinem. Et quis eſt, qui non uidit aut audiuit, Viterbiorum congreſsionem furioſam, Romanorum commotionem iniurioſam, rebellionem Peruſinorum & obſtinationē animoſam, & generaliter tyrannorum contradictionem odioſam? ubi igitur non eſt animi tranquillitas & corporis ſecuritas, qualis quæſo poteſt eſſe hominis fœlicitas? dicit etiam Ariſtoteles in primo Ethicorum: Non eſſe eum fœlicem, qui malos habet filios. quales autē D. N. Papa ſpirituales filios habet, ibi Deus nouit, nec oportet plus dicere, niſi qd' ſcripſit Moyſes in Cantico: Generatio hæc peruerſa, & infideles filij. & iterū: Si aduentus ad Italiam ita D. Papam fœlicitat, & ſpiritus quo ductus eſt in deſertum, ipſum moueas ad regreſſum, non ne ipſius regreſſus ſi contingat, ipſum faciet infœlicē? Abſit. omnia enim ſibi licent. licuit enim ſibi ire, licet etiam & redire, neſcio tamen ſi ſuberit poſſe cum uoluerit. ſcio tamen ſecundum Senecam in Tragœdia Agamemnonis: Nunquam eſſe ſeram ad benè agendum uiam, & quem pœnitet peccaſſe penè eſſe innocentem, non dico ipſum peccaſſe. abſit. Spiritus enim bonus duxit eum ut credo, nec dicam ipſum malum, ſed multò meliorem ſi reducat. nūc igitur ad eius prædicationem & exhortationem regredior, mirabilis prſus & inaudita nouitas, uirū cæcutientē acutè uidentibus uiā, & rectū iter oſtendere. qs enim huius alti collegij, ſe eſſe mortalem ignorat. quis etiam aliquando de uitæ æternitate nō cogitat? quis eorū nō nouit, totū q hic uiuit, uel habetur inſtabile, immò trāſitorium & caducum.

caducū. crederē namq; tantos uiros talia ignorare, nec ea aduertere, nephas eſt. nullus enim eorū, quantū ad hoc, uel ignorat ꝙ hic ſit, ſiue uerbis talibus indigebat, hinc ꝓ certo potuit uериſimiliter dubitare, ne ſibi illud Euāgelicū obijcerēt: In peccatis natus es totus, & tu nos doces? & iterū: Medice cura teipſum. & iterū: Rabbi ubi habitas? ꝙ ſi profectò cōſideret, exhortationis cauſam & materiā, ꝓpe ſe reperiet amplā ualdè, uideat enim & conſideret, ꝙ in terra quam inhabitat, uiget iniuria ꝓ iuſtitia, pro pietate nequitia, ubi tàm uiolenta oppreſsio ſubditorum repperitū, ubi uera fide procùl abiecta, nephariè quaſi hæreditate Dei ſanctuarium poſsidetur. & breuiter ubi iuxta dictum Ouidij:

Viuitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus, Non ſocer à genero. fratrum quoq; gratia rara eſt.

Conſideret igitur modum ibi uiuendi & regendi, & infinitos modos, quibus ut ipſe nouit, turpiter extorquetur pecunia: & talibus loquatur & prædicet. Sed quid plus. Non'ne in Mediolano uidi abhominabile idolū ſuper altare Dei, hominis ſcilicet armati imaginem, ſedentis ſuper equum de candido marmore fabricatum, & in loco ubi corpus CHRISTI ſacratum conſueuit ſacrari uel reponi, collocatum? eſt ne igitur illud ſub diſsimulatione tranſeundum? Non'ne eſt formidandum, ne Deus ſuam uindicet iniuriam? Dicit enim Pſalmiſta: Vidi ipſum ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros libani, & tranſiui & ecce non erat. Nam ſecundum Senecam in Tragœdia Thyeſtis:

Vbi non eſt pudor nec cura iuris, Sanctitas, pietas, fides inſtabile eſt regnum.

Et in tragœdia Oedippi: *Inuiſa nunquam imperia retinentur diu:*

Et in Octauia de proſpera fortuna dicit idem:

Crede, inquit, obſequenti partius. leuis eſt dea.

Si igitur Deus patiens eſt, ad tēpus nō eſt aliqualiter confidendū, quoniam indutus eſt dominus ueſtimēris ultionis, quoniā ipſi uindicta eſt, & ipſe retribuet abundanter facientib. ſuperbiam. conſideret igitur iſte prædicator egregius, quantum Deo adiuuante ipſius prædicatio, ſiue exhortatio multis poſſet proficere, & quod habet in foribus, quos facundiæ ſuæ lenitate mulceat, & profunditate ſcientiæ dirigat exhortando, dimittatq; in oculo remoto feſtucam, trabem magnam de proprijs oculis remouendo. Nunc igitur uenio ad uini Belunenſis quam certè nec demeruit, nec libenter audiui blaſphemiam, Rhodaniq; & illarum partiū iniuriam. quis enim mentis compos, talis uini, immò uerò potiùs tanti boni maledictionem non horreas? Ait enim: Vtinam nunquam fuiſſent uites illæ, paulominus dixerim uites ullæ, ſi CHRISTI Eccleſiæ uſq; adeò uenenoſam uindemiam perituræ erant. ô nobilis uindemia, ô uenenum pretioſum, ſuper cætera uina dulce ſalutiferum & iucundū, ꝗ miſera & inepta eſt tuæ maledictionis occaſio, propter ꝙ non intres in os eius, et dulcis ſapor tuus per eius fauces nō tranſeat: ferè enim Ouidij maledictionem demeruit, qua miſeræ uetulæ maledixit. ſcilicet nec uinum potet, quoniam ſit uel pingue uel acre. credit'ne tantos uiros ita gulæ deditos & affectos, ut propter huius uini carentiam, Italiam fugiant & horreſcant: Abſit hoc maximè, cum illud uinum haberent de facili ſi placeret. ſed quid facit hoc? Sine dubio, credo, ꝙ audita & expta Romanorum malitia, Italorūq; plurium perfidia, immò quaſi omnium mores mali, huius aūt malitiæ fidem habuerunt ex auditu, hanc aūt nūc de facto facie ad faciem contemplantur. Nō igitur propter uina Italiam fugiunt, ſiue Romam, ſed propter ſæuitiam & magnam perfidiam, de proprio capite dubitantes. illud Euangelicum attendentes. Cum perſecuti uos fuerint in una ciuitate, fugite in aliam. Sed etiam Rhodanus ut & ipſe artat, quid meruit? Si, inquit, Eccleſiæ Dei cauſam daturus erat exilij. ſed quale rogo cum Eccleſia in Auinione, paſſa eſt exilium. ubi in poteſtate uiguit, & in ſecuritate quieuit, & in tanta ueneratione habita eſt? non'ne etiam ille ſummi & altiſsimi domini uicarius, cuius eſt omnis terra et plenitudo eius, in aliqua parte terræ patitur exilium? non'ne ſolis Romanis debitor eſt? abſit. ubicūq; enim pro utilitate fidei Catholicæ ſtatuit reſidere, ſedes ſua eſt, nec ſine cauſa dictum eſt. ubi Papa, ibi Roma. ſed dicit, in Auinione nihil boni eſſe, niſi aduectum aliunde. ſed ubi, quæſo, eſt bona urbs uel ciuitas, quæ bonis non egeat alienis, niſi fortè dicat Romam, in qua tantæ & tales ſunt plateæ, ut pro bladis & uinis cunctis eius ciuibus credantur ſufficere. ꝙ non abun-

dantiam & ſufficientiam, ſed defectum arguit manifeſtum, & iterum illa nobilis ciuitas
Venetorum, quam & ſuper alias ſic extollit, quid habet aliunde niſi aduectum? Vir igi-
tur diſcretus, uerboſas & inanes deſinat argutias in noſtro etiam uico ſtraminum, quē fra-
goſum nominat, deridendo ab ipſis puerulis lacerandas. Audeo tamen dicere motus ali-
quantulum iniuria, ſed ueritatis tamen limitem non tranſcendens, quod fragor conſimi-
lis in tota Italia non auditur. In Auinione uerò eſſe & fuiſſe omnium bonorum affluenti-
am, & patet & patuit per effectum. unde & dominus Anſelmus à domino rege miſſus,
hæc & multa alia quæ D. N. Papam reuocare poterat ab incœpto luculenter oſten-
dens, malè fuit per iſtū ſalua reuerentia, redargutus. Quod ſi certè uixiſſet, uiuis rationib.
oſtendiſſet, nec credebat ſe loqui ad co quinæ magiſtrum, ſeu cocorū principē, ſed ad Eccle
ſiæ dominū & ſummū Pontificem, quem tanquàm bonū patrem decet atque oportet cu-
rare de omnibus. ſed quid dicit Terentius: *Veritas odium parit,*
propter quod uerum fuit, quod factus eſt ei inimicus uerum dicens. Quid etiam Rhoda-
num & loca confinia, ſic ſine ratione uituperat? Recordatur Iuſtinum libro *XLIII.* referen-
tem: quod tempore Tarquinij regis ex Aſia Phocēſium iuuentus in ultimos Galliæ ſinus
nauibus profecta, Marſiliam inter Ligures & feras gentes Gallorum condidit, namque
Phocēſes exiguitate ac macie terræ coacti, ſtudioſius mare quàm terras exercendo in ulti-
ma oceani ora procedere, in ſinū Gallicū oſtio Rhodani deuenerunt, cuius loci amœnita-
te capti, reuerſi domū, referentes quæ uiderant, plures ſollicitauerunt, quos ſecū adducen-
tes, Marſiliam fundauerunt. quid igitur iſte dicit malas domos Rhodani & paluſtria loca,
cum antiqui taliter maria peruagantes, amœnitate loci capti, ibi potentem urbem condi-
derunt. potentem certè dico: utpote cuius auro etiam ipſa Roma de Gallorum manibus ſit
redempta. Scriptū enim ibi eſt, quam reuertentes à Delphis Marſilienſiū legati, quo miſſi
munera tulerant Apollini, audierunt à Gallis urbem Romanam eſſe captam incēſamque.
qua in re domi nunciata, Marſilienſes aurum & argentum publicum priuatumq́ contu-
lerunt, ad explendū pondus Gallis, à quibus pacem redemptam cognouerant. Non igitur
iſte ſeu etiam Romani, loca circa Rhodanū ſiue horū incolas dedignentur, quorum be-
neficio ſunt redempti, & quorum auxilio factum eſt, ne adoleſcens Roma tunc pauper &
miſera, ultimum excidium pateretur. Nunc autem ad aliqualem defenſionem Galliæ inui
tus & coactus regredior, ſciens comparationes inter has regiones odioſas, laudem autem
Galliæ omnimodam, Gallorumque uirtutē multis & illuſtribus repertas auctoribus, nec
uolo nec opus eſt recitare, nec omninò etiam has ſilere. De Gallis enim ita dicit Soli-
nus, Galliæ inter Rhenum & Pyreneum, item inter Oceanum & montem Gebenam
porriguntur, præpinguibus glebis ac commodè prouentibus fructuarijs, pleriſq; conſitæ
uitibus & arbuſtis, omni ad uſum animantium fœtu beatiſsimæ, riguæ aquis fluminum et
fontium. hæc ille. Et quid ultra de bonitate terræ dici poteſt? de uirtute autem Gallorum
multis repertas ſcriptoribus, poſſem plures codices adimplere. unus tamen pro multis
ſufficiat, & ut breuius fiat aduertat Pompeij Trogi breuiatorem Iuſtinum libro *XXIII.* ſic
dicentem: Galli abundanti multitudine, omni eos non caperent terræ, quæ eos genue-
rant, tercenta millia hominū ac ſedes nouas quærendas, uelut examen miſerunt, & por-
tio in Italia conſedit, quæ & urbem Romam captam incendit, & portio Illyricos ſinus,
per ſtrages barbarum penetrauit, & in Pannonia conſedit. Gens aſpera audax & bellico-
ſa, quæ prima poſt Herculem, cui ea res uirtutis admirationem, & immortalitatis fidem de
dit, alpium inuicta iuga et frigore intractabilia tranſcendit, ſibi domitis Pannonijs, p mul-
tos annos cū finitimis, uaria bella geſſerunt. Hortāte deinde ſucceſſu, diuerſis agminibus,
alij Græciam, alij Macedoniam omnia ferro proſternentes petiuêre, tantusq́ terror Galli-
ci nominis erat, ut etiam reges nō laceſsiti, ultrò pacē ingenti pecunia mercarentur. Itē libro
XXV. dicit idem: Gallorum ea tempeſtate tantæ fœcunditatis iuuentus fuit, ut Aſiam om-
nem uelut examen quoddam implerent, demū neq; reges orientis ſine mercenario Gal-
lorū exercitu ulla bella geſſerunt, neque pulſi regno, ad alios quā ad Gallos confugerunt.
Tantus autem terror Gallici nominis, & armorum inuicta fœlicitas erat, ut aliter neque

maieſta.

maieſtatem ſuam tutam, neque amiſſam recuperare poſſe ſine Gallica uirtute arbitrarentur. hæc ille: Quid igitur iſte Gallos atque Galliam uituperat? fateor enim, & uerum eſt, Italiam magnam partem & bonam orbis eſſe, nec intentio cuiuſquam eſt uel fuit, ut credo, ſic eam deprimere, ut iſti ueritati contradicat. ſed quia ſermones ſecundum ſubiectam ſunt intelligendi materiam, cum dominus Anſelmus de Italia loquebatur, intelligebat de Italia ſeu illa parte Italiæ, ad quam ipſa curia tranſmigrabat. comparando igitur partes, quas dimittebat partibus, quas adibat, ſi uerum locutus eſt nouit Deus. non igitur oportuit propter iſta, ciuitatũ Italiæ, quaſi uſq; ad cœlos diuitias atq; magnitudinem eleuare, maximè quia Galli magnam earum partem depulſis Italicis fundauerũt. dicit enim Iuſtinus ſupradictus libro *xx*. ꝙ Galli cum Italiam ueniſſent ſedibus Tuſcos expulerunt, & Mediolanum, Comũ, Brixiam, Veronã, Pergamũ, Tridentũ, & Vincentiam condiderũt. Et etiam ipſe teſtatus in libro xx. plurimas alias Italiæ ciuitates, immò ſine dubio, quas omnes alienæ nationes fundauerunt. ſecundũ enim ꝙ ipſe ſcribit, ibi aliquantulũ diffuſius, Tuſci à Lydia uenerũt, Venetos capta Troia Antenore duce miſit. Adria Græca urbs eſt, Arpos Diomedes cõdidit, Piſæ in Liguribus Græcos autores habent, & in Tuſcis Tarquinia à Theſſalis & Spinambris. Peruſini originem ab Achæis ducũt, Latini populi ab Aenea cõditi uidẽtur, Faliſci, Nolani, Abellani, Chalcidenſium coloni ſunt. Sabini, Samnites, Tarentini, Lacedæmone profecti, ſpurijq́ uocati ſunt. Turinorũ urbem cõdidiſſe Philoctetem ferunt, ibiq́ adhuc uideri monumentum eius, ſagittasq; Herculis quæ fatum Troiæ fuerunt. Aepeos Metapontũ cõdidit, dicuntq; ibi eſſe ferramenta, quibus equũ Troianũ fabricauit, propter ꝙ omnis illa pars Italiæ maior Græcia appellata eſt. cur igitur iſte tantũ de ſuis ciuitatib. gloriatur, quas iſti alienigenæ Italicæ gentis miſeria aut nullas aut deſertas inuenerunt? Quid etiam Italorũ grauitatem & ſcientiam ſic extollit? immò etiam in tantam prorũpit iniuriam, ut dixerit. Nullus doctus in Gallia. certè in Gallia ſunt & multi & plures præfuerunt, ſalua reuerentia ualdè docti. non recordabať credo de Hilario Pictauienſi, de Fotino epiſcopo Smirnẽſi, de Eutherio Lugdunenſi, de Vincentio Leurinenſi, de Saluiano Marſilienſi, & de Proſpero Aquitanico ſiue Aquitanenſi, & pluribus alijs ualdè doctis. nõ habebat etiam ante oculos aliquos alios ſatis nouos ſcilicet Vgonem & Ricardũ, de Sancto Victore, Petrũ comeſtorem, Alexandrũ de Halis, Henricũ de Gandauo, Petrũ Aureoli, Guillelmũ Antiſiodorenſem, & Ioannem Scoti, qui uocatur ſubtilis, & plurimos uiros alios magnos. ꝙ ſi forſan dicat, quod ipſe intelligit, ꝙ nullus de quatuor doctoribus, ſuam ſciẽtiã didicit in Gallia, uerba tamen ipſa prima facie turpè ſonant, maximè cũ in illo paſſu, Italiam laudãdo, Galliam pro poſſe uituperet. quod & ſi fortè uerum ſit, poſſem ego multos uiros Gallicos ſubtiles & ingenioſos omnique ſcientia clariſsimos, ſicut & iam prædixi etiam nominare, & uerè concludere. Nullus doctus in Italia. quis enim Italicorum naturalis Philoſophiæ ſecreta penetrauit & reuelauit abſcondita, ut non multo melius quidam immò plurimi non Itali, ubi quæſo legitur Tullij Phyſica, Varronis Metaphyſica, ſeu cuiuſquam illorũ Philoſophia naturalis? aliquos certè ipſorũ libros bonos atq; humanæ uitæ proficuos compoſuiſſe fateor ualdè multos, longè tamen, teſte Deo, Ethicæ Ariſtotelis poſtponendos. ſed etiam quid ad Romanorũ laudem de Latinitate loquitur, cũ inter Romanos & Latinos tanta ſit differẽtia, tanta ſit uel fuerit diſcordia, ſicut inter Gallicos & Anglicos? cur igitur Romani ſicut & nos de Latinis literis gloriantur? ſed dicit: Oratores & Poëtæ extra Italiã non quærantur. & quid eſt? Non'ne optimi Poëtæ Statius & Claudianus Itali ſunt, quorũ Statius eſt Tulleſis, uel ut alij dicũt Tholoſanus, & Claudianus dicitur Viennenſis. multos alios uerò, gratia breuitatis non nomino. antiquitus tamen ipſa Roma, in iſtis & ſpecialiter in Poëtis præualuit, ꝙ in ſuo Architriuio aliqualiter tãgit Ioãnes Anglicus, nobis quaſi naturaliter inimicus. cũ de noſtra urbe Pariſienſi, inter alia loqueretur ueritate coactus, illam inter cæteras magnificãs ita dicens: Pariſius terra iuris, criſea metallis, inda libris, Græca ſtudijs, Romana Poëtis, Athica Philoſophis, mundi roſa, balſamum orbis, ſidonis ornatus ſua menſis & ſua potu, meſſe ferax, inopta rubis, nemoroſa racemis, plena feris, piſcoſa

lacu,uolucroſa fluentis,diues agris,fœcunda mero,manſueta colonis,munda Deo,fortis
domino,pia regibus,aura dulcis,amœna ſitu,bona quolibet,omne uenuſtum, omne bo-
nũ,ſi ſola bonis fortuna faueret.iſte igitur Ioannes Linguarũ multarũ,& urbiũ excellẽtiſſi
ma quæq; Pariſius,& uerè attribuens ſicut credo,quoniam laus pluſquàm uera, quàm da-
bit hoſtis erit,tanquàm excellentiſsimũ urbis Romæ Poëtas nominauit,quos tamen à ci-
uitate benè ordinata,tanquàm ueritati contrarios Plato cenſuit eſſe pellendos, ut recitat
Auguſtinus de Ciuitate Dei libro *x.c.xiiii.* propter quod ipſi Græco Platoni palmã dan-
dam eſſe pronunciat,ſicut patet ibidem.ſed dicit: Habes urbẽ conquaſſatam,fateor, ſa-
cram tamen.neſcio quid per urbẽ intelligat.ſi intelligat urbem, loca ſacra ac ipſorum ſan-
ctorũ reliquias,ipſam certè cõcedo eſſe ſacram, ſed tunc uoluntariè & improprijſsimè lo-
cutus eſt.ſed ſi ipſas plateas domosq; ſicut dicit conquaſſatas uocat,urbem ibi non inuenio
ſanctam, nec debuit dicere urbem ſacram,ſed ſicut dicit Iuuenalis:urbem ſæuam.& certè
benè ſæuam quæ ſua ſæuitia tot ualentes hõmines interfecit, tot innocentes uiros iu-
gulauit,quæ tot ſanctos & iuſtos peremit crudeliter, & necauit, quæ quaſi ſua cupiditate
totũ orbem ſpoliauit,non ſolũ inimicos proſecuta,ſed & benè meritis iniqua ſemper ex-
ritit & ingrata.non'ne Africanus ſuperior, qui non ſolũ concuſſam & confractam armis
belli Punici Remp. ſed etiam exanguem atq; morientem Carthaginis dominam reddide-
rat,eius clariſsima opera iniurijs penſando,à patria depulſus, atq; in exilium mortuus eſt;
ſepulchroq; ſuo iuſsit ſcribi:Ingrata patria,nec oſſa quidem mea habebis. uel habes cine-
res enim ſuos ſicut ait Valerius,ei negauit,quam in cinerem labi paſſus non fuerat. Nihilo
minor uirtute poſterior Africanus,duabus urbibus, Numantia atq; Carthagine Roma-
no imperio imminentibus ex rerum natura depulſis,raptorem ſpiritus domi inuenit,mor-
tis punitorem in foro non repperit. Scipio etiam Naſica, qui peſtifera Tyb. Gracchi ma-
nu faucibus oppreſſam Remp.ſtrangulari paſſus non eſt,propter iniquiſsimam uirtutum
ſuarum apud ciuès extimationem,ſub titulo legationis Pergamum ſeceſsit,& quod ultræ
ſuperfuit,ibi ſine ullo ingratæ patriæ deſiderio peregit.infinitas autem alias ingratitudines
Romanorũ gratia breuitatis pertranſeo,eſt'ne igitur dicenda urbs ſacra,tantis uitijs & in-
gratitudinibus maculata?cuius ingratitudo non ſolum patuit in antiquis & ſuis principi-
bus,ſed etiam in Eccleſiæ miniſtris & ſummis Pontificibus, quorum aliquos fugauerũt,
aliquos occiderunt,& uniuerſaliter quaſi omnes aliqualiter uexauerunt. ſed dicit: *Hanc*
ſiquidem Romulus fundaſſe,Brutus liberaſſe, Camillus inſtauraſſe laudantur. quicquid
de iſto ſit uel ſcribat,multi tamen auctores autentici,de fundatione urbis Romæ atq; cau-
ſa nominis aliter ſenſerunt.nam ſecundum Solinũ quidẽ dicunt nomen Romæ ab Euan-
dro primo datum,à natura uerò Valentia uocabatur,ſeruataq; ſignificatione impoſiti pri-
us nominis,Romam Græcè Valentiam nominatam,quam Archades quoniam habitaſ-
ſent,in excelſa parte montis,deriuatũ eſt deinceps ut tutiſsima urbium arces uocarentur.
Heraclidi placet,ut capta Troia quoſdam ex Achiuis in ea loca ubi nunc Roma eſt deue-
niſſe per Tyberim,deinde ſuadente Roma,nobiliſsima captiuarum, quæ his comes erat,
incenſis nauibus poſuiſſe ſedes, ſtruxiſſe mœnia & ab ea Romen uocauiſſe. Agatho-
cles ſcribit,Romæ non captiuam fuiſſe.ſed Aſconio natam,Aeneæ neptẽ,appellationis eu-
ius cauſam fuiſſe. Traditur etiam proprium nomen Romæ. ueruntamen uetitum publi-
cari,quoniam quidem,ut non enunciaretur archana ſanxerunt, ut ſic notitiam eius abole-
ret,fides placidæ taciturnitatis. Valerium denique Soranum,eò quod etiam interdum elo
qui auſus fuit,peremerunt. Aliqui autem dicunt q; illud nomen celatura fuit febris, urbi
ſic impoſitum,in honorem Februæ matris Martis.hoc aũt eſſe uerum non aſſero.Scio ta-
men beatum Auguſtinum ipſam febrem ciuem nominaſſe Romanam. *iii.* de Ciuitate
Dei.c. *vii* quod propter hoc dictum fuiſſe credo,quia Febris ipſam Romam quaſi natu-
raliter & hæreditariè in habitat. quicquid tamen fuerit de Romæ fundatione & nomine, ſi
etiam ut communius dicitur,à Romulo fundata ſit,non eſt magnum, unde & Iuuenalis
in fine tertij,cuidam ciui Romano de ſua origine glorianti:ait ſic:

Attamen tu longè repetas longéq; reuoluas,

Maio-

Maiorum quiſquis primus fuit ille tuorum,
Aut paſtor fuit, aut illud quod dicere nolo.

id eſt latro & homicida dicit gloſa ibidem. non eſt igitur hoc magnum, cum etiam ſecundum eorum opinionem, & turpiter genitus fuerit & nutritus, ut aiunt enim ipſi, Remum atque Romulum expoſitos, lupa ſuis aluit uberibus, propter quod non eſt mirum ſi Romanorum mores ſunt lupini De iſtis autem Romulo atque Bruto, quos ad Romæ gloriam hic adducit: loquitur Oroſius, libro ſecundo ita dicens: Romulus raptas Sabinas, improbis nuptijs confœderatas, maritorum & parentum cruore dotauit. interfecto primo auo Numitore, dehinc Remo fratre, arripuit imperium. regnum aui, muros fratris, temp'um ſoceri ſanguine dedicauit. ſequitur de Bruto: Brutus Conſul apud Romanos primus, primum regem Romæ, non ſolum exæquare parricidio, ſed & uincere ſtuduit, quippè duos filios ſuos adoleſcentes, totidemque uxoris ſuæ fratres, reuocandorum in urbe Regum placito inſimulatos, ſecuri percuſsit. eſt 'ne igitur, hoc magnum, uiros facinoroſos ut ſuos fundatores & patronos ad laudem huius urbis nominare. Furium Camillum, quẽ ipſe dicit Romam reſtauraſſe, ingratiſsimi ciues ab ipſa urbe Roma depulerunt. nec tamen ego nego, in ipſa urbe Roma multos ualentes uiros extitiſſe, quorum p̃ſentes Romani nõ ſequentes, à prædeceſſorum ſuorum ualida probitate degenerant, ubi & in quo quæſo Romæ nunc eſt Horatij Coclitis fortitudo? Q. Criſpini manſuetudo? Fabrij Max. moderatio? Catonis fiducia? Q. & Muij Scæuolæ conſtantia? Valerij Publicolæ ſufficientia? Scipionum militia & continentia? Lucij Pauli abſtinentia? Varronis uerecundia? Curtij audacia? Iulij Cæſaris clementia? Pompeij patientia? Fabricij iuſtitia? Reguli fidelitas? Q. Conſidij liberalitas? M. Marcelli pietas? Q. Metelli humanitas? omnium enim iſtorum derelinquentes ueſtigia, inſequuntur uita peſsimorum. Benè enim retinent, Septimij auaritiam, Catilinæ perfidiã, M. Druſ. ſupbiã, Serg. Galbæ ſæuitiam, Clodij Pulchri luxuriam, Caij Sergij uoracitatem, Craſsi cupiditatem, Sullæ & Marij crudelitatem. iſtis enim Romani uitijs maculati, de prænominatorum ualentium ſolo nomine gloriantes, tanquam et ipſi tales eſſent, ſtultè & inaniter ſuperbiunt. Dicit enim Horatius:

Magnum hoc fore dico
Non patre præclaro: ſed uita & corpore pulchro. & Iuuenalis:
Quis generoſum dixerit hunc, qui
Indignus genere & præclaro nomine tantum *Inſignis.*

Propter quod uerſus finem tertij libri dicebat:

Malo pater tibi ſit Therſites dummodo tu ſis
Aeacidæ ſimilis, Vulcaniaque arma capeſſas.
Quàm te Therſite ſimilem producat Achilles.

Bonis igitur alienis, proprijs relictis uirtutibus, ſtultum eſt ſe credere decoratum. nec etiam in oppreſsione gentium & armorum antiquorum glorientur potentia, quorum ex maiori parte uirtus fuit ſæuitia, ſophiſticata uirtute, palliata, nata cupiditate, nutrita ſupbia, omni uerò honore uiduata: Quod etiam teſtatur beatus Auguſtinus tertio de Ciuitate Dei. c. *xIIII.* dicens: Libidine dominandi Roma uicta, Albam ſe uiciſſe triumphat, & ſui ſceleris laudem gloriam nominabat. quoniam, inquit, ſcriptura noſtra, laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & qui iniqua egerit benedicitur. falſa igitur tegmina & deceptoriæ dealbationes auferantur à rebus, ut ſyncero inſpiciãtur examine. ſequitur. Habet præmia laudis ipſa crudelitas, ſed puto eſſe ſatius cuiuslibet inertiæ pœnas luere, quàm talium armorum gloriam quærere. Hic igitur ſiſto manum, calamumque ultra currere non permitto, ne ſtyli inſipidi ſatietas, faſtidium ingerat audienti, omnisque bonus ciuis Italicus ſeu Romanus, ſi placet, mihi parcat, quia & ſi iniuria pulſus ſcripſi, non tamen Saluſtio et ſuis auctoribus grauiora. uerum quia paruitatem meam tantã ſublimitatem nõ decet attingere conſulẽdo, S. P. N. ac ſummũ Pontificẽ, nec moneo ad reditũ, nec exhortor ad manendũ, ſed ipſe tanquàm homo ſpiritalis omnia dijudicans, ſecundum beneplacitum ſuæ ſemper faciat ſanctitatis, ad ipſius Dei laudem, populique ſibi ſubditi commodum & ſolamen, ut Dei & hominum gratiam commerendo, ſempiternam gloriam aſſequatur.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. CONTRA CVIVSDAM ANONYMI GALLI CAlumnias ad Vgutionem de Thienis,

Apologia.

NVper aliud agẽti mihi & iam dudum certaminis huius oblito, ſcholaſtici neſcio cuius epiſtolam immò librum dicam, uerius homeliam ingentem pariter atque ineptam, multo ut res indicat ſudore confectam, & magni iactura temporis attuliſti, dum è longinquo ueniens, amice hanc exiguam domum tuam me uiſurus adiſſes. Vix fuit tempus, raptim trepidante oculo, tantam nugarum congeriem percurrendi, in quibus cum multa eſſent tacito digna ſilentio potiùs quàm reſponſo, hæſerunt tamen nonnulla memoriæ, quibus reſpondendum credidi, ut oſtenderem illum ſibi, qui quoniam mihi nec uultu nec nomine notus eſt, nec quẽ pcuſſus repcutiã ſcio, tu lueres immeritus, nec res noua eſt ut culpa unius, in ſuppliciũ uergat alterius, qbuſdã nocuit uenenoſa guſtaſſe, & in caput alterius cõparata, alterius in pernitiẽ reciderũt. Tuliſti tu q̃ ille me cõiceret, temetipſum cõfeceris, ille te uerbis et faſtidio ſuæ ruditatis impleuit, ego ſiqd defuerit reimplebo, tu ætate iuuenis, morib. ſenex & profeſſor iuris, ſede medius & iudica, ſi ſuſpectum Gallis natio te reddit, Italica ueritas ipſa, & quicunq; iuſtus iudex iudicet. Hic diuido. primũ quidem miror, unde hæc nunc, quoúe à dæmonio meridiano? Epiſtola enim mea, quam hic Galliæ propugnator, & oppugnator Italiæ lacerandam ſibi difficilem certè prouinciam elegit ad F. S. Q. memoriæ Vrbanũ V. R. P. ante hoc niſi fallor quadrienniũ, miſſa erat. qd igitur rei eſt? ut uel tot annis Orator iſte tacuerit, uel nũc tandem caput extulerit, niſi quod parũ ſuæ iuſtitiæ fidebat, ſicut obſtare ſuæ iracũdiæ nũc nõ poteſt? Dolẽt enim æſtuantq; dum ueritate tangunt̃, more aũt ſegniũ bellatorũ differũt, dũ ſe clanculũ aduerſus incautos ulciſcant̃. hæc ꝑfectò & lõgi ſilẽtij, & intempeſtiui alloquij cauſa fuit, tã clariſſima ueri luce ſuperatus obſtupuit, atq; ideò ueritus ſe commiſiſſe impari duello, ſubſtitit, donec èmẽdicatis hoſtiatim ſtipẽdiarijs, ut ſic dixerim, auxilijs, omneſq; quos inuenire potuit libros, ſiue unũ manipulũ florũ, opus uerè Gallicũ, & q; Gallica leuitas, pro omnibus libris habet, in præliũ ſecum trahẽs, auderet in aciẽ uenire, nilq; aduerſario denũcians, è trãſuerſo ſagittas fragiles iaculari. qui ne parũ ſcholaſticus uideatur, & capitula & paragraphos, & externæ longam ſeriem ſcripturæ, ſuis nugis interſerit, tanto niſu, ut ridiculus labor ſuus, penè omnes qui illas audierunt aut legerunt, hyeme media ſudare coëgerit. compatior homini contrà uerũ, tàm anxiè laboranti, & tamẽ mirũ dictù, quiſquis eũ ſuſceptæ cõcertationis euentus exceperit, ipſe iam ſe de aduerſarijs ſuis faſtidio uindicauit. Vinci poteſt, non inultus tamen, ita omnes affecit, ſic capita omniũ obtudit, ut ꝑ ſe quiſq; Neroneũ illud exclamet: Vtinam literas neſcirẽ: unuſq; omniũ ſermo eſſet. Literato ſtulto, nihil eſt importunius. habet enim inſtrumenta quibus ſuam uentilet ac defendat amentiam, quibus cæteri carẽtes, partius inſaniunt. Vt uerò iam tandem his prælud ijs modus ſit, ꝓlocuror iſte, non ſcribentis epiſtolam, ſed ſermocinantis in morem, pro fundamento ſui ſermonis, Euangelicũ illud aſſumit. Homo quidã deſcẽdebat ab Hieruſalẽ in Hierico & reliqua. Hei mihi, qd eſt hoc, q; ego audio, ex ore ꝓſertim literati hominis, prò ſuperũ fidesꝰ ineptũ ac turpe principiũ fabellæ, eo'ne igitur miſeriarum ac ueſaniæ uentum eſt, ut quicunq; Chriſticola, maximequé Pont. Rom. Auinione digrediens, Romam petat, à Hieruſalem deſcendere

dicatur

dicatur in Hierico, & non potiùs ex ſentina profundiſsima uitiorũ omnium, immò quod ex inferno il o uiuentium, in Hieruſalem dicatur aſcendere. huccine igitur res prolapſa eſt, ut Auinio probrũ ingẽs, fœtorq́; ultimus orbis terræ, Hieruſalẽ dicatur? Roma uerò mundi caput, urbiũ regina, ſedes imperij, arx fidei catholicæ, fons omniũ memorabilium exemplorũ, Hierico nuncupetur? ô cor ſaxeum, ô lubrica et effrenis lingua, quæ'nam hic feralis monſtra licentiæ? nam iſta temeritas, ne dicam rabies loquendi? dicam Mimus impropriè, utq; ſermone utar Homerico, quod uerbum ſæpè dentium ſeras tranſiuit, debuit faucibus uox hærere, neq; in apertũ prorumpere, doctis pijsq; omnibus ſtomachum concuſſura. dicam certè quod ſentio, ſi quid fuiſſet ingenij pudor, è manibus calamum extorſiſſet, ne ſede prorſus orationis, tale iaceret fundamentum, ſuper quo boni nihil poſſet ædificari. quid enim niſi peſsimum, quæſo, dicturus ſit, qui in ipſo ſermonis exordio, Petri ſedem Romam, deprimens uerbis inanibus, cœlotenus illam mundi fecem turpemq; barbariem nititur attollere? Senſi equidem in uerbis illius hominis deſcendentis, immò uerò habitantis in Hierico, ſeu Rom. Pont. deſcendere facientis, graue ſibi ac moleſtum barbari nomen. ſic deformes quæq; formoſe dici amant ac uideri, nec ulla eſt tàm turpis quæ obiectam ſibi turpitudinem, non in contumeliam trahat, non mutatur autẽ ueritas, rerum humanis affectibus, alioquin quis non naturæ bonis ornatiſsimus eſſet & fortunæ? non habet autem, quo mihi ſuccenſeat ille uir, hanc ob cauſam dico, ſi ad barbari nomen iraſcitur, iraſcitur non mihi, neq; enim ego nominis huius inuentor ſum, ſed Hiſtoricis omnibus atq; Coſmographis, qui tàm multi ſunt, ut eos una epiſtola uix capiat. quorum quis eſt omnium, qui nõ Barbaros Gallos uocet? rei huius indaginem ſibi linquo, ut induſtriam eius exerceam, hiſtorias euoluat, inueniet credo unde mecũ in gratiam reuertatur. Iſte aũt declamator multiplicibus uerbis hærentem oſsibus barbariem tẽtat excutere, multa de Gallica morum elegantia diſputans, quorum omniũ ut ſcias, q̃ uera ſint cætera, uictus temperantiã, primam ponit. in quo mihi quidem iàm aperto mendacio irridere uiſus eſt potius quàm laudare. quid enim niſi irriſio eſt, in aliquo id laudare, cuius cõtrarium publicè notum ſit, Atqui omne humanum genus interroget, una uoce contrariũ reſpõdebit. ſi præter ſuos nulli hominũ fidẽ habet, quærat à Sulpitio ſeuero, & inueniet ab illo, omniũ quidẽ meo iudicio Gallorũ diſertiſsimo, obiectã Gallis edacitatem, ea uerò niſi fallor, ab hoc Barbaro laudare, uictus tẽperantiæ eſt aduerſa. mitto alia, non enim Gallicos mores damno, & de eis quid ſentiam ſatis in epiſtola ad Vrbanum uideor dixiſſe. quamuis enim & à feritate morum Franci olim dicti, & feroces aliquando habiti, nunc tamen longè alij, leues lætiq́; homines ſunt, facilis ac iucundi cõuictus, q libenter adſciſcant gaudia, curas pellant, ludẽdo, ridendo, canendo, edendo, & bibendo. puto intelligentes ad literam illud ſapiẽtis Hebræorũ, ꝙ ſemel dixiſſe nõ cõtentus, ꝑ quã ſæpè repetijt. Nõ'ne melius eſt, inquit, comedere & bibere, & oſtendere animæ ſuæ bona de laboribus ſuis. & iterum: Omnis enim homo qui comedit & bibit, & uidet bonum de labore ſuo, hoc donũ Dei eſt. et rurſus: Hoc itaq; mihi uiſum eſt bonum, ut comedat quis & bibat, & fruatur lætitia ex labore ſuo. & præterea: Vade ergo, inquit, & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio uinum tuum. et non ſolũ quod hoc bonum eſſet, ſed quod bonum aliud non eſſet, adiecit: Laudaui, inquit, igitur lætitiã, ꝙ nõ eſſet bonũ homini ſub ſole, niſi ꝙ comederet et biberet atq; gauderet, & hoc ſolũ ſecũ afferret de labore ſuo. qs quæſo tanti uiri conſilio nõ ederet libenter, ac biberet & gauderet? ſapientes Galli, qui & per ſeipſos hæc ſapiũt, & ſapientibus crediderunt, inq́ue conſuetudinem naturamq́ue uerterunt. at quod eodem libro ait idem: Cogitaui in corde meo, abſtrahere à uino carnem meam. ceu Gallicanis legibus contrarium aduerſantur, ac reſpuunt: Hactenus excuſaſſe ſufficiat epiſtolæ meæ principium, illud improperium, ut ipſe aſſerit, & ineptum. Ego quid de re magna, ſummo hominum ſcripturus, magis proprium fateor, non inueni, nec adhuc uideo, præter hominem illum ſuum deſcendentem ab Hieruſalem in Hierico, quid accommodatius materiæ, quid in rem aptius dici poſsit, nec prorſus intelligo, quid principio illi deſit, niſi ſola forſitan ſcribentis auctoritas. Fingunt enim Galli ſe, credantq́ue quod uolunt (licet

MM 4 enim

enim cuiq; de ſe ſuiſq; rebus, opiniones fauorabiles atq; magnificas animo fabricare, ſunt qúe q hoc faciũt, ut ille ait, fœlices errore ſuo, ad hoc opus ſanè nulla gens promptior q̃ Galli. cæterùm opinentur ut libet, barbari tamen ſunt, neque de hoc inter doctos dubitatio unquam fuit, quamuis ne id quidem negem, nec negari poſſe arbitror, eſſe Gallos barbarorum omnium mitiores. ſed hic barbarus noſtrarum rerum uituperationes, ſuarum laudibus intermiſcens, non irati tantùm, ſed furentis in more, nullo ordine multa in os ſtomachi ipſos euomuit. magnũ, credo, aliquid ſeſe extimans, cui impunè maximis obtrectare, malitia temporũ ſit ꝑmiſſum. quorũ ego partẽ magnam ſciens trãſeo, quod nec reſponſo certè nec audientia dignum duco. atq; in primis uarietates urbis Romæ, quas hic quidem, uſq; ad curioſitatẽ ridiculam proſecutus eſt, figuras lunæ uarias Romano ſtatui comparando, quaſi Roma ſola, & non urbes ac regna omnia, multoq; magis ſinguli homines mutentur aſsiduè, & temporali uiciſsitudini tàm obnoxij; donec peruenerimus ad æterna. Babylon illa uetuſtior funditus ruit, Troia itidem & Carthago, Athenæ inſuper & Lacedæmon & Corynthus, iamqúe nil penitùs niſi nuda ſunt nomina, Roma autem non in totum corruit, & quanquam grauiter imminuta, adhuc tamen eſt aliquid, præter nomen. muri quidem & palatia ceciderunt, gloria nominis immortalis eſt, quid hic uelut in re inſolita lunæ uarietatibus opus erat, niſi ut Aſtrologum, immò ut Lunaticum ſe probaret? Indignetur Gallus ut libet, non prius almæ urbis, quã totius orbis fama decreſcet ſiue deficiet, ſemper altiſsimus mundi uertex Roma erit, & ſi propter inuidiam, aut odiũ, aut ſegnitiem, cauſamúe aliam & Põtifices & principes illam ſui deſerant, gloria illam comitabitur, illi autem ubicunq; & undecũq; fuerit, Rom. Pont. Romaniq́; Principes uocabuntur. ꝗd hic Gallus ſtrepit? ꝗd Barbarus fremit? an mẽtior? negabit magnũ aliquod fuiſſe, cuius poſt tot ſæcula reliquiæ, nũc etiã tantæ ſunt, ut nec Gallia, nec Germania, nec ulla barbaries, ſe illarũ gloriæ conferre audeat? nõ præſumet id credo, quamuis natio ſit contẽptrix omniũ & miratrix ſui. Sed ꝗd aget ſcio. laudabit Galliæ tabernas, pulchra laus ſobrij hominis, quas tamen ego illac nuper tranſiens, & euerſas uidi & deſertas. laudabit patriæ quietem, quam profectò turbidam inquietamq; proſpexi, ſed non eſt ibi mutatio, quanta eſt Romæ. quis hanc rem, reiq́; cauſam non uidet? minutarum rerum ruina magna eſſe nõ poteſt, procùl abſunt ab hoc metu, nunquam cadet ex alto, qui in imo iacet, Roma *igitur* ex alto cecidit, non cadet Auinio. Vnde enim caderet, aut quomodo decreſceret, quæ eſt nihil? pudet me fateor erroris eius, qui cum uideatur aliquid legiſſe, non erubuit ſummis ac præclaris infima rerum & abiectiſsima comparare, quodqúe eſt ſtultius, anteferre. ſed excuſet eum utcùmque natalis zonæ dulcedo quædam fœminea, non uirilis, & qui multum in rebus hominum uſus ualet, ac præſertim rudium, uiri enim egregij, uirtutis ope uincunt omnia. Certè magni homines fuerunt, qui in media orti barbarie, & nutriti pudore, tamen originis ſe Romanos dici uoluerunt, ſplendore nominis glorioſi, quos quoniam omnibus noti ſunt, enumerare non attinet, Gallus noſter, ut uideo, nollet eſſe non barbarus, & libenter in cœno ubi educatus eſt reſidet. Parcendum imbecillitati animi, conſuetudine obruti atque aſſurgere non ualenti. nam & lutum ſuibus, & palus ranis, & tenebræ ueſpertilionibus gratæ ſunt. illud autem quis excuſet, aut quis ferat, quod uiliſsimi loci ſtudio, optimis nobiliſsimisqúe detrahere, & affectu incondito atque inſulſo, uirtutem tentes opprimere? ita enim quærit quaſi neſciat, id quod omnibus Chriſticolis notum eſt, atque utinam, non Sarracenis paganisq́; etiam notum eſſet, ne tàm latè ludibrio haberemur. Et quam, inquit, anguſtiam Eccleſia paſſa ſit in Gallia, ego ſine dubio non audiui. ſurdaſter eſt, immò ſurdus omnino, qui tonitruum non audit, multa hic de quieto & proſpero Eccleſiæ ſtatu, intra cloacam illam palpitando proſequitur. ô carnalis homuncio, nihil habens ſpirituale, uerè unus ex illorum grege, de quibus agens Cicero: Nihil, inq̃t, animo uidere poterãt, ad oculos omnia referebãt. ergo nec anguſtia nec moleſtia ulla eſt, niſi dũ corpus in carcerẽ et uincula cõijcitur? ꝗd ſi animus peccatorũ nexibus coartatus, miſeri ſeruitij iugũ ſubit? de hoc barbarus iſte nõ cogitat, nõ uidit hæc igitur nec audiuit, q̃a ſcilicet aures oculosq́; in carne habuit, quos ſi in ſpiritu habuiſſet, audiſſet utiq; uidiſſetq́; mi

ras &

ras & miſeras anguſtias, quas nulla cõpedũ durities, nullus carcer æquauerit, uidiſſet mo
rũ ueterum ruinã, quæ multò eſt grauior ac funeſtior, quàm murorum. & quærit, quaſi ſo
lus in Hieruſalem peregrinus, quam anguſtiam Eccleſia paſſa ſit in Gallia. ego aũt quæro
ubi nam gentium parem pati potuiſſet anguſtiã? et ò quàm multa ſe hic ſtylo offerunt, ſed
frenandus, eſt ne prodeat quo non decet, immò quidem decet, ſed non expedite eò maxi
mè, quia ut in Epiſtolis ait Cicero, Deſperatis Hippocras uetat adhiberi medicinã. & niſi
ſatis odiorũ ueritas inuiſa conflauit, neque ideò mentiri incipiam, ſed tacere, & orationis
hanc partem ſponte præteruehar, quod ſi boni diſcipuli habet ingeniũ, qui magiſtri titulo
gloriatur, multa ex his paucis eliciet, quibus intelligat Romana eccleſia, quid in Gallis an
guſtiæ paſſa ſit, meq; uera loquutum uel in ſilẽtio fateatur, eſt tamen laudatoris illius certa
quidem, utq; eſt mos præſens, non inſulſa caliditas, licet enim turpibus blanditijs bonum
opus Epiſcopiũ occupatur, ad quod obtinendum, ſciat ſe alijs quàm uerborum retibus in
digere, ne dum enim falſæ nugæ & inanes, ſed omnis illic eloquentia Ciceronis, in hac par
te ſuccũberet, Vnum ei poſſet opitulari. Poſſet ut ego mentitus uidear Epiſcopus fieri,
quod ſi accidat gaudebo, quamuis uerborum aduerſario profuiſſe, homo enim prodeſſe
homini dũ poſsit, fatigari nunquam debet, quoque minus eſt gratiæ, minor amicitiæ ne-
xus aut ſanguinis, eò maius eſt meritum. ſit epiſcopus igitur me fauente, candidamq;, ut a
iunt togam, ſui habitus, nigris atq; deformibus maculis, inquinet, dum uel turpibus placi-
diſq; mendacijs, falcis laudibus, adulationibus uiro indignis, denique, uel eorum gratia,
uel mei uterque odio, perueniat quo ſuſpirat, Sit Epiſcopus Placentinus, aut Laudenſis, ſit
epiſcopus Mentienſis, ſit epiſcopus Adulenſis & mitram falſarijs debitam mercatur, mihi
qui epiſcopatum nolo, quiq; eum gradum, ſæpè olim mihi nõ oblatũ modo, ſed ingeſtum
ſemper recuſaui, præferens cunctis opibus libertatem, nihil blanditijs opus eſt, loquor er-
go liberius, cariusq; mihi eſt odium uirtute quæſitum, quàm barbaro illi erit, ſi ſucceſſerit di
gnitas parta mẽdacio, his omiſsis, ad id uenio, quod aduerſus urbem Romam conuiciator
hic murmurat, ubi illud mirũ, quod uulgares homines atq; inopes rationis, ſuas nõ dicam
iniurias, ſed offenſas quaslibet magni extimãt, cũ ſic negligant alienas: ubi enim populum
barbarum nominaui, quod ſi nõ blandè, iuſtè tamen feci, ceu gladio ictus exclamauit, nec
in me uel aliter excandeſcens, quàm in CHRISTVM olim principes ſacerdotum. Audiſti,
inquit, blaſphemiam? nec aduertit qui uideri doctus uult, in ſolam diuinitatem eſſe blaſphe
miam, ipſe autem almæ urbi uenenoſæ detractionis contumelias irrogando, eſſe credit ex-
cuſabilis, tanta eſt barbari, & tàm temulẽta præſumptio. quamuis non ego blaſphemiam
ut ille, ſed blaſphemiæ proximũ dico, urbem ſacram prophano conuitio lacerare. quanta
ſeruorum audacia, quanta proteruia, ubi ſemel dominorum uinculis elapſi ſunt, non ualen-
tes aliter ſe ulciſci, contra dominos maledictis inſurgunt, effunduntq; in uentos dolorem
animi ulceroſi, & quaſi canes inualidi metu latrant. recordatur hic barbarus antiqui ſeruitij,
& adhuc penè calloſum Romano iugo collum habens, fugitiuus ſeruus, de domina ſua
procùl tremebundus obloquitur. quæ ò ſi filijs ſuis, illis dico maioribus, Deus omnipotẽs
pacem daret, fraternamque concordiam, quàm citò, quàm facilè rebellantem barbariem,
iugo illi ueteri, Italicis ut olim uiribus adiuta, compeſceret.! Id ſi antea fuiſſet incognitum,
nuper apparuit, dum uir unus obſcuriſsimæ originis, & nullarum opum, atque ut ratio do
cuit, plus animi habens quàm conſtantiæ, Reip. imbecilles humeros ſubijcere auſus eſt, &
tutelam labentis imperij profiteri, quàm ſubitò erecta omnis Italia, quantus ad extrema ter
rarum Romani nominis terror ac fama peruenerit? & quanto grauior perueniſſet, ſi tàm
facilè eſſet perſeuerare quàm incipere? eram ego tunc in Gallijs, & ſcio quid audierim,
qd uiderim, quid eorum qui maximi habebantur, in uerbis inque oculis legerim. negarent
modò forſitàn, negare enim aculeo abſente, perfacilè eſt, uerè aũt, tũc omnia pauor cõple
uerat, adeò adhuc aliqd Roma eſt. Sed de his nil amplius, ne barbarũ meũ fortè acriter co-
gitantem, quid eſt Italia, quid ſua barbaries, quamque rerum paritas, nulla proportio, uerò
iuditio metiente, ad deſperationem metus impellerem. quanquam quomodò ego illum
uel cogitare uel ſapere aliqd rectũ credã, qui quodã loco ſui ſermonis interroget, quid per

nomen Sacræ Vrbis intelligā. nec uidetur audiuiſſe ciuili cautū lege, ut is locus, ubi non di
cam liberi, ſed ſerui etiam corpus, nec corpus modò integrum, ſed pars corporis humo cō
dita eſt, religioſus habeatur. quod religioſa igitur uideri debet Vrbs Roma, ubi tot fortiū
atq; illuſtriū, ubi tot principū integra corpora, ubi deniq;, quod in hac re maximè extiman
dum cenſeo, ut urbs ante omnes alias ſacra ſit, tot Apoſtoli glorioſi, tot ſancti martyres, tot
almi pontifices ac doctores, tot ſacratæ uirgines requieſcūt: omnis profectò ſacri neſcius
& prophanus, haud dubiè totus eſt, qui Romam meritò ſacram dici, ſeu dubitat ſeu mira-
tur. Et certè ſi ciuili Iure leges ſacratiſsimæ nominātur, idq; nemo ſanè mētis unquā arguit,
quàm ſacra dici poteſt urbs, legū domus auguſtiſsima, & eorū omniū qui Latinas condi-
derunt leges, aut altrix aut genitrix. quid notiſsimæ autem rei argumēta congrimus, cū ex
preſsè ſanctiſsimā urbē Seneca, & nō ſacram modo, ſed ſacratiſsimā ciuitatē nuncupet lex
ciuilis? quam hic fortaſſe diſpiciūt, quia nō Auinione, per prothonotharios Papæ, nec eſt
dictata Pariſius, per magiſtros ſcilicet parlamenti. ſed quid illi facias ineptis? quærit enim ad
modū curioſe Gallus noſter, quid eſt quod Vrbano fœlicitatem urbis extulerim, an quia
ſecūdum uirtutem operari fœlicitas una ſit, an quia in ſuam ſedem reduxit eccleſiam exul
tantem, primum namque fatetur, at ſecundum negat. ô ceruicoſitas, Deo & hominibus
odioſa. ô criſtati Gallorum uertices ac ſuperbi, æquè falſum aſſeuerare, & uerum negare
diſpoſiti. ego autem utrumq; confiteor. Nam & ſecundum uirtutem agere, fœlicitas uitæ
huius, & ad fœlicitatem uitæ alterius, uia eſt, & uirtuoſius quoquam nego, fieri ab homine
potuiſſe, quod Ecleſiam pro qua CHRISTVS ſanguinē ſuū fudit, de ſanguinib. liberaſſe,
ſuamquè in ſedem è cœno illam erutam reduxiſſe, modò in finem generoſum illud ſan-
ctumq; propoſitum tenuiſſet: quid ni igitur mirer, uirtutem uiri illius, quæ tanta fuit, ut uix
mihi poſsibile uidetū uirū talem in illa natū eſſe barbarie, niſi à Satyrico didiciſſet, ſummos
poſſe uiros, & magna exempla daturos, ueruetum in patria craſſoq; ſub aëre naſci. neque
illud ignoratē humani generis rerumq; omnium creatorem, patris ubiq; potentiæ, atq; ad
illam exercendam, nec impediri locis aut temporibus, nec iuuari, cæterum ut norit hic bar
barus, quantū ab eius oppoſitione diſſentio, ego & uirtutē illius uiri, & in primis factum
propoſitum illud miror, & contrariā ſentiētis non ſani hominis, ſed Galli caput ægrotātis
ac pituita grauiter laborantis exiſtimo, nec omnino illi, aliquid præter conſtantiā defuiſſe,
itaque ſæpè nūc mihi ad memoriam redeuntem, acri ſimul ac fideli increpatione compello.
Heu Pater Beatiſsime quid feciſti? unde iſta mollicies? quis te faſcinauit, ut principiū tàm
grandè deſereris? q te autē clarior, ſi quod glorioſiſsimè cœperas, ad extremum ſpiritum
perduxiſſes, ad quem ut patuit, iam propinquum uenienſq; grabatulum tuum, antè pro
ximam Petri arā, cuius hoſpes ac ſucceſſor eras, fieri iuberis? CHRISTOq; & ſibi gratias
agens, qui tibi hūc animū atq; hoc conſiliū præbuiſſent, in illo loco ſanctiſsimo fœlicem
animam emiſiſſe. quis te, oro, & uixiſſet honeſtius, quis æquanimius obijſſet? ſi quis enim
fortè poſt te, ad obſcœnū illū fornicem, Eccleſiam reduxiſſet, culpæ ille reus ſuæ rationem
CHRISTO reddere, tu facti cōſcius eximij, recto calle iſſes ad ſuperos, nunc tu ipſe, heu,
quis te perdidit? tu inquam, dicam quod in animo eſt, ſpontè ad uomitum rediſti non au-
diens Petrum iterum exclamantem: Domine quo uadis? His illum horumq; ſimilibus la
mentis exagito, quæ ſibi ſcribere meditabar, & iam cœperam, ſi mori paululum diſtuliſſet.
ualde enim cum facie licet incognitum, dicam uerius, uirtutem eius mihi mundoquè no-
tiſsimam amaui, & familiaritatem ſecum, quanta eſſe poterat, in tanta rerum omnium im-
paritate contraxeram. Vti ergo tota eius patientia atque humanitate decreueram, utraque
fœliciter, iam pridem dum adhuc in illa miſeria moras traheret, acri quadam expertus epi
ſtola, quam ipſe non patienter modò, ſed gratanter ac benignè recepiſſe, ſequè illam dili-
genter perlegiſſe, & in ea multa benè & eleganter dicta, utor ad literam uerbis ſuis, &
tàm uerborum elocutione, quàm ſententiarum pondere. laudanda comperiſſe reſpon-
dit atque in finem, ut Gallo noſtro luem excitem, dignatus eſt, meam, ut ipſe ait, pruden-
tiam & eloquentiam, quas ego confiteor non agnoſco, ac zelum quem ad commune bo-
num me habere & dixit, ego non diſsimulo, & multipliciter commendare, ſequè me

uidendi

uidendi auidum. & gratijs atque fauoribus proſequi diſpoſitū profiteri, quæ profectò non diceret aut dixiſſet, ſi tàm malè uiſus eſſem loqui ſibi, (arguendo moram eius, ad id quod expetebat, in loco illo peſsimo atq; turpiſsimo, & hortando, ut ad ſedem ſibi & Eccleſiæ debitam ſe trāſferret, quàm barbaro huic noſtro, ad quem omnino nil pertinet, uiſus ſum. & literæ quidē apoſtolicæ theſauri inſtar penes me ſunt, eruntq; dum uixero, nō tàm quia Papæ quàm quia optimi & ſanctiſsimi uiri ſunt, nec tàm ideò, q̄a laudes meas, quàm quia illius piæ teſtimonium uoluntatis, euidentiſsimè proteſtantur. Poſt hæc autem anno elapſo, cum & ipſe Romam petijſſet, & ego uoti cōpos, illam ſibi alteram epiſtolā miſiſſem, quæ hunc barbarum in furorem uertit, ſcripſit ille mihi iterum, quibus in literis parumper queſtus, quod cognito eius deſiderio, ad uidendum ſiue uiſitandum eum eſſem tardior, demū ipſam eā tarditatem excuſans, ſub obtentu meæ aduerſæ, ualitudinis ad extremū etiam, iubere regibus ſolitus, me rogauit, ut quàm primum, ſiue perſonæ meæ periculo aut incommodo poſſem ad ſe pergerem, cupidè tunc etiam me uiſurum, & animi mei quieti conſulere intendentem. & ego parendi auidus, ibam, niſi me caſus horribilis ex itinere medio retraxiſſet ita mihi tantum illum Patrem, quem uidere non contigit, amàre ſaltem licuit ac uereri, atque eius acta laudare, illud in primis, quod hic barbarus, nec laudare nec uituperare audet, quamuis ut ſentis libenter id faceret, niſi quod nondum ſic ex omni parte depuduit, inter barbaros quoque adhuc reuerentiæ aliquid, ſed perexiguum eſt uirtutis, quam ipſe ego uberius laudarem, niſi perſeuerantiam defuiſſe cōſpicerem, illud tamen in ſilentio reſpondentem audio, non potuiſſe unum ſe tot ſuſurronib. obſtare, contra CHRISTVM atque eius Eccleſiam coniuratis, quam excuſationem nec admitto nec reſpuo, quod & uerum ſcio, & ſi fundatus eſſet ſuper firmam petram, non dubito flatus tales alto animo potuiſſet contemni. parcat illi CHRISTVS, cuius negocium agenti, ea tepiditas interceſsit, illi uerò gaudeant & triumphent, qui nunc in inferno uiuentium Beluenſe uinum bibunt, nec Prophetam audiunt exclamantem: Expergiſcimini ebrij & flete, & ululate omnes qui bibitis uinum in dulcedine, quoniam perijt ab ore ueſtro more Prophetico rem futuram quaſi præſentem, immò iam præteritam narrat, & quaſi iam euenerit, quod neceſſariò euenturum eſt. & ſi enim nondum perijt, peribit ilicò. Tempus eſt enim ut iam iam uiliſsimæ iſtæ dulcedines, in amaritudinem conuertantur, & an ego excutiens, ita enim iſte me uocat, qui hæc quaſi præſentia iam hinc uideo, an ipſe magis exoculatus, qui fulgore panni captus, exigui nihil audet aut cogitat, præter Epiſcopatum quem mendacio fidens, ſtulta & cupida mente præoccupat? non autem facile dictū, quàm me delectauerit uiri huius ingenium, tàm rectè, tàm propriè Phariſeorum uſus eſt uerbo, qui ueritatem Deiq; opera prædicanti reſponderunt. In peccatis natus es totus, & tu doces nos? & eiecerunt eum foras. quid quæſo conuenientius poterat ſectæ illius defenſor acerrimus, contra eum, qui quem factis expugnare non poteſt, uerbis oppugnat, ſi uel ſic, ubi nec paradiſi amor proficit, nec inferni metus, aliquid ſaltem pudore, p̄ficeret? Hæc ſibi pro reſponſo Gallus noſter accipiat, cur Vrbanum dixerit fœlicem, tunc ſcilicet, dum uirtuoſiſsimè operando, non ſe ſolum, ſed, totam fœlicitaret Eccleſiam. atque ut me in ſententia fixum norit, unum iſtis adijciam, modò cautum mihi ſit, ne læſæ maieſtatis accuſer. non equidem ſic inſanus ſum, ut Rom. Pon. legem ponam, cum ipſe ſit legiſer omnium Chriſtianorum, aut legem ſibi ſtatuam, ſiue ſedem, qui ſedium dominus eſt cunctarum: ſi enim ut apud Cordubēſem legimus Veios habitante Camillo. Illic Roma fuit. quantò magis ubi Rom. Pon. habitat, ibi quoque conceſſerim Romam eſſe? unum hoc ſi cœlitus datum eſſet optarem, ut ſicut tunc Camillus, ubi licuit Veijs omiſsis Romam redijt, ita nunc Pontifex, audebo enim dicere, temerarie forſitan, ſed fideliter, & ni fallor uerè, quod ſi hoc ſibi placeret, cui diuinitas rei huius arbitrium dedit, non modo honeſtius ſanctiusque, ſed tutius, ibi eſſet, quàm in ulla penitus parte terrarum, nec ingenti pretio cogeretur à prædonibus redimere ſuam & Eccleſiæ libertatem, quod predeceſſor ſuus in ſancta fecit Auinione de

quo

quo tũc & ipſe grauiter in cõſiſtorio queſtus eſt, & ego dũ ſibi ſcriberẽ nõ ſilui. q̃ Romæ ſedis anguſtiã Gallus iſte nõ uidit, dũ ad enarrãdas fœlicitates Auinionicas magno niſu, implumes alas explicuiſſet, ſedẽ rectis magnæq; miſeriæ uel oblitos alios credidit, uel oblitus eſt. unũ his nunc etiam pari fide ac ſimplicitate ſubnectã, nõ oportuiſſe nec oportere Pontificem Rom. armata manu Romam petere, tutiorem illũ facit auctoritas, quàm gladij, ſanctitas, q̃ loricæ, arma ſacerdotũ ſunt orationes, lachrymæ, & ieiunia, & uirtutes, & boni mores, & abſtinentia, caſtitas, humanitas, manſuetudo actuum & uerborum, quid ſignis militaribus opus eſt? ſatis eſſet crux CHRISTI illam ſolam tremunt dæmones, homines reuerentur, quid tubis aut buccinis? ſufficit Alleluia. certè Iulius Ceſar, poſt tot bella, tot uictorias, non armatus urbem Romam, ſed cum inermi exercitu inermis uictor introiuit, Cæſarem loquor, ut ad id de quo agitur, efficacius argumentum ſit. ſi ſic enim uenit Ceſar, quid putemus Petrum? ſcio autem quid calumniator noſter obijciet. Inermis, inquit, uenit Petrus, atque ideò interfectus eſt: ita enim quodam apologetici ſuo loco, Romã, multos innocentes homines iugulaſſe ait, atq; ideò meritò à Satyrico ſæuã dici, nec intelligit, nolo dicere idiota, ſæuũ pro magno poni ſolitum, iuxta illud Aeneidos primo:

Sæuus uir Aeacide telo iacet Hector.

cum fuiſſe magnum Hectorem non crudelem, conſtet illud eiuſdem:

Maternis ſæuus in armis Aeneas.

quem ubique ſcilicet Pium dicit, hic ſæuum dixit, id eſt magnum. Et eſt haud dubiè non artificioſa quidem ſed inſidioſa & prorſus hoſtilis obiectio. Multi, inquit, perierunt Romæ ſancti uiri, ſed & multi quoq; in Gallijs & alijs in urbibus, plures tamen Romæ. quis non uidet hoc unde? plures eò conueniebant, nempe ad mundi caput & imperij ſedem. pereundi autem cauſa fuit, nõ regionis atrocitas, ſed religionis aduerſitas, & uolebat CHRISTVS urbem ſuam quam & temporalium dominam iam fecerat, & ſpiritualium facere diſponebat, uberiore ſanguine ſuorum martyrum conſecrare. Romanus fuit non inficior Nero, qui occidit Petrum, ſed Romani fuerunt, qui Neronem occiderunt. idem de Domitiano, deq́ue multis dici licet, uertat ſe quocumque libet detractoris ingenium atque odium, Romanos inueniet qui ſanctos condemnauerunt, multoſq́ue qui uindicauerunt. Nec tantũ Apoſtolorum & martyrum, ſed ſui proprij ſanguinis, quamuis ignaros rei, Romanos tamen ultores ſibi CHRISTVS elegit. Romanus fuit itaque CHRISTI ultor, cum Gallus fuerit crucifixor, ut poſt dicã. Audiamus nunc Gallũ ſeu uerius coruum noſtrum, q candidã plumã fuſco mendacio denigrauit, & didicit Cæſarẽ atq; Antonium ſalutare. Audiamus, inquam, & rauco ſtrepitu ſuas amentias repetentem. quia enim uinum Belunenſe uitupero, ut ipſe ait, ut ego fateor, nõ adoro, rurſus exclamat: Et audiſtis, inquit, blaſphemiã. ô indigna uiro & pudẽda prorſus exclamatio, uerùm minus forſan impropria, quàm ſuperior fuit. nã quid ſcimus, an iſte ſit illorũ unus, quorum Deus uenter eſt, ut ait Apoſtolus? ſi ſic, eſt enim qui contra uinũ loquitur, utique contra uentrem atq; ita cõtra Deũ ſuũ loquitur, & uideri poteſt ſpecies blaſphemiæ. ego autẽ nec cõtra uinũ, nec contrà aliquod Dei donum loquor, ſciens quoniam omnia quæ fecit Deus bona ſunt, ſed ebrietatẽ gulãq́ue uitupero, quam non Deus, ſed humana ſibi fecit improbitas. Et quoniam ſæpè bona aliqua, culpa abutentiũ mali materiam eſſe compertum eſt, ut uinum ebrietatis, aurum auaritiæ, ferrum ſæuitiæ, formaq́ue libidinis, optaui ego, ut cum damnoſa quorũdã Belunẽſis uini ſitis, & noceret Eccleſiæ, & frenari aliter nõ poſſet, uinũ ipſum, unde ea naſcitur, è medio tolleretur. hanc potor egregius blaſphemiã uocat, quaſi, quod abſit, contra CHRISTVM aliqd ſim locutus, pro cuius reuerentia & amore, uinũ illud, quamuis in ſe bonũ odi, fateor. et qd mihi iratus Gallus occinat, nõ impertinẽs eſt audire. ô nobilis uindemia, inquit, & uinũ pretioſum, & hoc ſoi ſitã non ineptè uenenũ, inquã, non corporũ ſed mentiũ: his addidit. Super omnia uina dulce ſalutiferũ & iucũdum. hoc uniq; non ineptum modo, ſed ſalſum eſt. Sed omittamus de uinis loqui, ne quem deſpicimus imitemur. quàm miſera eſt, inquit, tuæ maledictionis occaſio. ô quã flebiliter ſuæ fœlicitatis iniuriã fert, i nũc, nega uini doliũ loq, nega Bacchi ſacerdotẽ, qui cõtra uinũ ſuũ ſuaſq; delitias

biſcere

biſcere auſum, dicat eſſe blaſphemū? ô cœlū: ô terra, ô humanum genus, ô Catholica plebs fidelis, CHRISTO, Deo noſtro, ſuæq; fidei uinū Beunenſe præponitur, nec ipſius CHRISTI decus aut uoluntas, ſed uini illius opportunitas, ad ſummæ rerū conſilium euocatur, & ego tanti mali cauſam peroſus, penè ſacrilegij reus agor, cum non ſolum tamen illud uinum accuſem, ſunt & alia quædā, de quibus tacere iubet Plato, iubet pudor. Transeamus igitur hinc, & id potius audiamus, qua ſe ſuumq; bonum ſummum, imprecatione, fraterculus hic flammatus, ulciſciť Propter hoc, inquit, non intres in os eius, & dulcis ſapor tuus per eius fauces non tranſeat: quid uobis uidetur? an non ſatis ſe magnificè ultus eſt? & ſanè nil peius optare mihi poterat, quàm quod ſibi peſsimum iudicaret. mihi autem affecto aliter & nutrito, ea imprecatio leuis eſt, ſi nec Beunēſe, nec omninò uinum ullum biberem, tamen lætè uiuerem, itaq; guſtui fideliter reſpondeo, quod pater Auguſtinus de olfactu Ciceroniano penè uſus uerbo. de illecebra quidem, inquit, odorum non ſatago nimis, cum abſunt nō requiro, cum adſunt nō reſpuo, paratus eis ſemper carere. Ita mihi uideor niſi forſitan fallor, ita ego de omni uino mihi uideor, quamuis & ipſe multo faciliùs falli poſsim. Ab experientia quidem, & ſanctorum patrum ab exemplis, ab Anneo demùm Seneca diciſſe potui, quod ſatis eſt uitæ hominum, panis & aqua, uitæ hominum dixit, ſed non gulæ, quam ſententiam carmen nepos eius expreſsit:

Satis eſt populus cereiq; fluuiusq;.

Sed non populis Galliarum, neq; ego ſi eſſem Gallus hoc dicerē, ſed Beunenſe uinum, pro ſumma uitæ fœlicitate defenderem, hymnis, metris & cantibus celebrarem, ſum uerò Italus natione, & Romanus ciuis eſſe glorior, de quo nō modo princeps mundiq; domini gloriati ſunt ſed Paulus apoſtolus, is qui dixit: Non habemus hic manentem ciuitatem, at hanc Romam patriam ſuam facit, & in magnis periculis, ſe Romanum ciuem & non Gallum natum eſſe cōmemorat, idq; tunc ſibi profuit ad ſalutem. Sed hic barbarus, ad uituperium ſacræ urbis, cuius laudib. nec linguæ omnium diſertorum, nec libri omnes ſufficiunt, os impurum aperire auſus, multa dicit, quæ nec relatu quidē digna ſunt, quod grauiſsimum Romanæ gloriæ uulnus eſt, contrà illam Bernardus duriſsimis conuitijs armatus inducitur. Nota res eſt, qui de conſideratione agens, fortè ſi diligentiùs cuncta conſideraſſet, gentem famoſiſsimam omniūm quæ ſub cœlo ſunt, partius infamaſſet, fecit tamen, & licere ſibi debuit, calamo ſuo ſcribere quod occurit, quid hic dicam? Non ego contra ſanctum uirum loqui uelim, cum maximè, quem in quibuſdam ſcriptis meis ualdè aliquando laudauerim. qui ſi ſanctus non eſſet, quantumlibet magnus in reliquis, facilis eſſet & expedita reſponſio. at nunc quidem, & ſi non contra ſanctum, de ſancto tamen loqui nihil prohibet. Multa quidem loquendo & ſcribendo, multa redeunt in animum, quæ dilapſa uidentur. Dinauit iſte nunc recolo, Bernardus Clareuallenſis Abbas, de quo ſermo eſt, Petrum Abaelardum literarum quendam uirū, hic iratus Berengarius, Pictauenſis, uir & ipſe non infacundus ac diſcipulus Petri, contra Bernardum librum unum ſcripſit, non magni quidem corporis ſed ingentis acrimoniæ: de quo poſtmodùm à multis increpatus ſe excuſat, quod adoleſcens ſcripſiſſet, & quod ſibi uiri ſanctitas nondum penitùs nota eſſet. horum certè neutrmm mihi competit, nam nec de Bernardi ſanctitate ſum dubius, & adoleſcens eſſe deſij, ſed illud dico, quod licet hodie procùldubio ſanctus ſit, fieri poteſt, ut dum ad Eugenium ſcripſit, nondum forſitàn ſanctus eſſet. ſanctitas enim ſicut omnis uirtus, non cum homine naſcitur, ſed ſtudio quæritur & augetur, & frequentatis actibus in habitū tranſit, itaq; mihi aliud aſſumo, quod in quadam excuſatoria epiſtola ad Epiſcopum Mimaten. Berengarius idem ait. Non'ne Abbas homo eſt? non'ne nobiſcum nauigat, per hoc mare magnum & ſpatioſum, inter reptilia quorum non eſt numerus? cuius nauis, & ſi proſperiori feratur nauigatione, tamen ſerenitas maris in dubio eſt. ego uero Bernardi nauem portum iam tenere non ambigo, ſed dum ſcriberet, haud dubiè non tenebat. Homo erat, & in carne poſitus, paſsionibus ſubiacere poterat, notum eſt illud Ioannis os auri, non de ſanctis quibuslibet, ſed de ipſis Apoſtolis. Nam & ſi ſancti ſunt, inquit, homines tamen ſunt, & ſi uinci à carne non poſſunt, quaſi iam ſpirituales, tamen percuti

poſſunt

poſſunt quaſi adhuc carnales. potuit aliqua fortè laceſsitus iniuria Bernardus illa ſcribere, & multa irati homines dicunt, quorũ poſtea illos pudet, eſto autem ceſſet ira animi, repens motus, ex aliqua ortus offenſa. An non naturale inter aliquas nationes eſt odium? & profectò Gallorum gentem infeſtiſsimam, nomini Romano apud Criſpum, & de immanitate gentis Gallorũ, & de infeſtiſsimo odio in Romanum nomen apud Liuium legimus, & ſic eſſe realiter experimur. ut ceſſent tamen hæc omnia, nec ira ulla: nec odiũ Bernardũ impulerit, & fuerit planè ſanctus dũ id ſcriberet, quamuis Ambroſianæ ſententiæ ſit aduerſum ubi ait: Quis autem uiuens tutus poſsit, ac ſine trepidatione laudari, qui & de præterito meminit ſe habere quod doleat, & futuro uidet ſibi ſupereſſe quod timeat? quis uerò hominum in hoc corpuſculo poſitus debeat, ſibi quicquam uendicare de meritis. nota ſunt reliqua. Sed ita fuerit ſanctus in uita, quid hic reſponſionis inueniam? nõ reprehendam Bernardum, ſed laudatores hoc uituperatore, eodẽ ipſo nec negante, nec indignante maiores obijciam, Ambroſius in proœmio epiſtolæ ad Romanos de eis loquẽs: Hij enim, inquit, caput ſunt omnium gentium, mirum ualdè. nec excipit Gallos. Mox ſuper textu, gaudium ſuum teſtari dicit Apoſtolũ, Quod cum Romani regnent in mũdo nec excipit Galliam, ſubiecerunt ſe fidei chriſtianæ. Dicet autem Gallus, Romanorum iſte potentiam & imperium nõ uirtutem laudat? Audiat ergo quod ſequitur: Erant enim, inquit, doctrinæ memorabiles, & boni operis cupidi, ſtudioſique magis agendi benè quàm ſermonis. Sed ecce iterum ſtrepet Gallus, teſti domeſtico, non credendum, quoniam ſit ciuis Romanus Ambroſius, quod negari nequit. nec intelligo tamen, quid irato hoſti plus ſit fidei quã placato ciui. Hieronymo autem quid opponet, qui & Romam laudat, & laudatam dicit ab Apoſtolo, de quo quoniam in ipſa epiſtola ad Vrbanum ſcripſi, nil nunc amplius dico, ſed ipſius Hieronymi dictum aliud coniungo, qui ſecundo libro in epiſtola ad Galathas. Romanæ plebis, inquit, laudatur fides, ubi tanto ſtudio & frequentia ad Eccleſias et martyrum ſepulchra cõcurritur, ubi ſic ad ſimilitudinem cœleſtis tonitrui anima reſonat, & uacua idolorum templa quatiuntur, non quod aliam habeant Romani fidem, niſi hanc quam omnes CHRISTI Eccleſiæ, ſed quam deuotio in eis maior & ſimplicitas ad credendum. quid hic Gallus dicet? an conſonat hic Bernardo, in eo maximè, quod ille incredulos primum, dehinc impios, tandem etiam proditores uocat, nimis ſi dici licet hoſtiliter? Vbi eſt aũt iſta proditio? Vbi non potius obſeruata publicè & priuatim, etiam hoſtibus Romana fides, cuius omnis hiſtoria plena eſt? illud quoque, quod his interpoſuit, temerarios in ſancta illos dicens, contrarium eſt ferè omnibus ſcripturis, quæ Romanis attribuit grauitatem. quid eſt enim tàm temeritati diſſonum quàm grauitas? ſed audire Gallum hic uideor proteſtantem, niſi Romanum hoſtem in teſtimonium adduxeris, non credam eſt planè hoſtis ex ore laus ingens, nec immeritò Virgilius ait: *Ipſe hoſtis teucros inſigni laude ferebat.*

Aperiat nunc aurem Gallus, & criſtam inſolentiæ dimittat, ut non ſemper placita, ſed interdum uera incipiat audire, atq; ut ueris opinionibus locus ſit, concretũ puluerem erroris è cauda Galliæ leuitatis excutiat. Pyrrhus Epirotarũ rex, hoſtis P. R. cũ Cyneam doctiſsimum illũ uirum, & inſignis memoriæ laude conſpicuũ, pro componenda pace Romã miſiſſet, & infecto negotio redeũtem, qualis eſſet Roma interrogaſſet, ille regũ urbem ſibi uiſam, ſiue ut alij perhibent Regum patriam ſe uidiſſe reſpondit. ſcilicet & illic ferè omnes tales eſſe, qualis Pyrrhus in Græcia, quẽ regũ ſanè optimũ fuiſſe conſtat & mitiſsimum. Videat Gallus & Bernardus, uideat inter reges optimos atq; mitiſsimos, & nõ amicis modo ſed hoſtibus minimè odioſos, & immitem atq; intractabilem gẽtem, & in extraneos inhumanam, quid interſit, nam quod æmulos ait in uicinos, directè opponitur ei, quod in libro Machabeorum de Romanis legitur, quod non inuidia neq; zelus inter eos nec ego nunc tamen Gallo meo tranſcribere librum illum cogito, & ut ipſe mihi Iuſtinum, quo ut uerum fatear, non egebam locum, ſignaſſe ſuffecerit, legat ergo operis illius librum primum, capitulum octauum & abundè laudaram uirtutem atque potentiam inueniet Romanorum. Iam quidem grandiloquentiam paruificentiæ coniunctam Romanis obijcit. impropriè dictũ à Bernardo nunquã dixerim, ſed impropriè & ineptè ab hoc

barbaro

barbaro refricatum dico, prima enim Græcis datur, iungo ego Græcis Gallos, qui licet inferiores ingenio, iactantia & loquacitate ſuperiores ſunt, Romanis hoc uitium nō conuenit, boni operis cupidis, ut repetam ꝙ præmiſi, ſtudioſiſq; magis agendi benè, quàm ſermonis. de quibus ſcriptum eſt: *Optimus quiſq; facere quàm dicere malebat.*

Secundum uerò illis affricuiſſe perridiculum, audeo enim dicere, quod me uerum dicere certus ſum, & nihil facilè affirmare ſolitus hoc affirmo, quod totius humanæ magnificentiæ ſupremum domicilium Roma eſt, nec eſt ullus tàm remotus terrarum angulus, q̄ hoc neget, quod ſi barbarus hic ignorat, aut torpet, aut ſtertit, aut plenè deſipit & inſanit. quid enim magnificum, quæſo, legit unquam aliquid aut audiuit ſine nomine, & gloria urbis Romæ, ex quo Vrbs ipſa condi cœpit & creſcere: de quo tempore ſcriptum eſt:

Nunc quoq; Dardanum fama eſt conſurgere Romam.
Quanta nec eſt, nec erit uiſa prioribus annis. & ab ingenio altiore:
Illa imperium terris, æquabit Olympo. *Septemq; una ſibi muro circundabit arces,*
Fælix prole uirûm. & rurſus idem:
Verum hæc tantum alias inter caput extulit urbes
Quantum lenta ſolent inter uiburna cupreſſi.

De qua alter uir magnus: Nulla unquam Reſpub. nec maior, nec ſanctior, nec bonis exemplis ditior fuit. Vellem ſcire quid nunc agit Gallus noſter, ſed ſat ſcio, ſtupet, hæc ignota q̄ neq; à Gallis neq; è Gallinis addiſci poſſunt, diſcūtur ab Hiſtoricis & Poëtis ac ſcriptoribus rerum, nec ſtupet modò, ſed iraſcitur, quoniam hæc tàm multa tàm magna de Auinione ac Pariſius non habentur, quarum altera ſignificatorem non habet in cœlo. alteram Architriuius, de poſt uidebimus. Ante tamen, quàm ad laudes alias procedā, conuitijs reſpondendum eſt, quæ niſi fallor duo, nunc etiam ſuperſunt, inuerecundos Romanos ad petendum, ingratoſq; cum acceperint, ille uir ſanctus ait. unum à tergo relinquebam, frontoſos ſcilicet ad negandum. hoc eſt ferè niſi me fallit numerus, obiectorum ſumma. nam quod his additur, inſuetam paci gentem, aſſuetaq; tumultibus ac bellis ſi negare uelim, iam ipſe fatebitur, à Numa rege in Cæſarem Auguſtum, non niſi ter clauſus Ianus, quibus exercendis, in utraq; fortuna tanta fuit uirtus, ut poſt hunc barbarum, patrio more tergiuerſantē, nil in terris ſimile unquam extitiſſe, fidenter addiderim, nec futurū eſſe omnibus notū ſit. uideatur in omnibus Romanis bellis, cū fortitudine certaſſe iuſtitiam, Sintque illa uerisſima, quæ in libris autenticis ſcripta ſunt, ut omnes gētes ſciant P. R. & ſuſcipere iuſtè bella, & finire, atq; in omni fortuna eoſdem animos habere, immò uerò magnitudinem P. R. admirabiliorē propè aduerſis rebus. quàm ſecundis eſſe. Et illud ab hoſte etiam prædicatum, P. R. eò inuictum eſſe, quod in ſecundis rebus ſapere, & conſulere meminerint, & mirādum fuiſſe ſi aliter facerēt ex inſolentia, quibus noua bona fortuna ſit, impotentes lætitiæ, inſanire P. R. uſitata, ac ꝓpè iā obſoleta ex uictoria gaudia eſſe, ac plus penè parcendo q̄ uincēdo imperium auxiſſe, quanquam qd ego iſta minutiora perſtringo, q̄ ſi uelim cuncta complecti, omnes mihi ſcriptorū ſæculariū libri illuſtres tranſcribendi erūt. Quid eſt enim aliud omnis hiſtoria quàm Romana laus: unum inter alia eſt, quod nō modò acceptarem, ſed aceruare propoſitum eſt, gētē ſubdi neſciam fateor, ſed ſubdere alias, et præeſſe, ne ſi hoc negare uoluero, magnitudo conuincat Imperij, ꝙ licet inter manus barbaricas imminutū atq; debilitatū, & penè conſumptū ſit, Romanas inter manus tale fuit, ut omnia mundi illi admota, pueriles ludi fuiſſe uideantur, & inania nomina, quanquam nō ſim neſcius, quoſdam leuiſsimos Græcorū, qui ut T. ait Liuius, & Parthorū quoq;, ut contrà Romanū nomē gloriæ fauent, dictitare ſolitos, maieſtatem Alexandri Macedonis, uix quidem tenui fama Romæ cogniti, non laturū fuiſſe P. R. uidelicet non tot duces egregios, tot prudētiū ac fortiū uirorū millia, uni furioſo adoleſcēti potuiſſe reſiſtere: neq; ſolū leuiſsimi Græcorū, ſed ꝙ T. Liuius noſſe nō potuit, leuiſsimus qdā nuꝑ uaniſsimuſq; Gallorū. idē dixit: & ſic omnis pudor perijt, ut nō tantū literis uiliſsimam hanc nugellā, ſed Mimis etiā carminibuſq; mādaret, Neſcio qdē cur, niſi ꝙ inſignē, nec tā Græcū q̄ Italicū potatorē nouerat Alexandrū. & ſimilitudo morū parit amicitias, & partas nutrit. Iratus uocor,

immò

immò quidem cauſam aliam ſcio. tantum eſt enim odium Romani nominis, ut non Alexandrum modò, ſed Sardanapalum Iulio Cæſari prælaturi ſint. nempè illos niſi per famam non nouerunt, hunc ſenſerunt eorum ferro uiſcera reſecantē, atq; inſolentias caſtigantem. Diſſicentur tamen & crepent medij, nū quam ſibilis uipereis ueritas quatietur, Adamantino monte ſolidior, ſemper Romana gloria toto orbe reſonabit, ſemper inuidentiū illi nomen erit inglorium, immò infame. Sed de hoc ne in longum nimis exeam, nil amplius de omni enim iſta materia, ab ipſo T. Liuio, ab urbe cōdita libro nono, pclariſsimè diſputatū eſt, ibi legat barbarus, & crepabit: Hoc igitur quē confiteor articulo prætermiſſo, ad eos redeo quos negabo, obijcitur Romanis impudentia ad petendum, ingratitudoq; accepti, duo magna ſi uera ſunt uitia. quæ nunc tantis obiectionibus, niſi ueritas nuda, reſpondeat: contra primū quidem mille ſunt teſtes, ſufficiant tamen in præſens tres populi, duo reges. Bello punico ſecundo afflictis penè ad ultimum Romanis, rebus atq; ærario exhauſto, Neapolitani legatos Romam cum muneribus miſerunt, in quibus erant quadraginta pateræ auri magni ponderis, quibus in capitoliū inuectis, & ante pedes patrum expoſitis, orabant legati, ut munus de ſe paruum, ingens tamen deuotione mittentium dignarentur recipere, & Neapolitanorū rebus omnibus tāquàm proprijs ſuis uti. Neapolitanis gratiæ actæ ſunt, legatiq; cum muneribus remiſsi, auri nihil acceptum eſt, præter unam eamq; minimi ponderis pateram, ne amicorum munus ſpreuiſſe crederentur. Eodem tempore, & Preneſtini legati, ipſi quoque & pateras aureas attulerunt, & gratijs actis, remiſsi ſunt, auri nihil acceptum eſt. Pòſt id tempus, durante adhuc bello, cum Carthaginenſes ad conducenda ſtipendiaria auxilia, cum immenſo pondere auri & argenti in Hiſpaniam miſiſſent, capti nuncij à Fagutinis, cumquè omni eo quod attulerant Romam miſi per legatos, quibus gratiæ actæ, aurum & argentum quod hoſtibus arreptum, & in ſuam pernitiem miſſum, ſuo quodam iure retinere poterant, Legatis reditum, inſuper addita munera, ſolum nuncij hoſtium retenti, coniectiq; in carcerem, ut aduocata in conſiliū nō auaritia, ſed inimicitia redderetur. Pyrrhus ille, cuius mentionē fecimus, ſentiēs Romanos armis indomitos, muneribus aggredi inſtituit, itaq; pro pace, cū Cyneam mitteret, magnos illi adiūxit uim auri, quo patritios ac Senatum, dehinc ordinem equeſtrem, poſtremò plebē humilē reuocaret ſiue tentaret, quid autem? Neminē cuius domus muneribus pateret, inuenit, qui ſi miſſus eſſet Auinionē, puto aliquod apertū oſtiū inueniſſet. Per eoſdē dies Ptolemæus rex Aegypti, legatis Romanis ad ſe, pfectis, magna munera miſerat, quæ cum illi alto animo recuſaſſent, ad cœnam poſtridie inuitatis, ſingulis aureas coronas in cōuiuio deſtinauit. quas cum ob honorem magni & amici hoſpitis recepiſſent, die illas proximo, ſtatuis regijs impreſſerunt, ut intelligi daretur, charitatem eos & honorificentiam regis acceptaſſe non aurum. quàm inuerecundi ergo eſſent ad petendum negata, qui tàm obſtinati erant ad oblata renuendum, uiderit ipſe qui dixit. Contra ſecundum uerò obiectum, ſcilicet indignam gratitudinem, multi quoq; & reges & populi teſtes ſunt. Maſiniſſa in primis rex Numidiæ, Attalus & Cumenes Pergami, Hiero Siciliæ, Deiotarus minoris Armeniæ, Mamertini præterea, innumeriq; alij. quos attingere longum eſt. Sed ad ſummam & ſi aduerſus quoſdam ciues, ſeueri patris in morem durior, non negetur, quam uel ſuum Reipublicæ decus, uel illorū merita poſtularent, erga amicos non ſolū reges & populos, ſed humillimas quoque perſonas, nihil gratius P.R. de quo uerìſsimè ſcriptū eſt. S. &. P.R. beneficij memor, & iniuriæ immemor eſſe ſolet, Et iterum. Romani domini militiæq; intenti. feſtinare, parare, alius alium hortari, hoſtibus obuiam ire, libertatem, patriam, parentes armis tegere, poſtea ubi pericula uirtute propulerant, ſocijs atque amicis auxilia portabant, magis dandis quàm accipiendis beneficijs amicitias parabat. & rurſus: Hoc in pectus tuum demitte, nunquam P. R. beneficij uictum eſſe: nam bello quid ualeat, tu teſtis. hoc propriè ſibi dictum Gallus accipiat. Scit enim, & ſi neſcit, expertos milites ſuos maiores interroget. & dicent ſibi, ante alios ille, ſic enim de ipſo ſcriptum eſt: Corpore armis ſpirituquè terribilis, nomine quaſi ad terrorem compoſito, Vencigerorix Aluernus Galliarum rex, qui fortuna multis prælijs ſæpe, & magnis bellis atque conatibus retentata, nouiſsimè in deditionem

deditionem redactus, & maximum uictoriæ decus, ſupplex cum in caſtra ueniſſet, & phaleras & ſua arma ante Cæſaris genua proiecit. Et habes, inquit, fortem uirum, uir fortiſsimè uiciſti. non muto aliquid hac in re: Flori illuſtris hiſtorici uerba ſunt, unum ſupereſt, Romana illa durities, ſiue ut eius uerbo utar, frontoſitas ad negandum. & eſt ſanè difficilè in uniuerſum pronunciare, tàm diſſimiles tàm diuerſi ſunt hominum mores. Dabo autem è tot millibus duos uiros, Romanos ac Principes, qui inſimulationem publicam ſingulari ſua laude diſcutiant. Iuliū Cæſarem, & T. Veſpaſianum. De quorum primo ſcriptum eſt Cæſar in animū induxerat laborare, uigilare, negocijs amicorum intentus, ſua negligere, nihil denegare, quod dignum dono eſſet. alter & ipſe nihil, ſolitus negare, non oportere aiebat, quenquam à ſermone principis triſtem diſcedere. atque etiam recordatus quondam ſuper cœnam, quod nihil cuiquam tota die præſtitiſſet, memorabilem illam meritoq; laudandam uocem edidit. Amici diem perdidi. ſic enim de illo ſcribitur, & rurſus: Neq; negauit quicquam petentibus, & ut quæ uellent peterent ultrò adhortatus eſt. non proſequor utriuſque clementiam morumq́; dulcedinem, ſufficit ad obiectū negandi duritiem reſpondere. Sed occurret. Et non ſunt, inquit, omnes tales, certè nā ſi eſſent, non tanta eſſet eorū gloria. Magnum rerum atque hominum decus eſt raritas, magnum imparitas ornamentū, ſi pares eſſent omnes, nullus excelleret. det mihi aduerſarius unum Gallum, uel omnino unum Barbarum, ſimilem his duobus, & uicerit. Neſcio quidem an ad cūcta reſponderim, nec tanti illa facio, ut in hac inquiſitione multus ſim. optarem ego ſi fieri poſſet, ut ille uir tātus diſcuſsiſſet, nō modò quid diceret, ſed & contrà quos diceret, fortaſſe etenim tacuiſſet; nec perpetuam illam famæ notam immeritis immiſiſſet. ſed irreuocabile uerbum, quanto irreuocabilior eſt ſcriptura, præſertim poſt obitū ſcribentis: itaque ꝙ ſcripſit, ſcripſit; eat ut poteſt, & rerū ueritas, cum cōtradictione linguarū, ſuo marte cōtendat ſub incorruptis, nō ſum dubius, uictura iudicibus, aliorum ſententias contemptura. non potuit uir ſanctus errare, ſed ſi homo, ſi Gallus, ſi Burgūdio, ſi iratus erraſſet, nō eſſet ut arbitror, inter prodigia numerandum. Cæterū quocunque res uergat, non efficiet Barbarus, quin in loco famoſiſſimo Iuris ciuilis ita ſcriptum non ſit. Summa Reipub. tuitio, de ſtirpe duarum rerum, armorū atque legū uenies, uimq́; ſuā exinde muniens, fœlix Romanorū genus omnib. antepoſi nationib. omnibuſq́ue dominari, tā præteritis effecit tēporib. quàm Deo propitio in æternū efficiet. mirū ualdè. Romanorum dixit nō Gallorū. Et ita ſecundū Saluij Iuliani ſcripturam, quæ indicat debere omnes ciuitates conſuetudinē Romæ ſeq & legē, quæ eſt caput Orbis terrarū, non ipſam alias ciuitates Romam dixit, non Pariſius, & præterea legū corpus non Auinionem, ſed Romanæ iuſtitiæ templū dicit, quin et legū originē, et ſummi pontificatus apicē ait, neq; enim dubitantem de hoc, immò aperta prorſus impudentia reluctantem barbarū iſtum norat. qui eādem urbem, legū patriā, ſacerdotij fontem uocat. ego autem petita uenia occiduam hanc Hieruſalem, unde homo ille deſcendit fœliciſsimus nī rediſſet patriā, potorū & uini multiplicis fontem uoco, confer nūc titulos, uincet Auinio, maximè ſi illos addidero mundo notos, mihi autem à pueritia lōgè notiſsimos, quos ut taceā uerecundia perſuadet. Sed iam ſenſim fatigari incipio Romanæ urbis præconia colligēdo. quibus ſi diutiùs immorari uelim, tēpus mihi prius defuturum, quàm materiam intelligo. parcendum & ſcribentis tædio & legentis, atque in primis barbari illius, qui quàm amaro animo, quā triſtis hæc uideat, audiatq́; quàm cupidè, ſi facultas detur, ex libris hæc omnibus eraſurus ſit. Non aliter ſcio, quàm ſi oculis uiderem, ita illum ex animoſo nimis alloquio, noſce mihi uideor. & quoniam in uno eodemq́; homine, Galli criſtam atq; anſeris linguam, monſtri genus, & contentioſæ gentis peruicatiam, noui illum exclamantem hinc exaudio. uera erant iſta dum ſcriberentur, ſed mutata ſunt tempora. Mutata itaque tempora, & mutatos homines, mutataq́; omnia & in peius fateor. cui enim quæſo, non illud uatis auditum eſt:

Damnoſa quid non imminuit dies:
ætas parentum peior auis: tulit
nos nequiores, mox daturoſ progeniem uitioſorem.

ſed uniuerſalis iſta mutatio eſt, quamuis neceſſariò, ut dixi, in rebus maioribus maior ſit, & non ſolũ in tot ſæculis, ſed in paucis annis, & in noſtra ætate mutatio mirabilis, & miſerabilis facta eſt, & ſi res prodeunt ut cœperunt, ualdè ut reor ad mundi exitũ propinquamus quis non dicam Gallus ſed Aſellus hoc neſciat? & ſi loqui ualeat fatentur, ego quidẽ mutationes temporum legens, nonnunq̃ tardior ad credendum, ex his quæ ipſe nuper oculis meis uidi, nil iã incredibile exiſtimo. Verũtamen in hoc ſtatu rerũ, nunc etiam Romanos uiros bonos, & ſi amicè, ſi paternè, non hoſtiliter non tyrannicè tractarentur, ſatis affabiles, expertus dico, multis annis cũ eiſdẽ Romæ & alibi conuerſatus, in uno planè fateor intractabiliores eſſe Romanos q̃ Hieroſolymitanos Rhodani, quod nõ tãtæ quis animis cõiuges ſuas ſibi eripi pati poſſunt, omni prius q̃ dedecus id laturi: nempe quorũ in auribus adhuc ſonat, uerbũ illud uetus, Icilij ciuis ſui. Sæuite in tergum & ceruices noſtras, pudicitia, ſaltem in tuto ſit. quæ uos toto orbe digniſſima exaudiri, propter diſtantiam fortè in Gallias, & ad ripam Rhodani non peruenit, & quamuis iſte conuitiator non contentus, Bernardi conuitijs, auaritiam illis obijciat, dicens eos ſemper lucris temporalibus inhiantes, nihil aliud cogitare, nihil aliud ſomniare, ego pace eius, nihil hoc falſius dico. Nulla gẽs minus lucro dedita eſt, nunquam magna in urbe, tã pauci mercatores, tã nulli fœneratores inueniuntur, itaq; præter principes, qui plures ſunt, quã Gallus hic cogitet, & maiores, nullus ferè in populo tanto diues eſt, ut non magis uoluptatibus quã lucris incũberẽt. Et de uitijs quidem hactenus, ſin aũt ſaltatrices ſuas claudas ac potrices, Romanis matronis cõparare auſi fuerint, ſed eclypſabitur, mare tumultuabitur, terra tremet, ego attonitus obmuteſcã. Cogitet Gallus & recogitet, odijq; uelũ ab oculis mẽtis amoueat, uidere fortaſſis incipiet, quid interſit inter Romanã grauitatem, Gallicam leuitatem. ſed ipſe, ut auguror, Romæ ſemper pauens, ſic enim ſcripta eius indicãt, ideoq; iuditij impos fuit, unus ex illis, de quib. ait Pſalmiſta: Illic trepidauerũt timore, ubi nõ erat timor. Nec enim amicis formidabiles, ſed amabiles ſunt Romani, Gallus aũt qui illos, nulla quidẽ alia cauſa, niſi hæreditario quodã iure oderat, ſe ab alijs amari nõ poſſe exiſtimabat: nõ iniuſtus metus fateor, ſed iniuſtũ odium, odiſſe qui nihil mali ſibi facerent. & ſi patres eius, ab illorũ patrib. uicti, domiti, triũphati ac tributarij facti ſint, ſed illa trãſierint, non eſt cauſa odij, niſi mala mẽs, malus animus, ut ait Comicus, implacatus, inflexibilis ad maliuolentiam obſtinatus, & ô utinam quando amori non eſt locus, eſſet uiciſſitudo & paritas odiorum, ut ſicut illi nos oderunt in toto corde ſuo, in tota anima ſua, & in tota mente ſua ita nos illos odiſſemus, aut ego fallor augurio, aut è ueſtigio litium omnium finis eſſet, idem ille, qui maioribus noſtris fuit. Progredior autem meo quidem, non illius ordine, quid nunc agit igitur, inquietus, & impatiens uarietatis homũcio, & quid putas? aggrauat crimina, blaſphemias coaceruat, & primo populum barbarũ dixiſſe arguor quem dicerem aliter non poteram nec debebam, niſi noua uocabula, rebus imponere uoluiſſem. Inſuper & Beunenſe uinũ, de quo ſatis eſt dictũ, & Rhodanum blaſphemaſſe. Mirũ q; inter tot blaſphemias ueſtimenta ſua nõ ſcidit, ego uerò nil penitùs blaſphemaui, ſed optaui ut cauſæ malorum ingentium tollerentur, ueneno ſæ damnoſæq; uindemiæ triſtis exilij. quid Gallicus noſter ſtrepit. Quod, inquit, exilium in Auinione paſſa eſt eccleſia. reſponſio odioſa non operoſa, ipſe ſibi reſpondeat, quis ſit, penitùs, qui hoc neſcit, ſcit utiq;. ſed præcipitẽ in locum aſtu barbarico me impellit ut cadam, At quod Rhodanum exilij locum dixi, non debet quaſi rerum inſcius ſtupere. turpe eſt enim docto uiro, de communibus admirari. legat Beddæ librum de Temporibus, legat & Ioſephum Scholaſticum denique notam omnibus euoluat hiſtoriam, inueniet filium Herodis Archelaum, ab Auguſto propter eius ſcelera exilio damnatum, quo autem deportatum? nempè Viẽnam Rhodani ciuitatem. procedat Gallus noſter ulterius, & uidebit Herodem illũ qui cognominatus eſt Antipas ſimiliter relegatum. quo autem opinemur, niſi ad locũ exilij Viennã? procedat nũc etiam, & uidebit Herodem alterum Tetrarcham ſcilicet à Caio principe Lugdunum Rhodani relegatum, ubi cum uxore, quæ illum ad exilium coniugali pietate proſecuta erat, miſera morte conſumptus eſt. ſed nimis accelero, ubi Pontium Pilatum linquimus, qui iam antea magnorum reus criminum, Lugdunũ quoq;

à Ty-

à Tyberio fuerat deportatus? dicat nunc Gallus, quanquam ſit dicaculus, me mentitum, in epiſtola ubi ad Vrbanum ſcripſi, Rhodanum non Rom. Pont. ſedem eſſe, ſed reorum atque exilio damnatorũ. poteſt quidem non inficior, Ro. Pont. ſi uelit, non in Gallijs modo, ſed in Hiſpanijs aut Britannis habitare, at quid expediens; quid honeſtum, ſua ipſum ſapientia non dubitare non dubito; Sibylla uereor. qui enim potuerunt unum ſenem, uerbis è propria opinione, quanto poterunt facilius unum iuuenem, in communi omnium ſententia detinere? de hoc tamen CHRISTVS uiderit, ſua res agitur. ego quia plus non datur, dum loqui potero, non tacebo. poteſt Auinionem caput mundi præſentia ſua facere, quid ni enim poſsit omnipotentis domini uicarius, & Chriſtiani caput populi? at ſi eam uelit, gloria & honore ac deuotione fideliũ Romæ parem facere, illi ipſo domino erit opus, ut arbitror, qui facit mirabilia magna ſolus. Ecce autẽ inter loquendũ mihi quod ſæpe accidit in animum uenit, de quo nihil incipiẽs cogitaram, gaudeant nunc igitur & exultent Galli, paruis & friuolis ex cauſis ſoliti gaudere, magna immò maxima res inuenta eſt, gaudeant, inquã, & qui gloriantur in poculo glorientur, ubi apud hiſtoricos eſt mẽtio, de hoc exilio Lugdunenſi, his utuntur uerbis. pro ijs omnibus deportatus eſt in exilium Pontius uidelicet Pilatus Lugdunum. & ſequitur, unde oriũdus erat, ut ibi in opprobrium gentis ſuæ moreretur. parua ne igitur gaudendi cauſa eſt, tantum ciuem inueniſſe ô mens hominum obliuioſa & improuida. ego quidem ex Euangelio mirabar, quomodò in passione IESV CHRISTI Pontius Pilatus, tam promptè manus lauiſſet, quaſi innocens à ſanguine iuſti illius. nunq̃ facere hoc ſciuiſſet, ni fuiſſet Gallus. Gẽs argutula, promptula, facetula, miror quod non etiam lotis manibus ſemel bibit, ut innocentior uideretur, noueram ab adoleſcentia Pontium Pilatum Gallum eſſe, ſed tempore mihi elapſus, in tẽpore redit; ut cum hoc præcone Gallorum communicato gaudio, gratularer Gallicis nationibus, tanto duce nobilitatis, ut iã fruſtrà Roma ſuos Cæſares loquatur ſuos Scipiadas, ſuos Aemilios, ſuos & Marcellos & Fabios, & Metellos, & Pompeios, & Catones, & Curios & Fabricios, & Coruinos, & Decios, & Torquatos: & Flamminios, & Valerios, & Appios, & Papyrios, & Camillos. His alijſq; omnibus reſpondebit Pontius, qui non de Hannibale, neq; de Carthaginenſibus, non de Pyrrho, non de Macedonibus, nõ de Gallis, de Germanis, de Britannis, de Hiſpanis, be Volſcis, de Samnitibus collatis ſignis, ſed de IESV NAZARENO lotis manibus, illoto animo triumphauit, nominatim Gallo noſtro gratulor, qui bellum mecum, & cum ueritate ſuſcepit, nuſquam credo triumphaturus de nobis; niſi in arcu parui pontis, & in uico ſtraminũ, famoſiſsimis nũc locorum omnium noſtri orbis, mulierculis pueriſque plaudentibus, & quicquid contra Italiam dictũ fuerit conſona uoce laudantibus. fœlix natio, quæ de ſe optimè, de alijs omnibus peſsimè opinatur, grato ſaltem ſemper læta mendacio. Sed non'ne ego ſim iniurius qui ſic famam Gallicæ gentis extenuem, quaſi nõ ſit eis alius uir, Illuſtris, niſi Pontius Pilatus? immò quidem & alij multi ſunt, quos hic uir iratus in oculis mihi ingerit, & quæritur me dixiſſe. Nullus doctus in Gallia. quomodò ego dicerem, de tàm magna prouincia tot ſtudijs ornata? nondum ſic inſaniam ut hoc dicam, ſed cũ de quattuor illis doctoribus agerem, quos poſt Apoſtolos, & Euangeliſtas primos fidei noſtræ duces ſancta habet Eccleſia, nullũ eorum uel in Gallia ortum, uel in Gallia doctum dixi. quid igitur an erraui? benè autem ne Gallus intelligit? ſed calumniam ſciens ſtruit, ex me quæreris, nunquid eſſem oblitus Hilarium Pictauien. minimè. magnus quidem uir, ſed non unus ex quatuor. Profert dehinc ſancto agmine multa ſuorum plebis nomina, quæ ego non exiſtimo ultra ſuam uiciniam nota eſſem. miſertus ſum hominis, magna clarorum hominum, ſiue nominum penuria laborantis & quam multos ad furtum credimus traxiſſet pauperiem, quos cupiditas non traxiſſet, nempè inter cæteros quos ad Galliæ ornamẽtum trahit inuitos, unus eſt Vgo de Sancto Victore, cuius ſi ſepulchri legiſſet epigramma, ſciret non Gallum eum fuiſſe ſed Saxonem, niſi fortè quia dã cognatione Barbarici, omnes Barbaros Gallos dicat. ſed diſputator argutus aduertere debuit, non omnem propoſitionem eſſe uerſatilẽ. Certè enim omnis Gallus eſt barbarus, ſed non barbarus omnis eſt Gallus. At fortaſſe non homines aſpicit iſte ſed ſtudium, ut

quiſquis Pariſius ſtuduerit, Gallus ſit, inuitus dicam, ſed cogit ſiue urget ueritas, eſt illa ci-
uitas bona quidem, & inſignis Regia præſentia, quod ad ſtudiũ attinet, ceu ruralis eſt cala
thus, quo poma undiq; peregrina & nobilia deferantur. ex quo enim Studium illud ut
legitur, ab Alcuino præceptore Caroli regis inſtitutum eſt, nunquam quod audierim Pa
riſienſis quiſquam ibi uir clarus fuit, ſed qui fuerunt externi utiq;, & niſi odium barbari ocu
los perſtringeret, magna ex parte Itali fuere. Petrus Lombardus Nouarienſis, quem i, ſi
Petrum Lompardi ſolent dicere, ut uideatur patris nomen eſſe non patriæ Thomas de A-
quino, Bonauentura de balneo regio, atq; Aegidius Romanus, multiq; alij. At n e ſemper
accuſem excuſabiles Gallos, non negauerim ſi modicè literati ſunt, nempè contrà naturã
niti ſæpe labor eſt irritus, natura autem Galli ſunt indociles, iratus eſt barbarus, non mihi
autem iraſcatur, ſed Hilario ſuo, qui primus hoc dixit, Teſtis eſt Hieronymus libro in epi
ſtola ad Galathas ſecũda. fatebitur forſan, q; negare nequit. ſed occurret, Et quãquã Galli
ſint inquieti, & indociles indocti, habent tamen alias uirtutes, neq; enim ſolis in literis eſt
humana fœlicitas, fortiſsimi uiri ſunt atq; inuictorioſiſſimi. Vellẽ hercle ita eſſet. & ſi enim
uerè barbarus, nullus amabilis multum ſit minus tamen odibiles ſunt, qui partius barbari-
zant, ſed contrarium ſæpiſsimè, & olim & præſertim nuper apparuit, uerumq; experimen
to his temporibus deprehenſum eſt, quod libro tertio belli Gallici Iulius Cæs. Nam ut ad
bella ſuſcipienda Gallorum alacer ac promptus eſt animus, ſic mollis ac minimè reſiſtens,
ad calamitates perferendas mens eorum eſt, Et quid, ait, princeps hiſtoriæ: his corporibus
animiſq; in impetu uis eſt, parua eadem langueſcit mora. ſed expecta ne properes. Audia-
mus Iuſtinum, nec obijciam Auguſtinum, qui quarto libro Ciuitatis Dei capitulo ſexto
de Iuſtino & Trogo, quem Iuſtinus abbreuiauit, mẽtione oborta, Quædam ipſos, inquit,
fuiſſe mentitos, aliæ fideliores literæ oſtendũt. ſed ut nil mentiti fuerint, & omnia uera ſint,
quibus hic barbarus totam fabulam ſuam replet, quid inde conficiet? uerſet & reuerſet ut
libet, nihil ibi magnæ laudis inueniet, niſi quod multitudo Gallici populi, ingens fuit, ut
eos ſcilicet Gallia nõ caperet. Quid hic, quæſo, laudabile? nempè & muſcæ multæ ſunt, &
culices, & formicæ, pauci leones, pauciſsimi elephantes, Phœnix eſt unicus, & omnino ſig
num nobilitatis eſt paucitas, quis autem, quæſo, tanto in populo unus aut alter illuſtris eſt
habitus? Relegat illum hiſtoriæ locum, & quos inuenerit, nobis qui hoc neſcimus annun
cies. eſt & aliud in ea multitudine glorioſum, quod mercenarij Regum Orientaliũ fuêre,
atqui ſtipendiariorum nulla uita miſerior, corpus atq; animam parua mercede uendenti-
um, eat nunc & comparandi ſtudio, ponat hos miſeros, contra:

Romanos rerum dominos gentemq; togatam.

at Gallos ferro omnia proſternentes, multas prouincias peragraſſe, ut ſit ita. Finem reſpice
re ſapientes iubent. Eorum certè qui in Italiam uenerunt, nullus omnino ſuperfuit. trib.
magnis prælijs, ad unum deleti omnes, nequis in ea gente, ut ait Florus, extaret, qui incen
ſam à ſe Romam urbem gloriaretur. Eorum uerò qui in Græciam perrexerunt, nihilo me
lior ſors fuit. primum merò, qui peculiaris gẽti mos, dehinc ferro uicti omnes occubuêre.
Brennus dux illorum, qui ſolus in ea hominũ colluuie nomen habet, uulnerum impatien
tia gladio ſe transfixit. reliqui fugientes & incommodis multis afflicti atq; attriti, & præuen
ti ab hoſtibus periêre, ut nemo ex tantto exercitu, qui paulo ante fiducia uirium, etiam De
os contemnebat, uel ad memoriam tantæ cladis ſupereſſet. Teſtẽ ab aduerſario citatum in
iudicium adduco Iuſtinum, ipſum, cuius hic eſt quarti uiceſimi libri finis. & hæc ſunt Gal-
lorum expeditiones, hæc bellica gloria, pro uirtute impetus poſtq; impetum ruina. Credo
ego iam barbarum ſuſcepti ſponte certaminis pœnitere, ſentit enim niſi cerebrum bouis, at
que aſini habet auriculas, ſe ratione ſuccumbere. quid faciat igitur, niſi quod obſeſſi ſolẽt,
quibus ad defendendam urbem, non ſatis eſt animi, in arcem confugient? & quia Galliam
non poteſt, urbem illam unicam famoſiſsimam, atq; fabuloſiſſimam defender, at que ad id
ipſum, Deus bone, quàm friuolam implorantur auxilia. multo quidem illaudatus eſſe ma-
luerim, quã à tali laudatore laudari. uerũ quidẽ hoc mihi uideor aſſerturus, licet forſitan in-
urbanè ex omnib. quos legerim, nullus unquam tædioſior Architriuio illo eſt, quem hic à

Paryſien.

Pariſienſe præconium: uelut alterum Ciceronem aut Virgilium implorant. ô quæ monſtra ſermonis, quæ uerborum inculcatio, non tantùm lectori nauſeã incutiens ac dolorem capitis, ſed riſum eliciens & ſudorem: uſq; adeò dum uult omnia dicere, nihil dicit. Vnum ex omnibus attingendum eſt, quo cuncta conijcias. Roſa, inquit, mundi, balſamus orbis: ô fœtidum balſamũ, ô olentem roſam, e quidem ex omnibus ciuitatibus, quas multas ab ineunte etate, nunc negotio tractus, nunc uidendi dicẽdiq; deſiderio circuiui, olentiorem nullam uidi, una excipitur Auinio, quæ in hac parte miſeriæ principatũ tenet. pudeat uerò iam tandẽ, de tàm nota uarietate contendere, ne non tàm rei obſcuritas uideatur; quàm cæcitas contendẽtis. piget nunc illas ad inſanias reſpondere, Auinionẽ carpſi, laudat iſte Marſiliam, urbem fateor haud ignobliem, & tranquillo portu, & æquoreo proſpectu; & quod præcipuum habent, Romana fide ac deuotione laudabilem, ſine qua ut dicit Cicero, nunquam noſtri imperatores ex Tranſalpinis bellis triumpharunt. Sed quò, quæſo uir hic prudens: quò progreditur? ut inter barbaros ſuos ſcire aliquid uideatur, nihil ad rem pertinentem illius urbis originem interſerit, quæ narratio ut plerũq; ignorantibus euenit, contra ipſum uertitur. nam & feras Gallorum gẽtes, & Gallicam continet feritatẽ, & poſtremò ſic Marſilienſes aduẽtu ſuo Gallicam manſuefeciſſe barbariem, ut non Græciam in Galliam migraſſe ipſius hiſtorici uerbis utor, Gallia in Græciã trãslatione ſiue aduentu, in libro de Conſolatione ad Helbiã matrem, agens Seneca, maximè trucibus & inconditis Galliæ populis ſe interpoſuerunt: hæc diſputator callidus non uidit, contentus multa dicere, ſed qualia non aduertẽs. Iam illud quale eſt, duos proferre non Italos Poëtas, quaſi quoſcunq; ſubtraxerit Italiæ, ſui ſint. Statium ſcilicet & Claudianum, quem facere nititur Viennenſem. riſi legẽs, dixiq; mecũ: ô quã malè tegeris iniuſtitia, niſi uelo ſilẽtij tegaris: certè nihilo melius quàm tuſsis aut ſcabies, emergeris enim teq; ipſam tuo prodis iuditio. Viennẽſis eſt igitur Claudianus? errat Gallus in re Gallica, immò quidẽ Lugdunẽſis. ſed excuſat errorem urbium uicinitas. Illud inexcuſabile, quod de quo loquitur non intelligit: Duo enim fuerũt Claudiani, Poëta alter & paganus, alter præsbiter Chriſtianus. Hic fateor Lugdunenſis fuit diſputator, acer ſatis, qui magnorũ hominũ inter cæteros Hilarij Pictauenſis deprehendit errores, ille autem, & unde fuerit & ſi ſciam, non dicã, ne Gallus inſultet, uelle me patriam, meam ſatis per ſeipſam Deo gratias florẽtem, uno Pierio ciue nobilitare. Statium origine Gallum non inficior, addo ſi libet Lucanum ex Hiſpania, cæterùm undecunq; ipſi fuerint ſtylus eſt Italus, nempè aliter nullus eſſet, uerumq; deprehẽditur, quod ego ipſe in paſtorio iuuenili, carmen olim dixi:

Tyberina latinè docti, omnes per rura loqui.

itaq; ſe Lucanus multis in locis Romanum uult uideri, ne ut reor ullam patrui grauiorem habet iniuriã, quàm quod is in operis ſui principio, ſi uera eſt fama, uerbum illud appoſuit;

Corduba me genuit.

norat enim quantò nobilius Romæ ciuem eſſe, quàm Cordubæ. Statius uerò ſuum Poëma concludens iubet, ut Poëtam Italum longè ſequatur, & ueſtigia ſemper adoret. quid ſibi igitur uult Gallus? An nõ uidet quid alienigenæ quoq; de ſeipſis & de noſtris ſenſerint? ſufficiat ſibi Anticlaudianus Alani ſui, paulominus tædioſus Architriuio: Poëtæ ambo barbarici, multum pariter ſe diffundunt, multum fruſtrà ſe torquent, mirum niſi etiam multum ſudent. ijs contentus de Claudiano altero non laboret, quale illud eſt, quod inter Romanos & Latinos differentiam ut inducat, atq; ita literarum gloriã Romanis eripiat, dicit Inter eos magnas fuiſſe diſcordias, nec fallitur. quid tamen ad rem ipſam, cum inter Romanos ipſos, & in eiuſdem mœnibus diſcordiæ fuerint & bella ciuilia? an non omnes ideò Romani? odia atq; diſcordiæ ciuilitatem ac patriam non mutant, quamuis imminuat uel eripiant charitatẽ. certè de bello inter eas gentes orto, agens Liuius. Bellum, inquit, utrinq; ſumma ope parabatur, ciuili ſimillimum bello, prope inter parentes natosq;. deniq; quotiens inter eos ferro certatum traditur, nõ tanquam duarum, ſed unius gentis & belli ciuilis mentio eſt. ſi teſtem alium Gallus quærit, audiat Auguſtinum libro *xviii*. Ciuitatis Dei. Haud procù à principio de Græcis hiſtorijs agẽrem. Per Græcos, inquit, ad Latinos, ac demũ ad Romanos, qui etiã ipſi Latini ſunt temporũ ſeriem adduxerunt, qui gentem P. R. originis

eius antiquitate rimati ſunt. & iterū: Ex Græcis, inquit, & Latinis ubi eſt ipſa Roma equidem literas Latinas à Carmenti Euandri regis matre repertas inuenio, & quantum opinari eſt, Palatino in monte, qui eſt unus è ſeptē, quos hodie Romanæ urbis murus amplectitur. illic enim filij ſedes fuit, ubi nondum Roma erat. & præterea docti uiri, in omni ſermone ac ſcriptura Romanam facundiam latinam uocant, atq; econuerſo, ut duo ſint nomina, ſed res una. Eſto autem probat Gallus quod intendit, non Romanas eſſe quibus utimur literas, ſed Latinas, qđ hinc inde efficiet utraq; gens Itala, eſt ut nō ſint Romanæ, Italæ tamē ſunt. neque ego in Epiſtola quam iſte ſibi delegit oppugnandam Romæ, ſed in Italia ortas dixi. contentionis autem ſtudio, benè armatum hoſtem plumbeo etiam pugione diuerberat, ne nil agere uideatur. quid rurſus igitur illi faciem? iam non ineptiæ dicam ſed inſaniæ, tantus enim ardor eſt, tantus impetus obtrectandi, ut quid loquitur non attendat. ubi quæſo, inquit, legitur Tullij Phyſica? ubi Varronis Methaphyſica? ô ſtulta percunctatio, Barbarus inſolens Græcis nominibus delectatur, & ita hoc dicit, tanquàm qui hos libros ſcripſit Ariſtoteles, Gallus ſit. Legi librum fraterculi cuiuſdam, cui nomen eſt Proſodion. in hoc ille Grammaticali opuſculo, impertinentiſsime euagatus, & patriæ ſuæ uano amore, Hiſpanum fuiſſe ait Ariſtotelem. quē fortaſſis iſte phreneticus Gallum facit. quid enim aliud ſonāt uerba Tullio Italo ac Romano. quid niſi Gallum objciat illum, qui Galliam nunquam uidit? credo etiam nec audiuit, ratione Græcus aut Macedo, patria Stagirites. Fatetur hic quidem Gallus, non ut reor ex animo, ſed urbanitate quadam Gallica, Italiam magnam partem, & bonam orbis eſſe ipſius enim uerba trāſcribo. Agamus ergo Gallo gratias, immò quidem ueritati, quæ fateri illum cogit, quod ab alio dici fert moleſtè, & id ualdè laudare quod uehementer odit. Fatetur inſuper & noſtrorum quoſdam ſcripſiſſe libros multos, humanæ uitæ utiles, longè tamen Ethicæ Ariſtotelis poſt habendos, mirū pugnæ genus, cum uno cœperam duellum, is iam feſſus labente ueſtigio, alium fortiorem ue ut in aduertenti objcit. quid enim commune habet Ariſtotelis Ethica cum Gallorum ignorantia? ut uincat Ariſtoteles quid ad Gallos, niſi quod inteſum odiū, quicquid hoſti detrahit, ſibi aſcribitur? ego tamen externo & ualido bellatore non moueor, ſed in mea opinione perſiſto, quam ut reor experientia ueritaſq; adiuuant. de qua quoniam multa nuper materia cogente, diſſeruit breuiter, nunc attingam. Scio Ariſtotelis Ethicam, libroſq; alios uin illius, ab alto ingenio profectos, quantum tamē ad id ſpectat, ad quod Philoſophiæ pars moralis inuenta eſt, hoc eſt ut fiamus boni, ſicut idem ipſe diffinit, nego ullos ſæculares libros noſtrorum libris, non dicam præferendos eſſe, ſed æquandos: atq; illud eſſe uerisſi num quod Tullius ipſe confirmat, multis in locis, ſed in uno maximè. Meum, inquit, iuditium fuit, omnia noſtros aut inueniſſe per ſe ſapientius quā Græcos, aut accepta ab illis feciſſe meliora, quæ quidem digna ſtatuiſſent, in quibus elaborarent. Et hoc igitur meū quoq; iuditium eſt, non ideò minus uerum, quia Gallo forſitan non probetur, plus Ariſtotelem docere, plus Tullium animos mouere. plus in illius moralibus libris acuminis, plus huius efficaciæ ineſſe. ille docet attentius, quid eſt uirtus, urget iſte potentius, ut colatur uirtus. Quid ſit utilius uitæ hominum Gallus ipſe diffiniat, Et cum Tullio Senecam pono, de quo Plutarchus magnus uir & Græcus, ultrò fatetur nullum in Græcia fuiſſe, qui ſibi in moralibus poſſit comparari. Sed occurret Gallus in uia & dicet, origine hunc Hiſpanum, reſpondebo dignitate & conuerſatione, ſtylo inſuper ac ſtudijs Romanum eſſe, & mihi ſufficere quod Gallus utique non eſt, ſicut aduerſario ſufficit Ariſtotelem, Italum nō fuiſſe. non ſcripſit Tullius Phyſicam, addo ego nec Ethicam, non ſcripſit Varro metaphyſicam, addo ego nec Problemata, Sumus enim nō Græci, nō Barbari, ſed Itali & Latini at ſcripſit Tullius Officiorum libros, illa Ethica ſua. ſcripſit de re familiari, ſiue de domo ſua illa æconomica ſua, ſcripſit de Republica, de re militari illa Politica ſua eſt. at Gallus titulos ſuos Græcos amat, & quamuis ſcientiam fortè nec Græcam habeat, nec Latinam, magnum ſe aliquid credit dum Phyſicam ructuat metaphyſicam ſruit. Non ſcripſit Phyſicam Tullius, ſcripſit autē de Legibus, de Academicis, de laude Philoſophiæ librum, quo ſe ad rectum iter uitæ & ad ſtudium ueritatis adiutum ingenuè prædicat Auguſtinus,

quod

quod de Ariſtotele nunquam dixi. An de Philoſophorum uel Gallorum aliquo dixerit, ego neſcio, aduerſarius forſitan meus ſcit, laudum anceps, ſollicitus Gallicarum. Non ſcripſit Tullius Phyſicam, ſed ſcripſit de eſſentia mundi, de natura deorum, de diuinatione de fato, de ſenectute, de amicitia, de cõſolatione, de gloria, de Tuſculanis quæſtionibus, de fine bonorum & malorum, partitionum, topicorum, de oratore, de optimo genere dicendi, de optimo genere oratorum. Rhetoricorum duo uolumina, tria autem epiſtolarum, orationes innumeras, quibus par eloquium nunquam fuit. Stupet barbarus ad hæc nomina peregrina, cum tamen pauca de multis attigerim, & maior multo rerũ quàm nominum fulgor ſit. Quid quod nec metaphyſicã Varro ſcripſit, ingens accuſatio docti uiri. at ſcripſit libros. uigintiquinque humanarum rerum. ſedecim diuinarum. ſed in ijs ultimis multa uana congeſſit, & à cultu ueræ diuinitatis abhorrentia. Agat diuinæ prouidentiæ, diuinæq; miſericordiæ gratias Gallus noſter, quæ erroribus eum præſcijs, eductum ad meliorem ætatem, uerię; dei notitiam reſeruauit. nam & maiores ſuos Druides ſacerdotes, multis Deorum nominibus falſorum, & uerißima ſuperſtitione obrutos habuiſſe non ignorat, qui omnes Gallos, dite prognatos, aſſererent, & credulitatem publicam, inanis aſſertio merebatur. nullo enim modo diuinarum illis uerũ ueritas apparere illis poterat, quibus nondum uerus ſol iuſtitiæ illuxerat. Elucebant tamen inter errores ingenia, neq; ideò minus uiuaces erant oculi, quamuis tenebris, & denſa caligine circũſepti, ut eis non errãti odium, ſed indignæ ſortis miſeratio deberetur. & quod Idolis ſeruierunt, ut Hieronymus ait, non obſtinationi mentis, ſed ignorantiæ tribuendum eſſet. magni quidem erant illi, ſed in imo poſiti, nos parui autem in excelſo, Deo gratias, collocati ſumus. intempeſta fuit illis nox, nobis eſt lucidus meridies, nec propterea meliores, quia ſine meritis, ſed propterea fœliciores dici poſſumus, idq; nõ de his duobus tantum, quos in manus habeo, ſed de omnib. gentiũ Philoſophis ac Poëtis intelligo quib. inter oculos mẽtis & ueritatis obiectum nubes impenetrabilis interceſſit. Sed redeo ad Varronẽ. Nõ ſcripſit methaphyſicã; ſcripſit tamẽ de Philoſophia, de Poëtica, de lingua Latina, de Vitis patrũ. et quo ferot? An Terẽtiani illud oblitus ſum, cuius meminit Auguſtinus? Vir inqt doctißimus undecunq; Varro, q tã multa legit, ut aliqd ei ſcribere uacauiſſe miremur, tã multa ſcripſit, ſi multa uix quẽq legere poſſe credamus. libet igiť indignari. ò uiri maximi, ô latini eloquij præclariſſ. ſydera, ô ingeniorũ rerũq; omniũ ſors immitis, hũc ne igiť ueſtri labores, ueſtræq; uigliæ puenerunt, ut Gallicũ ad tribunal barbarico iuditio rei eſſetis, quod phyſicam & metaphyſicam non ſcripſiſtis. Iam uerò deliramẽta illa, non proſequor, ut res adducit innumeras, nil ad propoſitum pertinentes, atq; inops mercator omnes ſuas merces, ſimul explicat. Inter alia Iuſtini ſui partem, nõ exiguam trãſcribendo, Vrbium Italicarũ narrat auctores: de quo Iginus quidam integrũ librum fecit. legat autem, quem dixi Senecæ librũ ad Helbiam, ibi reperiet omnes fermè gentes, alteram ex altera exortas, ſic more cœleſtium & terrenam uoluuntur. Multi alienigenæ in Italia urbes condiderunt, quis hoc neſcit? quid uę ad rem? quæ autem mundi pars eſt, ubi non Itali urbeſq; ue condiderunt? Romanum imperium ut ait Seneca, nempè auctorem exulem reſpicit, quem profugum capta patria, exiguas reliquias trahentem, neceſsitas & uictoris metus longinqua quærentem, in Italiam deduxit. deinde uide quid addidit. Hic demum, inquit, populus, quot colonias in urbem miſit, ubicumquę uicit Romanus habitat. hæc Seneca. Vbi autem quæſo. non uicit, niſi forſan in Gallia: Roma à Troianis in Italia eſt cõdita, Troiam uerò quis cõdidit? nempè Italus fuit & Tuſcus. unde eſt illud apud Virgiliũ, ſub Troianorum ad Italiam aduentu. Hinc Dardanus orbis, huc repetit Coloniã Agrippinã, Marcus Agrippa Auguſti gener, ad ſiniſtrã Rheni ripam condidit, ſimiliter & alias multas, per diuerſa terrarum, ſed hæc una nomen nũc etiã ſeruat autoris. Lugdunum, de quo multa hodie diximus, Paulus Romanus ciuis ſtruxit. Tarraconẽ in Hiſpania Scipiones, Pariſiorũ urbẽ & penè Gallis inuidioſam, tantæ ſuæ ſedis auctorem Iulius Cæſar creditur condidiſſe. Idem de Gandauo, dum adoleſcens ibi eſſem à ciuibus audiebam, ſic patribus per manus proditum memoriæ eſt. Totam præterea Rheni uallẽ colonis ab Auguſto miſsis habitatam inuenio. Verum hæc ſedium

mutatio, non patriam, ad quam pergitur, ſed per gentes immutat, Itaque & Galli in Aſia Aſiani, & Itali in Phrygiã, pfecti Phryges, & poſt Troiæ excidiũ, in Italiã reuerſi, Itali iterũ facti ſunt. Sic noſtri in Galliã uel Germaniã trãslati, naturã illarũ partium imbiberũt, moreſq; barbaricos. Et Mediolanenſes à Gallis conditi, atq; olim Galli, nunc mitiſsimi hominum, nullum ſeruant ueſtigium uetuſtatis, ita uis cœleſtis humana moderatur ingenia. Cõditarũ ſanè in Italia à Romanis, non eſt numerus, Bononia, Mutina, Pollentia, Parma, Placentia, & decus urbiũ Florentia, nolo nũc in alias mũdi partes ſtylum cogere, atq; in hac curioſitate diutiusiſtã ſeq, ne in quo aliũ rideo. ipſe ab alijs ſim ridẽdus. Quo'nã uerò pgreditur? dicit Marſilienſes aurũ miſiſſe, quo à Gallis Roma redimeretur, inſulsè dictũ, ut alia multa, ita enim loquitur, quaſi ſalutem urbis Romæ Marſiliæ tribuat, & reditionẽ ignominioſam Romanis improperet. contrà ego, aurum miſſum non inficior, itaq; eam de qua dixi urbis illius, in Romanos promptiſsimam fidem probat, cæterum quí captã Romam & incenſam fateor, auro redemptam nego, ferro nempè redempta eſt, & Gallo ſanguine expiata. Hiſtoriæ patrem legat, ex hac ipſa urbe oriundum, unde hæc ſcribo illum lacteo eloquentiæ font emanãtem, ad quẽ uiſentem uſq; Romam de extremis Galliarum, Hiſpaniæq; finib. nobiles ueniebant uiri, unius aſpectum, ubi regiæ præferentes. illum inquam, legat, & luce clarius ſuum uidebit errorem. Dicit Romæ multos eſſe ta'es malos & fuiſſe. quis hoc etiam neſcit? Tres ſoli homines in mundo erant, unus fuit malus, cũ illo qui mũdum creauerat, fuerunt duodecim unus fuit proditor. An nõ igitur meminit illud Iulij Cæſaris apud Criſpũ. In magna ciuitate, multa & uaria ingenia ſunt. fuerũt Romani ingrati, non id quidem nego. non eſt autem is mos magis P. R quàm omnium populorũ. quis unquam populus gratus fuit? gratitudo non omniũ, ſed paucorum eſt. ingrati fuerunt, contra quos? cõtra ciues optimos, illi autẽ ciues unde erãt? Roma una omnib. patria. Erant ibi & boni & mali, at plures mali. ubi quæſo, unquam contrariũ uiſum eſt? Vbi unquam pro uno bono non fuerunt, uellem dicere multi, cogor dicere mille mali? Fuit Romæ proditor patriæ Catilina, alij quoque quos odio dictante dinumerat, ſed proditio illa quorum potius, quàm Gallorum fulciebatur auxilio? gens radicitus inimica, quæ inuiſam urbem, per ſe nihil auſura, ab ipſis ciuibus, ut audere aliquid inciperet exercitanda erat Romæ Catilina, ſed & Cato fuit, quí de proditoribus ſententiam tulit, fuit & Cicero uigil Cõſul, quí ſententiã executus eſt, fuerunt & mille alij, quibus parem unum non habuit orbis terræ. ac non fuit in Gallia aliquis Catilina? crede ædepol. Fuit enim Catilina, quamuis ingenio malo prauoq;, magna tamen ui animi & corporis. Hæc profectò uis non habitat inter Gallos, res illarum partium, undiq; fragiles exangueſq; ſunt, nec boni nec mali famæ inchoentur, ſunt ibi, ut apud gentes alias mali, ſed obſcuri, quomodo enim mali cognoſcerentur, ubi boni etiam ſunt ignoti? Voluptatem ex regno ingens fama exaltat. deſinat oro, iam barbatus conferre ſummis infima, fuſca clariſsimis, & quid illud erroris, quod Italicum Satyricum de Romanis moribus ſit conqueſtus. addit etiam duos Romæ lenones illo tempore fuiſſe Arturium & Catulum. credidi primum, & ſic ſcriptum erat quod lenones dicerent, & mirabar quid ſibi uelint hi lenones, intellexi illicò de lenonibus eſſe ſermonem, & ſubridens dixi: uolo ſuccumbere huic barbaro, quod inuitus facio niſi cũ in magna Roma duo fuerint lenones, in parua Auinione ſunt undecim. ſcit enim ipſe, & utinam neſcirent alij, quãtus illi artificio locus ſit. Obijcit nobis pater multa, impatientiam tyrannorum, uellem hoc negare, ſed nequeo in aliqua ſcilicet Italiæ parte, nam in alijs eſt libertas, quanta nuſquam alibi terrarum, quod ego quidem nouerim, uera autẽ libertas ac perfecta, dũ in hoc exilio degimus, fateor nulla eſt. ſi autem mihi locum aliquem ſub cœlo omnis expertẽ tyrãnidis hic iactator oſtẽderit, illuc raptim cũ omnib. ſarcinulis commigrabo, ibiq; reliquiæ uitæ meæ ſedẽ eligã ac ſepulchrũ. qua in re, nouerit, me nõ facile falli poſſe ut qui in his locis in quibus iſte fœlicitatẽ ſtatuit, ut prima pueritia educatus ſim. ſanè ſi ſpecies tyrannidum explicare uoluero, occurreret ſtylo lõga nimis atq; odioſa mater. ſic ſatis taciturnus intelligi. Iã q; uſque adeò miraſ equeſtrẽ ſtatuã marmoreã, idolũ uocat, ipſe ſup altare Dei uidiſſe Mediolani, lõgè rudis eſt admiratio. Nõ enim ſup, ſed ſecus altare, & in capella domeſtica

illam

illam uidit, quanto ego dignius mirer, uidiſſe Pariſius inſigniũ choros Eccleſiarũ, ſic confertos buſtis & cadaueribus peccatorum, quodq́ eſt fœdius peccatricũ, ut uix quiſquam poſsit ſe flectere ibi, uixq́ iter pateat ad altare. ſi Gallo cenſori rigido alienarum rerũ, molli ut augur or ſuarum, reſponſio iſta non ſufficit, illũ interroget cuius eſt ſtatua, ille ſibi ſummarie reſpondebit, paratus etiam maioribus reſpondere, ſed iam ſatis, ſuperq́ ſatis eſt, cauendumq́ nedum ſtulti ſequor ineptias, ipſe ſim ſtultior, contagioſus morbus eſt amentia. Exclamabit Gallus in finẽ, ut grex illum audiat ignorantium, & Gallicæ gloriæ defenſorem uocet. Multa igitur me mẽtitum dicet, intus autem uelit nolit, clara uoce fatebitur, nil uerius dici poſſe, quanquã paratus ad omnia. Nempè Bruti factum nõ eſt ueritus damnare, qui amore uirtutis & libertatis & patriæ, ſeſe oblitus, patrios affectus exuerit, neſcio hercle, an res ulla nunquam hac uirilior facta ſit, quà iſte uituperat, teſte fretus Oroſio: qui licet non inelegans ſcriptor, tamen quod legentibus pronũ eſt aduertere, in uituperatione Romanorum tuũ ſuũ expendit ingeniũ, intentione forſitan non mala, ad nobilitandũ, ſcilicet CHRISTI fidem, quanquã nec ab ipſo, nec ab ullo hominũ ſat laudari poſsit. Quia tamen, nec ſuo nec cuiuſquã mẽdacio ueritas indigebat, ſuperuacuè. neq́ enim, ut in Bernardo mihi obſtat reuerẽtia ſanctitatis, ſancto licet ſcripſerit Auguſtino. iam quidẽ Romulo obijciunt & uiolentas nuptias illũ celebraſſe, & in reliquis ardentiſsimi uiri ſpiritus fuiſſe. excuſari poteſt facilius quã negari. & nuptias quidẽ penè excuſat ipſa neceſsitas. Quis eſt enim tã modeſtus, qui ſi fame ultima laborãs, panẽ humili p̃ce popoſcerit, negatũ nõ ſi poſſit eripiat? At qui populus uirorũ erat, ita enim ſcriptũ eſt, unius dũtaxat ætatis, ad p̱petuitatem nuptijs opus erat, hæc à finitimis repetitæ, nõ duriter modò, ſed cõtumelioſè etiã denegatæ erant, credo præſagientib. iã uicinis, noua ex urbe uenturos, qui eos reliquosq́ mortales & terrarũ orbẽ iugo premerent, ea negatio ac repulſa, uiros fortes ac magnanimos incitauit, occaſione itaq́ mox arrepta, nõ ad ſtuprũ ſed ad coniugiũ, & diuinæ atq́ humanæ domus ſocietatẽ, negatas uirgines rapuerũt. quod hic, quæſo, tàm nephariũ ſcelus eſt? Et quod in alijs urbib. quas nominare nõ eſt neceſſe, nuptias quoq́ ad adulteriũ raptas, & depulſos inſuper maritos audiuimus, quid eſt quod Romulos ſolus arguit̃, niſi q̧ nulli grauis eſt percuſſus Achilles? reliquũ ſanè uiri illius ardorẽ Florus excuſat. Quid, inquit, Romulo ardentius. tali opus fuit ut inuaderet Regnũ, & profectò, q̧ quãdoq́ uſq́ regnũ cernimus, aut regis inuadentis ardor fecit, aut ignauia populi facientis. non fecit natura reges primos ſed induſtria. Ad id deniq́, quod Camillũ patria pulſum dicit, quid reſpondeã niſi Ciceronianũ illud? Nouũ crimẽ, & antè hunc diem inauditũ. nouum, inquã, & mirabile crimen, exilium. ecce quàm multa uir doctus accumulet pro defenſione mendacij, quod oppugnare pro uiribus ſuum erat. Sed amicum Gallis eſt mendacium, & amicum ſuum nullus oppugnat. Ego aũt ueritatis nõ me ſat amicum rear, niſi eius fidele patrocinium, cõtra quoslibet ſuos hoſtes. proq́ eius amore prõpto animo & multorũ & maiorũ odia inimicitiasq́ ſuſcepero. quod cum facere iuuenis inceperim, non deſiſtam ſenex. tu amice ut hæc in barbari notitiam ueniant, curabis. Sibi quidem, quoniã nihil mihi ſcripſerat, nil reſcribo, ſed in literis tuis illius procacitatẽ cõtudiſſe ſuffecerit, ſin fortaſsis eum uideris, quẽ ordo ille adulationũ atq́ mendaciorũ in regno eſſe, (unde utinam tu abeſſes) admone eũ non ut barbarũ, ſed ut hominẽ, quãdo aliquid ſcribit, pro certamine gloriæ, ut nunc fecit, caueat ſaltẽ ab aperto mendacio. nã quæ contra rationem uel ſine ratione dicunt̃, utcunq́ nondũ q̃ oratione defendunt̃, palàm falſa, nulla defendit oratio. Adducit ergo uir ille pueriliter ſatis, Lucani uerſiculũ nõ integrũ & inpertinentẽ ad rem, probationis non egentem.

Humanum paucis uiuit genus.

Vulgatam illam uult probare ſententiam, naturã paucis eſſe contentam, qui quidem uerſiculus, & ſi per ſeipſum ſeorſum, ſenſum ad quem trahitur non reſpuat, ubi tamen poſitus eſt, lõgè aliud ſonat, hoc enim uult dicere, quod humanum genus uiuit paucis, ideſt ad obſequium paucorum, Regum uidelicet & principum, in numero pauci ſunt. Cæſar enim ibi loquitur, qui alibi hoc ipſum expreſſius attigit, non paucos ſed unũ mundi dominum ſeſe dicens, ut non paucis, ſed uni ſibi uiuere humanum genus oſtenderet: ubi ait:

Fruſtra ciuilibus armis miſcuimus gentes.

Siqua eſt hoc orbe poteſtas altera quàm Cæſari,ſi tellus ulla duorum eſt. Romanum enim non Gallicum animũ habebat,in eo igitur doctus hic fallitur,quod paucis eo loco ſextum caſum credidit,cum ſit tertius. In eo quoq; quod Numitorem à nepotibus interfectũ ait, pace tanti uiri,in hiſtoriæ cõmunis labitur notitia,Numitoris enim frater Amulius interfectus,Numitor autem reſtitutus in regnũ fuit,unde à fratre pulſus exulabat. credo ibi plura eſſe talia,ſed hæc legenti ſe ſtatim obtulerunt. Sperabat ut auguror barbaris ſuis loqui, atq; ideò ſibi licere omnia,non diſcreturis quid ueri in rebus, hinc multiloquium meum, illinc ſcriptum Galli. Patauí Cal. Martias.

Lectori.

Ad Clementem VI. Pont. Max. quem febre correptum audierat,hanc in ſequentem ſcripſit author Epiſtolam,quæ cum ad manus aulicorum peruenerat, Medici cuiuſdam conuitijs multis lacerata fuit, minabatur is quoq; in authorem Epiſtolæ,neſcio quas Philippicas ſe ſcripturum, Pontificis, Sodalium, amicorumq; ciebat. quàm poterat cuiuſ,atq; ambibat fauores,auxilia & conſilia. Petrarcha uerò admonitus clàm ab amicis coactusq; purgare ſe, atque aduerſarij calumnias confutare, nititur.

Clementi VI. Pont. Max. Fran. PETRARCHA, S.

FEbris tuæ nuncius beatiſsime Pater,tremorem membris meis,& horrorem attulit,nec idcircò blandiloqueris, aut ſimilis dicar illi, de quo Satyricus ait:

Flet ſi lachrymas conſpexit amici.

Et iterum.

Si dixerit æſtuo ſudat.

Sed illi potius, qui(ut ait Cicero) de ſalute P.R. extimeſcebat, in qua etiam ſuam incluſam uidebat. Mea quidem ac multorum ſalus in tua ſalute fundata eſt,non igitur ſimulatus eſt tremor,neq; enim alieno periculo permoueor,ſed proprio. omnes qui de te pendemus,& in te ſperamus,te ægrotante ſani fortè uidemur,ſed non ſumus. Verum quia tum ſemper, tum præcipuè,in hoc ſtatu breuem decet eſſe ſermonem,qui in diuinas aures, humano ore transfunditur,pauca tibi nunc animo affuſus & uenerabundus loquar. Lectum tuum obſeſſum Medicis ſcio, hinc prima mihi timẽdi cauſa eſt,diſcordãt enim de induſtria,dum pudet noui nihil afferentem alterius hæſiſſe ueſtigijs. nec eſt dubium (ut eleganter ait Plinius) omnes iſtos famam nouitate aliqua aucupantes,animas ſtatim noſtras negociari,& in hac ſola artium euenire,ut cuicunq; ſe Medicum profitenti ſtatim credatur,cum ſit periculum in nullo mẽdacio maius. Non tamen illud intuemur, adeò blanda eſt ſperandi pro ſe cuiq; dulcedo,nulla præterea lex quæ puniat inſcitiam capitalem,nullum exemplum uindictæ,diſcunt periculis noſtris,& experimenta per mortes agunt,medicoq; tantum, hominem occidiſſe impunitas ſumma eſt. Horum turbam uelut inimicorum aciem clementiſſime Pater intuere,inſtruat te illius infauſti epigrammaris memoria,inſcribi iubentis in ſepulchro hoc ſolum:

Turba Medicorum perij.

In ætatem noſtram potiſsimè uidetur incidiſſe, illud M. Catonis ſenis uaticinium,quandocunq; Græci ad nos literas ſuas,ac præſertim Medicos tranſmiſiſſent,omnia corrupturos. Sed quia iam ſine Medicis uiuere non audemus,ſine quibus tamen innumerabiles nationes,fortè melius atq; ſalubrius uiuunt,& P. R. ætate florentiſsima,eodem teſte Plinio,ultra DC. annum uixit,unum tibi de multis elige,non eloquentia,ſed ſcientia & fide conſpicuum. Iam enim profeſsionis ſuæ immemores,& dumetis proprijs exire auſi, Poëtarum nemus & Rethorum campum petunt,& quaſi non curaturi,ſed perſuaſuri, circa miſerorum grabatulos, magno boatu diſputant, atq; illis morientibus, Hippocraticos nodos, Tulliano ſtamine permiſcentes,ſiniſtro quamuis euentu ſuperbiunt,nec rerũ effectibus,

ſed inani

ſed inani uerborum elegantia gloriantur. At ne quid à me hodie fictum Medici tui putent, quem ſæpe nomino Pliniū, quod is & de Medicinis multa, & de Medicis plura, quàm quiſquam & ueriora diceret, in omnibus ferè huius Epiſtolæ partibus ducem habui. ipſum ergo audiant, palàm. inquit eſt, ut quiſq; inter iſtos loquendo polleat, Imperatorem illicò uitæ noſtræ neciſque fieri. Sed ego longius quàm deſtinaueram, metu calamum urgente prouectus ſum, ut uerò iam deſinam, Medicum non conſilio, ſed eloquio pollentem, uelut inſidiatorem uitæ, ſiccarium aut ueneficum uitare debes, huic quidem iure optimo dici poteſt, quod loquaci coquo Plautinus ille ſenex in Aulularia:

Abi, inquit. opera hic conducta eſt ueſtra non oratio.

Ad hoc & exactam tui cuſtodiam, & (quæ ad ſalutem corporis miris modis adiuuant) ſpem bonam, ac lætum animum habeto, ſi te, ſi te nos omnes, ſi tecum ægrotantem Eccleſiam ſaluam cupis. Vale.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. IN LIBROS INVECTIVARVM, CONTRA MEDICVM quendam ad Amicum,

Præfatio.

Qvatuor Inuectiuarum libros dicam, an quid aliud, ad te miſi, libentiſsime negauerimus ſi uel negare tibi aliquid poſſem, præſertim obnixius poſtulanti, uel ſi illi iam in publicum non exiſſent. Ridebis interlegenda, & tacitus dices: Ille meus, unam amplius quàm putabam artem habet, Male loqui didicit. Benè ais, teſtor enim tuum caput, meum hoc artificium non fuit, non ſum totus indocilis, mallem lentior. ſed hoc didici in his ſcholis, ubi impertinens & ineptus conuitiator docere non potuit quod neſciuit, meliora forſan in Academia, in Parnaſſo. Neſcis quia ſicut in plateis urbium rixantur aniculæ, in roſtris litigant cauſidici, in fornicibus lenones, in tabernis ebrij, ſic in ſcholis diſputant Philoſophi, & in ſyluis cogitant Poëtæ. didici quod res, quod locus tempus'q; poſcebant, immò uerò quod cogebat importuniſsimus magiſter. Quamuis enim in ocio, in ſolitudine mea eſſem, ille tamen urbicus iurgator, nec ſolitudini nec ocio meo parcens, nec ipſam locorum faciem ueneratus, cui diuinum neſcio quid ineſſe ipſe ſi uideas, non neges in illis, ut propriè mihi uideor dicturus, Pierijs penetralibus latitantē, conuitijs aggreſſus exciuit, in alijs longè, inquā alijs conſopitum curis, & hanc quam in me miraris inſuetam artem docuit uel inuitum. illud ægrius fero, quod & glorioſius aliqua de me loqui, & neſcio an ineptis ſed certè neceſſarijs laudibus, dare operam me coegit. utriuſq; rei excuſationem in fine libri ultimi uidebis, unum propediem mirabere, quod eandem, quam mihi olim hoſtis impoſuit, gloriādi neceſsitatem impoſuerūt amici. Antè alios cænabius noſter uir doctus, & quem Auſonijs armatum Muſis, barbarica nuper laurus ornauit, de'q; noſtris ingenijs, mirum dictu, iudex cenſor'q; Germanicus, ferre ſententiā non expauit. ille, inquam, amiciſsime quidem admonens, efficaciter'q; coarguens, impulerit etiam qua nolebam, ut quod nunquam amplius euenturum ſuſpicabar, pro excuſatione mei nominis, nunc denuò gloriarer. Epiſtolam eius ad me uidiſti puto, aliorum uerò non ita, quibus ſtylus uarius, ſed omnibus una mens eſt, moram meam his in locis, niſi ſat reliquiæ uitæ meæ conſentaneam probare. Reſponſionem meam ad omnes, quia una non capiebat epiſtola, & de fama totiens certare durum erat, quāquam tota res alto animo ſperni poſſet, ne tantorum uoces hominum cōtempſiſſe dicerer, Libellum de uitæ meæ curſu conſtrui, ubi ſi res meas, non dicam irreprehenſibiles aut laudabiles, ſed tolerabiles excuſabiles'q;, mira uerò & illi amico, & alijs miratoribus meis, ſiue amantibus ſiue temptantibus, ſiue ex profeſſo carpentibus, puto reſponſum erit. Hactenus Inuectiuarum mentio. calamus tulit, cum quibus & librum iſtum ſenio uictum, & canum morſibus lacerum, ſimul & uetuſtiſsimam meam quam poſtulas chartam mitto, in quibus nihil mihi charius, quàm uetuſtas ipſa, cuius uenerator, noſtra ætate niſi fallor, nemo inde maior fuit. Vale, Mediolani, IIII. Idus Iunij.

FRAN-

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. CONTRA MEDICVM QVENDAM, INVECTIVARVM

Lib. I.

QViſquis es, qui iacentem calamum & ſopitum (ut ita dixerim) leonē importunis latratibus excitaſti, iam ſenties aliud eſſe alienā famā prurienti lingua carpere, aliud propria ratione defendere. Iniquū fateor inter nos certamen inſtituitur. ubi me percutias habeo, ubi te repercutiam nō habes. quod enim nomen habere poteſt mercenarius & infamis artifex? Profectò aūt mihi tecū non de opib. aut de imperio, ſed de ſolo nomine pugna eſt, cuius te egenum atq; inopem eſſe, & ſiquid interdum non admonearis, intelligis. Qnia tamen cogis ad id, ad q̄d nunquam ſponte deſcenderē, & loqui aliquid neceſſe eſt, ne ſi (quod interdum in animum uenit) propter contemptū rerum tuarum tacuero, tibi forſan ex mea taciturnitate complaceas, petita non à te, ſed à lectore uenia, ſiquid cōtra morē meum dixero. Reſpondebo ad aliqua, multa enim tàm ineptè dicis, ut quiſquis ea reſponſo digna duxerit, ipſe meritò uideri poſſit ineptior. Primum itaq; literis tuis lectis, riſum me cohibere nequiuiſſe noueris, quo nam enim alio modò clarius probare poteras, uerum eſſe quod negas te, ſcilicet egreſſum tuis, alienis in finib. oberrare, magno cum eorum diſcrimine, qui nimiū credulitate ſequuntur, quib. ſanitatis fructū pollicitus, nil niſi intempeſtiuos floſculos inutilium uerborū ingeris, cum facto non uerbis opus ſit: quanto enim ſudore, quantoq; cum ſtudio inanem, ſed ampulloſam & tumidā, plenamq; cōuitijs epiſtolam effudiſti: ſed hic ueſter eſt mos, aduerſus uerū iurgio certatis, Et nimirū, hoc ipſo quantū tibi fideres apertiſsimè declaraſti. Si enim non extremus perditiſsimusq; omniū fuiſſes, non deſperaſſes fieri poſſe, ille unus ex multis, qui iuxta ſententiam meam eſſes, in Rom. Pont. conſilium euocandus. Immò uerò generoſæ mentis inditium eſt, & ſi uni tantum ſpes gloriæ propoſita ſit, in id niti, ut unus iſte tu ſis, q; ſi aſſecutus fueris, uoti cōpos egregij, alioquin laudabili, ſaltem ſis cōmendandus affectu. Ego quidē (nā memini) non artificium, ſed artifices improbaui, eoſq; nō omnes, ſed procaces atq; diſcordes. Mirū dictù, ut ſibi cōſcius tuus multorūq; animus indoluit & exarſit: neſcio q̄d hoc rei eſt. argue tardos Philoſophos, pūge inertes Poëtas, carpe incōpoſitos oratores, nunq; Plato & Ariſtoteles, nunquā Homerus & Virgilius, nunquā Cicero aut Demoſthenes miſcentur. Increpa Medicos inutiles & ignaros, omnes propè fremēt & inſanient, quod antè nō noueram, breui literula ſum expertus, ſingulare quiddā hoc in genere dixerim, An fortè, ideò quia uniuerſali maculæ nemo ſubtrahitur? Nolo id quidē opinari, nec dum deſpero, fore aliquem Medicum, cui ùaldè probetur quicquid dixi, dicturuſúe ſum, quiq; ſuam ſingularē laudem, in cōmuni cæterorū infamia recognoſcat, & (quod cunctis excellentib. ingenijs inſitum reor) gaudeat ſe paucorū ſimilē, diſsimilemq; multorū. quod niſi ita eſſe crederem, fruſtra ſuaſiſſem unū de multis eligendum, ut uerba mea repetā, non eloquētia, ſed ſcientia & fide conſpicuū. Tu tamen ille unus proculdubiò non es, quod ſi eſſes, nunquam diſcordes ac neſcios Medicos increpanti, tàm uentoſa reſpondiſſes, epiſtola profundiſsimè tangebaris, tàm grauiter exclamaſti. Nec puduit illud etiam, inter confuſum murmur inſerere, me Pontifici adulatum. ego nec cuiquā adularer, cui propoſitum ſit (uulgo etiā non ignotum) præter uirtutē ac bonam famā uniuerſa contemnere. quid enim me moueret, ut nūc fierē, quod ab annis teneriorib. nunquā fui: percontare ipſum illū, de quo loquimur, & dicet tibi: Sæpè ultrò ſe mihi obtuliſſe, quantū tu optare (licet ſis importuniſſimus) non auderes, meq; propter amorē libertatis, quod tibi inexpertū & incognitū bonū eſt, omnia recuſaſſe. Deſine itaq; leprā tuā, & ambitionis auaritiæq; malū, benè ualētibus imponere, tu palpa.

tu palpator, tu non ſolũ blandus, ſed (ſi es ille quẽ puto) tædioſiſsimus etiã adulator, nõ modò Pontificũ, ſed & pauperũ latrinas, uiliſsimi ſpe lucelli, ego florentes ſyluas & ſolitarios colles ambire ſoleo, nõ niſi uel ſciẽtiæ cupiditate uel gloriæ. Id nõ ſcripto, ſed cachinno refellendum arbitror, quod inter anxiæ cõquiſitas euadendi uias, quib. inenodabilẽ ueri laqueum tentas abrũpere, palpitando dixiſti, Me forſan tui nominis inuidia tactũ, illud ſcripſiſſe, quo tibi gregiq; tuo famã eriperem. ego ne tibi miſero inuiderem? abſit, auertat Deus, qui enim miſero inuidet, neceſſe eſt ſit ipſe miſerrimus. ego tibi nomen eripere nitar inglorie? procul ab hoc periculo es. ire potes toto ſecurus orbe terrarũ, q ad famæ iacturam attinet.

Cantabis uacuus coram latrone uiator.

Erit qui fortè nares amputet, oculos effodiat, famam tibi nullus eripiet, q̃ non habes, quid aũt intolerabilius eſt homine inſolenti? qui ubi pudorem ſemel abiecerit, quicquid dixeris negabit, magna meretriciæ frõtis impudentia eſt. Negas ecce Medicos diſcordare, q̃ publica totius humani generis eſt querela. utinã tamen ita ſit, malim eſſe mentitũ, quanquã hac in re mentitus eſſe nõ poſsim. cæterũ ſaluis omnib. erraſſe maluerim, quã me ueridico, periclitari tot hominũ milia, qui diſcordi & uario prorſus incerto Medicorũ imperio gubernãtur. Nempè q in ſummi Pont. cura nup dicis fuiſſe cõcordes, Vide, non dico ne mẽtiaris (id enim iam uobis quotidianũ atq; uulgare eſt) ſed ne maximis teſtib. ueritas uos ipſa confundat. concordaſtis fortè poſtquã ille cõualuit, qui q nemo ne ipſe quidẽ dubitat, multò antè cõualuiſſet, ſi tu ſaltem per totũ ægritudinis ſuæ tempus, in extremis Indiæ littorib. habitaſſes. ô ſi q ominari horreo (ſed licet immortalis Dei uicarius, Deus eſt tamen ipſe mortalis) ſi ergo tũc naturæ debitũ perſoluiſſet, quanta fuiſſet inter uos, & q̃ indeciſa diſcordia, de pulſu, de humoribus, de die critico, de pharmacis, cœlum ac terrã diſſonis clamoribus impleſſetis, cauſam ipſam ægritudinis ignorantes. miſeri qui ſub auxilij ueſtri fiducia ægrotant. CHRISTVS aũt in cuius manu ſalus hominũ ſita eſt, ſaluũ illum ignorantib. omnibus uobis fecit, & faciat precor, quantũ ſibi, quantũ Eccleſiæ, cui præſidet eſt neceſſe, uos Dei beneficium, & cõplexionis ac naturæ ſuæ laudẽ uſurpantes, uideri uultis illũ à mortuis ſuſcitaſſe, & nunc tandem tranſacto periculo concordatis, non inelegãti uafricia, ne ſi Pater ille doctiſsimus, quiq; uel ingenio, uel experientia, nõ dicã omnia ut tu adulator, ſed multa cognoſcit ac prouidet, diſcordare uos ſenſerit, præcipites ancipitis uiæ duces abijciat, aſpernat, atq; oderit. ſed mihi crede, ne quicquã rectè iacitur antè oculos pennatorũ, nouit ille mores ueſtros, & ſi me interroges, propter cuiuſdam ſpeciem honeſtatis, & ne conſuetudinem publicam damnaſſe uideatur, ueſtra potius uult faſtidia, quàm quia ignoret, aliquanto grauius eſſe periculum, uitam ſuam nugis ueſtris, quàm fragilem ſine gubernaculo carinam pelago, uentisq; committere. quod ad me attinet, iracundiã tuam minimè quidem miror, ſciebam uerum eſſe Satyricum illud:

Accuſator erit, qui uerum dixerit.

Nec minus illud Comicum: *Obſequium amicos: ueritas odium parit.*

Quod cum cõmuniter uerũ ſit, tum p̃cipuè inter illos, qui mendacio uiuũt. illud miror, q̃d ira in rabiẽ furoremq; conuertit. nil enim tibi ſcripſerã, quippè qui nũc (etiã inuitus) non intellecturũ alloquor, at Rom. Pont. graui tunc ægritudine laboranti, metu ac deuotione dictantibus, epiſtolã ſcripſi breuẽ, ſed niſi fallor, utilẽ ſibi, tibi fortè nõ ita, admonuiq; ut turba diſsidentiũ Medicorũ, necnon etiam Medicum non ſcientiæ ſed inanis eloquẽtiæ curioſum, quæ ingens noſtris temporibus multitudo eſt, omni ſtudio caueret. quod licet grauiſſimè ſtomacheris, me tamen neq; conſilij mei pœnitet, neq; me lapidandum credidi, ſi ſibi licet non egenti fidele conſilium dediſſem, cui omnes, qui Chriſtiano nomine gloriamur, non modò conſilium, ſed obſequium, inſuper & obedientiam deberemus. Debuiſti ſi ſanus eſſes, non mihi reſcribere, qui tibi nil ſcripſeram, ſed eidem illi ſcribere, ſi ſibi forſan aromatico illo tuo ac medicinali ſuadere poſſes eloquio, ut tibi ſeipſum, & res ſuas crederet, uitam ac ſalutem, niſi de tuis manibus non ſperaret. contrà autem me ſtudijſque meis deditos, nocuum atque inutile genus hominum declinaret, ſeu me Poëtam, ſeu quodlibet aliud dicere libuiſſet. omnia enim tibi licere arbitror idiote,

qui pro-

qui propter mei, quin potius ueri odiũ in Poëtas immeritos es inuectus. ego tamen hac in re poëticè nihil ſcripſi, quod ita eſſe, niſi planè deſiperes, ipſe ſtylus indicio eſt. Cogeret me procacitas fortè tua, poëticè aliquid de re loqui, teq; omnib. ſeculis lacerandum tradere, niſi quia indignus uiſus es, qui per me poſteris notus eſſes, aut locũ in meis opuſculis inuenires. ſed quid colores cœco? quid ſurdo ſonos ingero? mechanice, res tuas age oro te, cura ſi potes, ſi minus interfice, & pretium poſce cum occideris, id nulli imperatori aut regi, ſed tibi uni uitæ neciſq; domino, ut iactas, humani generis cœcitate permittitur. utere funeſto priuilegio, optimè enim tutiſsimè arti cerebrum addixiſti, quiſquis euaſerit, tibi uitam debet, quiſquis obierit, tu illi præter experientiam nihil debes, mors naturæ aut ægroti uitium, uita tuũ munus eſt, iure igitur Socrates, cum factũ de pictore Medicum audiſſet, Caute, inquit, Artẽ enim deſeruit, quæ defectos ſuos habuit in aperto, eãq; cõplexus eſt, cuius error certa terra tegitur. quid te aũt non auſurũ rear, qui Rhetoricam Medicinæ ſubijcias, ſacrilegio inaudito, ancillæ dominã, mechanicæ liberalem? niſi forſan illa te cogitatio has in inſanias traxit, quæ ſi unquã caput tuũ potuiſſet irrumpere, nunquam uſq; adeò aſininum dicerem, ut ſcilicet, quoniam ætate noſtra iniquiſsimos homines imperitare uiris optimis, facto rerũ peſsimo uidemus, ad artes quoq; ſpeciẽ hanc tyrannidis trahendã, ac propagandam putes. ſed prius omnia, quàm huiuſce rei arbitriũ, fortunæ traditum uidebis: faciet illa Nerones atq; Caligulas regnare, Dionyſios atq; Phalarides in patria florere, Catonem intra peſtes Libycas errare, mori Regulum in carcere, in paupertate Fabriciũ, Marcellum in inſidijs, in exilio Scipionẽ, hæc & his ſimilia faciet, quotiens uolet, more ſolito iocari, Medicinæ ſuppeditare Rhetoricam non poterit, extra ſuos fines imperiũ non habet. Sed quid loquor? neſcio an prius, quàm ad finẽ ſuſcepti ſermonis ueniam, libeat mutare ſententiam, ac fateri ius illã etiã in artib. habere. quod niſi ita eſſet, nunquã tu de tanta ignorantia, tàm ſuperbus incederes, cum multi interim uiri literatiſsimi mendicent, uerum ea non artium fortuna, ſed artificum dici debet. Ad id mihi reſpondeas uelim, ſi rebus omnib. fortunæ imperio confuſis, artes quoq; cõfundere, & liberales mechanicarũ ſeruas facere (quod utrarumq; prohibebaris nomine) uoluiſti? cur non potius nauigationi, quàm medicinæ Rhetoricam ſeruam faciebas? Nauigationem certè ſui generis, hoc eſt mechanicarũ quidam dixere, Rhetoricam, eò quod in primis illi cui mercatura omnis ſubiacet, in peragrãdo orbe luſtrandiſq; littorib., atq; innumerabiliũ nationũ conciliandis ratione animis, multa ſit opus eloquentia. unde & Mercuriũ, quem ſermonis Deum uocant, inde dictum uolunt, q; mercaturæ κύριος hoc eſt dominus eſſe uidetur. quod cum ita ſit, cur non potius (ut dixi) nauigationi Rhetoricã ancillari præcipis? quod æquanimius propter ſimilitudinem latura ſit, niſi quia ruditatem illam tuam, & caligantis ingenij cæcitatem occultare, nullo modo potes. proximis tuis literis expecto ridiculoſiſsimè rerum cenſor, ut lanificio iubeas ſubeſſe Grãmaticam, Dialecticam armaturæ. quid enim te rurſus nõ auſurum putem, qui me os in cœlum poſuiſſe dicas, quoniam Medicos diuinum ac cœleſte genus attigerim, cum tu impuriſsimum os aperire non ſis ueritus, in Plinium Secundum, uirum ex omnibus ſuæ ætatis doctrina ingenioq; præſtantiſsimum. ita enim de illo ſcriptum uideo, nec excipitur Galienus coëtaneus (niſi fallor) ſuus. uir & ipſe non indoctus, ſed in doctorum atq; loquatium abundantiſsimus ſucceſſorum. Quæ autem iſta dementia? quæue iſta uoluptas eſt? à pedite uulnus acceptum, equiti refundis innoxio, & ſoluta oratione, cum ſis læſus, iram ulciſceris in Poëtas, quaſi Poëticum ſit omne quod neſcias, id ſi tibi permiſero, quid uſquam quæſo non poëticum relinquetur? quid enim non te penitùs ignorare crediderim, qui ad experiẽdum ineptiſsimos ſenſus tuos, tàm pueriliter deſudaſti? Deus bonè, quæ deliramenta? quæ ſomnia? Inſultas Poëticè, cuius nunquam faciem uidiſti, laudas Medicinam quàm ego non improbo. quis enim ſanè mentis hoc audeat? Scio artem eſſe non inutilem, & ſerò licet à noſtris hominibus receptam, poſtea tamen in honore habitam, quin etiã inuentioni deorũ (ut perhibent) immortalium conſecratũ, tàm magna res uiſa eſt, ut humana non putaretur inuentio. quàm opinionẽ certioris fidei auctor, in Eccleſiaſtico confirmans. Altiſsimus de terra, inquit, creauit Medicinã, quãuis ad omnia ſit cõmune, quicqd nouimus,

quicquid

quicquid ſcimus, quicquid ſapimus, quid niſi diuina inuẽtio dominiq́; donum eſt? cum in
eiuſdem libri principio ſcriptum ſit: Omnis ſapientia à domino Deo eſt. At ne tibi de me-
chanicæ tuæ ſingulari, ceu laude cõplaceas, audi quid de agricultura altera mechanicarũ;
eodẽ ſcribitur libro. Non oderis (inquit) laborioſa opera, & ruſticationẽ ab altiſſimo crea-
tam, quid habes quod ſuper quẽcunq; agricolã accolas? Ambæ artes uno de fonte prode-
unt, ambas creauit altiſſimus, immò uerò quid habes, quod te agricolæ cõferas, cũ huma-
nam ille uitam adiuuet, quã tu (licet cõtrarium profeſſus) oppugnas, ille humano generi la
borando proſit, tu noceas quieſcendo, ille nudus in campis, fame ſua publicã pariat ſaturi-
tatem, tu phaleratus in thalamis, uoce tua publicã deſtruas ſanitatem. In eo quidẽ nõ ſimi
liter concordamus, quod effectus Medicorũ dicis eſſe mirabiles, quos effectus quæſo te,
niſi illud forſan inter miraculoſa cõnumeras, quod uos ſæpius quàm cæteri hominũ, immò
uerò quaſi cõtinuò, ægrotatis? itaq; magnis in populis, facies ueſtra ſolo pallore diſcerni-
tur, iamq́; in prouerbium abijt. Colorem Medici dicere, quotiens croceum hominẽ aut ta
beſcentem uideris. Parum'ne hic miraculo eſt, ſalutem alijs, quàm ipſe non habeas polli-
ceri? Eſſet profectò miraculum, niſi illud extenuaret aſſiduitas mentiendi. niſi fortè ille mi
rabilior eſt effectus, quod qui ſe totum ueſtro conſilio tradiderit, ſanus eſſe nunquam pote
rit. hi ſunt Medicorum, non tantũ miri, ſed ſtupendi etiam effectus, Medicorum uerò non
omnium, ſed multorũ atq; in primis tui. Credo ego Hippocratẽ uirum doctiſſimum fu-
iſſe, puto Galienũ (illò duce) multa primis inuentionib. addidiſſe, non detraho claris uiris,
ne fiam tui ſimilis, qui obtrectandi ſtudio, me cum Plinio miſcuiſti, quem ſi intelligere poſ-
ſes, eſſes hortandus ut legeres, & teipſum in eo ſpeculo intuens, uel deformitatẽ tuam cor-
rigeres, uel deſineres ſuperbire, ſed crede mihi Græcũ hominẽ putares, cum tamen is inter
raros Latinæ eloquentiæ principes, in Saturnalibus numeretur. ſi in literis tuis uideo, arro
gans & ignarus es, alterũ facit ut nil diſcas, alterũ ut nil ſcias, quid enim de hoc tanto uiro
ſomnias? Dicis enim quod quicquid ueri habet, ab antiquis Medicis accepiſſe, uos à qui-
bus tot mẽdacia didiceritis nõ dicis. ſed quid iterũ tẽpore gloriaris? Ignauiſſimorum quorun
dam hominũ cõſuetudo eſt, ut cum inter uitia ſenuerint, nulliq́; pares ſint, ſola ſe præferant
ſenectute. atqui ne hãc ipſam unã gloriandi tibi materiã cõceſſerim, in ſingulis enim te uer
bis detegis, nihil eſſe, nihil ſapere, nihil noſſe. cõputa annos, & reperies uirũ illũ omnes fe-
rè quib. uteris Medicos præceſſiſſe, quanq; quid attinet Medicorũ antiq̃tate nominibuſq́;
cõfidere, qui ſi ad lucẽ redeant, una uoce fatebunt, nullos ſe hoſtes alios habere q̃ uos, quo
rum uel turpi ſegnitie, uel ingeniorũ hebetudine, ſui labores ac uigiliæ perierũt, quiq; quo-
tidie mentiendo illas arguitis fuiſſe mendaces. Lege ſi libet (& niſi ego quoq; tibi Græ-
cus uideor) epiſtolam illam totã, quæ cum ad hoc unũ ſcripta eſſet, ut uniuerſali Dominò
cautionem pareret, tibi neſcio cui (immò quidẽ ſcio ſed diſſimulo) dolorẽ peperit ac furo-
rem. illã lege libet, Inuenies me nil omninò cõtra Medicinã, nilq́; cõtrà ueros Medicos lo-
cutum, ſed contra diſcerptores atq; aduerſarios Hippocratis, quod eodẽ plaudẽte fieri cre
didi, tu aũt non cõtentus in me multa dixiſſe, multa itidẽ contra Poëticam ac Poëtas, qua
dam libidine uobis inſita loquendi, de reb. peregrinis & incognitis, euomuiſti. nõ legeras
apud Varronem Romanorũ doctiſſimũ, neq; apud Tulliũ, quẽ fidenter, licet fortè obſtre
pas, dixerim principẽ Latinorum, quid de Poëtis ſcriptum eſt. uerba enim ipſa, ne quid me
mutaſſe, uel addidiſſe ſuſpiceris appoſui. A ſummis, inquit, hominib. eruditiſſimiſq́; ſic ac
cepimus, cæterarũ rerũ ſtudia & doctrina & præceptis & arte cõſtare, Poëtam ipſa natura
ualere, & mentis uiribus excitari, & quaſi diuino quodam ſpiritu afflari. quare ſuo iure, no
ſter ille Ennius, ſanctos appellat Poëtas, quod quaſi deorũ aliquo dono atq; munere, com
mendati nobis eſſe uideant. ſit ergo iudices ſanctũ apud nos humaniſſimos homines, hoc
Poëtæ nomen, quod nulla unquã barbaries uiolauit. hæc Cicero. Multa ſequunt in eandẽ
ſententiam grauiſſima, innumerabilia etiam apud alios, quæ ſpõtè prætereo. neq; enim mi-
hi propoſitum eſt, in auribus tuis nobilitare uelle Poëtarum nomen, quod tibi ignobile ui
deri, ea demum ſumma mihi notabilitas uidetur. cur autem hæc narrem neſcio, an te ridi-
culoſior ſim, ſi aſino lyram iungam. Reſpõdebs, audio ſed nihil intelligo, & Poëtæ nomen
nulla

nulla unquam (ut modò dicebam) barbariæ uiolatum, atq; omni ex parte tibi incognitum, uiolabis plus quàm barbarica feritate. itaq; peropportunè audies, quod cuidā nuper tuæ profeſsionis homūculo, cum aſſenſu & approbatione multorū dixi. Cum enim ueſtro more, multa contra Poëtas hiſceret, potius quā diceret, nunc Poëtā Ciceronem, nūc Plinium affirmans, quæſiui ab eo, Quid Poëtæ nomine crederet importari: quod cum ſe neſcire non negaſſet, pro tempore hiſtoriā dixi, non inamœnam cognitu, magis ab auctorib. relatam, quam tibi quoq; dicā, puto ſi quid omnino aliud, quā de febrib. audire potes. Hannibal uir bellicoſiſsimus, bello uictus, à Romanis Epheſum ad Antiochū regem Syriæ profugerat, à quo lætiſsimè ſuſceptus, eo quòd Romanorū odijs æſtuanti, nullus unquā cōſultor tàm idoneus uidebatur, in ſummo honore apud illū erat. contigit aūt Phormionem quendam nomine, ſecta Peripateticum, qui ea tempeſtate literarum ſciētia clarus habebaī, ſimul illic fortè apud regem eſſe, ad quem (ſi uellet) audiendum inuitatus, Hānibal, dum fama uiri tactus annuiſſet. ſeniculus non indoctus, & ut homo Græcus audax & uerboſus Phormio, credo extimans nihil ſe melius in præſentia tanti ducis, nihilq; conuenientius loqui poſſe, materiā rei militaris ingreſſus, in plures horas ſermonem cōtinuum protraxit. deniq; dum qualiter ſit ductandus exercitus, qualiter inſtruenda acies, qualiter capiēdus caſtris locus, quando ſignum pugnæ dari, quando cani receptui conueniat, poſtremò quæ antè prælium, quæ in prælio, quæue poſt prælium ſint ſeruanda copioſè diſſeruit, ſecutusq; eſſe plauſus omnium, quæſitumq; ab Hannibale, quid ſibi etiam uideretur de illo ſapiētiæ profeſſore. Multos (inqt ille) ſtultos deliroſq; ſenes uidi, nullū tamē, quo magis delectarer quā ſene hoc, quippè qui tàm multa de reb. incognitis loqueretur. quò dicto facetè admodū & illius & ueſtrā impudentem notauit audaciam. de omni enim materia loqui uultis, ueſtræ profeſsionis obliti, quæ eſt ſi neſcis urinas, & quæ nominare pudor prohibet, cōtemplari, nec pudet inſultare his, quib. uirtutū atq; animi cura eſt. eleganter de hoc Phormione loquens Cicero. Quid, inquit, aut arrogantius aut loquatius fieri potuit, quàm Hannibali, qui tot annis de imperio, cum P. R. omnium gentium uictore certaſſet, Græcū hominem, qui nunquam caſtra uidiſſet, nunquam deniq; minimam partem ullius publici muneris attigiſſet, præcepta de re militari dare: quanquā non omnino par tua & Phormionis cauſa, multoq; iuſtius ego tè rideo, quàm illum riſit Hannibal. Ille enim de rebus licet experientia ignotis, at ſaltem lectione cognitis loquebatur, tu de his rebus loqueris, quarum nō tantùm uſu atque arte es indoctus, ſed ingenio etiam prorſus indocilis. hanc hiſtoriam cum illi contentioſo homini narraſſem, quod erat ipſe ſenex, ſibi dictum credidit, quaſi & ſeniū ei & ſtultitiam exprobraſſem, itaq; uehementer excanduit. Tu qua ætate ſis non ſatis ſcio, niſi q; delirare ſæpius ſolent ſenes, non quidem omnes, ſed quorum iuuenilis ætas uilibus curis & obſcœno artificio acta eſt. quo autem ingenio ſis, mihi incognitum eſſe noluiſti, audiens ergo te uideo, mordendi auidum, ſed ignorantia torpentem, algentis more aſpidis coactū uirus. non poſſe diffundere, niſi quod in fine multū irarum attritu, terrifice concaleſcens, neq; tamen tàm morſu quā ſibilo metuendus, in me calcaneotenus erigeris, ubi ſcilicet Boëtiū Seuerinum, aduerſus ſacras Pierides teſtem citas, atq; ut teſtimonio fidem quæras, cautiſsimus diſputator, Patriciū illum uocas, quaſi de Prætura uel Conſulatu quæſtio ſit, & quaſi non multi teſtes, licet minimè Patricij ſint, hac in re multum Boëtio preferēdi. Verum abſit ut huius uel alterius fide digni hominis teſtimoniū recuſem, ad inquiſitionem ueri, omne genus ſtudioſorum hominum admitto, mechanicis duntaxat excluſis. Ille igitur quid, ab ægrotantis cura, ſcænicas meretriculas philoſophico procùl arcet edicto. Viue bellator egregie, uniuerſam poëſim letali iaculo transfixiſti. certè ſi quid eorum de quibus tàm temerarie diſputas didiciſſes, ſcires ſcænicā illam quàm Boëtius notat, ipſos inter Poëtas in pretio non haberi, non autem uidiſti, ecce quod iuxta erat, licet idipſum literis tuis ignoranter inſereres. quid enim ait: Veris eum Muſis curandum ſanandūq; relinquite: hæ ſunt Muſæ, quibus ſi qui uſquā hodie ſuperſunt poëtæ, gloriantur ac fidunt, quarum ope non ægra corpora mactare, ſed ægris animis ſuccurrere didicerunt. de quibus ſi loqui uelim, donec cerebro humido ac fluenti tanta res inſideat, amens ero, neq; enim Amphionis uel

Orphei

uel Orphei cythara tàm duram ſilicem mouere poſſet, neq; enim tam hirſutam tygridem lenire, quas tu ac omnes id genus fictiones, ueluti uerò aduerſas, mira plebei artificis temeritate, condemnas, in quibus tibi tuiq; ſimilibus ſtudioſè abditus, allegoricus ſapidiſsimus ac iucundiſsimus ſenſus ineſt, quò ferè omnis ſacrarum etiam ſcripturarum textus abundat, quas te animo irridere non dubito, ſed ſupplicium times. Quàmobrem feram æquo animo, te Poëtis quos ignoras, uanitate notiſsima inſultantem, idque mihi alicuius bonæ ſpei argumentum fuerit, ſi tibi ualdè diſpliceam. Cur autem indignet audere te aliquid aduerſus me, cum aduerſus CHRISTVM, ſi impunè liceat ſis auſurus, cui Auerroim (tacito licet iuditio) prætuliſti: ſcis quod non mentior, quamuis aliud uerbo clames, ceſſet pœnæ metus, pfectò ut ſciolus uidearis, eſſe uoles hæreticus. Sed ad fictiones quas carpebas redeo, audi ergo quid Lactantius, uir & Poëtarum & Philoſophorum notitia, & Ciceroniana facundia & quod cuncta tranſcẽdit, Catholica religione clariſsimus, primo ſuarum Inſtitutionũ libro ait, Neſciũt quid ſit Poëticæ licentiæ modus, quouſque progredi fugendo liceat, cum officium Poëtæ in eo ſit, ut quæ uera ſint, in alia ſpecie obliquis figurationibus, cum decore aliquo conuerſa traducat, totum autem quod referas fingere, ideſt ineptum eſſe, & mendacem potius quàm Poëtam. ſtupes bellua, nunquã puto iſtud audieras.

Mentiri uobis linquimus, quodque grauiſsimũ mendacij genus eſt, mentiri ſummo cũ diſcrimine damnoq; credentium. Id ſi mihi non credis, uulgus interoga, cui & illud in prouerbium uerſum eſt, ut aptiſsimè mentienti dicant: Mentiris ut Medicus. Poëtæ (neque enim me hoc nomine dignari auſi, quod tu mihi demens ad infamiam obieciſti) Poëtæ, inquam, ſtudium eſt ueritatẽ rerum pulchris uelaminibus adornare, ut uulgus inſulſum (cuius tu pars ultima es) lateat. Ingenioſis autem ſtudioſiſq; lectoribus & quæſitu difficilior & dulcior ſit inuentu. Alioquin ſi tibi falſo perſuadeas, quod quidã indocti ſolent, qui quod conſequi nequeunt execrantur, ut ſcilicet Poëtæ officium ſit mentiri, illud tibi conſequenter perſuadeas uelim, eſſe te Poëtarum maximum, cuius propè plura mendacia ſunt quàm uerba. ultrò tibi Meonius ſenex ceder, uictus ceder Euripides, ceder Maro; uacuus tibi Helicõ linq̃tur, indecerpta laurea, illibatusq; Caſtalius fons. Sed expergiſcere ſi potes; lippientesq; oculos aperi, uidebis Poëtas raros, quidem natura rerum diſponente, ut rara quælibet cara ſimul & clara ſint: Videbis eos gloria & nomine & immortalitate fulgẽtes; quàm non ſibi tantũ, ſed & alijs peperère, ut quib. ante alijs perituris conſulere nominibus datum eſt, & quorum adminiculo ipſa etiam uirtus eget, non equidem in ſeipſa, ſed in eo quod habet cum uitijs & obliuione certamen, te uerò cum tuis nudos uidebis; omni uera laude uanitatibus obſitos, obrutoſq; mẽdacijs. Hæc non aduerſus medicinã (quod ſæpe teſtatus ſum) neq; aduerſus excellentes Medicos, qui iraſci non debent, qui cum ſemper rari, noſtra ſunt ætate rariſsimi, ſed aduerſus te, delirantesq; ſimiliter dicta ſint. in quibus illud fortè mirabitur quiſpiam, quod libellum pro epiſtola remiſi, ſed meminiſſe conueniet facilius infligi uulnus quàm curari, & citius dici conuitia quàm repelli, ideoq; & maior defenſio Demoſthenis, quàm Aeſchinis accuſatio eſt, & longior Ciceronis, quàm Saluſtij inuectiua. hactenus hæc: cætera in tempus aliud reſeruo. Nolo enim putes me laceſſiti ſtyli, & iuſtiſsimæ indignationis aculeos, more apum in uulnere reliquiſſe, experire iterum cum uoles, quid inter ingenium & ingenium, quid inter calamum & calamum interſit, illud uerendum, ne dum per abrupta diſtractus, multumq; huic tuæ ridiculoſæ eloquentiæ intentus, in inſuetis conflictationibus tempus teras, his quoque pecunia pariter ac ſanitate ſpolias, magni periculi cauſa ſim, de hoc tamen ipſe uideris, ego mihi, quicquid atemptaueris, ad cumulum gloriæ adſcribam. Alta petentibus non ſemper quies, ſed eorum ſæpè, q ſine graui periculò uinci poſſunt, optãda rebellio eſt. Si benè dixiſſes audiſſes benè. audiſti autem, quod ego loqui ſum ſolitus, ſed quod tu meritus es audire. Sile parumper, & rumina, & tibijpſi da ueniam, qui cœpiſti. Verùm ego ſatis ne ſanus ſim diutiùs tecum loquar, qui quod ridiculũ omne ſupergreditur, Medicinæ nomine, mortem mihi literarum tuarum, in fine denuncies, ad quam differendam, Medicina fortè aliquid, tu profe-

ctò nihil, ad celerandam uerò quàm plurimum conferre potes. Præclarum, ſortius àntiſcdum longæuis, corpuſculum ſcis expedire languoribus. certe ipſa mihi uiuas (modò uoces habeat) Medicina gratias actura ſit, ſi eorum præſentem infamiam fando nudauero, qui antiquam illius gloriam nouis erroribus extinxerunt.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. CONTRA MEDICVM QVENDAM, INVECTIVARVM

Lib. II.

HAbes unde mihi perpetuò gratias agâs, de muto & elingui, argutulus atq; facetulus factus es diſertiſſime Hippocrates. Neſcis quantum huic calamo debeas. ecce iam proſam ſcriptitas, citò facies carmina, iãq; hymnos incipis balbutiendo contexere, boni ingenij puer eris. immò uerò ſtulte ſenex & ignare, multo conſultius tacuiſſes, nõ ut ideò Philoſophũ te probares, ſed ut ignorantiam ſaltem tuam ſilentio uelares. tacendo enim latere poteras, loquendo non potes. Lingua animi ſera eſt, hanc tu nullo ad hoſtium pulſante, neſcio cur mouiſti, tenebroſam fœdamquè tui pectoris domum omnib. apiens, quæ melius ſemper clauſa mãſiſſet, niſi quia dementiam diutiùs occultare difficile eſt. Credo non legeras quod ſcriptum eſt, Stultus quoque ſi tacuerit ſapiens reputabitur, & ſi cõpreſſerit labia ſua intelligens. benè Socrates, cum decorum adoleſcẽtem tacitum uidiſſet, Loquere, inquit, ut te uideam non tàm in uultu putabat uideri hominem, quàm in uerbis. ecce locutus es, uidimus te, iãq; ſi millies taceas uidemus. uoluiſti apparere & multis quos latere poteras, eſſe ludibrio, in quod gaude præpotens orator, externa ope non eges, nullo opus eſt indice, operosè nimis, tuo te prodis indicio, tã late triſtis male coagulati eloquij fumus manat. ô ridiculum animal, uolebam dicere, librum ſcribis, rectius dixerim, quod tuæ profeſſionis eſt proprium, aromatum lentas fœdas inuoluere, & ubi periculoſis ambagib. dictare ſoles, miſerorum mortes, utq; uilia magno conſtent, fallaſq; licentius, radicibus noſtri orbis imponere peregrina uocabula, ubi nunc ut tibi uidetur Philoſophicos locos ut ego ſentio tabificos locos ſcribis. Sed ut libri formam habeat uerſutus opifex diſtinguis in partes, & forſitan uictor eris: apothecarij ſcripſiſſe te librum dicẽt. quid ni igitur exclamẽ? Accurrite Philoſophi, accurrite Poëtæ, accurrite ſtudioſi, quicunque unquam ſcribendis libris operam datis, accurrite, ueſtra res agitur, mechanicus libros ſcribit, penitùſq; uerũ fit illud ſapiẽtis Hebræi. Faciẽdi libros nullus eſt finis. qd enim fiet ſi mechanici paſſim calamos arripiunt? actũ eſt. ipſi boues, ipſiq; lapides ſcribent, Nilotica Byblus non ſufficiet, ſiquis eſt pudor, dimittite illam literatis, uos ſi gloriæ cupiditas tangit, in uento & aqua ſcribite, ut ad poſteros fama citius ueſtra perueniat. quid quærar? quid eloquar? quid dicã? deſinite, quæſo, qui papyros arte conficitis, quiq; tenues in membranas cæſorũ animaliũ terga conuertitis, Hetruſcis expiandũ ſacris infauſtũ & infamæ monſtrũ incidit. quid enim bicipitẽ puerũ, aut quadrupedẽ miramur? quid obſtupeſcimus mulæ partũ, tactũq; de cœlo templũ Iouis, aut ſub nubib. uiſas faces? Quid Aetheis uaporib. ardẽs æquor, & eruentũ amnẽ, imbrẽq; lapideum, aut ſi quid tale in annalibus ueterũ reperitur? habeat ſuũ ſæcula, noſtra portentũ, mechanicus etiã libros arat. quis non Roſcio deinceps artis hiſtrionicæ librũ donet? erat & ille mechanicus, ſed inſignis, ingenioq; promeritus nõ modo maximorũ ducũ gratiã, ſed ipſius quoq; familiaritatẽ atq; amicitiã Ciceronis, mulcebat ille oculos, mechanicus noſter

cus noſter aures uulnerat, agebat ille quod placeret omnibus, hic quod nulli. aut quis coquinæ magiſtrum indignetur Apitium, ſuam literis inſerere diſciplinã? cur enim inter culinas non ſcribitur, inter latrinas ſcribitur? cognatas res eſſe nomen arguit. cum autem nõ inter epulas libri fiant, inter urinas fiũt, ad quas ſtylo çelebrandas florentiſsima artiũ rhetorica captiua perducitur, & quæ populos moderatur, inq; animis regũ regnat, inter Medicos ancillatur? Sed quæſo te Philoſophiæ atq; artium domine, quo animo Tullius Rhetoricã tot uoluminib. tãto ſtudio tractaſset, ſi futurã talis ingenij ſeruã ſciret? q̃ uerè (nõ dicam ſerua) ſed famularis etiã tua ſit, ſi aliunde neſcirem, abundè quidẽ artificioſus, & hybleo melle dulcior orationis tuæ contextus inſinuat. Certè q; ſcholis omnib. eſt notum, Rhetoricæ facultatis officium eſt appoſitè dicere, ad perſuadendum; finis perſuadere dictione. quanta autem illud arte facias, quanta hoc fœlicitate perficias, qui te ſemel audierit non ignorat. Sed iſta ſuum locum inuenient, à primordijs inchoandum. excuſet autem prolixitatem mei ſermonis, tuæ ignorantiæ magnitudo, de qua aut nihil omnino dici debuit, aut parũ dici nõ debuit. Prima quidem libri tui pars, de teipſo agit; quis, qualiſue tu ſis. iam idipſum cautè. ſciebas te incognitum, niſi tabellionum more de teipſo aliquid loq̃reris, atq; ita qua ſcriberes auctoritate conſtaret. Qui ſim, inquis, perlecto hoc toto iã noſces opuſculo. ò magne uir, nimis humiliter de te ſentis, immò uerò cõfeſtim accepto in manus opuſculo noui te, quẽ & ante noueram. Sed nunc ſcientiã tuã omnem funditus detexiſti, & ut ſcriptum eſt in Pſalmo: Denudaſti fundamentũ eius uſq; ad collũ. quid aũt de te dicas, quem te facias audiamus. Sum, inqs, Medicus. audis hæc Medicinæ repertor Apollo, uel amplificator Aeſculapi? Conſequenter & Philoſophus, audis iſta Pythagoras, qui nomẽ hoc primus omniũ inueniſti? flete repertores artiũ, fines ueſtros proterit aſinus inſulatus, non ſe modo Philoſophum, ſed Philoſophiam ſuam iactans, Philoſophia noſtra, inquit. heu quid hoc eſt? peiora ſunt audiẽda ſi uiuimus. iam, ut ſuſpicor, ad finem ſæculi, propinquamus. Erũt ſigna in ſole & luna & ſtellis, hoc ſignum in Euangelio nec fuit, quando aſinus Philoſophabatur, cœlum ruet. quid uis dicam? iam philoſophiæ miſereor ſi tua eſt, ſed meo periculo iurare auſim, neſcire te quid ſit eſſe Philoſophum. at ne omnia unam in partem congerã, multa etiã nunc de hac re tecũ loqui habeo. præmiſi autẽ hæc, ut ſcires apud me Philoſophum te non eſſe. quid uerò, quid deinde intulit audax ſtultus, Se his artibus armatũ, non tãtùm corporis ſed animi uitia curaturum? uenite huc qui ægrotatis, ſalus non ſemper ex Iudæis eſt, adeſt ſemibarbarus ſoſpitator. & me ſuperbum uocitas. relege nunc epiſtolam illam meam, quæ te furere fecit, & faciet mori quando ego uel Philoſophiã uel poëſim meam, quando me aut Philoſophum aut Poëtam dixi, aut aliud quicquã, quàm tuorũ morum & ingenij contemptorem, quod mihi non modo licitum ſed debitum rebar.

Verecundè ſe ſolius Rhetoricæ magiſtrũ dicit Auguſtinus, ut te Philoſophum dicis ac Medicum, addis & tertium, Rhetoricæ dominum, quartũ licet addere, poſtquã titulis gaudes. Cloaca es magna quidem, ut eſt apud Senecam, & profunda, en, quod ad primã tui glorioſi partem operis modo reſponſum uelim. Secunda apologetici tui pars de me erat, cuius in cognitione ſi falleris, non miror. quis enim non tibi alius uideri poſſit; cũ tu tibi Philoſophus uidearis? dixiſti equidẽ Philoſophus ſum. tàm hoc uerum, quàm quod ſequitur, tàm Philoſophus tu, quàm ego ambitioſus, arrogans, ſuperbus, nunquam mihi (fateor) cum populo conuenit, tanta tamen animi ſecuritas eſt, ut populum non recuſem, quos honores ambierim, & nõ potius ſpreuerim oblatos, quid mihi unquã arrogauerim? ubi ſuperbè me geſſerim? de qua re & dictum eſt aliquid, & pluſculum dicere eſt animus.

Loquar autem tibi iam, nõ ut aduerſario procaci & infeſto, ſed ut homini, neſcio tamẽ an rationis ullum ueſtigium habenti, & dicam, q; ut puto, nõ intelliges, quoniam uicinarũ rerũ, ne dum idiotis, ſed doctis etiam laborioſa diſcretio eſt. ſed dicam clarius quàm dici ſoleat, ut ſi non intellexeris, cerebri tui, nõ ſtyli mei uitium accuſetur, audi ergo. Superbo liberæ as omnis ſuperbia uidetur, ſapiens uerò inter ſuperbiam fiduciam diſcernit, & ſcit largiter referre, quo animo quid dicatur aut fiat. Hinc ille uir optimè ſibi conſcius, dũ in publico perorantí populus obſtreperet. Tacete in quit. melius ego unus noui, quid Reip. expediat

quã uos omnes, quod ut animoſè, ſic uerè dictũ, aliquos qui ad ſuperbiam traherent fuiſſe, à uulgi moribus non abhorret, docti autem glorioſæ fiduciæ adſcribunt. Scipio ille uir maximus, qui famoſum primus agnomen ex Aphrica reportauit, capitalem cauſam dicturus. Primo quidem die, ſine ulla criminum mentione, ut ait Liuius, orationẽ adeò magnificam de rebus à ſe geſtis eſt orſus, ut ſatis conſtaret neminem unquam neq; melius neque uerius laudatum eſſe. quid ergo? nunquid in proprio ore laus ſordebat? Audiebantur, inquit, ab eodem animo ingenioq; quo geſta erant, & aurium faſtidium aberat, quia pro periculo, non in gloriam referebantur. ſecundo autem dicendæ cauſæ die, dum artius urgeretur, non modo ſordidam & obſoletam ueſtem reorum more non induit. aut ſubmiſſè iudicum miſericordiam implorauit, ſed cum fortè reuolutis annis dies eſſet, quo ipſe bello Punico ſecundo periculoſiſsimo omnium atq; grauiſsimo ſupremam manum impoſuerat, uirtutis ac fœlicitatis propriæ recordatus, & ob hoc conſcientiæ fiducia euectus, uictricem capiti lauream impoſuit, teſtatusq; eo die, litibus ac iurgijs abſtinendum, propter diei illius anniuerſarium honorem, quo ipſe olim cum Hannibale & Carthaginenſibus benè ac fœliciter decertaſſet, agendaſq; potius Deis gratias, precandosq; ut P.R. ſemper ſui ſimiles duces darent, deſertis in curia accuſatoribus atque iudicibus, fauente ac proſequente uniuerſo populo, Capitolium & deorum templa triumphantis in morem circumiuit, non minus glorioſus ciuium, quàm fuerat hoſtium triumphator. rem notiſsimam narro, tuis licet ab auctoribus non tractatam, nec cuiquam dubium eſſe poteſt, quin inaniter effuſa laudatio turpiter ſonuiſſet, niſi eam natura rerum, & quædam quaſi uiri neceſſitas extorſiſſet. Si Leonem latrantibus excitaturum dixi. ſi me omnia præter uirtutem & bonam famam ſolere contemnere, arroganter tibi uideor locutus, falleris ut in multis, neque enim inſolenter me locutum noueris, ſed fidenter, ut teipſum uel graui rugitu, expergefactus agnoſceres. quid enim putas, aut quid ais? non'ne iam, reor, erubeſceres, niſi ruborem tuus ille lætheus & immedicabilis pallor excluderet? nonne iã tacitus ſaltẽ, ac pallidus recognoſcere incipis. q; dixiſſe tibi uerũ uideor inſolẽter, quantũ inter ingeniũ & ingeniũ, quãtũ inter calamũ & calamum interſit? Profectò autẽ ille, quem mihi aſſumpſiſſe uideor uirtutis amor ac laudis, non ocioſæ iactantiæ eſt, ſed eò pertinet, ut ſcias me ab ea quam mihi obiectabas adulatoris infamia remotum, cum ceſſet illa cupiditas, quæ tuam & multorum linguas docuit adulari. Sed hæc turpiter, quamuis uerè proprio ex ore ſonuerunt, iam reſponſum habes. Tunc id uerè diceres, quando nulla iuſta cauſa, ſed inanis tantùm gloriæ ſtudio dicerentur. Nunc non magis pro mei nominis, quàm pro ipſius defenſione ueri dicta ferre debebis æquanimiter, & tibi parcere, quod in me arguis. Cato ultime, grauiſsime morum cẽſor. adde quod ego nõ mihi ſcientiam aut gloriam eſſe, ſed earũ cupiditatem, neque me uirtutem aut bonam famam habere dixi, ſed optare, uel quod minus eſt, non ſpernere, quid hic, oro, tàm ſuperbum notas, niſi quia tibi res inſueta eſt, aliquid præter pecunias optari uel amari? accingere quicquid potes calumniæ, præter deſiderium & affectum boni nihil mihi tribuo, quibus qui caret, ſibi & alijs inutilis uiuit, ſi tamen dicendus eſt uiuere, qui optimarum ſenſu rerum eget, peſſimarũ paſsionibus abũdat. Accedit quod & hæc, & ſiquid in me laudabile, aut ſi quid penitùs boni eſt, quamuis id tibi dolituræ inuide, in oculos ingeſſerim ut doleres, teſte tamen conſcientia, non inde me, ſed auctorem omnis boni Deum laudo, neque in meipſo glorior, ſed in illo ad quem omnia refero, præter, defectus errorésque meos, quos mihi imputo, ſcit ipſe me uerum loqui. Ecce in Pſalmo C. XLIIII. ait Auguſtinus, Inuentum eſt quomodo & me laudare poſsim, & arrogans non ſim. Verum ut de Poëtis, quibus ut canis ad lunam latras, aliquid immiſceam, apud Virgilium Aeneas de ſe interrogatus, inter cætera quid ait.

Sum pius Aeneas. fama ſuper æthera notus.

Idem apud Homerum reſpondiſſe nouimus Vlyxem. ad hoc reſponſum meum: tu atque alij, qui nihil de nobis loqui uerum, ſimul atque magnificum poteſtis, uel ſuperbè dictũ ab Aenea, uel turpiter fictum à Virgilio clamaretis: ſed doctiores excuſant, quia ſcilicet ut ignorantem alloquens, laude propria pro iudicio ſit uſus, & fuerit ea ſibi neceſſitas non uoluntas.

ſũtas. quid ais? Nõ'ne ego etiã ignorãtiſſe, ignorãti me, ignorãti omnia? equidẽ ſi uel te, uel
me, uel aliquid boni noſſes, nunquam me nil tibi dicentem aut dicere cogitantem, nul-
lam tui notitiam habentem, aut habere cupientem, tàm importunis (ut repetam quod te
premit) latratibus excitaſſes. cuius te hodie puto pœniteat, ſed pudor animi retrahere pe-
dem uetat. anxius itaq; ridiculusq; luctator, alienam quod mihi forſitan credis incognitam
in tuis reſponſiunculis opem quæris, piget hinc percepiſſe, pudet inde deſinere. ita tergi-
uerſaris, incertius hæres atque ut eſt in antiquo prouerbio: Auribus lupum tenes. Vnũ
hoc loco præterire noluerim, quod inter ſuperbias meas ponis, indignum te mihi uiſum,
qui meis opuſculis ſcribereris. uide autem, quæſo, ne inter tuas potius numerandum ſit, ſi ti
bi contrarium uideatur. ſcripſi aliqua nec deſino, haud unquam deſinam; dum hic digi-
tus calamum feret, ſed omiſſis alijs ne me rurſum, de meipſo magnificè loqui dicas; ſcribo
de uiris illuſtribus, quale non auſim dicere, iudicent qui legent, de quantitate pronuncio,
haud dubie magnum opus multarumque uigiliarum, etſi non ab auctore; certe à ſubiecta
materia nominandum, nihil ibi de Medicis, nec de Poëtis quidem aut Philoſophis agitur,
ſed de his tantùm qui bellicis uirtutibus. aut magrio Reip. ſtudio floruerunt, & præclarã re
rum geſtarum gloriã conſecuti ſunt. illic ſi tibi debitũ locũ putas, dic ubi uis inſeri. parebi-
tur, ſed uerendum eſt, ne quos ex omnibus ſeculis illuſtres, quantum hac ingenij pauper-
tate licuit in unum contraxi, aduentu tuo diffugiant, teq; ibi ſolo remanent, mutandus li-
bri titulus, neq; de uiris illuſtrib. ſed de inſigni fatuo inſcribẽdũ ſit. Si audire me uelles, petẽ-
dũ potiùs ab Apuleio Madaurẽſi, ut in libro philoſophãtis aſini locum habeas, uel orãdus
Plautus, ut alicubi, in Amphitryone te collocet, ubi ſyllogiſmos tuos explicãs, probes By-
riã nihil eſſe, magnoq; animo cõtẽnas, quod in meis locus tibi deſit opuſculis, cũ & alibi ap
tius eſſe poſſis, & ego nullum in tuis operibus locum quærã. Illud quoque locus hic exi
git; quàm certè ſit tutum, de ueritate tecum colloqui; quãq; tranquillum uide, ſtantibus e-
nim ſcriptis obſtrepere, & inſidiari non pudet, quid faceres inter uerba uolantia? quid eſt
autem quod inter multa dixiſti, Me ſenectutem deteſtari? nihil hoc falſo falſius. nemo me
reuerentior ſenectutis, nemo qui ætatis illam partem pluris faciat, qui eam æquiori animo
complectatur, ſi iam adeſt, ſi appropinquat, expectet. ſed ita demum apud me uenerabi-
lis eſt ſenectus, ſi ab honeſtis progreſſa primordijs, glorioſum habet aliquid præter rugas.
In libro Sapientiæ, ſi qua tibi talium cura eſſet, hanc ſententiam inueniſſes. Senectus, in-
quit, uenerabilis eſt: tecum ſentiebat, niſi addidiſſet. non diuturna neque numero annorum
computata, ecce iam diſſentire incipit. quid ergo? Cani ſunt, inquit, ſenſus hominis, &
ætas ſenectutis uita immaculata. Cato ille ſenex famoſiſsimus, qui ætatis huius apud Tul-
lium patronus ac laudator inducitur, dum ſenectutem operoſam ſemperq; aliquid agen-
tẽ dixiſſet. addidit, Tale ſcilicet, quale cuiuſq; ſtudiũ in ſuperiori uita fuit, & iterũ: In omni
oratione, inquit, mementote me eam ſenectutem laudare, quæ fundamentis adoleſcentiæ
conſtituta ſit. ſi hunc Philoſophe reprehendis, me reprehende, ſecum enim ſentio, nec cõ
trarium dixi prorſus, mutare ſcripta mea non potes, quippè nec ego ipſe qui cõdidi, poſtea
quàm in publicum exierunt, mei iuris eſſe deſierunt. quid igitur dixi? Delirare ſæpius ſo-
lent ſenes. hinc calumniæ radix, ſed procede noli ſubſiſtere, lege quod ſequitur: Non
quidem omnes, ſed quorum iuuenilis ætas, uilibus curis obſcœno artificio acta eſt. Id for
te uerbo, tu uerum negas, facta autem probas eſſe uerisſimum. itaque Deum teſtor; me
nil aliud, quàm te unum dum id ſcriberem cogitaſſe, qualis enim ſenex eſſe poterit, qui
mentiendo, blandiendo, fallendoq; conſenuit? ſtultorum ſenium ingens copia eſt. ſcis qua
re? quia ſapientum iuuenum immenſa penuria, qui autem inter uitia ſenuerunt, quò ad me-
tam propius accedunt, eò magis inſaniunt. Hos ego ſæpius delirantes dixi, nec mirum, ſi
ex his in quibus uſque in finem uiuitur, ſenectus ultima uitæ pars plus impresſionis accipit
quàm reliquæ, & ſi denſiores in unum ſordes ſuo more deſcendunt. propter eandem cau-
ſam, qui in uirtute per omnem uitam delectati ſunt, in ſenectute mirabiles retroacti tem-
poris fructus legunt. & tum maxime fœlices ſunt, dum eſſe deſinunt, ut incipiant eſſe pe-
renniter. hos autem conſtat eſſe rariſsimos, horumq; eſt illa quam dicis uenerabilem ſene-

ctutem. Reliqui uerò qui medium locum tenent, ut plus minus ue in hanc aut in illam partem inclinati uixerunt, ſic in ſenectute meliores aut peiores fiunt. itaque mille uarietates et morum infinita diſtantia, nec ſenum modo, ſed iuuenum, quorum omnium naturas benè, niſi fallor, & Ariſtoteles in Rhetoricis, & in arte Poëtica deſcripſit Horatius. Hæc mihi nunc ſenum diſtinctio probatur, quæ ſi tibi non placet, ſcribe aliam ſumme Philoſophorum, quam in marmoribus indicamus. Certè ut ad ſtultos ſenes redeam, nunquam tu prima ætate, quanquam ſemper temeritate notabilis fueris, auſus fuiſſes, garrire iſta tàm ſtolidè, & ſi in animo habuiſſes, ſolet enim adoleſcētiæ familiaris eſſe iracundia. crede igitur mihi, nil ſtulto turpiq́ ſene moleſtius, cui & ſtultitia puerilis ſupeſt, & ſemel acceſſiſſe uidetur auctoritas. Sed ego iam hinc ordinem tuum amplius nō ſequar quippè qui nullo modo mihi uideor ordinatius dicturus, quam ſi longiſsimè diſceſſerim ab ordine libri illius, quem mihi ſerio ut aſſeris remiſiſti, ut apertè conijcerem, qualis tibi repentinus ac tumultuarius ſtylus eſſet, ſi lucubratus ac ſerius talis eſt. Peſsimum quidem in primis hominum genus, ſummoq́ ſtudio declinandum, quibus eſt ſtultitiæ mixta caliditas. Qui uerò huiuſcemodi cū aduerſario mihi negocium ſciebam, ſatis ut puto, ne quàm tibi iuſtā mordendi materiam loquendo tribuerem circumſpexi. crebro igitur dixi, non me Medicinæ detrahere, ſed tibi loquor impropriè, nihilo detrahi nihil poteſt, ſed intelligitur quid uelim, proteſtationem humilem ac ueram, ſuperbè, mendax reijcis. credo non aliam ob cauſam, niſi ut indignitate ipſa exacuas, & irrites ad dicendum, quod dixiſſe nolim, nunq̄ tamen efficies, ut odio turpium pulcherrima contemnem, qui contra Medicinam ipſam, mihi feceris chariorem, quod tu eā dehoneſtas ac polluis. Scio ut dixi nō inutile artificiū auxilioq́ caduci corporis inuentū, quid hoc prohibet, illudq́ ſimul uerū eſſe, te cū tuis falſo illam uiolare cognomine? ſophiſta ridicule, æquitatis argutor, æquū laudas, extra propoſitū uerſaris. ſed nullum excipio, immò aliquos. Et quos inquies? Ad tribunal prætoris urbani res agatur, quis me ad hoc coget reſpōdere ſi nolim? Nō eſt nunc alijs gratificādi locus tecum mihi res eſt, noui mores tuos, q̄s ſi tu æq́ noſſes, odio tibi eſſes, ſi ſcribam q̄ ſentio compatriotis aut amicis meis me blanditū dices, nihil eſt enim, quod nō ſimile ſibi fingat uilis ac uenalis animus, qualē ſe nouit, tales alios opinatur, qua nulla inter homines cæcitas maior, mēſura ueſtra fatui cūcta metimini, nec gigantem manus ædificas, nec formica cogitat Elephantem. Aliquot ni fallor Medicos ueros noui, & ingenio & ea quæ in omniū artiū arte ponenda eſt, diſcretione pollentes, quibus ut arbitror, eo moleſtior es, quo te præſſius intuentur, & profeſsionem ſuā, tua non ambigūt ignorātia deformari. eſto aūt, nullos norim Medicos, nullos exceperim, quid uetat eſſe aliquos ignotos mihi, præſertim ſtudijs longè alijs uacanti, & ſanitatem corporis debenti, non Medicis, ſed naturæ? utcunq́ res ſe habeat, nihil ego aut aduerſus Medicinam aut aduerſus miniſtrū eius locutus inueniar, licet ut ſoleo, cuius libet artificij corruptores, lingua forſan liberiore percuſſerim. quorum in turba te latentem & incognitum uulneraui. parce oro Philoſophe, non te, ſed ignorātiam perſequebar, eamquè non omnem, calcanda eſt enim ignorantia ſuperborum, humilium ſubleuanda. ſi in hac inſectatione publica, ſingulariter es læſus, ueniam merui, quia ignorans feci. gaudes nunc ſuperbè, quaſi affuſus ſupplicem, rideo potiùs ineptias tuas. Ignorantium infamiam ad te trahis, cum tibi doctiſsimus uidearis, immò uerò ignorantiæ tibi conſcius, ex me quicquid ignorantibus obijcitur, tibi merito dictum putas, & quod diſsimulando fieri poterat alienum, impacientia tuum facis. Quid uero ſi paucos Medicos? quid ſi paucißimos dicam? non hoc ad artis infamiam, ſed ad gloriam ſpectat? Non'ne debuerat generoſus animus difficultate non territus, ſed accenſus, ad ipſum nomen glorioſæ paucitatis aſſurgere, ſequè in partem raræ laudis accitum credere? ſed certè, id nō omnibus datū eſt, & paucisſimorū prorſus ingeniorū ea raritas eſt amica, quāobrem, ubi nobilis exultaſſet ſpiritus, plebeius ingemuit. cur q̄ſo? an & hic fallor? an mētior? Profectò nō ſolū hodie, ſed ſemp raros ingenioſos, rariſsimos ſapiētes fuiſſe, nemo dubitet, niſi qui nunq̄ oculos, uel in ætatem ſuā intēderit, uel ad antiquā reflexerit. Stulte, nolo q̄ ſis excidat, ſtulte, inquam,

inquam, & inſanè uix ulla unquam ætas uel ingeniorum uel uirtutum fuit egẽtior, quàm noſtra, ſiue id culpis hominum accidit, ſiue fato, ſi tamẽ eo nomine uti licet, & non rectius Dei uoluntas ſeu prouidentia dici debet in ſermone Catholico, ſiue deniq; quod tu fabulam putas, mundus iam ſeneſcens & ad extremum uergens, more ſeneſcẽtis hominis piger ac frigidus, in ſua operatione lenteſcit, & tamen hac ipſa ætate, nulla ingeniorum penuria præſtabit, ut tuo ingenio locus fiat, fruſtrà te contentionibus implicas, fruſtra te ingeris duello non tuo, quaſi aut ego (quod nunquam cogitaui) Medicinam uerbis aggrediar, aut ipſa nõ à quolibet opprimi malit, q̃ à te defendi, q eã & exercẽdo uiolas, & opprimis defendẽdo. incaſſũ ergo niteris, nullus uſq̃ famæ tuæ locus eſt, nemo te clamorib. tuis noſcet, niſi quos eluſos uerbis inanibus aut peregrinis medicaminib. infectos, tui memores in perpetuũ effeciſti. Duo hic, anteq̃ ad maiores illæ tuæ criminationis inſultus ueniã, leniter exuſflãda ſunt, q̃ dixiſſe me fingis, an ſomnias. Nõnũq; cõtra uerũ Medicos certare, eosq; non ſemper curare. utrumq; enim magnis ſudoribus excuſas. ſed ubi precor id dixi? excute epiſtolam meam, quod puto propter ueritatis odium grauiter facis, certè ego illam relegens, horũ nihil inuenio, & de Medicis quidem aliàs: de te mihi nunc ſermo eſt, hoſtis Hippocratis, peſtis ægrotorũ, dedecus Medicorum, de te mihi nunc ſermo eſt. Dico igitur ſi non dixi, non te contra ueritatem, interdũ de induſtria uel iocandi experiendiq; ſtudio certare, in quo ſtultiſsimè gloriaris, ſed ſola ſemper ingenij cæcitate, neq; te interdum non curare, quod cupidè profers, quaſi clypeum inſcitiæ peſtilẽtis, ſed paſsim ſanos in morbum, ægros in mortem agere. hoc dico, ad hoc mihi reſpondeas uelim, hoc Rhetoricæ ſeruæ tuæ patrocinio excuſes. ſi enim negas, contentione dimiſſa, populũ teſtem uoco. nota quippè negantibus, ut ueritas ingerenda, ſic ſubtrahẽda eſt uerboſæ altercationis occaſio. Scio quid nunc cogitas, populus infœlix & conſilij ſemper inops, fruſtra tot malis admonitus, ad te redit. quem igitur ignorantiæ tuæ in teſtimonium adduco? nempè non alium, neque ſententiam muto, utrunque uerum eſt, inſcitiam tuam populus nouit expertus, idem à te poſcit auxilium. gaude ſtulte, inſolens Medicus, iam non Medicus tantum, ſed Deo ſimiſimus euaſiſti: de quo ſcriptum eſt in Pſalmo: Cum occideret eos quærebãt eũ. ille quidem ſuſcitare poterat, & tu potes ut dicis. quid enim ſonat aliud, quod inter inanes ridiculaſque iactantias effudiſti? Veſtra ſæpe opera, homines uelut à mortuis ſuſcitatos, quantũ abſuit quin te deum faceres? ſed expecta, ego te ante huius ludi finem, in concilio deorum ponã, & diuinitate tua dignum ſi potero nomen inueniam, nunc propoſitum ſequor. Impunè occidis, ergo cũ ſuſcites? ſed omiſſis prophanis & fine carẽtib. nugis tuis, cur hoc populus faciat, ſi me roges, facit hoc prudenter ut reliqua, ſapientis eſt uerbum. Stultorum infinitus eſt numerus. eorum uerò quæ à talibus fiunt, fruſtrà ratio inquiritur, ſi penitùs cauſam petis? illa uerè eſt, quam affert amicus Medicorum Plinius, quem tu ſpernis ignotum, & quam ego olim poſui in epiſtola illa ad Clementẽ Papã, unde tota iſta lis orĩ. In hac enim, ait ſola artium euenire, ut unicuiq; ſe Medicum profitenti, ſtatim credatur, cum ſit periculũ in nullo mendacio maius. mox ex perſona populi loquens. Non tamen, inquit, illud intuemur, adeò blãda eſt, ſperãdi pro ſe cuiq; dulcedo. hæc eſt cauſa, quæ te populo, quẽ interimis fortè cõmendat, notiſsimosq; defectus tuos cogit, interim obliuiſci, dum ab ardenter optantibus incõſultèq; ſperãtib. ſalus queritur. ubi mors eſt, tãta eſt ſpei humanæ pertinacia, ſic inanimis miſerorum regnat obliuio, quã fretus multos ante diẽ in tartara præmiſiſti, qui ſi redeã, illi maturã de te potuerint, ferre ſententiam. ſed inde quidem tutus es, irremeabilis eſt regio, nolo tamẽ ſperes latere ſuperſtites, notus es publicè, & puto doctos fruſtrà temptabis, cæterorum ſtrages minime flenda eſt. quod ſi fortè doctos aliquot turbæ miſcueris, & idcircò dicas illos à mortuis ſuſcitatos, quoniã (ut ait Cicero) hæc noſtra quæ dicitur Vita mors eſt. & quia huius uitæ finis, melioris, uitæ principium eſt bonis, planè uerus eſto, me plaudẽte Philoſophus. ſed abſit, ut tale aliquid cogitare ualeas aut loqui, illud itaq; uerius. Omnes qui euadunt tribuis tibi, omnes qui pereunt naturæ, ut ſemper habeas unde glorieris & gaudeas miſeris autem tuis, nunquã deſinis unde triſtentur & lugeant. Quid

nunc dicam ad reliqua? Multas tremulas ſententias, in me uibras, multa leuium uerborum tela contorques. quis non metuat cum tanto hoſte concurrere? nihil, ſcio, niſi uerborum tuorum fœtores metuo. ſi tibi impropriè locutus uideor, quod uerborũ dixerim fœtores, Cæſari parces Auguſto, quem ſic loqui ſolitũ ſcimus, Dicis in primis me carere Logica: Non credo mihi Rhetoricam aut Grammaticam interdicas, quæ Logicæ nomine cõtinetur, quamuis & id iure tuo poſſes. O ſummũ totius ſpecimen barbariſmi, ſed eam ſolam in qua te longè præcellere ſyllogiſmi tui oſtẽdũt, mihi ſubtrahis Dialecticam quã Logicam uocas, en crimen, ô iudices, quod ſi fateri libeat, poſſim illuſtres Philoſophos proferre hãc ipſam qua carere arguor Dialecticam irridentes, eademq; poſſim apud Ciceronem oſtẽdere, clariſsimam Philoſophorum ſectam ueteres Peripateticos, caruiſſe. Sed ô ſtulte, nõ hac careo, uerũ ſcio, quid ei, quid cæteris liberalibus artibus dandũ ſit. didici à Philoſophis, nullam earum ualdè ſuſpicere. equidem ut eas didiciſſe laudabile, ſic in eiſdẽ ſeneſcere puerile eſt. Via nempe ſunt, non terminus, niſi errantibus ac uagis, quibus nullus eſt uitæ portus. tibi nobiliorẽ terminum non habenti, terminus eſt quicquid occurit, in ſummo te fœlicitatis gradu ſitum reris quotiens unum fortè fragilẽ ſyllogiſmum, & nihil ex nihilo cõcludentẽ, multa cerebri uertigine tota inſomni nocte texueris. tunc in corde tuo dicis inſipiẽs. Nõ eſt Deus, neq; eſt altius aſpirandum. quid enim ſcimus? Plato & Ariſtoteles magni uiri, mundum faciunt æternum, Democritus innumerabiles mũdos facit, Epicurus Deum nullum & mortalem animam, hanc Pythagoras in gyrum ducit, ſunt qui eam contrahant ad ſuum corpus, ſunt qui eam ſpargãt in corporib. animantiũ, ſunt qui cœlo reddãt, ſunt qui circa terras exulare cogant, ſunt qui inferos aſſerant, ſunt qui negent, ſunt qui unam quamque per ſe, ſunt qui ſimul omnes animas creatas putent. Fuit & qui mirabilius quiddam dicere auderet, ſiquidem unitatem intellectus attulit dux ueſter Auerrois, hæc tecum dicis ſi tamen noſti hæc, & addis: Quis inter iſta diſcernat. quid mihi autem (neſcio quis Chriſtus) cominatur, quem ipſe Auerrois diffamauit impunè, quod nemo unquam Poëtarum fecit. quid aũt tanto uiro Catholici ſimplices reſpõdebunt? qui ſi ad contentionẽ uentum fuerit ſyllogiſmorum cumulis obruentur. ecce ego qui nudiuſtertius nihil eram, iam magnus eſſe incipio, iam ſyllogiſmos facio, iam Dialectica mea eſt, ad quid aliud natus erã, habeo quod petebam, iã diſputãre non uereor colocutoremq; meũ ſi libet aſinũ probo, Crede autem mihi multò facilius teipſum, inter hæc ergo male nate homuncio ſenuiſti, nec pudet uiuere, nihil in uita aliud agentem. Diſcite miſeri non ſpernere Chriſtũ, ſæpè ille nobis quis eſſet, & quid poſſet oſtendit. ô infœlix uilem tibi metã Dialecticam ſtatuiſti, ad quam tamen, mira iurgatoris inſania, cum nunquam propinquaueris, perueniſſe te putas ſed perueneris, ſed à tergo liqueris Chryſippũ, quid inde tibi niſi miſerum pudẽdumq;? quid enim ſtultitia peius, & quæ ſtultitia maior quam totos dies inter puerilia uolutari ſenem, dumq; ſero domum redeas, nihil ſcire, atq; has ineptias non ante demittere quàm tibi concluſiunculas meditanti, raptim mors improuiſa concluſerit? Illam certè præmeditari, contra illam armari, & illius contemptum ac patientiam componi, illi ſi res exigat occurrẽre, & pro æterna uita, pro fœlicitate, pro gloria breuem hanc miſeramq; uitã alto animo paciſci, ea demum uera Philoſophia eſt, quam quidam nihil aliud quã cogitationem mortis eſſe dixerunt. quæ Philoſophiæ deſcriptio, quãuis à paganis inuenta Chriſtianorum, tamen eſt propria, quibus & huius uitæ contemptus, & ſpes æternæ, & diſſolutionis deſiderium eſſe debet. Quæſi tu, qui te tumido uocas ore Philoſophum, uel ſemel in ætate tàm lõga, ſenex delirantiſsimè cogitaſſes, nunquam aut te Philoſophũ dicere auſus eſſes, aut ibi greſſum uitæ figeres ubi nunc figis, aut artificium tuũ q; uerbis attollis rebus opprimens, tàm parua teipſum pecunia turpiter uẽditares. Philoſophi enim, ſi neſcis, pecunias ſpernũt Philoſophiã uenalẽ facere nõ potes, quis enim uẽdit quod nõ habet? Si tu eam haberes, nõ tu illam ideò uenalem faceres, ſed illa te uenalem eſſe non ſineret, nunc nec ipſa te honeſtat, nec tu eam, ſed nomen eius turpi auaritia dehoneſtas. Audis nec ſophiſta uentoſe, parce quæſo Logicæ nobilis, parce ſi te ſophiſtam uoco, res ipſa me cogit. ubi enim res, uideo, uerbis contrarijs fidem non habeo. Cornutum mihi enthymema producito, ad

cito, ad

tito, admoue ad aculeum, cogere poteris fortaſsis ut fatear, ut aſſentiar nunquam coges, quod ego te Philoſophum credam, cum mercenariũ mechanicũ ſciam. repeto libẽter hoc nomen, quia noui, quod nullo magis ureris cõuitio, non caſu, ſed ſciens ſæpè te mechanicum uoco, & quo grauius doleas non primũ, percontare qui mechanica literis mandauerunt, ab illis digito tibi mõſtrabit̃ locus tuus, tu tamen reſpuis, & Philoſophus uis uideri, q̃d ut aſſequaris (ludus riſu Comico proſequẽdus) nõ ſemel methodi uocabulo uſus es. ô callidum ingeniũ, adoptatũ cõpendio perueniſti, iam Philoſophũ te alij fortè dicent, ego aũt non, ſi ſingulas lineas methodis multis infarcias. Philoſophũ te putabo, ineſt equidem (fateor) ſæpè etiam ſtultorum animis gloriæ quædam præceps & inconſulta cupiditas, hanc tibi detrahere non poſſum, eſt enim uoluntas indomita præcipueq́ dementium. Id ſcito certiſsimè, nec eſſe te Philoſophum nec uideri, proinde omnium ſophiſmatum & totius logicæ auxilium implora, mihi prius upupã quã Philoſophũ te probabis. Miraris indocte, & quid mihi, inquis, atq; upupæ ſimile eſt? nil profectò ſimilius. uolucris galeata eſt, cristatiq; uerticis, & quæ pueris aliqd uideat̃, re aũt uera impuriſsima eſt auis uictusq; fœdiſſimi. nolo aliquid obſcœnũ loqui, nõ quidẽ propter te, qui nõ horres earũ rerũ mẽtionem, quarũ odorib. delectaris, ſed propter eos qui legent iſta uel audient. ſciſcitare aliquem, qui naturas rerum nouerit, dicet tibi auis illius cibos, inde te moreſq; tuos inſpice, teq́ ipſum noli fallere (nulla enim pernitioſior, nulla capitalior fraus eſt, quàm quæ propriũ fallit auctorem) uidebis te eiſdem quib. illam reb. ali. oro iam upupa, noli philoſophari, citius philoſophabitur aſellus, certè præclarus Platonicus Apuleius, cuius ſupra memini, qui accepto ueneno, aſinum factum ſe (ut ait Auguſtinus) aut iudicauit aut finxit, in eo ſtatu philoſophatum ſe iocando cõmemorat, philoſophantem upupã nulla habet hiſtoria, Eia upupa, fac quod ſoles, rimare tumulos, cætera ſi(')eo, Philoſophiam linque Philoſophis. putabas te Philoſophũ, fallebaris. Philoſophus (quod ipſum nomẽ oſtendit) ſapiẽtiæ amator, tu pecuniæ ſeruus es. ſentis Logicè quã ſint iſta cõtraria, ſine magno apparatu concluſum arbitror, eſſe te aliud quàm putabas. Quid autem in ſomnijs philoſophando non audeas, qui colorem Medici negando, præſtringere oculos uel excuſando rationẽ hebetare non ſis ueritus? in primis pallorem negas, ita nec oculi nobis ſunt nec ſpeculum tibi. deinde ſi pallor ſit, illum Reip. imputas, nec excuſaſſe contentus gloriari incipis, quaſi philoſophicũ ſit pallere. quàm dulce Deus bonè uerũ Philoſophiæ nomen eſt doctis, cum falſum tibi tàm dulce ſit, ut inter multa ludicra te philoſophicè coloratum dicas? certè pallorẽ amantibus, magiſter amorum tribuit. unde eſt illud:

Palleat omnis amans color hic eſt aptus amanti.

Et illud alterius:

Tinctus uiola pallor amantium.

Sed ueſter longè alius pallor, & ut ſtatim audies aliunde prouueniens, hunc pallorẽ nõ ego, non unus aliquis ſcriptorũ ueterum, ſed res ipſa uobis tribuit, & opinio omnium mortalium, & cõmune prouerbium. hunc tu negare uis, & quia non potes, ad philoſophos transfers, quaſi conſorte uitiũ leuaturus. At qui philoſophorũ principes, utriuſq; linguæ præclara facie fuiſſe uulgatũ eſt, nõ tamen hæc magnifacio, ſed quæcunq; fuerit philoſophorũ facies, tu ne te rurſum ingeris impudẽtiſsimè hominũ, tu ne mihi totiens philoſophorũ cœtibus excludendus occurris. Reſpõdebo igitur rurſum tibi, quod cuidã tui generis reſpõdit facundiſsimus quidam uir. Barbã, inquit, ac palliũ addã, ego ſi libet, & ægritudinem & pallorem uideo, Philoſophũ nõ uideo. Elegas planè reſpõſio. quid enim ad Philoſophiã habitus corporis aut color? habitus colorq́ (ut ita dixerim) animi requiritur. tu de Philoſopho præter opinionẽ tuã propriam ac ridiculã nihil habes, non famã certè, nõ aſpectũ quamuis palleas, nõ inceſſum. ille fatuũ potius quàm Philoſophũ repræſentat, malè tutus eſſes inter canes, ſi tàm benè lepus aut ceruus quã fatuus uidereris. Poſtremò eorũ q̃ certius ꝓbant Philoſophũ, nil habes, nõ uitã, nõ animũ, non mores, non ingenium, nõ linguã. Vides quã nullo modò ſim paſſurus, ut nomen Philoſophi uſurpando commaculas. Perſuaſiſti autem tibi ut intelligo, prorſus te eſſe magnũ aliquid. Benè eſt, ſatis eſt tibi quidẽ ut gaudeas,

nobis ut rideamus: ſin etiam ut credamus uis efficere, facto eſt opus, philoſophiæ pars nobilior in rebus eſt, quando te contemptorem rerum caducarũ uidero, cultoremq; uirtutum, ſtudioſum ueræ laudis, pecuniæ negligentem, inhiantẽ cœleſtibus, à latrinis diuinum exulantem, tunc credere potero, quicquid uoles. Porrò enim ut Platonem ſequens ait Auguſtinus: Si ſapientia Deus eſt, per quẽ facta ſunt omnia (ſicut diuina auctoritas ueritasq; monſtrauit) uerus Philoſophus eſt amator Dei. tu igitur amens uage, intra cubiculum tuum redi, ibi Philoſophum illum quære, quem tàm temerariè profiteris, nuſquã inuenies. uerũ iſta cœleſtis & tibi hactenus inaudita philoſophia eſt. Agamus itaq; iuxta uetus prouerbium, pingui Minerua, ſic enim pingue tuum poſcit ingenium. Si cõmunia illa terrenæ philoſophiæ, aut ſi quid eorum præſtiteris, dignus eſto, qui iuxta Platonem ſedeas, Ariſtotelem doceas, Socratẽ celebres, cum Xenophonte contendas. Nunc uerò inops omnium quæ Philoſophum faciunt. qua fronte philoſophicum nomen tibi, ſiue (ut cepto hæream) uenerandum nocturnisq; contractũ chartis, philoſophici oris arrogas pallorem, tuus nempè diurnis peluibus contractus & marcidus pallor eſt, quem ſi tibi, uel amicitiæ affectus, uel pauperum miſeratio, uel quàm tu fingis Reip. charitas aſperſiſſet, poſſes nõ modò non infamis ſed glorioſus etiam uideri. Nunc modici fames auri, per omnes cloacas miſerum trahit, & talem facit, ut teipſum ſi uideres horrere merito poſsis ac fugere. noli ergo Reip. ſed cupiditatibus tuis aſcribere, quod talis es, neq; ſtudium infamare, ſed uitam tuam. Proculdubiò enim acutiſsimæ Philoſophiæ, ueram rei cauſam, in aperto poſitam nõ uidiſti, & uis uidere quid in imo uiſcerum ac fibrarũ lateat, quod eſt antè oculos non uides. Oſtendam tibi ego, qui non ſum Medicus, & logica careo, palloris tui cauſam, quàm ueram eſſe ſenties uel inuitus. is per loca atra, liuida, fœtida, pallida, undantes pelues rimaris, ægrotãtium urinas aſpicis, aurum cogitas. quid igitur miri eſt, ſi tot circum pallidis, atris ac croceis, ipſe quoq; ſis pallidus, ater, ac croceus? Et ſi grex ille quondam prouidẽtiſsimi Patriarchæ colorem traxit, obiectu uirgarum uariarum, quid noui accidit, ſi tu quoq; expectas, ut ab auro dicam, immò uerò, ab obiectis. Multũ diſtuli, & libentius tacerem, ſed materia uerũ nomen exigit, quod ſi ſæpè in literis ſacris eſt, ſemel in his ſcriptum tolerabitur, ab obiectis, in quam, ſtercoribus & colorem & odorem traxeris & ſaporem.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. CONTRA MEDICUM QUENDAM, INVECTIVARUM

Lib. III.

AVt ego fallor Hippocrates & Ariſtoteles ſecũde, aut in hoc certamine, quod tecum conuitijs tuis cogentibus ſuſcepi, prima iam leuis armaturæ tuæ acies fuſa eſt. uenio nũc ad armatos & graues ſyllogiſmorũ cuneos, in quib. uelut inequitatu electo, totã uictoriæ ſpem reponis, ut hic quoque quid poſsis appareat. Vbi illud primũ occurrit, quod unum dementiæ tuæ ſufficiẽs argumentũ erat, quãdo digreſſus à Medicinæ laudibus, quæ ſunt multæ, niſi tu eas non tàm loquẽdo quàm rudendo minueres, ſubitò furore correptus, ſine ulla cauſa irruis in Poëtas, & more tuo nota atq; ignota permiſcens, iterũ cogis ut rideã. Antè omnia quidem poſſem calũniam tuam paucis uerbis eludere, poëtas impetis, quid ad me? poëtæ reſpondeant, uel quod eſt rectius contemnant. non enim aut tu tanti es, ut tibi ſit magnopere reſiſtendũ, aut poëſis auxilio meo egeat, aut ego me Poëtam facio. neq; enim me tali dignor honore, ut eſt apud Vergilium, & ſi tu me dicas, aut alij poëtam forte dicere uoluerint, nihil tamen omnino mihi tecum poëticæ rei eſt. Sed quoniam

hoc in

hoc in alijs meis ad te literis capere nequiuiſti, & ingenio fatigato nōnūquā diuerticula hu-
iuſmodi, & cum ſtultis quoq; colloquia grata ſunt, inſi ſtā nō moleſtè, audiāq; quicquid in-
eptire libuerit. Illud primū quæro, cū lingua illa temeraria & pigra & uiſcoſa & pharmacis
delibuta multa ructuaueris in poëtas, quaſi uerę fidei aduerſos uitandosq; fidelibus. & ab
Eccleſia Dei relegatas. Quid de Ambroſio, Auguſtino & Hieronymo, quid de Cypriano
Victorinoq; martyre, quid de Lactātio cæteriſq; Catholicis ſcriptorib. ſentias? apud quos
nullū penè manſurū opus ſine Poëtarū calce cōſtruitur, cū cōtra ferè nullus hæreticorum
Poëticū aliquid opuſculis ſuis inſeruerit, ſeu ignorātia, ſeu q̃d ibi ſuis erroribus conſonū ni
hil eſſet. Quāuis enim deorū nomina multa cōmemorent, q; temporū qualitatē, gentiliūq;
potius q̃ ſuū iuditiū ſecutos, feciſſe credendū eſt, quod ipſum & Philoſophi fecerūt, qui ut
in Rhetoricis legimus, Deos eſſe nō arbitrantur, tamē Poëtarū clariſsimi unū omnipoten
tem, omnia creantem, omnia regentē opificē rerū Deū in ſuis operib. ſunt cōfeſsi. Reſpon
debis aūt, neſcire te quid apud Catholicos agat, quippè qui Galieni θεραπευτικὰ tantū le-
gas, q̃ non legiſſe me dicis. ad quod illud Marij ducis eximij reſponſum accipe. Neq; lite-
ras Græcas, inquit, didici, parū placebat eas diſcere, quippè q̃ ad uirtutē doctorib. nihil pro
fuerant, certè ſi te tua illa θεραπευτικὰ uel meliorē uel doctiorē, uel ſaltē corpore ſaniorē eſ
feciſſet, dolerē me eas literas nō legiſſe, nūc dū te intus & extra cōtueor, multū uel iuditio
uel fortunæ meæ gratulor, per q̃ ab ea lectione remotus ſum, q̃ te talē fecit, ſi talis mihi futu
ra erat qualis eſt tibi. ſed ad Poëtas redeo. quæ ſit Poëticæ utilitas, & quis finis interrogas.
larga quidē, nec inamœna fortè, nec inutilis reſpōdendi materia, poterā ſi nō tibi, ſaltē uero
ſatisfacere, & pauca tibi nō ut intelligeres, ſed quia quæſieras uerba ꝓijcere, ſed non ſinis,
& more lymphatici feſtinās, quæſtionē ipſe tuā præcipitanter abſoluis, alijs quidē pluribus
& unctiorib. uerbis. Sed hac planè ſententia finē Poëticæ ſtatuens ualdè mirabilē, mulcen
do fallere. nō ſunt uates unguentarij, mulcere & fallere ueſtrū eſt, ſed his ſatis ſupra reſpō-
ſum puto. Quo deinde, quo Philoſophus noſter ruit, poëſim non neceſſariā probat, ſyl-
logiſmo terribili, pudet inſerere, nihil in meis literis uelim tàm friuolū inueniri. uerte eum,
tu qui multis hūc menſib. fabricatus es, probabitq; contrariū. Malo tamen nihil immutes,
perficiaſq; q; intendis, hoc uolo, hinc tecū ſentio, ipſi ꝓ tecū ſentiunt Poëtæ quid enim ali
ud uult Flaccus in arte Poëtica, clariſsimis quidē uerbis, ſed quæ tibi barbarica uideantur,
ideoq; illa nō inſerui. Cæterū ut in re ipſa tecū ſentio, ſic in cauſis effectibuſq; diſſentio, nec
ſolus ego, ſed ueritas, neq; enim propter cauſam, q̃ tu putas, non neceſſaria poëſis eſt, neq;
ex eo, q̃d nō neceſſariā fatemur, ſeqtur q; tu putas. Locus reqirere uidet, ut repetam eam,
quæ mihi antè multos annos fuit, cū quodā dialectico ſanè, Siculo ſimilē q̃ſtionē grauiſsi-
mè quidē, ſed tamen aliquantò tolerabilius delirante. Ille enim ſtyli conſcius ſcribere non
audebat, tu ad omnē ſtultitiā promptus ac præceps, auderes ipſum uerbis inuadere Cicero
nem, aut ipſum ſcriptis lacerare Demoſthenē, modò aliquid uideri poſſes, quāuis imperia
tēptare certamina ꝑruptæ temeritatis homullule nō timeres. Abſtinebat ille igitur ſcriptis,
hoc ſaltem uerecūdiæ inerat, multa tamen ad unius amici mei aurē quotidie murmurabat,
quæ ad me uſq; huc, ipſius amici calamo proferebantur, inter multa quidē hoc erat, quod
ex te nūc audio. Minime neceſſariā poëſim, q; cū nemo præſentiū negaſſet cōcluſit ille, en-
thymemate claudicante & rauco, ut illū prorſus ex uerbis aut ſcholarē aut ꝑceptorē tuum
ſuſpicer, & ait, Ergo ignobilis & indigna. idē uel dicis certè uel cogitas. quid enim aliud
ſibi uult operoſa illa & futilis, & ante mediū feſſa deductio, ſed q; uni fatuo dicitur, ſufficit
dixiſſe multis. o inſane, igitur putas, neceſsitas artiū nobilitatē arguat, cōtrà eſt, alioqn nobi
liſsimus artificiū erit agricola. ſutor quoq; & piſtor, et tu ſi mactare deſieris, in pretio eritis.
Abſit nulla uos neceſsitas in pretio ponet, nulla faciet nō eſſe mechanicos. neſcius q̃d ſer-
uus domeſticus, ſæpè quò uilior, eò magis neceſſarius. Clibanarius & laniſta, q̃ neceſſarij
ſunt q̃ uiles. Citius philoſophiæ ſcholis & militari cingulo, quā macello & balneis ſit cari-
tura plebecula. Ite nunc Dialectici ſenes, ex neceſsitate nobilitatem argute, ſi uidetur, niſi
fortè aliud ſentitis, in reb. uita ſenſu & ratione carentib. tēptate hic etiā, ſi libet ueſtræ artis
effectū. Aſinus magis eſt neceſſarius q̃ Leo, gallina q̃ aqla, ergo nobiliores. Ficulnus ma-

gis neceſſaria quã laurus, mola quàm iaſpis, ergo nobiliores. malè cõcluditis: falſum dicitis, pueriliter loquimini, quod naturæ ueſtræ & moribus & ſtudio conuenit, nõ ætati, idiotæ procaces, in ore ſemper habetis Ariſtotelem (qui credo) in ore ueſtro, quàm in inferno eſſe triſtius ducat, & puto dextram ſuam oderit, qua illa ſcripſit, quæ paucis intellecta, per ora multorum ignorantium uolitarent. ille certè, ueſtram concluſiunculam non probat, ubi ait. Neceſſariores quidem omnes, dignior uerò nulla. locum non ſigno, nam & famoſiſsimus locus eſt, & ut Ariſtotelicus inſignis. Quod uerò poëſim inter liberalia nõ admittis, potes id quidẽ philoſophiæ atq; artiũ dominus, iure tuo, ſed te Homerus ac Virgilius precant̃, ut eos ſaltẽ à mechanicis nõ excludas, cum (quod diſsimulare nõ potes) ſis, & ipſe mechanicus, hoc tãtũ refert quod Philoſophiã tuã eſſe dicis, mechanicũ te eſſe dicũt alij. an in ordine ueſtro Poëtas non recipis, ſi eos etiam inde repuleris durus eris. uerum ut omittam iocos, numera liberales artes, nunquid tibi (non dico Medicinã) quæ alibi habitat, & inter mechanicas ſepta eſt) ſed ipſum Philoſophiæ nomen inuenies. ſæpè inter magna, non poni, cuiuſdam eximiæ magnitudinis argumentum eſt. Dabo tibi illuſtre exemplũ ex hiſtorijs, audires, credo, libentius fabellas, quas poſt cœnam antè focum de oraculo & lamijs audire ſoles, ſed annis certè iam non puer, ſi potes aſſueſce melioribus. Apud Titũ Liuium Hannibal ipſe, uir profectò in ſuo arte doctiſsimus, dũ interrogatus, Quos fuiſſe bellorum duces omnium gentium clariſsimos extimaret Alexandrum Macedoniæ regẽ primo, Pyrrhum Epirotam ſecundo, & (quod eius de qua multa dixi, fiduciæ non ſuperbiæ fuit) ſeſe tertio nominaſſet. admonitus cur Africanum à quo uictum eum eſſe conſtabat, præteriſſet. Ita certè reſpondet, ut appareat eum non obliuione uel inuidia, ſed ad ſingularẽ laudem inter magnos maximũ, ſiue inter maximos incõparabilẽ ſiluiſſe, & Africanum è grege aliorum Imperatorũ (ut ipſius Liuij uerba ponã) uelut inextimabilem ſecreuiſſe, de qua re multa dici poſſent, ſed intelligenti ſatis, non intelligenti aũt nimis eſt dictum. Ad omnes quidem eas nugas, ad quas Ariſtotelem trahere uis inuitum, non reſpõdeo. pudet enim me tui nimis, in propatulo ignorantiã habes, ſed fidentiſsimè unum dicã, neſcire te qd ſit Tragœdia, aut quid de tetrametris in iambicos tranſiſſe, cũ tamen turpe ſit docto uiro proferre quod neſciat. Redi ad cor fateberis me uerum dicere, hoc mihi ſatis eſt dicas, ſed in publico me mentitũ, ſcis tu te nihil horum intelligere, neq; hoc tibi ad crimẽ obijcerem, modò ne te talib. implicando, & teipſum perderes, & ægros tuos occideres, quia ad te non tragœdias, non tetrametra, non iambicos exigunt, ſed ſalutẽ, quã ſi haberent, puto ſyllogizando corrumperes. Quis enim ſine dolore capitis audiat, quid eſt quod hinc arguis: dicis ſcientiam eſſe firmam & impermutabilem, nec mentiris. & addis poëticam uti metris & nominibus, quæ pro tempore uariantur hinc infers, conſortio ſcientiarum ſiue artium excludendam. ô idiota omnium tædioſiſsime, quos unquam audierim, quid hic contra poëticam ſingulare? quæ ſcientia ſine uerbis, & in quibus uerbis non tantũdem uſus poteſt? An non audiſti, quod in illa de qua iam loquimur arte Poëtica ſcriptum eſt:

Multa renaſcentur, quæ iam cecidere.
Cadentq; quæ nunc ſunt in honore uocabula ſi uolet uſus.
Quem penes arbitrium eſt: & uis & norma loquendi.

Pauca exẽpli cauſa ponenda ſunt, nõ tibi quidẽ ceruicoſe, neſcie, ſed lectori. Romulus Romanæ urbis conditor Quirinus dictus eſt, cur? quia haſta in p̃lijs utebat̃, quæ Sabinorũ lingua Quiris dicit̃. Cæſar Auguſtus cũ ſupremo uitæ tẽpore, ſtatu eius fulmine diſiecta eſſet, in qua ſcriptũ erat Cæſar, & prima litera cecidiſſet, remanentib. quatuor ſequentib. cõſuluit aruſpices, quid ſperandũ ſibi illi aũt dixerũt, centũ dieb. uicturũ & nõ amplius, q̃ ea litera ſignificaret̃, quã fulmen excuſſerat. ipſum uerò poſt mortẽ in deorum numerũ referendum, id ſignificare quod remãſerat, quoniã lingua Tuſcorum Cæſar Deus diceretur. Percurre nunc Tuſciã ac Sabinã, quære hoſtiatim, quid eſt Cæſar? quid eſt Quiris? Arabicè te locutũ credẽt. mille ſunt talia, q̃ ſciẽs ſileo. omniũ una ratio eſt. mutant̃ uerba, manẽt res, in quib. ſciẽtiæ fundatæ ſunt. ſed Ariſtoteles Græcus homo mutationẽ Poëtarũ fortè ſuorum aliquã reprehẽdebat, qualia multa hodie uidemus in Theologis noſtris. hæc aũt apud Latinos Poëtas mutatio nulla eſt. quis enim noſtrorũ à Virgilij calle deſciuit, niſi fortaſsè

Statius Pampinius, qui Thebaidæ ſuæ imperat, ut Virgilianā Aeneidem ſequatur, & ueſtigia ſemper adoret. lege miſer & relege locū illum Ariſtotelicū tertio Rethoricæ, unde male tornatum ſyllogiſmū elicis, neq; hoc aut illud uerbum excerpas, nihil intelligēs ut uidearis Ariſtotelem legiſſe, ſed totum locū excute, inuenies ſi tamen intelliges, hominē illum ardentis ingenij, & complecti omnia cupientem, de eloquētia oratoria & poëtica, & quid inter eas interſit, & de his quæ utriq; uitanda ſunt, & utriuſq; uitijs atq; defectib. more ſuo multa diſſeruiſſe, de his autem quæ tu ſomnias, nihil penitùs cogitaſſe. Vnde cōcludens ait: Manifeſtum eſt, quod non omnia quæcunq; de elocutione dicere eſt, pertractandū nobis eſt, ſed quæcunq; de tali, qualem dicimus, hoc eſt de oratoria, de hac enim in rethoricis agitur. & ſequitur ratio. De illa autem, inquit, dictum eſt in his quæ de poëtica. Ab Ariſtotele deſertus rurſus, ad Boëtium fugis, relatiuorumq; ope ſubniteris. quod ita ridiculū eſt, ut mihi iam non magis ebrius quā phreneticus uidearis. quo enim tua hæc impertinēs & abſurda relatio, ubi undiq; uictus ac conſternatus animo & oblitus tui, quis non riſu peream. ad inimicum tandem fugiens, minimè Latinis quidem aut congruis, ſed maternis atque uulgaribus uerbis idiota rudiſsimè Priſcianum in auxilium tuum uocas. Magna profectò neceſsitas eſt, quæ cogit ut ab hoſte etiam poſcas auxilium. ſed certè poſt eam quàm naufragi more palpitando arripis relationem, longeq; poſt ſcænicas illas meretriculas, abire iuſſas. Verius, inquit, ſeu meis. hoc eſt Philoſophicis Muſis, eum curandū ſanandumq; relinquite. hoc eſt igitur quod dicebam, quodq; extra omnis relationis tuæ terminos ſedet, nulla ibi relatio, ſed penitùs diuerſa ſententia eſt. fruſtrà te digito occultas. malè tegitur omnis ignorantia, niſi inter indoctos, hæc ne inter indoctos quidem benè tegitur, hanc enim quis non Grāmaticæ limen ingreſſus puer agnoſceret? ſed ei qui Philoſophiam tàm temerè uiolauit, cur non liceat inſtare Grāmaticam? Verte teipſum quocunq; libet, Muſæ poëtarum ſunt, quod nemo quidem dubitat, at quod inſanè non reſpicis, Philoſophia ſuas illas Muſas, & earū merito, ſuū dixit Euripidē, Lucanum quoq; familiarē ſuum non erubuit conſiteri, quod niſi ita eſſet, nunquā Ariſtoteles paulò te minor Philoſophus, librum de Poëtica edidiſſet, quē ut auguror nō uidiſti, ut ſcio non intellexiſti, nec intelligere potuiſti. nunquam aut Homerum Poëtā Ariſtoteles idem expoſuiſſet, aut Cicero tranſtuliſſet, aut clari quidam ſcriptores, magnis illū Philoſophis antepoſuiſſent, nunquā aut Tragœdias Anneus Seneca tanto ſtudio dictaſſet, aut Solon ille princeps Græciæ ſapientum carminibus delectatus, tàm cupidè poſt Athenis conditas leges, & ætate iam prouecta, fuiſſet Poëticam executus. cui ſtudio ſi uacare tantū quātū inſtituerat, in illa ciuilis diſſenſionis intemperie licuiſſet, opinor ut Timei Platonici uerbis utar, non minorem Heſiodo uel Homero futurum fuiſſe. nimis multa de re certa, tibi licet inopinabili & ignota, & in qua perdi operam non dubito, uerum ego non tibi, ſed lectori loquor, cui tàm gratus fieri cupio, quàm moleſtius tibi. nihil ſanè horum omnium neceſſarium erat, ſi uel per te ipſum noſſes, uel capere poſſes, ab alio, quæ de hac ſcænica parte Poëticæ dicuntur à multis, & à meipſo iā in pcedentib. tacta ſunt, quantūue inter illā et heroicā interſit, Nec enim negauerim ut in uino fex. & in oleo amurca, ſic in rebus ferè omnibus, etiā in corporeis eſſe ſuam fecē, itaq; & Philoſophiæ q̄dā ſpecies, & Philoſophi quidā uulgò habent̄ infames, ut Epicurus totusq; Epicureus ille grex, Ariſtippū dico, Hermacūq; & Metrodorū & Hieronymū illum ſenē, nō hūc q quartū inter doctores Eccleſiæ locū tenet. quin & ex illuſtriorib. quidā, in multis optimo iure carpunt̄. Vnde Paulus Apoſtolus uerus CHRISTI Philoſophus, & poſt eū clariſsimus eius interpres Auguſtinus, multiq; q̄s enumerare nō eſt neceſſe, Philoſophiā laudatā ab alijs execrant̄, cū tamē nulla unq̄ philoſophia altior fuerit, aut eſſe poſſit, quāq; ducit ad uerum, q̄ noſtri cœleſti munere potius, q̄ humano ſtudio, antè omnium philoſophorū uigilias ac labores eminētiſsimè floruerūt. qd ergo? q̄modo hæc ſibi inuicē aduerſa cōnectimus, Philoſophū à Philoſopho reprobari? laudat̄ Philoſophia, ſed nō omnis, laudat̄ uerax, fallax carpit̄. illa uerò nō eſt Philoſophia, ſi fallax eſt? nō inficior id quidē, ſed Philoſophiæ nomē habet falſum, q̄ ne q̄s nos fortè ſeduceret, fideliſsimus ac pudētiſſimus Paulus admonuit. Cauete, inq̄t, ne q̄s uos decipiat p Philoſophiā & inanē ſeductionem, ſe-

nem,ſecundum elementa mundi. quē ſecutus Auguſtinus,cum in libro cœleſtis Reip. no no,hæc ad literā ſcripſiſſet. Deinde,inqt, ne quis omnes tales eſſe arbitrarettur,audit ab eodē Apoſtolo dici,de quibuſdā,quia quod notū eſt Dei manifeſtū eſt in illis,Deus enim illis manifeſtauit.inuiſibilia enim eius à cōſtitutione mūdi per ea quæ facta ſunt intellecta cōſpiciuntur,ſempiterna quoq; uirtus eius ac diuinitas.Itaq; cū ſæpè Auguſtinus ipſe Paulū ſequēs, Philoſophorū ſcripta plena fallaciarū ac deceptionū diceret,putas'ne de omnib.loqueretur? abſit,ibidem enim ſtatim Platonicū dogma cōmendat,& eodē libro octauo,Apoſtolū ipſum inducit Athenienſib. loquentem,cum rem magnā de Deo dixiſſet,& q̄ à paucis poſſet intelligi,quod in illo uiuimus,mouemur & ſumus adieciſſe & dixiſſe,ſicut & ueſtri quidam dixerunt,& tamē eorundē rurſus Platonicorū ſacrificia deteſtatur,quoniā cognoſcentes Deum,non glorificauerunt aut gratias egerunt,ſed euanuerunt in cognitionib. & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum,dicentes enim ſe eſſe ſapientes,ſtulti facti ſunt,& immutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum & quadrupedum & ſerpentū. quorſum hæc?ut uideas Philoſophiæ totius partem unicā laudari,eamq; nō integrā,neq; tam ferociter inſultes.ad hanc enim formā, & cætera rediguntur.Sed ut omiſsis alijs cœptū ſequar,in ultimo agmine poëtarū, quidam ſunt, quos ſcænicos uocant,ad q̄s ptinet illud Boëtij, & quicquid à quolibet cōtra Poëtas uerè dicitur.& hi quidem ipſos inter Poëtas cōtemnuntur. qui quales eſſent,Plato ipſe declarauit in ſua Rep. quando eos cenſuit urbe pellendos,ut enim conſtet non de omnib. eum ſenſiſſe,ſed de ſcænicis tantū,ipſius Platonis ratio audiēda eſt ab Auguſtino poſita, qa ſcilicet ludos ſcænicos indignos Deorū maieſtate ac bonitate cenſebat,in quo multos ſui tēporis notauit eius generis Poëtas. ita enim ferè accidit,ut uilia quælibet multa ſint. id tamen Platonis iuditium, non modò heroicis atq; alijs nil nocebat,immò uero multū proderat,quoniam uelut excuſſor poëticam ingreſſus in aream,ualido uerbi flabro,grana diſcreuit à paleis. quando autem Homerus apud illos,quando Virgilius apud nos,aut alij illuſtres ſcænicis ludis dederunt?profectò nunquam,ſed de uirtutibus,de naturis hominum ac rerum omnium,atq; omnino de perfectione humana ſtylo mirabili, & quem fruſtrà tibi aperire moliar tractauerunt. nec tamen nihil in ijſipſis reprehenſibile dixerim. quippe cū & in Philoſophorum principibus,multa uideam reprehenſa iuſtiſsimè,hæc ſane non artis,ſed ingenij culpa eſt. quis igitur neſcit,aut quis negat quoſdam,ut Philoſophorū. ſic & Poëtarum in cogitationib. euanuiſſe?aut quis me retur antè ueritatis aduentū licuiſſe aliquid errori,cū poſt agnitam ueritatē, quidā quoq; Catholici magni uiri ita deuiarint,ut ipſa ueritas nunquam acrius oppugnata non fuerit quā ab eis fuit? Solet hoc interdum acutioribus ingenijs euenire,ut dum penetrare uolunt,ſuperuacua nimium, illud acumen in medio conamine retundatur,atq; ita uel neceſſaria non attingat,ſiquis autem ueritatis amicus,ſine qua nihil uerum dici poteſt,quoniam ut ait Auguſtinus,omne uerū à ueritate uerum eſt. ſiquis ergo talis,pio inſtigatus affectu, ad ipſius ueritatis ornatū,muſarū præſidio niteretur,& uel ſtylo clariſsimo CHRISTI uitā,uel ſacrū aliud uel prophanū etiā,modò nō uetitum celebraret,quod noſtrorū quidam fecerunt,quamuis pter legē carminis,nullo poëtico artificio uſi ſint,quis putas id melius poſſet implere? Reſponde uir doctiſsime,oro te,& qd ſis reſponſurus examina. An poëta talis qualem tibi deſcribo, & qualem eſſe poſſe, & forſitā eſſe nō eſt incredibile,an Hippocrates ipſe ſi uiueret,uel Medicorum unus, qui de urinis ſemper non ſuperficietenus ut tu,ſed profundiſsimè diſputaſſet,puto nemo eſt,niſi omnino depuduit,qui in reſpondendo hæreat. noli ergo contemnere in alijs,quod aſſequi non potes, qui miſerrimæ impudentiæ mos eſt. ſed uenerare potius & mirare, nō tàm ſcientificos, aut ſcientiam ipſam quam ſcientiæ largitorē,qui dona ſua diſtribuit ut libet, & his quidem dedit numero,his autem ſingularitate præcellere. Gloriare ſi placet,neq; enim obluctor, & magis neceſſarios & plures eſſe Medicos quàm Poëtas. contrà illi glorietur, & minus neceſſarios & pauciores eſſe Poëtas, quàm Medicos. quinetiam nullius generis ingeniorum tantam ſemper fuiſſe raritatē,quanta poëtarū excellentiū fuit,præter oratores ſolos,qui ex omnib. ſeculis paucisſimi numerantur. de qua re,in Oratore Ciceronis clariſsimè diſputatū eſt.

eſt. Illud in poëtica ſingulare, quod cum in cunctis artibus mediocritas admittatur, in hac una ſecus eſt. quoniam ut eleganter ait Flaccus:

Mediocribus eſſe Poëtis.
Non homines non dij non conceſſere columnæ:

Quæ meo iuditio non ultima raritas Poëticæ ratio eſſe poteſt, tibi uerò cum primum turba hominum & neceſsitate artificij gloriari cœperis, illud occurrat. multis quidem, ſed antè alios agricolis, in hac gloria cedendum. illi uos utroq; ſuperant. nolo aũt indigneris quod uos & agricolas iuxta pono, fecit idem Ariſtoteles. non ex duobus medicis fit commutatio, inquit, ſed ex Medico & agricola. audiuit ut tanquam paria uerbis æquat tacitus credo hæc propter reuerentiam Ariſtotelis paſſus ſis, illud impatiennius feres, ſi ad propoſitũ reuerſus, cœpta peregero, & tamen loqui oportet, urget enim ueritas, calamũ reluctantem, nec ſtomachari conuenit, ſi de Philoſophis ac Poëtis dicã, ad mechanicos trahã. Habẽt igitur & mechanici fecem ſuam. quæ nam uerò ea fex eſt? clamabis ad ſydera, dicam tamen. Tu es fex ipſa mechanicorũ. uis hoc ſtatim ſine ambagibus probem? in fundo es, in imo iaces, is proprius fecis eſt locus. Numera mechanicos, nullum ſub te niſi theatricũ uidebis, nec tamẽ ideò, ſicut præceps oris tui nobiliſsimis artibus inſultat audacia, ſic ego quamuis humilibus inſiſto, ſcio enim neceſsitates hominũ multiplices & graues, ut non immeritò Propheta idẽ & Rex clamat ad Dominũ: De neceſsitatib. meis erue me: & undecũq; neceſsitatibus noſtris ueniens auxilium à Deo eſt. cuius dona gratanter reuerenterq; ſuſcipi debere, quis neſciat? ſiue ergo ille nobis per ſeipſum ſanitatẽ dederit, ſiue ad id expertus Medicus, ſiue herbarum cõſcia, tremula anus acceſſerit, & ars, & arte quæſita uel ſeruata ſanitas, munera Dei ſunt. Itaq; contrà Medicinã nihil omnino, quod millies dixi, & adhuc ut uideo, non ſufficit. ſi quid autem cõtra Medicos uideor, clamo, & cupio me ſtudioſum omne genus audiat, contra te tantùm, tuiq; ſimiles dictum eſt, diceturq; quod reſtat.

Supereſt ut illi calumniæ reſpondeam, qua obſcuris delectari arguor, quaſi notitiam rerum uulgo inuidens debilioris ingenij, ad quod illud etiam affers Deos humano generi inuidere à Poëtis ſcriptum eſſe, Sed ab Ariſtotele reprehenſum. Ego quidem, ut pro meipſo loquar, nil cuiquã prorſus inuideo, magisq; uereor ne alienus mihi liuor officiat, quàm ne me meus inficiat. ſed ſub meo nomine notaſti forſan inuidiam Poëtarum. eò enim ſpectat, quod de Deorum inuidia, dixiſti, tanquam minimè mirum ſit, inter eos præcipuè regnare illã, qui eam uſq; ad ſuperos extulerunt. qua in re morem tuũ non deſerens, multùm à ueritate diſcedis. Nuſquã ferè uel minus inuidiæ, uel innocentiæ magis, uel amicitiæ tantundem. nõ capit hic locus Poëtarum uitas. quanta Virgilij integritas? quæ nam Statij urbanitas? quæ faceties Naſonis? quæ fides Ennij? quæ Pacuuij grauitas? quis Vari candor? quæ Flacci diſcretio? quæ Perſij pietas? quæ modeſtia Lucani? quæ libertas atque conſtantia Iuuenalis? longum eſt ſingulos attingere, nec oportet. & ſileo Græcos, ſileo multos è principib. noſtris huic ſtudio deditos, atque in primis Pierij ſpiritus Auguſtum, quo nil clarius in temporalibus imperij ſolio ſol uidit. hic mihi quis audeat nominare inuidiam, aut in tàm altos animos tantorumq; hominum ſplendorem, iners & nebuloſus liuor tentet aſcendere. quod ſi fortè ſtylus inſuetus uideatur occultior, non ea inuidia eſt, ſed intentioris animi ſtimulus, & exercitij nobilioris occaſio. Quid uerò Philoſophi, an nõ Ariſtoteles, & qui luculentiſsimus omniũ habetur Plato ipſe, loqui poſſet apertius, ut ſileã reliquos, atq; ante omnes Heraclitũ, qui agnomen ab obſcuritate ſortitus eſt. quid ſermo ipſe diuinus, quem & ſi ualdè oderis, tamen apertè calumniari propter metũ incẽdij nõ audebis, q̃ in multis obſcurus atq; perplexus eſt, cũ prolatus ſit ab eo ſpiritu, q homines ipſos mundũq; creauerat, nedũ ſi uellet & uerba noua reperire, & repertis clariorib. uti poſſet. Certè Auguſtinus ingenio illo ſuo, quo ſe & multarũ artiũ notitiã, & quæcũq; de decẽ Cathegorijs Philoſophi tradũt, ſine magiſtro percepiſſe gloriat. Eſaiæ principiũ fatetur intelligere nequiuiſſe. unde aũt hoc, niſi fortè ſpiritũ ipſum ſanctũ inuidiſſe dicas, & non potius puidiſſe legentibus. de qua obſcuritate loquens Auguſtinus idẽ libro de Ciuitate Dei x I. Diuini, inquit, ſermonis obſcuritas, etiam ad hoc eſt utilis, quod plures ſententias ueritatis perit

tis perit, & in lucẽ notitiæ producit, dũ alius eũ ſic, alius ſic intelligit. Idẽ in Pſalmo *CXXVI.* Ideò enim, inquit, fortè obſcurius poſitum eſt, ut multos intellectus generet, & ditiores diſcedant homines, qui clauſum inuenerunt, quod multis modis aperiretur, quã ſi uno modo apertum inuenirẽt. Idem in Pſalmo *CXLVI.* de ſcripturis ſacris agens, Peruerſum hic, inquit, nihil eſt, obſcurum autem aliquid eſt, non ut tibi negetur, ſed ut exerceat accepturum. & poſt pauca. Noli, ait, recalcitrare aduerſus obſcura, & dicere, melius diceretur ſi ſic diceretur, quomodo enim potes ſic dicere, aut iudicare quòmodo dici expediat. quem ſecutus Gregorius ſuper Ezechielem: Magnæ, inquit, utilitatis eſt, obſcuritas eloquiorum Dei, quia exercet ſenſum ut fatigatione dilatetur. & exercitatus capiat, quod capere non poſſet ocioſus. habet quoq; adhuc maius aliquid, quia ſcripturæ ſacræ intelligentia, ſic cunctis etiam aperta uileſceret, ſed in quibuſdam locis obſcurioribus, tanto maiori dulcedine inuenta reficit, quanto maiori labore caſtigat animum quæſita non ſequor omnia, quæ ab illo & ab alijs in hanc ſententiam ſcripta ſunt. quæ ſi de ſcripturis illis rectè dicuntur, quæ ſunt omnibus præpoſitæ, quanto rectius de illis quæ paucißimis apud Poëtas igitur ò nimium rudis, ſtyli maieſtas retinetur, ac dignitas, nec capere uolentibus inuidetur, ſed dulci labore propoſito, delectationi ſimul memoriæq; conſulitur. Chariora ſunt enim quæ difficultate quæſiuimus, accuratiusq; ſeruantur, & non capacibus prouideẽ, dum ne fruſtrà ſe atterant, ipſa rerum facie ſi ſapiunt à limine deterreantur, unde fit ut hinc repulſi, alias uias teneant, præſertim poſtquam numerare cœperint, & hic quidẽ oblectationem animi, claritatem nominis, lucri nihil aſpexerint, nec eſt enim omniũ ſtudia iſta ſectari, ſed eorũ tantùm, quibus & ingenium & natura, & rerum uitæ neceſſariarũ, uel fortuna ſufficientiã dederit uel contemptum uirtus, itaq; alter ad agriculturam, alter ad nauigationem, alter ad medicinam tranſit, nam quid exempli cauſa euenturum putas, ſi caput illud ubi habitat ingenium tuum ieſe ad Poëticam applicuiſſet? quantam in primis egeſtatem? (nihil enim hic uenale, nullus fraudibus locus) quot deinde paſſurum fuiſſe ludibria? quot comitum iocos, priuſquàm cuius uxor eſſet Aeneas apud Virgilium didiciſſet? hæc eſt quidem uera rei ratio, non quia latere expedit, de quo ruinoſum & undiq; fatiſcentem ſyllogiſmum extruis, ſed quia nullum fallere, paucis placere propoſitum eſt, pauci autem docti. Vis uidere ita eſſe, ut dico, nempè tum demũ auctor in pretio eſt, cum amœnis ex latebris, dulcis ſenſus eruperit, nec eſt dubium, nullam aliam ob cauſam tibi tuiq; ſimilibus odioſam eſſe Poëticam. niſi quia uobis inacceßibilis & ignota eſt, quod fateor, in lucro ponimus, nõ in damno: noli igitur reprobare ſtylum ingenio peruium, memoriæ habilẽ, ignorantiæq; terribilem, nam & ſanctum canibus dare, & ante porcos proijcere margaritas, diuino etiã eloquio prohibemur. ſanè illa quam memoras poëtica deorum inuidia, altioris cuiuſdam ſecretiorisq; myſterij eſt, quàm putas, neq; ſolum inuidiæ deorum, ſed fraudes, bella, libidines apud Poëtas ſunt, uiciſti cauillator acutißimè plus confiteor quàm accuſes, ſed cum dicaris animal rationale, mortale, quamuis alterum tantum ſis, ſi placet quærenda rerum ratio eſt. Primos nempè Theologos apud gentes fuiſſe Poëtas, & Philoſophorum maximi teſtantur, & ſanctorum confirmat auctoritas, & ipſum ſi neſcis Poëtæ nomen indicat. in quibus maximè nobilitatus Orpheus, cuius *XVIII.* Ciuitatis æternæ Libro Auguſtinus meminit, at nequiuerunt quo deſtinauerant peruenire. dicet aliquis fatebor, nam perfecta cognitio, ueri Dei non humani ſtudij, ſed cœleſtis eſt gratiæ laudandus, tum animus ſtudioſißimorum hominum, qui certè quibus poterant uijs ad optatam ueri celſitudinem anhelabant, adeò ut ipſos quoque philoſophos, in hac tanta & tàm neceſſaria inquiſitione præcederent. Credibile eſt, etiam hos ardentißimos inquiſitores ueri, ad id ſaltem perueniſſe, quo humano perueniri poterat ingenio, ut ſecundum illud Apoſtoli ſupra relatũ. per ea quæ facta ſunt, inuiſibilibus intellectis atq; conſpectis. primæ cauſæ & unius Dei qualemcunq; notitiam ſortirentur. Atq; ita deinceps omnibus modis id egiſſe, ut quod publicè non audebant, eo quòd nondum uiua ueritas terris illuxerat, clàm ſuaderẽt falſos deos eſſe, quos illuſa plebs coleret. q̃d & Philoſophos poſtea feciſſe, in libro Veræ religionis oſtenditur: quis enim niſi amẽs, adulteros aut fallaces ueneraretur deos? aut quis penitus

crederet

crederet deos eſſe, quorum ea flagitia audiret, quæ nec in hominibus tolerabilia iudicaret: cui præterea dubium eſſe poſſet, quin peccata quæ humanitatẽ ipſam hominibus ereptura eſſent, eandem multò magis dijs talibus præriperent deitatem: belligerantes deos inuicem Homerus et Virgilius fecerunt, propter ꝙ Athenis Homerum pro inſano habitum Cor. Nepos refert. credo nimirũ apud uulgus, docti autem intelligũt, ſi plures ſunt Dij, & diſcordare illos & bella inter eos eſſe poſſe, & neceſſe eſſe, ut altero uictore, alter uictus, atq; ita nec ſit immortalis nec omnipotens, conſequenterq́; ne deus quidẽ. Vnum eſſe igitur Deum, & nõ plures, uulgus autem falli. Et ſi quis interroget, cur nõ potius palàm uulgi ueſaniam increparent: poſſum cum Auguſtino reſpondere, ꝙ utrũ timore an aliqua cõditione temporum fecerũt, iudicare nõ eſt meum, ego tamẽ, & ſi ſola timoris cauſa fuerit non mirabor, cum uideã CHRISTI quoq; tẽporibus, ante Sancti ſpiritus infuſionem, ipſos etiam Apoſtolos timuiſſe. Enimuerò quod à te de inuidia Deorũ dicitur, eodem quo cætera referendũ eſt, nec mirari conueniet memorantẽ illud Pſalmiſtæ. Omnes dij gẽtium demonia. & quod ſcriptum eſt. Inuidia diaboli mors introijt in orbem terrarum. quæ'nam igitur admiratio eſt iſta, inuidiſſe Deos, qui nunquam ſine inuidia fuerunt: quænam uerò preterea Poëtarum culpa, rem ueram ſi intelligatur ſalubremq́ue narrantium: aut quænam Ariſtotelica illa reprehenſio, ſi tamen ita eſt: neque enim mihi nunc, aut eius loci memoria recens, aut inter hos montes liber ipſe Metaphyſicus eſt preſens. quomodo autem conſentaneum ſit, uel Poëtas in hac linguæ libertate reprehendere, uel Deorum inuidiam excuſare, in eo libro præſertim, in quo principatuum pluralitate damnata, unus omnium princeps aſſeritur, nõ uideo ſed adducor, ut credam te, locum illum non meliùs intellexiſſe quàm reliqua. Hoc ego nunc de Poëtis antiquis opinabile ueriſsimilimumq́; protulerim. qui ſi unum Deum crediderunt, hoc ne in illis accuſas, ſi unum credentes plures nominauerunt ſeu etiam coluerunt, babes planè quod accuſes. nec ego quidem illos excuſo, ſed commune cum Philoſophis crimen dico, quod audiſti, publici iudicij metus leuat, qui firmiſsima etiam niterdum corda concuſsit, uerè autem plures Deos, tanta ingenia credidiſſe nunquam mihi perſuadebitur. Sed eſto, crediderint, errauerint (nihil eſt enim quod diſceptator indoctus & pertinax non præſumat) non id certè Poëticum ſed bumanum fuerit temporumq́; crimen uel ingenij, non artis, ut dictum eſt, neq; quod alio tempore atque alio ingenio, & ampliori gratia Poëtam eſſe, pium diſertumq́ue prohibeat.

Sed non ego Poëtas aduerſus fragilem & inermem hoſtem diuti defendere uideor, offendo: Riſus & ſilentium, & contemptus poterant aduerſus tua tela ſufficere, nullis opus erat uerbis. ſed tacere nõ potui, ne ipſe tecum forſan in aliqua cloaca uiderer, id enim tibi Capitolij inſtar eſt. Inter ægri uentris crepitus raucaſq; pelues hæ tuæ turbæ ſũt, hic plaudẽtis conclamãtisq́; fauor exercitus, uelut de Muſarũ ruina & ſacrorum ſtudiorum excidio triumphares. Ne reſpõdeas ſtulto, iuxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ſimilis ei. hoc cum ſapiens dixiſſet, ſtatim addidit. Reſponde ſtulto, iuxta ſtultitiã ſuam, ne ſibi ſapiẽs eſſe uideatur. Primũ me parũper tacitũ tenuit, ſecũdũ coẽgit, ut loq̃rer, fruſtrà quidem ut puto. Si enim deſieris, tibi ſapiens uideri, incipiens ꝙ impoſsibile arbitror eſſe, fortè non ſtultus, Doctus fieri non poteſt, niſi q ſe nouerit atq; oderit ignorantem, defectus proprij cum dolore notitia, principiũ eſt, pfectus. Et ad hos qdem ſermones, nõ famæ proprię periculũ, nõ mei nominis offenſa (quãuis grauis) tantũ me fateor accendit, quantum hinc ueri zelus, hinc tuæ loquacitatis inflãmauit indignitas, quantum enim ego tangebar, quicquid in Poëtis inuectus eras, poterã, ut dixi diſsimulãdo tranſire, nã nec mihi Poëtæ nomen arrogo, ꝙ ſcio quibuſdã magnis uiris multo ſtudio nõ potuiſſe contingère, quamuis ſi fortè mihi ultrò contigerit, non reſpuam, & id ad me olim iuueniliter aſpiraſſe non negem, nec conuitijs tuis preſens hodiernæ lectionis meæ ſtudium tangebatur, poteram, ut aiunt, de calumnia iurare, me Poëtarũ libros ante hoc ſeptẽniũ clauſiſſe, ita ut eos inde non legerim, nõ quod legiſſe pœniteat, ſed qa legere iã quaſi ſuperuacuũ. Legi eos dũ tulit ætas, & ita mihi medullitus ſunt infixi, ut ne diuelli qdem poſsint & ſi uelim. Ac ne me gloriari iterũ grauiter feras, non ea laus memoriæ ſed ætatis eſt. tener admodum illos edidici, expertusq́; ſum omniũ ferè q̃ in ueſtibulo Ciuitatis Dei de Virgilio loquẽs Auguſtinus,

quem propterea (inquit) paruuli legunt, ut uidelicet Poëta magnus omniumque clariſsimus atque optimus teneris ebibitus annis non facilè, obliuione poſsit aboleri, ſecundum illud Horatij:

Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem
Teſta diu.

accedit quod in eiſdem ſtudijs agere ſenectutem, in quibus adoleſcentia acta eſt, minimè mihi magnificum uidetur. Maturitas quædam ut pomorũ, ut frugum, ſic ſtudiorũ ac mentium debet eſſe, eoq; magis, quo turpior damnoſiorque multò eſt animorum acerbitas quàm pomorũ. ſi ergo Poëtas hodie non lego, forſitan interroges quid agam? ſolet enim ſtultitia alienæ uitæ curioſa eſſe, ſuæ negligens, reſpondebo tibi præfatus, ne quod dicam ſuperbiæ aſcribas. Melior fieri ſtudeo ſi poſſum, & quia impotentiam meam noui, poſco auxilium de cœlo, & in ſacris literis delector. q̃ ſi Victorino pagano homini iam ſeni, Deo per illas alloquente, pectuſq; duriſsimũ moliente, ueram infunderũt fidem, cur mihi Chriſtiano homini, nõ poſſunt ueræ fidei firmitatem & opera & amorem uitæ fœlicioris infundere? quæris quid agam? Nitor non ſine multo labore, præteriti temporis errata corrigere, quod ſi mihi contigerit, fœlix ero, ſed adhuc fateor ab eo quo ſuſpirat animus, longe abſum. quæris quid agã? non Poëtas lego, ſed ſcribo, quod legant qui poſt me naſcentur & raro plauſore contentus, acies inſanorũ ſperno. & ſi uotiuè ſucceſſerit, quod ago bene eſt, alioquin uoluntas ipſa laudabitur. poſtremò ut aliud nihil agam, matureſcere ſaltẽ cupio, ſi nondum fortè maturui. Tu autem puer centum annorũ maledictus à Deo, & elementarius ſenex, irriſus à Seneca. ibi ſenectutẽ agis, ubi pueritiam exegiſti, & fluxos nunc etiam ſyllogiſmos, filo marcente conglutinas, quos queat anus qualibet temulẽta confringere, quicquid uerò aliud quàm puerile ſtamen redoluerit aduerſaris. Itaq; libellos meos homelias uocas, quaſi nomen infame meditatus, quod ſanctiſsimis tamẽ atq; doctiſsimis uiris placuiſſe, notũ eſt. At minimè mirandũ, ſi quorũ actus deſpicis. & uerba contemnis. Homelia porrò Græcæ originis nomẽ eſt, quod latinè dici poteſt ſermo prolatus ad populũ. Ego ſanè in his literis ad populũ nihil, ſed ad ignorantiã tuam loquor, ſi quo pacto poſſem, non dico illã tibi, ſed illi ſuperbiam extorquere. quis autem, quæſo, peregrinæ linguæ à te nunc notitiã requirebat, cum propriè ſis ignarus? Sentis ut cauſam tuã ago, quo ſcilicet inſolẽtem honeſti nominis contemptũ excuſet ignorantia. ô ſemper ſcholaſtice literator, nunquam literatus aut magiſter, quis enim literatus ita ſcriberet? Lege Philoſophorum libros, uel interroga qui legerũt, quis unquam ſcribẽdi morem hunc tenuit? ineſt enim uerbis illorũ uis ingens ſyllogiſtica, ſyllogiſmus nunquã aut perraro, quippe pueritiam prætergreſsi loquũtur ut uiri, efficatior eſt autẽ diſsimulata callidè quàm inaniter oſtentata ſubtilitas. Sed & hic excuſator licet irrequiſitus aſſum tibi, illi enim ut ſe tu autẽ loqueris ut te decet. Ecce iurgator improbe, extorſiſti ut nõ tantũ maledictis tuis, ſed etiam cogitatibus reſponderem. quædã ſponte præterij. miſereor enim tui. nam q̃d ſuperbo ignorante miſerius? Sed ne planè miſerear, tu facis, ita nanq; iactanter atq; faſtidioſe miſeria tua abuteris, ut nulla tibi miſeratio debeatur. quomodo uerò diſsimulẽ, aut quid illi faciã uanitati, qua ꝓbare niteris, cuius contrariũ apparet in te ipſo, dũ tu loq poteris: occultari nunquam poterit? Quanta mechanici temeritas? Rhetoricam prorſus in ſeruitutem aſſeris, iam non caſtigandus ſed urendus es, ne uerbis ſed uerberibus coërcendus. Nimis inſanis Medice, crede mihi, Medico eges. Mirum quod Medicorum nullus eſt, qui curam tui ſuſcipiet, puto ſis omnibus odioſus, teq; perditum uelint omnes, Medicinæ inquam Rhetoricam, ſeruam facis, de Medicina uiderimus. Certe ipſe Rhetoricam in tuam ſeruitutem aut amicitiam nunquam trahes, quid autẽ probes, & qualiter audiamus. Per Medicinam inquis & Ethicam docemur rectè uiuere. Dij te perdãt fugitiue. Male incipis. Medicinæ nihil eſt commune cum Ethica ſed multa contraria, quid enim ad uiuendum rectè Medicina, niſi quantũ agricultura, fortè etiam longè minus, niſi putas malè uixiſſe olim Romæ tot millia uirorum fortium, per quos orbis terrarum domitus, uirtus culta uitia calcata ſunt: qui tamen longũ in æuũ ſine Medico uixerunt? Vixerunt fateor malè, non quia medicus temporalis, ſed quia uiuificator æternus illis defuit. alioqñ nulla gens melius, uel niſi malè

uiuebat

uiuebat uirgo illa mirabilis q̃ carnalẽ ſuo corpori nunq̃ Medicinam adhibuerat. Cur autem, quæſo, medicinæ Ethicam permiſces? Tene te loco, neq; fines tuos exceſſeris, quàm uis nec Ethica præſtare poſsit rectè uiuere, cum id potentioris alterius Dominiũ ſit, uerum ea longior operoſiorq; diſputatio nec propoſiti huius eſt, Proſequere igitur ludum tuum, ita tamen ut deinceps Ethicam non moleſtes, ſed memineris quid ſutori terminos ſuos ex cedenti reſpondit pictorum famoſiſsimus Apelles, Age res tuas ut Medicus. per medicinam docemur, ais rectè uiuere, non ut congruè loquamur uel ornatè. ſed potiùs congruè & ornatè, loquendi artes diſcimus, ut uiuamus rectè. ſic nõ medicina ad has artes refertur, ſed hæc potiùs ad illam ſunt, hinc cõcludis, ſeruæ igitur eius ſunt. ô malè digeſta cõcluſio. Sic iam longius feris quàm minatus eras, neq; ſolum Rhetorica, ſed omnes quotcunque ſunt honeſtæ artes, ipſa quoq; Philoſophia & Theologia ſcientiarum omnium regina, tibi ſeruient mechanicæ. Si hoc mihi ꝓbaueris, q̃ per Medicinam rectè uiuere doceamur, omnes enim huc referuntur & omnium unus eſt finis ultimus, non dico ut præſtent rectè uiuere, ſed ut ad rectè uiuendum adiuuent. iure ergo illi ſeruient, quæ id præſtãt ad quod omnes reliquæ aſpirent. certè ego nunc riſu & uerecundia impedior, ſyllogiſmum tibi tuo parem remittere, quo probem te uiliſsimè ſeruũ rei, quod urbaniùs poſſum dicam ſi quod alio ſpectat, & ad aliud refertur, & propter aliud eſt inuentum illi ſeruiat oportet, ut tu uis, medicina autem tua pecuniam ſpectat, & ad illam refertur, & propter illam eſt. Conclude, dialecticè. ergo pecuniæ ſerua eſt, bene tibi accidit. Turpioris rei ſeruum te facere medicabar, pudor obſtitit, ſed ô grauis argumentator, quis te talia docuit? aſſumis falſa notoriæ? & ea de quibus principaliter diſcordamus, quod magnum in argumentando uitium eſt. Primum enim ut dixi; Medicina ad rectè uiuendum nihil omnino, niſi quantum una mechanicarum corpori famulantium. Deinde quis illud diffiniuit, inter nos de quo à principio litigamus, præter enim, quod circa Medicinam nobis infinita diſſentio eſt, non'ne alius ſcrupulus premit occultior? Equidem ut tibi planè conceſſerim, quod Medicina ars ſit nobiliſsima, tuq; præclarus Medicus. illa ut eſt mechanicarum penultima, ſic omnium prima artium. tu, ut non tantum ultimus, ſed hoſtis es, ſic Medicorũ omniũ ſis princeps. liceat uobis paſsim cuiuslibet neceſſariæ artis obſequio uti, & cuius utile obſequiũ fuerit, illa confeſtim uobis ancilla ſit, qđ futurũ arbitramur? Ancillabitur forſan Aſtrologia, quæ cœleſtium corporum notitia, terrenis aliquam corpuſculis opem ferat. ancillabitur Muſica, quæ in hominum pulſu, fortè non inutiliter dimenſiones temporum & interualla conſideret? quæ res, uobis quia neceſſaria eſſe poſſet, ideò prorſus incognita & neglecta eſt, illam appetitis, quam nec conſequi poteſtis, & ſi poſſetis deberetis nolle. Rhetores eſſe uultis, ridente Tullio, indignante Demoſthene, flente Hippocrate, populo pereunte. ne enim in ſingulis immorer, ad litis noſtræ ſummam uenio. ſi omnes, inquam, artes, quamuis nobiles, quamuis ingenuas, tuo humili & mercenario artificio ſeruas facis, eoipſo quod utiles aut neceſſariæ propoſito tuo ſint. idq; tibi neſcio, quo iure permittitur, nunq; profectò uel ſic tibi Rhetorica ſerua fiet, quã cõſtat, ad id quo te intendere oportet, non modò nil probaſſe, ſed obeſſe quàmplurimũ. quid enim ægro longa oratione eſt opus, cui ferè uerbum omne moleſtum eſt, niſi ut iubeatur bono animo eſſe, cureturq; artis ope ſi poteſt? an forſan apothecarijs perſuadere propoſitum eſt, quibus penè maternis uerbis ſunt dictanda remedia? unum eſt, quoniam factũ tuũ, quàm poſſum excuſare diſpoſui. unũ eſt, quo in te alicuius eloquentiæ ſtudium excuſem, ſi fortè defectus tuos & Medicinæ imperitiam, non dicam ſupplere, ſed tegere putas eloquentia, & cum apertè peremeris, oſtendas culpam eſſe non tuam, ſed ægroti, ſed aſtantium, ſed naturæ. ſi præterea in morte manibus tuis aſcita, uis ſuperſtites conſolari, utrumque enim Oratorum & Rhetorici opus eſt fateor, accuſare, excuſare, conſolari, irritare, placare animos, admouere lachrymas atq; comprimere, accendere iras & extinguere, colorare factum, auertere infamiam, transferre culpam, ſuſcitare ſuſpitiones. Oratorum propriè ſunt hæc, Medicorum eſſe non noueram. ſed ſi Rhetorica tibi ſeruit, quicquid ancillæ tuæ eſt, tuum eſſe conceditur: omnia hæc igitur tua ſunt, & quæcunque alia Oratoribus aſsignantur, pluſquàm

permittitur quàm putabam, potes enim ocidere, mirũ dictũ & quem occideris accuſare. Sed quando hodie, neſcio quomodo de accuſatore factus ſum excuſator tuus, quid te ue tat, hoc tanto & tàm capaci ingenio, ut Philoſophum & Medicum, ſic Oratorem eſſe, atque actus oratoris exercere cum gloria? Nonne ita homo es tu, ut Cicero? accuſat ille Clodium ac, Verrem, & in inuectiuis Catilinam, & in Philippicis inſectatur Antonium, magnos uiros ac feroces, ad ultionemque promptiſsimos, & molem multorum criminum ac Reip. ruinam illis opponit. Tu defunctum unum, nec loqui ualentem, nec ulciſcitur non fidenter accuſes, quod ſeipſe necauerit? excuſat item Cicero, capitalium rerum reos, Deiotarum regem, Plancium, Q. Ligarium, Milonem, mille alios. tibi cur teipſum non liceat excuſare? Conſolatur ille ſeſe in morte unicæ chariſsimæque filiæ, tu in illorum morte, de quibus nihil ad te, cur non poſsis alios conſolari? Facilè ſeipſum excuſat, quem non pudet, facilè conſolatur alium qui non dolet. & illud eſt certum quod quiſque promptius ſe quàm alium excuſat. contrà autem quiſque promptius alium conſolatur, quàm ſeipſum. ſi hæc ergo te mouent, ſtude in oratorum libris, uelis eſſe Rhetoricæ dominus, utilis eſt tibi, neceſſaria eſt, totus es, ſine illa nullus es, quotidie enim facis, quo & excuſator tibi ſit neceſſarius, & conſolator alteri. ſed ſi es quod profiteris, nõ excuſator tui, nõ conſolator aliorũ, immò uerò Medicus, ſi non uulgi plauſũ, ſed ut debes ægroti tui reſpicis ſalutẽ, quo pergis? quid cogitas? quid agis? aut quid tibi rei eſt, extra terminos tuos longè? an nõ aliud ſemper tibi conſcientia ad aurem cordis immurmurat? Iſte cum quo ludis æger eſt, tu te Medicum dicis. quid opus eſt uerbis? Cura, ſemper dixi tibi Medice. Rhetorica quam ſeruam tibi uis efficere, hoſtis eſt tua, poſtquã Rhetores atq; Poëtæ eſſe uoluiſtis, Medicos eſſe deſiſtis. Sed hæc mihi tecũ uetus eſt querela, cogita et recogita ſyllogiſmos tuos inanes, & uacuos inuenies. nõ probant q uolunt, & ſi probarẽt tibi dedecus, ægris tuis damnũ ac periculum probarẽt. proba potius Rhetoricã tibi incognitã, quã ſeruã. ſed ægros oculos lux ſerena pſtringit, delectat uideri, q eſſe nec expedit nec licet. An aut ſolidũ & uniuerſalẽ ſyllogiſmum recipis unius Logica carentis? ſiquidẽ ſicut anima rationalis, niſi rationem amiſerit, corpori ſuo imperat, corpus autem illi ſeruit. ſic omnes artes propter corpus inuentis, illæ autem ſeruiũt. Cõſtat autem liberales propter animam, mechanicas propter corpus inuentas. conclude Dialecticè. Ergo Medicinæ Rhetorica ſerua eſt: habes Medice quod optabas. Sed, an ego tecum ludo, cum tu tamen ſis iratus, & iocoſa concluſio in contrarium cadat. Dimoueantur ambages, dicam clarè quod ſentio, quamuis dentibus tuis fremas & tabeſcas, & mihi fortaſsis anceps pharmacum mineris. expediret tibi, ſed multò magis ægris tuis, ut mutus eſſes non orator. & quod natura non fecit, faceret homo aliquis Reipublicæ amicus, linguamq; præſcinderet, ſumpto forcipe de altari, linguã illam inſulſo uix ore uerſatilem qua ſuperbis. Tum demum, curare inciperes, nunc cogitas prædicare, & quicquid prædicas in nihillum finit, fallor, immò uerò in tuam infamiam & in perniciem alienam, certe non artis ignominiam, nec à caſu, medicinam Virgilius mutam uocat. ſed quoniam muta debet eſſe, non loquax, uos autem eò rem deduxiſtis impudentia ueſtra, ut de mutis parabolani dici meruerítis. hoc nomen iure ciuili uobis impoſitum, nunquam cadet. ſolebant Medici ueteres taciti curare, uos perorantes & altercantes & conclamantes occiditis. hæc Medicina, hæc Rhetorica ueſtra eſt, & cum nulla gens magis Rhetoricis floribus nuda ſit, nulla minus illis indigeat, tamen Rhetorici & Oratores & Poëtæ & Philoſophi & Apoſtoli ac ſuſcitatores corporum dici uultis, & penitùs nihil eſtis, niſi uerba inania nugæque uolatiles. Olim quidem ſine ſyllogiſmis curabantur, & propè ut tu nunc falſo gloriaris ſuſcitabãtur infirmi. hinc arbitror fabulæ locus fuit Hyppolitum ab Aeſculapio ſuſcitatũ, quod eum ab extremis efficax Medicus, & uelut à morte media reuocaſſet. nunc quanta mutatio? ſyllogizantibus uobis pereũt, qui ſine uobis uiuere potuiſſent. ſæpe iam, ne quicquam dixi, curate, medemini. eloquentiam his, quorum eſt propria relinquite, ueſtra eſſe non poteſt, & ut pro conſilio conſilium reddam tibi, ſed aliquantò fidelius. Tu me iubes alienos fines irrumpere, ego te ad tuos redire moneo, Tu mihi conſulis, ut mutato adhuc uitæ genere, Medicus fiam, rem

neque magnificam nec penè impoſsibilem, ego tibi ne unquam rhetoricæ ſtudeas, ut tandem medicus eſſe incipias, quod diù te eſſe mentitus es. Tam decet ornatus Medicum, quàm aſellum phaleræ, tibi ſanè ne hinc reprehendi poſſes, abundè prouiſum eſt. quiſquis te diſertum dixerit, idem nitidam ſuem & uolucrem teſtudinem, & candidum coruum dicat. In te ergo non facundia, ſed facundiæ ſtudium male olet, & facundiæ inimica loquacitas. de his loquebar, dum dixi non eſſe Medici ornatum, magis eſt mercatori neceſſarius, quàm tuis nec ille rhetoricæ quidem ſtudet, ſed uſu experientiam quærit, ac promptitudinem colloquendi. quam ob cauſam illud à te non ſine certa ratione quæſieram, cur non potius nauigationi Rhetoricam ſubieciſſes, ſi cogebas eam ſeruire mechanicæ? quem locum non intelligens qui ignorantium mos eſt, non ſine meo & multorum riſu, reſponſionem ſuperuacuam diffiniſti.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. CONTRA MEDICVM QVENDAM, INVECTIVARVM

Lib. IIII.

SCiens gratiſsimam mihi partem maledictorum tuorum, ad ultimum reſeruaui, non quia tu, quo ultimam poſuiſſes, de ordine enim tuo, de ingenio, de ſtylo quid ſentiam audiſti. ſed ut prioribus exactis, in hac parte licentius immorarer, palamquè omnibus fieret, quàm ſis uirtutis amicus, quàm cupidus literarum, qui mihi ſolitariam uitam, uelut probrum aliquod obiectas: de qua quidem duo mei libri extant, quos quoniam ad te nec perueniſſe, nec peruenturos eſſe confido, neu perueniant uelim. de hoc ipſo cogor aliquid, hic etiam ignorantiæ tuæ loqui. ita'ne demens & excors, quos uituperare uis laudas? non miror, quia & quos curare uis interficis, & puto quos interficere uelle efficeres immortales. Tu mihi ergo ueſane, & omnis boni expers, inter aceruos iurgiorum etiam ſolitudinem exprobraſti. feciſti optimè, quamuis peſsima uoluntate, libenter hoc crimen fateor, ſum ſolitudinis amicus, talem me genuit natura, acceſsit conſuetudo naturæ æmula, acceſsit ſtudium & iugis cura, magno niſu animi ſemper incubui, ut quantum fieri poſſet illa contemnerem, quæ te moribũdum, marcidum, ſemianimem in urbibus captum tenent. Solitarius ſum fateor, immò profiteor & ſolitarium eſſe iuuat, uixquè ullam uitæ dulcedinem, urbano in ſtrepitu ac fragore percipio. addam quod non poſtulas, uix de homine præſertim ſtudioſo benè æſtimo, qui non ſi abſque intermiſsione honeſti officij datum ſit, cupide interdum à procellis ciuilium curarum in ſolitudinem uelut in portum fugiat. habes igitur quod eſt accuſatori maximè optandum (ut Cicero ait) confitentem reum, ne que confitentem modo, ſed ſeſe nouorum inſuper criminum coaceruatione ſpontanea deferentem. ſed expecta, noli uictoriæ lætitia inflari. ſæpè probauit actor quod non probaſſe præſtabat, & facti uictor in iure ſuccubuit. Probas me fatente ac fauente, quod intendis. ſed an hinc in meum, an in tuum caput redundet infamia, nondum probas. proinde pædagogum tuum, ſenex puer ut arceſſas conſulo, multis hic tibi ſyllogiſmis claudicantibus opus eſt, ut uel irriſor uitæ ſolitariæ clarus ſis, uel ſectator obſcurus. incipe, aude, noli trepidare. Logicus es, Philoſophia tua eſt, Rhetorica tibi ſeruit, & quod omnes titulos tuos tranſcendit, ſummus es Medicus, confice ridiculum ſyllogiſmum, qui ſæpè mortiferum poculum confeciſti, & ſi neſcis, melius, dic ita: Quod naturæ aduerſatur, malum ſit neceſſè eſt, cum natura ſit optima. ſolitariè autem uiuens naturæ aduerſatur, ſecundum quam politicum animal eſt homo. Mala igitur ſolitudo. ad hæc, Conſtat quod carere

bonis eſt miſerum. Multa uerò in urbibus bona, eſſe certum eſt, quibus ſolitarius caret, Miſera igitur ſolitudo. adde ſi placet. Vt utilis eſt qui multis prodeſt, ſic inutilis qui nulli, habitator uerò urbium, uir bonus, multis prodeſt, ſaltem exemplo: Solitudo autem ſeu ſancta ruſticitas nulli, niſi ſibi prodeſt, teſte Hieronymo. Inutilis ergo ruſtica ſolitudo. uide ut periculoſum eſt cum ſtulto multum colloqui. Ecce iam ſenſim ipſe ludens, ad ineptias tuas labor, & dum te æmulari ſtudeo, propè tui ſimilis factus ſum. ſed quoniam ex perſona tua loquor, excuſor, & fatebor ingenuè, nulla arte, nullo ſtudio ſimulare poſſem uſqueadeò ſtylum tuum, quin prima fronte diſcernerer. Ita mihi neſcio, qui ὑγιαστικὸν inſibilas, quod roſtris perorantem Tullius facilè poſsit expellere. Syllogiſmos autem tibi texui pharmacum oleant, ſtomachumqúe ſubuertant. cæterum hos ludos hasqúe tendiculas puerorum, ridendo præterire magnificum, puerile diſſoluere, tamen quia cum pueris pueriliter, & interdum quod nutrices ſolent, bleſo ore loquendum eſt. & hic parumper inſiſtam. An naturæ ſemper obſequendum, an uerò nonnunquam ualdè etiam reſiſtendum ſit, non huius temporis eſt quæſtio, tu eam fortè Philoſophorum princeps, in aliquo tuorum uoluminum uentilaſti. quæ enim Philoſophiæ locum rear à tanto Philoſopho prætermiſſum? ſed ſit naturæ obſequendum, ſitqúe homo naturaliter animal politicum, nihil tamen politiæ obeſſe, ſolitudinem ſtudioſorum hominum, qui proculdubiò rari ſunt, ſæpè etiam multum prodeſſe compertũ eſt, plusq; uirũ unũ ſolitarium conferre Reip. quàm centum qui latrinis aut tabernis aut lupanaribus obuerſent. neque enim ſolitudinem loquimur, cunctis hominibus infenſam, qualem Bellerophontis accepimus, qui uniuerſo generi humano odium indixerat, aut Thimonis neſcio cuius (obſcurum enim nomen habet) qui, ob id quod omnem amicitiam ſperneret, nullumqúe diligeret, ab Athenienſibus lapidatus traditur. non hanc ſolitudinem loquimur, ſed tranquillam & mitem, & ab hominum uitijs non ab humanitate ſemotam, Ecce nunc tu per uicos ruis ac plateas, & quaſi ad currendum nati ſimus, me in ſolitudine ſedentem, inhumanum putas. crede mihi, (ſi placet) plures te quotidie impetunt, pluresq́; melioresq; me diligunt. & niſi gloriari tibi importunè nimium uidear, dicam quod multis eſt notum, tales ad me uiſendum uiros in hanc ſolitudinem ueniſſe, & præter me unum hic cupidè fuiſſe, tales etiam miſiſſe de longinquo ad cohortandum me, noſcendumqúe quid agerem, qui te ſi ultrò illos adeas, ægrè uiſuri ſint, nihil dicturi, modicum reſponſuri. Sed tranſeo ne te nimis affligam. hoc autem non eſt ut glorier, cum omnis honor in honorante ſit, ſed ut ſcias multos ruris amatores, etiam in urbibus charos eſſe, multos habitatores urbium, ipſis in quibus habitant urbibus odioſos. Ita non aduerſam ſolitudinem politiæ, meq; licet ſolitarium, & amare bonos noueris, & ab illis non minus amari, quàm ſi cœno oblitus ac ſudore, & nunc huc, nunc illuc more tuo diſcurrens, prehenſarem homines, loquendo caput omnium obtunderem, nullum dormire ſinerem, cunctis liminibus inſultarem, & quem ſemel arripuiſſem, tenerem occideremq; tenendo, ut ait Flaccus:

Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo.

In eo quidem. quod bonis urbium carere ſolitarij uidentur, nolo quæſtionem antiquiſſimam renouare, quæ inter Periſpateticos ac Stoicos, multis iam ſæculis fuit, eritq; per ſæcula. Illis ſummumq;, his ſolum bonum dicentibus eſſe uirtutem. quæ ſi uera ſententia eſt, quibus quantisq; bonis careat ſolitaria uita, quiſquis uera bona urbium numerat ac metitur, intelliget. Sed quia te poſt Ariſtotelem, tempore, ingenio etiam primum, & cum additamento logicæ Peripateticum ſcio, concedam nec de hoc ipſo nouiter litigandum ſit, eſſe præter uirtutem bona, quibus urbes abundare non negem, in quibus fornicem, balnea, macellum, mulſum, adipem, pulmentum, & quæ ſunt ſimilia numeratis: Verum his carere apud uerè realiterq; philoſophantes, non modò non miſerum, ſed magna etiam ſolitariæ fœlicitatis occaſio eſt, ſimul ut cum his ueſtris bonis & alijs careat urbanis malis. Et quæ nam ſunt iſta, inquies? quis dinumeret? Illis caruiſſe non eſt parum, quæ ſi ad literam intelligas, non mediocris quemlibet fortunæ uirum, ſed

Dauid

Dauid regē, ex urbibus in ſolitudinem pepulerunt. quæ nam uerò hæc? Nempè iniquitas & contradictio in ciuitate, & labor in medio eius, & iniuſtitia, & non deficiens de plateis eius uſura & dolus. Iam quod ſequitur reſponſione non eget. ſancta ruſticitas ſibi ſoli prodeſt, ſtudioſa autem ſolitudo prodeſſe poſſe, quàm plurimis non negatur. Et ipſe Hieronymus, qui hoc dixit, quantùm ſolitudine delectatus, & quantùm ibi mundo utilis fuerit, ſciunt omnes. Sed quia non poſſunt omnes eſſe Hieronymi, & ſi magnum nihil in ſolitudine generatur, tantū ut uiuatur innocuè, uitentur incentiua libidinum, quibus porticus ciuitatum ac theatra flammeſcunt, parùm ne tibi forſitan uidetur? apud me multo quidem optabilis eſt ſolum ſaluari, quàm perire cum multis. Sed iam ſatis eſt, iam te ægrum ægris tuis linquere meditor, illi te conficient, tu illos. Caret ſolitudo multis uulgi uoluptatibus, ſed abundat ſuis, quiete, libertate, ocio quamuis uerum ſit ꝙ ait Anneus: Ocium ſine literis mors eſt, & uiui hominis ſepultura. & profectò ſolitarius idiota niſi fortè CHRISTVS, ualdè continuè ſecum ſit quantolibet ſpatio terrarum, ſine ullis uinculis uinctus eſt. unde non miror, id tibi uitæ genus inuiſum: quid enim hic ageres, niſi numerare horas, & quærere quando cœnatum ſecundum regulas tuas, quando cubitum ires. quem circumſcribere, ſeu cum quo clamare poſſes, nullus occurreret, tecum loqui neſcires. Id enim eſt hominum paucorum, & tamen iis eiſdem in locis parua fateor, ſeu uerius nulla copia. Sed nonnullo nec paruo quidem amore literarum, tam benè tàmque prædulciter mihi eſt, ut ſi ſtatum animi mei noſſes, putem te horam qua natus es, odio habiturum, q̄ te in illā miſeriā & infœlicē uitam proiecit, & propter pecuniæ paruæ ſpem ꝑ magnas rapit anguſtias. q̄d ergo locutus es miſerabilis ſenex? q̄d in me damnaſti? Amarūt ſolitudinem Patriarchæ, Prophetæ, Sācti, Philoſophi, Poëtæ, Duces, Impatoreſq; clariſsimi. Immò uerò ſolitudinem quis non amat, niſi qui ſecum eſſe non nouit? odit ſolitudinem quiſquis in ſolitudine ſolus eſt, timetque ocium quiſquis nil agit. quantum uerò habeat unde triſtetur, qui ut gaudeat turbam quærit, planè miſer eſt, qui fœlicitatem ſperat à miſeris. ô mendice, dico Medice, qui, te naturæ conſcium Philoſophum uocas, ſic ubinam ſit uera fœlicitas didiciſti? Certò non opus eſt turbis confuſiſque clamoribus, non theatrico ſtrepitu, non uulgo inter miſerias plaudente, non quadrigis fundamenta quaſſantibus, non cruento foro, non nidore fumantium popinarum, & olentium acie coquorum atque aromata tranſmarina terentium, quos uobis exceptis, neſcio an efficaciſsimos omnium miniſtros mortis appellem, nihil his omnibus eſt opus. Intus in anima eſt quod fœlicem & miſerum facit. hinc illud poëticum dignè laudatur: Nec te quæſieris extra. conſtat autem nihil melius eſſe animæ, quàm dum amoris obſtaculis, uitæque compedibus, in Deum atque in ſeipſam, libera tandem & expedita conuertitur. Enimuerò id dum ſumus in terris, nuſquam melius quàm in ſolitudine fieri poſſe, & ſi tu non capias, fatebuntur experti. Illud quoque Platonicū, ab Auguſtino relatum et laudatum notiſsimè uerum eſt, non corporeis oculis (ut uerba etiam ipſa ponā) ſed pura mente ueritatē uideri. cui cum anima inhæſerit, eam beatā fieri atq; perfectam, ad quam percipiendā, nihil magis impedire, quàm uitā libidinibus deditam. quæ ſententia à Virgillo, quam tu ſpernis ut ueſpertilio aquilam, ſimia leonē, elegātiſsimè ſub allegorica nube recōditur, quē locū ꝓtereo ne cerebellum tuū mole rerū opprimā, quam doctrinā, ab Archyta Tarētino magno in primis & præclaro uiro, didiciſſe Plato ipſe potuerat, dum illū Pythagoreoſque alios uiſendi diſcendiq; gratia in Italiam ueniſſet. ille enim, ut apud Ciceronem Cato meminit. nullam capitaliorem peſtem, quā corporis uoluptatem hominibus dicebat à natura datam. Deinde enumeratis malis, quæ ex uoluptatis radice naſcuntur, illud addebat. Cum homini ſiue natura, ſiue quis Deus, mente nihil præſtabilius dediſſet, huic diuino dono nihil tàm inimicum eſſe, quàm uoluptatem. nec enim libidine dominante, temperantiæ locum eſſe, neq; omnino uoluptatis regno uirtutem poſſe conſiſtere. quibus ita ſe habentibus, nec illud ambigitur, & quod beatàm perfectamque animam fieri uetat, ſummo ſtudio uitandum & uirtutem in proprio non inimicæ ſuæ regno eſſe quærendam. Iam illud, ne probari quidē eſt neceſsè. ciuitatem libidinū eſſe ſentinam, omniumq; ibi turpium uoluptatum

illecebras ſcaturire. Piget nunc pudetq́ꝫ concluſiunculas infantiles, tuo more ſubnecte-re. tu qui Logicam ſpuis, facilè conſequentiam uides. At ne nimis urgeam, excuſare nunc etiam iudicium tuum libet. profectò enim ſolitudinem odiſſe mechanici eſt, facis fateor, ꝙ te decet. ubi enim niſi inter turbas credulas fatuorum, ingenioli tui mercimonium oſtentares: poſſes hic quidem eſurire, totius anni mendacia, una te luce non paſcerent. Iure igitur locum fugis, moribus tuis aduerſum, illud iniuſtè agis, quod inter ſtudioſos literarum ac mechanicos non diſcernis. linque ſolitudinem his, quibus nec falli nec fallere eſt animus, qui nec pauperiem timent, nec diuitias uenerantur, ſed utrunque paribus ſpatijs delectantur aſsiſtere. qui honeſtiſsimam uoluptatem ex libris, ex ingenio, ex animi agitatione percipiunt. Tu autem nullo prohibente habita, ubi te matutina muliercularum cohors in publico ſedentem adeat, circumſtrepat, interpellet. Tu pro tribunali ſtricto, pallido labello, claroque rugoſo ſupercilio ſuſpirans, exanimes, quid ea nocte quis minxerit, & quis tandem quaſſanti capite, ſententiam feras, ille peribit, iſte curabitur, quam cum falſam finis oſtenderit, apud te non prius mendacium quàm excuſatio ſit inuenta. ſi uera forſan euaſerit (fieri enim non poteſt, ut quiſquam tàm plenus mendaciorum ſit, quin caſu ſaltem ueri aliquid multiloquio miſceatur) exultes ac tumeas, ipſumque te putes Apollinem & Delphis oraculum proceſsiſſe, non es itaque totus amens, locum tibi aptiſſimum delegiſti. Habitant reges in urbibibus præſidesque terarum & iudices, quique coërcendis uulgi moribus præſunt, quos Reip. neceſsitas excuſat, horum præſentiam requirentis. habitant ibi aliquo graui negotio detenti, hos propriæ ius neceſsitatis abſoluit. habitant ibi uoluptuoſi atque cupedinarij, quibus placet fornix & uncta popina: ut ait Flaccus: Habitant ibi circumſcriptores, mimi, fures, totumque id genus. ibi poſtremò habitant mechanici, quibus omnibus propoſitum unum uel fallere uel lucrari, tibi utrumque propoſitum eſt, quod intendis, alibi non potes. Fuge igitur ſolitudinem, urbes ama. quinetiam ſi quid mihi credis, illic tibi non ſuburbium elige, ſed plateam: quid multa: doctos ut ſcopulum caue, habita inter ſtultos, uenator nemora, piſcator aquas, ſequitur lupus indefenſum gregem, circulator mimos, fur & impoſtor diuites, ſtultos, credulos inſequit, nihil ſanè circulatori grauius, quàm ludum ſuum ab aſtante cognoſci. hic ne me omninò ruſticum putes, quia rure habito, hinc illud uenenum uiſceribus tuis ſparſum, quod te quieſcere non ſinit. cum enim Pont. Max. hinc morbo, hinc quorundam fraudem uel ignorantia circumuentum cernerem, eum certè fideliter ut res docuit fruſtrà præmonui, licet enim tunc euaderet, in eoſdem tamen laqueos mox reuerſus, utiliſq́ꝫ conſilij uel immemor uel contemptor, totum ſe uobis tradidit, ubi quod ſæpè accidit melior pars numero uicta eſt, tuaque & cæterorum ignorantium præualente ſententia, intempeſtiuis remedijs, & immodica ut fertur) ſenilis ſanguinis rapina, illum ſi ſineretur, adhuc fortè uicturum, Pontificali ſollicitudine liberaſtis, ita breui tempore, caput mutauit Eccleſia, & antequàm nos noſtræ contentionis, is unde cõtentio orta erat uitæ ſuæ finem repperit, te iuuante, hoc quenquam animaduertiſſe fers grauiter. ſed certè non ſolus ego ludos ueſtros intelligo, quid ſoli mihi iraſceris, an quia ſolus è cunctis ludo aſtantibus, mutire auſus ſum, ut qui fallebatur aduerteret: habes propè iuſtam iracundiæ cauſam, circulator, puluerem tuum circulumque tuum detegere, quin etiam ſpargere, atque ſtringere uolui, fateor feciſſemq́ꝫ, ſi mihi creditum fuiſſet. Vnum tibi ſatis inculcare nequeo, nec enim decies repetiiſſe ſufficiet, Si in me rabies tuæ ignorantiæ ſibi conſcia, linguam urgebat, quid Poëtæ meriti, quorum nec aliquem noſti, nec aptus natus es noſcere: Vt ſim ego Poëta, quod tu potiùs dicis, & ego patiar quã credam, quid tamẽ audio: non ego te carmine aut ullo Poëtico mucrone confixeram, ſed pedeſtri ſolutoq́ꝫ ſermone læſerã. quod ꝙ maius impatientiæ tuæ ſignum fuerit, non ad te, ſed ad alterum tranſmiſſo, neque enim de te, ſed de ignorantibus atque diſcordibus, quorum tunc ego te principem neſciebam. quotiens tibi iam dixi fruſtra deſpumas in Poëtas, aërem uerberas, in uentum furis, neq́ꝫ enim poëticæ læſus, ò cerebrum plumbeum, hoc non potes intelligere, cum Philoſophia & logica tuæ ſint. Miraris ſi te ſurdum cæcumq́ꝫ aut ſi ſaxeum uocem, quid tecum amplius quàm

cum

cũ aliĩ ex his ſcopulis Sorgiæ impendentib. loq iuuat? niſi ꝗd ille aliquid forte,tu nihil ad
ꝗli.a reſpondes. Læſerim ego te, quid poëtica meruit? ſim Poëta,telũ illud ueritatis ut ui-
deo,alte deſcendit in cor tuũ,nõ loro poëtico,ſed nuda manu, & uerbis puris, atq; ſimpli-
cibus miſſum erat Philoſophe ingens,ꝗro à te. An ſi te Muſicus nõ cãtu,ſed uerbis oſten-
deret,uel Ariſtoxenũ,uel ipſam Muſicã cõdẽnares? an ſiquis Aſtrologus nõ quadrãtẽ æne-
um,ſed baculũ tibi quercinũ in caluitiũ impegiſſet,maledíceres Ptolemæo? an ſi te uel agri
cola nõ ſtiua,ſed ſaxo feriat,Heſiodum carpes aut Palladiũ? Vel piſcator nõ hamo,ſed gla
dio ꝑcutiat Petro detrahes aut Andreæ? an ego q̃a tu mihi oles, Hippocratis uel Aeſcula-
pij memoriã lacerabo? ſatis eſt aduerſariũ ferire, etiã ne ob unius hominis odiũ, humanum
omne genus oderis,multosq; tibi hoſtes feceris, impar uni hæc repetere uiſum eſt,ut ꝙ in
genio nõ potes,crebra ſaltẽ repetitione cõcipias. Te dũ me inuaderes iratũ fuiſſe, dũ poëti-
cã laceſſeres furioſum,utrobiq; nõ modò mẽdicũ literarũ,ſed omnis inopẽ rationis, & cũ
Poëtis quidẽ deinceps ut libet,mihi iã parcere poteras,odij cauſa ſublata eſt. hactenꝰ enim
ludũ tuũ uolui impedire,nec potui,poſthac impedire,nec cogito nec oportet. Hunc enim
Põtificẽ habemus, qui,ſi uerũ audio,nugas tuas nõ pluris faciat ꝗ ſint,quiq; uel innata pru-
dẽtia uel exemplo nouo & inſigni tales facilè uitet inſidias. Finis iam huius ſermonis eſ-
ſe poterat, & ut arbitror tempus erat,ſed ubere atq; ꝓgnanti eloquio tuo retrahor, ſic face
tè tantaq; arte me detines,ut abire nequeam abs te: Quis enim tam mutus ut illi ioco non
reſpõdeat,quo deſpõſaſſe me dicis fontẽ Sorgiæ? clare Philoſophe,nõ locũ hũc aut illũ,ſed
tranquillitatẽ mẽtis ac libertatem ſequor,quas tu neſcis. Illas ego nõ tantũ ad Sorgiæ, ſed
ad Nili fontẽ ꝗrere.nõ grauabor, Ibo ꝗ nec Alexander mittere, nec Cambyſes potuit per-
uenire,nõ me rubicũda peruſti zona poli,nec epularũ defectus impediet, ꝗ cauſa duplex
cœpto arcuiſſe legit̃ tantos reges, & eſuriens & peruſtus,ſi ibi illas eſſe nouerim, ad tran-
quillitatem animi libertatemq; perueniam.ſcio tamen eas non in locis,ſed in animis inue-
niri,uerũ ad id conferre aliquid loca ſalubria & quieta,non dubito. Cur, inquies, aſperiore
loco habitas? cur mollioribus nõ uteris,ſi reddẽda nũc etiam uitæ ratio eſt, nec dũ manum
ferulæ ſubduximus,dicam de multis unam cauſam legiſſe,neſcio an intellexiſſe potes apud
Senecam,honeſtius Scipionem Liternis exulaſſe, quàm Baijs. non eſt unam rem aman-
tis contrariam ſponte ſequi.non eſt igitur aut uirtutem adepti,qualem me non eſſe lugeo,
aut ad uirtutẽ ſuſpirantis, qualem me ſi permiſeris non nego. Nõ eſt, inquam,ad uirtutem
ſuſpirantis ultrò degere,ubi uolupras inimica uirtutis imperet,quid ergo? Nemo inquies
bonus in urbibus? nõ dico id quidẽ,ſed innumerabilis mali,à quibus non modò proficien-
tem,ſed perfectum quoq; ſi poſsit ſecurius ſit abeſſe. accedit,ꝙ nec ita rure relegatus ſum,
quin ſæpius ꝗ uellẽ amicorũ precibus ad urbem retrahat, ſæpè & ſpõte mea uager, uitans
locorum alternatione faſtidiũ. Facti mei cauſam audiſti.o ſi te nunc ſciſciter,uiceuerſa quid
tu latrinas omnes ambire nunquam deſinas,qualem mihi expedies rationem? Dices ſana
re Remp. quam ægram fateor,à te ſanari poſſe nego,niſi quantum te ſpero,quotidie mul
tis illam dementibus,uelut corpus infectum dãnoſis,humoribus exhaurire. Quem ue
rò non curis exonerent,impleantq; lætitia ſpeculationes illæ tuæ pulcherrimæ.' quarũ pri-
ma eſt. An in ſolitudine habitãs ſim Deus an beſtia. Diffinisq; nõ Deũ. Sed audite ꝗſo Phi
loſophi rationẽ,quia Poëtas ſequor,ut dicit, & nõ ꝓbat. ergo ſi Poëtas nõ ſequerer Deus
eſſem. Tu igitur qui nec Poëtã nec ipſum Poëtæ nomen intelligis, quis deorũ es? certò ſi
ignorantia Deũ facit,tu nõ ſolũ Deus,ſed Deus deorum iure uocaberis. Quæro autem,ꝙ
apud Lucanum de Nerone ſcriptum eſt,quis Deus eſſe uelis? nõ reſpondes,perplexus es,
dabo tibi conſiliũ,lege Varronis uel(q̃a illos non habes) Auguſtini libros,inueniesq; tibi
placitũ aliquod dei nomen. Deus enim eſſe nõ prohiberis,q̃a Poëtas negligis, magna ibi
Deorũ copia, & nominũ multa uarietas.ſi me rogas, quia in his paulò forſan exercitatior
ſum,tria tibi deorum nomina utriuſq; ſexus excerpſi. Eſto uel Pallor,uel Cloacina, uel Fe
bris,hæc te citò utinam ô ſtudium caput arripiat,ut perſtrepere deſinas, & tuo periculo ex
periaris, quibus remedijs abundes? O inſenſate nonˀ ſum Deus,niſi forte eo modo quo
propter intelligentiam & actum Ariſtoteli uidetur homo mortalis Deus. quod ſi bea-
tus eſſem,utique Deus eſſem.iuxta illud Philoſophicum Seuerini; Omnis beatus Deus.
natura

natura quidē unus, participatione uerò q̄plurimos eſſe nil prohibet, ꝙ ab Auguſtino habuit Pſal. *CXVIII.* Non enim inq̄t exiſtēdo ſunt homines Dei, ſed fiūt participãdo illius unius q uerus eſt Deus. certè peccatis effectū eſt, ut cū audiſſemus. Ego dixi dij eſtis, et filij excelſi omnes, illud cõtinuo triſtius audiremus. Vos aūt ſicut homines moriemini. ac ne qs principatui potētiæq; fideret, additū eſt. Et ſicut unus de principib. cadetis. itaq; ꝓfundiſsime ſpeculator, nō ſum deus, nec ſemideus q̄dē, qualē Lucanus Pompeiū, Labeo deſcribit Herculē & Rom. & de Philoſophis Platonē. nunq̄ miſer in has inſanias cecidiſſes, ſi aliquãdo cogitaſſes, q̄ grãde negotiū ſit, licet excellentib. ingenijs, diuinitatē nō dicā aſſequi, ſed etiā cõtēplari, ſi ſemel legiſſes, illud p̄clare dictū à Platone, ab Apuleio relatū, & ab Auguſtino in Libro de Ciuitate Dei poſitū: Deū eſſe ſummū omniū creatorē ipſumq; ſolū eſſe, q nō poſsit penuria ſermonis humani, q̄uis oratione uel modicè cõprehēdi, uix ſaltē ſapientib. uiris, cū ſe uigore animi quãtū licuit, à corpore remouēt, ad intellectū huius dei. id quoq; interdū, uelut in altiſsimis tenebris rapidiſsimo coruſcamine, lumē candidū intermicare: qd tibi Medice uidet̄. qd de hac urina iudicas Platonis, certè Auguſtin⁹ medicus animorū, ſani hominis eā cēſet. quãobrē nō ſū deus ut dixi, q̄ppè nec idoneus cõtēplator dei, nō ſi tã ſapiēs ſim quantū tibi ſapiens uideris, qd ergo? Opus exiguū Dei ſum, cultorq; uinã, beſtiæ uerò titulū ne me te uiuēte merebit̄. Sed eloquētiæ tuæ nihil eſt arduū, nomen tuū mihi tēptas ingerere, & quē nō exhilaret urbanitas tua, dū me interrogas, An ſim leo, q̄a ſcilicet ut dicis, id reſpõſionis principiū p̄ferebat? atq conuitiator mordax & friuolæ, ſiue me leonē uoces, nō mouebor, ſciēs ꝙ in ſcripturis ſacris. quorū non ignarus modò, ſed hoſtis es. CHRISTVS Leo dicitur, ſiue me leonē neges, nō iraſcar, memor ꝙ in eiſdē ſcripturis, Diabolus eſt leo. ô inſulſi ſales auctoriq; ſuo ſimillimi, qd ais, nō potes iocū tuū condudere in me ſenex? Iã nemo eſt q aliud in te, niſi te rideat. Explica linguæ nodū, fac rideā. dū ægri interim tui plorãt. dic, age, dic ſecurè, nil timueris tuā aureā eloquētiam expectamus, dic Rhetoricæ impator, dic Galiene, Demoſthenes, dic bone Cicero & Auicēna, ſum leo, uel quid aliud. Non es, inquit, leo, ſed noctua. ridete omnes, plaudite, fabula acta eſt. Sed, heu, nō ſacrarū tantū uerū omniū literarum neſcie, an nō ſaltē audiſti talia enim legiſſe non potes, q̄niã extra *ſpecialitatem* tuā ſunt, apud antiq̄s noſtros ingenioſiſsimos, ꝙ nemo ambigit, ac doctiſsimos quidē uiros, auē hãc Mineruæ cõſecratã, q̄ apud illos ſapiētiæ dea eſt? Miraris idiota, pegrina ſunt hæc, uelles audire rei cauſam. occulta eſt auis & uolucrum ſtupor, nocte uigilat, inter tenebras uidet, dormientib. cūctis uolat, mirari aūt deſines, ſi cogitare cœperis ex pſona CHRISTI, qui uerus ſapientiæ deus eſt, & ipſa ſapientia patris eſt, in Pſalmo CI. dictū eſſe: Factus ſum ſicut Nycticorax in domicilio. Vide aūt quanti te factū, Philoſophe, ꝙ ad ridendū ſtudio cõquiſiſti, ad irriſionē tuā & gloriā meam facili ludificatione cõuerſum eſt. Videro q̄liter upupam tuam Philoſophiæ Rhetoricæq; dominus laudãdo tuam uertes in gloriam. diſce iam iurgator, uel mordere ꝓfundius, uel ſilere, nūc enim me noctuæ roſtro uides q̄ leuiter uellicaſti, ueneni multū, uiri tū nihil habes, quãdo mihi ut crimē aliqd' ſolitudinē obijciens, ex actu laudabili conflare infamiam uoluiſti, ꝓuidebo ne me ueris, ꝓbris poſsis attingere, eritq; tibi liuor tuus ad pœnã, mihi tū ad laudē, tū etiam ad cautelam. Curabo ita uiuere, ut boni gaudeant, tu Medicus repes, ſiue in hac ſiue in alia ſolitudine ut ſors tulerit, ſiue in urbibus uiuam, ubi uixi longè aliter q̄ tu, ubi nemo mihi urnã ſuam, multi & magni ſecretū animi familiariter oſtenderūt, cõtigitq; ꝙ optabã, ut eſſem charus illuſtribus, uulgò ignotus, libet enim gloriari ſed in domino, cui ſemp tū ꝓ multis, tū ꝓ hoc nominatim gratias agam, ꝙ me ualdè diſsimilem tui fecit. Interea dū hic ſum, ꝙ quamdiù ſit futurū neſcio, illud ne tibi uidear mentitus, ꝙ ſupbiæ mihi datū, in principio literarū tuarū hue ſeſēs diſtuli, me florentes ſyluas & ſolitarios colles ambire ſolitū, uel ſcientiæ cupiditate uel gloriæ. repeto enim nō dubitans, ne lateat ut tu fingis, notū enim ſpero, nō modò qd agã, ſed qd cogitem, dixi igitur ut doleres, & repeto ut doleas, tantã diuerſitatē noſtræ ſortis agnoſcens, dū certè oculos tuos ille mœſtus atq; horrens peluium ferit aſpectus meos grata ſerenitas & agrorū ac nemorū lætiſsimus uiror lenit, Dū auribus tuis irati uētris murmur intonat. meas ſuauis uolucrū cantus & dulcis aquæ ſtrepitus delectat. Dū naribus tuis incluſus aër, & auræ triſtioris flatus ingerit̄, meas florum circūfuſa diuerſitas, &

ſitas, et calcatarũ odor mirus herbarũ recreat atq; ꝑmulcet. Dũ lingua hebes infœlixque, palatũ tuũ delibãdis atris potionibus inuiſcantur, mihi lingua in aliq̃ uel honeſto colloqo, uel ſalubri ſoliloquio detinetur. Dũ manus tua miſerorũ rimatur atq; explicat purgamẽta, mea aliquid ſcribit gratũ poſteris, ut ſpero dũ legetur, ꝙ certè ſcio gratũ mihi dũ ſcribitur, & ſi nihil enim maius, at ſaltem obliuia temporũ mutarũq; grauiũ & inutilium curarum animo meo affert. Deniq; dum tu lucrum cogitas aut r. pinam, ego illud meditor, ut ſi poſſim ex alto pereuntia lucra deſpiciam. et ut ſæpiſsimè ſtomacheris, dum tu captus uilis lucri cupidine, grabatulos ambis ac latrinas, ego illa ſola cupidine, quam audiſti, florẽtes ſyluas & ſolitarios colles luſtro. ſentis quam me nõ pœniteat dixiſſe, qđ totiẽs repeto & exaggero, magnifice forsã & de me altius loqui uideor, ſed à quodam magnanimo literatoq; uiro didici, magnificè loquẽdũ aduerſus ignorantes. Brutus hoc in epiſtolis ſuis ait (patere me uti teſtimonio hominis incogniti, apud te notiſsimi, apud doctos, et quẽ Tullius ac Seneca cũ ueneratione ſuſcipiunt (quanto ergo magnificentius atq; altius loquendũ, aduerſus ſurdos. altè locutus ſum, ſic oportuit ut audires, hymnis quidẽ tuis, carmen breue reddideram, ſed iniuriã Muſis hanc inferre nolui, eas ut inſueto odore confunderẽ, tuũq; ad limen cogerem, ubi ſe nunquã fuiſſe gloriatur. Ecce multa mihi quæ penè per diſſuetudinem euanuerant ad memoriam reduxiſti: gratiam habeo conuitijs tuis. Exercent ingenium bonum opus: niſi malo more peſsimoq; animo fieret. Hoc tibi examinãdũ linquo: ut libet igitur ego & tacere poſſum & loq audeo: inſultusq; tuos nec opto nec horreo: nec dũ aculeos depoſui: ꝙ à te quoq; grauiter acceptũ quàm uerè dixerim: puto ſentias: niſi prorſus obtorpuiſti. Ita tamen hoc accipias uelim: ſi nõ poſt annum: ſed ad iuſti temporis ſpatium in aciem redis: abſit enim ut ab unius tempus non extimantis pendeam ſemper arbitrio tempus mihi charum eſt: fugamq; eius intueor. Si ergo diſtuleris: tibi nihil. Chartæ autem quod merebitur quæ indignari nõ poterit: ſi illic poſita fuerit ubi auctor ſuus aſsiduè cor, ingenium, manus, linguam, oculos, nares habet, & tibi quidem in præſens hæc ſuffectura crediderim, ut aliquid in diem proximum reſeruemus. Tibi autem lector quiſquis es, ocio abundans, in has fortè literulas incidiſti, pauca dicturus ſum. duo ſunt quidem ad quæ perrarò nunquamq; niſi inuitus uenio. ad utrumq; nunc iſte mordaciſsimus conuitiator me coëgit. Gloriari & de ſeipſo prædicare uanum ac ſuperbum, alteri detrahere iniurioſum & moleſtum eſt. non audeo te rogare ut mea legas opuſcula. altiorem tibi fertiliorem q; lecturam opro, ſed hoc dicere audeo, ſi quicquid ab ineunte ætate ſcripſi, & ut puto ſcribam cũ his conferatur, quæ mihi detractor iſte uiolentus extorſit, neq; ſermo tã feruidus, neq; tantum in reliquis omnibus iurgiorũ, neq; decima uel propriæ laudis uel alienæ infamiæ pars legetᷓ, niſi ꝙ olim, memini me alterius cuiuſdã & certè maioris æmuli, quem in alio, terrarũ tractu atq; alia ætate perpeſſus ſum, Rabiem inuidiæ facibus accenſam, coactũ ſimiliter tribus aut quattuor epiſtolis contudiſſe. ſed ea contentio, lege carminis, iuueniliter actitata eſt. hoc deerat iniuriæ, ut à ſene iam ſenior, ſoluta oratione laceſſerer, utque in omni ætate et in utroq; ſtylo cõpellerer inſanire. Vnũ me ſolatᷓ, utrobiq; laceſsitus ſum, putabã aliquãdo fugiſſe latebris inuidiam fallebar, illa me ut uideo uel ſubterraneis latitantẽ cauernis inueniet, diſplicet perſecutio, q̃uis fortè nõ inutilis, diſplicet inuidia, ſed inuidiæ cauſa nõ diſplicet, neq; uelim talis eſſe, in quẽ illa nil cogitet, aut in quem nil audeat. Securus eſſe uelim niſi putem impoſsibile, auſa eſt in Cæſares, in reges, in populos, penitusque paucis contigit, quod Saluſtius meritò difficillimum dicit, inter mortales, ut gloria inuidiam ſuperarent. illud contrà facillimum multis accidit, ut gloria inuidiam irritarent. unum miror, quod cum hæc peſtis inter pares unique ſtudio intentos oriri ſoleat, mihi ſemper unde non debuit orta eſt. Deum teſtor, non libens ad reſpondendũ olim ueni, ſed multò nunc magis inuitus, ad hæc redeo, quamuis inter utriuſq; linguæ principes, interq; ſanctos uiros, ꝙ multo mirabilius eſt, q̃ nam uerborũ certamina freq̃nter exarſerint nõ ignorẽ. In immortalib. enim ſcriptis memoriæq; mãdata ſunt, q̃ ꝓbra, quas contumelias, uel in Ciceronẽ Saluſtius nõ iacit, uel in eũ ille nõ reiecit, unũ ipſis in uerbis odium cernas, nõ mitior, ſed multo quoq; acrior inter Aeſchinẽ ac Demoſthenẽ capitaliorq; diſſenſio. qs Hieron. cõtẽtiones nõ audiuit cũ Rufino Aquileieñ; quaſdã quoq; cũ Auguſtino, leuius quanq̃ reuerẽtiusq; habitas, duras tamẽ atq; mordaces. Verũ hæc et his ſimilia, in

alijs

alijs ꝗ̃ in me libẽtius excuſarẽ,ſed cogor ubi nollẽ,& ad duo mihi inprimis moleſtiſsima ꝑ
uim trahor.Quid enim lector oro te,qd eſt ꝙ in me ſpontè glorier?ꝓfectò ꝗ̃uis obtrecta
tor meus,quouis iuſto extimatore rerũ,nihilo etiã ſi dici libeat minor ſit,adeò ut ſtylus ipſe
meus,quodammodo frenũ mordens,aduerſarij cõtẽptu ignobilitate ſuꝑbiat. Ego tamen
(ut tibi uerũ fatear)meipſo iudice nihil ſum,& ſi quid uel uerè eſſem,uel uiderer mihi, quo
rũ alterũ cupio,alterũ abominor,an tamen ideò poſſem obliuiſci, illa ſapiẽtũ pueris etiam
nota cõſilia.Laudet te alienũ & nõ os tuũ.& alius.Tollite inanẽ iactantiã, res loquẽtur ta
centib. uobis.ex aduerſo aũt,qd ego alterius nomen inuadã.iniuſtè agã,ſi honeſtũ nomen,
ſi infame,ſuꝑuacueq́;,ꝙ ſi forte de literis(ut fiat)quæſtio eſſet exorta.Verũ eſt enim nõ ſo
lũ illud:Quot capita tot ſententiæ.ſed illud quoq;:Cuiuſq; capitis,multas eſſe ſententias.
unde ſæpè accidit,ut de una eadẽq; re,aliud manè,aliud ſerò,immò & in eodẽ inſtanti,nũc
illud uni & eidem ingenio uideat̃.Si ergo uel de ſententijs inter ſe,uel de unius ſentẽtiæ ter
minis,uel de re qualibet diſſẽſio incidiſſet,dicẽte uno,ꝙ alius nõ probaret,an ſtatim ad iur
gia ueniendũ,& quaſi pugnãdo ueritas q̃reret̃,furore atq; odio decertandũ erat? cur non
potiùs meminiſſe illius ſententiæ decebat,q̃ in libro de Finib. à Cicerone poſita eſt,q̃ ſi le
giſti,parces nota repetẽti ſi minus,puto nõ inuitus leges.Diſſentientiũ,inqt,inter ſe repre
hẽſiones,etiam nõ ſunt uituperãdæ,maledicta,cõtumeliæ,iracundiæ,cõtentiones,cõcerta
tionesq; in diſputãdo ꝑtinaces,indignæ philoſophia mihi uideri ſolent.Et ſequit̃:Neque
enim diſputari ſine reprehẽſione,nec cum iracũdia aut ꝑtinacia rectè diſputari poteſt.neq;
enim diſputando ſolũ,ſed etiã in atrociorib. cauſis doctrinæ huius meminiſſe ꝓfuerit.Hic
idem alibi:Rectũ eſt,inqt,etiã in illis cõtentionibus,q̃ cũ inimiciſsimis fiunt,etiam ſi nobis
indigna eſſe uideamus,tamen dignitatem retinere,iracundiã pellere.Et ſequit̃:Quæ enim
cũ aliq̃ ꝑturbatione fiunt,ea nec cõſtanter fieri poſſunt,neq; his q aſſunt ꝓbari.Sanè quod
ad diſputandũ ꝑtinet,Latinis iſte nõ fuerat diſputandi modus,licet ut Cice.idẽ ait,ſit iſta in
Græcorũ leuitate puerſitas,q maledictis inſectant̃,eos à qbus de ueritate diſſẽtiũt.Quæ cũ
mihi iãpridẽ nota eſſent,& animus natura quietis appetẽs,à cõtẽtionibus abhorreret,nun
quã ſpõtè fueram ad talia deſcenſurus,niſi iſte quẽ aliquor,ſuꝑbus,inuidus,p̃ceps,teme
rarius & ignorans(ut breui eũ tibi circũlocutione deſcribam)me nolentẽ,ꝓcacis,ut ita di
cã,linguæ ſuæ manibus, ad hũc uelut puluereũ,ac ſtrepentẽ iurgiorũ campũ,ex arce tran
qlli ſilentij detraxiſſet,ut quẽ delectet porcorũ more cœno ſemꝑ immergi,& cui ego ni
hil,ſed omnis ueritas,omnis uirtus offenſa ſit.Itaq; lector amabilis,à te ueniã peto,ſi in uo
lutabrũ iniurioſi colloquij protractus,cõtra naturã moresq; meos aliqd dixi,ꝙ aures tuas
læſerit,ſicubi glorioſius de me,deq; illo mordacius q̃ uelles effatus ſum.Magnificẽtius fate
or,fuiſſet utrunq; cõtẽnere,ſed rara patientia eſt,q̃ nõ penetret acutũ conuitiũ.proinde ſi q̃
iacula primũ ille cõtorſerit in nomẽ meũ,ꝙ quantulumcũq; ſit,augeri ſtudio non minus,ſi
p̃terea ꝙ moleſtias tuli,quot quantiſq; mẽdacijs aures ueri auidas impleuerit,q̃ deniq; im
portunæ ſit & ſcurriliter debacchatus audieris,& quis ipſe ſit noueris,ſpero tecũ ipſe dictu
rus ſis.Gloriatus es neceſſario,detraxiſti uerè.Primũ excuſo,ſecũdum probo,niſi ga rem
uerbis æquare nequiuiſti.Solebant equidem ingenioſi adoleſcentes,ab inſigni actione ali
qua,primũ nomẽ auſpicari,quaſi uictori accederet uicti nomen,& fama multis q̃ſita labo
ribus,euentũ unius iudicij ſequeret̃,nõ infamiæ negotiũ ut mos erat,ſed inde quoſdã ual
dè nobilitatos legimus.Hic ex me lacerato,ſenex idẽ ſperat,ſpero ego ꝙ fallit̃,atq; utinam
non magis ad uotũ cogitatio ſibi ulla ſuccedat.Inuentus eſt,q ſolius famæ cupidine Philip
pũ Macedonũ regẽ interficeret,ut quidam putant, apud alios aũt cauſa cædis eſt iuſtior.
inuentus eſt qui Dianæ Epheſiæ templũ incenderet,ut uel inſueto facinore notus eſſet,qui
ne ꝑ ſcelus aſſeq uideretur,qđ optabat, Epheſij prouiderũt indicto ſupplicio,ne qs eum
hiſtoricus nominaſſet.Certè conuitiator meus,qui nõ regẽ,nõ templũ uiolauit,ſed humi
lẽ ſoliuagũq; ruricolam,nõ hinc nobilitabitur,neq; hic ꝑ me, nec alibi nominãdum puto,
nec per alios.quis eſt enim tàm uili deditus negotio,qui circa tàm ieiunum nomen tempus
expẽdat?At quis eſt,qui et ſi eũ antea dilexiſſet,nõ deinceps liuidis aduerſis immeritũ ſcri
ptis eius perlectis,aduerſetur,atq; oderit?Ita ſi fortaſsis hoc calle famã petit,ne quicquam
inſanierit.ſin turbaſſe ociũ & ſilentiũ meũ interrupiſſe cõtentus eſt,quod decreuerat im
pleuit,

pleuit, aliquot mihi dies eripuit, quos nemo reſtituet, & à meis tramitibus abductum, ad durũ & inſolitũ iter traxit. Quid'ni igitur turber, tẽporisq; iacturam querar, nec mihi nec alteri fructuoſam, niſi quãtum ſtudioſo homini, modò animi crimen abſit, & data ſit occaſio non quæſita, in omni gnere orationis exercendus eſt ſtylus: en in demonſtratiuo genere exerceor, mallem in laudibus exerceri. Cæterùm ut aliquando ſit finis, Is qui hanc mihi neceſsitatem impoſuit, in alienis finibus non inueniens, quod quærebat reuertatur ad proprias febres. tu laceſsito faueas, laceſsentem oderis, & ualeas precor.

SEQVVNTVR
NOTHA QVÆ IN ALIIS ÆDITIONIBVS FALSO' AVTHORI ATTRIBVVNTVR.

Stephanus Columna Simoni Mediolanenſi Archiepiſcopo, S.

SAtis à me cupidè pater optime ſcio te oratũ, ut librũ Apuleij quẽ intitulare iuuat, de Monarchia, moderni tẽporis accõmodares, quòd abnuere minimè ualẽs, habere te illũ in Babylone aſſeruiſti. Inde mihi tradi facere ſpopõdiſti, ſed quoniã deſiderio meo ꝓmiſſum nimiũ craſtinabatur, haud uereor iterũ illũ, & etiam cũ ambitione q̃dã repoſcere, nec illã mihi ad uitiũ, quanq; id ſonet, precor adſcribas, q̃ plerunq; ut in de Oratoris inſtitutione Quintilianus ait, cauſa uirtutũ eſt. q̃ ſi me in cæteris rebus, in q̃bus pleroſq; mortales inuadit, ut inde fieret, teſte Saluſtio, quòd ambitio illo in tẽpore omnia poſsideret, uſq; huc reor minmè læſerit, in cõſpiciẽdis tamẽ libris, antiquorũ ingenioſorũ fragrãtiã redolẽtibus, adeò impellit audaciã, ut etiã importunè ab amicis illos habentib. exigã. Nõ q̃a temerè ſicut q̃dã agũt, q̃ multò plura q̃ poſsint, de ſeipſis ſibimet pollicent. eos exq̃ram, tanq; ſine pitiſsimo inſtructore, in illis ꝓficere poſſe audeã mihi ꝓmittere, quòd aut nullis aut raris cõtigiſſe legit. Nullis ergo, aut raris me parẽ facere, nimiũ accõmodaſſe mihi neceſse foret, quòd idẽ ipſe Quintilianus improbat. Scire te q̃dẽ haud ambigo, quoniã ut de Auguſtino Voluſianus aiebat. Legi deeſſe credit, q̃cq̃d Simonẽ ignoraſſe cõtingeret, quòd huc magiſter Nicolaus de Sicilia nuprimè aduẽtauit ordinis frãtrũ minorũ, in ſacris literis peritiſsimus doctor, & in cæteris ſciẽtijs, in q̃bus fas & uirũ Chriſtianũ inſiſtere, acutiſsimus ſpeculator, & clarus inſtructor, ad quẽ uelut ad fontẽ ſitiẽs ꝓpoſito meo ineſt, de omni dubio, cũ nõ dubitẽ multa occurrent, habere recurſum, & ſup Apuleio ab ipſo p̃ſertim haurirẽ ſenſum, nec licet mihi deneges aut cõferre differas, poſtulatus in ſcriptis antiquorũ, p̃clara philoſophantiũ opera, q̃ frequẽter uerbo & exẽplo docere cõſueueras. Inuaſit enim me nõ minor auiditas nũ ſtudẽdi, q̃ inter ueteres nouasq; meſſes egeſtate blãdorũ maximè egẽtib. uoracitas comedẽdi. Adeſt q̃ppè ſatis optato ociũ literarũ, ſed deeſt ꝓfectò librorũ copia. unde ſperẽ, in illo quẽ à te poſtulo, ſupra uires aſſurget ingeniũ, eroq; tui gratia, illius uiri familiaris, & fortè ſi ſors dederit, peculiaris admodũ. cuius ſine te uix ad nominis notitiam iam perueneram. Et ſi mox cõceſſeris librum, multũ cõmodi afferes, cũ inter illos me connumerẽ, in q̃bus plus impetus facit, multũq; uitiũ conferat ingenio uehemẽs ſtudẽdi uolũtas. Opto in CHRISTO ualeas, et mei memor ſis pater optime.

Simon Epiſcopus Mediolanenſis Stephano Columnæ, S.

AMbitione mobiliũ & caducorum, & ſi morũ nõ tantũ uulneratũ ut aſſeris, pater reuerende gaudeo, nã beatũ illũ eſſe dico, cui rectũ in animo eſt, q̃ uiuit ut natura p̃ſcripſit, quẽ aliqua uis mouet, nulla tamẽ uulnerat. Ambitionẽ tamen libri Apuleij literis tuis impreſſam, nõ amplector, tẽpus quòd tantũ noſtrũ eſt, cuius pretiũ nõ eſt breue, etiã ſi nõ breue, expẽdere ubi plurimũ ſupuacuæ uanitatis, noxiæ curioſitatis eſt. ò quãta ergo ignorantia, & alienatio mẽtis, quãta ſenſuũ debilitas, & infirmitas rationis, affectui tuo, ſic ambitioſè huiuſmodi librũ affectanti, nubẽ oppoſuit. Omnes natura ducimur ad cognitionẽ ueri boni, in q̃ excellere pulchrũ putamus. q̃modo ergo fabuloſum & fictũ ambis, quẽ Spiritus ſanctus effugit: Viſio librorũ unà cũ Quintiliano tuo, ut importunè etiã exigas grata uidetur, peccas, q̃eſce, neſciens diuidere. nã largiter inter libros refers. ſaltẽ addere debeas, ut ſecũdũ Apoſtolũ ad fabulas nõ fiat cõuerſio, ſimilisq; anguſtiæ turbatio, ſi de cõtempla-

QQ tione

tione ad actionē fiat uerſio. Omnes uolūt beatè uiuere, nec hoc Cicero dubitauit. Quomo
do uult beatè uiuere, q nō uult ſecūdū uirtutē uiuere, ſecūdum ꝙ uiuere, eſt ſolū beatè uiue
re? Fortè erues, Beatè uiuere eſt, ſecūdū delectationē ſuam uiuere, quod omnes uolunt. er
ror eſt, ad Auguſtinū in huiuſmodi anguſtia te relego. Velle enim qđ nō deceat eſt miſer
rimum, nec tàm miſerū eſt, nō adipiſci quod uelit, quàm adipiſci uelle qđ non oportet. In
tellexiſti? Iuuat te librū intitulare de Monarchia temporis præſentis, ſed plus iuuaret ſi di
xiſſes de Monarchia ſimpliciter. Amplius eſſe malū eſt proh dolor, cum Seneca loquar,
translatum eſt certamen noſtrū ad turpia, quod Oligarchia ac Dæmocratia etc. alliciebas
ex titulo tropologico, non ignorans hiſtorialem? nam apud quoſdā eſt de Aſino, & ſic eſt
libri textura. Quomodo ergo alijs ſociabis? nā ſcriptū eſt: Nō arabis in boue & aſino. Vis
enim cibari carnib. aſininis, ut dicar ꝙ in Propheta: Quorū carnes ut carnes aſinorū? Scis
ꝙ alitum recipit naturā alimenti? noli fieri aſinus, ſicut nec equus & mulus, in quibus non
eſt intellectus. Quæris copiam librorum, tibi non adeſt, & mihi abeſt, & numerus non eſt.
Nam huc & illuc ire errare eſt, ſed perſpicaciter intueor, quod tui appetitiua copiæ abūdat.
ideò niſi temperetur, de digeſtiua aliqualiter ambigendum eſt, cum faſtidientis ſtomachi
ſit multa deguſtare. Addicis epiſtolæ principio, doctrina Ciceronis de Oratore inſtru
ctus, indicantis prius demonſtratiuum fortius argumentū apponere, promiſsi fidē, quam
fallere graue eſt, hoc non nego, & mouet, ſed credebam te ad hunc librum, ut explorato
rem tranſire, nunc apparet quaſi trāsfugam, huius tamen uitij expiationis eſt remedij ſpes,
magiſter Nicolaus de Sicilia, in ſacra pagina Magiſtri, in matre legum, ubi non totum legi
mihi notus, & tutamen tuum tutiſsimum erit, & ſalubre profugium, de fonte eius haurire,
et ſub menſa micas edere. Ideò fidei cum dilatione fiet impletio, ut in confuſo cum meliori
opportunitate tribuatur congruentius, cum maiori ſuauitate acceptetur ſuauius, et cum ce
leriori uoracitate expediatur intentius. Habe patientiam, nam plura nuper à Philoſophi
cis laudata ſunt. Vale in CHRISTO ut opto.

Stephanus Columna, Simoni electo Mediolanenſi, S.

CVm primū reuerende Pater, manus mea literam tuam accepit, uiditq́; oculus, plecta
cum foret, parū in me hærēs, haud aliter quàm admirās ſteti, quo'nā ordine contexta
fuerit nō aduertēs. Iterū recurrebā ipſam, & cū ſtudio recenſebā, terq́; quaterq́;, nec altero
ex quatuor dicēdi genere, totis intētus ſenſibus olfactu maximè, quo Rhetorū florū redo
lentia ꝑcipi ſolet ingenij occurrēte, ut ſimul ſe omnib. quatuor aſpectui p̄ſentātibus, ꝙ de
Maroneo ſcripto dici nō poteſt, q cū eloquentiā ex omni genere cōflauerit, copioſè, ſiccè,
breuiter atq; pingue, & ſimul uno cōtextu, & ſeparatim atq; ſparſim, quolibet per ſe utē
do genere ſcripſit, ita ut apud unū Mantuanū hæc quatuor genera reperire poſsis. uehemē
tius ampliusq́; hærēs, aliquāto ſilētio inſtauraui uires loquēdi, paululū fateor diſtuli, quoni
am alijs occupatus negotijs, nō uacabat, reſpōdere tamē debui, nec pro dilatione aliquid
excuſationis opponere, indignū eſſe arbitrās, ut quoniam ad ſcribendū excitatus ipſe fue
ram, in reſpondēdo differrē. Sic Auguſtinus ad Voluſianū inquit: Morari etiā me fecerit,
ultra uotū aſtruo, ipſa inops materia, & nullus tincto murice digna ueſtiri tegmine, illud
quàmplurimū Flacci timēs: *Parturient montes naſcetur ridiculus mus.* Cum oratio materi
am forſan excedit. Sed quid ludicra uerear, iocosq́; fugiā, quorū ratione hūc exceſsū uolēs
facturus ſim, cū ueteribus & cura & ſtudio digna uiſa ſunt? Cicero autem, quantū in ea re
uoluerit quis ignoret, qui uel Liberti eius libros, quos is de iocis patroni compoſuit, quos
quidam ipſius teſte Macrobio putāt eſſe, legere curauerit. Plautus quidē ea re clarus fuit,
ut poſt mortē eius Comœdiæ, q̄ incertæ ferebaꝛ Plautinæ tātū eſſe, de iocorū copia noſce
rētur. Catonē etiam illū Cenſorinū argutè ſolitū iocari, legi. Horū nos ab inuidia muniet
auctoritas, ſi in noſtris cauillemur orationibus, quàm pinguius quàm Rhetoricæ inſtitutio
ſubeat, de arida materia loquamur, cū id factū iocandi gratia intelligi uelimus. Iam ad te ue
niendū eſt. Ad Satyricū accedere nō putabam, uel ad Medicū, immò uerò ad Antiſtitem,
& talem dixerim qualem CHRISTVM nobis oſtēdit Apoſtolus: Qui ſciat noſtris infirmi
tatibus compati, nō qui ad arborē ſecurim apponat, nec prius quieſcat, donec ad terram
proſterneris cunctam molē. Ambitionē meā uidēdi librū Apuleij, ferè dixerim tanquàm

hæreſim

hæreſim,uerũ aſſertiuè dicam,uelut ignauiã & inſaniam quandam improbare niteris.Eſto illam excuſatam fecerim,ꝙ plerunq; uirtutis eſt cauſa,illud te ſatyrizare ſciens, ꝙ expendere tempus,ꝙ tantum noſtrum eſt,ubi plurimum ſuperuacuæ uanitatis,& noxiæ curioſitatis eſt,ut ad literam replicem dictũ tuum,credo dicere uoluiſti,perdere eſt, hic ad reſpondendum initium faciamus. Vetus quæſtio eſt,et ſæpè quæſitum eſt, Vtrum ſanctius ſit,modicos habere affectus an nullos?Stoicis uiſum eſt illos expellere, quos ſecutus eſt Seneca, ut uidetur in Epiſtola quam cum hac quæſtione orſus eſt. Peripatetici uerò illos temperãt. Quid mihi obijcies,ſi Peripateticus iſta pro ſententia effici uelim,ac cupida affectione uidere Apuleiũ?Et ſi ad uanitatẽ curioſitatem'q;,quas cõtẽnere plurimũ altruis,non aduerte ro,affectũ temperẽ meũ,metaphoricũ inſectans ſenſum illius, Modò tẽpus ꝙ irrecuperabile eſt,ꝙ appciari nõ poteſt,amiſiſſe me dices. Aut hoc tẽperamentũ,ut impoſsibile improbes,ac ſi reiecta cortice,dulcis nucleus,quẽ arida teſta celat,ſumẽdus non fuerit, uel ſi ſumi mi non poſsit,ridiculũ dictũ eſſet? Subtus amara folia dulcia latent poma, an non legenda odio foliorũ,aut madẽda dulcoris cupidine,ſanus quis ignoret?prudẽs,qs auide nõ comederet? Haud aliter de Apuleij libro dicere uelim. Curioſam fortè & fabuloſam cõtinet & laſciuam,ſub qua,ueluti ſub uirentiũ & luxuriantiũ foliorũ umbraculis,gratiſsimus fructus abſcõditur, ꝓfunda & altiſsima iacet ſententia,q̃ ſummo ſtudio, meliori ingenio,toto conatu, maximo ocio,multoq; ſudandi tẽpore haurienda foret. An non Virgilius ſub fabulæ tegumento,illam,& maximè omnium maiorem ſententiam cecinit,cum in ſextauaticinatus fuerit Aegloga: *Iam noua progenies cælo dimittitur alto?*

Quis Prophetarũ de incarnati uerbi ꝓgenie expſsius dixerit,ſi tũc ab intellectu, ex fabularũ curioſitatibus uerificata,poſtmodũ ſententia q̃ fuit eripi potuiſſet humano? Sanè hoc in ſtudio non tẽpus ꝑditur,ſed colligit' & ſeruat'. Nã fictũ haud ambigo, nec fucũ amplector, ſed philoſophãtiũ ueras cũ ratione inſector ſententias, & uarijs cuniculis uſq; penè ad centrũ terræ deſcendẽs,cupidus ſub mũdi machina,auri uenas exqro. Quod cũ in parte feciſſe rebar,cũ à te de aureo aſino Apuleij librũ,quẽ ſic apud quoſdã intitulatũ aſſeris, obtinere potuiſſem,nõ eqdem pſcrutaturus fabulas,ſed illius antiqui Poëtæ adepturus philoſophiam,haud aliter,q̃ ſubſterqlinio margaritas. Et quanq̃ plurimos huius æui delectẽt,me aũt nõ alliciũt curioſæ Poëtarũ fabulæ,ꝑter illa,quandoq; mercede & accepta ſtudẽdi remiſsione,q̃ omnibus danda eſt iubente Quintiliano,quẽ mecũ Satyrizas,non ſolũ qa nulla res eſt,q̃ pfectè poſsit cõtinuũ laborẽ,atq; ea quoq; q̃ ſenſu & anima carent,ut ſeruare uim ſuã poſsint,uelut qete alterna retenduntur. Et ꝙ ſtudiũ diſcẽdi uolũtate,q̃ cogi nõ poteſt, cõſtat,in illis attædiatũ ingeniũ,uelut quodã in ludo recreet'. Solẽt enim & plus uiriũ afferre, ad diſcendũ,cõſequẽdũq; boni uiri notitiã,renouati ac recẽtes,& acriorẽ animũ facere,q ferè neceſsitatibus repugnat,ut qd ergo ſatyra tua aduerſus me clamitat?cur inuehit? quà ob rẽ obiurgat?unde mihi inſaniã obijcit?qua ꝓ cauſa, ignorãtiã & ſenſuũ debilitatẽ ac rationis infirmitatẽ opponit? eqdem nõ intelligo,cũ in his nimiũ uerũ dixerim,ſpiritũ cur indignationis efflaueris?O'q̃,ut meus qdam nuprimè exclamauit, differendus eſt ſermo intrinſecus,priuſquã in uoce uel calamũ ueniat,pſertim ubi animus in cõtumeliã cuiuſquã prumpit. Fauni licentiã obſecro,ſagax uenator,unde cõmodius actiusq; uernantia & roſida prata,florida,inq̃,ac uirẽtia luſtra ferarũ,& pſſa ueſtigia odora,ui canũ exqrit,et ipſam inſequitur belluã:ac facilius capit' pda,q̃ ꝑ ſaltus & aſpera denſaq; nemora dumis ,ſic ꝑ lepida ſcripta,fragrãtis ſtili pfuſa rore, & ſumma rerũ inuẽtione coſerta,ac lenocinio adiuta uerborũ, & cõtra æſtũ excãdeſcentis ingenij uerũ,cũ q̃dam animi feruore q̃rentis fabularũ, quẽadmodũ qbuſdam reclinatoris,intermixta umbris,q̃ ꝑ inculta inſulſa & ſcabrea, nullo colore nitentia,aut ordine redimita,ad ueri boni ſcientiã pueniũ,ꝙ ut ais duce natura ꝑquirimus, & è cœlo ꝑuenti gratia reperimus, ꝑinde iã te pœnituiſſe intelligã,inter illos me annumeraſſe,q uirtuoſè uiuere recuſãtes,beatè uiuere uolũt. Nec me ad Auguſtinũ delegari oportuit,cũ ꝑ ſe nota ſint,ꝙ ſimul eſſe nõ poſſunt,q̃ cõtradictionẽ implicant,q̃ uelle & nolle pariant,nullus ambigit, & ꝙ uirtus & uitiũ cõtraria ſunt. qs ignorat. Et ꝙ me uitioſè iudicas uiuere,quã tui cõcluſio cõplectitur argumenti,inde probationẽ aſſumens,ꝙ librũ Apuleij ambitioſè poſtulo,q plurimã cõplectitur uanitatẽ,ꝙ ſi oſtendero,qd ex tua ratione ſequatur,illam pace tua ſit dictum glorier confutaſſe Auguſtinũ,de ciuitate Dei,q legerit, Poë-

tarũ ſententijs, ac ad cõtextũ auctoritatibus, tanq̃ ex cemẽto & lapidibus murũ fabricantẽ intelliget, atq; ſentiet omnes quos allegar, & uti familiares, & ſeruos in opus ſuũ adducit. intellexiſſe neceſsè fuerit, aliàs quantũ in opere potuiſſet, minimè cõcepiſſet, q̃ ſine ſtudio congruentius fieri potuiſſe, quippè nõ credit, immò modeſtius autumari poteſt, quod omnes ſolerti cum ſtudio recenſuerit, ex quo conſtat, ſic profundè ad eorũ ſententias nanciſcendũ confodiſſe, quod ad operis ſui fabricam cõſtruendam, inter alios operarios, eos dignos elegerit. Et ſi daretur ocium, omnes doctores Eccleſiæ, & uera mundi lumina, ac mille alios uiros ſanctos, numerare poſſem, qui Poëtarũ cum ſtudijs ſolertia libris imbuti, ipſis familiariter admodum uſi ſunt. Quos ex tui argumenti concluſione, p quandam conſequentiam, male uixiſſe damnabimus, q̃ nephas eſt dicere, et abſurdũ nimis audire. Cum ergo conſequentia mala reddatur, uis antecedentis corruit rationis. & huc uſque tantum ad Antiſtitem iuuat fuiſſe locutum. Iam tandem cum Medico, quantum pſenti concertationi opus fuerit, experiri liceat. mox contra me, ciborum uarietatem opponis, cũ Senecæ ratione munitus inquis: faſtidientis ſtomachi eſt plura deguſtare. Præmittis etiã q̃ ppendis, appetitiuam meã copijs inhiare. Quapropter niſi tẽperamẽto moderer, foret de indigeſtione timendũ. Vnde mihi oritur: materia diſputandi. An ad digeſtionẽ diuerſitas ciborũ, an ſingularitas magis cõfert? Hoc dixiſſe uelim, An homo melius digerat, q una nutriatur ſpecie alimẽti? an q pluríb. & diuerſis? Vides ergo, q̃ ppè ad te accedo, q diuerſitatẽ improbas, immò tecũ eſſe uolo, pauliſp req; adiuuare uidebor, ſed ut omnes tuas radices euellere uno conatu poſsim, quantũ inniti potuerit, rationi dicta tua oſtendã, pinde ueniã gulæ à te tanq̃ à ptore peto, cuius me defenſorẽ, in hac parte neceſsè eſt, q̃ pfitear. Et hoc certè rhetoricæ dignitatis gratia. Eſt enim rhetorica, pluſio cõmunes locos in utrãuis partẽ inuentorũ alternatione tractare. Verũ ſi me de hac q̃ſtione paganus q̃ſquã, ſanè te, ne de ruſtico loquar in pago, uel rure nato atq; nutrito, cõſuleret, qa pagana uel ruſtica ingenia, citius exemplis q̃ ratione capiunt, docuiſſe illũ beſtiali inſtitutione cõtẽtus eſſem, & plurimũ ſatisfeciſſe illi nõ ambigerẽ, exẽplo pecudũ, q̃ ſi uno cibo nutriant, & uniformiter, multo corporib. humanis ſaniores ſunt, ſed ſortè illũ attẽtiorẽ, & altero exemplo feciſſem, ſi oſtẽderẽ ſibi, ut cõſideraret, nullũ unq̃ fuiſſe Medicorũ circa curã ægrotãtiũ, tã audacis neglĩgẽtiæ, ut febrienti uariũ, & nõ ſimplicẽ cibũ daret. Vnde ſatis cõſtat, q̃ facilis digeſtionis ſit, uniformis & ſimplex alimonia, ut ægrotãti cũ infirma eſt natura ſufficiat. Iterũ ruſtico illi tertiũ addidiſſem exẽplũ, nõ minus eſſe multipliciũ alimẽtorũ uitãda nutritio, quã uinorũ multiplex uariatio, nemo credo hæſitat, illũ q uarijs uinis pluitur, facile in ebrietatis inſaniã deuenire. aduerſus quam conuenienter quidam exclamabat autor:

Quid non deſignat ebrietas: aperta recludit Spes iubet eſſe ratas, ad prælia trudit inermem
Fæcundi calices (uarijs redimiti falernis) quem non fecere diſertum.

Verũ ne te deſerã Medicorũ optime, ad teipſum redeo, cuius paulo antè p uillano quodam ſi occurriſſet obliuiſci uolebam, nec tibi tantũ aſsiſtere uelim, exẽplis quã ratione. Nam illa me tacẽte clàm te eſſe nõ poterit, Aut equidẽ qualitate calefactionis illius, in quã poſt digeſtionẽ uertitur, cibus, ſi nõ apta humori, q corpus obtinuit, generantur in ſtomacho crapulæ, aut cõgerie cibi, quẽ ad coquendum natura nõ ſufficit. Et qui unico cibario utitur, facilè qua liquefactione uel cibi reſolutione grauetur uel iuuetur, intelliget. Haud enim ambigere poteſt, cuius cibi qualitate poſſeſſus ſit, cũ ſumpſerit tantũ unũ. Et ita ſit certiſsimè apud Medicos, ut infirmitas cuius cauſa cognita eſt, facilè uitet. Qui aũt multiplici cibo alitur, diuerſas patitur q̃litates, diuerſorũ ſuccorũ uel liq̃dorũ, qa nõ cõcordãt humores, ex materiæ uarietate naſcẽtes, nec efficiũt liquidũ purũq; ſanguinem, in quẽ uertũtur iecoris miniſterio, & in uenas cũ tumultu ſuo tranſeũt. pertendis ne præclare Medice, quàm procaci lingua te iuuerim? Nihil tamẽ eſt tàm indignũ tolleratu, quã q̃ aures noſtras, grata lingua, captiua teneat, & uerborum iocunditati aſſentire cogimur, circumuenti uolubilitate ſermonis, qa ad extorquendã fidẽ agit in audientes tyrannũ. Ideoq; abs te recedã, & aduerſus has dictas, quas aſtruiſſe poteras rationes, & exempla plebana, quantum poterit aſſurget animus. at in primis auxilij noſtri ingeniũ, penè audientes, ſpecioſis quã ueris, ut liquidè oſtendetur, cœpit exemplis. Dictũ quidẽ eſt, ſimplici pecudes uti cibo, & ideò expugnari difficilius, eorũ quam hominũ ſanitatem, ſed utrũq; falſum probari poteſt. Neq; enim ſimplex eſt

plex eſt animalibus brutis alimonia, nec ab illis quàm à nobis morbi remotiores, primum nanq; probatur clariſsimè ex uarietate pratorũ, quæ depaſcuntur, quibus herbæ ſunt amaræ pariter atq; dulces, aliæ ſuccum calidum, aliæ frigidũ nutriẽtes. Videtur ergo tibi ciborũ ſubſtãtia ſimplex, ubi tot enumerãtur uel arbuſta uel fructus. non minus nutrimẽto diuerſa quàm nomine: quod autem non facilius morbi homines quàm pecudes occupẽtur, Homero teſte, contẽtus ſum, qui peſtilentiam refert à pecudibus inchoatã. ſed ut quanta ſit multis animalib. infirmitas, breuior quàm plurimũ eorũ, quàm hominũ uita inditio eſt, niſi recurras forſitan ad ea, quæ de coruis atq; cornicibus fabuloſa dicuntur, quos tamen uidemus omnes cadaueribus inhiare, uniuerſisq; ſeminibus inſidiari, & perſequi fructus arborum. nam quod minus edacitatis habeant, quàm longæuitatis, eorum opinio fabulatur. Secũdum uerò exemplũ ſi benè recordor eſt, quod ſolent Medici ægris cibũ offerre, non uarium, cum hunc offerunt Medici ut opinor, non quaſi digeſtu facilior ſit, ſed quaſi minus appetendum, ut horrore uniformis alimoniæ deſideriũ edendi langueſcat, quaſi in multis coquẽdis, ꝑpter infirmitatẽ nõ ſufficiente natura. Ideo ſiquis ægrotantiũ, uel etiam de ipſo ſimplici cibario amplius appetat ſubducitur adhuc deſiderãti, quapropter à nobis commento tali, non qualitas, ſed modus exquiritur. Tertio autem in edendo, ſicut in potendo ſuades, uaria & diuerſa uitari, habent latentis inſidias, quia nominis ſimilitudine coloratur. cæterũ longè alia ciborum ratio eſt. quis enim edendo plurimũ ſauciatus eſt, quod in bibẽdo perfacile contingit, farcitus cibo ſtomacho, uel uentre, grauatur, infuſus uino fit ſimilis inſano. opinor ideò qa craſsitudo cibi uno in loco permanens, adminiſtrationẽ digeſtionis expectat, & tũc demũ mẽbris confectus dilabitur. potus uerò ut natura leuior, mox altũ petit, & cerebrũ quod in uertice locatũ eſt, ferit fumi calentis aſpergine. Et ideo uaria uina uitantur, ne res quæ ad poſsidẽdũ capux repentina eſt, calore tàm diuerſo quàm ſubitò conſilij ſedem ſauciet. Quod æquè in cibi uarietate metuendũ, nulla ſimlitudo, ratio nulla ſuadet. Ibi etiã ibi aſſentire nõ poſſum, quod ſuccus uarios de ciborũ uarietate confectos, dicis contrarios eſſe corporibus, cũ corpora ipſa de qualitatibus ſint fabricata contrarijs, ex callido enim & frigido, de ſicco & humido nos conſtamus. Cibus uerò ſimplex cui adeſt, ſuccũ de ſe unius qualitatis emittit. ſimilibus autẽ ſimlia nutriri probaſti. Dic ergo quæſo, unde tres aliæ corporis qualitates nutriri debebũt: Singula autẽ ad ſe ſimilitudinẽ ſui rapere, teſtis eſt Empedocles, ergo ſi homo nõ unus nutriendus eſt nec ex uno, cui ſententiæ literarum ſacrarum ueritas multũ conuenit, Quia non ex ſolo pane uiuit homo, ſed ex omni uerbo quod ꝓcedit de ore Dei. ut panis ad corporeũ referatur hominẽ, uerbum uero Dei complectitur hominẽ ſpiritualem. Deus etiam omnium fabricator, aẽrem quo circũfundimur, & cuius ſpiramus hauſtu, non ſimplicẽ habere uoluit qualitatẽ, ut aut frigidus ſit ſemꝑ aut caleat, ſed nec cõtinuè ſiccitati, nec ꝑpetuè eũ aduxerit humori, qa una nos minimè q̃litate nutrimur, de ꝑmixtis quatuor fabricati. Ver ergo calidũ fecit Deus & humidum, ſicca eſt æſtas & calida, autũnus ſiccus & frigidus, hyems humida pariter & frigida eſt. ſic & elementa quæ ſunt noſtra principia. Cur ergo corpora noſtra ad uniformẽ cibũ redigis, cũ ſalus ſit hominis uigẽte appetitiua, qua deficiente langueſcit, & periculo ſit ꝓpior: Nã ſicut in mari gubernatores uento ſi minus ſit, ſua contrahẽdo in minorẽ modũ uela p̃teruolãt, & flatũ cũ eſt maior coẽrcẽt, ſopitũ uerò excitare nõ poſſunt. ita ut appetitiua uirtus cũ titillat̃ et creſcit rationis gubernaculo tẽperat̃, ſi autẽ ſemel ceciderit animal extinguit̃. Cũ ergo cibo uiuimus, & cibũ appetẽtia ſola commẽdat, elaborandũ nobis eſt, commẽto uarietatis, ut hæc ſemꝑ prouocet̃, cũ præſto ſit ratio, qua inter moderationis ſuæ terminos temperetur. Iã uerò ut finẽ diſputationi faciã, ſic de appetitiua ingenij noſtri fiendum arbitror, ut ꝑſæpè uarietatis lectionis recreetur. Vt enim terræ uarijs mutatisq; ſeminibus, ita noſtra ingenia, nũc hac nulla meditatione recolatur, iuuat interdũ ex hiſtoria locũ appetere ſiue app̃hẽdere. Vo'o epiſtolã diligẽtius ſcribere, Nam ſæpè in orationes quoq; nõ hiſtoria modo, ſed propè poëtica deſcriptionũ neceſsitas incidit, & preſſus ſermo, prius quam exẽplis petitur, interdũ proprij officij uacare formis, quandoq; inſiſtere iuri, & dare operam Comœdijs, libentiusq; ſcribere inuenta delectat. Aiunt enim non multum eſſe legendum, ſed multa. Vale in CHRISTO.

NICOLAI TRIBVNI
ROMANI AD GVIDONEM
BOLONIENSEM S. R. E.
Cardinalem, Oratio.

REuerende mi Pater & Domine. et ſi placidũ mare, ex tumido ſerenũ, ſi cœlũ ex
nubilo, hilari aſpectu reſumit̃, ſi in ſignũ principalis clemẽtiæ, regẽ apiũ natura
priuauit aculeo, ſi feritatẽ ſuã, in ſibi ꝓſtratos leo deponit, ut ſcribit̃, ꝙd mirũ, ſi
humanas p̃ſertim principantiũ mẽtes, diuinitatis quippè participes q̃rimus &
reperimus, in tẽpore depoſita ſeueritate clementes; cũ & ipſe formator earũ, humanæ in
iuſtitiæ ſpontè ſubijt aculeos, ut diuinos & iuſtos humanitas euitaret, cũ quibus ſi quando
que eã ꝑ demeritis ꝑcutit, non utiq; ambitioſa uelut ultione mortificat, ſed caſtigans uiuifi-
cat, uulnerat & medetur. qui etſi ſcelera inſuper deteſtanda, quantumlibet p̃deliberata, ul-
tra ſeptuageſies ſepties remitti præcipiat pœnitenti, quantò ergò facilius, ſemel cõmiſſa, &
reuocata, quantocyus illa remitti debet. quantò deniq; leuius delicta noſtra, quæ non ab or
tu nata ꝓpoſiti, ſed uirtuoſæ actionis in ſemita, à ſubterraneo mirmicaleone p̃rupta, ubi ia
cturam p̃cipitationis inflixerint, ipſe condolens, & ipſe mundificat cõpaſsiuus; Sanè toti
iam conſtat mundo notoriũ, qualiter derelicta diù ciuitas, p̃ſertim à tempore, quo inſidi-
antis Vrſi, & tortuoſi Colubri rabie uenena nutriuerint, pro minimè circũligatis, minusq;
ſanatis, nũnq; oleo fotis, ſuis pròh dolor, ſine intermiſsione uulneribus, q̃ pro falſo nomi-
ne ciues Romanos, ignobilesq; uirtute tyrannulos, latrocinantes diutiùs, & ubilibet ſunt
illata, & qualiter ab infectione lepræ ſuæ extra ferens, & in ſeipſa quã incurata marceſcens,
odiũ ſuijpſius inficiens, & infecta ceciderit, & cũctarũ pròh dolor forſitan nationum. Nec
latet p̃ſentes, nec ueriſimiliter latebit in poſteros, qualiter iuſtus iudex, ſub unico ciuiũ mi
nimo, ſalutem propriam publicæ poſtponente, ſolo Reip. liberandæ propoſito loricatum,
montes illos in ualles, aſpera eorum in plana, lucos in agros, aquas intolerabiles in riuos
tranſibiles transformarit. quæ quidem, dum hominis paucitate, ineptitudine ciuium, praui
tate potentum, breuitate temporis, ſine ſanguinea plebis gutta, faciliter acta penſantur,
nemo niſi calumniator inuidus, aliunde progreſſa dictauerit, quàm à Deo. ſed dũ ex con-
fidentia pij operis, uelut diuino fretus auxilio, inter humana nihil ſuſpicans, tàm ſuppliciter
quàm confidenter incederem ſarcinatus, ſubterranei hoſtis laqueos, & foſſas ſub arena
cauernulas, non aduertens, corrui fateor, tàm proprij lapſu pedis, quàm alienæ manus
uerſatus impulſu, patrocinali cõſilio & auxilio deſtitutus. quod ſi nullus alius dolor, nulla
alia punitio transfixiſſet, niſi quod poſt diuturnos incredibilesq; labores, mentis & corpo
ris, perſonæ pericula & meorum, ad effectum ſititæ diutiùs & eſuritæ iuſtitiæ, ad brauium
laudati iam operis ferè perductus, tàm damnosè, tàm lugubre, unà cum populo ſum fru-
ſtratus, compaſsionem quàm maximam apud rectos & pios, mea quippè iuuentus & par
uitas indefenſa, utriuſq; fortunæ non practica, iuſtorum iuditio merebatur. quid nam dif-
ficilius, q̃ populorũ infirmitates agnoſcere inueteras medullitùs, & mederi; in ægritudine
quidẽ corporũ herbæ & lapides plerunq; ſubueniunt, ſed ægrotãtibus dare animis, nequa
quã diluuia conferunt, angelica munera, & diabolica funera, in eorum raró ſanitate cõueni-
unt, fames & peſtilentiæ non ſufficiũt, terrores & gladij non proficiunt, & diuinæ ac hu-
manæ leges deficiunt & Prophetæ. Verum ſi uidebatur ſuper dolorem uulnerum uul-
nerari, Medici pròh dolor, adhibendum, utinam cum ſalubri populi deſolati reſpectu,
cum moderationis ipſo libramine, talis & tanta fuiſſet mi Pater afflicto, ut pia ipſa iu-
ſtitia, clemensqúe correctio, peccatum coërcuiſſet in pœna, & non me abſorbuiſſet
nocentem, unà cum populo ſine culpa. poterat enim, ſiqua tumefactio nouitio ap-
parebat in uulnere, quæ à ſeipſa ut patuit unctionibus reſiliebat, ubi lenimenta ſpre-
uiſſet, impoſita taliter in hora ſuccidi, ut intactis populi neruis, cui compatiendum po-
tius erat, mortificatæ iã plebis ſanitas ſaluaret̃, & pecus ꝙ uidebatur paſci cibo morbido,

aliter

aliter diſgregare quiuiſſet, ut illo ſublato de medio, inter eorundē luporū fauces, quorum rabies ueriſimiliter multiplicata præſumit̃, erepti nō caderent. Iterū greges dei, eo maximè, ꝙ meo reſtante regimine, poterat Alma ciuitas, ꝑ Romanos ciues è plebe deletos, ſanius q̃ per Nicolaū Laurentij debiliorē cæteris, cū ſolo Eccleſiæ ſpiritu reformari. Nō eſt equidem ueriſimile, ꝙ aptioribus dignioribuſq; me, ea ciuitas nō abūdet in ciuibus, quāquam informato populari regimine, & confortata ab Eccleſia cauſa potentum, iacere uideantur exterriti, ac deſtituti cū cordis uiribus eneruatis, quiſnam ſuſurrare iam poſſet, aliā q̃ maternam in populū Eccleſiā reſpexiſſe Romā, ubi impio rectore ſummoto, expedientem & pium populo ſubrogaſſet, utinā per continuationē huiuſmodi meliorem, mea foret in orbe credita, ex opinione peruerſitas, nūc ex hoc mea iuſtificata uideret̃ & pœna. ſed hoc iam meum plus extergit infamiam, iam famā ueritatis elucidat, quod ductus ad tribunal, non audax ſed elinguis, non iudicor ſed extinguor, & ꝙ eſt in omni iure moleſtius, pauper cū fortibus, oppreſſus cū oppreſſoribus uenire prohibeor, ꝙ deprecor ad examē. Dicet aliquis forte mihi: Quid tua refert ô minime ciuiū, qualitercūq; arca Romanæ Reip. recalcitrantibus deferatur à bobus, & uelis p̄ſumptuoſa tu manu illā erigere, quæ nō niſi forſan ſupna diſpenſatione ſic trahitur, & ꝙ diſpēſatoriè agitur, tenere tu repenſes? An putas ouis una totum Romanū gregē, plus ſuo paſtore diligere, plus cognoſcere, melius confouere? Pater, quippè non puto, ſed Romani curā Pontificis, quanquam ad Romanum ouile tâm debito quàm neceſſario, primo uertatur & potior, tamen confluētibus iugiter aliorū implicatam tumultibus, & in illiuſmet informatione deluſam, poſſe ſuſpicor, eam minus attendere poſſe, minus inſpicere, & uelut alienis ſub oculis palpitantem, minus curare uulnera palliata. Nec temerè ad erigēdū arcam manus erexeram arrogantes, qui diutius ruinam eius certiſſimam remedium contemplatus, & cauſam, executionem iuditij mei primo temptans in curia, nō reprobatā fore ſperaui, ſed per ſummū Pōtificē uelut ꝓbabilē acceptatā, nec adhuc dexterā meā, uelut propriæ prudentiæ niſus, cōprobabili cauſæ actualiter attuliſſē, niſi eiuſdē Domini noſtri Vicarij conſentire uidiſſem dexterā communitā. ſed nonnulli Reuerendi Patres Italici libidine conſanguinitatis euicti, aliud quàm iunior omnium Daniel de alma Roma, ex ore meo tūc clamāte de Suſanna teſtimonium protulerunt, uerum benedictus iuſtus Dominus, iuſtitias diligens & proſequens æquitatem, qui & ſecundum uias adinuentionum ueſtrarum retribuit, ſcrutans renes, exaudiuit eo, tempore quo in conſiſtorio protuli uocem eius. & ſupra ipſorum tantummodo iniqua iudicantium caput, & ſanguinem, iuditium retulit iudicatum, oſtenditq; dominus in oculis, tunc titubantis Eccleſiæ, quod non iuxta eorum iuditium Alma Ciuitas ſponte meretricata cum fortibus, rectoris conſortium ſpreuerat popularis. Et hodie uiolenta quid clamitet, in omnē terram ſonus eius, quam corda oribus, de oppreſsis euertent lugubris & querulis, auditur. Porrò unum eſt, quo amaro corde plus lugeo ne quando ſacræ paſtores Eccleſiæ, illius malè conſulti populi, infectionū uererū recordati, & ſi cōtinuū præcipitiū eius aſſentiant, & remedium nō ignoret, & de illorū forſan inſtabilitate diffiſi, eos unà cum cæteris eorum ducibus, ut demeritos cadere permittant in foueam, ab ipſis ijſdē tenebrarū ducibus præparatā. Sed abſit ſancta mater Eccleſia, q̃ nō ſolū irata nō peccat, immò peccatū & iram conterit iraſcēdo, ut cæcos filios illuminare deficiat & claudo porrigere dextrā, immò ꝓrſus erigere ſtudeat, ac baſes eius & plātas ut rectè ambulet ſolidare. Nā ubi pijſsima mater noſtra gladiū ſeueritatis eduxerit, qs ille mūdo miſericors, opponet clypeū pietatis? ſed qd mirū ſi ploro, ſi ullulo, ſi ſedēs et renuo cōſolari, ſuꝑ interfectis meis ubiq; ciuibus, mihi reuerēdis ut patribus, charis ut fratribus, et ut filijs p̄dilectis, dum ſi ꝑ totidē diſpſis pecoribus aggregādis, omnes dies meos, in urēti. curis, ſudorib. et periculis expēdiſsē, ubi in ipſo uiolētatus affectu, ꝑ illorū amore mortificor, & ipſi meq; ſeipſos ſuſpirāt, & ululāt tacitè peſſundatos. nō foret reprehēſibilis, quinimò cōpaſsibilis omnibus, meus lachrymabilis queritatus? & nūc poſt aggrauatum meum ex calumniatione delictū, utinam poſt mortificatā uitam, interitum duriorem herodiani potentes, in mea dudum natiuitate turbati, pro mortificatione mei nominis, mortificare deſiſterent Rachel filios innocentes. Certè ſi cogitare poſſet ali-

quãdo ſummus Dauid, genus neqtiæ, ſaltẽ unũ, quo ipſum in Deũ impijſsimè, in Syon
abominãtiſsimè in omnẽ Iſrael nephãdiſsimè ſeſe innocuos reſeruaſſe cognoſceret, uel in.
nocuos puduiſſe, uel ſaltẽ nõ ſeſe inde ſupextuliſſe cõſtaret, ipſos quãdoq; regnare Hiero.
ſolymis auctoritate Pontificũ nõ turbarer, nũc aũt captiuatã ab eis ciuitatẽ ſanctã, euacua
tã populo populoſam, eorũ tributo ſuppoſitã. gẽtib. dominantẽ eorũ cõtradictionibus de.
ſolatã, in opprobriũ uicinis omnib. cõſtitutã, ab amiciſsimis ſuis ſpretam, cõſolarore caren
tem, ſine Principe & Cõſule derelictã, roboratas manus peſsimorũ in ea, factos inimicos
eius in capite, quẽ pietatis uillicũ, quem charitatis talentiferum, quem ueritatis agricolam
offendero, ſi lamentor? quinimò calamitoſus animus, animoſus & calamus, in mœroris
agonizatione conueniant, & ubi chartæ & atramenta deficiant, arida pellis mea, & de ca
lamare mei cerebri, lachrymarũ liquor expreſſus, in doloris expreſsione ſuccurrãt. An ego
ſum ille, qui inuidiæ zelo corroſus, perſecutores meos malos exiſtere malim, & eos meri
tos ſubeſſe, q̃ præeſſe iuſtitiæ, tã in populi, q̃ in mei ipſius naufragio cõcupiſcã? cũ nulli me
et illos recognoſcenti, ſit dubium, non uirtutem eorũ, ſed æmulã uirtuti malitiam, cauſam
fuiſſe, & eſſe mei diſcriminis & ploratus. nam cum diligentibus in populo, ueram pacem,
mihi iram eſſe non poſſe uel odium, teſtantur uox & affectio populi aflicta, nunc mea ui.
ta denunciet, & ab adoleſcentijs actitata. nam quia uidi pacem atq; iuſtitiam, omnes inno.
centes & rectos ſitire, dolentes in populis, non cũ adulteris & furibus meam poſui porti
onem, ſed illis adhæſi, & illi mihi pariter adhæſerũt, illas cum illis uolui, nec aliquando ſimu
laui, uerùm & ſi multi oretenus, æquitatem & pacem ibidem corruiſſe condoleant, corde
tenus tamẽ eaſdem nõ ignorantur inficere, medicamine palliato. Sed oppoſito, quod unus
exiſterem ex ambitioſis Romæ rectoribus, ipſam ſimulantibus charitatem, dato quod
zelo meo, totidem correſpondiſſet ambitio, ſi iuſtitiæ & libertati reparatæ tyrannides, ſi pa
ci & concordiæ reformatæ malignitas, ſi defenſioni piorum locorum miſerabiliumq; per.
ſonarum, impietas, ſi honeſtati & pudicitiæ reuocatæ, lubricitas, ſi reſtitutioni publicarũ pri
uatarumq; rerũ raptus auiditas, ſi paſſagiorũ & gabellarũ amputationib. oneroſitas, ſi co
æquationi iuditij inter potentẽ & pauperẽ, puſillanimitas, ſi ſollicitudini & diligẽtiæ, negli.
gendi tepiditas, ſi uiarũ ſecuritati, rapacitas, ſi limitationi & ſubiectioni tribunatus officij, p
ſyndicatores mihijpſi ſpontè p̃poſitos, ſuperſtitioſa cupiditas, ſi obediẽtiæ in perſiſtẽdo, per
tinacitas, ſi populi utilitati, damnoſitas, ſi accuſationi meæ, accuſantium æquitas, ſi conditi.
oni unici pauperis, æmulorũ æqualitas, ſi famæ meæ, infamiæ paritas, põderatæ in libra iuſti
tiæ, ſub uerò me conuictũ iuditio cõlibraſsẽt, tandẽ ipſa depoſitio, cunctis priuata muneri.
bus, omnib. referta periculis, cũ acqſita potẽtũ inimicitia, inde futura perpetuo cõpẽſata, ſi
ne alterius perſecutionis aculeis, ad pœnam & pœnitentiam ſuffeciſſent. Nunc autem ue.
lut de nulla harum uirtutum utilis, de nulla probabilis, de omnibus contrarijs factus reus,
ſup. additis ſacrilegij, ſchiſmatis, hæreſiſq; commaculis, ad grauamen ſupplicij perperam ad.
inuentis, non aliter quàm conuictus, executionem ſententiæ, cum meis omnibus, utinam
per mortis unius & non centeſimæ, ab Eccleſia Dei & Synagoga potentum pariter ſum
occiſus. Nam exilio ab Vrbe perpetuo, in mortis condemnatione turpiſsimè, fuga, terrori
bus mendicitate, nuditate, fame, maledictionis infamia, ſecuritatis & pacis deſperatione
perpetua, & uinculis ſuperiũctis, continuis ſum ibidem paſsionibus cruciatus. quid in pec
cantem propoſito, in conuictum iuditio? in impœnitẽtem ex uitio? in pertinaciter etiam de
erroribus gloriantem, pœnæ infligi poterit grauioris? & adhuc de die in diem, quinimò in
æternum mihi iraſcitur Dominus, ac ſi humanum figmentum non & ipſe cognoſceret, ac
ſi in me omnem malitiam, & nullam in filijs hominũ, & in Eccleſiæ angulis reppeniſſet, ali
quando prauitatem. nam ſuperfundit picem flammis, & ſulphurem clemens Pater, cum
mei memoratur, intonat ſuper filiũ, ex ſolo feruore nouitiũ tranſgreſſorẽ, quẽ minimè qui
dem uidet aſtutum, nimium credulum, ſimplicem, & fidelem, ſemel ex iuuentutis ignoran
tia lapſum & ad miſericordiæ uocem ſeptuagiesſepties reuolutum. Heu, nam omnes
accuſationes meas, non alirer quàm commiſſa connumerat, & pro tot benè actis ab ipſo.
eodem commendatis operibus, ſaltem refrigerij guttulam, nec ex retributione iuſti.

tiæ, nec

tiæ, nec ex rore paternæ miſericordiæ recompenſat. Cum Apoſtolica clementia, ad
ſuperexaltandam miſericordiam in iuditio, etiam ſi cauſa punitionis exuberet, ex exal-
tato in cruce ſpectaculo ſe ſentiat doctrinatam. Teſtor, Reuerende Pater, altiſsimum,
quod ſi qua ꝓ populi defenſione ſum paſſus & patior, pati antea credidiſſem, in manibus
quondam domini Stephani de Columna. Qui conſcientia reformatus in uita: cauſam
populi per me iuſtè defenſam conteſtatus in publico, & filiorum furias reprobans mortu-
orum, per pacis oſculum ſocero meo patenter exhibitum, omnem meam familiam, meq;
ſi aſtforem ſecurauit, uel quondam domini Cardinalis de Columna, de legitima mei cauſa,
coram Deo & hominibus comprobanda confiſus, & non deſperans de miſericordia, me
brachijs obtuliſſem. ac ubi rationi appetitum ſubijcere noluiſſent, fuiſſent ſaltim de unico
mortis genere, tot mearum mortium concluſorio ſatiati, cum ſub illorum potentia & præ
textu, cauſam meam compoſitam aduerſus me, de fidei ſuſpitione, de Eccleſiæ, de imperij
abrogatione uel derogatione, fore falſiſsimam, in conſpectu Dei & hominũ ſit apertum.
Sed euenit Pater interdum, ut unde homo placere plus ſtudeat, aut per imprudentiam pec
cet ignorans, aut non introſpectis eius ab extra uiſceribus, diſpliceat unde prodeſt. nam ſi
de inuaſione imperij madefactam ſe conſcientia cognouiſſet, non utiq; manus intraſſem
Cæſaris improuiſus: ſed innocentiam proprio cordi inſertam, ſicut & mihi, ſic extimaui cæ
teris fore notam. Sanè quis poterit pro uero malignitatem in honore contra Eccleſiam
ſuſpicari, qui autem aſſumptionem eius piam uoluntatem Eccleſiæ rapuit, in aſſumptio-
ne fiducia, confidentia in adminiſtratione, obedientia in diſpoſitione, paupertas in peregri
natione, ſimplicitas in captiuatione, adeò reperitur puerilis; heu mihi, nam plerumq; mor
tales, proprios honores & commoda, doctrina & artibus mercantur in foro, ego autẽ, hoc
æmulo charitatis in tempore, quo omnis cura fida Reip. à multis extimatur inſania, incõ-
modum nanciſcor & dedecus, quod à uulgari exercitatione me ſubtrahens, non attem di
dicerim aliam quàm pro plebe. Hanc quippè animo recenſebam, hanc diuino & huma
no putabam præualere iuditio, hanc ueteri & nouo tabulario ſummam fore, hanc deniq;
Chriſtiana & gentili concordia legeram, ſicut oneroſam fore præ cæteris, ſic & præ cæte-
ris ſpecioſam. hanc igitur adamaui pauperculus, exquiſiui potiſsimum & elegi, uitæ longi
tudine, diuitijs & delitijs paruipenſis. quid nam mirum, ſi is qui CHRISTVM didicerit, ſe
& ſua pro plebe ponere glitterit, cum & ipſa cruda gentilitas, nullo radio decocta paracly-
to, idipſum in Rep. ſenſerit charitatis? Mirari quandoq; libeat Platonicum illud: Decet
rectores ut quicquid agunt, ad commune commodum referant, obliti commodorum ſuo
rum, inſuper proprias erogare ſubſtantias in communi. Ac ſi uidiſſet Apoſtolos inſtruit.
Dionyſio. non Apocalypſim audiuerant, cum uirginitatis & iuſtitiæ in Rep. intemeratè
cuſtodes, præcipuo cœli loco gaudere Scipio bellicoſus & Cicero, & ipſe commemora-
tor eorum Macrobius, neſcio quo ſpiritu protuliſſem. Nam & ipſam iuſtitiam, utpote in
temeratam ab eis uirginem appellatam, ſummus Poëta noſter Maro teſtatur, cum diceret:

Iam redit & uirgo redeunt Saturnia regna:

Quanquam hoc carmen, nonnulli magiſtrones erronei, Apoſtolicas prophetias deſe-
rentes, pro uirgine matre Dei, à Hieronymo in procœmio ſuper Geneſi redarguti, di-
xerunt forè dictum. Non'ne & charitatiua Reip. eſt illa Ciceronis ab Auguſtino repli-
cata monitio, quod ſi ex naufragio duo in tabula una natantes, laborauerint inter undas,
ei qui utilior eſt Reip. alter minus utilis ſponte cedat? ſed quid philoſophantiũ argumẽtis
inuoluor, cũ omnia ſacræ paginæ uolumina exemplaria, patrũ & decreta ſanctorũ, ſuper
dilectæ meæ pulchritudine cytharizent? potiſsimè illa taceo, q canes mei, me idololatrum,
me clamitant fore ſacrilegũ, q gentiliũ fuerim ſtudia ꝓſecutus. ſed impudici fortè erube-
ſcerent, ſi omnium doctorum Eccleſiæ linguas laureatorum lectione diſertas, ſicut Anze
loti & Triſtani fabulas lectitaſſent. & ego quãdoq; tædioſa forſitan ꝓ infamatione moue
rer, niſi dilectiſsimũ mihi, almũ illũ patriciũ Boëtiũ Seuerinũ, palatinis à canibus accuſatũ,
idipſum ſibi cõquereret in uinculis accidiſſe cũ diceret. Sed uti innocẽtiã meã alicuius ſce-
leris admixtione fuſcarẽt, me ſacrilegio cõſciẽtiã polluiſſe mentiti ſũt. ô Deus. nã tales coad

iutores CHRISTI, contrà me partes pro CHRISTO ſuſcipiunt, qui interrogati neſciant quid reſonent, CHRISTI quinimò Barrabæ fautores effecti, CHRISTVM & Chriſtos pro modico crucifigunt. Tales Eccleſiæ filij, me Eccleſiæ æmulum diffamant, qui ubi effrenatius raperent impuniti, cũcta ſubuerterẽt & ſitirẽt Eccleſiam perpetim uiduatam. Tales conſcientiati, catholica mihi pro Eccleſia detrahũt, q cũ eorum dominis quos adorant, ad capiendũ Summũ Põtificem, ad diripiendũ uaſa templi, ubi tempus & locus cum uoto concurrerent, tanquam ad prædas hoſtium iterũ curſitarent. q in deriſione & opprobrio ſubſannantes dicũt: Vanũ fuit conſilium eius, ut hos dies, in populis meditaretur antiquos. eadẽ eſt terra q̃ fuerat, ſed alij ſunt meſſores, uerũ ex q̃, ſic ad uotũ eorum uigilat & dormit altiſsimus, quẽ uigilare ſup miſeriam inopum, & gemitũ pauperũ, & populorũ aliquando confidebam, utinam agrũ colere, putare uites & arbores, cũ meis retro parẽtibus, nequaquam Reip. ſtudia quæſiuiſſem. nam nunc non utiq; tyrannorũ audaciam & populorũ metum, quem uiciſsitudine econuerſa mutaueram, corruens duplicaſſem, non in me linguas aſpidum inuidorũ & dentes acuerem, non ſignanter ſignũ ſagittæ pontificalis extiterem, non maledictionis eius funeſtus me gladius penetraſſet, non tædioſam præ cæteris uitam elugerem, non perpetuũ mihi & meis iugulũ fabricaſſem. Porrò ſi iuxta opinionem multorum, ne poſt expeditionem meam, uires priſtinas & ſuſpectas, paruitas mea forte reſumeret, Sedes Apoſtolica ſuſpicans, obſerat mihi ianuas, ut dicitur pietatis, quanquã non mediocriter hæc conſona & concepta in populorũ patribus, eadem & in tyrannis ſit admiranda ſuſpicio, ut principes Holophernis, & ſacerdotes Iſraël unũ reprobent iudicem, IESVS & Iudæus unam in templo lapident circumuentã, CHRISTVS & phariſeus unam in conuiuio abijciant pœnitentem. certè ſi infectus ego, ab urbis tyrannulis perditorũ more conciuium, ad almæ Vrbis præcipitium concurriſſem, tandem deſpectus & derelictus in uia, ab Amalechitis ſequax eorum Aegyptius, tanto clementius à miſericordiæ patre Dauid recipiendus eram in tempore, etiam & fruendus. nam & per eum, ipſos Amalechitas ſuper uniuerſæ Italiæ tunc faciem, de populorũ ſanguine conuiuantes, cũ uoluiſſet circumuenire, iam poterat & debere. nec non utramq; ſponſam eius ſacerdotalem & regium, cũ afflictis filijs ſuis Italicis filiabus, & prædis, facilius liberare captiuas, tamen ut illa, & quælibet de me ambitioſi dominatus ſit ablata ſuſpitio, q̃ uerè deprehendi non poteſt, q nudus, & per ſe nolenter intrauit, nudior & uiolentior tunc exiuit, ad cautelam tamen titubantium ampliorem, & de cætero, ne inter ſæculares laicus, mœrore pallidus & rubore appareã p̃confuſus, ad portũ Hieroſolymitanæ militiæ, quomodo ab initio ruinæ deſpectus habitare delegeram, reſpirandum, in habitu & regula poſtulaui & poſtulo, oraui & ſupplico me remitti, nexu matrimonialis copulæ non obſtante. cũ & parua conſors mea, idem de ſe uelit, & clauſtrali religione ſe ſupplicet honeſtari. Nunquid Pater tanta me occupat ceruicoſa cordis amentia, ut uelim putemq; poſſe, in contradictione tàm iſtorũ principũ, Apoſtolici uidelicet & Auguſti, q̃ tyrannorũ omnium, populos defenſare nudiſsimus, qđ quidem ſine lachrymis nequeo dicere, cũ conſorte, filiabus & filijs, nepotibus puerulis & germana, de eleemoſynis pauperum, uiuimus delitentes? an credam ſaturare plus alios, cui ad reſpirationem propriam & meorum, nullus Italiæ locus inſidijs uacuus, nullus quietus erit perpetim & ſecurus? qui certè ante aſſumptã populorũ cauſam, & præſertim ubi aſſentationibus & blanditijs uenerari homines uoluiſſem, tutus & alacer, inter concíues uiuere poteram, potentibus & plebeis amabilis, affabilis, & optimus. ſed in hoc u no potentiſsimè iratum huic populo Deum fore cognouerim, quod & ipſum, ſub impijs irremedianter ſinit ire præcipitem, & ſingularibus quotidie flagellis excruciat, qui pro il lius remedio ſingulariter laborauit. Verum ubi poſsibile mihi foret, uiribus reuolare reſumptis, quis ſtolidiſsimus omnium, ruinas, languores et tædia à ſapientioribus euitata conciuibus, expertus iterum uolenter aſſumeret? quæ aſſumpſiſſe iam memorat condolenter? dudum & ille prudens Saluſtius, de ſe expertus admoneat: Omnis cura Reip. minimè mihi hac tempeſtate cupienda. quoniam uirtuti honor non datur, fruſtrà autem niti, & nihil aliud quàm ſeſe fatigando odium quærere, extremæ dementiæ eſt. non enim dico hoc, ut flagella hæc. me à

popul

populi charitate diſſoluerint(nam tunc redemptos odiuero, cum pretioſum pro eis pretium odiuero redẽptoris)ſed titubo,ne omninò fruſtrà ſit charitas, quæ uicario CHRISTI uidetur impietas.& quantumlibet bonum opus, dignum ſit gratia,quod ab illo pertinacia iudicatur,nunquid credam expertus,iam caducis fortunæ muneribus,cum timore recentis,& perditis cum dolore?præparet illa blanda conuiuium, inſtruat cantilenas, polliciatur coronas frondifluas,& arentia quidem folia ex ligno quod plantatur in arido,quoniam nunquam ulterius menſam eius intrauero,ut dum ſaturatus confedero,paulopoſt decidam calcitratus.placet cum pauperibus cellulas habitare quietas,placet fabas rodere ruſticanas,quàm curis rodi perpetuo ruſticis & urbanis.& licet ante depoſitionem tyrannorum,de uniuerſa Italia,per uiam triplicem,theoricam,practicam, planam,ſanam, humanam,regiam,& directam,nemini per me apertam,faciliter uideam ab Eccleſia poſſe perfici, grauibus armigeris, ſine turbis, tamen recordator ſeu executoris inſtructor potius, quàm executor & proſperans effici maluiſſem. ſed quid amplius zelo miſerorum clangor?quid feruore inſanior populorum,ubi ab infelice deſpecto ſuſpectoq́ pro ſalute populi,ſibi nullorum teſtimonio credenda uerba inaniter proferuntur?idcircò illis omiſsis, Reuerendæ Paternitati ueſtræ,pro infœlice me ſupplico,in lachrymis genu flexo, quatenus de humanitatis miſericordia recordati,quæ ad peccãdum eſt prona,ſi corruit miſerante domino releuatur,ſuperexaltatum iamdudum,& humiliatum iam nimis, claritatis ueſtræ dignitatis intuitũ,& gladium illum bicipitem,quem pro peccatis meis,uſq; ad interſitum hunc ſuſtineo tumulatus,quod in reſpiratione paululum reuelli patrocinetur à uulnere, & ſuper dolorem meum,ocium dolentium dolori diſsimilem,modicum quæſo olei ſuperfundar.non equidem uana ſpes.nec uanum fuit mihi,hoc præcipuum ad paternitatem ueſtram præſidij implorandi conſilium,quoniam ueræ illa nobilitas regiæq́ uirtutis,utroq; ſydere pietatis irradiatis,infectũ contra me calumnijs aërem,uẽtis procelloſis obductum, ueriſimiliter præabhorrens,de conſiſtoriali cœlo ſereno ſpiritu profugabit. Nam & dirutis uinculis his,Paternitatis ueſtræ ſum,cuius alas menſæ benignitatis expertus,laudis hoſtiam ore & animo relaturus,etiam ſi uia gladijs obſidatur hoſtilibus, curſu uenire uoueo perſonali.ego namq; nouit altiſsimus,nouerunt & hi domini qui me claudunt, qđ à principio carcerationis huius,tranſlationem meam apud Romanam curiam ſupplicaui,ut ſaltem pateret in publico,quicquid mihi obijcitur ſub mantello.à qua quidem repræſentatione,apud ſedem Apoſtolicam perſonale,non læſa conſcientia,quæ ſemper ſæua conſiderat,non uicta maculis anima,non contumaciæ prauitas,ſed inimicorum ibidem roborata potentia,me retraxit.nam ſi potentes me ſubleuaſſent in curia, quantum premunt, ꝙ aut caſum inexpertus,aut poſt caſum citius releuamen adeptus exiſterem, Pater reuerende quis neſciat, niſi qui difficillimas reconciliationes Eccleſiæ,facultas ab illis, & diſpenſationes in curia,iuxta eorum uotum,de regimine ciuitatis ignorat?Sed Pater non minus pulchrum hoc de Eccleſia in ore hominum canticum cantare,uidelicet, Quod pauperem unicum indefenſum, in contradictorio tyrannorum omnium,liberauit Eccleſia, quàm illud, quod in prouerbium Romæ ſonat:

Potentes oportet adorari:qui paradiſum uult intrare.

Si uerò potentes,non pro me,ſed contrà me,clamitant,populus è contrà pro me tacendo uociferatur,tacet nam trepidus ſtrepitu,acclamat tamen,ſed affectu,& ſi aures Pater, ad illos erigitis,in medio conſiſtorij corde clamant. Nunquam quippè in ſacra pagina legitur, uocem potentem & fortium,ſed uocem afflictorum & pauperum, uocem clamantis populi,uel deprecantis pro populo,Dominum exaudiſſe: quinimò confracturum in ira ſua reges & principes,depoſiturum tormentaturumq́ potentes,percuſſurum robuſto,& fortes in populorum miſerabiliumq; ſuccurſum,per omnes uerbi ſui gladio minitatur. Cæterum ſi de tantis iniquitatibus reus,ut feror efficior,ad decus pertineret Eccleſiæ,aut tàm deteſtabilem hominem,per iuſtitiam è mundo diuellere,aut pœnitentem per miſericordiam reparare.his nam geminis uolat alis,his permaximè fulcitur Eccleſia munimentis,miſericordia uidelicet & iuſtitia,quarum ſi alteram eſuriui diutius, reliquam ſitio penitùs in

meipſum.

meipſam. Et quoniam unus ex LXX. munera oblaturus in domo domini, factus eram, nec Hiſmaëlis in occurſum uenientis, noui, proh dolor, euitare uerſutias, ſperabam in medio ciuitatis adductus, non cum LXX. interfectis aliquando concidere, ſed cum CHRISTI theſauros abſconditos habentibus ſupereſſe. neſcio uerò quo iure pœnitentia peracta non releuer, quo iure contumax & excommunicatus & pertinax interficior ut infectus, q̃ uinculis impeditus, petij ſemper & peto, & per perſonalem præſentiam me purgari. nam non ignorat iudex æternus, quod Dominis meis Obredunenſi & Petragoricenſi ſupplicans, pro miſericordia reſcripſiſſem, niſi caligantes per lachrymis oculi prohiberent. Fiat autem quod placet altiſsimo, fiat quæſo Pater miſericors, fiat ueſtro patrocinio Pater iuſte, ut examinatus in Pragenſi Eccleſia, ibique Hieroſolymitana militia honeſtatus, ſurdus, tacitus, ſemꝑ & mutus, humiliatus ſemper in domino peregriner. fruſtrà namq; animarũ paſtores, leuem iuſtitiam, uberemq; miſericordiam pro ſeipſis & alijs à domino peterent, quas adeò ipſi præmoniti petentibus denegarent, uel partem iuſtitiæ protegentes, quàm nihilo minus poſtulo rigoroſam, uir reus & palmes inutilis, nunquam ueriſimiliter quieturus, in uita tamdiù, in omni mundi angulo ſuſurraturus, condignam ſuorũ operum pœnam ploret, mare ſibi etiam clementiæ deſiccato, & remota calumnia, quæ in me ſanctæ Eccleſiæ non eſt opus, per meram iuſtitiam regiam & apertam, reum tollat è medio pœna una. deniq; ut ſaltem adiutus in ſpiritu, ne diuturnis intolerabilibus anima corrumpatur anguſtijs, hac meritò ſucciſus è uita, miſerante domino in alia requieſcat.

PROPOSITVM QVODDAM FACTVM CORAM REGE HVNGARIAE.

SErenißime Rex & mitißime princeps, quanta de uirtutibus & probitatibus ueſtris diuulgata ſint, & diuulgentur per orbem, ego non poſſem mente concipere, neſcirem lingua depromere, nec explicare ſermone. multa enim & tàm magna ſunt, ita ut in omni terra exiuerit ſonus eorum, nec mirum etiam, cum dotauerit uos Deus illis quatuor cardinalibus dotibus, quæ habent hominẽ ſupra humana erigere, parem angelis, & proximum Deo facere, Prudentia uidelicet, Iuſtitia, Fortitudine, et Temperantia. Eſt enim Prudentia ſecundum ꝙ diffiniũt morales Philoſophi, diuinarum & humanarum rerũ notitia, iuſti atq; iniuſti ſcientia. Quantum aũt ſereniſsime Princeps, in iſta uirtute præcellatis, ex hoc patet, ꝙ uos diuina colendo & humana perſpicaciter indagando, cum tanta maturitate & prouidentia reſiſtitis, regitisq; regnum ueſtrum, quod ipſum & nomẽ nationis Hungaricæ ueſtro fœlici tempore glorioſum & famoſiſsimũ reddidiſtis, unde meritò poteſt in uos applicari uerbum illud, quod dixit regina Saba, cum uidiſſet ſapientiam Salomonis: Beati ſunt uiri tui, beati ſerui tui qui coràm te ſtant. Barones ueſtri ſereniſsime Rex, regnicolæ ueſtri, ſubditi ueſtri, beatiſsimi dici poſſunt, & in ſapientia tanti principis meritò gloriari, nam ſecundum Platonis ſententiam, tunc regna, tunc ciuitates, tunc Reſp. beatiſsimæ dici poſſunt, cũ eas ſapientes regũt, uel earum rectores contigit ſapientiæ ſtuduiſſe. De iuſtitia uerò ueſtra inclite rex qd dicã? eſt enim iuſtitia cõſtans & perpetua uoluntas, ius ſuum cuiq; tribuens, uos autem in iſta conſtanti & perpetua uoluntate, cuiuslibet quod eſt ſuum, ſic iugiter & laudabiliter inſudatis tribuere, quod apud uos nulla eſt exceptio perſonarũ. Vos non diſtinguitis potentem ab impotente, non diuitem ab egeno, non fœlicem à miſero, ſed omnes apud uos in ſua iuſtitia ſunt æquales, propter quod uerificatum eſt in uobis illud Propheticum: Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus tuus oleo lætitiæ, præ conſortibus tuis. Vnxit uos Deus oleo lætitiæ præ cunctis regibus mundi, omnem à uobis iniquitatem & malignitatẽ amouit, et meritò, nam in codice Iuſtiniani de ſumma trinitate et fide catholica ſcriptũ eſt. Cum

rex iuſtus ſederit ſuper ſedem, non aduerſabitur quicquam ſibi malignum. De fortitudine autē & magnanimitate ueſtra multa dici poſſent, eſt enim fortitudo conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborū diuturna perpeſsio, ſed quis Rex in mundo maiora pericula, grauiores labores aggreſſus eſt, quàm uos pro honore Regni ueſtri & cōmodis ſubditorum ueſtrorum: uos cui omnes ſeruiunt, obediunt, perſonam ueſtram, quam omnibus poſuiſtis tàm pro nihilo computaſtis, labores & pericula uobis fuerunt magna ſolatia, ubi de honoribus regni ueſtri & commodis ſubditorum ueſtrorum actum eſt, in quo ueriſsimè oſtendiſtis, quantam charitatem ad ueſtros regnicolas & honorem ſuum habeatis, cum ſicut in Euāgelio ſcribitur: Maiorem charitatē nemo habet, quàm ut ponet quis animam ſuam pro amicis ſuis. De Tēperantia uerò & modeſtia ueſtra ſereniſsimè Princeps, non ſufficerem enarrare quæ ſunt. eſt enim, temperantia uirtus quædam cohibens illicitos animi motus, ſuaſu proſperitatis in nos impetū facientes. inquiratur orbis, legātur libri, reuoluantur hiſtoriæ, non inuenietur in Chriſtianitate Rex, uel Princeps potentior, non nobilior, non tempore fœlicior, & cui magis ad nutum cuncta ſucceſſerint. Et tamen in tantis proſperitatibus, in tanta eminentia nunquam eſtis in ſuperbiam elatus, animus ueſter nō inflatur, non intumeſcit, ſed quantò uobis Deus maiora contulit, tantò ſemper benignior & humilior extitiſtis. propter quod reſpexit Deus humilitatem ueſtram, & ex hoc beatum uos dicunt omnes generationes. Reſpexit clementiam & pietatem ueſtram, & ex eis uerificauit in uobis illud quod ſcribitur: Miſericordia & ueritas Regis, cuſtodiunt thronos eius. & alibi ſcribens Ambroſius beatus dicit: Legi & perlegi multa uolumina ſcripturarum, nec inueni unquam pium mala morte mori. Has aūt quatuor Cardinales uirtutes, ſereniſsime Rex, quæ ſic abundantiſsimè refulgent in uobis. quædam quinta alijs excellentior, alijs pretioſior, alijs dignior, mirabiliter uos nobilitat & decorat. Fides uidelicet, & uera dilectio IESV CHRISTI, quæ quāta fuerit, & ſit in uobis, ex hoc patet, quod uos tanquam Chriſtianiſsimus & Catholicus Princeps Deum ſummè colitis, ſanctos ſuos multipliciter honoratis, Eccleſiam Romanam & perſonas Eccleſiaſticas in maxima reuerentia & deuotione, geritis & habetis, & quod mirabile in oculis omnium uidetur, cum naturaliter, ſubditi ſoleāt eorum dominos non laudare, uos ſic charitatiuè, ſic gratioſè cunctos ueſtros ſubditos gubernatis, quod omnes una uoce uos clamant Regem ſanctum, Regem iuſtum, Regem pium. quod profectò nō eſſet, niſi opera ueſtra ſancta eſſent. Quod autem opera ueſtra ſancta ſint, licet ex multis rerum argumentis ſit patens, ex hoc præcipuè colligi poteſt, quod perſonam ueſtram & poſſe ueſtrū, & totius Regni ueſtri ſacræ Ro. Eccleſiæ nuper contra infideles, ad augmentum fidei liberaliter obtuliſtis, petentes ab ea crucis uexillum, quod ipſa gratioſè contulit. Et ſpero in adiutorio IESV CHRISTI, cuius negotium agitur, quod ipſum negotium proſequimini fœliciter, & ad optatum perducetis effectum, ad honorem Dei, exultationem fidei, & laudem ac memoriam ueſtri nominis ſempiternam. ita quod CHRISTVS ad uos meritò dicet: Euge rex bone & fidelis, quia, ſuper populos meos, quos tibi commiſi fuiſti fidelis, eos ſcilicet dirigendo non in deſtructionē fidei, & pernitiem Chriſtianorum, ſed in exultationem fidei meæ, ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituā ſcilicet in gloria paradiſi. Ad fomitem igitur ſereniſsime Rex tantarum uirtutū ueſtrarum, ad fomitem tantæ iuſtitiæ, uel ſapientiæ, tantæ benignitatis & clementiæ ueſtræ, non ſine magna fiducia miſerunt inclytus Dominus meus Dux & commune Venetiarum, iſtos duos nobiliſsimos ciues ſuos, Dominum Andream Contarenum procuratorem ſancti Marci, & Dominum Michaëlem Faledro, uiros timentes Deum, uiros pacificos, uiros magnæ auctoritatis & prudentiæ, quorum quilibet ſuis meritis & uirtute, & progenitorum ſuorum, promouendus eſſet ad dignitatem ducalem, quandocunque caſus uacationis contingeret. Quibus & mihi licet indigno commiſerunt, quod cum omni inclinatione & reuerentia debita, maieſtati ueſtræ portaremus humiles & deuotas cum recommendatione ſalutes. Et ſic facimus, ſupplicantes ei qui eſt omnium uera ſalus, quod Vos & regimen ueſtrum dirigere, & conſeruare dignetur in ſua gratia fœliciter ut optatis. Præterea requiſiti per Reuerendū in CHRISTO Patrem dominum Petrum Dei gratia Pactenſem & Lyparenſem Epiſcopum Apoſtolicæ ſedis legatum, quod ad uos mitterent ambaſiatores ſuper tractatu concordiæ, ad quædam

dam per ipſum expoſita, pro Reuerentia S.R.E. & Maieſtatis ueſtræ, miſerūt nos ad quæ
rendam pacem, gratiam & amicitiam ueſtram, ſicut habuerunt cum prædeceſſoribus no-
ſtris Regibus, cum quibus nedum amicitias, ſed uetuſtiſsimas parentelas & affinitates ha
ctenus coluerunt. nec miſerunt nos contendere, uel litigare, quia nō decet inferiorem cum
ſuperiore contendere, non decet minorem cum maiore litigare, ſed ſolummodo ut amica
biliter & de plano inueniamus pacem & gratiam ueſtram, nam tanta eſt fiducia quam ha-
bent & in ſumma benignitate ueſtra, quod eſto quòd factum differentiarum hincindè
uertentium foret, abſolutè in manibus ueſtris relictum, tunc non exigeretis ab eis niſi ho-
neſta & tolerabilia ſtatui ſuo: quem ſtatum ſuum inclyte Rex, in ueritate Dei poteſtis pro
prium reputare, & quicquid tenent & poſsident, in terra & mari, quod per Dei gratiam
multum eſt, poteſtis ita tenere eſſe paratum ad cuncta beneplacita & honores ueſtros, in
omnibus his quæ honeſtè, poſſent ſicut ſi propriæ foret in manibus ueſtris. & utinam da-
tum eſſet à Deo, quod poſſetis ſic dilucidè, ſic apertè uidere corda & uoluntates noſtras,
ſicut auditis uerba mea: nam ubi ex informatione ſiniſtra uobis data, per æmulos noſtros
tractauiſtis, & tractatis nos pro inimicis, nos pro ueris amicis & ſeruitoribus haberetis, &
ſic ſi Deus pmittet, q̄d uos et nos ſequatur concordium, uos experiemini, & de facto inue
nietis, nos bonos amicos & ſeruitores ueſtros. Et dicam uobis plus, quantuncumque rece
perimus uel poſſemus recipere offenſas à uobis, iſtud tamen nunquam fieri poterit, quod
recedamus à naturali amore & charitate, quam ad uos habemus, ita quod æmuli noſtri for
tè de damnis noſtris poterunt gloriari, ſed nunquam gloriari poterunt, quod à deuotione
ueſtra ſeparemur & parcat Deus eis, qui fuerunt in cauſa tantorum malorum inter uos &
nos, qui fuerunt cauſa deſtructionis tot millium Chriſtianorū, cum quibus de leui potuiſ-
ſet recuperari totum patrimonium *IESV CHRISTI.* qui fuerunt cauſa diſsipationis tot
facultatum & bonorum, qui fuerunt cauſa, quod tot uiduæ & pupilli mares & fœminæ ua
dant per mundū miſerabiliter mendicantes, quorum uoces continuè clamant ad Deum,
non contra uos illuſtriſsime Princeps, ſed contra eos qui maius peccatum habent. ſpero ta
mē quod miſericordia Dei, de qua plena eſt terra, eos ad pœnitētiam quandoq; reducet:
& quod fatebuntur & recognoſcent culpas & errores ſuos. Conclude igitur ſereniſsime
domine, ſic dico, ſcriptum eſt: Cor Regis in manu Dei eſt, & ubi uoluerit inclinabit illud.
cor ueſtrum & cuiuſque Principis eſt in manu Dei, ſine quo nil ſanctum, nil iuſtum, uel re
ctum, Iuxta ſententiam beati Iacobi Apoſtoli dicentis: Omne datum optimum, & omne
donum perfectum deſurſum eſt, deſcēdens à Patre luminum. Scio quod inclinabit Deus
cor ueſtrum ad pacem, quam uobis pro hærede in terris reliquit, aſcendens in cœlos enim
dixit: Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis, idcircò ſupplico omnipotenti
Deo, quatenus ſic in tali die, qualis fuit feria ſexta nuper præterita, ipſe oſtendit ſtellam &
lumen ſuum tribus regibus orientalibus uenientibus adorare filiū ſuum, & ſicut in eadem
die, ipſe miſit ſpiritum ſanctum in ſpem columbæ, ſuper filiū ſuum in baptiſmo dicēs: Hic
eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipſum audite. ita hodie per ſuam ſanctiſſi
mam pietatem oſtendat uobis lumen claritatis ſuæ, & infundat ſuper uos gratiam ſpiritus
ſui ſancti, quod iſtos ueſtros ueros antiquos ſeruitores & amicos, qui ſic humiliter, ſic re-
uerenter uenerunt ad petendum pacem, gratiam & amicitiam ueſtram, benignè ſuſcipia-
tis, gratioſè exaudiatis, & liberaliter admittatis, & quod pax & perpetua dilectio ſit inter
uos & eos, ad honorem Dei & Eccleſiæ Rom. propagationem, Chriſtiani nominis bo
num ſtatum ueſtrum, & ſuam tranquillitatem, & commodum ſubditorum partium utri-
uſque. ita quod ex hoc Rex regum ſuper uos dicere poſsit: Hic eſt Rex meus dilectus, hic
eſt Rex meus fidelis, in quo mihi complacui, ipſum audite, ipſum honorate, ipſum glorifi-
cate. quod ipſe concedat qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum amen. Iſti do-
mini mei, & ego erimus parati, eſſe & tractare ſuper nobis cōmiſsis,
ubi & quando Maieſtati ueſtræ placuerit ordinare.

OPERVM FRAN. PETRARCHAE,
TOMI SECVNDI FINIS.

Digitized by Google

OPERVM

FRANCISCI PE-
trarchæ Florentini V. C. Tomus Ter-
tius, in quo quæ Carmine ab eo Latinè
ſcripta ſunt, deque Laurea Poetica ab
ipſo recepta, quædam ſcitu digna con-
tinentur, unà cum authoris Te-
ſtamento, quæ omnia uer-
ſa pagella indicabit.

Epiſtolæ de ſumenda atq; recepta Laurea ad Amicos v.
Laureæ & Ciuitatis Romanæ donatæ Priuilegium.
Bucolicorum Aeglogæ XII.
Africæ, hoc eſt de bello Punico Lib. IX.
Epiſtolarum Lib. III.
Teſtamentum authoris.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. DE SVMENDA ATQVE RECEPTA LAVREA POETICA ad Amicos, Conſultatoriæ Epiſtolæ.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi; S.

Laurea an Romæ, an Pariſijs ſumenda ſibi cum amico deliberat.

ANcipiti in biuio ſum, nec quo potiſsimum uertar ſcio, mira quidem, ſed breuis hiſtoria eſt. Hodierno die, hora fermè tertia, literæ Senatus mihi redditæ ſunt, in quibus obnixè admodum, & multis perſuaſionibus, ad percipiendam lauream Poëticam Romam uocor. eodem hoc ipſo die, circa horam decimam, ſuper eadem re, ab illuſtri uiro Roberto, ſtudij Pariſienſis Cancellario, conciue meo, mihiq́; & rebus meis amiciſsimo, nũcius cum literis ad me uenit. ille me exquiſitiſsimis rationib. ut eam Pariſium hortatur. quis unquam, oro, te euentorum tale aliquid, hos inter ſcopulos diuinaſſet? et ſanè, quia res penè incredibilis uidetur, utranq; epiſtolam, illæſis ſignis ad te miſi. hæc ad orientem, hæc ad occidentem uocat, uidebis quàm ualidis hinc atq; illinc argumentis premor, ſcio quidem in rebus humanis ferè omnibus nihil ſolidi ineſſe, magna ni fallor in parte curarum, actuumqúe noſtrorum umbris eludimur, tamen, ut eſt animus iuuenum, gloriæ appetentior quàm uirtutis, cur non ego, quoniam apud te familiariter gloriandi præſtas audaciam tàm hoc mihi glorioſum rear, quàm ſibi olim potẽtiſsimus Aphricæ regũ Syphax, quod uno eodemq́; tempore, duarum toto orbe maximarum urbium, Romæ atq; Carthaginis in amicitia uocaretur: nimium id regno eius atq; opibus tribuebatur, hoc mihi. Itaq; illum inter aurum ac gemmas, ſuperbo ſolio ſubnixum, & armatis ſtiparum ſattellitibus ſui ſupplices reperêre. me ſoliuagum, mane in ſyluis, ſerò aũt in pratis Sorgiæ ripis obambulãtẽ inuenerunt mei. mihi honor offertur, ab illo auxilium poſcebatur. ſed quoniam lætitia inimica conſilio eſt, fateor ut lætus euentu, ſic dubius animi ſum. urget enim hinc nouitatis gratia, hinc reuerentia uetuſtatis, hinc amicus, hinc patria. Vnum ab altera lance præpondera, quod rex Siculus in Italia, quem è cunctis mortalibus, æquiore animo ingenij iudice pati poſſum. curarum mearum fluctus uidés, tu, quẽ ad earum gubernacula manus porrigere non puduit, fluctuantem animum conſilio tuo reges. Vale.

Fran. Petrar. Thomæ Meſſanenſi, S.

Probat amici de Laurea conſilium.

COnſilium tuum non tantum ſuſcipio, ſed amplector, magnificum eſt enim, tuaq; ſapientia & humanitate digniſsimum, nec me terret, quod patriæ ſis amicus, es enim amicior ueritati. ibo quo iubes, ſi quis electionem fortè mirabitur, rationes primum, deinde etiam nomen tuum mirantibus obijciam. ſæpe auctoritas pro ratione ſuſcipitur. id modo negocij reſtat, quibus me uerbis excuſem Roberto meo, ut non ipſe tantum, cui nobiſcum facile conueniat, ſed illa quoque, ingens uniuerſitas, ſi fortè res in lucem uenerit, factũ ſibi ſatis exiſtiment. ſed de his coram latiùs. audio enim ipſum aduentare, eo propoſito, ut me Pariſium trahat, quod ſi ita eſt, res inter præſentes tranſigetur. Ad id ſane quod in fine literarum tuarum, ex me quæris, donec diù rem cum animo meo tractem, niſi fabulam texere uoluero, reſpondere aliquid non poſſum. Peregrina hiſtoria, meis morib. eſt, & quod me huic interrogationi alieniſsimũ facit, prorſus diuerſæ me interim exercuerunt curæ, uerumqúe eſt illud Saluſtianum: Vbi intenderis ingenium ualet. præterea an-

tiqua res eſt,& à memoria mea multorum annorum ſpatio remota. Itaque ut ait Plautus:

Longa dies animum incertat meum.

ſed de hoc etiam præſens loquar. Vale.

Fran. Petrar. Thomæ Meſſanenſi, S.

Romam ſe pro laurea petere, ſcribit.

FOrtunæ inſidias non hodie primum intelligere incipio, nõ inuadit nos tantum illa, ſed ſpargit ac ſeparat, ne lætis ſcilicet & aduerſis in rebus, alter alteri ſolatio ſit, norat illa, quantæ olim meum cor urerent curæ, quibus ad plenum mederi, præter te nemo poterat. tunc ergo mirum in modum cõquiſitis cauſis, te in bello pectoris mei æſtu, refrigerium unicum auectum, ab Arcto rediens inueni. itaq; tametſi Romã tuã, propriam & communem omnium, mihi uerò ante omnes ſemper, tunc autem & ſeipſam, propter gemino deſiderio exoptatam patriam petijſſes, tamen conſequendi difficultas, mœſtum atq; deiectum animũ habebat, ut cum ubique exul, mihi ſine te uidear, tũ præſertim anxius atque amore ardens, & Romam tibi inuiderem, & te Romæ, quo in ſtatu, eadem illi iuuenilem animum frenante fortuna, pauci anni quibus ad inuicem ſic diſtracti uiximus, multorum apud me uicem ſæculorum tenuerunt. ueni tandem (ut uidiſti) hyeme bello pelagoq; tonantibus, omnes, nempe difficultates fregit amor, utq; ait Maro:

Vicit iter durum pietas.

Dumq; ſuum uenerabile ac prædulce obiectum quærunt oculi, nulla maris faſtidia ſtomachus, talium licet impatientiſsimus natura, nullam brumæ terræq; duriciem corpus, nullas periculorum minas animus ſenſit. ſic ad te enim totus, totaq; mente pergebam, ut te unum cogitans, præſentia non uiderem te inuẽto, nulla mihi longæ uiæ memoria ſupereſſet. Ecce autem, nunc eundem illa laqueum, aliorſum licet obuertit, ut me Romam petente, te Vaſconia, & occidui littoris extrema poſſideãt, & rum maximè diſtrahamur, dum maximè te præſentem cuperem, omnis meæ gloriæ ſummum decus. ſed ſic eunt ferè uota mortalium, ut quod uehementius cupiunt, ægrius aſſequantur. cæterum ut meliore tui parte illic in tempore præſens ſis, ſcito me laureæ Delphicæ cupidine (quæ olim clarorum Cæſarum & ſacrorum Vatum ſingulare & præcipuum uotũ fuit, nunc uel ſpernitur, uel neſcitur) mihi ſanè noctes plurimas inſomnes fecit, & de qua ſæpe multa tecum egi, quamque cum me tantillum, certatim duæ maximæ urbes expoſcerent Roma atque Pariſius, altera mundi caput et urbium regina, nutrix altera noſtri temporis ſtudiorũ, poſt uarias deliberationes, ad extremum, non alibi quàm Roma, ſuper cineribus antiquorum uatum, inq; illorum ſede percipere, ingenti ante alios fratre tuo ſuaſore & conſultore, diſpoſui, hoc ipſo die iter aggredi. in quo pluſculum temporis exigitur, adeundus enim rex, uidenda Parthenope, inde iter erit Romam. illic aliquot dierum moram uideo, denique niſi fallit extimatio paſcali die, ad. *VI*. Idus Aprilis, in Capitolio res agetur. quæris quo hic labor, hoc ſtudium, hæc cura? an doctiorem, an meliorem factura ſit laurea? notiorem fortè, & plurium inuidiæ expoſitum, ſcientiæ autem & uirtutis ſedes eſt animus. Ibiquè non in frondoſis ramis auicularum more nidificant. Quorſum igitur hic frõdium apparatus? quid reſpondeam quæris? quid putas? niſi illud ſapientis Hebræorum, Vanitas uanitatum, & omnia Vanitas: ſed ſic ſunt mores hominum. Tu Vale. & fauenti oro ades animo.

Fran. Petrar. Roberto Siciliæ regi, S.

De laurea ſuſcepta.

QVantum tibi liberalium & honeſtarũ artiũ ſtudia deberẽt, Regũ decus, quarum te quoq; Regẽ induſtria feciſti, aliquãto (niſi fallor) quã tẽporalis regni diademate, clariorem,

clariorem,olim mundo notum erat,nouo nuper beneficio,deſertas Pierides obligaſti,quibus hoc meum quantulumcunque eſt ingenium, ſolenniter conſecraſti,ad hæc & urbem Romam,& obſoletum Capitolij palatium,inſperato gaudio,& inſuetis frōdibus decoraſti,Parua res fortaſsè dixerit quiſpiam,ſed profectò nouitate conſpicua,& populi Romani plauſu, ac iucunditate percelebris. Laureæ morem,non intermiſſum more tot ſæculis,ſed ibi iam prorſus obliuioni traditum,alijs multum diuerſis auris ac ſtudijs,in Repub. uigentibus, noſtra ætate renouatum te duce,me milite. Scio quædam & per Italiam,& apud exteras nationes ingenia clariſsima, quæ nihil ab hoc propoſito,niſi deſuetudo longior,& ſemper ſuſpecta rerum nouitas arcebat,ea deinceps poſtquàm in meo capite periculum fecêre,breui conſecutura, & Romanos lauros certantibus ſtudijs decerptura confido.Quis enim metuat,Roberto auſpice,cunctantis animi ſigna conuellere?iuuabit in hac primum eſſe,in qua eſſe ultimum non inglorium reor.ego quidem non inficior,tanto impar oneri fueram,niſi mihi fauor tuus,uires atq; animos addidiſſet, atque utinam diem feſtum,ornare ſereniſsimæ frontis tuæ præſentia potuiſſes,quod profectò (ut ipſe dicere ſolebas) niſi ætas non fineret,nequaquam maieſtas Regia uetuiſſet.ſenſi quidem multis indicijs,Auguſti Cæſaris quoſdam mores,tibi admodum probari,atque illum in primis, quod Flacco Libertino homini,& qui prius aduerſarum partium fuiſſet,tàm non placatum modo,ſed beniuolum familiaremq; ſe præbuit,& Maronis ſui ingenio delectatus, Plebeiam originem non deſpexit. Præclarè,quid enim minus regium,quàm in his,quos aut uirtus aut ingenium commendat,dum & uera nobilitas non deſit,& nobilitare ipſe poſſis,ſuffragia aduentitiæ nobilitatis exquirere?nec ſum neſcius, quid aduerſus hoc literatores noſtri temporis reſpondeant,ſuperbum & ſegne genus hominum,Maronem & Flaccum ſepultos eſſe, ne quicquam modo de his magnifica uerba iactari, excellētes olim uiros perijſſe, tolerabiles nuper & ut fit, in imo fecem ſubſtitiſſe.quid dicant,& quid cogitent noui,neque paſſim obluctor. uidetur enim mihi unum Plauti dictum non tàm illi ætati, quæ uix eius rei guſtum cœperat conuenire,quàm huic noſtræ.Ea,inquit,tempeſtate flos Poëtarum fuit,'qui hinc abierunt in communem locum.hoc profectò nos dignius lamentamur; tunc enim nondum uenerant,quos abijſſe conqueritur.iniquiſsima uerò horum intentio eſt.neque enim id agunt,ut interitum ſcientiarum defleant,quas extinctas ac ſepultas cupiunt,ſed ut coëtaneos ſuos, quos imitari nequeunt,deſperatione deterreant.Sanè illos deſperatio ſua retrahat,nos impellat,& unde illis frenum ac uincula,nobis impetus ac ſtimuli acceſſerint,ut ſtudeamus fieri qualem illi nullum opinātur,niſi quem antiquitas illuſtrauit. Rari ſunt fateor,pauci ſunt, ſed aliqui ſunt,quid autem uetat ex paucis fieri,ſi omnes raritas ipſa terruerit?breui quidem non pauci erunt ſed nulli,enitamur,ſperemus, dabitur forſan ad iſta pertingere:

Poſſunt quia poſſe uidentur:

& nos,mihi credè,poterimus:ſi nos poſſe crediderimus.quid enim putas? Plautus ecce ſuam deflet ætatem,Ennij fortè ſeu Neuij mortem doles,ipſorum quoq; Maronis ac Flacci ætas,non æqua tantis ingenijs fuit,quorum alter diuini ſpiritus Poëta, dum uixit æmulorum bellis, ſine fine uexatus ,ut alienorum operum deflorator carpitur. alteri uitio datur,quod uiſus eſſet antiquos partius admirari.fuit hoc eritq; perpetuum,ut ueneratio uetuſtatem,præſentiam comitetur inuidia. tibi uerò regum optime, nec minus Philoſophorum ac Poëtarum maxime (ut ex te didici) illud eiuſdem principis altius inſedit, quod Trāquillus ait. Ingenia ſæculi ſui omnibus modis fouit. & tu modis omnibus ſæculi tui foues ingenia,eiſque humanitate & clementia tua faues,expertus loquor, recitantes, & benignè & patienter audis,nec tantùm carmina & hiſtorias,ſed & orationes & dialogos.cōponi tamen aliquid de te,n ſi & ſerio & præſtantiſsimis offenderis.in omnib.his Auguſtū imitatus,auerſatus autem illos,qui cuncta faſtidiunt,niſi quib.pretium fecit impoſſibilitas conſequendi. His tuis moribus,hac facilitate animi,cum multi ſæpe, tum ego nuper hor

tatus ſum, ſingulari quadam et ſine meritis fortuna. neq; hic (ut dixi) ſubſtitiſſet regia dignatio, ſi aut remotior ſenectus, aut Roma propinquior fuiſſet, uerum hic maieſtatis tuæ nuncius, qui pro te omnibus interfuit, quid nobis uel Roma uel inde digreſsis, ſeu gaudij ſeu periculi acciderit, uiua uoce narrabit. De reliquo autem nouiſsimi uerbi tui, ut ad te quàm primum redeam, ſine intermiſſione meminero, teſtor Deum, non tàm aulæ regiæ ſplendore captus quàm ingenij. alias enim quàm quæ ſperari à regibus ſolent, ex te diuitias expecto. precor autem, ut annos uitæ tuæ proroget, & te demum ab hoc ſolio mortali, ad æternum transferat, is apud quem fons uitæ eſt. Vale.

Fran. Petrar. Barbato Sulmonenſi, S.

Lauream Romæ magno cum populi fauore aſſumpſiſſe ſcribit.

IDibus Aprilis anno ætatis huius ultimæ *M. CCC. XLI.* in Capitolio Romano, magna Populi frequentia, & ingenti gaudio peractum eſt quod nudiuſtertius, de me rex apud Neapolim decreuerat. Vrſus anguillariæ comes ac Senator, præalti uir ingenij, regio iudicio probatum, laureis frondibus inſigniuit. manus regia defuit, ſed non auctoritas nec maieſtas. illa non mihi ſoli, ſed omnibus præſens fuit, defuerunt oculi tui atque aures, animus enim aſsiduè mecum eſt, defuit Magnaninius Ioannes, quem à rege tranſmiſſum, & miro ſtudio feſtinantem, præter Ananiam excepêre Hernicorum inſidiæ, quas eum euaſiſſe gaudeo, licet expectatus in tempore non adeſſet. cætera ſupra ſpem, & ſupra fidem ſucceſſiſſe noueris, At ut recenti experimento cognoſcerē, quàm ſemper lætis iuncta ſint triſtia, uix mœnia urbis egreſsi, ego cum his, qui me terra & pelago ſecuti erant, in latronum armatas manus incidimus, è quibus ut liberati & Romam redire compulſi fuimus, quantusq; ibi ob hanc cauſam populi motus, & ut die poſtero certiori armatorum fulti præſidio diſceſsimus, ac cæteros uiæ caſus, ſi explicare temptauero, longa erat hiſtoria. cuncta igitur ex latore præſentium cognoſces. Vale.

PRIVILEGII LAVREÆ RECEPTÆ

à Franciſco Petrarcha, Exemplar.

VRSVS COMES ANGVILLARIAE, ET IORDANVS *de Filijs Vrſi, miles Almæ Vrbis Romæ Senatores.*

AD perpetuā Rei memoriam uniuerſis ad quos præſentes peruenerunt literæ. Cū ſic cōſtamus ex anima & còrpore, ſic duplex querēdæ gloriæ uia ſit apta mortalibus, quarum altera mentis altera corporis uiribus peragenda eſt, utriuſq; rei principatū, omnipotēs Deus, in hac glorioſiſſima Vrbe cōſtituit ab æterno. ex quo quidē innumerabiles olim tā ingenij, quā bellicis artib. memorādos, hæc eadē Vrbs aut ipſa genuit, aut alibi genitos, Erudiuit, aluit, illuſtrauit, inter multa nimirū, q̄ animi uirib. gerūr̄, ut ad p̄ſens de corporis actib. taceamus florētiſſimi atq; laude omni dignißimi, q̄dā in noſtra Rep. hiſtorici, ac p̄cipue poëtæ maximè uiguerūt. quorū induſtria ac labore tā ſibi ipſis, q̄ alijs claris uiris, q̄s dignabātur nobilitare carminib. nominis immortalitas q̄rebat̄. Horū in primis opera effectū, ut cōditorū huius Vrbis & imperij, atq; aliorū omnis ætatis Virorū illuſtriū uitā, & mores, ac nomina teneamus, q̄ nullis locis, per tot ſæculorū lapſū, ad nos potuerant peruenire. Sanè ſicut poëtarū & hiſtoricorum copia, multis glorioſæ & diuinæ gloriæ cauſa fuit, ſic eorū defectū tactu tēporis poſtea ſuccedētis, multis alijs ad æternitatē nominis Indignas obliuionis tenebras nō dubiū attuliſſe. Hinc ſæpè cōtingit, ut laudes eorū hominū, qui nobiſcū uixerūt ignorātes, mirares dictù uetuſtiſsimorū certā notitiā habeamus. Er poëtæ q̄dē præteriti gloria tēporis pariter illuſtres ſūt, & futuri, quoniā ut diximus, immortalitatē, & ſibi & alijs q̄rebāt, ac præter honores & priuilegia, quib. publicè donabatur, pro p̄mio quondā & ſtudiorū, ꝓprio ornamēto coronā laureā merebātur. tāto enim honore dignos cēſuit, Reſpub. ut unū atq; idem laureæ decus aſsignandū cenſeres Cæſarib. & Poëtis

ſiquidem

ſiquidem & Cæſares duceſq; uictores, poſt labores bellorum, & poëtas poſt labores ſtu-
diorum, lauto inſigniebant, per æternam uiriditatem arboris illius, æternitatem tàm bello
quàm ingenio quæſitæ gloriæ dignantes, atque ob illum, in primis, qui ſicut hanc arborem
Deus ſolam non fulminat, ſic creditur Cæſarum & Poëtarum gloriam illam, quæ more
fulminis cuncta proſternit, ſolam uetuſtatem non timere. Hoc nempè poëticum decus æ-
tate noſtra, quod dolentes referimus, incertum qua ſeu ingeniorum tarditate, ſeu tempo-
rum malitia, uſq; adeò oblitum eſſe uidemus, ut etiam, quod per ipſum Poëtæ nomen im
portetur, penè incognitum noſtris hominibus habeatur, opinantibus multis poëtæ offici
um nil eſſe, aliud quàm fingere ſeu mentiri, quod ſi ita eſſet, prorſus & leuis res, & omni
honore indignum de decus uideret. ignorãt aũt poëtæ officium, ſicut ab eruditiſsimis & ſa-
piẽtiſsimis uiris accepimus, in hoc eſſe uirtutẽ rei, ſub amœnis coloribus. abſconditã & de
corã, uelut figmentorũ umbrã contẽtã, altiſonis celebratã carminib. & dulcis eloquij ſuaui
tate reſpgat, q̃ ſit q̃ſitu difficilior, magis atq; inuẽta dulceſcat. Sanè aũt poëtas egregios, in
morem triumphantium accepimus, in capitolio coronari, uſq; adeò, & in deſuetudinẽ no-
bis abijt illa ſolennitas, ut iam à mille trecentis annis, nullũ ibi legamus, tali honore deco-
ratũ, q; excogitãs ingenioſus Vir, & taliũ ſtudiorũ ab adoleſcẽtia ſcrutator ardẽtiſsimus,
Frãciſcus Petrarcha Florẽtinus, Poëtã, hiſtoricus præſertim tẽpore præſẽnti, ſciẽtiæ ſuccur
rẽdũ ratus, quo neglecta magis erat ab hominib. & deſerta poſt auctorũ uolumina, diligẽti
primũ indagine, non incognita relicta, deinde, poſt propria, proprij ingenij opera hiſtoria
rũ præcipuè & Poëmatũ quorũ partim adhuc habet in manib. honeſto laureæ flagrans de
ſiderio, non tàm propter gloriam, ſicut idem in noſtra & P.R. præſentia profeſſus eſt,
quàm ut ad ſimile deſiderium ſtudiorum omnium animos irritaret, quamuis ad hunc ipſi-
us honorem alibi ſuſcipiendum, ſtudijs atq; urbibus euocatus tractus tamen memoria an
tiquorum Poëtarum, nec non affectu & reuerentia huius ſacro ſanctæ Vrbis cuius eum,
ſemper fuiſſe conſtat feruentiſsimum amatorẽ, poſt habitis aliorum precibus decreuit, huc
potiſsimum ubi laureatos eſſe meminerat ſe conferre, ante eum, & ne ſuper hoc ſuæ forſi-
tan præſumptioni confiſus uideretur, ſtatuit de ſeipſo alteri credere potius, quàm ſibi, ideo
què circumſpiciens, nec ullum in toto orbe, reperiens digniorem, ad ſereniſſimum Rober
bertum Hieruſalem ac Siciliæ regem illuſtriſsimum, de Romana curia digreſſus, quæ in
Auinione nunc reſidet, uſq; Neapolim perſonaliter acceſſit, itaq; illius tanti regis, omnium
ſcientiarum fulgoribus abundantiſsimè radiantis, ſeſe ſubiecit examini ex cunctis mortali-
bus illũ præferẽs, q intra omnes digniſsimus uiſus eſt, maturo ſane cõſilio, & tãto iuditio ut
probatus poſſet à nemine reprobari. Cum itaq; Rex idem audito eo, atque operum eius
parte proſpecta, dignum profectò tali honore iudicaſſet, ac ſuper eius ſufficientia cum ſuo
ſigillo teſtimoniales nobis literas, & eius fide dignos nuncios deſtinaſſet, eodẽq; idem Frã
ciſcus pleno Capitolio, laureum poëticum ſolenniter poſtulaſſet, nos Regio teſtimonio, et
famæ publicæ, quæ eidem de eo multa proloquuntur, erat, ſed multo magis operum euidẽ
tia certiſsimam fidem reddentes, præfatum Franciſcum, hodierno uidelicet ſolennitatis
Paſchalis die in Capitolio Romano, lectorum celeberrimo tàm dicti regis, quàm noſtri
populario nomine magnum Poëtam, & hiſtoricum declaramus, præclaro, magiſterij no-
mine inſignimus, et in ſignũ ſpecialiter Poëſis, Nos *VRSVS* comes et Senator p̃ſatus pro
nobis & collega noſtro, coronam lauream, noſtris manibus eius capiti impreſſimus, dãtes
eidem tam in dicta arte poëtica, quàm in dicta hiſtorica arte, atq; que in omnibus ſpectanti
bus, ad eiuſdem auctoritati præfati domini regis S.P.Q.R. tàm in hanc ſanctiſsimam Vr-
bem (quàm omnium urbium & terrarum caput eſſe non ambigitur & magiſtro) quã alibi
cunq; locorum legendi diſputandi, atq; interpretandi ueterum ſcripturas, & nouas à ſeip-
ſo omnibus ſæculis auxiliante Deo, & manſuros libros, & poëmata componendi, liberam
tenori præſentium poteſtatem, nec non & ubi, & quotiens ſibi placuerit poſſit, huiuſmodi
atq; alios actus Poëticos, laurea ſeu myrto, uel hedera, ſi id genus elegerit coronare, &

in actu atq; habitu quolibet Poëtico, & publicè ſolenniter exercere, adhuc conſcripta, per eum hactenus uelut per hominem in talibus expertum, in his ſcriptis approbamus. Reliqua uerò quæ ſcripturum eũ contingerit, in poſterum, ex quo ab eodẽ promulgata, & in lucem edita fuerint, ſimili ratione approbanda cenſemus, decernentes eum iiſdem priuilegiis immunitatibus, honoribus, & inſignibus, perfrui debere, quibus hic uel uſq; terrarum, uti poſſunt, uel poſſe ſunt ſoliti, liberalium & honeſtarum artium profeſſores, eoq; magis quod profeſſionis ſuæ raritas, uberioribus eius fauoribus, & ampliori beneficio eum dignum facit. Inſuper eundem Franciſcum Petrarchã, propter inſignes ſui ingenij dotes, ac propter notiſſimam, deuotionem, quam ad hãc Vrbem noſtramq; Rempub. affici, & communis omnium fama & actus eius, & uerba teſtantur, Ciuem Romanum facimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, ipſum & ueterib. & nouis ciuiũ priuilegijs, ac nomine decorantes De quibus omnibus & ſingulis interrogatus, P.R. ſolenniter ut mos, eſt nemine protinus aduerſante, placere ſibi omnia acclamando, reſpondit. In quorum teſtimonium, præſentes literas, utriuſq; ſubſtantiæ Senatus ſubſcriptione, & noſtræ aureæ bullæ, ſibi concedi iuſſimus, appenſione munitas. Datum in Capitolio, præſentibus nobis, & tàm alienigenarum, quàm Romanorum procerum, ac populi multitudine numeroſa.

V. IDVS APRILIS. ANNO DOMINI. M. CCC. XLIII.

DE LAVREA AC POESI
ALIISQVE OPERIBVS FRAN. PETRARCHAE,
Ioannis Bocatij Teſtimoniũ ad Hugonem Regem Cypri.

FRanciſcum Petrarcham Florentinum uenerãdiſſimum præceptorem patrem, & dominum meum, nuper Romæ ex S.C. approbante Roberto Hieruſalem, & Siciliæ Rege inclyto, ab ipſis Senatoribus Laurea inſignitum, inter ueteres uiros illuſtres numerandũ, potius quàm inter modernos iudico. Quẽ non dicã, Itali omnes (quorũ ſingulare ac perenne decus eſt, ſed & Gallia, omnis atq; Germania, & remotiſſimus orbis angulus Anglia Græciáq; plures nouére Poëtam præcipuum, nec dubito, quin uſq; Cyprum ad aures uſq; tuæ ſublimitatis, nomen eius, inclyta fama detulerit. Huius enim iam multis patent opera & metrica & proſaica memoratu digniſſima, certum de cœleſti eius ingenio teſtimonium hinc inde ferentia. Stat enim exitum cupiens, adhuc ſub conclaui clauſa diuina Aphrica, Heroico carmine ſcripta, primi Aphricani narrans magnalia. Stat Bucolicum carmen, iam ubiq; ſua celebritate cognitum Stat & liber Epiſtolarum ad amicos metrico ſcriptarum ſtylo. Stãt præterea ingentia duo Epiſtolarum proſaicarum uolumina, tanta ſententiarum, tanta rerum geſtarum copia, tanto ornatus artificio ſplendentium, ut in nullo Ciceronis poſtponendas cenſeat lector æquus. Stant in Medicum inuectiuæ, Stat Solitariæ uitæ liber, & qui paucis poſt diebus in lucem nouiſſimus uenturus eſt, de Remedijs ad utranq; fortunã. Sunt præterea in officina plures, quos cito eo uiuente fabrefactos legemus in publico.

Ad eundem aliàs.

DIebus noſtris memini Robertum Hieruſalem & Siciliæ regem ſplendidum à multis ornatis titulis poſtulaſſe ab insigni Franciſco Petrarcha, in alijs tribuiſſet, ut ſibi aſcriberet Aphricæ à ſe nouiter editæ titulum, quam quæſo ad cuius gloriam, Franciſci an ſuam? ſuam profectò.

De Bucolicis Fran. Petrarchæ, Io. Bocatij Elogium.

ILluſtris atq; nouiſſimus Poëta Franciſcus Petrarcha, in ſuis Bucolicis, ſub uelamine paſtoralis eloquij, Veri Dei & inclytæ Trinitatis laudes, iraſq; eius, in ſuleantes ignauia Petri nauiculam, mira deſcriptione notauit.

De Aphrica Petrarchæ. Io. Bocatij Elogium.

ESto auo noſtro tertius exurgat Aphricanus, non minori gloria, maiori tamen iuſtitia delatus in æthera, uerſu uiri celeberrimi Franciſci Petrarchæ, nuper Laurea Romæ inſigniti, tanta enim facundia & lepiditate ſermonis, in medium trahitur, ut ferè ex tenebris longi ſilentij, in ampliſſimam lucem deductus uideatur.

FRAN.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. BVCOLICA,

Aegloga prima.

PARTHENIAS.

SYLVIVS ET MONICVS.

MONICE tranquillo ſolus tibi conditus antro,
Et gregis & ruris potuiſti ſpernere curas.
Aſt ego dumoſos colles, ſyluaſq; perrero,
Infœlix: quis fata neget diuerſa gemellis?
Vna fuit genitrix, at ſpes non una ſepulchri.
Mon. Syl'ui quid quereris? cunctorum uera laborum,
Ipſe tibi cauſa es? Quis te per deuia cogit?
Quis uel inacceſſum tanto ſudore cacumen
Montis adire iubet? uel per deſerta uagari,
Muſcoſoſq; ſitu ſcopulos, fonteſq; ſonantes?
Syl. Hei mihi ſolus amor, ſic me ueneratа benignè
Aſpiciet ſpes noſtra Pales. Dulciſsimus olim
Parthenias mihi iam puero cantare ſolebat.
Hic ubi Benacus uitrea pulcherrimus aluo
Per ſimilem natum fundis ſibi. Venerat ætas
Fortior, audebam nullo duce iam per opacum
Ire nemus, nec luſtra feris habitata timebam
Mutatamq; nouo frangebam carmine uocem
Aemulus at fama dulcedine tactus inanis.
Ecce peregrinis generoſus paſtor ab oris
Neſcio qua de ualle canens nec murmure noſtro
Percuſsit flexitq; animum mox omnia cœpi
Temnere, mox ſolis numeris & carmine paſci
Paulatim creſcebat amor, quid multa? canendo
Quod prius audieram didici, Muſisq; coactis
Quo mihi Parthenias biberet de fonte notaui.
Nec minus eſt ideò cultus mihi, magnus uterq;,
Dignus uterq; coli, pulchra quoq; dignus amica.
Hos ego cantantes ſequor, & diuellere memet
Nec ſcio, nec ualeo, miror'q; quod horrida nōdum
Sylua, nec aërij cœperunt currere montes.
Verum ubi iam uideor collectis uiribus olim
Poſſe aliquid, ſoleo de uertice montis ad imas
Ferre gradum ualles, ubi fons mihi ſæpe canenti
Plaudit, & arentes reſpondent undiq; cautes.
Vox mea non ideo eſt grata mihi, carmina quanquam
Laudibus interdum tollant ad ſydera nymphæ
Dum memini quid noſter agat, quid ue aduena paſtor
Vror, & in montes flammata mente reuertor,
Sic eo ſic redeo, nec ſi fortè Camenæ
Dulce aliquid dictare uelint, quod collibus altis,
Et mihi complaceat, quod lucidus approbet æther
Non rauca leue murmure aquæ, nec cura nec ardor.
Defuerit, ſi fata uiam, & mentis tarda negarit
Stat germane mori noſtrorum hæc ſumma laborum.
Mo. O ſi forte queat durum tranſcendere limen,
Quid refugis (turpeſq; caſas, & tua paueſcis,
Ocia, quid frontem obducis? nemo antra coactus
Noſtra petit, plures redeunt à limine fruſtra.
Syl. Non pauor hic animi fuerat ſi forſitan aureis
Dulcibus aſſuetas inamœna ſilentia tangunt
Miraris, natura quidem ſit longior uſus.
Mo. O iterum breue ſi mecum traducere tempus
Contingat, ſileat'q; fragor, rerumq; tumultus.
Dulcius hoc quanto media ſub nocte uidebis
Pſallere paſtorem, reliquorum obliuia ſenſim
Ingeret ille tibi non carmen inane negabis
Quod modò ſolicitat, quod te ſuſpendit hiantem?
Syl. Quis quæſo? aut quonam genitus ſub ſidere paſtor
Hoc queat? audiui paſtorum carmina mille.
Mille modo, quenquam noſtris æquare cauete.
Mon. Audiſti quo monte duo ſonte unicus edit
Flumina, ſiue utrinam gemmus ex fontibus unum
Flumen aquas, ſacrumq; caput cum nomine ſumit.
Syl. Audiui ut quondam puer hiſpidus ille nitentis,
Lauit apollineos ad ripam gurgitis artus.
Fœlices Nymphæ, quæ corpus tangere tanti
Promeruere dei, fluuius (ſi uera loquuntur)
Per cinerum campos ulterioribus incidit undis,
Hunc igitur dulci mulcentem ſydera cantu.
Mon. Illa tulit tellus, licet experiare iuuabit.
Syl. O ego noui hominem, ciues, & mœnia parua
Sæpe Hieroſolyma memorat, nec uertitur inde
Semper habet lachrymas, & pectore raucus anhelat
Hi Romam Troiamq; canunt, & prælia regum,
Quid dolor, & quid poſſit amor, quidue impetus iræ
Quid fluctus uentoſq; regat, qui ſpiritus aſtra
Nec non & triplicis fortitos numina regni
Expingunt, totidem uaria ſed imagine fratres
Sceptriferum ſummum Iouem facieq; ſerenat
Inde tridentiferum moderatoremq; profundi,
Cæruleumq; comae, medium fuſcumq; minorem.
Torua latus ſeruat coniunx, ater'q; paludis
Nauta tartarea piceas cedit itq; per undas.
Tergeminuſq; canis latrat tum dura feris.
Penſa trahunt manibus, fixa ſub lege ſorores,
Qum etiam ſtygias æterna nocte tenebras,
Anguicomaſq; ſimul Furias, templum'q; forumq;
Tum ſyluas & rura canunt atq; arma uiroſq;.
Mon. Hunc unum canit ore deum, quem turba deorum
Victa tremit, cælum nutu qui temperat almum,
Aethera qui librat liquidum, qui roris acernos,

Quiq; niues ſpargit gelidas, & nube ſalubri
Elicit optatos herbis ſitientibus imbres,
Qui tonat, & trepidum rapidis quatit aëra flammis
Tempora ſideribus, qui dat ſua ſemina terris,
Qui pelagus fluitare iubet, conſiſtere montes,
Qui corpus mentemq; dedit, quibus addidit artes
Innumeras, geminum cumulans ab origine munus,
Qui uitæ mortiſq; uices, quæq; optima feſſos
Fert ſuper aſtra, uiam docuit, repetitq; monendo,
Hunc meus ille canit, neu raucum dixeris oro.
Vox ſolida eſt, penetransq; animos dulcore latenti.
Iure igitur patrijs primum celebratus in aruis,
Attigit & ueſtros ſaltus, lateq; ſonorum
Nomen habent, quæ rura Padus, quæ Thybris & Arnus
Quæ Rhenus Rhodanuſq; ſecant, quæq; abluit æquor,
Omnia iam reſonant paſtoris carmine noſtri.
Syl. *Experiar ſi fata uolent, nunc ire neceſſe eſt.*
Mo. *Quo precor? at quis te ſtimulus, quæ cura perurget?*
Syl. *Vrget amor muſæ, quoniam modo littore in Aphro*
Sydereum iuuenem genitumq; ex ſtirpe deorum
Fama refert, magnis implentem paſcua factis
Te Polypheme tuis iam conſtrauiſſe ſub antri
Dicitur, & Lybicos ſyluis pepuliſſe Leones:
Luſtraq; ſubmiſſis audax incendere flammis.
Hunc ſimul Italideſq; nurus, puerique ſeneſq;
Attoniti aduerſo certatim à littore laudant.
Carmine fama ſacro caret hactenus & ſua uirtus
Præmia depoſcit, pauitans ego carmina cœpi
Texere, temptabo ingenium, uox forte ſequetur
Orphea, promeritum modulabor arundine parua
I ſoſpes, varioſq; uiæ circumſpice caſus.

ÆGLOGA II.

ARGVS.

IDAEVS PHYTIAS SYLVIVS.

AVREVS occaſum iam ſol ſpectabat, equoſq;
Pronum iter urgebat facili tranſmittere curſu.
Nec nemorum tantam per ſecula multa quietem
Viderat ulla dies. paſſim ſaturata iacebant
Armenta, & lenis paſtores ſomnus habebat:
Pars teretes baculos, pars nectere ſerta canendo
Frondea, pars agiles calamos. tunc fuſca nitentem
Obduxit Phœbum nubes, præcepſq; repentè
Ante expectatum nox affuit: horruit æther
Sæuire, & fractis deſcendere fulmina nymbis.
Altior æthereo penitùs conuulſa fragore
Corruit, & colles concuſſit & aruo cupreſſus,
Solis amor quondam, ſolis pia cura ſepulti.
Nec tamen eualuit fatalem auertere luctum
Solis amor, uicitq; pium ſors dura fauorem.
Præſcius heu nimium uates tu Phœbe fuiſti.
Dum ſibi, dumq; alijs erit hæc lachrymabilis arbor
Dixiſti, ingenti ſtrepitu tremefacta ruinæ
Paſtorum mox turba fugit, quæcunq; ſub illa
Per longum ſecura diem conſederat umbra.
Pars repetit montes, tuguri pars lumina fidi
Pars ſpecubus, terræq; caput ſubmittit hianti.
Syluius & Phytias ſcopulum fortaſſis eundem
Præcipiti petiere gradu, geminiſq; cauernis
Occuluere animas trepidi, nec pauca gementes.
Pòſt ubi laxatis tempeſtas fracta parumper
Nubibus, & cœli ſiluerunt murmura feſſi:
Incipit illachrymans Phytias, ô Iuppiter alme
Si ſcelus hoc noſtrum meruit, ſi ruſtica ſordet
Paſtorum pietas, miſeris ignoſce precamur,
Innocui miſerere gregis, meliorq; capellas
Collige diſperſas, teneris ſignata labellis
Vbera te moueant, niſi forte obliuia lactis
Illius aſtrigeræ nectar tibi ſuggerit aulæ
De grege nempe fuit tua nutrix: talia queſtus
Subiicuit, pectuſq; manus percuſſit & ora
Syluius, audita rupis de parte querela
(Nam neq; ſe coràm cernebant, obice paruo
Præteritæ ſilicis ramoq; comante diremptì)
Concuſſa ſic mente refert, genitumq; cohercens:
O Phytia Phytia fateor, ſic aſtra minari
Iampridem aduerti, Poſtquam flammantia Martis
Lumina, & imbrifera Saturnum parte morantem
Obſeſſumq; Iouem, Venera tranſuerſa tuentem,
Sybila uentorum poſtquàm peregrina notaui.
Nonne procul nebulas limo exhalante paluſtri
Surgere, & in noſtrum delatas uidimus axem.
Nonne grues profugas, turpeſq; ad littora mergos,
Num coruos, fulicaſq; uagas, num ſydera mœſta
Vidimus, & nimbo uelatam abſcedere Phœbem?
Tum quæ multa olim naſcentis ſigna procellæ
Syluicolæ cecinere ſenes, ſed ferre neceſſe eſt.
Hæc eſt uita hominum Phytia, ſic læta dolendis
Alternat fortuna ferox: Eat ordine mundus
Antiquo, nobis rerum experientia proſit.
Quo grex cunq; miſer ruerit conſiſtere certum eſt.
Phy. *Chare mihi imprimis & ſemper maxime Sylui*
Reſpondit Phytias, oculos te conſule tergam:
Tu modo ſi quid habes damni ſolamen acerbi,
Tempeſtiua graues releuent obliuia caſus.
Syl. *Immò ait ille: tuum eſt quæ condita carmina ſeruas*
Mecum partiri, Daphnys paſtoribus olim,
Et tibi nunc ingens meritò cantabitur Argus
Phy. *Quid tibi, non nobis Phytias? num tu quoq; carmen*
Argeum uocitare libet nimis omnia celas:
Incipe forte ſequar, niſi uox tua terreat, inquit,
Syluius. Ille alta fregit ſuſpiria uoce,
Arge decus rerum, ſyluæ dolor Arge relictæ
Hoc licuit rapidæ ſacro de corpore morti?
Hæc auſa eſt tellus? te qui ſtellantis Olympi
Iam ſolus ſpectator eras, humus obruit atra.
Quò fauor, & noſtri redijt quò gloria ſecli?
Quis tempeſtates prænoſcet ab æthere longè?
Quis mihi uoce feras, quercuſq; & ſaxa mouebit?
Aut longum dulci traducet carmine noctem?
Quis terrebit apros? quis tendet retia damis?

Quis uiſco captabit aues? quis flumine mergens
Ah miſeras curabit oues? quis ſacra Cybeles,
Atq; humilem Admeti famulantem in gramine Phœbum
Rite canet? quem nocturnus trepidabit abactor?
Quem noſcent dociles alta ſub rupe capellæ?
Quem uigiles fidiq; canes? quem dulcis amicæ?
Quis mihi ſolennes ſtatuet per littora ludos,
Inſuetam patrio renouans ex more paleſtram?
A quo conſilium dubij, diuinaq; lati
Syluestres reſponſa ferent? quis tempore in arcto
Supplicib. præſtabit opem? pulcherrime quondam
Arge amor ac luctus: Dryadum quid ſylua, quid antrum?
Quid ſine te colles, & poſt te uiuere quiſquam
Aut nolet aut poterit? paſtores credite, mors eſt
Viuere poſt Argum. iam nunc areſcere circum,
Stagna, lacus, fontes, ipſumq; uidebitis æquor:
Spiritus alter erit uentis, color alter in herbis.
Floribus alter odor, ſolitos nec poma ſapores
Seruabũt, nec prata comas, nec flumina lymphas
Vellera nec pecudes, nec opimas campus ariſtas.
Omnia nanq; oculis unus (nec fallimur) ille
Lætificare ſuis & fœcundare ſolebat.
Illo ſylua fuit ſemper ſub principe tuta:
Pax inerat fronti, purgabat nubila uerbo.
Ille abijt, fortuna ſuos mutata fatigat.
Syl. *Extorques lachrymas, nec iã mihi uiuere dulce eſt.*
Poſt Argum, ſed uiuaci parebimus aſtro.
Phy. *Effugis (agnoſco) nuſquam ſine carmine Syluis*
Si libet, ite cane, poſt i, tua damna recenſe.
Syl. *Paſtorum rex Argus erat: cui lumina centum*
Lyncea, cui centum uigiles cum ſenſibus aures
Centum artes, centumq; manus, centumq; lacerti,
Lingua ſed una fuit, cum qua rupesq; ferasq;
Flecteret, & fixas terræ diuelleret ornos.
Ille diu clarus ſyluis, perq; omnia notus
Paſcua, formoſis cantatus ubiq; puellis,
Mille greges niueos paſcens per mille receſſus
Poſtquam pertæſum eſt nemorum longiq; laboris,
Irrediturus abit, uolucriq; per auia ſaltu
Euolat in montes, illinc de uertice ſummo
Deſpicit, & noſtras curas noſtrosq; tumultus
Regnataq; uidet quanta eſt anguſtia ſyluæ.
Alloquiturq; Iouem, & uiduum commendat ouile:
Arge uale, nos te cuncti, mora parua, ſequemur.
His dictis abeunt. patrij Sulmonis ad arua
Contendit Phytias, ſyluas petit alter Hetruſcas,
Solus ego afflicto mœrens in littore manſi.

ÆGLOGA III. AMOR PASTORIVS.

STVPEVS, DAPHNE.

ECQVIS erit precibus finis, mea cura, fugæq;.
Fige pedem Daphne precor, & miſerere tuorum.
Daph. *Quæ Phœbum ſpreuit quem non ſpretura putemus.*
Quære alias curas, ſis importunus amando.
Stu. *Hinc labor, hinc amor exagitans, cogũtq; trementem*
Interrupta loqui: ſit reſpirare parumper.
Vis, dolus, inſidiæ ceſſant depone pauorem:
Et noſtros audire ſedens dignare labores.
Daph. *Fare igitur, cupidasq; manus frenare memento.*
Stu. *Daphne ego te ſolam deſerto in littore primum*
Aſpexi, dubius hominem ne, deam ne uiderem,
Aurea ſic rutilo, flagrabat murice pallas
Sic cœlum late inſolito complebat odore,
Dulcia ſydereas iactabant ora fauillas,
Ardentesq; comas humeris diſperſerat aura.
Dirigui, ſol cum radijs certabat iniquo
Marte tuis, totum non noſtro lumine, corpus
Fulgebat, timuiq; deos, ne forte uidendo
Arderent, raperentq; priuſquam uulnera noſſes
Noſtra, uel occultos incenſi pectoris ignes.
Accedo, cupiensq; grauis primordia morbi
Pandere, uix ſicco uocem pulmone reuulſi.
Acris, inexpletum uultu indignante locuta,
Effugis, inceſſus docuit, nam uerba profundo
Inſedere animo, & liquidis hæſere medullis.
Exiliunt lachrymæ, & miſerum ſuſpiria pectus
Flatibus aſſiduis tundunt, atq; imbre repenti
Tu tandem (quæ ſola potes) miſerere, modumq;
Pone malis, ſi iuſta peto, ſi cognita narro.
Daph. *Quòd placuit mea forma uiris, quod torſit amãtes*
Dinumerare piget, placuit ſuper omnia Phœbo.
Aureus ille comam nitido ſpectabilis arcu
Ingenio, citharaq; potens, Ioue patre ſuperbus,
Spretus & indignans abijt, ſtat conſcia curui
Ripa ſenis memorantq; patris ſub gurgite nymphæ.
Tu quid habes quo poſſe putes hoc frangere ſaxum?
Stup. *Quiſquis amore noles ſolido tranquillus, & alta*
Pace frui, maiora fuge, & nimis alta caueto.
Illic contemptus, & iurgia mixta querelis,
Atraq; perpetuis bacchantur nubila uentis.
Quin etiam uitare pares (licet obſtrepat error
Publicus) admoneo, fidum tibi iunge minoris
Pectus, ubi obſequium pernox, humilesq; uiciſſim
Blanditiæ, dulcisq; timor, res cognita paucis.
Alta petunt omnes, utinam mihi tale dediſſem
Conſilium: ſed cogit amor, perq; ardua uictum
Luctantemq; rapit, uictor fuit ille deorum:
Molliaq; Herculeis aptauit penſa lacertis.
Tu cui libertas ſalua eſt, tibi conſule Daphne
Daph. *Conſilium laudo, ſed enim quæ prima petebam,*
Prima taces, ſpes ſumma tuos quæ nutrit amores?
Stup. *Prætereo quæcunq; tribus mea pectora luſtris*
Ingenti ſiluere fide, gemitusq; latentes,
Et uigiles noctes, & quæ fert plurima ſecum
Immitis dum ſæuit amor, quæ forte benigno
Indice ſint aliquid, tamen hæc perijſſe ſinamus.
Sic erit: at tuleris tales mihi uita labores.
Debitus incautæ fuerit furor iſte iuuentæ.
Haud tacuiſſe uelim, quod tum mea pauca putarem
Poſſe placere tibi, ſtudui, ſi muſica forte
Ars mihi ferret opem, quod te ſonus atq; Camœnæ,
Non auri fulgor caperet, fruſtraq; timebam
Hanc etiam tentaſſe uiam, raucumq; uidebar
Neſcio quid ſtrepere, & donec mea carmina Faunos

Non

Non puduit, Dryadeſq́ pari celebrare fauore.
Sæpe quidem ramum uidi dulcedine tentas
Linquere, & attonitas in me ſpectare capellas,
Spernere apes cytiſum, mutas æſtate cicadas.
Lætabar, nec nata prius fiducia noſtra eſt,
Quàm facer ille mihi, cane fidens, diceret Argus.
Daph. Et meritò, nanq; ille fuit qui talia poſſet
Iure iubere ſuo, noſſet qui talia ſolus.
At tu, ſi qua recens ſtudium tibi contulit, effer.
Stup. Daphne noſtra quies, noſter labor, atq; uoluptas,
Vnam ego te dominam, teq́ hoſtem affuſus adoro:
Tu decus es nemorum, tu ſpes paſtoribus ingens:
Te uates magniq́ duces, te Iuppiter altus
Diligit, ac iaculo refugit uiolare triſulco:
Quo ferit omne nemus: te quam pharetratus Apollo
Quam celebres arſere dei, nunc Stupeus ardet
Paſtor inops, lentusq́, gregis contemptor opimi.
Diues erit, ſi pulchra uoces ſua carmina daphne.
Daph. Plus aliquid quàm rebar eras, reuerentia noſtrî
Impedit, adde aliud, poteris fortaſſe placere.
Stu. Fortè die medio dum me meus urget amator
Syluæ amor, in ſyluas ſubitò uox contigit aures
Dulcior humana, ſtupui, leuis unda mentes
Per pronum herboſa uoluebat calle lapillos.
Prominet ipſe locus, murmurq́ ſecutus aquarum,
Purpurea in ripa, lauriq́ uirentis ad umbram
Virgineam aſpicio: cælo plaudente choream
Plecto gradum propere. tunc una ſonantior omnî
Ex numero, ſi fata tuoe hoc tramite greſſus
Rara mouent, audi diuinos cernere uultus.
Hæc ait, & dextram tenuit, tremor omnis abibat:
Poſſe loqui incipio. quin uos mihi parcite diuæ.
Error amorq́ trahunt ſectantes ueſtigia duræ
Heu mihi ſparſa feræ. fugit illa meoſq́ dolores
Neſcis: ad hæc uirgo ſubridens, nouimus inquit
Omnia: Theſſalidem ſequeris per confraga daphnem.
Fabula iam pridem annis notiſsima lucis:
I cerius, leueſcet enim, tamen accipe ramum
Hunc prius: & tenero frondoſum pollice ramum
Decerpſit, cupidoq́ mihi porrexit, & ibis
Ibis ait, diſcesq́ nouem uidiſſe ſorores,
Quas uulgus ſpectare nequit, quas nulla prophanis
Mens curis imbuta uidet: Si plura rogaris,
Dic uidiſſe, quibus ui bella mouere, doliſq́:
Quàm tutum, præceps docuit de turre Pyreneus,
Voce uel ingenio picæ docuere loquaces.
Dic ſacro de monte uagas dic fontis ad undam
Quem pedis impulſu genitus ceruice Meduſæ
Alatus perfodit equus, dic nexa canentes
Orbibus imparibus uario modulamine uocum
Cuncta nouem uarioſq́ animorum ex ordine motus.
Quid famæ prædulcis amor uociſq́ leuamen,
Quid ſtudium, ingenijq́ uigor, quid culta cerebri
Ora tenacis agat: pòſt hæc quiſnam impetus & quid
Iudicium ætherea, quæ nam diſcretia mentis.
Quid ue potes mulcere aures in fine fugaces
Huc Daphne, dic, uerte oculos regina canorî
Hunc mihi prima chari ramum dedit arbore uulſum
Quem tibi monſtrarem uolucrem iubet illa monetq́
Hæmoniæ poſt ſigna fugæ conſiſtere tandem

Ferrea ſit, quamuis motam pietate uidebit.
Daph. Mataq́ ſum ſequere & collem properemus in illum.
Stup. Perge, labor nullus tecum iuga prendere olympi.
Daph. Scis quo colle ſedes? maieſtas quanta locorum ſit?
Stup. Imperioſus apex dare circum iura uidetur
Collibus, & cælo ſyluas deſpectas aperto.
Daph. Huc ego paſtores memini uictricia ſertis
Tempora, & arboreis ſpolijs ornata referre,
Curribus inuectos niueis delubra deorum,
Intereram iam læta uirens: ſpectare iuuabat
Cum ductore greges captos, triſteſq́ iuuencos,
Exuuiaſq́ graues peregrinis montibus actas,
Et longos rerum ſtrepitus, pompaſq́ frementes.
Huc ab hyperboreis per uim cuſtodibus aurum
Gryphibus ereptum, magnos peruenit in uſus.
Huc Aſiæ prædas, informiſqualida tergo,
Huc quoq; nutantes tulit Indica belua turres.
Quid te multa morer. quicquid nemus undiq; preſſit
Extulit uberibus, hoc eſt in monte coactum.
Hic iuſti ſedere patres, hic uiua iuuentus,
Hic caſtæ luſere nurus, hoc paſtor in antro
Maximus inſidijs perijt, nec pulcher Adonis
Vulnificos euaſit apros. ſed triſtia linquo,
Hoc ipſos eſt fama deos habitare cacumen.
Hoc caput eſt nemorum, domus hæc Iouis ampla tonantis.
Hic natum complexa ſuum Latona Sibyllæ
Agnita fatiloquæ paſtori oſtenſa ſuperbo eſt:
Hæc iuga magnanimus Scipionibus actus hybernis
(Sic creuit fortuna locis) tua cura ſubactis
Saltibus ex Libycis rediens puer ille reuiſit.
Et ſecum rudis ille ſenex, pòſt tempore multo
Cantantes uenere alij, quos dicere longum eſt:
Partheniaſq́ tuus triplicis modulator auenæ.
Omnibus his uiridi frondebant tempora lauro.
Hic ego, diſsimili quaqam ſubſidere ſertum
Fronde tamen ſimili faciam tibi: porrige ramum
Quem ſacra. Caſtaliæ regnatrix tradidit alma:
Illius hic, noſtrumq́ ſimul tibi munus habeto.
Linque alias curas, & noſter protinus eſto.
Stup. Nunc uigilaſſe iuuat, dulce eſt meminiſſe laborum.

ÆGLOGA IIII.

DAEDALVS.

GALLVS ET TYRRHENVS.

TALE quis ingenium, tanti quis numeris uſum.
Vt niueum compegit ebur, neruoſq́ loquentes
Addidit ac numeros, dic ô Tyrrhene quis ille.
Dædalus an'ne alius dextræ ſucceſſor & artis?
Tyr. Dædalus ipſe fuit: nec falleris omine Galle
Artificum ſtupor æternus, quem docta potenſq́
Miratur natura uirum: mihi maximus ille
Argutam dedit hanc citharam, plectrumq́ modoſq́
Gal. Cuius amor meriti, cuius pulcherrima merces?
Tyr. Nullus, nam ſi ſponte meum quæſiuit amorem

Dignus

Dignus quem ſylua, quem grex, quem paſtor adoret.
Gal. *Qua tamen hac regione tibi ſors obuia uenit?*
Tyr. *Eſt nemus acrium ſtabibus quo frigida quercus*
Summouet umbra diem, non illic auta, nec æſtus,
Non gregis aut hominum ue ſuas premit ungula flores
Fontibus aduerſis circum duo flumina ſurgunt,
Hoc ſecat Hetruſcos, petit illa gurgite Romam:
Huc quaſi uenturi præſagus, triſtia mecum
Plurima uoluebam, flebam quoq; uidit ab alto
Dædalus annoſas inter conſidere fagos.
Acceſsit, citharam'q; ferens, puer accipe dixit,
Hac caſus ſolare tuos, hac falle laborem.
Gal. *Infelix ubi tunc aberam, fortaſsè fuiſſet*
Hac fortuna alij, citharam mihi Dædalus illam
Nouit tum egregiè, atq; interdum uiſus amare eſt.
Tyr. *Hanc minimè, ſed fortè aliam: nam millia multa*
Ille habet, & largè partitur munera in omnes.
Galle, ſed ante diu quàm præſens ſylua uireret,
Hæc fuerat promiſſa mihi, nanq; anxia partu
Mater, anhelanti Lucinam uoce rogabat,
Et maſtum ignarus lucis iam limen adibam.
Attulit ecce pium fors Dædalon, haud mora, mixto
Vagitu gemitu'q; graui, concuſſus apertas
Subſtitit ante fores, de'q; obſtetricibus uni
Si puer eſt citharam dabimus, ſi nata monile,
Dixerat ac ſpeculum, ſubito'q; euanuit, inde
Polliciti ſtudij'q; memor, fato'q; beauit.
Gal. *Vtilis inuidiæ ſpecies mutatio feruens*
Incutiens'q; animo ſtimulos, Tyrrhene fatebor,
Ardeo nunc ſimilem citharam, niſi forſitan iſta
(Quod malim) caruiſſe uelis, ſunt uellera nobis
Mollia ſunt hœdi, pretium uel grande licebit
Ipſe tei paruæ ſtatuis, parebitur ultrò.
Tyr. *Grandis rei paruæ? citharæ ſolatia neſcis,*
Rem magnam (ſi nota) uocas, faſtidia mulcet,
Laxatos animos refouet, ſolatur amicos.
Gaudia reſtituit, pellit de pectore luctum:
Exiccat lachrymas, compeſcit flebile murmur:
Spem reuehit, frangit'q; metum: uultum'q; ſerenat.
Gal. *Quid pretio maiore uetat uel magna paciſci?*
Tyr. *Non mihi ſetigeri quantum uix paſcitur uſquam.*
Velligeri'q; gregis, ne dum leue uellus & hœdis
Sit pretium citharæ, non ſi tibi gurgite latos
Ambiat Hermus agros: rutilis oblimet arenis
Quid mihi diuitiæ? quid rerum munera aceruus?
Noſtras cernis opes. hic eſt qua crebra rebellis
Prælia fortunæ. mundi premsutia uincla
Pauperiem'q; leuo, rigidas hac ſæpe per alpes
Per'q; nemus uacuum, per'q; atra ſilentia noctis
Fiſus, eo: plaudunt uolucres, & concaua ſaxa
Interea triſtes fugiunt per nubila curæ.
Gal. *Laudis ſuum cumulas, fer opem, optato'q; potiri*
Te duce contingat, uiuam memor, emoriar'q;.
Tyr. *Sera animum quæ cura ſubit? breuis ecce iuuenta?*
Flos cecidit, tunc tempus erat, iam diſcere turpe eſt
Quod pulchrum didiciſſe foret. ſic uoluitur ætas,
Omnia ſic uoluit fugiens ac neſcia freni.
Sorte tua contentus abi, citharam'q; relinque
Eſt quibus à teneris tractata ſuauiter annis
Poſcitur auxilium, tu conſulis, incipe rebus
Mecum, uerba alijs quos poſſunt uerba mouere.
Gal. *Poſcimus hanc auidè. toto nil pulchrius orbe eſt.*
Tyr. *Pulchra mouent oculos, ſed proſunt acta fruenti.*
In parte'q; uenit pudor atq; modeſtia uoti,
Gal. *O felix, ô chare deis Tyrrhene ſupernis.*

AEGLOGA V. PIETAS PASTORALIS.

MARTIVS, APITIVS, FESTINVS.

QVID genitrix ueneranda dolet germanus? quid illi
Accidit hoc dignum gemitu? quot funus recentes.
Mœſta pluit lachrymas, nec lumina noſtra madeſcunt?
Api. *Cuncta uorant anni uolucres: comat omnia tempus*
Indomitum, cecidit matris fortuna decor'q;:
Arenti uirens ſenio dat terga iuuentus.
Mar. *Aſpice quot circum ſtabiles urgentibus annis,*
Et uirides cernuntur anus aliunde profectæ
Luctus, & offenſi ueniunt ſuſpiria cordis.
Quærere nos cauſas: fati'q; obſtare repertis
Suadet amor, pietas'q; iubet, meritum'q; repoſcit
Altricis, partus'q; labor, faſtidia, curæ.
Api. *Vim neſcit natura pati, licet omnia tentent*
Pectore ab aduerſo, cunctas licet aduocet artes.
Humanum genus, & ſtudio contendat inani:
Inuictum caput illa ferens contemnit habenas
Mar. *Hæc propè dijs natura pares iubet eſſe parentes.*
Api. *Hæc eadem prohibet curſum præuertere uitæ,*
Et rerum turbare uices, iuueneſcere mater
Noſtra nequit: uaria eſt pietas, de coniuge quiſq;
Cogitet, & paruis ſtudeat ſuccurrere natis
Mar. *De genitrice nihil? ſed enim mihi maxima matris*
Cura ſubeſt uiduæ, nil hac mihi charius uſquam.
Api. *Quis uetat eſſe pium? munus leue dulcia uerba*
Hos humeros, has illa manus, hæc brachia nobis
Sola dedit, donis'q; ſuis ea ſola fruatur.
Non comes eſſe ſibi quaſcunq; uocarit in horas
Abnuo, nec fragili baculo me ferre ſenectæ.
Mar. *Dij tibi conſilium cœlo tribuere ſereno:*
Nunc pietas ſua regna dedit, ſua poſſidet arma,
Filius es, matri cui ſubueniamus egenti?
Api. *Fare quid expectas? omnis mora torquet amantem.*
Mar. *Eſt domus ampla ſibi, nemoroſa condita colle,*
Dudum magnanimi quam quodam tempore fratres,
Obſequijs coluêre pijs, iam cognita latè
Mater erat, ſaltus nimis inuidioſa per omnes,
Felix & partu, & ſylueſtribus inclyta gazis.
Ac nemorum regina potens: mors inuidia natos
Præripuit miſera, perierunt corpora fratrum.
Fama uiget, nos ludibrio dilata iuuentus
Spiramus, ſed fama iacet, tenebris'q; ſepulta eſt,
Sub nobis mutata domus, fortuna tot annis
Incolumis noſtros cecidit non paſſa furores.
Hac matri reparanda domus. nil gratius illi:

Ni quos

Ni quos fata premunt, fractis conſurgere buſtis
Aſpiceres natos, & tempora priſca teneres.
Api. *Vilia ſunt hominum curarum millia milles*
Quiſq; ſibi. ſapiens. Vnde hæc tibi ſomnia frater?
Pellere pauperiem, labor eſt mortalibus ingens:
Cui nunquam ſperanda quies, nos ſorte maligna
Viuere per ſyluas uix ulla poſſumus arte.
Et tecum germane loquor, nunc furta rapinis
Mixta iuuant, prædæ plenis ab ouilibus actæ
Tu noua tecta paras ruituræ attollere matri?
Non noua, ſed ueterum turpes reparare ruinas.
Da frater, da chare manus: partemq́; uirilem
Sponte ſubi, uincat pietas inuicta laborem.
Siccemus pariter lachrymas, & mæſta parentis
Pectora (ne tales doleat genuiſſe) leuemus.
Api. *Cura ſuperuacui pectus quatit, & cadit illa*
Spes ſobolis talis, quæ cuncta repleuerat arua:
Nec muſis contenta ſuis, nec ceſpite paruo,
Ad paucos reditum, paſcet nos auia baccis.
Arboreis, duplicisq́; capax teſtudinis antrum.
Dum tonat excipiet, uentosq́; arcebit & imbres.
Mater ubi alternis conuiuia feſta diebus
Hic aget, atq; illic, geminoq́; fruetur honore.
Mar. *Coniugibus deſpecta quidem, & calcata ſuperbis*
Ac dominas habitura nurus, quin flectere tandem
Et monitus meliora uide, genitricis uterq;
Septa colat, limenq́; pius uenerator adoret,
Quod ſacri tetigere pedes, non aſpera mando,
Dulce eſt annoſæ iuuenem ſeruire parenti:
Non in ueſtibulo pudeat me mane uideri
Sollicitum, quid mandes anus, quin ſepta laremq́;
Molimur ſolitas ſedes, hinc iuſſa nepotes.
Accipiant, hic una domus, nec ſciſſa poteſtas,
Nec fratrum diuiſus honos, uicinia iunctos
Horrebit, uirtus gladio plus uera timetur.
Aggrediamur opus, quædam leuiora uidentur
Expertis. genitrix animos ſi cernat amicos.
Ipſa aderit. nam paſcit oues, paſcitq́; iuuencos.
Vnde iſtas cumulamus opes? an fallere matrem.
Prima quidem pueris, fortunæ fruſtra uetuſtæ?
Præterea & terræ ſalis altum infodit aceruum.
Quem cupido quondam pecori blandita latenter
Miſcuit, & ſapidas aſpergine reddidit herbas:
Inſuper & ueteres hortos, umbroſaq́; tempe,
Saturniq́; domos, & quæ poſſedimus ultrà,
Lydius ah nunc hoſpes habet uiolentus. ab alto
Monte cadit riuus, qui dum ſua rura reuiſit,
Impedit inualidam tranſuerſo gurgite matrem,
Pons fuit hic manibus. ſanctorum ſtructus auorum,
Tempus in hoc ſolidus. tacitos quo tramite fures
Qui gregibus peſtem, ſyluis ſuprema parabant
Repperit argutus nocturno tempore paſtor:
Collaq́; ſic meritis fregit tua dextera pontem
Hunc (tibi nota loquor) timidas effudit in undas,
Dumq́; nocere mihi properas, matriq́;, tibiq́;
Et gregibus, ſyluisq́; noces, ſed iurgia mitto:
Hic noſtram modò poſcit opem, ſine crimine quamuis,
Non onerum partem tecum tolerare recuſo.
Api. *Compulit in facinus tua longum ſuperbia uerùm*
Cymba breuis fluuio eſt habilis tranſire uolenti:
Rus breue trans fluuium ſupereſt, fortuna ſolutos
Auguſtat, finesq́; locat quos fratribus olim
Tam breue pacatis quàm nos ſumus, arcta priorum
Arcta extremorum confinia, at inter utrunq;
Laxarunt ſua rura ſenes, audacia latos
Non ſtabiles habet euentus: en omnia demum
Ad primas rediere uias, ſorsq́; improba gyro
Luſit in aſſiduo, quid quòd ſine ponte manemus
Tutius in ripa? iam quantum ad cætera, ſerùm eſt
Aedificare domos, ſub tempus uelle ſepulchri
Feſti. *Quid uano ſermone leues conſumitis horas,*
Tertius ille minor quem uos calcare ſoletis
Syluas frater habet, iam fundamenta domorum
Sede locat patria, genitrix ſibi rura, gregemq́;
Credidit, & nati gremio ſecura quieſcit.
Parent cuncta ſibi, curas agit ille ſeniles.
Enſe puer ſtricto, laqueisq́; ſub arbore tenſis,
Quis auium, furumq́; pedes, & colla premuntur.
Pinguibus arentes tenerisq́; ab ouilibus arcent
Fortia clauſtra lupos, triſtis non murmurat urſus
Sanguineus non ſæuit aper: non ſibilat anguis,
Non rapidi prædas agitant ex more leones.
Non aquilæ curuis circundant unguibus agnos.
Excelſo prædulce canens ſedet aggere cuſtos:
Paſcua tuta ſilent, audit iam littus utrunq;
Carmen, & extremum Calaber Ligurumq́; receſſus
Vndifragi, ſectiq́; tenens conuexa Pelori
Si uocem extulerit, Mauros turbabit & Indos.
Arctoasq́; niues, Auſtriq́; calentis arenas
Imperat is uobis linguam cohibere capellas
Ite domum, tondere uopes, negat almaq́; mater
Partem uteri uos eſſe ſui, ſuppoſitaq́; iurat
Pignora falſa ſibi, uallis te proxima miſit
Apennigenæ qua prata uirentia ſyluæ
Spoletana metunt, armenta gregesq́; proterui
Te longinqua dedit tellus, & paſcua Rheni.
Mar. *Nunc memini audieram ueteres narrare bubulcos.*

AEGLOGA VI. PASTORVM PATHOS.

PAMPHILVS, MITIO.

QVIS nemus omne uagis lacerandum præbuit hircis?
Quid ſyluæ meruere meæ? quo rore ſuperno
Iuppiter, & riuis ſpumantibus horrida coniunx.
Impiger atq; olim propius phœbusq́; rigarunt?
Quæ rabies, furtim ſegetes dum carpit acerbas
Spes & opes turbauit agri? cui pulcher Hyberus
Delitiæ, noſtrumq́; decus ſub tempus aratri
Non timuit primas crepitantibus addere lauris.
Quis propè conſumptus dextram niſi noſter Apollo
Porgeret afflicto, monteſq́; efferret in altos?
Paſtorum ſors dura nimis, date frena capellis:
Indomitos cohibete greges, ſimul ubera multo
Lacte fluant ſemper, magicas non nouimus artes.

Et nunc iſte ferox, lites & iurgia ſecum
Inſtruit, ac ſaxum & nodoſa repagula geſtans.
Quòd maledicta paras, poteris maledicta mereri
Enſe perire ſuo, quòd fert reperire uenenum:
Blandi(tijs) tamen aggrediar. Quo Pamphile & unde?
Quos'ue locos habitas? ferum tua clauſtra reuiſis.
Quid fremes? inq́ graui quis feruet ſpiritus ore?
Pam. *Fureſſer hic Mitio? nec te durißima fontem*
Sorbet adhuc tellus? iam iam mirabile nullum eſt,
Si nemus & meſſes, atq́ omnia uerſa retrorſum
Spem luſere meam, cui proh cuſtodia culti
Credita ruris erat, cui grex paſcendus in herba.
Intempeſtiuis periere mortibus agni:
Defeßi periere boues, hirciq́ ſuperſuat:
Immundiq́ ſues, quos luxus & ocia tendunt,
Turba nociua ſatis, nulliſq́ lege per agros
Spargitur inſultans, uirgultaq́ dentibus urit:
Iam montes infecit odor, noſtramq́ quietem.
Mi. *Haud inopia quidem patior conuitia, dudum*
Singula nam tacito tractans ſub pectore mecum
Vaticinatus eram, iam turbidus ille redibit,
Nec ſerui tergo, nec amica parcere fama
Doctus, nec rigida pietatem admittere fronte.
Pamphile, quàm facilè eſt alienam carpere uitam,
Quàm durum ſeruare ſuam. te fortè magiſtro
Semor haud gregibus mors ac lupus ingruat albis,
Nec quicquam baculoq́ minax uultuq́ ueneres.
Nil tibi triſtis hyems, quanquam ceſſura rigori
Illa tuo, nil uer dubium, nil morbidus Auſter,
Nil tibi de proprio uiolenta remitteret æſtas.
Non uolucres ſegeti, non mitibus umbra racemis,
Non caper arboribus non bucula parceret herbis.
Pam. *Non'ne ego paſtor eram, dum trux turpißime rerũ*
Nereus, aduerſo paſceat in uertice tauros,
Tranſuerſum deiecit humi? & pecus omne parabat
Vt raperet? obluctor donec uiolentior ille
Exuit hirſutam tunicam, nudumq́ reliquit?
Mi. *Quid potius tractare uelim? quot tempore paruo*
Tune noſtri occidere greges? eſt ſanguine uallis
Pinguis adhuc. cacis raptum congeſta cauernis
Oſſa iacent, horrore ferit locus ille tuentes.
Non tibi, non alijs licuit mandare macello
Membra boum ſparſere lupi, ſparſere leones:
Dij tibi ſint hoſtes, at non iacuêre magiſtri:
Non rauci ſiluere canes, quod ſæua ſinebat
Extremum fortuna fuit, ſpoliare cadentes.
Et niueas urbi dominoq́ remittere pelles.
Tu mihi quid ſeruas niſi cornua dempta iuuencis?
Mi. *Seruo aurum, teneris quod compenſauimus agnis.*
Seruo habiles cyathos, & agreſti urgere labellum
Subere non dignor, rudium miſereq́ parentum.
Adde quòd arte duce me multum paſtoria creuit:
Diſcolor en talos Tyrrhena ex more cothurnus
Circuit: effulgens obnubit tempora iaſpis.
Candida Sydonio ter murice uellera tinxi,
Et magnos peperi pro munere lactis amicos.
Sponſa nitet gemmis, collumq́ monilibus ambit:
Et mecum fuſca ſecura recumbit in umbra
Non glacie niuibuſq́ rigens, nec ſolibus uſta.
Qualis erat tua turpis anus, dum rura teneret.
Regia ſi ſpecies, non noſtra uidebitur uxor.
Tum paßim herboſis ludunt in uallibus hœdi:
Inq́ uolutabris ſegnes in aqua uoluptas
Conglomerat uerſatq́ ſues, non humida paſtor
Fortior antra ſubit: ſedeo iaceoq́ ſupinus,
Multa canens quæ dictat amor, nec craſtina curans.
Commiſſiq́ gregis ludos & prælia cerno.
Tu querulus triſtiſq́ mane, tu dente canino,
Quæ rabies tulerit, ſemper mordere paratus.
Pam. *Ergo impure tuum noſtris cum ſentibus antrum*
Iungis, ut indignos habitus tibi præferat uxor
Rebus onuſta ſuis, ut tu meliore cubili
Membra loces, ſomnumq́ animo uigilante fugacem
Excipias oculis, & turbida uiſa ſatigent?
Concilient ut uaſa ſitum: cauſaſq́ timendi
Inueniant, & forma domus & chara ſupellex?
Heu labor inſanus precio cumulare periclum.
Heu furor extremus nuptæ parere furenti
Turpis adulteria, & thalamis tot probra pudendi
Diſſimulare potes, nempe hi quos fingis amicos
Coniugis inceſtæ, facilem rapuêre pudorem:
Inſidiaſq́ parant etiam tibi, lumina tolle
Immodico depreſſa mero: lupus inſtat ouili
Antraq́ peruigiles circumſtant dicia fures.
Mi. *Furibus eſt mecum contractum ſanguine porci*
Fœdus, & inferni deſcriptum regis in ara.
Inuiſum ſuperis ſacrum fortaſſe profundis
Acceptum ſed iure deis, quibus ære litatum eſt.
Non ego, ieiunæ confringant pinguia tygres
Septa licet, totoq́ fremens ruat æthere grando
Amnenſiq́ ſatiſq́ necem ferat acrior annus
Pauper ero, tantum ſcrobibus commiſimus atris.
Pam. *Tolle ferrum ſcelerate ſacrum, quod Iupiter & Sol*
Erubuit, potuitq́ iubar ſed acerba relatu.
Præterea qui paſtor eras, per littora gazas
Conuehis, & neutrum perages fœliciter, unde
Linquere iam ſyluas, urbeſq́ uidere remotas.
Pandere uela nothis, tumidas tentare procellas
Vxor enim ignotis iam pridem, in collibus errat.
Et patrium limen, thalamumq́ egreſſa pudicum
Illa ſequetur ouans, meretrix famoſaq́ porcos
Secum agit ardentes, & olentes turpiter hircos.
Herba peregrina quibus eſt iam grata paludis?
Mi. *Quid pater obſcuris animos ambagibus imples?*
Longaq́ nunc feris? quid litibus ocia frangis?
Deſine iam mœſtis alacres inceſſere uerbis.
Dic age, dic breuiter quicquid fert impetus & mens.
Pam. *Et meritus poſt uincla crucem, poſt uerbera ferrum,*
Supplicium breue, quin potius ſine fine dolores
Carceris æterni, uel ſi quid triſtius uſquam eſt.
Mi. *Serue infide, fugax, dominoq́ ingrate benignõ.*
Surde ſenex geſtare crucem, tollerare cathenas
Si neſcis, ſors ipſa tua eſt uulgata per omnes
Fabula iam ſaltus, Nerei terrore ſuperbi
Deſtituiſſe gregem, medio niſi triſtis Apollo
Siſtere calle gradum non uertere terga iuberet.
Cætera nam ſileo, domino quàm fidus in arctis
Caſibus, ut poſsis deſertæ ignoſcere caulæ.
Pam. *Et fugi & redeam: timui paſtoris iniqui*
Verbera nulla: metum facilem damnauerat ætas.

Flumina

Flumine mox laui maculas, pallorq́ receſsit
Mi. Quæ tibi cauſa fugæ? cur clauſtra quieta relinquis?
Cur longinqua ſequeris, quercus contemnis auitas?
Quo claues ueſane rapis? quin obice, rerum
Tantarum ſi cura premit, per mœnia ſaltu
Errantes cogentur oues ſub tecta reuerti:
Iam mihi magna placent, inopis non ſemper ouilis
Seruus ero, dulcem cantando nactus amicam,
Formoſus fieri ſtudeo: ſolemq́ peroſus,
Antra umbroſa colo frontemq́ manusq́ recenti
Fonte lauans, ſpeculū Corydon Bizantius iſtud,
Quo mihi complaceo dono dedit, omnia nouit
Et patitur coniunx, quoniam ſua multa uicíſſim
Dura fero. Vos ignotas laſciuis amicas
Ne mea perpetuis foueat complexibus Epy.
Pam. Infamis mulier, multisq́ infauſta maritis
Te foueat demens, prior Epycus ille prophanos
Lapſus in amplexus, cecinit per rura per urbes
Quam coniunx generoſa ſibi, peior ipſe puellam
Nactus ad irriguos ſecum traduxerat ortus,
Ludibrioq́ habitus, uiuens moriensq́ iacentem
Exedere canes, & perminxere ſepulchrum.
Lætior aut alijs poſt hunc, ſed adultera forſan,
Fida tibi fruere, & ſpeculum Cordonis habe o
Aeternum gemat ille miſer, paſtoribus aulæ
Qui primus mala dona dedit, formoſus haberi
Dum petis, & capiti circumdans ſerta niuoſo,
Ignotum tot pondus auis, dum floribus antrum,
Dumq́ pedes debitè roſis ſylueſtribus ornas:
Omnia depereant, quando impia ſydera cœlo
Impia ſors terris ſuperant, mercedis una
Cura gregis, ruris q́ labor, ſtudiumq́ peculi:
Mi. Succedet mihi fortè aliquis, nec longius hinc iam
(Augurio niſi fallor) abeſt: qui triſtis inersq́,
Mitia prædurit excuſat facta repulſis:
Alueeuasq́ ferat Romana in paſcua ſordes
Pam. Quem talem niſi te geminum fortaſsè minaris?
En tua tota fides, en laudum ſumma tuarum,
Peiorem ſi terra parit, tunc optimus ipſe:
Inq́ nocens Mitio ſic crimen crimine purgas:
Viue latè, gaude uitij maioris ad umbram.
Mi. Lætus agam, mœiarq́ doleus, tu triſtis utrunq́
Neſcio quid confuſa tibi tua ſomnia ferueant.
Pam. Par fuerat meminiſſe, quibus bonus ille pericliſ
Iſta parauit herus, lamatum uepribus aſpris
Vidimus, heu quanti miſeraus armenta redemit
Perdita, ſublimi ueniens mercator olympo.
Quàm tenuis uictus, quàm nulla ſuperbia uerum
Ruris habet dominum, tu luxuriaris in aruis
Illius, ipſe ſuam ſitiens ac ſobrius aula eſt.
Mi. Immemor ille ſui, & uerum fate amor, auarus
Perdere pauca timet, cum poſſit perdere multa.
Impiger horrendis paſtores uocibus implets
Hinc didiciſſe potes, ſemperq́ in fontibus ægras
Merſat oues, tondere iubens ne uellera lappæ
Intricent: prohibens ipſis à ſæpibus hircos,
Oſtentatq́ enbos, iſidem ſteriles q́ miryeas
Paſcua dura ferit: famulos maciéq́ geluq́
Conficit, ac tolerare famem ſomnumq́ ſitimq́
Edocet, adiungitq́ minas, atq́ intonat ore.
Dulcia cuncta uetat, iubet aſpera, culta cauebis,
Auia luſtrabis, montes ſuperabis iniquos,
Et pedibus nudis tribulos calcabis acutos.
Moribus his hominū quiſquam de ſanguine natus
Vixerit, aut raras illi mereatur amicas?
Contrà ego me memini domino ſeruire potenti
Perdere magnificum multis placuiſſe decorum:
Vis ubi nulla premit, quis tot conſumet ariſtas?
Quod pecus aſſiduo peraget tot gramina morſu?
Laſciuos errare greges, hircosq́ procaces
Coniugio gaudere ſuas, ſimul ipſe iocabor
Dum mea me coniunx, dum me mea ſuſcipit Epy
Pam. Vos ueſtras ſeruate, meos mihi linquite mores.
Infœlix ſic neſcis herum, dum tutus in umbra
Stare putas, aderit præuertens gaudia luctus:
Mi. En uerbis terrere paras, præſentia fortes
Deſpiciunt, timidos etiam diſtantia terrent.

AEGLOGA VII. GREX INFECTVS AC SVFFECTVS.

MITIO, EPY.

DVLCIOR his ſyluis & grato ne dulcior arui:
Gratior his antris, & grato amne ſonoro
Hæc modò dum ſolus, ades me nobilis Epy
Epy. Nulla dies Mitio noſtros abrumpat amores.
Nulla dies gremio caput hoc diſiungat amato,
Vltrò aſſum, ſemperq́ adero, nec ſponte reuellar.
Mi. O mea (nam dulce eſt animum exonerare loquendo)
Quid mihi nunc ſtomachi reris? præcordia quantum
Fœlix habet ſparſis mordax modò Pamphilus acri
Perculit meatum penitus pupugitq́ querela
Multa minax abſentis heri, ſub fine fauorem
Obtulit intrepido, fortem fortiſsima contra
Frons ſletit hæc, chara comes tot dulcia mecum,
Tot lætos partita dies, partire quod inſtat:
Ne pigeat, numeremus oues, numeremus & hircos.
Seu grauis iſte redit, ſeu forſitan ille tremendus,
Vera licet fictis prætexere crimina uerbis,
Stet modò frons eadem, contemptaq́ formula fandi.
Epy. Lanigerum quodcunq́ pecus ſeruare ſolebas,
Mors rapuit, uel morbus habet, per gramina ripæ
Paſcitur alterius quicquid ſupereſſe dedit ſors.
Febris iners, ſcabiesq́ tenax, uiolentaq́ tuſsis.
Iam uacuos populantur agros, premit horrida ſudor
Mucidus, & rigidi configunt tergora dumi.
Tutius abſuerint ne ſurtim lata pererret
Mœſta lues capita, & ſerpens per oui lia peſtis.
Mi. Cætera noſſe datur, refer hunc tua lumina tantum
Epy. Perge meum culmen, mea ſpes, mea tota uoluptas.
Ille procul fuluo quem cernis ludere tergo,
Vertice conſpicuum, ſetis cui diſcolor albis
Barba, genas mentumq́ tegit, per paſcua latè
Noſcitur immitis frondisq́ petulcus & herbæ.
Hunc etiam cupidæ metuunt perferre capellæ,

Sic dum

Sic duras teneraſq; regit, ſic pondere toto
Irruit, incumbens miſeris: Venerémq; nec ullam
Reſpuit, haud propriæ ſit ſegnior inde maritæ.
Quæ paribus ſignata notis, & concolor illi eſt.
Ipſe quidem luxu immodico laſſatus, & annis
Iam ſenuit, ſed dura ferro recalentq; ſenectus.
Ille procax parili totus licet ardeat æſtu,
Viribus aut paribus fruitur, tamen omnia turbat
Septa furens: nullaſq; ſinit dormire quietas
Somnifera ſub nocte capras, ſed ouilia circum
Huc animus non ſanguis agit, dumq́; aſpera prenſat
Colla, parum ſtabiles fregiſſe per oſcula dentes
Cernitur, & uocis paulatim perdidit uſum.
Quem quotiens uideo, ſubitus quatit illa riſus,
Vt fragiles dumeta petit crebroſq; hymenæos,
Et ueneremq; gemmas ardentem naribus omni
Tempore ſuſpirans, mameranum ſpargit odorem.
Tertius ille autem diſtortis cornibus atra
Luxuria efferuens, teneris malè temperat hædis
His multum debere memor grex ipſe fatetur.
Horum nanq; licet circum præſepia natos
Enumerare leuas atq; agmina multa nepotum.
Ille piger ſenio torpet, tamen integer olim
Ludere clam ſolitas q; uidee nec ſpernere frondes.
Nunc iacet & cælum ſpectat, fremit arduus ille
Proceris gaudens per ſyluam inſiſtere ramis:
Permeat hic ualles, longinquaſq; rura peragrat.
Eſurit ille rubos, fulgentibus imminet uuis:
Nec tota ſatiando Tago ſitit arida ferret.
Ille ferox animi eſt, & torua fronte minatur.
Ecce duo obnixis, qui ſeſe cornibus urgent.
Sæpe graues ſyluis olim exciuere tumultus,
Nunc multa grauiora parant, atq; omnia turbant.
Ecce duo morbo implexti, niger iſte quieſcit,
Candidus ille ſilet, ſcabiem fricat ille uetuſtam.
Ille quidem toto quem cernis ab agmine ſolum,
Natura generoſus erat, ſed non ſua tondens
Gramina, ſollicito tacitus terit auia greſſu.
Huic hoſtis generoſus item, ſed fractior æuo
Contigerat: mors alterius certamen utrinq;
Concluſit, non ille uadum torrentis aquoſi,
Nec iuga ſaxoſi timuiſſet carpere montis.
Dux gregis ille fuit, dum noſtra relinquimus ultrò
Paſcua, primus iter rapidum per lubrica flexit,
Hortatus ſocios, mox cætera turba ſecuta eſt.
Vnde diu lætos uacui deduximus annos.
Mi. Quid non longa rapit ſeclis fugientibus ætas.
Decreuit grex ecce ſuus, quæ culpa, quis error
Immortale hom nihil eſt, morientur & ipſi.
Ludere conſilium, nec cunctis temporis horam.
Perdere ſegnitiæ, curaſq; repellere inanes:
Niſi forſan tibi nunc aliud dilecta uidetur.
Epy. Prorſus idem, quid enim reſtet, quæ meta malorum
Ambiguum, licet ille grauis promiſſa minaſq;
Iudicis meulet, res pendet, ludere præſtat
Interea & primam morti ſubducere partem.
Quam ſapiens (ſileo) ſemper tibi fida profectò
Hortatrix, atq; una fui, præſentibus uti
Et gaudere bonis, fato mandare futura.
Blanditijs profugam aſſiduis reuocare iuuentam,
Et retinere manu, properantæ obſtare ſenectæ.
Sed ſi tangit amor pecoris, muliebribus aurem
Conſilijs aduerte tuam, niſi fortè pudori eſt.
Mi. Dic mea, dic requies thalami, dic gloria noſtri.
Epy. Hos tibi fœcundæ matres peperêre, quid heres?
Sanguine in externo: ueteri noua cornua ſerto
Floribus ex noſtris ornabimus, ipſa latentem
Pamphilus haud noſcat fraudem, nec degener iſtis
Sanguis ineſt, humiliſq; gregis ueſtigia ſeruant.
Linquitur hic luxu, non pinguia pabula deſint,
Coniugiumq; frequens, implebit ouilia ſolus.
Errantes ſtudet ille ſenis tranſcendere curſu,
Et facit, ille gregem longè poſt terga reliquit.
Aſpicis hunc timidum, meditatur prendere truncos
Mordicus, & uacuas cornu iam uerberat auras
Mitior hunc uultu ſequitur, mihi crede, ſed ille eſt
Sæuus, & hirſuto multùm truculentior apro.
Me ſpectante parem, ſpoliauit coniuge nuper,
Et potitur camuris nunc naribus, ac pede torto,
Illum inopem pauidumq; procul per ſaxa fugauit.
Hi turpes rerum indocti lectitare uidentur.
Sed ſine conſueſcant, diſcent tot multa magiſtris
Hiduo. quid terit, fatales dulcibus uuis,
Iam pingues uaſtoq; graues, hos pelle reuulſa
Perſolues, læſo uemens triaterica Baccho.
En tibi par aliud, ratio famuletur amori,
Dignum laude licet blandis prope lenius agnis
En quoq; par longè uarium pratum ille modeſto
Dente metit, ramos patulo uorat alter hiatu,
Teq; tuumq; gregem rauca qui uoce fatiget:
Meq; fugare locis informi murmure poſsit.
Spumeus ac frendens, tonſoq; ſimillimus urſo.
Hos tibi Romulei miſerunt gramina ſaltus,
Cætera de noſtris ueniunt tibi gaudia lucis.
Hinc alij atq; alij accreſcent, ſors bona fauebit.
Mi. O pecudum decus eximium, reginaq; ſyluæ
Perge, age iunge greges, & cornua flore rubenti
His quoq; circunda, grex eſſe uidebitur unus.
Hunc tamen oblita es, numeris aſcribe merentem.
Epy. Inuiſa regione ſatum quem florea uallis
Pauerit, & noſtri ſpretorum miſerit arui.
Pellicis imperio premeretur, moribundus & unus
Introëat, ſpaciumq; breuis non explicat anni.
Mi. Iram frange precor, nil unquam tale iubebo,
Iam tranquilla redi, quoniam res magna peracta eſt
Pamphilus ut redeat, tuſtas licet arte querelas
Abſtulimus, tacitam mæſtus ſibi ſorbeat iram.
Epy. Multa quidem curis dedimus, iamq; hora quietis
Nos uocat, accelera, glacies premat hiſpida colles
Brachia nos nexi, molli iaceamus in ulua.

AEGLOGA VIII. DIVORTIVM.

GANYMEDES, AMYCLAS.

QVO fugis? expecta, liceat condiſcere cauſas
Diſsidij, tu noſtra puer (niſi fallor) amabas
Paſcua, quò paſtos abigis cum matribus agnos.
Ingrate, atq; oblite mei rerumq́ mearum.
Amy. Parce parens damnare tuum, puer ipſe, fateris
Hac paui regione gregem, tibi lætior annis
Tunc animus fuerat, nunc intractabilis, aſper,
Me quoq; uiuendo patientia prima reliquit.
Gan. Conſilium ſolet eſſe ſenum, iuuenumq́ uoluptas
Tu mihi deliras ſenior, tum uallis amator,
Vnius deſerta uagus nunc auia tentas.
Amy. Propoſitũ mutat ſapiens, at ſtultus inhæret:
Res, tempus, fortuna, locus, firmata ſequentur.
Conſilia alternant, macie turpiq; ueterno
Terga pecus confecta gerit: ſqualentia ſentes
Vellera dilacerant: quid agam? nec pocula fontis
Tuta, nec herbarum morſus, ſuccíq; ſalubres.
Ipſe aër ſuſpecta mihi ſuſpiria reddit.
Quin iuſtam permitte fugam, & miſerere coacti,
Nam potes, ecce etenim ueni ad tua gramina pauper,
Pauperiorq́ domum redeo. non lacte nec hædis
Auctior, inuidia & ſolis iam ditior annis.
Adde ſupercilij pondus, quod non grauis æquet
Aethna iugis, non Oſſa rigens, non altus Olympus.
Id prius æquanimis tuleram, indignatior ætas
Eſt ſenium, rugæq́, animos in uerba miniſtrant.
Triſte ſenex ſeruus, ſic libera noſtra ſenectus.
Serua iuuenta retrò eſt, ſeruilem libera uitam
Mors claudit, memor uſq; mei ſubſiſte ualeq́:
Me fatum tentare meum ſine paſcua circum.
Gany. En animi ſeruum memoris, ſic omnia uetus
Abſtulit, has mereor grates, hæc præmia reddis?
Vt nil præſtiterim, multum licet impar, amaui.
Amy. Verba quidem uerbis, res rebus, purus amori
Sed ſolus debetur amor, gratusq́ memorq́
Sum, quia te ſemper, poſtquam mihi notus, amaui.
Et dum uita comes, ſi quid mihi credis, amabo.
Gan. Quò properas igitur? quæ te magis allicit ora?
Vnanimes quæ cauſa repent diſiungit amicos?
Perdit enim ſerui nomen cui libera mens eſt.
Ami. Aſpice fatigero tangentem uertice mõtem
Nubila, tum grauida fontes tellure crepantes:
Vnde ruens pelagis confunditur unda quaternis:
Aſpice præruptum ſcopulis extantibus altè
Ire ſub aſtra iugum, lapis ille imperuius olim
Punicus aſperſo donec ſibi paſtor aceto
Fecit & igne uiam, noſtris paſtoribus ingens
Diluuium ſtragemq́ ferens, hoc fortè per æſtum,
Solus ego ac ſitiens, nuper ſub colle uagabar.
Gallias erranti ſeſe comitemq́ ducemq́
Obtulit, & uiuas digito direxit ad undas.
Progredior, ualleſq́ nouas, & pinguia latè
Rura noto, ſed ſæpe oculos in terga reflectens
Iam latus hoc ſordere mihi, iam turbidus æther
Cœpit ad occaſum, iam ſydera mœſta uideri.
Agnoſco ualidum patriæ reuocantis amorem.
Illic & uiola melius per roſcida pallens,
Per dumeta roſa melius redolenſq́ rubenſq́
Purior ac patrius illic mihi prata perennat
Riuus, & Auſoniæ ſapor eſt iam dulcior herbæ.
Gan. Spreta fides igitur comitum tam certa piorũ,
Cum quibus & niueas laqueis, uiſcoq́ columbas,
Gaudebas damasq́ plagis tentare fugaces,
Cum quibus & capreas ſoles, umbraſq́ leonis,
Et tauri flores, & adultæ uirginis uuas
Carpere, uel fando cunctantem impellere noctem,
Vel longum breuiare diem ſermone iocisq́
Et requie molli, durum condite laborem
Ami. Nil ſpretum niſi ſylua ferox, paſtorq́ proteruus
Et gignens aconita ſolum, & mœſtiſsimus auſter:
Et plumbo infectos latices, & turbine tortus
Puluis, & umbra nocens, & grandinis ira ſonore.
Gan. An prius iſta tibi tam longum ignota per æuum?
Ami. Nota prius fateor, tenuit me peſtifer uſus
Luctantem, me ueſter amor, me forma puellæ
Blandior illecebris, ſed iam cum tempore ſenſim.
Omnia mutantur, ſtudium iuuenile ſenectæ
Diſplicet, & uariant curæ uariante capillo.
Gan. Hic uulgo iam notus eras, nec charior alter
Vel mihi uel ſocijs, ſyluis errabis in illis
Et mecum manſiſſe uoles, cupienſq́ reuerti
Ami. Nil penitus non eſſe poteſt, fortuna gubernat
Res hominum, ualet illa pijs obſiſtere cœptis.
Illa fauere malis, at ſi præſagia quicquam
Noſtra ferunt certi, leuis eſt ad prima recurſus
Principia, huc genitor profugus me ruris auiti
Finibus infantem rapuit, ripæq́ paluſtri
Expoſuit miſerum, atq; abijt. per quatuor inde
Seruio luſtra tibi, nulla eſt iniuria, iuſtus
Libertatis amor, patrij quoq; cura ſepulchri eſt
Tempeſtiua ſeni, iam tandem abſiſte precari
Atq; iterum pater alme uale, dextramq́ relaxa,
Gany. Ah miſer, & merita quis te cum laude canentem
Audiet? aut leui deſcribet carmina lauro?
Amy. Expectando quidem feſſus, raucuſq́ canẽdo
Attuleram, uereor uocis faſtidia noſtra.
Pars alijs placiturus eo, non una per omnes
Eſt hominis fortuna dies, nunc mane quietum
Turbida lux ſequitur, nunc matutina ſerenum
Nubila ueſper agit, ſic tempeſtatibus atris
Tutus adeſt portus, ſic litora puppe tenentes
Tempeſtas inopina ferit, ſpes, terror, ubiq;
Iuxta habitant, fortuna uaga eſt, & protinus inter
Quãuis preſſa manus, ceu lubricus effluit anguis
Nil habet iſta magis tua nunc opulentia certi,
Quàm mea paupertas, ubi pluris ſigna fauoris
Et minus eſt fidei, ſed iam me Gallias audi.
Sollicitat damnatq́ moras, & Phœbus Hyberum
Vergit ad Oceanum, montem uix occupat altum.
Balatu mœreor pecoris. nec candida dulci
Mugitu in geminas ceſſat reuocare iuuencas,

Ire

Ire libet, liceat, nuſquam ſunt carmina tanti.
Gany. Men' iuuenē pauiſſe domi, & finxiſſe docendo
Vt doctum noua ſylua ſenem nouus hoſpes haberet?
Sic labor agricolis longus, breuis inde uoluptas
Arua domant alij: ſic feſſus nauta quietis
Inuehit ancipiti delatas æquore merces.
Noſco meum ſydus, alijs uiuenda paraui.
Fatum agnoſco tuum, primis non pauper ab annis,
Pauper eris ſenior, pauper morieris Amycla
I tamen, ipſe meis (quando hoc immobile notum eſt)
Te ſine (quod nollem) iam ſolus paſcar aceruis
Ipſe per æſtatem mediam uel colle uirenti
Valle uel umbroſa, niridiq́ in margine fontis.
Solus Apollinea modulans ſub fronde ſedebo.
Lanigerumq́ gregē paſcam, & loca florea circum
Mellificas imitabor apes, te diues habebit
Sylua, ſed urentes turbabunt ocia curæ.

AEGLOGA, IX. QVERVLVS.

PHILOGEVS THEOPHILVS.

HEV lacera fragmenta domus: heu ſydus agello
Triſte meo, quid nociui nunc ſtirpibus imbres,
Quid pecori ſtudiū, m, ſeg ti quid leuior auræ?
Aut ſoles ualuere pij? ſors aſpera rurus
Semper, & immenſo tenuis fortuna paratu.
Agricola infelix, ubi cornua tollens
Floriger annus adeſt, circum ſua gaudia fertur,
Raſtra manu uerſans rigida, ſcabroſq́ ligones.
Vrget in arua boues, ſulcoſq́ annixus inhæret,
Inſerit hic ramos, herbas hinc ungue nocentes
Vellit & utilibus lolium ſecernit auenis.
Hic fodit, & ripam bellis brumalibus armat:
Inde leues prono diuertit tramite riuos.
Nil uel inexpertum linquens, uel ſegniter idem
Expertus, ſed cuncta timens, tum nubila ab auſtro
Suſpicit, & ſecum pluuias incuſat inertes.
Tranquilloſq́ dies operi uentoſq́ fauentes
Inuocat, ac cœlum precibus uotisq́ fatigat.
Heu miſero, poſtquam ſudore exhauſtus anhelo,
Spes cernit florere ſuas, iamq́ horrea laxat.
Ecce furens ſata culta truci uertigine nymbus
Obruit & longos anni breuis hora labores
Vna necat pereuntq́ ſeni ſua ſomnia feſſo
Adde repentinam rabiem torrentis iniqui.
Adde peregrinas uolucres, populantia campum
Agmina, tectorum lapſus, incendia, fures.
Adde grauem morbos nebulam, morteſq́ parantem,
Innumeroſq́ gregis caſus, hominumq́ ruinas.
Qualia nunc flentes mæſti, & uix flere relictum eſt,
Hora metus mortis quoniam trepidantia claudit.
Heu heu quo me cura tulit? quo cæcus habendi
Traxit amor? poteram uulgò quod tutius artes,
Quot rerum tentare uias? cur ultima lecta eſt
Paupertate labor mixtus, ſemperq́ malignam
Scalpere tellurem, querulaſq́ audire cicadas?
The. Quid gemis? aut quænā uſq adeò fortuna moleſta eſt?
Phi. Quid gemis? heu mea rura uides? ſonte ecce laborum
Atq operum ſpes ecce mea, quid uiuere longum
Fert homini? nec deſinimus nocitura precari.
Quæ modò dum magis fuerant anguſta capellis
Antra uacant, raraq́ procul languentis oberrant
Relliquiæ armenti, quas mors uiolenta per orbem
Spargit, & inſequitur, non æquoris obice naſti.
Non cœli terraq́ ſitu, non deniq totie
Caucaſeis arcenda iugis, ſic omnia uictrix
Proterit, & latos depaſcitur ordine ſaltus.
Exemplis caritura quidem tenuere nepotum
Vix habitura fidem, ſuperant ſi forte nepotes,
Nec fidem, modo ſata parant, imponere rebus
The. Noſſe mali cauſas, ingens ſolet eſſe leuamen:
Diſ. ue, ſi noſti, quæ tanta peſtis origo?
Phi. Multa Dei celant hominē, non omnia ſeruus
Clauſa uides domini, cum ſit mortalis uterq
Quæ tamen in ſyluis crebreſcat fabula dicam.
Cerne ſinus pelagi geminos quos maxima frāgunt
Flumina, & aduerſo dirimentia gurgite terras:
Hunc hirſuta premit glacies, & bruma perennis
Aſperat, horrificoq́ infeſtant murmure tygres.
Illum blanda roſis non areſcentibus æſtas
Temperat, & uirides feruntur per plana uolucres.
Hos alio prius orta ſinus aſſl auerat orbe,
Hinc noſtris tranſlata lues, nunc regnat in aruis
The. Quo mare tā facili trāſiuit ad æthera ſaltu?
Phi. Illuc heu cupidi, ſtimulat ſua quemq libido
Peruenit pars una gregis, ſuccoſq́ ueneni,
Et diras guſtauit aquas, atq inde reuertens,
Mox peritura cohors late contagia ſudit,
Paſtorem paſtor, pecudem pecus inficit ægra.
Spirat enim ſanie incluſam pulmonis aduſti,
Ad latus, infauſtis aſpirans flatibus Euri.
Intereunt iumenta, boues, duriq́ bubulci
Graminaq́ & ſegetes, uacuis moribundus ariſtis
Imminet, & culmum componit meſſor inanem.
Nec morbi modus ullus adeſt, uelocibus alis
Mors uolat, externos fruſtra glomeramus odores.
His etiam ſua peſtis ineſt, quid demoror omnes
Occidimus, niſi fata mina placata remittunt.
Quanquā quid reliqui eſt miſeris? iā falce recurua
Vltima rura metunt, Graia qua uectus ab ora
Marmoreoq́ nouam deſignans limite ſyluam:
Inclyta magnificus poſuit confinia paſtor
The. Falleris ah demens, nam iuſta & merentes
Paſtores ferit Dei populumq́ rebellem
Effugies ô cæci, ſecuraq́ poſcite regna.
Phi. Nec mora tuta quidem, nec iam fuga tutior uſquam:
Obuia mors peruertit enim, & quocunq mouerem
Mille parat medio laqueos, & retia calle,
Accipe conſilium properè, cunctatio nanq
Lenta fuit ſemper ſubitis inimica periclis.
Huc huc uolue oculos, hac eſt uia recta, ſine ullis
Inſidijs, prædura quidem calcataq́ paucis,
Sed ſuper aërios arctato tramite colles
Perferat, & ſiſtat feſſum in regione quieta.

Illic uita habitat, læua ſed olentis auerni
Sulphureis ſtant ſtagna uadis, ibi lurida mortis
Signa uides, atroq́; polum nigreſcere fumo.
Hos euade lacus, dextrum mihi prende cacumen.
Phi. Euitar, tu me ſequere, & miſerere iuuando,
Quin prior, interdum attollens & porrige dextram.
The Vltimus at primus adero, pellamq́; trahamq́;
Tu modò, nec labor officiat, tibi ſolus adeſto.

AEGLOGA X. LAVREA OCCIDENS.

SOCRATES, SYLVANVS.

QVID Syluane doles? tantæ quæ cauſa querelæ?
Syl. Heu Socrates quem uix reliquum fortuna cuinæ
Duca ſinit noſtræ: neſcis dulciſsime neſcis
Quid querar? & quã iuſta mihi ſit cauſa querelæ.
So. Auguror, expecto, ſed rem cumulatius ex te
Fare miſce miſero, non aſpernabere luctus
Participem comitemq́;, ioci quem lætus habebas.
Syl. Neſcis præualidi rumpunt ut uerba dolores,
Quid me chare iubes fari? paſtoria nunquid
Materia eſt longe ea Deas? tamen accipe quantum
Singultus lachrymæq́; ſinunt. Fuit alta remotis
Sylua locis, quæ ſe diuerſis montibus acti
Sorga uitens Rhodano, pallens ꝑ Ruentia miſcet.
Hic mihi quo fueram Tuſco translatus ab Arno.
Sic hominum res fata rotant, fuit aridulum rus
Dum colui indigni, atq; operi ſucceſsit egeſtas.
Id reputans anctor, enim pigritiq́; laborum,
Pertæſumq́; inopis ſtudij tandemq́; relinquens
Arua inarata, uagus ſyluis ſpatiabar apricis.
Verum inter ſcopulos nodoſaq; robora quercus,
Creuerat ad ripam fluuij pulcherrima Laurus.
Huc rapior, dulciſq; ſemel poſtquã attigit umbra,
Omnis in hanc uertor, ceſsit mea prima uoluptas.
Ruſticus ardor erat, ſed erat gratiſsimus ardor,
Ille mihi inſueto, qui me mortalia prorſus
Oblitum, immemoremq́; mei meminiſſe iubebat
Hanc unam, curaſq; & totũ huc uoluere tempus.
Sic ruris deſertus honos, & quicquid in euſes
Præcipitat, pars parta animi, pulſiq; tumultus
Has ego delitias & opes hæc regna putaui.
So. Perge, quis interea neglecti cultus agelli?
Syl. Nec noui, nec noſſe uelim, mihi laurea cura
Sola fuit, ſed iam Socrates ignoſce, gemendum eſt.
So. Imò age perge precor, pariter lachrymabimus ambo,
Et pietas communis enim, & iactura doloris.
Syl. Laurea culta mihi, nec me ſitus aſper & horrens
Acceuit incœpto, proprijs nec uiribus auſus
Externos uolui conſultor adire colonos.
Nec longæ tenuere uiæ, nec tempus iniquum
Ac durum tardauit opus, uulgata tenebam
Aſcræi conſulta ſenis, tamen altius ire
Mens erat, ac uarijs artem ſolidare magiſtris.
Dux mihi nullus erat, niſi amor, feruorq́; uidendi
Primum iter in Latium, qua pulcher Mincius unda
Formoſo de patre oriens, interluit arua:
Hic Venetum celſis extantem monilibus unum
Paſtorem agricolam, bellatoremq́; uiriſtum
Conſpiciens: dextræ modulantem in uertice ripæ
Accedo, & breuibus percontor plurima uerbis,
Iuſſus ab hoc Aſiam, Graiasq́; uiſere terras.
Vix Atheſim attigeram, patrij qua limina montis
Deſerit, & lætos fugiens amplectitur agros.
Ecce Veronei per prata uirentia Marcis
Ire duos uideo, canit hic, legit ille ſalubre
Herbarum genus, & pecori bonus applicat agro.
Progredior, calidusq́; Aponus, gelidusq́; Timauus
Iam ſpatijs æquis aberant, dum peruigil ales
Intempeſtiuum quatiens domnoq́; moleſtum.
Perſtrepuit læuo uillæ de culmine gallus:
Mox baculo excuſſus, mœſtum cantoribus omen
Præbuit, hinc nullo reſonantia littora cantu,
Procurnoiq́; ſinus tacitus ſequor, obuia tandem
Rura ſonora animum, uocemq́;, & urbe dedêre.
Lætior illa lego Smyrnam ſub fine uiarum
Peruentum cæcumq́; ſenem, ſed multa uidentem
Conuenio, iſq; Italo miſſum ut cognouit ab orbe,
Proſiluit, dextramq́; dedit, nemorumq́; profundo
Accubitu, & fuſca feſſum ſtatione recepit,
Attonitumq́; manu penetralibus intulit umbris.
Figo oculos, & cuncta libens, & ſingula circum
Viſa noto, cupidusq́; fruor ſermone ſenili
Inſolitus, Dij qualem hominem? quid diuite cœlo
Subtrahitis terræ rarum breue munus egenti?
Hunc magni circum comites lætiſsima turba
Stabant, iuxta autem cunctis ſublimior unus
Cui grege de toto ſupremus ceſſerat hircus,
Fortunas caſusq́; ducum, regumq́; canebat.
Nec caſum tamen ille ſuum, fortemq́; repoſtam
Nec triſtes in terga canes inſtare uidebat
Regibus attonſo flendus poſt fata capillo.
Iuxta alter ſenio infractus iuuenilitet alta
Voce canit, furere hinc dictus, ſed uoce furorem
Diluit, & falſo quæſiuit crimine laudem.
Sacra ſacerdotes canit hic, ille arma tubasq́;.
Inde Deum fauor, inde uirum, per Lesbia captum
Rura lupum, ſaluumq́; gregem, iaculoq́; lycæq;
Fretus, & hinc clarus factis, hinc cantibus alter,
Altera ſolliciti laqueos cantabat amoris
Docta puella, choris doctorum immixta uirorum.
Cynnameus reſeco calamus cui ſemper ab ore
Pendulus, & dulces mulcebant aſtra querelæ.
Hanc choris læti cantata Bacchide notus,
Hanc clarius charam ſuſpirans carmine Lyden,
Et quem Cyrenis genitum dedit Africa Nilo,
Hanc Thenis Samio paſtor ſtupet igne liqueſcens.
Nec minus hanc noſtriq́; procul mirentur amantes
Voce omnes humili, & querula ſimul impare cãtu.
Pone ſenex pueri in gremio, uix mole ſoporis
Lumina preſſa mouens, leniebat cantibus curas
Mox ſiluis uicinis, ceſſerunt carmina ſomno,
Argutum Dircæa palus amiſit holorem.
Vidi Sidonio paſtorem rure profectum:

Annua quem morbi uix extinctura diebus
Angeret alternum natalibus ultima, donec
Vna animam, doctosq́ modos abrumperet hora.
Vnum ibi Cecropij contemptum in gramine ſaltus
Ingenia rectum, claudum pede, uoce calenti,
Spartanos in bella canes accendere uidi.
Vnum uoce parem, ſummus per littora longe
Solum, qui populo legeſ & iura dediſſet.
Iamq́ ſenex muſis operam daret urbe relicta,
Vidi aquilam calui circumuolitare ſedentis
Ore caput, pleno ſimul illum lumina campo
Defixum, immota meditantem carmina fronte
Vidi expectatum ut caneret dulcedine multa.
Obriguiſſe ſenem, uocemq́ in faucibus imis
Arctatam, Muſas animam rapuiſſe putares.
Sic cubito incumbens, ſimilisq́ erat ore canenti,
Fiſtula pallenti pendebat muta labello.
Hunc alius muſis qui paſtor amicior ulmis
Sed minus acceptus ſyluis & uictor ut arte
Iudicio ſic uictus erat: de more ſolebat
Victorem ridere ſuum, quòd iudicis æqui
Carmen inops, quòd fama uagis incertior auris.
Vidi qui fixas raperet ſpes, adderet iras,
Cogeret ad certam flammanti carmine martem.
Vidi alium ſyluis pulſum, mox carmine dulci,
Extinxiſſe odium: quid enim uim carminis æquet?
Temnere opes tenti cauſam pretiumq́ laboris.
Vidi aliquos artesq́ bonas celebrare, ſed inter
Hos fuit ampla ſacrilega hac qui iura parentis
Stringeret, hoc meritò doctas laudaret Athenas.
Vidi qui mulctra aſſiduus numeroq́ ſuperbus,
Lacte premens fragilem fiſcellam rumperet acri,
Qui noua mactatis oneraret plauſtra iuuencis,
Qui ſole terga boum terret laniata rigenti:
Et qui ſparſa ſedens paſtorum furta notaret,
Biblida qui uetito cantaret amore furentem,
Qui caneret Solem ac Lunam, ſtellantiaq́ arua
Scinderet, & uolucri cœlum ſignaret aratro.
Qui niuos plectra lapides aptaret auili,
Colle ſub Aonio funeſtæ ad pabula ripæ.
Quiq́ palæſtrita, & pictor, primoq́ ſub æuo
Cantor, ad extremum curſorq́, aucepsq́ fuiſſet.
Quiq́ illi feſſa tandem, & dormire paranti
Ex lenibus calamis puluinar ſtrauit amœnum:
Quiq́ truces cantu ſolitus mulcere leones,
Iuſtitia & cithara inſignis, uenerabilis annis.
Incola ſyluarum primus quem Thracia uidit.
Aëream dulci Rhodopen dum uoce moueret,
Præcipitem fidibus blandis dum ſiſteret Hebrum.
Huic duo per montes auritaq́ rura canenti
Perpetui comites, dextra Germanus inhæret,
Filius ac leua, tegit illum linea ueſtis
Iſte ſacer Muſis plenum de fonte repoſitit
Atq́ pium cratera patri porrigebat anhelo
Deniq́ Graiorum latebras, Aſiaq́ uireta,
Hebræosq́ graues & carmine trita minaci
Gramina Iordanis, peregrinaq́ nomina luſtrans,
Mollia rura Arabum, ſalis indigna, ditia mellis,
Affixusq́ oculis animoq́ intentus ubiq́
Vidi alios, atq́ inde alios, iam omnia paſſim
Viſa ſequor, uidi Sicula regione creatum
Ac ſocios quibus horridulum cantare uoluptas
Prima gregem latebrisq́ minas uitare leonum.
Quiq́ alios ſupra tenet ortum à carmine nomen
Quiq́ gregi calida gelidus male pauit in Aethna.
Qui docet Epheſios, Tyrios qui rumpere campos.
Docta ac altiſono diuulſus ab agmine tandem
Flector, ibi unum omnes nemorum quem turpis habebat
Angulus, & tenui ridebant paſcua nutu.
Nudus, ut ille iugis macidum raucumq́ canendo
Indignum magni prædonis retulit aurum
Sed quid ago? aut patrijs quorſum peregrinor ab aruis
Doctior inde domum feſſo, dum remige portu
Brundusij egreſſo iuuenis placidiſſimus alto
Occurrens, trepidam porrexit ab aggere dextram,
Maternumq́ oſtendit auum per rura iacentis
Apuliæ, Calabrumq́ nemus ſub ualle Galeſi.
Ingenio agricolam nulla tamen arte colentem
Pana uirum uideo, nec ſecum multa locutus
Eminus, Aruncaq́ ducem populumq́ ſolutæ
Moris aratores ueteris, quaq́ Aufidus, æquor
Fertur in Hadriacum, patrio ſub ſole peruſtum
Libertum, dominoq́ lira gregibusq́ placentem
Alloquor, inde alius gelidi, Sulmonis alumnus
Multa iocans, longamq́ aciem per opaca latentum
Oſtendens, digito, fuſcos aperire receſſus
Tentauit fruſtra, uultus denſiſſima nubes
Texerat ambiguos, dubium uix murmur ad aures
Aura tulit, quantum in nobis obliuia poſſunt?
Vnus in hoc numero gaudens ſe condere uiuo
Fonte, Deus numerum fluuiorum arſiſſe puellas,
Aequoreasq́ alius memorabit carmine noſtro
Inſuetum cecinisse deos, aliusq́ uiciſsim
Montanum imparibus carmen uariabat auenis:
Hinc procul & Latio, & Muſis chariſſimus Afris.
Fluctiuagosq́ alius numerant ſub gurgite piſces.
Aurea plectra apio cinctus uiridante mouebat.
Hinc alius rutilumq́ crocum & candentia carpſit
Lilia, tum uarios iungebat in ordine flores.
Multa libens ſileo, ſed iam mihi nota tenenti
Longa breui ſtringens aderat ſuſpiria cantu,
Paupertas quem tuta iuuet, quem Delius ardor.
Gallus amans alius reſtinctam carmine flammam;
Flens quaſi ſupplicium, properataq́ tempora fati
Accenſamq́ alius dubium Romanus an Vmber?
Vmber erat, uariaq́ minax & blandus amicæ
Notior inde alius fluuiali occurrit Aquino,
Turbidus aſpectu, & ruralibus horridus armis.
Arpinati alius ſylua, cui pauper amictus,
Victus inops ac difficilis, ſed læta canenti
Frons erat, & nullo uita turbata labore.
Protinus hinc geminæ tangebat ſydera quercus,
Vnde ſalus pecori bis contigit, altera dextræ
Altera laus linguæ, magnos breuis herba iuuencos
Fecerat, una duas contexerat umbra Gigantes
Hinc quoq́ uidi alium Campano carmina feſtis
Implentem, & multum gracili ſub uoce placitum.
Sic ueneràbundus dominantis limina Romæ
Ingredior, ſtupor hic tremulam ſuppreſſit auenam.
Pils inter triſtesq́ tubas, ſtrepitumq́ rotarum.

At ſtudio rerum Latia dum demoror urbe,
Fortè procul tenuem dubia uix aure ſuſurrum
Grandæui ſenis excipio, doctorq; paternis
Hunc primum ceciniſſe modis, audentior alter
Poſteriorq; humili quamuis de ſtirpe parentum
Ortus, & Adriacum iuſſus migrare Piſarum
Poſthabuit, quem tunc horrebant undiq; colles.
Agreſtem ſummo imperio præponere Muſam.
Non ueritus, faciliq; hederæ ſubmittere lauros.
Hic alienigenam ſeruum quem carcer honeſtus
Fecerat ingenuum, multaq; ornauerat arte
Audiui cantare hominum moresq; dolosq;,
Atq; metus curasq; ſenum, & iuuenilia furta,
Lenonumq; artes, iam tempore murmuris Afri
Oblitum, atq; Italo texentem pectine carmen.
Hic cui relligio ſylueſtris, & inclyta rerum
Copia & ignoti nihil uſquam, ut priſca ferebat
Fama, ſed Auſonides carmen cum uellere fuluo:
Qui canit Alcidem, qui Theſea, quiq; cruentis
Fratribus in campum adductis ad mollia caſtra
Transfugit occultus, blandumq; Cupidinis agmen:
Relliquias qui Troia tuas & fruſtra legebat
Mæonio neglecta ſeni, qui prole decori
Coniugio memori ſtudioſum ornauerat uſum
Qui menſas uerſuq; gregem laceraret edacem
Et qui laudatæ caneret conuitia gentis
Partior hunc nono paſcebat caſeus anno
Hunc uideas dextra rigidam geſtare ſecurim,
Ornantem officij generoſo gutture pompam
Hunc grauitas. illum cenſura ſeuerior offert.
Hinc tenui uinclo profugos qui nexuit annos
Secula: Pierio niſus cohibere furore.
Pennatas Muſas, qui martia traxit ad arma
Punica dum latio ferueret in orbe procella.
Indixit qui bella feris, ſuasq; tumultu
Miſcuit, apta uagis cudens uenatibus arma.
Tramite qui largo Troianum Anthenora collest
Duxit ad Euganeos, necnon comitante marito
Bis raptam feſſis Helenam qui reddidit Argis,
Phyllida qui querula, Pheacum qui uoce Latina
Luxuriem moresq; canit: quiq; Hectora ſupra
Ilion, euerſumq; Troiamq; à ſtirpe reuulſam.
Quiq; nurum dotemq; Ioui conuexit opimam:
Linquo ſenem qui diſcipulum per prata ſonorum
Heſperiamq; tubam docto conflauerat ore.
Linquo uirum fortem poſita qui caſſide mæſtus,
Sed iuſſus plenusq; iræ ſaliebat honeſtæ.
Vnde alium domum uidi meruiſſe fauorem.
Vidi qui totiens libuiſſet ferrea blando
Pectora molliret cantu, lachrymasq; moueret.
Hic quoq; (nam memini) miſerum ſolabar amantem,
Amentemq; magis, cui uis erat ampla canoræ
Vocis, & ingenij magnus ſub pectore torrens.
Eſt amor exitio paſtorum, publica peſtis.
Blandis ubi immitem peperit furor ille furorem.
Fortè oculos, auidumq; animum, ſeptena per antra
Nobilibus famoſa iugis, & opaca mouenti
Collis: ubi Arcadiæ celeberrima carmina Nymphæ
Arte patrum curas fugitiuaq; uerba ligarat
Monſtratur, cælosq; uitens in uertice laurus
Admonuit noſtræ, & dulcem renouauit amorem.
Tum frondoſa ingens ramis altiſſima fagus,
Optatamq; gregis ac ductoribus umbram
Fundebat, uolucrum ſedes aptiſſima nidis:
Aſſiduumq; ſonans narioq; exercita cantu,
Atq; hic multa iubens è ſede uerendus acerna.
Formoſusq; Gigas, lucum omne fronte ſerena,
Et paſtorali uis maieſtate regebat.
Ocia ni deſint, nulli uſquam uoce ſecundus.
Dulciter ille quidem, quanquam rauceſcere curis
Muſa ſolet, ſed rara canens, frontesq; canentum
Exornans niueis uittis, & fronde perenni.
Ille ubi paſtoris properatum funus amati
Fleuit, inexplicitum carmen mandaſſe duobus
Fertur, & anguſta limam ſub lege dediſſe.
Iuſſo alacres inſtare operi, rerumq; ſuarum
Immemores, aliena manu tractare magiſtra?
Conſpiceres, laudemq; alij ſibi uelle laborem.
Tres nemorum dominos, & eadem ceſpite muſis
Intentos, gregibusq; ſimul ſpectare decorum
Dulce fuit, quorum unus iter cantabat acuta
Voce ſuum, niger ille oculos geſtuq; uenuſto
Paſtorum pauor, ac ſtimulus: contrà ille ſecundus
Totus amor placida doctus nil fronte negaret
Tertius impexis æſtus, & frigora, & imbres
Aſſuetus perferre comis, qui multa uidendo
Omnes ambierat ſyluas, cygnæaq; ſerum
Carmina iam properans uicina morte canebat
Longè ibi trans fluuium Regum inter buſta ſeorſum
Vnus erat rutilus diuini ruris arator,
Qui pinguem ſcabro ſulcabat uomere campum:
Huic comes. hinc prudens, hinc ſedulus alter aranti
Certabant rigido, glebas conuellere raſtro
Terra ferax, feſſiq; boues, & laurea nuſquam,
Nuſquam, hederæ aut myrtus, uiridis nam gloria ferri
Non ſtudium muſæ fregilis uox, area ſacro
Ponte recens, atq; alta domus, tum pinea latè
Sylua uirens dulcesq; oleæ gremioq; decorum
Clara fouens roſeo puerum ſtat limine uirgo.
Hic matrona fuit hortis quæ lecta remotis
Vimineis calathis, templo aurea poma ſacrauit
Mira loquar ſupraq; fidem, ſed carmina uidi:
Hic hominis, pariterq; aquilæ, bouis atq; leonis
Hiſpanum noſtra modulantem uoce iuuencum,
Procedo iam ruris opes uiſurus Hetruſci
His mihi tunc terris iuuenis fuit obuius altis
Cultor agri rigidus, patriaq; in mœnibus alter
Lenior, ad ſterilem uerſando expertus arenam
Cuncta dehinc inculta iacent, aduerſa ſed inter
Imus ad Hiſpanos cultus, eſt Corduba teſtis
Ciuis & alta canens ad ſolem uertice nudo
Nil patrij ſermonis habens: nil frontis Hyberæ
Teſtis & emerita eſt & Bilbilis, atq; uadoſæ
Gadibus ora tepens noctem quæ ſera diemq;
Vltima ſurgentem ſolem uidet atq; cadentem.
Hinc ego Burdegalam repetens, in littore cerno
Aequor ubi ambiguum refluo ferit amne garunna
Multiloquum magnum q; ſenem, quem templa uaſati
Nominis Auſonij dederant, urbaniter inde
Vnus aquis ubi feſſus Aiax languentibus exit

Occupat eloquio, notus procul ille Lariſſa
Notus apud Thebas, ſed enim Tyberina latine
Doctis omnes per rura loqui, tuq; inclyta Narbo
Carmina piſcoſo referens accepta Benaco
Sum minus, ſed uiſa trahunt, ignoſce tenentq;
Dulcia poſtremo tuguri uix limina parui,
Orbe peragrato, & laurum, mea regna, reuiſi.
Soc. Vndiq; conuectis ornans reor artibus illam.
Syl. Longus ero ſi cuncta ſequar, ſic illa parentis
Naturæ, & noſtro fuerat ſufflata fauore:
Vt neq; Dodonam, nec Cretam Iuppiter illi,
Nec Venus Idaliā, aut Amathū Eurotaq; Diana:
Nec Delon Cirramq; ſuam præferret Apollo.
Illa quidem aſſiduo repeto uolucreiq; ſagittas,
Atq; arcū pharetramq; agilem, citharamq; ſolebat
Illuc ferre ſuam, ramoq; aptare uirentī.
Neſcio quid fatear, Socrates tamen omnia noſti
Diuinum ramis intrat per gramina circum
Ludere Amadryades paſſi, Nymphasq; uideres
Hanc ſuperū rapida dū fulmine Rex quatit orbē
Liquerat intactam, ſolio ueneratus ab alto
Romuleam uidi ſobolem pubemq; ſuperbam
Imperia, & trabes ſacras hinc carpere frondes.
Vidi hominum genus argutum, doctumq; canendī
Eſſe ſub hac cupidē & rariſsima texere ſerta
Ipſe ego (quid longus, quid non ualet improbus uſus)
Edidici uariare modos, ac multa per herbam,
Sed non magna canens, demum me frondibus iiſdem
Exorno, celſos poteram nec prendere ramos,
Ni ſublatum humeris tenuiſſet maximus Argus.
Hinc mihi primus honor dulcis labor ocia læta,
Paſtorumq; fauor multus, colleſq; per omnes,
Illicet ignoſci incipio, digitoq; notari.
Laurea cognomen tribuit mihi laurea famam,
Laurea diuitias, fueram qui pauper in aruis,
Diues eram in ſyluis, nec me felicior alter:
Sed lætum fortuna oculo conſpexit iniquo.
Fortè aberam ſyluasq; iteram ſpectare uetuſtas,
Peſtifer hinc Eurus, hinc humidus irruit Auſter.
Ac ſtratis latè arboribus mea gaudia Laurum
Extirpant, franguntq; truces, terraq; ſauciant,
Brachia ramorum, frondeſq; tulēre comantes.
Hei mihi, quo nunc feſſus eam? quibus anxia umbris
Recreer? aut ubi iam ſenior noua carmina cantem?
Illic notus eram, quo nunc uagus orbe requirar?
Quæ me terra capit? potes ad tua damna reuertī
Infelix, ſparſaſq; ſolo conquirere frondes,
Et laceros ramos, & iam ſine cortice truncum.
Amplecti, lachrymiſq; arentia membra rigare.
Ibis, an ignotas fugies moriturus in oras?
Infauſtum uiuax q; caput dulciſſima rerum
Spes abiit, quid uita manens inuiſa fruenti?
Quid fragilis lenetuſq; dolor præcordia uerſat?
Soc. Pertimui longeq; aliud te flere putaui.
Syl. Heu heu, parua igitur flendi tibi cauſa uidetur?
Soc. Nulla quidem potius, lachrymoſis parce querelis
Eſt dolor uſq; loquax, laurum non Eurus & Auſter
Sed ſuperi rapuēre ſacram, & felicibus aruis
Inſeruēre Dei pars corticis illa caduci
Oppetiit, pars radices uiuacior egit
Elyſioſq; noua fœcundat germine campos
Vidimus his oculis ſuperos ſyluane uerendos
Leniter auulſam meliori in parte locantes.
Syl. Vidiſti? an mœſto ſolamen fingis amico?
Soc. Vidi equidem & comperta loquor ueſtigia ſupplex
Conſequere, atq; precare adirum, uerbiſq; caueto
Inuidiam conflare Deis, quod honeſtius, opta
Tranſire in terras, ubi nunc tua gloria uiuit.
Syl. Dij faciant precor ecce humilis, ſemperq;
precabor.

AEGLOGA XI. GA.

LATABA.

NIOBE, PVSCA ET FVLGIDA.

DVC ſoror ad tumulum gelidiq;
ad ſaxa ſepulchri
Quid lachrymis alimenta petis
Germana quid optas.
Nio. Eſt gemitus magni ſola-
men grande doloris,
Afflictamq; animam releuant ſuſ-
ſpiria queſtus,
Enecat arctatus mentem dolor, optima mœſti
Pectoris eſt medicina palàm lugere, fuiſſet
Idem animus ſemper, nunquam præcordia torpor
Verteret in ſilicem, nocuit tacuiſſe dolenti.
Mitto autem, cupidam modò duc ubi copia flendi.
Ful. Carpe iter hac qua nodoſis impexa capiſtris,
Colla boum, crebraſq; canum ſub limine paruo
Videris excubias, giluoſq; ad clauſtra moloſſos.
Ille locus tua damna tegit, iamq; aſpice contra
Hic Galatæa ſita eſt, qua nil natura creauit
Pulchrius in terris, niſi nos amor uſq; fefellit,
Depone hic quodcunq; premit, complectere buſtum,
Oſcula fer ſaxis, umbræq; dic uerba ſilenti.
Nio. Heu nimis arcta damus, tanto domus arcta dolori,
Hæc ſedes Galatæa tibi eſt? quam fulgere cernens
Sol ſtupuit ſaſſuſq; parem, faſſuſq; ſubinde
Maiorem attonitus ſeruum ſeſe abdidit undis
Hæc ſedes Galatæa tibi? nos ſydera cœlo
Statis in occiduo, ludis themone Poëtas
Iuppiter ore poli luſtras, conuexa ſereno.
It gelidus cum falce ſenex, armatus orion.
Luna uices peragis ſolitas, uolucerq; deorum.
Interpres, nomenq; Venus poſitura uiciſſim.
Hic pallens Galatæa iacet, iam terra cinisq;.
Iam nihil æthereæ niſi forſitan ſpiritus arce
Viuit, & inde uides flentes tranquillus amicas.
Nil mihi reſpondes, animæ pars altera noſtræ
Optima pars eadem, dextras adhibete precanti,
Si qua fides mundo eſt, pietas ſeu priſca ſuperſtet.
Heu lapidem infeſtum qua nunc ſoror arte reuoluam,
Irruam in amplexus, figam oſcula dulce cadauer.
Hac referam moribunda ſinu, fotumq; ſacellis
Inferam, & arcanis durum penetralibus addam,
Addam perpetuos celebret quos mundus honores,
Virgineos addam cœtus, ritusq; uerendas
Et ſua ſacra deæ, nec fax, nec carmina deerunt:
Fœmineas longè lateq; ſonantia laudes.
Heu mihi prædurum lapidem, graue pondus inerſq;

Deficio ſub faſce ſoror, uitenſq́ fatiſco.
Fuſ. Surge ſoror ſurge ſacrum'q cadauere corpus
Commaculare caue, placeant præſentia, fruſtra
Præteritum expectes, tuta eſt obliuio amanti.
Nempe heſterna dies ulla nequit arte reuerti,
Mors adimit curas, mors omnia uincla reſoluit.
Iam ſatis eſt fletum, noſtros mors fregit amores
Nio. Fregiſſetq́ utinā noſtros mors æqua labores
Sperauí, propè nam ſteterat, miſeram'q feſellit
Viua ſed infælix, & luctus ſeruor in omnes.
Fuſ. Parcas an læuo triſtis tibi Fulgida calle
Aduenit, & tacita caſtigat fronte querelas.
Ful. Quid miſera cæcæ'q animi mortalia fletis
Tam grauiter? quid fles Niobe? quin incipe uitam
Scire pati, quamcunq dedit ſors dura, dabitq́
Et me torquet amor, deſiderioq́ meorum
Permoueor, ſed quid facias? arma irrita calces
Aduerſus ſtimulum, melior patientia profuit,
Multa tibi facit ipſe animus leuiora ferendo,
Quid gemitus? moritura fuit Galathæa, deinceps
Immortalis erit, proprio tabeſcere damno
Non amor, alterius ſortem lugere ſecundam
Inuidia eſt, quantum nobis deceſſerit omnes
Scimus, & ingrato quantum deceſſerit orbi.
Sed ferimus, uos deſinite, ac meliora tenentem
Suſcipite, & cœlum terris optate relictis.
Fuſ. Fabula, quis alis cœlum terreſtria, prendit?
Ful. Aethereis, ſic terra ſuum, ſic aſtra repoſcunt.
Fuſ. Credulitas uulgata quidē, nos certa probamus.
Fuſ. Fuſca locis imis habitas, nō ſumma tenemus
Et cœli terræq́ ſitum ſpeculamur ab alto.
Nio. Ambages ueteres, & inenodabile uerum
Mittite & integram uenturis tradite litem.
Fulgida quin potius (Muſas non noſcis agreſtes)
Dic titulum buſto, relegat quem ſerior ætas
Ful. Hic liquit Galathæa ſuū pulcherrima corpus
Libera iamq́ polos, & regia tecta tonantis,
Ipſa quidem ſuperūq choros menſasq́ frequentat
Mors roſeos artus, mors candida colla genasq́
Sydereosq́ oculos tetigit, uultusq́ ſerenos
Obſcuro dimerſit humo, mortalia quiſquam
Diligat, aut ſperet ſtabiles hic figere plantas?
Quid genus aut probitas? quid opes? quid forma? quid ætas
Quidue decens cultus? quid gloria nominis ingens?
Omnia contigeram, manus abſtulit omnia mortis.
Nio. Nuda domū repetens è carcere fugit amato,
Nuda quidem minimè, quam gloria ueſtis amictus
Clarior aſsidue longisq́ recentior annis
Hanc quæcunq ſibi uult'q, animoq́ per æuum,
Aut cantu aut ſermone placens, cupiensq́ placare
Deferet ante oculos, hanc nos dum ſpiritus iſte
Artubus hærebit miſeris, & uiuere coget.
Hāc uel apud manes nebuloſaq́ flumina Lethes,
Exemplarq́ pudicitiæ formamq́ decoris
Corde ſub hoc ſemper memori pietate feremus:
Tum noſtro Galathæa tuum de pectore nomen
Exibit, fugient proprijs, dum ſedibus aſtra
Mellis apes ſtudium linquens, nidosq́ columba
Coniugium turtur, prædam lupus, arbuſtaq́ capræ;
Cuſtodita dolos mulier, mendacia ſerui.

AEGLOGA XII. CONFLICTATIO.

MVLTIVOLVS, VOLVCER.

QVAE noua fert Volucer, quis nam ſtupor, unde uehit te?
Vol. Arduus in tenero pingues per gramine tauros,
Et molles paſcebat oues, Pan maximus olim
Paſtorum, & ſylua latè celeberrimus omni:
Fauſtula quem complexa ſimul mulcente fouebat,
Viderat hunc craſſa, gelidaq́ ſub ilicis umbra.
Articus armipotens, ſecumq́ hæc turbidus iras
Huncine perpetua gaudentem pace uidebo?
Securoq́ ſinam reſupinum ſtertere ſomno?
Si ſatis hunc noui, dextramq́ erexit in altum,
Excutiam madida cerebri de ſede ſoporem.
Dixit, & omne fretum, refugasq́ exterruit undas,
Horridaq́ extremis uox eſt audita Britannis.
At ſonitu ingenti penitus torpere fugato,
Pan caput abſtulerat, gremioq́ innixus amicæ.
Multa prius ſecum frendens, ac mulas uoluntas.
Vnde, ait, iſta tibi tam inſulſa ſuperbia demens?
Vnde furor? neſcis uires ſtolidiſsime noſtras
Spernit opum cumulos, ſpectatos ſpernis amicos,
Experiere quidem, ſerum tentaſſe dolebis.
Fidus auaritiæ nunquam continget amicus
Ille refert, ac diuitiæ ſunt præmia belli:
His ne putes tardare minis, incendis & urges,
Deſine, nec uentos, nec turgida uerba timemus.
Eſt animus, ſunt arma mihi, dubijsq́ probatum
Pectus amicorum, ſunt qui tibi terga iubente
Me feriant, dextrumq́ premant latus atq ſiniſtrum
Ipſe genas, frontemq́ manu, baculoq́ retundam
Non tibi par animus, non eſt manus apta duello.
Pan timuit, flentesq́ oculos, hic aſpicis atq hic.
Intonſis inſtare ferox paſtoribus agmen.
Suſtulit horrificam uocem qua flumina & agri,
Et mare uicinum infremuit collesq́ remoti.
Ac procul aëriam clamor peruenit ad alpem,
Vndiq conueniunt, & qui per frigida tempe
Herbinagos aluere greges, armentaq́ belli
Grata deo, & qui laniſicæ dilecta Mineruæ.
Et qui frondipetas nemoroſo monte capellas,
Glandilegosq́ ſues, & amantes prata iuuencos.
Turba ingens unoq́ omnes in gurgite tandem
Sordidulum lauare pecus. quæ rura ſecanti
Dux Italus fluuio dedit aurea cingere templa.
Tot deerant alimenta uiris, niſi Pana uirili
Fauſtula ſollicitum curarum parte leuaſſe.
Nam grege de magno, decimum largiſsima quęq,
Obtulit, atq famem ſedauit pinguibus hædis.
Ah meretrix obliqua tuens ait Articus illi,
Immemorem ſponſi cupidus quā mungit adulter;
Hæc tua tota fides, ſic ſic aliena miniſtras
Erubuit nihil auſa palàm, niſi mollia pacis,
Verba, ſed aſſuetis noctem complexibus egit.

Et tuo

Et tacitam ſubmiſit opem mulietribus ardenſ
Atq́ imbuta odijs occultans ruminat iras,
Et gelido fluſ flamma mens,iam brachia utrq́
Paſtor ad ambigui certaminis orſa parabat.
Iam ſtudijs aduerſæ acies,iamq́ arma fremebant,
Quisq́ ſuos uocat ore deos,hæc mœnia Troiæ
Arctuumq́ canit,pugilum canit illa labores
Monſtriferumq́ refert Carolum cum iurgia labe,
Iactantur,tota uolitant conuitia cœlo.
Pan fraudes penſiq́ nihil,fandiq́ pijq́
Nota quòd infamit teſtetur fabula cauda,
Obijcit,exiliiq́ locos,& inhoſpita teſqua:
Hoſtibus humani generis linguaq́ tremenit,
Barbariem,& rauco crepitantia uerba palato.
Ille autem,tibi uerba placent,mihi facta relinque,
Et tamen expediam nodoſa uolumina linguæ
Et loquar ecce aliquid,faciet res ipſa diſertum.
Te ne tegis digito? periuria,furta rapinas,
Nouimus oppreſſos homines,eluſa deorum
Numina,quæ dignas tandem me uindice pœnas
Expoſcunt,orantq́ preces,lachrymæq́ perorent.
Quas aut infelix mulier,miſerabilis,expes,
Pollicitis decepta tuis noctesq́ diesq́.
Fundit,& ingratum queritur deſerta nepotem.
Serua tuum,tu prima quidem,tu ſumma malorum
Cauſa,negas? ſcelerum ſemper tu perfidus autor;
Induis arma fremens,eadem mox abijcis arma.
Illa gemit,ſurdumq́ uocat,non irrita iuſto,
Spes ubi nulla tui eſt,mittens ſuſpiria cœlo!
Mater,& ipſa dolens rogitat,miſeræq́ ſorori,
Increpitans te poſcit opem,fratresq́ ſuperbo
Affaſi,mœſtiq́ greges,ſyluæq́ precantur.
Quem non mouiſſent? ſed inexorabilis unus,
Durus,inhumanus,ferus,horrens,deſpicis omnes,
Quid tamen officio retrahit niſi pectoris ardor
Impius,& fului ſitis importuna metalli?
Scilicet attonitus fulgenti incumbit acerno,
Hinc ſtupor ille oculis,hinc illa obliuio menti
Cœleſtum,atq́ animæ,ſed quem tibi crimina finem
Promittunt? audi,nam ſæpe illuſtria multum,
Multum animos exempla mouent in flumine Tuſco.
Paſtor auarus erat,quem par ſitis impulit æqui
Fœderis oblitum patrios tranſcendere ſaltus,
Occidit is merito grauis at contagia culpæ,
Immeritum parili traxerunt turbine natum.
Infauſtumq́ gregem innumeris texêre ſagittis,
Nunquid ſi fidei,uel ſi memor ille decoris
Partius aut ſitiens,tanta cum ſtrage ſuorum
Aſſirias guſtaſſet opes,aurique ſaporem.
Arcticus hæc torrens motus Pantalia contra,
Si uacat exemplis tempus dare ſæuus eorum
Paſtor ad Euphratem fuerat,cui ſanguine fuſo,
Eſſet inhumanum ſitienti horrenda uoluptas.
Ille ferox ſimilisq́ tui conſimia raris
Sæuitia ſtimulante pari,dum deſpicit ampli,
Incuſtoditos uiduæ tranſcenditin agros,
Incautumq́ neci natum dedit anxia mater.
Omnem continuit fixa ſub mente dolorem
Euomitq́ ſimul paſtor temerarius actu,
Fœminei mucronis obit truncusq́ gelato
Non aurum bibit orenitens,ſed pocula Martis,
Concretum ſaniem,& tepidum de cæde cruorem.
Ergo agè,quando pares exempli Articus inſit,
Brachia tentemus,ſuccedant uerbera uerbis.
Quid modo Colchorum uolucres,Orientis odores
Quidùe gulæ & uentris irritamenta capacis.
Omnia quid pelago uehemens Echinus,inersq́
Rhombus,& ornati ſquamis rutilantibus olim,
Ferreus aurata quos fixerat hamus arena
Sub Venetis clam merſus aquis,quod uulnere crebro
Si qua uel Hiſpano natat ingens bellua ponto:
Vel Libycis iactata uadis,peregrinaq́ noſtra
Profuerint? quod palmitibus ſeu dipta Phalernis,
Seu Ligurum decerpta iugis ardentia uina?
Quæq́ ferat gemino tranſmiſit colle Veſeuus,
Dolia præcipiti rapidum ſpumantia muſto?
Quæq́ dedit Meroë ſoli ſubiecta propinquos
Præterea quid lenta quies,quid mollis in umbra,
Et ſopor,& rauci per florea gramina fontes?
Omnia in exitium uertens,& blanda uoluptas
Conficiet bellum,mulier tua ſola iuuare
Te uolet & poterit,ualidum prius ægra leonem
Sternet ouis,prius armigerum Philomena tondeit
Vicerat,ille autem quorſum per iurgia tandem?
Quid mecum commune tibi? nil Articus inquit,
Nil tecum commune mihi,nam iudice fato
Deſtituunt uictum,uictorem cuncta ſequuntur.
Huius in arbitrium non noſtra ſponte uenimus,
Tu cogis,tu iuſtitiæ contemptor & æqui.
Quem cæcum fortuna facit,pariterq́ ſuperbum,
Quid tua nunc nutat? tumidos quid uoluis ocellos?
Vndiq́ uenturos iam iam tibi fingis amicos.
Obſtruxit tua fama uias,in tempore iuſſi,
Tum mihi crede aderunt,lentus dū uoce ſub una
Gramine Caucaſeo paſtus libet agnus Hyberum.
Hæc dicens media pedibus iam ſtagna paludis
Frangebat,Pan contrà,aditus & ouilia ſepſit
Vepribus,& fluuio circumdedit antra ſequaci,
Tranſierat,ſubitoq́ ingens per rura tumultus,
Exoritur,uictum fateor,meq́ inde recepi,
Panaq́ turbatum,penitusq́ per auia liqui
Soliuagum,mox ambigua dum mente reflector,
Heu uictum,uinctumq́ graui ſine mora catena
Proſpicio trans ſtagna rapi,non libera cœlo
Brachia,ſed mœſta rorantia lumina frontis
Tollentem,ac tales iactantem in nubila queſtus?
Cernitis hæc ſuperi,ſeu quid nam interuenit umbra
Cæca rotat fortuna fidem,regit omnia fatum.
I nunc,in rebus ſpem certam pone ſecundis.

FRANCISCI PETRARCHAE
V. C. AFRICAE DE BELLO PVNICO,
LIBER I.

V T MIHI conſpicuum meritis, belloq́ tremendum
Muſa uirum referes, Italis cui fracta ſub armis,
Nobilis æternum prius attulit Africa nomen.
Hunc precor exhauſto liceat mihi ſugere fontem
Ex Helicone ſacrum, dulces mea cura ſorores.
Si uobis miranda cano, iam ruris amici
Prata quidem & fontes, uacuisq́ ſilentia campis,
Fluminaq́ & colles, & apricis otia ſyluis
Reſtituit fortuna mihi, uos carmina uati
Reddite uos animos. Tuq́ ô certiſsima mundi
Spes, ſuperumq́ decus, quem ſecula noſtra deorum
Victorem atq́ Herebi memorant quem quina uidemus,
Larga per innocuum retegentem uulnera corpus
Auxilium fer ſumme parens, tibi multa reuertens
Vertice Parn. ſi referam pia carmina, ſi te
Carmina delectent, uel ſi minus illa placebunt,
Fortè etiam lachrymas, quas ſi mens fallitur, olim
Fundendas, longo demens tu i tempore ſeruo.
Tu quoq́ Trinacrij moderator maxime regni,
Heſperiaq́ decus, atq́ æui gloria noſtri.
Iudice quo merui, uatumq́ in ſede ſedere,
Optataſq́ diu lauros, titulumq́ Poëtæ.
Te precor oblatum tranquillo pectore munus
Hoſpitio dignare tuo, nam cuncta legenti
Forſitan occurret, uacuas quod mulceat aures,
Pœniteatq́ minus ſuſcepti in fine laboris.
Præterea in cunctos pronum ſibi feceris annos,
Poſteritatis iter, quis enim damnare ſit auſus,
Quod uideat placuiſſe tibi, fidentius iſta
Arguit expertus, nutu quem ſimplice dignum,
Effeciſſe potes, quod non erat, aſpice templis,
Dona ſacris affixa, pauens ut uulgus adoret,
Eximie, deſpiciet, quantum tua clara fauori
Fama mea conferri poteſt, modò mitis in umbra
Nominis iſta tui dirum ſpretura uenenum,
Inuidiæ latuiſſe uelis, ubi nulla uetuſtas
Interea, & nulli rodent mea nomina uermes.
Suſcipe iamq́ precor Regum inclyte, ſuſcipe tandem,
Atq́ pias extende manus, & lumina flecte:
Ipſe tuos actus meritis ad ſydera tollam
Laudibus, atq́ alio fortaſsis carmine quondam.
Mors modò me paulum expectet, non longa petuntur
Nomen & alta canam Siculi miracula Regis
Non audita procul, ſed quæ modo uidimus omnes.
Omnia, namq́ ſolent ſimilis quos cura fatigat,
Longius iſſe retro, tenet hos milleſimus annus
Sollicitos, pudet hac alios conſiſtere meta.
Nullus ad ætatem propriam reſpexit ut erret,
Muſa, parum notos nullo prohibente per annos
Liberior. Troiamq́ ideo canit ille ruentem.
Ille refert Thebas, iuuenemq́ occultat Achillem,
Ille autem Emathiam Romanis oſsibus implet.
Ipſe ego non noſtris referam modò temporis acta
Marte, ſed Auſonio ſceleratos funditus Afros
Eruere eſt animus, nimiaſq́ retundere uires.
At ſemper te corde gerens properansq́ reuerti,
Rex iter hoc ingreſſus agam tua maxima facta,
Non auſus tetigiſſe prius, magis illa trahebant,
Sed tremui me teq́ uidens, atq́ omnia librans.
Ingenium tentare libet, ſi fortè ſecundis,
Ceſſerit auſpicijs ſolidos tunc uiribus altis
Ingrediar, namq́ ipſe aderis, meq́ ampla uidebit
Inclyta Parthenope redeuntem ad mœnia rurſus,
Et Romana iterum referentem ſerta Poëtam
Nunc teneras frondes humili de ſtipite uulſi
Scipiade egregio primos comitante paratus.
Tunc ualidos carpam ramos, tu nempe iuuabis
Materia generoſe tua, calamumq́ labantem
Firmabis, meritumq́ decus continget amanti
Altera temporibus pulcherrima laurea noſtris.
Quæ tantis ſit cauſa malis, quæ cladis origo
Quæritur, unde animi, quis tot tolerare coëgit
Dura, per errato ualidas furor æquore gentes.
Europamq́ dedit Libyæ, Libyamq́ rebellem
Europæ, alterno uaſtandas turbine terras.
At mihi cauſa quidem ſtudij non indiga longi
Occurrit, radix cunctorum infecta malorum
Inuidia, unde oriens extrema ab origine mors eſt.
Atq́ aliena uidens triſti dolor omnia uultu
Proſpera, non potuit florentem cernere Romam
Aemula Carthago, ſurgenti inuiderat urbi.
Sed grauius tulit inde parem, mox uiribus auctam
Vidit, & imperio dominam parere potentis:
Ac leges audire nouas, & ferre tributum
Edidicit, tacitis minus, ſed plena querelis
Plena minis, fremitum funeſta ſuperbia tandem
Compulit excutere, & clades geminare receptas.
Augebat dolor atq́ pudor ſeruilia paſſos
Multa uiros, animisq́ inceſſerat addita duris
Triſtis auaritiæ, & nunquam ſatiabile uotum.
Permixtæ ſpes amborum optatumq́ duobus
Imperium populis, dignus ſibi quiſq́ uideri
Omnia cui ſub ſint, totius cui pareat orbis
Præterea damnumq́ recens, iniuriaq́ atrox
Inſula Sardiniæ amiſſa, & Trinacria rapta
Atq́ Hiſpana nimis populo confinis utriq́
Omnibus expoſita inſidijs, aptiſsima præda
Terra, tot infandos longum paſſura labores
Haud aliter quàm cum medio deprenſa luporum
Pinguis ouis, nũc huc rapidus nunc dentibus illuc
Voluitur, inq́ tremens partes diſcerpitur omnes
Bellantum proprioq́ madens reſupina cruore.
Acceſſit ſitus ipſe loci, natura locauit
Se procul aduerſo ſpectantes littore gentes
Aduerſosq́ animos, aduerſas moribus urbes,
Aduerſosq́ Deos, odioſaq́ numina utrinq́.
Pacatiq́ nihil uentos, elementaq́ prorſus
Obuia, & infeſto luctantes æquore fluctus.
Ter grauibus certatum odijs, & ſanguine multo
At cœptum primo profligatumq́ ſecundo
Eſt bellum, ſi uera notes, nam tertia uulnus

Prælia

Prælis finis habet,modico confecta labore
Maxima nos rerum hic ſequimur,Medicosq́ tumultus,
Eximiosq́ Duces,& inenarrabile bellum.
Vltima ſydereum iuuenem laſſata procellis
Heſperia excuſſamq́ graui ceruice cathenam,
Auſoniumq́ iugum,Romanaq́ ſenſerat arma.
Iam fuga præcipites longè trans æquora Pœnos
Egerat, horruerant animos,dextramq́ tonantis
Fulmineam,moresq́ Ducis,famamq́ genusq́.
Armorumq́ nouas artes,atq́ orſa cruentis
Nobilitata malis,uix tandem littore Mauro
Perfidus urgentem reſpectans Haſdrubal hoſtem,
Tutus erat. Sic uenantum perterritus acrem
Reſpicit,atq́ canum ceruus poſt terga tumultum.
Montis anhela procul de uertice colla reflectens
Conſtitit,Oceani domitor telluris Hyberæ,
Qua labor ambiguus uatum,pelagiq́ columnas
Verberat Herculeas,ubi feſſus mergitur alto
Phœbus,& æſtiuo detergit puluere currum.
Hic ubi non uis ulla manu mortalis, at ipſa
Omnipotens aduerſa aditum natura negabat.
Conſtitit, atq́ auidus præreptum faucibus hoſtem
Indoluit uiciſſe parum,iam blandior ægrum
Non mulcet fortuna animum,Carthagine uicta
Gloria geſtarum ſordebat fulgida rerum.
Nempe uidebat adhuc profugum longinqua tenentem
Leuaq́ feminei uibrantem ſpicula dextra.
Turbida quin etiam rumoribus omnia miſcens,
Fama procul noſtro ueniens creſcebat ab orbe,
Arcibus inſtantem Auſonijs,uolitare ſub armis
Hannibalem,patriæq́ faces ſub mœnia ferri.
Illuſtres cecidiſſe Duces,ardere nefandis
Ignibus Heſperiam,atq́ undantia cædibus arua.
Vrgebat uindicta patris,pietasq́ mouebat
Vt cœptum ſequeretur opus,nam ſanguine ſæuo
Cæſorum,cineresq́ ſacros umbrasq́ parentum
Placari,atq́ Itala detergi fronte pudorem.
Hic amor aſſiduum pulſabat pectora clari
Scipiadæ,in frontem eliciens oculosq́ iuuenta
Fulgentes calida generoſas corde fauillas.
Anxia nox, operoſa dies,uix ulla quietis
Hora Duci,tanta indomita ſub pectore uirtus:
Has inter curas,ubi ſenſim amplexibus arcis
Nox udam laxabat humum,Tithonia quamuis
Vxor adhuc gelidumq́ ſenem complexa foueret:
Necdum purpureo nitidas à cardine ualuas
Vellere,ſeu roſeas auſa reſerare feneſtras
Exciret dominam famula quæ ſecula uoluunt,
Feſſus & ipſe caput poſuit,cui lumina dulcis
Victa ſopor clauſit,cœloq́ emiſſa ſilenti
Vmbra ingens,faciesq́ patris per nubila rapti
Aſtitit,oſtendens cæſo præcordia nato,
Et latus,& multa transfixum cuſpide pectus.
Diriguit totus iuuenis fortiſſimus actus,
Arrectaq́ horrore comæ.tunc ille pauentem
Corripit,& noto permulcens incipit ore:
O decus æternum,generisq́ ampliſſima noſtri
Gloria,& ô patriæ tandem ſpes una labantis,
Siſte metum,memoriq́ animo mea dicta recondè.
Ô primus ecce breuem,ſed quæ niſi deſpicis,horam
Multa feras placitura dedit moderator olympi.
Ille meis uictus precibus,ſtellantia cœli
Limina,terrarum minus patefecit,& ambos;
Viuentem penetrare polos permiſit,ut aſtra
Me duce & obliquos calles,patriæq́ labores,
Atq́ tuos,& adhuc terris ignota ſororum
Stamina,tum rigido contortum pollice fatum
Aſpicias,huc flecte animum,uiden' illa ſub auſtrũ
Mœnia,& infami periura pallacia monte
Fœmineis fundata dolis? uiden' ampla furentum
Concilia,& tepido ſtillantem ſanguine turbam?
Heu nimium noſtris urbs inſignita ruinis,
Heu nutibus trux terra Italis iterũ arma retentas
Fracta ſemel, uacuisq́ iterũ ſtruis agmina buſtis?
Sic Tyberim indomitum ſegniſsime Bagrada temnis?
Sic modò Byrſa ferox capitolia deſpicis alta?
Experiere iterũ,& dominam per uerbera noſces.
Is tibi nate labor ſupereſt,ea gloria iuſto
Marte parem factura Deis, hæc uulnera iuro
Sacra mihi meritò patriæ quibus omne refudi
Quod dederat,quibus ad ſuperos Mauortia uirtus
Fecit iter,non ulla meos fodientibus artus
Hoſtibus,atq́ abeunte anima mihi multa dolenti
Occurriſſe prius tanti ſolamina caſus:
Quam quod magnanimum poſt funera noſtra uidebam
Vltorem ſupereſſe domi,ſpes iſta leuabat
Inde metus altos,hinc ſenſum mortis amaræ
Talia narrantem percurrit,& impia maſſilis
Vulnera luminibus, totumq́ à uertice corpus
Luſtrat ad uſq́ pedes,at mens pia prominet extra:
Vberimq́ fluunt lachrymæ,nec plura parantem
Suſtinuit,medijsq́ erumpens uocibus orſus.
Heu heu quid uideo? quiſnam hæc mihi pectora duro
Confixit mucrone parens,quæ dextera uerendam
Gentibus immeritò uiolauit ſanguine frontem?
Dic genitor,nil ante queas committere noſtris
Auribus,hæc dixit alto radiantia fletu
Sydera uiſus erat,ſedesq́ impleſſe quietas
Infima ſi liceat ſummis æquare,marina
Piſcis aqua profugus fluuioq́ repoſtus amœno,
Non aliter ſtupeat,ſi iam dulcedine captum
Vis ſalis inſolitæ & ſubitus circumſtet amator.
Quam ſacer ille chorus ſtupuit,nanq́ haſtenus irá
Et dolor,& gemitus,& mens incerta futuri,
Atq́ metus mortis,mundiq́ miſeria noſtri.
Milia curarum rapidæ quibus optima uitæ
Tempora,& in tenebris meliores ducimus annos.
Illic pura dies,quam lux æterna ſerenat,
Quã nec luctus edax nec triſtia murmura turbãt
Non odia incendunt noua res aurem'q́ deorum
Inſuetus pulſare fragor pietate receſſus
Lucis inacceſſæ tectum impleuerat axem.
At pater amplexu cupido,precibusq́ modeſtis
Occupat,& grauibus cohibet ſuſpiria dictis.
Parce precor gemitu,non hunc tempusq́ locusq́
Expoſcunt,ſed uiſa animum ſi uulnera tangunt
Vſq́ adeò iuuat & primos agnoſcere caſus
Accipe,nam paucis perſtringam plurima uerbis.
Sexta per Heſperios penitus uictoria campos
Noſtraq́ ſigna ſimul Romanaq́ uiderat aſtra:

Cum

Cum mihi belliq; moras cuntasq; peroſa
Conſilium teſte euentu fortuna dediſti
Magnificum infelix fido, ut cum fratre uiritim
Sollicitum partirer onus, geminumq; moranti
Incuterem bello calcar, ſic alite laeua
Diſtrahimur tandem, & feſſis legionibus ambo
Inſequimur laté ſparſis regionibus hoſtem.
Nondum pleno colis iam flamma noſtra, ſorores
Deſtituunt feſſæ, iam more ſua ſigna relinquit.
Illicet imparibus ueriti concurrere fatis.
Fraudis opem dubio poſcunt in tempore Pœni.
Ars ea certa uiris, & noſtra incognita damno.
Celtiberumq; animae quibus auxiliaribus arma
Fratris ad id ſteterant pretio corrumpere adorti.
Perſuaſere fugam noſtrorum exempla per æuum
Ante oculos geſtanda Ducum, ne labore freti.
Extremo proprio non plus in milite fidant.
Obijcit ille Deos, ius, fas, & mania uerba
Rapiim abeunt, taciteq; uale uis quanta metallo eſt
Dij pudor, alma fides, uim ſuccumbitis auro.
Præſidio nudata acies, fraterna retrorſum
Auia conſtituit, notosq; recurrere montes.
Hæc uiſa eſt ſpes una Duci, premit hoſtis acerbus
Doctus ad extremum cadenti inſiſtere terga.
Me quoq; iam magno diſtantem Punica tractu
Agmina cingebant, quæ clàm nouus auxerat hoſtis
Improbus inſultans, uiſum & mihi ſedere fato
Ne quicquam uetitum chara me iungere fratri.
Inferior numero multum, tribus undiq; caſtris
Vallabar, multumq; locis urgebar iniquis.
Ferrum aderat, ſpes nulla fugæ quod fata ſinebant
Tempore in anguſto, duriſsima pectora ferro
Pandimus, & uaſtas Herebo detrudimus umbras.
Ira dolorq; dabant animas, ars bellica nuſquam,
Conſilijq; nihil: ceu dum uelamina paſtor
Fida gerens, apibus bellum mouet improbus almis:
Nocte ſub obſcura trepidant, mox dulcia fientes
Exeedunt inopi ſabſtrata cubilia cera.
Inde ruunt cacæq; fremunt, ſparſæq; uolatu
Inportuna inſtant capiti, ſtat callidus hoſtis.
Inceptiq; tenax (poſtquam irrita uulnera uictor
Eruit, extirpatq; piæ cunabula gentis
Sitq; ſola ſalus miſeris & ſumma uoluptas
Inuiſam iaculis gladioq; ultore cohortem
Tundimus, & rapidas in uulnere linquimus iras.
Illi ex compoſita ſtabant, ceu flantibus auſtris
Aërius conſiſtis Erix, atq; aſtriger Atlas
Quid moror, incauti armorum ſub nube utrumq;
Obruimur, fortuna ſuum tenet inuidia morem
Aduerſata pios, gelidus mihi pectore ſanguis
Hæſerat, agnoſco inſidias, mortemq; propinquam
Nec mihi, ſed patria metuens, pro tempore rapim
Ingredior dictis cunctos firmare labantes.
Hæc uia præclari miles patet ardua lati
I duce me, quem ſæpe alias maiore profecto et
Fortuna nunquam fama meliore ſecutus.
Non acies ferri, faciet non obuia mortis
Terreat, exiguo decus ingens ſanguine Mauors
Obijcit, & charos illuſtrat cæde nepotes.
Naſce genus, patriamq; libens amplectere ſortem.

Ignauum fortemq; mori, ut tangere damno
Natura lux una iubet, breue tempus utriq;.
Iam licet & terræ pelagiq; pericula ceſſent
Vlerò adrris ſuſpecta dies, hoc ſortibus unum
Contingit, ut læti morerentur, cætera flendo
Turba perit, lachrymasq; metu diffundit inertes.
Hora breuis longæ teſtis erunt ultima uitæ.
Ergo agè ſi latio quicquam de ſanguine reſtat
Morte palàm facito: nam dum fortuna ſinebat
Vicimus, & noſtris exibant funera dextris.
At modò corporibus. (cedunt quando omnia retro)
Sit ſatis obſtruxiſſe uiam: per pectora noſtra,
Perq; truces oculos, uultusq; in morte tremendos
Tranſcendant, talem libet his opponere mortem,
His clauſtris uallare aditus: ſciat horrida uero
Barbaries cecidiſſe uiros, & pallida quanquam
Haud ſperanda tamen Romana cadauera talent.
Accelera bene nata cohors, in limine mors eſt.
Inuidioſa bonis, Romanas ſemper ad aras
Cum lachrymis recolenda pijs, & thure perenni.
Talibus accenſi coëunt, & grandinis inſtar
Sciſſa nube ruunt, in tela metentia, primus
Et circumfuſos furor irrediturus in hoſtes.
Conſequitur deuota neci fortiſsima pubes.
Sternimus, & morimur, paucis tot millia contra
Quid reliquum? ſed fata pij nunc ultima fratris
Expectas, neq; enim heſperia felicior ora.
Ille quidem extremo fati de turbine fruſtra
Surgere conatus, magnæ ſub mole ruinæ
Oppreſſusq; ibidem, nec mors magis ulla dircebat
Altera quàm fratris, fuerat concordia uita
Mira, uel exiguis nunquam interrupta querelis.
Vna domus, uictusq; idem, mens una duobus,
Et mors una fuit, locus idem corpora ſeruat
Amborum & cineres, huc tempus fermè ſub unum
Venimus, hic nobis nulla eſt iam cura uetuſti
Carceris, ex alto ſparſos contemnimus artus:
Odimus & laqueos, & uincula nota timemus,
Libertatis onus, quod nunc ſumus, illud amamus.
Ille aũt illachrymans, tua me tua chare profundo
Corde premis pietas genitor, ſed mollis inersq;
Vltio uerborum, ſemper fuit optima rerum.
Dic tamen hoc ô ſancte parens, an uiuere fratrem
Teq; patrem, atq; alios, quos pridem Roma ſepultos.
Defunctosq; uocat: lruit pater ipſe loquentem
Riſit, & ô quanta miſer ſub nube iacetis,
Humanumq; genus quanta caligine uerſ.
Voluitur: hæc, inquit, ſola eſt certiſsima uita.
Veſtra autem mors eſt quam uitam dicitis: at tu
Aſpice germanum, uiden' ut contemptor acerbæ
Mortis eat? uiden' indomitum ſub pectore robur?
Et uiuum decus & flammantia lumina frontis?
Quin etiam à tergo generoſum reſpicis agmen?
Hos mihi defunctos audebit dicere quiſquam?
Et tamen egregios humani ſorti tributi
Efflauere animos, ac debita corpora terræ
Liquerunt: cernis nudo dementia contra
Purpuream radiare diem lecta agmina uultu?
Imma, ait, eximie, nec quicquam dulcius unquam
Hos uidiſſe oculos memini, ſed ne mea noſſe

Eſt

Eſt animus,tibi nec genitor contraria mens ſit.
Per ſuperos,ipſumq́ Iouem,Solemq́ uidentem
Omnia,per Phrygias,ſi qua eſt ea cura penates,
Per ſi quid patria uenit huc dulcedinis oro.
Aut ego fallor enim,aut quoſdam hoc ex agmine noui,
Et mores habitusq́ uirum,greſſumq́ manusq́:
Inſolitum licet ora micant,tamen ipſe recordor.
Vidi etenim,& patria nuper conuiximus urbe.
Vera quidem memoras,fraus hunc modo rebus ademit
Punica terrenis,perijt congreſſus iniquo
Credulus ætate,heu nimium Marcellus in illa.
Iſte memor finis,lateri latus admouet ultrò,
Nobiſcum ire libens cœlo ſpatiatur in amplo.
Criſpinus longè ſequitur,quem perfidus uno
Abſumpſiſſe die tentauerat hoſtis,at illum
Languida dilata eripuerunt uulnera morti.
Alter ibi cecidit moriens,ubi furta latebant,
Inde leuis rectè penetrans huc ſpiritus: illic
Frigida carnifici dimiſit membra cruento.
Sed magis ardentemq́ animis,pugnasq́ frementem
Cerne per inſidias indigno funere Gracchum
Corpore ſeclusum ualido,& pollentibus armis
Præterea Aemilio nimium ſors inuida Paulo.
Aſpice magnanimum terrebant quot uulnera pectus
Cannenſi Romana die defleta ſupremum
Fata putans tenuit cladi ſupereſſe,ſed ultrò
Oblatum contempſit equum,multumq́ rogantem
Reppulit,& nimium reſpondit nixius: At tu
Macte animi uirtute puer,diſcede,tuumq́
Victurum adde caput,teq́ ad meliora reſerua.
Dic patribus muniant urbem,dic mœnia firment.
Condiſcant extrema pati:namq́ improba ſæuas
Ingeminat fortuna minas,hoſtisq́ cruentus
Victor adeſt. Fabio mea uerba nouiſſima perfer.
Dic me iuſſorum memorem uixiſſe ſuorum.
Dic memorem te teſte mori,ſed fata,feroxq́
Collega ingenti turbarunt cuncta tumultu.
Nuda loco caruit uirtus,tulit impetus illam.
Effuge dum morior,ne forſan plura loquendo
Sim tibi cauſa necis: dicentem talia ferro
Circumſtant, uolat ille leuis,timor alleuat artus,
Et plumas adiungit equo,& calcaria plantis.
Anxia ceu uolucris ubi nidum callidus anguis
Obſidet,hinc niſa ſeſe ſubducere morti
Optat,& hinc dubitat ſua dulcia uiſcera linquens.
Infœlix pietas tandem formidine uitæ
Cedit,& incuſtoditum ſibi conſulit aliis:
Vicinaq́ tremens reſpectat ab arbore fatum
Natorum,rabiemq́ feræ:& plangoribus omne
Implet anhela nemus,ſtrepituq́ occurrit amico:
Sic ibat iuuenis memorandus ſæpe retrorſum
Lumina mœſta ferens,uidet ingens ſurgere campis
Naufragium,uidet immitem poſt publica Pœnum
Funera ſacra Ducis fodientem pectora duris
Ictibus,& cœlum gemitu pulſabat inani.
Quid moror?innumeram licet internoſcere turbam
Cæſorum hoc bello iuuenum,patriæq́ cadentum
Scilicet immenſo ſtudio:dum lædere quærit
Ciuibus atq́ inopem ſpoliat dum fortibus urbem,
Compleuit cœlum noſtris ferus Hannibal umbris.

Talia dum genitor memorat,ſuſpiria nate
Alta trahens,licuit fateor cognoſcere quicquid
Optabam magis,& uultus ſpectare meorum.
Cætera ni prohibes,nihil eſt ſermone ſecundi
Patris amabilius,quem tu modò comminus,inquit,
Alloquere, atque aures quàm primum inuade paratas.
His dictis tulit ante gradum,frontemq́ modeſtam
Demiſit, patruumq́ tenens ſic incipit ore:
O uenerande mihi uerò,nunquamq́ parente
Clare minus,ſi noſtra Deus dedit ora uidere
Mortales oculos,alti ſi lumina mundi.
Indignaq́ mihi clarum ſeruauit olympum:
Da precor exiguam noſtris affatibus horam,
Nam breue tempus adeſt,moneorq́ in caſtra reuerti
Oceani ſubnixa uadis,ubi maxima Calpes
Impendet pelago,cœlumq́ cacumine pulſat.
Illic me Romana manent modò ſigna,Ducemq́
Expectant rapidum,hoc tandem ſtat limite bellum.
Suſcipit amplexu iuuenem placidiſſimus Heros,
Atque ita: Si iuſſu ſuperum mortalia cœlo
Membra uehis,nec enim tam magni muneris autor
Eximiumq́ decus,quam de te concipiam ſpem?
Dictu difficile eſt,cui tantam numina uiuo
Conceſſêre uiam:nam ni diuinus ineſſet
Spiritus,haud quaquam hoc homini fortuna dediſſet:
Quæ faciles diſpenſat opes,arcana uidere
Cœlica,uenturos longè prænoſcere caſus,
Et fatum,præcire ſuum,ſpectare beatas
Has animas,ſubterq́ pedes radiantia Solis
Lumina,& aduerſos tam uaſtis tractibus axes,
Hæc nunquam fortuna dabit:quia cuncta potenti
Sunt ſeruata Deo,qui ſi te lumine tanto
Illuſtrat,quo nam te alio dignetur honore?
Non ergo immeritò fractos,paſſimq́ iacentes
Heſperiæ campis totiens deſpeximus hoſtes:
Vidimus & noſtræ uindictam mortis. Ab illa
Egregiæ pietatis habes per ſæcula famam.
Quidlibet hinc aude,mecum nam pectinus aurem
Inuenies,atq́ animum uacuum,quin ocyus ergo
Ingredimur,fandoq́ breuem conſumimus horam.
Dic,ait ille,ſi uita manet poſt buſta,quid almus
Teſtatur genitor:ſiq́ hæc eſt uera perennis,
Noſtra autem morti ſimilis:quid demoror ultrà
In terris,quin huc potius quacunq́ licebit
Euolat aſſurgens animus tellure relicta.
Non bene ſentis,ait,Deus hoc naturaq́ ſanxit
Legibus æternis,hominem ſtatione manere
Corporis,edicto donec reuocetur aperto.
Non igitur properare decet,ſed ferre modeſtè
Quantulacunq́ breuis ſuperant incommoda uitæ,
Ne iuſſum ſpreuiſſe Dei uideâre,quòd iſta
Sunt geniti ſub lege homines,ut regna tenerent
Infima:namq́ illis cuſtodia credita terræ,
Et rerum quas terra uehit,pelagusq́ profundum.
Ergo tibi,cunctisq́ bonis,ſeruandus in iſta eſt
Carne animus,propriamq́ uetantur linquere ſedem,
Nobilibus curis,ſtudioq́ & amore uidendi
Promineat ni fortè corpusq́ relinquat,
Ac longe fugiat ſenſus,ſeq́ ingerat aſtris.
Hic decet egregios animos,hic exitus eſt quem noſtri
Diuini

Diuini ſtrêre uiri meliora ſequentes.
Sed dum membra uigent, breuis eſt mora, ſuſcipe noſtri
Conſilij quid ſumma uelis, tu ſacra fidemq́
Iuſtitiam cole, pietas ſit pectoris hoſpes
Sancta tui, morumq́ comes, quæ debita uirtus
Magna patri, patriæ maior, ſed maxima ſummo
Ac perfecta Deo, quibus exornata profecto
Vita, uia in cælum eſt, quæ uos huc tramite recto
Tunc reuehat, cum ſumma dies exemerit illud
Carnis onus, puraq́ animam tranſmiſerit aura.
Hoc etiam monuiſſe uelim, nil gratius illi
Qui cælum terrasq́ regit, dominoq́ patriq́
Actibus ex noſtris, quàm iuſtis legibus urbes,
Conciliumq́ hominum ſociatum nexibus æquis.
Quiſquis enim ingenio patriam, ſeu uiribus alét
Suſtulerit, ſumptuq́ oppreſſam iuuerit amice
Hic certum ſine fine locum in regione ſerena
Expectet, ueraq́ petat ſibi præmia uitæ,
Iuſtitia ſtatuente Dei: quæ nec quid inultum
Nec pretio caruiſſe ſinit. ſic fatur, amoris
Admonitq́ faces auido ſtimulosq́ nepoti
Accenſoq́ Duci ſimul hæc placidiſſimus addit.
En Fabium cælo maieſtas maxima tanti
Nominis ac uirtus & Iuppiter ipſe reſeruat,
Cerne Ducem quantum licet hinc cunctator ac omni
Dictus erat populo, tamen ingens gloria tardis
Debita conſilijs uiget, hunc non flamma, nec enſis
Eripiet Latio, ſed dum magis arma tonabunt
Punica, tranquilla feret hoc annoſa uetuſtas.
Ecce autem interea uenientum turba, nec ulli
Nota fuit facies, habitus tamen omnibus unus,
Sydereoq́ leuis fulgebat lumine amictus.
Auguſta pauci procul omnes fronte præibant
Immenſoq́ graues, & maieſtate uerendi.
Hæc acies Regũ eſt, quot tempora prima tulerunt.
Vrbis, ait, noſtræ, frons arguit inclyta Reges.
Romulus ecce prior famoſi nominis autor
Publicus ille: parens cernes dulciſſime, quantus
Ardor ineſt animo, talem uentura petebant
Regna uirum: uenit inceſſu moderatior alter
Religione noua, populum qui temperat acrem.
Hic uirtute prius patriæ Curibusq́ Sabinis
Inſignis, noſtraq́ ideò tranſuectus in artem eſt.
Aſpice ſollicitum, monitu ceu coniugis almæ
Inſtituit leges, & euntem diuidat annum.
Extulit hunc natura ſenem, primoq́ ſub æuo
Hanc habuit frontem, ſic tempora cana genasq́.
Tertius ille ſequens qua tu nunc uteris, omnem
Militiæ expreſſit Regum fortiſſimus artem.
Fulmineus uiſu, uictus quoq́ fulmine cælo.
Quartus arat muros, & Tybridis oſtia fundat
Præſagus quas totus opes huc conuehat orbis,
Sectisq́ primæuo conuectant mœnia ponte.
Frons quenã mihi nota parum, ſed ſuſpicor illum,
Quem nobis Regem longè dedit alta Corinthus.
Ille eſt haud dubiè, uideo tunicasq́ togasq́,
Et faces, trabeasq́ graues, ſellasq́ curules,
Atq́ leues phaleras, & cuncta inſignia noſtri
Imperij, currusq́ & equos, pompasq́ triumphi.
Illum autem numero quem cernis in ordine ſextum,
Seruilis ſolio Regem tranſmiſit origo.
Et nomen ſeruile manet, ſed Regia mens eſt.
Dedecus hic generis uirtute piauit & actis.
Condidit hic cenſum prior ut ſe noſcere poſſet
Roma potens, altumq́ nihil ſibi nota timeret.
Fuierat, tunc ille iterat, Si lecta recordor,
Romuleo cinxiſſe comas diademate ſeptem
Audieram, totidem cognomina certa tenebam,
Alter ubi eſt igitur? Fili chariſſime dixit,
Huc & luxus iners, & dura ſuperbia nunquam
Aſcendunt, atrox animus, nomenq́ Superbum.
Hunc expoſcis enim qui ſceptra nouiſſima rexit?
Rex ferus & feritate bonus, nam triſtia paſſa
Hic libertatis primum urbi ingeſſit amorem:
Quin animas lætas, melioraq́ regna tenentes
Cerne cateruatim uera uirtute amicos.
Tres ſimul ante alacres alternaq́ brachia nexi
Ibant, hos læto celebrabant agmina plauſu
Vmbrarum, atq́ omni deuotum ex ordine uulgus
Subſtitit admirans, quæ tanta eſt gratia, dixit,
Iſta trium? quis tantus amor connectit euntes?
Hos idemq́ parens, eadem ait, extulit aluus,
Hinc amor: hisq́ ipſis libertas credita quondam,
Hinc fauor, heu iugulos & uulnera cruda duorum
Aſpice, utriq́ recens uiuet ut generoſa cicatrix
Pectore in aduerſo, populorum pugna potentum
Tergeminis mandata uiris, ut ſanguine pauco
Scilicet innumera ceſſarent funera gentis.
Diuiſis exercitibus, conſpecta ſuorum
Aduerſisq́ oculis ſex ultima bella gerebant.
Libertas tunc noſtra tremens, ſimiliq́ cadenti,
Vnius ad fatum dubio ſub Marte pependit.
Vnius eſt aſſerta manu, Germanus uterq́
Occiderat, populoq́ nimis fortuna fauere
Cœperat Albano, niſi tertius ille ſuperſtes
Iuuet, & fratrum mortes, & publica fata
Reſtituiſſet, agens uictricia corpora campo.
Donec ſe uictos ſpatijs, largoq́ cruore
Defectos, plagisq́ graues, & curſibus hauſtos
Impiger alterno iugulaſſet uulnere fratres.
Id recolens nunc exultat gaudentq́ uiciſſim
Germani, ad ſuperos nec multo funere miſſi.
At quibus imperium uirtus ea contulit ultrò,
Circumſtant memores, ſed quid per ſingula uerſor?
Millia non ne uides ſpatioſum implentia cælum?
Publicolam ante alios tanto cognomine dignum,
Præclarum pietate Ducem, patriæq́ parentem?
Lumina uiſendi cupidus flectebat & ingens
Agmen erat iuxtà, ſtabilem quà uergit ad Arcton
Lacteus, innumeris redimitus circulus aſtris.
Obſtupuit, quæritq́ uiros, & nomina, & actus.
Chare nepos, ſi cuncta uelim memoranda referre
Altera nox optanda tibi eſt ait. Aſpice ut omnis
Stella cadit pelago, cælumq́ reflectitur, & iam
Candidus auroræ meditantis ſurgere uultus
Vibrat, & Eoa iam ſomnum diluit unda.
Tum pater admonuit, fugientia ſydera nutu
Oſtendens, uetuitq́ mo as. Hæc noſſe ſatis ſit
Romanas has eſſe animas, quibus una tuenda
Cura fuit patriæ, proprio pars magna cruore

Effuſo

Effuſo hæc petijt ſedes, meritoq́ caduca
Pertulit æternam per acerba pericula uitam

AFRICAE FRANCISCI PETRARCHAE.

LIBER II.

TALIBVS intentum pater arri pit, atq benignè.
Tempus ait cælo deſcendere, gratia rara.
Huc ueniſſe fuit, patienter abire decorum eſt.
Ne propera precor alme parens, quum digneris inquit,
Pauca mihi dubio, certumq́ remitte futuri
O nate, exigui ſolatia temporis inſit
Exigit, ambigua ſubitò tibi ſomnia noctis,
Omniaq́ implicitæ uaneſcent uiſa quietis.
Si qua animo memori ueſtigia fortè manebunt.
Somni ſuma tamen, mentemq́ erraſſe putabit
Sed nequeo ſpreuiſſe preces, dic nate quid angit
Tam agitq́ & breuibus celeri te ſubtrahe Phœbo.
O genitor, ſi nota tibi diuina uoluntas,
Siq́ tibi ante oculos uenturum eſt cernere tempus,
Scire uelim quid fata parent, nam bella uidemus
Aſpera terribili Latium quaſſantia motu.
Hannibal in foribus ſtat perfidus, omnia retro
Verſa cadunt, noſtro pingueſcunt arua cruore.
Tot clari cecidere Duces, uos lumina tanti
Imperij tam magna, duo cecidiſtis eodem
Tempore, tunc Italis raptus regionibus eſt Sol:
Magnaq́ ſub gemina mutauit Roma ruina.
Quid ſupereſt dominam, quis nunc manet exitus urbem?
Corruet an ſtabit? quod ſi fruſtra arma mouemus,
Exime tot curas animo, tantoſq́ labores,
Somnum redde oculis, & membris redde quietem.
Nam mihi ſi, cogente Deo patriaq́ cadendum eſt,
Quid iuuat obniti contrà? fatoq́ prementi
Humanas afferre manus? moriamur inermes.
Viuat, & in toto regnet ferus Hannibal orbe.
Non tulit indignantem animo pater optimus, imò,
Imò ait, armato latronem pellere luſcum
Finibus Auſoniæ dabitur, diſcedet iniquo
Inde animo, metuetq́ alienam linquere terram
Sanguinis ac prædæ ſitiens, at mœſta ſuorum
Plebs metuens, belloq́ nimis turbata propinquo,
Hunc repetet retraheiq́ domum, poſtquam efferâ tanget
Littora, funeſto uerius confligere campo
Congreſſus uolet ante tuos, tu furta caueto.
Inſidiaſq́ uiri, doceat te dira tuorum
Funera Barbarico confecta ferociter aſtu.
I tamen, atq hoſtis crudelem conſpice uultum
Et dictis intende aurem, cautuſq́ uigilq́
Inſidioſa ſinis uerſuti percipe uerba.
Si renuis, retrahiſq́ pedem, nihil crede per orbem
Aut timidus uideare alijs, aut fortè ſuperbus.
Ille quidem uaria tentabit flectere mentem
Arte, doliſq́ nouis, dulcem per ſecula pacem,
Pacem iterans, pacisq́ tegens ſub nomine fraudem.
Vnicus euerſor pacis firmiſſime præſta,
Propoſitumq́ tene, nil de patriaq́ tuaq́
Maieſtate cadat, fremet ille, & triſtia coràm
Fata uident, humiles uoces ſubmiſſaq́ uerba
Ore dabit ficto: iuuenem ſemperq́ ſecundis
Aſſuetum, caſus uarios librare monebit.
Fortunæ ac multa ancipiti ſermone tremenda
Proferet, euentuſq́ Ducum, cum nulla uidebit
Verba aliam mouiſſe animum, tum triſtis, & ira
Feruidus, arma fremens bellumq́ in caſtra redibit.
Pugna erit ambiguo quam ſpectant fata fauore,
Cuius ad euentum toto timeatur in orbe.
Sanctior is præerit caſtris, Dux impius illis.
Hunc uirtus obiecta malis, cultuſq́ modeſti.
Et pudor, & bene ſuada fides, pietaſq́ comeſq́.
Iuſtitia & reliquæ uibrabunt arma ſorores.
Inde furor, dolus & rabies, & neſcia ueri
Pectora, contemptuſq́ Dei, feruenſq́ libido
Cæcaq́ perpetuis creſcens ſubtilibus ira,
Et ſcelerum ſpecies horrendæ, ac nomina multa.
Victor eris bello tandem, uictoria nec te
Efferat. aſt illum fortuna aduerſa repentè
Proſternet, uictus fugiet, peregrinaq́ tanget
Littora, quæ Graiis Aſiam regionibus æſtus
Helleſpontiaci dirimit maris: omnia tandem
Tentabit, regumq́ pedes, indignaq́ ſupplex
Continget genua, atq aliena precabitur arma
Italicas ardens iterum ruiturus in oras.
Si fortuna ſinat, nobis ſed amicior illa
Iam longis ſatiata malis, funeſta retrorſum
Conſilia euertet. quid multa? uacabitur exul
Peſſimus, & terras uirus diſpergit in omnes
Romanos in morte petens, ceu ſaxea ſæuum
Cum fortè in triuijs tempeſtas obruit anguem
Ille furit, morienſq́ minas uomit atq uenenum,
Mille ligans caudam, ſquamoſaq́ corpora nodis
Horrificus ſolo aſpectu, poſtrema cruentus
Sibila, languentesq́ oculos attollit & ipſum
Sæuit in autorem fruſtra: ſic turbidus iſte
Mille uias moribundus aget, quo tempore fortè
Publica dum perages mandata uidebis inermem
Securus, faciemq́ trucem qua terruit urbem
Colloquio feſtina dies uideatur amico
Tantorum felix Epheſus ſermone uirorum
Fama quidem mendax, falſa cum lance nefandos
Aequat iniqua bonis facinus, dum grande tremendum
Horrendum dictu inuenit: canit orba per orbem
Nec dirimit cauſas, patriam iuuat ille cadentem.
Laudatur, multaq́ aliut cum ſtrage cruentas
Captat opes. Regumq́ ſibi uicturus in auro.
Hic quoq laudatur, laudabitur Hannibal atq
Scipio, poſteritas mirabitur omnis utrunq.
Heu par diſſimile, & diuerſo ſydere terris
Illatum, ac uulgus diſcernere quanta ſit inter
Magnificum ac tetrum facinus diſtantia neſcit.
Quam ſubitò miris animum uolet ille loquendo
Flectere blanditijs, ſeu ſunt hæc, Punica ſemper
Pectora, ſeu laudem uirtus, uel ab hoſte meretur
Præcipuè, cum rara quidem uerùm illa iocoſum

Qualiacunq́

Qualiacunq; tibi riſum fortaſſe mouebunt.
Nil aliud: ſic ille graues in morte reflexus
Cum dederit, falſoq́ animum ſpe pauerit amens
Tandem Bythinica ruet inperterritus aula
Dux atrox, ubiq́ metum depellet, & orbi.
Hoſtis fata uides. tanta quem tempore tellus
Suſtinet Auſonia. quod ſi Romana requiris,
Pauca ſed è medio fatorum intentus aceruo
Accipe. Proclinem faciet uictoria praeſens
Ad reliquas, facilemq́ uiam, nullumq́ pudebit
Quem teneat Carthago potis apprēdere portum.
Illa iugum populos, & ferre tributa docebit.
Illico Aetholus conſurget, uanus ad arma
Prouiet Antiochus, fratris iunioris & illum
Vincetis auſpicijs, teq́ orbis noſcet Eous,
Vt Zephyrus pridem ac pluuialis nouerat auſter.
Inde alia ex alijs naſcentur bella, ſed omnes
Vincet Roma minas, & totum praeteret orbem,
Victum iugum regna excipient, ſub legibus ibunt,
Mox Galata, Macedumq́ furor, nil regia poſſunt
Nomina nil patrum egregij prodeſſe labores
Magnus Alexander totiens reuocatus ab una
Si ſedeat, mea ſit quae nam ſententia noſti.
Graecia tota breui procumbet tempore uicta.
Et male caſorum poenas dependet auorum.
Hic placet, et Glabrio, et ſpectata modeſtia Nasi,
Flaminijq́ animus, claris quae creſcere facilis
Incipit, & trium tentat certamina famae.
Res inſtant uariae, ſeries quoq; longa laborum,
Florida iamq́ uiris ueniet armipotentibus aetas.
Hec mihi iā Scauros, Druſos, crebrisq́ Metellos
Inſignes titulis, & nomina clara Nerones
Protulit, hoc alius ueniet de ſtipite ramus
Peſtifer, ac populis umbra nociturus iniqua.
Iam ſenſim aſſurgunt rigida uirtute Catones.
O utinam domus illa minus foret inuidia noſtra.
Surgunt Aemilij, quorum de gente nepotem
Elige, qui nomen geſtis mereatur auitum
Reliquiasq́ tuas ferro conſumat & igni.
Durior id meritis odijq́ accenſus honeſto.
Longius incedam, iamq́ hunc Syllamq́ ferocem,
Pompeiosq́ graues, animoſaq́ pectora Bruti
Ante oculos habeo, ſinproq́ ubi condere ferrum
Audeat, hinc rerum ſumma ad faſtigia uentum eſt.
Caeſareumq́ genus, toti dominarier orbi.
Prouideo. quid cuncta ſequar? non ditior unquam
Vrbs animis erit egregijs, Ducibusq́ ſupremis.
Crederet hoc aliquis, Campano ſaepius aratro,
Vnus erit bello eximius, qui noſtra ſub auſtrum
Signa ferat, Lybiamq́ iterum premat, inclyta Regum
Colla triumphali uictor fracturus ab arcu.
Bisq́ ſub extrema Latium formidine ſoluat
Obſidione graui, calidaq́ reuerſus ab ora,
Atq; alpes ſubitò iuſſus tranſire niuoſas
Praeter aquas Sextias (dicunt ſic nomine uallem)
Theutonicum inſigni compeſcat ſtrage furorem,
Poſt ſimili ardentes proſternat uulnera Cymbros
Orbis in extremi latebras, ubi caſtra locaſti
Nunc iuuenis memorande tuis per ſecula factis.
Magnus item iuuenis ueniet, nec dignior alter.
Nomen habet Magni. hic Tagum, Betimq́ & Hiberum
Coget ferre iugum, dominumq́ agnoſcere Tybrim.
Hic idem nimia ciuem feritate rebellem
Contundet, tibi nulla animum contingat honeſtum
Inuidia, atq; alios patiaris ad alta uolare.
Nullus erit, nullusq́ fuit cui gloria tota
Ceſſerit, illa nouis ſemper parat integra partem
Vna breuis, rerumq́ ueniet longiſſimus ordo
Quid fiet niſi quaeq́ ſuos produxerit aetas
Venturus qui ſponte uelint occurrere fatis?
Sufficeret cunctis ſpacioſi temporis unus:
Publica res poteras duce te contenta fuiſſe.
Tu ſiquidem laetus mecum dum bella gerentur
Hic eris, & iuuenem egregium laudabit ab alto.
Pauca ſed innumeris memoro, maiora ſuperſunt
Geſta uiri plectraq́ alijs maiora canenda.
Nanq́ hic praecipiti (ſi fas dixiſſe) uolatu,
Victor ab occaſu deſcendens uictor ad ortus
Perueniet, nomenq́ Italum ſuper aſtra leuabit.
Omnia ſuccumbent, multis fortuna triumphis
Larga uolet ditare Ducem, moderatior autem
Inplendusq́ animus paucis quòd laurea triplex
Stringet honeſta comas: quod te ſua Roma uerendo
Extantem curru uideat, contentus abibit.
Hic & Pyratas pelago depellet ab omni.
Vincetur Iudaea tenax, Armenia duplex:
Cappadoces, Arabesq́, & laeto corpore Canges
Perſis, & Arſacides, rubroq́ à littore tandem
Omnia uincentes rigidum ueniemus ad Arctons
Et glaciale ſalum, Tanaym, & Maeotida duram.
Riphaeosq́ procul tangemus in aethera montes.
Attriti longo fugient certamine Reges.
Et uitam ſimul, & regnum bellumq́ peroſi
Caſpia calcabunt uictores clauſtra, Sabaeam,
Tharleremasq́ domos, intacti limina templi
Intrabunt, cernentq́ adyti penetralia ſacri.
Purpura non illos, non gemmae, aurumq́ mouebunt
Theſauros inter medios mucrone trementi,
Paupertas Romanà uenit, nec tangitur illis.
Inſula non tot reſtabit libera Ponto
Non tellus, ſeu preſſa iugis, ſeu ſtantibus aſtris.
Aula ſub imperium ueniet ditiſſima Cypri.
Creta ſuperſtitionem ingens domus atq; magiſtra,
Euboicumq́ latus Phoebo Rhodus inclyta & undis.
Tum ſalis Aegei caelo, uelut aſtra ſereno
Cyclades effuſe medio clypeusq́ potentis,
Trinacriae, & craſſo diues Sardinia caelo.
Pauperiorq́ ſol, ſed apricis Corſica ſaxis.
Et quicquid Thuſco iacet aequore, quicquid Hibero,
Quicquid & Adriaca. ſed quis cum claſſe frementem,
Ibit in Oceanum? fortiſſimus ille nepotum
Vnus erit magno ſemper cantandus in orbe
Gallica, qui uario complebit rura pauore.
Et fluuios atri uiolabit ſanguinis unda.
Inde procul caelo & terra pelagoq́ repoſtos
Auricomas trepido calcabit marte Britannos
Stringet, & indomito luctantem gurgite Rhenum
Pontibus, hoſtilesq́ tenens cum milite fines.
Triſtia caeruleis Germanis bella mouebit.
O faelix, ſi fortè modum ſciat addere ferro.

Neſcis

Neſciet heu noleíq́ miſer,ſed turbine mentis
Victrices per cuncta manus,in publica uertet.
Viſcera,ciuili fœdans extrema cruore
Prælia,& emeritos indigno Marte triumphos.
Me tamen infamiam multa decora furore
Commaculare pudet,quàm turpiter omnia calcat
Ambitus?ut totum imperium ſibi uendicet unus?
Primus,& exemplum reliquis,ſpoliet'q́ ſuperbus
Tarpeiam,miſeroſq́ nouo leget ordine patres.
Hæc & Pharſalicas mortes,Ephyræaq́ arma,
Tharſonq́ & mundam,& capitolia ſanguine tincta,
Omnia prætereo. Succedet maximus illi
Inde nepos,clara ueniens à ſtirpe ſororis.
Hic mihi longinquos mittet ſub legibus Indos,
Aegyptumq́ ferox,& Barbara caſtra mouentem
Vxorem Latij capiet Ducis:inde per omnem
Fulminet enſe diem,Reges pede ſupprimat altos
Hic parêre ferum Romanis faſcibus Hyſtrum
Perdoceat,gemineq́ ſolum quod ſubiacet urſæ.
Hic urbem tribus inuectus de more triumphis,
Edicet toti præcepta incognita mundo:
Et ſummo celſus ſolio ſubmiſſa uidebit
Sceptra ſibi,claras'q; Duces,atq; agmina uulgi,
Munera ferre omnes ſtudioq́ ardere placendi.
Iam ſenior rigidos bello contundet Hyberos,
Vltimus ille labos,exhinc tranquilla ſequuntur
Secula,tum gemini claudentur triſtia Iani
Limina,& Erati iungentur cardine poſtes.
Inde grauem tumulo mittet ueneranda ſenectus.
Digreſſum amplexu,& dilectæ coniugis ulnis.
Huius poſt cineres uideo Romana reuerti
Fata retrò,& prolabi pulchros ad turpia mores.
Hei mihi quid moreris,tecum moritura propago
Nominis eſt noſtri,ſed tu tibi debita nactus,
Alta petes conuexa poli:quid turba ſuperſtes
Ludibrium mundo,generiſq́ infamia primi
Tartara conſpiciet meritis,Stygioſq́ receſſus.
Ac nimium propero,uideo pare nobile natum
Atq; patrem,& gemina capitolia læta triumpho
Laurea bina teret,duplex quoq; purpura. currus
Non uideor ſpectare duos,contenta ſed uno
It pietas,noua res equidem,& dignißima fama.
Corruet his ducibus Hieroſolyma,uictaq́ ferro
Inclyta religio,& gladijs prærumpere ſacra
Fas erit,& poterunt populi peccata mereri.
Vlterius tranſire piget,nam ſceptra decuſq́
Imperij,tanto nobis fundata labore,
Externi rapient Hiſpana ſtirpis & Afra.
Quis ferat has hominum ſordes?noſtriq́ pudendas
Relliquias gladij?faſtigia prendere rerum?
Amplius urgentem quoniam frenare dolorem,
Non poterat,rupit lachrymis,& uoce loquentem.
Quid miſerum pater alme refers?tantum'ne licebit
Fortunæ?prius in ſtygias conuulſa paludes
Aſtra cadent,prius æthereo trux arbiter orci
Victor erit ſolio,cœliq́ tonabit ab arce
Africa,quàm Romæ uictrix ſua iura,ſuumq́
Nomen in æternum capiat,non longa dolentem
Paſſus,ait,depone precor lachrymaſq́ metumq́.
Viuet honos latius,ſemperq́ uocabitur uno
Nomine Romanum imperium,ſed rector habenas
Non ſemper Romanus aget,quin Syria mollis
Porriget ipſa manum,mox Gallia dura,loquaxq́
Græcia,& Ibricum tandem cadet iſta poteſtas
In Boream:ſic res Romanas fata rotabunt.
Fortè ſub extremos annos mundiq́ ruentis
Interitum,ad proprias ſedes fortuna redibit.
Altius incumbens atq; urbis cætera noſtræ
Fata petens,unum hoc de pluribus ille ſupernus
Abſcondit ſub nube Deus,ſed noſcere quantum
Permiſſum eſt animi augurio,non uita ſub hoſte
Roma ruet,nulliq́ data eſt ea gloria genti.
Nulli tantus honos populo,uincetur ab annis
Rimoſoq́ ſitu paulatim feſſa ſeneſcet.
Et per fruſta cadet,nulla unquam,nulla uacabit
Ciuiliq́ odio & bellis furialibus ætas,
Tempus adhuc ueniet,cum uix Romanus in urbe
Ciuis erit uerus,ſed terras lecta per omnes
Fex hominum:tamen & tunc ſe mala ſana cruentis
Turba premet gladijs,& ni fortißimus unus
Vir aliquis dignus meliori tempore naſci
Opponat ſeſe medium,frontemq́ manumq́
Quibus oſtendat ſupereſt quodcunq; cruoris
Pectoribus miſeris per mutua uulnera fundant.
Hoc ſolamen habe,nam Roma potentibus olim
Condita ſyderibus:quamuis lacerata malorum
Conſilijs,manibusq́ diu durabit,eritq́
Has inter peſtes nudo uel nomine mundi
Regina,hic nunquam titulus facie excidet illi.
Qualiter annoſum uires animusq́ leonem
Deſtituunt,ſed priſca manet reuerentia fronti.
Hic terrificus ſonus,quanquam ſit ad omnia tardus,
Vmbra ſit ille licet,circum tamen omnis inermi
Paret ſylua ſeni,ſed quis uel noſcere certam
Audeat,aut rebus tantis præfigere metam?
Vis loquar?in finem quamuis ruinoſa dierum
Viuet,& extremum ueniet tua Roma ſub æuum,
Cum mundo peritura ſuo.ſic fatus,ab alto
Pectore ſuſpirans,tacuit dextraq́ ſequentem
Per nitidum conducit iter.iam prona cadentis
Calcabant conuexa poli,gradibusq́ ſuprema
Linquebant leuibus,qui lumine terga feriret
Lucifer altus erat,tamẽ una erat umbra duorum.
Athlantisq́ ruens de uertice plena propinqui
Cynthia conſpecti ſplendebat imagine fratris.
Hic iterum genitor ſacro ueneranda reſoluit
Ora ſono,ſtetit eximia dulcedine mundus
Captus,& æternos tenuerunt aſtra meatus.
Nate prioris,ait,ſolamen & optima uitæ
Pars mihi,qui læta cumulas nunc gaudia cœlo.
Quodq́ ego non crebar facis,ut ſpectando beatus
Mortalem uidear mihi me fœlicior ipſo.
Huc aures intende pias,& pectora ueri
Plena refer,mora noſtra breuis,namq; inuida noctis
Vmbra abijt,pelagusq́ operit iam fluctibus aſtra.
Omnia nata quidem pereunt,& adulta faticunt:
Nec manet in rebus quicquam mortalibus,unde
Vir etenim ſperare poteſt,populus'ue,quod alma
Roma nequit.facili labuntur ſecula paſſu.
Tempora diffugiunt,ad mortem curritis,umbra

CCc *Vmbra*

Vmbra eſtis,puluiſq́ leuis,uel in æthere fumus
Exiguus,quem uentus agat,quo ſanguine parta
Gloria?quo tanti mundo fugientis labores?
Stare quidem uultis,ſed enim rapidiſsima cœli
Vos fuga præcipitat,cernis quàm parua pudendi
Imperij pateant circum confinia noſtri?
Hæc tamen heu quanto nobis extenta labore,
Nunc quoq; quàm multo nobis ſeruanda periclo?
Finge quod eſſe poteſt,& erit niſi fata benigni
Pœnitet incœpti.totius ſola ſit orbis
Roma caput,terris dominetur ſola ſubactis.
Quid tamen hic magnum?tanto quid nomine dignum
Inuenis?anguſtis actatus finibus orbis,
Inſula parua ſitu eſt, curuis quam flexibus ambit
Oceanus,uiden' ut paruus cognomine magno?
Nec tamen hanc totam incolitis,nam multa paludes,
Multa tenent ſyluæ,pars rupibus hiſpida torpet:
Pars riget glacie,pars ſqualet mœſta calore,
Serpentumq́ domos calidus tegit æſtus arenis.
Vtq; ſimul totum uideas,huc lumina uolue
Verticibus cœli aduerſos,atq; alta ruentes
Cernis ſtare polos?ſubiectaq́ cuncta duobus
Perpetuo durata gelu,prohibetur ab illa
Stirps regione procul,nil naſcitur illic
Quod uictum præſtare queat,qua ſemita ſolis
Latior,obliquusq́ uagis it circulis aſtris.
Ignibus arua rubent,mediusq́ exæſtuat ingens
Pontus,& ardorem cœli malè temperat humor
Subditus,huc olim priſci finxêre Poëtæ
Conueniſſe Deos,potuq; ciboq́ refectos
Aethiopum cum Rege:grauis duxiſſe ſub umbra
Athlantis placidam tranquillo numine noctem.
Quod fictum eſt ideò,quia numina magna putabant
Sydera,quæ liquidis primum naſcuntur in undis
Aethiopum quas littus habet,mox feſſa uidentur
Vergere ad occaſum ubi maximus eminet Athlas.
Vltima terrarum,qui poſsidet,ille paratus
Excipit,ac magno uenientia contegit antro.
Sed redeo,mediam uetitum eſt attingere zonam
Aetheris,hinc etenim uos inclementia longe
Submoueat,ac circum flammis permixta tepeſcit
Frigora,ſic gemina mortales ſede fruuntur.
Altera ſed uobis eſt inuia,ſeparat illam
Et calor & pelagus,ſtatio tantum unica reſtat
Parua,ſed hæc uaſto nimis interrupta locorum
Deſertoq́ habitu,linguarum diſſona multum
Murmura,diuerſi mores,hæc creſcere famam
Impediunt nulli toto cognoſcier orbe.
Contigit extrema quis erit benè motus in artho:
Et uili ignotum continget nomine fontem?
Quem ſua probatum commendet gloria,& idem
Littus ad Hiberum reſonet?mortalia quorſum
Vota ruunt?amplam cupiunt diffundere famam,
Septa ſed arcta uetant,anguſto carcere clauſos
Somnia magna iuuant,at cû lux ultima ſomnum
Excutit,ac tenebras adimit,tum cernere uerum
Heu miſeri ſerò incipiunt,& tempora retrò
Nequicquam aſpiciunt abeuntiq; amiſſa gementes
Illa quoq; in nobis ridenda inſania mentes
Occupat,æternum cupitis producere nomen,
Secula demulcent animos numeroſa,uentiq́
Poſteritas longa ante oculos,libet ire per ora
Doctorũ,extinctos hominum clauſosq́ ſepulchro
Liberiore uia per mundi extrema uagari.
Viuere poſt mortem,uiolentas ſpernere Parcas,
Dulcia ſunt fateor,ſed nomine uiuere nil eſt,
Viuite,ſed melius ſed certius:ardua cœli
Scandite fœlices,miſerasq́ relinquite terras.
Hic uos uita manet,quam ſecula nulla mouebunt,
Quã nec triſtis hyems,nec noxia torqueat æſtas,
Anxia ſollicitam quam non opulentia reddet.
Querula non mœſta paupertas,pallida non mors
Obruet,aut nocuo uexabunt ſydere morbi
Corporis atq; animi ſine tẽpore uiuite:nam uos,
Et magno partum delebunt tempora nomen.
Tranſibunt citò quæ uos manſura putatis.
Vna manere poteſt ô caſus neſcia uirtus.
Illa uiam facit ad ſuperos,hac pergite fortes,
Nec defeſſa graui ſuccumbant terga labori.
Quòd ſi falſa uagam delectat gloria mentem:
Aſpice quid cupias,tranſibunt tempora,corpus
Hoc cadet,& cadet indigno membra ſepulchro:
Mox ruet & buſtum,titulusq́ in marmore ſectus
Occidet,hinc mortem patiaris nate ſecundam.
Clara quidem libris fœlicibus inſita uiuet
Fama diu,tamen ipſa ſuas paſſura tenebras.
Ipſa tuas laudes ætas uentura loquetur,
Immemor ipſa eadem,ſeu tempora feſſa tacebit.
Immemoresq́ dabit poſt ſecula longa nepotes.
Magna geris,maiora geres,immenſaq́ uictor
Conficies tu bella manu,& digniſsima fama:
Res multis laudata quidem,laudandaq́ multis.
Cernere iam uideor genitum poſt ſecula multa
Finibus Hetruſcis iuuenem,qui geſta renarret
Nate tua,& nobis ueniat,uelut Ennius alter:
Charus uterq; mihi,ſtudio memorandus uterq;.
Iſte rudes latio duro modulamine muſas
Intulit,ille autem fugientes carmine ſiſtet.
Et noſtros uario cantabit uterq; labores,
Eloquio nobisq́ breuem producere uitam
Contendet:uerũ multò mihi charior ille eſt,
Qui procul ad noſtrum reflectet lumina tempus:
In quod eum ſtudium,non uis pretiumue mouebit.
Non metus aut odium,non ſpes aut gratia noſtri
Magnarum,ſed ſola quidem admiratio rerum.
Solus amor ueri,ſed quid tamen omnia proſunt?
Iam ſua mors libris aderit,mortalia namq;
Eſſe decet,quæcunq; labor mortalis inane
Edidit ingenio,quos ſi tamen illa nepotum
Progenies ſeruare uelit,ſenioq́ nocenti
Vim facere,ac rapido uigilans obſiſtere ſeclo.
Non ualeat tãm multa uetant,fatalia terris
Diluuia & populos uiolentior æſtus adurens.
Et peſtes rerum uariæ cœliq́ marisq́
Bellorumq́ furor,toto nil orbe quietum
Stare ſinens,liberis autem morientibus,ipſe
Occumbes etiam:ſic mors tibi tertia reſtat.
Quot modò in extremo claros oriente uel auſtro
Eſſe uiros reris?tamen ad uos mittere nomen
Non potuêre ſuum:quot prima ætate fuiſſe

Illuſtres

Illuſtres, famamq́ue auſos ſperare perennem,
Nunc tamen ignotos? anguſtorum nate locorum &
Eſtis in anguſto poſiti, quæ cuncta uidentem
Huc decet huc animos attollere, uulgus inane,
Videris in terris, quo te ſermone loquatur.
Deſpice quiſquis is eſt, & ſi mea iuſſa merentur
Te docilem: humanum iubeo contemne fauorem,
Neú tibi nel nimiam rerum pone tuarum.
Illecebris trahat ipſa ſuis pulcherrima uirtus.
Gloria ſi fuerit ſtudiorum meta tuorum,
Peruenies equidem, ſed non manſurus ad illam.
Præmia ſin autem cœlo tua nate repones,
Quo ſemper potieris habes, ſine fine beatus
Et ſine menſura: ſin tu dulcedine famæ
Tangeris, & ſtimulis etiam nunc pungeris iſtis
Quam præclara tuo ſiet gloria fixa labori,
Polliceor, ueniet pretium tibi nate quod optas.
Illa uel inuitam fugias licet, illa ſequetur.
Vt ſub Sole uagum comitatur corporis umbra
Ipſa tui: quocunq́ gradum tu flexeris, illa
Flectitur, & ſtat ſi ſteteris: ſic fama uolentem,
Nolentemq́ ſimul ſequitur, ſed nunquid ineptum
Dixeris arenti gradientē in puluere, ut umbram
Aſpiciat poſt terga ſuam? non ſanior ille eſt,
Qui terit ætatem fruſtra, corpusq́ fatigat,
Aut animum curis onerat, nihil inde repoſcens
Ni laudem, & uarios populi per compita uentos
Quæ nam igitur quæres mea ſit ſententia? dicam,
Ille erat, ut metam teneat licet inter eundem
Vmbra ſequatur iter, uirtutis amore labores
Hic alius, cœlumq́ ſibi ſit terminus, & non
Gloria quæ meritos ſequitur uel ſpreta labores.
Ergo age, nate uiam tibi quā ſuper ardua monſtro
Ingredere, aut potius cœptum ne deſere callem.
Publica res duce te uigeat, uictrixq́ ſupremo
Cardine fortunæ ſedeat. ſpectabit ab aſtris
Quicquid ages placidus Rex cuncta regentis olympi.
Lætus honore tuo. ſed nullo lætior actu
Quam quòd te patriæ baculum ſupereſſe labanti
Nomen & hoc meritò Scipionis habere uidebit
Cognomenq́ aliud tibi quot tua facta parabunt.
Inſuper id moneo, memoriq́ hoc imprime menti
Poſt ſtudium recti, patriæq́ parentis amorem
Proxima de charis tibi cura ſuperſit amicis.
Pronus amicitias amplectere quas tibi uirtus
Conciliat, partesq́ cole: hoc da nate reganti
Rebus in humanis nil dulcius experiere.
Alterno conuictu, & fido pectore amici.
Eſt equidem ex multis tibi nunc certiſſimus unus
Lælius, arcani ſis conſcius atq́ miniſter
Ille tui, regat affectus, pectusq́ profundum
Cernat inacceſſum reliquis, poſt tempore multo
Lælius alter erit, domui claroq́ nepoti
Charus, & eximio pariter coniunctus amore.
Hinc olim multi errabunt, parq́ omnibus unum
Lælius & Scipio celebrabitur inter amicos.
Quos tulit extrema ueniens ab origine mundus.
Cum duo ſint paria, & longo diſtantia tractu.
Suſcipe tu primum, nec ſis licet altus, amicum
Deſpice plebeium, quoniam de plebe uerendi

Surrexere uiri, quos nobilioribus æquos
Viua tulit uirtus, animusq́ parentibus impar.
Dixerat, ille autem tua per ueſtigia quanquam
Ingreſſus, nunquam primo memor ipſe decori
Defuerim, tamen admonitus uigilantior ibo
Quo me ſanctè uocas genitor, ſed multa mouêtem
Te factum tacuiſſe meum, pater optime miror.
Mœſtior ille equidem, tua te dulciſſime uirtus
Aſpera cuncta pati doceat, quid fata reſeruent
Vltima præclaro malis neſcire labori.
Ingratam patriam, piget heu narrare pudetq́
Experiare licet, facili contentus abito
Vindicta non arma tibi, non caſtra mouenda
Et ſi fortè queas, præſtat quamcunq́ ſubire
Fortunam, patriam ſeruatam perdere noli,
Et meritum maculare tuum, fugat illa, recede,
Non reuocat, perſta, ſed præclariſſimus exul
Viuens illarum moriens ulciſcere uerbo
Dedecus & patriæ cineres, atq́ oſſa negato.
Ingratumq́ uoca, memoriq́ inſcribe ſepulchro.
Hoc liceat tantum, tibi nil permiſeris ultrà.
Iamq́ ueror traxiſſe moras, memor ergo parentis
Nate uale, & mutis ſurgentem dirige fratrem.
Iſq́ uiam poſt te tua per ueſtigia ſeruet.
Dixit, & æquabit fugientia ſydera curſu.
Interea lux orta, ſuper tentoria fulſit,
Irrupitq́ Ducis durum rubicunda cubile.
Buccina caſtrorum cecinit, ſonituq́ tremendo
Attonitum ſubitò ſomnusq́ paterq́ reliquit.

AFRICAE FRANCISCI PETRARCHAE,

LIBER III.

Impiger aſtrigerum poſtquam Sol pertulit axem,
Et rapidos immiſit equos, ceſſere trementi
Sydera cuncta fuga: cōſurgit maximus Heros.
Singula pertractans animo quæ uiſa per umbras
Intulerat nocturna quies, cur dulcia patri
Oſcula non rapuit? cur uertere terga parantem
Non tenuit? prendiq́ manu? cur iſta ruit nox
Tàm citò, nec licuit placido ſermone morari?
Multa petiturus fueram, quibus ultima campis
Agmina concurrant, ſeu qua regione profundi.
Quantū in amicitiis fidei, quàm Barbara Regum
Pectora fida forent, qua nam tellure ſepulchrum,
Quodùe genus mortis ſors imperioſa reſeruet
Vel mihi, uel fratri, qui ſit patruelis amati
Exitus aut fatum: nam pridem eſt cognita uirtus
Omnibus an ſoli mihi nunc iniuria chara
Impendet patriæq́ nefas. at forſitan iſta
Sic melius neſcire mihi, ne conſcia finis
Aduerſo retrahat uirtus ſua carbaſa uento.
I modò quà cœptum eſt, patriæq́ ignoſce furenti,

Neſcit enim quid agat ſic ſecum fatus, amicum
Accire properè Lælium iubet illicet ille
Affuit, atq; oculos tacitus frontemq́; uerendam
Suſpiciens immotus erat. chariſsime Læli
Magna animo uoluuntur, ait, quæ geſsimus ambo
Sufficiant fortaſsè alijs, at quantula res eſt,
Italicas inter clades, miſerandaq́; fata
Hiſpanas fregiſſe acies? uacua iſta periclo
Militia & matris quæſitum eſt dedecus armis.
Ni cœptum peragatur opus. timuiſſe uidemur
Horrifici ducis aſpectum, & longinqua petiſſe
Prœlia, non auſi patria concurrere terra,
Mœniaq́; obſeſſæ defendere dulcia Romæ.
Exilium ac fugam, ne hoſtes ciuesq́; uocabunt?
Neſcio quid tibi nunc animi, quid roboris inſit.
Sed mediocre aliquid nequeo ſperare, ſit ergo
Incœpiſſe alijs clarum, & memorabile factum:
At mihi nil, ſatis eſt aliquid dum reſtat. iniquam
Hannibalem reuomentem animam prius ipſe uidebo
Tu noſtros placare duces, Carthago profundo
Perfida ſubſidet, quàm pectoris ira quieſcat
Alta mei: moriarq́; libens, dum triſtia poſsim
Morte mea æquari Pœnorum uulnera noſtris.
Nunquid iuſta Deus pro nobis tela mouebit
Tantorum uindex ſcelerum? num fulmina cœlo
Deſcendent? num periuræ denſiſsimus Athlas
Telluris clypeus, mundi tutela nefandi?
Cedet ſponte loco radice reuulſus ab imo?
Serpentumq́; acies montesq́; immittet harenæ
Ardentis? faciesq́; uiam ſpirantibus auſtris
Num piger infames contorto uertice muros
Bagrada diſcutiet gelido uiolentior hiſtro?
Scelestesq́; animas ultricibus obruet undis?
Vicimus, imbelles teneant licet arma lacerti.
Bella Deus peraget, periuria crebra peroſus.
Iam tamen hinc humeris unus hoc incũbere noſtris?
Prouideo, tædetq́; moræ: ſed multa neceſſe eſt
Scrutari, & longe uenientes cernere caſus.
Africa tota odijs ardet: non littora portum,
Non domus hoſpitium præſtat, non pabula terræ
Quocunq; intendas oculos, hoſtilia cernas
Omnia, quæ primum teneat nauilia claſsis?
Miles agros? ubi noſtra duces tentoria figent?
Quis tutum monſtrabit iter? quis rura, quis urbes
Edoceat? moresq́; hominum quis fluminis alti
Ad uada præcedat trepidantes ire cohortes?
Singula ſunt igitur ſtudio tractanda ſagaci.
Id primum tentare uelim, ſi Barbara corda
Vlla fides habitat, nomen fortaſsè Syphacis
Audiſti, cunctos illum præcedere Reges
Fama refert opibus, nec aurũ ſanguine quiſquam
Altior incedit, populisq́; uel ubere regni.
Is nobis tentandus erit, ſi fama Latini
Nominis in Lybicos potuit penetrare receſſus.
Flectetur alloquio, precibusq́; benignis.
Barbara namq; etiam nõnunquam gloria mulcet
Pectora, & agreſtes animos, ea littora nobis
Hoſtilem in patriam congreſsis: namq; ea mens eſt
Optima reor, cœptoq́; accommoda bello.
Hæc tibi cura datur uir optime, nam tibi ſermo
Dulcis adeſt placidaq́; ingens ſolertia mentis.
Perge animum placare feri, & molire loquendo.
Dixerat is raptim religans à littore funem,
Aequoreas ſuperat fauces, quà littus Hiberum
Diuidit à Lybicis pelagi breuis æſtus harenis.
Illa dies Mauræ proram ſtatione recepit.
Hinc properè ad Regem niueis ſuggeſta columnis
Atria ſurgebant, fuluo diſtincta metallo
Regia præfulgens.
Ordine gemmarum uario radiabat in orbem.
Hic croceos, illic uirides fulgere lapillos
Aſpiceres, altoq́; uelut ſua ſydera tecto.
Signifer in medio ſinuoſi tranſijt arcu,
Aureus obliquos ſupremo culmine curſus
Aſsiduè faciebat, ibi ceu lumina ſeptem
Quæ uaga mundus habet: ſeptem uaſto ordine gemmas
Clauſerat ingenio nondum lapis optimus Atlas
Tardior hæc, gelidoq́; ſeni magis apta placere.
Illa minax, longeq́; rubens, aſt illa benignis
Ire uidebatur cadijs, tecumq́; ſerena
Luce coruſcabat medio carbunculus ingens.
Aequabat ſolare iubar, largoq́; tenebras
Lumine uincebat, mira uirtute putares
Hunc proprios formare dies, hunc pellere noctes
Solis ad exemplum. poſt hunc duo lumina motu
Splendebant parili. ſed quod rutilantius ibat
Spectando ſubitos animis ſpargebat amores.
Cornua de fuſco ſinuans adamante denſum
Impigra præcipiti celebrabat luna meatu,
Atra quidem, at radijs circum illuſtrata ſupernis.
Hæc ſuprà, horrificis diuerſa animalia paſsim
Vultibus & uarijs cernuntur ſculpta figuris.
Cornibus intortis aries ſtat in ordine primus,
Deuexa in tergum facie, ceu mæſtus in undis
Horreat egregiæ fluitantia membra puellæ.
Inde ferox taurus, faciesq́; impoſta natanti
Stirpis Agenoreæ, iuuenum mox clara duorum
Corpora progenies Ledæ, par nobile fratrum.
Quarta ſed æquorei species uenit horrida cancri
Quem fons præcipiti ſequitur metuenda leonis.
Poſt illum it uultu roſeo pulcherrima uirgo.
At grauis hinc illinc extantia brachia libra,
Inſtabiles paribus compenſant paſsibus horas.
Scorpius hinc cauda perluſtrat tecta minaci,
Ingentesq́; aperit chalas, hinc Theſſala monſtra
Semiuiri informis ſpecies, cui uultus & arma
Sunt hominis, tonſoq́; ſenex ſpectabilis arcu.
Horrifer occurſu, pharetraq́; minctus & urna,
Infima pars quadrupes, iuxtaq́; aſſurgit in altum
Forma leuis capreæ, rutilo cui cornua in auro
Effulgent, fiſſoq́; riget pes ungue bicornis.
Poſt ingens nudi effigies, nimboq́; migranti
Frons uelata hominis uelut æthere pronus ab altò
Fundat aquas, ſuctoq́; natant in gurgite piſces.
Pectoribusq́; ſecant caudisq́; trementibus undas.
Signa poli duodena uago, dum lumine raptim
Colluſtrant, operiq́; inhiant, & cuncta ſequuntur
Vndiq; fulgentes auro, ſpeciesq́; Deorum
Et forma Heroum ſtabant atq; acta priorum.
Iuppiter ante alios anguſta in ſede ſuperbus

Sceptra manu fulmenq́ tenens: Iouis armiger ante
Vnguibus Idæum iuuenem, ſuper aſtra leuabat.
Inde autem inceſſu grauior, triſtisq́ ſenecta,
Velato capite & glauco diſtinctus amictu,
Raſtra manu falcemq́ gerens Saturnus, agreſti
Ruſticus aſpectu, natos pater ore uorabat.
Flammin. mutq́ draco caudæ poſtrema recurua
Ore tenes, magnos ſeſe torquebat in orbes.
Nec procul ingenti diffundens cornua gyro
Atq́ agilem arcendis Neptunus ferre tridentem
Cernebatur aquis, pelagoq́ natabat in alto,
Tritonumq́ greges, Nympharumq́ agmina circum
Errabant procul, æquoreum ueneranita Regem.
Hinc quoq́ iuſſus equus percuſſo mergere ſaxo
Littoream pedibus cupidis pulſabat harenam.
Proximus imberbi ſpecie crinitus Apollo:
Hic puer hic iuuenis, nec longo tempora tractu
Albus erat ſacer, ante pedes rapidusq́ frememsq́
Stabat equus, quatiensq́ ſolū mandebat habenas.
At iuxta monſtrum ignatum immenſumq́, trifauci
Aſſidet ore ſibi, placitum blandumq́ tuenti
Dextra canem, ſed læua lupum fert atra rapacem
Parte leo media eſt, ſimul hoc ſerpente reflexo
Iunguntur capita, & fugientia tempora ſignant.
Nec non & cythara ſpecies anguſta canora
Icta uidebantur ſonitum perducere ad auras
Et pharetra atq́ arcus uolucresq́ in terga ſagittæ
Cirræoq́ ingens Phiton reſupinus in antro.
Hic etiam Graij Italisq́ optanda Poetis
Dulcis adoriſeræ lauri uiridantis in auro:
Vmbra nouem placido refouebat tegmine Muſas.
Illas carminibus barioq́ mouentia cantu
Sydera mulcentes alterna uoce putares.
Frater it hunc iuxta iunior, frons ipſa fatetur
Argutum, uirgamq́ gerit ſerpentibus atris
Intextam caput inſigni exornante galero.
Circundansq́ pedes nitidis talaria plumis,
Gallus adeſt uigil, & cornu cadit Argus ab enſe:
Ad læuam noua ſponſa ſedens, faciesq́ ſuperbit
Egregia, & rara lætatur imagine dotis.
Hæc propè Gorgonidum ſtat fabula nota ſororum
Anguicomumq́ caput fraterna Perſeus Harpe
Obtruncans ſiſus ſpecula, & ceruice reflexa
Marmoreusq́ ſenex, atq́ ortū ſanguine monſtrum
Atq́ leuis ſonipes. & Muſis fons ſacer almis.
Nec non funerei poſt hæc, Mauortis imago
Curribus inſiſtens aderat furibunda cruentis.
Hinc lupus, hinc rauca ſtridentes triſtia diræ
Caſſis erat fulgens capiti, manibusq́ flagellum.
Hinc ignominiam, compectaq́ furta doloſa
Coniugis aſpiciens, Vulcanus abire parabat:
Sed pede tentus erat claudo, quem turba Deorum
Vidit, & obliquum riſerunt aſtra maritum
Cornua tollentem cælo facieq́ rubentem
Pectora ſyderibus diſtinctum pauca uideres
Hiſpida crura rigant pedibus terit antra caprinis,
Et paſtorali baculum fert more recuruum
Texta ſibi ex calamis ſonat ingens fiſtula ſeptem.
Parte alia ſua ſceptra gerens Regina Deorum
Chara Iouis ſoror & coniunx anguſta ſedebat,
Hinc ſublime caput uelatum eſt nube decora.
Diſcolor aſpectu quam circum amplectitur iris:
Pauonesq́ pedum domina ueſtigia lambunt.
Proxima terrificæ ſpeciei armata Minerua
Virginis ut perhibent, dextræ aui longior haſta
Et criſtam galea alta mouens, hanc Gorgonis ora
Criſtallinis habens clypeus tegit, inq́ tenebris
Proſpectante Dea uolitat nocturna uolucris
Cecropiusq́ noua frondeſcit campus oliua.
Hæc cerebro prognata Iouis Venerisq́ pudendum
Illudit genus, & primordia fœda ſororis.
Nuda Venus, pelagoq́ natans, ubi prima refertur
Turpis origo Deæ: quondam laſciua gerebat
Purpureis ornata roſis, uolucresq́ columbas
Semper habens, nudisq́ tribus comitata puellis.
Quarum prima quidem nobis auerſa, ſed ambæ
Ad nos conuerſos oculos uultusq́ tenebant.
Innexæ alternis percandida brachia nodis,
Nec puer alatus, nec acutis plena ſagittis
Poſt tergum pharetra deerat, nec mortifer arcus
Ille unam ex multis iaciens in Apolline fixam
Liquerat, hic ſuperi rumpebant aſtra fragore:
Trux puer in gremium chara genitricis abibat.
Inde choris Dryadū nemus omne Diana replebat
Horeades, Fauniq́ leues, Satyriq́ frequentes,
Plaudebant in circuitu multumq́ Dianæ
Dilectus uiridi ſtertebat ceſpite paſtor.
Fonte miſer nitida pulcherrima mēbra lauantem,
Viderat Actæon, rapido mox ipſe repente
Dente canum laceratus erat, ſibi cerua cadebat.
Sacra deæ in Scithica non ſic placabilis ara.
Vltima, ſed mater Cybele, cui gratior Ida
Nulla fuit tellus, magno grandæua ſedebat
Corpore conſiſtens claui, ſceptroq́ uerenda:
Veſtis honos uarie Phrygijsq́ ex turribus altam
Geſtabat capiti, ſobolis fœcunda coronam.
Namq́ omnes peperiſſe Deos, ipſumq́ tonantem
Hanc ueteres memorant, liceat ſi uera fateri
Hæc eadem ſenes utero, mariante Gigantes
Protulit, infandas mundo per ſecula peſtes.
Curribus hæc agitur domita ceruice leonum.
At procul inferni moderator turbidus orbis
Sulphureo inſiſtens ſolio tenebroſa regebat
Tartara, quem iuxta coniunx inamœna ſedebat.
Rapta olim, ut fama eſt, Siculi ſub uallib. Aethnæ.
Hic dolor, hic gemitus animarum amiſſa luentum.
Et clauſtris diſtincta nouem pallentia regna
Cernuntur, ſtygijq́ nigræ ſtant gurgitis undæ.
Triſtior hac Acheron fluctu perlabitur atro,
Concretam limo cogens fluitare paludem
Cocytusq́ gemens lachrymoſa flumine æternum
Circuit hunc oriens, & ripis antra pererrat.
Vmbrarumq́ choros, nec non Phlegetontis aduſta
Gurges aqua tacitiq́ ſatus obliuia lati
Funduntur. Chriſtiq́ animas qui tranſuehat amni
Puppe ſenex fuſca reſidet remoq́ gubernat.
Hæc rex cuncta uidet ſtygius cum coniuge torua
Per tenebras longè aſpiciens & lurida paſcit
Lumina ſupplicijs uarijs, ſæuosq́ miniſtros
Imperio exagitat: cui nox triſtia quæq́

Et fune, & torto famulantur ſtamine Parcæ.
Sub pedibuſq; triceps iacet atra ianitor urbis
Hæc uarijs inſculpta modis atq; ordine miro
A ſuperum regnis centrum, perducta ſub unum
Lælius aſpiciens puro nil uilius auro
Agnoſcit, pedibuſq; premit quæ rara putantur.
Inde procul magnæ tranſcurſis finibus aulæ
Peruenit ad Regem, ſolio tunc ille ſuperbo
Surgit, & amplexum cupidè petit hoſpitis, inde
Conſidunt, placito mox Lælius incipit ore:
Optime Rex tanto quem ſors dignatur amico,
Quantum non alium rediens Sol littore ab Indo,
Dum petit Heſperium deſpectans cuncta cubile,
Aut uideat uidit ue mens aut niſi cæca uidebit.
Suſcipe, ne uanas abeant mea uerba per auras.
Maximus in magno Scipio notiſſimus orbe,
Te ſaluere iubet, ſi quid ſanctumq; piumq;
Eſt uſquam, ſi pura fides, ſi cura decoris
Durat apud gentes, populo ſunt largiter uni
Omnia, ſed populi ſummum nunc poſsidet unus.
Roma caput rerum, Scipio dux ſummus in illa eſt,
Haud equidem conficta cano, nunc ille tuam Rex
Poſcit amicitiam, uidiſti qualia Pœni
Pectora ſint, quàm fluxa fides. mihi crede ſecundos
Bellorum euentus, ſi quos Deus ille Deorum
(Auertat fortuna) daret: tibi peſsima regni eſt
Conditio, & multis obnoxia uita periclis.
Et modò terror eos non ſpiritus ullus amoris
Continet: at nulla Romanis certior ars eſt,
Quam ſeruare fidem nil illa eſt charius, ampla
Diuitiæ nobis dulces numerantur amici.
Teſtis adeſt paruo diſtans Hiſpania tractu,
Teſtis & Auſonia eſt: at tu nunc Africa noſtram
Experiare fidem, & populi promiſſa togati.
Ipſe tibi noſtra nihil opportunius uſquam
Cernis amicitia, procul abſumus unde timeri
Tædia cara queant, ſi poſcimur, ampla paratis
Claſsibus exiguo tranſmittimus æquora uento.
Noſtra ubi tempus erit, medio radiantia campo
Improuiſa tuis occurrent hoſtibus arma.
Præterea niſi ſæua uiam quam ſternimus ultrò
Obſtruit ac medios fortuna intercipit actus:
Fixa manet populo ſententia tollere turbas
Regum, atq; indignis ſceptrum extorquere Tyrannis!
Omnia ne ad paucos redeant, nam Rege ſub uno
Optimus eſt patriæ ſtatus, & malè uiuitur inter
Regnantum ſine lege greges. tunc Africa tandem
Omnis ad unius redeat moderamina Regis.
Cætera prætereo, nam quis te dignior alter
Littus Atlanteum rubraſq; intricaret umbras?
Munera quin etiam ne deſpice fortis amici,
It tibi namq; Apulis rapidum ſub finibus ortum
Mittit equum, bellis habilem: qui curſibus Auſtros
Aequat, & infeſto uenientia tela tonante.
Iungit equo phaleras, niueo monilia collo
Aurea Samnitico quondam prærepta tyranno
Addit & arma uiros, rigidis fortiſsima uenis
Quæ aperit uario præfertilis Ilua metallo.
Aſpice nigrantem galeam, gladiumq; nitentem:
Aſpice quàm tutum tegit ingens lamina pectus,
Vt faciles ocreæ, uarijs ut purpura bullis
Intertexta micat, ferrumq; obnubit opacum.
Ferreus ut fuluo ſtimulus ſplendeſcat in auro.
Vt procul haſta ferit, clypeuſq; ut uulnera curuo
Excutit obiectu chalybum. Romana deinceps
In bellum fer ſigna precor, fœlicibus iſta
Sumpſeris auſpicijs, magni Scipionis amicus
Hoc petit ille nolens hoc te tua Roma precatur.
Iunge fidem, fœduſq; feri, ſit fauſtus utriſq;
Iſte dies, gemina ſemper celebrandus in ora
Europæ, Lybiæq; bonus. Sic ille locutus
Conticuit, uocemq; ſimul uultumq; continet.
Tunc rex blandus ait, ueſtrum Romane libenter
Propoſitum amplector, nec amici munera tanti
Deſpicio, ueſtramq; fidem, ſed iungere fœdus
In partemq; noui ſubitò tranſire pericli
Sponte mea uereor, niſi primum cernere coram
Magnanimum facis ipſe Ducem, mihi ſumma uoluptas
Victricem tetigiſſe manum, quæ fœderis obſes
Fida ſit, & pignus uentura in ſecula pacis.
Scimus quanta quidem uirtus, quàm clara per orbem
Fama uiri nullus Romano illuſtrior uſquam
Viuit in imperio, nulluſq; potentior alter
Flectere uoce animos, & pectora fronte mouere.
Tangimus & meritis, & nomine tangimur ipſo,
Optamuſq; ducis congreſſum, dextera dextræ
Hæreat, atq; oculis oculi, permixtaq; uerbis
Verba ſonent, faciatq; fidem præſentia famæ.
Nam neq; uſq; adeò ſunt corda feracia nobis
Pectore ſub noſtro, nec mens tàm Barbara uiuit:
Vt non pulchra oculos moueant, ſpectataq; uirtus
Alliciat, capiatq; animos. me maxima regni
Cura tenet dubij, fineſq; excedere auitos
Circumfuſa uetat regio fœcunda Tyrannis.
Iuiſſem uiſurus eum, nec gloria facti
Parua foret, tantum quæſiſſe per æquor amicum.
Ille igitur quem degeneris non lenta morantur
Frena metus, quem ferre mali patientior ætas
Aſpera quæq; monet, ſi noſtri eſt cura per undas,
Tuta uia eſt, ſociam, ſi quid mihi credis, ad aulam
Colloquium petat, & ſermone fruatur amico
Interea tamen ad noſtras accedere menſas
Vmbra monet creſcens, & pars extrema diei.
Dixit, & exurgens ſolio dextramq; benignè
Apprendens ſtratis ſublimem ex more locauit
Purpureis. notum mox ampla per atria ſignum
Dat tuba: conueniunt famuli, turmæq; frequentes
Diſcurrunt, non una dapes, non pocula ſimplex
Cura fuit uariare uiris, pars aurea geſtant
Vaſa manu, pars criſtallo ſplendentia puro.
Aſt alij effoſſos gemma crateres in ampla
Implebant ſpumante mero, quod miſerat olim
Ipſa parens Meroë Phœbo ſuccenſa propinquo.
Ardeſcit ſplendore domus, fremituq; redundat.
Talis apud menſas (niſi teſtem ſpernis Homerum)
Cœna fit Alcinoi: ſedet illic blandus Vlyſſes,
Lælius hic hoſpes mellito affabilis ore.
Vix dum finis erat dapibus, cum comptus in oſtro
Aſſurit argutus iuuenis, patrioq; canoram

Intrepidi

Increpuit de more lyram dulcedine mira.
Obſtupuere omnes, ſonitum mox uerba ſecundant.
Maximus Alcides poſtquam fera monſtra per orbem
Perdomuit, fecitq́ uiam ſibi uiuus ad aſtra:
Euacuans ſaltus Nemeos, Lernamq́ paludem,
Terribileſq́ diu umbroſi colles Erimanthi
Faucibus Hemoniæ ſeſſis, clariſq́ duabus
Vrbibus euerſis, ſtratiſq́ bimembribus altis,
Et caſo Gerione ferox, dignatus ad iſtas
Ferre gradum terras, & noſtra pericula tandem
Diſcutiens, patrijs Anthæum extinxit in aruis:
Libertas hinc noſtra uenit, teterrima peſtis
Herculea compreſſa manu, tuta omnia laxè
Liquit, & inſolitis patuerunt rura colonis.
Omnibus ex actis pacati conſcius orbis
Ipſe ſibi. Limenq́ petens inertius orci.
Cominus horribilemq́ auſus ſpectare Megæram
Haud procul à noſtris, memorandum, finibus altè
Erexit geminas pelago turbante columnas
Vtq́ peragrati foret illic terminus orbis
Edixit fueratq́ diu, ſed nuper ab orco
Veſanus ueniens iuuenis, conuellere metam
Eſt auſus, nomenq́ ideò mutare nequiuit
Herculis auctoris. Lybiæ cui rura tenenti
Longæuus nimioq́ Atlas ſub pondere feſſus
Depoſuit cœlum ac ſtellas, ſic ipſe quieuit
Nec ſibi longa quies: nam mox dulce ſine captus
Heu miſer, atq́ oculos auſus uidiſſe Meduſæ.
Vertitur in ſcopulos, nunc ſtat qui terminus ipſi
Magnus, & ingenti tellurem contegit umbra,
Immenſoq́ iacet ſpatio porrectus, & aſtra
Vertice tangit adhuc, illum nix hoſpita ſemper
Et nymbi atq́ auræ quatiunt, & fulmina & imbres
Non tamen ipſe diu poſt caſum manſit inultus
Vltor ab Arcadia nam Palladis arte tremendũ
Colla tulit monſtri Lybicas cruor ille nefanda
Infecit ſanie tabi ſtillantis harenas.
Sic nocuit mundo uiuens moriensq́ Meduſa
Poſt regina Tyro fugiens his finibus ampla
Mœnia conſtruxit, magnam Carthaginis urbem
Ex re nomen ei eſt: mox aſpernata propinqui
Coniugium Regis, cum publica uota ſuorum
Vrgerent, ueteris non immemor illa mariti
Morte pudicitiam redimit, ſic urbis origo
Oppetijt Regina ferox, iniuria quanta
Hinc fiat, ſi fortè aliquis quod credere non eſt
Ingenio confiſus erit, qui carmine ſacrum
Nomen ad illicitos ludens traducat amores
His igitur fundata modis urbs tempore creuit
Exiguo, ac rebus ſemper coniuncta ſecundis
Inuidia exciuit ualidas in prælia gentes.
Tunc acres uixere uiri, quos inter amore
Inſignes patriæ fratres Carthago Philenos
Nunc colit extinctos, numerumq́ auxiſſe Deorum
Extimat, ac gemini ueneratur nominis aram.
Hi patriæ uitam cupidi ſi fortè negaſſent
Plura Cyrenæo cecidiſſent millia campo.
Vltima nunc bellis agitur feruentibus ætas,
Nec mare quod fauis media, nec iuncta Charybdi
Scylla rapax, Italis Pœnos à finibus arcet.
Hannibal æterno dignus cognomine montes
Perfregit latios, atq́ uiam rupit aceto
Saxa prius, ſtrauitq́ uiam legionibus aptam.
Hic ubi ſyluestres ſolebant turbare capellæ
Concurſum eſt totiens, iam ſanguine rura madeſcunt
Iamq́ rubent fontes, Italis iamq́ altior armis
Exerit herba caput. ſubitò dimiſſus ab aſtris
Cum iuuenis memorandus adeſt, patriæq́ ruinas
Fert humero. uides hunc claris Hiſpania factis,
Africa iamq́ audis, ſic nunc ni picta duorum
Stat fortuna Ducum, ſic iam ſub pondere nutat.
Finis erit quem fata dabunt, ſed magna parantur
Huc ubi perduxit carmen cythariſta repentè.
Subticuit, digitoq́ lyram percuſſit inanem.
Plauſus ad hæc ſequitur procerum, populiq́ fauentis.
Rexq́ iterum Lybicos audiſti ex ordine caſus
Hoſpes ait: noſtraq́ uides primordia gentis.
Græcia ſi dictis eſt debita noſtra retexe
Principia, noſtroſq́ duces. hic leniter ille
Subridens, quam congeriem Rex optime rerum
Exigis? an breuiter noſtros audire triumphos
Fortè putas breuior narrantibus exeat annus
Tu potius anguſtè conferre in tempora noctis
Cuius magna tetra pars eſt, tum lingua uolentem
Deſeris, impediunt curæ, ſomnuſq́ laborq́
Non uacat hæc inter tempus ſermone tenere.
Quis facilè Italiam per ſecula longa frementem,
Tuſcorumq́ acies, & tot Samnitica bella:
Ac totiens uerſa fugientes agmine Gallos
Explicet? aut noſtros & in hac tellure labores
Et pelagi medio: quos fors contraxerat ambas
Protinus infeſta coëuntes tempore claſſes.
Aut quas infœlix paſſa eſt Hiſpania clades.
Plena cadaueribus nec habentia flumina curſum
Aſſidueq́ noui fumantia cædibus arua
Quæ noſtri fecere Duces, annalibus altis
Tantorum capitur uix pars milleſima rerum
Quas ſi fortè iuuat, Tarpaia uiſet ab arce
Scipio tranſcriptos, ibi nam cuſtodia templi
Publica noſtrorum ſeruat monumenta laborum.
Illic multa leges, quæ ſint licet ampla, putata
Eſſe minora tamen uero, nec teſte citato
Eſt opus, acta patent. ſcriptorum copia nunquam
Romano fuit in populo, quot gratis abundè
Orbis habet noſtris, facere eſt quã ſcribere multo
Dulcius, atq́ alijs laudanda relinquere facta
Quàm laudare alios: quin anguſtiſſima libris
Si quis interdum uideas quæ geſſimus illos
Externæ ſcripſere manus, at Græca Latinis
Addita res nequeunt tantas æquare loquendo
Ingenia, hoc ueſtro maneat ſub pectore certum.
Nunc quantum nocturna patet ſermonibus hora,
Principia expediam. Teucrorũ à ſanguine longa
Gentis origo uenit, uictrix quem Græcia bello
Dicior ad patrios muros ſparſiſſe biluſtri.
Et fortaſſè aliquis iam tanti criminis ultor
Natus in Italia eſt: ſed nunc ad cœpta reuertor.
Naufragio ex tanto, uixq́ ex tot millibus unus
Integer euaſit ſine crimine: namq́ ubi Troiæ
Matris adhuc phrygio fumabat littore buſtum,

Iamq́ ciuis facilem incipijs glomerare fauillam,
Inclytus & claris multum ſpectatus in armis
Dux Anchiſiades, cui non uia prona ſalutis
Viribus aut proprijs, aut urbibus eſſet amicis.
Deſtituit patriam lachrymans, charamq́ cubilis
Conſortem, & paſſus terra caſusq́ tremendos
Erroresq́ uagos & mille pericula ponti.
Impiger Auſonias tandem tamen attigit oras.
Itq́ ubi belligerum Latij ſenſere coloni
Troiugenam: externoq́ uiro Lauinia pactos
Reddidit amplexus: ſacro pia fluminis membra
Deſeruit moriens, puer hunc excepit Iulus
Succedens, illumq́ alij: ſic omnia Regum
Tempora fluxerunt longam qui manibus Albam
Sub ſceptris habuere ſuis ad Tybridis undam.
Donec magnanimus poſuit noua mœnia paſtor,
Vltor auí, uindex ſcelerum, quē noſtra parentem
Dixit, & æthereas defunctum traxit ad arces
Poſteritas, raptoq́ tulit ſua thura Quirino.
Fundamenta uides urbisq́ exordia noſtra.
Quos tibi nūc ſermone duces? quæ nomina fando
Exequar? innumeram uideo concreſcere turbam.
Præcipuè ex quo Iberteas tulit ampla uirorum
Semina nobilium, & tranquilla pauit in urbe
Ingentes animas. ſtellata ſydera noctis
Et pelagi fluctus, & harenas littoris antè
Enumerem, quàm cuncta quibus mea Roma ſuperbit
Nomina clara Ducum, Curios forteſq́ Camillos,
Et Paulos bello claros, Fabioſq́ trecentos,
Quos ſimul una dies patriæ ſubduxit egenti.
Torquatoſq́ truces, Lepidos, duroſq́ Catones,
Fabricios modico contentos. Indica curſu
Nomina quæq́ dedit cœlo demiſſa uolucris.
Marcelloſq́ animi illuſtres, Graioſq́ feroces
Et regulos fidei plenos, quæ nomina belli
Fama tulit pridem ueſtras, niſi fallor, ad aures.
Et qui magna procul tranſcendūt omnia ſummos
Scipiadas, quos alma domus Cornelia cœlo
Extulit: atq́ hominum ſuperis æquauit alumnos
Vnde Ducum dux ille genus trahit. eſt mihi magnus
Enumerare labor uel nomina ſola domorum.
Quòd ſi geſta uelim percurrere digna relatu
Quantus erit? non uſquam mihi ferrea lingua eſt
Nec tibi ſunt aures, at ne fortaſsè putentur
Exemplo caruiſſe fides, quam ueſtra Philenis
Fratribus altiſono cecinerunt carmina cantu:
Pauca ſed è pleno longè repetentur aceruo
Namq́ olim aut uento terram impellente latentē,
Aut cauſa quacunq́ alia, prærupta uorago
Romano patefacta foro, conterruit urbem.
Stabant attoniti pleno circum agmine patres,
Vndiq́ ſollicitum, prægrandia uoluere ſaxa.
Vulgus anhelabat, pars conuectare caniſtris
Tellurem, magnasq́ trabes. nil molibus ullis
Cum fieret, ſimul ira Deum manifeſta moueret
Conſilio ſuperum uiſum eſt compeſcere peſtem
Dum pauidi reſponſa petunt, conſultus Aruſpex
O præclara nouis gens, inquit, territa monſtris.
Hoc ſpecus explendū eſt, non qua ratione putatis
Quid iuuat aggeſtu lapidum, & telluris inani

Flecteres uelle Deos? non ſi Tarpeius in imas
Sexq́ alij latebras deſcendant ordine colles,
At ſuper incumbat grauis Apenninus & Aethna
Finis erit, ſunt quæ uobis precioſa dehiſcens
Foſſa petit, paucis plenus concurret hiatus.
His dictis riguere animi, palloŕq per omnes
Mœſtus erat: multi gemmas, aurumq́ ferebant:
Argentumq́ alij, namq́ hæc meliora putantur
Inter inexperta, & uerorum ignara bonorum.
Corda hominum quos cæca ligat terrena cupido,
Nigraq́ corporei quos carceris occupat umbra.
Vnus ibi ante alios iuuenum fortiſsimus altè
Exclamat, quæ tanta animis ignauia cæcis
Vilia pro charis, pro magnis parua tuliſtis.
Nil opus eſt auro, fœdis quod terra cauernis
Euomit, aut lectis inter deſerta lapillis.
Vnum ego uos moneo: nobis uirtute uel armis
Nil melius tribuiſſe Deos. hæc ſumma profectò
Hæc uerè Romana bona, & ſi ſumma repoſcunt,
Arma uirumq́ dabo, dicens hæc, lumina cœlo
Erexit, templumq́ Iouis quod præſidet arci
Suſpiciens, tendensq́ manus ſurſum atq́ deorſum
Atq́ omnes ſuperosq́ Deos, manesq́ precatus
Ad quos tendebat. ualidum calcaribus ultrò
Vrget equum, barathroq́ uolens infertur aperto.
Arma ruente uiro lucem ſonitumq́ dedere.
Fit ſtrepitus, coëunt ripæ, & iunguntur in unum,
Virq́ ſequens tremula pars ultima tranſilit haſta,
Ceu quondam in modico cœlū ſplendore dehiſcit,
Et uelut ætherei reſerat penetralia mundi:
Inde repentino tranſcurrens turbine flamma
Viſa fugit, cœloq́ redit ſua forma ſereno.
Hic tibi uir quantus, patriæ quem reddere uitam
Ac uiuum terræ liceat dixiſſe cadauer.
Cernis & armatum ſtygios inuiſere lucos.
Curtius in noſtris fuit hic annalibus ingens.
Vis referam Decios, quorum prior ille Latinas
Fortè uidens acies noſtrorum terga prementes
Conſtitit ingemuitq́ ferox, mox magna precatus
Numina, deuotum medios ſe miſit in hoſtes
Victato capite, & fuerat cinctus more Gabino.
Ipſe quidem ingeſtis proſternitur undiq́ telis
Nobis morte ſua uictoria contigit illo
Certa die, ſecumq́ ſimul mens cæca tremorq́
Omnis in aduerſos ſubitò tranſiſſe Latinos
Creditur, ipſe habitu horrifico ſpectabilis atro
Celſus equo, ſpecieq́ humana anguſtior ire
Viſus erat. Decius id paruo poſt tempore natus
Iure uelut proprio pugnantibus agmine Gallis
Rettulit, & nomen patris, & pia facta ſecutus.
Quin etiam clara compellans uoce parentem
Traditur ad mortem indubiam per tela per enſes,
Gallorumq́ aciem, & cuneos penetraſſe frementes.
Secum ad uictores fuga tranſijt & metus & mors.
Tertius inde nepos, ut auitis atq́ paternis
Accedat titulis, quamuis obſcurius illū
Fama dedit nomen, ſimili pietate Lucanas
Strauit opes. ſimili deſcendens tramite ad umbras
Sic tribus in campis: totidem patet ordine ciues
Et palmam peperiſſe neci, & periſſe uolentes.

O gens

O genus eximium, dignum cui ſecula cuncta
Rite canant laudes, cui nulla obliuio ſenſim
Obrepat, ſeriorq́ uetet celebrare nepotes.
Cætera nota tibi, ac paſſim uulgata relinquo.
Vidiſti, neq́ enim tam longa interuenit ætas,
Vt nequeas uidiſſe quibus fortiſsimus olim.
Regulus expoſitus ſeruarit ſacra fidemq́
Supplicijs, quanto patriæ inflammatus amore.
Heu bene nate ſenex, nunquam tua fama peribit,
Tu moreris, tamen illa tibi manſura ſuperſtes
Viuit & æternum uiuet.
Quanquam quid genera, atq́ uiros memorare neceſſe eſt?
Cum ſæpe ad certam legiones currere mortem
Viderimus monſtrante Duce, & ſua fata docentes
Ire licet clamante uiri, uetitumq́ redire eſt.
Nec flexiſſe animos, ideo nec lumina quenquam
Prærapidoq́ leues uiſſe in uulnera ſaltu.
Romanum eſt ſi neſcis opus, contemnere caſus
Fortuitos, placidè uenienti occurrere morti.
Spernere quæ gentes aliæ mirantur & optant
Contrà autem amplecti quæ formidanda uidetur.
Vincere ſupplicia, & triſtes calcare dolores,
Sponte mori potius, quàm turpem degere uitam.
Dixerat ille autem, medio interrumpit & aufert
Plurima, quid Regum noſtrorum extrema relinquis?
Hoſpes ad hæc: fateor fortunas quærere Regum
Regius eſt ſermo, tamen hæc breuitatis amore
Tranſieram, tibi ſed ſuſpecta ſilentia forſan
Neue putes ideò quòd noſtris regibus auſi
Inſultare ſumus nos forti cupidine prædæ
Incenſos, nomen ſceleri quæſiſſe decorum.
Accipe uera rei fuerit quæ cauſa nouandæ.
Libertas optata diu, nunquam ue petita,
Mulcebat ſplendore animos, ſed ſceptra premebant
Efferaq́ imperijs urgebant regia duris.
Impendens capiti miſerorum & torpor inertes
Cœperat: immemoresq́ ſui, pudet illa referre
Pertulimus quæ mæſta domus, pudet omnia rurſus
Dicere quæ campis alienis caſtra ſequentes
Rege ſub infando iugulis ſumus impia paſsi
Mancipia & ſegnes animæ, nihil ille putabat
Per ſcelus horrendum titulos quæſiſſe ſuperbi
Criminibus in ſæua nouis cognomina mundo
Ingeret, patriaq́ ſuæ proli qualia monſtra
Millia tot pariter quibus omnia peruia uirtus
Fecerat: ac turbam cui tot fortuna parabat,
Et cui tot Reges populosq́ ſubegerat, unum
Indignum timuiſſe caput, nutusq́ prophanos
Obſeruaſſe ſacris pro legibus, haud ita Regem
Mellificæ uenerantur apes, fucosq́ nocentes
Atque leues culices arcere à finibus auſæ
Quæ dominum mellis trepidum ſæpe atq́ pauentem
Excludunt, omnes Regem tamen intus inermem
Exiguumq́ timent, illum admirantur, & illum
Militiaq́ domiq́ colunt, & regia ſemper
Aeria circumſtant, humerisq́ in nubila tollunt.
Nos quoq́ ſic noſtri timor & reuerentia Regis
Continuit, donec permixta ſuperbia luxu
Creuit, & intumuit turpis luxuria faſtu.
Tunc mora nulla uiris uiſum eſt ſuccidere ferro
Hanc ſaniem, medicasq́ manus in uulnera ferre.
Quæque ſub imperijs ſtetit inconcuſſa ſuperbis,
Victa ſub obſcœno cecidit patientia facto.
Regius infami iuuenis præcordia flamma
Succenſus, uulnusq́ tegens maleſanus acerbum
Nocte ſub ambigua matronæ limina caſtæ
Intrat, & exceptus placide, nil tale uerentem
Vi ſuperat, uoti compos, ſpoliumq́ pudoris
Fœminei referens, & opaca gaudia noctis
Lætus abit, furti tacitè ſibi conſcius alti.
Illa dolens, uitamq́ ſimul corpusq́ peroſa,
Et membris irata ſuis, uae tale pudenda
Fœmina luxuriæ uiuet dicebat, & in ſe
Semper adulterij ueſtigia fœda manebunt?
Et poteris ſpectare thorum, quo capta fuerunt
Omnia chara tibi, uir, uirtus, fama, pudorq́.
Quin obis, & triſtem potius precor effuge lucem
O anima infelix, inimicaq́ clauſtra refringe.
Hæc ſibi clàm queſta eſt, ſubitò patremq́ uirumq́
Euocat, id ſiquidem cupiens, ut teſtibus illis
Corporis inuiſum liceat deponere pondus,
Roma patrem, longinquaq́ uirum tunc caſtra tenebant,
Cui dum forte redit properant iam patre reperto
Nuncius occurrit, dominæq́ ex ordine noctis
Narrat, atrox facinus, ſed quod non nouerat ipſe
Eueniſſe domi, captimq́ opus eſſe reductus
Patri uiroq́ ſimul, ſtupet ad mandata maritus
Coniugis, incertusq́ animi, ſub corde uolutans
Quid ſibi fata uelint, aut quid fortuna minetur
Procedit diuerſa putans, & limine primo
Inuenit attonitum ſocerum, pariterq́ uocati
Ibant, & paribus curis alterna loquentes.
Illicet aduentu mulier commota ſuorum
Profudit lachrymas, mox percontante marito
An ne ſatis ſoſpes? minimè, nanque omnia dixit
Perdidimus, pretioſa ſimul, nil dulce remanſit,
Præreptaq́ pudicitia, hæc periſſe fatendum eſt
Heu miſera ſtant fœda tuo uir optime lecto
Signa aliena uiri, ſuit hoc uiolabile corpus,
Integer eſt animus, mors teſtis, porgite dextras
Et præſtate fidem, ſcelus hoc ne turpis ad umbras
Auferat impunis: tumuloq́ inſultet adulter.
Ex hinc indignans tranſactæ crimina noctis
Explicat, atque adhibet uerbis lamenta precesq́
Conſolantes uiro mæſtam, facinusq́ negante
Eſſe ubi mens pura eſt, ego me ſic criminis dixit
Abſoluo, ſceleris pœnas euadere nolim:
Exemploq́ mei non uiuet adultera Romæ.
Dixit, & eductum latebris qui ueſte latebat
Pectore ſub niueo gladium moribunda recondit.
Et ruit in capulum, uelut hoc celeuare pudorem
Vulnere proſtratum ualeat, ſic nota parentem
Fama refert uolucrem, proprio de ſanguine natos
Extinctos dira morſu ſerpentis ad auras
Tollere, & illorum exequijs expendere uitam
Horrida conclamant cernentes uulnera, luctus
Exoritur, tremuitq́ domus ſub murmure tanto.
Brutus ibi ſolus lachrymas, & inania uerba
Caſtigat, uir egregius, celata ſub alto
Pectore cui uirtus ingens erat. ille cruentum

Feruidus educens ſpumanti uulnere ferrum,
Attollensq́ manu, ſuperos ſummumq́ tonantem
Iuro ait, huncq́ olim caſtum intactumq́ cruorem
Quod flammis ferroq́ genus, ſobolemq́ domumq́
Regis, & inuiſum caput, ac Diadema ſuperbum
Nunc, poſt hac ſempes, mihi dum lux iſta manebit
Perſequar æternis odijs, nec regna tenere
Ille poteſt, poterit manus hæc dum tela mouere.
His dictis alios eadem iurare coëgit.
Mirantes unde hæc audacia tanta repentè
Pectore ſub Bruti: uel quo de fonte ueniret.
Conuocat hinc ciues, triſte & miſerabile uiſu
Protrahit in lucem populo ſpectante cadauer.
Oſtenditq́ alijs gladium pulmone tepenti
Vndantem, pectusq́ alijs, uulnusq́ profundum
Admonet, hunc natæ, iubent hunc meminiſſe ſororum
Coniugis eſt alium, pignus cui norat amoris
Eſſe domi prædulce aliquod, quo regia pergant
Acta docet, faſtuq́ ferox adiuta libido.
Ira dabat ſtimulos, & rebus conſona uerba,
Purpura cæde madens, palloŕq & frigida membra:
Et patris atque uiri, ſpectacula cruda mouebant,
Omniáq exuperans fortis uiolentia Bruti.
Illum igitur quoque gradum deflexerat, ingens
Turba ſequebatur ferro ſuccincta uirorum:
Fœmineiq́ greges crudelia fata gementes
Quis fuerat celebri ſpectata Lucretia fama.
Quid moror? hiſtoria eſt multarum maxima rerum.
Hoc Duce, pelluntur Reges, exulq́ ſenexq́
Tarquinius moritur, nati omnes, diraq́ coniunx,
Supplicium ſcelerum non una morte luerunt.
Corruit in cineres Regis domus alta ſuperbi.
Regnorum hic finis, poſt hæc meliora ſequuntur
Tempora, & hinc noſtri libertas incipit æui.
Annua perpetuos ſtrauerunt iura Tyrannos.
Sæuaq́ legitimæ fregerunt ſceptra ſecures,
Atque unum peperere duo, geminata modeſtos
Ferre magiſtratus ſubitò noua ſigna uideres.
Primus iuis faſces autor qui primus adeptæ
Libertatis erat, ſtudio ſeruauit eodem
Denique quos peperit natos, qui regia mallent
Imperia, afflictos uirgis, truncosq́ ſecuri
Compulit ad mortem pro libertate ſerena.
Tam ſimul infelix genitor, quàm ciuis honeſtus:
Tam rigidus Conſul, quàm libertatis amator.
Idem poſt Regis ſobolem fera bella nouantem,
Regnaq́ ui ſtali repetentem iura paterna
Obuius excepit, iuuenemq́ ſuperba minantem
Vulnere lætali tranſfixum compulit orco.
Sed dum torua frement, odioq́ aſſenſus in illum
Irruit, alternæ non uidit cuſpidis ictum.
Ac pariter cecidere truces, at fortior illum
Inmoriens Brutus reſupinum corpore texit
Victor ad extremum: ſic immemor ille pericli,
Eruit infandam inde animam, & ferus ultor ad umbras
Perfide Tartareas ferro ſi quæs inquit acuto
Talis per meritum ſexum ſimul omnis & ætas
Fleuit, & inſolitis ſtrepuerunt roſtra querelis
Præcipuè tamen, ut proprium luxere parentem
Vltoremq́ pudicitiæ gratiſsima matrum
Agmina, ut et longum eſſerunt mœſta per annum.
Nunc manet his Bruti ſemper uenerabile nomen.

AFRICAE FRANCISCI PETRARCHAE.

LIBER IIII.

INIERAT, *tunc Rex iterum placidiſsimus inquit:*
Magna quidem memoras, uideo quantum infima ſummis,
Et quàm ſint Romana alijs diſtantia ſecla.
Senio prætere a quid fœmina uiſta pudica.
Morte uelit, ne cuncta ſibi iam con ſida Dido
Arroget, aut iuuenis terra demerſus iniquæ.
Omnia ut noſtris contingant clara ſepulcis
Fratribus occurrunt, genitor uatusq́ nepoŕq
Vnum de cunctis, miracula maxima tranſis.
In turbam potuiſſe animos deſcendere tantos.
Plus hominum ſuprema dies quàm cætera terret
Hunc uirtus prædura ſolet minuiſſe pauorem.
Vix tamen hæc cunctis uſquam uix contigit uni.
Publica ſed nobis eadem eſt ſtat unica ueſtris.
Mens exercitibus pro libertate tuenda
Recta fronte mori, ſed quid ſuper omnia longè
Noſſe uelim, egregij uitam, & Ducis acta moderni
Prætereris, hoc igitur precor hoc ediſſere nobis
Qui mores, quæ fortuna uiri, quis pectoris hoſpes
Et animus, quæ maieſtas iuuenilibus annis
Inſita, namque unum nobis hoc crebrior illum
Fama tulit, tum præcipuè quæ geſsit Hybero
Nuper in orbe refer tibi ſi uotiſsima poſco,
Omnia ſi præſens ſpectaſti, & cernere ſoli
Cor licet arcanum, quoniam nil protinus ardens
Celat amicitia, at tu nunc feſtina parumper.
Nox ſubſiſte precor, Lælius dum pulchra uelatu
Eloquitur, teneat uiuros aurora iugales.
Et contenta ſenis gremio iacuiſſe mariti
Det ſpatium uerbis, ſolitoq́ iocoſior ille
Vxorem roſeam complexibus alliges arctis.
Vidit ut intentos animis atque auribus omnes
Lælius, & nullo concuſſa ſilentia motu.
Incipit: heu quanto tam grandia iuſſa ſequenti
Eſt opus eloquio: mihi non facundia torrens
Largaq́ Cecropia contingit Græcia lingua
Maximus infano iuueni uigilauit Homerus.
Ruſticus egregio uigilat nunc Ennius, atque
Dignus ut hic Graio ſic dignior ille latino
Vate fuit: precone autem fortaſsis Achilles
Indiges, hic nullo, ſurgit ſua fama ſine ullis
Artibus, inq́ dies creſcunt preconia, nec me
Fallit amor, ueniet tempus cum libera cælo
Fama uirum tollet: ſtimulis nunc forſitan ille
Inuidiæ ſed grata magis iam cœpta ſequamur.
Nulli unquam natura uiro tam larga fuiſſe
Creditur, æthereo corpus ſplendore niteſcit.
Imperioſa Ducem frons arguit aſpera blandum

Vnde

Vnde ſimul uibrant unum duo lumina fulmen
Quod nullus ſufferre queat, coma denſa per armos
Protinus ad Solem uenis ſerientibus aurum
Explicat impexum, quoniam caſsisq́ ſudorq́
Et labor aſsiduus prohibent, animusq́ modeſto
Contentus, cultumq́ timens tranſiſſe uirilem.
Celſior eſt alijs, quotiensq́ in prælia uentum eſt
Spem procul ipſe ſuis ſublimi uertice præſtat.
Terret & hoſtiles acies, ſpem quippe metum
Ille habet aſpectus.
Pectoris eſt qualem petit ingens ſpiritus aulam.
Cætera conueniunt, humeros & brachia cernas
Militis alti ſici, licet inter milia mille
Videris hunc, uerum ualeas cognoſcere Regem.
Iſte decor nimius multos trepidare coëgit
Immemoresq́ ſui, tenuit dulcedine quadam
Inſolita, tacitosq́ diu conceptaq́ uerba.
Diſtulit, aut alio deflexit calle loquentes.
Pulchrior eſt etenim mortali corpore longe
Atq́ hominem ſupra, uix illum fulgidus æquat
Iuppiter, aut puro pharetratus in æthere Phœbus.
Iſta tamen quia parua uiris, ſpernendaq́ forma
Commoda ſunt, ſileo. uultus ſpectaſſe ſerenos
Ipſe ſuos cernes, ueris q́ minora locutum
Me dices, datur hæc illi nam gloria ſoli.
Nominibus quiacum noceat præſentia magnis
Hunc ſuper attulit, cuius ſi quæritur ætas,
Nondum tridenum fateor peruenit ad annum
Omnis in aſcenſu eſt creſcens cum tempore uirtus
Iam ſua nunc ſenibus grauitas mutanda ſeueris,
Atque iuuentuti leuitas optanda ſerena eſt
Hoſtibus aſperius nihil eſt, nil dulcius inter
Charorum affectus, ſiue illum tela mouentem,
Siue armis poſitis uultos ſpectabis apertos.
Quid potius deceat dubites, hunc proſpera nunquam
Extulit, aut ſtrauit iaculis fortuna moleſtis.
Vnus ut rabiq́ eſt eademq́ mens permanet & frons.
Rebusq́ in ambiguis, rebus tranquilla ſecundis
Spernit opes, populi uentoſos ſpernit honores,
Gloria uera placet dulces conquirit amicos
Hæ ſibi diuitiæ ſunt, quas ſolet ille perennes
Quæ peperit ſeruare fide, modò fama per omne
Voluitur Heſperiam, iuuenem ueniſſe ſuperbis
Dijs ſimilem, cui uis hominum non nulla reſiſtat,
Quique etiam placida quoſcunq́ ſubegeris armis
Vincat amicitia.
Vincitur ut cœlo ſpecies telluris opacæ.
Florida ſi omnes tellus premit Itala terras
Vtq́ uites cœli pars purior una ſereni:
Italia ſic Roma potens præfulget in ipſa,
Solq́ ueluti radijs fulgentia ſydera uincit,
Scipio ſic omnes ſuperat, ſtat uera fateri
Non illum noſtro iuuenem de more creatum
Dixeris, atq́ idea non omnia falſa locuta eſt
Fama uirum ſuper aſtra leuans, nam protinus alto
Perſuaſum eſt multis hominem hunc deſcendere cœlo.
Nam quid cuncta ſequar, piget illa minuta referre.
Fabula ſed uulgo nota eſt, pulcherrimus anguis
Obuerſatus eum matris perſæpe cubili
Dicitur, & uiſus multis monuiſſe pauorem.

Suſpitioq́ frequens hinc iam uulgata per urbes
Diuini partus oritur, cui ſcilicet ipſe
Aeditus in lucem puer. & mox maximus idem
Vir ſimilis nulli diuinis rebus apertam
Atq́ animo facit ecce fidem, ſpectataq́ rurſus
Relligio, & uitam mos obſeruatus in omnem,
Namq́ ubi Sol oritur, ſolus ſolet ille remotis
Omnibus in cellam Iouis, anguſtiſsima nobis
Tarpeioq́ colle ſedet: cui ſacra pauentes
Rite ſacerdotes celebrant, ſecurus ad aram
Intrare, & limen foribus firmare reductis.
Hic quaſi multa loquens tempus terit, inde repentè
Digreditur, ſummosq́ animosq́ portendere uultum,
Cœleſtemq́ oculos uideas præferre uigorem.
Ipſe ſpei plenus, ſi quid tunc inſtat agendum
Aggreditur, certosq́ ſolet promittere magnis
Succeſſus belli: ueluti ſibi numine ab ipſo
Promiſſos, multis equidem ſic pectora campis
Accendit, tribuitq́ animos, & poſſe coëgit
Quòd modo non poterant, uires mens firma miniſtrat.
Nilq́ ualent armis, niſi quod dedit illa ualere.
Sæpe ego conſpexi cum iam ferienda retrorſum
Terga darent acies, & Signifer ipſe trementi
Vix regeret uexilla manu, rapuiſſe magiſtro
Pila ducem pauida, & medias penetraſſe phalanges
Clamantem: Deus ecce præit, ſequimur ne uocantem
An fugimus? ſequar ipſe libens, uictoria ſoli
Continget promiſſa mihi: & ſi fata uetabunt
Vnus ego emoriar, uos en fuga libera, poſt me
Viuite degeneres, aliter moritura iuuentus.
His dictis reduxiſſe acies, & pectora morti
Oppoſuiſſe uiros, ſic uincere ſæpe coactus
Tantus amor Ducis eſt, tantus pudor urget in arma.
Nanque ubi perpendunt quanta eſt conſtantia mentis
Quanta fides ſuperum, quàm præſens Iupiter illi
Conſiſtunt, iuſſuq́ Dei remeare putant ſe.
Hæc propter cum multa adeò tractauerit olim
Ardua, nulla acie uictum dum primus in illa
Dux foret, aſsiduis meminerunt ſecula bellis.
Caſibus hic quoq́ nunc quantum ſibi fortè futuris
Præſumat, ſeu quos iubeat ſperare laborum
Euentus audire uelis: Carthaginis altæ
Mœnia iam quatit, ille animo iam ſcandere in arcem
Cogitat, ac pelago titubantem inuoluere Byrſam:
Vt leo ſeu nitidam in pratis errare iuuencam
Præcipiti ſtimulante fama, ſeu turbidus hoſtem
Fariè laceſsitus iaculis proſpectat, & iras
Supprimit, ac rabiem frenat, dum proximior ſit
Interea tamen abſente nondum unge cruento
Dilacerat, mordetq́ oculis, ac tota pererrat
Viſcera, & inuiſum minuit per fruſtra cadauer.
Sic noſter mihi crede leo nunc æſtuat. ullas
Nec metuit uires, tantum ne præda uel hoſtis
Auffugiant timet, atq́ aditus circumſpicit omnes.
Omnia poſſe putat quæ uult quæcunq́ putauit
Poſſe, poteſt: igitur peragit quæcunq́ cupiuit.
Optima ſola tamen cupit & pulcherrima facta.
Quid iam de pietate loquar, quæ cognita patri eſt.
Et patriæ, uarijs olim ſpectata periclis?
Sed duo nunc tetigiſſe ſat eſt, furor hoſtis acerbi

Flenda

Flenda Ciſalpinis iam Gallica rura colonis
Vaſtabat: Romam iam flamma padocenus ardens,
Et capitolinas fumus perflabat ad arces.
Maximus huc noſtri genitor ducis, ipſe malignis
Mittitur auſpicijs, quia multa patentibus aruis
Congredimur: ſuperat Pœnus, perijſſet in illa
Dux acie, niſi natus agens tunc circiter annum
Octauum decimumq; ferox tellure iacentem
Transfixumq; latus, media de morte parentem
Eripuiſſet (opus pueri) mediosq; per hoſtes
Feciſſet mucrone uiam. Iam fata premebant
Vltima, iamq; minax ferro, facibusq; potentem
Hannibal Italiam confecerat, atra cruentus
Cannarum & noſtro famoſus ſanguine uicus.
Vulnera uiſceribus latijs inflixerat, omnem
Spem metus expulerat, ueluti cum fluctibus almis
Succubuit, cœliq; graues pelagiq; tumultus
Non tulit, horreſcunt nautæ pallorq; per ora
Funditur, ac trepidos angit noua cura magiſtros.
Qua rapiat ſibi quiſq; fugam, ſeu littora ſaltu,
Seu ſcopuli ſaxoſa petens iuga parua propinqui,
Seu reſidens trunco, diſiecti turbine claui
Enatet, & rabido committat brachia ponto:
Talis erat noſtræ ſtatus urbis, talia nobis
Conſilia, heu quantas tracturus mole ruinas
Imperij nutabat apex, quid uera fateri
Diſtulerim? coëunt iuuenes, Princepsq; Metellus
Conuentus, fuga ſola placet, terrasq; nocentes
Linquere, & Heſperiam uictori tradere Pœno:
Quod ſimul innotuit, ceciderunt corda, tremorq;
Omnibus inceſsit gelidus, tum fortè Tribunus
Militiæ, uix dum teneras lanugine prima
Exornante genas, erat imperterritus unus
Scipio, dumq; omnes dubijs ſuccurrere rebus
Conſulerent inopes animi, tempusq; pauentes
Extraherent ſermone uago: quo pergimus inquit,
Egregius iuuenis? non tempora longa ſuperſunt
Conſilij, ſed facto opus eſt, quin ſtringimus enſes.
Ite precor mecū proceres, quibus ultima cura eſt
Vrbis & imperij, ueſtigia noſtra ſequantur.
Publica res nondum perijt, taliq; iacentes
Erexit ſermone animos, conſurgimus omnes
Conſequimurq; Ducem: non illo celſior ibat
Amphitrioniades cum dura rebellibus olim
Prælia ſemiferis, & grandia tela moueret.
Imus, & ut trepidi uentum eſt ad tecta Metelli,
Irruit ipſe prior, ſtabat tremefacta pudendis
Conſilijs intenta manus, uix mæſta ſonabant
Murmura, uix pauidum feriebat lingua palatum:
Qualis ineſt captis color, aut fiducia frontis
Quos fera terribili addixit ſententia morti.
Illi equidem miſeri trepidant, letiq; propinqui
Caſibus attoniti, ſpectant tamen omnia circum
Quà fugiant (quando illa patet uia ſola ſalutis)
Tunc ſuper inſultans ſtricto mucrone tremendus:
Iuro, ait, ætherei per numina ſumma tonantis,
Me nunquam dum uita mihi dum membra manebunt
Deſerturum urbis Romæ, Italiæq; labores,
Paſſurumue alios, & nunc tibi Quinte Metelle
Iurandum eſt pariter. uel ſi fortaſſe recuſas,
Hac moriere manu, uobisq; nouiſsima uenit
Omnibus iſta dies: gladiumq; erexit, & omnes
Contremuere metu. facti Dux ipſe Metellus
Diriguit, res nempe ferox inopinaq; mentes
Preſſerat. haud aliter quàm ſi Iouis ira triſulcum
Torſiſſet male firma domus in culmina cœlum:
Nec ſecus irati ciuis tremefecit imago
Hannibalis, quàm ſi uictritia ſigna uiderent,
Impendere ſibi mortemq; & uincla minari
Ergo in uerba ſimul quo iuſſerat ordine iurant.
Dux prior, inde alij, mirè ſic ille pudendam,
Compreſsit uirtute fugam, uix ſextus ab illo
Annus agebatur, quo patrem à morte reduxit.
Occiderant almæ duo maxima lumina Romæ
Scipiadumq; ingens uno prope tempore nomen
Obruerat fortuna nocens, Hiſpanaq; tellus
In dubijs amiſſa fidem mutarat auitam,
Millibus ex tantis procerum conſurgere nullus
Nullus ad immenſe reparandum uulnera cladis
Audebat præſtare manus, tum filius ultor
Et patris & patrui nomen dedit, isq; Pirenem
Transgreſſus maiore animo quam uiribus, omnem
Retulit Heſperiam populi ſub iura Quiritum
Qua duo lata patens inter diſtantia multum
Aequora porrigitur: uel qua longiſſima tractu
Ad ueſtrum eſt hinc uerſa more, Herculeasq; columnas
Illinc perpetuus nomen debentia flammis
Ad iuga conſurgens Gallorum proſpicit arua
Quicquid in his habitat terris hominum uel opum uel
Hoſtibus ereptum fortuna iudice noſtrum eſt.
Vt tamen ex multis decerpam pauca decoris,
Vrbs ſedet, Hiſpano poſuit quam littore primus
Haſdrubal, & magnæ nomen Carthaginis illi
Impoſuit, cuius partem ualidiſſima cingunt
Mœnia, parsq; maris rapido defenditur æſtu.
Huc opes Pœni pompas, huc ſigna urosq;
Contulerant, atq; arma duces: quia ſiue per undas,
Siue per explicitos inſtarent prælia campos,
Opportuna foret, belloq; aptiſſima ſedes.
Antiquam leuo proſpectans tramite mawem.
Proximus huc etiam populus confugerat omnis
Tuta petens, ceu cum primas incendia flammas
Attollunt, piceusq; uolans replet æthera fumus.
Diffugiunt quos dira fugat uicinia peſtis
Euacuantq; domos, ſecum pretioſa ferentes,
Et teſtudineam concurrunt undiq; ad arcem.
Huc famæ ſignantis iter ueſtigia ſeruans
Scipio contendit, neglectaq; cætera linquens
Hanc petit, huc acies ducit Romanaq; circum
Caſtra locat, paruumq; leui ſtruit aggere uallum.
Mira loquar, ſed uera tamen, non mœnia crebris
Turribus, & ualido circumfirmata paratu,
Militis ut ardor, ſua fata extrema uidentes
Cuſtodumq; acies, & propugnacula mille:
Ac turbanda procul ferientes caſtra baliſtæ.
Scandentem muros, perq; omnia tela ruentem
Suſtinuere Ducem. breuior non contigit ullis
Mœnibus obſidio, ſiquidem primordia bello
Vna dies finemq; dedit: non tecta reliquunt
Ocyus imbelles Ioui inſtimulante columbæ

Armi

Armigero, aut pauidi uenientem ad luſtra leonem
Diffugiunt lepores ſubitò, cuſtodia portæ
Deſeritur, pauci ualidè ſe mœnibus artis
Occultant, alij fugiunt, totamq́ per urbem
Sternuntur. uario complentur cuncta fragore,
Pugnantumq́ ſimul ſtrepitu, gemituq́ cadentum.
Qualis ab Aethiopum capidis cum tollitur auſtris
Littore tempeſtas noſtrum caſura ſub axem,
Apparet metuenda procul, mox proxima nubes
Decidit, & mixtis deſcendunt fulmina ſaxis:
Iamq́ tument amnes, iam qui modo ſegnis abibat,
Quilibet alta fremens imitatur fulmina torrens.
Turbati agricolæ fugiunt, ingeniq́ ſuperne
Terror ait miſeros pereunt armenta furentis
Fluminis obiectu, quos quæ trementia uoluat
Lumina terrifici disiectis nubibus ignes
Præſtringunt, moriq́ ante pedes, nec flectere quoquam
Poſſis iter: nec ſtare queas, hinc luctus & horror,
Lugubresq́ procul reſonant per nubila uoces.
Multa ſub hoc tempus micuerunt indole clara
Signa Ducis manifeſta noui, uir quantus in armis
Et quantus poſt bella foret nanque arma mouente
Milite ab aduerſa, non Mars uiolentior urget
Infeſto temone trabas, nec acerbior Hebro
Spumantes immergit equos, uerùm acer recluſa
Hoſtis ubi ad ueniam proiectis concidit armis,
I licet extinctus cecidit furor, iraq́ ceſſit
Pulſa animo, ferrumq́ manu ſic atra ſerenat
Nubila pacifico deſpectans Iuppiter ore.
Continuoq́ ſilent uenti fugiuntq́ procellæ.
Sol nitet, emergunt fulcis ſua noctibus aſtra,
Et munda ſua forma redit: iam uictor ad arcem
Tranquillus uoluebat iter, Romanaq́ celſis
Turribus affigi uictricia ſigna iubebat.
Poſt hoc ſacra Deis meritaq́ rependere grates
Inſtituit, ſtabat cinctus de more ſacerdos,
Lataq́ deuoti feriebat pectora tauri.
Compellans ad ſacra Iouem, Phrygiosq́ penates,
Romuleamq́ animam: cuſtosq́ ex ordine diuos
Cuſtodes latij quorum capitolia curæ
Credita perpetuæ mundi caput eſſe merentur,
His actis grates meritas & debita ſoluit
Præmia militibus, uirtus, ut alatur honore
Haud equidem ignarus. fuerat mos ille uetuſtus
Romanis Ducibus primo ſeruatus ab æuo:
Inualidas turresq́ altis cum mœnibus urbes
Cingere obſidio cui primum ſcandere muros
Seu uirtus, ſeu fata darent proponere dictam
Nomine mirabilem de re uenientem coronam.
Hoc pretij prædulce genus, quia gloria mentes
Erigit, immemoresq́ omnis facit una pericli.
Id modò proſpiciens animos Dux talibus ardens
Impulerat ſtimulis, ſed enim faſtigia uictis
Apprendiſſe duos manibus uox publica & ingens
Ortus erat caſtris ſtudio uariante tumultus
Hunc illi: contra illum alij laudare fauentes.
Sic ubi uulnificus ferientes dentibus aprum
Eiectum caueis, & apertis ſentibus acres
Eripuere canes certatim, omnesq́ per artus
Explicuere ſolo, ſtrepitus conſurgit ab alto
Spectantum iuuenum, quis primum figere morſus
Clunibus hirſutis auſus, quis prendere ſaltu
Hiſpida terga feri, quis primum haurire cruorem.
Pugna canum ſit, de meritis uenantibus unà
Illi uictores latratum in nubila tollunt.
Scipio turbatos cuneos atque arma frementes
Agnoſcens uirtutiq́ noui non parua duelli
Semina diſcordes raptim ad prætoria turmas
Conuocat. & uerbo ſurgentes comprimit iras,
Quin, ait, amborum uirtus tam clara uirorum
Eminet, ut cunctis longè poſt terga relictis
Officiat ſibi ſola quidem ut debita neutri eſt
Fama uel ambobus, quod dignius eſſe putamus
Nam prior eſt quem nemo præit, ſic ore ſereno
Fatus, & amborum pariter uiridante corona
Tempora circumdat, ſimul impetus omnis & ira
Concidit, hunc finem triſtes habere querelæ.
Haud aliter quàm cum ualidos in prælia tauros
Excitat inuidia, & dilectæ candor amicæ:
Cornua tentantur truncis mugitibus auræ
Complentur, tunc ampla fouent armenta duobus.
Et partem fecere boues, ſi prouidus iras
Perſenſit, cupidosq́ agnouit paſtor amores,
Tempeſtiuus adeſt & blando murmure motus
Temperat, ac pugiles uictrici fronde coronat,
Et ſua placatos procul inde per arua remittit.
Interea lachrymoſa cohors, miſerabilis ingens
Fœminea audita eſt, gemitu ſua mœnia complent.
Hic pius infremuit iuuenis, geſtitq́ patronum
Ipſe pudicitiæ, tutæ committitur arci
Omnis ab incurſu metuens ſibi ſexus & ætas
Indignus auxilij populus cuſtodia ſanctis
Et mandata uiris, uetitumq́ ſub ora uenire
Fœmineum uulgus quòd lumina blanda pudori
Inſultant, caſtiq́ oculis flos rapitur oris.
Id modò permetuens longè captiua relegat
Agmina: proh ſuperi, mortali in pectore quanta
Maieſtas, ſpectate ſenem iuuenilibus annis.
Nam ſimul ætatis ſtimulos, ſlaremq́ uirentis
Blanditias perferre graue eſt, mihi crede, frequenter.

AFRICAE FRANCISCI PETRARCHAE.

LIBER V.

NOENIA magnanimus uictor trepidantia Cirthæ
Ingreditur, primosq́ lares & auita tuetur
Tecta libens, generis chara incunabula primi
Milite confeſtim ad portas cuſtode relicto.
Ipſe altam cupidus raptim tendebat ad arcem.
Sic ſtimulante fame lupus amplum nactus ouile,
Intima dum penetrat, ſocium præda atque laboris
Linquit, & ingreſſu quo tutior abdita ſidis
Corpora deducat latebris mergenda palato.
Ventum erat ad miſeri felicia tecta Tyranni

Quo

Quæ merſo maleſida uiro Regina tenebat.
Hæc ſubitis turbata malis in limine uiſa eſt
Obuia uictori, ſi quam fortuna pararet
Tentatura uiam duræ leuamina ſortis.
Vndique ſydereis gemmis auroq́ nitebant
Atria, non illo fuerat Rex ditior alter.
Dum tenuit fortuna fidem: nunc ſidite lætis
Pauperior non alter erat: tamen omnia longè
Regia præradians uincebat lumina coniunx.
Ille nec ætherei s nunquam ſeparandus ab aſtris,
Nec phœbæa foret ueritus certamina uultus
Iudice ſub iuſto: ſtabat candore niuali
Frons alto miranda Ioui, multumq́ ſorori
Zelotipæ metuenda magis, quàm pellicis ulla
Forma uiro dilecta uago: fulgentior auro
Quolibet, & ſolis radijs facturea pudorem.
Cæſaries ſpargenda leui pendebat ab aura
Colla ſuper, rectoq́ ſenſim lactea tractu
Surgebant, humerosq́ agiles effuſa tegebat.
Tunc olim ſubſtricta auro certamine blando,
Et placidis implexa modis ſic candida dulcis
Cum croceis iungebat honos, mixtoq́ colori
Aurea condenſi ceſsiſſent naſcula lactis
Nixq́ iugis radiis Solis conſpecta ſereni
Lumina quid referam præclara ſubdita fronti
Inuidiam motura Deis, diuina quod illis
Vix inerat, radiansq́ decor qui pectora poſſet
Flectere quo uelit, montesq́ auferre tuendo
Inq́ Meduſæum præcordia uertere marmor.
Africa ne monſtris caruiſſet terra fecundis
Hoc planctu confuſa nouo modo dulce nitebant
Dulcius ac ſolito, ceu cum duo lumina mixta
Scintillant pariter madido rorantia cœlo
Imber ubi nocturnus abit geminata ſuperne
Leuiter aërei ſpecies inflectitur arcus
Candida purpureis imitantur floribus almæ
Lilia mixta genæ, roſeis tectumq́ labellis
Splendet ebur, ſerie mira, tum pectus apertum
Leue tument, blandiq́ trahens ſuſpiria pulſu.
Cum quibus inſtabilem potuit pepuliſſe precando
Vnde nequit reuocare uirum, tum brachia quali
Iuppiter arctari cupiat per ſecula nexu.
Hinc leues longæq́ manus teretesq́ ſequaci
Ordine ſunt digiti propriumq́ ebur exprimit ungues
Tunc laterum conuexa decent & quicquid ad imos
Membrorum iacet uſque: pedes illosq́ moueri
Mortali de more neges, ſic terra modeſtè
Tangitur, ut teneræ pereant ueſtigia plantæ:
Aethereum ceu ſeruet iter, ſic nube coruſca
Obſita magnanimum Venus eſt affata tonantem.
Naufragio nati ſeu morte impulſa nepotis
Dulcis opem ſperare patris, dum Troia per undas
Dum ſubterraneo tremuit pia Roma tumultu:
Hac igitur forma nulli ceſſura Dearum
Occurrit iuueni mulier, nec cultus in illa
Segnior effigie, uarijs nam purpura gemmis
Intertexta tegit Reginæ pectora mœſtæ,
Et dolor ipſe docet miſeram, nec cuncta placere
Tempore felici poterat magis, illicet ergo
Vulnus inardeſcens totis errare medullis

Cœperat, æſtiuo glacies ceu lenta ſub æſtu,
Cera uel ardenti facilis uicina camino
Linquitur, ille tuens, captiua captus ab hoſte
Victaq́ uictorem potuit domuiſſe ſuperbum.
Quid non frangit amor? quis fulminis impetus illi
Aequandus? iamq́ illa gradu prouecta trementi
Eſt affuſa Ducis genibus, quem uultus & arma
Addiderant, comitumq́ fauor, plauſusq́ ſequentum:
Arreptaq́ manu ſubmiſſa uoce locuta eſt:
Si mihi uictricem, fas eſt attingere dextram
Captiuæ uiduæq́ tuam, per numina ſupplex
Cuncta precor miſerere mei, nec magna rogaris
Vtere iure tuo, captiuam mortis acerbæ
Carceris aut duri licet hanc abſumere ſorte.
Eſt etenim mihi uita mori, lux ne iſta placeret
Fata coëgerunt: ſtatui nimis inuidia noſtro.
Tu quocunque libet iubeas, genus elige dignæ
Mortis, & hoc unum prohibe, ne uiua maligno
Seruitio calcanda ferar: ſunt fortè ſorores
Rex tibi, quas referat fortunæ iniuria noſtra
Ante oculos inuicte tuos, namque & ſua nobis
Fata fuiſſe uides, ſuccedunt triſtia lætis.
Nec tamen ullorum fuerim præſaga malorum.
Ipſa tibi fauſta in finem precor utere regno.
Et natis tranſmitte tuis, nullusq́ nepotum
Armet in inſidias animum: mihi turbida regni
Vltima fortunæ nimiumq́ aduerſa priori
Contigerint, damnisq́ meis laſſata quieſcat.
Mitior hinc alijs, mihi ſed Romana fuiſſe
Scis odia, armorumq́ ſolent me dicere cauſam,
Materiamq́ ferunt belli, nec falſa queruntur.
Eripe ludibrio miſeram, manibusq́ ſuperbis
Eripe, deq́ mea ſpecie Rex inclyte mortis.
Tu cui fata fauent, cui mens ſe deuouet ultrò
Videris: hæc inter lachrymis perfundere terram
Cœperat, atque ſuffigens uſcula plantis.
Immemor armorum iuuenis, cui martius ardor
Exciderat, grauidumq́ nouæ dulcedine formæ
Pectus, & inſolitis ardebant uiſcera flammis.
Suſpirans Regina, precor iam luctibus inquit,
Pone modum, trepidumq́ animo ſecludo pauorem.
Parua petis, ſed magna, feret, nam forma genusq́
Maieſtasq́ animi, dignam cui plura petitis
Largiar inſinuant: igitur Regina manebis
Et noſtri memoranda thori per ſecula conſors
Ni renuis, noſtroq́ nocet uetus ardor amori.
Hic humilem complexus heram, multumq́ diuq́
Ora ſalutiferis referentem triſtia planctis
Subleuat illacrhymans, unde iſta potentia tanto
Tanta Deo? tantum ne leuem ualuiſſe pharetram,
Vt ictu inuicti per tot fera prælia Regis
Vulnere traiectum tenui proſterneret intra
Fœmineum imperium? uultu tandem illa remiſſo
Incipit: ô Regum decus, auxiliumq́
Dum meruit patriæ, nunc terror maximus idem.
Si mea poſt tantos unquam conſurgere lapſus
Fata queant, ſpesq́ una foret poſt damna ſuperſtes
Quid mihi uel longa potuit contingere uita
Lætius, ad talem quàm ſi tranſlata maritum
Dicerer, & fauſta ſubitò creuiſſe ruina?

Sed quis

Sed quia fata premunt, & noſtris debitus annis
Finis adeſt, mihi chare animos attollere fractos
Deſine, non tali pelago conuulſa ratis nat.
Fortunæ mihi nota fides, ſat magna petenti
Dona dabit mortem, quæ libertate retenta
Perferat hanc animam directo tramite ad umbras.
Romanum fugiſſe iugum mihi meta precandi eſt:
Cætera non auſim tibi, ſed pro talibus ille
Rex ſuperum meritis gratis exoluat opimas,
Qui mea magnifico tranſcendere uota fauore
Niſus erat: uultum hæc dicens auertit, & illum
Compulit in lachrymas iterum, ſed parce dolori
Parce ait, & noſtris oculis, quos fletibus iſtis
Mens refugit, terráq; iacens nil ſuſpicit altum.
Tu tamen intendas animum melioribus, ibit
Fortè alio fortuna nocens, aditumq́; relinquet
Ad magnos placata gradus, ſi dura quod horret
Mens omnem ſors illa uetat, tunc ultima fera
Mors dabitur promiſſa tibi, per ſydera teſtor
Alta poli, Regumq́; fidem, maneſq́; Deoſq́;
Talia uix tremula confuſus uoce peregit,
Hinc ſeſe uacuam tulit irrequietus ad arcem
Quis queat inſtabiles animorum noſcere flexus
Quos ferus urget amor? non illos turbidus æquet
Euripus, & non ſcylla fremens, non dira charybdis
Nempe procelloſi maleſanum pectus amantis
Nulla quies habitat, non lux tranquilla dierum,
Non ſua ſigna poli, non noctis imago ſerenæ,
Non ratibus clauum, non tutus littore portus
Horrida perpetuò facies turbata tumultu
Vndiq; naufragium ſcopuli cladémq; minantes
Impiáq; aduerſis diſcordant æquora uentis.
Heu miſeri, quibus huc ſubitò uoluuntur & illuc
Incerti pelagi atq; uiæ. Iamq́; tecta ſupremi
Intima Rex thalami, ſecretáq; lumina ſolus
Intrarat, tacitusq́; ſedens, dum ſingula ſecum
Pertractat, qua nam ille fidem perſoluat amanti.
Difficilem uidet eſſe uiam, nam territat illum
Captiuæ ſtatus, & miſeræ fortuna mariti.
Romani mens alta Ducis, tum nota pudici
Pectoris integritas, illam metuebat amori
Aduerſam reperire ſuo, ſed dura catenis
Euinctum ualidis lex imperioſa trahebat,
Cernentem ſua fata procul. Ceu uictus in alto
Nauita, qui mœſtus ſcopulos, ſyrteſq́; uadoſas
Ante oculos uidet ipſe ſuos, nec flectere proram
Arte ualens ſolita, uentoq́; impulſus & undis,
Omnia deſperans, fortunæ mandat iniquæ
Et clauum, & remos, & uela fluentia nimbo,
Ac lachrymans in puppe ſedet: ſic naufraga regis
Mens haret compulſa quidem, nec flectere quoquam
Orſa ualens, gemitu ſic longam concitus horam
Exegit uario: nunc ora nitentia coram
Cernere Reginæ, nunc dulces fingere uoces
Ipſe ſibi, pedibus nunc oſcula preſſa, manusq́;
Leniter apprenſas, lachrymoſáq; pectora flentis
Dulcibus undanteſq́; oculos arſiſſe fauillis.
At medias inter curas, niſi forte uerendi
Frons aderat dilecta Ducis, tunc improba tergum
Spes dabat, & domitis ſtabant præcordia flammis.

Sicut ubi ardenti gelidus ſucceſsit aheno
Humor aquæ furor ille ſilet, paulumq́; tepenti
Stat ſimilis, mox aucta ſuas incendia uires
Exerent magis atq; magis: ſic ille tumultus
Pectoris oppreſſus, ſtimulis agitantibus iiſdem
Fortior admotas rationis ſpernit habenas.
Ergo uulnifico reuerentia ceſsit amori
Præſentisq́; decus formæ, & damnoſa uoluptas
Abſenti prælata Duci eſt, capit illicet æger
Conſilium, factiq́; uiam deprendit inanem.
Et ſecum, quid lentus agis? ſpecioſa hymenæus
Coniugia, & lætos blanditus modò Iuppiter annos
Obtulit ecce tibi, ſatis eſt meminiſſe laborum.
Exul, inops, profugus, regno ſpoliatus auito:
Per mare, per terras, per mille pericula ſupplex
Regibus ac populis multos erraſſe per annos
Gaudeo, iam tempus fuerit fortaſsè quietis.
Nam ſi cuncta breuis numerentur triſtia uitæ,
Nullus erit toto te nunc onnoſior orbe.
En regnum fortuna tuum quo dulcius illo
Perfruere diu, longo poſt tempore reddit.
Depoſitumq́; refert, hoſtem qua nulla uoluptas
Maior. habet uictum, uitæq́; & mortis in ipſum
Arbiter es, qui chara tibi tulit omnia ſolus
Omnia nunc redeunt, ſimul hic poſſeſſor iniquus
Regna gemens reuomit, nitidisq́; ſimillima Nymphis
Fœmina, prætereà primo ſpoliata marito.
Bellorum ſic iura uolunt, occurrit & ardet
Si liceat, ſed multa timet ſibi conſcia ſortis.
Nempe uerecundè petit id quod uoce negare
Viſa fuit metuens: heu qualis forma gementi
Quamq́; decent lachrymæ, quid maieſtatis in illa eſt
Et quid læta foret, qualis Regina ſuperbo
Alta ſedens ſolio, ſi gloria ſupplicis ingens
Captiuæ ſi tantus honos, proh dulcis amantum
Vita, nec ulius concordia rupta querelis.
Vna quidem facies ſemper mens una, duobus
Vna quies unusq́; labor, non pulchrius orbe
Par fuerit toto, niſi nos oblimia formæ
Forte tenent noſtræ, genus & mens omnia tandem
Conueniunt, caſusq́; graues mollire ferendo
Conuenit, atq; ætas ſpatio diſtincta quod ipſe
Coniugibus gratum eſſe poteſt, quodq́; ipſe notaui.
Conuenit ille etiam qui ſummis infima ſolus
Aequat amor, propera, nec enim tibi fortè timendum eſt
Ne tua condemnet ſeri iuuenilia furta
Scipio, qui iuuenem iuuenis miſerebitur ultrò
Viderit & lachrymas ueniam præſtabit amori.
Coniugium fortaſsè ſacrum, non furta uocabit.
Reginamq́; thori ſociam uenerabitur olim.
Mitior ille dudum ſimul hoc affatus, amicos
Conuocat, atq; animos aperit: iubet omnia raptim
Expediant modico conuiuia culta paratu.
Atria non reboant, non tuſcus ad æthera clangor,
Non comitum fremitus, non alta palatia turmis,
Non crebræ micuere faces, fax uſsit amantes
Vna duos, lachrymis mox extinguenda duorum.
Pulcher Athlantæo properant ſub gurgite mergi
Heſperus optatam noctam referebat: iniquus
Aſſuetus perferre dies, & amantibus hoſtis

Inuidia

Inuidia luciferi dum nomina ſuſcipit aſtri.
Mentibus heu quantum noſtris caligine cæca
Illud uentura dies, fortaſſe beatus
Coniugio.ſobolemq́; ſibi turbamq́; nepotum
Rex animo complexus erat, genialia lætus
Tempora noctis agens,illi non blanda mariti
Oſcula mille noui,non regni iura uetuſti
Per cunctos promiſſa Deos:de corde pauorem
Funditus expulerant,ſemper tremefacta ſepulchrum
Ante oculos mortemq́; tulit, nec ſomnia lætum
Portendere aliquid,uiſa eſt ſibi nempe ſecundo
Rapta uiro,ſentire minas & iurgia primi.
Et tremuit ſopita,licet tum uertice montis
Aërij traducta ſedens ſubiecta uidebat
Regna ſibi populosq́; uagos,monſtrumq́; repente
Concurriſſe alium maiori corpore montem
Tum uerò tremuiſſe iugum cui nixa ſedebat.
Impulſuq́; graui gelidos de uertice fontes
Deſcendiſſe duos:montemq́; abijſſe minorem
Inde retrò:aſt illam rapido per inania lapſu
Tartara nigra quidem,& ſtygiam tetigiſſe paludem
Publica finitimas ſubitò perlabitur urbes
Fama gradu,uictæ uictorem ſponte ſecutum
Coniugia,& bello indomitum ſeruire puellæ
Vulgus adulterij ſignabat nomine factum,
Quod neque legitimis arſiſſent ignibus inter
Armorum ſtrepitus. alioq́; ſuperſtite Rege
Coniuge,captiuæ uictori forma quòd uno
Viſa die, & dilecta prius,ſubitoq́; recepta
Fœdere non inter patrios ex more penates
Iuditio nequit:ſed cuncta libidine ſanas
Præcipitante moras fierent,ſic omnia uulgus
In peius torquere loquax:iam crebrior aures
Fama ducis uario feruens pulſauerat æſtu.
Indoluit chari facinus miſeratus amici
Dux pius,hic rerumq́; modum ſecum ipſe reuoluens,
Intempeſtiuos eſt deteſtatus amores:
Multaq́; in abſentem tacitus conuitia finxit.
Sic pater offenſus,longinquo uerbera nato
Inſtruit,& thalamis irarum fulmina fundit,
Mox uultu placito, & dulci ſermone mouendus.
Altera poſt primam ſequitur,populosq́; ſecundo
Fama leues rumore replet,ſuccedere caſtris,
Siphacem uictumq́; trahi, ruit obuius omnis,
Viſendiq́; auidus poſitis exercitus armis
Illum admirari,atque illum celebrare frequentes.
Hunc illum bello ingentem,Regnisq́; ſuperbum
Romanum, pœnumq́; Ducum qui uiderit uno
Tempore ſub laribus pacem ueniamq́; precantes.
Cuiq́; duos mundi dominos, non multa puderet
Blandiri:cui certatim ſolennia tanquam
Vota Deo fierent:cui Regum maximus olim
Maſsiniſſa metu toto conceſſerit orbe.
Quem facie turbata noua fortuna rotaſſet
Ad terram impulſu ſubi ô,uix credula tantæ
Corda rei ingentis lapſu ſtupefacta ruinæ
Si quis Athon uideat uerſo ſeu uertice Olympum
Aegæis cecidiſſe uadis Erycisq́;,tuumq́;
Apennine caput Tyrrhena ſub æquora merſum
Non credat ſatis ipſe ſibi,ſed ſomnia uanis

Plena patet monſtris Rex inter talia magno
Concurſu inuehitur Ducis ad tentoria noſtri.
Heu quantis fortuna dolis mortalia peſſum
Omnia das,quantum ſublimibus inuidia regnis
Hæc magnis promiſſa luet,hæc meta bonorum
Stare parum & ruere:hic regum Rex ille ſupremus
Mancipium uenale iacet,trahiturq́; catenis
Obrutus, & multo circumuallatus ab hoſte
Contigit Heſperij mentem Ducis illa uetuſti
Hoſpitij neglecta fides blandusq́; ſerenæ
Vultus amicitiæ,conſpectus,iunctaq́; dextræ
Dextera, conſeſſusq́; tori,ac præſentibus illa
Maieſtas collata malis,tandemq́; profatur:
Quid tibi uanc Syphax uoluiſti?unde iſta furenti
Mens adeò tranſuerſa tibi,pacti ne repulſa
Auxilij contentus eras,niſi bella moueres?
Dixerat:ille animo uultuq́; immotus eodem
Perſtitit,ac ſero uix longa ſilentia fregit.
Nil mihi magnanime & noſtri Dux maxime ſecli
Nil grauius fortuna tulit. quàm frigida campis
Linquere,quàm medijs moriens hæc membra nequiui.
Armorumq́; inter ſtragem cumulosq́; uirorum.
Pœnarum mihi ſumma quidem quod uiuere bello,
Contigit exhauſto, nec enim nunc ora uiderem
Hæc mihi perfidiæ meritam renouantia litem.
Aſt ego ſi miſeris liceat credenda profari,
Et queat in grauibus uero locus eſſe catenis
Vera loquar,primumq́; omnes meruiſſe fatebor
Spontè cruces, qui ſacra uolens,qui iura fidemq́;
Fasq́; piumq́; ſimul conuentaq́; fœdera tanti
Hoſpitis,exigua turpiq́; libidine uictus
Calcaui:teſtesq́; Deos memoresq́; malorum.
Sed quæ cauſa grauis,quæ triſtis origo ruinæ
Forſitan ignoras,ego nunc uerisſima paucis,
Expediam,non illa meum releuantia crimen,
Quin potius iuſti ſtimulos auctura pudoris.
Fœmmina cum primum laribus fuit aduena noſtris
Auſpitijs inuecta malis,atque aliæ torua,
Tunc perij,perijtq́; fides, & gloria nobis
Excidit,ac ſceptrum manibus, diademaq́; fronti:
Prodita tunc tacitis arſit mea gloria flammis.
Funereas tulit illa faces,potuitq́; doloſis
Flectere blanditijs animum, lachrymisq́; malignis
Hoſpitis illa ſacri,famæ ſuperumq́; Deorum
Reddidit,immemoremq́; mei,quid te moror?illa
Illa ſuis manibus miſero tulit arma marito,
Induit illa latus,capiti tunc caſsida charo
Tum gladium dextræ.clipeum dedit illa ſiniſtræ,
Increpuitq́; tubam, trepidumq́; atque arma pauentem
Impulit ambiguam in mortem,tecumq́; coëgit
Aduerſis certare deis :quando agmina campis
Contulimus ſtetimusq́; acie,fuit exitus ille
Erroris mihi crede mei,placuiſſe prophanos
Amplexus,fuerant huius primordia caſus
Coniugioq́; hæſiſſe fero,proh regia,uerè
Regia & innumeris nuptura ſine ordine coniunx
Regibus hoſtiles nunc nunc translata penates
Igne cremes ſimili (niſi me præſagia fallunt
Et facies) mecum hoc ueniet ſolamen ad umbras.
Dixit,& obticuit,grauiter turbatus & imo

Lumina mœſta ſolo referent: iam ſenſerat iras
Scipio, namq; oculos & ſtigmata clara loquentis
In uultu nimium offenſi ſpectarat amoris.
Hinc magis atq; magis chari ſcelus horret amici
Iuſtus amor Regis, quoniam ſi digna querela
Maſiniſſa tibi fuerat, non iuſta rapina
Cauſa furor, ſtimulisq́; cæpens impulſa libido
Turpibus, hæc inter Regi ſub clauſtra recondunt
Fama recens latis ſenſim crebeſcere caſtris
Cœpit adeſſe Duces, uictriciaq́; agmina Regis
Ac Lælij, placido uenientes ſuſcepit ore
Scipio, laudatos populo ſpectante decorat
Muneribus largis, abſtractum deinde ſeorſum
Sede locat Regem iuxta procul atq; remotis
Teſtibus alloquitur. Niſi me tua maxima longè
Maſiniſſa diu uirtus ſpectata feſellit
Non tibi cauſa tuum fuerit, niſi magna uidendi
Scipiadam, fideiq́; meæ tu credere fata
Vt malles, ueteres ſic aſpernatus amicos
Africa, nam uaſtis Latio disiungitur undis.
Nec minus alternis diſcamus moribus, ergo
Grande aliquid tibi cauſa uiæ fuit: æquore tanto,
Tot bellorum inter fremitum, mundiq́; tumultus
Certè, ego ſi proprio mihi non ſordeſcis in ore
Gloria, non alia tantum uirtute ſuperbum
Me fateor, quàm quòd blandè mihi frena tenere
Frena uoluptatis uideor, non hoſtis in armis
Obuius, aut flammis reſonãs undantibus Aethna,
Euboica non ſic fundo grauis æſtus ab imo
In cumulos ſurgentis aquæ metuendus ut iſta eſt.
Turba uoluptatum quæ circumfuſa tenet nos,
Præcipuè tamen hæc nitidæ ſuſpecta iuuentæ
Peſtis, & ætati prætendit retia noſtræ
Aequor enim ſilet interdũ, grauis Aethna quieſcit
Dura nimis, luctusq́; grauis, ſimul oſcula trunco
Fixa diu tenero, uitaq; abeunte repenti.
Atq; ideò ſimules Regis miſeratus amores,
Intulit Oceano uultus lachrymoſaq; lauit
Ora cadens, noctiq; ſuas permiſit habenas
Scipio, nulla etenim dederit fortuna quietem
Ni mediocris erit, nam triſtior illa dolores
Læta uehit curas, per noctem ſingula ſecum
Ancipiti cum mente rotat, num territa pulſet
Mœnia Pœnorum, & turres Carthaginis, an ſe
Extremos fundat Lybiæ uaſtator in agros.
An requiem feſsis paucorum fortè dierum
Præbeat equitibus, peditumq; det ocia turmis.
Illa recuſabat potior ſub pectore cauti
Cura Ducis, quibus inde uijs captiua per aurum
Agmina Pœnorum Latio tranſmittat euenti.
Præcipuè in Rege, Regiſq; in coniuge multum
Angitur, & quem ſit uelit hos cuſtodibus ire
Cui tantum committat onus: ſic anxius hæret
Mercator cui nota uia ceſsêre ſecundæ.
Et lucri fortuna fuit, nunc cogitat aurum,
Ac gemmas quas puppe uehat, pretioſaq́; rerum
Quiq; ratis cuſtos placeat, non charior uſquam
Vllus erat Lælio, nulli fœlicius altos
Credere conſuetos laſſata mente labores
Hunc igitur noctis medio uocat, admonet arma
Nauibus imponat, lectoq; ut remige centum
Inſtruat, ac patriæ acceſſurus littora claſſem
At miſero multum diuerſa ſtabat amanti
Nox ea cum lachrymis, quas ſeſe uertat in artes
Quos uocet ille Deos, precib. quibus atra relaxet
Stamina Parcarum & dilectæ tempus amicæ
Nunc ille uenit in mentem chara cum coniuge raptim
Herculeas ſubita linquentem claſſe columnas
Fortunatorum famam tentare locorum.
Nunc recta penetrare uia Carthaginis alta
Mœnia, & ad ueterem humilem ueniamq́; petentem
Pergere cum gemitu, & dulci cum coniuge amicos.
Nunc ferrum laqueosq́; ſibi properataq́; mortis
Inſtrumenta manu, triſtesq́; intexere nodos
Auxilioq́; necis tantos finire dolores.
Sæpe manus gladium tetigit, pudor obſtitit unus
Non metus incepto, uidua non anxia uitæ
Dulcedo, ueritus famam maculare perenni
Crimine, continuit capulumq́; animumq́; remiſit.
Voluitur inde thoro (quoniam ſub pectore pernox
Sæuit amor, lacerantq́; truces præcordia curæ)
Vritur, inuigilant mæror, metus, ira, furorq́;
Sæpe & abſentem lachrymans dũ ſtringit amicam,
Sæpe thoro dedit amplexus, & dulcia uerba.
Poſtquam nulla ualent uiolento frena dolori
Incipit, & longis ſolatur damna querelis.
Cura mihi nimium, uita mihi dulcior omni
Sophoniſba uale. non te, mea cura, uidebo
Leniter æthereos poſthæc componere uultus,
Effuſosq́; auro religantem ex more capillos.
Dulcia non cœlum mulcentia uerba Deosq́;
Oris odorati ſecretaq́; murmura carpam.
Solus ero, gelidoq́; infernum membra cubili,
Atq; utinam ſocio componat amica ſepulchro
Et ſimul hic uetitos illic concorditer annos
Contingat duxiſſe mihi ſors optima buſti.
Si cinis amborum commixtis morte medullis
Vnus erit, Scipio non ſcindet amores
O utinam infernis etiam nunc una latebris
Vmbra ſimus, liceat pariter per clauſtra uagari
Myrthea, nec noſtros Scipio disiungit amores.
Ibimus unà ambo flentes, & paſsibus iſdem
Ibimus, æterno connexi fœdere, nec nos
Ferreus aut æquos Scipio interrumpet amores.
Inuidioſa Deis Herebi, populoq́; ſilentum
Ac Cereris genero, cunctiſq́; beatior umbris
Vmbra feret dulces nec Scipio franget amores,
Ille quidem aſtrigeros tractus cœlumq́; tenebit
Dux ſacer, humanis in totum moribus impar
Nec nolet infernas ſedes, aut pallida Ditis
Regna ſequi, aut cupidos iterum turbabit amantes,
O utinam Lybicum nunquam tranſiſſet in orbem
O utinam Latijs ſemper manſiſſet in oris.
Quid precor heu demens? ſi non ueniſſet, amica
Et decor, & ſpecies, facieſq́; ſimillima Soli
Non mihi nota fores: ſine qua nec uita fuiſſet
Grata quidem pariter quanta eſt diſcordia: uitam
Abſtulit, ac tribuit Scipio dulciſsime raptim.
O utinam Romam uictricia ſigna tuliſſet.
Captiuo cum Rege prior, Reginaq́; retro

Manſiſſet non uiſa tibi, quid ſurda precamur
Numina? caſtrorum dominus, uictorq́ ſuperbus
Captiuam petit ecce ſuam: dabimus ne? ſed urget
Importuna precum ſpecies nocitura precari.
Sed rogat, ac uultu tacito mihi multa minatur.
Sed rogat, ac durum precibus latitare ſub iſtis
Imperium agnoſco, parebimus: at prius horrens
Iuppiter admoneat capiti ſua fulmina noſtro.
Hoc tellus uoret alta latus, pelagusq́ per amplum
Impiaq́ falſiloqui ſpargantur uiſcera Regis.
Ergo ego Romano placitum, quia ſancta, reuellam
Fœdera coniugij? licuit ſine coniuge Regem
Viuere, & id ſatius fuerat: quia cœlibe uita
Scipio noſter erat, ſponſa nunc pacta negare
Non licet, aſt ingens & inexorabile turbat
Imperium, quid agam morieris munere chari
Sophonisba uiri, morieris munere ſæuo.
Hoc placuere Ioui, ſic nec captiua traheris
Littus ad Italiæ, uiribus ſubiecta Latinis.
Nec noſtros illuſa dolos ſic poſſe uideris
Aut fractam culpare fidem, moriêre, quis ergo
Finis amoris erit? mors effera, parcite cuncti
Cœlicolæ, calcanda fides, fugiamus in orbis
Vltima, & ignotas Lybiæ penetremus harenas.
Eſt ubi ſerpentum regio tutiſsima nobis
Tutior hac patria: nec enim uenturus ad illam
Eſt Scipio, nec peſtiferi uis ulla ueneni
Tàm pulchros læſura pedes mihi forſitan ipſa
Ignoſcent ſpectante fera, dulciſsima coniunx,
Stat fugere, & te impendenti ſubducere morti.
Pauperiem lætus tecum, exiliumq́ fugamq́,
Mœſtaq́ cuncta feram, ſed nec ſequêre uocantem
Fœmineos ſi noui animos: Regina ſupremo
Sueta ſedere loco, & quanquam ſequerêre, paradi
Nil habeo: atq́ omnis Romana potentia paſſus
Claudit, & extremo Scipio nouiſsimus orbi eſt.
Somnia nunc tacitè quondam mihi tempore noctis
Viſa recognoſco turbatæ horrenda quietis
Non ſatis intellecta prius, tu ne illa fuiſti
Candida proſtrato per uim ſubducta marito
Serua? ſed imperio tandem paſtoris iniqui
Cuſtodi prærepta nouo, tunc nempe placebas
Vel ſic uiſa mihi, ſed quid coniuncta ferebat
Mors tua (dij uiſis omen remouete malignum)
Permetuo, nam cuncta ſibi conſtantia certo
Ordine cernebam, nec me ſopor ille fefellit.
Quid faciam, moriêre igitur, moriêre profecto.
Nil aliud ſupereſt coniunx miſeranda, tibiq́
Autor mortis ego, ſed quæ mihi uita futura eſt?
Scis Venus, & cœlo proſpectans Iuppiter alto
Mortales actus, noſtrosq́ hoc orbe labores.
Quis mihi uerba dabit placitas ducentia noctes?
Aut grauis ingentes animi mulcentia curas?
Quis dabit amplexus, quis ue oſcula dulcia iūgat?
Te ſine dulce nihil, quid prodeſt regia largo
Agmine ſeruorum, Tyrio quid lectulus œſtro
Comptus, & innumeris inſtrata palatia gemmis?
Quid diadema iuuat, laui quid gloria regni?
Vror, & aſsiduis torquentur pectora flammis.
Heu mihi dulcis adhuc, dulcis poſt buſta futura
Quo fugiunt uultus. hinc iam te cura ſupremum
Viuentem deflere iuuat Sophonisba Deorum
Atq́ hominum decus eximium, quod noſtra tulerunt
Tempora, ſyderei exemplum ſpecimenq́ decoris.
Quæ facies conſpecta fidē ſupra aſtra: quis ipſis
Splēdor ineſt ſuperis, qualis quamq́ alma uenuſtat
Forma deas, aduerte pias his fletibus aures.
Hei miſero, fuerat quoniam meminiſſe iucundum
Lumina ſyderis mulcentibus æthera ſcintillis.
Alma ſub exiguo claudentur condita buſto
Lumina magnorum, mentes tractura Deorum
Lumina durorum, rabiem fractura uirorum
Lumina quæ mihi me abſtulerant: curasq́ minores
Candida frons, auro circumcriſpante decora
Frontibus humanis anguſtior, abdita ſaxo
Stabit in anguſto riſus, qui ferrea fugit
Pectora, qui cœlum, qui circumfuſa ſerenat
Nubila, tartareum nunc irradiaturus ad antrum.
Hei mihi fœlices animæ, quibus illa repentè
Lux oriens ueteres ueniet purgare tenebras.
Hei benè progeniti, quibus illa uidere licebit
Quæ mihi mors inuiſa rapis: pes lacteus atram
Diuino celerante gradu conſcendere cymbam
Iuſſus tranſiliet. Lethæi gurgitis æſtum
Fortunate Charon, utinam mihi flectere clauum
Contingat, ueteremq́ diu contingere ripam:
Tuq́ mei interea ſeruet moderamina regni
Inuidioſe ſenex, quando hæc tibi monſtra uidere
Contigit, aut ullo poſthac continget in æuo.
Vidiſti Aethnæo raptam ſub uertice nigri,
Vxorem tranſire thori, nec uultus Eliſiæ
Te lauit noſtræ, facies nec Gorgonis horrens.
Nec quæ fatiferum laqueo pendente ſecuta eſt
Laodomæa uirum, ne te pulcherrima Procris,
Nec Teucrum peſtis, Minoisq́ altera proles
Altera nam cœlum tenuit ſtellante corona
Sed cui tantus honos, cui tanta gloria famæ
Crude ſenex, mihi crede darem non ulla uidebunt
Secula, nec rerum laudatrix magna ſuarum
Aetas prima tulit, uiſa tangere iuuenta
Ardebis mihi crede ſenex, me forſitan illæ
Coniugis infauſta ueſtigia chara ſequentem
Tardius excipiet ueniam, nec tempore multo
Hic mihi carcer erit, proh, ſi prohibemur adire
Corporeosq́ iterum uis eſt remeare ſub artus.
Occidimus, tu parce ſenex atq́ arbiter æquus
Igne pari flagrans iuuenilibus annue flammis.
Cerbere ſi potuit uates Rhodopeius iram
Frangere uoce lyræ, facie nunc coniugis iſta
Quid poteris conſpecta tibi, conſpectaq́ Regi
Tartareo, uereor ne noſtros captus amores
Tentet, & annoſa redeas Proſerpina matri.
Somnia ſunt quæ fingis amans, & falleris amens
Maſsiniſſa, diu fœlix ſi rata fuiſſent
Munera fortunæ: modò ſed mœſtiſsime Regum.
Pone modum lachrymis, metamq́ impone querelis
Dulce meum decus, atq́ animæ pars altera noſtræ.
O breue ſolamen, longus dolor inclyta coniunx
Ibis ad Elyſias directo tramite ualles.
Et mihi morte tua gemitum lachrymasq́ relinques.

Sed ſo

Sed ſequar, hæc miſeri ſuperent ſolatia morbi
Obitum, ſubijt́q; ſopor, cum feſſa parumper
Membra quiet ſenſum ſubrepens tarda fefellit.
Multa ſed in ſomnis queſtus, cœlumq́; Chaoſq́;
Fortunamq́; feram incuſans, hominesq́; Deosq́;
Ecce parum feſſo finem poſiturus amori
Phœbus ab Oceano rediens ſurgebat Eoo.
Concrepuêre tubæ, ſurgit tremefactus, & iras
Suſcitat, ac queſtu ſe ſæpè reuoluit eodem.
Poſtquam cuſtra uidet fremitu teſtantia motum:
Et metuit mandata Ducis, uimq́; afferre credit.
Si negat, horrendum dictu, & miſerabile ſumit
Conſilium, quod triſtis amor dabat. aurea fido
Pocula dat ſeruo, cuſtodia dira ueneni
Credita cui fuerat, Rex hæc undantia ſummo
At ſuperinfuſa cernens ſpumantia morte
Vade ait, & miſeræ mea triſtia munera perfer
Reginæ, ſcriptosq́; Deos abſolue fidemq́;
Me promiſſorum memorem ſciat illa, ſecundum
Impleo, ſunt ſuperi teſtes, erat altera longè
Conditio mihi grata magis, tentataq́; fruſtrà
Eſt uia, ſi qua foret per quam Regina maneret
Coniugio contenta meo: Romanus ab alto
Dux uetat, huic noſtri, ſic dij ſtatuêre, poteſtas
Fortunæq́; iubente data eſt, ſibi conſulat ergo.
Cogitet unde ruens, quæ ſit proſtrata, quis illam
Exutus excipiat, uiduatam nomine noſtri.
Inſuper & primi reuerentia quanta mariti,
Quãta patris uirtus, titulisq́; & ſanguine dignum
Conſilium paret ipſa ſibi, quod poſſumus unum
Inſtrumenta fugæ libertatisq́; paramus.
Hæc ait: atq; oculos lachrymis auertit onuſtos.
Nuncius accelerans, Reginæ ad limina pulſat
Munera dira ferens, pennis anus obſita & annis
Proſilit: atq; habitum, conſpectaq́; pocula narrat.
Subſtitit attonita ſimilis, ſimilisq́; pauenti,
Nec remorata diu, poſitaq́; inſtincta pauore
Ingrediatur ait, ſtat terra lumina fixus,
Et peragit commiſſa tremens, intercipit illa.
Suſcipio mandata libens, nec dona recuſo
Regia, ſi maius nihil eſt, quod mittere dulcis
Poſsit amans, certè melius moriebar in ipſo
Funere ni demens nupſiſſem. numina teſtor
Conſcia, non aliquid, quoniam de coniuge charo
Sit niſi dulce mihi, ſed ſydera promptius alta
Terrenis, ut erant uinclis exuta petebam
Hoc refers extremum, & mortis mihi teſtis adeſto.
At uos cœlicolæ, & qui maria ampla tenetis
Quiq; locum mundi medium ſtygiasq́; tenebras
Quæ adeo, licet ante diem, ſi iuſta precandi
Materia eſt, præſtate pias his queſtibus aures.
Audiat & cœlum, & pelagus, tellusq́; profunda.
En morior, mortisq́; magis me cauſa dolere
Quam mors ipſa facit, quid enim commercia tangunt
Noſtra Duces Latios? en quanta ſuperbia genti?
Non ſatis eſt hoſtem regnis ſpoliaſſe paternis
Libertate animos ſpoliant, & ritè coactis
Coniugijs, ſanctosq; audent irrumpere amori.
Ac pactos laniare thoros, uictoria poſtquam
Fata poteſt æterna Iouis, ſint ultima uitæ
Triſtia, & eximijs ſua Roma ingrata trophæis.
Exul ut à patria deſerto in rure ſeneſcat
Solus, & à fidis longè ſemotus amicis
Ne uideat ſibi dulce aliquid, qui dulcia nobis
Omnia præripuit, tum chari iniuria fratris
Exagitet doleatq́; ſuos non æqua ferentes.
Filius extremos inglorius aggrauet annos
Indigno tandem atq; inopi claudiet ſepulchro.
Iratusq́; tibi & patriæ moriâre relicta
Scipio, & infames ſaxis inſcribe querelas.
Tu quoq; finitima ſemper quatiare tumultu,
Si ſecum poſthac coniunx chariſsime firmum
Fœdus habes, uideas obruntes funera natos
Intempeſtiuo, & fœdatos cæde nepotes
Alterna, ueniens illa de gente cruentus
Ruſticus inſultet generi per uulnera ueſtra
Et trahat ante eadem iunctos per mœnia currum
Obruet & uobis proprios tua Roma triumphos.
Dixerat, ac circum gemitum lachrymasq́; ui ſeres
Aſtantesq́; fero attonitos intendere fini.
Illa manu pateramq́; tenens, & lumina cœlo
Attollens, Sol alme, inquit, ſuperiq́; ualete:
Maſsiniſſa uale, noſtri memor. inde malignum.
Ceu ſitiens haurit non mota fronte uenenum,
Tartareasq́; petit uiolentus ſpiritus umbras.

AFRICAE FRANCISCI PETRARCHAE.

LIBER VI.

NVLLA magis ſtygios mirâtum obſeſſa corona
Vmbra lacus ſubijt, poſtquam diu uiſa triformis
Partibus haud æquis flectit ingens machina mundi.
Obtutu attonito ſtabant horrentia circum
Agmina pœnarum, ſparſoq́; regentia uillo
Eumenidum tacitis inhiabant rictibus ora.
Regia uis oculis merat, palloq́; uerendus.
Et uetus egregia maieſtas fronte manebat.
Indignata tamen ſuperis, irataq́; morti
Ibat, & exiguo defigens lumina flexu.
Iudicis inferni poſtquam ad prætoria uentum eſt,
Iniecit ſibi ſæua manum: canentia Minos
Ora mouens dixit: Sit carcere clauſa ſecundo,
Quem ſontes habitant animæ, quibus ultima uitæ
Cura fuit neglecta ſuæ Rhadamantus acerbo
Iuditio firmabat idem, iam prendere mæſtam
Cœperat immanis lictor: tunc maximus altè
Aeacus exclamat, ſiluerunt turbida latè
Tartara trans ſtygiam uox eſt audita paludem.
Mortis amor cauſa eſt, lucemq́; coacta reliquit.
Tertia clauſtra ſibi ſunt legibus addita noſtris
Hac eat immerita, neq; hæc iniuria noſtra
Accedat nunc uoce rerens, ſatis aſpera uita
Manſit apud ſuperos fortuna & mortis acerbæ:
Aſſenſêre pari circum clamore fouentes

Vmbrarum populi, & nigri liuentia regni
Concilia. Haud aliter quã cum ſententia captum
Turpibus adduxit laqueis, crucibuſq́ uel igni
Mens bona, quæ non ſupplicio, ſed ſortè mouetur
Infami, trepidatq́ tamen generoſior, ac ſi
Conditio mortis ſubitò datur, altera frontis
Effigies, uultuſq́ alius formatur & extra.
Pectoris apparent lachrymis noua gaudia fuſis.
Lætior ipſa quidem, poſitaq́ decentior ira
Optatos uiſura locos. Regina modeſtis
Paſsibus ingreditur, iuuenum cui cingit utrunq́
Turba latus, ueteres repetens quaſi ſomnia uitæ
Haud procul à ripa Lethæi fluminis illa
Quæ capit expoſitos inamœnaq́ mittit in antra
Planities obſcura iacet, quæ collibus atris
Cingitur, hic latis æterna ſilentia campis
Myrteaq́ umbriferos uelut ambit ſylua receſſus.
Non hic armorũ ſtrepitus, ſtudiumúe frementum
Cornipedum, non cura canũ, pecudumq́ boumq́.
Sed labor & lachrymæ, & longo ſuſpiria tractu,
Et macies, odiumq́ ſui, palloŕq́ ruborq́:
Et maleſuadus amor ſcelus ira fides doliq́
Furtaq́ blanditijs immita, iocuſq́ doloŕq́
Et riſus breuis & ficto periuria uultu.
Crebraq́ ſub raris habitant mendacia ueris.
Illa per anguſtas fauces ingreſſa ſub ipſo
Limine clauſtrorum laqueo ſua colla prementem
Cernit Yphim, & nimio conſumptã Biblida luctu
At procul ingenti latitabat Myrrha pudore
Frondibus ora tegens, iterum ſpoliator auerni
Orpheus Euridicen fruſtra reuocare parabat.
Maximus extremo nemorum uagus ibat Achilles
Pallidaq́ immitis ſignabat gramina paſſu
Aduerſa regione Paris ceu nota timeret
Arma hoſtis, greſſu tacito properabat, at illum
Triſtior Oenone à tergo lachrymoſa uocabat.
Ipſe aliò tendebat iter, tum regia uirgo
Et mundo matrona nocens, tot cauſa dolorum
Turnus & ipſe dolens rapta de coniuge campis
Errabant, mediaq́ duos in ualle uideres
Soliuagus lateri hærentes, alternaq́ collo
Brachia tendentes heu fœliciſsima Thysbe
Suſpirans, inquit, placuit ſeruatus auerno
Dulcis amor tantum nullis inuiderat umbris
Nuſquam adeò chari meminit deſerta mariti
Ne quicquã namq́ ille ſenex moriturus & annis
Laſſandus uitæ uenturus ad ultima longe eſt
Heroumq́ greges diuerſaq́ clauſtra tenebit.
Poſtquam fama ferè uolitans prænuncia mortis
In uulgus effuſa ruit, tunc una per omnes
It pietas, totæ lachrymis maduere cohortes.
Hunc ſors Reginæ mouet, hunc iniuria Regis.
Qui ſcelera accumulans, maiori crimine crimen
Diluit, hunc ingens duro conſtantia læto
Fœminea & nulli non admiranda uirorum
Scipio, permetuens iuuenis ne forſitan ardens
Nunc etiam gemini ſceleris ſibi conſcius in ſe
Conſulat aſperius quicquam pro tempore blandis
Mitigat alloquijs. caſtigatumq́ modeſte
Temperat, & curis cupit exonerare malignis.

Proxima ſic dubij medicus diſcrimina morbi
Agnoſcens, ægrum placido ſermone moratur
Ac monet, & proprij immemorẽ uelit eſſe pericli
Altera nox feſſum curis, uigilemq́ ſopore
Reddidit amore. iam Lucifer aſtra premebat
Candida, iamq́ diei pelago ueniebat ab Indo
Iam uolucrum dulces ullo ſine fine querelæ
Auditi, & nocturna ſilentia rumpere Progne
Surgit & effuſas iuſſo præcone cateruas,
Congregat, ac medio ſublimis ab agmine fratres
Romani proceres, fœlicia caſtra ſecuti
Victores quos heſperiæ tot preſſa per annos
Terra tulit, quos innumeris nunc Africa ſentit
Cladibus extremis iam iam ſenſura ruinis
Intentas adhibete aures, & corda precanti
Prona duci, me uera quidem, & comperta profari
Teſtis ab excelſo proſpectans Iuppiter eſto:
Gloria tàm longi nunquam mihi uana laboris
Cauſa nec imperij fuerit damnoſa libido
Sed patriæ prægrandis amor, qui noſtra uadoſis
Syrtibus, Oceanoq́ alternat caſtra frementi
Hoc Duce Riphæas nudus tranſire per Alpes
Non uerear gelidũ cum bruma reduxerit annum
Aeſtiui medio armatus, nec in ore leonis
Aethiopum penetrare latus ſitientiaq́ arua
Nam mihi uel dubij certa eſt uictricia Martis
Vel mors læta quidem, patriæ mea uita ſaluſq́
Non mihi debetur, pia debita perdere ſoluent
Nil uideor, nunc iſta tamen quo tendere pergam
Expediam breuibus, uos me per cuncta ſecuti
Aſpera, ſupremo mentes aptare labori
Finis adeſt, ſummumq́ decus mihi mœnia circum
Cingere propoſitum, & ſæuæ Carthaginis urbem
Aut redit his, cui cuncta uni ſua uulnera ſeruat.
Perfida gens noſtræ tantum aduerſata ſaluti,
Tum Latio interrupta quies, nobiſq́ perennis
Fama uenit, belli fato quærenda ſupremi
Aut manet, & uictum cunctatio ſola fatetur
Indefenſa mihi tellus dabis impia dignum
Supplicium & cæſos purgabis ſanguine ciues.
Rura ńe Barbaricis pedibus calcanda fuerunt
Italiæ? nobis animos tàm iuſta negabit
Vltio, quin etiam quod uel meminiſſe moleſtũ eſt
Mœnia noſtræ urbis, capitoliaq́ alta minaci
Cominus ille fremens uix lumine uiderit uno
Nos muros ſpectare ſuos quæ cauſa uetabit?
Non mihi ſi campis ueniat Mars ille ſecundus
Pœnorum armatus, ſtygiaq́ reuerſus ab unda
Quatuor atq́ truces quos pauit in arma leones
Alterno cingat latus ordine pectora contra
Ferre reformidem, ſic me ſpectata Quirites
Veſtra monet uirtus. At nũc pater inclytus umbris
Occubat infernis, natorumq́ omnis ad unum
Turba redit latius iugulos ſic enſis in illos
Fulminat, iſte autem per ſecula tanta ſuperſtes
Quid niſi ſerus honos & noſtræ gloria dextræ eſt
Sic uixiſſe diu finis ſibi fructus honeſti
Hac tandem ferière manu, licet aſpera lactes
Prælia, & aduerſa Romanos cuſpide fixos:
Gloria prima tamen mortis tibi cognitus autor

Scipi,

Scipio, & in tumuli ſcribendū hoc marmore nomen,
Nunc agite egregijs animas præparate triumphis
Vltores patriæ, tuq́ ô decore inclyte Regum
Maſsiniſſa ingens, quem nec turbata fatigant
Aequora, nec tota deſcendens Iuppiter igne,
Non ferus infeſto concurrens numine Mauors,
Accede, & noſtris animum ſermonibus affer.
Magna tibi hoc bello uirtus, multusq́ Deorum
Eſt fauor, agnoſco, nunc urbis munera noſtræ
Munera pro meritis fateor tibi parua ſed arram
Maiorū mihi crede damus, uiden' ecce frementem
Cornipedem, latum phaleris, auroq́ ſuperbum?
Neſcit ut eſſe loco? fulgentes reſpice currus.
Cætera quin etiam quæ circumferre triumphis
Romani ſtatuêre duces, ut iaſpide crebra
Texta corona micat, rutilo riget integer auro.
En crater quantoq́ manum grauis impleat orbe
En habitus ſacra quo nil conſpectius urbe
Noueris, ipſe animis pridem Romana quid eſſet
Virtus mortales inter te naſſe fateris
Quod neſcire potes, nulli tàm clara ſolemus
Externa præſtare uiro, tibi noſtra ſed uni
Arma, habitum, titulos nomenq́ decusq́ libenti
Mente damus, te participem ſociumq́ licebit
Eſſe triumphorum, nobis quos noſtra pararit
Fortuna in medio ſedes tibi certa Senatu
Semper erit noſtro, cuius monumenta tenebis
Omnia Romulei, ſtabilem ſociumq́ & amicum
Te ſalutamus Regem, tum optime Læli
Hanc auro gemmisq́ grauem geſtare coronam
Dignus habe, captasq́ trahens, primumq́ Syphacem.
Maturabis iter, pelago ſtat claſsis aperto,
Et placitum ſpirante fretum ſubſternitur Auſtro.
At uos ô ſocij certaminis atq́ laborum
Emeritas laudes, & præmia digna feretis
Cum nos laurigero capitolia celſa prementes
Læta uidens curru, cum circumfuſa fauentum
Millia uictorum planſum fremitumq́ iocosq́
Maxima ſepteno ſpectabit uertice Roma,
Quem mihi fata diem nunquam mentita propinquum
Promittunt. Sic fatus erat, iamq́ undiq́ magnus
Conſurgens lætusq́ fremor pulſabat olympum
Ante omnes meritas grates expendere certant
Rex, Meliusq́ Duci ſpesq́ ingens addita Regi
Abſtulit antiquas, aliamq́ in uiſcera curam
Intulit, ut regni poſſet protendere fines
Pauperis, hoſtilesq́ ſuis adiungere terras.
Quod ſperare quidem ſors illius atq́ potentis
Scipiadæ promiſſa dabant Ceu retibus ancepſ
Aſpiciens uolucrem ſubitò diſcedere paruam
Conqueritur, mouet exigui ſpes perdita lucri
Maior inopina mox & generoſior ales
Parte poli tenſis ſi forſitan aduolet alis
Erigitur, recipitq́ animos, ſpesq́ ampla futuri,
Præteriti meminiſſe uetat: ſic prima ſecundæ
Cura parum ſolido ſub pectore ceſſit amantis
Victor amoris amorq́ libidine uicta libido eſt.
Proxima nox alia tranſiuit imagine ſomni
Non habitus, non inceſſus, non uultus amica
Ante oculos, non uox iterum exaudita gementis.
At ſolium atq́ urbes, ac fortibus oppida muris
Fluminaq́ & montes lati confinia regni
Iam rubicunda uagos Eoo littore currus
Aptabat uentura dies auroraq́ noctis
Candida pellebat tenebras cum buccina claſſem
Excitat, & uento tenduntur uela ſecundo.
Littore iam toto ſtabat Romana iuuentus:
Digreſſu uiſura ſuos hic uerba parenti,
Hic fratri perferre iubet, iubet ille ſorori,
Hic ſocijs, multumq́ rogat: confuſus in altum
Clamor it, & uarie reſonant per inania uoces.
Lælius in media conſpectus amica ſalutat
Aequora: tū Ducibus commendat carbaſa uentis
Atq́ alacres læto reſpondent murmure nautæ:
At mæſtus mediaq́ Syphax de puppe reflectens
Lumina, ſupremum patriam uiſura, locosq́
In quibus altus erat, tacitus lachrymoſa mouebat
Poſtquam clauſtra dolor, uocisq́ repagula ſeruans
Euicit, talem diffudit ad aſtra querelam,
Heu tellus aduerſa Deis, heu ſydere triſti
Preſſa diu tellus, quam noſtris attulit aruis
Fœmina Sidonio fugiens à littore peſtem.
Pectoribus noſtris animis quas intulit illa
Exul, inops mulier, metuens atq́ icta recenti
Vulnere, nempe auidos bellorum & ſanguinis atri
Tutius ut fuerat regnum tenuiſſe uetuſtum
Et pacem ſeruaſſe ſuam, lata æquore gentes
Diſcreuit natura duas, aduerſaq́ fixit
Littora nos mortem medijs quæſiuimus undis
Quid uiſum eſt noſtri telementa irrūpere damnis
Et uenta pelagoq́ manus inferre tumenti
Sat noſtro præciſa nocent à corpore tellus
Hiſpana, & calidis fumans Trinacria uenis
Quid mihi nunc nobisq́ fuit Sardinia ſi tu
Peſsima peſtifero, melius latuiſſe marinis
Aeternum potuiſſet aquis quo ſigna furentes
Peruulimus, potuit ſpatia requieſcere tanto
Hei mihi nam alias ſic te pulcherrima cernam
Africa, ut patrij tangens hæc lumina colles
Littus ad inuiſum ferimur, locus ille ſepulchri
Quis putet? extremis genitum ſub finibus orbis
Itala terra teget, medijs ac uita procellis
Irrequieta fuit, ſic triſtes litia Parcæ
Diſtribuere mihi, ſic Dij ſtatuêre ſuperni
Hi tibi qui uires, animumq́ dedere ſuperbum,
Omnia miſcentem, meritas dent ſoluere pœnas
Hannibal ingentis quoniam mihi cauſa ruinæ et
Et patriæ natus miſera, tu cauſa ſupremi
Prima mali, patrias utinam iuratus ad aras
Fulmine flagraſſes merito, proh Iuppiter ille
Ille tibi feriendus erat, nam uindice flamma
Quid iuuat innocuas quercus & ſaxa ferire
Heu puer infœlix patriæ, cunctisq́ tibiq́,
Tuq́ deis inuiſe parens qui dura tuliſti
Semina bellorum natis caruiſſe nefandis
Quanto erat utilius, genitor ſed triſtis ad umbras
Iuiſti, tantos ueritus ſpectare furores.
Non licuit cupida mundi ſatiare cruore
Lumina, non gladios, at poſt ſcelerata propago
Hunc fudit, ſæuo inferias miſſura parenti.

Tu certè iam digna luis, ſed peſsime rerum
Quas pœnas mihi uate dabis, qui ſtagna lacusq;
Qui freta, qui fluuios, qui terras ſanguine turpat.
Fortè ego præmoriar, tua nec ſinat ultima præſês
Cernere ſupplicia, at manes penetrare uidebo
Agmine cæſorum, & furiarum turbine ſeptum.
At coniunx infida uirum quæ linquere fruſtra
Niteris, & noſtris inſultas cladibus, imos
At manes inuita præis, ſolamq; uidere
Te potero, & uultus iterum ſpectare pudendos.
Littore nam patrio, niſi me mea lumina fallunt
Immemor ille tui turpiſsimus errat adulter.
Dixit: & in gremium lachrymantia condidit ora.
Illum non ſcopuli, non horrifer Eurus ab antro
Terruit Aeolio, non monſtra uagantia ponto
Deuotum, mortisq; auidum, gelidumq; cadauer
Littoribus Lybicis tranſuerſo turbine reddi
Optantem tacitè, tempeſtatesq; uocantem
Inuidus haud aliter tenuis regnator agelli
Annua cui meſsis perijt ſpes, optat iniquum
Ver alijs, imbresq; feros, & grandine mixtos
Arboribus frugibusq; graues incumbere uentos.
Interea Scipio curarum parte leuatus
Carpit iter, tumulumq; habili munimine cingit
Quem funeſta uocant, turresq; ibi ſubrigit altas.
Mœnia præcipiti circundans lignea uallo.
Iamq; in conſpectu Carthaginis ampla repentè
Caſtra locat, latè fugientibus arua colonis
Vaſtantur, trepidant ſubita formidine ciues
Obſeſsi, ſolamq; uiam ſupereſſe ſalutis
Abſentem reuocare Ducem, clamare fatentur.
Legatos igitur rapiunt qui publica fanda
Fata ferant mutunt, reuocetq; ad prælia tandem
Vltima, & extremos patriæ ſub morte dolores.
Aſt alij Ligurum uallem properante iubentur
Claſſe uehi, atq; illis magonem auertere terris
Ni redeant, patriæ ſummas inſtare ruinas.
Ille quidem quamuis animum grauis ira cruëtum
Angeret, aduerſo quoniam tamen aſpera Marte
Vulnera paſſus erat, metuens inimica supremè
Arma malis, ſtatur patriæ parère uocanti.
Interea blandis terrent qui tempora uerbis
Terdenos Oratores in caſtra ſenatus
Pœnorum ex omni lectos ac ficta loquentes
Romano miſere Duci, quorum unus ab alto
Pectore ſuſpirans, lachrymis ſic incipit ortis:
Summe Ducum, cui cuncta parem per ſecula nullum
Mundus habet, prima numerans ab origine retro
Viſceribus patrijs quæ publica uulnera ſæua
Paucorum fecere manus rabiesq; nocentum
Aſpice placatos tandem, & miſerere precamur
Afflictis, liceat per te ſperare ſalutem,
Quam ciues rapuere feri, ſi parcere pulchra eſt
Vltio, ſi imperium nobis auxiſſe recepis
Romanũ, quàm tantam urbem extinxiſſe repulſis
Vtilius, ſi uictores meminiſſe uetuſtæ
Præſtat amicitiæ, quam uos præſentia tantum
Atq; iras penſare nouas ignoſcite uictis.
Parcite ſupplicibus, rebus ſuccurrite noſtris:
Occidimus, præſtate manus, hoſtemq; iacentem
Erigite, & noſtro ſic inſultetis pudori.
Optima uincendi ſpecies quando hoſtis amicus
Fit meritis, ſed prætereo ſpecioſa profari:
Nomen amicitiæ quoniam fortuna ſilere
Noſtra iubet, ſatis eſt miſeros optaſſe ſalutem
Et ueniam petijſſe reos, per ſacra tonantis,
Per ueſtros Romane Deos, ignoſce paratis
Supplicium pœnamq; pati, non noſtra negarim
Crimina, ſed uerum liceat Dux ſancte fateri
Te coram noſtro uiolentus profuit autor
Hannibal errori, noſtrasq; cupidine ſummi
Imperij pauit furias, & uelle coëgit
Quod ſero nunc nolle dolet, uerum ille neceſſe eſt
Vt pereat, ſcelerumq; ruat cum pondere tandem
Sic illum ſua fata uocant, tu noſtra benignus
Reſpice, ſi ciuem crudelem ſenſimus hoſtem.
Tu ciuis pius eſſe uelis, qui diceris hoſtis.
Dixit: & ante pedes iacuit uictoris. at ille
Erigit, & uultu reſpondet pauca ſeuero:
Non pacis tractator ego, ſed uictor & ultor
Sum ſcelerum, Lybicas memores tranſmiſſus in orãs
Quam mihi ſpem fortuna ferat, uictoria quam ſit
Prona mihi notum eſt, ſed me tamen ula ueſtri
Fata mouent, animum nequeo poſuiſſe benignum
Mundus ut agnoſcat, ſic nos pia bella mouere
Vt noſtro ſit pacis amor ſub pectore ſemper.
Parcimus indignis, has pacis figite leges
Mentibus, & ſeruare fidem condiſcite tandè
Cladibus edocti, ſuperosq; & ſancta uereri
Fœdera, bis denas non ultra littora naues
In patrios ſeruare uſus, non ſella mouendi
Ius uobis, populi iniuſſu, ſint prælia noſtri
Arbitrij, ueſtro tellus Hiſpana ſubeſſe
Deſinat imperio, ueſtris ne quieſcat ab armis
Inſula nulla freto quod nos interiacet & uos
Non procul à Libyco iuuat ſibi libera marte
Vincula captiuis turpesq; auferte cathenas
Victorum pedibus, fiet nobis transfuga nullus
Nullus in Italia Pœnorum exercitus ultra
Permaneat, ueſtrosq; duces remeare iubete.
Sicq; trium ſpatio par conſultando dierum
Quos damus accepta eſt, legatos mittite Romam
Sanciant hanc populus pacem iubeatq; ſenatus
Si minus, at ſaltem paucis ſiluiſſe diebus
Tres liceat noctes per me duxiſſe quietas.
Dixit: ad hæc Cereris pro tot legionibus addit
Ingentes cumulos, atq; æris grande tributum.
Illi autem ueluti pacis iam nulla moleſta
Conditio foret, ac fractis ſpes nulla ſub armis
Omnia ſuſcipiunt læti, populoq; reportant,
Itq; fremens ficto confirmat pectore pacem
Haud ſecus ancipiti periturus nauita morem
Tempeſtate timens ubi iam ſpes nulla relicta eſt
Vota deis cumulat pelagi, tremulaq; timentem
Neptunum ter uoce ciet, Tethydisq; marinæ
Numen, & iratum compellat Nerea ponto
Dona dabit templis, omnem feret ille laborem
Si redeat tranquilla dies, portusq; uideri
Cominus incipiat, ſenſim mens perfida tuto
Atq; inconſulti ſubeant oblivia uoti.

Sic ſim

Sic ſtimulante metu deludunt tempora Pœni,
Polliciti cedeat donec ferus Hannibal abſens.
Illum tunc uario curarum turbine ſeſſum,
Vltimus Italiæ Brutiorum in monte tenebat
Angulus, & ludas fortunæ, & monſtra notantem.
Hunc adeunt iuſſi, fandiq; peritior unus
Sic ait. ô Lybici decus, & ſpes ultima mundi:
O patriæ iam ſola ſalus, miſerere tuorum,
Quos fera terribili uexat fortuna tumultu.
Proſpice pendentem mutata fronte ruinam
Patorum.
Iam tua ſuppoſitis arderent mœnia flammis,
Ni procul abſentis prodeſſet ciuibus ingens
Fama tui, uereorq; miſer, ne dum æquore lato
Huc ferimur, patrijs errent incendia tectis.
Namq; ſub extremum, ſubitoq; minantia caſus
Liquimus, imperio atq; urbi ſuccurre trementi,
Quæ reuocat, fidumq; ſibi trans æquora nomen
Inuocat ore pio, tunc te redde precanti
Vel cauſam te te noſtræ fateare ruinæ.
Iamq; tuis Lybicis (niſi me præſagia fallunt)
Littoribus reducem frater ſuper æquora claſſem
Alligat, at fruſtrà, fratrum modò turba, paterq;
Martius æthereas rediens inuictus ad auras
Auxilium ferat afflictis, non ira Deorum
Tàm leuis aut tali, ne ut ſtamina pollice dura
Parcarum nunc noſtra manus, ubi credita ſoli
Vita, ſalus, decus, & miſeri ſunt omnia regni.
Dixit: & inuictæ lachrymās dedit oſcula dextræ.
Ille perorantem querulo cum murmure ſemper
Audierat, frendensq; manus compreſſerat, & ſe
Torſerat: haud aliter quā carmina noxia ſerpens,
Et magicum murmur curſumq; uetantia uerba
Quando audit, rauco uiolentus ſibilat ore,
Et ſeſe in nodos ſinuoſo corpore uerſat.
Sæpe manu frontem percuſſerat, udāq; cælo
Sæpe ſupercilia extulerat, ſæpe agmina rerum
Conſcia tum multarum oculis conſpexerat atro.
Tandem mæſtus ait: fatum Carthaginis olim
Agnoui generisq; mei, fraternaq; cornix
Admonuit, quid ſera mihi fortuna paraſſet.
Nūc tamen ante oculos iam fata nouiſſima ueſtræ
Vrbis & obſcænas uideor ſpectare ruinas.
Heu mihi, Carthago, dulcis Carthago: quis & te
Et me, & tot noſtros Latia de gente triumphos
Perdidit? as tacitè multos iam ſenſimus hoſtes
Non reuocare fuit quotiens ſtipendia miti
Eſt uetitum, bello exhauſtas quotiensq; cohortes
Impleri. Aſt odium nunc eminet, atq; in aperto
Res agitur. retrahunt, & me parere neceſſe eſt.
Parebo, inuitus ſibi non hunc arroget hoſtis
Externus, non me totiens peſſundata uinxit
Roma, nec Auſonio conſpirans robore tellus
Me ciues uincere mei, Latioq; meorum
Inuidia atq; dolus pellunt, non martia uirtus
Nec modò inhoneſtè poterit tàm maximus ille
Inſultare fugæ Scipio: quàm perfidus Hanno
Conſiliumq; ſecuta ſuum plebs cæca ſenatus
Ille meas inuiſus opes, famamq; domumq;
Vertere non aliter poterat, quàm publica noſtris

Damna ſimul miſcens populi me mole ruentis
Opprimet atq; una conuoluet cuncta ruina
Hoſtis Pœnorum & Romani ſanguinis ulter.
Talia feruebat rabidus, nimioq; dolore
Inſanus: ceu laſus aper cui ſpumea mento
Fex riget, & duro horrentes ſtant tergore ſetæ.
Italiæ procul extremis ſedet inclyta quondam
Vrbs Crotho pauper, claro cognomine portus
Matutina uidens redeuntis lumina Phœbi.
Picturis hic egregijs ditiſſima templa
Iunonis fuerant, Graia quæ nobilis arte
Zeuſis adornarat uiuis, dederatq; per orbem
Religione coli uiridas, hic quinq; ſeuera
Stabat imago Deæ nudasq; imitata puellas.
Et formæ decerptus honos, quem corpore in ullo
Se reperire ſimul quia deſperauerat autor,
Abſtulit à multis, ſpeciemq; redegit in unam.
Hoc inſtructa fugæ iam pridem, atq; abdita portu
Punica claſſis erat: quoniam uariantia fata
Militiæ, ſentus fortunarumq; magiſter
Viderat ante diu, ſteteratq; paratus ad omnes
Euentus: igitur raptis legionibus huc ſe
Contulit iratus, mundo ſuperisq; ſibiq;.
Italico nec adhuc mens exſatiata cruore
Sæua uiri ad manes ſuprema piacula mittit.
Heu miſeranda acies, miſerorum, & magna uirorum,
Quò tua te fortuna tulit, formidine poſtquam
Fruſtra animos tentaſſe uidet, ſi caſtra cruenta
Fortè ſequi, & profugam uellent conſcendere claſſem
Sæuus inhumana confeſtim excanduit ira
Longæuamq; ſenū, teneram iuuenumq; cateruam
Tale nihil uetitam, nudam fragilemq; & inermem
Quæ pellente metu tutis ſucceſſerat aris,
Obtruncat. calidoq; implentur ſanguine templa,
Et ſtrepitu tectum omne ſonat, ſic ille prophanus
Commaculatq; ſacros poſtes, iurandaq; Pœnis
Iunonis ſimulachra ſuæ, uultusq; Deorum
Terrificos. gemitu ingenti domus ampla remugit
Hæc ſacra contentus dijs perſoluiſſe marinis
Dux ferus, & cæli contemptor maximus alti
Conſcendit puppim uictor, funemq; cruentum
Soluit, & Italiæ flens dulcia deſerit arua
Quam tacitus: lachrymāsq; retrò multumq; diuq;
Proſpiciens pelago ex alto, quatiensq; minantis
More caput, frontemq; plicis maioribus implent.
Murmure terribili ſic tandem turbidus inquit,
Italia Italia, & rerum caput aſpera Roma
Quænam uos noſtris facilis fortuna repente
Faucibus eripuit, tu quiſquis es ille Deorum
Maximè, & in noſtros nimis importune labores,
Quid mihi parta diu momento temporis aufers
Iuppiter Auſonij defenſor perfide mundi?
Quis tibi noſtra dedit tot clara decora ſub unu
Vertere poſſe die? cur non Cannenſia mecum
Prælia tentabas, ſi tanta libido nocendi eſt?
Veniſſes unam medijs tunc obuius armis,
Armaſſetq; ſua ſe fulmine dextra tonanti
Mulciber Aethnæa chalybem fornace recoctum
Cuſpide denſaſſet in uulnera noſtra triſulca.
Hinc ſuccincta Ioui clypeum ſua nata dediſſet,

Palladiaq́ pater texiſſet gorgone pectus,
Atq utrumq latus ſtipaſſent numa Deorum
Numina: torſiſſet medio Mars puluere currum:
Mortibus ipſe grauem uacuaſſet Phœbe pharetram,
Monſtrificumq gerens aduerſa per agmina robur
Alcides geminorem aruis tutaſſet in illis.
Viciſſet fortuna Deos ibi noſtra, Iouemq́.
O mihi chare comes, conſultor fide Bomilcar
Cannenſi cur ſancta die tua iuſſa reliqui,
Cur mihi non armis durato uſq laborés
Tantum animi fuerit, quantum iuuenilibus annis
Scipiada fuit indomitos qui morte ſub ipſa
Audeat Italiæ noſtros inuadere muros.
Victor ego extimui uictas irrumpere portas.
Quid uetuit Romam captam petiiſſe cruento
Agmine? quis pactam potuit mihi tollere cœnam?
Iupiter ipſe, dolis, non ui, qui noſtra futuri
Pectora cæca tulit, quòd ſi tunc iſta remota
Tempora fatorum licuiſſet cernere nube:
Non quicquid cœlo, & pelago, terraq́ Deorum eſt,
Non genus omne hominum, noſtros auertere curſus
Hinc poterat, ſpes noſtra quidem & fiducia tanta
Murus Romæ fuit, ibi nunc diſcrimine in illo
Nil acies, uel arma tibi, nil mœnia uel arx,
Sed noſtra ualuere mora: proh ſanguine quanto
Vndaſſent maria, & Thyrreni littoris æſtus.
Quot Tybris rutilo traxiſſet gurgite in altum
Corpora, quot currus, quot nobilis arma Senatus
Aurea, quot flammis ultricibus obruta tecta
Spectaſſem, uulgiq́ una ſub ſtrage cadentis
Millia quot, ſpecula longè metuendus ab alta
Quas uoces, quos accentus, quæ murmura plebis
Auribus audiſſem lyrici mihi carminis inſtar:
Nec tamen armorum cæpti nec pœnituit, urbis
Mœnia conſpexi armatus, latebriśq coëgi
Tot claros latitare Duces. iam nempe notare
Fulmineos nimbiśq suam tunc Iuppiter iram
Si mens ſana fores poteram, quid mixta colore
Flumina ſanguineo referam, tempusq́ ſub unum
Ticinumq uades tepidum, Trebiamq rubentem
Montibus aduerſis genitos: tractuq́ uiarum
Coniunctos teſtes noſtrarum in ſecula rerum.
Quot padus Adriacum deſcendens traxit in æquor
Quid Traſimeni memorem ſub gurgite Laſcas?
Sanguine pingueſcunt Italo, ſatis ampla relatu
Geſſimus, Auſonijs annalibus Hannibal ingens
Nomen erit, Latijs nunquam delebile faſtis
Hannibal exiguo reſtabat ſumma labore
Fama, ſed inuidit patriæ Dux maximus Hanno:
Inuidere Dei ſontes. Sic triſtis abibat
Hannibal, & quarto linquebat littora luſtro
Italiæ poſſeſſa gemens, nec triſtior unquam
Vel patriam quiſquam, uel dulces liquit amicos:
Quàm patriam petit ille ſuam, ſibi nempe uideri
Exul ab hoſtili iuſſus regione reuerti,
Mæſtior has inter curas, ſeraſq́ querelas
Subtrahitur ſenſim terris, Iamq æquore currum
Phœbus anhelantes radiens condebat Hibero.
Inde uiæ ſpatium, noxq́ addita littoris omnem
Abſtulit aſpectum, tum Dux concuſſa quieti

Membra dedit dubia, certamq́ obuerſus ad arthon.
Claſsis agens curas, & ſydera nota magiſter
Sollicitat nautas, quibus eſt cuſtodia puppis:
Magnetis, ferriq́ uias ſpectare ſequacis,
Et malum inſomnem ſtudio traducere noctem.
Littora claſsifragis longuinè famoſa procellis.
Atq altum tenuiſſe iuuat, tum lintea proſper
Fert aquilo & flatu pellis diſtenta ſecundo.
Vix dum pulchra dies pelago ſurgebat, & aſtra
Vndiq uicinum fugiebant languida ſolem.
Cum dextra Italica tranſmiſſo pollice planta
Hic ubi rauca uetant iterum concurrere colles
Aequora diſiectos, procul ex-audita pauorem
Scylla rapax nautis, atq irrequieta Charybdis
Incutit ancipitem: ſed conſcia turba pericli
Læua ſecant maria, & Phœbi flectuntur ad ortus.
Iam prope conſpicitur fumoſi uerticis Aethna
Sulphureis innixa uadis, olimq́ Cyclopum
Terra ferax, at nunc trucibus domus apta Tyrannis,
Iam Siracuſanus famoſo littore portus
Apparet, ſulcantq́ fretum, quo bella gerentes
Tam longè à patria furijs urgentibus olim
Argolicæ periêre rates, Dux ipſe coactus
Mœnia proſpectant caſum teſtata cecentem
Marcelli meminiſſe ſui, cui uicta triumphum
Illa dedere prius, diro quàm proditus aſtu
Oppeteret, ſurgunt longè conuexa Pachini
Quæ dum pulſa legit uentis, & remige claſsis,
Solq diesq́ ruunt, uerumq́ ſic fata iubebant
Nocte ſecant fluctus medios, ac littora linquunt
Trinacriæ, pelagiq́ uia breuiore feruntur,
Lenta per ambiguam fulgebat Cynthia noctem,
Et cæcis cadebat aquis. Dux peruigil alta
Puppe ſedens, medius caſus uenturaq́ uerſat
Prælia, & euentus dubios, finemq́ latentem.
Talia uoluentem de circumſtantibus unus
Compellit: ſi digna pero Dux maxime nobis
Exoptate diu, quæ ſit ſententia rerum
Nunc animo tibi noſſe uelim, ne ſperne precantem.
Legatus tibi ſum patria tranſmiſſus ab ipſa
Atq urbis pars una tuæ, te feſſa tuumq́
Expectat reditum, nunquid cum littora tanges
Punica, confeſtim patulo confligere campo,
Atq manum conferre uoles, an mœnia primum
Intrabis patriæ, ſpes erecturus in arma.
An alia fortaſſè uia meliora tuenti
Conſilia apparent, quem noſtro fata labori
Impoſitura modum reris, quem'ue affore finem,
Ille autem, quis certa Deus ſub turbine tanto
Conſilia expediat? quis det meliora tenere?
Ibimus in patriam, quoniam ſic imperat Hanno.
Forſitan & dulces muros prius ipſe ſubibo,
Quàm ſatum tentare uelim, uiresq́ meorum
Speiq animosq́ prius: uultusq́ & ora uidebo:
Sin autem medijs iuuenis Romanus in aruis
Occurrat, pugnare mihi ſententia fixa eſt.
Atq omnem potius ſucceſſum ſponte ſubire,
Quem Deus & fortuna dabunt. hic turbidus ille
Conticuit, ſenior iuxta cui flectere clauum
Ars erat, annoſam tollens ad ſydera frontem.

Nil

Mox freta lata tuens, ueniam te Iuppiter inquit.
Neptunumq́ patrem, atq; omnia numina ſupplex
Deprecor, infandas Lybiæ prohibete ruinas:
Atq; omen prohibete malum, mihi multa uidere
Vita dedit longos huc continuata per annos.
Nunc tremor inuadit mentem, timidumq́ ſenectus
Efficit: heu quanto ſtetimus diſcrimine contra
Hoſtiles acies, tunc cum Romana potentem
Caſtra peterrabant Lybiam, & Carthaginis ampla
Mœnia pulſabant, tum Dux erat optimus illis
Regulus, eximio cui ſic fortuna fauore
Blanda uidebatur, nihil ut ſperare liceret
Afflictis, quantum tandem dat Bagrada facti
Teſtis adhuc, quantum fruſtra ſerpentis amicæ
Senſimus auxilium, latijs namq; illa ſagittis
Obruitur transfixa fera, & ſub grandine multa
Telorum compreſſa perit. uix iugera campi
Quatuor excipiunt immani mole iacentem.
Vix tandem tot uicta malis fortuna remoto
Opportuna quidem non digna mittit ab orbe
Auxilia, ipſa Ducem fida Lacedæmone mittit
Græcia, magnificos uideor mihi cernere uultus
Xantippi, moresq́ graues, libratasq́ uerbas
Te quoties Hannibal uideo, quoties, q; loquentem
Audio: tu uix dum in lucem tunc editus infans,
Sed quid cuncta ſequor? uictores uincere nobis
Contigit arte Ducis, ſola Romanaq́ caſtra,
Romanasq́ acies, Romanaq́ ſigna Ducemq́
Fudimus, & noſtris ſubijt Dux ipſe cathenis.
Hei mihi quid referam? quid me meminiſſe coëgit
Hannibal hoc pelagus? namq; hic niſi noctis opacæ
Indicijs fallor, Xantippum ſæua ſub undis
Et reditum in patriam mentita, & perfida claſsis
Demerſit, uideor corpus ſpectare natantis
Aequore tam uaſto, & uix brachia feſſa mouentis,
Dij quæ monſtra boni, quæ mens ingrata nocentum.
Quid uoluere ſibi? ſolum qui cauſa ſalutis
His fuerat, tali uu animes abſumere morte.
Remigis implebam partes, illumq́ cadentem
Et uidi, & dolui, & præſagia triſtia finxi.
Ipſa mihi uereor ſummum narrare dolorem
Qui ſequitur, ſed digna fuit uindicta Deorum.
Hac equidem paucos poſt annos fortè tenebat
Impia claſsis iter, nec longè à finibus iſtis
Incidit in claſſem Latiam, nempe ipſe tremendam
Noſtrorum ſtragem, totoq́ incendia ponto,
Et uolitare trabes & mixta cadauera uiuis
Corporibus, circumq́ atro freta tincta cruores
Et uictas puppes, remosq́, & ſparſa per undas
Carbaſa, naufragium horrendum, fractosq́ rudentes
Vulnera crebra nimis, mortesq́ & in æquore luctum
Confuſum, triſtesq́ ſonos, trepidumq́ tumultum
Prælia tartareis, Hereboq́ ſimillima uidi.
Dij mihi non aliter fauerant, niſi ſemper ab undis
Donec fœda fuit ſtrages, fera bella cientem
Xantippum releuare oculos, atq; ora uidebam:
Subdentemq́ faces ratibus, flammasq́ per æquor
Fundentem & cœlo g adio, ac tela pluentem.
Nec prius ex oculis abijt, quàm claſsis in omne
Diſsilijt pelagus, Siculi quod littoris imum,
Sardiniæq́ latus medijs diſterminat undis.
Libertas equidem Xantippo uindice nobis
Tunc perijt, tandemq́ precor trux ira quieſcat,
Molliat ille animos, iam ſatis ultio tanta
Vna ſit offenſa, ſed nunc antiqua recordor:
Nam locus admonuit, ſcelus & uindicta quod iſto
Contigit in pelago. Sic quæſtus, uertitur inde
Ad læuam, medioq́ retro procul æquore multa
Ante ſe ad dextram Lilibæa littora ferunt:
Occultantq́ ſitus Phrigij monumenta ſepulchri.
Sic longam alterno noctem ſermone leuabant,
Et ueterum memores iam tunc uentura timebant
Anxia, tum tenui ſuccumbunt pectora ſomno,
Et nouus eoo conſurgens Eurus ab axe,
Lintea complebat facilis crepitantia pulſu.
Lælius hæc inter perducta Rege reuertens
Accelerabat iter: namq; illum chara trahebant
Iuſſa Ducis, profugusq́ hoſtis, multumq́ timebat,
Ne ſine ſe fortaſſe dies foret ultima belli
Expectata ſibi ſemper, cum fama repentè
Incidit hoſtiles pacem ueniamq́ precantes
Affore legatos, igitur reuocante Senatu
Lælius ipſe domum repetit, ſic dulcia charæ
Limina cum peteret iuuenis malè ſanus amicæ
Si pater aut genitrix trahant, ueſtigia flectit
Lenta dolens, pactamq́ timens amittere noctem.
Fuluius expoſitos Baiano in littore Romam
Perduxit comitem, quem dederat ipſe profectis
Scipio, ſed muros uetitis intrare, ut uſto
Concilium de more datur, ſtat proxima portis
Bellonæ ſacrata domus, quo tota Senatus
Turba uerenda coit: ſimul & quos miſerat hoſtis
Conueniunt. hi multa palàm quia falſa citatis
Aſſeruere Deis, ira grauiore Senatus
Accendere animos, pacemq́ & fœdus amicum
Poſcentes, meruere odium, uiolata negare
Publica pacta quidem, cauſamq́ inferre malorum
Hannibali, cunctosq́ alios abſoluere culpa.
Capit ad hæc uarium murmur, tum concitus unus
Ex patribus, quoniam pacem petijſtis auitam,
Dicite ait, fuerint quæ fœdera pacis:
Omnibus ætatis clipeus fuit, illa uetuſta
Si iuuenes, neq; tot retrò meminiſſe per annos
Puniceaſie patuit fraus, & fruſtrantia tempus
Verba, parum lætus patres, excedere templo
Iuſsi, abeunt. In tres ſciſſa eſt ſententia partes.
Principibus quæ uiſa ſuis, quarum una reuerſis
Conſulibus, nam fortè aberant quæ ſumma poteſtas
Reſponſi ſeruabat onus dignumq́ mouebat
Maieſtate Deus latia, Liuiusq́ morandi
Autor erat reditus, at contra infracta Metellus
Fœdera Romana fuerat qui cauſa petendi
Cuncta referre Duci, noſſe quiq́ omnia ſolus.
Illa ſed aſperior ſententia uiſa Latinis
Optima, quæ maris pellendos cenſuit hoſtes
Exploratores.
Sic ſine pace retrò redeunt, ſine fœdere raptim,
Et ſine reſponſo, cuſtodia litus ad uſq;
Mittitur Auſoniæ, ne quoquam flectere curſum,
Neu fraudis moliri aliquid per Punica poſſint

Ingenia atq́ artes nati exercere paternas.
Fuluius ipſe etiam Læliusq́ in caſtra iubentur
Hæc patriæ mandata Duci non lenta referre.
Pergat qua cœpit, primordiaq́ alta ſequatur,
Fortunamq́ deoſq́ ſuos, nen pacis in umbra
Deſtinat, cœptum ue ſinat lenteſcere bellum.
Fecerat interea pacis ſpes blanda ſequeſtre
Vt terris ſecurus iter, pelagoq́ uiator
Carperet, intrepidiq́ currens æquore nautæ
Hac ſpe igitur Romana ingens à littore claſſis
Arma ferens, homines uacuisq́ ciberia caſtris
Soluerat, & geminu ſulcabat cærula curſu.
Namq́ alias calaris puppes aquilone ſecundo
Flatibus: aduerſis alias Lilibeius onuſtas
Miſerat, has pelago tempeſtas corripit alto
Diſpergitq́ uagas, ſcopulis allidit, & undis
Pars pelagi ſubmerſa perit, pars littus iniquum
Victa petit, ſecura hominum metusq́ procellæ
Omnia tunc poterat celſo de uertice Birſæ
Cernere fidefragũ, & promptũ ad pericula uulgus,
Ergo oritur ſubitus per mœnia lata tumultus,
Inq́ forum coëunt, pauci quibus eſſet honeſti
Cura fidesq́ opibus potior, potiorq́ rapinis
Pactorum & totiens uoti precibusq́ petitæ
Pacis ab Italia uulgus meminiſſe iubebant.
Aſt odijs alij, cæcoq́ cupidine prædæ
Flagrãtes, raptim arma fremunt, interq́ tumultum
(Vt ſolet in multis) melior ſententia uicta eſt.
Conſcendunt auidi naues, Giſgonius illis
Haſdrubal eligitur ſceleris: Dux isq́ repentè
Egreditur portu, ſparſasq́ per æquora puppes
Deſertasq́ fuga nautarum inuadit, at ille
Fluctibus hinc illinc inopinè fraudibus hoſtis,
Vincuntur facilè, paucas maris abſtulit æſtus
Demerſitq́ alias: plures capuere nefandi
Prædones. medias Octauius ipſe procellas
Dux ſecuit claſſis, terdenis puppibus, ac ſe
Remige defeſſo ſub tuto condidit antro
Montis Apollinei uento iactatus & æſtu
Scipio tam fœda concuſſus imagine fraudis.
Quamquã animos fortuna dabat, uirtusq́ laborum
Contemptrix, nocuam iuſtis tamen ille querelis
Tres Oratores oneratos mittit in urbem
Impetus hos uulgi ſæuus excipit, atraq́ circum
Tempeſtas lapidum exoritur, fremit impia turba
Intentatq́ manus, & ni reuerentia ſummi
Forte Magiſtratus interueniſſet, in illo
Iura die humani generis calcata fuiſſent
Cæde truci, trepidi tandem per iurgia & hoſtes,
Præſidijs fulti exiguis ad littora pauci
Vix penetrant, repetuntq́ ratem iam tuta uideri
Puppis ab incurſu poterat, iam caſtra ſuorum
Cernebant, ſubitò cum tres à littore naues
Erumpunt ex inſidijs, non partibus æquis.
Pugna oritur, caſtris littus Romana relictis
Agmina in extremum coëunt, clamore uel armis
Succurſura ſuis, ac quis ſuccurſus in armis
Vnde uetabat iter, ſed enim conſpecta ſuorum
Signa dabant animos, tandem Romana ſagittis
Miſſilibus uacuata ratis, conuerſa maligna
Subtrahitur pugnæ uerſis ad littora remis,
Ac niſu ualido terris alliſa fatiſcit
Ipſa quidem, ſed uectores tellure petita
Expoſuit, curſu, & ſpem fruſtrata ſequentum.
Sic lupus inuento procul à cuſtodibus agno
Irruit, & dentes acuit, rabiemq́ famemq́
Si fuga tunc trepidum capiat de faucibus hoſtem
Inſequitur, mordetq́ animus, & deuorat auras,
Donec ad ignotas caulas & ouilia uentum eſt:
Tum retrahit curſum, terret locus ipſe, canumq́
Latratus, uiridiq́ ſedens ſuper aggere paſtor
Talia dum Pœni peragunt, non læta ferentes
Romulea reuehit legatos miſſus ab urbe
Lælius, & pauidos Lanij ſuccedere caſtris
Imperat. agnouit Scipio, nec terna ſub uno
Tempore flagitia, aut triplex iniuria mitem
Excuſſere animum: Legatos namq́ benignè
Alloquitur: quanquam prorſum ſint fœdera uobis
Et ſuperum deſpecta fides, iusq́ omne quod uſquam eſt
Non tamen à nobis mundò præmia digna feretis
Perfidiæ, ueniet fraudes quæ uindicet omnes
Vna dies, nil indignum ſeu moribus in uos
Ipſe meis faciam, ſeu maieſtate meorum.
Nec ueſtram ſequar ipſe fidem, diſcedite tuti
Mitius armatos inter ſub tempore belli
Romanos habiti, quam nos ſub pacis amictu
Vos inter.
Viribus ipſe animisq́ ingens in tempore bellum
Feruidus inſtaurat, Lybiæ ſtatus ipſe pauentis
Tunc erat. Italia ſed iam Dux iuſſus inerq́
Ceſſerat, & uaria quamuis regione profectas
Aequoris, & patriæ fraternæ tempore eodem
Aduentare acies paſſim iam fama ferebat:
Iamq́ magno ianuæ ſoluens à littore claſſem
Aliæ nun fauſta pelago ſe ſaucius alto
Crediderat, patriam petiturus tramite recto
Si fortuna ſinat, ſenſim turgeſcere colles
Cædriferi, nulliq́ cedens his ſalsibus ora
Incipiunt, raraq́ uirent per littora palmæ.
Hinc Delphinus adeſt luco contectus aprico.
Obice qui montis uiolentos protinus auſtros
Rejicit, immotaq́ ſilens ſtatione quieſcit.
Parte alia ſinuoſa patent conuexa Siſtri:
Hinc ſolis uinea oculo luſtrata benigno
Et Baccho dilecta uimes, montemq́ rubentem
Et iuga proſpectant Cornelia palmite latè
Inclyta mellifluo, quibus haud collesq́ phalernos
Laudatamq́ licet maerent ceſsiſſe pudebit
Tunc ſeu pigra ſitu, nulli ſeu nota Poëtæ
Illa fuit tellus, iacuit ſine carmine ſacro.
Hoc mihi nunc cantanda loco, ſulcantibus æquor
Inſula iam Veneriq́ placens à littore portus
Exoritur, contraq́ ſedet fortiſsimus Ericx
Auſonius Siculæ retinens cognomina ripæ
Collibus his ipſam perhibent habitare Mineruam
Spernentemq́ patrias olei dulcedine Athenas
Exoritur coruiq́ caput, tumefactaq́ circum
Diſsiliunt maria, & ſaxis fremit unda uadoſis
Cognitus in medio uentis dorſoq́ nigranti
Arduus aſſurgit ſcopulus cui proxima rupes

Candida

Candidior latè Phœbo feriente reſulget.
Poſt in ſeceſſu curuo maris oſtia macræ
Cernuntur rapidi ſtantisq; palatia lunæ
Labitur, & placidis frangens mare fluctibus Arnus
Hunc ſupra & ripas tenet urbs pulcherrima Piſæ
Hanc oculis digitisq; notant, propiusq; pateſcunt
Hetruriæq; latus, ſpatioq; breuiſsima Gorgon
Syluáq; nobilior, rigidisq; capraria ſaxis
Inſula, tum niueo prædiues marmore, retrò
Linquitur ad læuam Gilium, uicináq; contra
Stat iuga, de gemino nomen ſortita metallo.
Plumbeus hic uertex, illa eſt argentea rupes.
Nec procul Herculei deuexo monte receſſus.
Et Thelamonis opus, nauisq; infeſtior æquo
Paruus aquis proprijs uiolenti gurgitis umbrò
Dextra, ſed à tergo uentoſi frondea tractus
Corſica reſtabat: iamq; hinc Sardinia longè
Tabificos aperit colles, hinc aurea Roma
Hincq; proceloſo Tybridis ſtant littore fauces.
Hic poſtquam medio iuuenis ſtetit æquore Pœnus
Vulneris increſcens dolor & uicinia duræ
Mortis agens ſtimulis ardentibus urget anhelum;
Ille uidens propius ſupremi temporis horam
Incipit: Heu qualis fortunæ terminus altè eſt
Quam lætis mens cæca bonis, furor ecce potentum
Præcipiti gaudere loco, ſtatus ille procellis
Subiacet innumeris, & finis ad alta leuatis
Eſt ruere, heu tremulum magnorum culmen honorum
Spesq; hominum fallax, & inanis gloria fictis
Illita blanditijs, heu uita incerta labori
Dedita perpetuo, ſemperq; heu certa, nec unquam
Stat mortis præuiſa dies, heu ſortis iniquæ
Natus homo in terris, animalia cuncta quieſcunt
Irrequietus homo, perq; omnes anxius annos:
Ad mortem feſtinat iter, mors optima rerum;
Tu retegis ſola errores, & lumina uitæ
Diſcutis exactæ. uideo nunc quanta paraui
Ah miſer in caſſum, ſubij quot ſponte labores
Quos licuit tranſire mihi, moriturus ad aſtra
Scandere quærit homo, ſed mors docet omnia quò ſint
Noſtra loco. Latio quid profuit arma potenti;
Quid tectis inferre faces? quid fœdera mundi
Turbare, atq; urbes triſti miſcere tumultu?
Aurea marmoreis quid'ue alta palatia muris
Erexiſſe iuuat? poſtquam ſic ſydera læuo
In pelago periturus eram, chariſsime frater
Quanta paras animis? heu fati ignarus acerbi
Ignarusq; mei. dixit, tum liber in auras
Spiritus egreditur, ſpatijs non altior æquis,
Deſpiceret Romam, ſimul & Carthaginis urbem.
Ante diem fœlix abiens, ne ſumma uideret
Exitia, & claris quod reſtat dedecus armis.
Fraternosq; ſuosq; ſimul, patriæq; dolores.

AFRICAE FRANCISCI PETRARCHAE, LIBER VII.

NESCIVS extincti iuuenis ſe-
rus Hannibal inſtans
Bellum animo, & uarios agitans
ſub pectore caſus.
Fraternam ſperabat opem, iamq;
adfore claſſem
Illius ac dulces cupidè ſibi finge-
re uultus,
Fingere colloquia, & Latijs quid paſſus in aruis
Audire, & proprios fratri narrare labores:
Inq; ſibi infeſtos ulciſci in tempore ciues,
Hannonem ante alios. acies dum mente frequenter
Inſtruit, atq; equitum circundat cornua, ſemper
Germanum armauit, primaq; in fronte locauit.
Spem quoq; nonnunquam mens immoderata uetuſtam
Rettulit imperij, charo tunc grandia fratri
Italiæq; dedit partem, Regemq; uocauit
Atq; ſuperuacuis ignarus pectora ueri
Implicuit curis: uolucris uelut anxia nido
Pabula dum cumulet memori torquetur amore,
Aſsiduoq; fremit ſtudio, & ſuſpenditur alis
Cum tamen interea generis ſpem fortè malignus
Abſtulerit natos atq; incunabula paſtor:
Non procul Hannibalis diſtabat curſus ab Afro
Littore, cum iuſſus raptim ueſtigia mali
Nauita conſcendit, quam claſsis prenderet oram
Viſurus, ſummoq; ſedens in uertice ligni
Dirupta, reſpondit: ſpectamus ſaxa ſepulchri
Huc recto impellens fert uentus tramite proram.
Triſtior augurio, clauum Rege carbaſa uolue
Flecte uiam, curſumq; alio melioribus inquit,
Auſpicijs detorque meum. tum iuſſa magiſtri
Expediunt, ac uerſa uadis ad proxima Leptis
Littora ſollicito peruenit remige claſsis.
Qui ſtatus interea Romanis eſſet in oris
Qui'ue foret Lybicis, quæ ſpes, qui terrore utrinq;
Voluerent alterno fluitantes turbine mentes.
Dictu difficilè eſt, quotiens ingentia duri
Hannibalis monumenta animis confectaq; bella
Obuerſabantur, tunc ſpes Romana cadebat
Victa retrò, ac quotiens clari occurrebat imago
Scipiadæ, florensq; uiri & ſpectata iuuentus,
Ac uirtus infracta malis ſpes pulchra redibat
Tunc Italis, terrorq; iterum tranſibat ad hoſtes:
Et quanquam Latijs depulſum finibus acrem
Hannibalem fratremq; oculis Reſpublica lætis
Cerneret, aſt alia urgebat præcordia cura
Segnities ſuſpecta Ducum, quibus omne ſenatus
Mandarat ſtudium, ne quo molimine poſſent
In Lybiam tranſire hoſtes, neu terra uel æquor
Securum præſtaret iter, diſcrimine nullo
Nunc ambos abijſſe ſimul, nempe una pericli
Conditio, ſed campus erat diſcriminis alter
Collectisq; domi Pœnorum uiribus ingens,

Caſus &

Caſus & excidium metuendum inſtabat, & hora
Vltima Romani imperij, ceu corpus in omne
Si longæua fuit ſcabies, abiensq; repentè
Deſerat extremamq́; cutem partesq́; patentes,
Gaudia corripiunt animum, ſi forſitan æger
Sentiat abſtruſum introrſus turgeſcere pectus,
Horreſcit peiora timens, peſtemq́; priorem
Optat, & in regnum cordis dolet eſſe coactam:
Sic metus extinctus minimè, licet hoſte remoto
Verum alio translatus idem grauiusq; periclum
Viſceribus ſupereſſe mouet, magnumq́; timendi
Calcar erat Fabij præſens quaſi ſemper imago,
Cui longè præſaga uiro ſapiensq́; futuri
Mens fuerat, certoq́; uelut prudentia uati
Ille quidem uulgo ſolitus prædiſcere ſemper
Si quando patriam peteret ferus Hannibal, urbi
Tunc ueros inſtare metus, & flebile tempus:
Non ibi ductores pauidos, Regesq́; fugaces
Venturos acie aduerſa, non lecta per agros
Agmina paſtorum propriè, uerum arma tremendum
Laturum Hannibalem cuius numerare triumphos
Expleat annales, plures qui truſerit arco
Romuleo ex populo, uiduæ quam liquerit urbi.
Aſt utrumq; latus circum belloq́; geluq́;
Duratas, longaq́; famæ ualere cohortes.
Quiq; etiam multos quibus ars celeberrima paſsim eſt
Romanos iugulare Duces, quorum agmina undis
Scipiadæ occurrit gladijs, nil nominis illic
Maieſtas ualitura Duci, nil forma genusq́;,
Fabula nil ortus, nil colloquiumq́; Deorum.
Dixerat hoc Fabius, quoniamq́; id morte ſub ipſa
Vaticinatus erat ueluti ſuprema minantis.
Dicta patris memori nunc iactabantur in urbe,
Terrebantq́; animos: at enim iam parta per agros
Tot uocis optata quies, uultuq́; ſerenus
Auſoniæ, lætam meritò perſoluere plebem
Vota iubent ſuperis, per quinq; altaria flammis
Incaluere dies, totidemq́; onerata coronis
Limina cuncta Deûm, uiridiq́; comantia lauro.
Hannibal à Lepti trepidis rumoribus actus
Ad Zamnam celebrabat iter, iamq́; omnia latè
Scipio uaſtabat, facibus iam rura uel armis
Ditia Romanis ardebant, ultima ſecum
Prælia dum penſat Pœnus, ſubitosq́; ueretur
Congreſſus, certos ſtatuit præmittere contrà
Qui referent, quà ſint hoſtes regione locorum:
Quid'ue agitent, quo fulta ſitu, quo úe ordine caſtra
Conſiſtant, tulit, hos læuo fortuna profectos
Tramite caſtrorum incautos cuſtodia captos
Pertraxit Ducis ante pedes. tunc ille Tribunus
Imperat, ut circumductis per ſingula monſtrent,
Caſtrorum armorumq́; genus, uultusq́; uirorum
Atq; equitum peditumq́; habitus, numerumq́; manusq́;
Paretur, ſic intrepidi tentoria paſsim
Circuerunt, omnem abſtulerat Dux ipſe pauorem.
Mirantur morem indomitum, legesq́; ſeueras
Militiæ, durasq́; manus, atq; apta labori
Corpora, non glacie nec ui frangenda nec æſtu:
Atq; cicatrices aduerſo corpore crebras,
Ingentesq́;, acres oculos, teſtantiaq́; altos
Ora animo, & uerba tonis reſonantia miris,.
Poſtquam cuncta uiris ſunt explorata, reuerſos
Scipio ſubridens placidè, uultuq́; ſereno
Alloquitur, firmatq́; animos ſatis omnia nunquid
Iuiſtis per caſtra uiri, noſtrosq́; paratus?
Si quid adhuc supereſt ſecuri cuncta uidete,
Et ueſtro narrate Duci. ſic ille benignè
Hortatus, dubios hominem úe Deum úe loquentem
Audiſſent, ſtupidosq́; incerta mente reliquit.
Inde uiris ſumptus præſtatur opimus equosq́;
Conceſsi, comitesq́; uiæ, qui tuta locorum
Oſtendant, uultuq́; tegant, ne fortè per agros
Sparſa manus iuſtam oblato putet eſſe rapinam.
Talia dum latius peragit Dux, forſitan illo
Maſsiniſſa die peditumq́; equitumq́; cateruæ
Ingentes, alacri ueniunt in caſtra fauore.
Omnibus ex uiſis nil tam perterruit aſprum
Hannibalem, quàm clara hoſtis fiducia magnas
Spes animo uoluentis enim, nec bella pauentis
Attamen extremas, quoniam iam fata ruinas
Vrgebant, aderatq́; dies, qui nubila ſortis
Pelleret ambiguæ, ſtatuit tentare loquendo
Ante Ducis mentem aduerſi, ſi flectere poſsit
Conſilio pacisq́; nouos infundere amores.
Siue ille egregia morum dulcedine tactus,
Seu uentura pauens, ſeu iam longæua laborum
Tædia pertæſus, ſeu fraudem inuoluere uerbis
Inſidiasq́; parans, ſolitasq́; recurrere ad artes.
Nuncius hæc propter præmiſſus pergit ad hoſtem,
Colloquium petit, nihil aduerſatus, & ambo
Caſtra mouent ex compoſito, multumq́; propinquis
Conſedere locis facilis congreſſus ubi illos
Iungeret exiguis urbs Nargara mœnibus inde eſt
Haud procul, hunc Scipio raptim munimine collem
Occupat, hæc ſedes tutis aptiſsima caſtris.
Dulcis aqua fontes illic, & pabula paſsim
Opportuna uiris & equis, uix millibus alter
Quatuor aduerſis ductor diſtantia caſtris
Ardua communit, ſcatebris ubi nulla benignis
Lympha caput tollit, camposq́; irrorat inertes:
Ne'ue diu mora tuta foret ſitis ipſa uetebat
In medio tumulus legitur conſpectus utrinq;,
Detectusq́; ſitu, ne quid inter frondea clauſtra
Antraq́; ſyluarum fraudisq́; doliq́; lateret.
Marcellus terrebat enim, & collega peremptus.
Hinc illinc armatæ acies, hue greſsibus æquis
Agmine quadrato ueniunt, paribusq́;, remotæ
Subſiſtunt ſpatijs: at Dux prægreſſus uterq;
Cornipede excelſo, poſitus concorditer armis.
Pone ſuus quemq; eſt teſtisq́; comesq́; ſecutus,
Vnicus interpres. tumulo ſic cominus ambo
Conueniunt, ſummi ſiquidem Regumq́; Ducumq́;
Quos aut prima tulit cœli quocunq; ſub axe
Aut ætas latura ſequens. ceu bella Gygantes
Si renouent indigna Deis, ſtentq́; agmine contra
Fulmine depoſito procedat Iupiter ingens
Mercuriusq́; comes, tum pars aduerſa typheum
Mittat. & hinc comitem ſe turpis homunculus addat
At longè armati ſpectent commertia fratres
Terrigenæ, tum parte alia furor ipſe Deorum

Conticeat, promat Phœbus, teneatq́ ſagittas:
Horrificamq́ minax quatiat procul Aegida Pallas
Terra tremat, nubes ignes & fulguret æther.
Mortibus haud alijs. alioq́ horrore uidentum
Conuenere pares ſileant mihi cuncta priorum
Nomina nos alias nullo conſiſtere campo
Maiores fortuna duos uidiſſe negabit
Alter ad alterius conſpectum hæſere uiciſsim
Immoti, tum multa alto ſub corde mouentes.
Dum ſtupor attonitos habuit, ſiluere parumper,
Scipio fulmineæ cernens horrentia circum
Hora Ducis, uultusq́ truces. hic Iuppiter ille eſt
Cuius ab armatis legionibus ora timentur:
Italiæ terror, murus Carthaginis arxq́
Heſperiæ domitor, qui Gallica rura peragrans,
Fregit inaceſſas alpes, callemq́ niuoſum
Natura luctante dedit, tot noſtra cecidit
Agmina, totq́ Duces, totiens qui lumine noſtro
Sanguine fœdauit, campo potuitq́ patenti
Atq́ acie iuſta manum ſuperare parentem
Meq́ ſimul iuuenem pauidæ qui limina Romæ
Non ferro noſtriq́ metu, ſed numine certo
Præſentiq́ Deum, nymbisq́ fauentibus urbi
Liquit, & erubeo noſtram debere ſalutem
Non animis, non uirtuti, non fortibus armis,
Sed tempeſtatis tantum auxiliaribus undis.
Talia uoluebat Scipio. Contrà Hannibal hic eſt
Hic cuius tenera iam nunc ætate remotos
Fama polos penetrat, cuius dant credula ſummis
Secula numinibus uirtus: quia ſuggerit ortum
Sanguine qui patrio madidum cõtingere campum
Non timuit, cladesq́ ſuas tam fortiter ultus
Inſequitur uictos, & nos poſt prælia tanta
Hiſpania tellure fugat, noſtrosq́ labores
Irritat, iſte abitum cunctis meditantibus unus
Conſilium uertit, cunctisq́ trementibus idem
Conſtitit immotus, nullus ſua rura tueri
Audebat, noſtras en iſte inſultat in arces.
Hic Regem. cui noſtra ingens innixa manebat
Spes prius, alloquio flexit, mox fregit aperta
Perdomuitq́ acie, uictumq́ in uincla coëgit
Me quoque deiecit prius hic quam uiderit, & nunc
Expulit Italia. quid multa? uel iſte profectò
Eſt mihi uel nullus toto metuendus in orbe.
Quæ dum cuncta pares oculi trepidantis in ictu
Voluiſſent animis, incœpta ſilentia rumpens
Hannibal, hæc primus: Si me mea fata maligno
Sydere damnabant, ut poſt tot bella peracta
Totq́ acies cæſas campis, tot milia fuſa
Solus ego pacem à nobis petiturus inermis
Fortuna uariante uices, ſupplexq́ uenirem
Gratulor ex cunctis, quibus hoc decus illa parabat,
Te potius mihi ſorte datum, quia nobilis ingens
Solamen mihi uictor erit, minimumq́ pudebit
Sub tanto cecidiſſe uiro, tibi gloria porrò
Vltima non fuerit, niſi mens mea conſcia fallit
Hannibalem cui de uobis tot larga triumphos
Fata dabant, cui tot campis atq́ agmine fracti
Romani ceſſere Duces, tibi cedere ſoli
Non acie, non ui, ſolo ſed nomine uictum

Ludibrium quoq́ fortunæ quæ bella parenti
Cœpta tuo mecum nato claudenda reſeruat
Indigner, ſtupeam ue magis, namq́ ille per arma
Dux acer, plenus uictor fortiſsimus annis
Ille mihi ceſsit iuuenis, uictusq́ Latinis
Finibus eſt, contra tu nunc iuuenilibus annis
In propria me nempe domo ſine uulnere uinces
Tempore iam belloq́ Ducem, uictricia ſigna
Duratosq́ animos, durataq́ membra gerentem.
Cura quidem fateor fuerat pulcherrima pacis
Gentibus indomitis, nec enim Trinacria nobis,
Non fera Sardiniæ tellus, non tractus Hiberus.
Præmia magna ſatis pro tot iam claſsibus aut tot
Sunt exercitibus, pro tanto ſanguine fuſo
Culpari tranſacta tamen, licet uſq́ loquendo
Mutari uetitum eſt, tranſuerſo calle furentes
Traxit auaritiæ rabies, aliena petebam,
Vrgeor, in proprijs ſpes immoderata fefellit
Atque animus pacis impatiens ſic blanda parumper
Fortuna in magnis alio furit improba uultu.
Caſibus hæc uarijs, niſi me quoq́ fallere dulce eſt
Iam ſatis edocuit, non ſat ſibi tradere tutum.
Hinc ratione meos moderantem cæteris actus,
Cœpit pacis amor, tua ſed feruentior ætas
Et fortuna diu felix exterret utrumq́
Conſilio aduerſum pacis. ſtudijsq́ quietis
Nanq́ ego commemini medio feruore iuuentæ,
Qualis apud Trebiam fuerim, permitte proferri
Qualis apud Cannas, talem te ſuſpicor eſſe,
Nempe uirens ætas, & formoſiſsima clari
Te uindicta patris, te tot fœlicia bella
Africæ & Heſperiæ, & nunquam mentita ſecundos
Succeſſus fortuna leuat, ſatis omnia noui
Præterea expertus totiens, ſcio quanta libido eſt
Vincendi, quantumq́ decus, uictoria quando
Certa foret, fateor rerum eſt dulciſsima, ſed nunc
Quis Deus hanc uobis qui non & fallere poſsit
Pollicitus mihi crede aderunt, niſi ſiſtimus iras,
Corpora, ferrum, animi, uultusq́, manusq́ uirorum
Agmine ab aduerſo, ſimul hic quem cernis inermem
Alter erit, pectusq́ aliud frontisq́ altera longè:
Nec ſonus hic uocis, nec pacis inertia uerba.
Ergo animos aſſume nouos, neu nomina pacis
Vile ſonent, pulchra eſt, inquis, uictoria, ſed ſpes
Anxia uincendi, pax eſt pulcherrima rerum
Hæc tibi certa patet, niſi reſpicit omnia uerſa
Et quotiens animos præſentia proſpera tollunt.
Ante acres intende oculos, circumq́ retroq́
Nec quid læta ferat tantum fortuna, ſulis ue,
Sed quid ferre poteſt animo metire ſagaci.
Nil facies rectè, niſi cum ſpes ueneris illinc
Hinc metus occurrat, tibi ſin uictoria forſan
Ceſſerit, & quantum eſt proprijs quod laudibus addit
Victor es, & uincis, uixq́ unum mille triumphis
Addicis, at ſi fortè diu comitata repentè
Deſtituant te fata, ruis pereuntq́ labores
Innumeri ſpesq́ ampla ſimul, conſultor & hoſtis
Vnus adeſt, odium ſileat res firmet utrinq́
Vtile conſilium, & ſi nulla pericula terrent.
At retrahat ſaltem ſtudium te nominis alti,

Alcius

Altius ire nequit, nunc conſeruare labora:
Magnus enim labor eſt, magnæ cuſtodia famæ.
Vn'ne tot egregios actus, & tempore tanto
Quæſitum decus, unius committere caſus
Arbitrio? uis ne una dies tot ſubruat annos.
Fortunam frenare ſuam, finemq́ ſecundis
Ponere conſilium eſt, nec parua acceſſio magnæ
Fortunæ eſt tenuiſſe modum. ſi frena relaxas
Auferat in præceps, poſſem te multa monere,
Namq́ exemplorũ magna eſt mihi copia. Quãtus
Vir fuerat Cyrus, tamen is dum fine ſine ullo
Credulus inſequitur fortunam, turpiter alto
Excidit è ſolio, cumulus fuit ille pudori
Fœminea cecidiſſe manu, fœlicia Pyrrhus
Arma tulit, quanto potuit cum laude reuerti
In regnum, uobis etiam manſiſſet amicus
Vereor, illa animi tanta dulcedine, tali
Dignus amicitia: ſed dum nec frena tenere
Nec curſum cohibere poteſt, collapſus ad ima
Corruit, hic medio ſi permanſiſſet abundè
Sparſerat Epyri celebrem per ſecula famam.
Ah quotiens Italo Rex formidatus in orbe
Trinacriæ diadema tulit, mox cognitus orto
Sceptra etiam Macedũm arripuit, ſed ſiſtere nuſquam
Dum ualet ille uiris inuictus gloria uulgi
Fœminei, Argolico ruit ingens uictima ſaxo.
Sed quia noſtra magis fortaſſè exempla mouebũt
Hac ipſa in patria Regulum fortuna ſupremis
Aequarat Ducibus, ſed dum conſcẽdere ad aſtra
Nititur in tergum iacuit reſupinus acerbo
Fine decus partum claudens aliena reuarro.
Meq́ libens taceo, fato iactatus utroq́.
Quid ſim, quid fuerim cernis, uix notius uſquam
Inuenit exemplum, fortuna uolubilis in quo
Læſerit ulla magis, tutum eſt diſcedere ſenſim
Illius è gremio, nimium nec fidere blandis.
Vn' tu illi præſtare fidẽ, quæ uoluere nunquam
Deſinit inſtabilem uiolento turbine rotam?
Quæ non cæca modò eſt, ſed cæcos efficit illos
Quos complexa ſinu eſt, nunquam ue attollit & implet
Muneribus falſis, niſi quos de culmine ſummo
Vertere præcipiti furis meditata ruina.
At fuerit ſuſpecta tibi iam fœdere fracto
Punica fortè fides, ſed tu deſiſte uereri
Tempus pacis adeſt, & uos niſi falſa relatu
Audiui, pactum fœdus ſpreuiſtis auorum
Tempore, quod minimè dignis autoribus ictum
Eſſe uideretur. Nos ſi fortuna malignè
Strauit humi, retis forſan cecidiſſe decoris
Omne ſimul ſtudium, non ſic nos lumina læuo
Sydere proſpiciunt, fateor non omnibus æquè
Publica fata uelim, & patrios committere caſus.
Nunc autem de pace agitur, tractantibus illis
Quorum primus honos pacis belliq́ futurus
Et labor, & requies equidem: quia bella mouendi
Autor eram donec metuerunt fata retendi
Vt fauſtus foret euentus, ſic fœdera certè
Conſilia firmata meo, pacemq́ tuebor
Quæ nobis inhoneſta quidẽ, ſed uelle neceſſè eſt
At uobis ſpecioſa uenit, ſic dicere quanquam.

Victorum pacis leges, pœnamq́ iubere
Tu tamen hanc potuere re te imponere mulctam
Ore uelim proprio, noſtris erroribus æquam
Heſperiæ tractus, atq́ arua nouiſſima mundi,
Aeoliaq́ triceps regio, & Sardinia, & omnis
Inſula Thyrreno, aut Lybico perfuſa profundo
Veſtra ſit, hinc alia ex alijs conquirite regna
Ite per extremos axes, atq́ inuia ferro
Pandite fulmineo, Reges calcate ſuperbos
Veſtra ſub occaſu uictricia ſigna ferantur
In Boream, & Solis tandem uoluantur ad ortus
Nos autem Lybicis arctari finibus, inde
Vos Dominas rerum, longinqua cuncta regentes
Imperia, & multum terraq́ mariq́ tremendos
Cernamus, ſuperis poſtquam fatoq́ potenti
Eſt placitum. tantum ille graui ſermone profatus
Subticuit. contrà Scipio cui talia reddit:
Certus eram quæcunq́ mihi promiſſa fuiſſet
Aduentu turbanda tuo, nec fœdere Pœnos
Iuſſu hominum, uel ſacra Deũm ſeruare paratos
Ni cogente metu. Prius hic grauis aſtra uolans
Scandet equus, prius hic ſolidus per inania collis
Aſcendet, cœlumq́ cano ſubſidet auerna
Quam uobis ſit amica fides, ſed iuſta Deorum
Vltio perſequitur ſontes, ſtirpemq́ profanam
Verberat, & claudo quanquam pede iuſſa fugaces
Prauenit interdum ſcelerum ſpectator ab alto,
Perfidiaq́ Deus, quanquam tibi fabula uana eſt,
Hannibal eſſe Deum. quotiens rubicunda cruenta
Littora pulſarunt abſorptis claſſibus unda?
Viſcera bellantum pelago quot ſparſa natarunt?
Quot truncæ atq́ laceræ afflictum ſuper æquora puppes?
Quot tabo undantes æſtu iactante carinæ?
Quot clypei, & tetro ſtillantes ſanguine poſtes?
Credit adhuc non eſſe Deum, ſic pectore prorſus
Ingratis abraſit, non multum annoſa uetuſtas
Bis prius aduerſum nos arma nefanda tuliſtis
Nosq́ laceſsiiſtis ſemper, ſocijsq́ fauentes
Id meritis contra ſtetimus certare coacti
Nos pietas quondam Siculis ſuccurrere iuſſit
Nunc autem Hiſpanis, in quos tua maxima quantum
Sæuitia exarſit, dolor eſt meminiſſe pudorq́
Sera nimis miſeris, quoniam Romana fuerunt
Auxilia atq́ ingens infamia noſtra Saguntum eſt.
At Deus, ille Deus, quem uos contemnitis, æquas
Exegit penas meritis, belliq́ prioris
Exitus ille fuit, quem uos ſenſiſtis, & idem
Huius erit, niſi iuſta Deum uindicta fatigat.
Si qua tamen medio tulimus, quæ multa fatemur
Vulnera, præmiſit forſan rectiſsimus ultor
Exercens, purgansq́ pios, ſed priſca relinque:
Si tibi cura monet, ne pax tua ciuibus obſit,
Et mihi perfidiæ, ne præmia fortè reportent
Eſt animus, quid enim, cum uos & fœdera & omnem
Spem pacis uiolaſſe palàm eſt, nunc fœdera rurſus
Et pacem, indignos quos prima iniuria fecit
Conditione pari petitis leuiore ſecundam.
Nec pudet, & quantis ſeſe fortuna reuoluat
Caſibus admoneor, quàm ſit uia lubrica magnæ
Fortunæ, iubeor Reges meminiſſe Ducesq́.

Quæ

Quos mutata gradu ſubito deiecit ab alto.
Exemplisq́; premor, ſcio quòd mortalia nobis
Corpora ſunt, animi æterni, ſcio multa ſepulcis
Supplicia, & longos ſcelerum ſupereſſe dolores.
Hic famam reſtare bonis, æternaq́; cœlo
Præmia, uis'ne aliud docilem uir docte monere?
Caſibus expoſitum ſcio me, teq́; armipotentem
Egregiumq́; Ducem fateor, deſiſte minari,
Scimus, & hinc maior noſtris ſperatur ab armis
Gloria, nec regnum fortunæ ignoro iocantis
Rebus in humanis. at nulla potentia ſummo
Eſt æquanda Deo, ſolet hic pia bella fouentes
Auxilio firmare ſuo, ac ne fortè moremur
Hunc totum per uerba diem. Si fœdera nobis
Prima placent, ceſibusq́; recens iniuria noſtris
Legatisq́; illa aliqua purgatur, habetis
Quod petitis, neu polliciti putes inſcius ingens,
Munus habes pacem, quoniam fortuna reuerſa eſt.
Veſtra uides, ſi dum latio tua fama ſonabat
Tempeſtate graui bellorum, uictor hoſtis
Optaſſe eadem precibus tunc fortè ſuperbum
Non præſtare fuit, nunc cum propè uictus & omnis
Pulſus ab Italia, metuensq́; & bello ſubactus
Pacem ores, poteras recta cum fronte negari.
Et tamen ut mundus uideat non aſpera nobis
Deieciſſe animos, non tollere proſpera bella,
Fortuna'ne pares habitus conſiſtere in omni,
Poſteritasq́; noret, non nos dulcedine prædæ
Prælia non odijs, ſed pacis amore mouere.
Pax dabitur, fuerit nobis ſi pura uoluntas.
Sed quid uana refers, hæc eſt Hiſpania dextra
Si neſcis multoq́; mihi iam parta cruore.
Cætera noſtra uides, ſtulta eſt iactantia dantis
Quod retinere nequit, de noſtro munera fingis?
Proinde aliud paci, pactisq́; prioribus ultrò
Adijce, ſi quid habes, quod ſi nimis illa uidentur
Importuna animis, gladios atque arma parate,
Indociles tollerare togam pacemq́; peroſi.
Dixerat, & tremula tellurem percutit haſta.
His dictis retro redeunt, ceu cornua poſtquam
Obnix tenuere diu, grauibusq́; tumentes
Impleuere animos odijs, uiſuq́; maligno
Digreſſu tacito referunt ueſtigia tauri,
Vt grauius toto coeant cum pondere rurſus:
Mugituq́; ferro complent nemus omne frementes
Circumſtant, reducesq́; acuunt in bella iuuencæ
Quemq́; ſua: talis Ducibus redeuntibus ore
Spiritus, & talis tumido ſub pectore ſermo.
Poſtquam ad uicinas ambo rediere cohortes
Arma animosq́; parant, in bella nouiſsima tandem
Edicunt, alacri cœlum tonat omne tumultu.
Tum uerò urgentes ſtimulos uirtutis & æſtus,
Irarumq́; faces, grauiterq́; minantia uerba
Flammantesq́; oculos, ardentiaq́; ore uideres
Haud aliter quàm cum ſtipulis immittere flammam
Fortè ex compoſito latè diſtantibus aruis
Diſcedunt gemini agricolæ diſperſus in agros
Horridus alternos, nunc hic, nunc cernitur illic.
Et trepidante ſono ſubitus micat ignis utrinque.
Vt uerò ad caſtra eſt reditum, clamore fauenti,

Qualis apum ſtrepitus Regem circumſtant ouantum
Pro ſe quiſq́; Ducum excipitur, cupidumq́; tuendi
Funditur inquirens certatim ſingula uulgus.
Vnus in amborum caſtris diſcurrere ſermo,
Fatalem ueniſſe diem, nec præmia belli
Qualia præteritis ſoleant ſperare periclis:
Nec pœnas inſtare pares, uictoribus orbem
Terrarum, imperiumq́; ſequentes per cuncta parari
Secula, tum uictis extremos affore caſus.
Semianimis quod uicta metu, propiorq́; cadenti
Carthago, nondum icta tremat, fatoq́; premente
Amplius intenſam nequeat differre ruinam.
Romanis non eſſe fuga, non collis amici
Præſidium, obſtruſosq́; abitus maris æquore circum
Alarum caliq́; fugam reſtare patentis.
Hinc igitur quoniam terror, ſpesq́; excitat illinc,
Imperiumq́; Ducum uario permixta fragore,
Caſtra modis reboant miris, hic corrigit haſtam
Ille acuit gladios, agilles probat ille ſagittas.
Induit hic galeam capiti, criſtasq́; trementes
Excolit, hic blando permulcens murmure fatem
Frenat equum, phaleris q́; tegit, ſtudet ille recuruos
Ferratos aptare pedes, unguemq́; cauatum
Verberat, ac crebris tinnitibus inde fauillas
Elicit. hic pictum clypeum textamq́; cathenis
Loricam exiguis tenuisq́; rigentia ferri
Tegmina circum humeros, & fortia pectora ducit
Implicat hic ocreas femori, tibiasq́; pedesq́;
Armat, & aurata præfulges imagine poples.
Hic mihi Pyerides, quoniam maiora puſillis
Viribus aggredior, ſi uas ab origine ſemper
Dilexi, coluiq́; libens, ſi rite uocaui,
Hic præbete animos, totoq́; Helicone fauete
Auia Caſtaliæ ſitiens conuexi pererro,
Vrget amor, famaq́; trahit ſpes blanda decore.
Lux ea terribilis hinc illinc conſumpta paratu
Ceſſerat, & uerſa radiebat ſydera cœlo:
Inclyta magnificis opibus cultuq́; uerendo
Aethereas matrona uirens perlabitur auras.
Stat capiti diadema ſacra, turritaq́; frontis
Effigies, ſceptrumq́; manu ſed ſparſa capillos
Et trepido feſtina gradu, cui feruida contrà
Multa, minax mulier medioq́; peruſtior axe
Ac ſuccincta ſinus, pauloq́; animoſior ibat.
Illa quoq́; ſceptrum, & regni uiolenta gerebat
Signa, Deos hominesq́; omnes, Regemq́; Deorum
Aſpernata animis, ambæ ſimul alta tenebant
Quaq́; rubens Martis metuendi luminis aſtrum,
Scorpio, chelarum amplexu caudaq́; tegebat,
Vtraq́; cœleſtes pariter tempusq́; ſub unum eſt
Introgreſſa fores, illas mirantur euntes
Cœlicolæ rapidus tenuerunt ſydera curſus:
Vt ſummo ſolio coram ſtetit, altera raptim
Incipit: Heu quantum facinus Iunonia longum
Hoſpita, & æternum fato ſtruente futura
Tentor ab Italia, nec tot ſua uulnera proſunt
Nec quod, ſi qua fides gladijs, letale putaui
Cannarum memoranda dies, ſi fata Deorum
Dura bonis liceat iuſtas inferre querelas,
Et cœlo non ficta loqui, natura benignè

Necum

Mecum egit fateor, ſuperi inuidiſtis acerbi.
Aequoris immenſi pulcherrima litora clemens
Illa mihi circumdederas, portusq́ decorem
Addideras, cæliq́ dederas clementia blandi,
Et ueſpertino ueniens ab axe Fauoni
Dulcior afflatus Zephyriq́ tepentior aura.
Littoris aduerſi frigus glaciale uidebam
Et poſt terga graues exurere cuncta calores
Ipſa mea interea ſitu, medijsq́ fruebar
Læta bonis, poteras terra cæleſtis imago
Vera, niſi fallor, ſpectantibus illa uideri.
Adde tot illuſtres natos Martisq́ ſecundi
Tot titulos, tot geſta Ducis, famamq́ ſonoram.
Non tibi Mars illum fratrem fatrare pudeat dum
Hunc quo fata uirum rapuerunt inuidia furtim
Tempore uulgatum eſt, quantus tot ille paratus
Orſus erat, nomenq́ meum quo ferre putabat
Infelix quanto flagrans genitricis amore.
Mitto alios, nam magna mihi numeroſaq́ turba eſt
Quanta mihi nuper qualisq́ nouiſsima proles
Contigerat, fateor ſuperi mordaxq́ fateor
Inuidia abſiſtat, non ullum regia poſcit
Maiorem generoſa Iouis, quis feruor in ullo
Par fuit ex quo Prometheus ſubduxit ab aſtris
Particulam, cæciq́ infudit pectoris antro:
Accenditq́ homines, quanta eſt conſtantia menti
Inſita? quam præceps per cuncta pericula fertur?
Credite corporeo niſi mentem carcere clauſam
Sarcina membrorum premeret, foret ille Deorum
Ex numero, ſolioq́ altus radiante ſederet
Nomine non opus eſt, ubi ſoli conuenit omi
Quod loqueris, factisq́ ſatis iam cognitus orbi eſt
Hannibal, ante ſuos perdent errantia calles
Sydera, & Aethyopes niuibus grauis obruet æſtas
Riphæumq́ gelu Borea tepefacta liquenti
Soluet hyems, quàm fœda uiro perduxerit illi
Terra parem, nec fallit amor, ſed uera fatebor.
Parcite cælicolæ, uereor ne triſtis alumno
Inuidia, & cæcus noceat fauor, aſpice terras
Iupiter Italiæ, uideo inter ſtrata colonis
Arua ſuis, uiden' indigena uariata cruore
Flumina, & ignotis multum diſtantia terris.
Buſta Ducum potuit latum effudiſſe per orbem.
Hannibal iſta meus potuit diſiungere montes
Et ſaxis arctare uagis, uerum obuius illi
Nunc Deus eſt aliquis, quis enim mortalia contra
Arma feret, puer aduerſo uenit agmine nobis.
En pudor ô ſuperi, ſed nec puer ille nec omnis
Terreat Auſoniæ tellus, non illa ſuperbo
Quam tacitam hic modo meditantem grandia uultu,
Aduerſamq́ meis fatis, hanc ſcilicet ipſam
Et formidatum mundo puerumq́ patremq́
Vna acie quondam collatis uicimus armis.
Nos nec adhuc tanto melior fortuna fauore
Cœperat amplecti, nunc tot firmata triumphis.
Quid metuam? niſi fortè Deos, ſuccurrite famæ
Atque arcete nefas, moriar niſi clauditur illo.
Neſcio quid puero, quid me iubet uſque timere.
Dixerat: at contrà uultu ueneranda modeſto
Altera procedit paulum, manibusq́ coram
Abijcit, ac ſceptrum pedibusq́ effuſa tonantis
Sic ait, ô magni ſuprema potentia mundi,
Si tua Roma poteſt, lachrymis perfundere ſacros
Te patiente pedes, precibus inflectere iuſtis,
O ſuperumq́ hominumq́ ſator, rerumq́ creator
Optime, parce tuis, fer opem & moderare labores.
Aſpice placatus tandem, & miſerere precamur.
Quanta per Heſperiam rapidis urgentibus auſtris
Flamma latus nimboq́ nocens undante procella
Sæuierit, mundo notum eſt, & notius aſtris.
Nec mihi quod miſero inſultans nunc illa uirago
Obijcit inficior, candentes oſsibus agros
Italiæ, terrisq́ Ducum diſperſa ſepulchra.
Et quicquid miſer armorum fert impetus orbi
Suſtinui, ſolioq́ pater tu paſſus ab alto es:
Crimina ſic metuiſſe mea, reſpice tandem
Mitius afflictos, & ſi mea crimina nondum
Sunt purgata ſatis, tua fulmine dextra choruſco
Hoc caput inuiſum, & Tarpeias uerberet arces,
Hannibalem euertat, iamq́ auertiſſe uiderit
Et grates actura tibi pro munere tanto
Aduenio, timui, fateor, furiasq́ doloſq́
Infandi Ducis, & laqueos, ſimulataq́ bella.
Ille etenim ſacra quem genitrix cælo tenus effert
Atque ipſis inſana Deis, tot laudibus æquat.
Fraudibus inſidijsq́ magnis confidere in armis
Quàm uirtuti ſolet, poſſem ſibi multa meorum,
Funera natorum, dolor impedit, heu heu quanta
Sæuitia eſt ſummumq́ nephas, quibus illa ſuperbit:
Sic tales cecidiſſe Duces, ſed tempus aperte
Nunc uirtutis adeſt, iuuenem niſi fata uirentem
Quem puerum uocat, ipſa odijs immitibus urgent.
Quod tu ſumme parens prohibe & permitte parenti
Id modo ſollicitè, ceſſet fraus, arma ferentur
Iuſta acie liceat plano confligere campo.
Vel nati me fallit amor uel mira uidebis
Prælia: & infames æquantia uulnera Cannas.
Diuinos noui ipſa animos humanaq́ ſubter
Omnia cernentes, non quod mihi fabula mundi
Perſuadeat natum eſſe Deum, licet improba ſæpe
Excitat inuidiam, diuino tentet honore
Prædones, licet ipſa ſuos celebrare Deisq́
Adnumeret, mihi ſufficiat decor ille uirorum
Scipio magnanimus, ſimilem cui nulla tulerunt
Tempora, nulla ferent, non hæc me uera negabo
Credere, nempe animos diuinam accendere mentem
Illius, ac nullum ſine numine poſſe benigno
Egregium reor eſſe uirum, non aſtra morabor
Amplius, aut uaso faueas, aut patribus æquis,
Sta medius, fraudemq́ ueta, ſi ceſſerit illa
Vicimus, haud dubiè, ſed enim Iunonia iactat
Hoſpitia, & ſuperos hac ſperat uoce mouere.
Fallitur, inſanit, ſtat ſemper nube ſub iſta
Vel ſimili ſtabit equidem mihi pulchra monstis.
Tarpeio ſtet colle domus, cui thura precesq́
Deferimus, ſed rite utinam, pia ſacraq́ docere
Tu potes & facies, niſi in limine cæli
Fatorum uox interitum exaudita feſellit.
Ergo agè ſupplicibus pateant pia pectora uerbis
Celſe parens, hominum ſpes ſumma, & ſola bonorum

Auſonia

Audieram imperium terræ pelagiq́ ſupremum
Et circumfuſo quicquid quocunq́ ſub axe
Clauditur Oceano, Latio de ſanguine natis
Promiſſi, ſed quid niſi tàm grandia præſtat
Nunc autem non regna peto ſit tuta merentum
Libertas, liceat ſitientem ſanguine hoſtem
A iugulis arcere meis, ſi digna rogaris.
Si mihi non parcis, populis ignoſce nepotum.
Quos noua relligio faciet tibi forſan amicos.
Finierat, ſtringensq́ pedes atq; oſcula rurſus
Ingeminans lachrymis hærebat, & ore madenti
Subriſit uultu tacito ſtillantis olympi
Rector, ad alterius tactus præſagia ſecli
Tandem uerba parat: tremuit conterritus æther,
Conticuere poli, ſiluit tellusq́ chaosq́.
Nulli unquam ingenio patuit mortalibus inquit,
Quid pareret uentura dies, ſic noſtra premuntur
Conſilia, arcano ſic iuſſa ſilentia cælo.
Et tibi quæ patrem memoras audiſſe futuri
Intra ſyderium potuit contingere limen
Exterius ſonuiſſe nequit, niſi forſitan ardens
Spiritus huc aliquis flammis purgatus & unda
Venerit, hinc tenui quædam penetrantia rima
Erumpunt, multa quoniam pietate coactus
Vim patior, uerum quo longius omnia uoluam
Pauca mihi è cunctis quæ iam ſub Sole geruntur
Pauca placent, quoniam terris incognita uirtus
Huc refugit, totiens de uobis quæſta: quod inter
Millia tanta hominum ſibi uix contingat amicum
Inueniſſe aliquem. me purpura ueſtra mouebit
Forſitan an aurum præfulgens ceruice cæli
Hoc ſpatium, geminus forſitan contingat Eois
Hinc oriente alio, & circumradiantibus aſtris
Delector, meq́ ipſe magis, comitumq́ choreis
Corpora qui placeant oculis mortalia noſtris
Aut fragiles artus, aut forma fugacior umbris
Omnia ſunt æterna mihi ſplendorq́ decorq́.
Diuitiæ ſtabiles, menſuraq́ gloria regni.
Ac ne cuncta ſequar, uirtus mihi clara placere
Sola poteſt, animiq́ habitus, quam dicere ſedem
Ipſe meam nunquam erubui, ſed rara per orbem
Hoſpitia inuenio, nunc ueſtra addiſcite fata.
Eſt labor hinc illinc, per ſecula multa paratus,
Mutuaq́ alternas tentabunt funera gentes
Quem fortuna premat, cui ſtet uictoria parti
Non eſt noſſe prius, niſi quòd cui conſcia mens eſt
Iuſtitiæ: noſtrumq́ licet ſperare fauorem.
Aſt alium timuiſſe par eſt, ab origine rerum
Præmia digna pijs, atq; aſpera multa malignis
Edixi, ſed enim uobis nunc maxima cura eſt
Natorum, ueniet tempus quando utraq; triſti
Exilio patiare tuum ſeneſcere longè
A patria, nec buſta petet non gloria tanta.
Non decus, aut pietas aut fortia facta mouebunt
Amborum, nimium mortalis ſorda uoluntas
Ambitio, ſpem non ſobolem: mihi credite amatis.
Largior in uerbis ſolito ſum, maxima namq;
Res agitur, meritò ſermonis & indiga tanti
Imperium, mundiq́ caput, maiore cauendum
Voce aliud ſupereſt, dociles aduertite mentes.
Eſt mihi propoſitum, quoniam caligantia mundo
Lumina ſunt propius ueſtris accedere terris
Et pondus nexusq́ hominum mortalia membra
Sponte ſubire mea, noſtrosq́ leuare dolores.
Quantus amor, mortemq́ etiam tolerare pudendam,
Ingratæ, duræq́ animi contuitu quanquam
Munera ſint uobis, tamen hac fælicior illa eſt.
Fauerit hoc equidem cui nunc uictoria campo,
Hanc penes imperium ſimul & mea maxima ſedes
Semper erit, ſic fixa etenim ſententia ſanxit.
Ne'ue diu dilata nimis ſpes ueſtra putetur
Cuncta prius cuncti mortales iſta uidebunt,
Quàm decies latum Saturnus cinxerit orbem
Limite retrogrado, placida ſic uirgine captus
Iam rapior. ſacri ſic mulcent ubera lactis.
Talia narrantem cuncti gaudentibus alis
Cælicolæ umbrabant, atq; agmina nuntia pacis
Attonitæ auditis, non uno tramite matres
Spe uaria incerta redeunt iam littus Eoum
Sanguinolenta dies caſus uiſura ſupremos
Luſtrabat radijs, iam claſsica crebra ſonabant
Et matutinum per caſtra frementia murmur.
Conſurgunt hinc inde duces, nec tanta ſub aſtris
Vlla fuit Romana dies, per ſecula cuncta
Nec fuit in campis ullis ductoribus æquis
Aut paribus certatim odijs, aut artibus aut ui.
Nec metus in præſens tantum, ſed millia multa
Armorum ante oculos aderant, quemcunq́ dediſſet
Hac acie fortuna gradum, patriamq́ domumq́
Et ſtirpem, & genus, & ſeros ſperare nepotes.
Scipio diſtinctam campis induxit apertis
Ordinibus miris aciem, dextramq́ gubernat
Maſiniſſa latus, Numidis inſtructus, & illum
Hiſpanus ſublimat equus, criſtataq́ ſignat
Caſsis, & aduerſo ſinuatur purpura uento.
Lælius at læuum moderatur in agmine cornu,
Quem ſequitur Latij equitatus ductus ab oris.
Hunc Apulus ſonipes, rapidum propiorq́ uolanti
Fert circum, rigidoq́ effulgent pectora ferro
In medio Romana fremit prædura iuuentus.
Eminet his altè imperitans legionibus ingens
Scipio: iamq́ auro, iam ferro, clarus & oſtro
Clarior eſt animo, & ſpe clariſsimus ampla,
Obſcuratq́ alios. Surgentis lumina Phœbi
Ferre uelut comites nequeunt, hinc lucifer almus
Inter hebes radios, illinc Cyllenius ore
Pallidus ambiguo: nam cætera ſydera circum
Non expectato fugerunt omnia ſole.
Excitat ipſe alios animos, atq; omnia firmat
Per medias uolitans acies, nitidisq́ tremendum
Fulmen ineſt oculis, quod uerberet ora tuentum.
Signiferis inſtare ſuis, equitumq́ phalanges
Hortari, trepidos uerbis ſolidare, pauentes
Erigere ac dubios, hos obteſtatur, at illos
Orat, & in medium pulcherrima facta recenſet
Vel ſua, uel generis nomenq́ inculcat auorum.
Hos laudat blandis caſtigat uocibus illos,
Obiurgatq́ moras, & amico uerbere inertes
Inſtigat, docet ille decus, docet ultima belli
Præmia, quàm prope ſint, diſcriminis atq; pudoris

Admonet,his ſtimulis animos impellit & urget.
Omnibus ille locis feſtinat adeſſe,nec ullum
Perdere ſupremi momentum temporis ardet.
Poſtquam cuncta ſatis circum prouiſa,ſuiſq́;
Præſidijs firmata uidet,Dux maximus acri
Cornipede excelſus niueo,ſi Iuppiter inquit,
Hunc animum qui noſtra mouet præcordia cunctis
Nunc nobis notum eſſe uelit,dubitaſſe pudebit
Quis finis ſeu quæ noſtros fortuna paratus
Exciperet,nullis oculis Sol clarior unquam
Apparuit,mihi quàm uictoria cernitur ingens.
Vicimus,agnoſco trepidantis turbida uulgi
Murmura,& ambiguos motus,aciesq́; labantes.
Vicimus,hic animos cerno,ſtat horrida cædes
Ante oculos,taboq́; tumens,& ſanguine torrens:
Et cumuli ingentes patria tellure iacentum
Ipſum ego iam uideo iactatis turpiter armis,
Exceſsiſſe Ducem uideo latebraſq́; petentem,
Atq; utinam heſterno patuiſſent cominus aures
Cunctorum alloquio,licuiſſet noſcere apertè
Degenerem fractumq́; animũ,non iſte profectò eſt
Hannibal ille prior,niſi nomen territet ipſum.
Imò ille eſt equidem,ſed enim Dux callidus arma
Nota tremit,ſentitq́; alijs tractanda lacertis,
Conſilioq́; noui Ducis imperioq́; moueri.
Non ſibi Cannarum conſul temerarius ibit
Obuius hoc campo,nec quem pugnare uetabat
Omnia clara Deum manifeſtaq́; ſigna futuri
Si mens ſana foret,neq; nunc Sempronius alter
Præſidet his caſtris,mecum non puluis & æſtus
Solq́; oculis infeſtus erit uentuſq́; iuuabunt
Non nebula inſidias Cannisq́; paluſtribus idem
Obſtruet,aut aciem uictam torpore niuali
Obruet,& calido perfundet corpus oliuo.
Hic mecum gladio pectus tentabit acuto,
Enſe latus rigido,ualidamq́; incumbet in haſtam
Hoc metuit,pacem quotiens petiere pauore,
Et quotiens rupêre dolis,ſi temnimus illos.
Hos odiſſe decet,uos nunc ad talia bella
Fœlices igitur dextras,atq; arma mouete.
Primus in inuiſos ego iam nunc inferor hoſtes,
Inde fuga & terror,ſic dij promittitis omnes,
Sic mens ſaga boni ſtrictiq́; auidiſsima ferri
Dextera,& indomiti generoſus pectoris ardor.
At nobis tanto calcata Hiſpania curſu,
Et noſtrum iuuenile decus,tot regia bella,
Ruraq́; perpetuis,ardentia Punica flammis.
Occurrant,ætas,actus iam plena uiriles
Incipit à nobis,ueroſq́; optare triumphos.
Iam mihi bellorum ſtimulus radixq́; malorum
Hannibal;& tanti debetur gloria capti.
Quæcunq; ingreſſus pelagus Dij ſigna dederunt.
Quando Egathis petiere patres,ac plura fauctes
Oſtendunt,equidem tempus mihi perdere ſemper
Diſplicuit,tum præcipue,cum regna geruntur.
Terror abeſt,certa eſt uictoria,pergite mecum,
Nil moror,& reditus fœlix,qui uiſere geſtit,
Et patriam,& natos,& amica coniugis ora.
Hac iter eſt Romam,uictori talia certo
Non pugnaturo ſimilis.poſtquam ille profatus,
Subiicit,hortanti læto ſimul agmina uultu,
Vnanimesq́; alacri reſpondent uoce cateruæ.
Haud aliter quàm ſi capitolia celſa tenentem.
Curribus in niueis ſoluto clamore ſequantur
Hannibal extremam fatalem temporis horam
Præcipitare uidens,confeſtim elephante relicto,
Prærapidum conſcendit equum,uultuq́; minaci
Terribilis,qualis paſtor Polyphemus ab antro
Turbidus Aeolio,uel qualis ab æthere triſtis
Nuncius imperijs ſolet apparere cometa.
Inſtruit ingentes acies,cunctoſq́; elephantes,
Vt grege monſtrifico turbatum territet hoſtem:
Prima fronte locat,turreſq́; in terga trementes
Cernuntur totidem,colles iuga ſumma mouere
Dixeris,ac totidem nutantes rupibus arces.
Hunc clypeum totis prætendit uiribus hoſtis.
Mox Ligures,Galloſq́; acie conſiſtere prima,
Imperat,auxilijs illa balearibus implens,
Ac Mauris,acie Pœnos locat inde ſecunda
Atq; Afros,Brutio completur tertia tantum
Milite,qui mæſtus magnaq́; ex parte coactus
Caſtra ſequebatur,latis cum cornibus agros
Occupat,immenſo circundans agmina gyro
Ad dextram Pœnos Italis concurrere iuſſos
Ordinat,at læuam Numidæ tenuere rebelles,
Optantesq́; armis inuiſo occurrere Regi.
Hæc ubi diſpoſuit,quoniam ſibi caſtra coacta
Gentibus ex uarijs fuerant,& diſſona linguis.
Nunc interpretibus,proprio nunc ore cohortes
Accendit,ſtimulatq́; ſuo non ſegnior hoſte.
Omne ſimul Ducis egregij ſeu militis,idem
Implet opus,primas acies ac ſigna ferentes
Inſtruit,hinc alas,curſuq́; nouiſsima luſtrat.
Itq́; uagus blandis,permiſcens aſpera uerbis.
Si fortuna mihi nota eſt mea,uicimus inquit,
Nec uiciſſe ſat eſt, tumidum deleuimus hoſtem,
Romanumq́; genus, maneant modò priſtina nobis
Pectora Cannarum,aut Trebiæ memorantia tempus.
Nullus ab aduerſo uenit obuius,agmine quem non
Mille locis Italo pridem ſaturata cruore
Fuderis hæc acies,cui non fratremúe patremúe,
Aut natum abſtulerit.Dux ipſe ferocior omnis,
Et pater Auſonij,tunc gloria nominis ingens.
Hos timuit gladios laudatáq; ſigno cruore
Infecit,noſtros fugiens rediturus in enſes.
Ni forſan,procul à patria melioribus iſte
Militat auſpicijs,aut nos peioribus urbis
Ante fores patriæ,non ſic Carthaginis almæ
Immemores rear eſſe Deos,ut fortia Romæ
Mœnia non auſi ferro defendere noſtris
Manibus inſultent,furor huc attraxerit illos
Hac fortuna potens populo ſpectacula Pœno
Miſerit,ut quondam digitis auulſa cruentis
Tot ſpolia,ut modios curuo compleuimus auro.
Contenti patriæ rerum tranſmittere famam
Tantorum,ſic formoſo nunc uincula collo
Læta Ducis Latij uictrix Carthago uidebit.
Sic circunductos pecudum de more per urbem,
Romanos errare greges,Læliumq́; loquacem,
Et uarium Regem atq; inopem,qui noſtra reliquit

Arma

Arma fugax, huiuſq́ hodie per numina teſtor
Vos Mauri, Numidæq́ iugum uitate ſuperbum
Maſsiniſſa ſuos reperit per uerbera ſeruos.
Vos Galli ceſſate odijs, hoſtemq́ uetuſtum,
Nunc gladijs urgete nouis, hic campus in orbe
Collectas alio longæuas expiet iras.
At uos ô Ligures, quos me & mea fata ſecutos
Per mare, per terras, nulli ceſsiſſe labori
Hic uideo, pugnate precor, ſi digna manebunt
Præmia uictores, non uos mihi credite uallis
Hiſpida, nec regio abruptis imperuia ſaxis,
Sed campi pingues, & ditia rura manebunt
Italiæ, ueſterq́ pauor ſtimulusq́ ſilebit.
Roma ferox, uos chara mihi dilectaq́ multum
Agmina, uosq́ mei ciues impulſibus ullis
Non opus, aut monitis, patriā ſpectare trementem,
Hoſtilesq́ faces, atq́ impia pila pauentem,
Et notos muros, ubi prima infantia uobis
Exacta eſt, ubi tot meriti duxiſtis honores.
Tot lætos feſtosq́ dies, ubi buſta ciniſq́
Maiorum, & memori ſtant ſcriptæ in marmore laudes
Omnis in armatis patriæ fiducia dextris,
Et noſtra uirtute ſita eſt, ſuccurrite feſſæ
Vxores nobis, dulcesq́ occurrere natos
Deprecor, & trepidas matres, ſacramq́ parentum
Canitiem, & patrię curam ſupereſſe ſepulchri.
Nondum finierat, magnusq́ in uerba ferebat
Impetus ardentem, ſubitò cum claſsica & omnes,
Romanæ cecinere tubæ, clamorq́ tremendos
Ortus ab aduerſo, cœlum compleuit & auras,
Ac ſtrepitu horriſono uolucres hæſere uolantes
Quo cunctæ concuſſæ acies, trepidiq́ elephantes
In ſua præcipiti redierunt agmina curſu.
Turbarumq́ loco, compulſaq́ cornua retrò
Ceſſerunt, ô cæca hominum mens, inſcia rerum,
Conſilijsq́ illuſa tuis, quos agmine primo
Præſidium tanti ducis anxia cura locarat.
Hi ſtragem peperere ſuis, primamq́ ruinam.
Hic fragor Hannibalem medio ſermone loquētem
Auertit, ueluti ſubitum ſi fortè canenti
Obſtrepat, & ſciſſo deſcendat Iuppiter axe.
Ille ſilet, tremuloſq́ modos ſub gutture frangit,
Attollitq́ oculos, & cœlum ſuſpicit altum.
Verum tàm uarijs totiens Dux caſibus olim
Iactatus, totiens dubijs exercitus armis
Præſtat, & aduerſos ſpeculatur turbidus hoſtes
Increpitansq́ metus, uires animosq́ fluentes
Colligit, excurritq́ frementes ſeq́ obuius offert.
Sicut aper rapidis poſtquam latratibus actus.
Vulnificos inſtare canes, atq́ arma ſequentum
Aduertit iam terga rigent, iam ſubrigit aures,
Hinc praeceps in tela ruit: Sic feruidus ibat
Hannibal, egregijq́ animam patris ore uocabat.
Stabat ab aduerſo iuuenis tunc impiger acri
Maſsiniſſa animo, qui mox fluitantia cernens
Cornua Pœnorum, trepidos irrumpit in hoſtes,
Et quacunq́ uiam facit ingens bellua, raptim
Inſequitur. ſimiliq́ fretus duce Lælius, inter
Irruit armorum cumulos, tempusq́ locumq́
Arripit, obſtantes cædit, fugientibus inſtat.
Scipio magnanimus, uiolenti more leonis,
Qui catulis feſtinat opem, ſyluasq́ ferasq́
Obruat, in medios ſtricto penetrauerat enſe.
Illum tota acies, illum miratur ab alto
Iuppiter, & noſtro ſibi nam foret æmulus orbe.
Sol ſteterit ambiguus, rutilo ſic totus in auro
Fulgebat, ſic purpureo radiabat amictu
Sic rigidis nitidus iuuenis ſplendebat in armis,
Poſtquam eſt ad ueros peruentum comminus hoſtes
Romani Pœniq́ manus miſcere cruentas
Cœperunt, ingens & inexorabilis urget
Ira Duces, populoſq́ duos, nec Martius uſquam
Impetus aſperior, nec acerbior ulla per orbem
Pugna fuit, nec enim precio conducta gerebat
Bella cohors, aderant proprio qui ſanguine uellēt
Quas ipſi addiderāt odiorum extinguere flammas.
Vnus amor, cunctisq́ adeò legionibus una
Mens erat, ulciſci iuſtos uel morte dolores.
Punica perfidia, & Romana ſuperbia paſsim
Vocibus alternis uulnus iactantur ad omne.
Iurgia, & infames queſtus, & tempore eodem
Hic ſonus, hic iugulis extorta ſilentia caſis.
Annua nunc Pœnis, & auara tributa ſubactis,
Nunc fraus, & capto ſtrages indigna Sagunto.
Et quicquid rabies odio flammata uetuſto
Armatis dictare ſolet, coit omnis in unum
Oſſeo ſæ cumulus, longiq́ iniuria belli.
Pectora pectoribus tunduntur & enſibus enſes,
Vulnera uulneribus, mortes quoq́ mortibus atra
Miſcentur, iuuat inferis deſcendere ad umbras
Viſceribus, manesq́ nouo turbare tumultu,
Pugnantesq́ animas Herebo transferre ſilenti.
Heu furor, & quanto ſatius uixiſſe quietus
Finibus in patrijs populus potuiſſet uterq́
Non ſinit ambitio, cæciq́ ſuperbia cordis,
Et ſitis, æterna quæ ſpe ſuccēdit habendi
Mortales, uritq́ animos, & trudit in enſes.
Confligunt infenſæ acies, nec publica tantum
Hos odia exagitant, credit ſua uulnera quiſq́
Et patris fratrisq́ necem, dum percutit hoſtem,
Vlciſci, uſq́ adeò mentes offenſa uetuſtas
Aſperat, atq́ odio leuius certare recenti
Impellunt ſua caſtra Duces, & uocibus altis
Accendunt animos, & honeſta pericula monſtrant
Ac ſubeunt ſpecies, uiſa eſt pulcherrima mortis
Pro patria pepigiſſe animam, uis ampla furorum
Armorumq́ dabat ſtrepitus, gemitusq́ cadentum
Confuſos horrere ſonos. iam ſanguinis altus
It fluuius, camposq́ rigat fumantibus undis.
Iamq́ furens operit uoluitq́ cadauera torrens,
Mons quoq́ corporibus proſtratis ſurgit equorum,
Atq́ uirûm, rapidosq́ iugis iam ſeparat hoſtes.
Non ſic attonitos Aegæo littore nautas
Expauiſſe rear, quibus inſula nata repentè
Eſt prope therasiam, quod monſtrū doctus aruſpex
Romano dedit imperio, Macedumq́ ruinæ.
Nauita, ſed tranſtro rupit ac ſtupefactus adhæſit
Cœperat interea pugna tremefactus iniqua
Auxiliaris eques Pœnorum excedere campo.
Inſequitur uictor profugos, iam ſparſa ſequendo
Ipſa uiam cumulos, inter reperire laborat

Cæſorum Romana acies, pars ſcandere in altum,
Et dubio titubare gradu, pars lubrica circum
Arua tenent, ſperſis aditum tentare maniplis
Signiferi ſluitare etiam armorumq; magiſtri.
Et poterat uincendo uagus fœlicia miles
Bella repentinis præuertere cladibus, atq;
Illuſtrem fœdare diem. ni prouidus alti
Scipio conſilij reuocantia ſigna dediſſet
Cognita. nam poſtquam iuſſa tubicine campis
Vox ſonuit, tenuere gradum, ſignumq; ſecuti
In primos rediere globos, hinc agmina rurſus
Tuebant concurrunt alio, ſed uiribus iiſdem
Aethera diſperſas ueluti cum turbidus auſter
Arctauit nimbos, ſiluitq; repreſſa parumper,
Dum tonat, hinc pluuijs & grandine mixta reſurgit,
Tempeſtas minuca ſatis, exceſſerat ardens.
Scipiacam colles immenſa ſtrage coactos.
Collatisq; iterum ſignis & uiribus ambæ
Miſcebant acies æquata prælia campo.
Sollicitum ſpectaſſe Deum tot funera gentis
Indomitæ, tantosq; truci ſub morte labores
Crediderim, ſeu quis ualidis foret exitus armis:
Hoc equidem mundi campis commiſſa cruentis,
Nutabat fortuna die, quis iura ſupremi
Imperij, ſummumq; gradum, quis ſceptra teneret.
Fauiſſet ſi forte etenim ſors ultima Pœno,
Quis dubitet, quin immenſum dominata per orbem
Impia Carthago rerum tenuiſſet habenas?
Romanumq; nihil foret hac in tempora nomen?
Itala Barbaricis tellus lacerata colonis
Mutaſſet genus egregium, maiorq; fuiſſet
Africa, ſi potuit nomen ſibi Græcia inermis
Impoſuiſſe ſuum, quanto magis Africa uictrix
Sed miſerata pios diuina potentia nobis
Succurrit, talemq; uirum peioribus annis
Italiæ dedit afflictæ, qui fortia bella
Fortior exciperet, qui non præſentia tantum
Sed uentura etiam diſcrimina pelleret unus.
Temporibus cui tuta ſuis innixa maneret
Et cui libertas ſeruanda ſequentibus annis.
Iam media Sol almus equos regione trahebat
Aetherea, & tantas ſpectabat terriens iras
Impiger, & nullo defeſſus membra labore,
Non æſtu, non uulneribus, non nube calentis
Pulueris, extremas manibus tentare procellas,
Scipio tendebat, cuneus quo denſior illum
Et Ducis aduerſi facies optata uocabat.
Flamma cauernoſi conuexa trementia montis
Ac uelut Aethnæo deſcendens uertice uaſtat,
Et ſcopulos ruit obſtantes, arbuſtaq; frangit
Obuia, ſulphureæ reboant ſimul undiq; ualles
Sic ferus & ſimuli proſternit turbine cuncta
Scipio. ſæpe monens: miles Romane precor te,
Aut uince aut morere, & mecum nunc ultima tenta
Hæc uia uel Romam, uel recto tramite ducit
Ad ſuperos. hæc uociferans intrabat in agmen
Hannibal, contrà ille graui cum mole ruentem
Excipit impauidus, confligunt fulmina Martis
Hic Scipio, hic Hannibal, cernensq; ex æthere Mauors
Miratur tales terris ſupereſſe magiſtros
Militiæ, tales operum ferriq; miniſtros.
Hic precor, ut mendax deſiſtat Græcia tandem
Nominibus certare Ducum, pudeatq; referre
Imbelles Aſiæ populos, Gangemq; ſubactum.
Parthorum ſileant Reges & perfidis armis
Exiguo ſpectata phalanx, nec conferat ipſa
Troia manum, Priamiq; domus cantata Poëtis
Graiorum, & noſtris, non Regum quiſquis odore
Crine fluens, atq; Aſſyrio criſpatus amictu
His campis non nuda acies, non fluxa per armos
Purpura, non leuibus tantum confiſa ſagittis
Turba fugax, uerum hinc armis innata uirenti
Robore ſubſiſtens Italo Romana iuuentus
Arma tulit, contra aſſiduis exercita bellis
Agmina Pœnorum, quibus eſt Hiſpania teſtis
Virtutis, Latiumq; magis, quæ mille per arua
Romanos hominum uictores omniaq; auſos
Iam peſſum ferro dederant, & fortibus armis
Has inter gentes alio certamine longè
Concurſum eſt alijsq; animis: iam uera fatenti
Viribus hæc acies præit, hæc leuitate, ſed unum eſt
Parq; odium ambabus, uix tandem feſſa parumper
Cedebat Pœnorum acies. tum feruidus ira
Hannibal exclamat, non hæc tibi ſigna retrorſum
Furcifer ut referas dederam, quin pergis & illa
Hoſtibus in medijs potius diſcerpta relinque.
Heu mihi, quo ruitis? non eſt uia recta. uenite,
Hac hoſtem reperire licet, Carthaginis eſt is
Sic memores? hac forte domum remeare putatis?
Erratis miſeri ciues, hæc carceris una
Exilijq; uia eſt, hæc dicens ibat in hoſtes
Saluus & intrepidus cunctas ſe ille pudore
Et uictas pietate ducis firmaſſe cohortes
Viſus erat, bellumq; ingens renouataq; cædes
Cœperat, urgebat Scipio primusq; premebat
Obſtantes cuneos, & funera crebra ſerebat
Perfidiam numquid, tàm longam inferre uidebo
Prælia uirtuti, non ſic pietatis auitæ
Oblitos reor eſſe Deos, concurrite fortes
Pectoribus, manibuſq; uiri, uictoria præſto eſt
Talia iactabat ſtricto mucrone tremendus
Iamq; referre pedem paulatim exterritus hoſtis
Mox magis atq; magis, nec iam reuerentia tanti
Vlla Ducis retinere diu potuiſſet in armis.
Ecce autem pariter redeuntes hoſte fugato
Rex Lelius retro feſſos
Improuiſi à tergo inuadunt. Illicet ergo
Cœpta prius ſenſim laxis fuga pergit habenis,
Nec patriæ pietas proprij, nec cura pudoris,
Nec decus Hannibalis quicquam ualuere precesq;
Ille uidens fractas acies, & terga ſuorum
Verſa metu, rapidum trepida formidine tandem
Voluit equum, campoq; fugit lachrymoſus aperto
Accuſansq; omnes homineſq; Deoſq;. ut propinquam
Peruenit ad Rumetum, illic mœnibus urbis amicæ
Subſtitit, hinc iterum Pœno reuocante ſenatu
Digreditur poſtquam attonitæ ſub mœnia uentum
Eſt patriæ, non ille forum, non publica templa,
Sed ferrum petijſſe larem contentus, & ima
Sæpe diu mœſtus, latebris ſeſe abdidit ædis.

AFRICAE

AFRICAE FRANCISCI PETRARCHAE, LIBER VIII.

PRONVS ad Oceanum cupiens narrare profundis.
Antipodum populis noſtro quæ uiderat orbe.
Sol rapidos ſtimulabat equos, nondum'q; ſolutus
Scipio curarum laqueis, ſuprema uoluens
Excidia infandæ gentis tempuſq; locumq;,
Atq; aditus formamq; rei, & diſcrimina ſecum
Cuncta ſimul tacitus uigili ſub mente mouebat:
At quia Solis iter deuexum, atq; hora monere
Grata uidebatur feſſis daret ocia caſtris,
Inſtituit reuocare acies, meritamq; quietem
Tradere militibus nocturni tempora ſomni,
Et tamen hoſtili quàmprimum irrumpere uallo
Viſum eſt, huc alacres igitur præit ipſe cohortes
Ingrediturq; aditum nullo cuſtode locorum,
Illic præda ingens
Præcipitem meditante fugam, & quid uitæ ualeret
Non quid opes, paſſimq; iacens precioſa ſuppellex
Inuenta eſt, rapitur cupidè Carthaginis aurum
Per maria & terras quæſitum ſanguine multo
Barbaricæ Lybico quod uicta Hiſpania bello
Miſit auaritiæ, Sardis quod feſſa cauernis
Quod Siculis totiens extorſerat impia templis
Quod medio percuſſa die, plaga torrida mundi
Et niger Aethiopum populus regnumq; peruſtum
Quod Mauri, Numidumq; olim per ſecula longa
Aut Reges miſere alij, quodq; Itala tellus
Tot dederat damnis, id totum ſanguine mixtum
Africa nunc reuomit, quid tot ualuere rapinæ?
Raptor raptorum ſpoliat, nunc ite per ampla
Aequora, nunc ualidas proſternite turribus arces
Nunc aratrum antiquis inſultet mœnibus, omnes
Vnus habet prædas hoſtis, mundiq; ſuperbi
Tot ſpolijs, ueſtriſq; ſimul. tandem agmine feſſo
Scipio magnanimus referens uictricia retro
Signa ſub occaſum Solis ſua caſtra reuiſit,
Captiuos ſeruare iubet, quæ 'ue ampla relatu
Ac ſpecioſa forent. nam cætera præda uiritim
Sparſa erat atq; animos mulcebat militis acres
Sereus Atlantæo radiabat uertice pulcher
Heſperus, & nitido rariſſima ſydera cœlo
Aggere gramineo conſedit læta iuuentus.
Celſior at cunctis Scipio, Rexq; additus illi
Herboſum tenuere torum, tum corpora curant
Feſſa labore graui, belloq; exhauſta diurno.
Vt dapibus compreſſa fames, primus'ue quieuit
Impetus edendi, placito facundior ore
Lælius ingreditur, poſt quam mihi fata dedere
Hunc tantum uidiſſe diem, contentus abibo
Quo iam cunq; trahent, nec me natum eſſe pigebit
Dum tecum uixiſſe ferar fortiſsime Rector
Heſperiæ, cui noſtra ſalus benè creditur uni
Hoc fateor ſolo, mentem ſpes ultima leſit.
Nam rediens bello magna iam parte peracto,
Cum Maſsiniſſam cadentem terga uidērem,
Teq; per aduerſos tanta uirtute tonantem,
Actum de Hannibale eſt, tacito tum murmure dixi,
Nunc quibus ille uijs, aut quonam eruperit aſtu
Obſtupeo, miror'q; fugam, ſed notior illis
Eſt regio, idq; hodie multis fortaſſe ſalutis
Cauſa fuit. medio abrumpens ſermone loquentem
Rex ait: iſte quidem meritò clariſsimus omni
Poſteritate dies, per ſecula longè feretur
Nominis Auſonij fuerit dum fama ſuperſtes.
Sed mihi crede Læli, noui moreſq; animumq;.
Hannibal, an'ne dolis uictus ſuccumbat in armis,
Seruis incertum eſt unum mihi lumen in illo
Centum oculis, par eſt Argum quem ſæpe uocare
Bellorum ſoleo: quia non eſt fallere cuiquam
Ingenium mentemq; uiri, tamen omnia uitæ
Conſilia, atq; omnem ancipitis diſcriminis artem
Verterat una dies: iamq; hunc prendiſſe uidebar,
Et catenatum miſſu Romam miſiſſe Syphaci.
Sed dum cuncta oculis luſtro uigilantibus, ille
Aduolat, & noto decurrit tramite tutus:
Nec dubium ingentes, quoniam montes ſtragis altum
Sanguinis infandi pelagus, uel mole uel undis
Creuiſſet, niſi dilapſos per opaca uiarum
Vicinæ ſocijs cœpiſſent mœnibus arces.
Excidit hunc Scipio uitam quæcunq; per omnem
Aut uidi, aut legi fateor mihi parua uidentur
Fabula, dum memini Hannibali uidiſtis amici.
Quantus erat, quantaq; acies firmauerat arte
Ipſe mihi aduerſus ueniebat in agmine primo
Obijciens Pœnos Italis, Numidaſq; rebelles
Maſsiniſſa tibi memor hoc odioq; metuq;
In Regem pugnare ſuum, Latiamq; cohortem,
Ecce ubi conſtituit, quoniam ueniſſe coactam
Nouerat in frontem ſtetit Indica bellua pugnæ
Getuliq; greges horum terrore putauit
Romanam turbare aciem, quorum impetus illi
Profuit innumeris bellis, ſed amicior unum,
Hunc nobis fortuna meecum detraxit, eramq;
Ipſe ego ſollicitus, quibus hoc eludere monſtrum
Artibus, aut tollerare feræ quo robore poſſem,
Atq; ideo primam rara regione cateruam
Impleui facili, peſti quæ tranſitus eſſet
Vt curſu diffuſa ſuo contentior iret
Innocua feritate ruens, ſed Iuppiter alme,
Quàm forti ſtetit ille animo, dum fracta uideret
Cornua, quam nihil extimuit, quotienſq; labentem
Reſtituit, uirtute aciem interdumq; coëgit
Spem titubare meam ſolitum iactare profectò
Mentio clarorum fuerit ſi fortè uirorum
Audiui ipſe omnes bello quod terruit auò
Orbe ſit in toto, peragitq; hac. ordine primum
Ponit Alexandrum, Pyrrhum locat ille ſecundum,
Et ſequitur mox ille duos, ſed uera fateri
Non liuor uetet aut odium, mihi maximus omni
Hannibal ex numero eſt, Darium niſi fortè Poruſq;
Eſt uiciſſe magis quam quos numerare laborem

Tot noſtros fuiſſe Duces, niſi preſtat inermem
Barbariem ſuperaſſe manu, quam cæde cruenta
Romanas ſtrauiſſe acies: diſtantia longè
Acta Ducū memoro? quid morē moribus æquem?
Hinc Regem nudare piget, ſtet tegmine famæ.
Clarus apud populos, ac dignis laudibus acrem
Hunc hoſtem celebrare uacat, quis bella ſubire
Promptior, aut medio quis cautior eſſe periclo
Quis uè cibi aut ſomni, quis uini parcior illo eſt?
Hoc admirari ſoleo quod ſæpe relatum
Eſt mihi longæui poſt prima exordia belli
Sollicitum aſſiduè & facinus ſub mente profunda
Voluentem egregium nunquam cœnaſſe ſedentem.
Iam quid ego armorum curas arcem'q; ſupremam
Militiæ, terramúe, Ducem, clypeum'q; cubile,
Neglectá'q; decus ueſtis ſtudium'q; frementi
Cornipedum memorare uelim? patientia quanta
Frigoris atq; æſtus, curſus'q; ſitis'q; famis'q;.
Quanta Ducū miles, quanta eſt Dux militis idem
Spes animus quòd primus erat ruiturus in hoſtem
Vltimus excedat campis hæc omnia pridem
Nominis experti, ſi quid modò pectore in illo
Aut ueri, aut fidei melior natura locaſſet
Optarem noſtro genitum natum'q; ſub orbe
Quis mihi ductorem laudet quem cæca gubernet
Ebrietas fugienda uiro cuicunq;, ſed altis
Principibus funeſta lues. quis ſparſa cruore
Communia & plenis elata cadauera menſis
Per'q; æſtum ancipites algenti in flumine ſaltus,
Barbaricus cui luxus iners, & Perſica ſortis
Blandimenta nouæ placeant, aut purpura mollis
Cætera prætereo, ſed enim non moribus iſtis
Hannibal Italiam bello uaſtaſſe triluſtri
Eualuit. ſic fatus erat, cum pauca modeſtè
Maſiniſſa refert: Depreſſor magne tuarum
Atq; alienarum mirator maxime rerum,
Si mihi das fandi ueniam, ſtat dicere contrà
Noſcendi ſtudio famæ, ſi credis auitæ
Magnus Alexander nullis non uictor in oris
Orbe peragrato tandem peruenit ad ortus
Fortunam'q; ſimul clauſit cum tempore uitæ
Hannibal, & ſpatio breuior uictus'q; cruento
Eſt hodie ille Aſiam, tentatáq; contra ſubegit,
Innumeros docuit populos, urbes'q; Duces'q;,
Vt lupus immenſum qui toto irrumpit ouile,
Is timet aduerſum longè ſpectaſſe leonem.
Vicit Alexander populos Rex, optimè noſti,
Quos adijt Graios titulis, aut ille paternis
Subtrahat, aſt Aſiam quo uinceret ille paratam
Scimus, & imbelles Galatas & inertia Bactra
At non Arctoas gentes, quas uergere primum
Commoditate loci poterat, non Punica regnâ,
Non Italos mundi caput, Galloſ'q; & Hiberos
Attigit, hos extra quid dignum laude uidetis
Egregia & tantis titulis, tanto'q; boatu
Regibus Eois domitis, Indo'q; cruore
Viciſſe hunc omnes liceat fudiſſe quod uſquam eſt
Quatuor obis in Latio confecta potenti
Prælia, uis'ne grauem & memorandum in ſecula teſtem?
Alter Alexander Rex Epirenſis & huius
Non minor ipſe animis & auunculus orbe uiritim
Diuiſo Italiam uenit, bello'q; ſubactus,
Dum latus Auſonia transfixa cerneret haſta
Hæc ait expirans: Heu quam diuerſa nepoti
Et mihi bellorum cecidit ſors, ille iocoſè
Fœmineum ſubigit nullo certamine uulgus,
Durior armatis mea me diſcrimine tanto
Obiecit fortuna uiris, cum talibus ergo
Hannibal iſte uiris, tot iam fera bella per annos,
Qua uirtute gerat noſcis, nam'q; illa perennis
Gloria magnifici Regis, fortuna'q; ſemper
Proſpera, & in finem ſimili comitata fauore
Non nihil externis, ſicut ſplendoribus addit
Omnia ſic ſtudio uigili meditantibus aufert
Iudicium utriq; uiam, pars altera nam'q;
Fortunæ latet ambigua, nec noſcere promptū eſt
Quantus in aduerſis breuitas quoq; temporis illi,
Nec tribuit mors'q; uiro properata, nec illum
Maius habet fortuna bonum, quam læta ſub uno
Et uitam clauſiſſe diem. Sic tempus utriq;
Indultum excutias, tute fatearis neceſſe eſt,
Hannibal ut plures uincendo exegerit annos,
Quā uiuendo alius Macedum quo uita tyrannum
Tempore deſtituit toto quis proximus orbe
Vicerat Hannibalem, ſi tunc ceſſiſſet ad umbras
Ibat honorato uiſurus tartara curru
Quæſito non de Perſis Galatis'q; triumpho
Qui Rex longæua traxiſſet fila ſenecta
Quis fuerit certus uenturo tempore uates.
Non fortuna ſenem excipiet, non rara ſecundis
Fortè fides feros manſiſſet firma ſub annos
Præcipuè ſi quos fuerat iam ſæpe minatus
Italiam ſæuior tentaſſet & Africa bella
Singula uerſanti, quoniam nox alta ſoporis
Admonet, hic illo maior bello'q; uidetur
Clarior, atq; hodie plus ueræ laudis adeptus
Si famam egregiam dat fortuna nec aufert
Quā uincendo alius licet omnis Græcula circum
Obſtrepat, & teſtes inculcet turba libellos.
Dixerat, aſtabant intentis auribus omnes
Miles in his grauior paululum'q; annoſior unus
Incipit, haud dubiè, quem magnum dixeris ille,
Maximus eſt, nec parua tibi miranda uidentur,
Nec uulgare aliquid ſolitum laudare tenemus,
Hoc unum petijſſe uelim, ſi tertius ille eſt
Quem tandem claro tanta uirtute relictum
Scipiade putas eſſe locum quo ùe ordine ſeſe
Insereret ſi fortè acie uictricia ſigna
Quod procul auertant ſuperi mouiſſet, ab iſto
Pactus. Ad hæc Lælius, ut ſi quis ſydera cœli
Dinumerare uolens hoc digerat ordine primum
Luciferum, poſt Arcturum, gelidum'q; Booten
Hic alios ignes Solem fortaſſe putabis
Præteriſſe, uno ſtat per ſe ſolus & inde
Nomen habet, nec ſum ignarus quid callidus ille
Reſponderet, ad hæc, acie ſi uictor abiſſet
Heſterna Macedum Regem Pyrrhum'q; ſecundos
Eſſe ſibi cunctos'q; alios, quos clara per orbem
Fama Duces loquitur, ſed enim ſe dicere quartum
Noluit erubuit'q; altis inſerto ſuperbum

Syderibuſq́ diem ſic ille effatus & omnes
Aſſenſere animis nutuq́ & murmure læto.
Talibus atq́ alijs noctem ſermonibus illam
Inſomnem traxere diu. iamq́ Heſperus alto
Merſus erat pelago, mediumq́ rotunda loquendo
Tranſierat iam luna polum, & nudiq́ paſsim
Defeſſi in uiridi deponunt aggere membra:
Sic ubi triſtis apes cœlo commiſit aperto
Impetus, & magna cadit pluit æther acervos
Pars uictrix & repetit ſedes procul hoſte remoto
Et circa Regem coëunt, ac murmure plaudunt.
Poſtremum in cygno dant corpora feſſa ſopori.
Atq́ omnes pariterq́ ſilent pariterq́ quieſcunt.
Vix dum exorta dies, iterumq́ aſcendere claſſem
Lælius & Romam læto rumore iubetur
Sollicitoſq́ implere patres. iamq́ æquore fœlix
Nuncius ingrediens auſtro dat uela ferenti
Hic ſtatus in caſtris, at quis Carthagine terror,
Quis dolor aut quænam trepidi noua chara Senatus
Plebs ſubitis percuſſa malis prætoria circum
It patrum, afflictiſq́ iubet ſuccurrere fractis
Pœnorum, & patriæ miſeram prohibere ruinam.
Illi autem dubij conſultant, qualiter olim
Dum ſcopulo colliſa ratis gemit, atq́ ſupremum
Naufragium impendet, coeunt, atq́ ultima tandem
Conſilia expediunt, trepidi ſub nocte magiſtri.
Omnibus una ſalus, uiſaq́ exquirere quænam
Mens foret Hannibali Ducis an ſpectata ſupremi
Virtus ſub tanto cecidiſſet uicta periclo,
Staret an aduerſis animus ſpeſq́ ulla ſub alto
Pectore & ambigui quæ ſit ſententia belli.
Ille diu renuens, tandem populiq́ patrumq́
Imperijs obſtare nequit, mœſtiſsimus ergo
Confuſuſq́ pudore graui, memorare latebris
Egreditur, qualis rapto matrona decore
Quæ quamuis culpa careat ſibi conſcia tanti
Dedecoris, ſilet ipſa tamen refugitq́ uideri,
Exhorret uiri aſpectum faciemq́ ſuorum.
Vt trepido ſtetit ille foro, confuſa repentè
Turba Ducem uiſura ſuum quem tempore tanto,
Tam procul à patria longinqua bella gerentem
Audierat, populuſq́ omnis concurrit, & ingens
Curia, & innumero complentur compita uulgo
Aſpiciensq́ ſuos ciues generoſus & aſper
Spes in tamuit, tandemq́ ſilentia triſti
Fronte mouens, uno ſiquidem plus uiximus inquit,
Quam decuit placuitq́ die, timenq́ fatebor
Ipſe meum: pridem tacitus me prælia ſenſi
Aduerſis tractare Deis, ſed me ultra per omnes
Gloria præcipitem caſus famaq́ libido
Cæca tulit, teſtes facio quos ſenſimus hoſtes
Eſſe Deos actum, quicquid uel arma uel artes,
Vel noſtræ ualuêre manus, nec defuit unquam
Cura operi egregio, uicerunt numina noſtros
Conatus, cecidi totus, nec iam ulla relicta eſt
Spes mihi, uos precibus Romanam expoſcite pacem.
Conſilij hæc eſt ſumma mei. ſic fatus in imas
Rurſus abit latebras, cœlumq́ uidere recuſat.
Inde pudor, mixtuſq́ dolor, ſimul ira pauorq́
Cum quaterent animum aſſiduò totaq́ negaret
Fama moras hoſtiq́ odium ſecreta parauit
Effugia occultoſq́ habitus lucemq́ per omnem
Multus adeſſe foro populo ſe inferre frequenti.
Veſpere theſauros ad proxima littora mittit
Ingentes, ſiq́ ipſe uagus ceu mœnibus effert.
Dumq́ poli medium nox intempeſta rotaret
Conſcendit puppim tacitus, tum carbaſa uentis
Pandit, & infauſtæ commendat littus arenæ.
Iam procul Italiam pelago ſpectabat ab alto
Suſpirans, reputanſq́ ſui primordia facti.
Stat Regum tentare fidem feriq́ quod uſquam eſt
Et bellum reuocare ferum, mundumq́ procellis
Exagitare alijs, iam pridem magnus in armis
Rex erat Antiochus, Syriæ iam tractus & omnis
Helleſpontiaci feruebant littoris urbes.
Iamq́ Epheſum belli ſedem Rex ipſe tenebat.
Aequore iam claſſes, campis equitatus apertis,
Dux deerat cœptis huc retro tramite proram
Hannibal, huc clauum iubet, huc & carbaſa flecti
Iam Drepanũ properè iam littora nota Panhormi
Prætereunt, curuoſq́ ſinus Zephyroq́ fauente
Vulcanum Liparumq́ ſecant, fumumq́ fauillis
Nigrantem horrificis geminumq́ ardere cacumen
Suſpiciunt pauidi. fugiunt mutantibus undis
Et ſinus Italicum latus inter & arua propinquæ
Trinacriæ ſolitus ſpectantes fallere nautas
ac faciem protendere terræ
Abſtulit, id dubium donec longæuior uſus
Paulatim: nam continuo duo littora tractu
Dixeris hærere, & geminos ſe tangere montes.
Quod quondam fecíſſe ferunt, huc uela Peloris
Seu caſu ſeu ſponte dabat, namq́ ille magiſter
Puppis erat, timuit fraudem Dux callidus, & ſe
Obiectum ratus inſidijs, uel tale merentem
Obtruncat ſubitoq́ errorem, agnouit, & acris
Pœnituit facti, Siculo tum monte cadauer
Depoſuit, buſtumq́ ſuper conſtruxit, & aram
Addit, ac ſtatuam memorem nomenq́ ſepulti
Nunc etiam mox ipſe tenet, ſemperq́ tenebit.
Faucibus emergens dubijs ratis impia uaſto
Sulcat iter pelago Cephalen prior obuia ſurgit
Ac uicina pari ſpatio contenta Hyacinthus
Cederet ac gemini limes maris alta Corinthus.
Inſcius exemplo nouus hic forteſſe recenti
Supplicium erroris potuit timuiſſe magiſter:
Ergo gubernaculum flectit, iamq́ æquore ab alto
Littorea Methonæ uident, ubi fortè Philippus
Rex Macedum faciat iam lumine captus eodem
Contigit hic animum uiduaq́ iniuria frontis
Et dolor atq́ Itala domuit locus. illic paludis
Inde maris latè ſcopulos emenſus Achai,
Voluitur eximio quæ palmite fertilis extat,
Innumeraſq́ ſacro ſparſas legit æquore terras,
Atq́ Epheſum feſtinus adit, Regiſq́ furentis
Excitat admotis ardentia pectora flammis.
Vtq́ alias Aeoli uentis urgentibus oras
Occupat, interdum niuibus, qui grandine poſtquam
Hos uaſtauit agros, illo ciet orbe procellas
Ingeminant, longeq́ tonans, ſic pulſus ad ortus
Italiæ uaſtator erat, quos ille tumultus

Exiuit, quantas ſtrages ferus enſe parabat.
Si fortuna foret metuens id ſcilicet unum
Dijs falſum iuraſſe ſuis, nempè omnia fando
Si ſequar, excutiat cœpto labor iſte ſequentum
Et decus ingenij fatis incumbere Eois,
Atq; Aſia Lybiæ fraternáq; adiungere fratri
Scipio muneribus Diuûm, tantoq́; fauore
Fretus, ad extremum inuiſæ Carthaginis ardens
Excidium intendit: ſtat enim quocunq; uocantem
Fortunam mens certa ſequi, nec uiuere tempus
Incaſſum quo facta dabant uictricia ſigna
Octauio commiſſa Duci, totasq; phalanges.
Terreſtri iubet ire uia, & ſub mœnia ſæua
Vrbis agi petit ipſe uiâ tam quo Lentulus illis
Miſſus ab Italia magna cum claſſe diebus
Appulerat, ueteresq; nouis ubi miſcuit alnos
Impetit æquorea Pœnorum tramite portam,
Scilicet auſuros pelago ratus ultima uictos
Siquis adhuc reliquis faceret fortuna retuſis
Viribus, aut animus, ſi ſpes foret ulla ſub armis
Littoribus cunctis iam formidata ſubibat
Hoſtia: iam littus ſtridentibus æquora circum
Omnia, iam ſcopuli, iam concaua ſaxa fremebant.
Ipſe repercuſſus confuſis uocibus æther
Horriſonum latè terrorem in mœnia iactat.
Frondibus ecce oleæ circum redimita uirentis.
Supplicibusq; onerata uiris, uenit obuia puppis
Ac pacem ueniamq́; petens, nil uocibus illis
Reſponſum eſt aliud, firmo ſub littore iuſſi
Aduentum expectare Ducis, Romanaq́; caſtra.
Ipſe ſub inuiſæ claſſe tamen admouet urbis
Mœnia, & aërias ſpeculatur cominus arces.
Conſpicit & celſas ſolido de marmore turres
Luminibus ſuperaſtantes, ac ferrea clauſtra
Portarum totis & propugnacula muris.
Admirans, Romamq; putans uidiſſe ſecundam.
Vrbs circumfuſo uallatur maxima ponto,
Et murus & tuta ſitu niſi falſa parumper
Auguſti à tergo pepuliſſent littora campi.
Inſula tota foret iuxta latiſſima portus
Planities, immota iacet, faucesq; cathenis
Nectuntur ualidis, crebræ ſtant littore turres.
Ipſe oculis metitur opus, libratq; periclum,
Explorasq; aditor, ubi pronum prendere terram,
Qua penetret portum, quæ ſit uia tuta ſub arcem
Inuiſam ueluti cupiens proſternere rupem.
Cultor agri aut ſegeti damnoſam auellere quercum
It circum, tentatq; modos, facilemq; ruinam
Cogitat, innocuamq; alijs campoq; ſibiq;.
Iam ſatis immenſam terrore impleuerat urbem.
Inde fretum remis, cœlum clangore tubarum
Intonat, & ſignis reſonant crepitantibus auræ
Digrediturq; minax, illum ſtupefactus euntem
Mercurij collis, montiq; inſcriptus Apollo
Proſpiciens, plebsq; ipſa tuens horreſcit ab alto.
Attonitæq; gemunt matres, ac multa precantur
Anxia: ſic uolucris tentarunt prendere nidos
Paſtorem aſpiciens trepidis ſe uerberat alis.
Multa querens, truncoq; pauens ſuſpenditur alto.
Iamq; Vticam appulerat, iunctisq; in littore tendens
Agminibus ſocijs uno quo tempore circum
Duxerat Octauius Tuneti mœnia uerſus
Carpit iter clamemq; cauo ſub monte recondit.
Non procul inde aberant ſubitus cum nuncius hoſtem
Aduentare refert Syphacis filius ultrò
Vermina fortis caſusq; paterni
Intempeſtiuus uindex ſeruusq; coactis
Auxilijs aderat minimè ſpernendus, in illo
Veniſſet ſi forte die, magnasq; trahebat
Nunc equitum peditumq; ferox in bella cateruas
Neſcius Hannibalis uicti non arma capeſſant
Scipio militibus uallum tum caſtra reuelant
Imperat, aut acies moueant, aut ſigna ſequantur.
Recta acie ſtabant armisq; animisq; parati
Flectere lora manu, peruertere greſſibus hoſtem.
Accelerare iubet, parent, & uale latenti
Improuiſa acies uermine occurrit, at illa
Anguſtis deprehenſa locis parat arma ſuosq;
Explicat ut licitum eſt, concurritur atq; cruentum
Bellum oritur cædesq; ingens, gemitusq; dolorq;.
Atq; loco claudente fugam truncatur ad unum
Tota ferè iuuenis acies, aſt ipſe fugaci
Raptus equo medios inter delabitur hoſtes
Solus, & aduerſis perit auia conſtrage mentis
Infœlix, quanto melius ſub ſtrage uirorum
Caſurus, miſerq; patris ſi facta tuliſſent
Carcere in Albana comes & Tiburte ſepulchro.
Scipio uictrices acies prædamq; trahentes
Innumeram: arma & equos ueſtes curſusq; iugales
Intextasq; auro tunicas, triſtesq; mecantes.
Ad cœptum conducit iter, uelut obuice pectus
Egreditur paulum ripas, mox omnia uictor
Obuia proſternit ſuribundo uortice torrens
Indignatq; moras primo ſe dirigit alueo.
At poſtquam paſſim tota Carthagine uictus
Regulus, & caſus ſonuit fortuna recentis
Exemplo terrore graui tremuere, metuq;
Luctus maioris renouauit uulnera damni.
Puppe uelut fracta remo tum triſtis adhæſit
Nauita, iactatusq; undis cui littora longè
Spes fuſſe exiguo titubat, ſi forte malignus
Fluctus & hunc rapiat, mortem gemit, atq; ſecundum
Naufragium, tanta ex paruis momenta ſupremum
Tempus habet pacem letos ueniamq; petitum.
Ter denos placet ire uiros, quos undus & ætas
Et genus & uirtus populo præferret in omni.
Talia per Lybiam belli, ſed fama peracti
Nondum Romana ſerpens penetrarat ad urbem
Sollicitosq; patres Pœni quos fama rebellis
Mouerat, ac plebem attonitam portenta Deorum
Plurima terrebant, medio Sol æthere uiſus
In minimum ſenſimq; iubar decreuit & ingens
Contremuit tellus, arbuſtaq; multa dehiſcens
Sorbuit, horrificoq; palam ſubſidit hiatu
Tybris agens ſyluas riparum iura furenti
Amne ſupergreſſus magnam conterruit urbem
Diluuio inſolito, ſubitumq; horrendis in ipſo
Monte Palatino deſcendit ſaxeus imber.
Ergo Sybillinis aditis reſponſa petentes
Sacra Deis iuſſu peragunt, ſummusq; ſacerdos

Decinſua

Succinctus de more, Iouem ſuperoſq́ fauentes
Iunoniſq́ minacis opem, Latoniaq́ aſtra
Inuocat, & Martem pingui mollire iuuenco
Romani patrem imperij toruamq́ ſororum
Ledæoſq́ parat fratres furiaſq́ cahaſq́
Telluremq́ Deum, niſi falſa eſt fama parentem
Et Nymphas matres fluuiorum et Nerea magnũ
Nympharum patrem ſic religioſus opima
Certatim trepidis altaribus aggerat eſca.
Poſtquam rite minae iuſſum eſt placaſſe Deorum
Conſul ab urbe nouus diſcedens Claudius Afrum
Littus adire parat, miſerum torquebat inanis
Ambitio, laudem ac tantum reperire putabat
Poſſe uiam æternam ſi permittente ſenatu
Scipiade magno æqua tum geſſiſſet honorem
Inq́ graui bello pares tenuiſſet eaſdem.
Is populũ prorſus licet aduerſante ſenatum
Flexerat aſſiduis precibus, quod ſæpe ſepulſit
Ambitus efficitur, quantoq́ labore pudendus
Conſtat honos uictor properabat plebis & æqui
Participem ſe ferre duci, natura profecto
Erubuit, clauſitq́ uias, elementaq́ pontum
Indignata graui perturbauere tumultu
Lorentana retro linquebant littora nautæ
Securi uentorum & carmina nata canentes
Applaudente freto remis frangentibus æquor,
Vndiq́ reſpondent noſtriſq́ ſecantibus undæ
Horrida tam ſubitis conſurgunt uerſa procellis
Aequora, & Aeolio prorumpunt carcere fratres
Indomiti, quatiuntq́ polos terramq́ fretumq́
Inde repentinis panduntur carbaſa uentis
Ne quicquam uario ferueſcunt cærula motu
Huc illuc rapitur claſsis, fatoq́ rotatur
Quolibet, ac nullæ ſpectant naualia proras.
Hinc Aquilo uiolentus agit, frangitq́ rudentes
Inde furens Auſter perfundit lintea nimbis
Et tumidos late deducens æquore fluctus
Littus in Auſonium frangit faſtigia mali
Subſidunt pelago, quotiens in nubila ſurgit
Et torrens ſalo ſpumante cacumina pulſat
Ac quotiens retro furioſa relabitur unda
Creſcit in immenſum Thuſcũ latus aruaq́ fundo
Sicca patent, nudaq́ tremunt delphines arena
Et crebris ſonat in ſcopulis alliſſa carina
Nox cœlum tenebroſa tegit, cum fulgura circum
Sæua micat, toto deſcendunt fulmina cælo.
Aequor agit montes, & torrens unda nigreſcit.
Claudius ancipitis permotus imagine facti
Diriguit, tremuitq́ metu, nunc improba damnat
Vota ſua mentis, tantoſq́ optaſſe labores
Pœnitet, armorum mallet uitaſſe tumultus
Magnanimoq́ decus proprium tituloſq́ decoros
Scipiadæ, & belli famam liquiſſe perennem,
Ac manſiſſe domi & patria iacuiſſe ſepulchro.
Talia uoluentem Calabris ex montibus Eurus
Horrifer impellit feſſam populania claſſem
Prima uidet ſaxis poſt hanc ſpumantibus ilua
Corſica poſt ſcopulis minitantibus excipit inde
Sardiniæ arthoum latus attigit, inde frementi
Infelix agitur pelago, & creſcente procella
Magna pars claſsis fluctu ſupirante fatiſcit
In medijs ſubſedit aquis, pars cautibus atris
Diſſiluit, duriſq́ alliſa frigida ſaxis
Corpora nautarum, pars turbine iacta retrorſum
Littus ad Etruſcum reddit ſolatia buſti
Italica tellure petens. at Claudius amens
Et pauca morte ex media rapientibus undis.
Vix Calarim tetigere rates, hic claſſe nouanda
Conſulis: uiterdumq́ animum, memoremq́ pericli,
Attonitumq́ inuenit hyems non Punica uidit
Littora, non belli rumores territus ullos
Auribus excepit, lapſoq́ inglorius anno,
Atq́ fatigata ne quicquam claſſe uiriſq́
Faſcibus abſumptis redijt priuatus in urbem
Felicem Romam, interea lætiſsima bellũ
Fama uenit, totum reſerantur templa per orbem
Fitq́ Deis immenſus honos, ſolennia ciues
Quas ſibi ante aras perſoluunt uota frequentes,
Finibus auulſos hoſtes ceruicibus aſprum
Exceſſiſſe iugum, cladem tranſiſſe metumq́
In caput, inq́ trucis muros Carthaginis ipſum
Perdomitum bello fontem cauſamq́ laborum
Succubuiſſe Ducem, nil iam ſupereſſe timendum,
Ambitus hinc alter maiore autore, magiſq́
Exarſit, populumq́ omnem, cunctumq́ ſenatum
Inualuit conſul, ſiquidem Cornelius alter
Lentulus imperium Lyrici diſcrimine belli,
Atq́ animum nomenq́ ſuum illuſtrare parabat.
Scilicet hoc meditans, ſeu pax inſtaret haberi
Pacis honoratæ princeps, ſeu bella manerent
Perfacilem exhauſti fore iam certaminis omnem
Euentum, & prægrande decus. ſic ille labori
Incumbens alieno, indignum ardebat honorem
Semine non proprio meſſem rapturus opimam.
Heu peſtis damnoſa homini, & funeſta libido
Nominis, imperio nocuiſti ſæpe Latino.
Hic ego, nam calamum fert impetus atq́ parumper
Abſtrahor incepto, uos quos Romana loquendo
Externas æquare iuuat percunctor ubi nam
Gente pares animi totoq́ aduerſantibus ulla?
Vos mihi nunc populos Regeſq́ Duceſq́ potentes
Obijcitis, ſed ceſſet amor, liuorq́ malignus.
Quis geſſit tam magna Ducum Regumúe, nec illis
Aemulus obſtrepuit, medioſq́ irrupit in actus?
Inuidiæ conflata lues non annua agentes
Fortia deſtituit, uetuitq́ domeſticus hoſtis
Imperium extendi, non illos caſtra mouentes
Detinuit populos, non ſero in bella profecti
Ante diem redire domum reuocante ſenatu.
Aut equitum prohibente aciem, peditumq́ nouari
Aut claſſem, & meritò ſtipendia digna labori.
Conſilijs Reges moderantur regna, trahuntq́.
Non ipſi ex alijs pendent, alijſúe trahuntur
Arbitrijs, finem belli & primordia norunt:
Dum libet accipiunt, & dum libet arma reponunt,
Liberiori uia, ſeq́ & ſua ſigna ferentes.
Non illus præceſſor iners, reparandaq́ ferro
Segnities feſſos in finem pertulit anni:
Non collega fuit cladis temerarius autor,
Inuitas rapiens in aperta pericula turmas.

Non ſucceſſoris nocuit metus, alta mouenti
Gloriaq́ in præceps tulit, & celebrare coëgit.
Nec mihi nunc quiſquam referat de nomine litem
Virtutis, uanisq́ illam ſeiungat ab umbris,
Aut extrema ſibi ceu non ſua præmia tollat.
Credite, cunctarum longe blandiſſima rerum eſt
Gloria, nec leuibus ſtimulis agit inſita, fortes
Egregiosq́ animos generoſaq́ pectora pulſat.
Quæ cui ſit dubium, quin ſolitudine dempta
Hoc duce Carthago fuerit ſenſura ſupremum
Excidium, & meritam fortuna urgente ruinam:
Quod quæſtum eſt perſæpe ferunt poſt bella reuerſum
Scipiadam, in cineres caſuram à culmine Byrſam,
Inuiſasq́ domos, ſtirpemq́ genusq́ Deosq́
Pœnorum, & nomen in cæca Claudius ardens
Ambitione prior, poſt Lentulus alta ruentis
Ambo humeris diræ ſubijſſent mœnia terræ.
Conſulto tamen ad ſuperos ſeruare nepoti
Reliquias, famamq́ reor, nomenq́ ſecundum.
Verum ego peruideo quo ſim progreſſus, & unde
Nunc redeo. Poſtquam uiuetis, uictor ad arcem
Scipio peruenit, legati tramite recto
Huc adeunt triſtes, genibusq́ trementibus una
Affuſi, miſeris uerbis & ſupplice uultu
Fortunam, erroresq́ ſuos, rabiemq́ furentis
Hannibalis, patriæq́ graues ſine crimine caſus
Deplorant, ueniamq́ petunt. præcluſerat aures
Victorum temerata fides, ac Punica fraudis
Exempla, abruptæq́ recens iniuria pacis.
Res in conſilium perlata eſt, omnibus idem
Ardor erat, ferro inſtandum, & uindice flamma
Perfidiæ, ac pacis nullas admittere uoces.
Cunctorum uotis aberat longæuus in illa
Obſidione labor, perdendaq́ gloria tanta
Summa rei Ducis aduentu quem fama canebat.
At minimè ingentes animos, fixumq́ mouebant
Scipiadæ ingenium uentoſæ nomina famæ.
Altius aſpirans, cœlum ſpectabat, & aſtra,
Virtutisq́ decus mundum, tamen omnia fidi
Pectora conſilij pariter permota, ſeuero
Propoſito flexêre Ducem, lachrymisq́ petitam
Vberibus, placuit tandem permittere pacem
Et bellum finire ferum. Sic uillicus olim
Nocturnos metuens fures, legit arbore poma
Immatura ſuo, ſic paſtor pendula ramis
Hoſpitio & nidos ſpoliat, pullosq́ reportat
Implumes, properans ſerpentum auertere peſtem
Poſtera lux iterum legatos multa precantes
Rettulit, hos Scipio dictis compellat amaris:
Impia gens credens tandem tot cladibus ullum
Eſſe Deum cœlo, qui noſtros iudicet actus,
Cui ſcelus omne odio, cui ſint mortalia curæ.
Effera gens, infenſa bonis, miteſcere ſerò ,
Incipe, docta malis, rabiemq́ aliquando nocendi
Exue. ſemper erit tibi ſumma & ſola uoluptas.
Fallere, nec fraudis ſtudium gens perfida linquet:
Nos equidem, quanquam extremas merebare ruinas,
Parcimus indignæ, meritasq́ remittimus iras.
Hactenus ut ſtaterа ſtabis, nec ſtrata uidebit
Mœnia, nec uictor quicquam de finibus auferet.
Libertas meritis ſeruilia cuncta manebit.
Hannibalem cauſam belli fontemq́ furorum.
Poſcimus utilius nobis, ueſtræq́ quieti,
Quàm nobis, illum abijcitis quo ſoſpite pacem
Nec ſperare licet, bellorum ſemina pectus
Illud habet, tanto quæ nobis ſanguine conſtant
Hoc Italas ſtrages, hoc ipſo ulciſcere mortes
Gens afflicta tuas mundumq́ Deosq́ per illum
Eluſos totiens, geminis hoc inſuper uno.
Vrbibus æternum, populisq́ auferre pauorem.
Nullus ad hæc Lybicis elephas miteſcat in oris
Aptum animal bellis, & quos domuiſtis ad unum
Tradite, quin etiam uiolatis pacis in umbra
Legatis, illa palàm commiſſa dignus
Penſet honos, captæ redeant hoc littore naues
Cætera conuenient facilè & ſub legibus iiſdem
Quas olim edixi, cum me ſub nomine pacis
Ludere ueniſtis, nec nos fortuna leuabit
Blanda, nec aſperior franget. uos iſta referte
Patribus ac populo, & ſi ſemper fallere dulce eſt,
Fortunam tentate iterum, ſic ille pauentes
Affatur.
Vrbe miſer trepida populo uariante tumultus
Exoritur, diſcorsq́ diu ſententia tandem
Omnia ſuſcipiunt triſtes, ſic fata iubebant
Vltima, condenſis uolucris ceu uepribus hærens
Accipitrem ſuperaſtantem uidet anxia, nec ſe
Auſa mouere loco, patitur laqueumq́ manumq́
Aucupis, impendens tanti eſt differre periclum.
Altera Romuleam legatio tendit ad urbem
Pœnorum, princeps noti cognominis Hædus
Haſdrubal infeſtusq́ armis & pacis amator
Vix uita ſenioq́ grauis facieq́ uerendus
Annoſa Hannibalis multum fautoribus impar
Tres ſecum comites Itali uenêre ſecuti
Romani Ducis imperium, ſed Lentulus æger
Ambitione ſua, legatos arcuit urbe
Nam belli cupidus Conſul fugiebat honeſtum
Pacis iter, donec uicto mollimine tandem
Aede ſacra Bellonæ patres, hoſtesq́ recepit
Poſtquam lætati pleno introire Senatu
Longæui, multa cum maieſtate ſilentes
Canitiesq́ graues uultus & colla reflexit
Crinibus exornans miro ſqualore refulſit.
Cunctorum mouere animos, nunc pacis amicos
Veniſſe affirmant, animisq́ & uocibus illam
Orantes, nunc uera peti. tunc Haſdrubal Hædus
Incipit: Erratis ueniam ſi numina nunquam
Exorata negant, ſpes me tenet optima patres
Conſcripti, ſuperis quos fama potentibus æquat
Et pietate pares fateor mihi feſſa ſenectus
Iampridem attulerat longæ faſtidia uitæ
Præcipuè poſtquam egregium, noua bella parentem
Aſpexi iuuenem, timui, caſusq́ futuros
Ante diu agnoui, linguæ ſed forte peperci,
Aut tacui metuens, ſed enim me ſeriùs ætas
Fecerat audacem, teſtis mihi Iuppiter eſto:
Cœlicolæq́ dij, teſtis mihi maxima quondam
Carthago, huc etiam ſolitam tranſcendere famam
Augurior, infeſtus ſtudijs iuuenilibus atq́

Conſilij, quoties fuerim, quotiens'q; periclis
Obiecerim, mortiq; caput, ſanctiſsimus Hanno
Et comes, & teſtis ſupereſt, quem pareat Hamilcar
Africa terra tulit, nulli ratione ſecundum.
Cum primùm puer ille ferox, Hiſpana gerentem
Bella patrem blandis conatus flectere uerbis,
Vt ſecum perferret eum, iuratus ad aras
Conſtitit, heu monſtrum horrendum, nos multa uiciſsim
Conteſtimus, tunc ancipitem trepidare fauillam
Cœpimus, at ueniam dedimus puerilibus annis,
Sed rapto genitorem, utinam quem fata tuliſſent
Maternum dum pondus erat, funeſtaq; mundo
Sacra præcepti puer hic memor ire parabat
Heſperiam, iam dira tumens, uæſana fauebant
Ingenia, atq; animos laudabat turba paternos
In puero, uultus mirata & uerba ſepulti.
Obſtitimus tunc ambo palam, nec profuit, iuit
Aſſueuitq; malo imperio, & feralibus armis.
Et magnam tenui flammam accendente fauilla
Quanta per Auſonium ruerint incendia mundum
Vidiſtis, nunc nos incendia noſtra uidemus.
Inq; ſuas ſedes tandem uaga flamma reuerſa eſt.
Vix mihi danda fides fuerit, ſed numina iuro
Conſcia, non alio triſtes me pectore clades
Ingemuiſſe olim, quam noſtræ uulnera gentis
Nunc lugeo, quoniam ſemper rectiſsimus ordo
Hei mihi uiſus erat, ſeriesq; immota malorum
Ex Latio in Lybiam, noſq; ut fera flamma relinquens
Nos peteret noſtrasq; domos, ignoſcite patres
Funeſtum memorare diem, cui ſanguine multo
Reddidimus modò nempe parem, quo tempore cladis
Cannenſis cupidam complexit nuncius urbem
Publica lætitiæ duo nos ſpectacula ſoli
Voce parum fauſta, & mœſta fœdauimus ore
Tunc quoq; magnanimus quæ poſt mala ſenſimus Hanno
Vaticinatus erat, ſed tunc nimis attrahebant
Infortunatam ſub digna pericula plebem.
Iam miſeras monitis fortuna ſalubribus aures
Clauſerat, atq; oculos uelo fallente tegebat
Parcite Romani, Deus & fortuna priores
Eripuere animos, quod uis humana nequibat.
At pudet accuſare Deos, errauimus omnes
Culpaq; cunctorum fuerit, ſed uera fatebor,
Carmine turba caret, maleſani pectoris ardor,
Ac furor ille fuit, duraq; potentia fortis.
Nanq; ego me rigidum, quantum uocet atq; ſeuerum
Abſoluo populum, paucos ſed crimine uero
Condemno, paucosq; dolus me iudice nectit
Grandiloquos tumidosq; animis qui geſta ſuorum
In populum iactare ſolent, ſtatuasq; ruentes
Oſtentare ſitu, reliquorum carpere uerbis
Omnia, ſeq; Duces uulgo præſtare furenti.
Nec pudet aduerſus primordia ueſtra iocari
Alpinos habuiſſe patres, populumq; uocare
Paſtorum non impropriè: nam iudice Marte
Hactenus indomitos Reges & bella profeſſos,
Vt totidem tractatis oues, populiq; uidentur
In pauidos abiiſſe greges, ſat cognita mundo
Sunt generis elementa noui, & Mauortis origo
Quem factis uerum eſſe patrem & uirtute probatis.

Nunc tibi turba nocens, latebris quibus abdita torpet
Degeneri pellente metu, cur magna locuti
Non redeunt miſeros, & hiantem fallere plebem
Pollicitæ: utinam ueniant, patriamq; reuiſant
Vt liceat ſontes meritis innectere uinclis,
Et iuuenes raptare ſenem, non lætior ampio
Scipio conſcendet Capitolia ueſtra triumpho.
Quod noſtri ſcelerata Ducis compreſſa cathenis
Huc traheret mea colla manus, ſummumq; putarem
Me patriæ infando duxiſſe ex hoſte trophæum.
Nec minus Haſdrubalem, ſiquid mihi creditur, odit
Perfidus ille animo, quam quos ſibi prædicat hoſtes.
Nec magis horreret ueſtros præcedere currus,
Iudicio quàm ſtare meo, uerùm ipſe per umbras
Effugit noctis medio, nec cernere uultus
Suſtinuit noſtros, cauſam quibus eſſe malorum
Se norat, patriam timuit ſpectare euentem.
Ergo abiit tacitus læſa contemnit ab urbe,
Exilium peperiſſe ſibi, decreta ſuorum
Nempe nocens pariet uultusq;, irasq;, manusq;
Et meritò crucibus pendere: uictima triſtis.
Ille modò uolucres paſcens informe cadauer
Piſcibus aut pelagi medias effuſus in undas
Eſca foret, canibus dignus cibus ille marinis.
Aut aliquid monſtri Lybici cenſura rigoris
In caput id meritum ſtudio certante nouaſſet.
Denique non fruſtra nobis foret ille ſocius
Debitus ambobus populis, & debitus orbi.
Ipſe ego uel uiuum, uel fruſta cruenta dediſſem
Semeſumq; caput, nobis hic noſtra uoluntas.
Sic ſatis oramus, concors nam iuſſa libensq;
Cætera Pœnorum complectitur omnia uulgus.
Quæ noſtro placuere duci, ſpectate tabellas,
Singula conueniunt pulchra eſt uindicta precanti
Parcere proſtrato. nulla eſt uictoria maior
Quàm uiciſſe animum, nam fœliciſsimus ille eſt,
Qui ſe fœlicem uultuq; animoq; modeſto
Agnouit, tenuitq; modum, quod fortè uidetur
Difficile inſuetis ſtimulis, quos gaudia tangunt
Parua repentinis animos, nec frena regentes
Præcipitans, ac perpetuis ſatiata triumphis.
Pectora ſunt nobis, parcendi ſumma uoluptas
Nec minus imperium uenia, quàm uiribus auxit.
Romuleum auxiſtis, ueſtra pietate uegetes
Nos ſumus, & ueniam poſitis expoſcimus armis.
Parcite ſupplicibus, ſatis eſt potuiſſe nocere
Magna ſumus nobis æternum gloria uicti
Maxima ſeruati. Quòd ſi nos fortè merentum
Pœna iuuat, iuſtusq; dolor, niſi fallor abunde eſt
Quàm memores ſtatuere Dei, quoq; uindit ingens
Scipio, ſiquid adhuc ſupereſt ignoſcite uictis
Victores, fuerit nobis pars ultima magnæ
Vindictæ affuſum hic ultam, ueniamq; precantem
Haſdrubalem uidiſſe ſenem. ſic ille locutus
Conticuit, tacitum ueneranda fronte dolorem.
Ac comites paſsim proſtrati in limine uerbis
Flebilibus tenuere patres, lachrymisq; ſenatum
Impleuere ſuis nati, ſeu funus acerbum
Stet, dum aſpiciunt, lachrymæ nec ſpergit aniles
Ac luget, interitus genitrix reſoluta capillos.

Mœſta iacet, tundiſq; genas, gemituq; madentes.
Aethera fœmineis uacuum mugitibus implet.
Cœperat auditis iam mitior ira ſenatus
Inflecti, & ſenſim lenito pectore iuſtas
Exaudire preces, tu non ex partibus unus
Perfidiæ infenſus Pœnorum, dicite per quos
Subſiſtet pax iſta Deos, fœduſq; ſecundum
Nam primos ſpreuiſtis ait, tunc fronte modeſta
Haſdrubal aſſurgit, paulum perq; inquit, eoſdem
Periuris adeò infeſtos iurabimus iſtam
Pacem alia ſeruare fide, uox illa querelis
Impoſuit finem, uultuſq; animoſq; ſerenans
Et reſponſa patrum pacem ſenſere frequentes,
Haſdrubal hic iterum: Dij nobis iuſta rependent
Præmia, Romam noſtro qui digna fauori
Supplicia aufertis, meritaſq; remittitis iras,
Nunc ego, nam ueteres non amplius aliquot hoſtes
Sed Dominos ſocioſq; nouos hoc deprecor unum
Nos noſtræ cupidos admittere mœnibus urbis,
Capitoliq; uidere date, & cognoſcere ciues,
Sat mihi longarum ſolatia magna uiarum
Hæc fuerint ſæuiq; decus mercediq; laboris.
Quodq; libens longinqua petam ſuper æthera Romam,
Et mundi uidiſſe caput quodcunq; petebat
Admiſſum, & magnam admirans ingreſſus in urbem eſt
Non aliter ſtupuit, niſi falſa eſt fabula cœlum
Ingrediens uiridi ſubito tranſlatus ab Ida
Laomedontæus puer, ut uaga ſydera circum
Hæſit, & illicitas deſpexit ab æthere ſyluas.
Appia marmoreo ſuſcepit limine porta
Prima uiros magno mox obuia mœnia gyro
Pallantea uident, qui ſtructa eſt regia monte
Euandri, primuſq; nouæ locus inclytus urbis.
Hic elementa uocis impreſſa, hic Archadis almæ
Diuinum ingenium, & miracula maxima rerum.
Monſtrator docet ipſe uiæ, libroſq; repertos
Fatidicæ Carmentis opus, quantumq; Latinis
Contulit, ingenijs mulier ueneranda per æuum
Cœlius ad dextram remanet faſtigia læuam
Collis Auentini, ualidaſq; in rupibus arces
Suſpiciunt, antrumq; uident, hic fabula Caci
Herculeuſq; labor, placido ſermone morantes
Detinuit, lotæq; boues in gurgite Thuſco.
Hic quoq; ſupplicij pontis pila diſcolor atris
Coclitis admonuit, ſtatuaq; inſignis equeſtri.
Ille locus tenuit fixos in uirgine torua.
Hinc ſedem ſolis mirantur, & aurea templa,
Tellurisq; domum, capitoliaq; alta pauentes
Aſcendunt, & queq; putant contingere cœlum,
Hic hominis caput inuentum fodientibus altè,
Audiuere prius patriæ portenta coactæ.
Et bubulam damnare famem, ſubigendaq; turpi
Colla iugo, & duri præſagia certa laboris.
Hic Cœlum uidere Iouis, qua ditior uſquam
Nulla fuit, cenſumq; alta ſub rupe repoſtum
Lumina, quam innumeris iam tunc calcata triumphis.
Et niueos currus, & rapta ex hoſtibus arma
Aurea magnorum, nec non diademata Regum,
Sceptraq;, & armillas & dempta monilia collo.
Gemmatoſq; frenos, ſellaſq; ex ordine eburnas
Hic clypeos, fractaſq; rates, ac punica ſigna.
Et phaleras mouere ſuas, tacituſq; per omnes
Luctus ijs ueteris referens ueſtigia belli,
Tum uolucris per templa uagos argentea paulum
Occupat incurſu gallorum, & uoce canora
Procedunt, forteſq; uiros, habituq; uerendas
Matronas, amplaſq; domos, uarijſq; grauatos
Bellorum eximijs arcus, & crebra uidentes
Signa triumphorum. ſolidoq; in marmore pugnas:
Atq; ſepulchrorum pompas, monſtrantur aquarum
Sub terram cœloq; uiæ. iam ualle Saburræ
Cæſaream uidere domum, cui ſumma poteſtas
Debita, cui rerum princeps. hinc ualle relicta,
Exquilias feſſi dictum de uimine, collem
Inde Quirinalem ſuperato uertice montem
Tranſierant, nudoſq; duos aſtare Gigantes
Corpore conſpiciunt, en quos certamina famæ
Praſitelis opus Phidiæq; inſigne ſupremi
Scipiadum, hic laus excelſa, palatia muris,
Atq; arces tremuere feras & cognita bello
Signa nimis Lybiæ, nomenq; genuſq; ſuperbum,
Hinc læuæ flexere uiam, flamminea iam tunc
Porta uocabatur, quæ Thuſcum recipit orbem
Martius ac reduces uicino flumine campus
Excipit, hic longo traducens ordine rerum
Planities ſine fine patet. quis faſcibus altis
Primus honos, quonam pectus matrona pudicum
Vulnere traiecit, cui ſic commiſſa uirorum
Libertas: & qua natos ferus ille ſecuri
Percutit, ac pulſos uiolata ex urbe Tyrannos
Accipiunt, ac cuncta notant læuaq; Mineruæ
Amplaq; cunctorum monſtrantur templa Deorum
Venturæ ad meliora domus iam Tybridis alti
Surgite tranſmiſſo dextræ ſuper aggere ripæ.
Hetruſcum tetigere latus, ductorq; uiarum
Romuleam immenſa deſignat mole ſepulchrum.
Progrediturq; lacus, quo ductus ad aſtra Quirinus
Turbine tranſierit, qua tempeſtate ſenatum
Obruerit, trepidum metuenſq;, ut palluerit Sol,
Et procul inuiſum memorat capreamq; paludem,
At crimen ſilet ille patrum, iam flumina præter
Deſcendunt, collemq; uident ubi regia Iouis
Priſca fuit, iuxtaq; domus Saturnia quondam
Auſoniæ, hic Regum & Latiæ primordia gentis
Vltima conſcendunt, & nomina clara uirorum.
Hic Italus prior æterni ex nominis autor
Italiæ Picuſq; comes ſtirpiſq; omnis auorum.
Narratur, populiq; noui monſtratur Aſylum,
Inferius longi tenuit certaminis illos.
Hiſtoria & clauſo redeuntes robore Reges
Caſtraq; Porſennæ, ut incumbens Scæuola flammis
Supplicia erranti infligat non debita dextræ.
Inde Licaonia gemino breuis inſula ponte
Peruia tranſitur, poterat uix ulla relatis
Eſſe fides monſtris, tantaſq; in flumine moles,
Regia præda olim Populo ſpargente dediſſet.
Iam campana iterum læua confinia ripæ
Calcabant, Fabiaſq; domos, miſerandaq; ſancti
Funera diſcebant generis cameramq; nocentem.
Vt capitolino redeuntes uertice tandem

Deſeſſum

Defeſſum tenuere gradum, cum protinus ingens
Viſa reuoluentes ſtupor arripit inde ſedentes,
Attoniti ſiluere diu, mox facta uidendi
Copia captiuos ſtabant horrentia longo
Agmine mœſta ſitu, pallentiáq́ ora tumebant
Nudáq́ perplexis onerabat terga capillis
Cæſaries incompta, diu ſqualorq́ tegebat
Luridus effigiem, triſtemq́ ferebat odorem.
Ferrea uincla gradum lento ſuſpendere tractu
Cogebant, manicæq́ graues, complexibus illos
Caſorum uetuere frui, tum uerba uiciſſim
Dulcia permiſcent, ſed perſtrepit ære cathenis
Reditus excuſſis ſtridor lachrymæq́ per ora
Egregia pietate fluunt, quæ fata, quis urbis
Si ſtatus inquirunt, patriæ quæ numina uictos
Reſpiciunt, uelut inferius ubi manibus olim
Vmbra recens noſtroq́ ruens deſcendit ab orbe
Supplicijs onerata ſuis, illum anxia circum
Agmina funduntur, noua quæ nã annunciet hoſpes.
Hæc nati petit euentus, aſt illa relicta,
Coniugis explorat uitam, ſeniumq́ parentum
Hæc deſerte gemens, aut dulci inquirit amico
Publica cura omnes, ſupero quis uultus in orbe,
Vna tenet, quis ſceptra regat, quis flectit habenas
Imperij. quid bellorum, quantumq́ quietis
Oráq́ ſollicitis exanguia ritibus hiſcunt
Noſcendi ſtudio, ſic carceris hiſpida turba
Hoſpitibus inſtare nouis, & quærere multa
Poſtquam hoſtis erat lachrymis, petit ipſe ſuorum
Vt redimenda darent aliquos modo corpora blandus
Haſdrubal, ac uili uictores nulla negarent
Munera qui noſcens, ſcriptis quæ nomina uellet
Aedere præcipiunt, lectos dedit ille ducentos,
Quos poſito ſqualore pius faciliſq́ ſenatus
In Lybiam praſerre iubet. ſi fœdera pacis
Firma forent nullis pretijs pro munere ſolo
Reddendos patriæ, cunctis ſic ritè peractis.
Haſdrubal inuiſa quondam nunc mœnia chara
Vrbis amica retrò rediens hac uoce ſalutat:
Vrbs accepta Deis, caput orbis, & unica mundi
Gloria, terra ferax clarorum ſola uirorum.
O patria armipotens, tuq́ ô domus optima rerũ
Roma uale, iam lætus eam quocunq́ uocabunt
Fata, ſenem uidi, quantum uiſurus in orbe
Hoc fueram dixit, tum Tybridis hoſtia linquens
Nauigat in patriam uictor, captiuaq́ ſecum
Agmina mittuntur, liceat terreſtria cælo
Aequare, æternis mortalia, maxima paruis
Sic prope deſcendens cælo ſua uincla reſoluit
Captiuis antiqua potens & Tartara fregit
Voce Deus, ſecum in patriam miſeranda reducit
Agmina, & exhauſtas longis cruciatibus umbras
Scipio pacifico redeuntem ſuſcipit ore,
Pax populis, Ducibuſq́ placet, fœduſq́ ſcriptum
Ante araſq́ teſteſq́ Deos, cæſiq́ litantur
Terga ſuis: dextræq́ ducum iunguntur inermes
Rurſus in Italiam reditum, & firmante ſenatus
Acta Ducis pax in libros relata uetuſto
More patrum, legeſq́ data, iurataq́ uerba
Scipio longæuo gaudens poſuiſſe labori.
Iam finem, reditumq́ parans in præmia totus
Vertitur ac laudes, & dona ingentia ſoluit
Militibus, carthan Syphacisq́ omnia Regi
Donat & emeritum regni confinibus ultrò
Ampliat numenſis uictor ex fœdere damnat
Reddere Rex regi ſocio pactumq́ tributum
Soluere Romanis, hinc ad condigna reuerſus
Supplicia, & iuſtas uario diſcrimine pœnas
Mitius in ſeruos egit, ſeruile putauit
Eſſe fugam, non noſſe fidem, quicunq́ repertus
Liber militiæ deſerto protinus ille eſt
Supplicio extremo affectus, qui iura fidemq́
Te pater tam dubio iurataq́ liquerit arma
Romanos crucibus rigidis dedit atq́ Latinis
Abſcidit merita trepidantia colla ſecuri.
His actis claſſem ſoluit comitante ſenatu
Extremum in littus Pœnorum, & ſupplice turbã
Victorem mirante ſuum, quos ille benigne
Digrediens dictis poſtremum affatur amicis
Viuite contenti proprio, memoreſq́ Deorum
Viuite nec   cæcus iterum uiuidus arma*
Induat, imperium antiquis ſtat finibus amplum
Et leges patriæ cum libertate relicta
Gloria ſit quanquam latum imperitare per orbem
Tutius eſt parere bonis mihi credite nobis
Id longum quæſita quies, nos dura laborum
Sarcina ſollicitos ullo ſine fine tenebit
Hoſtis erit quicunq́ uſquam nudauerit enſem
Quis noua bella manu, bellorum aut uerba mouebit
Cura laborq́ grauis ſcelerum cenſura per orbem
At uobis tranquilla ſalus ſine litibus ullis
Præſidium in nobis, niſi temnitis omne peractum
Semper erit Pœnos inter noſtrumq́ ſenatum
Sponſor ego placidam tandem condiſcite uiam,
Sentite placatas mentes, deponite ferrum
Ex animis, tales tanto niſi turbine fruſtra
Vis docuit fortunæ uiros, dimittite tandem
Aequoreas tentare uias diſcrimina quanta
Præcidi, quantumq́ mali, quantumq́ laborum
Exuerim claſſem. quæ uos per cuncta furentes
Littora raptabat, quæ nobis prima malorum
Materiam dedit, Auſonijſq́ incumbere regnis
Compulit ac tumidos docuit tranſcendere fluctus
Hunc noſtris fortaſſe oculis ſpectacula dura
Si fuerint, cohibere animos membrumq́ putate,
Abſcindi uita infeſtum ſatis ampla tenetis
Regnorum ſpatia & ſepti confinia mundi.
Sat terris errare licet funeſta uoluptas
Curarum eſt, omni ſtatui ſuccurrite noſtro,
Conſulite, & nobis curamq́ auferte metumq́
Hannibalis, rabiemq́ ſuam ſibi linquite ſoli.
Siquid erit dubij quod publica facta mouebunt
Hos audite ſenes dixit, dextramq́ prehendit
Illorum, ambo autem deflexis genibus unà
Ante ducis cecidere pedes, hinc maximus Hanno,
Haſdrubal hinc hædus tota iam claſſe ſoluta
Scipio prouectus paulum ſubſiſtit & omnes*
Imperat hoſtiles flammis abſumere puppes.
Non aliter tanta pelago fluxere fauillæ
Aut Tethys extimuit latè torrentibus undis

Defectum

Defectum, quàm dum currus optata paterni
Lora puer rapuit Phœbus, & æthera flammis
Accendit, mundumq́ magis, & ſæcula retro
Omnia percurrit, ſola hæc incendia ſenſit
Neptunus metuenda ſibi, non Punica quondam
Romanis facibus bello conſumpta priore,
Spartaniq́ prius non Attica littore claſsis
Viſa Syracuſo tantas dedit æquora flammas.
Torpuerant miſeri ciues ſua damna gementes
Haud aliter quàm ſi ſubitò prædulcia cunctis
Coniugia & nati atq; arces & templa Deorum
Ipſaq́ Carthago flammis arderet in illis.

AFRICAE FRANCISCI PETRARCHAE,
LIBER IX.

SCIPIO prouectus pelago Romanaq́ claſsis
Iam placidum ſulcabat iter, non rauca procellis
Aequora feruebant, uentesq́ ſilentibus undas
Victorem ſenſiſſe putes tranquillior illis
Vultus erat, cœlo facies compoſita ſereno,
Sic hoſtile fretum, ſic cuncta elementa uideres
Obſequio mulcere Ducem, iam littora longè
Africa linquebant alacres, & bella canentes
Ibant, ac ualido frangebant remige fluctus.
Puppe Ducis media tacitus meditansq́ ſedebat
Ennius, aſsiduus rerum triſtisq́ comesq́
Scipio, quem tandem aggreditur uerbisq́ benignis
Excitat incipiens, nunquam'ne ſilentia rumpes.
O mihi multorum ſolamen dulce laborum
Fare precor, nam perpetuis tabentia curis
Pectora noſtra uides, placido ſermone leuare
Illa ſoles, faciesq́ modo, ta itum ore reſolue
Si tibi naſcenti quo polles ſummus Apollo
Ingenium cœleſte dedit, ſi turba Dearum
Caſtalio infantem demerſum gurgite lauit
Helicone ſacro collesq́ eduxit in altos.
Et calamum & uocem tribuit, mentemq́ Poëtæ
Ennius auditus caput extulit, atq; ita fatur
O flos Italiæ iuuenis, ſtirpisq́ Deorum
Certa fides, quid nunc noſtro placet ore moueri,
Quid'ue iubes? equidem tacito modo pectore mecũ
Voluebam, quod nulla ferent iam ſecula manus.
Eximiæ uirtus opus quàm noſtra quod ætas
Læta uidet, nullusq́ unquam ſub mente mouebit
Grande aliquid, cui non magnas ſpes inter honeſtũ
Nomen in ore ſonet, qui non uenturus ad actum
Scipiadæ memoriſſe uelit, pro munere uultus
Non cupiat uidiſſe tuos, maiorq́ ſepulchri
Poſt cineres te fama manet, mortalia liuor
Carpit enim, at mors inuidiam conſumit & arcet
Ac procul à buſtis abigit, tua gloria pridem
Vicerat hanc peſtem, iamq́ altas tuta per auras
Fugit humum morbosq́ hominum, moresq́ malignos
Seq́ parem tulit alma dies, tamen ecce ſupremum
Incrementa diem famæ tibi multa daturum
Promiſsi expertus quoq; ipſe à morte recedes
Longius, hoc maior meritum te fama ſequetur
Tempore creſces honos perq́ ultima ſecula mundi
Clarus eris, uirtus quoniam non altius ibit
Deſcenſum uereor, ſed noſtra peritia fandi
Nondum propoſitam ualuit contingere metam
Nuper ab exiguis radicibus orta, nec ante
Cognita per Latium, Argolicis contenta colonis
Hoc igitur mecum indignans ſub mente mouebam
Præcones meritos tua quòd notiſsima uirtus
Non habitura foret, Macedum Rex magnus anuel
Forti uidens ſaxum Aeacidæ tituloſq́ ſepulchri
Fortunate, inquit iuuenis, cui nominis illum
Præconem reperire fuit, non parua profecto
Eſt claris fortuna uiris habuiſſe Poëtam
Altiſonis qui carminibus cumulare decorem
Virtutis queat egregiæ, monimentaq́ laudum,
At tibi ſumme Ducum claro quo nullus Homero eſt
Dignior, in reliquis blanda uiq́ hoc durior uno
Me ſolum fortuna dedit, currentibus annis
Naſcetur forſan digno qui carmine cœlo
Efferat emeritas laudes & fortia facta,
Et cui mellifluo melius reſonantia plectro
Calliope dei fila liræ, uocemq́ ſonoram
Paret precor uerbis, tibi non me iudice uates
Mæonius, nec iure tibi præponitur altus
Euripides, aut quos claro cognomine Graij
Concelebrant, alio nolim me carmine dici
Si dicendus eram quid te poſcimus, inquit,
Scipio proſequere, & quæ ſint permiſſa Poëtis
Famoſæq́ rei certos agnoſcere fines
Te liceat monſtrante mihi quid laurea ſignet
Tam Ducibus claris, quàm uatibus addita ſacris
Ne'ue tibi indignus uidear cui talia forti
Narrentur, nobis animum dulcedine quadam
Pulchra mouent, & continuis hoc prælus ab armis
Dulcia concuſſum placidè capit ocia lingua.
Ille autem, nulla eſt fateor tam dura ferox́q;
Mens ait, alme Ducum, cui non ſit pulchra uoluptas
Interdum curas inter uitæq́ labores
Pyerios audiſſe modos, d. lcesq́ Dearum
Irrepſiſſe choros, ſed enim hæc præcordia nunquam
A muſis auerſa reor, non talibus Afris
Tam magnum genuiſſe uirum natura uidetur
Erraſſet, ſi cui dederat cupidiſsima famæ
Pectora Muſarum non ingeſsiſſet amorem.
Quiſquis enim ſe magna uidet geſsiſſe, neceſſe eſt
Diligat æternos uates, & carmina ſacra.
At nunc quod noſtro poſsis ſermone doceri
Accipe quàm breuibus, non illa licentia natum eſt
Quam multis placuiſſe palàm eſt
Scripturum ieciſſe prius firmiſsima ueri
Fundamenta decet, quibus inde innixus amœna
Et uaria ſub nube poteſt abſcondere ſeſe
Lectori longum cumulans placidumq́ laborem
Quæſitu aſperior quo ſit ſententia uerum
Dulcior inuentu, quicquid labor hiſtoriarum eſt
Quicquid uirtutum cultus documentaq́ uitæ,

*Naturæ ſtudium quicquid licuiſſe Poëtis
Crede, ſub ignoto tamen ut celentur amictu.
Nuda alibi & tenui fruſtrentur lumina uelo,
Interdumq; palam ueniant, fugiantq; uiciſſim
Qui fugis quodcunq; refert, non ille Poëta
Nomine cenſendus, nec uatis honore. ſed uno
Nomine mendacis. potes hinc perpendere quicquid
Scire petis, noſtri quæ ſit menſura laboris
Et latos fines, & quanta licentia nobis
Laurea reſtat adhuc, cuius dignare parumper
Participes nos eſſe tibi, ſi gloria bello
Nec minus ingenio conſtat patiere uirenti
Fronde duces uateſq; ſimul ſacra tempora cingant
Immortale decus uiror immortalis utriſq;
Indicat, & longa promiſit tempora uitæ
Hinc Deus ingenijs Lauros amat almus Apollo
Pyeridum ſolitus cythara modulante choreas
Incola Cirrhæo totiens duxiſſe ſub antro.
Præterea hanc frondem tepido non fulmine uexat
Iuppiter ex cunctis talemq; meretur honorem
Laurus ab æthereo tanta eſt clementia Regi
Iam famæ quod fulmen erit niſi ſola uetuſtas
Omnia proſternens, hunc gloria noſtra pauorem
Non habet, atq; ideo ſpernentis fulmina frondis
Serta gerit, ſanctoſq; legit de ſtipite ramos
Dixerat, ac Scipio ſubridens, omnia mulcens,
Sed ledis breuitate tua, & dum dulcius inter
Iſta ſonant, medio ſitientes calle relinquis.
Ergo age, nam nullum iam littus cernitur, & Sol
Tranſiuit cœli medium, tu dulcia prome
Verba quibus mens alma ſcatet placidoq; uolentes
Et longo ſermone feras, partemq; diei
Et partes pelagi minuens, tunc ille coactus
Incipit, hic omnes tenuerunt murmura nautæ
Et comites ſiluere Ducis, ueſtigia famæ
Rara ſequens, quantum licuit per ſecula retro
Omnia peruigili ſtudio uagus ipſe cucurri
Donec ad extremas animo rapiente tenebras
Peruentum, primoſq; uiros quos Fama perenni
Feſſa uia, longè ignotos poſt terga reliquit
Hic quiſquis meritò fulgens fuit obuius illum
Amplexu tenuiſſe animi, mihi gloria ſumma eſt
Inq; locum chari ſemper coluiſſe parentis
Præcipuè illuſtres calamo florente Poëtas
Admiſi, atq; una cordis ſub parte recondi
Milibus ex tantis unus mihi ſummus Homerus
Vnus habet quod ſuſpiciam, quod mirer, amemq; t
Ille mihi è cœlo ueniens tam ſæpe uidetur
Vt ſtupeam potuiſſe hominem ſic alta tenere,
Aſtrorum ſic noſſe uias. ſic clymata terræ.
Qui licet ante nouos Reges & tempora Romæ
Floruerit, tamen hoc in tempus mente reduxi.
Præſentemq; animo ficta ſub imagine feci.
Hoc ſine ulla dies abijt, nox nulla ſine illo.
Ille breues cœnas in longum traxit, & idem
Nunc longam breuiare uiam, nunc tramite plano
Edocuit rigidi tranſire cacumina montis
Deniq; quicquid agens, nullo diſcrimine ſecum
Sopitus, uigilanſq; fui. noctemq; diemq;
Hic mihi nunc etiam dubij ſub tempore belli
Aſſuit in ſomnis, quis ſomnum dixerit illum.
Peruigil aſtabam, fracta nam pace ſub armis
Omnia feruebant, ſeroq; in caſtra reuerſus
Contigeras animum iubeas ſi uera fateri
Non timui, tamen in dubio ſpes feſſa pependit.
Vſq; ſub occaſum Solis, tum maxima pernox
Cura animum tenuit, quid ſe cum poſtera ferret
Tot motus clauſura dies, hic nocte ſub alta
Aſpicio aduentare ſenem, quem rara tegebant
Fruſta togæ, & canis immixta & ſqualida barba:
Sedibus exierant oculi, * caua frontis imago* * calua
*Horrorem inculta cum maieſtate ferebat,
Dirigui, tunc ille manu, ſimiliſq; uidenti
Occupat ancipitem, Graioq; hæc more profatur:
Salue chare mihi Latiæ telluris amicæ
Vnice, quodq; diu uotis animoq; petiſti
Aſpice, qualis erat quondam dum uixit Homerus
Huc ego uix tandem reſerato carcere ditis
Emerſi tacitè perrumpens uiſcera terræ
Procubui, uoluiq; pedes contingere pronus.
Vmbra fuit, undæq; hæſerunt oſcula terræ
Surge, inquit, mecum ex æquo, nam dignus es ultrò
Congredere & dum tempus habes tam ſæpe negato
Colloquio ſatiare meo, tum protinus ardens
Exurgo, gentiſq; ingens ô gloria dixi
Argolicæ, ſummumq; decus quis talia tanto
Supplicia inflixit ſacræ, quis lumina frontis
Naturæq; duces rapuit, tantumq; nocere
Suſtinuit mundo, non hic mihi creditus olim
Lincea quin acies animo occurſabat amanti
Viſq; oculis immenſa tuis, quos Græcia portus
Diues habet, gemino late circumflua ponto
Quos colles quæ rura colit, quæ uallibus imis
Antra tenet. quænam frondoſa cacumina ſyluis
Aut pelago ſcopulos, quos non mihi lumine certo
Monſtraris cernenda alijs longinqua dediſti.
Ipſe propinqua uidens minimè miracula mei ti
Quanta meæ, Argæo diffuſas ecce profundo
Cycladas hinc numero, uideo quot littore flexus
Helleſpontiaco, tu me nequis ipſe tueri
Oſtendens tam multa mihi, tum ſuſcipit ille,
Vera quidem memoras, ſed non miranda quid ergo
Qui mihi corporeos Deus abſtulit ille nequibat
Reſtituiſſe alios quibus hæc arcana uiderem.
Deſine iuſſa Dei ſolitis onerare querelis
Mortalis, namq; iſta hominum ſtultiſſima lis eſt.
Iuſta facit quæcunq; facit, ſed noſcere cuncta
Veſtra nequit grauitas ſub opaci carceris umbra.
Quàm multis nocuere oculi uiſuſq; uagari
Compulit, & cœpto forſan ſemouit honeſto
Hinc ea ſponte quidem, grauis ut nocituraq; multis
Sarcina depoſita eſt, quoniam huc modo pergimus ultra
Tu cœptum ne ſperne Ducem. fortaſſe uidebis
Multa animo placitura tuo, nec cura futuri
Sollicitet caſus, quoniam lux craſtina campos
Sanguine Pœnorum Latio uictore rigabit
Proſequor augurio lætus.
Si iuuenem iuueni medijs auellere flammis
Contigit incolumen tumidaſq; efferre per undas
Percipſam iam facta ſenex precor iſta cauere.*

Poſt

Poſt mea facta uelis, quotq́ omnia poterit unum
Tempus edax, rapidosq́ dies, Solemq́ uorantem
Secula, & inuidiæ triſtes contemnere morſus.
Hic ego nam longè clauſa ſub ualle ſedentem
Aſpexi iuuenem, Dux ô chariſsime quiſnam eſt
Quem uideo teneras inter conſiſtere Lauros
Et uiridante comas meditantem incingere ramo.
Neſcio quid, niſi fallor enim, ſub pectore uerſat
Egregiumq́ altumq́ nimis. non falleris, inquit,
Agnoſco iuuenem ſera de gente nepotum
Quem regio Italiæ, quem uæ ultima proferet ætas
Hunc tibi Thuſca dabit latis Florentia muris
Romulea radice oriens, urbs inclyta quondam
Nunc nihil, ut nequeas ortus confinia noſſe
Diuitis exiguus muros interluet urbis
Arnus, in Auſoniæ deſcendens littora Piſæ
Ille diu profugas reuocabit carmine Muſas
Tempus in extremum, ueteresq́ Helicone ſorores
Reſtituet, uario quamuis agitante tumultu
Franciſco cui nomen erit qui grandia facta
Vidiſti quæ cuncta oculis ceu corpus in unum
Stringet, & Hiſpanas acies Lybiæq́ labores
Scipiademq́ tuum, titulusq́ Poëmatis illi
Africa quum etiam ingenij fiducia quanta
Quantus aget laudum ſtimulus, ſeroq́ triumpho
Hic tandem aſcendet capitolia ueſtra, nec ipſum
Mundus iners, ſtudijsq́ alijs tunc ebria turba
Terrebit, quin inſigni frondentia Lauro
Tempora deſcendens referat comitante ſenatu
Hic modò tantus amor, tanta eſt reuerentia Lauri
Omnibus ex ſyluis iam nunc ſibi gratior una eſt
Delphica, iamq́ nouas diſcit connectere frondes
Serta gerens iam uenturi præſagia mulcent
Iſte ſeneſcenti tantum illo in tempore Romæ
Charior annoſæ quantum contingere matri
Filius iſte ſolet, quem poſt lachrymoſa ſepulchra
Natorum uiduæ ſterilis tandem attulit aluus
Illa quidem quæ iam luſtris nil tale ducentis
Viderit, huius magno ſpectabit læta fauore.
Laurea dum ſapiet, dum templis ſerta relinquet
Primitiasq́ ſuas ſanctas affiget ad aras.
Florentina omnis magis ut ſit grata propago
Idem unus tibi Roma dabit, nec protinus urbem
Pœniteat Tuſci fundaſſe ad gurgitis undam.
Hic quoq́ magnorum laudes ſtudioſus auorum
Digeret extrema relegens ab origine fortes
Romulidas ueſtrumq́ genus, ſermone ſoluto
Hiſtoricor, titulosq́ uiris & nomina reddet
In medio effulgens nec corpore paruus eodem
Magnus erit Scipio, ſeq́ ipſe fatebitur ultrò
Plus nulli debere uiro, at ſi uita manebit
Longior, & nullo præuertet turbine cœptum
Impetus alter iter tunc ampla uolumina cernes
Magnarum rerum uario diſtincta colore,
In tempus producta ſuum, quis cuncta renarret
Quæ clauſa ſub mente gerit, pulſabar anhelo
Pectore uiſendi cupidus, cupidusq́ loquendi
Interea, & magnum quis credere poſſet Homerum
Dulcibus optabam uerbis imponere metam
Iam mihi charus erat, te propter & alta relatu
Cætera procedo ſenſim, propiorq́ parumper
Conſpicio curis grauidum ſub flore iuuentæ,
Et calamo hærentem, uiridiq́ in gramine ſeptum
Arboribus uarijs nitidiſſima flumina iuxta
Ac gelidos inter fontes, rupesq́ præaltas
Reſpice Dux inquit, quæ ſint umbracula ruris
Effigiesq́ ſui, namq́ hinc ad talia primum
Eriget ingenium uarijs mox partibus orbis
Et terra pelagoq́ uagus, concepta per annos
Deſperata ſinet, uix rerum turbine tandem
Explicitus, magnus tranſibit plurima curſu.
Singula mirabar, uix auditaq́ ſalute
Suſtulerat grauis ille oculos, & uerba parabat
Cum matutino litui clangore repentè.
Excutior uiſis, ſomnusq́ receſſit inanis:
Teq́ aciem uideo medijs educere campis
Sublimem, hortantemq́ Duces & ſigna mouentem.
Ennius interea dum talibus ore diſertus
Aequoreum permulcet iter, iam feſſus anhelos
Phœbus Athlanteo recreabat gurgite currus:
Haud aliter quàm qui placidis per plana quadrigis
Vectus, & irriguo perfuſus membra ſopore
Non ſentit tranſire diem, longamq́ repente
Decreuiſſe uiam, ſtupet & uix credulus audit.
Heſperio lænis Zephyrus ſurgebat ab axe:
Vela lauat claſſis, tum dextro tramite proræ
Voluuntur, fratrisq́ in locum Cynthia pernox
Inuigilat, laxisq́ datum requieſcere nautis
Remigis ut ſtrepitus ſoluit ſtridorq́ rudentem,
Scipio mitis ait, ſeu ſunt, ſeu talia fingis
Dulcia ſunt fateor: ſenſusq́ & pectora mulcent.
Illum equidem iam nunc iuuenemq́ nouumq́ Poëtam
Complector, tibi nunc uiſum quondamq́ parui
Promiſſumq́ mihi gemino ſponſore profecto
Diligo quiſquis erit, ſi nullus, diligo nullum.
Dixerat, & facili præbebant corpora ſomno.
Sol pelago rediens ubi primum emerſit Eoo
Ingentesq́ procul iactabat carbaſus umbras
Littora proſpiciunt alacres Lilybæia nautæ
Trinacriamq́ pari concordes uoce ſalutant.
Iam Drepanum prætervecti iamq́ inde remenſi
Inde latus Siculum, ſolidæ telluris in arua
Vt primum poſuere pedes pulcherrima rura
Terreſtri ſecuere uia, non carmine noſtro
Lætitia Italiæ, non occurſantia poſſum
Agmina uictori, populi non urbibus hauſtis
Seruata grates pro libertate canentes
Stare queant, donec patriæ ſub mœnia uentum eſt.
Et luxit ſperata dies, tempusq́ triumphi.
Hic quoque Calliope, quanquam ſub fine uocatis
Dextra ueni, ſeroq́ fauens aſsiſte labori.
Pulchrior Auſoniis nunquam ſurrexerat orbi
Vlla dies, roſeo uultum ſuffuſa rubore
Phœbeos frenabat agens aurora iugales
Lætior ipſe quidem ſolito & formoſior alte
Imperij urgebat equos, iam lumine Romam
Appennigenæ ſpectans de uertice ſyluæ.
Conueniunt proceres portis ruit obuia turba
Sexus uterq́ frequens, ætas ſe proripit omnis
Omnis honos, omnisq́ gradus, ſubſternitur auro

Omne

Omne ſolum,& uarijs reſplendent pulpita gemmis.
Purpura per uicos ſparſa eſt,& purpura tectis
Obtentu factura uiris uictoribus umbras.
Inde ſenum mitis deſcendunt agmina uultu
Hinc iuuenum phalerata phalanx,in limine primo
Exceptura Ducem.faciem ſubit ille ſerena
Ardua purpureo reſidens ſua mœnia curru
Et niueis inuectus equis,generiſq́; ferebat
Aetherei frons alma fidem,tum millia uinctis
Poſt tergum manibus captiui triſtia uulgi
Procedunt Macedum proceres,quo bella Philippus
Fouerat auxilio,Sopater Dux primus & ipſum
Sanguine contingens Regem mœſtiſsimus ibat:
Poſt omnis legio grauibus connexa cathenis
Inſequitur,tum parte alia ſpectacula magni
Syphacis miſeranda habitu,nanq; obruta uinclis
Maieſtas,lachrymis pectus terramq́; rigabat
Flensq́; retro ad magnum referebat lumina crebro
Humida,uictorem,qualem ſpreuiſſet amicum.
Mente notans tacita præter tot dura ruinæ
Angebat miſerum pudor ingens,turba ſuorum
Regia conſequitur tremulo ueſtigia greſſu.
Hinc meriti ciues,laqueis gens perfida iuſtis
Pœnorum perplexa uenit,pulcherrima Romæ
Mœnia ſuſpiciens Dux frater Hannibalis illis
Primus erat.Mauræ ſubeunt poſt agmina gentis
Gallorumq́; manus,Italus namq́; ordine in illo
Nemo fuit,digna meritos multauerat omnes
Morte ſimul,terraq́; hoſtes mandauerat Afræ
Indignos patriæ aſpectu,& tellure ſepulchri
Ante ebur & radians aurum & precioſa ſuppellex
Et ueſtes Oſtro inſignes,penitusq́; potentum
Diuitiæ Regum pompa celebrante uehuntur.
Inde graues clypei prærepta q́; fortibus arma,
Signaq́; & horrentes galeæ criſtaq́; trementes
Poſt triſtes ducuntur equi,domitiq́; elephantes
Demiſſa ceruice graues.puerilia circum
Millia funduntur, turba obſtrepit inſcia rerum
Bellua barbarico quòd tanta ueniret ab orbe
Hinc illinc Romana acies erepta nefando
Seruitio,lætumq́; canens ex more triumphum
Concelebrat,nequeunt oculos ſatiari uidendo
Seruatore ſuo,prior it Terentius horum
Culeo,uir clarus latia tunc urbe ſenator
Libertus uelut hic charum coluiſſe patronum
Scipiadam fertur,uitam obſequioſus in omnem
Vltimus it uictor Latij exercitus armis
Atq; equitum peditumq́; acies,uelut obuius eſſet
Hannibal in primo uenturus limite contra
Tumq́; tubæ horriſonis uictricia claſsica læti
Perſtrepuere modis,tremueruntq́; Tybridis undæ
Ac circum pauet omne nemus,fragor horridus albam
Argolicumq́;,quatit Tibur gelidumq́; Soracte
Et Præneſtinis rigidas in collibus arces,
Sic tandem inſueto capitolia celſa triumpho
Ingreditur,gratesq́; Deis perſoluit amicis
Immenſumq́; auri montem ingentesq́; recondit
Theſauros in templa Iouis, tempusq́; per omne
Ditauit patriam,ſibi ſed cognomine ſolo
Contentus,nihil hic proprias inuexit in ædes
Nec dubium quin ad reliquos per bella triumphos
Strauerit enſe uiam,atq; orbis patefecerit urbi
Imperium,puduit neminem Carthagine uicta
Subdere colla iugo,dominosq́; agnoſcere mundi
Romanos ,bello indomitos populumq́; Quirini
Ipſe coronatus lauro frondente per urbem
Lætus ijt totam,Tarpeia rupe reuerſus
Ennius ad dextram uictoris,tempora fronde
Subſtringens parili ſtudiorum almaq́; poëſis
Egit honoratum ſub tanto autore triumphum.
Poſt alij atq; alij,ſtudio certante ſecuti
Ipſe ego trecentum labentibus ordine luſtris
Dumoſam tentare uiam & ueſtigia rara
Viribus imparibus fidens utrunq; peregi.
Frondibus atq; loco,ſimul & cognomine claro
Heroum ueterum tantos imitatus honores
Irrita ne Grai fierent præſagia uatis.
Nunc ego non auſim uos hinc ad triſtia diuæ
Materiamq́; trucem,poſt tot modò læta uocare,
Quin potius longè fugite,atq; auertite uultus
Certè ego uobiſcum fugiam,triſtesq́; querelas
Inuidiæ,procerum crimen,culpamq́; ſenatus
Non referam populiq́; nefas,ac ſponte receptum
Exilium,mortemq́; Ducis,titulumq́; dolentis.
Aſpera marmoreo ſubſcriptaq́; iurgia buſto,
Hæc memorent,alij,mihi nam certiſsima mens eſt
Hic metam poſuiſſe operi,patiarq́; nec unquam
Carmine tam mœſto ſacras maculare ſorores
O mea non paruo mihi conſummata labore
Africa dum creſcis,dum te relegensq́;,comensq́;
Mulceo,magnanimum mors importuna Robertum,
Intempeſtiue mundo ſubtraxit egenti:
Et mihi prærepta penitus dulcedine uitæ,
Speratum tibi clauſit iter,quo tramite perges
Infelix?monſtrabo uiam,non atria luctu
Turbida funereo,non dulcia limina quondam
Parthenopæa petes,tepidi noua ſaxa ſepulchri
Triſtis adi,lachrymisq́; riga cum uideris illic
Ingentem exigua Regem tellure iacentem
Te ſibi uiuenti promiſſam redde ſepulto
At cineri perſolue ſacro,nam ſpiritus aſtra
Iam repetens,recenitq́; retro deſpectat inertes,
Sceptra caduca fugit,mortales negligit actus
Ille tamen quanquam regni diademata relicti
Rideat,& curas ueteres,nimiosq́; labores
Erroresq́; hominum,ſolio miſeratus ab alto.
Nos niſi fallor amat,noſtri mitiſsimus olim
Arbiter,ingenij,quo terris ſydere rapto
Heu heu quam uereor ne quid tibi durior ætas
Obſtrepat,& titulis inſultet cæca decoris
Hoſpes Pyeridum noſtro iam ſolus in æuo
Redde promeritum ſtudijs qui noſſet honorem
Interijt,ſecumq́; ſimul ſpes noſtra receſsit.
Fœlices quos illa prius meliora tulerunt
Tempora,nosq́; utinam ne quicquam uana precamur
Non licet ire retro,nos cuncta nouiſsima ſeros
Et ſerus aduerſo proſpexit Iuppiter axe
Vtendum ſorte eſt,& ſydera noſtra ſequenda
Quà ducunt,ne forte trahant,mihi degere uitam
Impoſitam, uaria rerum turbante procella.

At tibi fortaſsis,ſi quid mens ſperat & optat
Et poſt me uictura diu,meliora ſuperſunt
Secula,non omnes ueniet lethæus in annos
Iſte ſopor.poterunt diſcuſsis forſi tenebris
Ad purum priſcumq́ iubar remeare nepotes.
Tunc Helicona noua reuirentem ſtirpe uidebis
Tunc Lauros frondere ſacras,tunc alta reſurgent
Ingenia atq; animi dociles,quibus ardor honeſti
Pieridum ſtudij,ueterem geminabit amorem
Tum nomen renouare meum ſtudioſa memento
Qua potes,hac redeat.ſaltem ſua fama ſepulchro
Et cineri reddatur honos,mihi dulcior illo
Vita erit in populo,& contemptrix gloria buſti
Interea tamen hoc iubeo,per inertia tranſi
Agmina ſollicito populorum incognita paſſu
Vix procul extremo conſpecta in limine linquent
Heu paucas habitura domos & rara per orbem
Hoſpitia,at ſi quem ueræ uirtutis amicum
Auguſtumq́ precare locum ſub paupere tecto
Atq; ibi ſola quidem potius peregrinaq́ ſemper
Quam comitata malis,annoſa fronte ſeneſces
Donec ad alterius primordia ueneris æui
Tunc iuueneſce'precor,cum iam lux alma Poëtis
Commodiorq́ bonis cum primum affluxerit ætas.

FRANCISCI PETRARCHAE. V. C. EPISTOLARVM LIBER I.

BARBATO SVLMONENSI.

SI MIHI ſæua pium ſeruaſſent ſydera Regem
Pars animi Barbate mei,non litera corßis
Nuncia per uaſtos,tractus telluris & undæ
Ambiguum tentaret iter, tua lumina præſens
Aſpicerem,uox uiua tuas contingeret aures
Mors uetat,heu uarij quos quondã largus honores
Contulit ille mihi uultus heu blanda ſereni
Maieſtas placidaq́ decus pondusq́ ſenectæ
Heu præcepta mihi frons auguſtiſsima cœlo
Reddita iam patrio,uox heu doctiſsima melle
Dulcior Hiblæo,quæ prehenſa tenacibus hamis
Corda uirum rapiebas humo,quæ laudibus amplis
Ingenium celebrare meum,calamumq́ ſolebat
Calcar agens animo ualidum.Non omnia terra
Obruta,uiuit amor,uiuit dolor,ore negatur
Regia conſpicere,at flere & meminiſſe relictum eſt
Hæc duo lethæi nunquam de pectore noſtro
Eripiet mors atra uadis,iterum ordine uitæ
Propoſito exuimur.Mundi pars una placebat
Spargimur hac illac pelago obrumpimur alto
Alpibus ac medijs,quorum q́ fouentibus aſtris
Reddimur Auſoniæ buſtum tibi ſorte Maronis
Obtigit in partem uarie,mihi celſa origo
Amnibus ac toto disiungimur Apennino
Hinc mea uox mittenda tibi eſt,& credere curas
Cogimur arcanas clàm,nec pauca ſilenti
Cauſa labor,ſed plura metus ni noſtra propheni
Abdita perſpiciant oculi,uulgata uideri
Non metuunt.Memor ergo precum dilecte tuarum
Inſtitui exiguam ſparſim tibi mittere partem
Carminis exacta percurrent ocia mea
Perlege,cognoſces animum ſine uiribus alas
Ingenij explicuiſſe leues,nam uera fatebor
Implumem tepida præceps me gloria nido
Expulit,& cœlo iuſſit uolitare remoto.
Pœnitet incepti,curſum reuocare iuuenta
Si liceat,manſiſſe domi cum tempore uerum
Conſolidaſſe uelim,latè tam naſcor & audax
Fama præit meritum,laxisq́ effertur habenis
Affectus animi uarios bellumq́ ſequacis
Perlegis inuidiæ curasq́ reuolnis inanes
Quas humili tenero ſtylus olim effudit in æuo.
Perlegis & lachrymas,& quod pharetratus acuta
Ille puer puero fecit mihi cuſpide uulnus
Omnia paulatim conſumit longior ætas,
Viuendoq́ ſimul morimur,rapimurq́ manendo.
Ipſe mihi collatus enim non ille uidebor
Frons alia eſt,moresq́ alij noua,mentis imago
Voxq́ aliud mutata ſonat,nec peſsibus ijſdem
Vrgeo,erubuit liuor ceſsitq́ labori
Caſſus an incaluit longisq́ recruduit annis
Laude tumens aucta,& mecũ cum tempore creuit
In dubio eſt,certè hunc didici contemnere ab alto
Dat calamo,atq; animo,Iamq́ obſeruatio uita
Multa dedit lugere nihil,ferre omnia:Iamq́
Paulatim lachrymas rerum experientia terſit.
Iam quod non potuit ratio,natura dieiq́
Longa poteſt,uicere duæ cui ceſſerat una
Tempus edax,minuit quem mors eximit amorem
Flamma furens animis tumulo ceſſere fauillæ
Nunc breue marmor habet longum quibus arſimus ignem
Pectore nunc gelido calidos miſeramur amantes
Iamq́ arſiſſe pudet Veteres tranquilla tumultus
Mens horret,relegensq́ alium putat iſta locutum
Sed iam nequicquam latebras circũſpicit ardens
Turba premit comitum,quos per inſomnia iactas
Dulce quibus conferre fuit aliena nec illas
Submoniſſe ſat eſt,acies nam maior apertam
Protrahit in lucem,durum,ſed & ipſe per urbes
Iam populo plaudente legor nec Muſa regreſſum
Secreti iam rallis habet,uetiturq́ latere eſt
Prodeat impexis ad te feſtina capillis
Ac fluxo diſcincta ſinu,ueniam precetur
Non laudem,ueniet tempus dum fortè ſuperbis
Paſſibus atq; alio redeat ſpectanda paratu
Nunc tibi qualis erat ſub prima ætate priuſquam
Figeret in thalamo ſpeculum,uultumq́ comasq́
Inciperet cohibere uagas.occurrit amicè
Cui ſemper,Rex quantus amor,non ſeria tantum
Sed nugæ placuere meæ,tu conſule quæſo
Parua licet magni nom dum maiora parentur
Hunc tibi deuoueo ſtudij iuuenilis honorem.

Benedicto XII. Pont. Rom. S.

TE cui telluris pariter pelagiq́ ſupremum
Contulit imperium uirtus, meritumq́ pudorq́,
Et Deus omnipotens & inuiſibile fati
Arbitrium, mundiq́ dedit quas uoluit habenas.
En ego te ſupplex paſſis miſeranda capillis
Et ſacros complexa pedes, & dulcia figens
Oſcula, ſic dominum & ſponſum confeſſa Ducemq́
Alloquor, alme parens ſolus qui cuncta gubernas,
Quem ſtupet, & flexis genibus gens omnis adorat
Si mihi quæ niueis iuuenili in corpore quondam
Forma foret, roſeusq́ color, ſpeciosior ſanguis
Feruidus, aut ſponſis tecum communia duobus:
Ipſe habitus notam faceret ſummisq́ uerendam
Principibus, nomenq́ meum taciturna fuiſſem
Squalida, ſed quoniam facies neglectaq́ cultu
Cæſaries, multisq́ malis laſſata ſenectus
Eripuit ſolitam effigiem, uetus accipe nomen
Quo nullum toto memoratur notius orbe
Roma uocor, cultum'ne pater cognoſcis anilem
Gutturis ac tremuli ſonitum, & deformia ſegni
Membra mora inualidis uix conſiſtentia plantis?
Sic anni nocuêre mihi qui ſortia uincunt
Et ſenum rara decuſsit fronte decorem.
Quid quæror? ô nimiũ ſimplex licet irrita tempus
Cuncta ferat, cæliq́ labor requiesq́ negata
Syderibus, forti nondum ſuperantur ab æuo
Multa tamen longè, quibus altior extat origo
Vrbibus Argolicis Latijsq́ ingentia perſtant
Mœnia, & indomito cernuntur uertice turres
Quas decuit rapido primum ſuccumbere ſeclo
Si ſeries ſeruata foret longinqua dierum.
Nam prius inſane quam lamberet ubera matris
Egregius fama uenturus ad aſtra Quirinus,
Mantua iam ſteterat uarijs habitata colonis:
Iam Patauũ Antenor flammas emenſus & undas
Addiderat Piſana procul ſubmota Sicano.
Vrbs erat Alpheo, Tibur, Præneſte, Latinis
Flos erat in populis. quid ſingula perſequor? ergo
Non uenit è cutis uitio quod ruga ſenilis
Caniciesq́ premat, ſed enim te nulla remoto
Illuxit mihi pulchra dies nodisq́ rebelles
Deuinxit fraternus amor dulcedine natos
Haud ſatis annoſam ueritos contemnere matrem
Decolor hinc facies hinc præcipitata ſenectus
Hinc mihi continuusq́ dolor lachrymæq́ recẽtes
Semper & ad ſuperos nequicquam mixta querelis
Murmura cum precibus, uel inania uota ferũtur.
Poſtquam à complexu ſum chari abiecta mariti
Et patris & domini, ſolus namq́ & omnia nobis
Solus erat per quem poteram formoſa manere.
Heu terrenorum decus & ſpes falſa bonorum,
Illa ego ſum infœlix totiq́ cognita mundo
Nuper honorato pulſabam uertice cœlum
Cætera calcabam currentia flumina fontes
Et mare littoribus flexum terrasq́ patentes:
Arma, urbes, armenta, uiros, quæcunq́ ſub uſus
Humanos natura dedit Romana fuere.
Me dominam latè regnantem uidit Eoi
Conſurgens aurora procul de gurgite ponti.
Me quoq́ uictricem Zephyri ſenſere tepentes,
Flauus, & algentes Boreæ pluuialis, & Auſtri,
Et quæcunq́ uago tellus obſeſſa profundo
Deſpicit aut fluctus, nitidas aut ſuſpicit auras.
Me Dacus immitis timuit, me durus in armis
Germanus, grauisq́ loquax, atq́ aſper Hiberus
Non fuga præcipitem Parthum mihi fulta ſagittis,
Nec labor ipſe uiæ ſubduxit cladibus Indum
Aethiopemq́ iugo non torridus abſtulit æther
Frigoea nec Tanaym, nec ſenior unda Britãnum
Me mala Carthago tribus eſt experta ruinis
Bellaq́ ſunt Macedũ totidem, totidemq́ labores.
Prælia quis neſcit multos agitata per annos,
Et Regem Ponti dominum in præcordia tandem
Vix uetitas reſerare uias per membra ueneno
Anthiochum, Pyrrhumq́ grauem, uariumq́ Iugurtham
Prætereo, Regesq́ alios, nec cognita pridem
Ac uulgata ſatis timido ſermone reuoluam
Sed poſtquam fortuna ferox quæ uertere ad imum
Summa ſolet gaudens ualidiſsima frangere regna
Inſtabiles rotas & pedes à flumine Thuſco
Auertit, ſeroq́ domum reditura receſsit.
Exemplo utrinq́ hinc illinc acta procellis
Per ſcopulos & ſaxa feror, namq́ omnis auita
Maieſtatis honos uiduatam coniuge ſancto
Deſerit, ac tantum inuidiæ mea gloria uiuit
Et meminiſſe premit, & deſperatio torquet
Vnde etenim aut quo nam miſeræ ſpectare relictum
Te precor ut qui cuncta potes præſtante ſalutem
Ciuili hinc ſemper ſcelus ô lachrymabile dextra
Dilanior cupidis illinc ſum præda Tyrannis
Infames tenere proci, qui noſtra petentes
Coniugia, inuitam uiolarunt corpus inerme
Nempe erat indignum auditu, nec corpore robur
Fœmineo, aut uſquam pauidæ fuga tuta patebat
His fiſus, quanquam pudeat pigeatq́ capiſtro
Succinctos rigido tenuiq́ inductus amictu
Cornarie obſcœnus quid non eſt auſus alumnus
O furor & rationis inops, ac cæca libido
Quo pergis? quæ mõſtra paras? ieiunus ab ungue
Nodus adusq́ genu, ſolitus ſylueſtribus herbis
Longæuam recreare famem, & radicis amaræ
Cortice non timuit ſenex iam turpis adulter
Luce, nec erubuit ſacrum me aſtare cubile
Circumfuſa equidem ſtetit impia turba prophanis
Vocibus exclamans, nimios iam deſpicit annos
Vir tuus, & fugiens alias ſibi iungit amicas.
At neq́ blanditijs, nec me terrore minisq́
Flectere cum poſſet, rapidam compulſus in iram
Vi rapuit, tenuitq́ diu, dum forte cruento
Theutonicum lateri ſibi cingere contigit enſem
Si potes iſta pati, poterunt ſimul ignis & unda
Inſolitis hærere modis, poteritq́ ferocem
Agna fugare lupum, fuluumq́ capella leonem
An me ſenem refugis meliori tempore amatam?
An ceſſas præbere manum? lapſamq́ iuuando
Erigere, & fidus fragili comes eſſe ſenectæ?
Te ſine nulla manent dulcis ſolatia uitæ.
Nam qualis matrona uiri ſpoliata fauore

Quem triſte exilium longinquas traxit in oras,
Mœſta domi feſtiſq; ſedens lachrymoſa diebus
Expectat, cupidoſq; oculos trans æquora iactat:
Talis ego, & noſtris thalamis te erumpere cernens
Indolui, uates utinam non certa futuri
Poſt autem aſſiduè te præclariſſime coniunx
Nocte dieq; uocans rauci uix feſſa precando
Faucibus iſta loquor, uix uerba nouiſſima formo.
Sedibus auulſos poſſem ſi oſtendere colles
Et pectus nudare meum, per mille uidendo
Vulnera me laceram fleres niſi ſaxeus eſſes.
Nunc tamen ut licitum eſt abſentia mente tueri
Aſpice templa Dei multo fundata labore,
Vt ruitura tremunt, nulliſq; altaria gazis
Accumulata ſilent modico fumantia thure.
Aſpice quàm rarus ſubeat penetralibus hoſpes
Quamq; inopi ſub ueſte petat delubra ſacerdos
Et miſerere pater, meritam nec forte negabis:
Nam mihi ſi fandi ueniam das, abſit ut iſta
Improperare uelim, ſed priſca recurrere dulce eſt
Quum ſummo fortuna loco ne læta locaſſet
Regnaq; ſub pedibus noſtris proſtrata iacerent
Nullum paſſa parem, dominum te ſponte petiui
Si dubitas non paruus adeſt mons ille Soractis
Teſtis & unanimi proclamant murmure ſyluæ
Si dices non ſolus ego, fuit alter in arce
Regnator ſponſuſq; tuus, ſtat uera fateri
Mens mihi, nam foribus figmentum hæc ſubmouet ætas
Ille uagus profuguſq; ſinu diſcedere noſtro
Suſtinuit, noſtriq; illum Germania ſecum
Abſtulit immemorem, uulnus iam longa cicatrix
Aſtrinxit, lachrymaſq; ualens ſiccare uetuſtas
Intulit antiqui paulatim obliuia damni.
Tu uitæ ſpes una mihi, baculuſq; cadenti
Quo ſteteram ſubnixa diu. tu grata laborum
Et tranquilla quies, clypeus tu ſæua tonantis
Flumina fortunæ excutiens, portuſq; ſalutis,
Quæ quaſſam & tanto iactatã aduertere proram
Naufragio contenta fui, ſolabar ut uno
Lumine dum poteram, ſic nunc orbata duobus
Non poſſum tacitas ultra perferre tenebras
Verbaq; ſi libeat curarum audire mearum
Spero animum motura tuum. nam fama locuta eſt
Neſcio quid gratum miſeræ te ſemper in ore
Nomen habere meum, nec non de coniuge triſti
Multa ſolere loqui, uiduam quoq; ſæpe uocare:
Hæc eadem nunc fama meas perduxit ad aures
Pellere te, ut proprias ſedes ac tecta reuiſant
Prælatos ex urbe tua, nec uelle putandum eſt
Externis præbere tuis, ſua iura negare.
Quid? quòd egeſtatem noſtram miſeratus opemq;
Non expectatam iam nunc dilecte dediſti
Qua tegerem latus ipſa meum, ne ſcilicet eſſem
Nuda reuerenti ſic occurſura marito.
Adde quòd et fletum renouans interuenit omnem
Eſt breue tempus adhuc quum te duriſſima morbi
Vis tenuit, timuitq;, putans te uita carere
Terribilem ſi uera ferunt in limine mortem
Vidiſti intrepidus, nobis tunc oſſa referri
Iuſſiſſe, ac patrio pallentia membra ſepulchro
Diceris, & clauſtro Vaticani corpus humandum
Si moriens uenturus eras, præcordia quando
Vita regit calidoq; agitantur ſanguine fibræ.
Cur dubitem ſecura diem promittere fauſtum
Gentibus Auſonijs? rutilos iam cernere currus
Iam niuei candoris equos phaleriſq; ſuperbos,
Iam ſtrepitum uideor comitum ſentire tuorum.
Auribus arrectis ſtans ſemper, & an quis è Thuſca
Parte ſonans, tuus ille redit mihi nuncius, adſit.
Ergo rubere genas, fluxos & in ordine crines
Colligere incipio, mœſto manantia planctu
Vda ſupercilia abſtergens, nec ſola placere.
Artibus his ſtudeo, ſed & ipſa ſororibus orno
Permulcens ſtudioſa comas, ac talibus hortor
Accipite ô mundi dominum, qui longa reuertens
Certa ſalus patriæ Latio ſuſpiria pellet
Ille autem herboſos colles, & littora paſſim
Complêrunt ualleſq; cauas, pars rupibus altis
Prominet ac uultus auide ſpectare ſerenos
Obſedere uias, intentaq; lumina ſeruant
Quum primum ducente Deo tranſcenderis alpes
Italiæq; tuæ pulcherrima, culta tenebris
Occurent miranda animis, ſpecieſq; locorum
Effigies hominum, tepidi clementia ueris
Blandaq; temperies, ne frigore pulſa nec æſtu
Teq; nouum aſpiciens intraſſe fatebere mundum
Vrbibus exhauſtis omnes diffuſa per agros
Agmina deuotas tollent, & ſydera uoces
Certatim nomenq; ſacrum celebrare iuuabit
Tunc uerè benedictus eris benedictaq; talem
Quæ peperit genitrix tantum ut uideare profecto
Lætior & tantum tete fœlicior ipſo:
Quantum pura oculis oriens poſt nubila lux eſt.
Sed quia perpetuas mentem timor angit amantis
Admoneo metuenſq; precor ne noſtra per urbes
Gaudia diſtuleris rebus diſtractus amœnis
Ianua nam quamuis primus in finibus aſtans
Limine te excipiat placeatq; Placentia forſan,
Alliciatq; bonis redimita Bononia tantis,
Filia uel quamuis moueat mea pulchrior illis
Floribus & uario renitens florentia cultu
Innumeræq; aliæ nulla hinc obliuia ſurgant
Coniugis antiquæ, qua non formoſior ulla
Aut erit, aut uiſa eſt modò ſinu te læta recepto
Iamq; age pelle moras, tibi ſumma cacumina môtes
Inclinant, nulluſq; uiæ labor obſtat eunti
Ac bene pacatas ſubſternat claſſibus undas
Aequor & impellant placidi tua carbaſa uenti

Aeneæ Senenſi S.

PEr iuga Parnaſſi ſcandentem ſumma uidebis
Aeneam, miſſamq; feres ſibi iuſſa ſalutem
Poſt grauidum gemitu narrabis epiſtola carmen
Nam dabit is facilem noſtris ſermonibus aurem
Heu mihi quo feſſæ traxerunt ſtamina uitæ
Inſignes ueritate Deæ, quod flebile ſydus
Vt mala conſpiceret uiuaces protulit annos,
Quo lachrymas de fonte traham? ſuſpiria dignis
Nectere quis ualeat numeris, patriæq; ruentis

Infandum excidium meritis æquaſſe querelis
O utinam mihi cuncta forent reſonantia membra
Vocibus humanis, aut ferrea lingua, dolores
Vt mundus ſentire meos, ac triſtia poſſet
Murmura, uerũ animam uox deſerit ipſa, nec unde
Incipiam noui fateor: pròh ſata pudendis,
Angimur imperijs patimurq́ in uiſcera paſſim
Noſtra triumphatas fractòsq́ accingier enſes
Ah pudeat mundi dominam fortuna malignæ
Seruitij damnare iugo, manibusq́ reuinctas
Quas totiens poſt terga dedit, tentare potentem
Auſoniam Ducibus Pœnis flendamq́ ſeuero
Hannibali, ſiccisq́ oculis quam nulla uideret
Barbaries Gallis ſubiectam ferre tributum
Quorum ſi qua fides tumuerunt ſæpe cruore
Flumina, ceruleæ rubuerunt ſæpe puellæ
Ferueidus infeſtam dum frangit Iulius iram,
Effera dum ualidis rabies contunditur armis
Nec ſatis eſt Nymphas Faunosq́ agreſtis priſcis
Numina quin ipſum facimus quoq́ Nerea teſtem
Namq́ per æquora ut uentum eſt ad limina terræ
Ingredimur pelagus patriaq́ in gurgite magnus
Horruit Oceanus Romam uerbera remi
Atq́ ſepulchra dedit ſaluis miſeranda Britannis
Quid referam hoſtili poſitas in littore terras
Oppidáq́ & uictis mutantes ciuibus urbes
Italiæ uirtutis opus, monimentáq́ noſtri
Cæſaris æternum imperij teſtantia nomen
Torquatum tranſire libet ne ſanguinis iſta
Sit laus & patrem, cedat uictoria famæ
Maiorum cineri, iuuat hinc tacuiſſe Camillum,
Et quem nigra uirum uolucris contexerat, & te
Terna qui reuehis ſpoliatu ex hoſte trophæa
Suffigens ad templa Iouis Marcelle ſilebo
Ruſticus Arpini Mari ut qui uomere collem
Scindere, & inculto tellurem uertere raſtro
Doctus erat, ſæuũ ut tetigit manus aſpera ferrum,
Quas ſtrages, notum ut faceres tempe Itala bello
Ruſticitas, quantum extrema præſtantior unius
Nobilitate foret. ſed nunc heu cuncta retrorſum
Ire parant pulchrum ueluti ſurgentibus aſtris
Eripiet nox cæca diem, nec cognita nautis
Viſa nec aſtrigeri ſplendeſcunt lumina cœli.
O pudor ô plus quàm pudor, en hoc tẽpore ſurgit
In dominum ſeruus, patroni in colla cruentus
Libertus, uulgare odium poſt uerbera ſemper
Acrior ardeſcit famulus, quis carcere lapſum
Cuſtodem rectis cernentem uidit ocellis.
Taurus ab inuiſo furtim diſtractus aratro
Optat aratorem tortus dum cornibus ornos
Verberat, & magnis implet mugitibus auras.
Ante petet Lybicas ſyrtes denſiſſimus Atlas
Caucaſeumq́ caput fluctus perfundat Hiberus
Ante aquilam blandæ uincent feritate columbæ
Et cornix pluma niueus tranſcendet olores
Quàm dum ſeruiles meditatur ſæpe cathenas
Flagráq́ dum ſubeunt mentem, uirgásq́ tremiſcit
Furcifer, in frontem minas. mihi triſtis herilem
Liuentesq́ humeros laxatáq́ brachia uinclis
Non moueat, ſeu iuſta trucam reuerentia tangat

Et noctis interdum fœlicia tempora poſtquam
Ceſſerunt rebus nimium affluxiſſe ſecundis
Namq́ abeat fortuna licet, menſura ſuperſtes
Inuidia exercet lapſos fragmentáq́ fati
Atteris exhauſti repetens tormenta fauoris.
Nos quoq́ ſentimus ueteris diſpendia palmæ
Vndiq́ conſurgunt populi pœnamq́ repoſcunt
Et niſi ſors obſtet celsóq́ ſerenus olympo
Iuppiter aſpiciat peragent cur gentibus eſſe
Ludibrium domitis miſeri properamus & orbis
Fabula fœlicem populum quem libera dudum
Et uictrix condebat humus, nunc uilia buſta
Barbaricis pedibus iamiam calcanda ſuperbas
Expectant, olim regnorum iniuſta cupido
Vrbibus Heſperiis, ciuilia bella nefásq́
Quorſum abijt? quæ nam quæſiis concordia rebus?
Omnia diſparibus rumpuntur fœdera uotis
Et uitæ turbata quies ueſana magiſtros
Sic quondam mediis rabies, quum feſſa procellis
Voluitur infœlix abies, dumq́ alter in Eurum
Nititur, in Zephyros alter, neglecta tremendos
Incidit in ſcopulos, nobis nunc iſta Charybdis
Imminet, hos ſcopulos metuo diſcordia noſtra
Hoſtibus hoc animo tribuit, tutela periclis
Linquitur, in mediœ rimisq́ admittimus undam
Aduerſis ferimur uentis, iam naufraga puppis
Huc illuc præceps agitur, nec dextera tantum
Læuáq́ concutitur penetrat, ſed prorſus in aluum
Iam nimium uicina lues, mediumq́ moleſta
Corripuit corpus Latij fibrasq́ per omnes
Ibit peſtifero mox infectura ueneno
Terrenum ſuperumq́ fretum ſolemq́ ſerenum
Mox tenebris clauſura nouis, ſublimis ab alpe
Ille minax animo iam præmeditur auaro
Dicta rura procul, quæ ſe pulcherrima rerum
Porrigit Heſperia armipotens, circũſpicit urbes
Inſtar regnorum, quarum uix nomina quiſquam
Scire queat caſtella manu tot ſtructa magiſtra
Sydera quot cœlo, pelagóq́ feruntur harenæ.
Marmoris hunc uarij congeſta palatia tangunt
Mœniáq́ in nubes ſolidis ſubuecta columnis
Obſtupet omnigenum uenis fulgere metallum
Aſpiciens portusq́ maris per utrunq́ cauatos
Anfractum, Cererem campis, & rupe Lyæum
Pendentem aërea, grauidis ſub uitibus ulmos
Inflexa ceruice pecum, uidet ille boumq́
Cornipedumq́ grege pratis errare uolentum
Aetheris & placidi ſpacium, montanáq́ Tempe
Atq́ lacus ſtagnantis aquæ, fontesq́ ſalubres
Inualidis nudos & opacis uallibus amnes
Dulcia poma legens diuinæ frondis odorem
Omnibus in locis miratur neſcius. Alma
Sed nihil in patria magis admirabile cernit
Quam ſtudiũ mores hominum'ue, habitatáq́ multo
Corda Deo. ignauos ægre paſſura Tyrannos.
Hæc facies rerumq́ decor, dulcedine captum
Impellunt, glomerantq́ auido ſub pectore flammam
Incendumq́ ſitim, nihil illum ſacra uidendi
Corpora, nil patrum tumulos nil ſanguine tincta
Innocuo loca mouit amor: terrena ſupernis

Sceptra etenim potiora putant extendere fines
Tegmine ſub pacis cupidus lupus inchoat: altè
Creſcere ab exiguis radicibus orta cupreſſus
Perniciesq́ ſolet, non hic mihi crede quieſcet
Longius aſpirat funeſta iniuria quæ nunc
Inuaſit uerè deſerta mœnia luce
Quid loquor ah demens, forſan patet una ſalutis
Hæc uia, quæ mores referat iam ſera uetuſtas.
Certè animo ſpes una ſedet, ſors impia, bella
Ceſſabunt, ſubitum pigeat dum cernere Regem
Nam gladios ac pila tenet quis terruit orbem
Itala poſteritas exemplis diues auorum.
Non tulit in bellis numeroſum Græcia Xerxem,
Aut Darium Thamaris Perſarum colla ſecare
Imperioſa Ducis nati non funere fracta
Subſtitit, aut ſeuum facinus pergreſſa uirile.
Nos ubi? quo uirtus? ſeu quo Mauortius ardor?
Quis uetat aut armare manus? aut uoluere cãpis
Quadrupedes? cælo quis tela? quis æquore claſſes?
Qui uelut oblitus generis ſolumq́ beatum
Et Regem Dominum toto ſe iactat in orbe.
Mille illinc Reges, uirtus diadema perenne
Fert equidem, inueniet diſcetq́ haud falſa locutum
Cyneam, forti quamuis male credita Pyrrho
Cautius ut fuerat ſyluis captare fugaces
More patrum ceruos, belloq́ laceſſere damas:
Quam pede uulnifeni excire ac dente leones.
Nam ſi longæuo diſponit retia ſomno,
Sopitosq́ parat circumdare, fallitur, & noc
Peruigiles fecit ſolitam'ue aliquando remouit
Segnitiem, uulnusq́ recens, ſenſusq́ doloris.
Erratum ſatis eſt, ueniet modò latius æuum
Vt cogar lentis dum demum ignoſcere Parcis
Viſurusq́ iterum Romanos ire triumphos
Trans Rhenum, & Latio poſſeſſas milite ripas
Secana quas ſtringit, quas abluit unda Garumnæ
Exposcam tremulæ longiſſima fila ſenectæ
Sed metus in terra ſimulat, quia ſemper amori
Eſt comes, atq́ procul Rhodani ſemotus ad arua
Pelago longinquo proſpectans fata parentis.
Haud aliter quã ſi charam ſtans littore matrem
Aſpiciam medijs iactatam mæſtus in undis
Spes igitur mixtusq́ pudor: quia triſtia lætis
Alternant, mixtis claudatur litera uerbis
Incertum eſt lætar, doleam, ſperam, metuamùe
Tam uaria excruciant trepidum præſagia pectus
Iamq́ uale, & ſi quid monſtrant tibi fata, reſolue
Solamen dubio gratum læturus amico.

Dionyſio de Buego ſepulchro S.

SI nihil aut gelidi facies nitiſſima fontis
Aut nemorum connexa cauis arcana latebris
Ac placidis bene nota feris, Dryadumq́ cateruis
Et Faunis accepta domus, nihil iſta Poëtis
Opportuna ſacris ſub apricis rupibus antra
Permulcent animum, nec clementiſſimus aër
Allicit, ac montis præruptus in æthera uertex
Liberiore ſitu liquidas extentus ad auras
Collibus aut Bromius frondens, aut ſylua Mineruæ
Gratior aut Veneri, nec utramq́ tegentia ripam
Herculeis umbroſa comis, diſtinctaq́ ſubter
Floribus innumeris & dulce uirentibus herbis
Prata trahunt oculos, aut hic qui ſeparat arua
Atq́ ſoporifero clauſam qui murmure uallem
Implet in exhauſto deſcendens alueus amne
Et uidet hinc illinc Nympharum mille choreas
Muſarumq́ audit totidem per littora cantus.
Nil mouet aut turtur metientem raucus amicam
Dum gemit, has chara inferias, quaſi mittat ad umbram
Aut fatum philomena ferum, linguamq́ reuulſam
Ereptamq́ pudicitiam, Thereumq́ ſuperbum
Dum canit, atq́ altè frondoſa pendet ab ulmo
Ingeminans lachrymoſa piam dulcedine querelam
Et noctes agit inſomnes, refugitq́ quietem
Aut quæ ſub lucem uolitans rabiemq́ mariti
Et facinus miseranda ſuum, caſumq́ ſororis,
Funus & immeritum nati, ſimul omnia plangit.
Maternum memori pectus maculata cruore
Et medias operoſa domos, atq́ atria ſemper
Circuit accelerans uelut hoſtem certat hirundo
Si nihil iſta mouent, nec te Narciſſus hianti
Plurimus ore puer, faciem qui fonte decorem
Miratur, ſpeculoq́ amens incumbit aquoſo.
Nec iuuat Actæon per deuia confraga ſylua
Cornibus arrectis fugiens ſociosq́ canesq́.
Nec quæ purpureum patris ſeciuſſe capillum
Dicitur aſſurgens tremulo ſub nebula cantu
Vt procul ultorem ſpeculetur ab æthere Niſum.
Nec raptã Heſperiã memorans qui littore ab alto
Mergitur aſſiduè, mortemq́ optare uidetur:
Nec Iouis æthereus ſcopulis ſtans armiger iſtis
Annua uenturis reparasq́ cubilia natis.
Præterea ſi noſter amor, pietasq́ rogando
Non potuere patris rigidum ſi xiſſe parumper
Propoſitum, fixamq́ adeo conuellere mentem,
Ocia Romanis opibus quòd noſtra relictis
Aſpiceres, paucis quòd limina fida diebus
Ingreſſa dignata boni pedibusq́ magiſtri
Cernere ſoliuagum uelles miſeratus amicum.
Tot noſtri periere preces, en ultima tandem
Iniectura manus, hæc duro uincula cordi
Afferet, ac ualido cunctanti hus pertrahet unco.
Populus eſt ingens nouo conterminus fonti,
Quæ ſimul & fluuiũ, & ripas, & proxima campi
Iugera ramorum denſa teſtudine opacat.
Hic olim multaq́ loci dulcedine captum
Et rerum nouitate oculos animumq́ mouente
Aggere florigero magnum poſuiſſe Robertum
Membra diu laſſata ferunt, curisq́ grauatum
Pectus & exigui laudaſſe ſilentia ruris.
Tum conſors Regina thori cui nulla Dearum
Seu forma certamen erit, ſeu ſanguinis alm
Auferet emeritum iuſtu ſub iudice palmam.
Coniuge quin etiam ſpoliata clementia magno
Tunc aderat, procerũq́ chorus, magnũq́ uirorum
Agmen, & egregijs aciee conferta puellis.
Dumq́ alij per prata uagis leuibusq́ recuſant
Paſſibus, & ludis ineunt manibus'ue recentes
Contrectare iuuat latices, conſitumq́ per ora

ſpargere.

Spargere. pars properat denſos inuiſere ſaltus,
Et canibus turbare feras, pars piſcibus hamos
Implicat, aut longo diſtendit retia iactu.
Pars bibit & lętam propellit tędia Baccho:
Aſt alij placidum nunc ſternere feſſa per herbam
Corpora, nunc oculus tenui componere ſomno.
Solus agens curas alias ſub mente profunda
Rex erat, & frontem defixaq́ lumina terrę
Seruabat, ſiue ille rei iam voluere cauſas
Cœperat, & ſecum tacitus quæ ſydere tantus
Surgere, unde iterum ſubſiſteret impetus amnis
Veſtigabat, & immenſa telluris in aluum
Ingenio monſtrante aditum penetrabat anhelus:
Noſcendiq́ auidus, ſeu tunc altiſsima uerba
Fortunæ dabat ille ſuæ. quid dulcia falſo
Suggeris, & facili blandiris perfida uultu?
Mortalem memini fore me, licet omnis ad unum
Deferat unanimi mundus diadema fauore.
Et tibi cara fides maneat, quantumq́ Metello
Sit nobis blandita diu, tamen omnia mors hæc
Auferet, atq́ uno franget tua dona ſub ictu.
Flumina nulla quidem curſu leuiore fluunt quam
Tempus abit uitæ, ſuperant tamen illa per æuum
De ſcatebris renouata ſuis, nos uita relinquens
Quo fugit unde unquam poſthac reditura fuiſſet
Ni domitor mortis qui quondam tartara uictor
Ingreſſus rediit clauſo ſua membra ſepulchro
Vt repetens, ſecumq́ trahens fœlicia patrum
Agmina, & exhauſtas longis cruciatibus umbras
Abſtulit ad ſuperos, nemini uiſſet cordi pauorem
Spemq́ reſurgendi poſt funera noſtra dediſſet.
Hic ſapiens Rex cuncta animo fortaſſe mouebat
Vel memor indignæ fraudis Scyllam atq́ Charybdim
Littore quæ Calabro Siculas diſterminat oras
Pontus & horriſona refluens interſecat unda
Magnanimus paruo pingebat flumine dignum
Supplicium Aeolio meditans, ac triſte tyranno.
Denique quicquid erat, nihil id niſi grande putandum eſt
Et ſuper humanum ingenium, quod tantus agit uir
Cuius adhuc memores uiridi ueſtigia ripa
Ruricolæ oſtentant, & agreſtum uulgus adorat
Si potes ergo mane, ſi non potes ô mihi luce
Charior, atq́ ideo multum pater optime fruſtra
Exoptate ueni, non me ſed amœna uerendi
Nondum fracta annis ſpectare ſedilia Regis
Quæ digito monſtrabat ouans gens illa nepotum
Et mundus mihi crede alio celebrabit honore
Poſtquam pulſa retro præſens hæc ceſſerit ætas.

Benedicto XII. Pont. Rom. S.

EXul inops horrensq́ habitu deſpectaq́ nuper
Fœmina ſummę petrę tua ſancta ad lumina ſupplex
Procubuit, tum forte aderam comes illa uiarum
Non erat, heu nihil auſa fides & triſtis amicos
Abſtulerat fortuna ſuos, iam iuſta precari
Cœperat, & uacuam dederat iam queſtibus aurem
Admirans præſaga homini natura, uidebar
Matronam mihi noſſe ſacram: namq́ horrida primo
Congreſſu licet, & canos incompta uagantes,
Alma tamen facies multoq́ uenerabilis æuo
Plurima ſeruabat fortis monimenta uetuſtæ.
Nil quoq́ plebeium, nil uile, ſonantia uerba
Argumentum animi, & generoſo ſpiritus ore
Scintillans, quæ ſumma uia, quæ cauſa gemendi
Vnde ageret ſeſe, nomen patriamq́ genusq́
Quærere mens fuerat, quod quum ſermone latino
Innctus erat Latius ſermo iam tritus amictus
Ter fuit in foribus, ſed ter reuerentia uocem
Continuit. mœſto miſera ſub murmure nomen
Roma erat inſonuit, ſtupui quorſum'ne ſecundis
Fidendum exemplo didici, quo clarius uſquam
Nulla dies habuit: nam quamuis cuncta rotare
Regna potens uario ſoleat fortuna fauore,
Et ſeruos ad ſceptra leuet, ſolioq́ Tyrannos
Præcipitet, nihil illa tamen manifeſtius unquam
Aedidit, ut rerum dominam cognoſcere poſsis,
Quàm dum tot partas bellis, tantoq́ labore
Romuleas euertit opes, caput abſtulit orbi
Gratia uerborum genitrix, laudumq́ magiſtra
Attollat uentoſa duces, uatumq́ fatiget
Ingenia Aeacides præconi ſuperbus Homero
Mæonio, ex calamo facilem ſibi fecerit haſtam
Amphitrioniadem ſacris & thure ſalutent,
Ad cœlumq́ ferant Thebæ: Lacedæmone fratres
Ledæos mediis populi fauor ingerat aſtris.
Impia regna Iouem, pulſum fuga ſola parentem
Nobilitat, ſenſu Neſtor ſermoq́ uerendus
Codrus amans patriæ fuerit, gnarusq́ futuri
Tireſias, hauſto famoſus ſanguine dux
Tiides, rapto ſit uellere clarus Iaſon.
Tigribus inuectus rapidis, thyrſumq́ coruſcans
Liber, ad extremos uictor peruenerit Indos
Atrides ſua fama canat, notosq́ furore
Aiaces, Ithacumq́ dolis pelagiq́ biluſtri
Circumitu, nomenq́ uagis erroribus addat.
Cinigerum morſu illuſtrem, clarumq́ loquantur
Mi cladem, Marathone ſua, natumq́ caternis
Conſpicuum, & tanto redimentem buſta parenti
Sint quoq́ magnanimi iuuenis laudata ſub arctis
Prandia Termophilis, torrensq́ Themiſtoclis aura
E Salaminiaco ſurgat ſale blanda ſub armis
Lingua Piſiſtratum commendet unda Periclem
Tydea prompta manus, doctum experientia belli
Longa Philopœmenem celebret, ducibusq́ ſupremi
Miſceat, Eliſeos cenſores clara coronet
Iuſtitia, extincti ſerpentis fabula Cadmum,
Forma decens Alcibiadem, ſyluisq́ deſertè
Theſea tartareis reducem ueneren tur Athenæ,
Adde duces Phrygios, accendant Dardanus & Tros
Et Priami cantata domus, placet addere Reges
Aſſyrios, Perſasq́ ſimul, Cyprumq́ cruore
Vndantem, fluxamq́ Pharon, placet addere ſiccam
Barbariem, terrasq́ ſequi quæ pendet ad auſtrum
Orbis, & ignotas latebris conuellere gentes
Hannibalem maleſida ſuum fratresq́ patremq́
Inſignem bello atq́ alium cognomine Martem
Carthago ter uicta iterum tranſmittat in arma?
Quid Lybiæ populosq́ loquar turmasq́ fugaces
Occiduumq́ diem, calem totumq́ reuolue

Heſperiam,furtoq́ diu,raptoq́ probatus
Dux placeat bello:uix de tot millibus unus
Hinc feroc Oceano,qua nobilis inſula uiuum
Prædicat Arcturū,& quicquid ſibi fabula mēdax
Perſuadet ſyluas,fontes,mirandaq́ uulgo
Prælia,& inſanos equitum decantat amores
Gallia qua magnum Carolum,duodena uirorum
Præſidia,& regnum tot opimis dotibus auctum
Oſtentat,longaq́ iacet iam feſſa quiete.
Hinc te Germanos populos omnemq́ ſub Arcto
Martis amatorem liceat perquirere,quicquid
Inuictus ubicunq́ iacet,Macedumq́ per ora
Finibus,& iuuenem horrendum,patremq́ Philippum
Elicet cunctorum poſt acta recollige:certè
Romanos citra laudes te iudice multum
Subſiſtent,niſi fallat amor.ſpectanda triumphis
Hæc olim innumeris mulier,nunc orba uerendis
Coniugibus gemma exemplum memorabile mūdo
Fortuna,portus miſeris,ſcopulusq́ ſuperbis.
Ludibriumq́ eadem cunctis modò mœſta peregit
Ante pedes ſua uerba tuos memor omnia ſeruas
Te tamen illa grauis tum quæſtio forte tenebit
Carcere corporeo,& mortalibus eruta uinclis
Quid uidrat bene nata cohors ceſſante ſerenum
Nube iubar faciemq́ Dei,ſeu cernere purè
Corpora dum fractis ſurgens ediuina ſepulchris
Hæc prius incipiens,ſed dum uigil omnia librans
Singula dum relegens per mille uolumina curris
Reſponſi dilata dies accendit amorem:
Suſpenditq́ hominum mentes,dubiasq́ reliquit.
En modò tempus adeſt,iam quæſtio longa quieuit
Conſilio ſopita tuo,iam Roma futuri
Anxia te ſponſum repetit,te cuncta parentem
Italia expectat,ſuccurre precantibus ultrò
Si uideas totum Chriſtum celebrarier orbe
Te magnum paſcente gregem,ſic ſacra Deorum
Et ſimulachra ruant ſic te Duce uicta faciſcat
Falſa ſuperſtitio,& nullas caligine mentes
Occupet:alma fides & amor tranquillaq́ terris
Pax uigeat,toto cedat pirata profundo
Cedat peſtis aquis,cedant coniugia cælo.
Sit fœlix ſucceſſus agris,ſint læta per urbes
Ocia,ſit uirgo uirtus formoſior auro.
Paupertaſe magis ſcelus omne & morte timendum
Videris iſta ſenex,poſtquam laudandaq́ retro
Tempora reſpiciens,tunc ſit tibi lenis ad aſtra
Tranſitus,hic æternus honos,ibi uiſio ſummi
Plena boni,cui ſuſpirat plebs illa fidelis
Hieruſalem,peregrina exul nocteq́ dieq́
Quæ requies laſsis,merceſq́ erit ampla laborum.

Philippo Patho Cardinali, S.

E*Xul ab Italia furijs ciuilibus actus,*
Huc ſubij,partimq́ uolens partimq́ coactus.
Hic nemus,hic amnes,hic ocia ruris amœni,
Sed fidi comites abſunt,uultusq́ ſereni.
Hoc iuuat,hoc cruciat,nihil illis dulce remotis.
Gratulor at,licuiſſe locis inſiſtere notis.
Hic puer,hic iuuenis,hic ſit mea ſerior ætas.
Nam res,fama,nouas properat niſi pēdere lætas,
Rure tuo ſtatui,quæ reſtant tempora uitæ,
Degere:nec bellis,nec triſti turbida lue.
Hic patriæ tellus,præſul uenerande Philippe:
Hic mihi mons Helicon,hic ſit mihi fons Aganippe.
Hic profugas,feſſaſq́ dedi requieſcere Muſas,
Et tibi nobiſcum locus eſt,niſi forte recuſas.
Sic tibi curarum ferias præſtare libelli,
Ac mihi peſtiferi poterunt obliuio belli,
Hic tibi Parthenope,dulcis mihi reddita Parma,
Quas non inſidiæ quatiant,nec clamor ad arma.
Diuitiæ placeant alijs,mihi uita quieta,
Huic rex,illi quies,mihi ſufficit eſſe Poëta:
Nec rarum nomen,ne ſit noua fama pudori:
Tu requiem laſſo,nunquam'ne parabis honori?
Is,redis,attrita pelagi ſulcante carina
Nonne uides,mortis quam ſit metuenda ruina?
Nonne uides aulæ,quæ ſint diſcrimina duræ?
Quàm fauor ambiguus? quot circum limina curæ?
Conſulo ſige pedem,miſeriq́ pericula mundi,
Effuge,dum uenti tenent,tua uela ſecundi.
Hic mihi crede Pater,tranquilla in pace manebis,
Ad tua te reuoco,quod poſtulat uſus,habebis
Cura ſuperuacui,trepidis liquatur auaris,
Dulce micent aurum,laqueis cor nectis amaris
Non muros aulæa tegent,ſed corpora ueſtis.
Et cibus altor erit ſtomachi,non fercula peſtis
Nā thorus ordinibus ſurget,ſcandendus eburnis.
Membra ſed accipiet,rebus quaſſata diurnis.
Non tibi ſollicito,ſplendebit purpura lecto,
Nec niueus thalamus fulgebit,marmore ſecto.
Non gemmas,oſtrumq́ premes,ſed læta uirenti
Gramine,ſed fluuio circundata prata recenti.
Videris ipſe tamen de te,cui cœlitus almum
Contigit ingenium,fragilem ſubducere ſcalmum.
Nam mens certa mihi,monet hora nouiſsima mortis,
Ne nimis alta petam,modicis dediſtimus ortis.
His tamen,ignaui ſuperant monumenta coloni,
Et ſenio conuulſa petunt,arbuſta reponi
Vt cum tempus mortis erit,ad inuenilia lætum
Noſtra ſit hic requies,ſi tantum tenditur æuum.
Vmbra ex pomiferis ueniet grauiſsima ramis.
Dum curuos ſcopulos,uncis ſcrutabimur hamis.
Cætera Clauſo quidem Vallis præſtabit abunde
Perſica,mala,pyra,menſæ dreus adde ſecunda.
Tu precor iſta,tuos iubeas perquirere,nec te,
Arma parum ualida pigeat conferre ſenectæ.
Hoc tibi per ſyluas ſcripſit,digniſsime Præſul,
Ille tuus,Sorgo dicam peregrinus an exul?

Iacobo de Columna Lomberienſi Epiſcopo, S.

Q*Vid faciam? quæ uita mihi,rerumq́ mearum*
Quis ſtatus eſt audire petis,nec uera ſilebo
Nec tibi ficta loquar,mihi nā loquor,abſit inanis
Gloria,nil cupio,contenta eſt uita paratis.
Hoc primum placitis mecum concordat egeſtas
Aurea fœderibus,non ſordida,nec grauis hoſpes
Si libet exigui fines mihi ſeruet agelli,
Auguſtamq́ domum & dulces fortuna libellos.

Cum

*Cætera ſecum habeat, uel ſi libet, omnia nullo
Auferat hinc ſtrepitu, ſua ſunt, non rura requiro,
Diuitiasq́ patris, pondus graue celſa petenti,
Vinclaq́ dura animi, et cunctorum alimenta malo
Cir aās nō tangat opes, neu noſtra laceſſat (rum.
Ocia, ſollicito non ambitioſa paratu.
Nil uſquam inuideo, nullum feruentius odi
Nullum deſpicio, uſſi me licet hactenus idem
Deſpicerem cunctos, & me ſuper aſtra leuarem.
Sic res humanæ uoluuntur, plurima quid ſim
Iam documenta habeo, niſi mea ſomnia fallunt?
Nam mihi quid confert Muſarum in fronte parumper
Leniuiſſe ſitim, ſi me ſitis altera maior
Vrit, & æternum ſubter præcordia ſæuit
Quidúe Helicone iuuat recubanti ſæpe profundo
Eminus inſanos uulgi riſiſſe labores
Si labor alter habet? cui merces nulla, quies úe?
Quid faciet præclara iuuat, ſi turbida mens eſt?
Multa quidem meritasq́ ſibi pro munere laudes
Pendere, non noſtra fateor fiducia lingua eſt.
Sunt quæ felicem facerent, niſi forte maligna
Roderet infauſtum pectus ſua cura perennis
Iamq́ genas ſpectare tuas pietate madentes
Hinc uideor longo benè ſi mihi cognitus uſu es
Sed quia more patris noſtra omne uniſſe uolebas,
Vrget amor calamum, nec fas obſtare iubenti
Eloquar, & tu conſilio fortaſſe iuuabis.
Et mihi Duce graui mentem exonerare querela.
Eſt mihi poſt animi mulier chariſsima tergum
Et uirtute ſuis, & ſanguine nota uetuſto.
Carminibusq́ ornata meis auditaq́ longè
Sed redit in frontem, & narijs terroribus implet
Inſultans, nec adhuc ſolio ceſſura uidetur
Actibus hæc ullis, ſed ſimplicitate placendi
Ceperat olim animum & rara dulcedine formæ.
Iam duo luſtra grauem feſſa ceruice cathenam
Pertuleram indignās, tantū in mea colla tot annis
Fœmineo licuiſſe iugo, iam tabe latenti
Confectus, iamq́ alter eram, iam fomite molli
Ignis ad extremas penetrauerat uſq medullas:
Optabamq́ mori, uixq́ arida membra ferebam.
Libertatis amor miſeri dum pectus amantis
Cœpit, & auerſat cordi ſuffigere curas
Erigor, & multa iuga ui diuellere nitor.
Durum opus euentu, dominam pepuliſſe decenni
Hoſpitio, & fractis hoſtem tentaſſe potentem
Viribus ęg edior tamen, & Deus ipſe labori
Affuit, & collum ueteri diſſoluere nodo
Præbuit, ac tanto uictorem euadere bello.
Inijcit illa manum profugo dum ſaucia ſeruo,
Incurſatq́ dolens, oculos dum dulce micantes
Inſtruit & facibus tectis & cuſpide blanda:
Heu quotiens cœpto dubium procumbere calle
Compulit, ergo iterum quid agam, quibus artibus illi
Occurram? uincla illa iterum aſperiora parabit.
Diffugio, toto uagus circumferor orbe
Adriacas, Tuſcasq́ auſus ſulcare procellas,
Ereptumq́ iugo caput hoc committere cimbæ
Nō ueritus tremulæ: quid enim properata noceret
Mors mihi ſupplicijs uicto, uitamq́ peroſo*

*Vertor ad occaſus, & me Pireneus ab alto
Vidit in aprico latitantem gramine uertex:
Vidit & Oceanus, qua Sol defeſſus eundo
Abluit Heſperio fumantes gurgite currus.
Quaq́ Me duſeo duratum lumine montem
Proſpiciens longam celſis de rupibus umbram
Proycit, & Mauros feſtina nocte recondit.
Hin Arcton Boreamq́ petens, & diſſona lingua
Murmura, ſolus eo, dubias qua turbida terras
Aeſtibus ambiguis pelagi terit unda Britanni.
Quaq́ ſolum glaciale iacens non ſentit amici
Veneris obſequium, Brumumq́ de collibus arcet
Et cererem ſterili uix hoſpita terra miricę.
Quid mihi reſtabat, niſi ſolis aduſta ſequentem
Serpentem ſubyſſe domos immania rura,
Et procul Aethiopes medio uidiſſe ſub axe
Nigra per ardentem nudantes terga leonem,
Aut ignoratum per tot iam ſecula Nili
Quæſitumúe caput, quo nam telluris opaca
Abdiderit natura ſinu, lenteſcere fluctus
Abſentis cœpêre animi, dolor, ira, metusq́.
Humida trāquillus mox lumina claudere ſomnus
Rarus & inſolita riſus ſplendeſcere fronte
Iam minor occurſu minus imperioſa relicta
Senſibus in noſtris obſeruabatur imago
Heu heu quid referam, ſed cogis? acerba uidebar,
Vulnera & inſani ſtimulos iam tutus amoris
Temnere, fallebat leuiter ſuperaucta cicatrix
Et requies inſueta mali, tentoria uelo.
Ac cecium ad mortem redeo. ſic fata premebant
Impia, ſic animum, ſic me meus error agebat
Vix benè conſtiteram dilecta finibus urbis
Dum ſubijt uacuum curarum ſarcina pectus.
Illa prior redière trucis contagia morbi.
Quid loquar? unde miſer, lachrymas narrare ſecundas
Incipiam: quis credat enim qua carminis arte
Expediam, quotiens precibus depoſcere mortem
Me dolor impulerit, quotiens grauiora parare.
Quos mihi libertas iterum querenda labores
Attulerit, ſubſiſtam igitur, uerum ultima tandem
Poſtquam ceruici ceciderunt uincula noſtræ
Omnis ad arma fugæ ſpes eſt mihi uerſa, nec unquam
Nauta nocturnum ſcopulum ſic horruit, ut nunc
Illius & uultus, & uerba mouentia mentem
Et caput auricomum, niueiq́ monilia colli
Atq agiles humeros oculosq́ in morte placentes
Horreo nunquid ego admittam quo tertia demum
Irato facienda Deo ſint irrita uota?
Dimidium, ut ſacro ſuſpendam limine remum,
Seu tunica fragmenta udæ, tum cerea noſtri
Corporis effigies tabulis ſubſidat eburnis.
Supplicis in morem acclinis, comitantibus ergo.
His animum curis dum ſingula mente reuoluo,
Hoc procul aſpexi ſecreto in littore ſaxum.
Naufragijs tutumq́ meis aptumq́ putaui,
Huc modo uela dedi, nunc montibus abditus iſtis
Flens mecum è numero tranſacti temporis annos
Inſequitur tamen illa iterū & ſua iura retentans,
Nunc uigilantis adeſt oculis, nunc fronte minaci
Inſtabilem uano ludis terrore ſoporem.*

Sæpe etiam, mirum dictu, ter lumine clauſo,
Irrumpit thalamos media ſub nocte repoſcens
Mancipium ſecura ſuum, mihi membra gelari
Et circumfuſus ſubitò concurrere ſanguis:
Omnibus ex uenis tutandam cordis ad arcem.
Nec dubium ſiquis radiantem forte lucernam
Ingerat, horrendus quum pallor in ore iacentis
Emineat, multum'q́ animæ noua ſigna pauentis
Expergiſcor agens lachrymarum territus imbrem,
Excutior'q́ toro, nec dum Titonia ſenſim
Candida lucifero coniunx proſpexerat axe
Operiens ſuſpecta domos penetralia linquo:
Et montem ſyluaſq́ peto, circumq́ retroq́
Colluſtraui oculis, ſi quæ turbare quietum
Venerat incumbens eadem præuenerat euntem.
Inuenit uix uerba fidem, ſi ſaluus ab iſtis
Eruar inſidijs, ut ſæpe per auia ſyluæ
Dum ſolus reor eſſe magis, uirgulta tremenda
Ipſa repræſentant faciem, truncuſq́ repoſtæ
Ilicis, & liquido uiſa eſt emergere fonte
Obuiaq́ effulſit ſub nubibus aut per inane
Aëris, aut duro ſpirans erumpere ſaxo.
Credita ſuſpenſum tenuit formidine greſſum.
Hos mihi nectit amor laqueos. ſpes nulla ſuperſtes
Ni Deus omnipotens tanto me turbine feſſum
Eripiat, manibuſq́ ſuis de faucibus hoſtis
Auulſum, hac ſaltem tutum uelit eſſe latebra.
Hactenus hæc, ſed plura capis, nunc cætera uitæ
Accipe cunctorum breuiter diſtincta dierum.
Eſt mihi chara leuis, cui condimenta fameſq́
Et labor, & longi præſtant ieiunia Solis
Villicus eſt ſeruus, mihi ſum comes ipſe caniſq́
Fidum animal, reliquoſq́ locus hic exterruit omnes.
Vnde cupidineis telis armata uoluptas
Exulat, atq́ frequens opulentas incolit urbes
Hic mecum exilio reduces ſtatione repoſta
Pyerides habitant, rarus ſuperaduenit hoſpes.
Nec niſi rara uocent uoti miracula fontis.
Vix mora noſtra quidem, licet annua bis'ue ſemel'ue
Congregat optatos clauſi ſub ualle ſodales.
Sic pietas eſt uicta locis, at crebra reuiſit
Litera me, longa ſolum ſub nocte loquuntur
Ante ignem gelidas me ſolum æſtate per umbras
Sermo diuturnus eis: idem ſum fabula pernox
Nil coram conferre datum, dumeta niueſq́
Exhorrent noſtraſq́ dapes, iamq́ urbe magiſtra
Mollitiemq́ didicere pati: me dura profeſſum
Deſtituêre pij comites, ſeruiq́ fideles.
Et ſi quos attraxit amor, ſeu carcere uictum
Solantur fugiuntq́ citi, mirantur agreſtes
Spernere delitias auſum quam pectore metam
Supremi ſtatuere boni, nec gaudia norunt
Noſtra, uoluptatemq́ aliam, comiteſq́ latentes
Quos mihi de cunctis ſimul omnia ſecula terris
Tranſmittunt lingua, ingenio, belloq́ togaq́,
Illuſtres, nec difficiles quibus angulus unus
Aedibus in modicis ſatis eſt, qui nulla recuſant
Imperia, aſſiduiq́ adſint, & tædia nunquam
Vlla ferant, abeant iuſſi, redeantq́ uocati.
Nunc hos, nunc illos percunctor, multa uiciſſim
Reſpondens & multa canunt, & multa loquuntur.
Naturæ ſecreta alij, pars optima uitæ
Conſilia & mortis, pars inclyta geſta priorum:
Pars ſua præteritos renouant ſermonibus actus.
Sunt qui feſtiuis pellant faſtidia uerbis.
Quiq́ iocis riſum reuehant: ſunt omnia ferè
Qui doceant, optare nihil cognoſcere ſeſe,
Sunt pacis, ſunt militiæ, ſunt arua colendi
Artifices, ſtrepituſq́ fori, pelagiq́ uiarum.
Deiectum aduerſis releuant, tumidumq́ ſecundis
Compeſcunt, rerumq́ iubent aduertere finem.
Veloces meminiſſe dies, uitamq́ fugacem
Proq́ tot obſequijs precium leue, limen apertum.
Coniunctumq́ petunt, quibus hoſtis rara per orbem
Hoſpitia, & ſegnes fortuna relinquit amicos
Vix uſquam admiſſi trepidant atq́ atria ducunt
Qualibet interea latebras, dum frigida cedant
Nubila Pyeria, ſtudiorum æſtate reuerſa
Non lapides calcemq́ tegant aulæa neceſſe eſt
Serica, ſeu calido fument odore popinæ.
Non caua multifidu famulum tonet aula fragore.
Splendida dum crebris celerant conuiuia menſis.
Sobria turba coit propria contenta ſuaſq́
Quæ mecum partitur ope, feſſum'ue cubili
Solatur roſeo, & menſa dignatur egenum:
Atq́ cibis reficit ſacris & nectare dulci.
Hic ſolum comes eſſe domi, ſed prompta per omnes
Ire ſimul ſaltus ac prata domeſtica Nymphis,
Et uulgus querulum, atq́ urbes odiſſe ſuorat.
Sæpe dies totos agimus per deuia ſoli,
Itq́ manu calamus dextra eſt, at carta ſiniſtram
Occupat, & uariæ complent præcordia curæ.
Imus, & ah quotiens ignari in luſtra ferarum
Incidimus, quotiens animum dimouit ab alta
Cura, auis exigua, & poſtſe importuna retorſit.
Tum grauis eſt, ſiquis medius ſe callis operi
Offert, aut ſi quis ſubmiſſa uoce ſalutet,
Intentumq́ alijs maioraq́ multa per[illegible]
Et iuuat ingentis haurire ſilentia ſyluæ
Murmur & omne nocet, niſi uel dum riuus harena
Lucidus inſultat, uel leuis aura papyrum
Verberat, & faciles dant carmina pulſa ſuſurros.
Sæpe mora increpuit, ſerumq́ in tecta reuerti
Longior admonuit proprij uos corporis umbra.
Interdumq́ referre pedem nox ipſa coëgit:
Monſtrauitq́ uiam, & uepres ſignauit acutos
Heſperus aut oriens Phœbo pereunte Diana
Sic ſumus, hæc agimus grauior ſi cura quieſcat
Felices, lætoq́ nimis ſub ſydere nati
Breue panegyricum defunctæ mariti
Suſcipe funereum genitrix ſanctiſſima cantum
Atq́ aures aduerte pias, ſi præmia cœlo
Digna ferens uirtus, alios non ſpreuit honores
Quid tibi pollicear, niſi quòd uelut alta tonantis
Regna tenes electa Dei tam nomine quàm re?
Sic quoq́ perpetuum dabit hic tibi nomen honeſtas.
Muſarum celebranda choris, pietaſq́ ſuprema,
Maieſtaſq́ animi, primiſq́ incepta ſub annis
Corpore in eximio nullam intermiſſa per horam
Tempus ad extremum uitæ notiſſima claro

Cari

Cura pudicitiæ:facie miranda ſub illa
Iam breuis innocuæ præſens tibi uita peracta
Efficiet m populo maneat narranda futuro.
Aeternum ueneranda bonis, mihi flendaq́ ſemper,
Nec quia contigeris quicquam tibi triſtè dolemus
Sed quia me, fratremq́, parens dulciſsima feſſos
Pythagoræ in biuio,& rerum ſub turbine linquis.
Tu tamen inſtabilem fœlix ô tranſfuga mundum
Non ſine me fugies, nec ſtabis ſola ſepulchro.
Egregiam matrem ſequitur fortuna relictæ
Speiq́ domus,& cuncta animi ſolatia noſtri.
Ipſe ego iam ſaxo uideor mihi preſſus eodem
Hæc modò pauca quidem pectus teſtantia mœſtum
Dicta uelim,ſed plura aliàs,tempusq́ per omne.
Hæc tua fida parens reſonabit gloria lingua.
Has longum exequias tribuam tibi poſtq́ caduci
Corporis interitum quod adhuc uiget,optima ſub quo
Viuit adhuc genitrix,cum iam compreſſerit urna
Hoc etiam emerite,niſi me premat immemor ætas
Vincemus pariter, pariter memorabimur ambo
Sin aliter ſors dura parat,morsq́ inuida noſtram
Extinctura uenit fragili cum corpore famam.
Tu ſaltem,en ſola precor poſt buſta ſuperſtes
Viue,nec immeritò uocant obliuia Lethes
Verſiculos tibi nunc totidem,quot præbuit
Annos uita damus,gemitus & cætera digna tuliſti
Dum ſentis feretrum ante oculos miſerabile noſtros
Ac licuit gelidis lachrymas infundere membris.

Lælio ſuo S.

COntigit extinctum qui ſuſcitat ortulus ignem
Dulcia præteritæ renouans ſuſpiria uitæ,
Siue tibi nemus qui pingunt gramina flores
Siue per æſtatem mediam dum ſumma tenet Sol
Vmbra frequens,ſiue autumno tibi dulcia poma.
Siue tibi aprici placeant ſub frigore ſoles.
Siue magis uolucrum dulces per opaca querelæ
Pictaq́ terga iuuant,illic Regina canentum
Plebeium Philomena canit,ſic parua uolucris
Gutture mellifluo ſupera quam ſæpe per umbram
Dum ſequor aërea latitantem fronde notaui
Neſcio,tu lecta fortaſsis imagine reddes
Nigra caput,ſed glauca latus.ſub palmite gaudens
Ludere pampineo,non maior corporis uſquam
Spiritus exigui,& mulcere potentior aures.
Hæc mihi dum trepidam,aſsiduè ſub corde fauillam,
Singula concutiunt,incendia nota pauesco
Deſieram iam tempus erat,tamen omnia rurſum
Contrahit arma dolens,aurataq́ tela cupido.
Vt uidi ego letiferos tendentem molliter arcus
Innixumq́ genu modò cornua curua prementem
Et modò uulnificos agitantem pollice neruos
Quo fugiam? quid agam? ſi nec maria alta nec alpes
Nec longa ualuere moræ,iam lenior ætas.
Incipit,& pacem pharetratum poſcimus hoſtem.
Abnegat ingeminans bellum,metumq́ relatu
Omnibus ecce locis,atq; omnibus improbus horis
Hoſtis adeſt uolucer,nec me trepidare negabo.
Nec ueteri illa noua reſcindat harundine uulnus
Tam ſibi multa fauens partes,uel ſola locorum
Ipſa facis facies,animum ſic cantibus obſtat
Aura loquax,gratoq́ color ſic blandus odori
Frondibus & florum ſpecies,& floribus herbæ
Lilia narciſſo,uiolisq́ roſaria certant
Quid loquar,aut uiride riparum in gramine molles
Accubitus,tenerosq́ leues in gramine ſomnos.
Quid ſtrepitum fugientis aquæ,flexusq́ ſonoros
Carmina quid dulcesq́ modos quas nocte ſerena
Quos oriente die,uel quos moriente decora
Concinit angelico trans riuum murmure nympha
Aethereos motura Deos,iaculumq́ tonanti
Excuſſura Ioui rigidumq́ adamanta modeſtis
Effractura oculis leſi,quibus ampla poteſtas
Cordis ineſt, tacitaq́ faces,& conſcius ardor
Vnde iacit flammas & tinctas igne ſagittas
Ille puer noſtroq́ alacer circumuolat orto
Hæc memini & meminiſſe iuuat ſit cætera nutrix.

A M I C O S.

QVisquis es indignam uatum cui flere ruinam
Exiliumq́ uacat profugas qui carmine ſiſtis
Pyerides,æquaq́ grauem ſermone dolorem
Gratus es haud dubiè,meſſem nam diues opimam
Cirrea de ualle refers,ſterilemq́ dolendi
Cernere cauſa tibi eſt ſacrumq́ areſcere fontem
Qui puerum dulci ſitientem proluit hauſtu
At me quid mœſtis iuuat exagitare querelis
Auxilij ſpes nulla mei,uis ſi qua fuiſſet
Ingenij cecidat uulgo calcata furenti
Si petit hunc gemitus comitem,fortuna quod optat
Obtulit afflictis,ſi me ſuccurrere muſis.
Abſtulit arma dolor,murmurq́ reliquit inane,
Iamq́ ignota uale nec prorſus mira relatu
Diligo neſcio quem,ſed honeſta ſilentia ſignant
Quantus is eſt alumni,qui dat ſuo nomine carmen.

Ioanni Columnæ Cardinali S.

HEu quid ago domus ipſa Iouis concuſſa tremiſcit
Cardine mota ſuo ruit alti ianua cœli
Terribili clamore ſonans ſub nube propinqua
Fulmina,fulminibus concurrere dura triſulcis
Viſa leuem media fregerunt nocte quietem,
Ignibus alternis polus exarſit uterq;
Nubila rupta tonant,luxq́ impia territat orbem
Examinatq́ hominum mentes & corda ferarum.
Iuppiter Auſtrali uibrat metuendus ab arce
Spicula dira manu,flammas uomit ore minasq́
Omnia nymboſo fugientia ſydera uelo
Obduxere oculos,ne publica fata uiderent.
Confuſum chaos ante diem referentia mundo
Iam Venus ante alias toto pulcherrima cœtu
Effugit,indignans contraria tanta benignis
Moribus ire fatis,ſtimulus non acrius amoris
Vt ſolet inſequitur profugam mors triſtis amicam
Arma ſuis grauiora timens,talaria nunquam
Ocyus implicuit Cillenius aurea plantis
Imperio chari totiens repetenda parentis
Athlantis domus omnis abeſt,nec cernitur uſquam
Turba puellarum,quarum latet ultima ſemper,

Nunc

Nunc omnes fugêre ſimul, periit obrutus umbra
Lacteus innumeris redimitus circulus aſtris
Præſcius et cladis, lugenſq́ ſub æquora Titan
Ante abijt quàm ſæua diem corrumperet almum
Tempeſtas, iuuenem linquens poſt terga ſororem
Præcipiti tamen illa gradu conterrita ceſsit
Nec longas ſine fratre moras dedit innuba nocti.
Gnoſia deſerta prorſus laniata puella
Serta iacent, geminaq́ ingens diſtentus ad Arcton
Condit in Oceano ſquamoſa uolumina ſerpens.
Occidit Arctophilax, mutus plauſtra reliquit
Et fugit in latebris poſt ſydera cuncta Bootes
Solus ab umbrifera pellens regione per umbras.
Deſpicit obliquo Saturnus lumine terras,
Nempe grauis ſenio, madido diſcinctus amictu
Canaq́ cæruleo ſubſtringens tempora nymbo.
Tardus ad omne bonum, diros feſtinat ad actus
Et ſtupor unus habet, quibus is circundatus alis
Heſterno cum forte die longinqua teneret
Immenſos cæli tractus enauerit unde
Tam ſubitò damnoſus ei ſit aquarius hoſpes:
Ipſe reluctanti ſimilis, nec cedere uento
Certus adhuc cui quam nec uim petis inclytus acer
Tantam ferre tremuit, quoniam Rex illa Sicano
Laxat in arma ferox reſerato carcere fratres
Iacuit & calcar rabidis, & frena remittit.
Nunc iubet ut terras quatiant, cælumq́ ruina
Inuoluant, plumaſq́ ferant, ut floribus arua
Depopulent, agitentq́ uagos ad littora piſces.
Et ſcopulis miſeros properent impingere nautas
His etiam adiungens, ut in æthere proximus alto
Confligant inter ſeſe, fraternaq́ bella
Adijciant uario laſſatis turbine rebus.
Irritatq́ animos monitis, atq́ aſperat iras.
Vectis deinde manu lacerat, limenq́ ſonorum
Pandit, & ingeminat ſtimulos, mora nulla furentes
Inde cateruatim prorumpunt, iuſſaq́ complent.
Hos horret natura parens, & triſtis habenas
;Deſerit, arcanos repetens lachrymoſa receſſus.
Terra pauet, ſpectatq́ graues peritura tumultus
De Ioue queſta ſuo, iam iam ceſſura procellis
Nutat, & aëreos humero deponere montes
Cogitat, ac medio uictum caput abdere centro.
Dum loquor in medicis per mœnia fluctibus imbres
Præcipitant, nunc tecta ſonant, & grandine crebra
Circum pampineæ bromio cecidere coronæ.
Syluarum cadit omne decus, torrentibus atris
Antra gemunt, ſaxiſq́ immixta regurgitat unda.
Fluminis inſolita turpans caligine uultus
Virgineus nymphis abijt decor ille repentè
Quem laudare ſoles miror maxime pulchri.
Diluuium redit antiquum, ſtupefactus arator
Quem modò ſulcabat, pedibus contingere campum
Non ualet, ac pelago trepidantia brachia iactat.
Iamq́ boues, & aratra uidet, culmenq́ reuulſum,
Speiq́ ſuas omnes parili ſub ſorte natantes.
Et queritur falſum ueteres cecini ſſe Prophetas
Aduentare diem quæ flammis perderet orbem
Supremam impoſitura manum luſumq́ putat ſe.
Flent paſsim attonitæ matres, & ad ubera paruos
Stringunt, infœlix oritur per mœnia luctus.
Pauperis hinc uulgi ſtrepitus ſua damna gementis
Auditur, picta tremulum cantu inde ſacerdos
Multa uouens tunica, ceu nubibus imperet illa
Aeraq́ nodoſo certatim rauca fatigat
Fune trahens, nec plura metu, namq; infima feſſa
Fundamenta domus tremuerunt, atq; ſuperna,
Irrumpunt memores querulo cum murmure Nymphæ
Vlciſciq́ parant quam nuper fecimus illis
Offenſam, & noſtro iam nos pepulere cubili,
Iam digitis calamum tremor excutit atq; tabellas
Aut ego fallor enim & falſa formidine terreor.
Aut modò namq; oculis inimici fulguris ignes
Dant aditum, memora inuertens atq; obuia quæq;
Parua reuulſurum lapidoſum mœnia flumen
Vertice contigui montis deſcendit ab omni.
Interea fragilis nunc nunc in culmina tecti
Aut totum ſimul, aut cedit pars maxima tecti
Et trabibus iam nulla fides manifeſtaq́ mortis
Vndiq; terrificant, & propria ſigna pateſcunt
Ipſa quoq; in tanto mens conſternata periclo
Exigit ut ſileam, ſed ut modò ſi qua ſalutis
Eſt uia pande tuo, dubijſq́ in tempore fatis
Præſidium mihi ſemper ades, ſi carmine forſan
Flectitur ira Iouis, ſcriptum mihi dirige carmen
Si ualet Eoo lectos habuiſſe lapillos
Littore & hos adhibe digito miſeratus inermi.
Sin magis herba iuuat notas pia pergat ad herbas
Dextra precor gelido quæcunq; occurro pauori,
Et fer opem miſero qua ſim ſecurior olim
Si non iſta mihi mundoq́ nouiſsima nox eſt
Quod ſi conſilij noua nunc ſententia non ſtat
Antiqua experti cur non redeamus ad arma.
Tu mihi faſciculum iubeas pater optime ferri
Frondes Apollineæ, namq; iſtas pulchra per agros
Tam longinquus amans hūc non ferit æthera turbo.
Laurea nulla uiret cuius iacuiſſe ſub umbra
Dulce ſit, aut gremio charas abſcondere frondes
Aut ramum tenuiſſe manu, dum fulminat ingens
Iuppiter, & cælo clypeum monſtraſſe furenti.

AMICO S.

HVnc tibi quem toto repetis prominere cornu
Pulſa remittes hians, cupidis accingitur alis
Vere nouo moturus eat ſubitoq́ uolans
Dulcia deſerti reuidebit pignora nidi.
Nix alpes licet alta premat, licet æthera nymbi
Tunc teneant ſuperabit amor, tu pace querelis
Et mœſtam ſolare domum ſpes iſta pudica
Coniugis extenuet lachrymas, minuatq́ dolorem.

Maſtino Scaligero S.

SI libet occidui rumores noſcere mundi
Accipe quàm breuibus qui nunc ſunt, cætera namq;
Fatorum ſub nube latent, cum uenerit hora
Collatura Duces, tantoſq́ in bella paratus:
Quem fortuna premat cui ſtat uictoria partis
Cuncta libens calamo perſtringam, capta ſequantur.
Conuocat innumeras Germania dura cateruas,

Diues inexhauſtum reſerat'q; Britannia cenſum,
Aſperat inde metam bello Brabantia gentem,
Flandria perpetuo ſequitur ſubiecta duello
Et quæ prima petit carpi libamina belli
Proxima puluereo ſtrepit omnis Aonia campo.
Gallia multifidò quatitur percuſſa tumultu,
Regna'q; ſanguineo trepidant contermina Marti
Et coeunt omni contracto robore gentes.
Fluctuat, ut uario uibratus turbine pontus,
Quem gelidus Boreas hinc, illinc humidus Auſter
Verberat inſultans, hinc claſsibus horritur Eurus
Iam ſcopuli iam ſaxa fremunt, naualia nautæ
Tuta petunt, glomerant'q; fugam delphinos ab alto
Nec dum ſumma mali eſt, ſed iam reſonantia latè
Littora ſurgentes feriunt longinqua procellæ.
Haud aliter placidum turbantibus æthera uentis
Nunc ſurit occaſus, longè plebs dedita paci
Et facie rerum inſolita, & terrore laborat.
Conſurgunt urbes, iuuenes uocat ira ſenes'q;.
Cuncta procul rapido ferueſcunt littora motu
Neue moret nimium, conſpirat in arma fugacem
Quicunq; Oceanum, Latias'q; interiacet alpes.
Finis erit quem fata dabunt, ſed magna parantur.
Hæc utinam noſtræ ueniant monumenta ſalutis,
Italia infelix domus, irrequieta laborum,
Sicut pacifico ſemper pugnauit in orbe.
Sic modò fortuna minaum iactante quieſcat.

Roberto Regi Siculo, S.

FLere libet, ſed flere uetor, lachrymas'q; parantem
Hinc pudor, hinc pietas ſubeunt, hinc ira dolor'q;
Hinc'q; cateruatim ueniunt exempla dolorum.
Talia multa animo, quoniam non gloria non uis,
Nec potis eſt uirtus uenienti obſiſtere morti
Hæc mihi nota prius modò ſed notiſsima tandem
Iudicio patuere nouo, mors improba quantum eſt
Auſa Italis rapuiſſe uirum ſibi fortior illum
Fama ſed æternum rapuit longum'q; per æuum
Viuere iuſsit eum, & totum uolitare per orbem
Ille olim felix modò feliciſsimus idem
Carcere membrorum fugiens tenebroſa reliquit
Clauſtra libens: nulla ſiquidem dulcedine uitæ
Tangitur, inſtabiles quiſquis bene computat annos
Quod ſi quem feciſſe rear, fuit ille profunda
Mente ſacer, curſus naturæ conſcius omnis
Et procul humanos ſolitus prænoſcere caſus
Quo minus ergo rei mentem applicuiſſe fugaci
Creditur hoc facile magis aſcendiſſe uolatu
Ad ſuperos cæli'q; domos, & regna piorum
Crediderim, nihil ergo uiro: nihil impia tanto
Mors nocuit, mihi ſæua dolet, mihi flebile damnum
Intulit, ac mundo ueri tulit inuida fontem
Qui ſibi tot nitidos potuiſſet ſpargere riuos
Abſtulit, & Muſis fulgur radiantis alumni.
Qualem poſteritas, alium uix longa uidebit
Nobilis hunc igitur fato ſpoliata decore
Auſonia, hunc Burgus ſancti gemit ipſe ſepulchri
Ciue diu tali peregrinus notus in oris
Tu quoq; ſi fas eſt tam clari principis ora,
Sed maduiſſe oculos, lachrymas dabis inclyta regum
Progenies Roberte pias, quem iure coronant
Europa'q; Aſia'q; ſimul duo maxima regna
Solamen uitæ quoniam Rex optime perdis
Non mediocre tuæ, quis tecum conſulet aſtra
Fatorum ſecreta mouens, aut ante notabit
Succeſſus belli dubios, mundi'q; tumultus
Fortunas'q; Ducum uarias, quis lenibus aures
Mulſerit eloquijs aut te mulcentes quis uſquam
Sufficiens aderit teſtis, quum gaudia uerbis
Expones arcana poli triplicem'q; ſub una
Maieſtate Deum, quam partum uirginis almæ
Quum domitam mortem, reſerata'q; tartara iuſſa
Et quæ multa ſoles uni tibi cognita Regum.
At mihi præcipuè & Muſis: quia flere neceſſe eſt.
Flete ſimul mecum uiduato Helicone ſorores.
Flete ſacris memoris lauri, fle grandis Apollo
Altiſono præcone carens, nunc collis uterq;
Parnaſsi & rauco ſtrepat arens murmure uallis
Caſtalij'q; gemant latices, deſerta'q; Cyrrha
Hoſpite tam magno, reſonent ululatibus antra
Pyeridum, quæ dum uixit mulcere ſolebat
Dulcibus ille modis, quis nunc poſt fata ſuperſtes
Stabit honos meritò quæ præmia grata ſepulto.
Quid tibi pro tanto reddemus munere digni?
Nempe ego nil habeo, nos carmen reddite nati
Pyerides titulum'q; breuem conſcribite ſaxo
Qui fuit Heſperiæ decus & noua gloria gentis
Cultor amicitiæ fidus, chari'q; benignus
Conuictu placidus, uultu'q; animo'q; ſerenus
Religione pius, facilis habitu'q; modeſtus
Altus & ingenio facundo ſplendidus ore
Flos uatum, cæli ſcrutator, cognitus aſtris,
Rarus apud ueteres, noſtro rariſsimus æuo
Vnicus ex mille iacet hic Dionyſius ille.

Ad ſeipſum.

HEu mihi quid patior quo me uiolenta retorquent
Fata retro: uideo pereuntis tempora mundi
Præcipiti tranſire fuga, morientia circum
Agmina conſpicio, iuuenum'q; ſenum'q;, nec uſquam
Tuta patet ſtatio, non toto portus in orbe
Panditur, optatæ non ſpes patet ulla ſalutis.
Funera crebra quidem quocunq; pauentia flecto
Lumina, conturbant aciem, perplexa Pharetris
Tēpla gemūt, paſsim'q; ſimul ſine honore cadauer
Nobile, plebeium'q; iacet, ſubit ultima uitæ
Horum animum caſus'q; mei meminiſſe coactus
Heu charos abiſſe greges, & amica retractio
Colloquia & dulces ſubito uaneſcere uultus
Tellurem'q; ſacram aſsiduis non deeſſe ſepulchris
Hoc gemit Italia populus tot mortibus impar
Hoc exhauſta uiris defecta'q; Gallia plorat
Hoc aliæ quocunq; iacent ſub ſydere gentes
Siue eſt ira dei, quod crimina noſtra mererē
Certè ego crediderim, ſeu ſola iniuria cæli
Natura uariante uices, hic peſtifer annus
Humano generi incubuit, flendum'q; minatur.
Excidium morti'q; fauet denſiſſimus aër
Sæuus ab infecto'q; proſpectat Iuppiter axe.

Inde pluis

Inde pluit morbos & triſtia funera terris
Staminaq́ immites properant abrumpere Parcæ.
Omnia ſi poſſent pariter ueteorq́ ſuperne
Quod cupiunt nec poſſe datum, tot pallida uulgi
Ora uidens miſeri, tot tartara nigra petentes.
Hæc meditans fateor trepido, mortiſq́ propinquæ
Augurós inſidias, ubi nam caput abdere poſsim
Nec mare, nec tellus, nec opacis ſaxa cauernis
Oſtendunt profugo, quoniam mors omnia uincit,
Inq́ parum tutas uenit impetuoſa latebras.
Sic uelut in dubijs deprehenſus nauta procellis
Quum ferus ante oculos ſocias abſorbuit alnos
Neptunus, fragilem qui utero crepuiſſe carinam
Sentit & illiſos ſcopulis confligere remos.
At procul horribiles clauum uidet ire per undas
Hæret conſilij incertus, certuſq́ pericli.
Nec ſecus annoſas ubi ſæua incendia furtim
Corrupuere trabes tabulataq́ pinguia lambit
Flamma uorax, ſurgit ſubitò exanimata tumultu
Turba domus, pater ante alios ad culmina tecti
Euolat aſpiciens circum, natumq́ trementem
Complexus, primum ancipiti ſubducere peſti
Cogitat, obiectoſq́ oneratus abire per ignes.
Sæpe ego permetuens, animamq́ amplexus inertem
Cogito, ſi qua uia eſt medios auferre per æſtus
Corporeaſq́ unda lachrymarum extinguere flammas
Sed retinet mundus trahit imperioſa uoluptas
Funeſtiſq́ ligat nodis uiolentior uſus.
Ecce ubi ſum, gelida ſic me formidine denſæ
Texerunt tenebræ, nam qui meminiſſe putat ſe
Mortis & impauido ſpectaſſe nouiſsima uultu
Fallitur, aut furit, aut multum ſibi conſcius audet.
Sæpius ambiguam grauis indignatio mentem
Digna ſubit iuſtuſq́ dolor, mecum intus & extra
Colluctans, clara uincor ratione, ſed illam
Impetus exuperat, cœptoq́ reſiſtis honeſto
Sic teneor, multumq́ fleo, meq́ ipſe frequenter
Percontor, quid uane paras? quo pergere tendis
Ah miſer? aut quo uari tantis anfractibus ire
Poſſe putas? moriere quidem, ſemper ſine quietis
Spe labor iſte iuuat, ſterili quid ſemina arenæ
Committis, quid littus aras, ſpes blanda ſequentem
Ludit & in gyrum uoluit. iam tempora retrò
Candidiora uides, iam ſenſim tempora cani
Inuadunt, quid lentus agis, puer inſcie ſemper
Craſtina pertractans animo præſentia perdes
Semper ab incerta pendebis ſorte futuri
Teq́ tuumq́ bonum fugiens aliena ſequeris
Siſte age, ſiſte fugam cur non immeriti iſti
Quam datur aſpexiſſe diem, nam poſtea forſan
Non tibi clara ueniet facili ingreſcere caſu
Si noſcis mors cuncta facit, ſolet illa uenire
Improuiſa equidem cur non modò ſi qua tibi ſtat
Cura tui, quodcunque animus per ſecula differt
Aggrederis longos fortaſsis cautus in annos
Conſilia extendis, poſt buſtum magna paramus
O cæci, potes ætatis rapidiſsima noſtræ
Curricula expertus, ſpes hic intexere longas
Venturæq́ aliquid prorſus confidere luci
Vultur & obſcuri laniabunt uiſcera uermes
Nunc potius, nunc tempus erat dum membra mouere
Dumq́ animum frenare potes, quando optima rerum
Libertas, & uita manet ceſſura repentè,
Nonne uides uolucri labentia ſecula curſu
Impellunt momenta leue ſucceſsibus horam,
Illa diem noctemq́ fugat fugientibus illis
Luna peterrato tennata reuertitur orbe.
Illa rapit ſoles & magnos conficit annos
Hi ſenium mortemq́ ferunt, ſic omnia miſcens
Tempus, & inſtabilis tranſcurrit uita meatu.
Nec reditura ruit, non propellentibus undis
Ocyus ex alto e limoſi gurgitis amnes
In mare præcipitant, nec uoq́ trementi ſagitta
Pulſa per oppoſitas penetrans uelocior auras
Si meminiſſe uelis poſtquam genitricis ab aluo
Nudus, inops, querulus, miſer & miſerabilis infans
Emergens tremulo uagitus ore dediſti
Et labor, & lachrymæ, & gemitus, & triſtia curæ
Pectora torquentes, habitarunt corde ſub iſto
Nulla fuit tibi læta dies qua poſſet anhelus
Spiritus innumeris finem poſuiſſe querelis
Reſpirare cupis, ſed ſors aduerſa repugnat
Quam uereor ne tota tibi ſit agenda dieta
Ante ſalutari accubitu quàm poſſe parumper
Defeſſum recreare latus contingat eunti
Prætеritáq́ tua tibi iam pars magna diei
Iam ruit æterna præuncia ueſpera mortis
Tu longum ſenior curas extendis in annum.
Tu dormis moriture grauis ſub mole ſoporis
Securuſq́ iaces, properantem reſpice Solem
Littus ad occiduum, & malè perdita tempera deſle
Dum licet, ac patriam ueſtus ueſtigia uolue
Lumen adhuc cœlo breue dum tibi fulget olympo
Vixiſti in pelago nimis irrequietus iniquo
In portu morere & languentia comprime uela,
Collige diſiectos iam tempeſtate rudentes.
Talia dum mecum perago, ſæpe ira laborq́
Exclamare iubent, Quis me de faucibus hoſtis
Eripiat? Quis me mortali carcere raptum
Reſtituat cœlo? Quis ſectum monſtret ad aſtra
Inter tot laqueos, tam multa per inuia callem?
Heu mihi, quàm longè patriam uideor reuidere
An uideo pacis, ceu monte remotus ab alto.
Omnia circumſtant ſed ueprìbus obſita duris
Prædones rapidi infeſtant, qui ſigna ſuperni
Deſeruere Ducis quondam, fruſtráq́ recordor
Heu quotiens tentaſſe uiam, ſemperq́ repulſus
Hæreo ſuſpirans quo non licet ire, quis ergo
Succurret miſero tuo quis, te ante ducet
Fœlices ubi ſunt animæ populuſq́ beatus
Et ſi carne premor mea me ſi crimina tradant
Quis dabit, ut pennas poſita grauitate columbæ
Induar alta petens & poſt tot dura quieſcam.
Nunc ſtatus hic rerum mihi ſed quem præſcia finem
Fata parant nondum uideo, ſpes longa tremorq́
Hactenus aſsiduè noſtro de pectore certant.
At breue tempus erit quando exitus ipſe docebit
Quis fuerim uerè quàm fauſto ſubditus aſtro.
Quam celer aut tardus monſtrato calle uiator
Qualis ad extremum moribundi temporis hoſpes.

FRAN.

FRANCISCI PETRARCHAE EPISTOLARVM LIBER II.

IOANNI BARRILI MIliti Neapolitano, S.

QVID mea fata mihi toto ſpecioſius æuo
Dulcius aut animo poterant melius'ue tuliſſe
Quam ſi forte tuis capiti noua laurea noſtro
Preſſa foret manibus fateor tunc alma ſororum
Ex Helicone ſacram ueniens huc turba ſororum
Duxiſſet, cytharam melius ſonuiſſet Apollo
Serta gerens adamata ſibi Xenia primum
Poſt longum dilecta mihi ſpectaſſet ab aſtris
Lætus honoratam placato numine frondem
Iuppiter, & rapidi poſuiſſe fulminis iras
Deniq; nulla dies fulſiſſet lumine tanto
His oculis cunctos nec fulſerat ulla per annos
Obſtitit heu uotis ſemper mihi dura paratum
Imminuens fortuna pecus, tantoq; fauori
Inuidit, ubi me propter tam multa uiarum
Aſpera, tot laquei ſoli mihi nempe tetendit
Inſidias, deſiſte queri, mea tota querela eſt:
Agnoſco expertus fraudem, moresq; malignos.
Mortales quibus illa feros intercipit actus
Omnia permiſcens, pròh, ſacra licentia monſtri
Quin aliam mihi tunc eadem fortuna parabat
Me quicquam præuenta dolum, ne nobilis Vrſus
Scilicet ipſe meo præſens foret autor honori
Vix tridui ſpacium reſtabat, ut omne Senatus
Tempore ius hauſto flueret, breuiorq; poteſtas
Quæ quondam ſine fine fuit, Deus ipſe nocenti
Occurrens direxit iter, uix fine ſub ipſo
Temporis immenſæ peruentum ad limina Romæ
Obuius intranti fueras comitemq; ducemq;
Pollicitus uetuit, quoniam ſors eſſe nequiſti
Torqueor, & cunctas qui luſtrat nuncius oras
Mittitur, ille autem Campanis feſſus in aruis
Seq; nec inuento rediens, ſpem ſuſtulit omnem
Vltima iamq; dies aderat, nec poſtera tempus
Lux dabat, urgebat conſumpti terminus anni
Me quoq; magnanimus Comes accelerare monebat
Iam grauidus curis peperit quas fortibus actis
Poſt modo, noſti hominem, expedior ſubitumq; uocanti
Romulei proceres coëunt, capitolia læto
Murmure complentur, muros tectumq; uetuſtum
Congaudere putes, cecinerunt claſsica uulgus
Agmina certatim glomerat cupidumq; uidendi
Obſtupuit, ipſe etiam lachrymas ni fallor amicis
Compreſsis pietate animis in pectora uidi
Aſcendo, ſiluêre tubæ, murmurq; reſedit
Vna quidem noſtri uox primum oblata Maronis
Principium dedit oranti, nec multa profatus
Nam neq; mos uatum patitur, nec iura ſacratum
Pieridum uiolaſſe leue eſt, de uertice Cyrrhæ
Auulſas paulum medijs habitare coëgi.
Vrbibus ac populis, poſt facundiſsimus Vrſus
Subſequitur fando, tandem hic mihi Delphica ſerta
Impoſuit, populo circumplaudente Quiritum.
Hinc Stephanus, quo fata uirum iam tempore noſtro
Maiorem non Roma tulit, me laudibus amplis
Accumulat, rubor ora mihi mentemq; premebat
Indignum tales onerabant pectus honores:
Mulcebantq; ſimul, Siculo nempe omnia Regi,
Nil mihi, nam quis ego? ueruntamen illius alto
Iuditio dignatus eram, tum regia feſto
Veſtis honeſta die me circumfuſa tegebat
Et dominum referens, & tanti teſtis amoris
Quam lateri exemptam proprio Regum ille ſupremus
Rex dederat geſtare ſuo ſoluiq; loquentis
Iſte animo ingenium labijs mulcentia uerba
Sufficiebat honos, coràm, mihi nanq; uidebar
Eloquij ſpectare Ducem, Regemq; ſerenum
Vellere qui primum ſe continuiſſet in illo
Impetus hinc, ſpesq; alta nimis fiduciaq; ingens
Seu præſens is ferret opem, deſcendimus unà
Omnibus explicitis, atq; hinc ad limina Petri
Pergimus, & ſacras mea Laurea pendet ad aras
Primitijs gaudente Deo, ſua lumina teſtor
Hæc inter tot læta, oculis tu ſolus amice
Tu deeras, uotis quotiens precibusq; petitus
Mente tamen memoriq; animo, tua dulcis imago
Certe aderat, ſemperq; aderit, nec tempore ſedes
Deſeret acceptas, ſic illam pectore in alto
Vna quidem noſtri uox primum oblata Maronis
Principium dedit oranti, nec multa profatus
Hunc uerbis (quia iam uereor ne longius æquo
Carmen eat) finem ſtatuo, tuq; optime Regi
Dum uacuum innuenies curarum, meq; fidemq;
Commendare meam, placido ſermone memento
Sum ſuus ex merito, ſibi me meaq; omnia ſoli
Deuoui, ingenium, calamum, linguamq; manumq;
Mens mea, nunc aũt quoniam ſibi reddere maius
Nil ualeo pro tot magnis ſub nomine creſcit.
Africa noſtra ſuo tenuis, niſi gloria ſordet
Parua quidem, at grandi ſtudio longoq; labore
Inuigilanda mihi iamq; ipſa ſuperbior ardet
Ad ſacros properare pedes, noctemq; diemq;
Orat iter comitemq; uiæ uocat eminus ambos
Inclyta Parthenope, ſed adhuc nos Gallia uinclis
Noſtra tenet blandis, tandem tamen ibimus & nos
Limine ſuſcipies pariter, pariterq; uidebis
Viue uale, noſtriq; memor lege dulcis amice
Hæc calamo properante breui quæ ſcripſimus hora.

Bernardo Ruthenenſi S. R. E. Cardinali, S.

AVdio quod ſtudium ſacros tibi noſſe Poëtas
Cœperit alme pater, dulcis labor ardua cura,
Gratulor, & laudo quid enim ſolatia uitæ
Plura fatigatæ, quid'ue ocia tanta dediſſet?
Haud equidem me fallit amor, ſcio quanta ſub antris
Aonijs inuenta quies mundiq; procellis
Iactato quotiens rupes Helyconia portum
Obtulerit latebroſa mihi, nec nominis uatis

Glorior,

Glorior, arcanis tremulum miſcere choreis
Pieridum plebiꝗ gradum ſed amœna uidendi
Me tulit huc prægrandis amor, tu quantus in altis
Parnaſii potes eſſe iugis, niſi ſepta relinquis.
Iam tibi ſerta nouem ſtudio certante ſorores
Laurea texentes uideo. Iam uertice rubro
Frondis honoratæ uiridem pendere coronam
Cardine Romano Graiaꝗ ornante poëſi.
Iam nemus omne tibi reboat, tibi concinit unda
Cirrhæo de fonte cadens, tibi pulcher Apollo
Corripit auratam cytharam pedibusꝗ manuꝗ
Tellurem neruosꝗ ferit, cantare uiciſſim
Ne pudeat comitemꝗ nouum plaudentibus offer.
Neu te uulgus iners, neu per uulgata retrorſum
Mendaces mentita ferat te fama Poëtas
Ludimus, & uario tegimus ſpecioſa colore
Quo uulgus penetrare nequit, iuuat alta profundis
Occuluiſſe locis, ne fortè iacentia paſſim
Vileſcant, magno quæſitum quippe labore
Charius inuentum eſt, imis quod terra cauernis
Abdiderat, uenit in lucem precioſius aurum
Dulcius ignoto iacuit quæ littore iaſpis
In digitos translata micat, ſic blandius æther
Poſt nebulas pluuiamꝗ nitet, ſic nocte fugata
Expectatus adeſt, & gratior aſpicitur ſol
Ergo age propoſitum qua fert nouus impetus urge
Et ſtudijs incumbe ſacris, ubi lucida ueri
Effigies alti latitat, quam ſpiritus acris
Eruet ingenij ſenſim, ſciſſaꝗ parumper
Nube per obſtantes cernet radiata tenebras.
Hoc iter ingreſſo, magnum tibi munere paruo
Auxilium conferre uelim: Tranſmittitur ergo
Seruius aliloqui retegens arcana Maronis
Suſcipe tranquillus, nec iam uariante ſenecta
Lurida permoueat facies, uel turpis amictus.
Frons decet iſta ſenem, dabit hic tibi ſemina rerum
Pauca, ſed immenſam ſegetem, ſi ritè colantur
Temporibus latura ſuis, ſi parua lucernæ
Flamma ualet monſtrare uiam ſub tempore noctis.
Vnda uel exigui rapidam compeſcere fontis
Aæſtiuo feruore ſitim, non uilia fortè
Non inamœna pater munuſcula noſtra putabis

EIDEM.

TErrificas tam magna moues, teꝗ omnia noſſe
Teſte probas calamo ſapienter quærere pars eſt
Maxima notitiæ, dubitans agnoſcere certè
Multa prius dubitata facis: lux quanta tonantis
Eloqui tenebras alieno in corde ſerenat
De tenebris conqueſta ſuis, ſed uera fatebor
Ingenue, non aſtrigerum me turbida callem
Permittunt mea fata ſequi, non tantus ab alto
Contigit ingenij uigor, hoc nec grauia linguæ
Adde quòd æſtatis nocet inclementia, & ingens
Mœnibus auguſtæ fremitus circumtonat urbis
Non turbas capiente ſolo, non murmura cœlo
Tam diuerſa ſonant, gelidis hunc montibus arthos
Angulus orbis habet ditiſſimus Anglia miſit
Hũc procul Oceanus dedit hunc Hiſpania ciuem
Sic populis confuſa nouis, urbs parua redundat.
Quos ſimul exigui tulit huc ſpes improba lucri
Partibus ex uarijs, & carcere clauſit in uno
Hic ego namꝗ horum uix impatientior alter
Indignans ſtomachansꝗ feror, piget illa referre
Quæ patior per cuncta uagus, ſtrepit obuia turba
Hic gemit, ille canit, ruit hic, leuat ille ruentem
Hic uerbis, hic uerberibus furit, ille quadrigas
Temperat, & fœdo contriſtat compita cœno
Hac peregrina phalanx, hac pleno calle uiator
Puluerulentus adeſt, rapidum regit alter habenis
Cornipedem, quem calce ferit, manet ille cruétus
Immeritiꝗ bonis premit in præcordia cultrum
Externas terit hic ſpecies, atꝗ ære ſonanti
Verberat ille forum, & prætoria litibus implet.
Ille ſolœciſmum ingeminans, & barbara uerba
Examen ſubit, & trepidat, titubatꝗ legendo.
Et tremulos ciet ore ſonos, hic funus amici
Coniugis hic tædas ſequitur, ſonat undiꝗ creber
Malleus artificum ſolidaꝗ incude laborat
Hic ſtupet in triuijs atꝗ importunus oberrat
Ille cibum triſti poſcit ſine fine querela.
Singula quid memorẽ, ſpes hic mihi nulla quietis
Curiator curis laceras, quæcunꝗ reuoluor
Omnia terribili feruent reboantꝗ tumultu
Hic rerum ſtatus, egregium mihi quando poëma
Sufficiet, quando illuſtres contexere uerſus.
Sylua placet Muſis urbs eſt inimica Poëtis.
Hæc inter tam multa petis: quid quærere reſtat
Ni terræ pelagiꝗ modum, quot in æquore uerſo
Tritones, quot mõſtra natant, quot littus harenas
Quot freta piſciculos immenſi gurgitis unda
Abſcondant, quot ſylua regat uolucresꝗ ferasꝗ
Quot fumi uomat Acthna glomos, quantasꝗ fauillas
Hæc mihi nota parum fateor, nec notius illud
Qui ſtatus eſt cœlo, qua ſydera lege mouentur
Quando ego per cunctos agilis circumferor axes
Quis dabit æthereas moriturus ut induar alas
Et mundi ſecreta notem, centrumꝗ polosꝗ
Metiar, id paucis (prorſus nanꝗ ardua res eſt)
Millibus ex multis hominum uix contigit uni
Inuenies aliquos aſtrorum arcana profeſſos
Metiriꝗ auſos cœlum, terrasꝗ fretumꝗ,
Ignaros quo noſtra tamen corpuſcula limo
Subſiſtant ſeu quis clauſus ſit ſpiritus umbris
Heu furor, heu funeſta lues, heu flebilis horror,
Omnia malle hominum quàm ſe diſcernere, ſic'ne
Vltima cura ſui eſt, quam par fuit eſſe priorem,
Non peregrina quidem, ſed me mihi noſcere tantum
Iuſſit Apollinei celebris ſententia templi
Meñe Tolomeos Siculiꝗ ignota magiſtri
Signa parum fauſto deſcripta in puluere forſan
Sollicitum tractare putas, non iſta relinquit
Ocya mors feſtina mihi, cui tempora furtim
Et rapidos auferre dies mea cura ſuprema eſt
Sed cogis ſi fortè loqui, ſcio ſydera ſeptem
Ire retro æternos cœli frenantia curſus
Cur totidem potius pulcherrima quærere non eſt
Lumina prærapidos animæ moderantia motus
Principe Sole ſuo, radijs contemperat orbem
Atꝗ orientis iter repetit, quo ſydere merſo

Pallida

Pallida nos terrat & frigida poſſidet umbra.
Fixa quoq; in tergum ſenſim licet aſtra moueri
Nouimus, ac magnum compleri curſibus orbem
Nec pudet unius tam paruis limbus anni
Concluſos agitare animos æterna ſuperbis
Immemores quàm uita breuis, quàm labile tempus.
An medium Sol ipſe locum teneat ue ſecundum
Ambigitur medium uirtutis tenuimus alma
Iſta Aegyptus Chaldeaq; diſcrepat omnis
Iſta Syracuſij ductu ſenis, illa Platonis
Nititur auxilio, pudeat diſquirere quantum eſt
Sol maior tellure uacat. Mens corpore quantum
Nobilior, meminiſſe labor: iam fabula uulgi eſt
Quid Iouis & natæ proſpectibus aſtra benignis
Quid ue rubens Martis ſenis aut glaciale proteruũ
Sydus agat ſatius fuerat condiſcere quid nos
Quid Deus in nobis ageret, quàm pigra noceret
Sarcina membrorum, ſeu quos uiolentus Auerni
Tenderet in biuio laqueos, quæ retia raptor.
Cynthia fraternis radijs ſuccenſa refulget.
Alternatq; uices, nec ſurgit & occidit unà
Sæpe etiam ſine luce latet renouataq; rurſus
Cornibus emergit tremulis, iterumq; ſeneſcit.
Mercurius'q; Deum interpres uariabile ſydus,
Lætus ut eſt lætis, ſic triſtia triſtibus affert
Nouimus hæc omnes, anima illuſtrator opaca
Qualis & inſtabiles motus, crebrasq; ruinas
Negligimus, cui res proſint, noceant ue ſecundæ
Cui mors læta uiro, cui ſit meſtiſſima rerum
Hic mihi nunc ſeptem cognata ſtirpe ſorores
Obiicis has longum proprijs ſermonibus omnes
Stringere, tu Senecam uideas quid quemlibet acrem
Conſule ſed noſti, niſi quòd me carmine tentas
Illa nouem me uirginibus conſerta chorea
Sic curas inter uarias & prælia mulcet
Fortuna ut fate ar placidis me plurima Muſis
Debere, aſt unica ſaui quæ tramite dextro
Subuehit ad ſuperos, uitamq; in tempore ſiſtat
Nunc alio uenerande pater mea carmina flecto
Da ueniam ſandi, licuit ſermone ſoluto
Quidlibet amplecti, poteras ibi nempe uagari
Et labor unus erat, ſed ſi iuga prendere dulce eſt
Parnaſi & uiridi ſubſtringere tempore lauro
Incipe carminibus leges adhibere modumq;
Syllaba liberior diſcat pede carcere certo
Neu pudeat tenui tempus conſumere cura
Maximus Auguſtus domito tribus orbe triumphis
Pyerios cantus, & amœnas inſeruit artes
Nobilis ille animus, qui mundi frena ſubacti
Quiq; Duces populosq; manu Regesq; tenebat
Fortunæ dominus geminæ, uitæq; necisq;
Subdidit imperium Muſis, capulosq; regentes
Tranſtulit ad numerum digitos, inhians'q; notauit
Quem correpta locum, quem ſyllaba longa teneret.
Carmen adhuc ſupereſt quo Cæſaris atq; Poëtæ
Maieſtas ſtudiumq; uigent, ſemperq; uigebunt.

EIDEM S.

Obruor immenſa rerum ſub mole tuarum
Et fragiles humeros onus importabile frangit
Quære pares animos alibi mihi paruus ab aſtris
Spiritus, itaq; inopis piger impetus obrigit artis.
Dij tecum uberius, quoniam tibi conſcia cœli
Vox adamantina eſt, calamus quoq; ferreus omnes
Promptus ad inſultus, pleno tibi carmina cornu
Copia ſuppeditat, uerſus breuis hora trecentos
Et ſeptem decies excudit, longa quid ergo
Quot daret una dies, quod menſis & integer annus
Multiplicare labor mihi paucula carmina Phœbi
Solſtitiale iubar ſub tarda crepuſcula ſæpe
Traducunt, ſic tota dies conſumitur, at qui
Poſteritatis honos animum & uentura nepotum
Iudicia exagitant, liberrima uerba tremiſco
Ac uereor ſeculis multorum occurrere inermis
Non precio, non blanditijs, nec amore nec ulla
Arte ſatis tutus, niſi me ſpectata futuris
Scripta tegant, quum iam ſparſus cinis iſte ſepulchro
Officio ſpoliata ſuo cum lingua iacebit
Et calamum ſpes omnis erit ſic inſita menti
Segnitiesq; meus'q; moræ ſunt cauſa, nec unquam
Scribere concipio, quin ſecula cuncta parenti
Occurrant ſibi forte oculis impleſſe legentis
Eſt ſatis atq; alio famam tibi calle paraſti
O fœlix maiore animo ſtudijsq; ſequutus.
Ipſe obſcurus ero, proprium niſi carmine noſcar
Hinc timor, hinc ſtudium decies dum ſcripta relegõ
Hæreo contuso'q; domi, prohibens'q; uagari
Arceo, tum licet ingeminat ad limina pulſet
Nuncius ac properet uacuum dimittere mali
Dedecus ille meum quam ſe ferat, huc modò morem
Poſthabui etſi neuma, properata parumper
Iſta mihi tibi, ſed nimium dilata uidentur.
Sci icet hoc unum diſconuenit inter amicos.
At paucis ne multa meis tua carmina forſan
Inſultent, tuo ne ue meum lux uideat annum
Pace bonũ ſubſiſte precor meminiſſe decebit
Eloquium Euripidis quondam atq; Alceſtidis unum,
Sed ſileo, ſubitum uidi ſtupuiq; poëma
Protinus hic muſis tacito cum murmure dixi
Imperat, & totum feruens Helycona gubernat
Metra dein numerans, bis, ter, quaterq; quieui
Calle fatigatus medio, mox ſingula mecum
Sedulus excutiens ſocijsq; ex more coactis
Oſtentans, unum cunctis mirabile ſenſi.
Quot uario tot metra gradu nec paſſibus ijſdem
Sic coëunt, tempusq; perunt mea tecta ſub unum
Et tamen incedunt pariter uelox'q; morantem
Expectat, uolucremq; grauis contingere certat,
O utinam noſtro quondam tam larga Maroni
Copia dicendi, nunquam mihi crede laborem
Lentus inexpletum ſeros, traxiſſet in annos.
Nunc latus doleam ne prius natura Poëtam
Permiſerat, ſed iura nocent ciuilia muſis
Diſtrahiturq; animus, ſed enim fragmenta benignũ
Sufficit ingenij ſtudijs conferre Latinis.
Arripe tu calamum, dextramq; armare potentem
Iliados famam & præclaram Aeneada uictor
Nec longus uiciſſe labor poſt terga relinques
Hactenus hæc: quæſita tibi tua dimet habetn
Neſcio quid perplexa uelint ſphyngoſaq; nullũ

Aedipode ſoluenda reor, tibi peruia ſoli
Hinc ſeu mille nos uerſus, ſeu millia mille
Fundat in exhauſto uemens & pectore flumen
Quamuis pulchra quidem: quamuis ſint ampla relatu
Ni placeant paritate pedum, ſerie'q; modeſta
Dulcia ni fuerint animoq; auctura: ſilebo.
Nec numerare uelim, numerus tua cura decusq;
Sit licet, & celeri placeas tibi nempe Camœna.

Clementi VI. Romano Pontifici, S.

SPes mihi longa nimis pater ô ſanctiſsime patrum
Obfuit, expectans ſenem, ſponſumq; morantem
Increpitans, reuocans'q; domum, non litera ſupplex
Eualuit mouiſſe loco, non ora relictæ
Coniugis, aut lachrymæ quotiens ſibi triſtis & amens
Occurri, gemituq; genas madefacta recenti.
Heu Parthis miſeranda prius quàm chara marito
Qui mihi labenti in cineres & ſæpe roganti
Auxilium aut ſera ſaltem ſolatia mortis
Nil niſi blanditias tempus'q; trahentia uerba
Reddidit, ac miſeram tenui ſpe pauit amicum
Nunc reditum morbus, nunc quæſtio lenta retardat
Quid uideant animæ fœlices, corpora poſtquam
Exierint nunc perplexas componere leges
Aut mores formare nouos, nunc deſtruat arces
Aërias, cœloq; pares attollere turres
Interea dum multa parat, dum'q; ultima ſemper
Cura mei externis nimium, dum torpet in oris
Tempus abit fugiuntq; dies mors'q; impia tandem
Abſtulit æterna præfixum lege tributum
Sic uiduæ uiduata domus. tenebriſq; tenebræ
Acceſſere meis, ſed enim miſerata ſuperne
Te pietas diuina mihi ſeruabat egenti
Sæpe dolet mens cæca hominum, trepidat'q; gemitq;
Eſt ubi gaudendum, rumor modò mortis acerbæ
Intulit haud meritæ ſubitum pietate dolorem.
Mox ſuperadueniens miſeræ mihi nuncius alter
Deterſit lachrymas, atram deponere ueſtem
Iuſsit & eximio fœlicem coniuge dixit.
Obſtupui auditis, & uix bene credula uerè
Multa ſub ambiguo uerſabam pectore mecum
Gaudia non capiente animo, certiſsima poſtquam
Nuncia magnanimi nomen Clementis ad aures
Fama tulit noſtras timui ne læta repentè
Opprimerent fragilem nimia dulcedine mentem
Lætior haud charo genitrix fuit obuia nato
Quem periiſſe truci quondam ſub Marte putabat
Ergo iter arripiens glacialem tranſiui per alpem
Lætitiam minuente uiam, & mulcente laborem
Ante pedes uentura tuos, dulciſsime coniunx
Alme parens miſerere precor, noſtram'ue querelam
Suſcipe, neu uiduam ſponſæ patiare ſenectam.
Non ignara quidem, nec rerum neſcia ueni.
Eſt mihi longinquæ fateor telluris origo
Et patriæ prædulce ſolum, ſeriesq; iuuentæ
Eſt aliis traducta locis, ſunt agmina Regum
Chara, nec exiguos tibi Gallia iungit amicos
Hæc nocitura mihi poterunt forſaſſe uideri
Sed ſponſæ ſuperabit amor, pietasq; decusq;
Sedis honoratæ, quanquam tibi protinus uni
Omnia ſubiaceant dominum licet ultima norint
Regna ſuum, Herculeis quæ conſignata columnis
Helleſpontiaca tellus diſtinguitur aſia
Hæc tamen eſt tua prima domus, tua maxima ſedes
Quam ſacri tenuere patres, quam corpore Petrus
Innocuo parili quâm clemens nomine preſsit
Tu clemens qui Petrus eras hanc cernere ſedem
Nonne uoles, cupiesq; caput contingere mundi?
Nonne pedis uiuas in ſolido ueſtigia ſaxo
Fixa ſalutiferi, faciemq; agnoſcere Chriſti
Vel quæ ſammeo ſeruatur condita panno
Vel populo quæ uiſa olim ſub uertice templi
Emicuit perſtatq; minax horrore uerendo
Quid referam noſtræ cunabula parua ſalutis.
Et ſacros poſtes, ubi rerum conditor ingens
Conticuit ſomnos blandè ſuadente Maria.
Lac quoq; uel pueri optatum, uel uirginis almæ
Laue puerperium, puraq; ex carne reciſam
Particulam infantis, pretioſaq; fragmina ueſtis
Et cuſtoditos in ſecula noſtra capillos
Quid digitum agnetis, & nunc quoq; fulgidus ornat
Annulus impoſuit cupida quem mente miniſter
Prorſus inardeſcens ſacroq; aſſenſeris illa
Coniugio, ac tali placaris fœdere flammas.
Quid Petri trepidantis iter dominiq; mouentis
Occurſu poſuiſſi fugam, & rediſſe uolentem
Compreſſa terrore ſenem, cunctiſq; paratum
Exequar? ipſe oculis ſpectacula pulchra uidebis
Extat opus, lateriq; tremuit domus area caduci
Et teſtis pictura loci, cui maxima quamuis
Cauſa noceat celerane impendet ſæpe uiator
Nec ſe uicta quidem, ſed uiuos cernere uultus
Colloquiumq; audire putans, & territus hæret
Triſtis imago Dei. Romana palatia uerſus
Tendit enim contra ille humilis ſimiliſq; precanti
Flectitur, & pauido gradientem ſuſpicit ore
Si mortis ſe cura igitur ueſtigia flexit
Ille retro, nec pertimuit tormenta crucemq;
Me repetens, tu quid dubitas, cui dulcia rerum
Omnia, cui placide patet auguſtiſsima uitæ
Conditio? & ſummæ tranquillum, culmen honoris
Quid capite hereticum memorem, clarumq; Ioannis
Ore cicatricem rigido, duramq; Leuitæ
Craticulam, & gemino fœcundum martyre buſtum
Collegæ ceſsiſſe locum, quo maximus hoſpes
Traditur, inmorie ubi nunc amplexibus ambo
Fœlices ſine fine iacent, quis cuncta Caliſti
Funera dinumeret, cumulis ſurgentia miris
Oſſeus eſt paries, illic ubi terra cruentis
Imbribus & ſacra diſtillant tabe cauernæ.
Quis ue uaticano latitantia corpora clauſtro
Expediat, quæ ſume parens agnoſcere coram
Quid niſi cœleſtis fuerit regionis imago?
Condita quin etiam ſupremo mœnia monte
Aeſtiuæ niuis indiſcio, delubraq; parum
Obruta uirgineo, & fontes torrentis olim
Ac Tybridos commixta uadis noua flumina cernes
Quasq; dedit ſcatebras Pauli ſanctiſsima ceruix
Dulcis aquæ, quo ſiluſtier latitaris in antro

Qua

Quæ Conſtantino ſpecies oblata Deorum
Inſomnique, niueo quas idem marmore cruſtas
Liquerit infamem monſtrato gurgite morbum
Propellens, ut cœpta Deo hic teſte quiêrit
Quod Magus infando maculariter corpore ſaxum
Flaxerit offenſo, quiſnam de numine ſanguis
Quiſq́ ſacer tellure cruor, quis undique cœlo
Sanctorum capitum per maxima mœnia fures
Nexibus implicuit, forbiſq́ auertit apertis
Ac trepidos meritam ad mortem circumtulit error.
Non ego nunc Aron uirgam, nec fœderis arcam
Nec teſtamenti ueteris mea pignora, quot ſint
Quotq́ noui monimenta ſequar, prius aſtra ſerenæ
Noctis, & Oceani numero ſtringentur harenæ
Illa libens ſileo quæ ſponſo magna minori
Quæ uel prima florent, tam multis clara triumphis
Limina, tot celebres domitis regionibus arcus
Inſculptoſq́ Duces inſcriptaq́ marmore bella
Iſta nihil motura animum, & uulgata relinquo
Hæc quidem ex multis reor admiraberis actus
Cæſareos, ut Tarpeio ueſtigia colle
Fatidica quondam ductu montiſq́ Sybillæ
Preſſerit Auguſtus Cæſar, uiſoq́ feratur
Obſtupuiſſe Deo, quid tum niſi talia uoluens
Alme puer, decus æthereum, ſtirps certa tonantis
Iſta tibi ſimul atq́ tuis urbs inclyta ſemper
Præſtabit ſedem, cœliq́ uocabitur ara
Iſte locus, ſurgens matris ſub nomine templum
Tu dominum rerum, charoſq́ habitare nepotes
Omnipotens hac arce iube populoſq́ ſubeſſe,
Atq́ Duces, ualidaſq́ urbes, Regeſq́ ſuperbos.
In manibus Deus ecce tuis, & fata locarunt
Profuerint ne preces, an ſparſerit irrita uentus
Tam pia uerba Ducis, quem tu de pectore noſtro
Perculſos age cœlicolas auerte pauorem
Nobilis ætherei ſupereſt natiq́ patriſq́.
Vltio terrigenis nato commiſſa patriq́
Cuius non animum moueant tam grandia rerum
Nomina ſub noſtras Hieroſolyma ducta ſecures
Vilis & Auſonia uenalis turba ſub haſta
Nec minus admirans Romani fræna tenentem
Principis accipies uiduam natiq́ perempti
Poſcere uindictam, ſimul illum fronte benigna
Impendere pium miſerè dare uerba gementi
Pollicitis captare moras, nempe ipſe reuertar
Lege caput fontis feriam. Contra acrius illam
Obniti, & cohibere manu, Spes iſta futuri,
Qui niſi fortè redis, meus hac ſucceſſor honori
Quid uirtus aliena tuo. Qua uoce coactum
Siſtere prærapidas acies & figere ſigna.
Nec prius auerti quàm iuſto colla nocentis
Supplicio afficeret, lenito pectore tandem
Fœmineo tenuiſſe uiam, uictricibus aſtris
Quo meritò infernis ualida prece captus ab umbris
Nunc fœlix cœlo fruitur, nec fortius ullo
Exemplo flectendus eris, pro coniuge ſupplex
Aduenio, ne temne preces, neu debita differ
Tempus in alterius. Quid quod prius ipſa placebam
Quam tibi uincla forem, pigeat niſi uera fateri
Et niſi ſordet inops, uetus eſt niſi nupta pudori
Congreſſus optare meos faciemq́ ſolebas
An uerear ne chara minus tibi ſim tua, quam dum
Alterius fueram, uulgi mos iſte prophani
Inſperata petis cupide, poſſeſſa relinquit
Et probat, & damnat temerè, & faſtidit, & ardet.
At tibi mens alta eſt, nunquam uulgaria tanto
Corda dedit natura uiro, cur publica differs
Gaudia? cur ceſſas tibi me mihi redde quietem
Italiæ mundóq́ decus, finemq́ malorum.
Quem ſi fata uetant, abſentem proſpice ſaltem,
Et memor eſto mei, nutant ingentia longo
Templa ſitu, laſſiſq́ tremunt iam mœnibus arces.
Prætenduntq́ grauem nullo reparante ruinam,
Rara mihi ueteres ſuperant inſignia formæ
Effigieſq́ antiqua peris, uix illa putatur
Si propè conſpiciar, ſic me fregêre labores
Aſſidui, longuſq́ dolor, uiduumq́ cubile
Coniugibuſq́ orbata domus, tot triſtibus una
Maieſtas inuicta uiget, ſintq́ omnia poſtquam
Ob uia, ſupremus meritis per ſecula ſaxis
Eſt mihi ſacra domus gemino fundata Ioanni
Heu dolor, heu pietas, heu uerſus ad arma uetuſtæ
Relligionis honor, flammis abſumpta nefandis
Tecta diu neglecta iacent, ſuccurre, nec ultra
Nix ſacrum premat alta ſolum, parieſq́ nec imbri
Nec uento aſſiduè circum quatiante fatiſcat.
Impleat hic factis meritum Clementia nomen,
Et tua tangantur noſtro præcordia damno
Quod quondam caput exanimis miranda relatu
Vera tamen memoro, & pallentia contigit ora
Quo furibunda die ſanctis incendia muris
Hæſerunt tremefacta nouo pia turba tumultu
Et circum ſua damna frequens afferre parabat
Auxilium fruſtra nanq́ hinc uiolenta fauillas
Hinc ſumi per inane globos ſimul aura ferebat
Arcebatq́ aditus, iam tum penetralia captum
Dum uacuat trepidus pereant ne cuncta ſacerdos
Pancratij caput exulerat, mediosq́ per ignes
Geſtabat uoti compos. generoſa ſuppellex
Splendidior gemmis, rutilo precioſior auro
Sanguineo ſudore palam lachrymisq́ uiciſſim
Largiter interea monſtrum memorabile ſemper
Manebat, proceresq́ & turbam exterruit omnem
Teſtis adeſt populus. quid ſpem mihi præripit ergo
Lumina uiua negent lachrymas quas pretulit horrens
Sinciput, & ſicci ſtillarunt uerticis oſſa
Quin & Achillei, & ſocij domus inclyta Nerei
In titulos erecta tuos ſuprema minatur
Arcus effigies, ſed adhuc ſpecimenq́ ſuperni
Quatuor alterno radiant ſplendore columnæ
Ille etiam ſuprema tremunt, cuſtode ſine ullo
Auxiliumq́ tuum expectant, miſerere, nec illam
Celſior arx memori tulerit de pectore ſedem.
Non etenim noſtro quamuis cœlum omne tenenti
Pareat, aſtrorum quamuis regat ille meatus
Neglexit terras ideo, rerum ue minorum
Cura fugit meminitq́ ſibi quæ cunabula mundus
Obtulit infanti, quidue an uaga præbuit unda
Obſequij. Quid terra manens, quid flamma, quid æther
Nec tibi iam cœliq́ gradus & ſumma tenenti

Excidat affatus ueteris cognominis unde
Vectus et ad ſuperos: ſolio ſaluator ab alto
Spectat Auentini diſiectum uertice templum
Teꝗ parum fauſtis ſuccurrere mœnibus orat
Infinita ſequor. Quot ſunt mihi tẽpla, quot arces
Vulnera ſunt totidem: Crebris confuſa ruinis
Mœnia relliquias immenſæ & flebilis urbis
Oſtentãs, lachrymaſꝗ mouit ſpectantibus his tu
Affer opem, qui cuncta potes, cui debita ſoli
Noſtra ſalus, uiduæ caſus miſerere malignos
Hoc unum poſt multa precor, breuiore recurſu
Annus eat redeatꝗ ſacer, mundoꝗ ſalubris
Stat morbis medicina patens, ſit proxima culpæ
Spes ueniæ pelaguſꝗ graui iactante procella,
Sit prope naufragium portus, ne littora longe
Dum petimus miſeri medijs moriamur in undis.
Nam quis ad extremæ longiſsima tempora uitæ
Peruenit, aut aui centenos conficit annos?
Non modò tantorum corpuſcula nempe dierum
Præſtat mors natura homini, præteruolat ætas
Viuimus & morimur oculi trepidantis in ictu
Ergo retro metam ſtatuas, quæ crimina mundi
Diluat, abſoluatꝗ reor, & uincula ſoluat
Nec noua res petiuns, nec ſcriptis diſſona ſacris
Quæ tibi nota uni, niſi me tua fama fefellit
Certè ego commemini, dũ quinquageſimus annus
Sanctus in orbe fuit, dominiꝗ hæc iuſſa notaui
Sanctificabis eum, qui noxia cuncta remittet
Et iubileus erit, ſcis quid loquor, annue tandem
Quod tua Roma gemẽs genubuſꝗ affuſa precatur
Nam mihi deuotas quãdo omnia regna cateruas
Tranſmittent, Italiſꝗ pluent à finibus urbes
Lumina ſanctorum cupidamꝗ inuiſere matrem
Tunc dominum licet abſentem complexa uidebor
Ipſa meum, dulces genitrix uelut anxia natos
Coniuge longinquo circum ſua pectora cernens
Seꝗ uirum ſpectare putans complectitur illos
Quos uidet & preſſo ſuſpirat conſcia noto
Sic ego conſpiciens quorum ſumus ambo parẽtes
Meꝗ lareſꝗ meos ſolabor prole frequenti
Perdita poſſeſſis mulcens & triſtia lætis

Nicolao Alfinenſi Siculo, S.

PArthenopea mihi quondam dulciſsima ſedes
Nunc animo, ſed amara eadem nimiumꝗ moleſta eſt
Atꝗ oculis inimica mei, hic nempe ſolebant
Cernere magnanimi fulgentia lumina Regis,
Quem modo nequicquam mors abſtulit atra requirunt
Seu feror in thalamos, ſolio meditorꝗ ſedentem,
Seu dum templa peto ſacras accliuis ad aras
In mentem ſacer ille redit, ſeu uertice ab alto
Qualis erat dum multa loquens mulcentia cœlum
Doctorumꝗ animas hominum ſpectabat in undas
Seu grauiter uiridi ludentem in gramine cerno
Ambiguoſꝗ ſimul populorum abſoluere nexus
Et corpus recreare ſuum, ſeu ſobria feſta
Lætaꝗ largifluæ memini ſolennia menſæ,
Seu dum bella parans uictricia feruidus arma
Corripit ætatem ſupra ſenioꝗ reſiſtens.
Seu dum fortè uagus magna per mœnia fertur
Vrbis, e quo reſidens niuea procerumꝗ ſuorum
Larga acie cingente latus, populoꝗ fauente,
Denꝗ quicquid erat recolens quocũꝗ reuoluor
Horrorem locus omnis habet, uix alma relictæ
Coniugis ora tuens gemitum ratione repreſſi
Heu quanto ſpoliata bono, quo fulgure ſæpto
Quæ tenebras heu iuſſa pati, uicinus planctu
Sola paris miſero domini ſolamen adempti
Hic affuſus enim & uario ſermone iacentem
Compellens, de more queror nihil ille uiciſsim
At mihi libertas ſupereſt ſpacioſa gemendi
Iam fletu ſaxum omne madet, ſi longa manendi
Tempora, conſumet lachrymis ut Byblida turpis
Sic me iuſſus amor, ſed tu miſerere fugæꝗ
Autor ades, meꝗ his tandem eripe pœnis.

Barbato Sulmonenſi, S.

IAm mihi Parthenopẽ, ſic Rex iubet altus olympi
Inuiſam mors ſæua facit, mea gloria quondam
Nunc domus exilij eſt, miſer hic reperire uidebar
Poſſe mihi requiemꝗ mali gemituſꝗ leuamen
Addidit heu lachrymis ſtimulos alimenta dolori
Ipſe locus crucior, mecum quoꝗ feſſa laborum
Flet regio, quoniam cupidis euanuit ingens
Sol oculis fuſcaꝗ diem ſub nube reliquit
Nunc mihi ſyderum dolor eſt nouiſſe Robertum
Aut uultum ſpectaſſe polo terriſꝗ uerendum
Quo ſubitò cariturus eram, nam dulcis amanti
Frons memori ſub corde uiret, nec regia deſunt
Munera quæ luctum renouãt faciantꝗ perennem
Linquere dilectas terras & littus amatum
Conſilij mihi ſumma fuit Regina benigno
Alligat imperio, ſibi me parere ſepultus
Ille iubet, fuerat noſtri cui ſumma poteſtas,
Sed dum iuſſa ſequor noctes cunctanda dieſꝗ
Præterijt mihi tempus inere, non carminis ulla
Cura ſacri, nullo ſparſas modulamine Muſas
In numerum reuocare iuuat, libet uſꝗ uagari
Mœnia dum fugiam, dominiꝗ palatia capti
Te comitem mens ægra cupit, non dulcior alter
Colloquioꝗ graues mulcere potentior aures
Et mihi Pyeridum ſtudium, ſibi cœlitus orit
Spiritus altiſoni, titulus ne deſpice uatis
Te manet extremo, uertis niſi terga labori
Quod uereor minimum, calamum precor ergo perumpe
Pone fatigatum, & propera, neu forſan amicus
Pes iter ignotum trepidet, dilecta Liro
Littora, quaꝗ biceps aperit iuga celſa Veſeuus
Sit ſatis aſpexiſſe procul, cui flammiger olim
Fumabat uertex, Sicula uelut æmulus Aethna
Obruit infauſta Pleiadum membra fauilla
Inſula nec capreæ placeat: nam præripis Auſter
Aequora permiſcens aditum, nec longius ire
Hinc habitus promiſſa dies, tempuſꝗ propinquum
Hinc dominæ mandata ſinat, uicina Maronis
Buſta tui, ac tanti cinerem mens certa Poëtæ
Siquis adhuc ſupereſt longis inuictus ab annis
Viſere & horrifico pertuſum tramite montem

Barbato monſtrante meo, Baiasq; tepentes
Lucrinumq; ſitum, faucemq; informis auerni
Vnde iter ad ſtygias ſedes, manesq; torui
Sceptra ducis, ut uera canunt, mihi ſaua uidere
Hoſpita ſuffecit, ne triſtia limina tangam
Eminus oſtendens digito, quo colle profundas
Aeneas tranſnauit aquas, comitante Sybilla
Cui ſocium commiſit humo nomenq; ſepulti
Quo modo collis habet ueteri mihi cognita fama
Parte enim, iuſſa quondam pars altera regis
Viſa quidē propere, quoniam dum dulcia ſemper
Flumina uerborum ſitiens ſequor ipſe ſuorum
Defuit incepto ſpacium periiſſe putabam
Tempus ab illius facie quodcunq; fluebat
Longius inuidit noſtra fortuna quieti
Praeciditq; moras, nec dum ſatiatus ab illo
Diſtrahor, hinc felix paruo quod tēpore quanquid
Haud alta permixta fuit mea ſacra uoluptas.
Praeterea partem in pelago cupidiſſimus hauſi
Multa mihi rauco puppis memorante magiſtro
Nil niſi Miſenum toto cum litore noſſes
Pars ſcriptis credenda fuit, tu cernere coram
Cuncta dabis caraq; diem mihi muneris inſtar
Solis ad occaſum tribues peregrinus ad ortum.

Nicolao Athenenſi S.

Immemor haud ueſtri quamuis me longa uiarum
Taedia per dubios caſus nimioſq; labores
Mente fatigatum potius quàm corpore tandem
Reddiderint patriae, pes ut ſua preſſerat arua
Dextra labans calamū rapuit, ſed magna parantē
Viribus exiguis, oneri ſuccumbere par eſt.
Qui ſolem lippis oculis tentare putabam
Lumine confuſus ſtupui tua iuſſa precesq;
Tangebant, urgebat honos meritumq; peremptī
Regis & aſſurgens ſignare in carmine buſtum
Ingenium tardabat mors, res maxima Regem
Et Siculum laudare ſatis, ſtupor ora ligarat
Cunctantem, pungebat amor quid multa coactus
Grande opus aggredior, paucis perſtringere uerbis
Sed dum coeleſtem mortali carmine famam
Proſequor, eloquium medio me liquit in actu
Si breue, da ueniam, quòd ſi te iudice forſan
Anguſtum uerboſa premens epigrammata marmor
De me ſuperuacuum me permittente, tuoq;
Temperet arbitrio titulum manſura ſepulchri
Denique uerſiculos quos mens lachrymoſa peregit
Qualeſcunq; putas placido precor aſpice uultu,
Si tibi charus erat, quem mors modò triſtis abegit.

EPITAPHIVM ROBERTI, HIeruſalem atq; Siciliae utriuſq; Regis, Fran. Petrar. V. C. Authore.

Hic ſacra magnanimi requieſcunt oſſa Roberti
Mens coelum generoſa petit, nunc gloria Regum
Interiit, noſtriq; ruit decor unicus aeui.
Militiae flos ſummus erat, ſpecimenq; uetuſtae
Indolis, egregius bello, ſed pacis amicus
Hoc duce Barbaricum poteras Hieroſolyma collo
Excuſſiſſe iugum, poteras hoc arma mouente
Pellere peſtiferos Trinacria ſerua Tyrannos
Rex erat ambobus, mors impia clauſit utrique
Libertatis iter, meritò gemit utraq; tellus
Seruitio damnata fero, hac gratia linguae
Nec minor ingenij laus, hūc quam gloria dextrae
Extulerat, ſiluit ſacra tuba maxima legis
Qui ſuper eſt alias natura conſcius uſquam
Herbarumq; potens, nitidi ſpectator olympi
Morte ſua uiduae ſeptem concorditer artes
Et Muſae fleuere nouem, dulcedine morum
Angelicus, factisq; fuit, patientia templum
Pectoris huius habens illo pereunte peribat
Omnis in hoc uirtus ſecum iacet orba ſepulchro
Acceptus fuit ille Deo, uenerabilis orbi
Tranſcenditq; hominē, gemitu prohibētur maligno
Digna nequit calamus tanto praeconia Regi
Reddere, ſed terras canit hūc ſua fama per omnes
Aeternumq; canet nullum tacitura per aeuum.

Gabrieli Zamoreo Parmenſi S.

Solus eram, dulcesq; aberant mea cura ſorores
Caſtaliae quas moeſtus iners à limine longè
Expulerat noſtro, patriumq; Helicona tenebant.
Cura animum, ſcabies dextram, importuna uagantem
Huc illuc uerſabat agens, lux alma quietem
Nulla diu dederat, tacita nec tempora noctis
Abſq; dolore truci, nec ſomnus amicior umbris
Tranſierat, calamusq; piger, ſqualensq; papyrus
Puluereq; obducta ſitu & manus aegra iacebat
At taciti ſtratis aderant ueteresq; libelli
Inuiſi medicina mali, titulumq; ſecutus
Illuſtrem, Ciceronis opus, finesq; bonorum
Attigeram, tanta implicitos caligine rerum
Vt niſi diuini qua lux intermeat oris
Hanc patriam errorum uarijs ambagibus illo
Tempore poſſeſſam fatear, ſed latius iſta
Sunt alio tractanda loco, nunc uertitur unde
Sermo abijt, ſic ergo inhians auidusq; notandi
Quid ſyluam tanta pugnantia multa loquentum
Verius haerebam charus tacitusq; manebam
Meq; ipſum, curasq; alias oblitus inanes
Cum mihi uiſus eram uolucres audire Camoenas
Et redij ſpectare chorum, dulcedine mira
Impleor, ecce autem tua diues epiſtola blande
In gremium delapſa meum niſi fallimur inquam
Haec fert grande aliquid reditus ſic ille ſororum
Improuiſus enim ſic nominis ampla meretur
Fama tui, nunquamq; alias, uox conſonātia uulgi
Nam facies mihi nota parum, nec aperta fefellit
Nec decies perlecta quidē, tamen ora legentis
Inuaſit pudibunda rubor, teſteſq; uocauit
Pierides, mihi tam magna praeconia famae
Non optata quidem, nec debita ſufficit unum
Parnaſsi tetigiſſe latus, collisq; ſupremo
Vertice praeclaros procul aſpexiſſe Poëtas
Si tamen aſperior ferias fortuna dediſſet
Nec mundus ſtrepuiſſet iners fortaſſe parumper
Aſcenſurus eram nunc me ſuper aſtra locantem
Irridere putem, niſi te tua cognita uirtus

Suſpitione leuet, ſed in his non immoror ultra
Nam laudes damnare ſuas peruerſa uoluptas
Eſſe ſolet multis, dum puod fugiuntq́ negantq́
Calle petunt alio, quoniamq́ his pondere paruo
Prægrauat inualidum calamus, creſcensq́ fatigat
Iam tremulã ſcriptura manũ ſtat claudere carmen
Prora fretum, facilem puppis iam ſpectat harenam
Fœdus amicitiæ, uotis mihi nempe petendam
Expoſcis, uereor nequid modo fama uetuſto
More loquax mentita tibi, præſentia uero
Neu faueat noceatq́ mihi tamen ecce precanti
Occurro, cumuloq́ preces, tu uideris ante
Quæ cuperes quã parua forent, contra ipſe ſecũda
Sorte fruar, cui mille dolos, cui mille rapinas
Vulnera mille uolens tanto pro munere dono
Vtq́ animi tibi ſigna mei manifeſta pateſcant
Mittitur errorem quæ purget epiſtola certi
Nuncia, quàm fragili conſcendimus alta uolatu
Remq́ ſupergrediens quantum ſpes pectus amici
Luſerit hæc autem intrepidus iam factus amoris
Iuditij tam tutus ago, nam ſera profectò
Quos ſemel elegit damnat ſententia mores
Partius aut ſolito, ſed dilige certior ergo
Vt ſumus abſimili quanquam ſecernimur aſtro
Nec factis, nec uoce pares diuerſa ſub unum
Mittit enim duo colla iugum qui maxima paruis
Aequat amor, Regem ſeruis, inopemq́ potentis
Hic catulum magno commendat ſæpe leoni
Hic olim Auguſto Flaccum dedit atq́ Maronem.
Euripidẽ Archelao, nec Barbarus obſtitit horror
Iuſsit & ut noſtro rudis Ennius ille placeret
Scipiade in patrem lauri uenturus opimæ
Et uitæ mortisq́ comes, cuſtosq́ ſepulchri
Hoc Duce ſi tantis ſim connumerandus, amauit
Me quoq́ Rex regum fuerat dum uita Robertus
Et modò magnanimus humilem non deſpicit iſte
Deniq́ fœderibus ligat hic elementa poloq́
Herbis conciliat pluuias atq́ aſtra lapillis
Vallibus hic montes ſociat terrasq́ profundo
Hic hominemq́ Deo & cœlum connectit auerno.

ZOILO S.

Diſtrahis atq́ animum curis melioribus auſers
Et calami peruertis iter, fueratq́ tacere
Cautius, at ſtimulis reſidem pungentibus urges.
Da ueniam, ſi uera loquor, licet aſpera dictu
Cogor enim, ſtudijs emitur, ſequiturq́ laborem
Laurea perrarum decus, atq́ hoc tempore ſoli
Speratum optatumq́ mihi, quis neſcit agreſtum
Præmia poſt meritum, pudet hoc dubitata diſerto
Si dubitas uere, quod ſi tentare libebit
Certe alio tentandus eram tibi fortius ictu
Vt quaterer, quid enim lux ergo nouiſsima fortè
Expectanda fuit iungendaq́ pompa ſepulchri
Ac pretium ſtudij, ſi debita fine laborum
Laurea non aliter, non hanc Aeneide ſacra
Virgilius meruit non qui Pharſalia tempe
Sanguine compleuit Latio, licet ille negato
Calle petens, alia tulerit ratione repulſam
Cognita commemoro. quid? quod ceu ſponſa decorem
Arguor Hæmonia lauro geſtaſſe coronam
Florea uirginibus ſunt laurea certa Poëtis
Cæſaribusq́ ſimul parq́ eſt ea gloria utriſq́
Arguor impropriè, ſed quid uir prouidus addit
Vidimus ornatum lauro, quem protinus inquit,
Non prius audieram uelut omnia pulchra relatu
Audieris, quàm multa mihi licet ampla tibiq́
Non audita putas, nam quantula portio rerum
Vnius ingenij laus eſt, decet alta modeſte
Cernere ſeq́ prius, ſed enim mea carmina nunquã
Sunt audita tibi, uerum legit illa Robertus
Conciuis meus egregius, quem Iulia noſtro
Tempore Parriſeos ſtudiorum tertia nutrix
Suſpicit, & toto uenerantur ab orbe magiſtri
Tuſcus & Aeneas legit, & Rainaldus in antris
Altus Apollineis, ingens legit illa Ioannes
Barbatus legit illa meus, ſocijq́ fideles
Auribus excipiunt cupidis & pectore ſeruant
Vt cunctas liuor, ſeu ſors obſtruxerit aures
Ipſe mihi Muſisq́ canam plauſorq́ pudendus
Ingenij nec frena mei, nec calcar habebit
Cur redit in dubium totiens mea laurea? nunquid
Nõ ſatis eſt meminiſſe ſemel? decuitne per urbes
Circumferre noua uiridantia tempora fronde?
Teſterq́ greges hominum populiq́ fauorem
Infami captare uia? laudarier olim
A paucis mihi propoſitum, quid inertia uulgi
Millia conſulerint, quid murmura uana theatri?
Ergo ne Trinacrio minor eſt mihi carmine Regi
Gloria quàm turbæ paſsim placuiſſe furenti,
Reginaq́ minus capitolia profuit urbis
Scandere, quàm uacuas luſtraſſe paludes
A uia quàm nemorum rudibus quàm rure colonis
Atq́ inopes ſparſasq́ caſas, incognita noſtro
Carmina noſtra foro, quid ruſtica mœnia uobis
Obijciunt, quo ire fremunt, ſatis eſſe putaui
Terrarum petiſſe caput, qua uictor in arcem
Signa tulit ſumma ſecurus ſede quieſcat
Extremas in forte iubes ambire cloacas
Fingentem obſcœnis uictricia poſtibus arma
Noſcor ubi placitũ, laudat mea carmina Tybris,
Parthenope ſtudioſa probat, nec terra Naſonis
Reſpuit aut Flacci, nec qui Cicerone ſuperbit
Ciue ſimul Maricq́ locus, nec Gallia noſtri
Inſcia, nec Rhodanus, quid inepta Colonia tantis
Vna nocet titulus, fului cui gratia nummi
Ventris amor ſtudiumq́ gulæ ſomnusq́ quiesq́
Eſſe ſolet potior ſacra quàm cura poëſis.
Mantua Virgilium genuit, Verona Catullum.
Et Plinios noſtrosq́ aliquot ſeruauit in annos
Vrbs Antenoridum quantos celebrauit alumnos
Nũc, quõdã numerare labor, quot Cimbria ſuper
Secula Pergameum uiderunt noſtra Poëtam
Cui rigidos ſtrinxit laurus Paduana capillos
Nomine req́ bonum Latijq́ in finibus orbis
Pierios animos alpis tulit ora niuoſa
Parma æuo collapſa ſui monumenta Macrobi
Oſtentat, ut tus uſq́ nouo me carmine ſaxum
Nobilitare iubens, eadem nec degener urbe eſt
Caſtius has inter docta urbs tua ſola carebat

Vate diu proprio; niſi te ſibi fata tuliſſent
Purgantem patrias calami ſplendore tenebras
Longaq́ carnificis abolentem obliuia terris.
Caucaſeum Romana iugum tranſcendere fama
Diſtulit, Europæ iam tunc Aſiæq́ tremenda
At mea quod ueſtræ nondũ ſit cognita plebi
Ceu tenebris damnata iacet, ſi rediua pridem
Eſt ratio reddenda iterum, noua gloria Regum
Rex Siculus cælo pro me reſpondet ab alto
Qui modò dum terris habitat mihi numeris autor
Maximus inſoliti famam inuidiamq́ relinquit
Adyciens cauſam, quòd opuſcula iudice tanto
Noſtra forent tanti, melius ſibi cognita forte
Quàm tibi, nocturnas ſtudijs grauioribus horas
Surripiebat enim uigiliq́ ingeſta lucernæ
Immemor interdum, cœnæ ſomniq́ legebat
Meq́ tibi ignatum tanto dignatus honore eſt
Vt procerum primis ſub regia tecta uocatis
Plurima noſtrorum caneret præconia laudum
Vera utinam, quàm uera tamen Rex uiderit ipſe
Quin etiam magno pro munere petita eſt
Africa noſtra ſibi memini ſuprema benignus
Oſcula, & heu nunquam fatis iteranda parabat
Quum duo dona pio placidiſsimus ore popoſcit
Obſtupui, quid enim immenſo donare puſillus
Poſſe uidebatur, ſed quid niſi carmina uellet
Largus opum, diueſq́ animi & uirtutis amator?
Carmina menſuræ ſedem tribuentia famæ
Hoc petijt primum, pectus calamumq́ pudenter
Excuſa, fragileſq́ humeros ſub pondere tanto
Inſtat ab aduerſo, dubia lis ſine reſedit.
Conceſsiſſe ſibi ut uidear mihi prima negaſſe
Proxima dona libens tribuo cui dignius aulæ
Scipiade mittendus erat, at perfida & altis
Inuida principijs illum fortuna repentè
Suſtulit interea, nunc tanquam lumine rapto
Neſcius in tenebris liber eſt: qua flectere curſum
Cogitet & toto nullum uidet æquore portum
Heu cineres buſtumq́ petet, qui turbine quanquã
Dilatus uario, multos abſumpſerit annos.
Si foret hic ueſtram tantum mittendus ad urbem
Iam ſatis exornatus erat mihi crede ſuperq́.
Sed dum multa timet uenturaq́ ſecula terrent
Hæret adhuc tacitus, cuius ſi laurea ſeruum
Expectaſſet iter quod mens præſaga timebat
Mortis ab inſidijs iam circumuenta fuiſſet
Hinc prior ille abijt, cuius poſt funera nullum
Examen ſubiturus eram, nam maximè nondum
Tu mihi notus eras, fateor mea crimina tempus
Anticipaſſe iuuat, quamuis nec pauca uiderem
Scripta mihi iam non laudari carmina Vari
Nulla meos feriunt oculos, tamen inclyta pectus
Fama ferit, ſcriptis ego ſum tollendus in altum
Hic ſine nullus ero, nunquid tamen illa probari
Eſt opus & uulgo, titulo caruiſſe Poëtæ
Abieciſſe graues ſpoliato uertice remos
Maluerim & longis latuiſſe inglorius annis
Hactenus hæc noua lis oritur quo tramite uertar
Conquerar an taceam, riſumq́ refellere riſu
Sufficiat, riſum moneo, ſic uita meretur
Noſtra quidem fateor, ſed nunquid carmina riſum
Promeruere etiam lachrymas quæ ſæpe ſi ueris
Extorſere oculis, ſic triſtia fortè uolutant
Nunc mea fata uices, ut qui rorantia uidi
Inclyta Romulei dum proloquor ora ſenatus
Rapis & indomiti frontem pietate remiſſam
Ridear ignaua, proh ſors malefida popello
Altera legitimæ ſupereſt mihi cauſa querelæ
Quis modus audendi, quæ ue iſta licentia fandi
Tela fremens Helicone rapis, quibus agmina uatũ
Ineptis & noſtros in nos accingeris enſes
Ante alios Flacci, cuius te ſcripta monere
Occiput ut ſcabitur, tenero nec parcitur ungui
Vate ſacrum decies clam caſtigante poëma
Debuerant, rigidamq́ notis adiungere limam
Mendaces uocitare quidem inſanoſq́ Poëtas
In primis furor eſt, mendaxq́ inſania, uerè
Vera canunt, aures quanquam fallentia ſurdas
Has etenim ſpreuiſſe licet puerilia uatum
Hæc ſtudia appellas puerilis ineptia quorſum
Impulit errantem calamum, puerilia Cæſar
Iulius & toto regnans Auguſtus in orbe
Tractarunt igitur, quædam diuina Poëtis
Vis animi eſt ueloq́ tegunt pulcherrima rerum
Ambiguum quod non acies, niſi lyncea rumpat
Mulceat exterius tantum, alliciatq́ tuentes
Atq; ideo puerisq́ placet, ſenibusq́ uerendis
Inſanire licet, fateor mens concita clarum
Seq́ ſuper prouecta canet, uulgaria oportet
Linquere ſub pedibus, magnũ hic ſubſiſtere nullũ
Cenſuit ingenium, niſi ſit dementia mixta
Iudice qui populo, docti cognomen habere
Capit, & altiſonum, ſi quis poſt terga Platonem
Dixit idem cunctis, quæ tanta inſania uatum
Quæ rus ulterius medijs nos pellit ab urbe
Sed paulum expecta, iam ſponte recedimus omnes
Et nemorum ſecreta placent, turbamq́ nocentem
Odimus, ac læti campis ſpatiamur amœnis
Hinc quia proſpexit cui primum publica curæ
Res fuit, aduerſos populi uos moribus illum
Moribus infeſtum ueſtris ſtudioq́ futurum
Diſcreuit populo ſtrepitum, rus uatibus almum
Solimagis, nemoraq́ bonus reddit ocia ſyluæ
Liberiusq́ ſolum, nam quæ mixtura perennis
Hos ſtupor attonitos alti caligine ueri
Has autem mœſtos ſemperq́ quietis egentes
Turbida ſolliciti tenuiſſent tædia uulgi
Conſultum hinc, illinc, igitur non urbibus, atri
Pellimur exilio ſequimur meliora uolentes
Nonne Deum primos olim quæſiſſe Poëtas
Inquit Ariſtoteles, num ſanctos cælitus aura
Diuina afflatos & munera rara Deorum
Marcus ait Cicero, fautorq́ domeſticus omnis
Exulet, externi cauſam tueantur honeſtam
At noſtros niſi fatè uetat ad roſtra uenire
Vicimus haud dubiè, quis præclariſsima bella
Heroum, moreſq́ graues & nomina noſſet?
Quis ſtimulis animos ageret per mille labores
Perq́ altum uirtutis iter, quis triſtia uitæ
Demeret implicitæ dulci faſtidia cantu

Ora forent, quaſi muta hominum, ſi ſpiritus orbi
Deforet Aonius, uirtus ignota lateret
In ſe clara licet, ſtudioſiq́ impetus omnis
Torperet linguæ nam fundamenta Latinæ
Nulla forent, quibus egregiæ ſtant ſedibus artes
In quibus omne procul nobis oſtenditur æuum
Noſtraq́ uenturis longum ſeruabitur ætas
Hic tamen occurret Cherilus, uel Aquinus ait qui
Tempus in inſanum multum poſuere libello
Scriptorum plebeia cohors, ſed dic mihi quæſo
Quæ nam turba hominum multos non paſcit inertes
Rara quidem ingenij bona ſunt ſemperq́ fuerunt
Semper erunt, paucos altum tenuiſſe uidemus
Aſpice Virgilium, nunquid pueriliter unum.
Terrarum cœliq́ plagas & ſydera luſtrat
Iſta palàm quam multa latẽt, quid fratribus atris
Aeolus imperitat, aut quid ſuperaddita moles
Montis & ipſe ſedens ſublimi uertice rector.
Quid pius Aeneas, ſocius quid ſignat Achates
Quid Venus ambobus media uelit obuia ſyluæ
Quo peregrina uirum circumdet corpora nymbo
Qua nubem ſub nube tegat, quid cantat Iopas
Quid Bithias magno patere bibat impiger hauſtu
Quid uehat aſper equus, miſeraq́ incendia noctis
Inſultansq́ Sinon, genitrixq́ affixa furenti
Inter tela duci, mox ut digreſſa per umbras
Apparere Deos infeſtaq́ numina Troiæ
Quo feror? hic nullum inuenies ſine tegmine uerſum
Prætereo reliquos, quid Flaccus Horatius ardens
An læuam dextram ue uenam monſtrare uidetur?
Et magnum formare uirum, ſed noſtr. s relinquo
Orpheus, Amphion, uel natus Apolline Linus
Atq́ parens Muſæus, & quos mirata Deorum
Gratia ſubſcribit Statius pueriliter æuum
Tam longum peperere ſibi quid protinus alto eſt
Altius Euripide, magno quid maius Homero
Quæ loca, quos portus, gemino quæ littora ponti
Quæ freta, quas claſſes quæ prælia quos ue ferarum
Quos hominum motus, oculis, quibus ipſe carebat
Non ſubiecit, enim mores populiq́ Ducumq́
Pinxit & è numero plebis ſecreuit Vlyxem.
Quem mihi non uana circumtulit arte Charybdim
Sirenumq́ modos & amantis pocula Circes
Quid moror in uerbis ſacri, nec dogma Platonis
Nec Socrates aliud, titulum nec nacta ſophiæ
Cætera turba docet, quam quod cantare ſolemus
Dicet ad hæc aliquis, cur per iuga celſa fatiger
Huc uix affert humilis, mens delectata laborem
Spernit ad hæc breuitas memorem ſuccincta reliquit
Et dulces iterare ſonos iuuat uſq́ legendo
Certus abhinc ueniæ pueros uocitare memento
O famoſe ſenex atq́ inclinare caueto
Cœleſte ingenium, & uatum ueſtigia uita
Inſanum hoc genus hominum, piget illa deinceps
Vana ſequi, uiſis nobis ut paſcitur hircus
Neſcio cui merces ea ſufficit, eſt mihi fama
Immortalis honos, & gloria meta laborum
Corniger at quantum tegat hic ſub pellibus hircus
Quod neſcire putat, ſoccos bonus atq́ cothurnos
Præmia muſarum, tandem ſtatuiſſe uideris
Falleris, eſt habitus quem ſecula noſtra licenter
Poſtpoſuiſſe uides, poſtquam deferbuit ardor
Pierius ceſſitq́ retro, quo nomine ſigner
Reſpondere iubes, an ne ad prætoria uentum eſt
Iure agitur mecum, conſignatisq́ tabellis
Qui ſim, quem ue ſequar callem ſtylus ipſe tacente
Me loquitur, num plura iubes, ſed epiſtola finem
Longa petit, dabitur quam ſi ſonuiſſe putabis.
Altius excuſet pateant aures o tuliq́
Gloria nulla etenim uerbis optata ſuperbis,
Nulla petita mihi, tua me uiolentia adegit
Nec loquor, ut læſi uindex Heliconis an ille
Hoc eget auxilio tantis armatus alumnis
Præcipuè, quia quo ſecum pugnare paraſti
Plumbeus eſt gladius faciliq́ retunditur ictu
Nec uelut aſſertor proprij cognominis arma
Muſarum pro parte tuli, ſed turpiter illas
Maieſtate ſua ſacro ſpoliarier auſis
Quis tacitus perferre queat quæ perlegis autem
Non tibi dicta putes, ſed qui te bella mouere
Compulit, agnoſco ingenium Muſisq́ ſacratum
Inſcriptis dilecte tuis, illumq́ profectò
Quiſquis erat mordax nunquã tibi cognita peſtis
Inuidia urebat, ſic nobilis Africa ſurgat,
Sic mihi uirgineus clauſa penetralia Cirrhæ
Rite chorus reſeret fautorq́ ſupernus Apollo.
Tu tamen hoc illi noſtris chariſſime uerbis
Dic precor, ut quotiens alieno inuidit honori.
Inuideat ſtudijs pulchro inuideatq́ labori.

Luchino Vicecomiti Mediolani domino, S.

ARgolicas ſi fama uolans uulgata per urbes
Arboris Auſoniæ quondam dum ſplenduit auo
Aurea Saturno terris regnante fuiſſet
Vt reor Euriſteus nunquam tot ferre labores
Cogeret Alcidem, ſua ditia poma draconi
Hortulus Heſperidum malè cuſtoditus haberet
Hoc potius mandaret opus, nec uinceret aurum
Natiui dulcoris opes, fœlicius omni
Aes Latium tellure quidem præfertilis ora
Italiæ, quam fulua Ceres uiridisq́ Mineruæ
Purpureus quã Bacchus amat, tu frondes aprit
Florea mellificis apibus, pecoriq́ uiciſſim
Paſcua, & irriguis latè pulcherrima pratis
Tu redolens hortis, uarijs ſcatebroſa metallis
Arboribusq́ uirens, ſyluis umbroſa neceſſe
Alitibusq́ ferisq́ frequens, uenatibus apta
Aucupioq́ placens, lacubus piſcoſa profundis
Fluminibus diſtincta uagis & portubus omne
Tuta latus dupliciq́ ſedens circumflua ponto
Mirificis inſignis aquis, & aprica recuruis
Vallibus, aſſurgens iugis æſtate niuoſis
Perq́ hyemes medias ad littora uere benigno
Temperieq́ fruens, cœlo tranquilla ſereno
Semper odoriferis nebulas purgantibus Euris
Vrbibus ampla tuis atq́ arcibus alta tremendis.
Conſilioq́ uigens, populisq́ inuicta ſuperbis
Et terra pelagoq́ potens ac rite ſupremum
Imperium teſtata ſitu, ceu calcibus orbem

Conculca

Concurias ſimulq́ loco prætendis Hydruntem
Brundusiumq́ bicepe arthois obycis undis
At metauni qua proſpicis hoſtia Phœbi
Flexa Crotona tegit, Graiumq́ à ſtirpe Tarentum
Plantæ pedis, regium Zephiros à pollice frangit
Neapolis ſure medium, femur occupat altum
Latium, & extantes thyrreno in flumine piſces,
Vrbs Venetum diuerſa tenet, ueterisq́ Rauennæ
Mœnia, & Ariminum terrarum terminus olim
Ac ſolus Hadriaci rabies quam deſpicit Anchon
Quid Mediolanum medias, quid grande medullas
Robur alit, Patauumq́ potens, fortemq́ Veronam
Quid modò te memorem ſtudioſa Bononia, uel quid
Te genitrix mea chara loquar Florentia quondam
Squalida nunc, populiq́ manu lacerata furentis
Ac nunquam iam ſtare ualens, quid carmine longo
Littus utrunq maris, medij quid proſequar imum
Montis utrunq latus feries immenſa Rheate
Centrum habet ualidoq́ ingens ſtat poplite Roma
Cuncta mouens, rerumq́ caput domus alta tonantis
Ac ſedes terrena Dei, terrorq́ ſubacti
Orbis, & innumeris cælo exæquata triumphis
Salue belli potens regio, pacisq́ magiſtra
Ingenijs ornata ſacris quæ condita dulci
Eloquio excellens cunctas quas maximus ambit
Oceanus, nulliq́ ſatis laudata uirorum
Et longum generoſa parens, mihi latius ipſe
Fortè alio cantanda loco, nunc obtulit arbor
Materiam fœcunda breuem, quòd dulcia tellus
Itala de ramis legeret non aurea poma
Iudice certa loquor guſtu pars ultima laudum
En glaciale pirum ſeſe commendat abundè.

Paulo Hannibalenſi Romano S.

DVm memini moresq́ tuos faciemq́ benignam
Verbaq́ magnanimum liquido teſtantia pectus
Tædia longarum & diſcrimina mille uiarum
Contemniſſe tuum, terris opacus det undis
Tantus amicis erat nimio conſtare labore.
Nec poterat penetrantem enim peregrina furentes
Littora, nec ſcopulos pelagi, nec monſtra timentes
Vrget auaritiæ ſtimulus, proh quantula mortis
Præmia Barbaricis aurum rapuiſſe cauernis,
Maternoq́ ſinu nitidos pepuliſſe lapillos.
Vel piger exiguum ramo legiſſe migranti
Sordet amicitiæ ſtudium, contraria longè
Mens mihi, non ſido nullus par cenſus amico
Nullo auro penſanda fides, tua cognita latè
Fama quidem tibi me, mihi te, nec fama profectò
Nec uirtus, ſed fata dabant, traxiſſet ad indos
Spes tanti longinqua boni, natura peperit
Hos mihi circuitus, terrasq́ habitare propinquas
Nos uoluit, tempusq́ dedit concurrere in unum
Obſtitit et rerum cumulus, nec longa uidendi
Libertas & ſera fuit, raptusq́ reuellor
Ex oculis optare tuis, hoc præſtitit autem
Præſentem uidiſſe ſemel quantum libet abſens.
Vt præſens uideare mihi, & quæ plurima mecum
Dulcia melliſluo gradiens ſimul ore ferebas
Mœnia dum lacera ſpecimen miſerabile Romæ
Monſtrares digito, meq́ inter ſingula uerba
Aſpiceres oculis rorantibus, ultima dicens
Hæc mihi labentis patriæ fragmenta reſeruat
Sors mea, ſuſpitioq́ libens, nec ſoſpite paulo
Funditus ita ruens manibus conuulſa nefandis.
Latebat, memoriq́ nihil ſub pectore ſedit
Altius, agnoſco Romanæ principis ingens
Propoſitum, mentemq́ piam, nunc pacta repoſcent
Roma ſenex iuuenem rogitat miſerere cadentis
Pollicitisq́ mane, celſum decet ardua rerum
Cura animum, decet euentus ex corde ſecundos
Vrbis amare ſuæ ſaſus prohibere malignos.
Suſtentare manu feſſam releuare iacentem
Non tibi ſed patriæ ſatus es, cui iuſtius armos
Subjcies oneri, quæ ſarcina pulchrior uſquam?
Nec te parua manet ſeruatis fama ruinis
Quanta quòd integræ fuit olim gloria Romæ
Reliquiæ teſtantur adhuc, quas longior ætas
Frangere non ualuit, non uis, aut ira cruenti
Hoſtis, ab egregijs franguntur ciuibus heu heu
Quæ rabies occurre malis, hoc ſcilicet unum
Eſt ubi te prorſus maiorum à ſtirpe tuorum
Degenerare uelim uigeat Mauortia uirtus
Militiæq́ decus, nitidi ſit larga metalli
Sit ferri ſecura manus, perduret equorum
Regis amor, ſtudiumq́ canum culturaq́ ſyluæ
Artes nobilium liceat proſternere turres
Immeritas patriæq́ in uiſcera mergere dextras
Si neſcis hoſtile opus eſt, ſed forſitan error
Hunc patres tulit ille tuos, ut mœnia ſacræ
Eruerent urbis, quòd ſe de ſanguine natos
Hannibalis iactare ſolent. mirabile non eſt
Hæredum ſi iura tenent, quodq́ ille nequiuit
Perficit hic aries, tua fortia pectora mendax
Gloria non moueat, quanquam clariſſimus ille eſt
Artibus armorum, magnum tamen impia nomen
Aequat acta Ducis parq́ eſt infamia laudi.
Nota loquor. fuerit potius tibi ſanguinis auctrix
Scipiadum diuina domus, noua nomina ſumens
Hoſtibus à domitis, Afroq́ ex more ſubactus
Hannibal hæc domi dederit cognomina ueſtræ
Ergo age tantorum ueſtigia fortis auorum
Ingredere & patriam ſupremo in tempore ſerua
Ac pius annoſæ baculus precor eſto parenti.

Lancelotto Placentino S.

MIrabar quo te ſubitus præceps ue tuliſſet
Impetus, ut cultor diuum tibi more Poetas
Semper, ob unius odium fortaſſe procaci
Vulnere tentares potuiſſem parcere ſi me
Non Helicona ſimul totum furor ille notaſſet.
Cœperat indignans calamum manus, ira iuuabat
Aſpera mordaci componere carmina uerſu
Sed trabe nodoſa grauior paſſusq́ per omnes
Subſiſtens hæc uerba dabas, uiolenter amicum
Armor & immeritum, ſcelus ut patiemur inultum
Duc age, duc quo iure licet, dum talia mecum
Ille ageret ſonuit querulo ſub carmine limen
Nuncius ante foras aderit tuus omne ſenis

Quid ueheres, teſte purgas, & crimina certa
Vertis in Autorem, frons eſt notiſsima uero
Illicet agnoſce'q dolum, calamum'q morantem
Abſoluo, mox'q hunc alacrem cupide'q ſequentem
Quo ſe cunq trahat, detectum Ieſu in hoſtem
Dirigo nec paucis purgata calumnia uatum eſt.
Ille tamen fruſtra taciens mihi ſemper abibit.
Speratum'q meo nec habebit carmine nomen.
Nunc ad te redeo, quod nondum tranſfuga colles
Aonios, fontem'q colis urbem'q profanam.
Effugis ingenuas calcantem ac deſpicis artes
Gratulor, hac uia te ſuperas attollet ad arces
Seruabit'q diu populo pereunte caduco
Concepti ueniam'q precor ſermonis, at ille
Obſtrepitor ſi liuor eum tam feruidus urit
Supplicium, ut tacuiſſe putet, ſi tanta uoluptas
Ocia noſtra ſitis ſtudium'q laceſſere uerbis
Quid ſtruit inſidias, campo ſe credat aperto,
Subſcribat nomen'q ſuum, nec ſe tegat umbra
Nominis externi, proprijs'q occurrat in armis.
Nanq Menœtiades galea mentitus Achillem
Cuſpidis Hectoreæ cecidit male genitus ictu.

Ioanni de Columna Cardinali S.

IMpia mors quotiens oculos calamum'q fatigas
Carmen & in lachrymis, lachrymas in carmine miſces
O genus humanum, & longè ſors peſsima uitæ
Cernere charorum pallentia corpora ſaxis
Obruta, fundendos totiens auellere canos,
Et uiduam longa traducere morte ſenectam.
Lumina quis morientis erit, qui condat humeti'q
Si pergis ſæuire ferox, hoc ſæua parabant
Aſtra nefas cogar, ne igitur ſine fine ſuperſtes
Omnibus eſſe meis, nec me dolor ipſe necabit.
Heu domus illuſtris ſolitum ſtylus impleat actum
Nunc domus infœlix exuſta funere crebro
Heu germana fides prædulcia pectora fratrum,
Heu miſerande parens, deſerta'q turba ſororum
Vnde tot accipies gemitus quis ſufficit humor
Cladibus aſsiduis, quæ per querimonia damnis
Bellica marmoreæ domus imperioſa Columnæ
Nec cœli concuſſa nimis, nec fulmine torui
Victa Iouis quondam, nec turbine feſſa bilustri
Vrbis honos, ſummum'q decus, belli'q domi'q
Perfugium'q bonis fueras, terror'q ſuperbis.
Nunc in fruſta ruis, tacitis iuuenalia triſtes
Moribus & rapido natorum flamina fuſo
Præcipitans Parca, uirtus hæc nota per orbem
Hunc ne tot egregij finem meruere labores?
Talia funereis iterans ſuſpiria uerbis
Fundebam, lachrymis'q genæ pectus'q madebant
Ecce autem cœli nox è regione ſerena
Incertum quibus actaue, ſic impulit aures
Ecce quid aduerſus ſuperos & ſydera fruſtra
Inſanire iuuat, iuuenes mors æqua ſenes'q
Demetit, & nullus mortalia temperet ordo
Aeternis naſcens paras uim legibus, an tu
Hactenus indomita neſcis ut ferrea Parca
Arbitrio nent penſa ſuo, ſcindunt'q trahunt'q
Nec modus aut requies, uiles cui gloria cordi eſt
Fida ſub extremo non deſerit arma periclo
Nauta gubernaculum ſtringit rapiente procella
Intrepidos'q uidet ſparſos ſuper æquora remos
Et prius hunc pelagi quàm terreat, opprimat unda
Sunt qui conſpecto tergum dent turpiter hoſti
Sunt quos ſurgentis murmur leue ſubruat Auſtri
Et noua tempeſtas, & ſibila prima rudentum
Hi proprium diſcrimen habent ignaua pauentem
Mors fortem generoſa manet, tu pauca tremiſcis
Spicula fortunæ, uita'q in fluctibus almam
Deſeris, exiguo pane factus turbine pontis
Et gemitis facis arma miſer, quid profuit ergo
Lectio, quid ſtudium, nunquam tranquilla magiſtrum
Vnda probat, nec militiæ pax lenta peritum
In dubijs ars certa patet, turpiſsimus error
Ille hominum peritura uelut manſura tenentis
Hinc dolor amiſsis inconſolabilis imo
Corde oritur, laceratq́ animum, ſlat gratia nulla
Præteriti, ſubeunt cunctarum obliuia rerum
Illicet, & magna eſt iniuria finis habendi
Quod ſatis eſt habuiſſe ſemel, condiſcite eodem
Reddere depoſitum cupidi, quo ſumere uultu
Et quoniam non certa dies eſtote parati
Semper ad imperium dominæ ſua iura petentis
Intranti monſtrata uia eſt, hoc triſtia calle
Multa quidem inuenies, hoc dulcia pauca uidebis
Incertus placida lauorus fronte uiator
Quicquid erit quod fata parent, hæc uerba parentum
Naſcenti dixiſſe puta, natura profecto
Omnib. hæc loquitur, quicquid dulceſcit amaro
Fine perit, fugit omne bonum quo ueſtra fuit mens
Pro'q breui longus ſequitur dulcedine mæror
Paupertas concludit opes, natos'q ſenectus
Orba gemit, fidos mors diuidit uiuida fratres
Nec minus unanimes ſubitò disiungit amicos
Dum latus illa placens acies cingebat utrunq
Fortunate diu, dum mutua uerba benignis
Frontibus hinc illinc & pura mente ſonabant
Nonne tibi interdum propria fuit obuia ſortis
Conditio, & tecum comitatus ut iſte ſupremo
Mox gemitu ſoluendus erit, cur proxima quæſo
Cui breuis hæc promiſſa dies, quem ueſpera pallens
Spirantem, præſens quem tandem proxima hora
Integra, & inſidijs mortis cariture uidebit?
Sumite lætitiam ſemper fugientis amici.
Et fratres nati'q alio ſpectentur iniri
Dum'q licet celerate frui, ne perditè tempus
Quod uolat, & rapitur ubi præſentia ſordent
Amiſſas lugetis opes, & ſors ſua nulli
Ante placet, quam ſubtrahitur mors ueſtra repente
Iudicia alternat, quem faſtidiit ab urna
Suſpicitis, quia nulla regit conſtantia mentes
Haud unquam præſente ſatis gaudetis amico
Perſtrepit aſsiduè mœſtis ululatibus aër
Ante oculos ueſtros tremulo tot pallida cantu
Funera prætereunt nec diſsimulare poteſtis
Nanq hoc prima dies, qua lucis limina uidi
Cum gemitu intraſtis, ſi mens tua firma fuiſſet
Venturi'q capax monuit, primam'q ſequentes

Haud

Haud dubiam fecere fidem, ſed uaſta uoluptas
Alliget, & uitæ nunquam ſatiata cupido
Atq; ideo in finem hæretis, lachrymasq́ pudendas
Spargitis amplexi medicorum colla manusq́
Quodq́ diu feciſtis iter complere timetis.
Vt ueſtros ſic alterius muliebriter autem
Fletis ad euentus, quia nulla exempla profundis
Inſedere locis, animum ſpes blanda fefellit
Neſcio quid ſegnes agitis, dum tempora currunt
Nec ueterum meminiſtis enim, & præſentia leuitẽ
Spernitis, & nunquam uenientia cernitis ante
Vſq; ſub extremum pueri, ſed publica mitto,
Quid quereris? calcata uia eſt, aut uertere retro
Si licet atq; hominis, ſed non licet exue formam
Aut bonus æquanimi fer qualibet obuia fronte,
Quiſquis iter longũ ingreditur feret aſpera multa
Nunc cœnum, nunc puluis erit, nunc uentus & unda
Nunc calor immodicus, glacies nunc horrida nixq́
Nunc limoſa palus, montis nunc ſaxa prealta
Omnia ſunt patienda uiro, quia uita laborum
Nec patria eſt, feſſoſue quies manet ultima buſto.
Quocunq; in toto tua lumina flexeris orbe
Aſpicies parium ueſtigia crebra malorum,
Tu gemis in proprijs, potius communia defle,
Et totum mortale genus, neu multa graueris,
Vilia neu ſpernas, paucis generoſa ſequamur,
Nunc redit in mentem, quas gẽs Cornelia ſummis
Clara uiris, quas Aemilij ſenſere ruinas
Vt geminos fratres poſt tot modò proſpera bella
Hunc ferro, hunc facibus mors circumuenit & almum
Scipiadem exilio rapuit, ſed fraude nepotem
Coniugis in fide, finxit quæ crimina remo
Mœnia cognato iam tum ſparſura cruore
Abdidit ut rapidi corpusq́ animamq́ Quirinî
Vtq́ ferum ſubitò percuſſit fulmine Tullum
Vt Brutum fortemq́ ſimul colliſit Aruntem
Obtulit ut Decios gladijs hoſtilibus ultro
Sabinum Chæreamq́ ſuo rigidumq́ Catonem
Marcellumq́ dolis Regulum uigilanda peremit
Eripuitq́ animam mixtam cum ſanguine Syllæ
Diſcerpſit Marium ferro, Bebiumq́ cruentis
Vnguibus, Antoni menſas ceruice nefandas
Fœdauit trunci Ciceronis ſanguine roſtra
Extinguens Italiæ duo maxima lumina linguæ,
Transfixit Craſſum medicatis mille ſagittis
Et ferum optato impleuit rutilante metallo
Calce ſub ardenti Catulum, tellure profunda
Crucion Albinum lapidoſo immerſit aceruo
Sparſit Pompeios, Fabios contraxit in unum
Inſidioſa locum quo fulmine contigit aras
Cæſareas, ſtrauitq́ domum quæ ſtrauerat omnes
Ac ne ſola putes exempla domeſtica mortis
Hæc eadem Reges ſolio furioſa ſuperbo
Depulit, hæc populos momenta temporis hauſit
Ilion hæc ingens, hæc ipſa fidele Saguntum
Funditus atq; tuas Numantia diruit arces
Et te Byrſa potens, & te ſpecioſa Corinthus
Hæc & in humano demerſit ſanguine Cirrum
Inflammit Alcibiadem, Xantippum in undis
Pyrrhum fœminei contriuit pondere ſaxi,
Carcere Milciadem, & longo ſqualore peredit
Hannibalem, ponciq́ Ducem, Macedumq́ ueneno
Vicit Alexandrum, Socrati nec cruda pepercit
Euripidem canibus lacerandum præbuit illa
Aeſchylon ex alto miſſæ teſtudinis ictu
Illa animi mœrore ſacrum confecit Homerum
Contra lætitia Sophoclem conſumpſit inani
Si modò ſuſpirio eſt de tantis digna Poëtis
Pindaricam ſomno, riſu Philomenis inepto
Expulit hinc animam, fragili ſtatione ſedentem
Nomina deficient, laqueis innexuit artis
Hunc cruce ſuffixit, hunc liquit in axe rotarum
Obruit hunc niuis immodica ſub mole rigentem
Hunc rupis tectiq́ graui ſub ſtrage uetuſti
Illum præcipitem ſcopulo deiecit ab alto
Hunc herbæ tactu, fungiq́ hunc abſtulit eſu,
Hunc capite alliſa, & ſparſo uiolenta cerebro,
Hunc animæ ſolitos, præcludens ore meatus,
Hunc quoq; uermiculi facili ſine ſanguine morſu
Hunc auium roſtris cupidis, hunc piſcibus eſcam
Miſit, & hunc ſæuo laniauit dente ferarum,
Hunc æſtu, triſtiq́ fame duroq́ labore,
Hunc requie nimioq́ cibo diſtendit anhelo,
Hunc Venere exhauſtum fœdo lique fecit in actu,
Hunc ſenio carieq́ diu laſſauit inerti
Febribus hunc rapidis morboq́ ſubegit acuto.
Sed quid ego mortes hominum, uel regna, uel urbes
Perſequar? & late proſtratas turbine gentes
Cum mundi peritura ſuo ſit tempore moles
Terra ſimul pelagusq́ ruens, cœlumq́ chaosq́
Singula flere uacat, ſolatia magna perire
Cum tota, pariterq́ rapi, properare uidentes
Omnia ad occaſum corpuſcula ueſtra putatis
Hic ſtabiles habitura domos, ſi iura reuoluas
Mortis & imperium quod dura exercet in omnes
Aequius hanc patiare tuam tetigiſſe colu mnam,
Quæ ſi perpetua firmam ſe mole teneret?
Inuidioſa nimis poterat fortaſſe uideri
Creuerat uſq; adeo, deus hanc moderatur ab alto
In latera extenuat, ſed enim ſolidiſsima perſtant
Fundamenta ſolo, & rutilant micat æthere uertex
Quid mirum, ſi celſa pruunt ex more procella
Ventus agit nymbos, ferit alta cacumina fulmen
Ima ſilent, habitatq́ quies in ualle repoſta
Mitius haud paruis tamen eſt mors, notius alta
Verberat, & longe ſpectantia lumina turbat
Tu ſibi da ueniam, ſi poſt cœleſtia terris
Poſſq; Deum ſtat dura homini flectiq́ recuſat
Quanquã ô ſi tandem incipiat ſine nubibus alma
Lux caligantes oculos, uel ſera ferire
Morte nihil melius, uita nil peius iniqua
Optima mors hominũ requies æterna bonorum,
Tu ſeruile iugum domino uolente relaxat
Victorumq́ graues adimis ceruice cathena
Exiliumq́ leuas & carceris oſtia frangis
Eripis indignis, iuſtis bona partibus æquas
Nil agis imperio, prece nil, precio ue, minis ue
Atq; immota manes, nulla exorabilis arte
A primo præfixa die, tu cuncta quieto
Ferre iubes animo promiſſo fine laborum.

Te ſine

Te ſine ſupplicium uita eſt carcerq́ perennis
Sic meritam ingrati lacerant ſine fine querela
Vel miſeris inuiſa uenis, factura beatos
Auribus hæc audita meis lenire dolorem
Vox aliquantiſper uiſa eſt, tunc lumina tollens
Virgineos audire choros & cernere cœpi
Nomina nota nouem, uultusq́ & uerba notaui
Viſa loquens Eratho reuerenter in ora puellæ
Verſus ut hos monitus illa dictante liceret
Membranis mandare precor, nil egimus inquit,
Calliope niſi noſtra ſonet, cantuq́ decorat
Iuuenium de more meum. tum blanda ſororem
Arripuit dextra, poſt hæc concorditer ambæ
Exactum carmenq́ ſequens cecinere, moratq́
Inter uerba breues calamo cunctante dedere,
Dumq́ canunt ſcripſi, ſed quæ communia nobis
Hactenus audiſti, nunc quod te reſpicit audi
In primis uitanda tibi eſt ſpectantis ab aſtris
Ira Dei, ne fortè ſuum damnaſſe puteris
Iudicium, cui uita hominum, morsq́ optima curæ eſt
Te quoq́ quicquid ages Romani proxima cernent
Lumina Pontificis, cuius mihi crede caueto
Vultus nube tui frontem turbare ſerenam
Nulli maior ineſt clementia, nomen ab ipſis
Dignum rebus habet, qualem tibi uiderit orit
Induet ipſe habitum, teq́ illachrymante tenere
Non poteris lachrymas, igitur moderare dolorem
Humentes abſterge oculos, miſiſcimus ille
Ne qua tui ſentire queat ueſtigia luctus
Conſilio illius, quis enim conſultior alter
Affectus comite tuos & uerba tenaci
Corde loca, monitusq́ ſacros, namq́ ille docebit
Vt miſer hic, quem iure regit, cui præſidet orbis
Eſt gemitus mortisq́ domus, ne mortis ad ictum
Flere uirum deceat, nemorem quo pergit &, unde.
Quin & grandæuum forti pietate parentem
Surgentemq́ noua charum probitate nepotem
Concuſſamq́ domum, & mœſtos ſolabere fratres
Vnus es exemplum multis, quo uulnere triſti
Ter pupugit fortuna nocens, tria damna tuorum
Ter ſparſi cineres, atq́ oſſa tepentibus urnis
Alter & alterius ueſtigia nuncius urgens
Peſtifer ex uuiu pandebunt omnia uultus
Iſta tui, ſi flere uetas non flebitur uſquam
Si fles cunctorum laxabis frena dolori
Extorquenda etiam mala gaudia fortiter hoſti
Inuidiæ calcanda luet, te ſoſpite nondum
Sentiat indomitam mundus cecidiſſe Columnam
Adde quòd in toto late iam noſceris orbe
Nec genus egregium, nec te tuta clara latere
Vita ſinit, mundusq́ tuo qui cardine pendet.
Et quæ non alio iam Roma ſuperbit alumno
Nunc mores animumq́ notant, ſtatus altior omnes
In te nempe oculos atq́ ora loquacia uertit
Multorum dominus, multorum ſeruus iniquo
Subditus imperio linguæ popularis in altum
Dum tonat aſſurge, & nomen ſeruare labora
Magnus enim labor eſt magnæ cuſtodia famæ
Ergo tuæ fratrumq́ ſimul ſuccurre ſaluti
Ingreſſosq́ uiam uitæ cœlumq́ petentes.
Ne gemitu impedias, nam ſi mala plurima circum
Et dubios caſus inter quos degimus omnes
Mortales, quocunq́ gradu fortuna locarit
Si tumidos fluctus, varioq́ agitata tumultu
Aequora peruideas, fortaſſe fatebere portum
In ſola iam morte ſitum, uel fratribus ergo
Inuideas, tuta tandem ſtatione receptis:
Vel tua damna gemis, primum pietate ſecundum
Ingentis uirtute animi & ratione uetaris.
Reſtat ut areſcant lachrymæ neu flebilis ordo
Fatorum occurrat, quoniam prius ultima dona
Mors rapuit, tulit illa ſuum, naſcentibus una eſt
Conditio, non una dies adiecta tributi.
Computat hæc annos celeres, nec præterit horas
Non differt, non anticipat, ſtat terminus æui
Quem fixit natura parens, hic ultimus ille
Primus obit ſed uterq́ ſuum tenet ordine tempus
Nec tamen à puero multum diſtare ſenectus
Sera poteſt, ſpatioq́ breui diſtinguitur ætas
Quanta libet, iuuenes abierunt, ſcilicet illis
Expediebat enim forſan tibi neſcia rerum
Mens hominis, ſemperq́ metu ſuſpenſa futuri
Quid iuuet aut noceat caligine terrae opaca
Quid modò ſollicito multum ſermone fatiger
Vt ſimilem caſus referam tibi, uel quid acerbo
Commemorem fratres diuulſos funere pauci
Ad ſenium uenêre ſimul, memor ergo decori
Parce precor lachrymis oculosq́ animumq́ ſerena
Stultum flere diu breue & irreparabile damnum
Irreditura cupis, nil poſſunt uerba precesq́
Nil ſurdis ingeſta iuuant conuicia fatis
Interea trepidi dum circumuoluimur, ecce
Finis erit flendi, deſiderium'ue quieſcat
Quomodo torquemur, uolucri nanq́ ocior umbra
Fauſta dies properat. quo commigrare coacti
Præmiſſos fratres, & pignora chara ſequamur.

Rainaldo de Libero pago Veronenſi Poëtæ. S.

NVper ab ætherei qui temperat aſtra tonantis
Miſſus habente uices, dulcem claramq́ reuiſi
Parthenopen, celeraui te gradu, ſed inde trahebat
Ardua nec dubij fortuna incerta laboris
Hinc reditus urgebat amor uix limine noto
Conſtiteram te puere animi, fractusq́ uidendi
Impetus, erepto cœlum ſpectare uidebar
Sole gemens, Sicula modo pulcherrimus aula
Exciderat ſolio, quo cum lux clauſa ſepulchro
Et ſine quo uideo nox eſt, quaſi publica regno
Nobilium lachrymæ, populi miſeranda dolentis
Murmura, & effigies lacera mœſtiſsima terræ
Singula torquebant, quod adhuc ſtant mœnia uerum
Non ea Neapolis, quam quartus uoluitur annus
Auſonias inter florentem uidimus urbes
Trunca caput, ſpoliata latus, belloq́ uolentes
Exarmata manus, quot ſubruit hora parata
Quid ualet unus homo, quid mors uehit una malo
His ergo concuſſus, ſingultibus omnia crebris
Vt mihi conſpicue patuerunt coniugis aures
Interrupta loquens breuiter commiſſa peregi

Quæſita

Quæſta parum magni mecum de morte mariti
Cætera conſilio procerum, dum credita differt
Expectare iubet, ſed ne mihi tempus inane
Diffluerct, ſegniſq́ ſopor conſumeret horas
Dum libros meus laſſa fugit, calamumq́ recuſat
Per loca nobilibus multum celebrata Poëtis
Ire uagus ſtatuo, comitum choris omnia circum
Norat & ardebat ſtudio mihi quiſq placendi
Proxima fatiloquæ domus eſt habitata Sybillæ
Sulphureoq́ grauis moles impendet Auerno
Feſſa æuo, metuenda ſitu, centum hoſtia uocum
Vatis Apollineæ, partim ſub ſtrage ruinæ
Sparſa iacent partim ſolido ſe limine ſeruant
Muta tamen, ſiluêre Dei, Syluiq́ ſacerdos
Vnus enim cœlo & terræ Deus omnia fatur
Tecta colunt uolucres uariæ, lacus ipſe nigranti
Feruet aqua, cernas piceo ſub gurgite fuſcos
Ludere piſciculos, uicinaq́ tartara ſignat
Triſtis odor, facieſq́ loci, mons peruius imos
Inde petit manes, & nomine Barbarus & re.
Si comperta ferunt, ego procul atria ditis
Contentus uidiſſe fui irremeabile lumen
Præter enim quod fama uetus, quod carmina terrẽt
Huc rudis agricola timet, huc accedere paſtor
Nauta nec æquorea ſitiens telluris ab unda
Hoc audet calcare ſolum, uicinia narrat
Neſcio quos auri ſtimulante cupidine nuper
Quod curuis ſine fine putant latitare cauernis
Irreducem tentaſſe aditum, uoc.q́ potitos
Forſitan atq atra tentos dulcedine uallis
Erraſſe ſeu forte uijs, ſeu compede mortis
Infernum coluiſſe larem, ciueſq́ manere
Tartareos, ſed uiſa ſequor, ſtant ordine colles
Vndiq contiguo, fonteſq́ tepentibus undis
Antra rigant, rorantq́ ſalubri aſpergine campi
Circumfuſa quatit Tyrrhenus littora pontus
Qui quotiens tumuit ſalſo tenet omnia fluctu
Rura lacumq́ ſimul renomit quas ſorbuit ultrò
Germano Neptunus aquas, pars altera montis
Deſpiciens acheronta uidet, pedibuſq́ ſub ipſis
Ipſe ego ſupremo de uertice triſtia uidi
Stagna, nec horrifici deerat niſi cymba Charontis
Vt uerum legiſſe rear: nam cætera prorſus
Conueniunt, Styx alta latet, Rexq́ impius orci
Portitor annoſo feſſus temone quieſcit
Interiore loco, ſiquidem iam nouimus omnes
Illud iter tranſire uado, nec flectere contum
Eſt opus, aut tenui ſuſpendere carbaſa malo
It ſibi quiſq pede, ſed ne ſermone fatigem
Lumina chara mihi quicquid ſpectare licebat
Aſpexi, uixq́ ulla dies tranſiuerat æuo
Lætior, aut tàm læta meo uix ulla redibit
Tam niueo ſignanda mihi, & memoranda lapillo
Nam præter quæ multa libens auiduſq́ notaui
Paucaq́ iam uacuæ mediocria nomina Citræ
Hoc primum mihi blanda die contraxerat una
Illuſtres fortuna duos, par nobile uatum
Quo dextrum læuumq́ latus ualente Maronis
Egregios has aure ſonos, has nempe uidebar
Maronios captare ſonos, iam nomina quæris

Et genus, & patriam. Bariſidos ille Ioannes
Quem primum Capuana uirum tulit indita geſtit
Pieridum armatus Latio iam ſolus amicus
Solus honor patriæ, poſtquã mors inuida Regem
Abſtulit hinc Siculum, cœloq́ inuexit egenti
Hic autem barbatus erat, cui pectus & ora
Nectare caſtalio redolens laurumq́ meretur
Sed decus emeritum uoto trahit ille modeſto
Muſarum interea mihi quàm gratiſſimus hoſpes
Atq meus quotiens Capuam, terraſq́ laboris
Imperioſa iubet mea me fortuna uidere
Sulmo patria eſt, atq his mihi crede pelignis
Naſo ſecundus adeſt, igitur ſic multa ferentes
Tres uario ſermone diem tranſegimus unum
At minime mirum, ſi dum Phœbe a loquendo
Tempora ſublimis ades quartumq́ loquentibus offert
Blanditijs precibuſq́ meum conuellere pectus
Tentârant multiq́ uijs, ut ſiſtere tandem
Erres nellem ipſe meos, ſecumq́ manerem,
Sed quoniam inſtabilis proprio circumferor aſtro
Et requiem mihi fata negant, tu poſceris unus
Forte tuum memini meruit ſuper æthera nomen
Laudibus extulcram ſtupuit percuſſus uterq
Vere nouo, nomenq́ iubent iterare, quid ultra?
Vt ſibi te ſocium tribuam perdulce uetuſtæ
Nomen amicitiæ, perq́ omnia chara requirant
Polliciti ſummus honos & præmia larga
Te maneant, tenuiſq́ labor, nec cura perennis
Paupertas nec dura ſenem, nec uox puerorum
Garrula, ſollicitæ frangent, nec tædia uitæ.
Ocia læta trahet illis comitantibus, ac te
Reſtituiſſe tibi ſaltem ſub fine licebit
Sunt quorum promiſſa fidem merentur opimam
Magna ualent, maiora uolunt, & nomine tecum
Conueniunt, ſtudioq́ pacis qui pectora nexus
Alligat, ignotoſq́ procul connectit amicos
Aude, age, nam ſi fama iuuat tibi clarior illa
Eſt nuſquam, ſi grata quies tranquillior orbe
Nulla patet noſtro, ſi libertatis amore
Tangeris aut cenſus, illic tua ſera referuant
Fata tibi quodcunq cupis, non ardua buſti
Cura animum ſi forte monet cui gratius ore
Membra dabis quam quæ uatis tegit oſſa ſupremi
Conciuiſq́ tui, ſolamen dulciaq́ ingens
Hæc iuga Virgilius, Plinius tenet illa ſecundus
Tu medius iacuiſſe times, hoc Mantua colle
Hoc Verona ſedas, patria eſt non horror Hiberum
Non Indum uiſurus eas peregrinus Ydaſpem
Italico ne temne ſolo cœloq́ frueris
Italicas potabis aquas, non aſtrifer Athlas
At thereo ubi tument calle ſuperandus Olympus
Non Aerimanthea, Nemeaq́ pericula ſylue
Lerneæ, nec monſtra tibi tentanda paludis
Nec mare Carpathium, nec littora ſyrtis iniquæ
Sed Padus æſtiuis ſolito nunc mitior undis
Frondiſee inde iugis ſacer Apenninus apricis
Tranſuehat & campo incolumem te reddet Etruſco
Sexta dies, poſtquam patrio diſceſſeris aruo
Hinc humiles colles, & amœnas collibus urbes
Tranſiliens, Romam ſpacio uix quinq dierum

Intrabis,

Intrabis, Tybrimq́ inhians & ſancta uidebis
Limina quæ tali ingenio uidiſſe decebat
Iam pridem, mundiq́ caput ſpectaſſe propinquum
Inde breuis tractus Campana per arua diebus
Quatuor optatum expectantibus ardet amicis
Heu propera, uicture tibi & moriture, meoq́
Vtere conſilio, uerſus relegens alienos
Nanq́ fatebor enim dum te Galathea tenebit
Nec ſpes libertatis erit, nec cura peculi.

Barbato Sulmonenſi S.

Dulcis amice uale, tua ſi mihi ſemper imago
It præſens, mecumúe ſedet, mecum ue quieſcit
Redde uices, non atra palus Acherontis opacæ
Turbida ſomnifero dirimat, nec gurgite lethe
Omnipotēs quos iunxit amor, nūc corpore paulum
Diſtrahimur, ſic fata iubent, ſic uelle neceſſe eſt
Tu Capuam tergo, Capreasq́ à pectore ſemper
Puteolos dextra, & Phrygij tibicinis oſſa.
At læua Silerimq́ procul, biſidumq́ Veſeuum
Aſpicis, æquoreo reſonantia littora fluctu
Mœniaq́ ampla tenēs, quibus eſt à uirgine nomen
Vrbibus atq́ ubi iam fuerat gens una duabus
Nunc gentis una urbe duæ, populusq́ biformis
Hic ſine me remanes, imò mecum omnibus horis
Omnibus atq́ locis, ſed enim me dextera Regis
Ripa Padi, læuumq́ patris latus Apennini
Aruaq́ pontifrago circum contermina Parmæ
Nunc reducē expectant, planeq́ umbracula ſyluæ
Namq́ ibi Pierius gelidum me contigit ardor
Africa noſtra mihi longum intermiſſa iacebat
Exciuit locus ingenium, Iaſpumq́ repente
Reſtituit calamum, memini me nulla profecto
Ingratum factura dies ſtat colle uirenti
Sylua ingens planeq́ tenet licet ardua nomen
Hic Solem procul aërias auertere fagos
Ac teneras uariare ſolum concorditer herbas
Menſibus æſtiuis uideas, hic brachia cancri
Temperat unda recens, atq́ ora iubamq́ leonis
Dulces uicinis feriunt ex montibus auræ
Impendent iuga celſa ſuper cœlumq́ laceſſunt
Gallia ſub pedibus iacet Itala tota ſedenti
Contra autem Heſperia cernūtur terminus alpes
Mille nemus uolucrum ſpecies ac mille ferarum
Circumeunt habitant ſacrū, gelidusq́ per umbrā
Fons ruit, irriguo pubeſcunt gramina flexu
Florens in medio chorus eſt, quem ceſpite nullo
Erexit manus artificis, ſed amica Poëtis
Ipſa fuit natura locum meditata creauit.
Hic auium cantus fontis cum murmure blandos
Conciliant ſomnos, gratum parat herba cubile
Fronde tegūt rami, mons flamina ſubmouet auſtrī
Horridus hunc metuit pedibus uiolare ſubulcus
Ruſticus hunc raſtris, digitoq́ hunc ſignat, & alto
Syluarum trepidus ueneratur ab aggere cuſtos
Intus odor mirus, flatioq́ ſimillima campis
Elyſijs, profugitq́ domus placidiſſima Muſis
Deferor huc ſolus furtim, ſociosq́ fefelli
Tunc quū prima mihi quæ ſtrinxit tempora lauro
Aruerat nondum flexum uix Cynthia callem
Poſtquam Roma nouum tulit ad capitolia uatem
Tranſierat, pompaq́ tumens fortaſſe recenti
Neſcio quid tacita inſolitū ſub mente mouebam
Obſtupuit, rediitq́ uaga uetus Africa menti
Cætera reijcies operi mea dextra relicto
Redditur, inde loco locus hic mihi charior omni
Hunc reuidere uelim capti mihi conſcius alti
Extremamq́ manum longo impoſuiſſe labori
Quem traxit fortuna diu, ſi dextra fauebunt
Sydera, cum tandem incipiet ſecura uagari
Africa per Latium ſtudio redimita ſupremo
Scipiadesq́ meus quòd ſi uiuacior annos
Partha trahit quid mens agitet fortaſſe requires
Hoc unum tibi ſubtrahimus, ſed amare laborem
Propoſitum, & ſegnes à limine pellere ſomnos.

ZOILO S.

Sin tua per longam ſalem ſemel inuide uitam
Limina uirgineis eſſent calcata choreis
Cirreas ſi quando dapes, fontisq́ ſonori
Pocula guſtaſſes poterant mea carmina limam
Aequo animo tolerare tuam, nunc cenſor inepte
Quid tibi cum Muſis? quid mecū claudices omnis
Verſus enim quanquam te iudice tutus abibo
Aethera conſcendam nunquam tibi cæce uidebor
Quid tibi cū Muſis, quid mecū, cenſus honeſtus?
Eſt mihi Muſarum ſtudium, mens ſemper in actu
Has melior largitur opes Cyllenius ardens
Quid tibi cū Muſis? Quid mecū publica fama eſt
Edictis te Vergilium comitesq́ pudendis
Excluſiſſe domo, metuunt ea nomina ſerui
Quosq́ ais urbe Plato pepulit nos pellimus aula
Quid tibi cum Muſis? quid mecum? pellere porrò
Non opus abfuerunt ſemper limenq́ ſuperbum
Horruerant, fruſtra precibus mihi crede uocares
Tendentes alio, melioraq́ claustra ſequentes
Quid tibi cum Muſis? quid mecum? parce Poëtis
Exulibus iam parce tuis, ſacrisq́ prophanum
Pierijs auerte caput, linguamq́ coerce
Ignotis ne cæca uijs calcaribus acta
Corruat inuidiæ, ſi ſcerula pergula uentri
Dulce merum, mollisq́ thorus contingat inertī
Si tibi turgentes auro Rhamnuſia fiſcos
Aggeret, argenti montes ſuperaddat & æris
India ſi thalamos cruſtis circundet eburnis
Et premat Oceanus ſpolijs te nobilis Algæ
Imbellesq́ manus illuſtret iaſpide crebra
Nulla tuos hedera conſtringant brachia truncos
Non ſegetē myrtus, nō Delphica laurus obumbret
At ficus, oleaq́ tibi uinetaq́ tellus
Sufficiat, largoq́ fluat uindemia Baccho
Vinitor ipſe nihil feſſus, nil poſcat arator
Sic cumulent omnes tua gaudia, nullus egenti
Sis locus, atq́ fores inopi claudantur amico
Solus hians, fœlixq́ tibi, nullisq́ grauatus
Hoſpitibus, numeres Gazas obſeſſus ab illis
Semper creſcentis ſitiens ſpeculator acerui
Pone modum uerbis craſſe te redde quietī
Vel noſtros damnare ferox iam deſine uerſus
Vel dictum ratione proba, ſi diſplicet autor

Illa pla

Illa placebit enim, ſed quid rationis ad hoſtem
De ratione loquor? quin deſine cenſor inepte
Et duo ſub memori prouerbia pectore uerſa
Artem quiſq; ſuam, doceat ſus nulla Mineruam.

Gulielmo Veronenſi S

SI quid agam quaeris, quod genus humana laboro
Quid mediter? requiem, quae ſpes? mihi nulla quietis,
Quae uager? hac illac: quo pergam? tramite recto
Ad mortem feſtinus eo: qua mente? profecto
Intrepida, prompteq; graui de carcere ſolui
Qui comites? mortale genus, quae meta? ſepulchrum
Proxima quae? caelum, uel ſi prohibemur abyſſus,
Hunc tamen, hunc ſuperi caſum prohibete precamur
Nunc ubi ſum? Parmae, quae ſit mea tota dieta?
Ho etulus, aut templum, niſi me nemus extrahat ut he
Quis uictus? ſolitus, licet indulgentior ambas
Det fortuna manus, gremioq; inuitet aperto
Quae frons? clara minus, quae praemia in pectore curae?
Africa, quod ſtudium urbe mens, quis fructus manus?
Gloria, nam ſolidam uirtus uel ſola meretur
Cura ſecunda domus mihi par, ſqua marmore raro
Saepe tuos operi queſtus procul, abſore montis
Aut Atheſim rectis non hic deſcendere ripis
Exorno, coloremq; magis, ſed carmine Flacci
Terreor ac buſti admoneor cogoeq; ſuperna
Interdum meminiſſe domus, & parcere ſaxis
In'q uſus ſeruare alios, tunc impetus ille
Et capti lenteſcit amor, tunc tecta peroſus
In ſyluis habitare uelim, tenuiſsima forte
Effigiensq; oculos emerſit rimula muro
Hanc animaduertens, operum culpare magiſtros
Aggredior, multisq; rudem ſermonibus artem
Reſpondent non arte hominum conſiſtere terram
Quam tantũ curuaret onus, modò iacta perumper
Fundamenta nouis ſubſiſtere malibus, atqui
Nil penitus firmum, nil immortale per aeuum
Mortales feciſſe manus, ea mania uita
In longum ſatis eſſe mea, uitaq; nepotum
Dirigui, mox ipſe mihi, ni ruſticus autor
Temnitur, hi uerum memorans quam caſſo caduci
Fundamenta tui circumſpice corporis amens
Eripe te in tutum nunc dum licet, omnia nec ſint
Te ſemper potiora tibi, domus iſta manebit
Corruet hoc corpus, ſedem uacuabis utranq;.
Talibus increpitus ſylui, pudor obſtitit unus
Desereret ne cepta metus, nam machina pendens
Praetereuntis erat digito monſtranda popelli
Ergo opus inſiſtens celero, tamen omnia diſcore
Mens uariat, nunc recto placent anguſta catenis
Quantus & ingenti Curia ſuis hortulus olim
Quantus Epicuro, coetus exempla, ſenexq;
Virgilianus adeſt, quem ſe ſub turribus altis
Ebaliae uidiſſe refert, nunc aemula caelo
Maenia Romulidum tectaq; culmina nymbos
Vrbe Semiramia meditor modus omnis agelli
Sordet. & immenſis uaga mens anfractibus errat
Aruaq; fluminibus diſtinguit montibus amnes
Ruraq; circumdant pelago, redit inde modeſti
Miratrix, luxusq; odio flammata ſuperbi
Iugiter iſta mihi de me certamina ſurgunt
Has me multiuolum pectus ſub nube uolutat
Hos inter fluctus mens eſt, ſed uulgus ineptum
Abſq; gubernaculo maioribus errat in undis
Id ſibi ſolamen proprias amat ipſa procellas
Naufragium populare uidens, tandi omnia ridens
Rideo meq; ſimul mortali quisquid in orbe eſt.

FRANCISCI PETRARCHAE V. C. EPISTOLARVM LIBER III.

IOANNI DE COLVMNA Cardinali, S.

IST mihi cum Nymphis bellũ de finibus ingens
Auditum fortaſſe tibi, mons horridus ouros
Excipit ac nymbos et in aethera cornibus exit
Ima tenent fontes, Nympharũ nobile regnum
Sorgia ſurgit ibi, querulis placidiſsimus undis
Et gelida praedulcis aqua ſpectabile monſtrum
Alueus, ut uirides uitreo tegit amne ſmaragdos
Hic mihi ſaxoſa rigidus telluris agellus
Contigit, hinc lites, hinc ſemina prima duelli
Namq; ego quod profugis ſedes erat apta Camoenis
Concuta hic eſſi meas, mecumq; tumultus
Inſulſiq; dedi conuicia temnere uulgi
Cõtra ille, indignum facinus grauiterq; ferendum
Exulibus ſua iura dari, nouus aduena toto
Orbe quod expulſas aliena inruderet arci
Atq; nouem praeferret anus, quòd mille puellis
Iam mihi facta manu medio breuis area fundo
Stabat, & aduecto tlidebat gramine pratum.
Nympharum interea cupidum de rupibus agmen
Proſilit, ac fragilis ualido molimine capti
Fundam ſenta ruit, fugimus ſcopulũq; propinquum
Prendimus, & ſaxo trepidi ſpeculamur ab alto
Praeſidioq; loci fruimur, nec tempore longo
Congredimur patulisq; iterum nos credimus aruis
Sic puduit fugiſſe ſemel, tranſmerat orbem
Delius obliquum, iamq; altera uenerat aeſtas
Humida Pierio paſsim inſultare labori
Agmina conſpicio noſtrisq; habitare ſub antris
Quid facerẽ? indignor, ſed quae nam fata gubernãt
Conſilium curasq; fide, quo uana retorquent
Orſa hominum dum multa paro, dum bella recito
Forte peregrinas longum uagus ire per oras
Cogor, & inceptum cauſa cum ualle relinquens
Attonitas comite poſt ſecula multa reduxi
In Latium celſaq; ſuper capitolia Romae.
Sextus ab his annus agitur quid multa, redimus
Per mare iam totiens menſum, totiensq; remiſſum
Perq; niuis notas alpes. rapit omnia mundo
Prorſus auara dies, & ſenſim labilis aetas
Dum rus nempe ſilens. & opaca reuiſimus antra
Mira loci facies, operis ueſtigia nuſquam
Omnia calcabant hoſtes ſparſusq; iacebat

Aggre.

Agger & undiuagis præſtabat piſcibus aulam
Rurſus in ambigui redeo diſcrimina belli
Et dabat arma dolor, uires cumulauerat ira
Conueniunt duri agricolæ, paſtoria nec non
Exiguo conducta cohors ſuccinctus & alte
Piſcator madidus poſito mihi militat hamo
Voluimus ingentes ſcopulos, ac uiſcera matris
Carpimus omnigenæ, & ſqualentia uellimus oſſa
Paulatim & ferro montem tenuamus adunco
Pellimus his tota Nymphas regione ſubactas
Erigimusq; ſacris mènſura palatia Muſis
Fluminis in ripa, prælerlabendo uiciſsim
Hinc ſua damna gement, hinc gaudia noſtra uidebunt
Nil aliud niſi fortè minas & murmur inane
Exitus hic tantorum operum, ne ue omnia nobis
Attribuam, manifeſta canis, manifeſta leonis
Senſimus auxilia Phœbi peperere fauorem
Ille Palem noſtris mouit pro partibus arua
Atq; arcum pharetramq; leuem æſtiferasq; ſagittas
Pugnauitq; die medio inuitq; ſupernæ
Per noctem obſequioſa ſoror uelut æmula fratris
Addidit ac lucri ſpacium tenebrasq; repreſſit
Sentio propoſitum tamen hinc fraudemq; latentem
Dum glaciem nymboſa ferat, uentosq; niuesq;
Sydera & undantem, dum uerſat Aquarius urnam
Expectant, tunc incauto mihi multa minatur
Tum ſpecus hac uaſto rapidum uomet ore fluentum
Gurgitibus mixtis properans ſuccurrere uictis
Omnia ſunt prouiſa mihi, iam parte reuulſa
Rupis & aggeſtis uicino è littore ſaxis
Hybernum præſtruxit iter mea lecta iuuentus
Nec nos aut fracto ueniens Padus aggere multum
Terreat, aut rupti contemptor pontis Araxes
Iam uictor, iam pace fruens tutusq; futuri
Pannoſos comites uix ſerum in flumine puro
Expoſui, lauiq; uadis hic ſæpe precanti
Antiquos renouare modos, contingere lauros
Nectere ſerta manu, ſacras ſpectare choreas
Permiſſum ſileat quanquam indignatus Apollo
Cirraq; muta iugo iam pridem ſubſit hiberno
His ego non plauſum uentoſaq; feſta theatri
Nec murmur turbæ uarium, ſed rara bonorum
Pectora pollicitus mœrentia corda leuaui
Hoſpitio menſaq; fauens, caſtoq; cubili
Iamq; Helicon, collis biceps, iamq; ungue caballi
Fons oriens, uatumq; uirens iam ſylua uideri
Incipit, & miſeris melior fortuna reuerti
Hæc age uiſurus propera, par ſiqua quietis
Cura tibi cernes bellis hæc otia quantum
Vrbanis præferre uelis, neu dura timeto
Fercula, & horridulis inculta cubilia culmis
Regibus alternare uices, gratiſsima res eſt
Faſtiditur idem ſemper, uariata uoluptas
Blandior eſt aliumq; refert dilata ſaporem
Adde quòd & lautas, epulas & uina rubenti
Monte uel ardenti dudum tranſuecta Veſeuo
Argentumq; nitens, gregis ac precioſa Britannis
Vellera odorato demerſas murice ueſtes
Ferre breui potes ipſe uia, de cætera nobis
Herba thorum ramis tectum uiridantibus arbor
At cytharam Philomena feret, quam nulla libido
Flexit adhuc, tremulo permulcens gutture ſyluas
Innuba uirgineo canit, & non ſibilat anno
Nos tibi multiloquos, ſi fert ea cura libellos
Muſarumq; choros, domitisq; inſiſtere Nymphis
Nos tibi pampineos colles grauidosq; racemos
Deniq; melliflua ficus, undamq; recentem
Gurgite de medio offerimus, cantusq; uolucrum
Innumeros, montisq; ſinus, curuosq; receſſus
Et nemorum gelidas udis in uallibus umbras.

Rainaldo de Libero pago Veronenſi Poetæ, S.

EST puer hic nobis lætis demiſſus ab aſtris.
Atq; Moſe ad ripam genitus, tenerisq; ſub annis
Altus aquis ſequanæ Rhodani nunc hoſpes ad undi
Acceptus Muſis, digito doctiſsimus omnes
Organicos miſcere modos, curasq; nocentes
Pellere pectoribus, ſyluasq; impellere cantu
Siſtere præcipites pluuias, compeſcere uentos
Hunc ego poſt patrios amnes, ut amœna uiciſsim
Flumina noſtra bibat, Athelimq; Padumq; parentem
Hortor, & Auſonia Duce me reſpiret in ora
Pollicitis precibusq; animum flexiſſe uidebar.
Spes titubat maiore minor, poſtquam attigit aulas
Pontificum celebrat quos cardine Roma coruſco
Conſilij ſubſedit inops, quo tramite uergat
Vereat has inter Gazas, aurisq; nitorem
Nos ne fidemq; ſequi noſtram uelit, inde niualem
Horret & aëriam ſaxoſi uerticis alpem,
Ac putat Italiam toto diſtare profundo
Hinc requies promiſſa trahit, terrasq; uidendi
Famoſos impellit amor, iuuenilia quorſum
Conſilia euadant dubium, tibi funditus ipſe
Perſuade nil hoc animi modulante tumultus
Iuris habere ſui, pax eſt ubi iuſſerit ille
Gaudia ſub digitis habitant, dulcedine mira
Vincuntur triſtes & uertunt terga querelæ,
Si ſequitur mulcebit agros & paſcua late
Eridani ueſtrosq; lacus, fontesq; decores
Quos parit & uitreo mittit mons aureus amni
Te tamen ante alios curis abſoluet amaris
Solamenq; feret ſtudijs calamumq; iuuabit
Iudice te Philomena ſibi iam luce propinqua
Cedet, inexpletos iuuenis dum cantat amores
Cedet olor cantu ſenior iam morte ſub ipſa
Nubila diffugient cœlo pelagoq; procellæ
Partius electrum flentes ſtillare ſorores
Incipient, fratrisq; minus meminiſſe ruinam.

Gulielmo Veronenſi Oratori S.

TVrbida nos urbis ſpecies, & dulcis amœni
Ruris amor tulerat nitidos inuiſere fontes
Mirandumq; caput Sorgæ, quod uatibus ingens
Calcar, & ingenio generoſas admouet alas
Hic ubi te mecum conuulſa reuoluere ſaxa
Non puduit, campumq; ſatis laxare malignum
Venantem uarijs uideas nunc floribus ortum
Natura cedente operi, pars amne profundo
Cingitur ad partem præruptis rupibus ambit

Mons gelidus calidum'q iugis obuerſus ad Auſtrum
Hinc medio ruit umbra die pars nuda tepenti
Porta foret Zephyro, ſed & hinc procul arcet agreſtis
Murus, ab acceſſu prohibens pecudes'q uiros'q
Aërias, ſed enim ramis uiridantibus a te
Littoreas uolucres ſcopulis intexere nidos
Has muſco uelare domos, ſed frondibus illas
Progeniem'q inopem fidis trepidare ſub alis
Aſpicias, atq ore cibos captare trementi
Concaua tum querulis complentur uocibus antra
Et color hinc oculos illinc ſonus aduocat aures
Certatim, dulci ſpectacula plena tumultu
Suſpendunt. grata'ue quies condita labo e
Hic unus cum pace dies exactus Auenti
Vix totus, tot me laqueis, tot curia curis
Implicat, id meritum quin uincula nota libenter
Infœlix, trita'q iugum ceruice recepi
Nunc tamen illius iuuat hic meminiſſe diei
Dum latices, dum prata uagor, dum'q inſita miror
Arbuta, dum lauros alia regione petitas
Obuia Gulelmi facies truncis'q uadis'q
In'q oculis tu ſolus eras, hoc aggere feſsi
Sedimus has tacito accubitu compreſsimus herbas
Luſimus hic puris ſubter latentibus undis,
Hic longo exilio ſparſas reuocare camœnas
Hic Graios Latios'q ſimul conferre Poëtas
Dulce fuit, ueterum'q ſacros memorare labores
Noſtrorum immemores, hic cœnam in tempora noctis
Traximus alterno pariter ſermone relicti
Singula dum repeto, lux illa breuiſsima furtim
Labitur, & clauſa uix ſerum ualle reuoluor
Faucibus egreſſus, quum iam ſylueſtria tempe
Vmbroſos'q ſinus ſpectans poſt terga uiderem
Lucidus ac mecum ad lauam deſcenderet amnis
Surgit ab aduerſo uulgus muliebre uiris'q
Inter mixta acies. formæ diſcrimina longæ
Nulla putes, habitum confudit Gallicus olim
Luxus & ambigui texit ueſtigia ſexus
Congredimur magis atq magis uultus'q pateſcunt
Et uittæ tenues, & texta monilia gemmis
Et crinalis honos, diſtincta'q purpura limbo
Stellantes'q micant digiti, propius'q per agmen
Intuitus, ſolitæ poſt mutua uerba ſalutis
Obſtupui, tuus ignis erat, tua cura, iocus'q
O qualis facies oculis habitare ſub illis
Viſus eras, ſaluere iubens, & prendere dextra
Et mecum de more loqui, quo pergeret ultrò
Percunctor comites, fontis quo fama uocaret
Reſponſum, ſed fortè alio de fonte latenter
Cauſa petita uiæ, quas non ſe uertit in artes
Ingenioſus amor? quid non didiciſtis amantes?
Forſan in his pridem tua nouerat ocia terris
Et quia te nuſquam ueſtigia nota legebat
Te recolens, fingens'q tuos in imagine uultus
Talis erat, ſic uiſa mihi eſt, & quiſquis amaſſet
Diceret hæc ardet, reduci'q ocurrit amico
Ibat enim cupidè, ſtudio'q accenſa uidendi
Lætior ac ſolito, & dulcedine capta locorum
Tentaui reditum quaſi te uiſurus in illa
Et iam uerſus eram tecum remeare putabam
Et uoces audire tuas, & cernere geſtus
Virginis Hemoniæ Phœbo mirante uidebar
Aut indignantem Actæoni ſpectare Dianam
Si foret arcus ei, pendens'q in terga pharetra
Arma ferũt oculi, dulces iacit inde ſagittas
Spicula nota tibi, nec amantũ incognita turbæ
Digredimur tandem, ueniens nox uerba diremit.

Ioanni Columnæ Cardinali, S.

IVlius alter adeſt, adeat ſimul altera limen
Littera noſtra tuum, curas quæ narret agreſtes
Quo tandem lis longa breuis peruenerit orti
Quæ mihi cum Nymphis bellorum ex ordine cauſæ
Cunctos noſſe reor, qua ſe mea carmine fama
Extendit, nomen'q noui tulit aura Poëtæ.
Aſpera iam luſtris certamina nempe duobus
Crebra'q conſerimus, non plures Troia per annos
Obſtitit aut Graium cœptis, aut Gallia noſtris.
Omnia tentaui, ſpem quam mihi præbuit æſtas
Proxima fregit hyems, aucti'q potentia fontis
Vicerunt'q operum faſtidia, ceſsimus ultrò
Reddidimus'q uiam, ſcopuloſa repagula nuſquam
Nuſquam indignanti tranſuerſæ in flumine moles
Ac conuulſa ſonant rupis fragmenta uetuſtæ
Vnda tulit partem, partem'q tulêre coloni
Et nouus antiqui labor impulit acta laboris
Propoſitum ceu nauigium moderator ut ipſa
Tempeſtas rerum hortatur, nunc urget in Auſtrum
Nunc Boream, ſeptem'q iubet ſpectare triones
Quo uocat illa ſequar, ne ui trahar, omnia fruſtra
Miſſus in aduerſum, proram diuerſa mouebo
Littora reſpicere, & uentis parere Hetruſcis
Atq gubernaculum partes uerſatile in omnes
Intenta frenabo manu. gratiſsimus olim
Ludus erat, querulas Nymphas cum murmure multo
Sedibus è proprijs & auito expellere regno
Annuus hinc labor & bellum immortale fauente
Bruma illis, æſtate mihi, cui mixta uoluptas
Plurima molliri, captum dulcedine quadam
Compulit uſq adeò, quòd ſi licet infima ſummis
Et pelago anguſti componere gurgitis undam
Ac Regum uatum'q inopes conferre paratus
Perfida ſic quondam nauali ponte ſuperbus
Helleſpontiaco Xerſes traiecerat æſtu
Sic etiam armipotem longo poſt tempore Cæſar
Cornua Brondusij ualidis uincire catenis
Auſus, & edomito genitum prohibere profundo
Sic quoq Baiano temerarius æquore Gaius
Tertia conſtruxit tumidi ſpectacula faſtus
Quæ nunc ſparſa uident nautæ, numerant'q ſub alto
Hic helleſpontus Baiæ mihi Brunduſium'q
Hic ferro fodiendus Athos, nunc altera pectus
Cura ſubit, uideo naturam uincere quantus
Sit labor, ergo ſuum ſeruant elementa tenorem
Amnis iter ſolitum, ſed enim breuis angulus hæret
Rupibus. ille quidem Nympharum ab origine ſedes
Nunc mea Pyeridum'q domus ſatis ampla, quod hoſpes
Adueniet rarus, ſordent quia carmina uulgo
Vita'q noſtra furor, ſub iudice facta furenti

Hanc modo uallamus quam nulla reuellit aqua uis
Ni montem oppoſitum à radicibus eruat imis
Si tibi cura animum dederit, ſi curia tempus
Omnia mutato noſtrum decus ordine rerum
Me Nymphis, Nymphasq́; mihi ceſsiſſe uiciſsim
Et cecidiſſe minas, compreſſaq́; bella uidebis
Retia nunc ſunt arma mihi & labyrinthius error
Viminea contextus acu, qui peruius undis
Piſcibus eſt carcer, nulla remeabilis arte
Progladijs curuos hamos, fallacibus eſcis
Implicitos, tremulasq́; ſudes, paruumq́; tridentem
Piſcator modò factus ego, quo terga natantum
Siſtere iam didici, duroq́; affigere ſaxo
Primitias en fluminea tranſmittimus artis
Et uerſus quot clauſa domos habet artaq́; uallos
Quæ tibi piſciculos & ruſtica carmina paſcit.

EIDEM S.

CVncta dies minuit, tua munera tempore creſcunt
Atq; uſus meliora facit, tibi Regius aulæ
Aſſuetus menſaq́; canis, ſomnosq́; ſuperbos
Purpureis captaret oris, tranſmiſſus ab ora
Occidua, patrios mores, Hiſpanaq́; raptim
Limina Romuleis opibus, ſomnumq́; cibumq́;
Poſt habui ſortemq́; nouam, melioraq́; cernens
Omnia tranquilla lætus ſtatione quieuit
Hunc mihi digreſſus ſupremaq́; uerba paranti
Solamen comitemq́; uiæ largiris, at ille
Sublimi de ſede licet uenturus ad imam
Paret & iniectis mœſtus dat colla cathenis
Et ſequitur nec ſpernit heri mandata minoris
Paulatin minus atq; minus meminiſſe relictas
Delitias iam prata iuuant iam lucida tranans
Flumina, mordet aquas, ludit in gurgite puro,
Fercula iam ſibi noſtra placent, & libera curis
Ocia, deſerti non ampla palatia Regis
Anteferat, uariasq́; dapes iam panis & unda
Sufficiunt ac parua domus, iam membra refulgent
Lota, feri cecidit ſcabies in fronte ſalubri
Torpenti contracta ſitu, iam uertice toto
Altior it ſolito, ceruixq́; generoſior extat
Iamq́; tumet phaleris, iam uiſa monilia mulcent
Amplaq́; Zona rubens niueisq́; intexta columnis
Seq́; tuum recolens quondam ſecum ipſe ſuperbit
Multa minax fugit noſtro de gramine paſtor
Seq́; ſuumq́; gregem procul addidit, atria cuſtos
Formidatus habet, plebs importuna procaxq́;
Hactenus obſeſſum metuit contingere limen
Liber ago, meus aſſertor, mihi ſcilicet unus
Eſt comes aſsiduus, quotiens laſſata diurnis
Sub noctem curis thalamo mea membra ſilenti
Compoſui, facilemq́; oculis dedit ora quietem
Excubat ante fores, quotiens me longior æquo
Somnus habet feſſum queritur, ſolisq́; reuerſi
Admonet increpitans, & concutit oſtia plantis
Illicet egreſſum uultu plaudente ſalutat,
Meq́; præit, loca nota petens, & lumina uoluens
Sæpe retrò, leui poſtquamq́; in margine ripæ
Procubui & ſolitis curis inſiſtere cœpi
Vertitur huc illuc, aditus circumſpicit omnes
Candida tum uiridi proiectus pectora terra
Tandem terga mihi obuertit uenientibus ora
Eſt inter fontes gelidos locus, undiq; ſolis
Peruius alitibus, ſcopulis & flumine cinctus
Hac greſſu trepidante feror, malet ille, uiamq́;
Occupat & magno tegit artum corpore ſaxum
Latratu exiguo conſpectos nunciat ante
Inde ruit, niſi forte uetes: nam plurima ſeruat
Si quis cuncta notet ſenſus ueſtigia noſtri
Iuſſus inardeſcit ſtrictis lenteſcit habenis
Toruus, ut aduerſus reliquos, ſic blandus amicis
Auribus abiectis tremulaq́; occurrere cauda
Proſpicit hunc medio tranſuerſum calle tremiſcens
Ruſticus & legum nodos perplexaq́; iura
Conſiliumq́; domus inops connubia natæ
Me percontari ſolitus, uelut Appius alter
Acilius'ue forem, & Muſas turbare quietas
Nunc ſecum ſua ſolus agis mihi maxima uitæ
Commoditas mecum eſſe licet quæ cuncta fateber
Muneribus debere tuis, ſolatia mille
Præterea, ſaltu colles amnemq́; fatigat
Arguta pueros imitatur uoce canentes
Et riſus motura facit, penitusq́; uadoſis
Anſeribus grauis hoſtis adeſt, per littora & altum
Inſequitur ſcopulos fundo, nec tutior imò eſt
Aliger infœlix, medio nam flumine prenſum
Extrahit & pingues cœnas uolentibus offert
Sæpius, atq; epulas uenatibus ornat agreſtes
Sed iocus eſt, aut ira leuis ſeu grata natanti
Præda eſt, ſeu ſtrepitu offendunt, nam mitior agno
Eſſe ſolet paruis nunquam mihi crede uel hædum,
Vel fragilem tentabit ouem, profugamq́; capellam
Occurſu trepidi leporis quaſi territus hæret
At fœtas laniare ſues ualidosq́; iuuencos
Audet, & arreptas conuellere morſibus aures
Morſibus his quondam diuerſi à finibus orbis
Miſſus Alexandro canis eſt, & regius idem
Et contemptor erat, quem non plebeia mouerent
Bellua, non damas, non apros ille, nec urſos
Tangeret, alta ſuos ſæuens in uulnera dentes
Quæ male cum præceps nouiſſet dona tyrannus
Mox generoſum animal meritum meliora peremit
Mittitur hinc alius ſæuos mactare leones
Doctus & euerſo tellurem elephante ſubactam
Concutere hunc iuuenis tandem miratus amauit
Erroremq́; ſuum nouit ſeruumq́; perempti
Pœnituit, quem non digno prius hoſte probaſſet,
At mihi nota mei uirtus, impune catellus
Mordeat hunc lactens, quem non grauis ira leænæ
Terreat, orbatæ nec feruens tigridis ardor.
Tu præſens, niſi fallor eras quando alta ſuprimi
Atria Pontificis ſubitò completa tumultu
Mouit, ubi intonuit uillisq́; rigentibus horrens
Ibat, ut oſtenſi laceraret clauſtra leonis
Vix inde abductus mœrens magnumq́; dolorem
Teſtatus gemitu rauco longis ue querelis
Sed multum res parua tenet, ſit finis ut unum
Non ſileam ſi fortè aliquem uidet ille tuorum
Seu caſus, ſeu iuſſa ferant, quòd ſcilicet abſens
Semper adeſſe tuis non deſinis, incipit aulam

Suſpi

Suſpirare tuam ualleſq; & rura peroſus
Fortunæq; memor ueteris, ſors libera detur
Mallet ad excelſam meritò remeare Columnam.

Ad arbores ſuas.

SYlua precor generoſa ferax per ſecula tanti
Viue memor Domini fœlices ſurgite plantæ
Tendite pomiferos ſub nubila tendite ramos
Herboſumq; ſolum frondoſis palmitis umbra
Dum fremit ore leo, dum ſicca reuertitur æſtas
Protegite, & ſolis nimios arcete furores
Iam Zephyro fluxêre niues, iam bruma receſsit
Floriger ecce aries, iam piſcibus inſtat aquoſis
Vere habitum mutare nouo uiridiq; colore
Veſtiri & latos pro tempore ſumere uultus
Ille iubet qui iam ueſtri ſibi poſcere partem
Dignatur fœtuſq; graues dignabitur olim
Creſcite magnifica forſan contingere dextra
Maximus ille uirum, quos ſuſpicit Itala tellus
Ille inquam aëria parens, cui proximus alpes
Cui pater Apenninus erat, cui diuia rura
Rex Padus ingenti ſpumae interſecat amne
Atq; coronatos altis in turribus angues
Obſtupet & dominum hinc illinc ueneratur eundem
Adriaci quem ſtagna maris tyrrhenaq; latè
Aequora permetiunt, quem tranſalpina uerentur
Seu cupiunt ſibi regna Ducem qui crimina duris
Nexibus illaqueat, legumq; cohercet habenis
Iuſtitiaq; regit populos quiq; aure a feſſa
Tertius Heſperiæ melioris ſecla metalli
Et Mediolano Romanas contulit artes
Parcere ſubiectis: & debellare ſuperbos.

Petro Dantis Florentino, S.

SI ſapientis habent aliquid phantaſmata certi
Spes mihi magna boni, longos Deus ille labores
Forſitan æthereæ ſpectans miſeratur ab arce
Et lachrymis iam finis adeſt, ô ſera quietis
Tempora grata tamen, ſed quòd prior iſta uideres
Fecit amor patriæ, quam quo meliorib. aſtris
Naſcimur, hoc animo colimus meliore parentem
Et tua nunc igitur uigilantia pectora curæ
Sollicitant, memoremq; ſopor ſuſpendit amantem.
Tu mihi da ueniam, breuior ſum, dextra dolore
Segnis habet calamumq; mouens ſibi feſſa uidetur
Nodoſam uerſare trabem, tibi cognita cauſa eſt.

Zenobio Florentino Grammatico, S.

O Fœlix cui uel uiduam ſpectare parentem
Contigit atq; uagas deſerto in monte ſorores
Vidiſti quod mundus iners, quod uulgus auarum
Poſteritas quod cæca nequit ſpectacula rarò
Ingenijs permiſſa ſacris, tot millia rerum
Tot caras formaſq; hominum ſpecieſq; laborum
Cernere ſub pedibus poteras tranquillus ab alto
Me procul in tenebris per deuia longa uiarum
Errantem uidiſſe fuit, ſed traxit amare
Frondis honos, libuitq; ſequi quam iure licebat
Spernere Pyerias auſum decerpere lauros

Fortior ignauum miles ſic ſigna ferentem
Doctus inexpertos obſeruat nauta magiſtros
Propoſiti tamen egregij uotiq; modeſti
Quiſquis es in noſtrumq; adeò propenſus amorem
Te late cupidiſq; animi complectimur ulnis.

EIDEM S.

DVlce iter in patriam dulcis fuga tutior hoſpes
Attrahit, at nota retrahunt faſtidia turbæ
Quid facies anima, locus is quo pergimus inquam
Fert mala uincta bonis & dulcia miſcet amaris
Cuncta quidem ſubeunda ſimul fugiendaq; nobis
Cuncta ſimul, neq; enim facilis diſcretio rerum
Eligis ille fugam quid quòd nec aperta uolenti
Ianua in exitium ciues egere ſuperbi
Claudit inquam urbem qui ius ibi ſupprimit æquum
Eſt genus exilij tacitum, ſunt uulnera cæca
Miraris? cui non paucorum iniuria nota eſt
Quam fouet immemoris populi patientia noſtri
Vel ui rapta domus, uel paſcua ruris auiti
Amiſſaq; preces, & tot per inane querelas
Indignor ne uera negem tecum ne licebit
Glorieri amplexa eſt gremio nos aurea Roma
Et ciuem dignata ſuum, dulciſq; Maroni
Parthenope ſacro fœdus feriente Roberto
Quid referenda mihi, ſeu docta Bononia legum
Seu Salis inferni decorantes littora Piſa
Atq; Adriæ imperitans, alteraq; Venetia mundus
Hiſtoriæq; parens Patauum, ſeu Smirna latinis
Mantua ſiderea nutrix longæua poëſis:
Parma uel imperij clypeus ſi credimus olim
Romuleas dum dura Duces fortuna premebat.
Quid loquar Heſperias urbes atq; oppida noſtrum
Inter honoratos numerantia nomen alumnos
Veſtra quod una ſuis abolet Florentia faſtis
Longius impulſor, balanum rapis ira calentem
Gallia me uoluit, proleſ gens roſa Philippi
Non neget, extremi proprium uoluere Britanni
Immeritum fateor, ſed in hoc mihi ſydera ſaltem
Dextra fauent, leui mulcentia lumine aſtrum
Quo tulit, ecce dolor laſo tu parce loquaci
Non fugimus patriam, ſed nos fugat illa profecto
Mox uenit exemplis illuſtribus, aſpice buſta
Sparſa uirum, patria ut tinam tellure iacere
Quos ciues quem nam peregrino in puluere ſaxa
Quos cineres æqua membra premunt, ſolabimur ergo
Et monti leuiora animo tolerabimus æquo

Bruno Florentino, S.

PYerias comites & plectra ſonantia Phœbi
Hemoniamq; alio laurum procul ore relictam
Noueris antiqui precium predulce laboris
Triſtia pro Muſis habitant præcordia curæ
E quibus infauſtas mors imperioſa choreas
Fortuna modulante ciet, non aridus agnos
Dente lupus rapido teneros non ſæta iuuencos
Tygris & imbelles Iouis armiger ungue columbas
Acrius inſequitur, quam me trux illa meoſq;
Me linquens rapienſq; illos quo Muſa dolore
Captum liquit opus elegos & flebile carmen

Feſſus erat calamus ſiccis ſitit Africa glebis
Noſtra,fatigato longum deſerta colono
Caſtalij nec fontis opem,nec frondis odorem
Sentit Apollineæ,ſed robora dira cupreſſus
Funereosq́; rogos lachrymarum proruit imbri,
Quem nymbi triſtesq́; animi peperêre procellæ,
Heroos canerem,inſtiteras conatibus obſtant
Sydera magnificis,alio leuis orbita calle
Ingenij tranſuerſa mei male ſanus ad agros
Ducor,& heu mœrens aliorum lumina tergo
Cogis enim fortuna nocens,en tempore quanto
Quinq; ſepulchra uirum quales ſi priſca dediſſent
Secula Mæonio uigilatum carmen Homero
Clara uel Auſonijs celebraſſet Mantua Muſis
Ergo Deas alibi,ſed quid loquor omnia tecum
Et Phœbum,& comites totumq́; Helicona require
Ars mihi iam gemere eſt & caſtigare gementes.

Gulielmo Veronenſi Oratori, S.

FEbribus obſideor ualidis,mortemq́; propinquam
Suſpicor, hac inter turri uigil improbus alta
Excubat,& rauco pernox obmurmurat ore
Claſsica dira fremunt,belli circumuolat horror
Ditia Barbaricis uacuantur rura rapinis
Innocuusq́; cruor per dulcia funditur arua.
Vulgus mane gemit,taciti ſtant limine patres
Fœmineæq́; ſonant per compita mœſta querelæ
Singula dum premerent celſam rationis in arcem
Euaſi ,fateorq́; libens hæc tempora linquo
Hactenus hic animi ſtatus eſt mihi cætera morbo
Si nequeam uictus pro me uaga fama loquetur.

EIDEM S.

ACtum erat extremam uictus rapiebar ad horam
Potio,ni triſtis bilem domuiſſet amaram
Artifici prætenta manu,mox limine ab atro
Mortis ad aſtrigerum uideor mihi uerſus olympum
Nunc terram tu ubanięq; premo noxq; ipſa fatetur
Semianimem palloręq; grauis,ſpes reddita uitæ
Cætera conueniunt morti,tu uiue diuq́;
Quicquid erit latum noſtri memor exige tempus.

Ioanni Barili Neapolitano Militi, S.

DOctus ad horrificam delectus nauta procellam
Grande onus & rari mixtam tibi ſentis honoris
Materiam imponi,famam niſi fallor amabat
Qui iuſsit tam magna tuam,uerum ocia contra
Oderat ac requiem,ſpectati dextra magiſtri
Poſcitur ad clauum quotiens uiolentior Auſter
Incubuitq́; uadis ſcopuloq́; illiſa maligno
Ingemuit raucum iam peruia fluctibus aluus
At quotiens cœlo mitis iacet unda ſereno
Blandus & Heſperio Zephyrus ſuſpirat ab axe
Cura gubernandi minor eſt,minus indiget artis
Atq; operæ fragili quamuis credenda lacerto
Tu ſyrtim ambiguam uentis frangentibus æquor
Littoreos ue canum ſtrepitus,refluam ue charybdim.
Euxinumq́; fretum rapidi ſub faucibus Iſtri

Ingreſſum te chare puta,tamen omnia uirtus
Vincet & ancipiti tua carbaſa certa profundo
Vis animi generoſa reget,mirabere forſan
Spes ea,ueſter amor,deſideriumq́; metusq́;
Sollicitant,quo calle queant de littore tuto
In puppim tranſire tuam uiſurus ab alto
Monſtra maris tumidi,& portum ſubiturus eundem.

Nicolao Florenſi S.

SI iuuat agricolam ruris ſpectata ſubacti
Gloria dum flauas oculo metitur ariſtas
Diuitiasq́; ſuas tamen idem in colle benigno
Dulcius aëriam quercum,fagumq́; comantem
Pampineisq́; notat neſtitam uitibus ulmum.
Paſtorem ſi fama gregis uulgata ſuperbum
Efficit,ac toto fecerint ab agmine magnum.
Lætior herboſa ludentem in ualle iuuencum.
Hunc colit ante alios mulcens hunc nomine crebro
Signat odoratis intexens cornua ſertis
Quanta mihi gentiq́; putas tu gloria noſtræ
Quantaq́; lux patriæ,quem tot tolerare laborum
Aſpera tot laqueos cauto tranſcendere greſſu
Hoſtibus horrendum,charumq́; uidemus amicis
Quem nec torua minis claro nec perfida cœpto
Blanditijs fortuna mouet,tam triſtibus anum
Quam lætis mirata uirum,tibi carbaſa cymba
Et clauum laſſata ſua Trynacria tandem
Credidit extrema ſic tempeſtate magiſter
Eligitur dubio miles ſic ſæpe duello
Sorte ſub ancipiti generoſis lecte periclis
Viue tui noſtriq́; memor,quas inſita uirtus
Quas animo ſpes noſtra faces tibi prima placendi
Proxima cura bonis,turbaq́; accendet amanti
Quos internumerare tuum dignabere uatem.

Floriano Ariminenſi Muſico S.

ORpheus Euxinios ſolitus, uel carmine fluctus
Vel Thracum mulcere feras,truncosq́; ſequentes
Clarus auis proauisq́; fuit ſecloq́; loquaci
Inter ſemideos habitus,ſed tempore noſtro
Orpheus alter adeſt,ſi quid mihi credere tutum eſt
Non minor antiquo,niſi quod modò ſurda canenti
Monſtra parit tellus,redeat licet ille nec iram
Nox luxum frenare queat,uictusq́; tenaci
Cedet auaritiæ,tanto fœcundior ætas
Sera mali tantum hac acie uincere nepotes
Vt longo poſtliminio conſumpta repoſcant
Membra ſenes,ſtygiaq́; datum ſu ualle reuerti
Tangere iam dubias menſas dextrasq́; cruentas
Permetuans,tectoq́; negent habitare ſub uno
Aut ſimul inualidæ retinacula ſoluere puppis
Adde quod ignauo calcar locus incutit æuo
Et mundi ſentina grauis ſic peſtibus una
Muſica cum gemmis bello concurrit iniquo
Cellipus his Rhodope multum me iudice multum
Impar erit feritate ſua,nec Thracius Hebrus
Certes aquis Rhodani ſunt hic prædura metallum
Pectora ſunt ſilices animi,ſunt uiſcera flammæ
Semiuiros per prata boues,per atria cernas

Semibo

Semiboues errare uiros, non unus opacam
Minotaurus habet perplexi tramitis aulam
Plurima permixtæ cæcæq́ libidinis extant
Signa per infames partus ſobolemq́ nefandam
Et natos ſuror exagitat rabieſq́ fameſq́
Dira nec immites ceſſant à ſanguine fauces,
Nec ſeptena uirum, ſed iam millena uorantur
Corpora iuſtorum, nec ſola urgentur Athenæ
Sed cupidus totus lacerantur dentibus orbis.
Hortor abire locis, Itala tellure daturum
Ingenij documenta ſui, tum currere quercus
Saxaq́ mota ſono blandoſq́ uidebimus urſos.

EIDEM S.

CEſſerat aſſiduæ uictus prece plectriger Orpheus
Orpheus hic præſens animo non arte ſecundus
Auſus opes ſpreuiſſe inops ignobile pondus
Iamq́ animo carpebat iter, ſed uaſa legenti
Occurrit uiolentus amor dextramq́ ſuperbam
Iniecit inualido, mirum meretricula tanto
Imperat ingenio, ceſſit prudentia, ceſſit
Alma fides, ceſſere preces, ſic uincimur omnes
Vnius illecebris, & muſica ſeruit amori
Cui mare, cui tellus cui ſeruit Iuppiter ipſe.

Ioanni Boccatio Florentino Poëtæ S.

O Ego ſi qualem tu me tibi fingis amando
Sors daret, ut uigiles ſopirem carmine curas
Qualia nubiferæ ſcopuloſa per antra Cirræ
Qualia Caſtalij modularer ab aggere fontis
Solamen latura tibi, ſed crede fatenti
Fallit amor, qui ſæpe Deos hominesq́ fefellit
Iudicijs aduerſa luet, ſi carmina uulgus
Noſtra legit, quæ cauſa tibi nunc ſumma querelæ eſt
Quod paſſim uulgata auida calcantur amico
Nil mihi uel noſtris poterat contingere Muſis
Triſtius, id primum moturos nempe libellos
Admoneo, ut uulgus fugiant, paucisq́ placere
Contenti hoſpitibus, penitus fallentibus auris
Abſtineant, plauſuſq́ leues, & murmura tenent
Ingenio ſin fata fauent ut forte per ora
Docta uirûm titulus uolitem, licet ardua ſemper
Hæc uia ſit tentata mihi tamen ipſe mearum
Conſcius obſtupeam rerum, dum ſcribimus ecce
Horrendum uiolenta tonat, miſcetq́ dolores
Et uarios fortuna metus tot uulnera rerum
Totq́ minas perferre graue eſt, hinc nuncius atq́ hinc
Triſtis adeſt, illum mors abſtulit atra ſodalem
Hunc gladij rapuere truces, hunc carceret, illum
Morbus habet, uolucres alius rabiemq́ ferarum
Aequoreosq́ alius paſcit ſub gurgite piſces
Cor mihi non Adamante rigens nec ferrea mens eſt
Permoueo, taceo propriam quæ longa malorum
Hiſtoria eſt, quibus hoc ſignum per tot illa ſagittis
Pectus & hoc quanto pertentans ariete pulſit
Obnixi contra ſtamus tum pondere noſtro
Tum ſimul exemplis quis noſtrum fortiter illud
Vicerit interdum trepidi titubamus ita omnem
Corpoream requiem mentis labor atq́ uiciſſim

Pacem animi internam fortunæ prælia turbant
Vincemus tamen ut ſpero clarumq́ tropheum
Victa ferox nimirum dabit, ſed ſtante duello
Turbidus ingenij flatus eſt, uix temporis huius
Acta probare reor doctos uerum omnia poſtquam
Noſtra placent, uoti compos breue ſuſcipe carmen
Et feſſæ lege ſigna manus ac mitte querelas.

Barbato Sulmonenſi, S.

RVs mihi tranquillum media contingit in urbe
Rure uel urbe medio, ſic prompta frequentia ſoli
Promptus & in latebras reditus dum tædia turba
Offendunt hos alternos urbe una regreſſus
Hos dedit una domus ſenium quæ pellit in iram
Nam deſiderium uoluas tranſgreſſus abundè
Lenio, ſemper adeſt oculis animoq́ uiciſſim
Quod placeat poſcit graues auertere curas
Rurſus, & ut ſtrepitus pertæſum limen amicum
Tranſeo multa uno fugiens faſtidia paſſu
Et querulum obuerſa ſecludens cardine uulgus
Hic mihi tanta quies quantam nec ualle ſonora
Parnaſi! nec Cecropia per mœnia uilla
Inuenit ſtudioſa cohors heremoq́ ſilenti
Vix Aegyptiaca ciuis niſi fallor arena
Angelici ſenſere patres, fortuna latenti
Parce precor, pauoq́ ualens à limine tranſi
Et Regum metuenda fores inuade ſuperbas.

EIDEM S.

SOrs ſua quemq́ uocat, rigidam tranſire per alpem
Sole niuem radio nondum frangente iubemur
Obſcenosq́ locos, informia clauſtra malorum
Atq́ feram Rhodani totiens contingere ripam
Heu quis agit mea fata Deus, quis ſydera uoluit
Noxia? ſi patrium feſſo fortuna ſepulchrum
Inuidet, extrema liceat iacuiſſe ſub artho.
Aut ubi ſerpentes habitant, ubi naſcitur Auſter
Caucaſea ſub ualle libens Athlante ſub alto
Et uiuam & moriar, modo ſit dum uiuitur almus
Cuius ab alternis reſpirem tractibus aër
Barbara dum morior ſaltem cui reddere corpus
Terra queam nihil è toto plus poſceris orbe
Hoc etiam fortuna negas huc uoluis & illuc
Nullaq́ iam tellus nullus mihi permanet aër
Incola ceu nuſquam ſic ſum peregrinus ubiq́.
Siſte precor quacunq́ libet regione, meoq́
Ludibrio laxare ferox non munera regni
Multa tui non ampla peto, permitte quietà
Paupertate frui parte bene in rure repoſto
Aetatem tranſire breuem, iam proxima mors eſt
Libertasq́ ſimul, medium ſine turbine tanto
Tempus eat non ambitio nec auara trahit mens
Tu longos ſine fine adigis perferre labores
Qui quoniam aſſiduè rapido cum tempore creſcunt
Quis mihi portus erit? qualem ſperare ſenecta
Linquitur, à miſeris perplexum ambagibus orbem
Celſa tremunt, pendet medium, calcantur in imo
Iam placent, tamen aërio ceu uertice ſemper
Mens tremit, & medio pendet uelut anxia calle
Id queror in primis, quæ nam hæc diſcordia rerum

Si nymbos ſæuumq́ iugis ſæuiſſe tonantem
Si pelago fluctus tempeſtatesq́ profundo
Naufragumq́ gemam, deſit patientia & æqui
Iudicium arentis, ſed enim modò gurgitis undis
Obruor indignus, humiliq́ in puluere uentis
Fluminibus premor, ſic nil mihi profuit altum
Sollicite uitaſſe locum, uerum iſta profecto
Iuſta ſed & fera eſt, & longa, & uana querela
Sors igitur mea repetit tutumq́ uiator
Prendere iuſſus iter, charosq́ relinquere amicos
Vrgeor alpinum raptim penetrare tridentum
Danubiumq́ nouum, iuuenemq́ ab origine Rhenum
Germanosq́ lacus, claudit uanq́ hoſtis apertas
Enſe uias, quid agam? rebus parere coactum
Durius eſt, & ferre iugum ſine murmure præſtat
Parto tranquillum dulcis mihi fluxerat annus
Sed breuis heu nimiumq́ fugax oblitaq́ fortè
Tantiſper fortuna mei dum cætera gaudet
Præcipiti uerſare rota mihi grata relinquit
Ocia, nunc eadem ſphyngoſa negocia reddit
Et labor inuiſus placitam fugat ecce quietem
Tu fælix Barbate tuum ne deſere nidum.

Gulielmo Veronenſi Oratori, S.

A Vſonias ſpectare domos adamante Superbo
Non ſibi extructas, niſi te ſine dulce fuiſſet
Vidi etenim limenq́ rigens & clauſtra ſupremi
Artificis firmata manu Nymphasq́ ſonoras
Cataleumq́ Atheſim ſubeuntem gurgite blando
Flectitur ille uolens alpini conſcius ortus
Et ſupplex melioris adit confinia mundi
Nataleq́ humiles grates agit alta Verona
Mænia frondoſos colles pulcherrima Nitis
Paſcua & Adriaci famoſas æquoris urbes
Non Iſtrum Teucemq́ feram glacialia rura
Littora nec Scytici uiſurus turbida ponti
Non modò res noſtras igitur pecudumq́ ferarum
At terras fluuiosq́ uagas uicta regit ſors
Vidi, & terrifi ſtam ſolido de monte ruinam
Atq́ indignantes præcluſo tramite Nymphas
Vertere iter dextramq́ uadis impellere ripam
Et didici inſano prouiſa pericula uati
Oppreſſum ſubita populum ſub ſtrage miſellum
Mors inopina hominum, & proprij mens inſcia fati.

Ioanni Barili Neapolitano, S.

R Es ingens tempusq́ breue eſt, hæc ſumma malorum.
Inſcius in laqueos recidi, quid ſingula ut tibi
Expediam cæcumq́ e charos laberinthia clauſtra
Erroresq́ nouos & inextricabile ſeptum
Sollicito quòd turba gradu miſerabilis ambit
Amiſſumq́ ſemel nequit unquam attingere limen
Hic me decluſum totiens, nunc ſydere mæſto
Carcer habet miſeriq́ uagor pars una popelli
Ipſe mihi impignans, maternaq́ compita luſtro
Rex tonat horrendus, ſtat ſortibus urna malignis
Quis iuſſus prior ire mori, quem fata ſecundam
Sæua uocent, nec fila ferunt, nec uerba puellæ

Reginæ miſerantis opem, nec Dedalus uſquam eſt.

Franciſco Priori ſanctorum Apoſtolorum de Florentia. S.

M Iraris quæ cauſa moræ laberinthus in arui
Niliacis gnoſoq́ fuit, mox tertius error
Lemnius, extremus clauſit gloria regni
Omnia ſuccumbunt ſenio, ruit ecce quaternus
Carcer, & auroram cæca uidere cauernæ:
Sed toto dictæa domus famoſior orbe
Iam nomen uel ſola tenet, ſolusq́ repertor
Conſilij uulgo clarus cautiſſimus idem
Et genitricis eum, & nate ſolator amantis
Armenti regina Ducem miſerabilis arſit
Et ſubiecta fero mendacis tegmine uaccæ
Optauit uiuum eſſe pecus, ſed honeſtior ignis
Corripuit ſobolem ſalua pietate furenti
Ignoſcendus amor, ruit horrens machina poſtquam
Dextra uiri fortis monstris armata puellæ
Perculit informis ſqualentia pectora monſtri
Ipſe faber fraudum penna trepidante per auras
Fugit, & amiſſo mœſtus ſuper æquora nato
Feſſus & Euboica demum requieuit in ora
Qua ſecat argolico campanas uomere baias
Aduena calcidicus, fruiturq́ ſalubribus undis
Sed quorſum tibi uota trahens ignota profari
Demoror? uiq́ uolens alium delatus in orbem
Dedalus ad Rhodani læuam, noua monſtra nouasq́
Ambagum formas & plena doloribus antra
Struxerit, ut nullus reduci ueſtigia filo
Dux incerta regat laqueos, ut nuper in iſtos
Incideram, ut queam iue pedem cum laude referre
Non hinc ægides, non hinc minoia proles
Dedaleo ingenio freti, non ipſe magiſter
Exeat, ira uiam faciet, dolor induet alas
Hinc ego uel nudus fugiam uiſi Barbara buſti
Sors mihi ſeruatur, fugiam ſimilisq́ uolanti
Iam Ligurum colles, facilemq́ remetior alpem
Limina Pontificum totiens damnata relinquens.

E I D E M S.

S Cilicet immenſe quod Flaccus dixerat urbi
Bellua multorum eſt capitum, ſibi uendicat omnis
Villula, famoſis ſunt oppida moribus unde
Paſtor & hirſutus quondam ueniebat arator
Nunc uagus impoſtor quiq́ omnia littora luſtret
Inſomnis mercator adeſt, quiq́ omnia ſulcet
Aequora & exciſum patrio de ſtipite remum
Ignotis qui uerſat aquis, qui ſydere in atro
Peruigil inſtantes mundo norit ante tumultus
Publica præſagis, aut futura cernat in aſtris.
Aut ſimulet qui uel triſti radice potentem
Aegrotum uel morte leuet, qui puluere & herbis
Improbus ex uarijs medicatum ſpondeat aurum
Vulnera qui curet uerbis & credula fallat
Artibus innumeris inſani pectora uulgi
Soluere qui legum laqueos & uincla profeſſus
Ludat, & attonitum teneat ſub roſtra clientem
Quid loquar, artifices ſcelerũ, quos ſurgere paſſim
Cernimus immites humili de ſtirpe Tyrannos

Iam quæcunq; palus Syllas alit atq; Nerones
Portentum regale prius ſic flumine longo
Aſſuetum noſtras deflexit uirus in oras
Nos miſeri uenale pecus uiliſq; lupinæ
Præda famis ſequimur dominos dominarier orbi
Quos magni docuere patres, nec tuta dolendi
Libertas, iuſtæq; ſonant impunè querelæ
Supplicium dolor ipſe timet, nec parua gemendi
Materia eſt non flere palam, maria hæc tida uelo
O mea Calliope, & remis fugiamus adactis
Securum Carpamus iter, ſpecieſq; laborum
Et curſus uitæ uarios populumq; canamus.
Læditur hic gratis, cuius diſcrimina mille
Mille artes, & mille uiæ par'q; omnibus error
Quilibet ancipitem pariet ſibi ſylua ſophiſtam
Vepribus eliciet doctum nemus omne Platona
Quolibet argutus procedet Tullius antro
Aliger ex omni ueniet tibi Dædalus alpe
Si flatus hic rurſus quæ nam confuſio uaſto
In populo qualis magna labyrinthus in urbe
Quæ ſi uiſa premunt animum, ſi dulcia turbant
Ocia contamur triſtes abrumpere nodos
Ac latam tentare fugam, ueſtigia uulgus
Nota ſequatur iners at nos Helicone ſub alto
Secretos longè uitamur carpere calles.

Ad Italiam ex Gallijs remeans.

SAlue chara Deo tellus ſanctiſſima ſalue
Tellus tuta bonis, tellus metuenda ſuperbis
Tellus nobilibus multum generoſior oris
Fertilior cunctis, terra formoſior omni
Cincta mari gemino, famoſa ſplendida monte
Armorum legumq; eadem ueneranda ſacrarum
Pyeridumq; domus, auroq; opulenta uiriſq;
Cuius ad eximios ars & natura fauores
Incubuere ſimul, mundoq; dedere magiſtram
Ad te nunc cupidè poſt tempora longa reuertor
Incola perpetuus, tu diuerſoria uitæ
Grata dabis feſſæ, tu quantam pallida tandem
Membra tegant præſtabis humum, te lætus ab alto
Italiam uideo frondentis colle gebennæ
Nubila poſt tergum remanent ferit ora ſerenus
Spiritus & blandis aſſurgens motibus aër
Excipit, agnoſco patriam gaudenſq; ſaluto
Salue pulchra parens, terrarum gloria ſalue.

Ildebrandino Paduano Epiſcopo. S.

NVper ab Oceano multa cum laude reuerſum
Occiduo, nunc & ſyluas, & rura ſequentem
Aſpera, quæ fluctu glacialis proluit Heſter
Conſcius ingenij iam te ſatis arbitror omnem
Europæ ſpectaſſe ſitum, te iudice pauca
Diſſeruiſſe uelim, quantum ſeu Gallica tempe
Seu fera teuthonica tellus, orbiſq; Britannus
Diſtet ab Auſonio, quantum ſimul inter utranq;
Heſperiam interſit. nanq; & mihi multa uidendi
Cura fuit, terraſq; labor penetrare remotas
Nec nouus hic mentem ſubit impetus, acta Poëtis
Iam pridem, rerumq; alijs memorata magiſtris
Præcipuè noſtro res decantata Maroni eſt
Et mihi poſt alios, rauco ſed murmure dicta
Nunc iterum aggredior, non inſcius hanc mihi cauſam
Multorum fortaſſe odij, ſi uera profectò
Sunt tanti ut pariant hoſtem, mihi nullus amicus
Eſſe poteſt, nullam quærendi contulit artem
Ingenium ſtudiumq; mihi, nec conferat oro
Ergo ego uera loqui fierem ne publicus hoſtis
Haud uentus moneo ac teſtor qui forſitan ægrè
Hæc legerent, oculos auertant, perlege ſolus
Nanq; tibi Muſis cano uulgumq; relego
Iam primum quacunq; animus regione uagemur
Siue per has noſtris habitatas gentibus urbes
Siue per Aſſiriæ populos, nam longius ardor
Euehit, Aegyptumq; magnam quos ſubdolus ille
Mentitus mandata Dei mulcendo fefellit
Siue per ignotos ritus ubi cæca prophanis
Templa Deis cultoq; ferox ubi dira ſacerdos
Exta ſecans, fœdis uiſetas inhiare ſacellis
Gaudet, & attonitos cura ſuſpendit inani
Quo te cunq; moues quocunq; ſub æthere ſiſtis
Multa tibi occurrent proprijs metuenda colonis
Multa tibi uariarum aderit penuria rerum.
Muſa gradum cohibe, quorſum temeraria pergis?
Conſpuet inſanum iam iam tua carmina uulgus
Turba ſuos teneat mores, nat noſtra loquamur
Gallia nec uitam nec munera Palladis ante
Nouerat, hos ſeram meruit guſtare liquores
Poſtquam Roma fuit, ſed adhuc ibi rarus oliuæ
Frondet honos nam poma quidem fragrantia noſtri
Orbis & aurato nuſquam uirgulta colore
Hæc quoq; diuerſis iterum fœcunda metallis
Non ſoluit ſcatebriſq; caret, quibus ægra lauentur
Corpora, nec gregibus tondetur læta ſuperbis
Muſa gradum cohibe, quorſum temeraria pergis?
Germanas tranſire niues, atq; horrida noſtri
Frigora Danubij placitum, & quos dextera Rheni
Ripa procul fixo ſubiectos reſpicit arci
Dulcius è rapto uictuſos pane Sueuus
Cæruleas albis quos irrigat amne Bohemos
Quos Hypanis parua gignens animantia uita
Aut uagus algenti Tanais diſterminat unda
Hæc loca nil Baccho debentia nilq; Mineruæ
Atq; parum Cereri ſileant, pars magna Britanni
Litoris aut meſſem bibit, aut liquefacta Lyæi
Poma loco, ſæuo rarum, niſi chara uehantur
Vina meri precio miſeræ mage dulcia uitæ
Flandria quid ſitiens haurit niſi pocula mellis
Aut aliunde graui uenientia uina labore
Quid niſi telluris cumulos iam ſole recoctos
Quos operoſa æſtas brumæ tranſmittit inerti
Terrarum pars illa cremat. nimis ordine longum eſt
Enumerare plagas quas frigida contigit urſa
Fertilis at Zephyro ſitus eſt, & fertilis Euro
Et ſua fertilitas nymboſo contigit Auſtro.
Quis tamen ignorat, quantum eſt quod deſit ubiq;
Natura retrahente manum, quantum ue quod obſit
Hinc decor omnis abeſt nemorum, illinc dulcis aquarum
Copia damnoſa uaſtans hæc arua paludes
Illa necant ſentes, uel putris aceruus harenæ

Ille locus Tygres ſyluis errare profundis
Ille uidet gelido uolitantes æthere gryphes
Ille truces Pardos rapidos habet ille leones
Ille uenenoſos ſtirpes, herbasq; malignes
Germinat hic morbos, hic pullulat aſpide multa
Contra autem, bona uera animi imperiumq; ſupremum
Aoniamq; lyram qua Græcia uicta Latinis
Tradidit innumeratq; libens, præteruehor artes
Italiæ quid obeſt, niſi Mars uiolentus obeſſet?
Quidúe deeſt Italiæ, niſi pax non deforet una?
Noſtra patent noſtris, aliena reuoluere mens eſt
Muſa gradum cohibe, quorſum temeraria quorſum
Vlterius tranſire ueto, ter iuſſa quieſce.

Andreæ Mantuano Poëtæ, S.

I Duce uecta Pado leuis eſt deſcenſus amici
Gurgitis auxilio, donec deflectere curſum
Obuius admoueas Benaci filius alti
Inde ſiniſtrorſum perges, eque amne ſecundo
Ibis in aduerſum qua clara Maronis origo
Mantua Pieridum, quondam domus alma ſacrarum,
Nunc ſedes inuicta Ducum, quæ claſſica plectris
Miſcuit, & uincto ueneratur Apolline Martem
Vnum ibi noſtrarum præconem litera rerum
Inuenies, hunc tu noſtris ſolabere uerbis.
Nam noſtram dolet ipſe uicem, facilesq; ſuſurros
Ruminat inſulſæ permotus murmure turbæ:
Læta ſibi in primis uultuq; occurre ſereno
Hisq; indignantem loquere, & ſi nulla ſine hoſte
Gloria parua tamen nobis oblata duelli
Materia eſt quos iam luſtris oblata duobus
Torſerit inuidia, non inueniſſe quid h ſcant
Conceptum qua parte uomant è pectore uirus
Vna uenenatis uix tandem ſyllaba uerbis
Oſtendit feceitq; uiam, pro crimine ſummo
Produxiſſe breuem arguimur, ſed ex ea profectò
Inuidia eſt, cumulant noſtræ præconia laudis
Eximiæ iuditium formæ uix pauca, nec æquo
Iudice quæ damnant inter tam multa notari
Næuus ut inſigni quanquam leuis eminet ore
Deformis facies mendam regit, omnia quando
Offendunt oculos, uitium non cernitur unum
Nos igitur quæ ſumma rei eſt, an carmine longam
Fecimus imò breuem, quod carmine conſtat eodem
Anne autem geminum dedit addita conſona tempus
Sic animis, ſic ingenio torpere uidemur.
Hæc nobis ignota putant, id Muſa mereri
Noſtra poteſt teneriſq; Elycon dilectus ab annis
Eſto ignota putent duo, nam pugnantia capta
Mente ſimul loquimur? iuxta an longamq; breuemq;
Ponimus haud equidem cenſorem id credere noſtrum
Crediderim, quamuis ſoleat ſibi fingere multa
Spumea præcipiti, torrensq; inſania Baccho.
Somnia mira uident uigiles, & febre ſine ulla
Occupat inualidum cerebrum, uiolenta Phreneſis.
Falſum autem ſi ſæpe uidet mens ægra quid ille:
Quid uidet ille furens Bromij Venerisq; ſacerdos
Phryx uerus ſemperq; cibo ſomnoq; ſepultus,
Extremamq; trahens uina inter dulcia noctem
Nota canis rabies, ſtant argumenta uidebis
Horrentem ſitis, oculos ardere uagantes.
Latrat in abſentes, metuit contingere lymphas
An Breis eſt? quid ais? quod monſtrum fata minantur?
Quæ ſchola Grammaticum, uatemq; remiſit aſellum
Vna dedere animos fecerunt una Poëtam
Sentio, pica merum tetigit roſtroq; madenti
Decertare audet Muſis, iam ſimia tigres
Audebit tentare feras, & aranea telas
Texere palladias, cignosq; laceſſere coruus
Vis uini omnipotens tenerum fugat ille pudorem
Excitat ingenium, mutos facit eſſe diſertos
Qui modo uix calamo commiſſa negocia ruris
Clamoſi ſeu bella fori trepidante notabat
Conductus precio tenui, nunc ſydere mæſto
Carmina noſtra notat, nunc conſultore Cratino
Humida uerboſis eructat metra tabernis
Venit in Aonios ſubitò rudis incola montes
Infecitq; locos, illo ſpectante choream
Virgines ſoluêre chori, peneia laurus
Aruit & faciem mutauit Caſtalius fons
Alliſit ſaxo cytharam turbatus Apollo
Collega regnante ſuo, Nixeia uictrix
Ars & uterq; Deo collis ſumitur uni
Ruſticus en cenſor nouus, en proiectus ab aſtris
Venit Ariſtarchus, obelis armatus acutis
Nil atramentis unquam quod carpere poſſit
Sæpe, ſed ad menſem Reges, & prælia Troiæ
Victaq; non modico deſcribens Pergama muſto
Nec pudet inſultare alijs, ea gloria fuſco
Viſa animo, fumum cælo nebulamq; ſereno
Obliquis captare oculis, & digna triumpho
Syllaba nec cernit primum ſe falſa uidere
De nihilo inſultat maculas in lumine demens
Fert proprio quæritq; alibi, ſic illa tenebras
Cæca ſuas putat eſſe domus quæritur úe puella
Commigrare petens, nota tibi fabula duro
Quæ Senecæ riſum mouit, ſed callidus iſte
Noſtra ſcripta manu ſeruare poëmata fertur
Syllaba monſtratur uulgo noſtrumq; petenter
Arguit errorem, mirum nam ſyllaba nobis
Hæc eadem ſeruata domi eſt ibi cauta tenorem
Et tempus tenuiſſe ſuum ſi miſſa retentis
Diſcordant, cur peiorem ſententia uergit
In partem, cur non potius properantis in actu
Error erit calami? quod ſæpius accidit alia
Tractanti, ingenio culpam hanc aſcribere mordax
Aemulus audebit? uerum audeat unica nobis
Sit nota quæ crebra eſt alijs, & crebrior ipſi
Virgilio, feruens quandoq; tepeſcit & alget.
Et quandoq; Maro currens pede claudicat uno
Diuinum eſt quod labe uacat mortalia nunquam
Reprehenſione carent igitur, ſi iure latino
Accuſator agit petimur, ſi crimine uero
Crimen erit ueniale tamen, liuorq; ſiniſter
Lentus iners ſtudijs prætendens retia noſtris
Torqueat in girum ſeſe pariatq; ſubinde
Quod premat inuiſam grauiori uulnere famam:
Triſtis enim inuidia quales effundit abortus?
Ridiculus partus, ſpatio breuis unâ decenni

Syllaba, turrigeros ciuiu tres unica natos
Indica Barbaricis peperiſſet bellua ſyluis.

Amico Tranſalpino S.

Perdis amice operam mens eſt mihi certa manere.
Hic ubi ſum non me ualidis rapidiſſimus undis
Impulerit Rhodanus, recta non Cirtius aura
Mœnia concutiens, ubi tu tibi tempora uitæ
Deligis, ac buſtum, non compita ueſtra tenentes
Mille ſimul paruæ quæ ſtrident urbe quadrigæ.
Anchora fixa ſolo eſt, moueant, tu calcar amoris
Incutis abſenti, quo frena morantia rumpam.
Dum meminiſſe iubes, quod ut obliuiſcerer omni
Exhortandus eram ſtudio, tu dulce caducum
Ingeris ex porto, formæq́ fugacis honorem,
Et ueterum mihi multa nouas monumenta dierum
Hac tamen ipſa olim, quæ ſpes erat ultima uicto
Cauſa fuere fugæ, iamq́ hæc puerilia retro
Linquimus, ad metam rapimur properantibus annis.
Vna fuit quondam de pectore cura capillos,
Impendere diu ſpeculo, componere uultum
Multorum placuiſſe oculis, ſed tranſijt ætas
Illa mihi in tergum, & nunquam reditura uolauit.
Iamq́ animum maiora trahunt, quid precibus ergo
Conſilio' ne tua ſenior iam ſegnis amator
In flammam laqueosq́ ruam, & iuga nota ſubibo.
Dij meliora bonis, licuerunt multa iocoſæ
Tunc puero, nunc pauca uiro, ſuntq́ illa pudori.
Fabula quòd populo fuerim, digitoq́ notatus
Iſta precor ſileas igitur ne carpere mores
Nunc etiam uideare meos, ſi pauca iuuenta
Blanda putes motura ſenem, tua dulcis amice
Interpellat item facies, ſed forſitan æquum
Iſ fuerat tua quam toties me traxerit illinc,
Vt mea te tandem ſemel huc rapuiſſet imago.
An me Romani dignatio ſacra moueret
Pontificis, quem ſæpe meos ais ordine greſſus
Et longas quæſiſſe moras, frons mitis ab alto
Proſpicit illa ſuum, quibus annumerare puſillum
Me licet, en quorſum ſitis immortalis habendi
Voluet in exhauſto mortalia corda labore.
Sit parto ſine lite frui, ſi plura petuntur,
Nec bene fundatum locus interrumpit amorem
Et partulas habet ille manus, & brachia longa
Cum quibus & & terras regit, & freta tranſilit ampla
Præcluditq́ fores Erebi, cœlumq́ recludit
Spes autem me nulla trahit, quia nulla cupido
Alligat, & nullis ardent præcordia flammis
Ingenioſus amor, quas non tu uertis in artes?
Quæ tibi non tentata uia eſt, horroribus impl'et
Quum uarijs hinc bella fremunt, hinc arma parantur,
Omnia peruideo, ſed quis locus abſq́ periclo?
Quæ magna cum laude quies? ſtat iuncta labori
Gloria languentem ſpernens operoſa ſoporem
Deſpiciensq́ minas, at qui te detinet inquis,
Et mortalis homo, uita hic pendet ab una
Sors tua, ſed quænam quæſo non pendula ſors eſt
Stamine pendemus tremulo morimurus amici
Immortale caput uoto ne ſanus inani
Optarem non tanta premunt obliuia rerum
Sum memor ipſe mei, ſed enim pars magna ſuperſtes
Huius erit, multum adijcit lux ultima famæ.
Clara quidem longos uirtus uentura ſub annos
Viribus ipſa ſuis ſublimis ad æthera ſurget
Non aliena petens inopis ſuffragia linguæ.
Si tamen & præſens calamus promittere quicquam
Auderet promeret, nec ſacri nominis ingens
Afforet auxilio, uerum hunc grauioribus urget
Inde latus ſtimulis, ſi quidem modo rara per omnes
Et ſuſpecta fides animos, clariſſima certè
Ars, uirtus, doctrina, fides rariſſima ſemper
Nunc tamen ex raris ſiquid mihi credis habeto.
Fruſtra igitur terrère pares, ſi tempore uirtus
Priſca uiget noſtro, ſi qua eſt probitasq́ fidesq́,
Pectore in hoc habitant, olim concorditer unà
Viximus, & reliquum pariliſ ſtat uiuere tantum,
Tempora partimur, uarioq́ expendimus uſu
Et noctem longamq́ diem ſermone morantem
Ducimus, obrepit quotiens aſſueta uoluptas.
Solus ego populum fugiens, & rura pererrans.
Solus, & ad ripam tenera reſupinus in herba.
Ardentes tranſire dies, rabiemq́ leonis.
Curarum liber uideo, natuusq́ malorum
Dum grauidus redit autumnus, uolucrumq́ cateruis
Retia complentur, Breue ſic comitante chorea,
Pyeridum in ſyluis & labile uoluitur æuum.
Hæc mihi uita placet, non ambitiones in aulam
Inuidiaq́ ſacram, poſt tot documenta reuerti
Gratius ille quidem, quanquam iam feſſus eundi
Per Italam calcabis humum, purumq́ ſerenum
Latius his oculis, & ſydera noſtra uidebo.
Poſt ubi longæua finem factura labori
Affuerit ſuprema dies, ſolamen & ipſum
Mortis erit, tanti ingenio lachrymantis amicis
Laſſatum poſuiſſe caput, manibusq́ ſepulchro
Iniectum iacuiſſe pijs poſt prælia tanta
Fortunæ, Auſonia ſaltem tellure recondi
Dulce mihi, & patrijs longum requieſcere ſaxis.
Seraq́ quum fragilem tumulum conuulſerit ætas
Lenius Heſperia ciuis hic agitabitur cura.

EIDEM S.

Quando erit obſcuri laribus contentus Amiclæ
Cæſar, & imperium ſpernet, bellumq́ timebit,
Apius inuiſæ metuet certamina plebis.
Mutus erit Cicero, formoſus Galba, fidelis
Hannibal, inſidus Scipio, Catilina pudicus
Ac pius, armatum Therſites ſternet Achillem
Cherilus altiſono carmen dictabit Homero.
Solſtiga perrumpet radio, & mirantibus umbris
Tartaream ſubitò complebit lumine uallem.
Aetherea hos facili penetrabit & aſtra uolatu
Oceanum ſarmica uado, Tanaisq́ repente
Ibit aqua, ſtringet glacies denſiſſima Nilum
Nix æterna teget Meroen, nunquamq́ carebunt
Imbre Meduſæi infecta cruoribus arua
Surget ab occaſu uiridis aurora capillis
Retrogradumq́ diem fuſcos tranſmittet ad Indos.
Et Padus ad fontem Veſuliq́ redibit ad arcem
Ethna uomet fluctus gelidos & Sergia flammas.

HH h 5 Aurā

Aura mouebit agros, contemnent nubila uentos,
Montibus errabunt piſces, pelagoq́ leones.
Tunc tua propoſitum conuellent carmina noſtrum.

GENETHLIACON MARCI
Mediolanenſium Principis.

MAgne puer dilecte Deo, titulisq́ parentum
Præfulgens populis olim uenerande ſuperbis
Sit modò uita comes, teneris ſit ſpiritus annis
Expectare diu nobis patriæq́ patriq́
Late ue in uitæq́ uiam fœlicibus aſtris
Ingredere, & rebus gaudens accede ſecundis.
Te Padus expectat dominum, quë flumina Regem
Noſtra uocant, te purpureo Ticinus amictu
Et magno genitore tumens, te gurgite Lamber
Innocuo lateq́ ſecans pulcherrima rura
Abdua, cæruleus, uolucerq́ ſonantibus undis,
Ollius ac diues Tanarus, te Trebia nobis
Iam melior, ſaluus te ripis laxior æquo
Te durus, rapido torrens, te uertice Taron.
Exiguit te Parma undis, atq́ entia uerno
Imbre furens, teq́ amne minor tamen æthere Rhenus
Blandior Auſonio, quanquam quid flumine uerbis
Parua ſequor? Threni maris æſtus & omne
Iam nunc littus amat crebriq́ in littore portus
Quum procul indomitas gentes ſceptrisq́ potitas.
Non pudet è gremio dominum ſibi poſcere ueſtro
Ingens principium tibi ſic uirtusq́ tuorum
Sic tua ſors, ſic fama domus, ſic lumine amico
Aſtra fauent, hominumq́ Deus, qui prouidet actus
Tu quoq́ tranquillo uotiuum pectore natum
Suſcipe magneq́ parens, & per ueſtigia gentis
Ire doce generisq́ ſequi monimenta uetuſti
Hiſtorias alij memorandaq́ nomina longe
Actaq́ clara uirûm repetant uulgataq́ bella
Sufficiunt alijs exempla domeſtica famæ
Inueniet puer iſte domi calcaria laudum
Plurima magnanimos proauos imitetur auosq́
Mirariq́ patrem docili condiſcat ab æuo
Quum tamen egregius uiuendo adoleuerit infans
Hanc habeat pateram, & roſeo bibat ore iubeto
Parua decent paruos, minimus ſum, maximus ille
Paruus, ſed eſt ætas lucis noua limina nuper
Attigit, & cœlum trepido ſuſpexit ocello
Aetati, non fortunæ munuſcula dantur
Apta ſuæ ludet nitido mulcente metallo
Spernet idem ex alto fuerit, dum plenior ætas
Et rutilam terræ fecem ſciet eſſe profundæ
At fortaſſe ſibi tunc carmina noſtra placebunt.
Perleget & ſecum, ſacro dum fonte leuabar
Tanto humilem excelſus genitor dignatus honore eſt
Hic quoq́ deuotam generoſo uertice dextram
Appoſuit, procerum magne pars parua cateruæ
Et fauſtum læto Marci dedit omine nomen
Ornatum celebri magnorum laude uirorum
Vt ſiue ingenij linguæ ſeu palma Latinæ
Mulceat inſigni geminum mihi lumine callens
Oſtendant Latij Marcus duo ſydera Varro
Marcus item Cicero, cui ſi lux tertia Marcus
Aggeret Antonius, ſin ardua rura uidere
Pieridumq́ audire modos Pacuuius almum
Signet iter Marcus, patriæ ſi uerus amator
Nec læto rumpenda fides ſit Marcus utrinq́
Regulus exemplum ſolij, ſi fortè ſupremi
Spes & amor moueant, ſurgant ueſtigia Marci
Principis alta ſequens, atq́ hic ſeu moribus actis
Seu ſtudio iuuat agnoſci ſunt undiq́ clari
Sceptriferiq́ Duces, ſi bellica gloria tangit
Et rigor, & uirtus animi cultusq́ decoris
Et contemptus opum, Marcos Curiû atq́ Catones
Intuear, Reges acie calcare potentes
Si mediter Marcus Glabrio, ſi uincere gentes
Nobilior memori uerſetur pectore Marcus,
Hosq́ inter patris patruus quum noſtra tulerunt
Tempora uictorem, Marcos accepimus omnes
Hunc dedimus, ſi templa uelim firmaxiſſe uel urbes:
Aut ſi nauali certamine uictor haberi.
Marcus ad audendum ſtimulos Agrippa miniſtret
Si placeat fraternus amor, pietasq́ modeſti
Pectoris aut maior rediens in tempore fama
Spreta ſuo, Marci Fabij uictoria teſtis
Neglectusq́ Duci populo mirante triumphus
Publica fata manu patriosq́ arceſcere caſus
Inq́ ſuum transferre caput proprioq́ cruore,
Commune imperium fundare, & turpia nulla
Poſſe pati Marci facinus, commendat Horati
Nobilitas humili quæ ſit gratiſſima plebi
Concilietq́ animos, ſe Marcus Horatius alter,
Inſigne exemplum, Marcusq́ Valerius offert
Eſſe Ducem fortemq́ uirû inter uulnera Marcus,
Pompilius, cautum in dubijs euadere Marcus
Ceſo docet, ſtabilem Liuij conſtantia Marci.
Hoſtis colla iugo, ſociorum mœnia paci
Subdere coniuncto Marcus Geganius auſu
Hoſtiles aperire fores uirtute uel armis
Immeritosq́ iugo ciues patriamq́ maligno
Eripere, & ſenium crebris ornare trophæis.
Singula de Marci diſcam probitate Camilli.
Conſilio proprius, ſi caſtigabitur error
Marcus erit Ruffus monitor, ſi dulcis agetur
Libertas, animum Marcus Caſtritius armet.
Si ferru cohibere fugam, & conuertere in arma
Conſternatam aciem, Dux Marcus Aemilius eſto.
Pellere ſi patrijs ſcandentem mœnibus hoſtem
Vltima ſors adigat Marcus ſit Manlius autor
Reddere ſi uitam patriæ, caſusq́ tremendo
Sponte ſubire, pijs Marcus conſpectus in armis
Curtius hortator fuerit, quam debita fido
Inconuulſa fides Marcus Lucullus amico
Quanta hoſti pietas alter poſt funera Marcus
Antonius, Marcusq́ pium ne Cotta parenti
Marcus item Scaurus nato monet eſſe ſeuerum
Marcus Rutilius moderari & ſpernere honores
Si magnas fortaſſis opes, ſed labe carentes
Mens humana uolet impleri neſcia rerum.
Marcus adeſt Craſſus, quod ſi de ſede ſuperba
Imperia & tumidos libeat proſternere reges
Marcus adeſt Brutus, ſtomacho metuẽdus amaro
Dextera ſi pollens, & clari fama duelli

Sollicitet

Sollicitet pariliq́ duces ſub Marte cadentes
Armaq́ caſorum templis affixa ſacratis
Tunc animum Marcus ſubeat Marcellus, & ille
Cui tulit excidium demiſſus ab æthere coruus.
Multa unum aduerſus multas audere cohortes
Marcus Sceua docet, totiq́ occurrere bello
Crebra per aduerſum generoſaq́ uulnera pectus
Sergius oſtendit, Marcus tum corpore trunco
Et ſpolia, & titulos, uel iniquo quærere Marte
Religione pia cœlum ſi cura mereri eſt
Quatuor ex numero Chriſti præcone ſecundo
Exciter, alati ſignat quem forma leonis
Et cui nunc locuples Veneto ſtat littore templum
Vndiq́ multiplici hic prorſus honore uerendum,
Marcus uiuifica poſitum mihi nomen ab unda
Ille quidem hæc ſecum, ſed tu tibi magne uidebis
Me urbe eſſe ſuum, ſi ſum tuus inuida ſortē
Conſpectum fugitiua uirum mihi ſubtrahet ætas
Fac precor abſentis memorem, ſi munera multi
Certatim maiora parant, feruentior igne
Commendet me pura fides, & carmina raptim
Ingenio deprompta inopi, ſub iudice tanto
Sit pretium rebus iuſtum, laudetur amœnis
Lucida mens, tenebris effoſſum ſordeat aurum.

Guidoni de Gonzaga Mantuæ domino, S.

ITala quam reliquas ſuperet facundia linguas
Vir præſtans Graiam præter ſi fama ſequenda eſt
Si Cicero nullam excipio breuis iſte libellus
Teſtis erit clara eloquio, quem Gallia cœlo
Attolliq́ fauens ſummisq́ æquare laborat
Scilicet hic uulgo recitat ſuo ſomnia Gallus
Quid zelus, quid poſsit amor, quid pectus ephebi
Ignis alat, quid ludat amans, quibus artibus amans
Certat amans Veneris, tot ſint in limine peſtes
Quis labor atq; dolor, requies quæ mixta laborī
Quæ riſus, gemitusq́ uices, ut gaudia crebra
Rara rigent lachrymæ, poterat quod latius ergō
Vberiusq́ dari, ſaudiq́ capacius aruum?
Somniat iſte tamen, dum ſomnia uiſa renarrat
Sopitoq́ nihil uigilans diſtare uidetur
Vt tuus ille olim melius concinit amoris
Explicuit ſermone pathos, ſi fabula diues
Inſpicitur, frigidaq́ expirans cuſpide Dido
Seu uates Verona tuus, ſecundus amorem
Fertilis, ac nouus laſciuo carmine Sulmo
Vmbria ſiue Datum ingenio largita Peligno,
Vt ſoleam reliquos, uel quos antiquior ætas,
Vel quos noſtra recens lanalibus extulit oris
Nec minus hunc lætē excipies, nec munera temnes
Noſtra ideo, uulgaria enim & peregrina petentī
Nil maius potuiſſe dari, niſi fallitur omnis
Gallia Pariſiosq́ caput, mihi crede, ualeq́.

Amico bonæ indolis adoleſcenti, S.

GRatulor ingenio quod me flammantibus uſq;
Sollicitaſſe tuus ſtimulis, mea gloria tales
Vel feciſſe manu, uel adhuc docuiſſe carentes
Inueniſſe operum comites, atq; arma dediſſe
Tu cœptum preme magnificū & feruentius urge
Victor eris, celſoq́ ſedens ſub uertice Cyrrē
Diſſona deſpicies trepidantis murmura uulgi
Vnum iſtud, nam uerba ubi, ſenſusq́ profundet
Suppeditat natura parens, ut ſedulus arti
Des operam admoneo, neu ſit ter menſa pudorī
Syllaba & in digitos iterumq́ iterumq́ reuerſa
Hoc age ne minimi contemptor maxima paruis
Aſpergens maculis, frondem fœdare ſerenam
Suſtineas modico meq́ hæc tibi crede locutum
Ore pio fando uidear genuiſſe, meamq́
Rem gerere, optati ueniens in tempore fructus
Cultor ubiq́ feras, nec tu dilecte negabis
Hinc fateor mihi cura tuæ non ultima famæ.

Socrati ſuo, S.

ARtibus, ut uarijs agitur breuis orbita uitæ
Et per mille uias, metam properamus ad unam.
At ideo optatum pariter non prendimus omnes
Altum iter, & durum imprimis, nec mole grauatis
Altum iter, & durum imprimis, nec mole grauatis
Corporeo aſcenſus facilis, ſcopuloſaq́ ſaxis
Vndiq́ prærupsis, anceps uia turbat euntes
Vndiq́ terribiles lapſus, atq; undiq́ mors eſt.
Per medium ſecurus eas, hoc tramite pauci
Incedunt, plures uideas in ualle profunda
Errantes, paſsim cæcos ad tartara greſſus
Ferre, quid heu tantum feſsis mortalibus obſtat?
Quid Samij ſenis in biuio deflectere cogit
Ad læuam atq; iter uſq; adeo cōtinere dextram?
Excelſo ſtat uita loco, nos ima ſequentes
Vergimus ad mortem, fulgentia ſydera circum
Voluuntur lege æterna, nos lumina pronī
Figimus in terram, terrena ſemper amantes,
Sen gaudemus opes tacitis fodiſſe ſub antris
Pallentes cœliq́ ſacrum fugiſſe decorem
Ac manes turbaſſe atros, dum flaua Metallum
Vena uomit curasq́, & magnum ac dulce periclum
Sine gula imperio terras uexamus & æquor
Aëreasq́ plagas, quas ſi ſpectare liberet.
Pulchra fames, alias cupido ſub pectore menſas
Volucres interdum corpuſcula uilia, quantum
Perdidit impenſæ fragilem, quid cumpitis aluum?
Quæ modico tranquilla foret, nimioq́ laborat
Singula ſi numeres ſtudium uix turpius illum
Quid loquar hos qui caſtra colunt, quos uulgus adorat,
Quos fauor ambiguus turbæ plauſusq́ fatigant,
Quid quos cædi amor miſeros, ſpesq́ improba Martis
Præcipitat, lætis mæſto ſpumantia tabo
Tela uident oculis, & campum ſtrage rubentem
Buccina non illos, non ulla pauoris imago
Non gladij ancipites, non uulnera ſæua, nec imber
Sanguinis, aut fœde laniata cadauera terrent
Quid quibus alma fides, pietas quoq; uiluit omnis
Atq; Dei atq; hominum, ductio dum calle ſupremum
Ac tremulum properant fortunæ ſcandere culmen,
Quos furere in triuijs compellit inutilis omnis
Quam longa eſt ætas, & perdere littera tempus
Quos operoſa domus ruituraq́ tecta morantur
Immemores buſti, quos durum uxoris iniquæ

Imperium

Imperium exercet, nulloq́ labore domandum
Ingenium nati mobile, ſeruuſq́ trilinguis
Quos ſentoſus ager, quos grex moribundus anhelos
Aut apium fugitiua cohors & mellis amari
Curam facit damniq́ metus, ſpeſq́ arida lucri
Atq́ arſura ſuis paruo quos languida meſsis
Inſtitor aut tardus, pugnat Aquilonibus Auſter
Exanimant triſteſq́ infami nomine Syrtes
Aut hac Sylla fremens illic uiolenta Charybdis
At medio uentura ratis fortunaq́ ſemper
Fluctibus ac uentis tortiſq́ rudentibus acta.
Quid quos flamma animi laribus propellit auitis
Per maria & ſcopulos uoluens, quis uita per undas
Degitur infælix, quibus apparat unda ſepulchrum
Et ieiuna auidus expectant uiſcera piſces
Prætereo ridenda magis, quos retia fuſca
Tendere nocte iuuet, bellumq́ indicere ſyluis
Quos aper attonitos habeat, dum uulnifer uda
Valle furit, quos ceruus agat per deuia ſaltus
Per frutices, quos parua uagos greſſuq́ ſilenti
Ducat auis, lento prohibens ſuſpiria freno
Erigat ad cœlum, quos nubibus anſer aquoſis
Inuolitans quos piſcis acu capiendus ad unca
Ceu rigidum incuruet gelido de marmore corpus
Quos habet aut fœdus fornix, aut umbra tabernæ
Anxia damnoſa, quos atterit alea ligno
Turbida quoſq́ tenax ligat ad ſpectacula circus
Oblitoſq́ cibi ſub tarda crepuſcula ſeruat
Quid quos cæca Venus, quos inconſulta uoluptas
Tempus in omne rotant, inſomnes ducere noctes
Cogit iners & blanda lues trepidumq́ ſoporem
Carpere & aut niuibus mediis, aut imbribus ultro
Ponere inerme latus ſub limine triſtis amicæ
Ac propriis gaudere malis, dum credula mentes
Spes alit interea, ſtimuliſq́ ferocibus urget
Seu quos forma fugax fulgor breuiſsimus oris
Præcipidumq́ decus ſpeculo ſuſpendit inani
Sic ſuus urit amor, ſic fert ſua quemq́ cupido
Efficere & uitæ tranquillum ſternere callem.

Francisco Priori ſanctorum Apoſtolorum de Florentia, S.

Viuo, ſed indignans, quæ nos in triſtia fatum
Secula dilatos prioribus intulit annis
Aut prius, aut multo decuit poſt tempore naſci
Nam fuit & forteſsis erit fœlicius æuum
In medium ſordes in noſtrum turpia tempus
Confluxiſſe uides, grauium ſentina malorum
Nos habet, ingenium, uirtus & gloria mundo
Ceſſerunt, Regnumq́ tenent fortuna, uoluptas.
Dedecus ingenti uiſu, niſi ſurgimus, actum eſt,
Ibimus in ſcopulos, torrente rotabimur atro
Oſſa rigens tellus, & inania nomina buſtum
Continget exiguum, longo mox parta labore
Fama cadet, cinerum cuſtos intercidet urna
Aura feret cineres, atritio in marmore nomen
Vix leget attonitis conciſum in fruſta uiator
Cuncta premit tempus, ſi uetus obſtare premenli eſt
Attollamus humo ſpes feſſas, nulla carinas
Anchora mobilibus ſuffixa moratur harenis
Hoc Elicone meo circum uiridantibus herbis
Fontis & ad ripam querulũ ſub ripa ſilenti
Atq́ inter geminas properantem perlege Lauros
Quas tibi ſacrata forſan ſeſſure ſub umbra
Dum ſcriberem heu quoties ſuſpirans credite dixit.

Gulielmo Veronenſi Oratori S.

Tu quid agis? ſacram ne paras inuiſere Romam
Iam tandem, poteris ne pio dare terga labori
Aut ſegnem patiare morant Verona tot annis
Poſſedit, longoq́ ſuum te dulciter auo
Poſsideat ſtrenuiſe tibi pares alma ſepulchrum
Roma nihil? meliora Deus, ſi tempore tanto
Ingenii mihi cura tui, ſi pectoris ardor
Notus ab experto, pridem generoſa uoluptas
Egregium monſtrabat iter, ſtimuloſq́ latenti
Vrgebat, ſed frena domus ſtudiumq́ morum.
Vt patriæ ſtringebat amor, nunc maior in altum
Cura uocat, ceſſas? ui dum patet arcta ſalutis
Semita quam ſtrauit Chriſti pius ore miniſter
Quam Cymbro permixtus Hiber, Graiuſq́ Britannus
Permeat, extrema coniunctaq́ Cyprus hiberna
Et Dacus, & rutilo perplexus crine Sueuus
Stabis iners Italus? ſic ſemper proxima ſordent?
Sic longinqua iuuant ſeſſis peregrinus ad aſtra
Ire potes ſaltu facili, contemnis an ipſum
Id nimis eſt, an dum redeat iubileus & errans
Quinquaginta magis iterum ſol flexibus orbes
Expleat, ac reuehat quas nunc male perdimus horas
Expectamus adhuc? cœli quicunq́ uiator
Longum iter eſt propera, tempus breue, nulla futuri
Sollicitudo premat, neu te mentita dolentem
Impediat pietas, affuſam in limine matrem
Deſpice, nec teneri moueant te dulcia nati
Oſcula, grandæuum fugiens ſine flere parentem
Et ſine, mentus agat ſuſpiria triſtis amici
Non nate, ſeu forma uirens, ſeu nubilis ætas
Non Germanus amans, trepidæ non uerba ſororis
Candida nec blando teneat te murmure coniunx.
Cuncta tibi calcanda ſimul, pulcherrima merces
Propoſita eſt, ſed quem moneo? iam lætus amata
Reſpiciensq́ in terga nihil te proripis æde
Feruida deuotum rapuit, iam dextra bacillum
Perq́ ſalutantum tacitus petis agmina Romam
Me ne oro comitem refugis? comes eſſe uolenti
Inſtitui meliore uia, iam mundus & omne
Quod placuit iuueni domus uix carne ualete.

E X E M.

EXEMPLVM TESTAMENTI A' FRANCISCO PETRARCHA CONDITI.

SAepè de eo mecum cogitans, de quo nemo nimis pauci ſatis cogitant, de nouiſsimis ſcilicet, ac de morte, quæ cogitatio neqꝫ ſuperflua eſſe poteſt, neqꝫ nimium feſtina, cum & mors omnibus certa ſit, & hora mortis incerta. Vtile, ac honeſtū credo, antequàm me mors impediat, quia mors ipſa, q̃ per uarios & ambiguos rerū caſus, ſemper nobis impendet, perutilē breuitatē procul eſſe non poteſt. Nunc Dei gratia, dū corpore ſimul, atqꝫ animo ſanus ſum, de meipſo ac de rebus meis teſtando, diſponere. quamuis ut uerum fatear, tàm paruæ, & tàm paucæ res ſunt meæ, ut de his quodammodo pudeat me teſtari, ſed diuitum atqꝫ inopum curæ, de rebus licet imparibus pares ſunt. Volo igitur hanc meam uoluntatem ultimam ordinare, & ſcriptis committere, & propter quandam honeſtatem, & ob id maximè, ne de huiuſmodi rebus meis, propter meam incurioſitatem, poſt meum obitum litigetur. In primis animam meam peccatricem, ſed diuinam miſericordiam implorantem, & de illa ſperantē, commendo humiliter IESV CHRISTO eiqꝫ flexis ipſius animæ genibus, ut à ſe creatā ſuiqꝫ ſanctiſsimi ſanguinis pretio redemptam, protegat, effuſus ſupplico, nec permittat, ad ſuorū manus hoſtium peruenire. Ad hoc etiam auxilium beatiſsimæ uirginis Matris ſuæ, & beati Michaëlis archangeli, reuerenter, & fideliter imploro, & ſanctorum reliquorum, quos interceſſores apud CHRISTVM inuocare ſum ſolitus, ac ſperare. Corpus aūt hoc terrenum, ac mortale, nobiliū grauem ſarcinam animorū, terræ unde ſibi origo eſt, uolo reſtitui, & hoc abſqꝫ omni pompa, ſed cū ſumma humilitate, & abiectione, quanta eſſe poteſt, de quo hæredem meū, & amicos omnes, rogo, obſecro, & obteſtor, & adiuro, per uiſcera miſericordiæ Dei noſtri, & per charitatem, ſi quam unquam ad me habuerunt, nec falſi ſpe honoris hoc negligant, cum ſic omninò me deceat, ac ſic uelim, ita ut ſi fortè (quod abſit) contrafecerint, teneantur Deo et mihi, de graui utriuſqꝫ offenſa in die iuditij reſpondere. Et hoc quidem, de dono ſepulturæ, hoc addito, ꝙ nemo me fleat, nemo cū lachrymas, ſed ꝓ me CHRISTO preces, & qui poteſt CHRISTI pauperibus charitatem, pro me orare monitis, porrigat. hoc mihi prodeſſe poterit. Fletus aūt, & defunctis inutilis, & flētibus eſt damnoſus, de loco aūt, non magnopere curo, contentor poni ubicunqꝫ Deo placuerit, & his, qui hanc curam ſuſcipere dignabuntur, ſi tamen expreſsius, mea de hac uoluntas exquiratur, ſepeliri uelim. Si Paduæ ubi nunc ſum moriar, in eccleſia ſancti Auguſtini quam fratres prædicatores tenent, quia & locus, animo meo gratus eſt, & iacet illic is, qui me plurimū dilexit, inqꝫ has terras pijs precibus attraxit, præclariſsimæ memoriæ, Iacobus de Carraria, tunc Paduæ dominus. Si aūt Arquade, ubi ruralis habitatio mea eſt, diē clauſero, & Deus tantum mihi conceſſerit, quod ualdè cupio, capellam ibi exiguam, ad honorem beatiſsimæ Mariæ uirginis extruere, illic ſepeliri eligo, alioquin inferius in aliquo loco honeſto, iuxta eccleſiam plebis. ſin Venetijs moriar, poni uolo in loco ſancti Frāciſci de uinea, illic ante oſtium eccleſiæ. ſin Mediolani ante eccleſiam beati Ambroſij, iuxta primum introitum, qui ciuitatis muros aſpicit. Sin Papiæ, in eccleſia ſancti Auguſtini, ubi fratribus uiſum fuerit. Si autem Romæ, in eccleſia ſanctæ Mariæ maioris, uel ſancti Petri, ubi fuerit opportunius uel iuxta eccleſiam hanc, uel illā, ſicut canonicis placebit. Nominaui loca quibus per Italiam conuerſari ſoleo, at ſi Parmæ, in eccleſia maiori, ubi per multos annos Archidiaconus fui, inutilis & ſemper ferè abſens. ſin ubicunqꝫ terrarum alibi, in loco fratrū minorū, ſi ſit ibi, ſin minus in quacunqꝫ alia eccleſia, quæ uicinior fuerit loco mortis. Hæc de ſepulchro plura fateor, quàm uirū doctū deceat, licet ab indocto dicta ſint. Nunc accedo ad diſpoſitionem earum rerum, quæ uocantur bona, bonorum cùm potius ſint ſæpe impedimenta, & animi. et primò quidem, huic ſanctæ eccleſiæ Paduanæ, unde percepi & cōmoda & honores, ordinaui animo iampridem, puſillum terræ emere, quod eidem teſtamento dimitterem,

terem,

terem uſq; ad ſummam uidelicet ducẽtarum librarũ, huius paruæ monetæ, uel plus ſi plus poſsim. Sed ad hanc ſummam habeo iam uel ò licentiam à magnifico Paduæ domino, ac meo domino Franciſco de Carraria, quam uel in uita mea, uel poſt obitum, quotiens ſeu quandocunque petita fuerit, daturum eſſe non dubito. ſicut ille cuius non actus modò, ſed uerba multũ habeant in ꝓpoſito ueritatem, firmitatẽ, huiuſmodi aũt terrã hactenus interuenientibus alijs impenſis, emere nõ ualui. Si ergo ipſam emero, ut ſpero, faciam inſtrumento emptionis poni, quod ipſam emo animo eccleſiæ relinquendi, ex nunc ita facio, quamuis eiuſdem terræ ſitum, nondũ poſsim in ſcriptis inſerere. ſin aũt, quoniam non nunquam piæ uoluntates, propter peccata hominũ deduci nequeant ad effectum, dictam terram emere, uel propter impotentiam, uel propter negligentiam omiſero, lego ipſi eccleſiæ Paduæ, ducatos ducentos auri, ad emendum aliquantulum terræ, ubi melius fieri poterit, de cuius prouentibus perpetuum anniuerſarium animæ meæ fiat, & ipſo domino ſupplico, ſi tunc uiuet, ſicut cupio, & Deum precor, ut multos poſtea annos lætus & fœlix uiuat, uel ſi (quod Deus auertat) tũc ipſe nõ uiueret, precor aliũ quemcunq; penes quem rei huius erit arbitriũ, quatenus ob reuerentiam beatæ Mariæ uirginis, & mei licet indigni & puſilli hominis reſpectum, concedat hoc fieri, et decretum ſuum ſuper hoc fauorabiliter interponat. Lego aũt eccleſiæ, apud quam ſepeliar ducatos *xx*. alijs aũt eccleſijs, quatuor ordinũ mendicantium ſi ibi fuerint, ducatos quinq; pro qualibet. Pauperibus CHRISTI leges centum ducatos diſtribuẽdos, ut uidebitur Ioanni à Bochera, cuſtodi Eccleſiæ Paduanæ, & hoc ſi hic moriar, ſin alibi, ad arbitrium Prælati illius eccleſiæ, in qua reconditus fuero, ita tamen, ut de dicta quantitate, nullus ultra ſingulos ducatos accipiat. Tranſeo ad diſpoſitionẽ aliarũ rerũ. Et ꝑdicto igitur magnifico Domino meo Paduano, quia ipſe ꝑ Dei gratiã non eget, & ego nihil habeo, dignum ſe, dimitto tabulam meam ſiue Iconam beatæ Virginis Mariæ, operis Ioctij pictoris egregij, q̃ mihi ab amico meo Michaële Nauis de Florentia miſſa eſt, cuius pulchritudinẽ ignorantes, nõ intelligũt, magiſtri aũt artis ſtupẽt, hanc iconam ipſi magnifico domino lego, ut ipſa Virgo benedicta, ſit ſibi propitia ad filium ſuum IESVM CHRISTVM. Amicis minoris ſtatus, ſed chariſsimis, mihi libenter magna dimitterem, ſi facultas eſſet uberior, ſed affectũ librabũt. Magiſtro Donato de Prato, ueteri Grammaticæ præceptori, nũc Venetijs habitanti, ſi qd uel debet ex mutuo, q; quantum ſit neſcio, ſed utiq; parũ eſt, remitto & lego, nec uolo q; hæredi meo, hanc ob cauſam ad aliquid teneatur. De equis meis, ſi quos habuero, in tempore tranſitus mei, qui placeant, Bonzanello de Vigoncia, & Lorbardo à Serico conciuibus Paduanis, uolo q; inter eos ſortiantẽ, qui primũ eligat, quis ſecundũ, & præter hoc dicto Lobardo, q rerũ ſuarum curam depoſuit, ut res meas ageret, obligatũ me confiteor in. *CXXXIIII* ducatis auri, & ſolidis *XVI*. quos expendit in utilitatibus meis, & multò amplius. ſed facta ultima inter nos ratione, dictæ quantitatis debitor, remanſi, quã ſi ante acceperit, ſicut ſpero cito facere, benè erit. alioquin uolo, quod hæres meus, ante omnia ſibi ſatisfacere teneatur, de quo debito Chirographum meum habet, q; reſtituat hæredi meo ipſe Lorbardus. Item lego eidem Lobardo cyphũ meum paruũ rotundum, argenteũ, et auratũ, cũ quo bibat aquam, quam libenter bibit, multo libentius quàm uinũ. Præsbytero aũt Ioanni à Bochera cuſtodi Eccleſiæ noſtræ, breuiarium meũ magnũ, q; Venetijs emi precio centũ librarum. Ea tamen lege, illud ei dimitto, ut poſt eius obitum remaneat, in ſacriſtia eccleſiæ Paduæ, ad obſequium perpetuũ Præsbyterorum, ut ipſe præsbyter Ioannes, et alij orent ſi eis placeat CHRISTVM & beatam uirginem Mariam, pro me. Domino Ioanni de Certaldo ſeu Buccatio, uerècundè admodum, tanto uiro, tàm modicum lego quinquaginta florenos auri, de Florentia, pro una ueſte hyemali, ad ſtudium lucubrationesq; nocturnas. Magiſtro Thomæ Bambaſi e de Ferraria, lego leutam meum bonũ, ut eum ſonet, non pro uanitate ſæculi fugacis, ſed ad laudem Dei æterni. Prædicti autẽ mei amici, de paruitate huiuſmodi Legatorum, non me accuſent, , ſed fortunam. ſiquid eſt fortuna. propter hunc reſpectũ, diſtuli ad ultimum, quem primum eſſe decuit, Magiſtrum Ioannem de horologio, Phyſicum cui lego quinquaginta ducatos auri, pro emendo ſibi unum paruum annulum digito geſtandum, in memoriam mei. De familiaritatibus autem domeſticis, ſic ordino, Bartholomeo

de Seris,

de Senis, qui dicitur Pancaldus *xx.* ducatos, quos non ludat. Zilio de Florentia domicello meo, ſupra ſalarium ſuũ, ſi quid tibi debetur, xx. ducatos, & ſi haberem plures, aut alios plures, pauciores ue domicellos, ſupra ſalarium ſuum, pro quolibet florenos ſeu ducatos *xx.* famulis duos pro quolibet, coquo duos. Et ſi iſti uel amici obijſſent, uel domicelli, ſeu famuli obijſſent priuſquàm moriar, quod eis legabam, uolo ut redeat ad hæredem meum. Omnium ſane bonorũ mobiliũ, & immobilium, quæ habeo uel habiturus ſum, ubicunq; ſunt uel erunt, unum ſolum hæredem inſtituo Franciſcolum de Borſano, filium quondam domini Amicoli de Borſano ciuem Mediolani, portæ Verzelinæ. et ipſum rogo non ſolum, ut hæredem, ſed ut filium chariſsimum, ut pecunia quantacunq;, ſiue ſit plurima, ſiue minima, quia magna utiq; non erit, meis rebus inuenerit, diuidatur in duas partes, et unam ſibi habeat, & alteram numeret, cui ſcit me uelle, & de ea fiat, ꝙ me etiam uelle ſcit. Duo antequàm finiam hanc ſcripturam, addenda ſunt, unum eſt quod modicum illud terræ, ꝙ habeo ultra mõtes, in comitatu Venſini in uilla ſeu caſtro Valcluſe, diœceſis Caualicenſis, quia ſine dubio eundo illuc, uel etiam mittẽdo, quodamodo plus expenderetur, quam res ualeat, uolo quod ſit hoſpitalis dicti loci, & in uſus pauperum CHRISTI, & ſi fortè hoc fieri non poſſet, impediente aliquo iure, uel ſtatuto, uolo quod ſit Ioannis & Petri fratrũ, filiorum quondam Raimundi Clarimontis, qui Monetus communiter dicebatur, & fuit obſequioſus, & fidelis mihi ualdè. Et ſi dicti fratres uel eorum alter obijſſet, uolo quod ueniat ad filios, uel nepotes in memoria dicti moneti. Alterum quod illud modicum, quod habeo de bonis immobilibuus, in Padua uel territorio Paduano, uel in poſterum habiturus ſum, uolo quod ſit hæredis mei, ut cætera, ſed hac lege, quod nec per ſe nec per alium poſsit horum aliquid alienari uenditione, aut donatione, aut perpetua emphiteoſi, aut quouis alio modo, nec etiam pignorari uſq; ad completos XX annos, à die mei obitus computandos, quod per utilitates ipſius hæredis ordino, qui ex ignorantia rerum labi poſſet. quas cum pleno nouerit, puto non libenter alienabit. Si autem fortè, quia omnes ſumus mortales, nec omnino nullus eſt ordo moriendi, dictus Franciſcus de Borſano (quod auertat Deus) ante me moreretur, tunc hæres meus eſto Lorbardus à Serico prædictus, qui plenè animum meum nouit, quem ut in uita fideliſsimum expertus ſum, non minus fidelem ſpero poſt obitum. Hæc iure teſtamenti ſeu alterius ultimæ uoluntatis, ſeu quocunq; alio modo melius ualitura conſcripſi, manu propria, Paduæ in domo Eccleſiæ, quam habito anno Domini *M. CCCLXX* pridie nonas Aprilis. et Nicolaum filium quondam Ser Bertolamei, ac Nicoletum filium Ser Petri notarios, infraſcriptos rogaui, prout in eorum ſubſcriptionibus infraſcriptis continetur. Vnum addo, quod ſtatim poſt tranſitum meũ, hæres meus ſcribat, ſuper hoc meo fratri Germano Petrarchæ monacho Chartuſienſi, qui eſt in conuentu de Materino propè Maſsiliam, ut det ſibi optionem, utrum uelit centum florenos auri, an ſingulis annis quinq; uel decem ſicut ſibi placet, & quod ipſe eligeret illud fiat. etc.

EGO FRANCISCVS PETRARCHA SCRIPSI, QVI TESTAMENTVM ALIVD FECISSEM, SI ESSEM DIVES, VT VVLGVS INSANVM PVTAT.

OPERVM FRAN. PETRARCHAE TOMI TERTII FINIS.

OPERVM

FRANCISCI PEtrarchæ Florentini V. C. Tomus quartus, in quo quæ ab authore Vernacula ſua, id eſt, Lingua Hetruſca ſcripta extant, ea quam docet uerſa pagella, ſerie, habentur omnia.

I SONETTI, E LE CANZONI ET I TRIOMPHI, DI MESSER FRANCESCO Petrarcha Poeta Fiorentino, nella Toſcana ſua lingua ſcritti: e alla'mendatione di S. Giouanni Andrea Geſualdo, corretti.

Sonetti & Canzoni in uita di Madonna Laura
Sonetti & Canzoni in morte di Madonna Laura
Triompho d'Amore
Triompho de la Caſtita
Triompho de la Morte
Triompho del Tempo
Triompho de la Diuinita, o Eternita
Canzone trouata in un anticho Libro
Sonetto di Giacobo Garatori da Imola, colla reſpoſta di F. P.
Sonetto di Diotiſalui di Pietro da Siena, colla reſpoſta di F. P.
Sonetto di Stramazzo da Perugia al Petrarcha
Sonetto di Geri Gianfigliacci al Petrarcha
Sonetto di Giouanni de Dondi
Sonetto di Sennutio al Petrarcha
Sonetto di Giacobo Colonna al Petrarcha
Canzon di Guido Caualcanti
Canzon del Dante
Canzon di Cino da Piſtoia
Lettera del Petrarcha à Leonardo Beccamuggi

Delli Sonetti e Canzoni di meſſer Franceſco Petrarcha, Parte prima.

VOi ch'aſcoltate in rime ſparſe il ſuono
Di quei ſoſpiri, ond'io nudriua il core
In ſul mio primo giouenile errore.
Quand'era in parte altr'huom da quel, ch'i ſono:
Del uario ſtile, in ch'io piango, & ragiono
Fra le uane ſperanze, e'l uan dolore,
Oue ſia, chi per proua intenda amore,
Spero trouar pieta, non che perdono.
Ma ben ueggi'hor, ſi come al popol tutto
Fauola fui gran tempo; onde ſouente
Di me medeſimo meco mi uergogno:
Et del mi uaneggiar uergogna è'l frutto,
E'l pentirſi, e'l conoſcer chiaramente,
Che quanto piace al mondo è breue ſogno.

Per far' una leggiadra ſua uendetta,
Et punir in un di ben mille offeſe,
Celatamente amor l'arco ripreſe,
Com'huom ch'à nocer luogo, & tempo aſpetta,
Era la mia uirtute al cor riſtretta,
Per far iui, & ne gliocchi ſue difeſe,
Quando'l colpo mortal la giu diſceſe,
Oue ſolea ſpuntarſi ogni ſaetta.
Pero turbata nel primiero aſſalto
Non hebbe tanto ne uigor, ne ſpatio,
Che poteſſe al biſogno prender l'arme,
O uero al poggio faticoſo, & alto
Ritrarmi accortamente dallo ſtratio,
Dal qual hoggi uorrebbe, & non puo aitarme.

Era'l giorno, ch'al Sol ſi ſcoloraro
Per la pieta del ſuo fattore i rai.
Quand'i fui preſo: & non me ne guardai,
Che i be uoſtr'occhi donna mi legaro.
Tempo non mi parea da far riparo
Contra colpi d'amor: pero n'andai
Secur ſenza ſoſpetto: onde i miei guai
Nel commune dolor s'incominciaro.
Trouommi Amor del tutto diſarmato,
Et aperta la uia per gliocchi al core,
Che di lagrime ſon fatti uſcio, & uarco:
Pero al mio parer non li fu honore
Ferir me di ſaetta in quello ſtato,
Et à uoi armata non moſtrar pur l'arco.

Quel, che'n finita prouidentia, & arte
Moſtrò nel ſuo mirabil magiſtero,
Che crio queſto, & quell'altro hemiſpero,
Et manſueto piu Gioue, che Marte,
Venendo in terra a'lluminar le carte,
C'hauean molt'anni gia celato il uero,
Tolſe Giouanni dalla rete, & Piero,
Et nel regno del ciel fece lor parte:
Di ſe naſcendo à Roma non fe gratia,
A Giudea ſi, tanto ſour'ogni ſtato
Humiltate exaltar ſempre gli placque:
Et hor di picciol borgo un Sol n'ha dato
Tal, che natura, e'l luogo ſi ringratia,
Onde ſi bella donna al mondo nacque.

Quand'io mouo i ſoſpri à chiamar uoi,
E'l nome, che nel cor mi ſcriſſe Amore,
Laudando s'incomincia udir di fore
Il ſuon de primi dolci accenti ſuoi:
Voſtro ſtato real, che'ncontro poi,
Raddoppia à l'alta impreſa il mio ualore:
Ma taci, grida il fin, che farle honore
E d'altr'homeri ſoma, che da tuoi.
Coſi laudare, & reuerire inſegna
La uoce ſteſſa, pur ch'altri ui chiami,
O d'ogni reuerenza, & d'honor degna:
Se non che forſe Apollo ſi diſdegna.
Ch'à parlar de ſuoi ſempre uerdi rami
Lingua mortal preſumtuoſa uegna.

Si traviato è'l folle mio deſio
A ſeguitar coſtei, ch'n fuga è uolta,
Et de lacci d'amor leggiera, & ſciolta
Vola dinanzi al lento correr mio,
Che quanto richiamando piu l'enuio
Per la ſicura ſtrada, men m'aſcolta:
Ne mi uale ſpronarlo, ò dargli uolta,
Ch'amor per ſua natura il fa reſtio:
Et poi che'l fren per forza à ſe raccoglie,
I mi rimango in ſignoria di lui,
Che mal mio grado à morte mi traſporta
Sol per uenir al lauro, onde ſi coglie
Acerbo frutto, che le piaghe altrui
Guſtando affligge piu, che non conforta.

La gola, e'l ſonno, & l'otioſe piume
Hanno del mondo ogni uirtu ſbandita,
Ond'è dal corſo ſuo quaſi ſmarrita
Noſtra natura uinta dal coſtume:
Et è ſi ſpento ogni benigno lume
Del ciel, per cui s'informa humana uita,
Che per coſa mirabile s'addita
Chi uol far d'Helicona naſcer fiume.
Qual uaghezza di lauro? qual di mirto?
Pouera, & nuda uai philoſophia,
Dice la turba al uil guadagno inteſa.
Pochi compagni haurai per l'altra uia:
Tanto ti prego piu gentile ſpirto
Non laſſar la magnanima tua impreſa.

A pie de colli, oue la bella ueſta
Preſe delle terrene membra pria
La donna, che colui, ch'à te n'enuia,
Speſſo dal ſonno lacrimando deſta:
Libere, e'n pace paſſauam per queſta
Vita mortal, ch'ogni animal deſia,
Senza ſoſpetto di trouar fra uia
Coſa, ch'al noſtr'andar foſſe moleſta.
Ma del miſero ſtato, oue noi ſemo
Condotte dalla uita altra ſerena,
Vn ſol conforto, & della morte hauemo:
Che uendetta è di lui, ch'à cio ne mena,
Lo qual'in forza altrui preſo à l'eſtremo
Riman legato con maggior catena.

Quando'l pianeta, che diſtingue l'hore,

Ad albergar col' tauro ſi ritorna,
Cade uertu le' danſiammate corna,
Che ueſte il mondo di nouel colore.
Et non pur quel, che s'apre à noi di fuore,
Le riue, e i colli di fioretti adorna,
Ma dentro, doue giamai non s'aggiorna,
Grauido fa di ſe il terreſtro humore,
Onde tal frutto, & ſimile ſi colga:
Coſi coſtei, ch'è tra le donne un Sole,
In me mouendo de begliocchi i rai
Cria d'amor penſieri, atti, & parole:
Ma come ch'ella gli gouerni, ò uolga:
Primauera per me pur non è mai.

Glorioſa Colonna, in cui s'apoggia
Noſtra ſperanza e'l gran nome Latino.
Ch'anchor non torſe del uero camino
L'ira di Gioue per uentoſa pioggia:
Qui non palazzi, non theatro, ò loggia,
Ma'n lor uece un abete, un faggio, un pino
Tra l'herba uerde, e'l bel monte uicino,
Onde ſi ſcende poetando, & poggia,
Leuan di terra al ciel noſtro intelletto:
E'l roſigniuol, che dolcemente all'ombra
Tutte le notti ſi lamenta, & piagne.
D'amoroſi penſieri il cor ne'ngombra.
Ma tanto ben ſol tronchi, & fai imperfetto:
Tu, che da noi ſignor mio ti ſcompagne.

Laſſare il uelo, ò per Sole, ò per ombra
Donna non ui oid'io,
Poi che in me conoſceſte il gran diſio,
Ch'ogni altra uoglia dentr'al cor mi ſgombra:
Mentr'io portaua i be penſier celati,
C'hanno la mente deſiando morta,
Vidiui di pietate ornare il uolto:
Ma poi ch'amor di me ui fece accorta,
Fur'i biondi capelli allhor uelati,
Et l'amoroſo ſguardo in ſe raccolto.
Quel, che piu deſiaua in uoi, m'è tolto;
Si mi gouerna il uelo,
Che per mia morte, & al caldo, & al gelo
De be noſtr'occhi il dolce lume adombra.

Se la mia uita da l'aſpro tormento
Si puo tanto ſchermire, & da gli affanni,
Ch'i ueggia per uirtu de gli ultim' anni
Donna de be uoſtr'occhi il lume ſpento,
E i cape d'oro fin farſi d'argento,
Et laſſar le ghirlande, e i uerdi panni,
E'l uiſo ſcolorir, che ne miei danni
Allamentar mi fa pauroſo, & lento,
Pur mi dara tanta baldanza amore,
Ch'i ui diſcourirò de miei martiri
Qua ſono ſtati gli anni, e i giorni, & l'hore:
Et ſel tempo è contrario a i be deſiri,
Non fia, ch'almen non giunga al mio dolore
Alcun ſoccorſo di tardi ſoſpiri.

Quando fra l'altre donne ad hora ad hora
Amor uien nel bel uiſo di coſtei,
Quanto ciaſcuna è men bella di lei,
Tanto creſce'l deſio, che m'innamora,
I benedico il loco, e'l tempo, & l'hora;
Che ſi alto miraron gliocchi miei,
Et dico, Anima aſſai ringratiar dei,
Che foſti à tanto honor degnata alhora.
Da lei ti uien l'amoroſo penſiero,
Che, mentre'l ſegui, al ſommo ben t'innuia
Poco prezzando quel, ch'ogni huom deſia;
Da lei uien l'animoſa leggiadria,
Ch'al ciel ti ſcorge per deſtro ſentiero:
Si, ch'i uo gia de la ſperanza altiero.

BALLATA.

Occhi miei laſſi, mentre ch'io ui giro:
Nel bel uiſo di quella, che n'ha morti,
Pregoui, ſiate accorti:
Che gia ui sfida amore, ond'io ſoſpiro.
Morte puo chiuder ſola à miei penſieri
L'amoroſo camin, che gli conduce
Al dolce porto de la lor ſalute:
Ma puoſſi à uoi celar la noſtra luce
Per meno obietto, perche meno interi
Siete formati, & di minor uirtute
Pero dolenti anzi che ſian uenute
L'hore del pianto, che ſon gia uicine,
Prendete hor' à la fine
Breue conforto à ſi lungo martiro.

Io mi riuolgo indietro à ciaſcun paſſo
Col corpo ſtanco, ch' à gran pena porto,
Et prendo allhor del noſtr' aere conforto,
Che'l fa gir oltra dicendo, oime laſſo.
Poi ripenſando al dolce, ben, ch'io laſſo,
Al camin lungo, & al mio uiuer corto,
Fermo le piante ſbigottito, & ſmorto,
Et gliocchi in terra lagrimando abbaſſo.
Talhor m'aſſale in mezzo a triſti pianti
Vn dubbio, come poſſon queſte membra
Da lo ſpirito lor uiuer lontane:
Ma riſpondemi amor, Non ti rimembra,
Che queſto è priuilegio de gli amanti
Sciolti da tutte qualitati humani?

Moueſi'l uecchierel canuto & bianco
Del dolce loco, ou'ha ſua eta fornita,
Et da la famigliuola sbigottita,
Che uede il caro padre uenir manco:
Indi trahendo poi l'antico fianco
Per l'eſtreme giornate di ſua uita,
Quanta piu po, col buon uoler s'aita
Rotto da glianni, & dal camino ſtanco:
Et uiene à Roma ſeguendo il deſio
Per mirar la ſembianza di colui,
Ch'anchor laſſù nel ciel uedere ſpera:
Coſi laſſo talhor uò cercand'io
Donna, quant'è poſſibile in altrui
La deſiata uoſtra forma uera.

Piouommi amare lagrime dal uiſo
Con un uento angoſcioſo di ſoſpiri,
Quando in uoi adiuien che gli occhi giri,
Per cui ſola dal mondo i ſon diuiſo.
Vero è, che'l dolce, manſueto riſo
Pur aqueta gli ardenti miei deſiri,
Et mi ſottragge al foco de martiri,
Mentr'io ſon à mirarui intento & fiſo.
Ma gli ſpirti miei s'agghiaccian poi,
Ch'i ueggio al dipartir gli atti ſoaui
Torcer de me le mie fatali ſtelle.
Largata al fin con l'amoroſe chiaui
L'anima eſce del cor per ſeguir uoi,
Et con molto penſiero indi ſi ſuelle.

Quand'io ſon tutto uolto in quella parte,
Oue'l bel uiſo di madonna luce,
Et m'è rimaſa nel penſier la luce,
Che m'arde, & ſtrugge dentro à parte à parte,

I' che

I, che temo del cor, che mi ſi parte,
Et ueggio preſſo il fin della mia luce,
Vommene in guiſa d'orbo ſenza luce,
Che non ſà oue ſi uada, & pur ſi parte.
Coſi dauanti a i colpi de la morte
Fuggo, mà non ſi ratto, che'l deſio
Meco non uenga, come uenir ſole.
Tacito uò, che le parole morte
Farian pianger la gente: & i deſio,
Che le lagrime mie ſi ſpargan ſole.

Son animali al mondo di ſi altera
Viſta, che'ncontr'al Sol pur ſi difende:
Altri, pero che'l gran lume gli offende,
Non eſcon fuor, ſe non uerſo la ſera.
Et altri co'l deſio folle, che ſpera
Gioir forſe nel fuoco, perche ſplende,
Prouan l'altra uirtu quella, che'ncende.
Laſſo il mio loco è'n queſta ultima ſchera:
Ch'i non ſon forte ad aſpettar la luce
Di queſta donna, & non ſo fare ſchermi
Di luoghi tenebroſi, ò d'hore tarde.
Pero con gliocchi lagrimoſi, e'nfermi
Mio deſtino à uederla mi conduce:
Et ſo ben, ch'i uò dietro a quel, che m'arde.

Vergognando talhor, ch'anchor ſi taccia
Donna per me uoſtra bellezza in rima,
Riccorro al tempo, ch'i ui uidi prima
Tal, che null'altra fia mai che mi piaccia.
Ma trouo peſo non dalle mie braccia,
Ne oura da polir con la mia lima:
Pero l'ingegno, che ſua forza eſtima,
Nell'operation tutto s'agghiaccia.
Piu uolte gia per dir le labbra aperſi:
Poi rimaſe la uoce in mezzo'l petto.
Ma qual ſuon poria mai ſalir tant'alto?
Piu uolte incominciai di ſcriuer uerſi:
Ma la penna, & la mano, & l'intelletto
Rimaſer uinti nel primier aſſalto.

Mille fiate o dolce mia guerriera,
Per hauer co begliocchi uoſtri pace,
V'haggio proferto il cor: m'à uoi non piace
Mirar ſi baſſo con la mente altera:
Et ſe di lui forſ'altra donna ſpera,
Viue in ſperanza debile, & fallace:
Mio, per che ſdegno cio, ch'à uoi diſpiace,
Eſſer non puo giamai coſi, com'era.
Hor s'io lo ſcaccio, & e non truoua in uoi
Nel'eſſilio infelice alcun ſoccorſo,
Ne ſa ſtar ſol, ne gire ou'altr'il chiama,
Smarrir poria il ſuo natural corſo:
Che graue colpa fia d'ambe due noi,
Et tanto piu di uoi, quanto piu u'ama.

CANZONE.

A qualunque animale alberga in terra,
Se non ſe alquanti, c'hanno in odio il Sole,
Tempo da trauagliare è, quanto è'l giorno:
Ma poi che'l ciel accende le ſue ſtelle,
Qual torna à caſa, & qual s'annida in ſelua,
Per hauer poſa almeno in fin'à l'alba.
Et io, da che comincia la bell'alba
A ſcuoter l'ombra intorno de la terra
Sueglian do glianimali in ogni ſelua,
Non hò mai triegua di ſoſpir col Sole.
Poi, quand'io ueggio fiammeggiar le ſtelle,
Vò lagrimando, & deſiando il giorno.
Quando la ſera ſcaccia il chiaro giorno,
Et le tenebre uoſtre altrui fann'alba,
Miro penſoſo le crudeli ſtelle,
Che m'hanno fatto di ſenſibil terra,
Et maledico il di, ch'i uidi'l Sole,
Che mi fa in uiſta un huom nudrito in ſelua.
Non credo che paſceſſe mai per ſelua
Si aſpra fiera, ò di notte, ò di giorno,
Come coſtei, ch'i piango dal'ombra, e al Sole:
Et non mi ſtanca primo ſonno, od alba:
Che ben ch'i ſia mortal corpo di terra,
Lo mio fermo diſir uien da le ſtelle:
Prima ch'i torni à uoi lucenti ſtelle,
O torni giu nel'amoroſa ſelua
Laſſando il corpo, che fia trita terra,
Vedeſs'io in lei pieta: che'n un ſol giorno
Puo riſtorar molt'anni, e'nanzi l'alba
Puommi arrichir dal tramontar del Sole.
Con lei foſs'io da che ſi parte il Sole,
Et non ci uedeſs'altri, che le ſtelle,
Sol una notte, & mai non foſſe l'alba,
Et non ſi transformaſſe in uerde ſelua
Per uſcirmi di braccia, come il giorno,
Ch'Apollo la ſeguia qua giu per terra.
Ma io ſarò ſotterra in ſecca ſelua,
E'l giorno andra pien di minute ſtelle
Prima, ch'à ſi dolce alba arriui il Sole.

CANZONE.

Nel dolce tempo della prima etade,
Che naſcer uide, & anchor quaſi in herba,
La fiera uoglia, che per mio mal crebbe:
Perche cantando il duol ſi diſacerba,
Cantero, com'io uiſſi in libertade,
Mentre amor nel mio albergo à ſdegno s'hebbe
Poi ſeguito, ſi come à lui n'encrebbe
Troppo altamente, & che di cio m'auenne:
Di ch'io ſon fatto à molta gente eſſempio:
Ben ch'el mio duro ſcempio
Sia ſcritto altroue ſi, che mille penne
Ne ſon gia ſtanche, et quaſi in ogni ualle
Rimbombi'l ſuon de miei graui ſoſpir,
Ch'acquiſtan fede à la penoſa uita:
Et ſe qui la memoria non m'aita,
Come ſuol fare, iſcuſilla i martiri,
Et un penſier, che ſolo angoſcia dalle,
Tal, ch'ad ogni altro fa uoltar le ſpalle,
Et mi face obliar me ſteſſo à forza:
Che ten di me quel dentro, & io la ſcorza.
I dico, che dal di, ch'el primo aſſalto
Mi diede amor, molt'anni eran paſſati,
Si ch'io cangiaua il giouenile aſpetto:
Et d'intorno al mio cor penſier gelati
Fatto hauean quaſi adamantino ſmalto,
Ch'allentar non laſſaua il duro affetto:
Lagrima anchor non mi bagnaua il petto,
Ne rompea il ſonno, et quel, che in me non era,
Mi pareua un miracolo in altrui.
Laſſo che ſon? che fui?
La uita al fin, e'l di loda la ſera.
Che ſentendo il crudel, di ch'io ragiono
In fin alhor percoſſa di ſuo ſtrale
No eſſermi paſſato oltra la gonna,
Perſe in ſua ſcorta una poſſente donna
Ver cui poco giamai mi ualſe, ò uale
Ingegno, ò forza, o di mandar perdono.
E i duo mi transformarò in quel, ch'io ſono
Faccendomi d'huom uiuo un lauro uerde,
Che per fredda ſtagion foglia non perde.
Qual mi fec'io, quando primier m'accorſi
Della traſfigurata mia perſona,

E i capei uidi far di quella fronde,
Di che ſperato hauea gia lor corona,
E i piedi, in ch'io mi ſtetti, & moſſi, & corſi,
Com'ogni membro à l'anima riſponde,
Diuentai due radici ſopra l'onde
Non di Peneo, ma d'un piu altiero fiume,
E'n duo rami mutarſi ambe le braccia:
Ne meno anchor m'agghiaccia:
L'eſſer couerto poi di bianche piume
Allhor, che folminato, & morto giacque
Il mio ſperar, che troppo alto montaua.
Che perch'io non ſapea doue, ne quando
Mel ritrouaſſe, ſolo lagrimando,
La'ue tolto mi fu, di, & notte andaua
Ricercando dal lato, & dentro à l'acque:
Et giamai poi la mia lingua non tacque,
Mentre poteo, del ſuo cader maligno:
Ond'io preſi col ſuon color d'un cigno.
Coſi lungo l'amate riue andai,
Che uolendo parlar cantaua ſempre
Merce chiamando con eſtrania uoce:
Ne mai in ſi dolci, ò in ſi ſoaui tempre
Riſonar ſeppi gli amoroſi guai,
Che'l cor s'humiliaſſe aſpro & feroce.
Qual fu à ſentir, che'l ricordar mi coce?
Ma molto piu di quel ch'è per inanzi,
Della dolce & acerba mia nemica
E biſogno ch'io dica,
Ben che ſia tal, ch'ogni parlare auanzi
Queſta, che col mirar gli animi fura,
M'aperſe il petto, e'l cor preſe con mano
Dicendo à me, di cio non far parola:
Poi la riuidi in altro habito ſola
Tal chi non la conobbi, ò ſenſo humano,
Anzi le diſſi'l uer pien di paura:
Ed ella ne l'uſata ſua figura
Toſto tornando fecemi, oime laſſo,
D'un quaſi uiuo & sbigottito ſaſſo.
Ella parlaua ſi turbata in uiſta,
Che tremar mi fea dentro à quella pietra
Vdendo, I non ſon forſe, chi tu credi:
Et dicea meco, ſe coſtei mi ſpetra,
Nulla uita mi fia noioſa, ò triſta:
A farmi lagrimar ſignor mio riedi.
Come, non ſo, pur io moſſi indi i piedi
Non altrui incolpando, che me ſteſſo,
Mezzo tutto quel di tra uiuo & morto
Ma perche'l tempo è corto,
La penna al buon uoler non puo gir preſſo:
Onde piu coſe ne la mente ſcritte
Vo trappaſſando, & ſol d'alcune parlo
Che marauiglia fanno à chi l'aſcolta.
Morte mi s'era intorno al core auolta,
Ne tacendo potea di ſua man trarlo,
O dar ſoccorſo à le uirtuti afflitte.
Le uiue uoci m'erano interditte:
Ond'io gridai con carta, & con inchioſtro,
Non ſon mio, no: s'io moro, il danno è noſtro.
Ben mi credea dinanzi à gl'occhi ſuoi
D'indegno far coſi di merce degno:
E queſta ſpene m'hauea fatto ardito.
Ma talhor humilta ſpegne diſdegno,
Talhor l'enfiamma: & cio ſepp'io da poi
Lunga ſtagion di tenebre ueſtito:
Ch'a quei preghi il mio lume era ſparito:
Ed io non ritrouando intorno intorno
Ombra di lei, ne pur de ſuoi piedi orma,
Com'huom, che tra uia dorma,
Gittaimi ſtanco ſopra l'herba un giorno.
Iui accuſando il fuggitiuo raggio
Ale lagrime triſte allargai'l freno,
Et laſciale cader, come à lor parue:
Ne giamai neue ſott'al Sol diſparue,
Com'io ſenti me tutto uenir meno,
Et farmi una fontana à pie d'un faggio.
Gran tempo humido tenni quel uiaggio.
Chi udi mai d'huom uero naſcer fonte?
Et parlo coſe manifeſte & conte.
Lalma, ch'è ſol da Dio fatta gentile,
(Che gia d'altrui non po uenir tal gratia)
Simile al ſuo fattor ſtato ritene:
Però di perdonar mai non è ſatia
A chi col core & col ſembiante humile
Dopo quantunque offeſe à mercè uene:
Et ſe contra ſuo ſtile ella ſoſtene
D'eſſer molto pregata, in lui ſi ſpecchia,
Et fal, perche'l peccar piu ſi pauente:
Che non ben ſi ripente
De l'un mal, chi del altro s'apparecchia.
Poi che Madonna da pietà commoſſa
Degnò mirarmi, & riconobbe & uide
Gir di pari la pena col peccato,
Benigna mi riduſſe al primo ſtato.
Ma nulla è al mondo, in ch'huom ſaggio ſi fide:
Ch'anchor poi ripregando i nerui & l'oſſa
Mi uolſe in dura ſelce: & coſi ſcoſſa
Voce rimaſi de l'antiche ſome
Chiamando morte, & lei ſola per nome.
Spirto doglioſo errante mi rimembra
Per ſpelunche deſerte & pellegrine
Pianſi molt'anni il mio sfrenato ardire:
Et anchor poi trouai di quel mal fine,
Et ritornai nelle terrene membra,
Credo, per piu dolor iui ſentire.
I ſegui tanto auanti il mio deſire,
Ch'un di cacciando ſi, com'io ſolea,
Mi moſſi, & quella fera bella & cruda
In una fonte ignuda
Si ſtaua, quando'l ſol piu forte ardea.
Io, perche d'altra uiſta non m'appago,
Stetti à mirarla: ond'ella hebbe uergogna,
Et per farne uendetta, ò per celarſe,
L'acqua nel uiſo con le man mi ſparſe
Vero dirò: forſe e parra menzogna:
Ch'i ſenti trarmi della propria imago,
Et in un ceruo ſolitario & uago
Di ſelua in ſelua ratto mi transformo,
Et anchor de miei can fuggo lo ſtormo.
Canzon'i non fu mai quel nuuol d'oro,
Che poi diſceſe in pretioſa pioggia,
Si che'l foco di Gioue in parte ſpenſe:
Ma fui ben fiamma, ch'un bel guardo accenſe
Et fui l'ucel, che piu per l'aere poggia,
Alzando lei, che ne miei detti honoro:
Ne per nuoua figura il primo alloro
Seppi laſſar: che pur la ſua dolce ombra
Ogni men bel piacer del cor mi ſgombra.

Se l'honorata fronde, che preſcriue
L'ira del ciel, quando'l gran Gioue tona,
Non m'haueſſe diſdetta la corona,
Che ſuole ornar chi poetando ſcriue,
I era amico à queſte noſtre Diue,
Le qua uilmente il ſecolo abbandona:
Ma quella ingiuria gia lunge mi ſprona
Da la'nuentrice de le prime oliue:
Che non bolle la poluer d'Ethiopia
Sotto'l piu ardente Sol, com'io sfauillo

Perdendo

Perdendo tanto amata coſa propia.
Cercate dunque fonte piu tranquillo:
Che'l mio d'ogni liquor ſoſtene inopia,
Saluo di quel, che lagrimando ſtillo,

Amor piangeua, & io con lui tal uolta,
Dal qual miei paſſi non fur mai lontani,
Mirando per gli effetti acerbi & ſtrani
L'anima uoſtra de ſuoi nodi ſciolta.
Hor, ch'al dritto camin l'ha Dio riuolta,
Col cor leuando al cielo ambe le mani
Ringratio lui, che' giuſti preghi humani
Benignamente, ſua mercede, aſcolta:
Et ſe tornando à l'amoroſa uita,
Per farui al bel deſio uolger le ſpalle,
Trouaſte per la uia foſſati ò poggi,
Fu per moſtrar, quant'è ſpinoſo calle,
Et quant'alpeſtra & dura la ſalita,
Onde al uero ualor conuen c'huom poggi.

Piu di me lieta non ſi uede à terra
Naue da l'onde combattuta & uinta,
Quando la gente di pietà dipinta
Su per la riua à ringratiar s'atterra.
Ne lieto piu del carcer ſi diſſerra,
Ch'intorno al collo hebbe la corda auinta,
Di me, ueggendo quella ſpada ſcinta,
Che fece al ſignor mio ſi lunga guerra:
Et tutti uoi, ch'amor laudate in rima,
Al buon teſtor de gli amoroſi detti
Rendete honor, ch'era ſmarrito in prima:
Che piu gloria è nel regno de gli eletti
D'un ſpirito conuerſo, & piu s'eſtima,
Che di nouantanoue altri perfetti.
Il ſucceſſor di Carlo, che la chioma
Con la corona del ſuo antico adorna
Preſe ha gia l'arme per fiaccar le corna
A Babilonia, & chi da lei ſi noma:
E'l uicario di Chriſto con la ſoma
De le chiaui & del manto al nido torna,
Si che, s'altro accidente nol diſtorna,
Vedra Bologna, & poi la nobil Roma.
La manſueta uoſtra & gentil agna
Abbatte i fieri lupi: & coſi uada,
Chiunque amor legittimo ſcompagna:
Conſolate lei dunque, ch'ancor bada,
Et Roma, che del ſuo ſpoſo ſi lagna,
Et per Gieſu cingete homai la ſpada.

CANZONE.

O aſpettata in ciel beata, & bella
Anima, che di noſtra humanitade
Veſtita uai, non come l'altre carca,
Perche ti ſian men dure homai le ſtrade
A Dio diletta obediente ancella,
Onde al ſuo regno di qua giu ſi uarca,
Ecco nouellamente à la tua barca,
Ch'al cieco mondo ha gia uolte le ſpalle
Per gir'à miglior porto,
D'un uento occidental dolce conforto,
Lo qual per mezzo queſta oſcura ualle,
Oue piangiamo il noſtro & l'altrui torto,
La condurrà de lacci antichi ſciolta
Per drittiſſimo calle
Al uerace oriente, ou'ella è uolta.
Forſi i deuoti & gli amoroſi preghi,
Et le lagrime ſante de mortali
Son giunte inanzi à la pietà ſuperna:
Et forſe non fur mai tante, ne tali,
Che per merito lor punto ſi pieghi
Fuor di ſuo corſo la giuſtitia eterna:
Ma quel benigno re, che'l ciel gouerna,
Al ſacro loco, oue fu poſto in croce,
Gli occhi per gratia gira:
Onde nel petto al nouo Carlo ſpira
La uendetta, ch'à noi tardata noce
Si, che molt'anni Europa ne ſuſpira:
Coſi ſoccorre à la ſua amata ſpoſa
Tal, che ſol della uoce
Fa tremar Babilonia, & ſtar penſoſa.
Chiunque alberga tra Garona, e'l monte,
Entra'l Rodano, e'l Reno, & l'onde ſalſe,
Le'n ſegne Chriſtianiſſime accompagna:
Et à cui mai di uero pregio calſe
Dal Pireneo à l'ultimo orizonte,
Con Aragon laſſara uota Hiſpagna:
Inghilterra con l'iſole, che bagna
L'Oceano intra'l carro, & le colonne,
In fin là, doue ſona
Dottrina del ſantiſſimo Helicona,
Varie di lingue, & d'arme, & delle gonne
A l'alta impreſa charitate ſprona.
Deh qual amor ſi licito, ò ſi degno,
Qua figli mai, qual donne
Furon materia à ſi giuſto diſdegno?
Vna parte del mondo è, che ſi giace
Mai ſempre in ghiaccio & in gelate neui
Tutta lontana dal camin del Sole:
La ſotto i giorni nubiloſi, & breui
Nemica naturalmente di pace
Naſce una gente, à cui'l morir non dole:
Queſta ſe piu deuota, che non ſole,
Col Tedeſco furor la ſpada cigne.
Turchi, Arabi, & Caldei
Con tutti quei, che ſperan nelli Dei
Di qua dal mar, che fa l'onde ſanguigne,
Quanto ſian da prezzar conoſcer dei,
Popolo ignudo, pauentoſo, & lento,
Che ferro mai non ſtrigne,
Ma tutti colpi ſuoi commette al uento.
Dunque hora è'l tempo da ritrarre il collo
Dal giogo antico, & da ſquarciare il uelo,
Ch'è ſtato auolto intorno à gli occhi noſtri,
Et che'l nobile ingegno, che dal cielo
Per gratia tien' de l'immortale Apollo,
Et l'eloquentia ſua uertu qui moſtri
Hor con la lingua, hor con laudati inchioſtri
Per che d'Orpheo leggendo & d'Amphione
Se non ti marauigli,
Aſſai men fia, ch'Italia co ſuoi figli
Si deſti al ſuon del tuo chiaro ſermone
Tanto, che per Gieſu la la lancia pigli:
Che, s'al uer mira queſt'antica madre,
In nulla ſua tenzone
Fur mai cagion ſi belle, ò ſi leggiadre.
Tu, c'hai per arricchir d'un bel theſauro
Volte l'antiche, & le moderne charte
Volando al ciel con la terrena ſoma,
Sai da l'imperio del figliuol di Marte
Al grande Auguſto, che di uerde lauro
Tre uolte triomphando ornò la chioma,
Ne l'altrui ingiurie del ſuo ſangue Roma
Speſſe fiate quanto fu corteſe:
Et hor perche non ſia
Corteſe no, ma conoſcente & pia
A uendicar le diſpietate offeſe
Col figliuol glorioſo di Maria?
Che dunque la nemica parte ſpera
Nell'humane difeſe,

Se Chriſto ſta da la contraria ſchiera?
Pon mente al temerario ardir di Serſe,
Che fece per calcar i noſtri liti
Di nuoui ponti oltraggio à la marina:
Et uedrai nella morte de' mariti
Tutti ueſtite à brun le donne Perſe,
Et tinto in roſſo il mar di Salamina:
Et non pur queſta miſera ruina
Del popolo infelice d'Oriente
Vittoria ten'promette,
Ma Marathona, & le mortali ſtrette,
Che difeſe il Leon con poca gente,
Et altre mille c'hai aſcoltate, & lette.
Perche inchinar à Dio molto conuiene
Le ginochia & la mente,
Che gli anni tuoi riſerua à tanto bene.
Tu uedra' Italia, & l'honorata riua
Canzon, ch'agliocchi miei cela & contende
Non mar, non poggio, ò fiume,
Ma ſolo amor, che del ſuo altiero lume
Piu m'inuaghiſce, doue piu m'incende:
Ne natura puo ſtar contra'l coſtume,
Hor muoui, non ſmarrir l'altre compagne:
Che non pur ſotto bende
Alberga amor, per cui ſi ride & piagne.

CANZONE.

Verdi panni, ſanguigni, oſcuri, ò perſi
Non ueſti donna unquanco,
Ne d'or capelli in bionda treccia attorſe
Si bella, come queſta, che me ſpoglia
D'arbitrio, & dal camin di libertade
Seco mi tira ſi, ch'io non ſoſtegno
Alcun giogo men graue.
Et ſe pur s'arma talhor à dolerſi
L'anima, à cui uien manco
Conſiglio, oue'i martir l'adduce in forſe,
Rappella lei da la sfrenata uoglia
Subita uiſta, che del cor mi rade
Ogni delira impreſa, & ogni ſdegno
Fal ueder lei ſoaue.
Di quanto per amor giamai ſoffersi,
Et haggio à ſoffrir anco
Fin che mi ſani'l cor colei chel morſe
Rubella di mercè, che pur le'nuoglia,
Vendetta fia, ſol che contra humiltade
Orgoglio, & ira il bel paſſo, ond'io uegno,
Non chiuda & non inchiaue
Ma l'hora, e'l giorno, ch'io le luci aperſi
Nel bel nero, & nel bianco,
Che mi, ſcacciar di la, doue amor corſe,
Nouella d'eſta uita, che m'addoglia,
Furon radice, & quella in cui l'etade
Noſtra ſi mira, laqual piombo, ò legno
Vedendo è chi non paue.
Lagrima' dunque, che da gliocchi uerſi
Per quelle, che nel manco
Lato mi bagna, chi primier s'accorſe,
Quadrella, dal uoler mio non mi ſuoglia:
Che'n giuſta parte la ſententia cade:
Per lei ſoſpira l'alma, & ella è degno,
Che le ſue piaghe laue.
Da me ſon fatti i miei penſier diuerſi,
Tal gia, qual'io mi ſtanco,
L'amata ſpada in ſe ſteſſa contorſe.
Ne quella prego, che pero mi ſcioglia:
Che men ſon dritte al ciel tutt'altre ſtrade,
Et non s'aſpira al glorioſo regno
Certo in piu ſalda naue.
Benigne ſtelle, che compagne ferſi
Al fortunato fianco,
Quando'l bel parto giu nel mondo ſcorſe:
Ch'è ſtella in terra, &, come in lauro foglia,
Conſerua uerde il pregio d'honeſtade,
Oue non ſpira folgore, ne indegno
Vento ma, che l'aggraue.
So io ben, ch'à uoler chiuder in uerſi
Suo laudi fora ſtanco,
Chi piu degna la mano à ſcriuer porſe.
Qual cella è di memoria, in cui s'accoglia,
Quanta uede uertu, quanta beltade,
Chi gliocchi mira d'ogni ualor ſegno,
Dolce del mio cor chiaue?
Quanto'l Sol gira, amor piu caro pegno
Donna di uoi non haue.

CANZONE.

Giouene donna ſott'un uerde lauro
Vidi piu bianca, & piu fredda, che neue
Non percoſſa dal ſol molti & molt'anni:
Et ſuo parlar, e'l bel uiſo, & le chiome
Mi piacquen ſi, ch'i l'ho dinanzi à gliocchi,
Et hauro ſempre, ou'io ſia in poggio o'n riua.
Allhor ſaranno i miei penſieri à riua,
Che foglia uerde non ſi troui in lauro:
Quand'haurò queto il cor, aſciutti gliocchi,
Vedren ghiacciar il foco, arder la neue.
Non ho tanti capelli in queſte chiome,
Quanti uorrei quel giorno attender anni
Ma perche uola il tempo, & fuggon gli anni
Si, ch'à la morte in un punto s'arriua
O con le brune, ò con le bianche chiome,
Seguiro l'ombra di quel dolce lauro
Per lo piu ardente Sole, & per la neue,
Fin che l'ultimo di chiuda queſt'occhi.
Non fur giamai ueduti ſi begliocchi
O ne la noſtra etade, ò ne prim'anni,
Che mi ſtruggon coſi, com'l Sol neue:
Onde procede lagrimoſa pioggia,
Ch'amor conduce à pie del duro lauro,
C'ha i rami di diamante, & d'or le chiome.
I temo di cangiar pria uolto, & chiome,
Che con uera pieta mi moſtri gliocchi
L'idolo mio ſcolpito in uiuo lauro:
Che, s'al cantar non erro, hoggi ha ſett'anni,
Che ſoſpirando uò di riua in riua
La notte, e'l giorno, al caldo, ed à la neue.
Dentro pur fuoco, & fuor candida neue
Sol con queſti penſier, con altre chiome
Sempre piangendo andrò per ogni riua,
Per far forſe pietà uenir ne gliocchi
Di tal, che naſcerà dopo mill'anni,
Se tanto uiuer puo ben culto lauro.
Lauro, e i topatij al Sol ſopra la neue
Vincon le bionde chiome preſſo à gliocchi,
Che menan gli'anni miei ſi toſto à riua.

Queſt'anima gentil, che ſi diparte
Anzi tempo chiamata à l'altra uita,
Se laſſuſo è, quant'eſſer de, gradita,
Terrà del ciel la piu beata parte.
S'ella riman fra'l terzo lume & Marte,
Fia la uiſta de Sole ſcolorita,
Poi ch'à mirar ſua bellezza infinita
L'anime degne intorno à lei fien ſparte.
Se ſi poſaſſe ſotto'l quarto nido
Ciaſcuna de le tre ſaria men bella,
Et eſſa ſola hauria la fama e'l grido
Nel quinto giro non habitrebb'ella,
Ma ſe uola piu alto, aſſai mi fido,

Che con

Che con Gioue ſia uinta ogni altra ſtella.

Quanto piu m'auicino al giorno eſtremo,
Che l'humana miſeria ſuol far breue,
Piu ueggio'l tempo andar ueloce, & leue,
E'l mio di lui ſperar fallace, & ſcemo.
I dico à miei penſier, non molto andremo
D'amor parlando homai, ch'el duro, & greue
Terreno incarco, come freſca neue
Si ua ſtruggendo: onde noi pace hauremo:
Per che con lui cadra quella ſperanza
Che ne fe uaneggiar ſi longamente,
El riſo, e'l pianto, & la paura, & l'ira.
Si uedrem chiaro poi, come ſouente
Per le coſe dubbioſe altri s'auanza:
Et come ſpeſſo indarno ſi ſoſpira.

Gia fiammeggiaua l'amoroſa ſtella
Per l'oriente, & l'altra, che Giunone
Suol far geloſa, nel ſettentrione
Rotaua i raggi ſuoi lucente, & bella,
Leuata era à filar la uecchiarella
Diſcinta, & ſcalza, & deſto hauea'l carbone,
Et gliamanti pungea quella ſtagione,
Che per uſanza à lagrimar gli appella,
Quando mia ſpeme gia condotta al uerde
Giunſe nel cor, non per l'uſata uia,
Che'l ſonno tenea chiuſa, e'l dolor molle
Quanto cangiata ohime da quel di pria:
Et parea dir, Perche tuo ualor perde?
Veder queſt'occhi anchor non ti ſi tolle.

Apollo, s'anchor uiue il bel diſio,
Che t'infiammò à le Theſaliche onde,
Et ſe non hai l'amate chiome bionde
Volgendo gli anni gia poſte in oblio,
Dal pigro gielo, & dal tempo aſpro, & rio,
Che dura quant'ol tuo uiſo s'aſconde,
Difendi hor l'honorata, & ſacra fronde,
Oue tu prima, & poi fu'inueſcat'io:
Et per uertu dell'amoroſa ſpeme,
Che ti ſoſtenne nella uita acerba,
Di queſte impreſſion l'aere diſgombra.
Si uedrem poi per marauiglia inſieme
Seder la donna noſtra ſopra l'herba,
Et far delle ſue braccia à ſe ſteſs'ombra

Solo, & penſoſo i piu deſerti campi
Vo miſurando à paſſi tardi, & lenti,
Et gliocchi porto per fuggir intenti,
Oue ueſtigio human l'arena ſtampi.
Altro ſchermo non truouo, che mi ſcampi
Dal manifeſto accorger delle genti:
Perche ne gliatti d'allegrezza ſpenti
Di fuor ſi legge, com'io dentro auampi:
Si ch'io mi credo homai, che monti, & piagge
Et fiumi, & ſelue ſappian di che tempre
Sia la mia uita, ch'è celata altrui.
Ma pur ſi aſpre uie, ne ſi ſeluagge
Cercar non ſo, ch'amor non uenga ſempre
Ragionando con meco, & io con lui.

S'io credeſſi per morte eſſere ſcarco
Del penſier amoroſo, che m'atterra,
Con le mie mani haurei gia poſto in terra
Queſte membra noioſe, & quello incarco.
Ma perch'io temo, che ſarebbe un uarco
Di pianto in pianto, & d'una in altra guerra,
Di qua dal paſſo anchor, che mi ſi ſerra,
Mezzo rimango laſſo, & mezzo il uarco.
Tempo ben fora homai d'hauere ſpinto
L'ultimo ſtral la diſpietata corda
Ne l'altrui ſangue gia bagnato & tinto:
Et io ne prego amore, & quella ſorda,
Che mi laſſò de ſuoi color dipinto,
Et di chiamarmi à ſe non le ricorda.

CANZONE.

Si è debile il filo, à cui s'attene
La grauoſa mia uita,
Che s'altri non l'aita,
Ella fia toſto di ſuo corſo à riua:
Pero che dopo l'empia dipartita,
Che dal dolce mio bene
Feci, ſol una ſpene
E ſtato infin à qui cagion ch'io uiua,
Dicendo, per che priua
Sia dell'amata uiſta:
Mantienti anima triſta
Che ſai s'à miglior tempo anco ritorni,
Et à piu lieti giorni?
O s'el perduto ben mai ſi racquiſta?
Queſta ſperanza mi ſoſtenne un tempo:
Hor uien mancando, & troppo in lei m'attempo,
Il tempo paſſa, & l'hore ſon ſi pronte
A fornir'il uiaggio,
Ch'aſſai ſpatio non haggio
Pur à penſar, com'io corro à la morte
Appena ſpunta in oriente un raggio
Di Sol, ch'à l'altro monte
Del'auerſo orizonte
Giunto'l uedrai per uie lunghe, & diſtorte.
Le uite ſon ſi corte,
Si graui i corpi, & frali
De glihuomini mortali,
Che quand'io mi ritrouo dal bel uiſo
Cotanto eſſer diuiſo
Col diſio non poſſendo mouer l'ali,
Poco m'auanzà del conforto uſato:
Ne ſo quant'io mi uiua in queſto ſtato.
Ogni loco m'attriſta, ou'io non ueggio
Que begliocchi ſoaui,
Che portaron le chiaui
De miei dolci penſier, mentr'à Dio piacque:
Et perche'l duro eſſilio piu m'aggraui,
S'io dormo, ò uado, ò ſeggio,
Altro giamai non cheggio,
Et cio ch'i uidi dopo lor, mi ſpiacque.
Quante montagne & acque,
Quanto mar, quanti fiumi
M'aſcondon que duo lumi
Che quaſi un bel ſereno à mezo'l die
Fer le tenebre mie,
Accio che'l rimembrar piu mi conſumi:
Et quant'era mia uita allhor gioioſa,
M'inſegni la preſente aſpra & noioſa,
Laſſo, ſe ragionando ſi rinfreſca
Quel'ardente diſio
Che nacque il giorno, ch'io
Laſciai di me la miglior parte à dietro,
Et s'amor ſe ne ua per lungo oblio,
Chi mi conduce à l'eſca,
Onde'l mio dolor creſca?
Et perche pria tacendo non m'impetro?
Certo criſtallo, ò uetro
Non moſtro mai di fore
Naſcoſto altro colore.

Cha l'alma ſconſolata aſſai non moſtri
Piu chiari i penſier noſtri,
Et la fiera dolcezza, ch'è nel core,
Per gliocchi, che di ſempre pianger uaghi
Cercan di, & notte pur, chi glien'appaghi.
Nouo piacer, che negli humani ingegni
Speſſe uolte ſi truoua,
D'amar qual coſa nuoua
Piu folta ſchiera di ſoſpiri accoglia:
Et io ſon un di quei, chel pianger gioua:
Et par ben, ch'io m'ingegni,
Che di lagrime pregni
Sien gliochi miei ſi come'l cor di doglia:
Et perche accio m'inuoglia
Ragionar de begliocchi,
(Ne coſa è, che mi tocchi,
O ſentir mi ſi faccia coſi adentro)
Corro ſpeſſo, & rientro
Colà, donde piu largo il duol trabocchi,
Et ſien coi cor puniti ambe le luci,
Ch'à la ſtrada d'amor mi furon duci.
Le treccie d'or che deurien far il Sole
D'inuidia molta ir pieno,
E'l bel guardo ſereno,
Oue i raggi d'amor ſi caldi ſono,
Che mi fanno anzi tempo uenir meno,
E l'accorte parole
Rade nel mondo ò ſole,
Che mi fergia de ſe corteſe dono,
Mi ſon tolte: & perdono
Piu lieue ogni altra offeſa,
Che l'eſſermi conteſa
Quella benigna angelica ſalute,
Che'l mio cor'à uirtute
Deſtar ſolea con una uoglia acceſa,
Tal, ch'io non penſo udir coſa giamai,
Che mi conforte ad altro, ch'à trar guai.
Et per pianger anchor con piu diletto,
Le man bianche ſottili,
Et le braccia gentili,
Et gli atti ſuoi ſoauemente altieri,
E i dolci ſdegni alteramente humili,
E'l bel giouenil petto
Torre d'alto intelletto
Mi celan queſti luoghi alpeſtri, & fieri
Et non ſo, s'io mi ſperi
Vederla anzi ch'io muora:
Pero ch'ad hora ad hora
S'erge la ſpeme, & poi non ſa ſtar ferma,
Ma ricadendo afferma
Di mai non ueder lei, che'l cielo honora,
Oue alberga honeſtate, & corteſia,
Et dou'io prego, che'l mio albergo ſia.
Canzon, s'al dolce loco
La donna noſtra uedi,
Credo ben, che tu credi,
Ch'ella ti porgera la bella mano,
Ond'io ſon ſi lontano,
Non la toccar, ma reuerente à piedi
Le di, ch'io ſaro la toſto ch'io poſſa.
O ſpirto ignudo, od huom di carne, & d'oſſa.

Orſo e non furon mai fiumi, ne ſtagni,
Ne mare, ou'ogni riuo ſi diſgombra,
Ne di muro, ò di poggio, ò di ramo ombra,
Ne nebbia, che'l ciel copra, e'l mondo bagni,
Ne altro impedimento, ond'io mi lagni,
Qualunque piu l'humana uiſta ingombra,
Quanto d'un uel, che due begliocchi adombra,
Et par che dica, hor ti conſuma, & piagni:
Et quel lor inchinar, ch'ogni mia gioia
Spegne ò per humilitate, ò per orgoglio,
Cagion ſara, che'nanzi tempo i muoia:
Et d'una bianca mano ancho mi doglio,
Ch'è ſtata ſempre accorta à farmi noia,
Et contra gliocchi miei s'è fatto ſcoglio.

Io temo ſi de begliocchi l'aſſalto,
Ne quali amore, & la mia morte alberga,
Chi fuggo lor, come fanciul la uerga,
Et gran tempo è, ch'io preſi'l primier ſalto.
Da hora innanzi faticoſo, od alto
Luogo non ſia, doue'l uoler non s'erga,
Per no ſcontrar, ch'i miei ſenſi diſperga
Laſſando, come ſuol, me freddo ſmalto
Dunque s'à ueder uoi tardo mi uolſi,
Per non rauicinarmi à chi mi ſtrugge,
Fallir forſe non fu di ſcuſa indegno.
Piu dico: che'l tornare à quel, c'huom fugge,
E'l cor, che di paura tanta ſciolſi,
Fur de la fede mia non leggier pegno.

S'amore, ò morte non da qualche ſtroppio
A la tela nouella, c'hora ordiſco,
Et s'io mi ſuoluo dal tenace uiſco,
Mentre che l'un con l'altro uero accopio,
I faro forſe un mio lauor ſi doppio
Tra lo ſtil de moderni e'l ſermon priſco,
Che (pauento ſamente à dirlo ardiſco)
In fin à Roma n'udirai lo ſcoppio.
Ma pero, che mi manca à fornir l'opra
Alquanto delle fila benedette,
Ch'auanzaro à quel mio diletto padre,
Perche tien uerſo me le man ſi ſtrette
Contra tua uſanze? i prego che tu l'opra:
Et uedrai riuſcir coſe leggiadre.

Qando dal proprio ſito ſi rimoue
L'arbor, ch'amo gia Phebo in corpo humano,
Soſpira, & ſuda à l'opera Vulcano,
Per rinfreſcar l'aſpre ſaette à Gioue?
Il qual hor tona, hor neuica, & hor pioue
Senza honorar piu Ceſare, che Giano:
La terra piagne, e'l Sol ci ſta lontano,
Che la ſua cara amica uede altroue.
Allhor riprende ardir Saturno, & Marte
Crudeli ſtelle, & Orione armato
Spezza à triſti nochier gouerni, & ſarte:
Eolo à Nettuno, & à Giunon turbato
Fa ſentir, & à noi, come ſi parte
Il bel uiſo da gli angeli aſpettato.

Ma poi chel dolce riſo humile, & piano
Piu non aſconde ſue bellezze nuoue,
Le braccia à la fucina indarno muoue
L'antiquiſſimo fabbro Siciliano:
Ch'à Gioue tolte ſon l'arme di mano
Temprate in Mongibello à tutte proue,
Et ſua ſorella par, che ſi rinnoue
Nel bel guardo d'Apollo a mano a mano.
Del lito occidental ſi muoue un fiato,
Che fa ſecuro il nauigar ſenz'arte,
Et deſta i fiori tra l'herba in ciaſcun prato:
Stelle noioſe fuggon d'ogni parte
Diſperſe dal bel uiſo inamorato,
Per cui lagrime molte ſon gia ſparte.

Il figli-

Il figliuol di Latona hauea gia noue
Volte guardato dal balcon ſourano
Per quella, ch'alcun tempo moſſe in uano
I ſuoi ſoſpiri, & hor gli altrui commoue:
Poi che cercando ſtanco non ſeppe oue
S'albergaſſe da preſſo, ò di lontano,
Moſtroſſi à noi, qual huom per doglia inſano,
Che molto amata coſa non ritruoue:
Et coſi triſto ſtandoſi in diſparte
Tornar non uide il uiſo, che laudato
Sara, s'io uiuo, in piu di mille carte:
Et pieta lui medeſimo hauea cangiato
Si, ch'e begliocchi lagrimauan parte:
Pero l'aere ritenne il primo ſtato.

Quel, che'n Theſaglia hebbe le man ſi pronte
A farla del ciuil ſangue uermiglia,
Pianſe morto il marito di ſua figlia,
Raffigurato à le fatezze conte:
E'l paſtor, ch' à Golia ruppe la fronte,
Pianſe la ribellante ſua famiglia,
Et ſopra'l buon Saul cangio le ciglia:
Ond'aſſai puo dolerſi il fiero monte.
Ma uoi, che mai pieta non diſcolora,
Et c'hauete gli ſchermi ſempre accorti
Contra l'arco d'amor, che'ndarno tira,
Mi uedete ſtratiare à mille morti:
Ne lagrima però diſceſe anchora
Da be uoſtr'occhi, ma disdegno, & ira

Il mio auerſario, in cui ueder ſolete
Gliocchi uoſtri, ch'amore e'l ciel honora,
Con le non ſue bellezze u'innamora
Piu, che'n guiſa mortal, ſoaui & liete
Per conſiglio di lui donna m'hauete
Scacciato del mio dolce albergo fora,
Miſero eſſilio, auegna ch'io non fora
D'habitar degno, oue uoi ſola ſiete.
Ma s'io u'era con ſaldi chioui fiſo,
Non deuea ſpecchio farui per mio damno
A uoi ſteſſa piacendo aſpra, & ſuperba.
Certo ſe ui rimembra di Narciſo,
Queſto, & quel corſo ad un termine uanno:
Benche di ſi bel fior ſia indegna l'herba.

L'oro, & le perle, ei fior uermigli, e i bianchi,
Che'l uerno deuria far languidi, & ſecchi,
Son per me acerbi, & uelenoſi ſtecchi,
Ch'io prouo per lo petto, & per li fianchi:
Pero i di miei fien lagrimoſi, & manchi:
Che gran duol rade uolte auen, che'nuecchi.
Ma piu ne'ncolpo i micidiali ſpecchi,
Che'n uagheggiar uoi ſteſſa hauete ſtanchi.
Queſti poſer ſilentio al ſignor mio,
Che per me ui pregaua, ond'ei ſi tacque
Veggendo in uoi finir uoſtro diſio:
Queſti fur fabbricati ſopra l'acque
D'abiſſo, & tinti nell'eterno oblio,
Onde'l principio di mia morte nacque.

Io ſentia dentr'al cor gia uenir meno
Gli ſpirti, che da uoi riceuon uita:
Et perche naturalmente s'aita
Contra la morte ogni animal terreno,
Largai'l deſio, ch'i teng'hor molto à freno,
Et miſil per la uia quaſi ſmarrita:
Pero che di, & notte indi m'inuita,
Et io contra ſua uoglia altronde'l meno.
E mi conduſſe uergognoſo & tardo
A riueder gliocchi leggiadri, ond'io,
Per non eſſer lor graue, aſſai mi guardo.
Viurommi un tempo homai: ch'al uiuer mio
Tanta uirtute ha ſol un uoſtro ſguardo:
Et poi morrò, s'io non credo al diſio.

Se mai fuoco per fuoco non ſi ſpenſe,
Ne fiume fu giamai ſecco per pioggia,
Ma ſempre l'un per l'altro ſimil poggia,
Et ſpeſſo l'un contrario l'altro accenſe,
Amor tu, ch'e penſier noſtri diſpenſe,
Al qual un'alma in duo corpi s'appoggia,
Perche fai in lei con diſuſata foggia
Men per molto uoler le uoglie intenſe.
Forſe, ſi come'l Nil d'alto caggendo
Col gran ſuono i uicin d'intorno aſſorda,
E'l Sol abbaglia chi ben fiſo il guarda,
Coſi'l diſio, che ſeco non s'accorda,
Ne lo sfrenato oghietto uien perdendo,
Et per troppo ſpronar la fuga è tarda.

Perch'io t'habbia guardato di menzogna
A mio podere, & honorato aſſai
Ingrata lingua gia però non m'hai
Renduto honor, ma fatto ira & uergogna:
Che quando piu'l tuo aiuto mi biſogna
Per dimandar mercede, allhor ti ſtai
Sempre piu fredda, & ſe parole fai,
Sono imperfette, & quaſi d'huom, che ſogna:
Lagrime triſte, & uoi tutte le notti
M'accompagnate, ou'io uorrei ſtar ſolo,
Poi fuggite dinanzi à la mia pace?
Et uoi ſi pronti à darmi angoſcia, & duolo
Soſpiri, allhor trahete lenti & rotti.
Sola la uiſta mia del cor non tace.

CANZONE.

Ne la ſtagion, che'l rapido inchina
Verſo occidente, & che'l di noſtro uola
A gente che di la forſe l'aſpetta,
Veggendoſi in lontan paeſe ſola
La ſtanca uecchiarella pellegrina
Raddopia i paſſi, & piu, & piu s'affretta:
Et poi coſi ſoletta
Al fin di ſua giornata
Talhora è conſolata
D'alcun breue ripoſo, ou'ella oblia
La noia e'l mal de la paſſata uia.
Ma laſſo, ogni dolor, che'l di m'adduce,
Creſce, qualhor s'inuia
Per partirſi da noi l'eterna luce
Com'el Sol uolge le'nfiammate rote,
Per dar luogo à la notte, onde diſcende
Da gli altiſſimi monti maggior l'ombra,
L'auaro zappador l'arme riprende,
Et con parole, & con alpeſtri note
Ogni grauezza del ſuo petto ſgombra,
Et poi la menſa ingombra
Di pouere uiuande
Simili à quelle ghiande,
Le qua fuggendo tutto'l mondo honora.
Ma chi uuol ſi rallegri ad hora ad hora:
Ch'i pur non hebbi anchor non diro lieta,
Ne ripoſata un'hora,
Ne per uolger di ciel, ne di pianeta.
Quando uede'l paſtor calare i raggi
Del gran pianeta al nido, ou'egli alberga,
E'mbrunir le contarde d'oriente,
Drizzaſi in piedi, & con l'uſata uerga
Laſſando l'herba, & le fontane, e i faggi

Muoue la

Muouela ſchiera ſua ſoauemente:
Poi lontan dalla gente
O caſetta, ò ſpelunca
Di nerdi frondi ingiunca:
Iui ſenza penſier s'adagia, & dorme.
Ahi crudo Amor, ma tu allhor piu m'informe
A ſeguir d'una fiera, che mi ſtrugge,
La uoce, è i paſſi, & l'orme,
E lei non ſtringi, che s'appiatta, & fugge.
E i nauiganti in qualche chiuſa ualle
Gettan le membra, poi che'l Sol s'aſconde,
Sul duro legno & ſotto à l'aſpre gonne.
Ma io, perche, s'attuffi in mezzo l'onde,
Et laſſi Hiſpagna dietro à le ſue ſpalle
Et Granata, & Marrocco, & le Colonne,
Et gli huomini, & le donne
E'l mondo, & gli animali
Acquetino i lor mali,
Fine non pongo al mio oſtinato affanno:
Et duolmi, ch'ogni giorno arroge al danno:
Ch'i ſon gia pur creſcendo in queſta uoglia
Ben preſſo al decim'anno,
Ne poſs'indouinar, chi me ne ſcioglia.
Et perche un poco nel parlar mi sfogo,
Veggio la ſera i buoi tornare ſciolti
Da le campagne, & da ſolcati colli.
I miei ſoſpiri à me perche non tolti,
Quando che ſia: perche no'l graue giogo?
Perche di & notte gliocchi miei ſon molli?
Miſero me, che uolli?
Quando primier ſi fiſo
Gli tenni nel bel uiſo,
Per iſcolpirlo imaginando in parte,
Onde mai ne per forza, ne per arte
Moſſo ſara, fin ch'i ſia dato in preda
A chi tutto diparte?
Ne ſo ben ancho, che di lei mi creda.
Canzon ſe l'eſſer meco
Dal mattino à la ſera
T'ha fatto di mia ſchiera,
Tu non uorrai moſtrarti in ciaſcun loco?
Et d'altrui loda curerai ſi poco,
Ch'aſſai ti fia penſar di poggio in poggio,
Come m'ha concio'l foco
Di queſta uiua pietra, ou'io m'appoggio.

Poco era ad appreſſarſi à gliocchi miei
La luce, che da lunge gli abbarbaglia,
Che, come uide lei cangiar Theſaglia,
Coſi cangiato ogni mia forma haurei:
Et s'io non poſſo traſformarmi in lei
Piu, ch'i mi ſia, non ch'à merce mi uaglia,
Di qual pietra piu rigida s'intaglia,
Penſoſo ne la uiſta hoggi ſarei,
O di diamãte, ò d'un bel marmo biancho
Per la paura forſe, o d'un diaſpro
Pregiato poi dal uulgo auaro, & ſciocco:
Et ſarei fuor del graue giogo, & aſpro,
Per cu'i ho inuidia di quel uecchio ſtanco,
Che fa con le ſue ſpalle ombra à Marocco.

MADRIALE.

Non al ſuo amante piu Diana piacque,
Quando per tal uentura tutta ignuda
La uide in mezzo de le gelid'acque,
Ch'à me la paſtorella alpeſtra, & cruda
Poſta à bagnar un leggiadretto uelo,
Ch'à Laura il uago & biondo capel chiuda,
Tal, che mi fece hor, quand'egli arde il cielo
Tutto tremar d'un'amoroſo gielo,

CANZONE.

Spirito gentil, che quelle membra reggi,
Dentro à le qua peregrinando alberga
Vn ſignor ualoroſo accorto, & ſaggio,
Poi che ſe giunto all'honorata uerga,
Con la qual Roma & ſui erranti correggi,
Et la richiami al ſuo anticho uiaggio.
Io parlo à te: pero ch'altroue un raggio
Non ueggio di uertu, ch'al mondo è ſpenta,
Ne truouo, chi di mal far ſi uergogni.
Che s'aſpetti non ſo, ne che s'agogni
Italia, che ſuoi guai non par, che ſenta,
Vecchia, otioſa, & lenta.
Dormira ſempre, & non fia, chi la ſuegli?
Le man l'haueſs'io auolte entro capegli
Non ſpero, che giamai dal pigro ſonno
Moua la teſta per chiamar, c'huom faccia,
Si grauamente è oppreſſa, & di tal ſoma,
Ma non ſenza deſtino à le tue braccia,
Che ſcuoter forte & ſolleuarla ponno,
E hor commeſſo il noſtro capo Roma.
Pon man in quella uenerabil chioma
Securamente, & ne le treccie ſparte
Si, che la neghittoſa eſca del fango,
I, che di & notte del ſuo ſtratio piango,
Di mia ſperanza ho in te la maggior parte:
Che ſe'l popol di Marte
Doueſſe al proprio honor alzar mai gliocchi:
Parmi pur, ch'à tuoi di la gratia tocchi.
L'antiche mura, che anchor teme, & ama
Et trema il mondo, quando ſi rimembra
Del tempo andato e'n dietro ſi riuolue,
E i ſaſſi, doue fur chiuſe le membra
Di tal, che non ſaranno ſenza fama,
Se l'uniuerſo pria non ſi diſſolue,
Et tutto quel, ch'una ruina inuolue,
Per te ſpera ſaldar ogni ſuo uitio.
O grandi Scipioni, ò fedel Bruto
Quanto u'aggrada, ſe gli è ancor uenuto
Romor la giù del ben locato offitio,
Come cre, che Fabritio
Si faccia lieto, udendo la nouella,
Et dice, Roma mia ſara anchor bella,
Et ſe coſa di qua nel ciel ſi cura,
L'anime, che la ſù ſon cittadine,
Et hanno i corpi abbandonati in terra,
Del lungo odio ciuil ti pregan fine,
Per cui la gente ben non s'aſſecura,
Onde'l camin à lor tetti ſi ſerra,
Che fur gia ſi deuoti, & hora in guerra
Quaſi ſpelonca di ladron ſon fatti,
Tal, ch'a buon ſolamente uſcio ſi chiude,
Et tra glaltari, & tra le ſtatue ignude
Ogn'impreſa crudel par che ſi tratti.
Deh quanto diuerſi atti.
Ne ſenza ſquille s'incomincia aſſalto,
Che per Dio ringratiar fur poſte in alto.
Le donne lagrimoſe e'l uulgo inerme
De la tenera etate, e i uecchi ſtanchi,
Ch'hanno ſe in odio & la ſouerchia uita,
E i neri fraticelli, e i bigi, e i bianchi
Con l'altre ſchiere trauagliate e'nferme
Gridan, ò ſignor noſtro aita aita:
Et la pouera gente sbigottita
Ti ſcopre le ſue piaghe à mille à mille,
C'Hannibale, non ch'altri farian pio:
Et ſe ben guardi à la magion di Dio,
Ch'arde hoggi tutta, aſſai poche fauille
Spegnendo fien tranquille

Le uoglie, che ſi moſtran ſ'infiammate:
Onde fien l'opre tue nel ciel laudate.
Orſi, lupi, leoni, aquile, & ſerpi
Ad una gran marmorea Colonna
Fanno noia ſouente, & à ſe danno:
Di coſtor piagne quella gentil donna:
Che t'ha chiamato, accio che di lei ſterpi
Le male piante, che fiorir non ſanno,
Paſſato è gia piu che'l milleſim' anno,
Ch'n lei mancar quell'anime leggiadre,
Che locata l'hauean la, dou'ell'era.
Ahi nuoua gente oltra miſura altiera,
Irreuerente à tanta & à tal madre.
Tu marito tu padre,
Ogni ſoccorſo di tua man s'attende:
Che'l maggior padre altr'opera intende,
Rade uolte adiuien, ch'à l'alte impreſe
Fortuna ingiurioſa non contraſti,
Ch'à gli animoſi fatti mal s'accorda.
Hora ſgombrando'l paſſo, onde tu intraſti,
Fammi ſi perdonar molt'altre offeſe:
Ch'almen qui da ſe ſteſſa ſi diſcorda,
Pero che quanto'l mondo ſi ricorda,
Ad huom mortal non fu aperta la uia
Per farſi, come à te, di fama eterno
Che puo drizzar, s'i non falſo diſcerno,
In ſtato la piu nobil monarchia.
Quanta gloria ti fia
Dir, gli altri l'aitar giouene, & forte;
Queſti in uechiezza la ſcampò da morte.
Sopra'l monte Tarpeo canzon uedrai
Vn caualier, ch'Italia tutta honora,
Penſoſo piu d'altrui, che di ſe ſteſſo.
Digli, un, che non ti uide anchor da preſſo,
Se non come per fama huom s'innamora;
Dice, che Roma ogni hora
Con gliocchi di dolor bagnati, & molli
Ti chier merce da tutti ſette i colli.

MADRIALE

Perch'al uiſo d'amor portaua inſegna,
Moſſe una pellegrina il mio cor uano:
Ch'ogni altra mi parea d'honor men degna:
Et lei ſeguendo ſu per l'herbe uerdi
Vdi dir alta uoce di lontano,
Ahi quanti paſſi per la ſelua perdi.
Allhor mi ſtrinſi à l'ombra d'un bel faggio
Tutto penſoſo, & rimirando intorno
Vidi aſſai perighoſo il mio uiaggio:
Et torn'indietro quaſi à mezzo il giorno.

BALLATA.

Quel foco ch'io penſai, che fuſſe ſpento
Dal freddo tempo, & da l'eta men freſca,
Fiamma, & martir ne l'anima rinfreſca.
Non fur mai tutte ſpente à quel, ch'i ueggio;
Ma ricoperte al quanto le fauille,
Et temo no'l ſecondo error ſia peggio,
Per lagrime ch'io ſpargo à mille à mille,
Conuien che'l duol per gliocchi ſi diſtille
Dal cor, ch'à ſeco le fauille, & l'eſca,
Non pur qual fu, m'appare à me che creſca.
Qual foco non haurian gia ſpento, & morto
L'onde, che gliocchi triſti uerſan ſempre?
Amor (aućgna mi ſia tardi accorto)
Vol, che tra duo contrari mi diſtempre,
Et tende lacci in ſi diuerſe tempre,
Che, quand'ho piu ſperanza che'l cor n'eſca,
Allhor piu nel bel uiſo mi rinueſca,

Se col cieco deſir, che'l cor diſtrugge,
Contando l'hore non m'inganno io ſteſſo
Hora, mentre ch'io parlo il tempo fugge,
Ch'à me fu inſieme, & à merce promeſſo.
Qual ombra è ſi crudel, ch'el ſeme adhugge,
Ch'al deſiato frutto era ſi preſſo?
Et dentro dal mio ouil qual fera rugge?
Tra la ſpiga, & la man qual muro è meſſo?
Laſſo nol ſo, ma ſi conoſco io bene,
Che per far piu doglioſa la mia uita
Amor m'adduſſe in ſi gioioſa ſpene,
Et hor di quel ch'io ho letto, mi ſouene,
Ch'inanzi al di de l'ultima partita
Huom beato chiamar non ſi conuiene.

Mie uenture al uenir ſon tarde, & pigre,
La ſpeme incerta, e'l deſir monta, & creſce:
Onde'l laſſar, & l'aſpettar m'increſce:
Et poi al partir ſon piu leui, che tigre.
Laſſo, le neui fien tepide, & nigre,
E'l mar ſenz'onda, & per l'alpe ogni peſce,
Et corcheraſſi'l Sol la oltre, ond'eſce
D'un medeſimo fonte Euphrate, & Tigre,
Prima, ch'i troui in cio pace ne tregua,
O amor, ò madonna altr'uſo impari,
Che m'hanno coniurato à torto incontra:
Et s'i ho alcun dolce, dopo tanti amari,
Che per diſdegno il guſto ſi dilegua.
Altro mai di lor gratie non m'incontra.

La guancia, che fu gia piangendo ſtanca,
Ripoſate ſu l'uo ſignor mio caro,
Et fiate hormai di uoi ſteſſo piu auaro
A quel crudel, che ſuoi ſeguaci imbianca:
Con l'altro richiudete da man manca
La ſtrada à meſſi ſuoi, ch'indi paſſaro,
Monſtrandoui un d'Agoſto & di Genaro,
Perch' à la lunga uia tempo ne manca:
Et col terzo beuete un ſuco d'herba,
Che purghe ogni penſier, che'l cor afflige,
Dolce à la fine, & nel principio acerba:
Me riponete, oue'l piacer ſi ſerba,
Tal, ch'i non tema del nocchier di ſtige,
Se la preghiera mia non è ſuperba.

BALLATA.

Perche quel, che mi traſſe ad amor prima,
Altrui colpa mi toglia,
Del mio fermo uoler gia non mi ſuoglia.
Tra le chiome de l'or naſcoſe il laccio,
Al qual mi ſtrinſe Amore,
Et da begliocchi moſſe il freddo ghiaccio,
Che mi paſsò nel core
Con la uirtu d'un ſubito ſplendore,
Che d'ogni altra ſua uoglia
Sol rimembrando anchor l'anima ſpoglia.
Tolta m'è poi di que biondi capelli
Laſſo la dolce uiſta,
E'l uolger de duo lumi honeſti & belli
Col ſuo fuggir m'attriſta:
Ma perche ben morendo honor s'acquiſta,
Per morte, ne per doglia
Non uo, che da tal nodo amor mi ſcioglia.

L'arbor gentil, che forte amai molt'anni,
Mentre I bei rami non m'hebber à ſdegno,
Fiorir faceua il mio debile ingegno
A la ſua ombra, & creſcer ne gli affanni.
Poi che ſecurò me di tali inganni
Fece di dolce ſe ſpietato legno,
I riuolſi i penſier tutti ad un ſegno,

Che

Che parlan ſempre de lor triſti danni.
Che porà dir, chi per amor ſoſpira,
S'altra ſperanza le mie rime noue
Gli haueſſer data, & per coſtei la perde?
Ne poeta ne colga mai, ne Gioue
La priuilegi, & al Sol uenga in ira
Tal, che ſi ſecchi ogni ſua foglia uerde.

Benedetto ſia 'l giorno, e 'l meſe, & l'anno,
Et la ſtagione, e 'l tempo, & l'hora, el punto,
E 'l bel paeſe, e 'l loco, ou' io fui giunto
Da duo begliocchi, che legato m'hanno:
Et benedetto il primo dolce affanno,
Ch' i hebbi ad eſſer con amor congiunto,
Et l'arco, & le ſaette, und' i fui punto,
Et le piaghe, che 'n fin' al cor mi uanno.
Benedette le uoci tante, ch' io
Chiamando il nome di mia donna ho ſparte
E i ſoſpiri, & le lagrime, e 'l deſio:
Et benedette ſian tutte le charte,
Ou' io fama l'acquiſto, e 'l penſier mio,
Ch' è ſol di lei ſi, ch' altra non u' ha parte.

Padre del ciel dopo i perduti giorni,
Dopo le notti uaneggiando ſpeſe
Con quel fero deſio, ch' al cor s' acceſe
Mirando gli atti per mio mal ſi adorni,:
Piacciati homai, col tuo lume ch' io torni
Ad altra uita, & à piu belle impreſe,
Si c'hauendo le reti indarno teſe
Il mio duro auerſario ſe ne ſcorni.
Hor uolge ſignor mio l'undecim' anno,
Ch' i fui ſommeſſo al diſpietato giogo.
Che ſopra i piu ſoggetti è piu feroce.
Miſerere del mio non degno affanno,
Riduci i penſier uaghi à miglior luogo,
Ramenta lor, com' hoggi fuſti in croce.

BALLATA.

Volgendo gliocchi al mio nouo colore,
Che fa di morte rimembrar la gente,
Pietà ui moſſe, onde benignamente
Salutando teneſti in uita il core,
La frale uita, ch' anchor meco alberga,
Fu de begliocchi uoſtri aperto dono,
Et della uoce angelica ſoaue,
Da lor cognoſco l'eſſer, ou' io ſono,
Che come ſuol pigro animal per uerga,
Coſi deſtaro in me l'anima graue.
Del mio cor donna l' una, & l' altra chiaue
C'hauete in mano, & di cio ſon contento
Preſto di nauigar à ciaſcun uento,
C'hogni coſa da uoi m'è dolce honore.

Se uoi poteſte per turbati ſegni,
Per chinar gliocchi, o per piegar la teſta,
O per eſſer piu dal'altra al fuggir preſta
Torcendo 'l uiſo à preghi honeſti, & degni,
Vſcir giamai, o uer per altri ingegni,
Del petto, oue dal primo lauro innesta.
Amor piu rami, i direi ben, che queſta
Fuſſe giuſta cagione à noſtri ſdegni,
Che gentil pianta in arido terreno
Par che ſi diſconuenga, & pero lieta
Naturalmente quindi ſi diparte,
Ma poi uoſtro deſtino à uoi pur uieta
L'eſſer altroue, prouedete al meno
Di non ſtar ſempre in odioſa parte.

Laſſo che mal' accorto fui da prima
Nel giorno, ch' à ferir mi uenne amore,
Ch' à paſſo à paſſo è poi fatto ſignore
De la mia uita, & poſto in ſu la cima.
Io non credea per forza di ſua lima,
Che punto di fermeza, o di ualore
Mancaſſe mai nell' indurato core,
Ma coſi ua, chi ſopra 'l uer s' eſtima.
Da hora inanzi ogni difeſa è tarda
Altra, che di prouar, s' aſſai, o poco
Queſti preghi mortali amore ſguarda.
Non prego gia, ne puote hauer piu loco,
Che miſuratamente il mio cor arda,
Ma che ſua parte habbi coſtei del foco.

CANZONE.

L' aere grauato, & l' importuna nebbia
Compreſſa intorno da rabbioſi uenti
Toſto conuen, che ſi conuerta in pioggia
Et gia ſon quaſi di criſtallo i fiumi,
E 'n uece dell' herbetta per le ualli,
Non ſi ued' altro, che pruine, & ghiaccio
Et io nel cor uia piu freddo, che ghiaccio,
Ho di graui penſier tal una nebbia,
Qual ſi leua talhor di queſte ualli
Serrate incontra gliamoroſi uenti,
Et circundate di ſtagnanti fiumi,
Quando cade dal ciel piu lenta pioggia,
In picciol tempo paſſa ogni gran pioggia.
E 'l caldo fa ſparir le neui e 'l ghiaccio,
Di che uanno ſuperbi in uiſta i fiumi,
Ne mai naſcoſe il ciel ſi folta nebbia,
Che ſopragiunta dal furor de' uenti
Non fuggiſſe da i poggi, & da le ualli.
Ma laſſo, à me non ual fiorir di ualli.
Anzi piango al ſereno, & à la pioggia,
Et à gelati, & à ſoaui uenti:
Ch' allhor fia un di Madonna ſenza 'l ghiaccio
Dentro, & di for ſenza l' uſata nebbia,
Ch' i uedro ſecco il mare, e laghi, e i fiumi.
Mentre ch' al mar diſcenderanno i fiumi.
Et le fere ameranno ombroſe ualli,
Fia dinanzi a begliocchi quella nebbia,
Che fa naſcer de' miei continua pioggia,
Et nel bel petto l' indurato ghiaccio,
Che trahe del mio ſi doloroſi uenti.
Ben debb' io perdonare à tutt' i uenti
Per amor d' un, che 'n mezzo di duo fiumi
Mi chiuſe tra 'l bel uerde e 'l dolce ghiaccio,
Tal, ch' i dipinſi poi per mille ualli
L' ombra, ou' io fui: che ne calor, ne pioggia,
Ne ſuon curaua di ſpezzata nebbia,
Ma non fuggio giamai nebbia per uenti,
Come quel di, ne mai fiume per pioggia,
Ne ghiaccio, quando 'l Sol apre le ualli.

Del mar Thirreno à la ſiniſtra riua,
Doue rotte dal uento piangon l'onde,
Subito uidi quell' altera fronde,
Di cui conuen che 'n tante carte ſcriua:
Amor, che dentro à l' anima bolliua,
Per rimembranza delle treccie bionde
Mi ſpinſe: onde in un rio, che l' herba aſconde
Caddi non gia come perſona uiua.
Solo, ou' io era, tra boſchetti, & colli
Vergogna hebbi di me, ch' al cor gentile
Baſta ben tanto, & altro ſpron non uolli.
Piacemi almen d' hauer cangiato ſtile
Da gliocchi à pie, ſe del lor eſſer molli
Gli altri aſciugaſſe un piu corteſe aprile.

L' aſpetto

L'aſpetto ſacro de la terra noſtra
Mi fa del mal paſſato tragger guai
Gridando, ſta ſu miſero, che fai?
Et la uia di ſalir ad ciel mi moſtra.
Ma con queſto penſier un'altro gioſtra,
Et dice a me, perche fuggendo uai?
Se ti rimembra, il tempo paſſa homai
Di tornar a ueder la donna noſtra.
I, che'l ſuo ragionar intendo allhora,
M'agghiaccio dentro in guiſa d'huom, ch'aſcolta
Nouella, che di ſubito l'accora.
Poi torna il primo, & queſto da la uolta,
Qual uincera, non ſo, ma'n fin adhora
Combattut'hanno, & non pur una uolta.

Ben ſapeu'io, che natural conſiglio
Amor contra di te giamai non ualſe:
Tanti lacciuol, tante impromeſſi falſe,
Tanto prouato haueа'l tuo fiero artiglio.
Ma nouamente (ond'io mi marauiglio)
Diròl come perſona, a cui ne calſe,
Et che'l notai la ſopra l'acque ſalſe
Tra la riua Thoſcana & l'Elba & Giglio:
I fuggia le tue mani, & per camino
Agitandom'i uenti e'l ciel & l'onde
M'andaua ſconoſciuto & pellegrino;
Quand'ecco i tuoi miniſtri, i nõ ſo donde,
Per darmi a diuider, ch'al ſuo deſtino
Mal chi contraſta, & mal chi ſi naſconde.

Laſſo me, ch'i non ſo in qual parte pieghi
La ſpeme, ch'è tradita homai piu uolte.
Che ſe non è, chi con pietà m'aſcolte,
Perche ſparger al ciel ſi ſpeſſi preghi?
Ma s'egli auuien ch'anchor non mi ſi nieghi
Finir anz'il mio fine
Queſte uoci meſchine,
Non grави al mio ſignor, perch'io'l ripreghi
Di dir libero un di tra l'herba e i fiori,
Droez e raſnn & cheu clantanz demori.
Ragion è ben, ch'alcuna uolta i canti,
Però, c'ho ſoſpirato ſi gran tempo,
Che mai non incomincio aſſai per tempo
Per adeguar col riſo i dolor tanti.
Et s'io poteſſi far, ch'a gli occhi ſanti
Porgeſſe alcun diletto
Qualche dolce mio detto,
O me beato ſopra gli altri amanti:
Ma piu, quand'io dirò ſenza mentire,
Donna mi prega, perch'io uoglio dire.
Vaghi penſier, che coſi paſſo paſſo
Scorto m'hauete a ragionar tant'alto,
Vedete, che madonna ha'l cor di ſmalto
Si forte, ch'io per me dentro nol paſſo:
Ella non degna di mirar ſi baſſo,
Che di noſtre parole
Curi, che'l ciel non uuole,
Al qual pur contraſtando i ſon gia laſſo:
Onde come nel cuor m'induro e'naſpro
Coſi nel mio parlar uoglio eſſer aſpro.
Che parlo? o doue ſono? & chi m'inganna
Altri, ch'io ſteſſo e'l deſiar ſouerchio?
Gia, s'i traſcorro il ciel di cerchio,
Neſſun pianeta a pianger mi condanna.
Se mortal uelo il mio ueder appanna,
Che colpa è de le ſtelle,
O de le coſe belle?
Meco ſi ſta, chi di & notte m'affanna,
Poi che del ſuo piacer mi fe gir graue
La dolce uiſta e'l bel guardo ſoaue.
Tutte le coſe, di ch'el mondo è adorno,
Vſcir buone di man del maſtro eterno:
Ma me, che coſi a dentro non diſcerno,
Abbaglia il bel, che mi ſi moſtra intorno:
Et s'al uero ſplendor giamai ritorno,
L'occhio non può ſtar fermo,
Coſi l'ha fatto infermo
Pur la ſua colpa, & non quel giorno,
Ch'i uolſi in uer l'angelica beltade
Nel dolce tempo de la prima etade.

Perche la uita è breue,
Et lo'ngegno pauenta a l'alta impreſa,
Ne di lui, ne di lei molto mi fido,
Ma ſpero che ſia inteſa
La dou'io bramo, & la dou'eſſer deue
La doglia mia, la qual tacendo io grido.
Occhi leggiadri, dou'amor fa nido,
A uoi riuolgo il mio debile ſtile
Pigro da ſe, m'al gran piacer lo ſprona:
Et chi di uoi ragiona,
Tien dal ſuggetto un habito gentile,
Che con l'ale amoroſe
Leuando il parte d'ogni penſier uile:
Con queſte alzato uengo a dir hor coſe,
C'ho portate nel cor gran tempo aſcoſe.
Non perch'io non m'auueggia
Quanto mia laude è ingiurioſa a uoi:
Ma contraſtar non poſſo al gran deſio,
Lo qual'è in me da poi,
Ch'i uidi quel, che penſier non pareggia,
Non che l'agguagli altrui parlar, o mio
Principio del mio dolce ſtato rio,
Altri, che uoi, ſo ben che non m'intende.
Quando a gli ardenti rai neue diuegno,
Voſtro gentile ſdegno,
Forſe ch'allor mia indegnitate offende.
O ſe queſta temenza
Non temprаſſe l'arſura, che m'incende,
Beato uenir men, che'n lor preſenza.
M'è piu caro il morir, che'l uiuer ſenza.
Dunque ch'i non mi sfaccia
Si frale oggetto a ſi poſſente fuoco,
Non è propno ualor, che me ne ſcampi:
Ma la paura un poco,
Che'l ſangue uago per le uene agghiaccia,
Riſalda'l cor, perche piu tempo auuampi.
O poggi, o ualli, o fiumi, o ſelue, o campi,
O teſtimon de la mia graue uita,
Quante uolte m'udiſte chiamar morte?
Ahi doloroſa ſorte:
Lo ſtar mi ſtrugge, e'l fugir non m'aita.
Ma ſe maggior paura
Non m'affrenaſſe, uia corta e ſpedita
Trarebbe a fin queſt'aſpra pena & dura,
Et la colpa è di tal, che non ha cura.
Dolor perche mi meni
Fuor di camin a dir quel, ch'i non uoglio?
Soſtien ch'io uada, oue'l piacer mi ſpigne.
Gia di uoi non mi doglio
Occhi ſopra'l mortal corſo ſereni,
Ne di lui, ch'a tal nodo mi diſtrigne.
Vedete ben, quanti color depigne
Amor ſouente in mezo del mio uolto,
Et potrete penſar qual dentro fammi,

L'aue

La'ue di & notte ſtammi
Adoſſo col poder, ch'à in uoi raccolto,
Luci beate & liete,
Se non che'l ueder uoi ſteſſe u'è tolto,
Ma quante uolte a me ui riuolgete,
Conoſcete in altrui quel, che uoi ſiete

S'a uoi foſſe ſi nota
La diuina incredibile bellezza,
Di ch'io ragiono, come a chi la mira,
Miſurata allegrezza
Non hauria'l cor: però forſe è remota
Dal uigor natural, che u'apre & gira.
Felice l'alma, che per uoi ſoſpira,
Lumi del ciel, per liquali io ringratio
La uita, che per altro non m'è agrado.
Oime perche ſi rado
Mi date quel, dond'io mai non ſon ſatio?
Perche non piu ſouente
Mirate, qual amor di me fa ſtratio?
Et perche mi ſpogliate immantenente
Del ben, ch'adora adhor l'anima ſente.

Dico, ch'adhora, adhora
Voſtra mercede, i ſento in mezo l'alma
Vna dolcezza inoſitata & nuoua:
Laqual ogni altra ſalma
Di noioſi penſier disgombra allhora,
Si che di mille un ſol ui ſi ritruoua:
Quel tanto a me, non piu del uiuer gioua,
Et ſe queſto mio ben duraſſe alquanto,
Nullo ſtato agguagliar ſi al mio potrebbe,
Ma forſe altrui farebbe
Inuidio, & me ſuperbo l'honor tanto,
Però laſſo conuienſi,
Che l'eſtremo del riſo aſſaglia il pianto,
E'nterrompendo quelli ſpirti accenſi
A me ritorni, e di me ſteſſo penſi.

L'amoroſo penſiero,
Ch'alberga dentro, in uoi mi ſi diſcopre
Tal, che mi trahe del cor ogni altra gioia,
Onde parole & opere
Eſcon di me ſi fatte allhor, ch'i ſpero
Farmi immortal, perche la carne muoia.
Fugge al uoſtro apparire angoſcia & noia,
E nel uoſtro partir tornano inſieme;
Ma perche la memoria innamorata
Chiude lor poi l'entrata,
Di là non uanno da le parti eſtreme,
Onde s'alcun bel frutto
Naſce di me, da uoi uien prima il ſeme,
Io per me ſon quaſi un terreno aſciutto
Colto da uoi, e'l pregio è uoſtro in tutto.
Canzon tu nõ m'acqueti, anzi m'infiammi
A dir quel, ch'a me ſteſſo m'inuola,
Però ſia certa di non eſſer ſola.

Se Phebo al primo amor non è bugiardo
O per nuouo piacer non ſi ripente
Giamai non gli eſce il bel lauro di mente
Alla cui ombra i mi deſtruggo & ardo,
Queſto ſolo il può far ueloce, & tardo,
Et lieto & triſto, & timido, & ualente,
Ch'al ſuon del nome ſuo par che pauente
Et fu contra Phyton gia ſi gagliardo.
Altri per certo nol turbaua allhora,
Quando nel ſuo bel uiſo gliocchi apriſte
Et non gli offeſe il uariato aſpetto:
Ma ſe pur chi uoi dite diſcolora
Sembianza è forſe anchora delle uiſte
Et ſo ben che'l mio dir parerà ſoſpetto.

Quella ghirlanda che la bella fronte
Cignea di color tra perle, & grana
Sennuccio mio parue ti coſa humana,
O d'angeliche forme al mondo gionte?
Vedeſtu l'atto, & quelle come compre
Che ſpeſſo il cor mi morde, & mi riſana?
Vedeſtu quel piacer, che m'allontana
Da ogni uil penſier ch'al cor mi monte?
Vedeſtu'l ſuon delle dolce parole?
Miraſtu quel andar leggiadro altiero
Dietro a chi ho diſuiati i penſier miei?
Soffriſtu'l ſguardo inuidioſo al Sole?
Hor ſai perch'io ardo, uiuo, & ſpero,
Ma non ſo dimandar quel ch'io uorrei.

Stato fuſs'io, quando la uidi prima,
Com'io ſon dentro, alhor cieco di fore
O fuſſe ſtato ſi duro el mio core,
Come diamante, in cui non puote lima
O uer fuſs'io hor ſi dicente in rima
Quanto baſtaſſe à ſprimere el dolore,
Ch'io la farei ò amica d'Amore,
Ouer odioſa al mondo ſenſa ſtima.
O fuſſe Amor uer me benigno, & grato,
Et fuſſe uer, come è giuſto, & poſſente
Giudice à diffinir il noſtro piato
O morte haueſſe le ſue orecchie intente
Si inuerſo me, che l'ultimo fiato
Poneſſe fin al mio uiuer dolente.

In ira a cieli, al mondo, & alla gente,
A l'abyſſo, alla terra, à gli animali
Poſſi uenir cagion di tanti mali,
Empio, maluagio, & duro, & ſconoſcente.
Et te à ſteſſo poi gran fiamma ardente
Veggi dal ciel cader ſu le tu'ali,
Ch'arda à te l'arco, la corda, & li ſtrali,
Et tue menzogne al tutto ſieno ſpente.
Poi che ſi ſpeſſo al tuo uiſco m'adeſchi
Et con falſi piacer mi leghi, & prendi,
Et poi di molto amaro il cor m'inueſchi.
Con uaghi ſegni mi ti moſtri, & rendi
Piu uolte, poſcia par che ti rincreſchi,
Et ſo ben, e'halrri non, che tu m'intendi.

Gentil mia donna i ueggio
Nel muouer de uoſtr'occhi un dolce lume,
Che mi moſtra la uia, ch'al ciel conduce,
Et per lungo coſtume
Dentro là, doue ſol con Amor ſeggio,
Quaſi uiſibilmente il cor traluce.
Queſt'è la uiſta: ch'a ben far m'induce,
Et che mi ſcorge al glorioſo fine,
Queſta ſola dal uulgo m'allontana,
Ne gia mai lingua humana
Cantar poria quel, che le due diuine
Luci ſentir mi fanno,
Et quando'l uerno ſparge le pruine,
Et quando poi ri'ngioueniſce l'anno,
Qual era al tempo del mio primo affanno.
Io penſo, ſe là ſuſo.
Onde'l motor eterno de le ſtelle
Degnò moſtrar del ſuo lauoro in terra,

Son l'altr' opre ſi belle.
Apraſi la prigion, ou'io ſon chiuſo,
Et che'l camino a tal uita mi ſerra.
Poi mi riuolgo a la mia uſata guerra
Ringratiando natura, e'l dì, ch'io nacqui,
Che reſeruato m'hanno a tanto bene,
Et lei, ch'a tanta ſpeme
Alzò'l mio cor, che'n fin allhor io giacqui
A me noioſo & graue:
Da quel dì innanzi à me medeſmo piacqui
Empiendo d'un penſier alto & ſoaue
Quel core, ond'hanno i begliocchi la chiaue.
Ne mai ſtato gioioſo
Amor, o la uolubile fortuna
Dieder a chi piu fur nel mondo amici,
Ch'i nol cangiaſſi ad una
Riuolta d'occhi, ond'ogni mio ripoſo
Vien, com'ogni arbor uien da ſue radici.
Vaghe fauille angeliche, beatrici
De la mia uita, oue'l piacer s'accende,
Che dolcemente mi conſuma & ſtrugge,
Come ſpariſce & fugge
Ogni altro lume, doue'l uoſtro ſplende,
Coſi de lo mio core,
Quando tanta dolcezza in lui diſcende,
Ogni altra coſa, ogni penſier ua fuore,
Et ſol iui con uoi rimanſi amore.
Quanta dolcezza unquanco
Fu in cor d'auenturoſi amanti accolta,
Tutta in un luogo a quel, ch'i ſento, è nulla,
Quando uoi alcuna uolta
Soauemente tra'l bel nero e'l bianco
Volgete il lume, in cui amor ſi traſtulla:
Et credo da le faſce & da la culla
Al mio imperfetto, a la fortuna auuerſa
Queſto rimedio prouedeſſe il cielo,
Torto mi face il uelo,
Et la man, che ſi ſpeſſo s'attrauerſa
Fra'l mio ſommo diletto
Et gli occhi, onde dì & notte ſi riuerſa
Il gran diſio per iſfogar il petto,
Che forma tien dal uariato aſpetto.
Perch'io ueggio (& mi ſpiace)
Che natural mia dote a me non uale,
Ne mi fa degno d'un ſi caro ſguardo,
Sforzomi d'eſſer tale:
Qual a l'alta ſperanza ſi conface,
Et al fuoco gentil, ond'io tutt'ardo.
S'al ben ueloce & al contrario tardo.
Diſpregiator di quanto il mondo brama
Per ſollicito ſtudio poſſo farme,
Potrebbe forſe aitarme
Nel benigno giudicio una tal fama,
Certo il fin de miei pianti,
Che non altronde il cor doglioſo chiama;
Vien da begliocchi al fin dolce tremanti,
Vltima ſpeme de corteſi amanti.
Canzon l'una ſorella è poco innanzi,
Et l'altra ſento in quel medeſmo albergo
Apparecchiarſi, ond'io più charta uergo.
Poi che per mio deſtino
A dir mi sforza quell'acceſa uoglia,
Che m'ha sforzato à ſoſpirar mai ſempre,
Amor, ch'a ciò m'inuoglia,
Sia la mia ſcorta, e'nſegnimi'l camino,
Et col diſio le mie rime contempre:
Ma non in guiſa, che lo cor ſi ſtempre
Di ſouerchia dolcezza, com'io temo
Per quel ch'i ſento, ou'occhio altrui non giugne
Che'l dir m'infiamma & pugne,
Ne per mi'ngegno (ond'io pauento & tremo)
Si come talhor ſuole,
Truouo il gran fuoco de la mente ſcemo:
Anzi mi ſtruggo al ſuon de le parole
Pur, com'io foſſi un huom di ghiaccio al Sole.
Nel cominciar credia
Trouar parlando al mio ardente deſire
Qual che breue ripoſo, & qualche tregua.
Queſta ſperanza ardire
Mi porſe a ragionar quel, ch'i ſentia,
Hor m'abbandona al tempo, & ſi dilegua.
Ma pur conuien, che'l alta impreſa ſegua,
Continuando l'amoroſe note,
Si poſſente è'l uoler, che mi traſporta:
Et la ragione è morta,
Che tenea'l freno, & contraſtar nol puote.
Moſtrimi almen ch'io dica
Amor in guiſa, che, ſe mai percote
Gli orecchi de la dolce mia nemica,
Non mia, ma di pietà la faccia amica.
Dico, ſe'n quella etate,
Ch'al uero honor fur gli animi ſi acceſi,
L'induſtria d'alquanti huomini s'auolſe
Per diuerſi paeſi
Poggi & onde paſſando, & l'honorate
Coſe cercando il piu bel fior ne colſe,
Poi che Dio & natura & amor uolſe
Locar compitamente ogni uirtute
In quei be lumi, ond'io gioioſo uiuo,
Queſto & quell'altro riuo
Non conuien ch'i trapaſſe & terra mute:
A lor ſempre ricorro,
Come a fontana d'ogni mia ſalute,
Et quando a morte diſiando corro,
Sol di lor uiſta al mio ſtato ſoccorro.
Come a forza di uenti
Stanco nocchier di notte alza la teſta
A duo lumi, c'ha ſempre il noſtro polo:
Coſi ne la tempeſta,
Ch'i ſoſtengo d'amor, gliocchi lucenti
Sono il mio ſegno e'l mio conforto ſolo.
Laſſo, ma troppo è piu quel, ch'io ne'nuolo
Hor quinci hor quindi, com'amor m'informa
Cha quel, che uien da gratioſo dono:
Et quel poco, ch'i ſono,
Mi fa di lor una perpetua norma:
Poi ch'io li uidi in prima,
Senza lor a ben far non moſſi un'orma:
Coſi gli ho di me poſti in ſu la cima,
Che'l mio ualor per ſe falſo s'eſtima.
I non poria giamai
Imaginar, non che narrar gli effetti,
Che nel mio cor gliocchi ſoaui fanno.
Tutti gli altri diletti
Di queſta uita ho per minori aſſai,
Et tutt'altre bellezze indietro uanno.
Pace tranquilla ſenz'alcuno affanno
Simile a quel la, che nel ciel eterna
Muoue dal lor innamorato riſo.
Coſi uedeſs'io fiſo,
Com'amor dolcemente gli gouerna,
Sol un giorno da preſſo
Senza uolger giamai rota ſuperna,
Ne penſaſſe d'altrui, ne di me ſteſſo,
E'l batter gliocchi miei non foſſe ſpeſſo
Laſſo, che diſiando
Vò quel, ch'eſſer non puote in alcun modo,
Et uiuo del deſir fuor di ſperanza,

Solamente quel nodo,
Ch'amor cerconda a la mia lingua, quando
L'humana uiſta il troppo lume auanza,
Foſſe diſciolto: i prenderei baldanza
Di dir parole in quel punto ſi nuoue,
Che farian lagrimar, chi le'ntendeſſe.
Ma le ferite impreſſe
Volgon per forza il cor piagato altroue:
Ond'io diuento ſmorto,
Canzone i ſento gia ſtancar la penna
Del lungo & dolce ragionar con lei,
Ma non di parlar meco i penſier miei.
Io ſon gia ſtanco di penſar ſi come
I miei penſier in uoi ſtanchi non ſono,
Et come uita anchor non abbandono,
Per fuggir de ſoſpir ſi graue ſome,
Et come a dir del uiſo, & de le chiome,
Et de begliocchi, ond'io ſempre ragiono,
Non è mancata homai la lingua e'l ſuono
Di & notte chiamando il noſtro nome,
Et ch'è pie miei non ſon fiaccati & laſſi
A ſeguir l'orme noſtre in ogni parte
Perdendo inutilmente tanti paſſi,
Et onde uien l'enchioſtro, onde le charte,
Ch'i uo empiendo di uoi: ſe'n cio fallaſſi,
Colpa d'amor, non gia diffetto d'arte.
I begliocchi, ond'i fui percoſſo in guiſa,
Ch'e medeſmi porian ſaldar la piaga.
Et non gia uertu d'herbe, o d'arte maga,
O di pietra dal mar noſtro diuiſa,
M'hanno la uia ſi d'altro amor preciſa,
Ch'un ſol dolce penſier l'anima appaga,
Et ſe la lingua di ſeguirlo è uaga,
La ſcorta puo, non ella, eſſer deriſa.
Queſti ſon que begliocchi, che l'impreſe
Dal mio ſignor uittorioſe fanno
In ogni parte, & piu ſovra'l mio fianco:
Queſti ſon que begliocchi, che mi ſtanno
Sempre nel cor con le fauille acceſe,
Perch'io di lor parlando non mi ſtanco.
Amor con ſue promeſſe luſingando
Mi ricondusse a la prigione antica,
Et die le chiaui a quella mia nemica.
Ch'anchor me di me ſteſſa tiene in bando,
Non men'auuidi laſſo, ſe non quando
Fo' in lor forza: & hor con fatica
(Chi'l credera, perche giurando il dica?)
In liberta ritorno ſoſpirando.
Et come uero prigionero afflitto
De le cathene mie gran parte porto,
E'l cor ne gliocchi & ne la fronte ho ſcritto.
Quando ſarai del mio colore accorto,
Dirai, s'i guardo, & iudico ben dritto,
Queſti hauea poco andare ad eſſer morto.
Per mirar Polycleto a proua fiſo
Con gli altri, c'hebber fama di quell'arte,
Mill'anni, non uedrian la minor parte
De la belta, che m'haue il cor conquiſo.
Ma certo il mio Simon fu in paradiſo,
Onde queſta gentil donna ſi parte:
Iui la uide, & la ritraſſe in charte,
Per far fede qua giù del ſuo bel uiſo.
L'opra fu ben di quelle, che nel cielo
Si ponno imaginar, non qui fra noi,
Oue le membra fanno a l'alma uelo.
Corteſia fe: ne la potea far poi,
Che fu diſceſo a prouar caldo & gielo,
Et del mortal ſentiron gliocchi ſuoi.
Quando giunſe a Simon l'alto concetto,
Ch'a mio nome gli poſe in man lo ſtile,
S'haueſſe dato a l'opera gentile
Con la figura uoce ed intelletto,
Di ſoſpir molti mi ſgombraua il petto:
Che cio ch'altri ha piu caro a me fan uile:
Pero che'n uiſta ella ſi moſtra humile
Promettendomi pace ne l'aſpetto:
Ma poi ch'i uengo a ragionar con lei,
Benignamente aſſai par che m'aſcolte,
Se riſponder ſapeſſe a detti miei.
Pigmalion quanto lodar ti dei
De l'imagine tua, ſe mille uolte
N'haueſti quel, ch'i ſol una uorrei.
S'al principio riſponde il fine e'l mezo,
Del quatordecim'anno, ch'io ſoſpiro,
Piu non mi puo ſcampar l'aura, ne'l rezo,
Si creſcer ſento il mio ardente deſiro.
Amor, con cui penſier mai non han mezo,
Sotto'l cui giogo giamai non reſpiro,
Tal mi gouerna, ch'i non ſon gia mezo
Per gliocchi, ch'al mio mal ſi ſpeſſo giro
Coſi mancando uo di giorno in giorno
Si chiuſamente, ch'i ſol men'accorgo,
Et quella, che guardando il cor mi ſtrugge.
Appena infin a qui l'anima ſcorgo,
Ne ſo quanto fia meco il ſuo ſoggiorno,
Che la morte s'appreſſe, e'l uiuer fugge.
Chi è fermato di menar ſua uita
Su per l'onde fallaci & per li ſcogli
Scevro da morte con un picciol legno:
Non puo molto lontan eſſer dal fine:
Però ſarebbe da ritirarſi in porto,
Mentre al gouerno anchor crede la uela.
L'aura ſoaue, a cui gouerno & uela
Commiſi entrando a l'amoroſa uita,
Et ſperando uenire à miglior porto'
Poi mi conduſſe in piu di mille ſcogli:
Et le cagion del mio doglioſo fine
Non pur d'intorno hauea, ma dentro al legno.
Chiuſo gran tempo in queſto cieco legno
Errai ſenza leuar occhio a la uela,
Ch'anzi'l mio di, mi traſportaua al fine.
Poi piacque a lui, che mi produſſe in uita,
Chiamarmi tanto in dietro da li ſcogli:
Ch' almen da lungi m'appariſſe il porto,
Come lume di notte in alcun porto
Vide mai d' alto mar naue ne legno,
Se non gli el tolſe o tempeſta o ſcogli:
Coſi di ſu da la gonfiata uela
Vid'io le'nſegne di quell, altra uita:
Et allhor ſoſpirai uerſo il mio fine.
Non perch'io ſia ſecuro anchor del fine
Che uolendo col giorno eſſer a porto
Et gran uiaggio in coſi poca uita:'
Poi temo che mi ueggio in fragil legno:
Et piu, ch'i non uorrei piena la uela
Del uento, che mi pinſe in queſti ſcogli.
S'io eſca uiuo d'e dubbioſi ſcogli,
Et arriue il mio eſſilio ad un bel fine:
Ch'i ſarei uago di uoltar la uela,
Et l'anchor gittar in qualche porto:
Se non ch'i ardo, come acceſo legno:
Si m'è dura a laſſar l'uſata uita.
Signor de la mia fine & de la uita,
Prima ch'i fiacchi il legno tra li ſcogli,
Drizza à buon porto l'affannata uela.)
Io ſon ſi ſtanco ſotto'l faſcio antico
De le mie colpe & de l'uſanza ria:
Ch' i temo forte di mancar tra uia,

Ch'i

Et di cader in man del mio nemico.
Ben uenne a diliurarmi un grande amico
Per ſomma & ineffabil corteſia:
Poi uolo fuor de la ueduta mia
Si, ch'a mirarlo indarno m'affatico:
Ma la ſua uoce anchor qua giù rimbomba:
O uoi, che trauagliate, ecco'l camino:
Venite a me, ſe'l paſſo altri non ſerra.
Qual gratia, qual amor, o qual deſtino
Mi darà penne in guiſa di colomba:
Ch'i mi riposi, & leuimi da terra:
Io non fu d'amar uoi laſſato unquancu
Madonna: ne ſarò, mentre ch'io uiua:
Ma d'odiar me medeſmo giunto a riua,
Et del continuo lagrimar ſon ſtanco:
Et uoglio anzi un ſepolchro bello & bianco:
Che'l uoſtro nome a mio danno ſi ſcriua
In alcun marmo, oue di ſpirto priua
Sia la mia carne, che puo ſtar ſeco ancho.
Però s'un cor pien d'amoroſa fede
Puo contentarui ſenza farne ſtratio:
Piacciaui homai di queſto hauer mercede:
Se'n altro modo cerca d'eſſer ſatio
Voſtro ſdegno: erra: & non ſia, quel, che crede:
Di che amor & me ſteſſo aſſai ringratio.
Se bianche non ſon prima ambe le tēpie,
Ch'a poco a poco par ch'l tempo miſchi:
Securo non ſarò, ben ch'io m'arriſchi
Talhor, ou'amor l'arco tira & empie.
Non temo gia, che piu mi ſtrati o ſcempie:
Ne mi ritenga, per ch'anchor m'inuiſchi:
Ne m'apra il cor, perche di fuor lo'ncifchi
Con ſue ſaette uelenoſe & empie.
Lagrime homai da gliocchi uſcir non ponno:
Ma di gir in fin la ſanno il uiaggio,
Si ch'a pena ſia mai chi'l paſſo chiuda.
Ben mi puo riſcaldar il fiero raggio,
Non ſi ch'i arda. & puo turbarmi il ſonno,
Ma romper no, l'imagine aſpra & cruda.
Occhi piangete: accompagnate il core,
Che di uoſtro fallir morte ſoſtene.
Coſi ſempre facciamo, & ne conuiene
Lamentar piu l'altrui, che'l noſtro errore.
Gia prima hebbe per uoi l'entrata amore
La onde anchor, come in ſuo albergo uiene.
Noi gli aprimmo la uia per quella ſpene:
Che moſſe dentro da colui, che muore.
Non ſon, com'a uoi par, la ragion pari:
Che pur uoi foſte ne la prima uiſta
Del uoſtro & del ſuo mal cotanto auari.
Hor queſto è quel, che piu ch'altro n'attriſta:
Ch'e perfetti giudici ſon ſi rari,
Et d'altrui colpa altrui biaſmo s'acquiſta.
Io amai ſempre & amo forte anchora,
Et ſon per amar piu di giorno in giorno
Quel dolce luogo: oue piangendo torno
Speſſe fiate quando amor m'accora:
Et ſon fermo d'amare il tempo, & l'hora,
Ch'ogni uil cura mi leuar d'intorno:
Et piu colei, lo cui bel uiſo adorno
Di ben far co ſuo eſſempi m'innamora.
Ma chi penſò ueder mai tutti inſieme
Per aſſalirmi'l cor hor quindi hor quinci
Queſti dolci nemici, ch'i tant'amo?
Amor con quanto ſforzo hoggi mi uinci:
Et ſe non ch'al diſio creſce la ſpeme:
I cadrei morto, oue piu uiuer bramo.
Io hauro ſempre in odio la feneſtra,
Onde amor m'auento gia mille ſtrali:
Perche alquanti di lor non fur mortali:
Ch'è bel morir, mentre la uita è deſtra.
Ma'l ſoprastar ne la prigion terreſtra
Cagion m'è laſſo d'infiniti mali:
Et piu mi duol, che fien meco immortali:
Poi che l'alma dal cor non ſi ſcapeſtra.
Miſera: che deurebbe eſſer accorta
Per lunga eſperientia homai: che'l tempo
Non è, chi'ndietro uolga, o chi l'affreni.
Piu uolte l'ho con tai parole ſcorta:
Vattene triſta: che non ua per tempo,
Chi dopo laſſa i ſuoi di piu ſereni.
Si toſto come auuien che l'arco ſcocchi,
Buon ſagittario di lontan diſcerne
Qual colpo è da ſprezzare, & qual d'hauerne
Fede, ch'al deſtinato ſegno tocchi.
Similemente il colpo de uoſtr'occhi
Donna ſentiſte a le mie parti interne
Dritto paſſare: onde conuien ch'eterne
Lagrime per la piaga il cor trabocchi:
Et certo ſon, che uoi diceſte allhora,
Miſero amante, a che uaghezza il mena:
Ecco lo ſtrale, ond'amor uuol ch'e muora.
Hora ueggendo come'l duol m'affrena,
Quel, che mi fanno i miei nemici anchora,
Non è per morte, ma per piu mia pena.
Poi che mia ſpeme è lunga a uenir troppo,
Et de la uita il trappaſſar ſi corto,
Vorreimi a miglior tempo eſſer accorto,
Per fuggir dietro piu, che di galoppo:
Et fuggo anchor coſi debile & zoppo
Da l'un de lati, oue'l deſio m'ha ſtorto,
Securo homai: ma pur nel uiſo porto
Segni, ch'io preſi a l'amoroſo intoppo.
Ond'io conſiglio uoi, che ſiete in uia,
Volgete i paſſi: & uoi, ch'amore auuampa,
Non u'indugiate ſu l'eſtremo ardore,
Che perch'io uiua: di mille un non ſcampa,
Era ben forte la nemica mia:
Et lei uid'io ferita in mezo'l core.
Fuggendo la prigione, ou'amor m'hebbe,
Molt'anni a far di me quel, ch'a lui parue,
Donne mie lungo fora a ricontarne,
Quanto la nuoua liberta m'increbbe.
Diceami'l cor, ch'e per ſe non ſaprebbe
Viuer un giorno, & poi tra uia m'apparue
Quel traditor in ſi mentite larue,
Che piu ſaggio di me ingannato haurebbe,
Onde piu uolte ſoſpirando indietro
Diſſi, oime il giogo, & le cathene, e i ceppi
Eran piu dolci, che l'andare ſciolto.
Miſero me, che tardo il mio mal ſeppi,
Et con quanta fatica hoggi mi ſpetro
Del error, ou'io ſteſſo m'era inuolto.
Erano i capei d'oro a l'aura ſparſi,
Ch'en mille dolci nodi gli auuolgea,
E'l uago lume oltra miſura ardea
Di quei begliocchi, c'hor ne ſon ſi ſcarſi,
E'l uiſo di pietoſi color farſi
Non ſo, ſe uero, o falſo mi parea:
I, che l'eſca amoroſa al petto hauea,
Qual merauiglia, ſe di ſubit'arſi?
Non era l'andar ſuo coſa mortale,
Ma d'angelica forma, & le parole
Sonauan altro, che pur uoce humana.
Vno ſpirto celeſte, un uiuo ſole
Fu quel, ch'i uidi, & ſe non foſſe hor tale,
Piaga per allentar d'arco non ſana.
La bella Donna, che cotanto amaui,

Subitamente s'è da noi partita,
Et per quel, ch'io ne ſperi, al ciel ſalita,
Si furon gli atti ſuoi dolci ſoaui.
  Tempo è da ricourare ambe le chiaui
Del tuo cor, ch'ella poſſedeua in uita,
Et ſeguir lei per uia dritta, & ſpedita:
Peſo terren non ſia piu, che t'aggraui.
  Poi che ſe ſgombro della maggior ſalma,
L'altre puoi giuſo ageuolmente porre
Salendo quaſi un pellegrino ſcarco.
  Ben uedi homai, ſi come à morte corre
Ogni coſa creata, & quando à l'alma
Biſogna ir lieue al periglioſo uarco.

  Piangete donne, & con uoi pianga amore
Piangete amanti per ciaſcun paeſe,
Poi che morto è colui, che tutto inteſe
In farui, mentre uiſſe al mondo, honore,
  Io per me prego il mio acerbo dolore,
Non ſian da lui le lagrime conteſe,
Et mi ſia de ſoſpir tanto corteſe,
Quanto biſogna ad disfogar il core.
  Piangan le rime anchor, piangan i uerſi,
Perche'l noſtro amoroſo meſſer Cino
Nouellamente s'è da noi partito:
  Pianga Piſtoia e i citadin peruerſi,
Che perdut'hanno ſi dolce uicino,
Et rallegrer'il ciel ou'elli è gito.

  Piu uolte amor m'hauea gia detto ſcriui,
Scriui quel, che uedeſti, in lettere d'oro,
Si come i miei ſeguaci diſcoloro,
E'n un momento gli ſo morti & uiui.
  Vn tempo fu, che'n te ſteſſo 'l ſentiui,
Volgare eſſempio à l'amoroſo choro:
Poi di man mi ti tolſe altro lauoro:
Ma gia ti raggiunſ'io, mentre fuggiui:
  Et se' begliocchi, ond'io mi ti moſtrai,
Et la, dou'era il mio dolce ridutto,
Quando ti ruppi al cor tanta durezza,
  Mi rendon l'arco, ch'ogni coſa ſpezza,
Forſe non haurai ſempre il uiſo aſciutto:
Ch'i mi paſco di lagrime, & tu'l ſai.

  Quando giugne per gliocchi al cor profondo
L'imagin donna, ogni altra indi ſi parte,
Et le uertu, che l'anima comparte,
Laſcian le membra quaſi immobil pondo:
  Et del primo miracolo il ſecondo
Naſce talhor: che la ſcacciata parte
Da ſe ſteſſa fuggendo arriua in parte,
Che fa uendetta, el ſuo eſſilio giocondo.
  Quinci in duo uolti un color morto appare:
Perche'l uigor, che uiui gli moſtraua,
Da neſſun lato è piu la, doue ſtaua.
  Et di queſto in quel di mi ricordaua,
Ch'i uidi duo amanti traſformare,
Et far, qual io mi ſoglio in uiſta fare.

  Coſi poteſs'io ben chiuder in uerſi
I miei penſier, come nel cor li chiudo:
Ch'animo al mondo non fu mai ſi crudo,
Ch'io non faceſſi per pieta dolerſi.
  Ma uoi occhi beati, ond'io ſofferſi
Quel colpo, oue non ualſe elmo ne ſcudo,
Di fuor & dentro mi uedete ignudo,
Bench'n lamenti il duol non ſi riuerſi.
  Poi che uoſtro uedere in me riſplende,
Come raggio di ſol traluce in uetro,
Baſti dunque il deſio ſenza ch'io dica.
  Laſſo non à Maria, non nocque à Pietro
La fede, ch'a me ſol tanto è nemica:
Et ſo, ch'altri che uoi neſſun m'intende.

  Io ſon dell'aſpettar homai ſi uinto,
Et della lunga guerra de ſoſpiri,
Ch'i haggio in oddio la ſpeme, e i deſiri,
Et ogni laccio, onde'l mio cor è auuinto.
  Ma'l bel uiſo leggiadro, che depinto.
Porto nel petto, & ueggio, oue ch'io miri,
Mi sforza: onde ne primi empi martiri,
Pur ſon contra mia uoglia riſoſpinto.
  Allhor errai, quando l'antica ſtrada
Di libertà mi fu preciſa & tolta:
Che mal ſi ſegue cio, ch'à gliocchi aggrada,
  Allhor corſe al ſuo mal libera, & ſciolta
Hor' à poſta d'altrui conuien che uada
L'anima che peccò ſol una uolta.

  Ahi bella libertà, come tu m'hai
Partendoti da me moſtrato, quale
Era'l mio ſtato, quando'l primo ſtrale
Fece la piaga, ond'io non guari mai.
  Gliocchi inuaghiro allhor ſi de lor guai
Che'l fren della ragione iui non uale,
Perc'hanno a' ſchifo ogni opera mortale
Laſſo coſi da prima gli auezzai
  Ne mi lece aſcoltar, chi non ragiona
De la mia morte: che ſol del ſuo nome
Vo empiendo l'aëre, che ſi dolce ſuona.
  Amor in altra parte non mi ſprona,
Ne i pie ſanno altra uia, ne le man, come
Lodar ſi poſſa in charte altra perſona.

  Orſo al noſtro deſtrier ſi puo ben porre
Vn fren, che di ſuo corſo indietro il uolga
Ma'l cor chi legerà, che non ſi ſciolga,
Se brama honore, e'l ſuo contrario abhorre?
  Non ſoſpirate: à lui non ſi puo torre
Suo pregio, perch'à uoi l'andar ſi tolga:
Che, come fama publica diuolga,
Egli è gia la, che null'altro il precorre.
  Baſti che ſi ritroue in mezo 'l campo
Al deſtinato di ſotto quell'arme,
Che gli da il tempo, amor, uirtute, e'l ſangue,
Gridando, d'un gentil deſire auuampo
Col ſignor mio, che non puo ſeguitarme,
Et del non eſſer qui ſi ſtrugge, & langue.

  Poi che uoi, & io piu uolte habiam prouato,
Come'l noſtro ſperar torna fallace,
Dietr'à quel ſommo ben, che mai non ſpiace,
Leuate'l core à piu felice ſtato.
  Queſte uita terrena è quaſi un prato,
Che'l ſerpente tra fiori & l'herba giace
Et s'alcuna ſua uiſta à gliocchi piace,
E' per laſſar piu l'animo inueſcato.
  Voi dunq; ſe cercate hauer la mente
Anzi'l eſtremo di queta giamai,
Seguite i pochi, & non la uolgar gente.
  Ben ſi puo dire à me, Frate tu uai
Moſtrando altrui la uia, doue ſouente
Foſte ſmarrito, & hor ſe piu che mai.

  Quella feneſtra, oue l'un ſol ſi uede
Quando à lui piace, & l'altro in ſu la nona,
Et quella, doue l'aere freddo ſuona
Ne breui giorni, quando Borea'l fiede,

E'l ſaſſo

E'l ſaſſo, oue à gran di penſoſa ſiede.
Madonna, & ſola ſeco, ſi ragiona,
Con quanti luoghi ſua bella perſona
Copri mai d'ombra, o diſegnò col piede,
E'l fiero paſſo, oue m'aggiunſe amore,
Et la noua ſtagion, che d' anno in anno
Mi rinfreſca in quel di l'antiche piaghe,
E' l uolto, & le parole, che mi ſtanno
Altamente confitte in mezo' il core,
Fanno le luci mie di pianger uaghe.

Laſſo ben ſo, che doloroſe prede
Di noi fa quella, ch'à null'huom perdona.
Et che rapidamente n'abbandona
Il mondo, & picciol tempo ne tien fede.
V eggio à molto languir poca mercede,
Et gia l'ultimo di nel cor mi tuona:
Per tuto queſto amor non mi ſpregiona:
Che l'uſato tributo à gliocchi chiede.
So, come i di come i momenti, & l'hore
Ne portan gli anni, & non riceuo inganno,
Ma forza aſſai maggior, che d'arti maghe.
La uoglia & la ragion combattut'hanno
Sette & ſett'anni, & uincera il migliore,
S'anime ſon qua giù del ben preſaghe.

Ceſare, poi che'l traditor d'Egitto
Li fece il don dell'honorata teſta,
Celando l'allegrezza manifeſta
Pianſe per gliocchi fuor, ſi come è ſcritto:
Et Hannibal, quand'à l'omperio afflitto
Vide farſi fortuna ſi moleſta,
Riſe fra gente lagrimoſa & meſta
Per iſfogare il ſuo acerbo deſpitto:
Et coſi auuien, che l'animo ciaſcuna
Sua paſſion ſotto'l contrario manto
Ricopre con la uiſta hor chiara hor bruna:
Pero s'alcuna uolta i rido, ò canto,
Facciol, perch'i non ho ſe non queſt'una
Via de celare il mio angoſcioſo pianto.

Vinſe Hanibal, & non ſeppe uſar poi
Ben la uittorioſa ſua uentura:
Pero Signor mio caro haggiate cura,
Che ſimilimente non auegna à uoi
L'orſa rabbioſa per gli orſacchi ſuoi,
Che trouaron di maggio aſpra paſtura,
Rodeſe dentro, e i denti & l'unghie indura,
Per uendicar ſuoi damni ſopra noi..
Mentre'l nouuo dolor dunque l'accora.
Non riponete l'honorata ſpada,
Anzi ſeguite là, doue ui chiama
Voſtra fortuna dritto per la ſtrada,
Che ui puo dar dopo la morte anchora
Mille et mill' anni al mondo honore & fama.

L'aſpettata uirtu, che'n uoi fioriua,
Quando amor cominciò darui battaglia,
Produce hor fiore, che frutto, che quel agguaglia,
Et che mi a ſpeme fa uenire à riua.
Però mi dice'l cor, ch'io in charte ſcriua
Coſa, onde'l noſtro nome in pregio ſaglia:
Che'nulla parte ſi ſaldo s'intaglia,
Per far di marmo una perſona uiua.
Credete uoi, che Ceſare, ò Marcello,
O Paolo, od Aphrican foſſin cotali
Per incude giamai, ne per martello?
P andolfo mio queſt'opere ſon frali
Al lungo andar, ma'l noſtro ſtudio è quello,
Che fa per fama gli huomini immortali.

CANZONE.

Mai non uo piu cantare, com'io ſoleua:
Ch'altri non m'intendeua, ond'hebbi ſcorno:
Et puoſſi in bel ſoggiorno eſſer moleſto.
Il ſempre ſoſpirar nulla rileua.
Gia ſu per l'alpi neua d'ogn'intorno:
Et è gia preſſo al giorno, ond'io ſon deſto.
V n atto dolce honeſto e gentil coſa:
Et in donna amoroſa anchor m'aggrada,
Che'n uiſta uada altiera, & diſdegnoſa,
Non ſuperba & ritroſa.
Amor regge ſuo imperio ſenza ſpada.
Chi ſmarrit'ha la ſtrada, torni indietro:
Chi non ha albergo, poſiſi in ſul uerde:
Chi non ha l'auro, o'l perde,
Spenga la ſete ſua con un bel uetro.
I die in guardia à ſan Pietro hor non piu, noi
Intedomi chi puo, chi m'intend'io.
Graue ſoma è un mal fio à mantenerlo.
Quanto poſſo, mi ſpetro, & ſol mi ſto.
Phethonte odo, che'n Po cadde & morio:
Et gia di la dal rio paſſato è'l merlo:
Deh uenite à uederlo. hor io non uoglio:
Non è giuoco uno ſcoglio in mezo l'onde.
E'ntra le fronde il uiſco, aſſai mi doglio,
Quand' un ſouerchio orgoglio
Molte uirtuti in bella donna aſconde.
Alcun è che riſponde, à chi no'l chiama:
Altri, chi'l prega, ſi dilegua & fugge:
Altri al ghiaccio ſi ſtrugge:
Altri di & notte la ſua morte brama.
Prouerbio, Ama chi t'ama. è fatto antico.
I ſo ben quel, ch'io dico. hor laſſa andare:
Che conuien, ch'altri impare à le ſue ſpeſe.
Vn humil donna grama un dolce amico.
Mal ſi conoſce il fico. à me pur pare
Senno à non cominciare tropp' alte impreſe
Et per ogni paeſe è bona ſtanza.
L'infinita ſperanza occide altrui:
Et anch'io fui alcuna uolta in danza.
Quel poco, che m'auanza.
Fia, chi no'l ſchifi, ſ'i'l uo dare à lui.
I mi fido in colui, che'l mondo regge,
Et ch'e ſeguaci ſuoi nel boſco alberga,
Che con pietoſa uerga
Mi meni à paſco homai tra le ſue gregge.
Forſe ch'ogni huom, che legge, non s'intende:
Et la rete tal tende, che non piglia:
Et chi troppo aſſotiglia, ſi ſcauezza.
Non ſia zoppa la legge, on' altri attende.
Per bene ſtar ſi ſcende molte miglia.
Tal par gran merauiglia, & poi ſi ſprezza.
Vna chiuſa bellezza è piu ſoaue.
Benedetta la chiaue, che s'auuolſe
Al cor, & ſciolſe l'alma, & ſcoſſa l'haue
Di cathena ſi graue,
E'nfiniti ſoſpir del mio ſen tolſe.
La, doue piu mi dolſe, altri ſi dole,
Et dolendo addolciſce il mio dolore:
Ond'io ringratio amore,
Che piu no'l ſento, & è non men, che ſuole.
In ſilentio parole accorte & ſagge,
E'l ſuon, che mi ſottragge ogni altra cura,
Et la prigion oſcura, ou' è'l bel lume:
Le notturne uiole per le piagge,
Et le fere ſeluagge entr' à le mura,
Et la dolce paura, e'l bel coſtume,
Et di duo fonti un fiume in pace uolto,

Dou'io bramo,& raccolto oue che ſia:
Amor,& geloſia m'hanno'l cor tolto,
E i ſegni del bel uolto,
Che mi conducon per piu piana uia
A la ſperanza mia,al fin de gliaffanni.
O riposto mio bene,& quel,che ſegue,
Hor pace,hor guerra,hor tregue
Mai non m'abbandonate in queſti panni.
D'e paſſati miei danni piango & rido,
Perche molto mi fido in quel,ch'i odo.
Del preſente mi godo,& meglio aſpetto,
Et uo contando gli anni,& taccio,& grido,
E'n bel ramo m'annido,& in tal modo,
Ch'i ne ringratio & lodo il gran diſdetto,
Che l'indurato affetto al fine ha uinto,
Et ne l'alma dipinto,i ſare udito,
Et moſtratone à dito,& hanne eſtinto.
Tanto inanzi ſon pinto,
Ch'i'i pur dito:non foſtu tanto ardito.
Chi m'ha'l fianco ferito,& chi'l riſalda,
Per cui nel cor uia piu,ch'n charta ſcriuo,
Chi mi fa morto & uiuo,
Ch'in un punto m'agghiacia & mi riſcalda.

MADRIALE

☛ Nuoua angeletta ſoura l'ale accorta
Sceſe dal cielo in ſu la freſca riua
L'and'io paſſaua ſol per mio deſtino:
Poi che ſenza compagna & ſenza ſcorta
Mi uide,un laccio,che di ſeta ordiua,
Teſe fra l'herbe,ond'è uerde'l camino:
Allhor fui preſo,& non mi ſpiacque poi,
Si dolce lume uſcia de gliocchi ſuoi.

Non ueggio,oue ſcampar mi poſſa homai
Si lunga guerra i begliocchi mi fanno:
Ch'io temo laſſo,no'l ſouerchio affanno
Diſtrugga'l cor,che triegua non ha mai.
Fuggir uorrei:ma gli amoroſi rai,
Che dì & notte ne la mente ſtanno,
Riſplendon ſi,ch'al quinto decim'anno
M'abbaglian piu,che'l primo giorno aſſai:
Et l'imagini lor ſon ſi coſparte,
Che uolger non mi poſſo,ou'io non ueggia
O quella,ò ſimil indi acceſa luce.
Solo d'un lauro tal ſelua uerdeggia:
Che'l mio auuerſario con mirabil arte
Vago fra i rami,ouunque uol,m'adduce.

Auuenturoſo piu d'altro terreno,
Ou'amor uidi gia fermar le piante
Ver me uolgendo quelle luci ſante,
Che fanno intorno à ſe l'aere ſereno.
Prima poria per tempo uenir meno
Vna imagine ſalda di diamante,
Ch el'atto dolce non mi ſtia dauante,
Del qual ho la memoria e'l cor ſi pieno.
Ne tante uolte ti uedrò giamai,
Ch'i non m'inchini à ricercar de l'orme,
Che'l bel pie fece in quel corteſe giro.
Ma ſe'n cor ualoroſo amor non dorme,
Prega Sennuccio mio,quando'l uedrai,
Di qualche lagrimetta,ò d'un ſoſpiro.

Laſſo,quante fiate amor m'aſſale,
Che fra la notte e'l dì ſon piu di mille,
Torno,dou'arder uidi le fauille,
Che'l fuoco del mio cor fanno immortale.
Iui m'acqueto:& ſon condotto à tale,
Ch'à nona,à ueſpro,à l'alba,& à le ſquille
Le truouo nel penſier tanto tranquille,
Che di null'altro mi rimembra,ò cale.
L'aura ſoaue,che dal chiaro uiſo
Muoue col ſuon de le parole accorte,
Per far dolce ſereno,ouunque ſpira,
Quaſi un ſpirto gentil di paradiſo
Sempre in quell'aere par che mi conforte,
Si che'l cor laſſo altroue non reſpira.

Perſeguendomi amor' al luogo uſato
Riſtretto in guiſa d'huom,ch'aſpetta guerra,
Che ſi prouede,è i paſſi intorno ſerra,
De miei antichi penſier mi ſtaua armato:
Volſimi,& uidi un'ombra,che da lato
Stampaua il Sole,& riconobbi in terra
Quella,che,ſe'l giudicio mio non erra,
Era piu degna d'immortale ſtato.
I dicea fra mio cor,perche pauenti?
Ma non fu prima dentro il penſier giunto,
Che i raggi,ou'io mi ſtruggo,eran preſenti.
Come col balenar tuona in un punto,
Coſi fu'io da begliocchi lucenti,
Et d'un dolce ſaluto inſieme aggiunto.

La donna,che'l mio cor nel uiſo porta,
Là,doue ſol fra bei penſier d'amore
Sedea,m'apparue,& io,per farle honore,
Moſſi con fronte reuerente & ſmorta.
Toſto che del mio ſtato fuſſi accorta,
A me ſi uolſe in ſi nouo colore,
C'haurebbe à Gioue nel maggior furore
Tolto l'arme di mano,& l'ira morta.
I mi riſcoſſi:& ella oltra parlando
Paſſo,che la parola i non ſofferſi,
Ne'l dolce sfauillar de gliocchi ſuoi.
Hor mi ritruouo pien di ſi diuerſi
Piaceri in quel ſaluto ripenſando,
Che duol non ſento,ne ſenti ma poi.

Sennuccio i uo che ſappi in qual maniera
Trattato ſono,& qual uita è la mia.
Ardomi & ſtruggo anchor,com'io ſolia:
L'aura mi uolue:& ſon pur quel,ch'i m'era.
Qui tutta humile,& qui la uidi altiera,
Hor aſpra,hor piana,hor diſpietata,hor pia,
Hor ueſtirſi honeſtate,hor leggiadria,
Hor manſueta,hor diſdegnoſa & fera.
Qui cantò dolcemente,qui s'aſſiſe.
Qui ſi riuolſe,& qui rittenne il paſſo.
Qui co begliocchi mi trafiſſe il core,
Qui diſſe una parola,& qui ſorriſe.
Qui cangiò'l uiſo,in queſti penſier laſſo
Notte & dì tiemmi il ſignor noſtro amore.

Qui,doue mezo ſon,Sennuccio mio
(Coſi ci foſs'io intero,& uoi contento)
Venni fuggendo la tempeſta e'l uento,
C'hanno ſubito fatto il tempo rio.
Qui ſon ſecuro:& uoui dir perch'io
Non,come ſoglio,il folgorar pauento,
Et perche mitigato,non che ſpento,
Ne mica trouo il mio ardente deſio.
Toſto che giunto à l'amoroſa reggia
Vidi,onde nacque Laura dolce & pura,
Ch'acqueta l'aere,& mette i tuoni in bando,
Amor ne l'alma,ou'ella ſignoreggia,
Racceſe il fuoco,è ſpenſe la paura:
Che farei dunque gliocchi ſuoi guardando?

De l'empia

Dell'empia Babilonia, ond'è fuggita
Ogni uergogna, ond'ogni bene è fuori,
Albergo di dolor, madre d'errori
Son fuggit'io per allungar la uita.
Qui mi ſto ſolo, & come amor m'inuita,
Hor rime & uerſi, hor colgo herbette & fiori
Seco parlando, & à tempi migliori
Sempre penſando, & queſto ſol m'aita:
Ne del uulgo mi cal, ne di fortuna,
Ne di me molto, ne di coſa uiſa uile,
Ne dentro ſento, ne di fuor gran caldo:
Sol due perſone cheggio, & uorrei l'una
Col cor uer me pacificato è humile,
L'altro col pie, ſi come mai fu, ſaldo.

In mezo di duo amanti honeſta altiera
Vidi una donna, & quel ſignor con lei,
Che fra gli huomini regna & fra li Dei,
Et dal'un lato il Sole, io dal'altr'era.
Poi che s'accorſe chiuſa da la ſpera
De l'amico piu bello, à gliocchi miei
Tutta lieta ſi uolſe: & ben uorrei,
Che mai non fuſſe in uer di me piu fiera.
Subito in allegrezza ſi conuerſe
La gieloſia, che 'n ſu la prima uiſta
Per ſi alto auuerſario al cor mi nacque
A lui la faccia lagrimoſa & triſta
Vn nuuiletto intorno ricouerſe,
Cotanto l'eſſer uinto li diſpiacque.

Pien di quella ineffabile dolcezza,
Che del bel uiſo traſſen gliocchi miei
Nel dì, che uolentier chiuſi gli haurei
Per non mirar giamai minor bellezza,
Laſſai quel, ch'i piu bramo: & ho ſi auezza
La mente à contemplar ſola coſtei,
Ch'altro non uede, & ciò, che non è lei,
Gia per antica uſanza odia & diſprezza.
In una ualle chiuſa d'ogni 'ntorno,
Ch'è refrigerio de' ſoſpir miei laſſi
Giunſi ſol con amor penſoſo & tardo:
Ivi non donne, ma fontane & ſaſſi
Et l'imagine truouo di quel giorno,
Che'l penſier mio figura, ouunqu'io ſguardo.

Se'l ſaſſo, ond'è piu chiuſa queſta ualle,
Di che'l ſuo proprio nome ſi deriua,
Teneſſe uolto per natura ſchiua
A Roma il uiſo & à Babel le ſpalle,
I miei ſoſpiri piu benigno calle
Haurian per gire, oue lor ſpeme è uiua:
Hor uanno ſparſi, & pur ciaſcuno arriua
La, dou'io'l mando, che ſol un non falle.
Et ſon di la ſi dolcemente accolti,
Com'io m'accorgo, che neſſun mai torna,
Con tal diletto in quelle parti ſtanno.
De gliocchi è'l duol, che toſto che s'aggiorna,
Per gran deſio de be luoghi à lor tolti
Danno à me pianto, & a pie laſſi affanno.

Rimanſi a dietro il ſeſto decim'anno
De miei ſoſpiri, & io trapaſſo inanzi
Verſo l'eſtremo, & parmi che pur dianzi
Foſſe'l principio di cotanto affanno.
L'amar m'è dolce, & util il mio danno,
E'l uiuer graue, & prego ch'egli auanzi
L'empia fortuna, & temo non chiuda anzi
Morte i begliocchi, che parlar mi fanno.
Hor qui ſon laſſo, & uoglio eſſer altroue,
Et uorrei piu uolere, & piu non uoglio,
Et per piu non poter fo, quant'io poſſo:
Et d'antichi deſir lagrime nuoue
Prouan, com'io ſon pur quel, ch'i mi ſoglio:
Ne per mille riuolte anchor ſon moſſo.

BALLATA.

Donna mi uiene ſpeſſo nella mente
Altra donna u'è ſempre,
Ond'io temo ſi ſtempre'l core ardente.
Quel la' nutrica in amoroſa fiamma,
Con un dolce martir pien di deſire.
Queſta lo ſtrugge oltr'a miſura, e 'nfiamma,
Tanto ch'addoppio è forza che ſoſpire,
Ne ual perch'io m'adire, & armi 'l core,
Ch'io non ſo com'amore,
Di che forte mi ſdegno, gli el conſente.

CANZONE.

Vna donna piu bella aſſai, che'l Sole,
Et piu lucente, & d'altretanta etade
Con famoſa beltade
Acerbo anchor mi traſſe à la ſua ſchiera:
Queſta in penſieri, in opre, & in parole,
Però ch'è delle coſe al mondo rade,
Queſta per mille ſtrade
Sempre inanzi mi fu leggiadra altiera:
Solo per lei tornai da quel, ch'i era,
Poi ch'i ſofferſi gliocchi ſuoi da preſſo:
Per ſuo amor m'er'io meſſo
A faticoſa impreſa aſſai per tempo
Tal, che s'i arriuo al diſiato porto,
Spero per lei gran tempo
Viuer quand'altri mi terrà per morto.
Queſta mia donna mi menò molt'anni
Pien di uaghezza giouenile ardendo,
Si com'hora io comprendo,
Sol per hauer di me piu certa proua,
Moſtrandomi pur l'ombra, o'l uelo, ò panni
Talhor di ſe, ma'l uiſo naſcondendo:
Et io laſſo credendo
Vederne aſſai tutta l'età mia nuoua
Paſſai contento, e'l rimembrar mi gioua,
Poi ch'alquanto di lei ueggi'hor piu inanzi,
I dico, che pur dianzi,
Qual io non l'hauea uiſta in fin allhora,
Mi ſi ſcouerſe: onde mi nacque un ghiaccio
Nel core, & euui anchora,
Et ſarà ſempre fin, ch'i le ſia in braccio.
Ma non me'l tolſe la paura, o'l gielo
Che pur tanta baldanza al mio cor diedi,
Ch'i le mi ſtrinſi à piedi,
Per piu dolcezza trar de gliocchi ſuoi:
Et ella, che remoſſo hauea gia il uelo
Dinanzi à miei, mi diſſe. Amico hor uedi,
Com'io ſon bella, & chiedi
Quanto par ſi conuenga à gli anni tuoi.
Madonna, diſſi, gia gran tempo in uoi
Poſi'l mio amor, ch'io ſento hor ſi 'nfiammato:
Ond'à me in queſto ſtato
Altro uolere, ò diſuoler m'è tolto.
Con uoce allhor di ſi mirabil tempre
Riſpoſe, & con un uolto,
Che temer, & ſperar mi farà ſempre.
Rado fu al mondo fra coſi gran turba,
Ch'udendo ragionar del mio ualore
Non ſi ſentiſſe al core
Per breue tempo al men qualche fauilla:
Ma l'auuerſaria mia, che'l ben perturba,
Toſto la ſpegne: ond'ogni uertu more,
Et regna altro ſignore.

Che promette una uita piu tranquilla.
Della tua mente amor, che prima aprilla,
Mi dice coſe ueramente, ond'io
Veggio, che gran deſio
Pur d'honorato fin ti fara degno:
Et come gia ſe de miei rari amici,
Donna uedrai per ſegno,
Che fara gliocchi tuoi uia piu felici.
I uolea dir, queſt'è impoſſibil coſa,
Quand'ella, hor mira, & leua gliocchi un poco
In piu ripoſto luogo
Donna, ch'à pochi ſi moſtrò giamai.
Ratto inchinai la fronte uergognoſa
Sentendo nuouo dentro maggior fuoco:
Et ella il preſe in giuoco
Dicendo i ueggio ben doue tu ſtai.
Si come'l Sol co'ſuoi poſſenti rai
Fa ſubito ſparir ogni altra ſtella,
Coſi par hor men bella
La uiſta mia, cui maggior luce preme,
Ma io pero da miei non ti diparto:
Che queſta & me d'un ſeme,
Lei dauanti, & me poi produſſe un parto.
Ruppeſi in tanto di uergogna il nodo,
Ch'à la mia lingua era diſtretto intorno
Su nel primiero ſcorno
Allhor, quand'io del ſuo accorger m'accorſi:
E'ncominciai, s'egli è uer quel ch'i odo,
Beato il padre, & benedetto il giorno
C'ha di uoi'l mondo adorno,
Et tutto'l tempo, ch'à uederui io corſi,
Et ſe mai della uia dritta mi torſi,
Duolmene forte aſſai piu, ch'i non moſtro:
Ma ſe del eſſer noſtro
Foſſi degno udir piu, del deſir ardo.
Penſoſa mi riſpoſe & coſi fiſo
Tenne'l ſuo dolce ſguardo,
Ch'al cor mandò con le parole il uiſo.
Si come piacque al noſtro eterno padre
Ciaſcuna di noi due nacque immortale:
Miſeri à uoi che uale?
Me u'era, che da noi foſſe'l difetto.
Amate belle gioueni & leggiadre
Fummo alcun tempo, & hor ſiam giunte à tale
Che coſtei batte l'ale
Per tornar à l'antico ſuo ricetto:
I per me ſono un'ombra: & hor t'ho detto,
Quanto per te ſi breue intender puoſſi.
Poi che i pie ſuoi fur moſſi
Dicendo non temer ch'i m'allontani,
Di uerde lauro una ghirlanda colſe,
La qual con le ſue mani
Intorno intorno à le mie tempie auolſe.
Canzon chi tua ragion chiamaſſe oſcura,
Di, non ho cura, perche toſto ſpero,
Ch'altro meſſaggio il uero
Fara in piu chiara uoce manifeſto.
Io uenni ſol per iſuegliare altrui,
Se, chi m'impoſe queſto,
Non m'ingannò, quand'io parti da lui.

Quelle pietoſe rime, in ch'io m'accorſi
Di noſtro ingegno, & del corteſe affetto,
Hebben tanto uigor nel mio conſpetto,
Che ratto à queſta penna la man porſi,
Per far uoi certo, che gli eſtremi morſi
Di quella, ch'io con tutto'l mondo aſpetto,
Mai non ſenti: ma pur ſenza ſoſpetto
Infin à l'uſcio del ſuo albergo corſi:
Poi tornai'n dietro, perch'io uidi ſcritto
Di ſopra'l limitar, che'l tempo anchora
Non era giunto al mio uiuer preſcritto,
Bench'io non ui leggeſſi il di, ne l'hora.
Dunque s'acqueti homai'l cor uoſtro afflitto,
Et cerchi huom degno, quando ſi l'honora.

MADRIALE

Hor uedi amor, che giouenetta donna
Tuo regno ſprezza, & del mio mal non cura,
Et tra duo ta nemici è ſi ſecura.
Tu ſe armato, & ella in treccie e'n gonna
Si ſiede & ſcalza in mezo i fior & l'herba:
Ver me ſpietata & contra à te ſuperba.
I ſon prigion, ma ſe pieta anchor ſerba
L'arco tuo ſaldo, & qualch'una ſaetta,
Fa di te & di me ſignor uendetta.

Diceſett'anni ha gia riuolto il cielo,
Poi che'n prima arſi, & giamai non mi ſpenſi:
Ma quando auien, ch'al mio ſtato ripenſi,
Sento nel mezo de le fiamme un gielo.
Vero è'l prouerbio, Ch'altri cangia il pelo
Anzi che'l uezo. & per lentar i ſenſi
Gli humani affetti non ſun meno intenſi:
Cio ne fa l'ombra ria del graue uelo.
Oime laſſo, & quando fia quel giorno,
Che mirando'l fuggir de gli anni miei
Eſca del fuoco, & di ſi lunghe pene?
Vedro mai'l di, che pur quant'io uorrei
Quell'aria dolce del bel uiſo adorno
Piaccia à queſt'occhi, & quanto ſi conuiene?

Quel uago impallidir, che'l dolce riſo
D'un'amoroſa nebbia ricoperſe,
Con tanta maieſtade a'l cor s'offerſe,
Che li ſi fece incontr'à mezo'l uiſo.
Conobbi allhor, ſi co me in paradiſo
Vede l'un l'altro, in tal guiſa s'aperſe
Quel pietoſo penſier, ch'altri non ſcerſe:
Ma uidil'io, ch'altroue non m'affiſo.
Ogni angelica uiſta, ogni atto humile,
Che giamai in donna, ou'amor foſſe, apparue,
Fora uno sdegno à lato à quel, ch'i dico.
Chinaua à terra il bel guardo gentile,
Et tacendo dicea com'à me parue,
Chi m'allontana il mio fedele amico?

Amor fortuna, & la mia mente ſchiua
Di quel che uede, & nel paſſato uolta,
M'affligon ſi, ch'io porto alcuna uolta
Inuidia à quei, che ſon ſu l'altra riua.
Amor mi ſtrugge'l cor, fortuna il priua
D'ogni conforto: onde la mente ſtolta
S'adira, & piagne, & coſi in pena molta
Sempre conuien che combattendo uiua,
Ne ſpero i dolci di tornino in dietro,
Ma pur di male in peggio quel ch'auanza,
Et di mio corſo ho gia paſſato il mezo.
Laſſo non di diamante, ma d'un uetro
Veggio di man cadermi ogni ſperanza,
Et tutt'i miei penſier romper nel mezo.

CANZONE.

Se'l penſier, che mi ſtrugge
Com'è pungente & ſaldo,
Coſi ueſtiſſe d'un color conforme,
Forſe tal m'arde, & fugge,
C'hauria parte del caldo,
Et deſteriaſi amor là, dou'hor dorme:
Men ſolitarie l'orme

Forſe

Foran de miei pie laſſi,
Per campagne,& per colli,
Men gli occhi ad ogni hor molli
Ardendo lei,che come nu ghiaccio ſtaſſi,
Et non laſſiz iu me dramma,
Che non ſia fuoco, & fiamma.
Pero ch'amor mi sforza,
Et di ſauer mi ſpoglia,
Parlo in rim'aſpre,& di dolcezza ignude
Ma non ſempre à la ſcorza
Ramo,ne'n fior,ne'n foglia
Moſtra di for ſua natural uirtude.
Miri cio,che'l cor chiude,
Amor',& que begliocchi,
Oue ſi ſiede à lo'mbra.
Se'l dolor,che ſi ſgombra,
Auuien che'n pianto o'n lamentar trabocchi,
L'un à me noce,& l'altro
Altrui,ch'io non lo ſcaltro.
Dolci rime leggiadre,
Che nel primiero aſſalto
D'amor uſai,quand'io non hebbi altr'arme,
Chi uerrà mai,che ſquadre
Queſto mio cor di ſmalto,
Ch'al men,com'io ſolea,poſſa ſfogarme?
Ch'auer dentr'à lui parme
Vn,che Madonna ſempre
Dipinge,& di lei parla:
A uoler poi ritrarla,
Per me non baſto,& par ch'io me ne ſtempre:
Laſſo coſi m'è ſcorſo
Lo mio dolce ſoccorſo.
Come fancial,ch'appena
Volge la lingua & ſnoda,
Che dir non ſa,ma'l piu tacer gli è noia,
Coſi'l deſir mi mena
A dire:& uo,che m'oda
La mia dolce nemicà anzi ch'io muoia
Se forſe ogni ſua gioia
Nel ſuo bel uiſo è ſolo,
Et di tutt'altro è ſchiua,
Odi'l tu uerde riua,
Et preſta à miei ſoſpir ſi largo uolo,
Che ſempre ſi ridica
Come to m'eri amica.
Ben ſai,che ſi bel piede
Non toccò terra unquanco,
Come quel,di che gia ſegnata foſti:
Onde'l cor laſſo riede
Col tormentoſo fianco
A partir teco i lor penſier naſcoſti.
Coſi haueſtu riposti
Di bei ueſtigi ſparſi
Anchor tra fiori & l'herba:
Che la mia uita acerba
Lagrimando trouaſſe, oue acquetarſi,
Ma come puo, s'appaga
L'alma dubbioſa & uaga.
Ouunque gliocchi uolgo,
Truouo un dolce ſereno
Penſando,qui percoſſe il uago lume,
Qualunque herba ò fior colgo,
Credo che nel terreno
Haggia radice,ou'ella hebbe in coſtume
Gir fra le piagge e'l fiume,
Et talhor farſi un ſeggio
Freſco,fiorito,& uerde:
Coſi nulla ſen'perde,
Et piu certezza hauerne fora il peggio.
Spirto beato,quale
Se,quando altrui fai tale.
O pouerella mia come ſe rozza:
Credo che tel conoſchi:
Rimanti in queſti boſci

CANZONE.

Chiare,freſche,& dolce acque,
Oue le belle membra
Poſe colei,che ſola à me par donna,
Gentil ramo',oue piacque
(Con ſoſpir mi rimembra)
A lei di fare al bel fianco colonna,
Herba,& fior,che la gonna
Leggiadra ricouerſe
Col'angelico ſeno:
Aer ſacro,ſereno,
Ou'amor co begliocchi il cor m'aperſe,
Date udientia inſieme
A le dolenti mie parole eſtreme.
S'egli è pur mio deſtino,
E'l cielo in cio s'adopra,
Ch'amor queſt'occhi lagrimando chiuda,
Qualche gratia il meſchino
Corpo fra uoi ricopra,
Et torne l'alma al proprio albergo ignuda
La morte fia men cruda,
Se queſta ſpene porto
A quel dubbioſo paſſo:
Che lo ſpirito laſſo
Non poria mai in piu ripoſato porto,
Ne'n piu tranquilla foſſa
Fuggir la carne trauagliata,& l'oſſa.
Tempo uerrà anchor forſe,
Ch'à l'uſato ſoggiorno
Torni la fiera bella,& manſueta,
Et la'o'ella mi ſcorſe
Nel benedetto giorno,
Volga la uiſta deſioſa,& lieta
Cercandomi,& ò pieta
Gia terra in fra le pietre
Vendendo amor le'nſpiri
In guiſa,che ſoſpiri
Si dolcemente, che merce m'impetre,
Et faccia forza al cielo
Aſciugandoſi gliocchi col bel uelo.
Da be rami ſcendea
Dolce ne la memoria
Vna pioggia di fior ſopra'l ſuo grembo,
Et ella ſi ſedea
Humile in tanta gloria
Couerta gia dell'amoroſo nembo:
Qual fior cadea ſul lembo:
Qual ſu le treccie bionde,
Ch'oro forbito,& perle
Eran quel di à uederle:
Qual ſi poſaua in terra,& qual ſu l'onde:
Qual con un uago errore
Girando parea dir,qui regna amore.
Quante uolte diſs'io
Allhor pien di ſpauento,
Coſtei per fermo nacque in paradiſo:
Coſi carco d'oblio
Il diuin portamento,
E'l uolto,& le parole,e'l dolce riſo
M'haueano:& ſi diuiſo
Da l'imagine uera,
Ch'i dicea ſoſpirando,
Qui come uenn'io,ò quando?

Credendo eſſer lu ciel, non la, dou'era:
Da indi iu qua mi piace
Queſt'herba ſi, ch'altroue uon ho pace.
Se tu haueſſi ornameuti, quant'hai uoglia,
Potreſti arditamente
Vſcir del boſco, & gir infra la gente.

CANZONE.

In quella parte, doo'amor mi ſprona,
Conoien ch'io uolga le dogliose rime,
Che ſon ſeguaci della menre afflitta.
Quai fien ultime laſſo, & qua fien prime?
Colui, che del mio mal meco ragiona,
Mi laſcia in dubbio, ſi confuſo ditta.
Ma pur quanto l'hiſtoria truono ſcritta
In mezo il cor, che ſi ſpeſſo ricorro,
Con la ſoa propria man de miei martiri
Diro, perche i ſuſpiri
Pariando han triegua, & al dolor ſoccorro.
Diro, che perch'io miri
Mille coſe diuerſe attento, & fiſo,
Sol'una donna oeggio e'l ſuo bel uiſo.
Poi che la diſpietata mia uentura
M'ha dilongato dal maggior mio bene
Noioſa, ineſſorabile, & ſuperba,
Amor col rimembrar ſol mi mantiene:
Onde s'io ueggio in giouenil figura
Incominciarſi'l mondo à ueſtir d'herba,
Parmi ueder in quella etate acerba
La bella gioninetta, c'hora è donna:
Poi che ſormania riſcaldando il Sole,
Parmi, qual eſſer ſuole
Fiamma d'amor, ch'n cor alto ſe'n donna:
Ma quando il di ſi duole
Di loi, che paſſo paſſo à dietro torni,
Veggin lei giunta à ſuoi perfetti giorni.
In ramo fronde, ooet oiole in terra
Mirando à la ſtagion, che'l freddo perde,
Et le ſtelle miglior acquiſtan forza,
Negliocchi ho pur le uiolette e'l uerde,
Di ch'era nel principio di mia guerra
Amor'armato ſi, ch'anchor mi sforza,
Et quella dolce leggiadretta ſcorza,
Che ricopria le pargolette membra,
Dou'hoggi alberga l'anima gentile,
Ch'ogni altro piacer oile
Sembrar mi fa, ſi forte mi rimembra
Del portamento humile,
Ch'allhor fioriua, & poi crebbe anzi à glianni,
Cagion ſola, & riposo de miei affanni.
Qualhor tenera neue per li colli
Dal Sol percoſſa ueggio di lontano,
Come'l Sol neue, mi gouerna amore
Penſando nel bel uiſo piu che humano,
Che poo da lungi gliocchi miei far molli,
Ma da preſſo gli abbaglia, & uince il core,
Oue fra'l bianco, & l'aoreo colore
Sempre ſi moſtra quel, che mai non oide
Occhio mortal, ch'io creda, altro che'l mio,
Et del caldo deſio,
Che qoando ſoſpirando ella ſorride,
M'infiamma ſi, che oblio
Niente apprezza, ma diuenta eterno,
Ne ſtate il cangia, ne lo ſpegne il oerno.
Non uidi mai dopa notturna pioggia
Gir per l'aere ſereno ſtelle erranti,
Et fiammeggiar fra la rogiada e'l gielo,
Ch'i non haoeſſe i begliocchi dauanti,
Ooe la ſtanca mia oita s'appoggia,
Qual'io gli uidi à l'ombra d'un bel uelo:
Et ſi come di lor bellezza il cielo
Splendea quel di, coſi bagnati anchora
Li ueggio sfauillar: ond'io ſempr'ardo.
Se'l Sol leuarſi sguardo,
Seuto il lume apparir, che m'innamora:
Se tramontarſi al tardo,
Parme'l ueder, quando ſi uolge altroue,
Laſſando tenebroſo onde ſi muooe.
Se mai candide roſe con uermiglie
In uaſel d'oro uider gliocchi miei
Allhor allhor da uergine man colte,
Veder penſaro il uiſo di colei,
Cha'uanza tutte l'altre marauiglie
Con tre belle eccellentie ru lui raccolte,
Le bionde treccie ſopra'l collo ſciolte,
Ou'ogni latte perderia ſua proua,
Et le guancie, ch'adorna un dolce fuoco.
Ma pur che l'ora un poco
Fior bianchi, & gialli per le plagge muoua,
Torna à la mente il luogo,
E'l primo di, ch'i uidi à Laura ſparſi
I capei d'oro, ond'io ſi ſubit'arſi.
Ad una ad una annuuerar le ſtelle,
E'n piciol uetro chiuder tutte l'acque
Forſe credea, quando in ſi poca charta
Nuouo penſier di ricontar mi uacque,
In quante parti il fior dell'altre belle
Stando in ſe ſteſſa ha la ſua luce ſparta,
Accio che mai da lei non mi diparta:
Ne faro io: & ſe pur talhor fuggo,
In cielo e'n terra m'ha rachiuſi i paſſi:
Perche à gliocchi miei laſſi
Sempre è preſente: ond'io tutto mi ſtruggo:
Et coſi meco ſtaſſi,
Ch'altra non ueggio mai, ne ueder bramo,
Ne'l nome d'altra ne'ſoſpir miei chiamo.
Ben ſai canzon, che quant'io parlo è nulla
Al celato amoroſo mio penſiero,
Che di, & notte nella mente porto,
Solo per cui conforto
In coſi lunga guerra anco non pero:
Che ben m'hauria gia morto
La lontananza del mio cor piangendo,
Ma quinci dalla morte indugio prendo.

CANZONE.

Italia mia, ben che'l parlar ſia indarno
A le piaghe mortali,
Che nel bel corpo tuo ſi ſpeſſe ueggio,
Piacemi almen, ch'e miei ſoſpir ſien, quali
Spera'l Teuero & l'Arno,
E'l Po, doue doglioſo, & graue hor ſeggio?
Rettor del ciel'io cheggio,
Che la pieta, che ti condoſſe in terra,
Ti uolga al tuo diletto almo paeſe.
Vedi ſignor corteſe
Di che lieui cagion che crudel guerra?
E'l cor, ch'endora, & ſerra
Marte ſuperbo, & fero,
Apri tu padre, e'ntenériſci, & ſnoda:
Iui fa che'l tuo uero
(Qual io mi ſia) per la mia lingua s'oda.
Voi, cui fortuna ha poſto in mano il freno
De le belle contrade,
Di che nulla pieta par che ui ſtringa,
Che fan qui tante peregrine ſpade,
Perche'l uerde terreno
Del barbarico ſangue ſi depinga?
Vano error ui luſinga:
Poco uedete, & parui ueder molto:

Che'n cor

Che'n cor uenale amor cercate, ò ſede.
Qua piu gente poſſede,
Colui è piu da ſuoi nemici auolto.
O diluuio raccolto
Di che deſerti ſtrani
Per inondar i noſtri dolci campi.
Se dalle proprie mani
Queſto n'auen, hor chi fia, che ne ſcampi?
Ben prouide natura al noſtro ſtato,
Quando del' alpi ſchermo
Poſe fra noi, & la Tedeſca rabbia.
Ma'l deſir cieco e'ncontra'l ſuo ben fermo
S'è poi tanto ingegnato,
Ch'al corpo ſano ha procurato ſcabbia.
Hor dentro ad una gabbia
Fiere ſeluagge, & manſuete gregge
S'annidan ſi, che ſempre il miglior geme:
Et è queſto del ſeme
Per piu dolor, del popol ſenza legge,
Al qual, come ſi legge,
Mario aperſe ſi'l fianco,
Che memoria dell'opra anco non langue,
Quando aſſetato, & ſtanco
Non piu beuue del fiume acqua, che ſangue.
Ceſare taccio, che per ogni piaggia.
Fece l'herbe ſanguigne
Di lor uene oue'l noſtro ferro miſe.
Hor par, non ſo per che ſtelle maligne,
Che'l cielo in odio n'haggia.
Voſtra merce, cui tanto ſi commiſe,
Voſtre uoglie diuiſe
Guaſtan del mondo la piu bella parte.
Qual colpa, qual giudicio, ò qual deſtino,
Faſtidire il uicino
Pouero, & le fortune afflitte & ſparte
Per ſeguire, e'n diſparte
Cercar gente, & gradire
Che ſparga'l ſangue, & uenda l'alma à prezzo?
Io parlo per uer dire,
Non per odio d'altrui, ne per diſprezzo.
Ne u'accorgete anchor per tante proue
Del Bauarico inganno,
Ch'alzando'l dito con la morte ſcherza?
Peggio è lo ſtratio al mio parer, che'l danno.
Ma'l uoſtro ſangue pioue
Piu largamente ch'altr'ira ui ſferza.
Dala matina à terza
Di uoi penſate, & uederete come
Tien caro altrui, chi tien ſe coſi uile.
Latin ſangue gentile.
Sgombra da te queſte dannoſe ſome:
Non far idolo un nome
Vano ſenza ſoggetto:
Che'l furor di laſsù gente ritorſa
Vincerne d'intelletto,
Peccato è noſtro, & non natural coſa.
Non è queſto'l terren, ch'i toccai pria?
Non è queſto'l mio nido,
Oue nudrito fui ſi dolcemente?
Non è queſta la patria, in ch'io mi ſido,
Madre benigna, & pia,
Che copre l'uno & l'altro mio parente?
Per dio queſto la mente
Talhor ui muoua, & con pieta guardate
Le lagrime del popol doloroſo,
Che ſol da uoi ripoſo
Dopo Dio ſpera: & pur che uoi moſtriate
Segno alcun di pietate,
Virtu contra furore
Prendera l'arme, & fia'l combatter corto:
Che l'antico ualore
Nell'Italici cor non è anchor morto.
Signor mirate come'l tempo uola,
Et ſi come la uita
Fugge, & la morte n'è ſoura le ſpalle,
Voi ſiete hor qui: penſate à la partita,
Che l'alma ignuda, & ſola
Conuien ch'arriue à quel dubbioſo calle
Al paſſar queſta ualle
Piacciaui di por giu l'odio, & lo ſdegno
Venti contrari à la uita ſerena:
Et quel che'n altrui pena
Tempo ſi ſpende, in qualche atto piu degno
O di mano, ò d'ingegno,
In qualche, bella lode,
In qualche honeſto ſtudio ſi conuerta:
Coſi qua giu ſi gode,
Et la ſtrada del ciel ſi troua aperta.
Canzone io t'ammoniſco,
Che tua ragion corteſemente dica:
Perche fra gente altiera ir ti conuiene,
Et le uoglie ſon piene
Gia dell'uſanza peſſima, & antica
Del uer ſempre nimica.
Prouerai tua uentura
Fra magnanimi pochi, à chi'l ben piace:
Di lor, chi m'aſſicura?
I'uo gridando pace, pace, pace.

CANZONE.

Di penſier in penſier di monte in monte
Mi guida amor, ch'ogni ſegnato calle
Pruouo contrario à la tranquilla uita,
Se'n ſolitaria piaggia riuo, ò fonte,
Se'n fra duo poggi ſiede ombroſa ualle,
Iui s'acqueta l'alma sbigottita,
Et com'amor le'nuita,
Hor ride, hor piagne, hor teme, hor s'aſſecura,
E'l uolto, che lei ſegue, ou'ella il mena,
Si turba, & raſſerena,
Et in un eſſer picciol tempo dura:
Onde à la uiſta huom di tal uita eſperto
Diria, queſti arde, & di ſuo ſtato è incerto.
Per alti monti, & per ſelue aſpre truouo
Qualche ripoſo, ogni habitato luogo
E nemico mortal de gli occhi miei.
A ciaſcun paſſo naſce un penſier nuouo
Della mia donna, che ſouente in giuoco
Gira'l tormento, ch'l porto per lei:
Et à pena uorrei
Cangiar queſto mio uiuer dolce amaro:
Ch'i dico, forſe anchor ti ſerua amore
Ad un tempo migliore:
Forſe à te ſteſſo uile altrui ſe caro:
Et in queſto trapaſſo ſoſpirando,
Hor potrebb'eſſer uero, hor come, hor quando.
Oue porge ombra un pino alto, od un colle,
Talhor m'arreſto, & pur nel primo ſaſſo
Diſegno con la mente il ſuo bel uiſo.
Poi ch'à me torno, truouo il petto molle
Della pietate, & alhor dico, ahi laſſo
Doue ſe giunto, & onde ſe diuiſo?
Ma mentre tener fiſo
Poſſo al primo penſier la mente uaga,
Et mirar lei, & obliar me ſteſſo
Sento amor ſi da preſſo,
Che del ſuo proprio error l'alma s'appaga:
In tante parti, & ſi bella la ueggio,
Che ſe l'error duraſſe, altro non cheggio.

I l'ho piu uolte(hor chi ſia, che me'l creda?
Ne l'acqua chiara, & ſopra l'herba uerde
Veduta uiua, & nel troncon d'un faggio,
E'n biancha nube ſi fatta, che Leda
Hauria ben detto che ſua figlia perde,
Come ſtella, che'l Sol copre col raggio:
Et quanto in piu ſeluaggio
Luogo mi trouo, e'n piu deſerto lido,
Tanto piu bella il mio penſier l'adombra:
Poi, quando'il uero ſgombra
Quel dolce error, pur li medeſmo aſſido
Me freddo pietra morta in pietra uiua
In guiſa d'huom, che penſi et pianga, & ſcriua:
Oue d'altra montagna ombra non tocchi,
Verſo'l maggiore, e'l piu ſpedito giogo
Tirar mi ſuol un deſiderio intenſo:
Indi i miei danni a miſurar con gliocchi
Comincio, e'n tanto lagrimando sfogo
Di doloroſa nebbia il cor condenſo
Allhor, ch'i miro, & penſo
Quanta aria dal bel uiſo mi diparte,
Che ſempre m'è ſi preſſo, & ſi lontano:
Poſcia fra mi pian piano,
Che ſai tu laſſo? forſe in quella parte
Hor di tua lontananza ſi ſoſpira:
Et in queſto penſier l'alma reſpira.
Canzone oltra quell'alpe
Là, doue'l ciel è piu ſereno, & lieto,
Mi riuedrai ſout'un ruſcel corrente,
Oue Laura ſi ſente
D'un freſco, & odorifero laureto:
Iui è'l mio cor, & quella, che'l m'inuola:
Qui ueder puoi l'imagine mia ſola.

Poi che'l camin m'è chiuſo di mercede,
Per diſperata uia ſon dilungato
Da gliocchi, ou'era(i non ſo per qual fato)
Ripoſto il guidardon d'ogni mia fede.
Paſco'l cor di ſoſpir, ch'altro non chiede,
Et di lagrime uiuo à pianger nato:
Ne di cio duolmi, perche in tale ſtato
E dolce il pianto piu, ch'altri non crede:
Et ſolo ad una imagine m'attegno,
Che fe non Zeuſi, ò Praſsitele, ò Fidia,
Ma miglior maſtro, & di piu alto ingegno.
Qual Scythia m'aſſecura, ò qual Numidia,
S'anchor non del mio eſſilio indegno
Coſsi naſcoſto mi ritruoua inuidia?

Io canterei d'amor ſi nuouamente,
Ch'al duro fianco il di mille ſoſpiri
Trarrei per forza, & mille alti deſiri
Raccenderei nella gelate mente,
E'l bel uiſo uedrei cangiar ſouente,
Et bagnar gliocchi, & piu pietoſi giri
Far, come ſuol, chi de glialtri martiri
Et del ſuo error, quando non ual, ſi pente,
Et le roſe uermiglie infra la neue
Mouer da l'ora, & diſcourir l'auorio,
Che fa di marmo, chi da preſſo'il guarda,
E tutto quel, perche nel uiuer breue
Non rincreſco à me ſteſſo, anzi mi glorio
D'eſſer ſeruato à la ſtagion piu tarda.

S'amor non è, che dunque è quel, ch'i ſento?
Ma s'egli è amor, per Dio che coſa, & quale?
Se buona, ond'è l'effetto aſpro mortale?
Se ria, ond'è ſi dolce ogni tormento?
S'à mia uoglia ardo, ond'è'l pianto, & lamento?
S'a mal mio grado, il lamentar che uale?
O uiua morte, ò dilettoſo male
Come puoi tanto in me, s'io nol conſento?
Et s'io'l conſento, à gran torto mi doglio:
Fra ſi contrari uenti in fragil barca
Mi truouo in alto mar ſenza gouerno,
Si lieue di ſauer, d'error ſi carca,
Ch'i medeſmo non ſo quel ch'io mi uoglio,
Et tremo à mezza ſtate & ardendo il uerno.

Amor m'ha poſto, come ſegno à ſtrale,
Com'al Sol nieue, come cera al fuoco,
Et come nebbia al uento, & ſon gia roco
Donna merce chiamando, & uoi non cale.
Da gliocchi uoſtri uſcio'l colpo mortale,
Contra cui non mi ual tempo, ne luoco:
Da uoi ſola procede(& parui un giuoco)
Il Sole, e'l uento, ondi'o ſon tale.
Il penſier ſon ſaette, e'l uiſo un Sole,
E'l deſir fuoco, e'nſieme con queſt'arme
Mi punge amor, m'abbaglia, & mi diſtrugge;
Et l'angelico canto, & le parole
Col dolce ſpirto, ond'io non poſſo aitarme,
Son Laura, inanzi à cui mia uita fugge.

Pace non truouo, & non ho da far guerra,
Et temo, & ſpero, & ardo, & ſon un ghiaccio,
Et uolo ſopra'l cielo, & giaccio in terra,
Et nulla ſtringo, & tutto'il mondo abbraccio
Tal m'ha in prigion, che non m'apre, ne ſerra,
Ne per ſuo mi ritien, ne ſcioglie il laccio,
Et non m'ancide amor, & non mi sferra,
Ne mi uuol uiuo, ne mi trahe d'impaccio.
Veggio ſenz'occhi: & non ho lingua & grido,
Et bramo di perir, & cheggio aita,
Et ho in odio me ſteſſo, & amo altrui:
Paſcomi di dolor: piangendo rido:
Egualmente mi ſpiace morte, & uita.
In queſto ſtato ſon Donna per uui.

CANZONE.

Qual piu diuerſa & noua
Coſa fu mai in qualche ſtranio clima,
Quella, ſe ben ſi ſtima,
Piu mi raſſembra, à tal ſon giunto Amore.
Là, onde'l di uien fore,
Vola un augel, che ſol ſenza conſorte
Di uolontaria morte
Rinaſce, & tutto à uiuer ſi rinuoua:
Coſi ſol ſi ritruoua
Lo mio uoler, & coſi in ſu la cima
De ſuoi alti penſieri al Sol ſi uolue,
Et coſi ſi riſolue,
Et coſi torna al ſuo ſtato di prima:
Arde, & more, & riprende i nerui ſuoi,
Et uiue poi con la Phenice à proua.
Vna pietra è ſi ardita
Là per l'Indico mar, che da natura
Tragge à ſe il ferro, e'l fura
Dal legno in guiſa, ch'e nauigi affonde:
Queſto prou'io fra l'onde
D'amaro pianto: che quel bello ſcoglio
Ha col ſuo duro orgoglio
Condotta: ou'affondar conuien mia uita:
Coſi l'alma ha sfornita
Furando'l cor, che fu gia coſa dura,
Et me tenne un, ch'hor ſon diuiſo & ſparſo,
Vn ſaſſo à trar piu ſcarſo
Carne, che ferro. o cruda mia uentura:
Che'n carne eſſendo ueggio trarmi à riua

Ad una

Ad una uiua dolce calamita
Nel'eſtremo occidente
Vna fiera è ſoaue,& queta tanto,
Che nulla piu:ma pianto,
Et doglia,& morte dentro à gliocchi porta:
Molto conuiene accorta
Eſſer,qual uiſta mai uer lei ſi giri:
Pur che gliocchi non miri:
L'altro puoſſi ueder ſicuramente:
Ma io incauto dolente
Corro ſempre al mio male,& ſo ben quanto
N'ho ſofferto,& n'aſpetto:ma l'ingordo
Voler,ch'è cieco & ſordo,
Si mi traſporta,che'l bel uiſo ſanto,
Et gliocchi uaghi fien cagion,ch'io pera,
Di queſta fera angelica innocente.
Surge nel mezo giorno
Vna fontana,& tien nome del Sole,
Che per natura ſuole
Bollir le notti,e'n ſul giorno eſſer fredda,
Et tanto ſi raffredda,
Quanto'l Sol monta,& quanto è piu da preſſo
Coſi auien à me ſteſſo,
Che ſon fonte di lagrime,& ſoggiorno:
Quando'l bel lume adorno,
Ch'è'l mio Sol,s'allontana:& triſte & ſole
Son le mie luci,& notte oſcura è loro,
Ardo allhor:ma ſe l'oro,
E i rai ueggio apparir del uiuo Sole,
Tutto dentro,& di for ſento cangiarme,
Et ghiaccio farme,coſi freddo torno.
Vn'altra fonte ha Epiro,
Di cui ſi ſcriue,ch'eſſendo fredda ella
Ogni ſpenta facella
Accende,& ſpegne qual trouaſſe acceſa.
L'anima mia,ch'offeſa
Anchor non era d'amoroſo fuoco,
Appreſſandoſi un poco
A quella fredda,ch'io ſempre ſoſpiro,
Arſe tutta,& martiro
Simil giamai ne Sol uide,ne ſtella:
Ch'un cor di marmo à pieta moſſo haurebbe:
Poi che'nfiammata l'hebbe
Riſpenſe la uertu gelata & bella:
Coſi piu uolte ha'l cor racceſo & ſpento:
I'l ſo,ch'l ſento,& ſpeſſo me n'adiro.
Fuor tutt'i noſtri lidi
Nel'iſole famoſe di Fortuna
Due fonti ha:chi dell'una
Bee,mor ridendo,& chi dell'altra,ſcampa:
Simil fortuna ſtampa
Mia uita,che morir poria ridendo
Del gran piacer,ch'io prendo,
Se no'l tempraſſen doloroſi ſtridi,
Amor,ch'anchor mi guidi
Pur à l'ombra di fama occulta,& bruna,
Taceremo queſta fonte,ch'ogni hor piena,
Ma con piu larga uena
Veggiam,quando col tauro il Sol s'aduna:
Coſi gliocchi miei piangon d'ogni tempo,
Ma piu nel tempo,che Madonna uidi.
Chi ſpiaſſe canzone
Quel,ch'i fo,tu poi dir,ſott'un gran ſaſſo
In una chiuſa ualle,ond'eſce Sorga,
Si ſta,ne,chi lo ſcorga,
V'è,ſe no amor,che mai no'l laſcia un paſſo,
Et l'imagine d'una,che lo ſtrugge:
Che per ſe fugge tutt'altre perſone.

Fiamma dal ciel ſu le tue treccie piona
Maluagia,che dal fiume & da le ghiande
Per l'altrui impouerir ſe ricca & grande,
Poi che di mal oprar tanto ti gioua,
Nido di tradimenti,in cui ſi coua,
Quanto mal per lo mondo hoggi ſi ſpande,
Di uin ſerua,di letti,& di uiuande,
In cui luſſuria fa l'ultima proua.
Per le camere tue fanciulle & uecchi
Vanno treſcando,& Belzebub in mezo
Co mantici,& col fuoco,& con gli ſpecchi.
Gia non fuſti nudrita in piume al rezo,
Ma nuda al uento,& ſcalza fra li ſtecchi,
Hor uiui ſi,ch'à Dio ne uenga il lezo.

L'auara Babylonia ha colmo'l ſacco
D'ira di Dio,& di uitij empi & rei
Tanto,che ſcoppia,& ha fatti ſuoi Dei
Non Gioue,& Palla,ma Venere,& Baccho.
Aſpettando ragion mi ſtruggo & fiacco:
Ma pur nuouo Soldan ueggio per lei,
Loqual fara,non gia quand'io uorrei,
Sol una ſede,& quella fia in Baldacco.
Gl'Idoli ſuoi ſaranno in terra ſparſi.
Et le torri ſuperbe al ciel nimiche,
Et ſuoi torrier di fuor,come dentr'arſi.
Anime belle,& di uirtute amiche
Terranno il mondo:& poi uedrem lui farſi
Aureo tutto,& pien dell'opre antiche.

Fontana di dolore,albergo d'ira,
Schola d'errori,& tempio d'hereſia
Gia Roma,hor Babylonia falſa,& ria.
Per cui tanto ſi piagne,& ſi ſoſpira,
O fucina d'inganni,ò pregion dira,
Oue'l ben muore,e'l mal ſi nutre & cria,
Di uiui inferno,un gran miracol fia,
Se Chriſto teco al fine non s'adira.
Fondata in caſta,& humil pouertate
Contra tuoi fondatori alzi le corna
Putta sfacciata,& dou'hai poſto ſpene?
Ne gli adulteri tuoi,ne le mal nate
Ricchezze tante? hor Conſtantin non torna.
Ma tolga il mondo triſto,che'l ſoſtiene.

Quanto piu diſioſe l'ali ſpando
Verſo di noi ò dolce ſchiera amica:
Tanto fortuna con piu uiſco intrica
Il mio uolare,& gir mi face errando.
Il cor,che mal ſuo grado atorno mando,
E con uoi ſempre in quella ualle aprica,
Oue'l mar noſtro piu la terra implica:
L'altr'hier da lui partimmi lagrimando,
I'da man manca,è tenne il camin dritto,
I tratto à forza,& è d'amore ſcorto,
Egli in Hieruſalem,& io in Egitto.
Ma ſofferenza è nel dolor conforto,
Che per lungho uſo gia fra noi preſcritto
Il noſtro eſſer inſeme è raro,& corto.

Amor che nel penſier mio uiue,& regna
E'l ſuo ſeggio maggior nel mio cor tiene,
Talhor armato nella fronte uiene:
Iui ſi loca & iui pon ſua inſegna.
Quella,che amare,& ſofferir ne'nſegna,
Et uol che'l gran deſio,l'acceſa ſpene
Ragion,uergogna,& reuerenza affrene,
Di noſtro ardir fra ſe ſteſſa ſi ſdegna,
Onde amor pauentoſo fugge al core
Laſſando

Laſſando ogni ſua impreſa,et piagne & trema:
Iui s'aſconde,& non appar piu fuore.
Che poſs'io far temendo il mio ſignore
Se non ſtar ſeco infin à l'hora eſtrema
Che bel fin fa,chi ben amando muore.

Come talhora al caldo tempo ſuole
Semplicetta farfalla al lume auezza
Volar ne gliocchi altrui per ſua uaghezza,
Ond, auuien,ch'ella more ,altri ſi duole:
Coſi ſempr'io corro al fatal mio Sole
De gliocchi,onde mi uien tanta dolcezza,
Che'l fren della ragion amor non prezza,
Et chi diſcerne,è uinto da chi uole.
Et ueggio ben, quant'elli à ſchiuo m'hanno,
Et ſo,ch'i ne morro ueracemente,
Che mia uertu non puo contra l'affanno:
Ma ſi m'abbaglia amor ſoauemente,
Ch'i piango l'altrui noia,& no'l mio danno,
Et cieca al ſuo morir l'alma conſente.

CANZONE.

A la dolce ombra delle belle frondi
Corſi fuggendo un diſpietato lume,
Che'n fin qua giù m'ardea dal terzo cielo.
Et diſgombraua gia di neue i poggi
L'aura amoroſa,che rinoua il tempo,
Et fiorian per le piagge l'herbe e i rami
Non uide il mondo ſi leggiadri rami.
Ne moſſe'l uento mai ſi uerdi frondi
Come à me ſi moſtrar nel primo tempo,
Tal, che temendo del'ardente lume
Non uolſi al mio refugio ombra di poggi,
Ma dela pianta piu gradita in cielo.
Vn lauro mi difeſe allhor dal cielo:
Onde piu uolte uago de bei rami
Da po ſon gito per ſelue,& per goggi:
Ne giamai ritrouai tronco,ne frondi
Tant'honorate dal ſuperno lume,
Che non cangiaſſer qualitate a tempo.
Pero piu fermo ognihor di tempo in tempo
Seguendo,oue chiamar m'udia dal cielo,
Et ſcorto d'un ſoaue,& chiaro lume
Tornai ſempre deuoto a i primi rami,
Et quando à terra ſon ſparte le frondi,
Et quando'l Sol fa uerdeggiar' i poggi.
Selue,ſaſſi,campagne,fiumi,& poggi,
Quant'è creato,uince,& cangia il tempo:
Ond'io cheggio perdono à queſte frondi,
Se riuolgendo poi molt'anni il cielo
Foggir diſpoſi l'inueſcati rami,
Toſto ch'incominciai di ueder lume,
Tanto mi piacque prima il dolce lume,
Ch'i paſſai,con diletto aſſai gran poggi,
Per poter appreſſar gli amati rami:
Hora la uita breue,e'l luogo,e'l tempo
Moſtramm'altro ſentier di gir' al cielo,
Et di far frutto,non pur fiori,& frondi.
Altro amor altre frondi,& altro lume,
Altro ſalir' al ciel per altri poggi
Cerco(che n'è ben tempo)& altri rami.

Quand'io u'odo parlar ſi dolcemente,
Com' amor proprio à ſuoi ſeguaci inſtilla,
L'acceſo mio deſir tutto sfauilla
Tal, ch'nfiammar deuria l'anime ſpente:
Trouo la bella donna allhor preſente,
Ouunque mi fu,mai dolce,ò tranquilla,
Nel habito, ch'al ſuon non d'altra ſquilla,
Ma di ſoſpir,mi fa deſtar ſouente.

Le chiome à l'aura ſparſe,& lei conuerſa
In dietro ueggio,& coſi bella riede
Nel cor,come colei,che tien la chiaue:
Ma'l ſouerchio piace,che s'attrauerſa
A la mia lingua,qual dentro ella ſiede,
Di moſtrarla in paleſe ardir non haue.

Ne coſi bello il Sol giamai leuarſi,
Quando'l ciel foſſe piu di nebbia ſcarco,
Ne dopo pioggia uidi'l celeſte arco
Per l'aere in color tanto uariarſi,
In quanti fiammegiando traſformarſi
Nel di,ch'io preſi l'amoroſo incarco,
Quel uiſo,alqual(& ſon nel mio dir parco)
Nulla coſa mortal pote agguagliarſi.
I uidi amor,che begliocchi uolgea
Soaue ſi,ch'ogn'altra uiſta oſcura
Da indi in qua m'incomincio apparere.
Sennuccio i'l uidi,& larco,che tendea,
Tal,che mia uita poi non fu ſicura,
Et è ſi uaga anchor del riuedere.

Pommi,oue'l Sol occidde i fiori,& l'herba,
O doue uince lui'l ghiaccio,& la neue:
Pommi,ou'è'l carro ſuo temprato,& leue,
Et ou'è chi cel rende,ò chi cel ſerba:
Pomm'in humil fortuna,od in ſuperba,
Al dolce aere ſereno,al foſco,& greue:
Pommi à la notte,al di lungo,& al breue,
A la matura etate,od à l'acerba:
Pomm'in cielo,od in terra,od in abiſſo,
In alto poggio,in ualle ima & paluſtre,
Libero ſpirto,od à ſuoi membri affiſſo:
Pommi con fama oſcura,ò con illuſtre:
Saro,qual fui:uiur o, com'io ſon uiſſo,
Continuando il mio ſoſpir triluſtre.

Od'ardente uirtute ornata,& calda
Alma gentil,cui tante carte uergo,
O ſol gia d'honeſtate intero albergo,
Torre in alto ualor fondata & ſalda,
O fiamma,ò roſe ſparſe in dolce ſalda
Di uiua nene, in ch'io mi ſpecchio,& tergo,
O piacer,onde l'ali al bel uiſo ergo,
Che luce ſcura quanti'l Sol ne ſcalda,
Del noſtro nome,ſe mie rime inteſe
Foſſin ſi lunge, haurei pien Thile,& Battro,
La Tana,il Nilo,Atlante,Olimpo,& Calpe:
Poi che portar nol poſſo in tutte quattro
Parti del mondo,udrallo il bel paeſe,
Ch'Appennin parte,e'l mar circonda,& l'alpe.

Quando'il uoler,che con duo ſproni ardenti
Et con un duro fren mi mena,& regge,
Trappaſſa ad hor ad hor l'uſata legge
Per far in parte i miei ſpirti contenti,
Truoua, chi le paure,& gli ardimenti
Del cor profondo nella mente legge,
Et uede amor,che ſue impreſe corregge,
Folgorar ne turbati occhi pungenti:
Onde come colui che'l colpo teme
Di Gioue irato,ſi ritagge in dietro:
Che gran temenza gran diſire affrena:
Ma freddo fuoco,& pauentoſa ſpeme
Del'alma,che traluce come un uetro,
Talhor ſua dolce uiſta raſſerena.

Non Teſin,Po,Varo,Arno,Adige,Tebro.
Euphrate, Tigre,Nilo,Hermo,Indo,& Gange

Tanai

Tana, Hiſtro, Alpheo, Garona, e'l mar che frange
Rodano, Hibero, Rhen, Sena, Albia, Hera, Hebro,
Non hedra, abete, pin, faggio, ò genebro
Poria'l foco allentar, che'l cor triſto ange,
Quant'un bel rio, ch'ad ognihor meco piange
Con l'arboſcel, che'n rime orno & celebro.
Queſt'un ſoccorſo trouo tra gli aſſalti
D'amore, onde conuien ch'armato uiua
La uita, che trapaſſa à ſi gran ſalti:
Coſi creſca'l bel lauro in freſca riua,
Et chi'l piantò, penſier leggiadri & alti
Nella dolce ombra al ſuon de l'acque ſcriua.

BALLATA.

Di tempo in tempo mi ſi fa men dura
L'angelica figura e'l dolce riſo,
Et l'aria del bel uiſo,
Et de gliocchi leggiadri meno oſcura.
Che fanno meco homai queſti ſoſpiri,
Che naſcean di dolore,
Et moſtrauan di fuore
La mia angoſcioſa, & deſperata uita?
S'auuien che'l uolto in quella parte giri
Per acquetar' il core,
Parmi ueder' amore
Mantener mia ragion, & darmi aita:
Ne pero trouo anchor guerra finita,
Ne tranquillo ogni ſtato del cor mio:
Che piu m'arde'l diſio,
Quanto piu la ſperanza m'aſſicura.

Che fai alma? che penſi? haurem mai pace?
Haurem mai tregua? od haurem guerra eterna?
Che fia di noi, non ſo: ma in quel, ch'io ſcerna,
A ſuoi begliocchi il mal noſtro non piace,
Che pro, ſe con quegliocchi ella ne face
Di ſtate un ghiaccio, un fuoco quando uerna?
Ella non, ma colui, che gli gouerna?
Queſto ch'è à noi, s'ella ſel uede, & tace?
Talhor tace la lingua, e'l cor ſi lagna
Ad alta uoce, e'n uiſta aſciutta, & lieta
Piagne, doue mirando altri nol uede.
Per tutto cio la mente non s'acqueta
Rompendo'l duol, che'n lei s'accoglie & ſtagna:
Ch'a gran ſperanza huom miſero non creda.

Non d'atra, & tempeſtoſa onda marina
Fuggio in porto giamai ſtanco nocchiero,
Com'io dal foſco, & torbido penſiero
Fuggo, oue'l gran deſio mi ſprona, e'nchina:
Ne mortal uiſta mai luce diuina
Vinſe, come la mia quel raggio altero
Del bel dolce ſoaue, bianco, & nero,
In che i ſuoi ſtrali amor dora, & affina.
Cieco non gia, ma pharetrato il ueggo
Nudo, ſe non quanto uergogna il uela,
Garzon con l'ali non pinto, ma uiuo.
Indi mi moſtra quel, ch'à molti cela?
Ch'à parte à parte entr'a begliocchi leggo,
Quant'io parlo d'amore, & quant'io ſcriuo.

Queſta humil fera, un cor di tigre, ò d'orſa,
Che'n uiſta humana, en forma d'angel uene,
In riſo, e'n pianto, fra paura, & ſpene
Mi rota ſi, ch'ogni mio ſtato inforſa.
Se'n breue non m'accoglie, ò non mi ſmorſa,
Ma pur, come ſuol far, tra due mi tiene,
Per quel, ch'io ſento al cor gir fra le uene
Dolce ueneno, Amor mia uita è corſa.
Non puo piu la uirtu fragile, & ſtanca
Tante uarietati homai ſoffrire:
Che'n un punto arde, agghiaccia, arroſſa, o'mbianca.
Fuggendo ſpera i ſuoi dolor finire,
Come colei, che d'hora in hora manca:
Che ben puo nulla, chi non puo morire.

Ite caldi ſoſpiri al freddo core:
Rompete il ghiaccio, che pieta contende,
Et ſe prego mortale al ciel s'intende,
Morte, ò merce ſia fine al mio dolore.
Ite dolci penſier parlando fuore
Di quello, oue'l bel guardo non s'eſtende:
Se pur ſua aſprezza, ò mia ſtella n'offende,
Sarem fuor di ſperanza, & fuor d'errore.
Dir ſi puo per noi, non forſe à pieno,
Che'l noſtro ſtato è inquieto & foſco,
Si come'l ſuo pacifico, & ſereno.
Gite ſecuri homai, ch'amor uien uoſco:
Et ria fortuna puo ben uenir meno,
S'a i ſegni del mio Sol l'aere conoſco.

Le ſtelle, e'l cielo, & gli elementi à proua
Tutte lor' arti, & ogni eſtrema cura
Poſer nel uiuo lume, in cui natura
Si ſpecchia, e'l Sol, ch'altroue par non truoua.
L'opra è ſi altiera, ſi leggiadra, & nuoua,
Che mortal guardo in lei non s'aſſecura,
Tanta ne gliocchi bei fuor di miſura
Par ch'amor, & dolcezza, & gratia piona.
L'aere percoſſo da lor dolci rai
S'infiamma d'honeſtate, & tal diuenta,
Che'l dir noſtro e'l penſier uince d'aſſai.
Baſſo deſir non è, ch'iui ſi ſenta,
Ma d'honor, di uirtute. Hor quando mai
Fu per ſomma belta uil uoglia ſpenta?

Non fur mai Gioue, & Ceſare ſi moſſi
A fulminar colui, queſto à ferire,
Che pieta non haueſſe ſpente l'ire,
Et lor de l'uſat' arme ambedue ſcoſſi.
Piangea madonna, e'l mio ſignor, ch'io foſſi
Volſe à uederla, & ſuoi lamenti à udire,
Per colmarmi di doglia, & di deſire,
Et ricercarmi le midolle, & gli oſſi.
Quel dolce pianto mi dipinſe amore,
Anzi ſcolpio, & que detti ſoaui
Mi ſcriſſe entr'un diamante in mezzo il cuore:
Oue con ſalde, & ingegnoſe chiaui
Anchor torna ſouente à trarne fuore
Lagrime rare, & ſoſpir lunghi, & graui.

I uidi in terra angelici coſtumi,
Et celeſti bellezze al mondo ſole
Tal, che di rimembrar mi gioua & dole:
Che quant'io miro, par ſogni, ombre, & fumi.
E uidi lagrimar que duo bei lumi,
C'han fatto mille uolte inuidia al Sole:
Et udi ſoſpirando dir parole,
Che farian gir' i monti, & ſtare i fiumi.
Amor, ſenno, ualor, pietate, & doglia
Facean piangendo un piu dolce concento
D'ogni altro, che nel mondo udir ſi ſoglia:
Et era'l cielo à l'harmonia ſi intento,
Che non ſi uedea in ramo mouer foglia,
Tanta dolcezza hauea pien l'aere e'l uento.

Quel ſempre acerbo, & honorato giorno
Mando ſi al cor l'imagine ſua uiua,
Che'ngegno, ò ſtil non fu mai, che'l deſcriua:

Ma ſpeſſo

Ma ſpeſſo à lui con la memoria torno.
L'atto d'ogni gentil pietate adorno,
E'l dolce amaro lamentar, ch'i udiua
Facean dubbiar, ſe mortal donna, ò diua
Foſſe, che'l ciel raſſerenaua intorno.
La teſta or fino, & calda neue il uolto,
Hebeno i cigli, & gliocchi eran due ſtelle,
Ond'amor l'arco non tendeua in fallo,
Perche, & roſe uermiglie, oue l'accolto
Dolor formaua ardenti uoci, & belle,
Fiamma i ſoſpir, le lagrime criſtallo.

Oue ch'i poſi gliocchi laſſi, ò giri
Per quetar la uaghezza, che gli ſpinge,
Trouo, chi bella donna iui depinge,
Per far ſempre mai uerdi i miei diſiri.
Con leggiadro dolor par, ch'ella ſpiri
Alta pieta, che gentil core ſtringe:
Oltra la uiſta à gliorecchi orna, e'nfinge
Sue uoci uiue, & ſuoi ſanti ſuſpiri.
Amor, e'l uer fur meco à dir che quelle
Ch'i uidi, eran bellezze al mondo ſole
Mai non uedute piu ſotto le ſtelle:
Ne ſi pietoſe & ſi dolci parole
S'udiron mai: ne lagrime ſi belle
Di ſi begliocchi uſcir mai uide il Sole.

In qual parte del ciel, in quale idea
Era l'eſſempio, onde natura tolſe
Quel bel uiſo leggiadro, in ch'ella uolſe
Moſtrar qua giù, quanto la ſù potea?
Qual Nympha in fonti, in ſelue mai qual Dea
Chiome d'oro ſi fino à l'aura ſciolſe?
Quand'un cor tante in ſe uirtuti accolſe?
Benche la ſomma è di mia morte rea.
Per diuina bellezza indarno mira,
Chi gliocchi di coſtei giamai non uide,
Come ſoauemente ella gli gira.
Non ſa, com'amor ſana, & com'ancide,
Chi non ſa, come dolce ella ſoſpira,
Et come dolce parla, & dolce ride.

Amor & io ſi pien di marauiglia,
Come chi mai coſa incredibil uide,
Miriam coſtei, quand'ella parla, o ride,
Che ſol ſe ſteſſa, & null'altra ſimiglia.
Dal bel ſeren de le tranquille ciglia
Sfauillan ſi le mie due ſtelle fide,
Ch'altro lume non è, ch'infiammi, ò guide,
Chi d'amar altamente ſi conſiglia.
Qual miracol è quel, quando fra l'herba,
Quaſi un fior, ſiede? ouer quand'ella preme
Col ſuo candido ſeno un uerde ceſpo?
Qual dolcezza è ne la ſtagione acerba
Vederla ir ſola co i penſier ſuo'inſeme
Teſſendo un cerchio à l'oro terſo, & creſpo?

O paſſi ſparſi, o penſier uaghi, & pronti,
O tenace memoria, o fiero ardore,
O poſſente deſire: o debil core,
O occhi miei occhi non gia, ma fonti,
O fronde honor delle famoſe fronti,
O ſola inſegna al gemino ualore,
O faticoſa uita, o dolce errore,
Che mi fate ir cercando piagge, & monti.
O bel uiſo, ou'amor inſieme poſe
Gli ſproni e'l fren, ond'e mi punge, & uolue,
Com'a lui piace, & calcitrar non uale,
O anime gentili, & amoroſe,
S'alcuna ha'l mondo, & uoi nude ombre, & polue,
Deh reſtate à ueder, qual è'l mio male.

Lieti fiori, & felici & ben nate herbe,
Che Madonna paſſando premer ſole,
Piaggia, ch'aſcolti ſue dolci parole,
Et del bel piede alcun ueſtigio ſerbe,
Schietti arboſcelli, & uerdi frondi acerbe,
Amoroſette, & pallide uiole,
Ombroſe ſelue, oue percote il Sole,
Che ui fa co ſuoi raggi alte, & ſuperbe,
O ſoaue contrada, o puro fiume,
Che bagni'l ſuo bel uiſo, & gliocchi chiari,
Et prendi qualita dal uiuo lume
Quanto u'inuidio gli atti honeſti, & cari:
Non fia in uoi ſcoglio homai, che par coſtume
D'arder con la mia fiamma non impari.

Amor, che uedi ogni penſiero aperto,
E i duri paſſi, onde tu ſol mi ſcorgi,
Nel fondo del mio cor gliocchi tuoi porgi
A te paleſe, à tutt'altri couerto.
Sai quel, che per ſeguirti ho gia ſofferto,
Et tu pur uia di poggio in poggio ſorgi,
Di giorno in giorno, & di me non t'accorgi,
Che ſon ſi ſtanco, e'l ſentier m'è troppo erto.
Ben ueggi'io di lontano il dolce lume,
Oue per aſpre uie mi ſproni & giri:
Ma non ho, come tu, da uolar piume.
Aſſai contenti laſci i miei deſiri,
Pur che ben deſiando i mi conſume,
Ne le diſpiaccia, che per lei ſoſpiri.

Hor, che'l ciel, & la terra, e'l uento tace,
Et le fiere, & gli augelli il ſonno affrena,
Notte'l carro ſtellato in giro mena,
Et nel ſuo letto il mar ſenz'onda giace,
Vegghio, penſo, ardo, piango, & chi mi sface,
Sempre m'è innanzi per mia dolce pena:
Guerra è'l mio ſtato d'ira, & di duol piena:
Et ſol di lei penſando ho qualche pace.
Coſi ſol d'una chiara fonte uiua
Moue'l dolce, & l'amaro, ond'io mi paſco:
Vna man ſola mi riſana, & punge:
Et perche'l mio martir non giunga à riua,
Mille uolte il di moro, & mille naſco,
Tanto de la ſalute mia ſon lunge.

Come'l candido pie per l'herba freſca
I dolci paſſi honeſtamente moue,
Vertu, ch'intorno i fior apra, & rinnoue,
Delle tenere piante ſue par ch'eſca.
Amor, che ſolo i cor leggiadri inueſca,
Ne cura di prouar ſua forza altroue,
Da begliocchi un piacer ſi caldo pioue
Ch'i non curo altro ben, ne bramo altr'eſca:
Et con l'andar, & col ſoaue ſguardo
S'accordan le dolciſſime parole.
Et l'atto manſueto humile & tardo.
Di tai quattro fauille, & non gia ſole
Naſce'l gran foco, di ch'io uiuo, & ardo:
Che ſon fatto un augel notturno al Sole.

S'io foſſi ſtato fermo à la ſpelunca
La, dou'Apollo diuenta propheta,
Fiorenza hauria forſ'hoggi il ſuo poeta
Non pur Verona, & Mantoua, & Arunca:
Ma perche'l mio terren piu non s'ingiunca
Del humor di quel ſaſſo, altro pianeta

Conuien

Conuien ch'i ſegua, & del mio campo mieta
Lappole, & ſtecchi con la falce adunca.
L'oliua è ſecca, & è riuolta altroue
L'acqua, che di Parnaſo ſi deriua,
Per cu'ln alcun tempo ella fioriua.
Coſi ſuentura, ouer colpa mi priua
D'ogni buon frutto, ſe l'eterno Gioue
Della ſua gratia ſopra me non pioue.

Quando Amor i begliocchi à terra inchina,
E i uaghi ſpirti in un ſoſpiro accoglie
Con le ſue mani, & poi in uoce gli ſcioglie
Chiara, ſoaue, angelica, diuina,
Sento far del mio cor dolce rapina,
Et ſi dentro cangiar penſieri, & uoglie,
Ch'i dico, hor fien di me l'ultime ſpoglie.
Se'l ciel ſi honeſta morte mi deſtina:
Ma'l ſuon, che di dolcezza i ſenſi lega,
Coi gran deſir d'udendo eſſer beata
L'anima al dipartir preſta raffrena,
Coſi mi uiuo: & coſi auolge & ſpiega
Lo ſtame de la uita, che m'è data,
Queſta ſola fra noi del ciel Sirena.

Amor mi manda quel dolce penſiero,
Che ſecretario antico è fra noi due,
Et mi conforta, & dice che non fue
Mai, com'hor, preſto à quel, ch'i bramo, et ſpero
Io, che talhor menzogna, & talhor uero
Ho ritrouato le parole ſue,
Non ſo, s'il creda, & uiuomi intra due,
Ne ſi, ne no nel cor mi ſona intero.
In queſta paſſa'l tempo, & nello ſpecchio
Mi ueggio andar uer la ſtagion contraria
A ſua impromeſſa, & à la mia ſperanza.
Hor ſia, che puo: gia ſol io non inuecchio:
Gia per etate il mio deſir non uaria.
Ben temo il uiuer breue, che n'auanza.

Pien d'un uago penſier, che mi deſuia
Da tutti gli altri, & fammi al mondo ir ſolo,
Ad hor ad hor à me ſteſſo m'inuolo
Pur lei cercando, che fuggir deuria:
Et ueggiola paſſar ſi dolce, & ria,
Che l'alma trema per leuarſi à uolo,
Tal d'armati ſoſpir conduce ſtuolo
Queſta bella d'amor nimica & mia.
Ben, s'io non erro, di pietate un raggio
Scorgo fra'l nubiloſo altiero ciglio,
Che'n parte raſſerena il cor doglioſo.
Allhor raccolgo l'alma, & poi ch'i haggio
Di ſcourirle il mio mal preſo conſiglio,
Tanto gli ho à dir, che'ncominciar non oſo.

Piu uolte gia dal bel ſembiante humano
Ho preſo ardir con le mie fide ſcorte,
D'aſſalir con parole honeſte accorte
La mia nimica in atto humile, & piano:
Fanno poi gliocchi ſuoi mio penſier uano
Perch'ogni mia fortuna, ogni mia ſorte,
Mio ben, mio male, & mia uita, & mia morte
Quei, che ſolo il puo far, l'ha poſto in mano:
Ond'io non pote mai formar parola,
Ch'altro che da me ſteſſo foſſe inteſa,
Coſi m'ha fatto amor tremante, & fioco:
Et ueggi'hor ben, che caritate acceſa
Lega la lingua altrui, gli ſpirti inuola.
Chi puo dir, com'egli arde, e'n picciol fuoco.

Giunto m'ha amor fra belle, & crude braccia,
Che m'ancidono à torto, & s'io mi doglio,
Doppia'l martir: onde pur, com'io ſoglio,
Il meglio è, ch'io mi muora amando, & taccia
Che poria queſta il Rhen, qualhor piu agghiaccia,
Arder con gliocchi, & rompre ogni aſpro ſcoglio,
Et ha ſi egual à le bellezze orgoglio,
Che di piacer altrui par che le ſpiaccia.
Nulla poſſo leuar'io per mio ingegno
Del bel diamante, ond'ell'ha il cor ſi duro:
L'altro è d'un marmo, che ſi muoua & ſpiri:
Ne della à me per tutto'l ſuo diſdegno
Torra giamai, ne per ſembiante oſcuro
Le mie ſperanze, è i miei dolci ſoſpiri.

O inuidia nimica di uirtute,
Ch'à bei principi uolentier contraſti,
Per qual ſentier coſi tacita intraſti
In quel bel petto, & con qual arti il mute:
Da radice n'hai ſuelta mia ſalute:
Tropo felice amante mi moſtraſti
A quella, che miei preghi humili, & caſti
Gradi alcun tempo, hor par, ch'odi & refute:
Ne pero che con atti acerbi, & rei
Del mio ben pianga, & del mio pianger rida,
Porria cangiar ſol'un de penſier miei:
Non perche mille uolte il di m'ancida,
Fia ch'io non l'ami, & ch'i non ſperi in lei:
Che s'ella mi ſpauenta, amor m'affida.

Mirando'l Sol de begliocchi ſereno,
Ou'è chi ſpeſſo i miei depinge, & bagna,
Dal cor l'anima ſtanca ſi ſcompagna
Par gir nel paradiſo ſuo terreno:
Poi trouando'l di dolce, & d'amar pieno,
Quanto al mondo ſi teſſe opra d'aragna
Vede: onde ſeco, & con amor ſi lagna,
C'ha ſi caldi gli ſpron, ſi duro il freno.
Per queſti eſtremi duo contrari, & miſti,
Hor con uoglie gelate, hor con acceſe
Staſſi coſi fra miſera & felice:
Ma pocchi lieti, & molti penſier triſti,
E'l piu ſi pente dell'ardite impreſe
Tal frutto naſce di cotal radice.

Fiera ſtella, ſe'l cielo ha forza in noi,
Quant'alcun crede, fu, ſotto ch'io nacqui,
Et fiera cuna, doue nato giacqui,
Et fiera terra, ou'i pie moſſi poi,
Et fiera donna, che con gliocchi ſuoi
Et con l'arco, à cui ſol per ſegno piacqui,
Fe la piaga ond'amor teco non tacqui
Che con quell'arme riſal darla puoi.
Ma tu prendi à diletto i dolor miei?
Ella non gia, perche non ſon piu duri
Il colpo è di ſaetta, & non di ſpiedo.
Pur mi conſola, che languir per lei
Meglio è che gioior d'altra, & tu mel giuri
Per l'orato tuo ſtrale, & io te'l credo.

Quando mi uiene innanzi il tempo, e'l luogo,
Ou'io perdei me ſteſſo, e'l caro nodo,
Ond'amor di ſua man m'auuinſe in modo,
Che l'amar mi fe dolce, e'l pianger giuoco,
Solfo, & eſca ſon tutto, e'l cor un fuoco
Da quei ſoaui ſpirti, i quai ſempr'odo,
Acceſo dentro ſi, ch'ardendo godo,
Et di cio uiuo, & d'altro mi cal poco.
Quel Sol, che ſolo à gliocchi miei riſplende
Coi uaghi raggi anchor indi mi ſcalda
A ueſpro tal, qual era hoggi per tempo:

Et coſi di lontan m'alluma, e'ncende,
Che la memoria ad ognor freſca, & ſalda
Por quel nodo mi moſtra, e'l loco, e'l tempo.

Per mezo i boſchi inhoſpiti, & ſeluaggi,
Onde uanno à gran riſchio huomini, & arme
Vo ſicur'io, che non po ſpauentarme
Altri, ch'el Sol, c'hà d'amor uiuo i raggi,
Et uo cantando (ò penſier miei non ſaggi)
Lei, chel ciel non poria lontana farme:
Ch'io l'ho ne gliocchi, & ueder ſeco parme
Donne, & donzelle, & ſono abeti, & faggi.
Parmi d'udirla udendo i rami, & l'ore,
Et le frondi, è gli augei lagnarſi & lacque
Mormorando fuggir per l'herba uerde.
Raro un ſilentio, un ſolitario horrore
D'ombroſa ſelua mai tanto mi piacque,
Se non che dal mio Sol troppo ſi perde.

Mille piagge in un giorno, & mille riui
Moſtrato m'ha per la famoſa Ardenna
Amor, ch'à ſuoi le piante è i cori impenna,
Per farli al terzo ciel uolando ir uiui.
Dolce m'è ſol ſenz'arme eſſer ſtato iui,
Doue armato fier Marte, & non accenna,
Quaſi ſenza gouerno, & ſenz'antenna
Legno in mar pien di penſier graui, & ſchiui.
Pur giunto al fin della giornata oſcura
Rimembrando ond'io uegno, & con quai piume
Sento di troppo ardir naſcer paura
Ma'l bel paeſe, e'l diletroſo fiume
Con ſerena accoglienza raſſecura
Il cor gia uolto, ou'habita il ſuo lume.

Amor mi ſprona in un tempo, & affrena,
Aſſecura, & ſpauenta, arde, & agghiaccia,
Gradiſce, & ſdegna, à ſe mi chiama, et ſcaccia
Hor mi tene in ſperanza, & hor in pena:
Hor alto, hor baſſo il mio cor laſſo mena,
Onde'l uago deſir perde la traccia,
E'l ſuo ſommo piacer par che li ſpiaccia,
D'error ſi nuouo la mia mente è piena.
Vn'amico penſier le moſtra il uado
Non d'acqua, che per gli occhi ſi riſolue,
Da gir toſto, oue ſpera eſſer contenta:
Poi, quaſi maggior forza indi la ſuolua,
Conuien ch'altra uia ſegua, & mal ſuo grado
A la ſua lunga, & mia morte conſenta.

Geri quando talhor meco s'adira
La mia dolce nemica, ch'è ſi altiera,
Vn conforto m'è dato, ch'i non pera,
Solo per cui uirtu l'alma reſpira:
Ouunqu'ella ſdegnando gliocchi mira,
Che di luce priuar mia uita ſpera
Le moſtro i miei pien d'humilta ſi uera,
Ch'à forza ogni ſuo ſdegno indietro tira.
Se cio non foſſe: andrei non altramente
A ueder lei, che'l uolto di Meduſa,
Che facea marmo diuentar la gente.
Coſi dunque fa tu, ch'i ueggio eſcluſa
Ogni altr'aita, e'l fuggir ual niente
Dinanzi à l'ali, che'l ſignor noſtro uſa.

Po ben puo tu portartene la ſcorza
Di me, con tue poſſenti & rapid'onde:
Ma lo ſpirto, ch'iu'entro ſi naſconde
Non cura ne di tua, ne d'altrui forza:
Lo qual ſenz'alternar poggia con orza
Dritto per l'aure al ſuo diſir ſeconde
Battendo l'ali uerſo l'aurea fronde
Lacqua, e'l uento, & la uela, è i remi sforza.
Re de gli altri ſuperbo, altiero fiume,
Che'ncontri'l Sol, quando è ne mena il giorno
E'n ponente abbandoni un piu bel lume,
Tu te ne uai col mio mortal ſul corno:
L'altro couerto d'amoroſe piume
Torna uolando al ſuo dolce ſoggiorno.

Amor fra l'herbe una leggiadra rete
D'oro, & di perle teſe ſott'un ramo
Dell'arbor ſempre uerde, ch'i tant'amo
Benche n'habbia ombre piu triſte, che liete
L'eſca fu'l ſeme, ch'egli ſparge, & miete
Dolce, & acerbo, ch'io pauento, & bramo:
Le note non fur mai dal di, ch'Adamo
Aperſe gliocchi, ſi ſoaui, & quete:
E'l chiaro lume, che ſparir fa'l Sole,
Folgoraua d'intorno, e'l fune auolto
Era à la man, ch'auorio & neue auanza
Coſi caddi à la rete, & qui m'han colto
Gli atti uaghi, & l'angeliche parole,
El piacer, e'l deſire, & la ſperanza.

Amor, che'ncende'l cor d'ardente zelo,
Di gelata paura il tien coſtretto,
Et qual ſia piu, fa dubbio à l'intelletto,
La ſperanza, o'l timor, la fiamma, o'l gielo:
Trem'al piu caldo, ard'al piu freddo cielo
Sempre pien di deſire, & di ſoſpetto,
Pur come donna in un ueſtire ſchietto
Celi un huom uiuo, ò ſott'un picciol uelo.
Di queſte pene è mia propria la prima
Arder di, & notte, quanto è'l dolce male,
Ne'n penſier cape, non che'n uerſi, o'n rima:
L'altra non gia, che'l mio bel fuoco è tale,
Ch'ogni huom pareggia, & del ſuo lume in cima
Che uolar penſa, indarno ſpiega l'ale,

Se'l dolce ſguardo di coſtei m'ancide,
Et le ſoaui parolette accorte,
Et s'amor ſopra me la fa ſi forte
Sol quando parla, ouer quando ſorride,
Laſſo che fia, ſe forſe ella diuide
O per mia colpa, ò per mal oagia ſorte
Gliocchi ſuoi da merce, ſi che di morte
La dou'hor m'aſſicura, allhor mi sfide:
Pero s'i tremo, & uo col cor gelato,
Qualhor ueggio cangiata ſua figura,
Queſto temer d'antiche proue è nato.
Femina è coſa mobil per natura:
Ond'io ſo ben, ch'un'amoroſo ſtato
In cor di donna picciol tempo dura.

Amor natura, & la bell'alma humile,
Ou'ogni alta uirtute alberga, & regna,
Contra me ſon giurati: amor s'ingegna,
Ch'i muora affatto, e'n cio ſegue ſuo ſtile.
Natura tien coſtei d'un ſi gentile
Laccio, che nullo sforzo è, che ſoſtegna:
Ella è ſi ſchiua, ch'abitar non degna
Piu nella uita faticoſa, & uile.
Coſi lo ſpirto d'hor in hor uen meno
A quelle belle care membra honeſte,
Che ſpecchio eran di uera leggiadria:
Et s'à morte pieta non ſtringe il freno,
Laſſo ben ueggio in che ſtato ſon queſte
Vane ſperanze, ou'io uiuer ſolia.

Queſta Phenice dell'aurata piuma

Al ſuo bel

Al ſuo bel collo candido & gentile
Forma ſenz'arte un ſi caro monile
Ch'ogni cor adolciſce, e'l mio conſuma:
Forma un diadema natural, ch'alluma
L'aere d'intorno, e'l tacito focile
D'amor tragge indi un liquido ſottile
Fuoco, che m'arde a la piu algente bruma.
Purpurea ueſta d'un ceruleo lembo
Sparſo di roſe i belli homeri uela,
Nuouo habito, & bellezza unica, & ſola.
Fama nel odorato, & ricco grembo
D'Arabi monti lei ripone, & cela,
Che per lo noſtro ciel ſi altiera uola.

Se Virgilio, & Homero haueſſin uiſto
Quel ſole, il qual ueggi'io con gliocchi miei
Tutte lor forze in dar fama à coſtei
Haurian poſto, & l'un ſtil con l'altro miſto
Di che ſarebbe Enea turbato, & triſto,
Achille, Vlyſſe, & glialtri Semidei,
Et quel, che reſſe anni cinquantaſei
Si bene il mondo, & quel, ch'anciſe Egiſto.
Quel fior antico di uirtuti, & d'arme
Come ſembiante ſtella hebbe con queſto
Nuouo fior d'honeſtate, & di bellezza
Ennio di quel cantò ruuido carme,
Di queſt'altr'io: & ò pur non moleſto
Gli ſia'l mio ingegno, e'l mio lodar nõ ſprezza

Giunto Alexandro à la famoſa tomba
Del fiero Achille ſoſpirando diſſe,
O fortunato, che ſi chiara tromba
Trouaſti, & chi di te ſi alto ſcriſſe:
Ma queſta pura, & candida colomba,
A cui non ſo, s'al mondo mai par uiſſe,
Nel mio ſtil frale aſſai poco rimbomba:
Coſi ſon le ſue ſorti à ciaſcun fiſſe:
Che d'Homero digniſſima, & d'Orpheo
O del paſtor, ch'anchor Mantoua honora,
Ch'andaſſen ſempre lei ſola cantando,
Stella difforme, & fato ſol qui reo
Commiſe à tal, che'l ſuo bel nome adora,
Ma forſe ſcema ſua lode parlando.

Almo Sol quella fronde, ch'io ſola amo
Tu prima amaſti: hor ſola al bel ſoggiorno
Verdeggia, & ſenza par, poi che l'adorno
Suo male, & noſtro uide in prima Adamo.
Stiamo à mirarla, i ti pur prego, & chiamo
O Sole, & tu pur fuggi, & fai d'intorno
Ombrare i poggi, & te ne porti'l giorno,
Et fuggendo mi toi quel, ch'i piu bramo.
L'ombra, che cade da quel humil colle,
Oue fauilla il mio ſoaue fuoco
Oue'l gran lauro fu picciol uerga,
Creſcendo, mentr'io parlo, à gliocchi tolle
La dolce uiſta del beato luogo
Oue'l mio cor con la ſua donna alberga.

Paſſa la naue mia colma d'oblio,
Per aſpro mare à meza notte il uerno
Intra Scylla, & Caryddi, & al gouerno
Siede'l ſignor, anzi'l nemico mio:
A ciaſcun remo un penſier pronto, & rio,
Che la tempeſta e'l fin par c'habbi à ſcherno:
La uela rompe un uento humido eterno
Di ſoſpir, de ſperanze, & di diſio:
Pioggia di lagrimar, nebbia di ſdegni
Bagna, & rallenta le gia ſtanche ſarte,
Che ſon d'error con ignoranza attorto:
Celanſi i duo miei dolci uſati ſegni:
Morta fra l'onde è la ragion, & l'arte
Tal, ch'I'ncomincio à diſperar del porto

Vna candida cerua ſopra l'herba
Verde m'apparue con duo corna d'oro
Fra due riuere à l'ombra d'un alloro
Leuando'l Sole à la ſtagion acerba
Era ſua uiſta ſi dolce & ſuperba,
Ch'i laſciai per ſeguirla ogni lauoro,
Come l'auro, ch'en cercar theſoro
Con diletto l'affanno diſacerba.
Neſſun mi tocchi, al bel collo d'intorno
Scritto hauea di diamanti, & di topazi,
Libera farmi al mio Ceſare parue:
Et era'l Sol gia uolto al mezo giorno,
Gliocchi miei ſtanchi di mirar non ſati,
Quand'io caddi ne l'acqua, & ella ſparue.

Si come eterna uita è ueder Dio,
Ne piu ſi brama, ne bramar piu lice,
Coſi me Donna il uoi ueder felice
Fa in queſto breue, & frale uiuer mio:
Ne uoi ſteſſa, com'hor, bella uid'io
Giamai, ſe uero al cor l'occhio ridice,
Dolce del mio penſier hora beatrice
Che uince ogni alta ſpeme, ogni deſio:
Et ſe non foſſe il ſuo fuggir ſi ratto:
Piu non dimanderei: che s'alcun uiue
Sol d'odore, & tal fama fede acquiſta,
Alcun d'acqua, o di fuoco il guſto, e'l tatto
Acquetan coſe d'ogni dolzor priue,
I perche non de la uoſtr'alma uiſta?

Stiamo Amore à ueder la gloria noſtra
Coſe ſopra natura altiere, & nuoue:
Vedi ben, quanta in lei dolcezza pioue:
Vedi lume, che'l cielo in terra moſtra:
Vedi, quant'arte dora, e'mperla, e'noſtra
L'habito eletto, & mai non uiſto altroue,
Che dolcemente i piedi, & gliocchi moue
Per queſta di bei colli umbroſa chioſtra.
L'herbetta uerde, e i fior di color mille
Sparſi ſotto quell'elce antiqua, & negra
Pregan pur, che'l bel pie li prema, ò tocchi,
E'l ciel di uaghe, & lucide fauille
S'accende intorno, e'n uiſta ſi rallegra
D'eſſer fatto ſeren da ſi begliocchi.

Paſco la mente d'un ſi nobil cibo,
Ch'Ambroſia, et Nettar non inuidio à Gioue:
Che ſol mirando oblio ne l'alma pioue
D'ogni altro dolce, & Lethe al fondo bibo.
Talhor, ch'odo dir coſe, e'n cor deſcribo,
Perche da ſoſpirar ſempre ritroue,
Rapto per man d'amor, non ſo ben doue,
Doppia dolcezza in un uolto delibo:
Che quella uoce infin'al ciel gradita
Suona in parole ſi leggiadre, & care,
Che penſar nol poria, chi non l'ha udita.
Allhor inſieme in men d'un palmo appare
Viſibilmente, quanto in queſta uita
Arte, ingegno, & natura, e'l ciel puo fare.

Laura gentil, che raſſerena i poggi
Deſtando i fior per queſto ombroſo boſco,
Al ſoaue ſuo ſpirto riconoſco,
Per cui conuien, che'n pena, e'n fama poggi
Per ritrouar, oue'l cor laſſo appoggi,
Fuggo dal mio natio dolce aere Thoſco:

Per far lume al penſier torbido, & foſco.
Cerco'l mio Sole, & ſpero uederlo hoggi:
Nel qual prouo dolcezze tante, & tali,
Ch'amor per forza à lui mi riconduce,
Poi ſi m'abbaglia, che'l fuggir m'è tardo.
Io chiederei à ſcampar non arme, anzi ali:
Ma perir mi da'l ciel per queſta luce,
Che da lunge mi ſtruggo, & da preſs'ardo

Di di in di uo cangiando il uiſo, e'l pelo:
Ne pero ſmorſo i dolci ineſcati hami,
Ne ſbranco i uerdi, & inueſcati rami
De l'arbor, che ne ſol cura, ne gielo
Senz'acqua il mare, & ſenza ſtelle il cielo
Fia inanzi, ch'io non ſempre tema, & brami
La ſua bell'ombra, & ch'i non odi, & ami
L'alta piaga amoroſa, che mal celo.
Non ſpero del mio affanno hauer mai poſa
Infin, ch'i mi diſoſſo, & ſneruo, & ſpolpo,
O la nemica mia pieta n'haueſſe:
Eſſer puo in prima ogn'impoſſibil coſa,
Ch'altri che morte, od ella ſani'l colpo,
Ch'amor co ſuoi begliocchi al cor m'impreſſe.

L'aura ſerena, che fra uerdi fronde
Mormorando à ferir nel uolto uiemme,
Fammi riſouuenir, quand'amor diemme
Le prime piaghe ſi dolci, & profonde,
E'l bel uiſo ueder, ch'altri m'aſconde,
Che ſdegno, ò geloſia celato tiemme,
Et le chiome hor'auolte in perle, e'n gemme,
Allhora ſciolte, & ſoura or terſo bionde:
Le quali ella ſpargea ſi dolcemente,
Et raccoglica con ſi leggiadri modi,
Che ripenſando anchor trema la mente:
Torſele il tempo po'in piu ſaldi nodi,
Et ſtrinſe'l cor d'un laccio ſi poſſente,
Che morte ſola fia, ch'indi lo ſnodi.

L'aura celeſte, che'n quel uerde lauro
Spira, ou'amor ferì nel fianco Apollo
Et à me poſe un dolce giogo al collo
Tal, che mia liberta tardi reſtauro,
Puo quello in me, che nel gran uecchio Mauro
Meduſa quando in ſelce transformollo:
Ne poſſo dal bel nodo homai dar crollo,
La'ue'l Sól perde, non pur l'ambra, o l'auro:
Dico le chiome bionde, el creſpo laccio,
Che ſi ſoauemente lega, & ſtringe
L'alma, che d'humilitate, & non d'altr'armo.
L'ombra ſua ſola fa'l mio core un ghiaccio,
Et di bianca paura il uiſo tinge:
Ma gliocchi hanno uirtu di farne un marmo.

L'aura ſoaue al Sole ſpiega & uibra
L'auro, ch'amor di ſua man fila, & teſſe,
La da begliocchi: & da le chiome ſteſſe
Lega'l cor laſſo, e i leui ſpirti cribra.
Non ho medolla in oſſo, o ſangue in fibra,
Ch'i non ſenta tremar, pur ch'i m'appreſſe
Dou'è, chi morte, & uita inſeme ſpeſſe
Volte in frale bilancia appende, & libra,
Vedendo arder i lumi, ond'io m'accendo,
Et folgorar'i nodi, ond'io ſon preſo,
Hor ſu l'homero deſtro, & hor ſul manco,
I nol poſſo ridir, che nol comprendo,
Da ta due luci è l'intellett o offeſo,
Et di tanta dolcezza oppreſſo, & ſtanco.

O bella man, che mi diſtringi'l core,
E'n poco ſpatio la mia uita chiudi,
Man' ou'ogni arte, & tutti loro ſtudi,
Poſer natura, e'l ciel, per farſi honore,
Di cinque perle oriental colore,
Et ſol ne le mie piaghe acerbi, & crudi
Diti ſchietti, ſoaui, à tempo ignudi
Conſente hor uoi per arrichirmi amore.
Candido, leggiadretto, & caro guanto,
Che copria netto auorio, & freſche roſe,
Chi uide al mondo mai ſi dolci ſpoglie:
Coſi haueſs'io del bel uelo altrettanto.
O inconſtantia dell'humane coſe
Pur queſto è furto, & uien, ch'i me ne ſpoglie.

Non pur quell'una bella ignuda mano,
Che con grand mio danno ſi riueſte,
Ma l'altra, & le duo braccia accorte, & preſte
Son à ſtringer il cor timido, & piano.
Lacci amor mille, & neſſun tende in uano
Fra quelle uaghe nuoue forme honeſte,
Ch'adornan ſi lalt'habito celeſte,
Ch'aggiunger nol puo ſtil, ne'ngegno humano,
Gliocchi ſereni, & le ſtellanti ciglia,
La bella bocca angelica di perle
Piena, & di roſe, & di dolci parole,
Che fanno altrui tremar di merauiglia,
Et la fronte, & le chiome, ch'a uederle
Di ſtate à mezzo di uincono il Sole.

Mia uentura, & amor m'haueanſi adorno
D'un bell'aurato, & ſerico trapunto,
Ch'al ſommo del mio ben quaſi era giunto
Penſando meco, à chi fu queſto intorno:
Ne mi riede à la mente mai quel giorno,
Che mi fe ricco, & pouero in un punto,
Chi non ſia d'ira, & di dolor compunto,
Pien di uergogna, & d'amoroſo ſcorno,
Che la mia nobil præda non piu ſtretta
Tenni al biſogno, & non fui piu coſtante
Contra lo sforzo ſol d'un'angioletta,
O fuggendo ale non giunſi à le piante,
Per far almen di quella man uendetta,
Che de gliocchi mi trahe lagrime tante.

D'un bel chiaro polito, & uiuo ghiaccio
Muoue la fiamma, che m'incende, & ſtrugge,
Et ſi le uene, el cor m'aſciuga, & ſugge,
Che'nuiſibilimente i mi disfaccio.
Morte gia per ferire alzato il braccio,
Come irato ciel tona, ò leon rugge,
Va perſeguendo mia uita, che fugge,
Et io pien di paura tremo, & taccio.
Ben porria anchor pieta con amor miſta
Per ſoſtegno di me doppia colonna
Porſi fra l'alma ſtanca, e'l mortal colpo:
Ma io nol credo, ne'l conoſco io uiſta
Di quella dolce mia nemica, & donna:
Ne di cio lei, ma mia uentura incolpo.

Laſſo, ch'i ardo, & altri non m'el crede
Si crede ogni huom, ſe non ſola colei,
Che ſour'ogni altra & ch'i ſola uorrei:
Ella non par che'l creda, & ſi ſe'l uede.
Infinita bellezza, & poca fede,
Non uedete uoi'l cor ne gliocchi miei?
Se non foſſe mia ſtella, i pur deurei
Al fonte di pieta trouar mercede.
Queſt'arder mio, di che ui cal ſi poco
E i uoſtri honori in mie rime diffuſi
Ne porian infiammar fors'anchor mille:
Ch'i ueggio nel penſier, dolce mio fuoco
Fredda una lingua, & duo begliocchi chiuſi

Rimaner dopo noi pien di fauille.

Anima, che diuerſe coſe tante
Vedi, odi, & leggi, & parli, & ſcriui & penſi,
Occhi miei uaghi, & tu fra gli altri ſenſi,
Che ſcorgi al cor l'alte parole ſante,
Per quanto non uoreſte ò poſcia od ante
Eſſer giunti al camin, che ſi mal tienſi,
Per non trouarui i duo bei lumi acceſi,
Ne l'orme impreſſe de l'amate piante?
Hor con ſi chiara luce, & con tai ſegni
Errar non deſſi in quel breue uiaggio,
Che ne puo far d'eterno albergo degni.
Sforzati al cielo ò mio ſtanco coraggio
Per la nebbia entro de ſuoi dolci ſdegni
Seguendo i paſſi honeſti, e'l diuo raggio.

Dolci ire, dolci ſdegni, & dolci paci
Dolce mal, dolce affanno, & dolce peſo
Dolce parlar, & dolcemente inteſo,
Hor di dolce ora, hor pien di dolci faci
Alma non ti lagnar, ma ſoffra, & taci,
Et tempra il dolce amaro, che n'ha offeſo
Col dolce honor, che d'amar quella hai preſo,
A cu'io diſſi, Tu ſola mi piaci.
Forſe anchor fia, chi ſoſpirando dica
Tinto di dolce inuidia aſſai ſoſtenne
Per belliſſimo amor queſt'al ſuo tempo,
Altri ò fortuna à gliocchi miei nemica
Perche non la uid'io? perche non uenne
Ella piu tardi, ò uer'io piu per tempo?

CANZONE.

S'i'l diſſi mai, chi uenga in odio à quella,
Del cui amor uiuo, & ſenza'l qual morei:
S'i'l diſſi, che'miei di ſian pochi, & rei
Et di uil ſignoria l'anima ancella:
S'i'l diſſi, contra me s'arme ogni ſtella,
Et dal mio lato ſia
Paura, & geloſia,
Et la nemica mia
Piu feroce uer me ſempre, & piu bella.
S'i'l diſſi, amor l'aurate ſue quadrella
Spenda in me tute, & l'impiombate in lei:
S'i'l diſſi, cielo, & terra, huomini, & Dei
Mi ſian contrari, & eſſa ogni hor piu fella:
S'i'l diſſi, chi con ſua cieca facella
Dritto à morte m'inuia,
Pur, come ſuol ſi ſtia,
Ne mai piu dolce, ò pia
Ver me ſi moſtri in atto, od in fauella,
S'i'l diſſi mai, di quel, ch'i men uorrei,
Piena troui queſt'aſpra, & breue uia:
S'i'l diſſi, il fiero ardor, che mi diſuia,
Creſca in me, quanto'l fier ghiaccio in coſtei:
S'i'l diſſi, unqua non ueggian gliocchi miei
Sol chiaro, ò ſua ſorella,
Ne donna, ne donzella,
Ma terribil procella,
Qual Pharaone in perſegnir gli Hebrei
S'i'l diſſi, co i ſoſpir, quant'io mai fei
Sia pietà per me morta, & corteſia:
S'i'l diſſi, il dir s'inaſpri, che s'udia
Si dolce allhor, che uinto mi rendei.
S'i'l diſſi, io ſpiaccia à quella, ch'i torrei
Sol chiuſa in foſca cella
Dal di, che la mammella
Laſciai, fin che ſi ſuelſa
Da me l'alma, adorar: forſe'l farei
Ma s'io nol diſſi, che ſi dolce apria
Mio cor à ſpeme nell'eta nouella,
Regga anchor queſta ſtanca nauicella
Col gouerno di ſua pieta natia,
Ne diuenti altra, ma pur, qual ſolia,
Quando piu non potei,
Che me ſteſſo perdei,
Ne piu perder deurei
Mal fa, chi tanta fe ſi toſto oblia.
Io nol diſſi giamai, ne dir poria
Per oro, ò per citadi, ò per caſtella
Vinca il uer dunque, & ſi rimanga in ſella,
Et uinta à terra caggia la buggia
Tu ſai in me il tutto Amor: s'ella ne ſpia,
Dinne quel, che dir dei:
I beato direi
Tre uolt, & quattro, & ſei,
Chi deuendo languir ſi mori pria.
Per Rachel ho ſeruito, & non per Lia:
Ne con altra saprei
Viuer, & ſoſterrei,
Quando'l ciel ne rappella,
Girmen con ella in ſu l' carro d'Helia.

CANZONE.

Ben mi credea paſſar mio tempo homai,
Come paſſato hauea queſt'anni à dietro,
Senz'altro ſtudio, & ſenza noui ingegni:
Hor, poi che da madonna i non impetro
L'uſata aita, à in che condotto m'hai,
Tu'l uedi Amor, che tal arte m'inſegni:
Non ſo, s'i me ne ſdegni,
Che'n queſta eta, mi fai diuenir ladro
Del bel lume leggiadro
Senza'l qual non uiurei tanti affanni:
Coſi haueſs'io i prim'anni
Preſo lo ſtil, c'hor prender mi biſogna:
Che'n giouenil fallire è men uergogna.
Gliocchi ſoaui, ond'io ſoglio hauer uita,
Delle diuine lor alte bellezze
Furmi in ſul cominciar tanto corteſi,
Che'n guiſa d'huom, cui non proprie richezze,
Ma celato di fuor ſoccorſo aita,
Viſſimi: che ne lor, ne altri offeſi.
Hor bench'à me ne peſi,
Diuento ingiurioſo, & importuno:
Che'l pouerel digiuno
Vien ad atto talhor, che'n miglior ſtato
Hauria in altrui biaſmato.
Se le man di pieta inuidia m'ha chiuſe,
Fame amoroſa, e'l non poter mi ſcuſe:
Ch'i ho cercate gia uie piu di mille,
Per prouar ſenza lor, ſe mortal coſa
Mi poteſſe tener'in uita un giorno:
L'anima poi ch'altroue non ha poſa,
Corre pur'à l'angeliche fauille,
Et io, che ſon di cera, al fuoco torno,
Et pongo mente intorno,
Oue ſi fa men guardia à quel ch'i bramo
Et com augello in ramo,
Oue men teme, iui piu toſto è colto,
Coſi dal ſuo bel uolto
L'inuolo hor uno, & hor un'altro ſguardo
Et di cio inſieme mi nutrico, & ardo.
Di mia morte mi paſco, & uiuo in fiamme,
Strano cibo, & mirabil Salamandra:
Ma miracol non è, da tal ſi uuole.
Felice agnello à la penoſa mandra
Mi giacqui un tempo: hor à l'eſtremo fame
Et fortuna, & amor pur, come ſole:
Coſi roſe, & uiole
Ha primauera, e'l uerno ha neue, & ghiaccio:
Pero s'i mi procaccio

 Quinci

Quinci & quindi alimenti al uiuer curto,
Se uol dir, che ſia furto,
Si ricca donna deue eſſer contenta,
S'altri uiue del ſuo, ch'ella nol ſenta.
Chi nol ſa, di ch'io uiuo, & uiſſi ſempre
Dal di, che prima que begliocchi uidi,
Che mi fecer cangiar uita, & coſtume,
Per cercar terra, & mar da tutti lidi.
Chi puo ſauer tutte l'humane tempre?
L'un uiue ecco d'odor la ſul gran fiume:
Io qui di fuoco, & lume
Queto i frali, & famelici miei ſpirti.
Amor (& uo ben dirti)
Diſconuienſi à ſignor l'eſſer ſi parco.
Tu hai li ſtrali, & l'arco:
Fa di tua man, non pur bramando, i muora:
Ch'un bel morir tutta la uita honora.
Chiuſa fiamma è piu ardente, & ſe pur creſce,
In alcun modo piu non puo celarſi:
Amor i'l ſo, che'l prouo à le tue mani.
Vedeſti ben, quando ſi tacito arſi:
Hor de miei gridi à me medeſmo increſce:
Che uo' nuiando & proſſimi & lontani.
O mondo, ò penſier uani.
O mia forte uentura à che m'adduce:
O di che uaga luce
Al cor mi nacque la tenace ſpene,
Onde l'annoda, & preme
Quella, che con tua forza al fin mi mena.
La colpa è uoſtra, & mio'l danno, & la pena.
Coſi di ben amar porto tormento,
Et del peccato altrui cheggio perdono,
Anzi del mio: che deuea torcer gliocchi
Dal troppo lume, & di Sirene al ſuono
Chiuder gliorecchi: et anchor non men'pento
Che di dolce ueleno il cor trabocchi.
Aſpett'io pur, che ſcocchi
L'ultimo colpo, chi mi diede il primo.
Et fia, s'i'l dritto eſtimo,
Vn modo di pietate occider toſto,
Non eſſend'ei diſpoſto
A far'altro di me, che quel, che ſoglia:
Che ben muor, chi morendo eſce di doglia.
Canzon mia fermo in campo
Starò: ch'egli è diſnor, morir fuggendo,
Et me ſteſſo riprendo
Di tai lamenti, ſi dolce è mia ſorte,
Pianto, ſoſpiri, & morte.
Seruo d'amor, che queſte rime leggi,
Ben non ha'l mondo, che'l mio mal pareggi.

Rapido fiume, che d'alpeſtra uena
Rodendo intorno, onde'l tuo nome prendi,
Notte, & di meco diſioſo ſcendi,
Ou'amor me, te ſol natura mena,
Vattene inanzi: il tuo corſo non frena,
Ne ſtanchezza, ne ſonno, & pria, che rendi
Suo dritto al mar, fiſo, u ſi moſtri, attendi
L'herba piu uerde, & l'aria piu ſerena:
Iui è quel noſtro uiuo, & dolce Sole,
Ch'adorna, e'nfiora la tua riua manca:
Forſe (ò che ſpero) il mio tardar le dole.
Baſciale'l piede, o la man bella, & bianca:
Dille, il baſciar ſie'n uece di parole:
Lo ſpirto è pronto, ma la carne è ſtanca.

I dolci colli, ou'io laſcial me ſteſſo
Partendo, onde partir giamai non poſſo,
Mi uanno inanzi, & emmi ognihor à doſſo
Quel caro peſo, ch'amor m'ha commeſſo.
Meco di me mi marauiglio ſpeſſo,
Ch'i pur uo ſempre, & non ſon'anchor moſſo
Dal bel giogo piu uolte indarno ſcoſſo:
Ma com'piu me n'allungo, & piu m'appreſſo:
Et qual ceruo ferito di ſaetta
Col ferro auelenato dentr'al fianco
Fugge, & piu duolſi, quanto piu s'affretta,
Tal'io con quello ſtral dal lato manco,
Che mi conſuma, & parte mi diletta,
Di duol mi ſtruggo, & di fuggir mi ſtanco.

Non dall'Hiſpano Hibero à l'Indo Hidaſpe
Ricercando del mar ogni pendice.
Ne dal lito uermiglio à l'onde Caſpe,
Ne'n ciel, ne'n terra è piu d'una Phenice.
Qual deſtro coruo, ò qual manca cornice
Cant'il mio fato, ò qual Parca l'innaſpe?
Che ſol trouo pieta ſorda, com'aſpe,
Miſero, onde ſperaua eſſer felice:
Ch'i non uo dir di lei, ma, chi la ſcorge,
Tutto'l cor di dolcezza, & damor l'empie,
Tanto n'ha ſeco, & tant'altrui ne porge:
Et per far mie dolcezze amare, & empie,
O s'infinge, ò non cura, o non s'accorge
Del fiorir queſte inanzi tempo tempie.

Voglia mi ſprona: amor mi guida, & ſcorge
Piacer mi tira: uſanza mi traſporta:
Speranza mi loſinga, & riconforta:
Et la man deſtra al cor gia ſtanco porge:
Il miſero la prende, & non s'accorge
Di noſtra cieca, & disleale ſcorta:
Regnano i ſenſi, & la ragion'è morta:
De l'un uago diſio l'altro riſorge.
Virtute, honor, bellezza, atto gentile,
Dolci parole à i bei rami m'han giunto,
Oue ſoauemente il cor s'inueſca.
Mille trecento uentiſette a punto
Su l'hora prima il di ſeſto d'aprile
Nel labyrintho intrai, ne ueggio, ond'eſca.

Beato in ſogno, & di languir contento,
D'abbracciar l'ombre, & ſeguir l'aura eſtiua:
Nuoto per mar, che non ha fondo, o riua
Solco onde e'n rena fondo, & ſcriuo in uento
E'l Sol uagheggio ſi, che gli ha gia ſpento
Col ſuo ſplendor la mia uirtu uiſiua,
Et una cerua errante, & fuggitiua
Caccio con un bue zoppo, e'nfermo, & lento.
Cieco, & ſtanco ad ognaltro, ch'al mio danno,
Il qual di, & notte palpitando cerco,
Sol amor, & Madonna, & morte chiamo.
Coſi uent'anni, graue & lungo affanno,
Pur lagrime, & ſoſpiri, & dolor merco:
In tale ſtella preſi l'eſca, & l'hamo.

Gratie, ch'à pochi'l ciel largo deſtina:
Rara uirtu, non gia d'humana gente:
Sotto biondi capei canuta mente,
E'n humil donna alta belta, diuina,
Leggiadria ſingulare, & pellegrina,
E'l cantar, che nell'anima ſi ſente:
L'andar celeſte, e'l uago ſpirto ardente,
Ch'ogni dur rompe, & ogni altezza inchina,
Et que begliocchi, che i cor fanno ſmalti,
Poſſenti à riſchiarar abiſſo, & notti,
Et torre l'alme à corpi, & darle altrui,
Col dir pien d'intelletti dolci, & alti,
Co i ſoſpir ſoauemente rotti,
Da queſti magi traſformato fui.

Canzone.

CANZONE.

Anzi tre dì creata era alma in parte
Da por ſua cura in coſe altiere, & nuoue,
Et diſpregiar di quel, ch'a molti è 'n pregio,
Queſt'anchor dubbia del fatal ſuo corſo
Sola penſando pargoletta, & ſciolta
Intro di primauera in un bel boſco
Era un tenero fior nato in quel boſco
Il giorno auanti, & la radice in parte,
Ch'appreſſar nol potea anima ſciolta:
Che u'eran di lacciuo forme ſi nuoue,
Et tal piacer precipitaua al corſo,
Che perder libertate iu'era in pregio.
Caro, dolce, alto, & faticoſo pregio,
Che ratto mi uolgeſti al uerde boſco,
Uſato di ſuiarne à mezo il corſo:
Et ho cerco poi 'l mondo à parte à parte,
Se uerſi, ò pietre, ò ſucco d'herbe nuoue
Mi rendeſſer'un dì la mente ſciolta.
Ma laſſo, hor ueggio, che la carne ſciolta
Fia di quel nodo, ond'è 'l ſuo maggior pregio,
Prima, che medicine antiche, ò nuoue
Saldin le piaghe, ch'i preſi 'n quel boſco
Folto di ſpine: ond'i ho ben tale parte,
Che zoppo n'eſco, e 'ntra'ui à ſi gran corſo.
Pien di lacci, & di ſtecchi un duro corſo
Haggio à fornire, oue leggiera, & ſciolta
Pianta haurebbe uopo, & ſana d'ogni parte:
Ma tu Signor, c'hai di pietate il pregio:
Porgimi la man deſtra in queſto boſco:
Vinca 'l tuo Sol le mie tenebre nuoue.
Guarda 'l mio ſtato à le uaghezze nuoue,
Che 'nterrompendo di mia uita il corſo
M'han fatto habitator d'ombroſo boſco:
Rendimi, s'eſſer puo, libera, & ſciolta
L'errante mia conſorte: & fia tuo 'l pregio,
S'anchor teco la truouo in miglior parte.
Hor ecco in parte le queſtion mie nuoue,
S'alcun pregio in me uiue, o 'n tutto è corſo,
O l'alma ſciolta, o ritenuta al boſco.

In nobil ſangue uita humile, & queta,
Et in alto intelletto un puro core,
Frutto ſenile in ſul giouenil fiore,
E 'n aſpetto penſoſo anima lieta
Raccolto h'an queſta donna il ſuo pianeta,
Anzi 'l re delle ſtelle, e 'l uero honore,
Le degne lode, e 'l gran pregio, e 'l ualore,
Ch'è da ſtancar ogni diuin poeta.
Amor s'è in lei con honeſtate aggiunto,
Con beltà naturale habito adorno,
Et un atto, che parla con ſilentio,
Et non ſo che ne gliocchi, che 'n un punto
Puo far chiara la notte, oſcuro il giorno,
E 'l mel amaro, & addolcir l'aſſenno.

Tutto il dì piango, & poi la notte, quando
Prendon riposo i miſeri mortali,
Trouom' in pianto, & raddoppiarſi i mali:
Coſi ſpendo 'l mio tempo lagrimando.
In triſto humor uo gliocchi conſumando,
E 'l cor in doglia, & ſon tra gli animali
L'ultimo ſi, che gli amoroſi ſtrali
Mi tengon'ad ogni hor di pace in bando.
Laſſo, che pur dall'uno à l'altro Sole
Et dall'un'ombra à l'altra ho già 'l piu corſo
Di queſta morte, che ſi chiama uita.
Piu l'altrui fallo, che 'l mio mal mi dole,
Che pietà uiua, e 'l mio fido ſoccorſo
Vedem'arder nel fuoco, & non m'aita.

Già deſiai con ſi giuſta querela,
E 'n ſi feruide rime farmi udire,
Ch'un foco di pietà feſſi ſentire
Al duro cor, ch'à mezza ſtate gela,
Et l'empia nube, che 'l raffredda, & uela,
Rompeſſe à l'aura del mi' ardente dire,
O feſſi quel altrui 'n odio uenire,
Che belli, onde mi ſtrugge, occhi mi cela.
Hor non odio per lei, per me pietate
Cerco, che quel non uo, queſto non poſſo,
Tal fu mia ſtella, & tal mia cruda ſorte,
Ma canto la diuina ſua beltade,
Che quand'i ſia di queſta carne ſcoſſo,
Sappia 'l mondo, che dolce è la mia morte.

Tra quantunque leggiadre donne, & belle
Giunga coſtei, ch'al mondo non ha pare.
Col ſuo bel uiſo ſuol de l'altre fare.
Quel, che fa 'l dì delle minori ſtelle,
Amor par ch'à l'orecchie mi fauelle
Dicendo, Quanto queſta in terra appare
Fia 'l uiuer bello, & poi 'l uedrem turbare,
Perir uirtuti, e 'l mio regno con elle.
Come natura al ciel la luna, e 'l Sole,
Al'aere i uenti, à la terra herbe, & fronde,
Al'huomo & l'intelletto, & le parole,
Et al mar ritoglieſſe i peſci & l'onde,
Tanto, & piu fien le coſe oſcure, & ſole,
Se morte gliocchi ſuoi chiude, & aſconde.

Il cantar nouo, e 'l pianger de gli augelli
In ſul dì fanno reſentir le ualli,
E 'l mormorar di liquidi criſtalli
Giu per lucidi freſchi riui, & ſnelli.
Quella, c'ha neue il uolto, oro i capelli,
Nel cui amor non fur mai inganni, ne falli,
Deſtami al ſuon de gliamoroſi balli
Pettinando al ſuo uecchio i bianchi uelli.
Coſi me ſueglio à ſalutar l'aurora,
E 'l Sol, ch'è ſeco, & piu l'altro, ond'io fui
Ne prim'anni abbagliato, & ſono anchora.
I gli ho ueduti alcun giorno ambedui
Leuarſi inſieme, e 'n un punto, e 'n un hora,
Quel far le ſtelle, & queſto ſparir lui.

Onde tolſe amor l'oro, & di qual uena,
Per far due treccie bionde, e 'n quali ſpine
Colſe le roſe, e 'n qual piaggia le brine
Tenere, & freſche, & die lor polſo, & lena?
Onde le perle, in ch'ei frange, & affrena
Dolci parole, honeſte, & pellegrine?
Onde tante bellezze, & ſi diuine
Di quella fronte piu che 'l ciel ſerena?
Da quali angeli moſſe, & di qual ſpera
Quel celeſte cantar, che mi disface
Si, che m'auanza homai da disfar poco?
Di qual Sol nacque l'alma luce altiera
Di que begliocch'ond'i ho guerra, & pace,
Che mi cuocono 'l cor in ghiaccio, e 'n fuoco.

Qual mio deſtin, qual forza, ò qual inganno
Mi riconduce diſarmato al campo
La' ue ſempre ſon uinto, & s'io ne ſcampo.
Marauiglia n'hauro, s'i muoro, il danno?
Danno non già, ma prò, ſi dolci ſtanno
Nel mio cor le fauille, e 'l chiaro lampo,
Che l'abbaglia & lo ſtrugge, e 'n ch'io m'auampo,
Et ſon già ardendo nel uigeſim'anno.
Sento i meſſi di morte, oue apparire
Veggio i begliocchi, & folgorar da lunge:

Poi, s'auuien ch'appreſſando à me li gire,
Amor con tal dolcezza m'unge, & punge:
Ch'i nol ſo ripenſar, non che ridire:
Che ne 'ngegno, ne lingua al uero aggiunge.

Liete, & penſoſe, accompagnate, & ſole
Donne, che ragionando ite per uia:
Ou'è la uita, ou'è la morte mia?
Perche non è con uoi, com'ella ſole?
Liete ſiam per memoria di quel Sole
Dogliose per ſua dolce compagnia,
Laqual ne toglie inuidia & geloſia
Che d'altrui ben quaſi ſuo mal, ſi duole.
Chi pon freno à gli amanti, ò da lor legge?
Neſſun' à l'alma, al corpo ira, & aſprezza:
Queſta hora in lei, tallhor ſi proua in noi.
Ma ſpeſſo ne la fronte il cor ſi legge,
Si uedemmo oſcurar l'alta bellezza,
Et tutti rugiadoſi gli occhi ſuoi

Quando 'l Sol bagna in mar l'aurato carro,
Et l'aer noſtro, & mia mente imbruna,
Col cielo, & con le ſtelle, & con la Luna
Vn'angoſcioſa & dura notte inarro:
Poi laſſo à tal, che non m'aſcolta, narro
Tutte le mie fatiche ad una ad una,
Et col mondo, & con mia cieca Fortuna,
Con amor, con madonna, & meco garro.
Il ſonno è 'n bando, & del ripoſo è nulla:
Ma ſoſpiri, & lamenti infin' à l'alba
Et lagrime, che l'alma à gli occhi inuia.
Vien poi l'aurora & l'aura foſca inalba
Me no, ma 'l Sol, che 'l cor m'arde, & traſtulla:
Quel puo ſol addolcir la doglia mia

S'una fede amoroſa, un cor non finto
Vn languir dolce, un diſiar corteſe,
S'honeſte uoglie in gentil fuoco acceſe,
S'un lungo error in cieco laberintho,
Se ne la fronte ogni penſier depinto,
Od in uoci interrotte à pena inteſe,
Hor da paura, hor da uergogna offeſe,
S'un pallor di uiola, & d'amor tinto,
S'hauer altrui piu caro, che ſe ſteſſo,
Se lagrimar & ſoſpirar mai ſempre
Paſcendoſi di duol, d'ira, & d'affanno,
S'arder da lunge, & agghiacciar da preſſo
Son le cagion, ch'amando i mi diſtempre,
Voſtro donna 'l peccato, & mio fia 'l danno.

Dodici donne honeſtamente laſſe,
Anzi dodici ſtelle, e 'n mezzo un Sole
Vidi in una barchetta allegre, & ſole,
Qual non ſo, s'altra mai onde ſolcaſſe:
Simil non credo, che Iaſon portaſſe
Al uello, ond'oggi ogni huom ueſtir ſi uuole,
Ne 'l paſtor, di che anchor Troia ſi duole,
De qua duo tal romor al mondo faſſe.
Poi le uidi in un carro triumphale,
Et Laura mia con ſuoi ſanti atti ſchifi
Sederſi in parte, & cantar dolcemente,
Non coſe humane, ò uiſion mortale,
Felice Automedon, felice Tiphi,
Che conduceſte ſi leggiadra gente.

Paſſer mai ſolitario in alcun tetto
Non fu, quant'io, ne fiera in alcun boſco,
Chi non ueggio 'l bel uiſo, & non conoſco
Altro Sol, ne queſt'occhi hann'altro obbietto.
Lagrimar ſempre è 'l mio ſommo diletto,
Il rider doglia, il cibo aſſentio, & toſco,
La notte affanno, e 'l ciel ſeren m'è foſco,
Et duro campo di battaglia il letto,
Il ſonno è ueramente, qual huom dice,
Parente della morte, e 'l cor ſottragge
A quel dolce penſier, che 'n uita il tene.
Sole al mondo paeſe almo, felice
Verdi riue, fiorite ombroſe, piagge
Voi poſſedete, & io piango 'l mio bene

Aura, che quelle chiome blonde, & creſpe
Circondi, & moui, & ſe moſſa da loro
Soauemente, & ſpargi quel dolce oro,
Et poi 'l raccogli, e 'n bei nodi 'l rincreſpe,
Tu ſtai ne gli occhi, ond'amoroſe ueſpe
Mi pungon ſi, che 'n fin qua il ſento, & ploro,
Et uacillando cerco il mio theſoro,
Com'animal, che ſpeſſo adombra, e 'ncespa
C'hor mel par ritrouar, & hor m'accorgo,
Ch'i ne ſon lunge, hor mi ſolleuo, hor caggio,
C'hor quel ch'i bramo, hor quel ch'è uero ſcorgo
Aer felice col bel uiuo raggio
Rimanti, & tu corrente, & chiaro gorgo:
Che non poſs'io cangiar teco uiaggio?

Amor con la man destra il lato manco
M'aperſe, & pianton'entro in mezzo 'l core
Vn lauro uerde ſi, che di colore
Ogni ſmeraldo hauria ben uinto & ſtanco,
Vomer di pena, con ſuſpir del fianco,
E 'l piouer giu da gli occhi un dolce humore
L'adornar ſi, ch'al ciel n'ando l'odore.
Qual non ſo gia, ſe d'altre frondi unquanco.
Fama, honor', & uirtute, & leggiadria,
Caſta bellezza in habito celeſte
Son le radici della nobil pianta.
Tal la mi truouo al petto, oue ch'i ſia,
Felice incarco, & con preghiere honeſte
L'adoro e 'nchino, come coſa ſanta.

Cantai, hor piango, & non men di dolcezza
Del pianger prendo, che del canto preſi:
Ch'à la cagion, non à l'effetto inteſi
Son i miei ſenſi uaghi pur d'altezza:
Indi & manſuetudine, & durezza,
Et atti fieri, & humili, & corteſi
Porto egualmente, ne mi grauan peſi,
Ne l'arme mie punta di ſdegni ſpezza.
Tengan dunque uer me l'uſato ſtile
Amor, Madonna, il mondo, & mia fortuna
Ch'i non penſo eſſer mai, ſe non felice.
Arda, ò muora, ò languiſca, un piu gentile
Stato del mio non è ſotto la luna,
Si dolce è del mio amaro la radice.

I pianſi, hor canto: che 'l celeſte lume
Quel uiuo Sole à gli occhi miei non cela,
Nel qual honeſto amor chiaro riuela
Sua dolce forza, & ſuo ſanto coſtume:
Onde ſuol trar di lagrime tal fiume
Per accorciar del mio uiuer la tela,
Che non pur ponte, ò guado, ò remi, ò uela,
Ma ſcampar non poteanmi ale, ne piume,
Si profond'era, & di ſi larga uena
Il pianger mio, & ſi longe la riua,
Ch'i u'aggiungeua col penſier à pena.
Non lauro, ò palma, ma tranquilla Oliua
Pieta mi manda, e 'l tempo raſſerena,
E 'l pianto aſciuga, & uuol anchor, ch'i uiua.

I mi uiuo

I mi uiuea 'l mia ſorte contento
Senza lagrime, & ſenza inuidia alcuna:
Che s'altro amante ha piu deſtra fortuna,
Mille piacer non uaglion un tormento.
Hor que begliocchi, und'io mai non mi pento
Delle mie pene, & men non ne uoglio una,
Tal nebbia copre, ſi grauoſa, & bruna,
Che'l Sol della mia uita ha quaſi ſpento.
O natura pietoſa, & fiera madre
Onde tal poſſa, & ſi contrarie uoglie
Di far coſe, & disfar tanto leggiadre:
D'un uiuo fonte ogni poder s'accoglie:
Ma tu come'l conſenti ò ſommo padre,
Che del tuo caro dono altri ne ſpoglie?

Vincitore Aleſſandro l'ira uinſe,
Et fel minor in parte, che Philippo:
Che li ual, ſe Pirgotele, & Liſippo
L'intagliar ſolo, & Apelle il dipinſe?
L'ira Tideo à tal rabbia ſoſpinſe,
Che morend'ei ſi roſe Menalippo,
L'ira cieco del tutto, non pur lippo
Fatto hauea Silla, à l'ultimo l'eſtinſe.
Sa'l Valentinian, ch'à ſimil pena
Ira conduce, & ſal quei, che ne muore,
Aiace in molti, & po'in ſe ſteſſo forte.
Ira è breue furor, &, chi nol frena,
E furor lungo, che'l ſuo poſſeſſore
Speſſo à uergogna, talhor mena à morte.

Qual uentura mi fu, quando da l'uno
De duo i piu begliocchi, che mai furo,
Mirandol di dolor turbato, & ſcuro
Moſſe uirtu, che fe'l mio infermo, & bruno.
Send'io tornato à ſoluer il digiuno
Di ueder lei, che ſola al mondo curo,
Fummi'l ciel, & amor men che mai duro,
Se tutte altre mie gratie inſieme aduno:
Che dal deſtr'occhio, anzi dal deſtro Sole
Della mia donna al mio deſtr'occhio uenne
Il mal, che mi diletta, & non mi duole:
Et pur, come intelletto haueſſe, & penne,
Paſſo, quaſi una ſtella, che'n ciel uole,
Et natura, & pietate il corſo tenne.

O cameretta, che gia foſti un porto
A le graui tempeſte mie diurne,
Fonte ſe hor di lagrime notturne,
Che'l di celate per uergogna porto.
O letticciuolo che requie eri, & conforto
In tanti affanni, di che dolioſe urne
Ti bagna amor con quelle mani eburne
Solo uer me crudeli à ſi gran torto?
Ne pur il mio ſecreto, e'l mio riposo
Fuggio, ma piu me ſteſſo, e'l mio penſiero:
Che ſeguendol talhor leuomi à uolo.
Il uulgo à me nemico & odioſo
(Ch'il penſò mai?) per mio refugio chero,
Tal paura ho di ritrouarmi ſolo.

Laſſo, amor mi traſporta, ou'io non uoglio,
Et ben m'accorgo, che'l deuer ſi uarca:
Onde à chi nel mio cor ſiede monarca
Son importuno aſſai piu ch'i non ſoglio:
Ne mai ſaggio nocchier guardo da ſcoglio
Nacque di merci pretioſe carca,
Quant'io ſempre la debile mia barca
Da le percoſſe del ſuo duro orgoglio.
Ma lagrimoſa pioggia, & fieri uenti
D'infiniti ſoſpiri hor l'hanno ſpinta:
Ch'è nel mio mar horribil notte, & uerno:
Ou'altrui noie, à ſe doglie & tormenti
Porta, & non altro, gia da l'onde uinta,
Diſarmata di uele, & di gouerno.

Amor'io fallo, & ueggio il mio fallire:
Ma fo ſi, com'huom, ch'arde, e'l fuoco ha'n ſeno:
Che'l duol pur creſce, & la ragion uien meno
Et è gia quaſi uinta dal martire.
Solea frenare il mio caldo diſire,
Per non turbar il bel uiſo ſereno:
Non poſſo piu: di man m'hai tolto il freno,
Et l'alma diſperando ha preſo ardire.
Pero s'oltra ſuo ſtile ella s'auenta,
Tu'l fai, che ſi l'accendi & ſi la ſproni,
Ch'ogni aſpra uia per ſua ſalute tenta,
Et piu'l fanno i celeſti, & rari doni,
C'ha in ſe Madonna: hor fa'l men, ch'ella il ſenta,
Et le mie colpe à ſe ſteſſa perdoni.

CANZONE.

Non ha tanti animali il mar fra l'onde,
Ne laſsù ſopra'l cerchio della Luna
Vide mai tante ſtelle alcuna notte,
Ne tanti augelli albergan per li boſchi,
Ne tant'herbe hebbe mai campo, ne piaggia,
Quant'ha'l mio cor penſier ciaſcuna ſera.
Di di in di ſpero homai, l'ultima ſera
Che ſceuri in me dal uiuo terren l'onde,
Et mi laſci dormir in qualche piaggia.
Che tanti affanni huom mai ſotto la Luna
Non ſofferſe, quant'io: ſannolſi i boſchi,
Che ſol uo ricercando giorno, & notte.
I non hebbi giamai tranquilla notte:
Ma ſoſpirando andai mattino & ſera,
Poi ch'amor femmi un citadin de boſchi:
Ben fia in prima, ch'io poſi, il mar ſenz'onde,
Et la ſua luce haura'l Sol dalla Luna,
E i fior d'april morranno in ogni piaggia.
Conſumando mi uo di piaggia in piaggia
Il di penſoſo, poi piango la notte,
Ne ſtato ho mai, ſe non quanto la Luna.
Ratto, come imbrunir ueggio la ſera,
Soſpir del petto, & de gliocchi eſcon onde,
Da bagnar l'herbe, & da crollare i boſchi.
Le citta ſon nemiche, amici i boſchi
A miei penſier, che per queſt'alta piaggia
Sfogando uo col mormorar dell'onde
Per lo dolce ſilentio de la notte
Tal, ch'io aſpetto tutto il di la ſera,
Che'l Sol ſi parta, & dia luogho à la Luna.
Deh hor foſs'io col uago della Luna
Adormentato in qualche uerdi boſchi:
Et queſta, ch'anzi ueſpro à me fa ſera,
Con eſſa, & con amor in quella piaggia
Sola ueniſſe à ſtarſi ui una notte,
E'l di ſi ſteſſe, e'l Sol ſempre ne l'onde.
Sovra dure onde al lume della Luna
Canzon nata di notte in mezzo i boſchi
Ricca piaggia uedrai diman da ſera.

Real natura, angelico intelletto,
Chiar'alma, pronta uiſta, occhio ceruiero,
Prouidentia ueloce, alto penſiero,
Et ueramente degno di quel petto:
Sendo di donne un bel numero eletto
Per adornar il di feſto, & altiero,
Subito ſcorſe il buon giudicio intiero
Fra tanti, & ſi bei uolti il piu perfetto:
L'altre maggior di tempo, ò di fortuna
Trarſi in diſparte commando con mano,

Et caramente accolſe à ſe quell'una:
Gliocchi, & là fronte coo ſembiante humano
Baſciolle ſi, che rallegro ciaſcuna,
Me empie d'inuidia l'atto dolce, & ſtrano.

CANZONE.

La uer, l'aurora, che ſi dolce l'aura
Al tempo nuouo ſuol mouer' i fiori,
Et gli augelletti incominciar lor uerſi,
Si dolcemente i penſier dentro à l'alma
Mouermi ſento à chi gli ha tutti in forza,
Che ritornar conuiemmi à le mie note.
Temprar poteſs'io in ſi ſoaui note
I miei ſoſpiri, ch'addolciſſen Laura
Facendo à lui ragion, ch'à me fa forza:
Ma pria fia'l uerno la ſtagion de fiori:
Ch'amor fioriſca in quella nobil alma,
Che non curo giamai rime, ne uerſi.
Quante lagrime laſſo, & quanti uerſi
Ho gia ſparti al mio tempo, e'n quante note
Ho riprouato humiliar quell'alma,
Ella ſi ſta pur, com'aſpr'alpe à l'aura
Dolce, laqual ben muoue frondi, & fiori,
Ma nulla puo, ſe'ncontra maggior forza.
Huomini, & Dei ſolea uincer per forza
Amor, come ſi legge in proſa, e'n uerſi.
Et io'l prouai in ſul primo aprir de fiori:
Hora ne'l mio ſignor, nelle ſue note,
Ne'l pianger mio, ne i preghi pon far Laura
Trarre ò di uita, ò di martir queſt'alma,
Al'ultimo biſogno o miſer'alma
Accampa ogni tuo ingegno, ogni tua forza,
Mentre fra noi di uita alberga l'aura,
Null'al mondo è, che non poſſano i uerſi:
Et gli aſpidi incantar ſanno io lor note,
Non che'l gielo adornar di nuoui fiori.
Ridon' hor per le piagge herbette, & fiori:
Eſſer non puo, che quell'angelic' alma
Non ſenta'l ſuon dell'amoroſe note.
Se noſtra ria fortuna è di piu forza,
Lagrimando, & cantando i noſtri uerſi,
Et col bue zoppo andrem caciando l'aura.
In rete accolgo l'aura, e'n ghiaccio i fiori.
E'n uerſi tento ſorda, & rigid' alma,
Che ne forza d'amor prezza, ne note.

I ho pregato amor, & nel riprego,
Che mi ſcuſi apo uoi dolce mia pena,
Amaro mio diletto, ſe con piena
Fede dal dritto mio ſentier mi piego.
I nol poſſo negar Donna, & nol nego,
Che la ragion, ch'ogni buon'alma affrena,
Non ſia dal uoler uinta; ond'ei mi mena
Talhor in parte, ou'io per forza il ſego.
Voi con quel cor, che di ſi chiaro ingegno,
Di ſi alta uirtute, il cielo alluma,
Quanto mai piouue da benigna ſtella,
Deuete dir pietoſa, & ſenza ſdegno,
Che puo queſti altro? il mio uolto'l conſuma,
Ei perche ingordo, & io perche ſi bella.

L'alto ſignor, dinanzi à cui non uale
Naſconder, ne fuggir, ne far difeſa,
Di bel placer m'hauea la mente acceſa
Con un ardente, & amoroſo ſtrale:
Et benche'l primo colpo aſpro, & mortale
Foſſe da ſe, per auanzar ſua impreſe,
Vna ſaetta di pietate ha preſa,
Et quinci & quindi'l cor punge, & aſſale.
L'una piaga arde, & uerſa fuoco, & fiamma,
Lagrime l'altra, che'l dolor diſtilla
Per gliocchi miei del noſtro ſtato rio:
Ne per duo fonte ſol'una fauilla
Rallenta dell'incendio, che m'infiamma,
Anzi per la pieta creſce'l diſio.

Mira quel colle ò ſtanco mio cor uago:
Iui laſciamo hier lei, ch'alcun tempo hebbe
Qualche cura di noi, & le ne'ncrebbe,
Hor uorria trar de gliocchi noſtri un lago.
Torna tu in la, ch'io deſſer ſol m'appago,
Tenta, ſe forſe anchor tempo ſarebbe
Da ſcemar noſtro duol, che'n fin qui crebbe,
O del mio mal participe, & preſago,
Hor tu, c'hai poſto te ſteſſo in oblio,
Et parli al cor pur, com'e foſſe hor teco,
Miſero, & pien di penſier uani, & ſciocchi,
Ch'al di partir del tuo ſommo diſio
Tu te n'andaſti, e ſi rimaſe ſeco,
Et ſi naſcoſe dentro à ſuoi begliocchi.

Freſco, ombroſo, fiorito, & uerde colle,
Ou'hor penſando, & hor cantando ſiede,
Et fa qui de celeſti ſpirti fede
Quella, ch'à tutt'l mondo fama tolle,
Il mio cor, che per lei laſciar mi uolle,
Et fe, gran ſenno, & piu, ſe mai non riede,
Va hor contando, oue da quel bel piede
Segnata è l'herba, & da queſt'occhi molle.
Seco ſi ſtringe, & dice à ciaſcun paſſo,
Deh, foſſe hor qui, quel miſer pur'un poco,
Ch'è gia di pianger, & di uiuer laſſo.
Ella ſel ride, & non è pari il giuoco,
Tu paradiſo, i ſenza core un ſaſſo
O ſacro, auenturoſo, & dolce luogo.

Il mal mi preme, & mi ſpauenta il peggio
Al qual ueggio ſi larga, & piana uia,
Ch'i ſon intrato in ſimil frenesia,
Et con duro penſier teco uaneggio,
Ne ſo, ſe guerra ò pace à Dio mi cheggia,
Che'l danno è graue, & la uergogna è ria,
Ma perche piu languir? di noi pur fia
Quel, ch'ordinato è gia nel ſommo ſeggio.
Bench'i non ſia di quel grande honor degno,
Che tu mi fai, che te ne'nganna amore,
Che ſpeſſo occhio ben ſan fa ueder torto,
Pur d'alzar l'alma à quel celeſte regno
E'l mio conſiglio, & di ſpronare il core,
Perche'l camin è lungo, e'l tempo è corto,

Due roſe freſche, & colte in paradiſo
L'altr'hier naſcendo il di primo di Maggio,
Bel dono, & d'un amante antiquo & ſaggio
Tra duo minori egualmente diuiſo,
Con ſi dolce parlar, & con un riſo
Da far innamorar un huom ſeluaggio,
Di ſfauillante, & amoroſo raggio
Et l'uno, & l'altro ſe cangiare il uiſo
Non uede un ſimil par d'amanti il Sole.
Dicea ridendo, & ſoſpirando enſieme,
Et ſtringendo ambedue uolgeaſi à torno,
Coſi partia le roſe, & le parole,
Onde'l cor laſſo anchor s'allegra, & teme,
O felice eloquentia, ò lieto giorno.

L'aura, che'l uerde lauro, & l'aureo crine
Soauemente ſoſpirando muoue,
Fa con ſue uiſte leggiadrette, & nuoue
L'anime da lor corpi pellegrine.
Candida roſa nata in dure ſpine,

Quando

Quando fia, chi ſua pari al mondo truoue?
Gloria di noſtra etate. o uiuo Gioue
Manda prego il mio in prima, che'l ſuo fine,
 Si, ch'io non ueggia il gran publico danno
E'l mondo rimaner ſenza'l ſuo Sole,
Ne gliocchi miei, che luce altra non hanno,
 Ne l'alma, che penſar d'altro non uuole
Ne l'orecchie, ch'udir altro non ſanno
Senza l'honeſte ſue dolci parole.

 Parra forſe ad alcun, che'n lodar quella,
Ch'i adoro in terra, errante ſia'l mio ſtile
Faccendo lei ſour'ogni altra gentile,
Santa, ſaggia, leggiadra, honeſta, & bella:
 A me par il contrario, & temo, ch'ella
Non habbi'à ſchifo il mio dir troppo humile
Degna d'aſſai piu alto, & piu ſottile,
Et chi nol crede, uenga egli à uedella:
 Si dira ben, quello, oue queſti aſpira,
E coſa da ſtancar Athene, Arpino,
Mantoa, & Smirna, & l'un'& l'altra lira.
 Lingua mortale al ſuo ſtato diuino
Giunger non puote: amor la ſpinge, & tira
Non per elettion, ma per deſtino.

 Chi uuol ueder quantunque puo natura,
E'l ciel tra noi, uenga à mirar coſtei,
Ch'è ſola un Sol non pur'à gliocchi miei,
Ma'l mondo cieco, che uirtu non cura,
 Et uenga toſto, perche morte fura
Prima i migliori, & laſcia ſtar' i rei:
Queſta aſpettata al regno de gli Dei.
Coſa bella mortal paſſa, & non dura.
 Vedra, s'arriua à tempo, ogni uirtute,
Ogni bellezza, ogni real coſtume
Giunti in un corpo con mirabil tempre.
 Allhor dira, che mie rime ſon mute,
L'ingegno offeſo dal ſouerchio lume:
Ma ſe piu tarda, haura da pianger ſempre.

 Qual paura ho, quando mi torna à mente
Quel giorno, ch'i laſciai graue, & penſoſa,
Madonna, e'l mio cor ſeco: & non è coſa,
Che ſi uolentier penſi, & ſi ſouente.
 I la riueggio ſtarſi humilemente
Tra belle donne à guiſa d'una roſa
Tra minor fior, ne lieta, ne dogliosa,
Come chi teme, & altro mal non ſente.
 Depoſta hauea l'uſata leggiadria,
Le perle, & le ghirlande, è i panni allegri,
E'l riſo, e'l canto, e'l parlar dolce humano.
 Coſi in dubbio laſciai la uita mia:
Hor triſti auguri, & ſogni, & penſier negri
Mi danno aſſalto, & piaccia à Dio, che'n uano.

 Solea lontana in ſonno conſolarme
Con quella dolce angelica ſua uiſta
Madonna hor mi ſpauenta, & mi contriſta,
Ne di duol, ne di tema poſſo aitarme:
 Che ſpeſſo nel ſuo uolto ueder parme
Vera pieta con graue dolor miſta,
Et udir coſe, onde'l cor fede acquiſta,
Che di gioia, & di ſpeme ſi diſarme,
 Non ti ſouien di quell'ultima ſera,
Dic'ella, ch'i laſciai gliocchi tuoi molli,
Et sforzata dal tempo me n'andai?
 I non tel potei dir allhor, ne uolli:
Hor tel dico per coſa eſperta, & uera,
Non ſperar di uedermi in terra mai.

 O miſera, & horribil uiſione
E dunque uer, che'nnanzi tempo ſpenta
Sia l'alma luce, che ſuol far contenta
Mia uita in pene, & in ſperanze buone?
 Ma com'è, che ſi gran romor non ſuone
Per altri meſſi, ò per lei ſteſſa il ſenta?
Hor gia dio & natura nol conſenta,
Et falſe ſia mia triſta opinione.
 A me pur giuoua di ſperare anchora,
La dolce uiſta del bel uiſo adorno,
Che me mantene, e'l ſecol noſtro honora.
 Se per ſalir' à l'eterno ſoggiorno
Vſcita è pur dell'albergo fuora,
Prego, non tardi il mio ultimo giorno,

 In dubbio di mio ſtato hor piango, hor canto,
Et temo, & ſpero, & in ſoſpiri, e'n rime
Sfogo'l mio incarco: amor tutte ſue lime
Vſa ſopra'l mio cor afflitto tanto.
 Hor fia giamai, che quel bel uiſo ſanto
Renda à quell'occhi le lor luci prime,
(Laſſo non ſo, che di me ſteſſo eſtime)
O li condanni à ſempiterno pianto,
 Et per prender il ciel debito à lui,
Non curi, che ſi ſia di loro in terra,
Di ch'egli è'l Sole, & non ueggiono altrui?
 In tal paura, e'n ſi perpetua guerra
Viuo, ch'i non ſon piu quel, che gia fui,
Qual, chi per uia dubbioſa teme, & erra.

 O dolci ſguardi, ò parolette accorte
Hor fia mai'l di, ch'io ui riueggia, & oda?
O chiome bionde, di che'l cor m'annoda
Amor, & coſi preſo il meno à morte:
 O bel uiſo à me dato in dura ſorte,
Di ch'io ſempre pur pianga, & mai non goda:
O dolce inganno, & amoroſa froda,
Darmi un piacer, che ſol pena m'apporte:
 Et ſe talhor da begliocchi ſoaui,
Oue mia uita, e'l mio penſiero alberga,
Forſe mi uien qualche dolcezza honeſta,
 Subito, accio ch'ogni mio ben diſperga,
Et m'allontane, hor fa caualli, hor naui
Fortuna, ch'al mio mal ſempr'è ſi preſta.

 Io pur'aſcolto, & non odo nouella
De la dolce, & amata mia nemica,
Ne ſo, che me ne penſi, ò che mi dica,
Si'l cor tema, & ſperanza mi puntella.
 Nocque ad alcuna gia l'eſſer ſi bella:
Queſta piu d'altra è bella, & piu pudica:
Forſe uuol Dio tal di uirtute amica
Torre à la terra, e'n ciel farne una ſtella.
 Anzi un Sole: & ſe queſto è, la mia uita,
I miei corti ripoſi, è i lunghi affanni
Son giunti al fine. ò dura dipartita
 Perche lontan m'hai fatto da miei danni?
La mia fauola breue è gia compita,
Et fornito'l mio tempo à mezzo gli anni.

 La ſera diſiar, odiar l'aurora
Soglion queſti tranquilli, & lieti amanti:
A me doppia la ſera doglia, & pianti:
La matina è per me piu felice hora:
 Che ſpeſſo in un momento apron allhora
L'un Sole & l'altro, quaſi duo leuanti
Di beltade & di lume ſi ſembianti,
Ch'ancho'l ciel della terra s'innamora
 Come gia fece allhor, ch'e primi rami
Verdeggiar, che nel cor radice m'hanno,

Per cui

Per cui ſempre altrui piu, che me ſteſs'ami.
Coſi di me due contrarie hore fanno:
Et chi m'acqueta, è ben ragion, ch'i brami,
Et tema, & odi, chi m'adduce affanno.

Far poteſs'uendetta di colei
Che guardando, & parlando mi diſtrugge,
Et per piu doglia poi s'aſconde, & fugge
Celando gliocchi à me ſi dolci, & rei:
Coſi gliafflitti, et ſtanchi ſpirti miei
A poco à poco conſumando ſugge.
E'n ſul cor quaſi fiero leon rugge
La notte allhor, quand'io poſar deurei.
L'alma, cui morte del ſuo albergo caccia,
Da me ſi parte, & di tal nodo ſciolta
Vaſſene pur à lei, che la minaccia.
Marauigliomi ben, s'alcuna uolta,
Mentre le parla, & piange, & poi l'abbraccia,
Non rompe'l ſonno ſuo, s'ella l'aſcolta.

In quel bel uiſo, ch'i ſoſpiro, & bramo,
Fermi eran gliocchi diſioſi, e'nteſi,
Quand'amor porſe, quaſi à dir che penſi,
Quell'honorata man, che ſecondo amo.
Il cor preſo iui, come peſce à l'hamo,
Onde à ben far per uiuo eſſempio uienſi
Al uer non uolſe gli occupati ſenſi,
O come nuouo augello al uiſco in ramo:
Ma la uiſta priuata del ſuo obietto,
Quaſi ſognando, ſi facea far uia,
Senza laqual il ſuo ben è imperfetto:
L'alma tra l'una & l'altra gloria mia
Qual celeſte non ſo nuouo diletto,
Et qual ſtrania dolcezza ſi ſentia.

Viue fauille uſcian de duo bei lumi
Ver me ſi dolcemente folgorando,
Et parte d'un cor ſaggio ſoſpirando
D'alta eloquentia ſi ſoaui fiumi,
Che pur il rimembrar par mi conſumi,
Qualhor à quel di torno ripenſando,
Come uenieno i miei ſpirti mancando
Al uariar de' ſuoi duri coſtumi.
L'alma nudrita ſempre in doglie, e'n pene
(Quant'è'l poter d'una preſcritta uſanza)
Contra'l doppio piacer ſi inferma fue:
Ch'al guſto ſol del diſuſato bene
Tremando hor di paura, hor di ſperanza
D'abbandonarmi fu ſpeſſo intra due.

Cercato ho ſempre ſolitaria uita,
Le riue il ſanno, & le campagne è i boſchi
Per fuggir queſt'ingegni ſordi, & loſchi
Che la ſtrada del ciel hanno ſmarrita,
Et ſe mia uoglia in cio foſſe compita,
Fuor del dolce aere de paeſi Thoſchi
Anchor m'hauria tra ſuoi be colli foſchi
Sorga, ch'à pianger, & cantar m'aita
Ma mia fortuna à me ſempre nemica
Mi riſoſpigne al loco, ou'io mi ſdegno
Veder nel fango il bel theſoro mio:
A la man, ond'io ſcriuo, è fatta amica
A queſta uolta, & non è forſe indegno:
Amor ſel uide, & ſal madonna, & io.

In tale ſtella duo begliocchi uidi
Tutti pien d'honeſtate, & di dolcezza,
Che preſſo à quei d'amor leggiadri nidi
Il mio cor laſſo ogni altra uiſta ſprezza.
Non ſi pareggi à lei, qual piu s'apprezza
In qualch'etade, in qualche ſtrani lidi:
Non, chi reco con ſua uaga bellezza
In Grecia affanni, in Troia ultimi ſtridi:
Non la bella Romana, che col ferro
Apri'l ſuo caſto, & diſdegnoſo petto:
Non Politſena, Hyſiphyle, & Argia.
Queſta eccellentia è gloria (s'i non erro)
Grande à natura, à me ſommo diletto:
Ma che uien tardo, & ſubito ua uia.

Qual donna attende à glorioſa fama
Di ſenno, di ualor, di corteſia,
Miri fiſo ne gliocchi à quella mia
Nemica, che mia donna il mondo chiama
Come s'acquiſta honor, come Dio s'ama,
Com'è giunta honeſta con leggiadria,
Iui s'impara, & qual è dritta uia
Di gir' al ciel, che lei aſpetta, & brama
Iui'l parlar, che nullo ſtile agguaglia,
E'l bel tacere, & quei ſanti coſtumi,
Ch'ingegno human non po ſpiegar in carte,
L'infinita bellezza, ch'altrui abbaglia,
Non ui s'impara: che quei dolci lumi
S'acquiſtan per uentura, & non per arte.

Cara la uita, & dopo lei mi pare
Vera honeſta, che'n bella donna ſia,
L'ordine uolgi, è non fur Madre mia
Senz'honeſta mai coſe belle, ò care
Et qual ſi laſcia di ſuo honor priuare,
Ne donna è piu, ne uiua: & ſe, qual pria,
Appare in uiſta, tal uita aſpra, & ria
Via piu che morte, & di piu pene amare
Ne di Lucretia mi marauigliai,
Se non come à morir le biſognaſſe
Ferro, & non le baſtaſſe il dolor ſolo
Vengan quanti philoſophi fur mai
A dir di cio: tutte lor uie ſien baſſe,
Et queſt'una uedremo alzarſi à uolo.

Arbor uittorioſa triomphale,
Honor d'imperadori, & di poeti,
Quanti m'hai fatto di doglioſi, & lieti
In queſta breue mia uita mortale?
Vera donna, & à cui di nulla cale,
Se non d'honor, che ſou'ogni altra mieti,
Ne d'amor uiſco temi, ò lacci, ò reti
Ne'nganno altrui contra'l tuo ſenno uale.
Gentilezza di ſangue, & l'altre care
Coſe tra noi, perle, & robini, & oro,
Quaſi uil ſoma, egualmente diſpregi.
L'alta belta, ch'al mondo non ha pare,
Noia te, ſe non quanto il bel theſoro
Di caſtita par ch'ella adorni, & fregi.

Delli Sonetti e Canzoni di meſ-
ſer Franceſco Petrarcha,
Parte II.

CANZONE.

IVo penſando,& nel penſier m'aſſale
Vna pieta ſi forte di me ſteſſo,
Che mi conduce ſpeſſo
Ad altro lagrimar,chi non ſoleua:
Che uedendo ogni giorno il fin piu preſſo
Mille fiate ho chieſte à Dio quell'ale,
Con le quai del mortale
Carcer noſtro intelletto al ciel ſi leua
Ma infin à qui niente mi rileua
Prego,ò ſoſpiro,ò lagrimar,ch'io faccio:
Et coſi per ragion conuien,che ſia
Che chi poſſendo ſtar cadde tra uia
Degno è,che mal ſuo grado à terra giaccia.
Quelle pietoſe braccia,
In ch'io mi fido,ueggio aperte anchora:
Ma temenza m'accora
Per gli altrui eſſempi,& del mio ſtato tremo:
Ch'altri mi ſprona,& ſon forſe à l'eſtremo.
L'un penſier parla con la mente & dice,
Che pur agogni?onde ſoccorſo attendi?
Miſera non intendi
Con quanto tuo diſnore il tempo paſſa?
Prendi partito accortamente,prendi,
Et del cor tuo diuelli ogni radice
Del piacer,che felice
Nol puo mai fare,& reſpirar non laſſa,
Se gia è gran tempo faſtidita,& laſſa
Se di quel falſo dolce fuggitiuo,
Che'mondo traditor puo dare altrui,
A' che ripon piu la ſperanza in lui
Che d'ogni pace,& fermezza è priuo?
Mentre che'l corpo è uiuo,
Hai tu'l fren'in balia de penſier tuoi,
Deh ſtringilo hor,che puoi:
Che dubbioſo è'l tardar,come tu ſai,
E'l cominciar non fia per tempo homai,
Gia ſai tu ben quanta dolcezza porſe
A gli occhi tuoi la uiſta di colei,
La qual ancho uorrei,
Ch'à naſcer foſſe per piu noſtra pace
Ben ti ricordi(& ricordar te'n dei)
De l'imagine ſua quand'ella corſe
Al cor là,doue forſe
Non potea fiamma intrar per altrui face:
Ella l'acceſe:& ſe l'ardor fallace
Duro molt'anni in aſpettando un giorno,
Che per noſtra ſalute unqua non uiene,
Hor ti ſolleua à piu beata ſpene
Mirando'l ciel,che ti ſi uolue intorno
Immortal,& adorno
Che doue del mal ſuo qua giù ſi lieta
Voſtra uaghezza acqueta
Vn mouer d'occhio,un ragionar',un canto:
Quanto fia quel piacer,ſe queſto è tanto?
D'all'altra parte un penſier dolce,& agro
Con faticoſa,& diletteuol ſalma
Sedendoſi entro l'alma
Preme'l cor di diſio,di ſpeme il paſce:
Che ſol per fama glorioſa,& alma
Non ſente quand'io agghiaccio,ò quād'io flagro
S'i ſon pallido,ò magro,
Et s'io l'occido,piu forte rinaſce:
Queſto dall'hor,ch'i m'addormiua in faſce,
Venuto è di di in di creſcendo meco,
Et temo,ch'un ſepulchro ambeduo chiuda.
Poi che fia l'alma delle membra ignuda,
Non puo queſto diſio piu uenir ſeco.
Ma ſe'l Latino,e'l Greco
Parlan di me dopo la morte,è un uento:
Ond'io perche pauento
Adunar ſempre quel,ch'un'hora ſgombra:
Vorre'l uero abbracciar laſſando l'ombre.
Ma quell'altro uoler,di ch'i ſon pieno,
Quanti preſſ'à lui naſcon,par ch'adhugge:
Et parte il tempo fugge,
Che ſcriuendo d'altrui di me non calme
E'l lume de begliocchi,che mi ſtrugge
Soauemente al ſuo caldo ſereno,
Mi ritien con un freno,
Contra cui nullo ingegno ò forza ualme.
Che gioua dunque,per che tutta ſpalme
La mia barchetta,poi che'n fra li ſcogli
E ritenuta anchor da ta tuo nodi?
Tu,che da gli altri,che'n diuerſi modi
Legano'l mondo,in tutto mi diſciogli,
Signor mio che non togli
Homai dal uolto mio queſta uergogna?
Ch'à guiſa d'huom,che ſogna,
Hauer la morte inanzi gliocchi parme,
Et uorrei far difeſa,& non ho l'arme.
Quel,ch'i fo,ueggio,& non m'inganna il uero
Mal conoſciuto,anzi mi sforza amore,
Che la ſtrada d'honore
Mai no'l laſcia ſeguir,chi troppo il crede:
Et ſento adhor adhor uenirmi al core
Vn leggiadro diſdegno aſpro,& ſeuero,
Ch'ogni occulto penſiero
Tira in mezzo la fronte,ou'altri'l uede:
Che mortal coſa amar con tanta fede,
Quanta à dio ſol per debito conuienſi,
Piu ſi diſdice,à chi piu pregio brama.
Et queſto ad alta uoce anco richiama
La ragione ſuiata dietro ai ſenſi:
Ma perch'ell'oda,& penſi
Tornare,il mal coſtume oltre la ſpigne,
Et à gliocchi depigne
Quella,che ſol per farmi morir nacque,
Perch'à me troppo,& à ſe ſteſſa piacque
Ne ſo che ſpatio mi ſi deſſe il cielo,
Quando nouellamente io uenni in terra
A ſoffrir l'aſpra guerra,
Che'ncontra me medeſmo ſeppi ordire:
Ne poſſe il giorno,che la uita ſera
Antiueder per lo corporeo uelo,
Ma uariarſi il pelo
Veggio,& dentro cangiarſi ogni diſire.
Hor,ch'i mi credo al tempo del partire
Eſſer uicino,ò non molto da lunge,
Come chi'l perder face accorto,& ſaggio:

Vo ripen-

Vo ripenſando, ou'io laſſai 'l uiaggio
Dalla man deſtra, ch'a buon porto aggiunge:
Et da l'un lato punge
Vergogna, & duol, ch'n dietro mi riuolue,
Da l'altro non m'aſſolue
Vn piacer per uſanza in me ſi forte,
Ch'à patteggiar n'ardiſce con la morte.
Canzon qui ſono, & ho 'l cor uia piu freddo
Della paura, che gelata neue,
Sentendomi perir ſenz'alcun dubbio:
Che pur deliberando ho uolto al ſubbio
Gran parte homai della mia tela breue:
Ne mai peſo fu greue,
Quanto quel, ch'i ſoſtegno in tale ſtato:
Che co la morte a lato
Cerco del uiuer mio nouo conſiglio:
Et ueggio 'l meglio, & al peggior m'appiglio.

Aſpro core, & ſeluaggio, & cruda uoglia
In dolce, humile, angelica figura,
Se l'impreſo rigor gran tempo dura,
Hauran di me poco honorata ſpoglia:
Che quando naſce, & muor, fior, herba & foglia:
Quando è 'l di chiaro, et quãdo è notte oſcura:
Piango ad ogni hor. Ben ho di mia uentura,
Di madonna, & d'amore, onde mi doglia.
Viuo ſol di ſperanza rimembrando
Che poco humor gia per continua proua
Conſumar uidi marmi, & pietre ſalde.
Non è ſi duro cor che lagrimando,
Pregando, amando talhor non ſi ſmoua,
Ne ſi freddo uoler, che non ſi ſcalde.

Signor mio caro ogni penſier mi tira
Diuoto à ueder uoi, cui ſempre ueggio:
La mia fortuna (hor che mi puo far peggio?)
Mi tiene à freno, & mi trauolue, & gira.
Poi quel dolce deſio, ch'amor mi ſpira
Menami à morte, ch'i non me n'aueggio:
Et mentre i miei duo lumi indarno cheggio,
Douunque io ſon, di, & notte ſi ſoſpira.
Charita di ſignore, amor di donna
Son le catene, oue con molti affanni
Legato ſon, perch'io ſteſſo mi ſtrinſi.
Vn Lauro uerde, una gentil Colonna.
Quindici l'una, & l'altro diciott'anni
Portato ho in ſeno, & giamai non mi ſcinſi.

Oime il bel uiſo, oime il ſoaue ſguardo,
Oime il leggiadro portamento altiero,
Oime 'l parlar, ch'ogni aſpro ingegno, & fiero
Faceui humile, & d'ogni huom uil gagliardo,
Et oime il dolce riſo, ond'uſcio 'l dardo,
Di che morte altro bene homai non ſpero,
Alma real, digniſſima d'impero,
Se non foſſi fra noi ſceſa ſi tardo.
Per uoi conuien ch'io arda, e'n uoi reſpiro:
Ch'i pur fui noſtro, & ſe di uoi ſon priuo,
Via men d'ogni ſuentura altra mi duole.
Di ſperanza m'empieſte, & di deſire,
Quand'io parti dal ſommo piacer uiuo;
Ma 'l uento ne portaua le parole.

CANZONE.

Che debb'io far? che mi conſigli Amore?
Tempo è ben di morire,
Et ho tardato piu, ch'i non uorrei.
Madonna è morta, & ha ſeco 'l mio core,
Et uolendo ſeguire
Interromper conuien queſt'anni rei:
Perche mai ueder lei
Di quà non ſpero, & l'aſpettar m'è noia.
Poſcia, ch'ogni mia gioia
Per lo ſuo dipartire in pianto è uolta,
Ogni dolcezza di mia uita è tolta.
Amor tu 'l ſenti, ond'io teco mi doglio,
Quant'è 'l danno aſpro & graue,
Et ſo, che del mio mal ti peſa, & duole,
Anzi del noſtro: perch'ad uno ſcoglio
Hauem rotto la naue,
Et in un punto n'è ſcurato il Sole
Qual ingegno à parole
Poria aguagliar il mio doglioſo ſtato?
Ahi orbo mondo ingrato
Gran cagion hai di douer pianger meco,
Che quel ben, ch'era in te, perdut'hai ſeco.
Caduta è la tua gloria, & tu nol uedi,
Ne degno eri, mentr'ella
Viſſe qua giù, d'hauer ſua conoſcenza,
Ne d'eſſer tocco da ſuoi ſanti piedi:
Perche coſa ſi bella
Deuea 'l ciel adornar di ſua preſenza.
Ma io laſſo, che ſenza
Lei ne uita mortal, ne me ſteſſ'amo,
Piangendo la richiamo
Queſto m'auanza di cotanta ſpene,
Et queſto ſolo anchor qui mi mantiene.
Oime terra è fatto il ſuo bel uiſo,
Che ſolea far del cielo
Et del ben di la ſù fede fra noi.
L'inuiſibil ſua forma è in paradiſo
Diſciolta di quel uelo,
Che qui fece ombra al fior degli anni ſuoi:
Per riueſtirſen poi
Vn'altra uolta, & mai piu non ſpogliarſi,
Quand'alma & bella farſi
Tanto piu la uedrem, quanto piu uale
Sempiterna bellezza, che mortale.
Piu che mai bella, & piu leggiadra donna
Tornami inanzi come
La, doue piu gradir ſua uiſta ſente.
Queſt'è del uiuer mio l'una colonna:
L'altra è 'l ſuo chiaro nome:
Che ſona nel mio cor ſi dolcemente.
Ma tornandomi à mente,
Che pur morta è la mia ſperanza uiua
Allhor, ch'ella fioriua,
Sa ben'amor, qual io diuento, & ſpero:
Vedel colei, ch'è hor ſi preſſo al uero.
Donne uoi, che miraſte ſua beltate,
Et l'angelica uita
Con quel celeſte portamento in terra,
Di me ui doglia, & uincaui pietate,
Non di lei, ch'è ſalita
A tanta pace, & m'ha laſciato in guerra
Tal, che s'altri mi ſerra
Lungo tempo il camin da ſeguitarla,
Quel, ch'amor meco parla,
Sol mi ritien, ch'io non recida il nodo:
Ma e ragiona dentro in cotal modo:
Pon freno al gran dolor: che ti traſporta:
Che per ſouerchie uoglie
Si perde 'l cielo, oue 'l tuo core aſpira,
Dou'è uiua colei, ch'altrui par morta,
Et di ſue belle ſpoglie
Seco ſorride, & ſol di te ſoſpira,
Et ſua fama che ſpira
In molte parti anchor per la tua lingua,
Prega che non eſtingua
Anzi la uoce al ſuo nome riſchiari,
Se gliocchi ſuoi ti fur dolci, ne cari.

Foggi 'l

Fuggi'l ſereno, e'l uerde:
Non t'appreſſar, oue ſia riſo, ò canto,
Canzon mia no: ma pianto:
Non fa per te di ſtar fra gente allegra
Vedoua ſconſolata in ueſta negra.

Rotta è l'alta Colonna, e'l uerde Lauro:
Che facean ombra al mio ſtanco penſiero:
Perdut'ho quel, che ritrouar non ſpero
Dal Borea à l'Auſtro ò dal mar Indo al Mauro.
Tolto m'hai morte il mio doppio theſauro,
Che mi fea uiuer lieto, et gire altiero
Et riſtorar nol puo terra, ne impero,
Ne gemma oriental, ne forza d'auro
Ma ſe conſentimento è di deſtino,
Che poſſ'io piu, ſe no hauer l'alma triſta,
Humidi gliocchi ſempre, e'l uiſo chino?
O noſtra uita, ch'è ſi bella in uiſta,
Com'perde ageuolmente in un mattino
Quel che'n molt'anni à gran pena s'acquiſta.

CANZONE.

Amor ſe uuoi ch'i torni al giogo antico,
Come par che tu moſtri, un'altra proua
Marauiglioſa, & nuoua,
Per domar me, conuienti uincer pria.
Il mio amato theſoro, in terra truoua,
Che m'è naſcoſto, ond'io ſon ſi mendico,
E'l cor ſaggio pudico
Oue ſuol albergar la uita mia:
Et s'egli è uer, che tua potentia ſia
Nel ciel ſi grande, come ſi ragiona,
Et nel'abyſſo, (perche qui fra noi
Quel, che tu uali, & puoi,
Credo che'l ſente ogni gentil perſona)
Ritogli à morte quel, ch'ella n'ha tolto,
Et ripon le tue inſegne nel bel uolto.
Riponi entro'l bel uiſo il uiuo lume,
Ch'era mia ſcorta, & la ſoaue fiamma,
Ch'anchor laſſo m'infiamma
Eſſendo ſpenta, hor che fea dunque ardendo?
Et non ſi uide mai ceruo, ne damma
Con tal deſio cercar fonte, ne fiume,
Qual'io il dolce coſtume,
Ond'ho gia molto amaro, & piu n'attendo,
Se ben me ſteſſo, & mia uaghezza intendo
Che mi fa uaneggiar ſol del penſiero,
Et gir'in parte, oue la ſtrada manca
Et con la mente ſtanca
Coſa ſeguir, che mai giugner non ſpero.
Hor'al tuo richiamar uenir non degno
Che ſignoria non hai fuor del tuo regno.
Fammi ſentir di quell'aura gentile
Di fuor, ſi come dentro anchor ſi ſente,
La qual era poſſente
Cantando d'acquetar li ſdegni, & l'ire,
Da ſerenar la tempeſtoſa mente,
Et ſgombrar d'ogni nebbia oſcura, & uile
Et alzaua'l mio ſtile
Soura di ſe, dou'hor non poria gire.
Agguaglia la ſperanza col deſire
Et poi che l'alma è in ſua ragion piu forte,
Rẽdi à gliocchi, à gliorechi il proprio obietto,
Senz'al qual imperfetto
E lor oprar, e'l mio uiuer è morte.
Indarno hor ſopra me tua forza adopre,
Mentre'l mio primo amor terra ricopre.
Fa, ch'io riueggia il bel guardo, ch'un Sole
Fu ſopra'l ghiaccio, ond'io ſolea gir carco.
Fa, ch'io ti truoui al uarco
Onde ſenza tornar paſſo'l mio core.
Prendi i dorati ſtrali, & prendi l'arco
Et facciamiſi udir ſi, come ſuole,
Col ſuon de le parole,
Ne lequali io'mparai, che coſa è amore.
Muoue la lingua, ou'erano à tutt'hore
Diſpoſti gli hami, ou'io fui preſo, & l'eſca,
Ch'i bramo ſempre: è i tuoi lacci naſcondi
Fra i capei creſpi, & biondi:
Che'l mio uoler'altroue non s'inueſca.
Spargi con le tue man le chiome al uento:
Iui mi lega, & puomi far contento.
Dal laccio d'or non fia mai, chi mi ſciolga,
Negletto ad arte, e'nnanellato, & irto,
Ne dal'ardente ſpirto
De la ſua uiſta dolcemente acerba,
Laqual di, & notte piu, che lauro ò mirto,
Tenea in me uerde l'amoroſa uoglia,
Quando ſi ueſte, & ſpoglia
Di fronde il boſco, & la campagna d'herba
Ma poi che morte è ſtata ſuperba,
Che ſpezzo'l nodo, ond'io temea ſcampare,
Ne trouar puoi quantunque gira il mondo,
Di che ordiſch'il ſecondo,
Che gioua amor tuo'ngegni ritentare?
Paſſata è la ſtagion: perduto hai l'arme,
Di ch'io tremaua. homai che puoi tu farme?
L'arme tue furon gliocchi, onde l'acceſe
Saette uſciuan d'inuiſibil fuoco,
Et ragion temean poco:
Che contra'l ciel non ual difeſa humana:
Il penſar, e'l tacer, il riſo, e'l giuoco,
L'habito honeſto, e'l ragionar corteſe,
Le parole, che'nteſe
Hauriam fatto gentil d'alma uillana,
L'angelica ſembianza humile, & piana,
C'hor quinci, hor quindi udia tanto lodarſi,
E'l ſedere, & lo ſtar, che ſpeſſo altrui
Poſer in dubbio, à cui
Deueſſe il pregio di piu laude darſi:
Con queſt'arme uinceui ogni cor duro:
Hor ſe tu diſarmato: i ſon ſecuro.
Gli animi, ch'al tuo regno il cielo inchina,
Leghi hora in uno, & hor in altro modo:
Ma me ſol ad un nodo.
Legar potei, che'l ciel di piu non uolſe.
Quel uno è rotto, e'n liberta non godo:
Ma piango, & grido, Ahi nobil pellegrina
Qual ſententia diuina
Me legò inanzi, & te prima diſciolſe?
Dio, che ſi toſto al mondo ti ritolſe,
Ne moſtro tanta, & ſi alta uirtute,
Solo per infiammar noſtro deſio.
Certo homai non tem'io.
Amor della tua man nuoue ferute:
Indarno tendi l'arco. à uoto ſcocchi:
Tua uirtu cadde al chiuder de begliocchi.
Morte, m'ha ſciolto Amor d'ogni tua legge.
Quella che fu mea donna, al cielo è gita
Laſciando triſta, & libera mia uita.

L'ardente nodo, ou'io fui d'hora in hora
Cantando anni uent'uno interi preſo,
Morte diſciolſe: ne giamai tal peſo
Prouai: ne credo, ch'huom di dolor muora.
Non uolendomi amor perder'anchora,
Hebbe un'altro lacciuol fra l'herba teſo,
Et di nuou'eſca un'altro fuoco acceſo
Tal, ch'à gran pena indi ſcampato fora:
Et ſe non foſſe eſperienza molta
D'e primi affanni, i ſarei preſo, & arſo

Tanto

Tanto piu, quanto ſon men ueſde legno.
Morte m'ha liberato un'altra uolta,
Et rotto'l nodo, e'l foco ha ſpento, è ſparſo,
Contra laqual non ual forza, ne'ngegno.

La uita fugge, & non s'arreſta un'hora,
Et la morte uen dietro à gran giornate,
Et le coſe preſenti, & le paſſate
Mi danno guerra, & le future anchora,
E'l rimembrar, & l'aſpettar m'accora
Hor quinci, hor quindi ſi, che'n ueritate,
Se non ch'i ho di me ſteſſo pietate,
I ſarei gia di queſti penſier fuora,
Tornami auanti, s'alcun dolce mai
Hebbe'l cor triſto, & poi da l'altra parte
Veggio al mio nauigar turbati i uenti;
Veggio fortuna in porto, & ſtanco homai
Il mio nocchier, & rotte arbore, & ſarte,
E i lumi bei, che mirar ſoglio, ſpenti.

Che fai? che penſi? che pur dietro guardi
Nel tempo, che tornar non puote homai
Anima ſconſolata? che pur uai
Giugnendo legne al fuoco, oue tu ardi?
Le ſoaui parole è i dolci ſguardi
Ch'adun'adun deſcritti & dipint'hai,
Son leuati da terra: & è (ben ſai)
Qui ricercagli intempeſtiuo, & tardi.
Deh non rinouellar quel, che n'ancide:
Non ſeguir piu penſier uago fallace,
Ma ſaldo, certo, ch'à buon fin ne guide.
Cerchiamo'l ciel, ſe qui nulla ne piace:
Che mal per noi quella belta ſi uide,
Se uiua, & morta ne deuea tor pace.

Datemi pace ò duri miei penſieri:
Non baſta ben, ch'amor, fortuna, & morte
Mi fanno guerra intorno, e'n ſu le porte,
Senza trouarmi dentro altri guerrieri?
Et tu mio cor anchor ſe pur, qual'eri,
Disleal'à me ſol, che fiere ſcorte
Vai ricettando, & ſei fatto conſorte
De miei nemici ſi pronti, & leggieri:
In te i ſecreti ſuoi meſſaggi amore,
In te ſpiega fortuna ogni ſua pompa,
Et morte la memoria di quel colpo,
Che l'auanzo di me conuien che rompa:
In te i uaghi penſier s'arman d'errore:
Perche d'ogni mio mal te ſolo incolpo.

Occhi miei oſcurato è'l noſtro Sole,
Anzi è ſalito al cielo, & iui ſpleode:
Iui'l uedremo anchor: iui n'attende,
Et di noſtro tardar forſe gli duole
Orecchie mie l'angeliche parole
Suonano in parte, ou'è chi meglio intende.
Pie miei uoſtra ragion la non ſi ſtende,
Ou'è colei, ch'eſſercitar ui ſuole.
Dunque perche mi date queſta guerra?
Gia di perder à uoi cagion non fui
Vederla, udirla, & ritrouarla in terra.
Morte biaſmate, anzi laudate lui,
Che lega, & ſciolgie, e'n un punto apre, & ſerra,
Et dopo'l pianto ſa far lieto altrui.

Poi che la uiſta angelica ſerena
Per ſubita partenza in gran dolore
Laſciato ha l'alma, e'n tenebroſo horrore,
Cerco parlando d'allentar mia pena.
Giuſto duol certo à lamentar mi mena:
Saſſel, ch'ien'e cagion, & ſallo amore:
Ch'altro rimedio non hauea'l mio core
Contra i faſtidi, onde la uita è piena.
Queſt'un morte m'ha tolto la tua mano,
Et tu, che copri, & guardi, & hai hor teco
Felice terra quel bel uiſo humano.
Me doue laſci ſconſolato & cieco,
Poſcia che'l dolce, & amoroſo, & piano
Lume de gliocchi miei non è pio meco?

S'amor nuouo conſiglio non n'apporta,
Per forza conuerra, che'l uiuer cange,
Tanta paura, & duol l'alma triſta ange.
Che'l deſir uiue, & la ſperanza è morta:
Onde ſi sbigottiſce, & ſi ſconforta
Mia uita in tutto, & notte, & giorno piange
Stanca ſenza gouerno in mar, che frange,
E'n dubbia uia ſenza ſidata ſcorta.
Imaginata guida la conduce:
Che la uera è ſotterra, anzi è nel cielo,
Onde piu che mai chiara al cor traluce
A gliocchi no: ch'un doloroſo uelo
Contende lor la deſiata luce,
Et me fa ſi per tempo cangiar pelo.

Nell'eta ſua piu bella, & pio fiorita,
Quand'hauer ſuol'amor in noi piu forza,
Laſciando in terra la terrena ſcorza
E Laura mia uital da me partita,
Et uiua, & bella, & nuda al ciel ſalita:
Indi mi ſignoreggia: indi mi sforza.
Deh perche me del mio mortal non ſcorza
L'ultimo di, ch'è primo à l'altra uita?
Che come i miei penſier dietro à lei uanno,
Coſi leue, e ſpedita, & lieta lalma
La ſegua, & io ſia fuor di tanto affanno.
Cio, che s'indugggia, è propio per mio danno,
Per far me ſteſſo à me piu graue ſalma,
O che bel morir era hoggi è terz'anno.

Se lamentar augelli, ò uerdi fronde
Mouer ſoauemente à l'aura eſtiua,
O roco mormorar di lucid'onde
S'ode d'una fiorita, & freſca riua,
La'u'io ſeggia d'amor penſoſo, & ſcriua,
Lei, che'l ciel ne moſtro, terra naſconde,
Veggio, & odo, & intendo: ch'ancàr uiua.
Di ſi lontano à ſoſpir miei riſponde.
Deh perche inanzi tempo o conſume
Mi dice con pietate à che pur uerſi
De gliocchi triſti un doloroſo fiume?
Di me non pianger tu: che miei di ferſi
Morendo eterni, & nel eterno lume,
Quando moſtrai di chiuder gliocchi, aperſi.

Mai non fu'in parte, oue ſi chiar uedeſſi
Quel, che ueder uorrei poi ch'io nol uidi,
Ne doue in tanta liberta mi ſteſſi,
N'empieſſi'l ciel di ſi amoroſi ſtridi:
Ne giamai uidi ualle hauer ſi ſpeſſi
Luoghi da loſpirar riposti, & fidi:
Ne credo gia, ch'amor in Cypro haueſſi,
O in altra riua ſi ſoaui nidi.
L'acque parlan d'amore, & l'ora, e i rami,
Et gli augelletti, e i peſci, e i fiori, & l'herba
Tutti inſieme pregando, ch'i ſempr'ami.
Ma tu ben nata, che dal ciel mi chiami,
Per la memoria di tua morte acerba
Preghi, ch'i ſprezzi'l mondo è ſuoi dolci hami.
Quante fiate al mio dolce ricetto

Fuggendo

Fuggendo altrui, & s'eſſer puo, me ſteſſo
Vo con gliocchi bagnando l'herba e'l petto,
Rompendo co i ſoſpir l'aere dapreſſo.
  Quante fiate ſol pien di ſuſpetto
Per luoghi ombroſi, & foſchi mi ſon meſſo
Cercando col penſier l'alto diletto,
Che morte ha tolto, ond'io la chiamo ſpeſſo.
  Hor'in forma di Nympha, ò d'altra Diua,
Che del piu chiaro fondo di Sorga eſca,
Et pongaſi à ſeder in ſu la riua,
  Hor l'ho veduta ſu per l'herba freſca
Calcar i fior, com'una donna uiua,
Moſtrando in uiſta, che di me le'n creſca.

  Alma felice, che ſouente torni
A conſolar le mie notti dolenti
Con gliocchi tuoi, che morte non ha ſpenti,
Ma ſopra'l mortal modo fatti adorno,
  Quanto gradiſco, che miei triſti giorni
A rallegrar di tua uiſta conſenti:
Coſi incomincio à ritrouar preſenti
Le tue bellezze à ſuoi uſati ſoggiorni.
  Là'ue cantando andai di te molt'anni,
Hor, come uedi, uo di te piangendo,
Di te piangendo no, ma di miei danni.
  Sol'un ripoſo truouo in molti affanni,
Che, quando torni, ti conoſco e'ntendo
A l'andar, à la uoce, al uolto, à panni.

  Diſcolorato hai morte il più bel uolto,
Che mai ſi uide, e i più begliocchi ſpenti,
Spirto più acceſo di uirtuti ardenti
Del più leggiadro, & più bel nodo hai ſciolto.
  In un momento ogni mio ben m'hai tolto
Poſto hai ſilentio à più ſoaui accenti,
Che mai s'udiro, & me pien di lamenti:
Quant'io ueggio, m'è noia, & quant'io aſcolto
  Ben torna à conſolar tanto dolore
Madonna, oue pietà la riconduce,
Ne truouo in queſta uita altro ſoccorſo:
  Et ſe com'ella parla, & come luce,
Ridir poteſſi, accenderei d'amore
Non dico d'huomo, un cor di tigre, o d'orſo.

  Si breue è'l tempo, e'l penſier ſi ueloce,
Che mi rendon madonna coſi morta,
Ch'al gran dolor la medicina è corta:
Pur, mentr'io ueggio lei, nulla mi nuoce.
  Amor che m'ha legato, & tiemmi in croce,
Trema, quando la uede in ſu la porta
Dell'alma, oue m'ancide anchor ſi ſcorta,
Si dolce in uiſta, & ſi ſoaue in uoce.
  Come donna in ſuo albergo, altera uiene
Scacciando del oſcuro, & graue core
Con la fronte ſerena i penſier triſti.
  L'alma, che tanta luce non ſoſtene,
Soſpira, & dice, O benedette l'hore
Del dì, che queſta uia con gliocchi apriſti.

  Ne mai pietoſa madre al caro figlio,
Ne donna acceſa al ſuo ſpoſo diletto
Diè con tanti ſoſpir, con tal ſoſpetto
In dubbio ſtato ſi fedel conſiglio,
  Come à me quella, che'l mio graue eſſiglio
Mirando dal ſuo eterno alto ricetto
Spesso à me torna con l'uſato affetto,
Et di doppia pietate ornata il ciglio,
  Hor di madre, hor d'amante: hor teme, hor arde
D'honeſto fuoco, & nel parlar mi moſtra
Quel, che'n queſto uiaggio fugga, ò ſegua,
  Contando i caſi della uita noſtra,
Pregando ch'al leuar l'alma non tarde:
Et ſol quant'ella parla, ho pace, o tregua.

  Se quell'aura ſoaue de ſoſpiri,
Ch'i odo di colei, che qui fu mia
Donna, hor è in cielo, & anchor par qui ſia,
Et uiua, & ſenta, & uada, & ami, & ſpiri,
  Ritrar poteſſi, hor che caldi diſiri
Mouerei parlando, ſi geloſa, & pia
Torna, ou'io ſon, temendo non fra uia
Mi ſtanchi, ò'n dietro, ò da man manca giri?
  Ir dritto alto m'inſegna: & io, che'ntendo
Le ſue caſte loſinghe, e i giuſti preghi
Col dolce mormorar pietoſo & baſſo,
  Secondo lei conuien mi regga, & pieghi
Per la dolcezza, che del ſuo dir prendo:
Ch'hanria uirtu di far pianger un ſaſſo.

  Sennuccio mio, benche doglioſo, & ſolo
M'habbi laſciato, i pur mi riconforto:
Perche del corpo, ou'eri preſo, & morto,
Alteramente ſe leuato à uolo.
  Hor uedi inſieme l'uno, & l'altro polo,
Le ſtelle uaghe, & lor uiaggio torto,
Et uedi'l ueder noſtro quanto è corto,
Onde col tuo gioir tempro'l mio duolo.
  Ma ben ti prego, che'n la terza ſpera
Guitton ſaluti, & meſſer Cino, & Dante,
Franceſchin noſtro, & tutta quella ſchiera.
  A la mia donna puoi ben dire, in quante
Lagrime i uiuo, & ſon fatto una fiera
Membrando'l ſuo bel uiſo, & l'opre ſante.

  I ho pien di ſoſpir queſt'aer tutto
D'aſpri colli mirando il dolce piano,
Oue nacque colei, c'hauendo in mano
Mio cor, in ſul fiorire, e'n ſul far frutto
  E gita al cielo, & hammi à tal condotto
Col ſubito partir, che di lontano
Gliocchi miei ſtanchi lei cercando in uano
Preſſo di ſe non laſcian luogo aſciutto.
  Non è ſterpo, ne ſaſſo in queſti monti,
Non ramo, o fronda uerde in queſte piagge,
Non fior in queſte ualli, o foglia d'herba,
  Stilla d'acqua non uien di queſte fonti,
Ne fiere han queſti boſchi ſi ſeluagge,
Che non ſappian, quant'è mia pena acerba.

  L'alma mia fiamma oltra le belle bella,
C'hebbe qui'l ciel ſi amico, & ſi corteſe,
Anzi tempo per me nel ſuo paeſe
E ritornata, & à la par ſua ſtella.
  Hor'comincio à ſuegliarmi, & ueggio, ch'ella
Per lo migliore al mio diſir conteſe,
Et quelle uoglie giouenili acceſe
Tempro con una uiſta dolce, & fella.
  Lei ne ringratio, e'l ſuo alto conſiglio,
Che col bel uiſo, & co ſoaui ſdegni
Fecemi ardendo penſar mia ſalute.
  O leggiadre arti, & lor effetti degni:
L'un con la lingua oprar, l'altra col ciglio,
Io gloria in lei, & ella in me uirtute.

  Come ua'l mondo: hor mi diletta, & piace
Quel, che più mi diſpiacque hor ueggio, & ſento
Che per hauer ſalute hebbi tormento,
Et breue guerra per eterna pace.
  O ſperanza, o diſir ſempre fallace,
Et de gli amanti più ben per un cento:

O quant'era'l peggior farmi contento
Quella, c'hor ſiede in cielo, e'n terra giace.
Ma'l cieco amore, & la mia ſorda mente
Mi trauiauan ſi, ch'andar per uiua
Forza mi conuenia, doue morte era.
Benedetta colei, ch'à meglior riua
Volſe'l mio corſo, & l'empia uoglia ardente
Luſingando affrenò, perch'io non pera.

Quand'io ueggio dal ciel ſcender l'aurora
Con la fronte di roſe, & co crin d'oro,
Amor m'aſſale: ond'io mi diſcoloro,
Et dico ſoſpirando, iui è Laura hora.
O felice Titon tu ſai ben l'hora
Da ricourare il tuo caro theſoro:
Ma io che debbo far del dolce alloro,
Che ſel uuo riueder, conuien ch'io mora?
I uoſtri dipartir non ſon ſi duri:
Ch'al men di notte ſuol tornar colei,
Che non ha ſchifo le tue bianche chiome:
Le mie notti fa triſte, e i giorni oſcuri
Quella, che n'ha portato i penſier miei,
Ne di ſe m'ha laſciato altro, che'l nome.

Gli occhi, di ch'io parlai ſi caldamente,
Et le braccia, & le mani, e i piedi, e'l uiſo,
Che m'hauean ſi da me ſteſſo diuiſo,
Et fatto ſingular dall'altra gente,
Le creſpe chiome d'or puro lucente,
E'l lampeggiar dell'angelico riſo,
Che ſolean far in terra un paradiſo,
Poca poluere ſon, che nulla ſente:
Et io pur uiuo, onde mi doglio, & ſdegno,
Rimaſo ſenza'l lume, ch'amai tanto,
In gran fortuna, e'n diſarmato legno.
Hor ſia qui fine al mio amoroſo canto,
Secca è la uena de l'uſato ingegno,
Et la cethera mia riuolta in pianto.

S'io haueſſi penſato, che ſi care
Foſſin le uoci de ſoſpir miei in rima,
Fatte l'haurei dal ſoſpirar mio prima
In numero piu ſpeſſe, in ſtil piu rare.
Morta colei, che mi facea parlare,
Et che ſi ſtaua de penſier mie'n cima,
Non poſſo, & non ho piu ſi dolce lima,
Rima aſpre, & foſche far ſoaui, & chiare:
Et certo ogni mio ſtudio in quel temp'era
Pur di ſfogare il doloroſo core
In qualche modo, non d'acquiſtar fama.
Pianger cercai, non gia del pianto honore
Hor uorrei ben piacer: ma quella altiera
Tacito ſtanco dopo ſe mi chiama.

Soleaſi nel mio cor ſtar bella, & uiua,
Com'alta donna in loco humile, & baſſo:
Hor ſon fatt'io per l'ultimo ſuo paſſo
Non pur mortal, ma morto, & ella è diua.
L'alma d'ogni ſuo ben ſpogliata, & priua,
Amor d'ogni ſua luce ignudo, & caſſo
Deurian della pieta romper un ſaſſo:
Ma non è, chi lor duol racconti, ò ſcriua,
Che piangon dentro, ou'ogni orecchia è ſorda,
Se non la mia, cui tanta doglia ingombra,
Ch'altro, che ſoſpirar, nulla m'auanza.
Veramente ſiam noi poluere, & ombra,
Veramente la uoglia è cieca e'ngorda,
Veramente fallace è la ſperanza.

Soleano i miei penſier ſoauemente
Di lor obietto ragionar inſieme,
Pieta s'appreſſa, del tardar ſi pente:
Forſe hor parla di noi, ò ſpera, ò teme,
Poi che l'ultimo giorno, & l'hore eſtreme
Spogliar di lei queſta uita preſente,
Noſtro ſtato dal ciel uede, ode, & ſente,
Altra di lei non è rimaſo ſpeme.
O miracol gentile, ò felice alma,
O belta ſenza eſſempio altiera, & rara,
Che toſto è ritornata, ond'ella uſcio.
Iui ha del ſuo ben far corona, & palma
Quella, ch'al mondo ſi famoſa, & chiara
Fe la ſua gran uirtute, e'l furor mio.

I mi ſoglio accuſare, & hor mi ſcuſo,
Anzi mi pregio, & tengo aſſai piu caro,
De l'honeſta prigion, del dolce amaro
Colpo, ch'i portai gia molt'anni chiuſo.
Inuide Parche ſi repente il fuſo
Troncaſte, ch'attorcea ſoaue, & chiaro
Stame al mio laccio, & quell'aurato, & raro
Strale, onde morte piacque oltra noſtr'uſo:
Che non fu d'allegrezza à ſuoi di mai,
Di liberta di uita alma ſi uaga,
Che non cangiaſſe'l ſuo natural modo
Togliendo anzi per lei ſempre trar guai,
Chè cantar per qualunque, & di tal piaga
Morir contenta, & uiuer in tal nodo.

Due gran nemiche inſieme erano aggiunte
Bellezza, & honeſta con pace tanta,
Che mai rebellion l'anima ſanta
Non ſenti poi, ch'à ſtar ſeco fur giunte,
Et hor per morte ſon ſparſe, & diſgiunte
L'una è nel ciel, che ſe ne gloria, & uanta,
L'altra ſotterra, che begliocchi ammanta,
Ond'uſcir gia tante amoroſe punte.
L'atto ſoaue, e'l parlar ſaggio humile,
Che mouea d'alto loco, e'l dolce ſguardo,
Che piagaua'l mio core, anchor l'accenna,
Sono ſpariti: & s'al ſeguir ſon tardo,
Forſe auuerra, che'l bel nome gentile
Conſacrero con queſta ſtanca penna.

Quand'io mi uolgo in dietro à mirar gli anni,
C'hanno fuggendo i miei penſieri ſparſi,
Et ſpento'l fuoco, ou'agghiacciando i arſi,
Et finito'l riposo pien d'affanni,
Rotta la fe de gli amoroſi inganni,
Et ſol due parti d'ogni mio ben farſi,
L'una nel cielo, & l'altra in terra ſtarſi,
Et perdutto'l guadagno de miei danni,
I mi riſcuoto, & truouomi ſi nudo,
Ch'i porto inuidia ad ogni eſtrema ſorte,
Tal cordoglio, & paura ho di me ſteſſo.
O mia ſtella, ò fortuna, ò fato, ò morte,
O per me ſempre dolce giorno, & crudo
Come m'hauete in baſſo ſtato meſſo.

Ou'è la fronte, che con picciol cenno
Volgea'l mio core in queſta parte, e'n quella?
Ou'è'l bel ciglio, & l'una, & l'altra ſtella,
Ch'al corſo del mio uiuer lume denno?
Ou'è'l ualor, la conoſcenza, e'l ſenno,
L'accorta, honeſta, humil, dolce fauella?
Oue ſon le bellezze accolte in ella,
Che gran tempo di me lor uoglia fenno?
Ou'è l'ombra gentil del uiſo humano,
Ch'ora, & ripoſo daua à l'alma ſtanca,
E la'ue i miei penſier ſcritti eran tutti?

Ou'è colei, che mia uita hebbe in mano?
Quanto al miſero mondo, & quanto manca
A gliocchi miei, che mai non fieno aſciutti.

Quanta inuidia ti porto auara terra,
Ch'abbracci quella, cui ueder m'è tolto,
Et mi contendi l'aria del bel uolto,
Doue pace trouai d'ogni mia guerra,
Quanta ne porto al ciel, che chiude, & ſerra
Et ſi cupidamente ha in ſe raccolto
Lo ſpirto da le belle membra ſciolto
Et per altrui ſi rado ſi diſſerra,
Quant'inuidia à quell'anime, che'n ſorte
Hann'hor ſua ſanta, & dolce compagnia,
La qual io cercai ſempre con tal brama:
Quant'à la diſpietata, & dura morte,
C'hauendo ſpento in lei la uita mia
Staſſi ne ſuoi begliocchi, & me non chiama.

Valle, che de lamenti miei ſe piena,
Fiume, che ſpeſſo del mio pianger creſci,
Fere ſiluestre, uaghi augelli, & peſci
Che l'una, & l'altra uerde riua affrena,
Aria de miei ſoſpir calda, & ſerena,
Dolce ſentier, che ſi amaro rieſci,
Colle, che mi piaceſti, hor mi rincreſci,
Ou'anchor per uſanza amor mi mena,
Ben riconoſco in uoi l'uſate forme,
Non laſſo in me, che da ſi lieta uita
Son fatto albergo d'infinita doglia:
Quinci uedea'l mio bene, & per queſt'orme
Torno à ueder, ond'al ciel nuda è gita
Laſciando in terra la ſua bella ſpoglia.

Leuommi il mio penſer in parte, ou'era
Quella, ch'io cerco, & non ritruouo in terra:
Iui fra lor, che'l terzo cerchio ſerra,
La riuidi piu bella, & meno altiera,
Per man mi preſe, & diſſe, In queſta ſpera
Sarai anchor meco, ſe'l diſir non erra,
I ſon colei, che ti diè tanta guerra,
Et compie mia giornata inanzi ſera,
Mio ben non cape in intelletto humano.
Te ſolo aſpetto, & quel, che tanto amaſti,
Et la giuſo è rimaſo il mio bel uelo.
Deh perche tacque, & allargo la mano?
Ch'al ſuon de detti ſi pietoſi, & caſti
Poco manco, ch'io non rimaſi in cielo.

Amor, che meco al buon tempo ti ſtaui
Fra queſte riue à penſier noſtri amiche,
Et per ſaldar le ragion noſtri antiche,
Meco, & col fiume ragionando andaui,
Fior, frondi, herbe, ombre, antri, onde, aure ſoaui
Valli chiuſe, alti colli, & piagge apriche,
Porto delle amoroſe mie fatiche,
Delle fortune mie tante, & ſi graui:
O uaghi habitator de uerdi boſchi,
O Nymphe, & uoi, che'l freſco herboſo fondo
De'l liquido cryſtallo alberga, & paſce,
I di miei fur ſi chiari, hor ſon ſi foſchi,
Come morte, che'l fa. Coſi nel mondo
Sua uentura ha ciaſcun dal dì, che naſce.

Mentre che'l cor da gli amoroſi uermi
Fu conſumato, e'n fiamma amoroſa arſe,
Di uaga fiera le ueſtigia ſparſe
Cercai per poggi ſolitari, & hermi,
Et hebbi ardir cantando di dolermi
D'amor, di lei, che ſi dura m'apparſe:
Ma lo'ngegno, & le rime erano ſcarſe
In quella etate a penſier nuoui e'nfermi.
Quel fuoco è morto, e'l copre un picciol marmo;
Che ſe col tempo foſſi ito auanzando,
Come gia in altri infino à la uecchiezza,
Di rime armato, ond'oggi mi diſarmo,
Con ſtil canuto haurei fatto parlando
Romper le pietre, & pianger di dolcezza.

Anima bella da quel nodo ſciolta,
Che piu bel mai non ſeppe ordir natura,
Pon dal ciel mente à la mia uita oſcura,
Da ſi lieti penſieri à pianger uolta.
La falſa opinion dal cor ſe' tolta,
Che mi fece alcun tempo acerba, & dura
Tua dolce uiſta: homai tutta ſicura
Volgi à me gliocchi, è i miei ſoſpiri aſcolta.
Mira'l gran ſaſſo, donde Sorga naſce,
Et uedrai un, che ſol tra l'herbe, & l'acque
Di tua memoria, & di dolor ſi paſce.
Oue giace'l tuo albergo, & doue nacque
Il noſtro amor, uo ch'abbandoni, & laſce,
Per non ueder ne' tuoi quel, ch'à ne ſpiacque.

Quel Sol, che mi moſtraua il camin deſtro
Di gire al ciel con glorioſi paſſi,
Tornando al ſommo Sole in pochi ſaſſi
Chiuſe'l mio lume, e'l ſuo carcer terreſtro:
Ond'io ſon fatto un animal ſiluestro,
Che co pie uaghi, ſolitari, & laſſi
Porto'l cor graue, & gliocchi humidi, & baſſi
Al mondo ch'è per me un deſerto alpeſtro.
Coſi uo ricercando ogni contrada,
Oui'o la uidi, & ſol tu, che m'affligi,
Amor uien meco, & moſtrimi ond'io uada,
Lei non trou'io, ma ſuoi ſanti ueſtigi
Tutti riuolti à la ſuperna ſtrada
Veggio lunge da laghi Auerni, & Stygi.

Io penſaua aſſai deſtro eſſer ſu l'ale
Non per lor forza, ma di chi le ſpiega,
Per gir cantando à quel bel nodo eguale
Onde morte m'aſſolue, amor mi lega:
Trouaimi à l'opra uia piu lento, & frale,
D'un picciol ramo, cui gran faſcio piega,
Et diſſi, à cader ua, chi troppo ſale,
Ne ſi fa ben per huom quel, che'l ciel nega.
Mai non poria uolar penna d'ingegno,
Non che ſtil graue ò lingua, oue natura
Volo teſſendo il mio dolce ritegno:
Seguilla amor con ſi mirabil cura
In adornarlo, ch'i non era degno
Pur della uiſta, ma fu mia uentura.

Quella, per cui con Sorga ho cangiat'Arno
Con franca pouerta ſerue ricchezze,
Volſe in amaro ſue ſante dolcezze,
Ond'io gia uiſſi, hor me ne ſtruggo, & ſcarno.
Dapoi piu uolte ho riprouato indarno
Al ſecol, che uerra, l'alte bellezze
Pinger cantando, accio che l'ame, & prezze,
Ne col mio ſtile il ſuo bel uiſo incarno.
Le lode mai non d'altra, & proprie ſue,
Che'n lei fur, come ſtelle in cielo ſparte,
Pur ardiſco ombreggiar' hor una, hor due:
Ma poi ch'i giungo à la diuina parte,
Ch'un chiaro, & breue Sole al mondo fue,
Iui manca l'ardir, lo'ngegno, & l'arte.

L'alto, & nuouo miracol, ch'à di noſtri

Apparue al mondo, & ſtar ſeco non uolſe,
Che ſol ne moſtrò 'l ciel, poi ſel ritolſe
Per adornarne i ſuoi ſtellanti chioſtri.
  Vuol, chi depinga à chi nol uide, e'l moſtri
Amor, che 'n prima la mia lingua ſciolſe,
Poi mille uolte indarno à l'opra uolſe
Ingegno, tempo, penne, carte, e 'nchioſtri.
  Non ſon al ſommo anchor giunte le rime
In me 'l conoſco, & proual' ben chiunque
E 'n fin à qui, che d'amor parli, ò ſcriua.
  Chi ſa penſare il uer, tacito eſtime,
Ch'ogni ſtil uince, & poi ſoſpire, adunque
Beati gliocchi, che la uider uiua.

  Zephiro torna, e'l bel tempo rimena,
E i fiori, & l'herbe, ſua dolce famiglia,
Et garrir Progne, & pianger Philomena;
Et primauera candida, & uermiglia:
  Ridono i prati, e'l ciel ſi raſſerena:
Gioue s'allegra di mirar ſua figlia:
L'aria, & l'acqua, & la terra è d'amor piena:
Ogni animal d'amar ſi riconſiglia.
  Ma per me, laſſo, tornano i più graui
Soſpiri, che del cor profondo tragge
Quella, ch'al ciel ſe ne portò le chiaui:
  Et cantar augeletti, & fiorir piagge,
E 'n belle donne honeſte atti ſoaui
Sono un deſerto, & fiere aſpre, & ſeluagge.

  Quel roſignuol, che ſi ſoaue piagne
Forſe ſuoi figli, ò ſua cara conſorte,
Di dolcezza empie il cielo, & le campagne
Con tante note ſi pietoſe, & ſcorte,
  Et tutta par, che m'accompagne;
Et mi rammente la mia dura ſorte:
Ch'altri che me non ho, di cui mi lagne:
Ch'en Dee non credeu'io regnaſſe morte.
  O che lieue è ingannar, chi s'aſſicura:
Que duo bei lumi aſſai più che 'l Sol chiari
Che penſò mai ueder far terra oſcura?
  Hor conoſch'io, che mia fiera uentura
Vuol, che uiuendo, & lagrimando impari;
Come nulla qua giù diletta, & dura.

  Ne per ſereno ciel' ir uaghe ſtelle,
Ne per tranquillo mar legni ſpalmati,
Ne per campagne caualieri armati,
Ne per bei boſchi allegre fiere, & ſnelle;
  Ne d'aſpettato ben freſche nouelle,
Ne dir d'amore in ſtili alti, & ornati,
Ne tra chiare fontane, & uerdi prati
Dolce cantare honeſte donne & belle,
  Ne altro ſarà mai, ch'al cor m'aggiunga,
Si ſeco il ſeppe quella ſepelire,
Che ſola à gliocchi miei fu lume & ſpeglio.
  Noia m'è 'l uiuer ſi grauoſa, & lunga,
Ch'i chiamo 'l fine per lo gran diſire
Di riueder, cui non ueder fu 'l meglio.

  Paſſato è 'l tempo homai laſſo, che tanto
Con rifrigerio in mezzo 'l fuoco uiſſi,
Paſſato è quella, di ch'io pianſi, & ſcriſſi:
Ma laſciato m'ha ben la penna, e'l pianto.
  Paſſato è 'l uiſo ſi leggiadro, & ſanto:
Ma paſſando i dolci occhi al cor m'ha fiſſi,
Al cor già mio, che ſeguendo partiſſi
Lei, ch'auolto l'hauea nel ſuo bel manto.
  Ella 'l ſe ne portò ſotterra, e 'n cielo,
Ou'hor triompha ornata dell'alloro,
Che meritò la ſua inuitta honeſtate.

  Coſi diſciolto dal mortal mio uelo,
Ch'à forza mi tien qui, foſs'io con loro
Fuor de' ſoſpir fra l'anime beate.

  Mente mia, che preſaga de tuoi danni
Al tempo lieto già penſoſa, & triſta
S'intentamente nell'amata uiſta
Requie cercaui de futuri affanni:
  A gli atti, à le parole, al uiſo, à i panni,
À la noua pietà con dolor miſta
Potei ben dir, ſe del tutto eri auuiſta:
Queſt'è l'ultimo dì de miei dolci anni.
  Qual dolcezza fu quella ò miſer'alma:
Come ardeuano in quel punto, ch'i uidi
Gliocchi, i quai non deuea riueder mai?
  Quando à lor, come à duo amici più fidi,
Partendo in guardia la più nobil ſalma
I miei cari penſieri, e'l cor laſciai,

  Tutta la mia fiorita, & uerde etade
Paſſaua, e 'ntepedir ſentia già 'l fuoco,
Ch'arſe 'l mio cor, & era giunto al luogo,
Oue ſcende la uita, ch'al fin cade:
  Già incominciaua à prender ſicurtade
La mia cara nemica à poco à poco
De ſuoi ſoſpetti, & riuolgeua in giuoco
Mie pene acerbe ſua dolce honeſtade:
  Preſſo era 'l tempo, dou'amor ſi ſcontra
Con caſtitate, & à gli amanti è dato
Sederſi inſieme, & dir che lor incontra.
  Morte hebbe inuidia al mio felice ſtato,
Anzi à la ſpeme, & feglisi all'incontra
A mezza uia, come nemico armato.

  Tempo era homai da trouar pace ò tregua
Di tanta guerra, & erane in uia forſe,
Se non che' lieti paſſi andietro torſe,
Chi le diſagualianze noſtre adegua:
  Che come nebbia al uento ſi dilegua,
Coſi ſua uita ſubito traſcorſe
Quella, che già co begliocchi mi ſcorſe,
Et hor conuien, che col penſier la ſegua.
  Poco hauea a 'ndugiar, che gli anni, e'l pelo
Cangiauano i coſtumi, onde ſoſpetto
Non fora il ragionar del mio mal ſeco.
  Con che honeſti ſoſpiri l'haurei detto
Le mie lunghe fatiche, c'hor dal cielo
Vede, ſon certo, & duolſene anchor meco.

  Tranquillo porto hauea moſtrato amore
A la mia lunga, & torbida tempeſta
Fra gli anni dell'età matura honeſta,
Che i uitii ſpoglia, & uirtù ueſte & honore.
  Già traluceua à begliocchi 'l mio core,
Et l'alta fede non più lor moleſta.
Ah morte ria come à ſchiantar ſe preſta
Il frutto di molt'anni in ſi poche hore.
  Pur uiuendo ueniaſi, oue depoſto
In quelle caſte orecchie haurei parlando
De miei dolci penſier l'antica ſoma:
  Et ella haurebbe à me forſe riſpoſto
Qualche ſanta parola ſoſpirando
Cangiati i uolti, & l'una, & l'altra coma.

  Al cader d'una pianta, che ſi ſuelſe,
Come quella, che ferro, ò uento ſterpe,
Spargendo à terra le ſue ſpoglie eccelſe,
Moſtrando al Sol la ſua ſqualida ſterpe,
  Vidi un'altra, ch'amor obietto ſcelſe,
Subietto in me Calliope, & Euterpe,

Che 'l

Che'l cor m'auuinſe,& proprio albergo felſe,
Qual per tronco,ò per muro hedera ſerpe.
Quel uiuo lauro,oue ſolean far nido
Gli alti penſieri,è i miei ſoſpiri ardenti,
Che de bei rami mai non moſſen fronda,
Al ciel traſlato in quel ſuo albergo fido
Laſcio radici,onde con graui accenti
E anchor,chi chiami,& non è,chi riſponda.

I di miei piu leggier,che neſſun ceruo,
Fuggir,com'ombra,& non uider piu bene,
Ch'un batter d'occhio,& poche hore ſerene,
Ch'amare,& dolci nella mente ſeruo.
Miſero mondo,inſtabile,& proteruo
Del tutto è cieco,chi'n te pon ſua ſpene:
Che'n te mi fu'l cor tolto,& hor ſel tene
Tal,ch'è gia terra,& non giunge oſſo à neruo.
Ma la forma miglior,che uiue anchora,
Et uiurà ſempre ſu ne l'alto cielo,
Di ſue bellezze ognihor piu m'innammora;
Et uo ſol'in penſar cangiando il pelo,
Qual,ella è hoggi,e'n qual parte dimora,
Qual à uedere il ſuo leggiadro uelo.

Sento l'aura mia antica,è i dolci colli
Veggio apparir,onde'l bel lume nacque,
Che tenne gliocchi miei,mentr'al ciel piacque
Bramoſi,& lieti,hor li ten triſti,& molli.
O caduche ſperanze,ò penſier folli:
Vedoue l'herbe,& torbide ſon l'acque,
Et uoto,& fredo'l nido,in ch'ella giacque,
Nel qual io uiuo,& morto giacer uolli
Sperando al fin dà le ſoaui piante,
Et da begliocchi ſuoi,che'l cor m'han'arſo,
Ripoſo alcun delle fatiche tante.
Ho ſeruito à ſignor crudele,& ſcarſo,
Ch'arſi,quanto il mio fuoco hebbi dauante,
Hor uo piangendo il ſuo cenere ſparſo.

E queſto'l nido,in che la mia Phenice
Miſe l'aurate,& le purpuree penne,
Che ſotto le ſue ali il mio cor tenne,
Et parole,& ſoſpiri ancho ne elice:
O del dolce mio mal prima radice
Ou'è'l bel uiſo,onde quel lume uienne,
Che uiuo,& lieto ardendo mi mantenne?
Sol'eri in terra,hor ſe nel ciel felice.
Et m'hai laſciato qui miſero,& ſuolo
Tal,che pien di duol ſempre al luogo torno,
Che per te conſecrato honoro,& colo
Veggendo à colli oſcura notte intorno,
Onde prendeſti al ciel l'ultimo uolo,
Et doue gliocchi tuoi ſolean far giorno.

Mai non uedranno le mie luci aſciutte
Con le parti del'animo tranquille
Quelle note,ou'amor par che sfauille,
Et pietà di ſua man l'habbia conſtrutte:
Spirto gia inuitto à le terrene lutte,
C'hor ſu dal ciel tanta dolcezza ſtille,
Ch'à lo ſtil,onde morte dipartille,
Le diſuiate rime hai ricondutte.
Di mie tenere frondi altro lauoro
Credea moſtrarti:& qual fiero pianeta
Ne'nuidio inſieme o mio nobil theſoro?
Ch'inanzi tempo mi t'aſconde,& nieta,
Che col cor ueggio,& con la lingua honoro,
E'n te dolce ſoſpir l'alma s'acqueta.

CANZONE.

Standomi un giorno ſolo à la fineſtra:
Onde coſe uedea tante,& ſi nuoue,
Ch'era ſol di mirar quaſi gia ſtanco:
Vna fiera m'apparue da man deſtra
Con fronte humana da far'arder Gioue
Cacciata da duo ueltri un nero,un bianco,
Che l'uno,& l'altro fianco
Della fiera gentil mordean ſi forte:
Che'n poco tempo la menaro al paſſo,
Oue chiuſa in un ſaſſo
Vinſe molta bellezza acerba morte,
Et mi fe ſoſpirar ſua dura ſorte.
Indi per alto mar uidi una naue
Con le ſarte di ſeta,& d'or la uela
Tutta d'auorio,& d'hebeno conteſta:
E'l mar tranquillo,& l'aura era ſoaue,
E'l ciel,qual è,ſe nulla nube il uela:
Ella carca di ricca merce honeſta.
Poi repente tempeſta
Oriental turbò ſi l'aere,& l'onde.
Che la naue percoſſe ad uno ſcoglio.
O che graue cordoglio:
Breue hora oppreſſe,& poco ſpatio aſconde
L'alte richezze à null'altre ſeconde.
In un boſchetto nouo i rami ſanti
Fiorian d'un lauro giouenetto,& ſchietto:
Ch'un de gli arbor parea di paradiſo:
Et di ſua ombra uſcian ſi dolci canti
Di uari augelli,& tanto altro diletto:
Che dal mondo m'hauean tutto diuiſo
Et mirandol io fiſo
Cangioſſi il ciel intorno,& tinto in uiſta
Folgorando'l percoſſe,& da radice
Quella pianta felice
Subito ſuelſe:onde mia uita è triſta:
Che ſimil'ombra mai non ſi racquiſta.
Chiara fontana in quel medeſmo boſco
Surgea d'un ſaſſo,& acque freſche,& dolci
Spargea ſoauemente mormorando
Al bel ſeggio ripoſto,ombroſo,& foſco
Ne paſtori appreſſauan,ne bifolci,
Ma Nymphe,& Muſe à quel tenor cantando,
Iui m'aſſiſi,& quando
Piu dolcezza prendea di tal concento,
Et di tal uiſta,aprir uidi uno ſpeco,
Et portarſene ſeco
La fonte e'l luogo:ond'anchor doglia ſento,
Et ſol della memoria mi ſgomento.
Vna ſtrania Phenice ambe due l'ale
Di porpora ueſtita,e'l capo d'oro
Vedendo per la ſelua altiera,& ſuola,
Veder forma celeſte,& immortale
Prima penſai,fin ch'à lo ſuelto alloro
Giunſe,& al fonte,che la terra inuola.
Ogni coſa al fin uola:
Che mirando le frondi à terra ſparſe,
E'l tronco rotto,& quel uiuo humor ſecco,
Volſe in ſe ſteſſa il becco
Quaſi ſdegnando,e'n un punto diſparſe:
Onde'l cor di pietate,& d'amor m'arſe.
Al fin uid'io per entro i fiori,& l'herba
Penſoſa ir ſi leggiadra,& bella donna,
Che mai nol penſo,ch'i non arda,& treme,
Humile in ſe,ma'ncontr'amor ſuperba:
Et hauea in doſſo ſi candida gonna,
Si teſta,ch'oro,& neue parea inſieme:
Ma le parti ſupreme
Erano auuolte d'una nebbia oſcura:
Punta poi nel tallon d'un picciol angue,

Come fior colto langue,
Lieta ſi dipartio, non che ſicura.
Ahi null'altro, che pianto, al mondo dura.
Canzon tu puoi ben dire
Queſte ſei uiſioni al ſignor mio
Han fatto un dolce di morir deſio.

BALLATA

Amor quando fioria
Mia ſpeme, e'l guidardon d'ogni mia fede,
Tolta m'è quella, ond'attendea mercede.
Ahi diſpietata morte, ahi crudel uita
L'una m'ha poſto in doglia,
Et mie ſperanze acerbamente ha ſpente:
L'altra mi tien qua giu contra mia uoglia,
Et lei, che ſe n'è gita,
Seguir non poſſo, ch'ella nol conſente:
Ma pur'ognihor preſente
Nel mezzo del mio cor madonna ſiede,
Et qual è la mia uita, ella ſel uede.

CANZONE.

Tacer non poſſo, & temo, non adopre
Contrario effetto la mia lingua al core,
Che uorria far honore
A la ſua donna, che dal ciel n'aſcolta.
Come poſs'io, ſe non m'inſegni, Amore
Con parole mortali agguagliar l'opre
Diuine, & quel, che copre
Alta humilitate in ſe ſteſſa raccolta:
Nella bella pregione, ond'hor è ſciolta,
Poco era ſtato anchor l'alma gentile
Al tempo, che di lei prima m'accorſi:
Onde ſubito corſi
(Ch'era del anno, & di mi'etate aprile)
A coglier fiori in quei prati d'intorno
Sperando à gliocchi ſuoi piacer ſi adorno.
Muri eran d'alabaſtro, e'l tetto d'oro,
D'auorio uſcio, & feneſtre di Zaphiro,
Ond'el primo ſuſpiro
Mi giunſe al cor, & giugnerà l'eſtremo:
Indi i meſſi d'amor armati uſciro
Di ſaette, & di fuoco: ond'io di loro
Coronato d'alloro
Pur, com'hor foſſe, ripenſando tremo.
D'un bel diamante quadro, & mai non ſcemo
Vi ſi uedea nel mezzo un ſeggio altiero,
Oue ſola ſedea la bella donna:
Dinanzi una collonna
Criſtallina, & iu'entro ogni penſiero
Scritto, & fuor tralucea ſi chiaramente,
Che mi fea lieto, & ſoſpirar ſouente.
A le pungenti, ardenti, & lucid'arme,
A la uittorioſa inſegna uerde,
Contra cu'in campo perde
Gioue, & Apollo, & Poliphemo, & Marte,
Ou'è'l pianto ognihor freſco, & ſi rinuerde,
Giunto mi uidi: & non poſſendo aitarme,
Preſo laſciai menarme,
Ond'hor non ſo d'uſcir la uia, ne l'arte.
Ma ſi, com'huom talhor, che piange, & parte
Vede coſa, che gliocchi e'l cor alletta,
Coſi colei, perch'io ſon in pregione,
Standoſi ad un balcone,
Che fu ſola à ſuoi di coſa perfetta,
Cominciai à mirar con tal diſio,
Che me ſteſſo, e'l mio mal poſi in oblio.
I era in terra, e'l cor in paradiſo
Dolcemente obliando ogni altra cura,
Et mia uiua figura
Far ſentia un marmo, e'mpier di merauiglia,
Quand'una donna aſſai pronta, & ſicura,
Di tempo antica, & giouane del uiſo
Vedendomi ſi fiſo,
A l'atto della fronte, & de le ciglia
Meco, mi diſſe, meco ti conſiglia:
Ch'i ſon d'altro poder, che tu non credi,
Et ſo far lieti, & triſti in un momento
Piu leggiera, che'l uento,
Et reggo, & uoluo, quanto al mondo uedi.
Tien pur gliocchi, com'aquila in quel Sole
Parte da orecchi à queſte mie parole.
Il di, che coſtei nacque, eran le ſtelle,
Che producon fra uoi felici effetti,
In luoghi alti, & eletti
L'una uer l'altra con amor converſe:
Venere, e'l padre con benigni aſpetti
Tenean le parti ſignorili, & belle,
Et le luci empie, & felle
Quaſi in tutto del ciel eran diſperſe:
Il Sol mai ſi bel giorno non aperſe:
L'aere, & la terra s'allegraua, & l'acque
Per lo mar hauean pace, & per li fiumi.
Fra tanti amici lumi
Vna nube lontana mi diſpiacque,
Laqual temo, che'n pianto ſi riſolue,
Se pietate altrimente il ciel non uolue.
Com'ella uenne in queſto uiuer baſſo,
Ch'à dir' il uer, non fu degno d'hauerla,
Coſa noua à uederla,
Gia ſantiſſima, & dolce, anchor acerba,
Parea chiuſa in or fin candida perla,
Et hor carpone, hor con tremante paſſo
Legno, acqua, terra, ò ſaſſo
Verde facea, chiara, ſoaue, & l'herba
Con le palme, & co i pie freſca, & ſuperba,
Et fiorir co begliocchi le campagne,
Et acquetar i uenti, & le tempeſte
Con uoci anchor non preſte
Di lingua, che dal latte ſi ſcompagne,
Chiaro monſtrando al mondo ſordo, & cieco,
Quanto lume del ciel foſſe gia ſeco.
Poi che creſcendo in tempo, & in uirtute
Giunſe à la terza ſua fiorita etate,
Leggiadria, ne beltade
Tanta non uide il ſol credo giamai.
Gliocchi pien di letitia, & d'honeſtate,
E'l parlàr di dolcezza, & di ſalute.
Tutte lingue ſon mute
A dir di lei quel, che tu ſol ne ſai.
Si chiaro ha'l uolto di celeſti rai,
Che noſtra uiſta in lui non po fermarſe:
Et da quel ſuo bel carcere terreno
Di tal fuoco ha'l cor pieno,
Ch'altro piu dolcemente mai non arſe.
Ma parmi, che ſua ſubita partita
Toſto ti fia cagion d'amara uita.
Detto queſto à la ſua uolubil rota
Si uolſe, in ch'ella fila il noſtro ſtame,
Triſta, & certa indiuina de miei danni:
Che dopo non molt'anni
Quella, per ch'io ho di morir tal fame,
Canzon mia ſpenſe morte acerba, & rea,
Che piu bel corpo occider non potea.

Hor'hai fatto l'eſtremo di tua poſſa
O crudel morte: hai'l regno d'amore
Impouerito: hor di bellezza il fiore
E'l lume hai ſpento, & chiuſo in poca foſſa.
Hor hai ſpogliata noſtra uita, & ſcoſſa
D'ogni ornamento, & del ſouran ſuo honore
Ma la fama, e'l ualor, che mai non more

Non

Non è in tua forza: habbiti ignude l'oſſa:
Che l'altro ha'l cielo, & di ſua chiaritate,
Quaſi d'un piu bel ſol, s'allegra, & gloria,
Et fia'l mondo de buon ſempre in memoria.
Vinca'l cor uoſtro in ſua tanta uittoria
Angel nouo la ſu di me pietate,
Come uinſe qui'l mio uoſtra beltate.

L'aura, & l'odore, e'l rifrigerio, & l'ombra
Del dolce lauro, & ſua uiſta fiorita,
Lume, & ripoſo di mia ſtanca uita
Tolto ha colei, che tutto'l mondo ſgombra.
Come à noi'l Sol ſe ſua ſoror l'adombra,
Coſi l'alta mia luce à me ſparita.
Io cheggo à morte incontr'à morte aita,
Di ſi ſcuri penſieri amor m'ingombra.
Dormito hai bella donna un breue ſonno:
Hor ſe ſuegliata fra li ſpirti eletti,
Oue nel ſuo fattor l'alma s'interna:
Et ſe mie rime alcuna coſa ponno,
Conſecrata fra i nobili intelletti
Fia del tuo nome qui memoria eterna,

L'ultimo laſſo de miei giorni allegri,
Che pochi ho uiſto in queſto uiuer breue,
Giunt'era, & fatto'l cor tepida neue
Forſe preſago de di triſti, & negri:
Qual'ha gia i nerui, e i penſier' egri,
Cui domeſtica febbre aſſalir deue,
Tal mi ſentia non ſapend'io, che leue
Veniſſe'l fin de miei ben non integri.
Gliocchi belli hora in ciel chiari, & felici
Del lume, onde ſalute, & uita pioue,
Laſciando i miei qui miſeri, & mendici
Dicean lor con fauille honeſte, & noue,
Rimaneteui in pace ò cari amici:
Qui mai piu no, ma riuedrenne altroue.

O giorno, o hora, o ultimo momento,
O ſtelle congiurate a'mpouerirme,
O fido ſguardo hor che uolei tu dirme
Partend'io per non eſſer mai contento?
Hor conoſco i miei danni: hor mi riſento
Chi credeua (ahi credenze uane e'nfirme)
Perder parte, non tutto, al dipartirme.
Quante ſperanze ſe ne porta il uento:
Che gia'l contrario era ordinato in cielo,
Spegner l'almo mio lume, ond'io uiuea,
Et ſcritto era in ſua dolce amara uiſta.
Ma'nnanzi à gliocchi m'era poſto un uelo
Che mi fea non ueder quel, ch'i uedea,
Per far mia uita ſubito piu triſta.

Quel uago, dolce, caro, honeſto ſguardo
Dir parea, to di me quel, che tu puoi:
Che mai piu qui non mi uedrai da poi,
C'harai quinci'l pie moſſo à mouer tardo.
Intelletto ueloce piu che pardo,
Pigro in antiueder i dolor tuoi,
Come non uedeſti ne gliocchi ſuoi
Quel, che ued'hora, ond'io mi ſtruggo, & ardo?
Taciti sfauillando oltra lor modo
Dicean, O lumi amici, che gran tempo
Con tal dolcezza feſte di noi ſpecchi;
Il ciel n'aſpetta, à uoi parra per tempo:
Ma chi ne ſtrinſe qui, diſſolue il nodo,
E'l uoſtro per farui ira uuol, che'nuecchi.

CANZONE.

Solea della fontana di mia uita
Allontanarmi, & cercar terre, & mari
Non mio uoler, ma mia ſtella ſeguendo,
Et ſempre andai (tal'amor diemmi aita)
In quegli eſſilii quanto e uide, amari
Di memoria, & di ſpeme il cor paſcendo:
Hor laſſo alzo la mano, & l'arme rendo
A l'empia, & uiolenta mia fortuna,
Che priuo m'ha di ſi dolce ſperanza.
Sol memoria m'auanza,
Et paſco'l gran diſir ſol di queſt'una:
Onde l'alma uien men frale, & digiuna.
Come à corrier tra uia, ſe'l cibo manca,
Conuien per forza rallentar'il corſo
Scemando la uirtu, che'l fea gir preſto,
Coſi mancando à la mia uita ſtanca
Quel caro nutrimento, in che di morſo
Die, chi'l mondo fa nudo, e'l mio cor meſto,
Il dolce acerbo, e'l bel piacer moleſto
Mi ſi fa d'hora in hora: onde'l camino
Si breue non fornir ſpero, & pauento.
Nebbia, ò poluere al uento
Fuggo per piu non eſſer pellegrino:
Et coſi uada, s'è pur mio deſtino.
Mai queſta mortal uita, à me non piacque,
(Saſſel amor, con cui ſpeſſo ne parlo)
Se non per lei, che fu'l ſuo lume, e'l mio.
Poi che'n terra morendo al ciel rinacque
Quello ſpirto, ond'io uiſſi, à ſeguitarlo
Licito foſſe, è'l mio ſommo diſio.
Ma da dolermi ho ben ſempre, perch'io
Fui mal'accorto à proueder mio ſtato,
Ch'amor moſtrommi ſotto quel bel ciglio,
Per darmi altro conſiglio:
Che tal morì gia triſto, & ſconſolato,
Cui poco inanzi era'l morir beato.
Ne gliocchi, ou'habitar ſolea'l mio core,
Finche mia dura ſorte inuidia n'hebbe,
Che di ricco albergo il poſe in bando,
Di ſua man propria hauea deſcritto amore
Con lettere di pieta quel, ch'auuerrebbe
Toſto del mio ſi lungo ir deſiando.
Bello, & dolce morire era allhor, quando
Morend'io non moria mia uita inſieme,
Anzi uiuea di me l'ottima parte.
Hor mie ſperanze ſparte
Ha morte, & poca terra il mio ben preme,
Et uiuo, & mai nol penſo, ch'i non treme.
Se ſtato foſſe il mio poco intelletto
Meco al biſogno, & non altra uaghezza
L'haueſſe deſuiando altroue uolto,
Nella fronte à madonna haurei ben letto,
Al fin ſe giunto d'ogni tua dolcezza,
Et al principio dal tuo amaro molto:
Queſto intendendo dolcemente ſciolto
In ſua preſentia del mortal mio uelo,
Et di queſta noioſa, & graue carne
Potea inanzi lei andarne
A ueder preparar ſua ſedia in cielo:
Hor l'andro dietro homai con altro pelo.
Canzon s'huom trouui in ſuo amor uiuer quieto
Di, muor, mentre ſe lieto:
Che morte al tempo è non duol, ma refugio,
Et chi ben puo morir, non cerchi indugio.

CANZONE.

Mia benigna fortuna, e'l uiuer lieto,
I chiari giorni, & le tranquille notti,
E i ſoaui ſoſpiri, e'l dolce ſtile,
Che ſolea riſonar' in uerſi, e'n rime,
Volti ſubitamente in doglia, e'n pianto
Odiar uita mi fanno, & bramar morte.
Crudele, acerba, ineſſorabil morte

Cagion mi dà di mai non eſſer lieto,
Ma di menar tutta mia uita in pianto,
E i giorni oſcuri, & le doglioſe notti.
I miei grauì ſoſpir non uanno in rime,
E'l mio duro martir uince ogni ſtile.
  Ou'è condotto il mio amoroſo ſtile?
A parlar d'ira, à ragionar di morte.
V ſono i uerſi, u ſon giunte le rime,
Che gentil cor udia penſoſo, & lieto?
Ou'è'l fauoleggiar d'amor le notti?
Hor non parl'io, ne penſo altro, che pianto.
  Già mi fu col deſir ſi dolce il pianto,
Che condia di dolcezza ogni agro ſtile,
Et uegghiar mi facea tutte le notti:
Hor m'è'l pianger amaro piu, che morte:
Non ſperando mai'l guardo honeſto, & lieto
Alto ſoggetto à le mie baſſe rime.
  Chiaro ſegno amor poſe à le mie rime
Dentro à begliocchi, & hor l'ha poſto in pianto
Con dolor rimembrando il tempo lieto:
Ond'io uo col penſier cangiando ſtile,
Et ripregando te pallida morte,
Che mi ſottragghi à ſi penoſe notti.
  Fuggito è'l ſonno à le mie crude notti,
E'l ſuono uſato à le mie roche rime,
Che non ſanno trattar altro, che morte.
Coſi è'l mio cantar conuerſo in pianto,
Non ha'l regno d'amor ſi uario ſtile,
Ch'è tanto hor triſto, quanto mai fu lieto.
  Neſſun uiſſe giamai piu di me lieto:
Neſſun uiue piu triſto, & giorni, & notti,
Et doppiando'l dolor doppia lo ſtile,
Che trahe del cor ſi lagrimoſe rime.
Viſſi di ſpeme: hor uiuo pur di pianto,
Ne contra morte ſpero altro, che morte.
  Morte m'ha morto, & ſola può far morte,
Ch'i torni à riueder quel uiſo lieto,
Che piacer mi facea i ſoſpiri, e'l pianto,
L'aura dolce, & la pioggia à le mie notti,
Quando i penſieri eletti teſſea in rime
Amor' alzando il mio debile ſtile.
  Hor haueſs'io un ſi pietoſo ſtile,
Che Laura mia poteſſe torre à morte,
Com'Euridice Orpheo ſua ſenza rime:
Ch'i uiuerei anchor piu che mai lieto.
S'eſſer non può, qualch'una d'eſte notti
Chiuda homai queſte due fonti di pianto.
  Amor'i ho molti, & molt'anni pianto
Mio graue danno in doloroſo ſtile:
Ne da te ſpero mai men fere notti:
Et però mi ſon moſſo à pregar morte,
Chi mi tolla di qui per farme lieto,
Ou'è colei, ch'i canto, & piango in rime.
  Se ſi alto pon gir mie ſtanche rime,
Ch'aggiungan lei, ch'è fuor d'ira, & di pianto,
Et fa'l ciel hor di ſue bellezze lieto,
Ben riconoſcerà'l mutato ſtile,
Che già forſe le piacque anzi, che morte
Chiaro à lei giorno, à me feſſe atre notti.
  O uoi, che ſoſpirate à miglior notti,
Ch'aſcoltate d'amore, ò dite in rime,
Pregate, non mi ſia piu ſorda morte,
Porto delle miſerie, & fin del pianto:
Muti una uolta quel ſuo antico ſtile,
Ch'ogni huom'attriſta, & tempo far ſi lieto.
  Far mi può lieto in una, ò'n poche notti:
En aſpro ſtile, e'n angoſcioſe rime
Prego, che'l pianto mio finiſca morte.

  I te rime dolenti al duro ſaſſo,

Che'l mio caro theſoro in terra aſconde:
Iui chiamate, chi dal ciel riſponde,
Benche'l mortal ſia in luogo oſcuro, & baſſo.
  Ditele, ch'i ſon gia di uiuer laſſo,
Del nauigar per queſte horribil'onde:
Ma ricogliendo le ſue ſparte fronde
Dietro le uo pur coſi paſſo paſſo
  Sol di lei ragionando uiua, & morta,
Anzi pur uiua, & hor fatta immortale,
Acciò che'l mondo la conoſca, & ame.
  Piacciale al mio paſſar eſſer' accorta,
Ch'è preſſo homai: ſiami à l'incontro, & quale
Ella è nel cielo, à ſe mi tiri, & chiame.

  S'honeſto amor può meritar mercede,
Et ſe pietà anchor può, quant'ella ſuole,
Mercede hauro: che piu chiara, che'l Sole,
A madonna, & al mondo è la mia fede,
  Già di me pauentoſa hor ſa, uol crede:
Che quello ſteſſo, c'hor per me ſi uuole,
Sempre ſi uolſe: & s'ella udia parole.
O uedea'l uolto, hor l'animo, e'l cor uede:
  Ond'i ſpero, che'n fin dal ciel ſi doglia
De miei tanti ſoſpiri, & coſi moſtra
Tornando à me ſi piena di pietate:
  Et ſpero, ch'al por giu di queſta ſpoglia
Venga per me con quella gente noſtra
Vera amica di Chriſto, & d'honeſtate.

  Vidi fra mille donne una gia tale,
Ch'amoroſa paura il cor m'aſſalſe
Mirandola in imagini non falſe
A gli ſpirti celeſti in uiſta eguale,
  Niente in lei terreno era, ò mortale,
Si come à cui del ciel, non d'altro calſe.
L'alma, ch'arſe per lei ſi ſpeſſo, & alſe:
Vaga d'ir ſeco aperſe ambe due l'ale:
  Ma tropp'era alta al mio peſo terreſtre,
Et poco piu m'uſci'n tutto di uiſta:
Di che penſando anchor m'agghiaccio, & torpo.
  O belle & alte & lucide feneſtre:
Onde colei, che molta gente attriſta,
Trouò la uia d'entrare in ſi bel corpo.

  Tornami à mente, anzi u'è dentro quella
Ch'indi per Lethe eſſer non può ſbandita,
Qual'io la uidi in ſu l'età fiorita
Tutta acceſa de raggi di ſua ſtella.
  Si nel mio primo occorſo honeſta, & bella
Veggiola in ſe raccolta, & ſi romita,
Ch'i grido, ell'è ben deſſa, anchor è in uita;
E'n don le cheggio ſua dolce fauella.
  Talhor riſponde, & talhor non fa motto.
I, com'huom, ch'erra, & poi piu dritto eſtima,
Dico à la mente mia, tu ſe'ngannata.
  Sai, ch'n mille trecento quarantotto
Il dì ſeſto d'aprile in l'hora prima
Del corpo uſciò quell'anima beata.

  Quel, che d'odore, & di color uincea
L'odorifero, & lucido oriente,
Frutti, fiori, herbe, & frondi, onde'l ponente
D'ogni rara eſſcellentia il pregio hauea,
  Dolce mio lauro, oue habitar ſolea
Ogni bellezza, ogni uirtute ardente,
Vedeua à la ſua ombra honeſtamente
Il mio ſignor ſederſi, & la mia Dea.
  Anchor io il nido de penſieri eletti
Poſi in quell'alma pianta, e'n fuoco, e'n gielo
Tremando, ardendo aſſai felice fui.

Pieno era'l mondo de ſuoi honor perfetti
Allhor, che Dio per adornarne il cielo
La ſi ritolſe, & coſa era da lui.

Laſciato hai morte ſenza Sole il mondo
Oſcuro & freddo, Amor cieco & inerme,
Leggiadria ignuda, le bellezze inferme,
Me ſconſolato, & a me graue pondo,
Corteſia in bando, & honeſtate in fondo.
Dogliom'io ſol, ne ſol ho da dolerme,
Che ſuelt'hai di uirtute il chiaro germe,
Spento il primo ualor: qual fia il ſecondo?
Pianger l'aer, & la terra, e'l mar deurebbe
L'human legnaggio, che ſenz'ella è quaſi
Senza fior prato, o ſenza gemma anello.
Non la conobbe il mondo, mentre l'hebbe:
Conobbil'io, ch'a pianger qui rimaſi,
E'l ciel, che del mio pianto hor ſi fa bello.

Conobbi, quanto il ciel gliocchi m'aperſe,
Quanto ſtudio & amor m'alzaron l'ali,
Coſe nuoue & leggiadre, ma mortali,
Che'n un ſoggetto ogni ſtella coſperſe.
L'altre tante, ſi ſtrane, & ſi diuerſe
Forme altiere, celeſte, & immortali,
Perche non furo a lo'ntelletto eguali,
La mia debile uiſta non ſofferſe.
Onde quant'io di lei parlai, ne ſcriſſi,
C'hor per lodi anzi a Dio preghi mi rende,
Fu breue ſtilla d'infiniti abyſſi:
Che ſtilo oltra lo'ngegno non ſi ſtende,
Et per hauer huom gliocchi nel Sol fiſſi,
Tanto ſi uede men, quanto piu ſplende.

Dolce mio caro & pretioſo pegno,
Che natura mi tolſe, e'l ciel mi guarda,
Deh come è tua pieta uer me ſi tarda
O uſato di mia uita ſoſtegno?
Gia ſuo'tu far il mio ſonno almen degno
De la tua uiſta, & hor ſoſtien, ch'i arda
Senz'alcun refrigerio, & chi'l retarda?
Pur la ſu non alberga ira, ne ſdegno,
Onde qua giuſo un bel pietoſo core
Talhor ſi paſce di gli altrui tormenti
Si ch'egli è uinto nel ſuo regno amore.
Tu, che dentro mi uedi, e'l mio mal ſenti,
Et ſola puoi finir tanto dolore,
Con la tua ombra acqueta i miei lamenti.

Deh qual pieta, qual angel fu ſi preſto
A portar ſopra'l cielo il mio cordoglio?
Ch'anchor ſento tornar pur, come ſoglio,
Madonna in quel ſuo atto dolce honeſto
Ad acquetar il cor miſero & meſto
Piena ſi d'humilita, uota d'orgoglio,
E'n ſomma tal, ch'a morte i mi ritoglio,
Et uiuo, e'l uiuer piu non m'è moleſto.
Beata ſe, che puo beare altrui
Con la ſua uiſta, ouer con le parole
Intellette da noi ſoli ambedui.
Fedel mio caro aſſai di te mi duole,
Ma pur per noſtro ben dura ti fui,
Dice, & coſ'altre d'arreſtar il Sole.

Del cibo, onde'l ſignor mio ſempre abonda,
Lagrime & doglia il cor laſſo nudriſco,
Et ſpeſſo tremo, & ſpeſſo impallidiſco
Penſando a la ſua piaga aſpra & profonda.
Ma chi ne prima ſimil, ne ſeconda
Hebbe il ſuo tempo, al letto, in ch'io languiſco
Vien tal, ch'a pena a rimirar l'ardiſco,
Et pietoſa s'aſſide in ſu la ſponda.
Con quella man, che tanto diſial,
M'aſciuga gliocchi, & col ſuo dir m'apporta
Dolcezza, ch'huom mortal non ſenti mai.
Che ual, dice, a ſauer, chi ſi ſconforta?
Non pianger piu: non m'hai tu pianto aſſai?
C'hor foſtu uiuo, com'io non ſon morta.

CANZONE.

Quando il ſoaue mio fido conforto,
Per dar ripoſo à la mia uita ſtanca,
Ponſi del letto in ſu la ſponda manca
Con quel ſuo dolce ragionare accorto,
Tutto di pieta, & di paura ſmorto
Dico, onde uien tu hora ò felice alma?
Vn ramuſcel di palma,
Et un di lauro trahe del ſuo bel ſeno,
Et dice, dal ſereno
Ciel'empireo, & di quelle ſante parti
Mi moſſi, & uengo ſol per conſolarti.
In atto & in parole la ringratio
Humilemente, & poi domando, hor donde
Sai tu'l mio ſtato? & ella, le triſt'onde
Del pianto, di che mai tu non ſe ſatio,
Con l'aura de ſoſpir per tanto ſpatio
Paſſano al cielo, & turban la mia pace,
Si forte ti diſpiace,
Che di queſta miſeria ſia partita,
Et giunta a miglior uita,
Che piacer ti deuria, ſe tu m'amaſti,
Quanto in ſembianti, et nel tuo dir moſtraſti.
Riſpondo, io nõ piango altro, che me ſteſſo,
Che ſon rimaſo in tenebre e'n martire
Certo ſempre del tuo al ciel ſalire,
Come di coſa, c'huom uede da preſſo.
Come Dio & natura hauerebben meſſo
In un cor giouenil tanta uirtute,
Se l'eterna ſalute
Non foſſe deſtinata al tuo ben fare?
O dell'anime rare,
Ch'altamente uiueſti qui fra noi,
Et che ſubito al ciel uolaſti poi.
Ma io che debbo altro che pianger ſempre
Miſero & ſol, che ſenza te ſon nulla?
C'hor foſs'io ſpento al latte, & a la culla,
Per non prouar de l'amoroſe tempre?
Et ella, a che pur piangi, & ti diſtempre?
Quant'era meglio alzar da terra l'ali,
Et le coſe mortali,
Et queſte dolci tue fallaci ciance
Librar con giuſta lance,
Et ſeguir me, s'è uer che tanto m'ami,
Cogliendo homai qualch'un di queſti rami.
I uolea domandar, riſpond'io allhora,
Che uoglion importar quelle due frondi.
Et ella, tu medeſmo ti riſpondi,
Tu, la cui penna tanto l'una honora.
Palma è uittoria, & io giouane anchora
Vinſi'l mondo, & me ſteſſa: il lauro ſegna
Triompho, ond'io ſon degna,
Merce di quel ſignor, che mi die forza.
Hor tu, s'altri ti sforza,
A lui ti uolgi, a lui chiedi ſoccorſo.
Si che ſiam ſeco al fine del tuo corſo.
Son queſti i capei biondi, & l'aureo nodo,
Dico io, ch'anchor mi ſtringe, & quei begliocchi,
Che fur mio Sol? Non errar con li ſciocchi,
Ne parlar, dice, ò creder a lor modo.
Spirito ignudo ſono, e'n ciel mi godo:

Quel, che tu cerchi, è terra gia molt'anni?
Ma per trarti d'affanni,
M'è dato a parer tale, & anchor quella
Saro piu che mai bella,
A te piu cara, ſi ſeluaggia, & pia
Saluando inſieme tua ſalute & mia.
I piango, & ella il uolto
Con le ſoe man m'aſciuga, & poi ſoſpira
Dolcemente, & s'adira
Con parole, che i ſaſſi romper ponno,
Et dopo queſto ſi parte ella e'l ſonno.

Ripenſando a quel, c'hoggi'l cielo honora,
Soaue ſguardo, al chinar l'aurea teſta,
Al uolto, à quella angelica modeſta
Voce, che m'addolciua, & hor m'accora.
Gran merauiglia ho, com'io uiua anchora:
Ne uiurei gia, ſe, chi tra bella e honeſta
Qual fu piu laſcio in dubbio, non ſi preſta
Foſſe al mio ſcampo la uerſo l'aurora.
O che dolci accoglienze, & caſte, & pie,
Et come intentamente aſcolta, & nota
La longa hiſtoria de le pene mie.
Poi che'l di chiaro par che le percota,
Tornaſi al ciel, che ſa tutte le uie,
Humido gliocchi, & l'una & l'altra gota.

Laura mia ſacra al mio ſtanco ripoſo
Spira ſi ſpeſſo, ch'I prendo ardimento
Di dirle il mal, ch'i ho ſentito, & ſento,
Che uiuend'ella non ſarei ſtato oſo.
Io comincio da quel guardo amoroſo,
Che fu principio a ſi lungo tormento,
Poi ſeguo, come miſero, & contento
Di di in di, d'hora in hora amor m'ha roſo.
Ella ſi tace, & di pieta dipinta
Fiſo mira pur me, parte ſoſpira,
Et di lagrime honeſte il uiſo adorna:
Onde l'anima mia dal dolor uinta,
Mentre piangendo allhor ſeco s'adira,
Sciolta dal ſonno a ſe ſteſſa ritorna.

Fu forſi un tempo dolce coſa amore,
Non perch'io ſappia il quando, hor è ſi amara,
Che nulla piu ben ſa'l uer, chi lo'mpara,
Com'ho fatt'io con mio graue dolore.
Quella, che fu del ſecol noſtro honore,
Hor è del ciel, che tutto orna & riſchiara,
Fe mia requie a ſuoi giorni & breue & rara,
Hor m'ha d'ogni ripoſo tratto fuore.
Ogni mio ben crudel morte m'ha tolto,
Ne gran proſperita il mio ſtato aduerſo
Puo conſolar di quel bel ſpirto ſciolto.
Pianſi, & cantai: non ſo piu mutar uerſo;
Ma di & notte il duol ne l'alma accolto
Per la lingua, e per gliocchi ſfogo, & uerſo.

Spinſe amor & dolor, ou'ir non debbe,
La mia lingua auuiata a lamentarſi
A dir di lei, perch'io cantai & arſi,
Quel, che, ſe foſſe uer, torto ſarebbe.
Ch'aſſai'l mio ſtato rio quetar deurebbe
Quella beata, e'l cor racconſolarſi,
Vedendo tanto lei domeſticarſi
Con colui, che uiuendo in cor ſempr'hebbe.
Et ben m'acqueto, & me ſteſſo conſolo,
Ne uorrei riuederla in queſto inferno.
Anzi uoglio morire, & uiuer ſolo,
Che piu bella, che mai, con l'occhio interno
Con gli angeli la ueggio alzata a uolo
A pie del ſuo & mio ſignore eterno.

Gli angeli eletti, & l'anime beate
Cittadine del cielo il primo giorno,
Che Madonna paſſò, le fur intorno
Piene di merauiglia & di pietate.
Che luce è queſta, & qual nuoua beltate
Dicean tra lor, per c'habito ſi adorno
Dal mondo errante a queſt'alto ſoggiorno
Non ſali mai in tutta queſta etate.
Ella contenta hauer cangiato albergo
Si paragona pur co i piu perfetti,
Et parte adhor adhor ſi uolge a tergo
Mirando s'io la ſeguo, & par ch'aſpetti:
Ond'io uoglie & penſier tutti al ciel ergo,
Perch'i l'odo pregar pur, ch'i m'affretti.

Donna che lieta col principio noſtro
Ti ſtai, come tua uita alma richiede,
Aſſiſa in alta & glorioſa ſede,
Et d'altro ornata, che di perle o d'oſtro,
O de le donne altiero & raro moſtro
Hor nel uolto di lui, che tutto uede,
Vedi'l mio amore & quella pura fede,
Perch'io tante uerſai lagrime, e'nchioſtro,
Et ſenti che uer te il mio core in terra
Tal fu qual hora è in cielo, & mai non uolſi
Altro da te, che'l ſol degliochi tuoi.
Dunque per amendar la lunga guerra,
Per cui dal mondo a te ſola mi uolſi,
Prega ch'i uenga toſto a ſtar con uoi.

Da piu begliocchi, & dal piu chiaro uiſo,
Che mai ſplendeſſe, & da piu bei capelli,
Che facean l'oro e'l ſol parer men belli,
Dal piu dolce parlar, & dolce riſo,
Da le man, da le braccia, che conquiſo
Senza mouerſi haurian quai piu rebelli
Fur d'amor mai, da piu bei piedi ſnelli,
Da la perſona fatta in paradiſo
Prendean uita i miei ſpirti, hor n'ha diletto
Il re celeſte, e ſuoi alati corrieri,
Et io ſon qui rimaſo ignudo & cieco.
Sol un conforto a le mie pene aſpetto,
Ch'ella, che uede tutti i miei penſieri,
M'impetre gratia, ch'i poſſa eſſer ſeco.

E mi par d'hor in hora udire il meſſo,
Che Madonna mi mande a ſe chiamando,
Coſi dentro & di fuor mi uo cangiando,
Et ſono in non molt'anni ſi dimeſſo
Ch'a pena riconoſco homai me ſteſſo;
Tutto il uiuer uſato ho meſſo in bando,
Sarei contento di ſapere il quando,
Ma pur deurebbe il tempo eſſer d'appreſſo.
O felice quel di, che del terreno
Carcere uſcendo laſci rotta & ſparta
Queſta mia graue, & frale, & mortal gonna,
Et da ſi folte tenebre mi parta
Volando tanto ſu nel bel ſereno,
Ch'i ueggia il mio ſignore & la mia donna.

Ogni giorno mi par piu di mill'anni,
Ch'i ſegua la mia fida & cara duce
Che mi conduſſe al mondo, hor mi conduce
Per miglior uia a uita ſenza affanni:
Et non mi poſſon ritener gl'inganni
Del mondo, ch'il conoſco & tanta luce
Dentr'al mio core infin dal ciel traluce.
Ch'i'ncomincio a contar il tempo, & danni,
Ne minaccie temer debbo di morte,
Che'l re ſofferſe con piu graue pena.

Per farme

Per farme a ſeguitar coſtante & forte:
Et hor nouellamente in ogni uena
Intro di lei, che m'era data in ſorte,
Et non turbò la ſua fronte ſerena.

Non puo far morte il dolce uiſo amaro,
Ma'l dolce uiſo dolce puo far morte.
Che biſogna a morir ben altre ſcorte?
Quella mi ſcorge, ond'ogni ben imparo:
Et quei, che del ſuo ſangue non fu auaro,
Che col pie ruppe le tartaree porte,
Col ſuo morir par che mi riconforte:
Dunque uien morte, il tuo uenir m'è caro:
Et non tardar, ch'egli è ben tempo homai,
Et ſe non foſſe, e fu'l tempo in quel punto
Che Madonna paſſo di queſta uita,
Dall'hor innanzi un dì non uiſſi mai:
Seco fu'in uia, & ſeco al fin ſon giunto,
Et mio giornata ho co ſuoi pie fornita.

CANZONE.

Quel antico mio dolce empio ſignore
Fatto citar dinanzi a la reina,
Che la parte diuina
Tien di noſtra natura, e'n cima ſede,
Ioi com'oro, che nel fuoco affina,
Mi rappreſento carco di dolore,
Di paura, & d'horrore,
Quaſi huom, che teme morte, & ragion chiede.
E'ncomincio, Madonna il manco piede
Giouenetto poſ'io nel coſtui regno,
Ond'altro ch'ira & ſdegno
Non hebbi mai, & tanti & ſi diuerſi
Tormenti iui ſofferſi,
Ch'al fine uinta fu quella infinita
Mia patientia, e'n odio hebbi la uita.
Coſi'l mio tempo infin qui trapaſſato
E in fiamma e'n pene, & quante utili honeſte
Vie ſprezzai, quante feſte,
Per ſeruir queſto luſinghier crudele.
Et qual ingegno ha ſi parole preſte,
Che ſtringer poſſa il mio infelice ſtato,
Et le mie d'eſto ingrato
Tante & ſi gràui & ſi giuſte querele?
O poco mel, molto aloe con fele:
In quanto amaro ha la mia uita auuezza
Con ſua falſa dolcezza,
Laqual m'attraſſe a l'amoroſa ſchiere:
Che, ſ'i non m'inganno, era
Diſpoſto a ſolleuarmi alto da terra.
E mi tolſe di pace, & poſe in guerra.
Queſti m'ha fatto men amare Dio,
Ch'i non deuea, & men curar me ſteſſo,
Per una donna ho meſſo
Egualmente in non cale ogni penſiero:
Di cio m'è ſtato conſeglier ſol eſſo
Sempre aguzzando il giouenil diſio
A l'empia cote, ond'io
Sperai ripoſo al ſuo giogo aſpro & fiero:
Miſero, a che quel chiaro ingegno altiero,
Et l'altre doti a me date dal cielo?
Che uo cangiando il pelo,
Ne cangiar poſſo l'oſtinata uoglia,
Coſi in tutto mi ſpoglia
Di liberta queſto crudel, ch'i accuſo,
Ch'amaro uiuer m'ha uolto in dolce uſo.
Cercar m'ha fatto deſerti paeſi
Fiere, & ladri rapaci, hiſpidi dumi,
Dure genti, & coſtumi,
Et ogni error, ch'e pellegrini intrica,
Monti, ualli, paludi, & mari, & fiumi,
Mille lacciuoli in ogni parte teſi:
E'l uerno in ſtrani meſi
Con pericol preſent, & con fatica:
Ne coſtui, ne quell'altra mia nemica,
Ch'i fuggia, mi laſciauan ſol un punto,
Onde s'i non ſon giunto
Anzi tempo da morte acerba & dura,
Pieta celeſte ha cura
Di mia ſalute, non queſto tiranno,
Che del mio duol ſi paſce, & del mio danno.
Poi che ſuo fui, non hebbi hora tranquilla,
Ne ſpero hauer, & le mie notti il ſonno
Sbandiro: & piu non ponno
Per herbe, o per incanti a ſe ritrarlo,
Per inganni, & per forza è fatto donno
Soura miei ſpirti, e non ſonò poi ſquilla,
Ou'io ſia in qualche uilla,
Ch'i non l'udiſſi, ei ſa, che'l uero parlo:
Che legno uecchio mai non roſe tarlo,
Come queſt'il mio core, in che s'annida,
Et di morte lo sfida,
Quinci naſcon le lagrime, e i martiri,
Le parole, e i ſoſpiri,
Di ch'io mi uo ſtancando, & forſe altrui:
Giudica tu, che me conoſci, & lui.
Il mio auuerſario con agre rampogne
Comincia, o donna intendi l'altra parte,
Che'l uero, onde ſi parte
Queſto ingrato, dira ſenza difetto.
Queſti in ſua prima eta fu dato a l'arte
Da uender parolette, anzi menzogne,
Ne par, che ſi uergogne,
Tolto da quella noia al mio diletto
Lamentarſi di me, che puro & netto
Contra'l diſio, che ſpeſſo il ſuo mal uuole,
Lui tenni, ond'hor ſi duole,
In dolce uita, ch'ei miſeria chiama,
Salito in qualche fama
Solo per me, che'l ſuo intelletto alzai,
Ou'alzato per ſe non fora mai.
Ei ſa, che'l grande Atride, & l'alto Achille
Et Annibal al terren noſtro amaro
Et di tutti il piu chiaro
V'altro & di uirtute & di fortuna,
Com'a ciaſcun le ſue ſtelle ordinaro,
Laſciai cader in uil amor d'ancille,
Et a coſtui di mille
Donne elette eccellenti n'eleſſi una,
Qual non ſi uedra mai ſotto la Luna,
Benche Lucretia ritornaſſe a Roma,
Et ſi dolce idioma
Le diedi, & un cantar tanto ſoaue,
Che penſier baſſo, o graue
Non poté mai durar dinanzi a lei
Queſti fur con coſtui gl'inganni miei.
Queſto fu il fel, queſti gli ſdegni, & l'ire
Piu dolci aſſai, che di null'altra il tutto.
Di buon ſeme mal frutto
Mieto, & tal merito ha, che'ngrato ſerue.
Si l'hauea ſotto l'ali mie condutto,
Ch'a donne & caualier piacea'l ſuo dire,
Et ſi alto ſalire
Il feci, che tra caldi ingegni ferue
Il ſuo nome, & de ſuoi detti conſerue
Si fanno con diletto in alcun luogo,
Ch'hor ſaria forſe un roco
Mormorador di corti, un huom del uulgo,
I l'eſſalto, & diuolgo
Per quel, ch'egl'imparo ne la mia ſchuola,
Et da colei, che fu nel mondo ſola.

E per dir

Et per dir à l'eſtremo il gran ſeruigio:
Da mill'atti inhoneſti l'ho ritratto:
Che mai per alcun patto
A lui piacer non poteo coſa uile:
Giouane ſchiuo, & uergognoſo atto
Et impenſier, poi che fatt'era huom ligio
Di lei, ch'alto ueſtigio
L'impreſſe al core, & fece'l ſuo ſimile.
Quanto ha del pellegrino, & del gentile,
Da lei tene, et da me, di cui ſi biaſma.
Mai notturno phantaſma
D'error non fu ſi pien, com'ei uer noi:
Ch'è in gratia dapoi,
Che ne conobbe, à Dio, & à la gente:
Di cio il ſuperbo ſi lamenta, & pente.
Anchor (& queſto è quel, che tutto auanza)
Da uolar ſopra'l ciel gli hauea dat'ali
Per le coſe mortali.
Che ſon ſcala al fattor, chi ben l'eſtima:
Che mirando ei ben fiſo, quante & quali
Eran uirtuti in quella ſua ſperanza,
D'una in altra ſembianza
Potea leuarſi, à l'alta cagion prima:
Et ei l'ha detto alcuna uolta in rima:
Hor m'ha poſto in oblio con quella donna:
Ch'i li die per colonna
De la ſua frale uita. A queſto un ſtrido
Lagrimoſo alzo: & grido.
Ben me la die, ma toſto la ritolſe.
Riſponde, io no: ma chi per ſe la uolſe.
Al fin'ambo conuerſi al giuſto ſeggio:
Io con tremanti, ei con uoci alte, & crude,
Ciaſcun per ſe conchiude,
Nobile donna tua ſententia attendo.
Ella allhor ſorrideodo,
Piacemi hauer uoſtre queſtioni udite,
Ma piu tempo biſogna ſi tanta lite.

Dolci durezze, & placide repulſe
Piene di caſto amore, & di pietate:
Leggiadri ſdegni, che le mie infiammate
Voglie tempraro, (hor me n'accorgo) e'nſulſe,
Gentil parlar', in cui chiaro refulſe
Con ſomma corteſia ſomma honeſtate,
Fior di uirtu, fontana di beltate,
Ch'ogni baſſo penſier del cor m'auulſe.
Diuino ſguardo da far l'huom felice,
Hor fiero in affrenar la mente ardita
A quel che giuſtamente ſi diſdice,
Hor preſto à confortar mia frale uita:
Queſto bel uariar fu la radice
Di mia ſalute, ch'altrimente era ita.

Spirto felice, che ſi dolcemente
Volgei quegli occhi piu chiari, che'l Sole:
Et formaui i ſoſpiri, & le parole
Viue, ch'anchor mi ſuonan nella mente:
Gia ti uid'io d'honeſto fuoco ardente
Mouer'i pie fra l'herbe, & le uiole
Non come donna, ma com'angel ſuole,
Di quella, c'hor m'è piu che mai preſente,
La qual tu poi tornando al tuo fattore
Laſciaſti in terra, & quel ſoaue uelo,
Che per per alto deſtin ti uenne in ſorte.
Nel tuo partir parti del mondo amore
Et corteſia, de'l Sol cadde del cielo,
Et dolce incominciò farſi la morte.

Vago augelletto, che cantando uai,
Ouer piangendo il tuo tempo paſſato
Vedendoti la notte, e'l uerno al lato,
E'l di dopo le ſpalle, e i meſi gai,
Se come i tuoi grauoſi affanni ſai,
Coſi ſapeſſi il mio ſimile ſtato,
Verreſti in grembo à queſto ſconſolato
A partir ſeco i doloroſi guai.
I non ſo, ſe le parti ſarian pari:
Che quella, cui tu piangi, è forſe in uita,
Di che à me morte, & e'l ciel ſon tanto auari
Ma la ſtagione, & l'hora men gradita
Col membrar de dolci anni, & de gli amari
A parlar teco con pieta m'inuita.

Deh porgi mano à l'affannato ingegno
Amor, & à lo ſtile ſtanco, & frale,
Per dir di quella, ch'è fatta immortale,
Et cittadina del celeſte regno.
Dammi ſignor, che'l mio dir giunga al ſegno
Delle ſue lode, oue per ſe non ſale,
Se uirtu, ſe belta non hebbe eguale
Il mondo, che d'auer lei non fu degno.
Riſponde, quanto'l ciel', & io poſſiamo,
Ei buon conſigli, e'l conuerſar honeſto,
Tutto fu in lei, di che noi morte ha priui.
Forma par, non fu mai dal di ch'Adamo
Aperſe gli occhi imprima: & baſti hor queſto:
Piangendo il dico, & tu piangendo ſcriui.

Queſto noſtro caduco, & fragil bene,
Ch'è uento, & ombra, & ha nome beltate,
Non fu giamai, ſe non in queſta etate,
Tutto in un corpo, & cio fu per mie pene:
Che natura non uuol, ne ſi conuiene
Per far ricco un, por gli altri in pouertate,
Hor uerſo in una ogni ſua largitate,
Perdonimi qual è bella, ò ſi tene.
Non fu ſimil bellezza antica, ò noua,
Ne ſara credo, ma fu ſi couuerta,
Ch'à pena ſe n'accorſe il mondo errante.
Toſto diſparue, onde'l cangiar mi gioua
La poca uiſta à me dal cielo offerta,
Sol per piacer à le ſue luci ſante.

O tempo, o ciel uolubil, che fuggendo
Inganni i ciechi, & miſeri mortali,
O di ueloci piu che uento, & ſtrali,
Hor'ab experto uoſtre frodi intendo,
Ma ſcuſo uoi, & me ſteſſo riprendo,
Che natura à uolar u'aperſe l'ali,
A me diede occhi, & io pur ne miei mali
Li tenni, onde uergogna, & dolor prendo,
Et ſarebbe hora, & è paſſata homai,
Da riuoltarli in piu ſecura parte,
Et poner fine à gl'infiniti guai,
Ne dal tuo giogo Amor l'alma ſi parte,
Ma dal ſuo mal, con che ſtudio, tu'l ſai,
Non à caſo è uirtute, anzi è bell'arte.

Dicemi ſpeſſo il mio fidato ſpeglio,
L'animo ſtanco, & la cangiata ſcorza,
Et la ſcemata mia deſtrezza, & forza,
Non ti naſconder piu, tu ſe pur ueglio.
Obedir'à natura in tutto è il meglior
Ch'à contender con lei il tempo ne sforza,
Subito allhor, com'acqua il fuoco amorza,
D'un lungo, & graue ſonno mi riſueglio,
Et ueggio ben, che'l noſtro uiuer uola,
Et ch'eſſer non ſi puo piu d'una uolta,
E'n mezzo'l cor mi ſuona una parola
Di lei, ch'è hor dal ſuo bel nodo ſciolta,

Ma ne

Ma ne ſuoi giorni al mondo fu ſi ſola,
Ch'à tutte, s'i non erro, fama ha tolta.

Volo con l'ali de penſieri al cielo
Si ſpeſſe uolte, che quaſi un di loro
Eſſer mi par, c'han iui il ſuo theſoro
Laſciando in terra lo ſquarciato uelo.
Talhor mi trema'l cor d'un dolce gelo
Vdendo lei, perch'io mi diſcoloro,
Dirmi, Amico hor t'am'io, & hor t'honoro,
Perc'hai coſtumi uariati, e'l pelo
Menami al ſuo ſignor: allhor m'inchino
Pregando humilimente, che conſenta,
Ch'i ſti à ueder, & luno, & l'altro uolto.
Riſponde, egli è ben fermo il tuo deſtino:
Et per tardar anchor uent'anni ò trenta,
Parrà a te troppo, & non fia però molto.

Morte ha ſpento quel Sol, ch'abbagliar ſuolmi;
E'n tenebre ſon gliocchi interi, ſaldi:
Terra è quella, ond'io hebbi, & freddi, & caldi
Fatti ſon i miei lauri hor querce, & olmi:
Di ch'io ueggio'l mio ben, & parte duolmi
Non è chi faccia & pauentoſi, & baldi
I miei penſier, ne chi gliagghiacci, & ſcaldi,
Ne chi gliempia di ſpeme, & di duol colmi.
Fuor di man di colui, che punge, & molce
Che gia fece di me ſi lungo ſtratio,
Mi truouo in libertate amara, & dolce:
Et al ſignor, ch'i odoro, & ch'i ringratio,
Che por cor ciglio el ciel gouerna, & folce,
Torno ſtanco di uiuer, non che ſatio.

Tennemi amor' anni uent'uno ardendo
Lieto nel fuoco, & nel duol pien di ſpeme,
Poi che madonna, e'l mio cor ſeco inſieme
Saliro al ciel, dieci altri anni piangendo.
Homai ſon ſtanco, & mia uita riprendo
Di tanto error, che di uirtute il ſeme
Ha quaſi ſpento, & le mie parti eſtreme
Alto Dio à te diuotamente rendo,
Pentito, & triſto de' miei ſi ſpeſi anni,
Che ſpender ſi deueano in miglior' uſo,
In cercar pace, & in fuggire affanni,
Signor, che'n queſto carcer m'hai rinchiuſo
Tramene ſaluo da gli eterni danni:
Ch'i conoſco'l fallo, & non lo ſcuſo.

I uo piangendo i miei paſſati tempi,
I quai poſi in amor coſa mortale
Senza leuarmi à uolo hauend'io l'ale,
Per dar forſe di me non baſſi eſſempi
Tu, che uedi i miei mali indegni, & empi
Re del cielo inuiſibile, immortale,
Soccorri à l'alma diſuiata, & frale,
E'l ſuo difetto di tua gratia adempi,
Si che, s'io uiſſi in guerra, & in tempeſta,
Mora in pace, e in porto, & ſe la ſtanza
Fu uana, almeo fia la partita honeſta.
A quel poco di uiuer, che m'auanza,
Et al morir degni eſſer tua man preſta:
Tu ſai ben, che'n altrui non ho ſperanza.

CANZONE.

Vergine bella, che di Sol ueſtita
Coronata di ſtelle al ſommo Sole
Piaceſti ſi, che'n te ſua luce aſcoſe,
Amor mi ſpinge à dir di te parole,
Ma non ſo'ncominciar ſenza tu'aita,
Et di colui, chiamando in te ſi poſe.
Inuoco lei, che ben ſempre riſpoſe,
Chi la chiamò con fede.
Vergine s'à mercede
Miſeria eſtrema dell'humane coſe
Giamai ti uolſe, al mio prego t'inchina:
Soccorri à la mia guerra,
Bench'i ſia terra, & tu del ciel regina.
Vergine ſaggia, & del bel numero una
Delle beate Vergini prudenti,
Anzi la prima, & con piu chiara lampa,
O ſaldo ſcudo dell'afflitte genti
Contra colpi di morte, & di fortuna,
Sotto'l qual ſi triompha non pur ſcampa,
O refrigerio al cieco ardor, ch'auampa
Qui fra mortali ſciocchi,
Vergine que begliocchi,
Che uider triſti la ſpietata ſtampa
Ne dolci membri del tuo caro figlio,
Volgi al mio dubbio ſtato,
Che ſconſigliato à te uien per conſiglio.
Vergine pura d'ogni parte intiera,
Del tuo parto gentil figliuola, & madre,
Ch'allumi queſta uita, & l'altra adorni,
Per te il tuo figlio, & quel del ſommo padre
O feneſtra dal ciel lucente, altiera
Venne à ſaluarne in ſu gli eſtremi giorni,
Et fra tutt'i terreni altri ſoggiorni
Sola tu foſti eletta
Vergine benedetta,
Che'l pianto d'Eua in allegrezza torni:
Fammi, che poi, della ſua gratia degno
Senza fine o beata
Gia coronata nel ſuperno regno.
Vergine ſanta d'ogni gratia piena,
Che per uera, & altiſſima humiltate
Saliſti al ciel, onde miei preghi aſcolti,
Tu partoriſti il fonte di pietate,
Et di gioſtitia il Sol, che raſſerena
Il ſecol pien d'errori oſcuri, & folti:
Tre dolci, & cari nomi ha'in te raccolti,
Madre, figliuola, & ſpoſa,
Vergine glorioſa,
Donna del re, che noſtri lacci ha ſciolti,
Et fatto'l mondo libero, & felice,
Nelle cui ſante piaghe
Prego ch'appaghe il cor uera beatrice.
Vergine ſola al mondo ſenza eſſempio,
Che'l ciel di tue bellezze innamoraſti,
Cui ne prima fu ſimil, ne ſeconda,
Santi penſieri, atti pietoſi, & caſti
Al uero Dio ſacrato, & uiuo tempio
Fecero in tua uirginita feconda.
Per te puo la mia uita eſſer gioconda,
S'a tuoi preghi o Maria
Vergine dolce, & pia,
Oue'l fallo abbondò, la gratia abbonda.
Con le ginocchia della mente inchine
Prego che ſia mia ſcorta,
Et la mia torta uia drizzi à buon fine.
Vergine chiara, & ſtabile in eterno,
Di queſto tempeſtoſo mare ſtella,
D'ogni fedel nochier fidata guida,
Pon mente in che terribile procella
I mi ritruouo ſol ſenza gouerno,
Et ho gia da uicin l'ultime ſtrida:
Ma pur' in te l'anima mia ſi fida
Peccatrice, i nol nego
Vergine, ma ti prego,
Che'l tuo nemico del mio mal non rida:
Ricorditi, che fece il peccar noſtro
Prender Dio per ſcamparne

Humana

Humana carne al tuo uirginal chioſtro.
Vergine quante lagrime ho gia ſparte,
Quante luſinghe, & quanti preghi indarno
Pur per mia pena, & per mio graue danno.
Da poi chi nacqui in ſu la riua d'Arno,
Cercando hor queſta, & hor quell'altra parte
Non è ſtata mia uita altro, ch'affanno.
Mortal bellezza, atti, & parole m'hanno
Tutta ingombrata l'alma.
Vergine ſacra, & alma.
Non tardar, ch'i ſon forſe à l'ultim'anno.
I di miei piu correnti, che ſaetta,
Fra miſerie, & peccati
Son ſen'andati, & ſol morte n'aſpetta.
Vergine tale è terra, & poſto ha in doglia
Lo mio cor, che uiuendo in pianto il tenne,
Et di mille miei mali un non ſapea,
Et per ſaperlo, pur quel, che n'auuenne,
Fora auuenuto, ch'ogni altra ſua uoglia
Era à me morte, & à lei fama rea.
Hor tu donna del ciel, tu noſtra Dea,
Se dir lice, & conuienſi,
Vergine d'alti ſenſi
Tu uedi il tutto, & quel, che non potea
Far'altri, è nulla à la tua gran uirtute,
Por fine al mio dolore,
Ch'à te honore, & à me fia ſalute.
Vergine, in cui ho tutta mia ſperanza,
Che poſſi, & uolgi al gran biſogno aitarme,
Non mi laſciare in ſu l'eſtremo paſſo:
Non guardar me, ma chi degnò crearme:
Nol mio ualor, ma l'alta ſua ſembianza,
Che in me ti muoua à curar d'huom ſi baſſo.
Meduſa, & l'error mio m'han fatto un ſaſſo
D'humor uano ſtillante:
Vergine tu di ſante
Lagrime, & pie adempi'l mio cor laſſo,
Ch'almen l'ultimo pianto ſia deuoto
Senza terreſtro limo,
Come fu'l primo non d'inſania uoto.
Vergine humana, & nemica d'orgoglio
Del comune principio amor t'induca,
Miſerere d'un cor contrito humile:
Che ſe poca mortal terra caduca
Amar con ſi mirabil fede ſoglio,
Che deuro far di te coſa gentile?
Se dal mio ſtato aſſai miſero, & uile
Per le tue man reſurgo
Vergine, i ſacro, & purgo
Al tuo nome & penſieri, e'ngegno, & ſtile,
La lingua, e'l cor, le lagrime, e i ſoſpiri.
Scorgimi al miglior guado,
Et prendi in grado i cangiati diſiri.
Il di s'appreſſa, & non puote eſſer longe,
Si corre il tempo, & uola
Vergine unica, & ſola
E'l cor hor conſcientia, hor morte punge.
Raccomandomi al tuo figliuol uerace
Homo, & uerace Dio,
Ch'accolga'l mio ſpirito ultimo in pace.

TRIOMPHO D' AMORE DI MESSER FRANCESCO PETRARCHA. CAP. I.

NEL tempo, che rinnoua i miei ſoſpiri
Per la dolce memoria di quel giorno,
Che fu principio à ſi lunghi martiri,
Scaldaua il Sol gia l'uno, & l'altro corno
Del Tauro, & la fanciulla di Titone
Correa gelata al ſuo antico ſoggiorno.
Amor, gli ſdegni, il pianto, & la ſtagione
Ricondotto m'haueano al chiuſo luogo,
Ou'ogni faſcio il cor laſſo ripone:
Iui fra l'herbe gia del pianger fioco
Vinto dal ſonno uidi una gran luce,
Et dentro aſſai dolor con breue giuoco.
Vidi un uittorioſo, & ſommo duce
Pur com'un di color, che'n Campidoglio
Triomphal carro à gran gloria conduce.
Io, che gioir di tal uiſta non ſoglio
Per lo ſecol noioſo, in ch'io mi truouo,
Voto d'ogni ualor, pien d'ogni orgoglio,
L'habito altiero, inuſitato, & nuouo
Mirai alzando gliocchi graui, & ſtanchi:
Ch'altro diletto, che'mparar, non pruouo.
Quattro deſtrier uia piu che neue bianchi
Sopr'un carro di fuoco un garzon crudo
Con arco in mano, & con ſaette a fianchi:
Contra lequai non ual'elmo, ne ſcudo:
Sopra gli homeri hauea ſol due grand'ali
Di color mille, & tutto l'altro ignudo:
D'intorno innumerabili mortali
Parte preſi in battaglia, & parte uccisi,
Parte feriti da pungenti ſtrali.
Vago d'udir nouelle oltra mi miſi
Tanto, ch'io fui nel eſſer di quegli uno,
Ch'anzi tempo ha di uita amor diuiſi.
Allhor mi ſtrinſi à rimirar, s'alcuno
Riconoſceſſi nella folta ſchiera
Del Re ſempre di lagrime digiuno.
Neſſun ui riconobbi: & s'alcun u'era
Di mia notitia, hauea cangiato uiſta
Per morte, ò per prigion crudele, & fiera.
Vn'ombra alquanto men, che l'altre, triſta
Mi ſi fe incontre, & mi chiamo per nome
Dicendo, queſto per amar s'acquiſta:
Ond'io marauigliando diſſi, hor come
Conoſci me, ch'io te non riconoſca?
Et ei, queſto m'auuien per l'aſpre ſome
De legami, ch'io porto, & l'aria foſca
Contende à gliocchi tuoi, ma uero amico
Ti ſono, & teco nacqui in terra Thoſca.
Le ſue parole, e'l ragionar antico
Scoperſon quel, che'l uiſo mi celaua:
Et coſi n'aſſedemmo in luogo aprico,
Ei comincio, gran tempo è, ch'io penſaua
Vederti qui fra noi: che da prim'anni
Tal preſagio di te tua uiſta daua.
E fu ben uer: ma gli amoroſi affanni
Mi ſpauentar ſi, ch'io laſciai l'impreſa:
Ma ſquarciati ne porto il petto, e i panni.
Coſi diſs'io: & ei, quand'hebbe inteſa
La mia riſpoſta, ſorridendo diſſe,
O figliuol mio qual per te fiamma è acceſa,
Io non l'inteſi allhor, ma hor ſi fiſſe
Sue parole mi truouo entro la teſta,
Che mai piu ſaldo in marmo non ſi ſcriſſe.
Et per la nuoua eta, ch'ardita & preſta
Fa la mente, & la lingua, il dimandai,
Dimmi per corteſia, che gente è queſta.
Di qua a poco tempo tu'l ſaprai
Per te ſteſſo, riſpoſe. & ſarai d'elli,
Tal per te nodo faſſi, & tu nol ſai,
Et prima cangerai uolto, & capelli

Chel

Che'l nodo, di ch'io parlo, ſi diſcioglia
Dal collo, & da tuo piedi anchor ribelli,
Ma per empier la tua giouenil uoglia,
Diro di uoi, & prima del maggiore,
Che coſi uita & liberta ne ſpoglia.
Queſt'è colui, che'l mondo chiama amore
Amaro, come uedi, & uedrai meglio,
Quando fia tuo, come noſtro ſignore:
Manſueto fanciullo & fiero ueglio:
Ben ſa, chi'l proua, & fiati coſa piana
Anzi mill'anni, e'n fin adhor ti ſueglio.
Ei nacque d'otio, & di laſciuia humana,
Nudrito di penſier dolci, & ſoaui,
Fatto ſignor, & Dio da gente uana.
Qual è morto da lui: qual con piu graui
Leggi mena ſua uita aſpra, & acerba
Sotto mille catene, & mille chiaui.
Quel, che'n ſi ſignorile, e'n ſi ſuperba
Viſta uien prima, è Ceſar, che'n Egitto
Cleopatra legò tra fiori, & l'herba.
Hor di lui ſi triompha, & è ben dritto,
Se uinſe il mondo, & altri ha uinto lui,
Che del ſuo uincitor ſi glorie il uitto.
L'altro è'l ſuo figlio: & pur amo coſtui
Piu giuſtamente: egli è Ceſar' Auguſto,
Che Liuia ſua pregando tolſe altrui.
Neron' è'l terzo diſpietato, e'ngiuſto:
Vedilo andar pien d'ira, & di diſdegno,
Femina 'l uinſe, & par tanto robuſto.
Vedi'l buon Marco d'ogni laude degno,
Pien di philoſophia la lingua, e'l petto:
Pur Fauſtina il fa qui ſtar a ſegno.
Que duo pien di paura, & di ſoſpetto
L'un' è Dionyſio, & l'altro è Aleſſandro:
Ma quel del ſuo temer ha degno effetto.
L'altro è colui, che pianſe ſotto Antandro
La morte di Creuſa, e'l ſuo amor tolſe
A quel, che'l ſuo figliuol tolſe ad Euandro.
Vdito hai ragionar d'un, che non uolſe
Conſentir al furor della matrigna,
Et da ſuoi preghi per fuggir ſi ſciolſe:
Ma quella intention caſta, & benigna
L'uccise, ſi l'amor in odio torſe
Phedra amante terribile, & maligna,
Et ella ne morio, uendetta forſe
D'Hippolito, di Theſeo, & d'Arianna,
Ch'amando, come uedi, à morte corſe.
Tal biaſma altrui, che ſe ſteſſo condanna:
Che chi prende diletto di far frode,
Non ſi de lamentar, s'altri lo'nganna.
Vedi'l famoſo con ſue tante lode
Preſo menar fra due ſorelle morte,
L'una di lui, & ei de l'altra gode.
Colui, ch'è ſeco, è quel poſſente, & forte
Hercole, ch'amor preſe, & l'altro è Achille,
C'hebbe in ſuo amor aſſai dogliosa ſorte.
Quell'altro è Demophoonte, & quella è Phille,
Quell'è Iaſon, & quell'altr' è Medea,
Ch'amor, & lui ſeguì per tante uille:
Et quanto al padre, & al fratel fu rea,
Tanto al ſuo amante piu turbata, & fella,
Che del ſuo amor piu degna eſſer credea.
Hiſiphile uien poi, & duolſi anch'ella
Del barbarico amor, che'l ſuo gli ha tolto.
Poi uien colei, c'ha'l titol d'eſſer bella:
Seco ha'l paſtor che mal'il ſuo bel uolto
Mirò ſi fiſo, ond'uſcir gran tempeſte,
Et funne il mondo ſotto ſopra uolto,
Odi poi lamentar fra l'altre meſte
Enone di Paris, & Menelao
D'Helena, & Hermion chiamare Horeſte,
Et Laodomia il ſuo Proteſilao,
Et Argia à Polinice aſſai piu fida,
Che l'auara moglier' d'Amphiarao.
O di i pianti, e i ſoſpiri, odi le ſtrida
Delle miſere acceſe, che gli ſpirti
Rendero à lui, che'n tal modo le guida.
Non poria mai di tutti il nome dirti:
Che non huomini pur, ma Dei gran parte
Empion del boſco de gli ombroſi mirti.
Vedi Venere bella, & con lei Marte
Cinto di ferro i pie, le braccia, e'l collo,
Et Plutone, & Proſerpina in diſparte.
Vedi Giunon geloſa, e'l biondo Apollo,
Che ſolea diſprezzar l'etate, & l'arco,
Che gli diede in Theſaglia poi tal crollo.
Che debb'io dir? in un paſſo men uarco,
Tutti ſon qui prigion gli Dei di Varro,
Et di lacciuoli innumerabil carco,
Vien catenato Gioue innanzi al carro.

DEL TRIOMPHO DAMORE.
Capitolo. II.

STanco gia di mirar, non ſatio anchora
Hor quinci, hor quindi mi uolgea guardando
Coſe, ch'à ricordarle è breue l'hora.
Giua'l cor di penſier' in penſier, quando
Tutto à ſe'l traſſer duo, ch'a mano a mano
Paſſauan dolcemente ragionando.
Moſſemi'l lor leggiadro habito ſtrano,
E'l parlar peregrin, che m'era oſcuro,
Ma l'interprete mio me'l fece piano.
Poi ch'io ſeppi chi eran, piu ſicuro
M'accoſtai lor: che l'un ſpirto amico
Al noſtro nome, l'altro era empio, & duro.
Fecimi al primo: O Maſiniſſa antico
Per lo tuo Scipione, & per coſtei
Cominciai, non t'increſca quel, ch'io dico.
Mirommi, & diſſe, Volentier ſaprei
Chi tu ſe inanzi, da poi che ſi bene
Hai ſpiato ambo duo gli affetti miei.
L'eſſer mio, gli riſpoſi, non ſoſtene
Tanto conoſcitor: che coſi lunge
Di poca fiamma gran luce non uiene.
Ma tua fama real per tutto aggiugne,
Et tal, che mai non ti uedrà, ne uide,
Co'l bel nodo d'amor teco coniunge.
Hor dimmi, ſe colui in pace ui guide,
Et moſtrai'l duca lor, che coppia è queſta,
Che mi par delle coſe rare, & fide.
La lingua tua al mio nome ſi preſta
Proua, diſs'ei, che'l ſappi per te ſteſſo:
Ma dirò per sfogar l'anima meſta.
Hauendo in quel ſomm'huom tutto'l cor meſſo
Tanto, ch'à Lelio ne do uanto a pena,
Ouunque fur ſue inſegne, fui lor preſſo.
A lui fortuna fu ſempre ſerena,
Ma non gia, quanto degno era'l ualore,
Del qual piu, ch'altro mai, l'alma hebbe piena.
Poi che l'arme Romane à grande honore
Per l'eſtremo occidente furon ſparſe,
Iui n'aggiunſe, & ne congiunſe amore.
Ne mai piu dolce fiamma in duo cor'arſe
Ne ſara, credo: oime, ma poche notti
Fur à tanti diſiri, & breui, ſcarſe.
Indarno à marital giogo condotti,
Che del noſtro furor ſcuſe non ualſe,
E i legittimi nodi furon rotti.
Quel, che ſol piu, che tutto'l mondo ualſe
Ne diparti con ſue ſante parole:

Che da

Che de noſtri ſuſpir nulla gli calſe,
 Et ben che foſſi, onde mi duolſe, & duole,
Pur uidi in lui chiara uirtute acceſa:
Che'n tutto è orbo, chi non uede il Sole.
 Gran giuſtitia à gli amanti è graue offeſa:
Però di tanto amico un tal conſiglio
Fu quaſi un ſcoglio à l'amoroſa impreſa.
 Padre m'era in honor, in amor figlio,
Fratel ne gli anni: ond' ubedir conuenne,
Ma col cor triſto, & con turbato ciglio.
 Coſi queſta mia cara à morte uenne:
Che uedendoſi giunta in forza altrui
Morir innanzi, che ſeruir, ſoſtenne.
 Et io del mio dolor miniſtro fui,
Che'l pregator, e i preghi fur ſi ardenti.
Ch'offeſi me, per non offender lui:
 Et mandale'l ueneno con ſi dolenti
Penſier, com'io ſo bene, & ella il crede,
Et tu, ſe tanto ò quanto d'amor ſenti.
 Pianto fu'l mio di tanta ſpoſa herede.
In lei ogni mio ben, ogni ſperanza
Perder eleſſi, per non perder fede.
 Ma cerca homai, ſe troui in queſta danza
Mirabil coſa, perche'l tempo è leue,
Et piu de l'opra, che del giorno auanza.
 Pien di pietate er'io penſando il breue
Spatio al gran fuoco di duo tali amanti,
Pareami al Sol hauer il cor di neue,
 Quando udi dir ſo nel paſſar' auanti,
Coſtui certo per ſe gia non mi ſpiace,
Ma ferma ſon d'odiarli tutti quanti.
 Pon diſſi'l cor' o Sophoniſba in pace:
Che Carthagine tua per le man noſtre
Tre uolte cadde, & alla terza giace.
 Et ella, altro uogl'io che tu mi moſtre:
S'Aphrica pianſe, Italia non ne riſe:
Domandatene por l'hiſtorie noſtre.
 In tanto il noſtro, & ſuo amico ſi miſe
Sorridendo con lei ne la gran calca,
Et fur dallor le mie luci diuiſe.
 Com'huom, che per terren dubbio caualca
Che ua reſtando ad ogni paſſo, & guarda,
E'l penſier dell'andar molto diffalca,
 Coſi l'andata mia dubbioſa, & tarda
Facean gli amanti: di che anchor m'aggrada
Saper quanto ciaſcun, o'n qual fuoco arda.
 I uidi un da man manca fuor di ſtrada,
A guiſa di chi brami, & truoui coſa,
Onde poi uergognoſo, & lieto uada,
 Donar altrui la ſua diletta ſpoſa,
O ſommo amor, o nuoua corteſia,
Tal, ch'ella ſteſſe lieta, & uergognoſa
 Parea del cambio, & giuanſi per uia
Parlando inſieme de lor dolci affetti,
Et ſoſpirando il regno di Soria.
 Traſſimi à quei tre ſpirti, che riſtretti
Erano per ſeguir altro camino,
Et diſſi al primo, I prego, che m'aſpetti:
 Et egli al ſuon del ragionar Latino
Turbato in uiſta ſi ritenne un poco,
Et poi del mio uoler quaſi indouino
 Diſſe, io Seleuco ſon, & queſti è Antiocho
Mio figlio, che gran guerra hebbe con uoi:
Ma ragion contra forza non ha luogo.
 Queſta mia in prima, ſua donna fu, poi,
Che per ſcamparlo d'amoroſa morte
Gli diedi, e'l don fu licito fra noi.
 Stratonica è'l ſuo nome, & noſtra ſorte,
Come uedi, è indiuiſa, & per tal ſegno
Si uede il noſtro amor tenace, & forte.
 Fu contenta coſtei laſciarmi il regno,
Io'l mio diletto, & queſti la ſua uita,
Per far uia piu, che ſe, l'un l'altro degno.
 Et ſe non foſſe la diſcreta aita
Del phyſico gentil, che ben s'accorſe,
L'età ſua in ſul fiorir era finita
 Tacendo, amando quaſi à morte corſe,
Et l'amar forza, e'l tacer fu uirtute,
La mia uera pietà, ch'à lui ſoccorſe.
 Coſi diſſe: & com'huom, che uoler mute,
Col fin delle parole i paſſi uolſe,
Ch'appena gli potei render ſalute.
 Poi che da gli occhi miei l'ombra ſi tolſe,
Rimaſi graue, & ſoſpirando andai,
Che'l mio cor dal ſuo dir non ſi diſciolſe
 Infin, che mi fu detto, troppo ſtai
In un penſier à le coſe diuerſe,
E'l tempo, ch'è breuiſſimo, ben ſai.
 Non menò tanti armati in Grecia Serſe,
Quant'iui erano amanti ignudi, & preſi
Tal che l'occhio la uiſta non ſoffeiſe.
 Vari di lingue, & uari di paeſi
Tanto, che di mille un non ſeppi'l nome
Et fanno hiſtoria que pochi, ch'io 'ntesi.
 Perſeo era l'uno: & uolli ſaper, come
Andromada gli piacque in Ethiopia
Vergine bruna i begliocchi, & le chiome:
 Et quel uano amator, che la ſua propria
Bellezza deſiando fu diſtrutto,
Pouero ſol per troppo hauerne copia,
 Che diuenne un bel fior ſenz'alcun frutto
Et quella, che lui amando in uiua uoce
Feceſi'l corpo un duro ſaſſo aſciutto.
 Iui quell'altro al mal ſuo ſi ueloce
Iphi, ch'amando altrui in odio s'hebbe,
Con più altri dannati a ſimil croce,
 Gente, cui per amar uiuer' increbbe:
Oue raffigurai alcun moderni,
Ch'à nominar perduta opra ſarebbe.
 Quei duo, che fece amor compagni eterni,
Halcyone, & Ceice in riua al mare
Far' i lor nidi a più ſoaui uerni.
 Lungo' coſtor penſoſo Eſaco ſtare
Cercando Heſperia, hor ſopr'un ſaſſo aſſiſo,
Et hor ſott'acqua, & hor alto uolare:
 Et uidi la crudel figlia di Niſo
Fuggir uolando, & correr Atalanta
Di tre palle d'or uinta, & d'un bel uiſo,
 Et ſeco Hippomenes, che fra cotanta
Turba d'amanti, & miſeri curſori
Sol di uittoria ſi rallegra, & uanta.
 Fra queſti fauoloſi, & uani amori
Vidi Aci, & Galathea, che'n grembo gli era,
Et Poliphemo farne gran romori:
 Glauco ondeggiar per entro quella ſchiera
Senza colei, cui ſola par che pregi,
Nomando un'altra amante acerba, & fiera:
 Canente, & Pico, un gia de noſtri regi,
Hor uago augello, & chi di ſtato il moſſe,
Laſciogli'l nome, e'l real manto, e i fregi.
 Vidi'l pianto d'Egeria in uece d'oſſa
Scylla indurarſi in petra aſpra, & alpeſtra,
Che del mar Siciliano infamia foſſe.
 Et quella, che la penna da man deſtra,
Come doglioſa, & diſperata ſcriua,
E'l ferro ignudo tien da la ſiniſtra:
 Pygmalion con la ſua donna uiua,
Et mille, che'n Caſtaglia, & Aganippe
Vidi cantar per l'una, & l'altra riua,
 Et d'un pomo beffata al fin Cidippe.

Cap.

Non potei coglier mai ramo, ne foglia,
Si fur le ſue radici acerbe, & empie:
Onde benche talhor doler mi ſoglia,
Com'huō, ch'è offeſo, quel, che cōqueſt'occhi
Vidi, m'è un fren, che mai piu non mi doglia.
Materia da Cothurni, & non da Socchi,
Veder preſo colui, ch'è fatto Deo
Da tardi ingegni, rintuzzati, & ſciocchi,
Ma prima uo ſeguir, che di noi feo:
Et poi dirò quel, che d'altrui, ſoſtenne
Opra non mia, ma d'Homero, ò d'Orpheo.
Seguimmo il ſuon de le purpuree penne
De' uolanti corſier per mille foſſe,
Fin che nel regno di ſua madre uenne:
Ne rallentate la catene, ò ſcoſſe,
Ma ſtratiati per ſelue, & per montagne
Tal, che neſſun ſapea in qual mondo foſſe,
Giace oltra, oue l'Egeo ſoſpira, & piagne,
Vn Iſoletta delicata, & molle
Piu, ch'altra, che'l Sol ſcalde, ò che'l mar bagne.
Nel mezzo è un ombroſo, & uerde colle
Con ſi ſoaui odor, con ſi dolci acque,
Ch'ogni maſchiu penſier dell'alma tolle.
Queſt'è la terra, che cotanto piacque
A Venere, e'n quel tempo à lei fu ſacra,
Che'l uer naſcoſo, & ſconoſciuto giacque:
Et ancho è di ualor ſi nuda, & macra
Tanto ritien del ſuo primo eſſer uile,
Che par dolce a cattiui, & a buoni acra.
Hor quiui triomphò'l ſignor gentile
Di noi, & d'altri tutti, ch'ad un laccio
Preſi hauea dal mar d'Iudia à quel di Thile.
Penſier in grembo, & uanitate in braccio:
Diletti fugitiui, & ferma noia:
Roſe di uerno, à mezza ſtate il ghiaccio
Dubbia ſpeme dauanti, & breue gioia:
Penitentia, & dolor dopo le ſpalle,
Qual nel regno di Roma, o'n quel di Troia.
Et ribombaua tutta quella ualle
D'acque, & d'augelli, & eran le ſue riue
Bianche, uerdi, uermiglie, perſe, & gialle:
Riui correnti di fontane uiue,
Al caldo tempo ſu per l'herba freſca,
Et l'ombra folta, & l'aure dolci eſtiue.
Poi, quando'l uerno l'aer ſi rinfreſca,
Tepidi Soli, & giuochi, & cibi, & otio
Lento, ch'e ſimplicetti cori inueſca.
Era nella ſtagion, che l'equinotio
Fa uincitor il giorno, & Progne rieda
Con la ſorella al ſuo dolce negotio.
O di noſtre fortuna inſtabil ſede:
In quel luogo, in quel tempo, & in quell'hora,
Che piu largo tributo à gliocchi chiede,
Triumphar uolſe quel, che'l uulgo adora:
Et uidi à qual ſeruitio, & à qual morte,
Et à che ſtrano ua, chi s'innamora.
Errori, ſogni, & imagini ſmorte
Eran d'intorno al carro triumphale,
Et falſe opinioni in ſu le porte,
Et lubrico ſperar ſu per le ſale,
Et dannoſo guadagno, & util danno,
Et gradi, oue piu ſcende, chi piu ſale:
Stanco ripoſo, & ripoſato affanno:
Chiaro diſnor, & gloria oſcura, & nigra:
Perfida lealtate, & fido inganno:
Sollicito furor, & ragion pigra:
Carcer, oue ſi uien per ſtrade aperte,
Onde per ſtrette à gran pena ſi migra:
Ratte ſceſe à l'entrar, à l'uſcir erte:
Dentro confuſion turbida, & miſchia
Di doglie certe, & d'allegrezze incerte.
Non bolli mai Volcan Lipari, od'Iſchia,
Strombolí, ò Mongibello in tanta rabbia:
Poco ama ſe, ch'in tal giuoco s'arriſchia.
In coſi tenebroſa, & ſtretta gabbia
Rinchiuſi fummo, oue le penne uſate
Mutai per tempo, & le mia prima labbia.
E'n tanto pur ſognando libertate
L'alma, che'l gran deſio fea pronta & lieue,
Conſolai con ueder le coſe andate.
Rimirando er'io fatto al Sol di nieue
Tanti ſpirti, & ſi chiari in carcer tetro,
Quaſi lunga pittura in tempo breue
Che'l pie ua inanzi, & l'occhio torna indietro

DEL TRIOMPHO DELLA CASTITA, CAP. I.

Quando ad un giuogo in un tempo quiui
Domita l'altterezza de gli Dei,
Et de gli huomini uidi al mondo diui,
I preſi eſſempio de lor ſtati rei,
Facendomi profitto l'altrui male
In conſolar i caſi, & dolor miei:
Che s'io ueggio d'uno ſtrale
Phebo percoſſo, e'l giouane d'Abydo,
L'un detto Dio, l'altr'huom puro mortale,
Et ueggio ad un lacciuol Giunōe & Dido,
Ch'amor pio del ſuo ſpoſo à morte ſpinſe,
Non quel d'Enea, com'è'l publico grido,
Non mi debbo doler, s'altri mi uinſe
Giouene, incauto, diſarmato, & ſolo,
Et ſe la mia nemica amor non ſtrinſe.
Non è anchor giuſta aſſai cagion di duolo,
Che in habito il riuidi, ch'io ne pianſi,
Si tolte gli eran l'ale gire à uolo.
Non con altro romor di petto danſi
Duo leon feri, ò duo folgori ardenti,
Ch'à cielo, & terra, & mar dar luogo fanſi.
Ch'i uidi amor con tutti ſuoi argumenti
Mouer contra colei, di ch'io ragiono,
Et lei preſta aſſai piu, che fiamma, ò uenti.
Non fan ſi grande, & ſi terribil ſuono
Etna, qualhor da Encelado è piu ſcoſſa,
Scylla, ò Cariddi, quand'irate ſono,
Che uia maggior'in ſo la prima moſſa
Non foſſe del dubbioſa, & graue aſſalto,
Ch'i non credo ridir ſappia, ne poſſa.
Ciaſcun per ſe ſi ritraheua in alto
Per ueder meglio, & l'horror dell'impreſa
I cori, & gliocchi hauea fatti da ſmalto.
Quel uincitor, che primo era à l'offeſa,
Da man dritta lo ſtral, dall'altra l'arco,
Et la corda à l'orecchia hauea gia teſa.
Non corſe mai ſi leuemente al uarco
Di fuggitiua cerua un leopardo
Libero in ſelua, ò di catene ſcarco,
Che non foſſe ſtato iui lento, & tardo.
Tanto amor uenne pronto à lei ferire
Con le fauille, à'l uolto, ond'io tutt'ardo.
Combattea in me con la pieta il deſire:
Che dolce m'era ſi fatta compagna,
Duro à uederla in tal modo perire,
Ma uirtu, che da buon non ſi ſcompagna,
Moſtrò à quel ponto ben, com'a gran torto,
Chi abbandona lei, d'altrui ſi lagna.
Che giamai ſchermidor non fu ſi accorto
A ſchiſar colpo, ne nocchier ſi preſto
A' uolger naue da gli ſcogli in porto,
Come uno ſchermo intrepido, & honeſto
Subito ricoperſe quel bel uiſo

EEE Dal

Dal colpo, à chi l'attende, agro, & fungſto.
I era al fin con gliocchi, & col cor fiſo
Sperando la uittoria, ond'eſſer ſole:
Et per non eſſer piu da lei diuiſo,
Come chi ſmiſurata mente unole,
Ch'ha ſcritto inanzi, ch'à parlar cominci,
Ne gliocchi, & nella fronte le parole,
Volea dir io, Signor mio ſe tu uinci,
Lega mi con coſtei, s'id ne ſon degno,
Ne temer, che giamai mi ſcioglia quinci:
Quand' io'l uidi pien d' ira, & di diſdegno
Sè graue, ch'à ridirlo ſarian uinti
Tutti i maggior, non che'l mio baſſo ingegno:
Che gia in fredda honeſtate erano eſtinti
I dorati ſuoi ſtrali acceſi in fiamma
D'amoroſa beltate, iri piacer tinti.
Non hebbe mai di uero ualor dramma
Camilla, & l' altre andar' uſe in battaglia
Con la ſiniſtra ſola intiera mamma,
Non fu ſi ardente Ceſare in Pharſaglia
Contra l' genero ſuo, com' ella fue
Contra colui, ch'ogni iorica ſmaglia.
Armate eran con lei tutte le ſue
Chiari uirtuti, o glorioſa ſchiera,
Et teneanſi per mano a due a due.
Honeſtate, & uergogna à la front'era,
Nobile par delle uirtu diuine,
Che fan coſtei ſopra le donne altiera:
Senno & modeſtia à l'altre due confine:
Habito con diletto in mezo'l core:
Perſeuerantia, & gloria in ſu la fine:
Bell' accoglienza, accorgimento fore:
Corteſia intorno intorno, & puritate,
Timor à infamia, & ſol deſio d' honore:
Penſier canuti in giouenil'etate
Et la concordia, ch'è ſi rara al mondo,
V'era con caſtita ſomma beltate.
Tal uenia'n contr' amor, e'n ſi ſecondo
Fauor del cielo, & delle ben nate alme,
Che della uiſta ei non ſofferſe il pondo.
Mille, & mille famoſe, & care ſalme
Torre gli uidi, & ſcooter gli di mano
Mille uitorioſe, & chiare palme.
Non fu'e cader di ſubito ſi ſtrano
Dopo tante uittorie ad Hanniballe
Vinto à la fin dal giouane Romano:
Non giacque ſi ſmarrito nella ualle
Di Terebintho quel gran Philiſteo,
A cui tutto Iſrael daua le ſpalle,
Al primo ſaſſo del garzon Hebreo,
Ne Cyro in Scithia, oue la uedou'orba
La gran uendetta, & memorabil feo.
Cō'huō, ch'è ſāo, e'n un momēto ī morba.
Che sbigottiſce, & duolſi accolto in atto,
Che uergogna con man da gliocchi forba,
Cotal er egli, & ancho à piggior patto:
Che paura, &, dolor, uergogna, & ira
Eran nel uolto ſuo tutti ad un tratto.
Non freme coſi'l mar, quando s'adira,
Non Inarime allhor, che Typheo piagne,
Non Mongibel, s'Encelado ſoſpira.
Paſſo qui coſe glorioſe, & magne,
Ch'uidi, & dir non oſo: à la mia donna
Vegno & à l' altre ſue minor compagne.
Eli'hauea in doſſo in di candida gonna,
Lo ſcudo in man, che mal uide Meduſa:
D'un bel diaſpro era iui una colonna:
A laqual d'una in mezo Lethe infuſa
Catena di diamante, & di topatio,
Ch' al mondo fra le donne, hoggi non s'oſa,
Legar'il uidi, & farne quello ſtratio,
Che baſto ben'à mill'altre uendette.
Et io per, me ne fui contento, & ſatio.
Io non poria le ſacre benedette
Vergini, ch'iui fur, chiuder in rima,
Non Calliope, & Clio con l'altre ſette.
Ma d'alquante diro, che'n ſo la cima
Son di uera honeſtate, infra le quali
Lucretia da man deſtra era la prima,
L'altra Penelope: queſte gli ſtrali,
Et la pharetra, & l'arco hauean ſpezzato
A quel proteruo, & ſpennacchiate l'ali:
Virginia appreſſo, il fiero padre amato
Di diſdegno, di ferro, & di pietate,
Ch'ſua figlia, & à Roma cangio ſtato
L'un'& laltra ponendo in libertate:
Poi le Todeſche, che con aſpra morte
Seruaron lor barbarica honeſtate:
Iudith Hebrea, la ſaggia, caſta, & forte,
Et quella Greca, che ſalto nel mare
Per morir netta, & fuggir dura ſorte.
Con queſte, & con alquante anime chiare
Triomphar uidi di colui, che pria
Veduto hauea del mondo triomphare,
Fra l' altre la Veſtal uergine pia,
Che baldanzoſamente corſe al Tybro,
Et per purgarſi d' ogni'infamia ria
Porto dal fiome al tēpio acqua col cribro:
Poi uidi Herſilia con con le ſue Sabine,
Schiera, che del ſuo nome empie ogni libro.
Poi uidi fra le donne peregrine
Quella, che per lo ſuo diletto, & fido
Spoſo, non per Enea, uolſe ir al fine:
Taccia'l uulgo ignorante, i dico Dido,
Cui ſtudio d'honeſtate à morte ſpinſe,
Non uano amor, com'el publico grido.
Al fin uidi una, che ſi chiuſe, & ſtrinſe
Sopr'Arno per ſeruarſi, & non le ualſe,
Che forza altru'il ſuo bel penſier uinſe.
Era'l triompho, doue l' onde ſalſe
Percoton Baia, ch'al tepido uerno
Giunſe à man deſtra, e'n terra ferma ſalſe
Indi fra monte Barbaro, & Auerno
L'antiquiſſimo albergo di Sibylla
Paſſando, ſe n'andar dritto à Linterno:
In coſi anguſta, & ſolitaria uilla
Era'grand'huom ched' Aphrica s' appella,
Perche prima col ferro al uiuo aprilla.
Qui del'hoſtile honor l' alta nouella
Non ſcemato con gliocchi à tutti piacque,
Et la piu caſta era iui la piu bella,
Ne'l triompho d' altrui ſeguire ſpiacque
A lui, che (ſe credenza nom è uana)
Sol per triomphi & per imperi nacque.
Coſi giugnemmo à la citta ſoprana
Nel tempio pria, che dedico Sulpitia
Per ſpegner della mente fiamma inſana:
Paſſammo al tempio poi di pudicitia
Ch'accende in cor gentil honeſte uoglie,
Non di gente plebea, ma di patritia,
Iui ſpiego le glorioſe ſpoglie
La bella uincitrice: iui depoſe
Le ſue uittorioſe, & ſacre foglie:
E'l giouane Thoſcan, che non aſcoſe
Le belle piaghe, che'l fer non ſoſpetto,
Del comune nemico in guardia poſe
Con parecchi altri, & fummi' nome detto
D'alcun di lor, come mia ſcorta ſeppe,
C'hauean fatto ad amor chiaro diſdetto,
Fra quai conobbi Hippolito, Ioſeppe.

Non

DEL TRIOMPHO DELLA MORTE, CAP. I.

QVanti, gia nel'eta matura, & acra
Triomphi ornaro il glorioſo colle,
Quanti prigion paſſar per la uia ſacra

Sotto'l monarcha, ch'al ſuo tempo uolle
Far'il mondo deſcriuer' uniuerſo?
Che'l nome di grandezza à glialtri tolle.

O ſotto quei che non d'argento terſo
Die bere a ſuoi, ma d'un riuo ſanguigno
Tutti pnoco, ò niente foran uerſo

Queſt'un ch'io dico, & ſi candido Cigno
Non fu giamai, che non ſembraſſe un Coruo
Preſs' à'l bel uiſo angelico, & benigno.

Et coſi in atto dolcemente truouo
L'honeſta uincitrice inuer l'occaſo
Segno'l lito Tyrrhen ſonante, & coruo.

Oue ſorga, & Durenza in maggior uaſo
Congiungon le lor chiare, & turbide acque.
La mia Achademia un tempo, e'l mio Parnaſo.

Iui, ond' à gliocchi miei il bel lume nacque
Che gli uolſe à bon porto, ſi rattene
Quella per cui ben far prima mi piacque.

Queſta leggiadra, & glorioſa donna,
Ch'è hoggi nudo ſpirto, & poca terra,
Et fu gia di ualor'alta colonna,

Tornaua con honor dalla ſua guerra
Allegra hauendo uinto il gran nemico,
Che con ſuo'ingegni tutto'l mondo atterra,

Non con altr'arme, che co'l cor pudico,
Et d'un bel uiſo, & di penſieri ſchiui,
Ch'un parlar ſaggio, & d'honeſtate amico

Era miracol nuouo à ueder quiui
Rotte l'arme d'amor, arco, & ſaette,
Et qua morti da lui, quai preſi uiui

La bella donna, & le compagne elette
Tornando dalla nobile uittoria
In un bel drappelletto iuan riſtrette.

Poche eran, perche rara è uera gloria:
Ma ciaſcuna per ſe parea ben degna
Di poema chiariſſimo, & d'hiſtoria.

Era la lor uittorioſa inſegna
In campo uerde un candido armellino:
Ch'oro fino, & topazi al collo tegna.

Non human ueramente, ma diuino
Lor'andar era, & lor ſante parole:
Beato è ben, chi naſce à tal deſtino.

Stelle chiare pareano in mezo un Sole,
Che tutte ornaua, & non toglica lor uiſta,
Di roſe incoronate, & di uiole:

Et come gentil cor' honore acquiſta,
Coſi uenia quella brigata allegra,
Quand'io uidi un'inſegna oſcura, & triſta:

Et una donna inuolta in ueſta negra
Con un furor, qual' io non ſo, ſe mai
Al tempo di giganti foſſe à Phlegra,

Si moſſe, & diſſe, O tu donna, che uai
Di giouentute, & di bellezze altiera,
Et de tua uita il termine non ſai

Son colei, che ſi importuna, & fiera
Chiamata ſon da uoi, & ſorda, & cieca,
Gente, à cui ſi fa notte inanzi ſera.

I ho condott' al fin la gente Greca,
Et la Troiana, à l'ultimo i Romani
Con la mia ſpada, laqual punge, & ſeca,

Et populi altri barbareſchi, & ſtrani,
Et giungendo, quand'altri non m'aſpetta,
Ho interrott' infiniti penſier uani.

Hor à uoi, quando'l uiuer piu diletta,
Drizzo'l mio corſo inanzi che fortuna
Nel noſtro dolce qualche amaro metta.

In coſtor non hai tu ragione alcuna,
Et in me poca, ſolo in queſta ſpoglia
Riſpoſe quella, che fu nel mondo una:

Altri ſo, che n'hara piu di me doglia,
La cui ſalute dal mio uiuer pende:
A me fia gratia, che di qui mi ſcioglia:

Qual è, che'n coſa nuoua gliocchi intende,
Et uede, ond'al principio non s'accorſe,
Si c'hor ſi marauiglia, hor ſi riprendre,

Tal ſi fe quella fiera: & poi che'n forſe
Fu ſtata un poco, ben le riconoſco,
Diſſe, & ſo, quando'l mio dente le morſe:

Poi col ciglio men torbido, & men foſco
Diſſe tu, che la bella ſchiera guidi,
Pur non ſentiſti mai mio duro toſco.

Se del conſiglio mio punto ti fidi,
Che sforzar poſſo, egli è pur il migliore
Fuggir uecchiezza, & ſuoi molti faſtidi.

I ſon diſpoſta farti un tal honore,
Qual altrui far non ſoglio, & che tu paſſi
Senza paura, & ſenz' alcun dolore.

Come piace al ſignor, che'n cielo ſtaſſi,
Et indi regge, tempra l'uniuerſo,
Farai di me quel, che de glialtri faſsi:

Coſi riſpoſe: & ecco da trauerſo
Piena di morti tutta la campana:
Che comprender no'l pu'o proſa, ne uerſo,

Da India, dal Cattaio, Marrocco, et Spagna
Il mezo hauea gia pieno, & le pendici
Per molti tempi quella turba magna.

Iui eran quei, che fur detti felici,
Pontifici, regnanti, e'mperadori:
Hor ſono ignudi, poueri, & mendici.

V ſon hor le ricchezze? u ſon gli honori?
Et le gemme, & gli ſceptri, & le corne,
Et le mitre con porpurei colori?

Miſer, chi ſpeme in coſa mortal pone
(Ma chi non ue la pone?) & ci ſi truoua
A la fine ingannato, è ben ragione.

O ciechi tanto affaticar che gioua?
Tutti tornate à la gran madre antiqua,
E'l nome noſtro à pena ſi ritruoua.

Pur delle mille un' utile fatica,
Che non ſian tutte uanita paleſi
Chi'ntende in noſtri ſtudi, ſi me'l dica,

Che uale à ſoggiogar tanti paeſi,
Et tributarie far le genti ſtrane.
Con glianimi al ſuo danno ſempre acceſi?

Dopo l'impreſſe pērglioſe & uane,
Et col ſangue acquiſtar terra, & theſoro,
Via piu dolce ſi truoua l'acqua, e'l pane,

E'l uetro, e'legno, che le gemme, & l'oro
Ma per non ſeguir piu ſi longo tema,
Temp' è, ch'io torni al mio primo lauoro,

Dico, che giunt' era à l'hora eſtrema
De quella breue uita glorioſa,
E'l dubbio paſſo, di che'l mondo trema.

Er' à uederla un'altra ualoroſa
Schiera di donne non dal corpo ſciolta,
Per ſaper, s'eſſer puo morte pietoſa.

Quella bella compagna er' iui acolta,
Pur à ueder, & contemplar il fine,
Che far conuienſi & non piu d'una uolta,

Tutte ſue amiche, & tutte eran uicine:
Allhor di quella bionda teſta ſuelſe
Morte con la ſua man' un' aureo crine.

Coſi del mondo il piu bel fiore ſcelſe
Non gia per odio, ma per dimoſtrarſi

Piu chiaramente nelle coſe eccelſe.
Quanti lamenti lagrimoſi ſparſi
Fur iui eſſendo quiei begliocchi aſciutti,
Perch'io lunga ſtagion cantai, & arſi
Et fra tanti ſoſpir, & tanti lutti
Tacita, & lieta ſola ſi ſedea
Del ſuo ben uiuer gia cogliendo in frutti.
Vattene in pace o uera in mortal dea,
Diceano, & tal fu ben: ma non ie ualſe
Contra la morte in ſua ragion ſi rea.
Che fia del'altre, ſe queſt'arſe, & alſe
In poche notti, & ſi cangio piu uolte?
O humane ſperanze cieche, & falſe.
Se la terra bagnar lagrime molte
Per la pieta di quell'alma gentile:
Chi'l uide il ſa tu'i penſa, che l'aſcolte.
L'hora prim'era, e'l di ſeſto d'Aprile,
Che gia mi ſtrinſ'& hor laſſo mi ſciolſe:
Comme fortuna ua cangiando ſtile.
Neſſun di ſeruitu gia mai ſi dolſe,
Ne di morte, quant'io di libertate,
Et della uita, ch'altri non mi tolſe.
Debito al mondo, & debito à l'etate
Cacciarmi inanzi, ch'era giunto imprima,
Ne à lei torre anchor ſua dignitate.
Hor qual fuſſe'l dolor, qui non ſi ſtima,
Ch'apena oſo penſar ne, non ch'io ſia
Ardito di parlarne in uerſi, o'n rima.
Virtu morta è, bellezza, & corteſia,
Le belle donne intorno al caſto letto
Triſte diceano, homai di nói che fia?
Chi uedra mai in donna atto perfetto?
Chi udira'l parlar di ſaper pieno,
E'l canto pien de angelico diletto?
Lo ſpirto per partir di quel bel ſeno
Con tutte ſue uirtuti in ſe romito
Fat'hauea in quella parte il ciel ſereno.
Neſſun de gli auuerſari fu ſi ardito,
Ch'appariſſe giamai con uiſta oſcura,
Finche morte il ſuo aſſalto hebbe fornito.
Poi che depoſto il pianto, & la paura
Pur'al bel uiſo era ciaſcuna intenta,
Et per diſperation fatta ſicura:
Non come fiamma, che per forza è ſpenta,
Ma che per ſe medeſma ſi conſume,
Se n'andò in pace l'anima contenta
A guiſa d'un ſoaue, & chiaro lume,
Cui nutrimento a poco a poco manca,
Tenendo al fin l'uſato ſuo coſtume.
Pallida no, ma piu che neue bianca,
Che ſenza uento in un bel colle fiocchi,
Parea poſar, come perſona ſtanca:
Quaſi un dolce dormir ne ſuoi begliocchi
Eſſendo'l ſpirto gia da lei diuiſo
Era quel che morir chiaman gli ſciocchi.
Morte bella parea nel ſuo bel uiſo.

CAP. II. DEL TRIOMPHO DELLA MORTE.

LA notte, che ſegui l'horribil caſo,
Che ſpenſe'l Sol, anzi'l ripoſe in cielo,
Ond'io ſon qui com'huom cieco rimaſo,
Spargea per l'aere il dolce eſtiuo gielo,
Che con la biancha amica di Titone
Suol de ſogni confuſi torre il uelo,
Quando donna ſembiante à la ſtagione
Di gemme orientali incoronata
Moſſe uer me da mille altre corone,
Et quella man gia tanto deſiata
A me parlando, & ſoſpirando porſe,
Ond'eterna dolcezza al cor m'è nata.
Riconoſci colei, che'n prima torſe
I paſſi tuoi dal publico uiaggio,
Come'l cor giouenil de lei s'accorſe,
Coſi penſoſa in atto humile, & ſaggio
S'aſsiſe, & ſeder femmi in una riua,
La qual ombraua un bel lauro, & un faggio.
Come non conoſc'il l'alma mia Diua?
Riſpoſi in guiſa d'huom, che parla, & plora:
Dimmi pur prego, ſe ſei morta, ò uiua.
Viua ſon'io, & tu ſei morto anchora,
Diſs'ella, & ſarai ſempre inſin che giunga
Per leuarti de terra l'ultim'hora.
Ma'l tempo è breue, & noſtra uoglia è lõga:
Pero t'auiſa, e'l tuo dir ſtringi, & frena,
Anzi che'l giorno gia uicin n'aggiunga.
Et io al fin di queſt'altra ſerena,
C'ha nome uita, che per proua il ſai,
Deh dimme, ſe'l morir è ſi gran pena?
Riſpoſe, mentre al uolgo dietro uai,
Et à l'openion ſua cieca, & dura,
Eſſer felice non po tu giamai.
La morte è fin d'una prigion oſcura,
Agli animi gentili, à gli altri è noia,
Ch'anno poſto nel fango ogni lor cura:
Et hora il morir mio, che ſi t'annoia,
Ti faria rallegrar, ſe tu ſentiſsi
La milleſima parte de mia gioia:
Coſi parlaua, & gliocchi haue'al ciel fiſſi
Diuotamente: poi miſe in ſilentio
Quelle labbra roſate, in fin ch'io, diſſi,
Sylla, Mario, Neron, Caio, & Mezentio,
Fianchi, ſtomachi, febbri ardenti fanno
Parer la morte amara piu ch'aſſentio.
Negar, diſſe, non poſs'io, che l'affanno,
Che ua inanzi al morir, non doglia forte:
Ma piu la tema del, eterno danno.
Ma pur che l'alma in dio ſi riconforta,
E'l cor che'n ſe medeſmo forſe è laſſo,
Che altro, ch'un ſoſpir breue è la morte.
L'haueа gia uicin l'ultimo paſſo,
La carne inferma, & l'anima anchor pronta,
Quand'udi lu un ſuon triſto & baſſo,
O miſero colui, che' giorni conta,
Et pargli l'un mill'anni, e'n darno uiue,
Et ſeco in terra mai non ſi raffronta,
Et cerca l'mar, & tutte le ſue riue,
Et ſempre un ſtile, ouunqu'ei foſſe tenne,
Sol di lei penſa, ò di lei parla, ò ſcriue.
All'hora in quella parte, onde'l ſuõ uenne
Gliocchi languidi uolgo, & ueggio quella,
Ch'ambo noi me ſoſpinſe, & te ritenne.
Riconobbilla al uolto, e à la fauella:
Che ſpeſſo ha gia'l mio cor raconſolato
Hor graue, & ſaggia, allhor honeſta & bella:
Et quand'io fui nel mio piu bello ſtato,
Nell'eta mia piu uerde, à te piu cara,
Ch'à dir, & à penſar à molti ha dato,
Mi fu la uita poco men, che amara,
A riſpetto di quella manſueta,
Et dolce morte, ch'à mortali è rara:
Che'n tutto quel mio paſſo er'io piu lieta,
Che qual d'eſilio al dolce albergo riede,
Se non che mi ſtringea de te ſol pieta.
Dhe madonna, diſs'io, per quella fede'
Che ui fu credo al tempo manifeſta,
Hor piu nel uolto, di chi tutto uede,
Creoui amor penſier mai nella teſta
D'hauer pieta del mio lungo martire

Non

Non laſciando noſtr'alta impreſa honeſta?
Ch'e noſtri dolci ſdegni, & le dolc'ire,
Le dolci paci ne begliocchi ſcritte
Tenner molt'anni in dubbio il mio deſire.
A pena hebb'io queſte parole ditte,
Ch'i uidi lampeggiar quel dolce riſo,
Ch'un Sol fu gia di mie uirtuti afflitte:
Poi diſſe ſoſpirando, Mai diuiſo
Da te non fu'l mio cor, ne giamai fia,
Ma temprai la tua fiamma col mio uiſo:
Perche, à ſaluar te, & me null'altra uia
Era à la noſtra giouinetta fama:
Ne per ferza è pero madre men pia.
Quante uolte diſs'io, queſti non ama,
Anzi arde, onde conuien, ch'accio proueggia:
Et mal puo proueder, chi teme, ò brama.
Quel di fuor miri, et quel dentro nõ ueggia
Queſto fu quel, che ti riuolſe, & ſtrinſe
Speſſo, come caual fren, che uaneggia.
Piu di mille fiate ira dipinſe
Il uolto mio, ch'amor' ardeua il core:
Ma uoglia in me ragion giamai non uinſe.
Poi ſe uinto ti uidi dal dolore,
Drizzai 'n te gliocchi allhor ſoauemente
Saluando la tua uita, e'l noſtro honore:
Et ſe fu paſſion troppo poſſente,
Et la fronte, & la uoce à ſalutarti
Moſſi hor temoroſa, & hor dolente.
Queſti fur teco mie'ingegni, & mie arti,
Hor benigne accoglienze, & hora sdegni:
Tu'l ſai, che n'hai cantato in molte parti:
Ch'i uidi gliocchi tuoi talhor ſi pregni
Di lagrime, ch'io diſſi, queſti è corſo
A morte non l'aitando, i ueggio i ſegni:
Allhor prouidi d'honeſto ſoccorſo:
Talhor ti uidi tali ſproni al fianco,
Ch'i diſſi, qui conuien piu duro morſo.
Coſi caldo, uermiglio, freddo, & bianco,
Hor triſto, hor lieto infin qui t'ho condutto
Saluo, ond'io mi rallegro, benche ſtanco.
Et io, Madonna aſſai fora gran frutto
Queſto d'ogni mia fe, pur ch'io'l credeſſi,
Diſſi tremando, & non col uiſo aſciutto.
Di poca fede, hor'io ſe nol ſapeſſi,
Se non foſſe ben uer, perche'l direi?
Riſpoſe, e'n uiſta parue s'accendeſſi.
S'al mondo tu piaceſti à gliocchi miei,
Queſto mi taccio: pur quel dolce nodo
Mi piacque aſſai, che'ntorno al core hauei:
Et piacemi'l bel nome (ſe uer'odo)
Che lunge, & preſſo col tuo dir m'acquiſti,
Ne mai'n tuo amor richieſi altro, che modo:
Quel manco ſolo, & mentre in atti triſti
Volei moſtrarmi quel, ch'io uedea ſempre,
Il tuo cor chiuſo à tutto'l mondo apriſti.
Quinci'l mio zelo, ond'anchor ti diſtempre:
Che concordia era tal dell'altre coſe,
Qual giunge amor, pur ch'oneſtate il tempre
Fur quaſi equali in noi fiamme amoroſe,
Almen poi ch'io m'auidi del tuo fuoco:
Ma l'un l'appaleſo, l'altro l'aſcoſe.
Tu eri di chiamar merce gia roco,
Quand'io tacea, perche uergogna, & tema
Facean molto diſir parer ſi poco
Non è minor il duol, perch'altri'l prema,
Ne maggior per andarſi lamentando:
Per fittion non creſce il uer, ne ſcema.
Ma non ſi ruppe almen'ogni uel, quando
Sola i tuoi detti te preſente accolſi?
Dir piu non oſa il noſtro amor cantando.
Teco era'l cor, à me gliocchi raccolſi:
Di cio, come d'iniqua parte duolti,
S'al meglio, e'l piu ti diedi, e'l men ti tolſi:
Ne penſi, che perche ti foſſer tolti
Ben mille uolte, & piu di mille, & mille
Renduti, & con pietate à te fur uolti.
Et ſtate foran lor luci tranquille
Sempre uer te, ſe non c'hebbi temenza
Delle pericoloſe tue fauille.
Piu ti uo dir, per non laſciarti ſenza
Vna concluſion, ch'à te fia grata
Forſe d'udir in ſu queſta partenza:
In tutte l'altre coſe aſſai beata,
In una ſola à me ſteſſa diſpiacqui,
Che'n troppo humil terren mi trouai nata.
Duolmi anchor ueramente, ch'io non nacqui
Almen piu preſſo al tuo fiorito nido:
Ma aſſai fu bel paeſe, ou'io ti piacqui:
Che potea'l cor, del qual ſol'io mi fido,
Volgerſi altroue à te eſſendo ignota,
Ond'io fora men chiara, & di men grido,
Queſto no, riſpos'io: perche la rota
Terza del ciel m'alzaua à tanto amore,
Ouunque foſſe, ſtabile, & immota.
Hor che ſia, diſs'ella. i'n hebbi honore,
Ch'anchor mi ſegue: ma per tuo diletto
Tu non t'accorgi del fuggir dell'hore.
Vedi l'aurora dell'aurato letto
Rimenar'a mortali il giorno, e'l Sole
Gia fuor de l'occeano infin'al petto.
Queſta uien per partirne, onde mi duole:
S'à dir hai altro, ſtudia d'eſſer breue,
Et col tempo diſpenſa le parole.
Quant'io ſofferſi mai, ſoaue, & leue
Diſſi, m'ha fatto il parlar dolce, & pio:
Ma'l uiuer ſenza uoi m'è duro, & greue:
Pero ſaper uorrei Madonna, s'io
Son per tardi ſeguirui, ò ſe per tempo?
Ella gia moſſa, diſſe, Al creder mio
Tu ſtarai in terra ſenza me gran tempo.

DEL TRIOMPHO DELLA FAMA,

NEl cor pien d'amariſſima dolcezza
Riſonauano anchor gli ultim'accenti
Del ragionar, ch'ei ſol brama, & apprezza:
Et uolea dir, o di miei triſti, & lenti,
Et piu coſe altre, quand'io uidi allegra
Girſene lei fra belle alme lucenti.
Hauea gia il Sol la benda humida, & negra
Tolta dal duro uolto della terra
Ripoſo della gente mortal'egra.
Il ſonno, & quella, ch'anchor apre, & ſerra
Il mio cor laſſo, à pena eran partiti,
Ch'io uid' incominciar'una altra guerra.
O Polymnia hora prego, che m'aiti,
Et tu Memoria il mio ſtile accompagni,
Che prendi à ricercar diuerſi liti,
Huomini, & fatti glorioſi, & magni,
Per le parti di mezo, & per l'eſtreme
Oue ſera, & mattina il Sol ſi bagni.
Io uidi molta nobil gente inſieme
Sotto la'nſegna d'una gran reina,
Che ciaſcun'ama, riueriſce & teme.
Ell'à ueder parea coſa diuina.
Et da man deſtr'hauea quel gran Romano
Che fe'n Germania, e'n Francia tal ruina:
Auguſto, & Druſo ſeco à mano à mano,
E'duo fulgori ueri di battaglia.

Il maggior e'l minor Scipio Aphricano.
Et Papirio Curſor, che tutto ſmaglia,
Curiò, Fabritio, & l'un & l'altro Cato,
E'l gran Pompeio, che mal uide Theſſaglia.
Et Valerio Coruino, & quel Torquato
Che per troppa pietate uccise il figlio,
E'l primo Bruto gli ſedea da lato.
Poi el bon Villan, che ſe il fiome uermiglio
Del fiero ſangue, e'l uecchio, ch' Hanniballe
Frenò con tarditate, & con conſiglio.
Claudio Neron, chel capo d' Aſdruballe.
Preſento al fratello aſpro, & feroce:
Si che di duol gli ſe uoltar le ſpalle.
Motio, che la ſua deſtra errante coce,
Horatio ſol contr'à Thoſcana tutta,
Che ne fuoco, ne ferro à uirin noce.
Et chi con ſoſpitione indegna lutta,
Valerio di piacere al popol uago
Si, che s'inchina, & ſua caſa è diſtrutta.
Et quel, cha i Latin uinſe ſopra il lago
Regillo, & quel che prima Aphrica aſſalta,
Et duo primi, che in mar uinſer Carthago,
Dico Appio audace, & Catolo che ſmalta
Il pelago di ſangue, & quel Duillo,
Che d'hauer uinto allhor ſempre s'eſſalta,
Vidi 'l uittorioſo, & gran Camillo
Sgombrar loro, & menar la ſpada à cerco,
Et riportarne il perduto ueſſillo.
Mentre con gliochi quinci, & quindi cerco
Vidiui Coſſo con le ſpoglie hoſtili,
E'l dittatore Emilio Mamerco.
Et parecchi altri di natura humili,
Rutilio con Volumnio, & Graeco, & Philo,
Fatti per uirtu d'arme alti, & gentili,
Coſtor uid'io fra'l nobil ſangue d' Ilo
Miſto col Roman ſangue chiaro, & bello,
Cui non baſta ne mio, ne altro ſtilo,
Vid'i duo Paoli, e'l bon Marco Marcello
Che in ſu riua di Po preſſo a Caſteggio
Vcciſe con ſua mano el gran ribello,
Et uolgendomi in dietro anchora ueggio
I primi quattro buon, ch'ebbero in Roma
Primo, ſecondo, terzo, & quarto ſeggio.
Et Cincinnato con la incolta chioma,
E'l gran Rutilian col chiaro ſdegno:
Et Metello orbo con la nobil ſoma.
Regolo Attilio ſi laude degno
Et uincendo, & morendo, & Appio cieco,
Che Pyrrho fe di ueder Roma indegno.
Et un altro Appio ſpron del popol ſeco,
Duo Fului, et Manlio Volſco, et quel Flaminio
Che uinſe, & liberò i'l paeſe greco.
Iui fra glialtri tinto era Virginio
Del ſangue di ſua figlia, onde à que Deci
Tyranni tolto fo l'empio dominio,
Et larghi di lor ſangue eran tre deci,
E i duo gran Scipion, che Spagna oppreſſe,
Et Martio, che ſoſtenne ambe lor ueci.
Et come a ſuol par, che ciaſcun s'appreſſe
L'Aſiatico et'iui, & quel perfetto
Ch'ottimo ſolo il buon Senato eleſſe.
Et Lelio a ſuo Cornelij era riſtretto,
Non coſi quel Metello, al qual arriſe
Tanto fortuna, che felice è detto,
Parean uiuendo lor menti diuiſe,
Morendo ricongiunte. & ſeco il padre
Et' il ſuo ſeme, che ſotterra il miſe.
Veſpaſian poi, alle ſpalle ſquadre
Il riconobbi à guiſa d'huom, che ponta

Con Tito ſuo dell'opre, alte, & leggiadre.
Domitiano non uera, ond'ira, & unta
Hauea, ma la famiglia, che per uarco
D'adoptione al ſommo imperio monta,
Traiano, & Hadriano, Antonio, & Marco
Che facea d'adottare anchor' il meglio,
Alfin Theodoſio di benfar non parco.
Queſto fu'di uirtu l'ultimo ſpeglio
In quel ordine dico, & dopo lui
Comincio il mondo forte à farſi meglio.
Poco in diſparte accorto anch'hor mi fui
D'alquanti, in cui regno uirtu non poca,
Ma ricoperta fu da lumbra altrui.
Iui era quel, che fondamenti locca
D' Alba lunga in quel monte pellegrino
Et Athi, & Numitore, & Silnio, & Proca,
Et Capi el uecchio, el nuouo, Re Latino
Agrippa, e i duo, ch'eterno nome denno
Al Teuero, & al bel colle Auentino.
Non m'accorgea, ma fummi fatto un cenno
Et quaſi lit un mutar dubbio notturno
Vidi quei ch'ebber men forza, & piu ſenno
Primi Italici Regi, iui Saturno,
Pico, Fauno, Iano, & poi non lunge
Penſoſi uidi andar Camilla, & Turno.
Et perche gloria in ogni parte aggiunge,
Vidi oltra un riuo il gran Carthagineſe,
La cui memoria anchor'Italia punge,
L'un' occhio hauea laſciato in mio paeſe
Stagnando al freddo tempo il fiume Thoſco
Si ch'elli era à uedere ſtrano arneſe
Sopra un grande Elephante un Duce loſco
Guardai gli intorno, & uidi il re Philippo
Similemente da l'un lato foſco.
Vidi il Lacedemonio iui Santippo,
Ch'à gente ingrata fece il bel ſeruigio,
Et dun medeſmo nido uſcir Gilippo.
Vidi color, che andaro al regno ſtygio
Hercole, Enea, Theſeo, & Vlyſſe,
Per laſciar qui di fama tal ueſtigio.
Hettor col padre, quel che troppo uiſſe,
Dardano, & Tros, & Heroi altri uidi
Chiari per ſe, ma piu parchi ne ſeriſſe.
Diomede, & Achille, & i grandi Atridi,
Duo Aiaci, & Tydeo, & Polynice
Nemici prima, amici poi ſi fidi.
Et la brigata ardita, & infelice
Che cadde à Thebe, & quell'altra, ch'a Troia
Fece aſſai credo, ma di piu ſi dice,
Penteſilea, che a greci fe gran noia,
Hyppolita, & Onthia, che regnaro
La preſſo al mar, dou'entra la Danubia.
Et uidi Cyro piu di ſangue auaro
Che Craſſo d'oro, & luno, & laltro n'hebbe
Tanto, ch'al fine à ciaſcun parue amaro,
Philopomene, à cui nulla ſarebbe
Nouarte in guerra, & chi di fede abbonda
Re Maſſiniſſa, in cui ſempre ella crebbe,
Leonida, e'l Thebano Epaminonda,
Milciade, & Themiſtocle, che i Perſi
Cacciar di Grecia, uinti in terra, e in onda.
Vidi Dauid cantar celeſti uerſi,
Et Iuda Machabeo, & Ioſue
A cui el Sole & la Luna immobil ferſi,
Aleſſandro, ch'al mondo briga die,
Hor l'occeano tentaua, & potea farlo,
Morte uiſi interpoſe, onde nol fe.
Poi alla fin' Artu Re uidi, & Carlo.

DEL TRIOMPHO DELLA FAMA, CAP. I.

DA poi che morte triompho nel uolto,
Che di me ſteſſo triomphar ſolea,
Et fu del noſtro mondo il ſuo ſol tolto,
Partiſſi quella diſpietata, & rea
Pallida, in uiſta horribile, & ſuperba,
Che'l lume di beltade ſpento hauea:
Quando mirando intorno ſu per l'herba
Vidi dall'altra parte giunger quella,
Che trahe l'huom del ſepolchro, e'n uita il ſerba,
Qual in ſul giorno l'amoroſa ſtella
Suol uenir d'oriente inanzi al Sole,
Che s'accompagna uolentier con ella,
Cotal uenia, & io di quali ſchole
Verra'l maeſtro, che deſcriua à pieno
Quel, ch'i uo dir con ſemplici parole?
Era dintorno il ciel tanto ſereno,
Che per tutto'l diſio, ch'ardea nel core,
L'occhio mio non potea non uenir meno.
Scolpito per le fronti era'l ualore
Dell'honorata gente: dou'io ſcorſi
Molti di quei, che legar uidi amore.
Da man deſtra, oue prima gliocchi porſi
La bella donna hauea Ceſare, & Scipio,
Ma qual piu preſſo, à gran pena m'accorſi,
L'un di uirtute, & non d'amor mancipio,
L'altro d'intrambi: & poi mi fu moſtrata
Dopo ſi glorioſo, & bel principio
Gente di ferro, & di ualor armata,
Si come in Campidoglio al tempo antico
Tal'hor ò per uia ſacra, ò per uia lata.
Venian tutti in quell'ordine, ch'i dico,
Et leggeaſi à ciaſcuno intorno al ciglio
Il nome al mondo piu di gloria amico.
I era intento al nobile biſbiglio,
Al uolto, à gliatti: & di que primi due
L'un ſeguiua il nipote, & l'altro il figlio,
Che ſol ſenza alcun par' al mondo fue:
Et quei, che uolſer a nemici armati
Chiuder il paſſo con le membra ſue,
Duo padri da tre figli accompagnati,
L'un giua inanzi, & duo ne uenian dopo,
Et l'ultimo era'l primo tra laudati.
Poi fiammeggiaua à guiſa d'un piropo
Colui, che col conſiglio, & con la mano
Di tutta Italia giunſe al maggior nopo
Di Claudio dico, che notturno, & piano,
Come'l Metauro uide, à purgar uenne
Di ria ſemenza il buon campo Romano:
E gli hebbe occhi al ueder, al uolar penne:
Et un gran uecchio il ſecondaua appreſſo,
Che con arte Hanniballe à bada tenne.
Vn'altro Fabio, & duo Caton con eſſo,
Duo Pauli, duo Bruti, & duo Marcelli,
Vn Regol, ch'amo Roma, & non ſe ſteſſo:
Vn Curio, & un Fabritio aſſai piu belli
Con la lor pouertà, che Mida, o Craſſo
Con l'oro, ond'à uirtu furon ribelli,
Cincinnato, & Serran, che ſolo un paſſo
Senza coſtor non uanno, e'l gran Camillo
Di uiuer prima, che di ben far laſſo:
Perch'à ſi alto grado il ciel ſortillo,
Che ſua chiara uirtute il riconduſſe,
Ond'altrui cieca rabbia dipartillo.
Poi quel Torquato, che'l figliuol percuſſe,
Et uiuer orbo per amor ſofferſe
Della militia, perch'orba non fuſſe.
L'un Decio, & l'altro, che col petto aperſe
Le ſchiere de nemici ò fiero uoto,
Che'l padre, e'l figlio ad una morte offerſe:
Curtio con lor uenia non men deuoto
Che di ſe, & dell'arme empiè lo ſpeco
In mezo'l foro horribilmente uoto.
Mummio, Leuino, Attilio, & era ſeco
Tito Flaminio, che con forza uinſe,
Ma uia piu con pietate il popol Greco.
Eraui quel, che'l Re di Siria cinſe
D'un magnanimo cerchio, & colla fronte,
Et con la lingua à ſuo uoler lo ſtrinſe,
Et quel, ch'armato ſol difeſe il monte,
Onde poi fu ſoſpinto. & quel, che ſolo
Contra tutta Thoſcana tenne il ponte,
Et quel, che'n mezo del nemico ſtuolo
Moſſe la mano indarno, & poſcia l'arſe
Si ſeco irato, che non ſentì'l duolo.
Et chi'n mar prima uincitor apparſe
Contra Carthagineſi, & chi lor naui
Fra Sicilia, & Sardigna ruppe, & ſparſe.
Appio conobbi à gliocchi ſuoi, che graui
Furon ſempre, & moleſti à l'humil plebe:
Poi uidi un grande con atti ſoaui,
Et ſe non che'l ſuo lume à l'eſtremo hebe,
Fors'era'l primo: & certo fu fra noi,
Qual Baccho, Alcide, Epaminonda à Thebe:
Ma'l peggio è uiuer troppo: & uidi poi
Quel, che dell'eſſer ſuo deſtro, & leggiero
Hebbe'l nome, & fu'l fior de gli anni ſuoi,
Et quanto in arme fu crudo, & ſeuero,
Tanto quel, che'l ſeguiua, era benigno,
Non ſo, ſe miglior duce, ò caualiero,
Poi uenia quel, che'l liuido maligno
Tumor di ſangue bene oprando oppreſſe,
Volumnio nobil d'alta laude digno.
Coſſo, Philon, Rutilio, & dalle ſpeſſe
Luci in diſparte tre Soli ir uedeua
Et membra rotte, & ſmagliate arme, & feſſe,
Lucio Dentato, & Marco Sergio, & Seeua,
Quei tre folgori, & tre ſcogli di guerra:
Ma l'un rio ſucceſſor di fama leua:
Mario poi, che Iugurtha, e i Cymbri atterra
E'l Tedeſco furor, & Fuluio Flacco,
Che per troncar gl'ingrati à bel ſtudio erra,
E'l piu nobile Fuluio, & ſol'un Gracchο
Di quel gran nido, & Catulo inquieto,
Che fe'l popol Roman piu uolte ſtracco,
Et quel, che parue altrui beato, & lieto,
Non dico fu: che non chiaro ſi uede
Vn chiuſo cor in ſuo alto ſecreto:
Metello dico, & ſuo padre, & ſuo rede,
Che gia di Macedonia, & de Numidi,
Et di Creta, & di Spagna adduſſer prede.
Poſcia Veſpaſian col figlio uidi,
Il buono, e'l bello, non gia'l bello, e'l rio,
E'l buon Nerua, & Traian, principi fidi:
Helio Adriano, e'l ſuo Antonin Pio,
Bella ſucceſſione infino à Marco,
C'hebber' al meno il natural diſio.
Mentre che uago oltra con gliocchi uarco
Vidi'l gran fondator, e i regi cinque:
L'altr'era in terra di mal peſo carco,
Come adutene, à chi uirtu relinque.

DEL TRIOMPHO DELLA FAMA, CAP. II.

PIen d'infinita, & nobil marauiglia
Preſi à mirar'il buon popol di Marte,
Ch'al mondo non fu mai ſimil famiglia
Giugnea la uiſta con l'antiche carte
Oue ſon gli alti nomi, e i ſommi pregni

Et ſentia nel mio dir mancar gran parte,
  Ma diſuiarmi i peregrini egregi,
Hannibal primo, & quel cantato in verſi
Achille, che di fama hebbe gran fregi:
  I duo chiari Troiani, e i duo gran Perſi
Philippo, e'l figlio, che da Pella à gl'Indi
Correndo uinſe paeſi diuerſi.
  Vidi l'altr' Aleſſandro non lunge indi
Non gia correr coſi, c'hebb'altro intoppo:
Quanto del uero honor fortuna ſcindi:
  I tre Theban, ch'io diſſi in un bel groppo
Nell'altro, Aiace, Diomede, e Vlyſſe,
Che diſio del mondo ueder troppo:
  Neſtor, che tanto ſeppe, & tanto uiſſe:
Agamenon, & Menelao, che'n ſpoſe
Poco felici al mondo fer gran riſſe:
  Leonida, ch'a ſuoi lieto propoſe
Vn duro prandio, una terribil cena,
E'n poca piazza fe mirabil coſe.
  Alcibiade, che ſi ſpeſſo Athena,
Come fu ſuo piacer, uolſe, & riuolſe
Con dolce lingua, & con fronte ſerena:
  Milciade, che'l gran giogo à Grecia tolſe:
E'l buon figliuol, che con pieta perfetta
Legò ſe uiuo, e'l padre morto ſciolſe:
  Themiſtocle, & Theſeo con queſta ſetta,
Ariſtide, che fu un greco Fabritio:
A' tutti fu crudelmente interdetta
  La patria ſepoltura, & l' altrui uitio
Illuſtra lor: che nulla meglio ſcopre
Contrari duo con picciol interſtitio
  Phocion ua con queſti tre di ſopre,
Che di ſua terra fu ſcacciato, & morto,
Molto contrario il guidardon dall' opre.
  Com'io mi uolſi, il buon Pirrho hebbi ſcorto,
E'l buon Maſiniſſa: & gli era auiſo,
D'eſſer ſenza i Roman, riceuer torto.
  Con lui mirando quinci, & quindi fiſo
Hieron Siracuſan conobbi, e'l crudo
Hamilcare dallor molto diuiſo.
  Vidi, quel ch' uſci gia del fuoco ignudo
Il Re di Lidia, manifeſto eſſempio,
Che poco ual contra fortuna ſcudo.
  Vidi Siphace pari à ſimil ſcempio:
Brenno, ſotto cui cadde gente molta,
Et poi cadd'ei ſotto'l famoſo tempio.
  In habito diuerſa, in popol folta
Fu quella ſchiera. & mentre gliocchi alti ergo,
Vidi una parte tutta in ſe raccolta:
  Et quel, che uolſe à Dio far grande albergo
Per habitar fra gli huomini, era'l primo,
Ma, chi fe l'opra, gli uenia da tergo:
  A' lui fu deſtinato, onde da imo
Perduſſe al ſommo l'edificio ſanto
Non tal dentro architetto, com' io ſtimo.
  Poi quel, ch'à Dio familiar fu tanto
In gratia à parlar ſeco a faccia a faccia,
Che neſſun altro ſe ne po dar uanto:
  Et quel, che, come un' animal s'allaccia,
Con la lingua poſſente legò il Sole
Per giugner de nimici ſuoi la traccia:
  O fidanza gentil, chi Dio ben cole,
Quanto Dio ha creato, hauer ſuggetto,
E'l ciel tener con ſimplici parole.
  Poi uidi'l padre noſtro, à cui fu detto
Ch' uſciſſe di ſua terra, & giſſe al luogo,
Ch'à l'humana ſalute era gia eletto:
  Seco'l figlio, e'l nipote, à cui ſul giogo
Fatto delle due ſpoſe, e'l ſaggio, & caſto
Ioſeph dal padre lontanarſi un poco.
  Poi ſtendendo la uiſta, quant' io baſto,
Rimirando, oue l'occhio oltra non uarca,
Vidi'l giuſto Ezechia, & Sanſon guaſto:
  Di qua da lui, chi fece la grand'arca,
Et quel, che comincio poi la gran torre,
Che fu ſi di peccato, & d'error carca:
  Poi quel buõ Giuda, à cui neſſun puo torre
Le ſue leggi paterne, inuitto, & franco,
Com'huom, che per giuſtitia à morte corre.
  Gia era il mio diſir preſſo che ſtanco,
Quando mi fece una leggiadra uiſta
Piu uago di ueder, ch'io ne foſs' anco.
  Io uidi alquante donne ad una liſta,
Antiope, & Orithia armata, & bella,
Hippolita del figlio afflitta, triſta,
  Et Menalippe, & ciaſcuna ſi ſnella,
Che uincerle fu gloria al grande Alcide,
Che l'una hebbe, & Theſeo l'altra ſorella:
  La uedoua, che ſi ſecura uide
Morto'l figliuol, & tal uendetta feo,
Ch'uccise Cyro, & hor ſua fama uccide.
  Pero en'udendo anchora il ſuo fin reo
Par che di nuouo à ſua gran colpa muoia:
Tanto quel di del ſuo nome perdeo.
  Poi uidi quella, che mal uide Troia,
Et fra queſte una uergine Latina,
Ch'in Italia a Troian fe tanta noia.
  Poi uidi la magnanima Reina,
Con una treccia auolta, & l'altra ſparſa
Cors' à la Babylonica rapina:
  Poi uidi Cleopatra: & ciaſcun' arſa.
D'indegno fuoco: & uidi in quella treſca
Zenobia del ſuo honor' aſſai piu ſcarſa.
  Bell'era, & nell' eta fiorita, & freſca:
Quanto in piu giouentute, e' n piu bellezza,
Tanto par e' honeſta ſua laude accreſca:
  Nel cor femineo fu ſi gran fermezza,
Che col bel uiſo, & con l' armata coma
Fece temer, chi per natura ſprezza:
  I parlo dell' Imperio alto di Roma,
Che con arme aſſalio, bench' à l' eſtremo
Foſſe al noſtro triompho ricca ſoma.
  Fra i nomi, che'n dir breue aſcondo, & premo,
Non fia Iudith la uedouetta ardita,
Che fe'l folle amador del capo ſcemo.
  Ma Nino, ond'ogn'hiſtoria humana è ordita,
Doue laſs'io? e'l ſuo gran ſucceſſore,
Che ſuperbia conduſſe à beſtial uita?
  Belo doue riman fonte d'errore
Non per ſua colpa? dou'è Zoroaſtro,
Che fu dell'arte magica inuentore?
  Et chi de noſtri duci, che'n duro aſtro
Paſſar l'Euphrate, fece'l mal gouerno
A' l'Italiche doglie fiero impiaſtro?
  O u' è'l gran Mithridate, quell' eterno
Nemico de Roman, che ſi ramingo
Fuggi dinanzi à lor la ſtate, e'l uerno?
  Molte gran coſe in picciol faſcio ſtringo.
Ou' è'l re Artu, & tre Ceſari Auguſti,
Vn d'Aphrica, un di Spagna, un Loteringo?
  Cingean coſtu' i ſuoi dodici robuſti:
Poi uenia ſolo il buon duce Goffrido,
Che fe impreſa ſanta, e i paſſi giuſti?
  Queſto, di ch'io mi ſdegno, e'n darno grido,
Fece in Hieruſalem con le ſue mani
Il mal guardato, & gia negletto nido.
  Ite ſuperbi, & miſeri Chriſtiani
Conſumando l'un l'altro, & non ui caglia,
Che'l ſepolchro di Chriſto è in man di cani.
  Raro o' neſſun, che in alta fama ſaglia,
Vidi dopo coſtui (s'io non m'inganno)
O per arte di pace, ò di battaglia.

Pura com'huomini eletti ultimi uanno,
Vidi uerſo la fine il Saracino,
Che fece a noſtri aſſai uergogna & danno.
Quel di Luria ſeguiua il Saladino:
Poi il duca di Lancaſtro, che pur dianzi
Er'al regno de Franchi aſpro uicino.
Miro com'huom, che uolentier s'auanzi,
S'alcuno ui uedeſſi, qual egli era
Altroue a gli occhi miei ueduto innanzi,
Et uidi duo, che ſi partir hier ſera
Di queſta noſtra etate, & del paeſe:
Coſtor chiudean quell'honorata ſchiera,
Il buon re Sicilian, che'n alto inteſe,
Et longe uide, & fu ueramente'Argo,
Da l'altra parte il mio gran Colonneſe
Magnanimo, gentil, coſtante, & largo.

DEL TRIOMPHO DE LA FAMA, CAP. III.

IO non ſapea di tal uiſta leuarme,
Quand'io udi, pon mente a l'altro lato;
Che s'aquiſta ben pregio altro, che d'arme.
Volſimi da man manca, & uidi Plato,
Che'n quella ſchiera ando piu preſſo al ſegno;
Al qual aggiunge, a chi dal cielo è dato,
Ariſtotele poi pien d'alto ingegno,
Pythagora, che primo humilemente
Philoſophia chiamò per nome degno,
Socrate, & Senophonte, & quell'ardente
Vecchio, a cui fur le muſe tanto amiche,
Ch'Argo, & Micena, & Troia ſe ne ſente:
Queſto cantò gli errori, & le fatiche
Del figliuol di Laerte, & de la Diua,
Primo pittor de le memorie antiche.
A man a man con lui cantando giua
Il Mantoan, che di par ſeco gioſtra,
Et uno, al cui paſſar l'herba fioriua,
Queſt'è quel Marco Tullio, in cui ſi moſtra
Chiaro, quant'ha eloquentia & frutti, & fiori:
Queſti ſon gliocchi de la lingua noſtra.
Dopo uenia Demoſthene, che fuori
E di ſperanza homai del primo luogo,
Non ben contento de ſecondi honori,
Vn gran folgor parea tutto di fuoco,
Aeſchine il dica, che'l potè ſentire,
Quando preſſo al ſuo tuon parue gia roco.
Io non poſſo per ordine ridire,
Queſto, o quel doue mi uedeſſi, o quando,
Et qual innanzi andar, & qual ſeguire,
Che coſe innumerabili penſando,
Et mirando la turba tale & tanta,
L'occhio il penſier m'andaua deſuiando.
Vidi Solon, di cui fu l'util pianta:
Che s'è mal culta, mal frutto produce,
Con gli altri ſei, di cui Grecia ſi uanta.
Qui uid'io noſtra gente hauer per duce
Varrone, il terzo gran lume Romano,
Che quanto'l miro piu, tanto piu luce,
Criſpo Salluſtio, & ſeco a mano a mano
Vno, che gli hebbe inuidia, e uide'l torto,
Cio è'l gran Tito Liuio Padoano.
Mentr'io miraua, ſubito hebbi ſcorto
Quel Plinio Veroneſe ſuo uicino
A ſcriuer molto, à morir poco accorto.
Poi uidi'l gran Platonico Plotino,
Che credendoſi in otio uiuer ſaluo
Preuento fu dal ſuo fiero deſtino,
Il qual ſeco uenia dal matern'aluo,
Et però prouidentia iui non ualſe:
Poi Craſſo, Antonio, Hortenſio, Galba, & Caluo
Con Pollion, che'n tal ſuperbia ſalſe,
Che contra quel d'Arpino armar le lingue
Ei duo cercando fame indegne & falſe.
Thucydide uid'io, che ben diſtingue
I tempi, e i luoghi e i loro opre leggiadre,
Et di che ſangue qual campo s'impingue,
Herodoto di Greca hiſtoria padre
Vidi, & dipinto il nobil geometra
Di triangoli, tondi, & forme quadre,
Et quel, che'n uer di noi diuenne petra,
Porphyrio, che d'acuti ſillogiſmi
Empie la dialetica pharetra
Facendo contra'l uero arme i ſophiſmi,
Et quel di Coo, che fe uia miglior l'opra
Se ben inteſi foſſer gli aphoriſmi,
Apollo & Eſculapio gli ſon ſopra
Chiuſi, ch'apena il uiſo gli comprende,
Si par che i nomi il tempo limi, & copra:
Vn di Pergamo il ſegue, & da lui pende
L'arte guaſta fra noi, allhor non uile,
Ma breue e oſcura, ei la dichiara, & ſtende.
Vidi Anaſarcho intrepido & uirile,
Et Senocrate piu ſaldo, d'un ſaſſo,
Che nulla forza il uolſe ad atto uile.
Vidi Archimede ſtar col uiſo baſſo,
Et Democrito andar tutto penſoſo
Per ſuo uoler di lume & d'oro caſſo.
Vid'Hippia il uecchiarel, che gia fu oſò
Di riſo tutto, & poi di nulla certo,
Ma d'ogni coſa Archeſilao dubbioſo.
Vidi in ſuoi detti Heraclito coperto,
Et Diogene Cinico in ſuoi fatti
Aſſai piu, che non uuol uergogna, aperto:
Et quel, che lieto i ſuoi campi diſfatti
Vide & deſerti d'altra merce carco
Credendo hauerne inuidioſi patti.
I u'era il curioſo Dicearcho,
Et in ſuoi magiſteri aſſai diſpari
Quintiliano, & Seneca, & Plutarcho.
Vidiui aliquanti, c'han turbati i mari
Con uenti aduerſi, & intelletti uaghi
Non per ſaper, ma per contender chiari,
Vrtar, come leoni, & come draghi
Con le code auuinchiarſi: hor che è queſto
Ch'ognun del ſuo ſaper par che s'appaghi?
Carneade uidi in ſuoi ſtudi ſi deſto,
Che parland'egli, il uero e'l falſo a pena
Si diſcernea, coſi nel dir fu preſto,
La lunga uita, & la ſua larga uena
D'ingegno poſe in accordar le parti,
Che'l furor litterato a guerra mena,
Ne'l poteo far, che come crebber l'arti,
Crebbe la'nuidia, & col ſapere inſieme
Ne cuori enfiati i ſuoi ueneni ſparti
Contra'l buon Syro, che l'humana ſpeme
Alzò ponendo l'anima immortale
S'armo Epicuro, onde ſua fama geme,
Ardito a dir, ch'ella non foſſe tale,
Coſi al lume fu famoſo & lippo
Con la brigata al ſuo maeſtro equale,
Di Metrodoro parlo, & d'Ariſtippo.
Poi con gran ſubbio, & con mirabil fuſo
Vidi tela ſottil teſſer Chryſippo.
De gli Stoici'l padre alzato in ſuſo,
Per fare chiaro ſuo dir, uidi Zenone
Moſtrar la palma aperta, e'l pugno chiuſo,
Et per fermar ſua bella intentione,
La ſua tela gentil teſſer Cleanthe,
Che tira al uer la uaga oppenione.
Qui laſcio, & piu di lor non dico auante.

TRIOMPHO DEL TEMPO.

DE l'aureo albergo con l'Aurora inanzi
Si ratto uſciua'l Sol cinto di raggi,
Che detto hareſti,e ſi corcò pur dianzi.
Alzato un poco,come fanno i ſaggi,
Guardoſs'intorno,& a ſe ſteſſo diſſe,
Che penſi? homai cõuien,che piu cura haggi.
Ecco,s'un huom famoſo in terra uiſſe,
Et di ſua fama per morir non eſce,
Che ſarà de la legge,che'l ciel fiſſe?
Et ſe fama mortal morendo creſce,
Che ſpegner ſi douea in breue,ueggio
Noſtra eccellentia al fine,onde m'increſce.
Che piu s'aſpetta,o che puote eſſer peggio?
Che piu nel ciel ho io,che'n terra un huomo,
A cui eſſer egual per gratia cheggio?
Quattro caual con quanto ſtudio como,
Paſco nell'oceano,& ſprono,& sferzo,
Et pur la fama d'un mortal non domo.
Ingiuria da corruccio,& non da ſcherzo,
Auuenir queſto a me,s'io foſſe in cielo
Non dirò primo,ma ſecondo,ò terzo.
Hor conuien che s'accenda ogni mio zelo
Si,ch'al mio uolo l'ira addoppi i uanni:
Ch'io porto inuidia a gli huomini,e no'l celo,
De quali ueggio alcun dopò mill'anni,
Et mille,& mille,piu chiari,che'n uita,
Et io m'auanzo di perpetui affanni.
Tal ſon,qual era anzi che ſtabilita
Foſſe la terra,di & notte rotando
Per la ſtrada rotonda,ch'è infinita.
Poi che queſto hebbe detto,diſdegnando
Riprese il corſo piu ueloce aſſai,
Che falcon d'alto a ſua preda uolando,
Piu dico,ne penſer porria giamai
Seguir ſuo uolo,no che lingua,ò ſtile
Tal,che con gran paura il rimirai.
Allhor tenn'io il uiuer noſtro a uile
Per la mirabil ſua uelocitate
Via piu,che inanzi nol tenea gentile:
Et paruemi mirabil uanitate
Fermar in coſe il cor,che'l tempo preme,
Che mentre piu le ſtringi,ſon paſſate.
Pero chi di ſuo ſtato cura,ò teme,
Proueggia ben,mentr'è l'arbitrio intiero
Fondar in loco ſtabile ſua ſpeme,
Che quant'io uidi'l tempo andar leggiero
Dopo la guida ſua,che mai non poſa,
I nol dirò,perche poter non ſpero.
I uidi'l ghiaccio,& li preſſo la roſa,
Quaſi in un punto il gran freddo,e'l gran caldo,
Che pur udendo par mirabil coſa.
Ma chi ben mira col giudicio ſaldo,
Vedra eſſer coſi:che no'l uid'io,
Di che contra me ſteſſo hor mi riſcaldo
Segui gia le ſperanze,e'l uan diſio:
Hor'hor dinãzi a gliocchi un chiaro ſpecchio,
Ou'io ueggio me ſteſſo,e'l fallir mio:
Et quant'i poſſo,al fine m'apparecchio
Penſand'al breue uiuer mio,nel quale
Sta mane era un fanciullo,& hor ſon uecchio.
Che piu d'un giorno è la uita mortale
Nubilo,breue,freddo,& plen di noia,
Che puo bella parer,ma nulla uale?
Qui l'humana ſperanza,& qui la gioia:
Qu'i miſeri mortali alzan la teſta,
Et neſſun ſa,quando ſi uiua,ò muoia.
Veggio la ſuga del mio uiuer preſta,
Anzi di tutti,& nel fuggir del Sole
La ruina del mondo manifeſta.
Hor ui riconfortate in uoſtre fole
Giouani,& miſurate il tempo largo:
Che piaga antiueduta aſſai men dole.
Forſe che'n darno mie parole ſpargo:
Ma io u'annuntio,che uoi ſete offeſi
Da un graue,& mortifero lethargo:
Che uolan l'hore,i giorni,& gli anni,e i meſi,
E'nſieme con breuiſſimo interuallo
Tutti hauemo a cercar altri paeſi.
Non fate contra'l uero al core un callo,
Come ſete uſi,anzi uolgete gliocchi,
Mentr'emendar ſi potete il noſtro fallo.
Non aſpettate,che la morte ſcocchi,
Come fa la piu parte:che per certo
Infinita è la ſchiera de gli ſciocchi.
Poi ch'i hebbi ueduto,& ueggio aperto
Il uolar,e'l fuggir del gran pianeta,
Ond'i ho danni,e'nganni aſſai ſofferto.
Vidi una gente andarſen queta queta
Senza temer di tempo,ò di ſua rabbia,
Che gli hauea in guardia hiſtorico,ò poeta
Di lor par piu,che d'altri,inuidia s'habbia,
Che per ſe ſteſſi ſon leuati a uolo
Vſcendo fuor della commune gabbia.
Contra coſtor colui'che ſplende ſolo,
S'apparechiaua con maggiore sforzo,
Et riprendeua un piu ſpedito uolo,
A ſuoi corſier raddoppiar'era l'orzo,
Et la reina,di ch'io ſopra diſſi,
Volea dalcun de ſuoi gia far diuorzo.
Vdi dir non ſo a chi,mal detto ſcriſſi,
In queſti humani a dir proprio liguſtri,
Di cieca oblinione oſcuri abyſſi
Volgera'l Sol non pur anni,ma luſtri,
Et ſecoli uittor dogni cerebro,
Et uedra'il naneggiar di queſti illuſtri.
Quanti fur chiari tra Peneo,& Hebro,
Che ſon uenuti,,o uerran toſto meno?
Quant'in ſul Xanto,& quant'in ual di Tebro?
Vn'dubbio uerno,un'inſtabil ſereno
E uoſtra Fama,& poco nebbia il rompe
El gran tempo a gran nomi'è gran ueneno.
Paſſan uoſtri triomphi,& uoſtre pompe:
Paſſan le ſignorie,paſſano i regni
Ogni coſa mortal tempo interrompe,
Et ritolta a men buon non da a piu degni,
Et non pur quel di fuori il tempo ſolue,
Ma le uoſtr'eloquentie,e i uoſtri ingegni.
Coſi fuggendo il mondo ſeco uolue,
Ne mai ſi poſa,ne s'arreſta,o torna,
Infin che u'ha condotti in poca polue.
Hor perche humana gloria ha tante corna,
Non è gran merauiglia,s'a fiaccarle
Alquanto oltra l'uſanza ſi ſoggiorna.
Ma chiunque ſi penſi il uulgo,o parle,
Sel uiuer uoſtro non foſſe ſi breue,
Toſto uedreſte in fumo ritornarle.
Vdiro queſto,perche al uer ſi deue
Non contraſtar,ma dar preſetta fede,
Vid'ogni noſtra gloria al Sol di neue:
Et oidi'l tempo rimenar tal prede
De noſtri nomi,ch'i gli hebbi per nulla:
Ben che la gente cio ne ſa,ne crede,
Cieca,che ſempre al uento ſi traſtulla,
Et pur di falſe openion ſi paſce
Lodando piu'l morir uecchio,che'n culla.
Quanti ſon gia felici morti in faſce,
Quanti miſeri in ultima uecchiezza?

Alcun dice, beato è chi non naſce.
Ma per la turba a grandi errori auezza
Dopo la lunga eta ſia'l nome chiaro,
Che è queſto pero, che ſi s'apprezza?
Tanto uince, & ritoglie il tempo auaro:
Chiama ſi fama, & è morir ſecondo,
Ne piu, che contra'l primo, è alcun riparo:
Coſi'l tempo triompha i nomi, e'l mondo.

TRIOMPHO DELLA DIVINITA.

DA poi che ſotto'l ciel coſa non uidi
Stabile, & ferma, tutto sbigottito
A me mi uolſi, & diſſi in guarda che ti fidi?
Riſpoſi, nel ſignor, che mai fallito
Non ha promeſſa à chi ſi fida in lui:
Ma ueggio ben, che'l mondo m'ha ſchernito,
Et ſento quel ch'io ſono, & quel ch'i fui,
Et ueggio andar, anzi uolar il tempo,
Et doler mi uorrei, ne ſo di cui,
Che la colpa è pur mia, che piu per tempo
Doue'aprir gli occhi, & non tardar' al fine,
Ch'à dir il uero, homai troppo m'attempo.
Ma tarde non fur mai gratie diuine:
In quelle ſpero, che'n me anchor faranno
Alte operationi, & pellegrine.
Coſi detto, & riſpoſto, hor ſe non ſtanno
Queſte coſe, che'l ciel uolge, & gouerna,
Dopo molto uoltar che fine haranno?
Queſto penſaua, & mentre piu s'interna
La mente mia, ueder mi parue un mondo
Nuouo in etate immobile, & eterna,
E'l Sole, & tutto'l ciel disfarſi a tondo
Con le ſue ſtelle, anchor la terra, e'l mare,
Et rifarne un piu bello, & piu giocondo.
Qual marauiglia hebb'io, quando reſtare
Vidi in un pie colui, che mai non ſtette,
Ma diſcorrendo ſuol tutto cangiare,
Et le tre parti ſue uidi riſtrette
Ad una ſola, & quell'una eſſer ferma,
Si che, come ſolea, piu non s'affrette.
Et quaſi in terra d'herba ignuda, & herma,
Ne fia, ne fu, ne mai u'era anzi, ò dietro,
Ch'amara uita fanno, uaria, e'nferma.
Paſſa'l penſer, ſi come Sole in uetro,
Anzi piu aſſai, pero che nulla il tene:
O qual gratia mi fia, ſe mai l'impetro,
Ch'i ueggia iui preſente il ſommo bene,
Non alcun mal, che ſolo il tempo meſce,
Et con lui ſi diparte, & con lui uene.
Non haur'albergo il Sol in Tauro, o'n Peſce,
Per lo cui uariar noſtro lauoro
Hor naſce, hor more, et hor ſcema, et hor creſce
Beat'i ſpirti, che nel ſommo coro
Si trouerannno, ò trouano in tal grado,
Che fia in memoria eterna il nome loro.
O felice colui, che truoua il guado
Di queſto alpeſtro, & rapido torrente,
C'ha nome uita, ch'à molti è ſi à grado.
Miſera la uolgare, & cieca gente,
Che pon qui ſue ſperanze in coſe tali,
Che'l tempo le ne porta ſi repente.
O ueramente ſordi, ignudi, & frali
Poueri d'argomento, & di conſiglio,
Egri del tutto, & miſeri mortali.
Quel, che'l mondo gouerna pur col ciglio,
Che conturba, & acqueta gli elementi
Al cui ſaper non pur io non m'appiglio,
Ma gli angeli ne ſon lieti, & contenti
Di ueder delle mille parti l'una,
Et in cio ſtanno deſioſi, e'ntenti.
O mente uaga al fin ſempre digiuna
A che tanti penſieri? un'hora ſgombra
Quel, che'n molt'anni a pena ſi raguna.
Quel, che l'anima noſtra preme, e'ngombra,
Dianzi, adeſſo, hier, diman, mattino, & ſera,
Tutti in un punto paſſaran, com'ombra.
Non haura luogo fu, ſara, ne era,
Ma è ſolo in preſente, & hora, & hoggi,
Et ſola eternita raccolta, e'ntera.
Quanti ſpianati dietro, e inanzi poggi,
Ch'occupauan la uiſta, & non fia, in cui
Noſtro ſperar, & rimembrar s'appoggi,
La qual uarieta fa ſpeſſo altrui
Vaneggiar ſi, che'l uiuer pare un giuoco
Penſando pur, che ſaro io, che fui.
Non ſara piu diuiſo a poco a poco,
Ma tutto inſieme, & non piu ſtate, ò uerno,
Ma morto'l tempo, & uariato il luogo,
Et non hauranno in man gli anni'l gouerno
Delle fame mortali, anzi chi ſia
Chiaro una uolta, fia chiaro in eterno.
O felici quell'anime, che'n uia
Sono, ò ſaranno di uenir al fine,
Di ch'io ragiono, quandunqu'e ſi ſia:
Et tra l'altre leggiadre, & pellegrine
Beatiſſima lei, che morte anciſe
Aſſai di qua dal natural confine.
Parranno allhor l'angeliche diuiſe,
Et l'honeſte parole, e i penſier caſti,
Che nel cor giouenil natura miſe.
Tanti uolti, che'l tẽpo, & morte han guaſti,
Torneranno al ſuo piu fiorito ſtato,
Et uedraſſi, oue amor tu mi legaſti,
Ond'io a dito ne ſaro moſtrato,
Ecco, chi pianſe ſempre, & nel ſuo pianto
Sopra'l riſo d'ogni altro fu beato,
Et quella, di cu'anchor piangendo canto,
Haurà gran marauiglia di ſe ſteſſa
Vedendoſi fra tutte dar il uanto.
Quando cio fia, no'l ſo, ſaſſel propri'eſſa,
Tanta credenza à piu fidi compagni:
Di ſi alto ſecreto ha chi s'appreſſa.
Credo, che s'auicini, & de guadagni
Veri, & de falſi ſi fara ragione:
Che tutte fieno allhor opre di ragni.
Vedraſſi, quanto in uan cura ſi pone,
Et quanto indarno s'affatica, & ſuda,
Come ſono ingannate le perſone.
Neſſun ſecreto fia, chi copra, ò chiuda,
Fia ogni conſcienza ò chiara, ò foſca
Dinanzi à tutto'l mondo aperta, & nuda,
Et fia, chi ragion giudichi, & conoſca,
Poi uedrem prender ciaſcun ſuo uiaggio,
Come fiera ſcacciata ſi rimboſca:
Et uedraſſi in quel poco diparaggio,
Che ui fa ir ſuperbi, oro, & terreno
Eſſere ſtato danno, & non uantaggio,
E'n diſparte color, che ſotto'l freno
Di modeſta fortuna hebbero in uſo
Senz'altra pompa di goderſi in ſeno.
Queſti cinque triomphi in terra giuſo
Hauem ueduti, & à la fine il ſeſto
Dio permettente uedrem la ſuſo,
E'l tempo disfar tutto, & coſi preſto,
Et morte in ſua ragion cotanto auara,
Morti ſaranno inſieme, & quella, & queſto,
Et quei, che fama meritaron chiara,
Che'l tempo ſpenſe, e i bei uiſi leggiadri,
Che'mpal-

Che'mpallidir ſe'l tempo, & morte amara,
L'oblivion, gli aſpetti oſcuri, & atri
Piu che mai bei tornando laſceranno
A morte impetuoſa i giorni ladri;
Nell'eta piu fiorita, & verde haranno
Con immortal bellezza eterna fama.
Ma innanzi a tutti, ch'a rifar ſi vanno,
E queſta, che piangendo il mondo chiama
Con la mia lingua, & con la ſtanca penna:
Ma'l ciel pur di vederla intiera brama.
A riva un fiume, che naſce in Gehenna,
Amor mi die per lei ſi lunga guerra,
Che la memoria anchor il core accenna.
Felice ſaſſo, che'l bel viſo ſerra:
Che poi ch'avra ripreſo il ſuo bel velo,
Se fu beato, chi la vide in terra,
Hor che fia dunque a rivederla in cielo?

CANZONE DI MESSER FRANCE-
ſco Petrarcha trovata in un antico libro.

QVEL ch'ha noſtra natura in ſe piu degno
Di qua dal ben, per cui l'humana eſſenza
Da gl animali in parte ſi diſtingue,
Cio è l'intellettiva conoſcenza,
Mi pare un bello, un valoroſo ſdegno
Quando gran fiamma di malitia eſtingue,
Che gia non mille adamantine lingue
Con le voci d'acciar ſonanti, & forti
Ponano aſſai lodar, quel di ch'io parlo,
Ne io vegno à inalzarlo,
Ma dirne alquanto a gl'intelletti accorti,
Dico che molti morti
Son piccol pregio à tal gioia, & ſi nuova
Si pochi hoggi ſen'truova
Chi credea ben, che foſſe morto il ſeme,
Et ei ſi ſtava in ſe raccolto inſieme.
Tutto penſoſo un ſpirito gentile
Pieno del ſdegno ch'io giva cercando
Si ſtava aſcoſo ſi celatamente.
Ch'io dicea fra me ſteſſo, oime quando
Hara mai fin queſt'aſpro tempo, & vile?
Son di virtu ſi le ſavile ſpente?
Vedea l'oppreſſa, & miſerabil gente
Giunta al'eſtremo, & non vedea il ſoccorſo
Quinci, ò quindi apparir da qualche parte.
Coſi Saturno, & Marte
Chiuſo haveal paſſo, ond'era tardo il corſo,
Ch'à lo ſpietato morſo
Del tyrannico dente empio, & feroce,
Ch'aſſai piu punge, & cuoce,
Che morte, o d'altro rio poneſſe'l freno,
Et riduceſſe il bel tempo ſereno.
Liberta dolce, & deſiato bene,
Mal cognoſciuto a chi talhor nol perde,
Quanto gradita al bon mondo eſſer dei?
Da te la vita vien fiorita, & verde,
Per te ſtato gioioſo mi mantene,
Ch'il mi fa ſomigliante agli alti dei,
Senza te lungamente non vorrei
Richezze, honor, & cio ch'uom piu deſia,
Ma teco ogni tugurio acqueta l'alma,
Ahi grave, & crudel ſalma,
Che n'havei ſtanchi per ſi longa via,
Come non giunſi in pria,
Che ti levaſſi dalle noſtre ſpalle,
Si faticoſo è'l calle,
Per cui gran fama di vertu s'acquiſta
Che gli ſpaventa altrui ſol della viſta.
Correggio, fu ſi come ſona il nome,
Quel, che venne ſecuro à l'alta impreſa
Per mar, per terra & per poggi, & per piani,
Et là, ond'era piu erta, & piu conteſa
La ſtrada à l'importune noſtre ſome,
Corſe & ſoccorſe con affetti humani
Quel magnanimo, & poi con le ſue mani
Piatoſe a boni, & a nemici invitte,
Ogni incarco da gli homeri ne tolſe,
Et ſoave raccolſe
Inſieme quelle ſparſe genti afflitte,
Alle quali interditte
Le paterne lor leggi eran per forza,
Le quali aſcorza aſcorza
Conſumate havea l'inſatiabil fame
De can, che fan le pecore lor grame,
Sicilia di tyranni antico nido
Vide triſta Agathocle acerbo, & crudo,
Et vide i diſpietati Dionigi,
Et quel, che fece il crudo fabro ignudo
Gittare il primo doloroſo ſtrido
Et far ne l'arte ſua primi veſtigi.
Et la bella contrada di Trevigi
Ha le piaghe anchor freſche d'Azelino:
Roma di Gaio, & di Neron ſi lagna,
Et di molti Romagna,
Mantoa duolſe anchor d'un Paſſerino,
Ma null'altro deſtino,
Ne giuogo fu mai dur, quanto ch'il noſtro
Era, ne carte è inchioſtro
Baſtarebben'al vero in queſto luogo,
Onde meglio è tacer, che dirne poco.
Però non Cato quel ſi grande amico
Di liberta, che piu di lei non viſſe,
Non quel che'l Re ſuperbo ſpinſe fore,
Non Fabij, ò Decij, di ch'ogni huomo ſcriſſe,
(Se reverenza del bon tempo antico
Non mi veta parlar quel ch'ho nel core)
Non altri al mondo piu verace amore
Della ſua patria in alcun tempo acceſe,
Che non gia morte, ma leggiadro ardire
Et l'opra è da gradire
Non meno in chi ſalvando il ſuo paeſe
Se medeſmo difeſe
Che'n colui che il ſuo proprio ſangue ſparſe,
Poi che le vene ſcarſe
Non eran, quando biſogniato foſſe,
Ne morir dal ben far gli animi ſmoſſe.
Et perche nulla al ſommo valor manche
La patria tolta à l'unghie di tyranni
Liberamente in pace ſi governa,
Et riſtorando va gli antichi danni,
Et riposando le ſue parti ſtanche,
Et ringratiando la pieta ſuperna,
Pregando che ſua gratia faccia eterna,
Et cio ſi puo ſaper ben ſio non erro:
Pero ch'un'alma in quattro cori alberga,
Et una ſola verga
E in quattro mani, & un medeſmo ferro:
Et quanto piu ſerro
La mente ne l'uſato imaginare,
Piu cognoſcer mi pare
Che per concordia il baſſo ſtato avanza,
L'alto mantienſi, & queſt'è mia ſperanza.
Longe da libri nata in mezo l'arme
Canzon de miglior quattro ch'io cognoſca
Per ogni parte ragionando andrai,
Tu poi ben dir, che'l ſai
Come lor gloria nulla nebbia offoſca,
Et ſana in terra Toſca,

Ch'appregia

Ch'appregia l'opre coraggioſe, & belle,
Iui conta di loruere nnouelle.

BALLATA.

Nuoua bellezaa in habito gentile
Volſe il mio cor' al'amoroſa ſchiera,
Ou'il mal ſi ſoſtien, & il ben ſi ſpera.
Gir mi conniene, & ſtar con altri uuole,
Poi ch'al nago penſier ſu poſto nn freno
Di dolci ſdegni. & di pietoſi ſguardi;
E'l chiaro nomè, e'l ſon delle parole
Della mia donna, e'l bel uiſo ſereno
Son le fauille amor, perche il cor m'ardi.
Io pur ſpero, quanrumque che ſia tardi,
Ch'annegna ella ſi moſtre acerba, & fiera,
Humilemente uince donna altiera.

Sonetti del detto.

ANima doue ſei? ch'adhora ad hora,
Di penſier in penſier, di mal in peggio
Perſeguendo ci nai, & del tuo ſeggio
Non ſan pur ritronar la parte anchora?
Tu ſei pur meco, & non puoi eſſer fora,
Fin che morte non fa quel, che ſar deggio.
Ma doue ſei? chio non ti ſento, ó ueggio.
Star doue'l ben, che noſtra uita honora?
Leuati ſconſolata, che nparo
Al noſtro mal neſſun non è, ne modo,
Et non cercar la nia di maggior doglia.
S'Amor te'ncalcia, & ſtringne col ſuo nodo,
Penſa, che tempo aſſai piu grato, & caro,
Porria in parte contentar tua uoglia.

Giacopo de Garatòri da Imola à M. F. P.

O nuouella Tarpea in cui s'aſconde
Quell'eloquente è lucido Theſoro
Del triomphal poetico alloro
Ben'era corſo per le uerdi fronde.
Aprite tanto che delle faconde,
Tue giuie ſi moſtrano à coloro
Ch'aſpettano, & anch'io in cio m'accoro
Piu ch'aſſetato ceruo a le chiare onde.
Et non uogliate aſcondere il ualore,
Che ui concede Apollo, che ſcienza
Communicata ſuol multiplicare.
Ma'l ſtilo noſtro di alta eloquenza
Vogli aliquanto il mio certificare
Qual prima fu ò ſperanza u d'amore,

Riſpoſta di M. F. P,

INgegno uſato alle queſtion profonde
Ceſſar nnn ſai dal tuo proprio lauoro,
Ma perche non del ſtar ſenza un di loro,
Oue ſenza alcon forſe ſi reſponde?
Le rime mie ſon deſniate altro'nde,
Dietro à colei, per coi mi diſcoloro,
A ſuol begliocchi, & alle treccie d'oro,
Et al dolce parlar, che mi confonde.
Ma ſappi chen un punto dentro al core
Naſce Amor, & ſperanza, & mal l'un ſenza
L'altro non poſſon nel principio ſtare.
Sel' diſiato ben per ſua preſenza,
Quetar po l'alma, ſi come mi pare,
Viue amor ſulo, & la ſurella muore.

Ser Dio ti Salui di Pietro da Siena à M. F. P.

IL bello occhio d'Apollo del cui ſguardo
Sereno & nago, lume Ginnon ſente,
Volendo ſua uertu moſtrar poſſente
Contra colei che non apprezza dardo.
Nel'hora che piu luce'l ſuo nguardo
Co i raggi acceſi giunſe arditamente,
Ma quando nide il uiſo ſplendente
Senza aſpettar fuggi come codardo.
Bellezza, & honeſta che la colora
Perfettaménte in altra mai non uiſta
Furon cagion del'alto, & nuouo effetto.
Ma qual di queſte due unite & miſte
Piu dotto Phebo, & qual piu lei honora
Non ſo, dunque adempire il mio difetto.

Riſpoſta di M. F. P.

SE ſotto legge Amor uiueſſe quella,
Che mi toglie inarmar & legge, & freno,
Pregherei te, che non amando io meno,
Senza arder mi ſcaldaſſi tua facella,
Ma queſta falſa, fiera come bella,
Si gode, che per lei ſendendo peno,
Et ſua nageza inueſte tal neneno,
Che piu ſendendo, piu ſon nago d'ella.
Deh dolce ſignor mio anchor nguarda
Se la tua fiamma le puoi far ſentire,
Et ſpegni me, che la ſua piu non m'arda.
Se per ſua culpa mi uedra morire,
Hauerai ne pieta, ben che ſia tarda,
Pur ſera mia uendetta'l ſuo languire.

Laſſo com'io fui mal approueduto
L'hora; chio mi fidai ne gliocchi miei,
Che trataron con gliocchi di coſtei
Il nago inganno, ond'io ſon ſi traduto.
Schiano ſon fatto, & ciaſcun di tributo
Di profondi ſoſpir faro à lei,
Fin che morte pon fine a i giorni rei,
O tu dolce ſignor mi mandi aiuto.
Sai che tal ſtrano a te è diſhonore,
Sotto la coi richiamo io ſon deriſo
Da queſta diſpregianre'l tuo ualore.
Signor fa uaga lei del ſuo bel uiſo,
Da noi che fuor di ſe non ſente ardore,
Rinnoua in lei l'eſſempio di Narciſo.

Qella, ch'el giouenil miu cor auuinſe
Nel primo tempo, ch'io conobbi amore,
Del ſuo albergo leggiadro uſcendo fore
Cun gran mio duol d'un bel nodo mi ſcinſe.
Ne poi nuoua bellezaa l'alma ſtrinſe,
Ne luce circondo, che feſſe ardore
Altro, che la memoria del ualore,
Che con dolci durezze la ſoſpinſe.
Ben uolſe quei, che con begliocchi aprilla,
Cun altre chiaui ripronar ſuo ingegno,
Ma nuona rete uecchio augel non prende.
Et pur fui in dubbio tra Charybdi, & Scylla,
Et paſſai le Sirene in ſordo legno,
Com'huom, che par ch'aſcolti, & nulla intende.

Stramazzo

Canzoni di alcuni dotti

Stramazzo da Perugia al Pet.

LA ſanta fiamma de laqual ſon priue
Quaſi i moderni,& gia di pochi ſuona
Meſſer Franceſco gran pregio ui dona,
Che del theſor d'Apollo ſiate diue.
Hor piaccia,che mia prece ſi uotiue
La uoſtra nobil mente renda prona
Participarme al fonte d'Helicona
Che par piu brieue piu de l'altre uiue
Penſando come Palla de Cecropia
A neſſun,huom aſconde ſuo ueſſillo,
Ma oltre al deſiar di ſe fa copia.
E'l non à alcuno huom giuoco d'Aquillo
Che ſenza alcun conforto a ſe l'appropia
Si come ſcriue Seneca a Lucillo.

Gieri di Gian Figliacci al Pet.

MEſſer Franceſco chi d'amor ſoſpira
Per donna,ch'eſſer pur uoglia gueriera,
Et com' piu merce grida & piu gli è fiera
Celandoli i puo ſol,ch'e piu deſira,
Quel che piu natura o ſcienza ui ſpira
Che deggia far colui,che'n tal maniera
Trattar ſi uede,dite,& ſe da ſchiera
Partir ſi dè,benche non ſia ſenz'ira.
Voi ragionate con amor ſonente
Et nulla ſua condition u'è chiuſa
Per l'alto ingegno de la uoſtra mente,
La mia che ſempre mai con lui è uſa
Et men chal primo il conoſce al preſente
Conſigliate,e cio ſia ſua uera ſcuſa.

Giouànni d'e Dondi a M. F. P.

IO non ſo ben s'io uedo quel ch'io ueggio;
S'io tocco quel ch'io palpo tutta uia,
Se quel ch'io odo oda,& ſia bugià
Ouero ci ch'o parlo & cio ch'io leggio.
Si trauagliato ſon,ch'io non mi reggio.
Ne truouo luogo,ne ſo s'io mi ſia
Et quanto uolgo piu la fantaſia,
Piu m'abbarbaglio,ne mene correggio.
Vna ſperanza,un conſiglio,un ritegnò
Tu ſol mi ſei in ſi alto ſtupore
In te ſta la ſalute e'l mio conforto,
Tu hai il ſapere,il potere,e l'ingegno
Soccorri a me ſi,che tolta da errore
La uaga mia barchetta prenda porto.

Sennuccio a M. F. P.

OLtra l'uſato modo ſi regira
Il uerde Lauro'ai qui,dou'io hor ſeggiò
Et piu attenta,e com' piu la riueggio
Di qui in qui,con gliocchi fiſo mira,
Et parui homai ch'un dolor triſto d'ira
L'affliga tanto che tacer no'l deggio
Onde da l'atto ſuo iui m'aueggio.
Ch'eſſo mi ditta che troppo martira.
E'l ſignor noſtro in deſir ſempre abonna
Di uederni ſeder ne li ſuoi ſcanni,
Et in atto e in parlar queſto diſtinſe
Me fondata di lui trouar Colonna
Non potreſti in cincqu'altri ſan Giouanni,
La cui uiglia a ſcriuer ſoſpinſe.

Iacobó Colonna a M. F. P.

SE le parti del corpo mio deſtrutte
Et ritornate in atomi & fauille
Per infinite quantità di mille
Fuſſero lingue & in ſermon ridutte,
Et ſe le uoci uiue & morte tutte
Che piu che ſpada d'Hettor & Achille
Tagliaron mai chi riſonar udille,
Gridaſſen,come uerberate putte,
Quanto lo corpo & le mia membra foro
Allegre & quanto la mia mente lieta
Vdendo dir,che nel Romano foro
Del nuouo degno Fiorentin poeta
Sopra le tempie uerdeggiaua alloro,
Non porian contar,ne porui meta.

Di Guido Caualcanti.

DOnna mi prega,perche uoglio dire
D'un accidente,che ſouente è fiero,
Et è ſi altiero,che è chiamato Amore.
Si chi lo niega poſſal uer ſentire,
Et al preſente conoſcente chero,
Perche'non ſpero ch'uom di baſſo core
A tal ragione porti conoſcenza,
Che ſenza natural dimoſtramento
Non ha talento di uoler prouare,
La doue poſa,& chi lo fa creare,
Et qual ſia ſua uirtute,& ſua potenza,
Leſſenza poi,& ciaſcun mouimento,
El piacimento,chel fa dir amare,
Et ſe huom per uederlo puo moſtrare.
In quella parte,doue ſta memora,
Prende ſuo ſtato,ſi formato,come
Diaphan da lume, d'una oſcuritate,
Laqual da Marte uiene,& fa dimora.
Egli è creato,& ha ſenſato nome,
D'alma coſtume,& di cor uolontate.
Vien da ueduta forma,che s'entende,
Che prende nel poſſibil intelletto
Come in ſuggetto luogo,& dimoranza.
In quella parte mai non ha peſanza.
Perche la quantitate non diſtende.
Riſplende in ſe perpetual effetto.
Non ha diletto,ma conſideranza
Si,chei non puote largir ſimiglianza.
Non è uirtute,ma da quella uiene,
Che perfettione,che ſi pone tale.
Non rationale,ma che ſente dico,
Fuor di ſalute giudicar mantiene
Che la intentione per ragione uale.
Diſcerne male in cui è uitio amico.
Di ſua potentia ſegue huom ſpeſſo morte,
Se forte la uertu foſſe impedita,
Laqual aita la contraria uia,
Non perche oppoſita natural ſia,
Ma quanto che da buon perfetto torte,
Per ſorte non puo dir huom ch'aggia uita,
Che ſtabilita non ha ſignoria,
A ſimil puo ualor quando huom l'oblia,
Leſſere quando lo uolere e tanto
Fuor di natura di miſura torna,
Poi s'adorna di riposo mai,
Moue piangendo color,riſo in pianto,
Et la figura con paura s'torna,
Poco ſoggiorna.Anchor di lui uedrai
Ch'ingente

Ch'in gente di ualor lo piu ſi truoua.
La nuoua qualita moue ſoſpiri,
Et uuol ch'uom miri non fermato luogo,
Deſtandoſi ira, la qual manda fuoco,
Imaginar nol puote huom che nol proua.
Ne mouagia però che lui ſi tiri,
Et non ſi giri per trouarui giuoco,
Ne certamente gran ſaper, ne poco,
Di ſimil tragge compleſſione iſguardo,
Che fa parere lo piacere certo,
Non puo coperto ſtar quando è ſorgiunto.
Non gia ſeluagge le belta ſon dardo,
Che tal uolere per temere eſperto
Conſegne merta ſpirito, che punto,
Et non ſi puo conoſcer per lo uiſo
Com'riſo, bianco, in tal obietto cade
Et chi ben aude forma non ſi uede,
Dunque egli è meno, che da lei procede
Fuor di colore di eſſere diuiſo
Aſſiſo, mezo oſcuro luce rade,
Fuor dogni fraude dice degno in ſede,
Che ſolo di coſtui naſce mercede.
Tu poi ſicuramente gir Canzone
Doue ti piace, ch'io t'ho ſi adornata,
Ch'aſſai laudata ſera tua ragione
Da le perſone, ch'anno intendimento,
Di ſtar con l'altre tu non hai talento.

DI DANTE.

Coſi nel mio parlar uoglio eſſer aſpro,
Come ne gli atti queſta bella pietra,
La qual ognihor impetra
Maggior'durezza, & piu natura cruda,
Et ueſte ſua perſona dun diaſpro,
Tal, che per lui, & per ch'ella ſarretra,
Non eſce di pharetra
Saetta, che gia mai la colga ignuda.
Et ella ancide, & non ual ch'uom ſi chida,
Ne ſi dilunghi dai colpi mortali,
Che come haueſſer ali
Giungono altrui, & ſpezzan ciaſcun arme,
Perch'io non ſo da lei, ne poſſo aitarme;
Non truouo ſcudo, ch'ella non mi ſpezzi,
Ne luogo, che dal uiſo ſuo m'aſconda,
Ma come fior di fronda,
Coſi della mia mente tien la cima.
Et tanto del mio mal par che ſapprezzi,
Quanto legno di mar che no lieua onda.
El peſo, che m'affonda
E tal, che nol potrebbe adequar rima,
Ahi angoſcioſa, & diſpietata lima,
Che ſordamente la mia uita ſcemi,
Perche non ti ritemi
Si di rodermi'l cor a ſcorza a ſcorza,
Com io di dir altrui chi ti da forza?
Che piu mi trema'l cor, qualhor io penſo
Di lei in, ou'altri gliocchi induca,
Per tema non traluca
Lo mio penſer da fuor, ſi che ſi ſcopra,
Ch'io non fo della morte, ch'ogni ſenſo
Con li denti d'amor gia mi manduca.
Onde ogni penſier bruca
La ſua uertu, ſi ch'io abbandono l'opra.
C'hella m'ha meſſo in terra, & ſtammi ſopra,
Con quella ſpada, onde gli uceiſe Dido
Amor, à cui io grido
Merce chiamando, e humilement'l prego,
Et quei dogni pieta par meſſo al niego.
Alza la mano adhor adhor, & ſfida
La mia debile uita eſto peruerſo.
Che diſteſo, & riuerſo
Mi tien in terra dogni guizzo ſtanco.
Allhor mi ſurgon nella mente ſtrida,
Il ſangue, che per le uene diſperſo,
Correndo fugge uerſo
Il cor, chel chiama, ond'io rimango biancho.
Et poi mi fiede ſottol lato manco
Si forte, chel dolor nel cor rimbalza.
Allhor dico io, ſe egli alza
Vn altra uolta, morte mh'aura chiuſo
Prima chel colpo ſia diſceſo giuſo.
Coſi uedeſſ'io lei fender per mezo
Lo cor alla crudele ch'il mio diſquatra
Poi non mi ſerebe atra
La morte, ou'io per ſue bellezzie corro.
Ma tanto da nel ſol quanto nel rezzo
Queſta ſcherana m'icidiale, & latra.
Oime per che non latra
Per me, com'io per lei nel caldo borro,
Che toſto dicerai io ti ſoccorro,
Et fareil uolentier, ſi come quegli,
Che ne i biondi capegli
Ch'amor per conſumarmi increſpa, e d'ora,
Metterei mano, & piacereile alhora.
S'io haueſſi le belle treccie preſe,
Che fatte ſon per me ſcudiſcio, & ferza,
Pigliando, e anci terza
Con eſſe paſſerei ueſpro, & le ſquille,
Et non ui ſarei ſaggio, ne corteſe,
Anzi faria com'orſo quando ſcherza.
Et s'Amor me ne sferza.
Vendetta ne farei di piu di mille.
Anchor ne gliocchiondeſcon le fauille,
Che m'inſiammano l'cor, che porto anciſo,
Mirerei preſſo, & fiſo,
Et uengieretimi del fuggir, che face,
Et poi le renderei con amor pace.
Canzon mia uanne ritto à quella donna,
Che m'ha ferito'l cor, & che me'nuola
Quello, ond'io piu gola,
Et dalle per lo cor d'una ſaetta,
Che bello honor s'acquiſta in far uendetta.

DI.M. CINO

La dolce uiſta, el bel guardo ſoaue,
De piu begliocchi, che ſi uider mai,
Ch'io ho perduto, mi fa parer graue
La uita ſi, ch'io uo trahendo guai,
En uece di penſier leggiadri, & gai,
Ch'auer ſolea d'amore,
Porto deſij nel core,
Che ſon nati di morte,
O me, deh perche amor al primo paſſo
Non mi feriſti ſi, chio fuſſi morto?
Perche non dipartiſti da me laſſo
Il ſpirito angoſcioſo, ch'io diporto?
Amor al mio dolor non è conforto,
Anzi quant'io piu guardo
Al ſoſpirar, piu ardo,
Trouandomi partuto
Da que begliocchi, ou'io t'ho gia ueduto.
Io t'ho ueduto in quei begliocchi amore
Tal, che la rimembranza me n'ancide,

Et quei

Et fa ſi grande ſchiera di dolore
Dentro alla mente, che l'anima ſtride
Sol, perche morte mai non la diuide
Da me, com è diuiſo
Dalo gioioſo riſo,
Et dogni ſtato allegro,
Il grao contrario, ch'è tral bianco el negro.
Quando per gentil atto di ſalute
Ver bella dona a leuò gliocchi alquanto,
Si torta ſi deſoia la mia uirtute,
Che d'entro ritener non poſſu il pianto,
Membrando di Madonna, à cui ſon tanto
Lootan di ueder lei,
O dolenti occhi miei
Non morite di doglia?

Si per noſtro uoler, pur ch'amor uoglia.
Amor la mia uentura è troppo cruda,
Et cio che'o contra à gliocchi pio m'atriſta,
Dunque merce, che la tua man la chiuda,
Da c'ho perdoto l'amoroſa uiſta,
Et quando uita per morte ſacquiſta,
Che gioioſo il morire,
Tu ſai doue de gire
Lo ſpirto mio da poi,
Et ſai quanta pieta s'haria di noi,
Amor per eſſer micidial pietoſo
Tenuto io mio tormento,
Secondo chi ho talento,
Dammi di morte gioia,
Si che lo ſpirto almen torni a Piſtoia.

A M. LEONARDO BECCAMVCCI.

LEonardo mio: Non ui diſs'lo inſioo dal priocipio, che il Papa non ſarebbe nulla di quelle tante proferte? Ecco ch'io lho uo' arte piu, che altri ooo crede: che io ſo anche indouinare: & coſi ſapeſſi ſempre oe i fatti loro. troppo ne ſon grao maeſtro per lunga pruooa. coſi gli conoſceſſe meco il popolo Chriſtiaoo, che ſarebbe in miglior ſtato il mondo, che noo è. Hor oon piu di qoeſto, che non paia, ch'io mi ſia corucciato: che non ſono, anzi me ne ſo beffe. Anaſtagio apportatore di queſta, ualoroſa perſooa, & mio grande amico, uiene à corte: io ue lo raccommando di quello parere di coonſiglio, & di fauore. Ho pregato, che cerchi alcuni libri, & io pagarò di qui à cui mi ſcriuerete, come feci quegli altri, che pagaſte à mio fratello: del quale è gran merauigli., che non mi ſcriua, tale che di loi dubito: benche la ſua ôra è tale, che pio toſto è da ſperare, che da temere. Harœui fatto, ſcriuere à Cione noſtro di queſto ſeruigio, ma pur hierſera è tornato di nulla, & non l'ho anchur ueduto. & di noi ſpero molto, meritando nulla. Iddio ſia noſtra guardia. Di Padoua.

Buon fratello, Franceſco Petrarca.

OPERVM FRANCISCI PETRARCHAE TOMI QVARTI FINIS.

BASILEÆ PER HBNRTQHMM RB
BRE MENSE MARTIO, AN-
NO M. D. LIIII.

Per Henrichum
Petri

